VTRIUSQUE SICILIAE CONSTITUTIONES, CAPITULA, RITUS, ET PRAGMATICAE, DOCTISSIMISANDRAEAE DE ISERNIA, ...

Sicilia, Jacopo Anello De Bottis, Bartolomeo : da Capua, ...

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
14
26 R
6

Digitized by Google

14. 26. R. 6

VTRIVSQVE SICILIAE

CONSTITVTIONES, CAPITVLA, RITVS, ET PRAGMATICAE,

Doctiſſimis Andrææ de Iſernia, Bartholomæi de Capua, & aliorum Illuſtrium Iuriſconſultorum, quorum nomina ſequens pagina indicabit, Commentarijs illuſtrata.

ET NOVISSIME SVMMA CVRA, ET diligentia aucta, recognita, & repurgata.

Acceſſerunt Additiones nunquam ante hac impreſſæ, Clariſs. Iureconſultorum Iac. Anelli de Bottis Regij Conſiliarij, Io. Angeli Piſanelli, Fabij Iordani, Bartholomæi Martialis, ac Marci Antonij Puluerini:

CONGESTAE, ET SVIS LOCIS DISPOSITAE per Ioan. Baptiſtam Muzillum, Iuriſconſultum Neapolitanum.

CVM PRIVILEGIIS.

BIBLIOTECA NAZ. ROMA VITTORIO EMANUELE



VENETIIS, MDLXXXX.

Cura & impenſa Nicolai de Bottis Neap. & Sociorum.

NOMINA IVRECONSVLTORVM
TAM VETERVM, QVAM NOVORVM,
QVORVM COMMENTARIIS
HOC VOLVMEN FVIT ILLVSTRATVM.

Andreas de Iſernia.
Neap. Sebaſtianus Nicolaus.
Bartholomæus de Capua.
Lucas de Penna.
Matthęus de Afflicto, Patricius Neapol. & Regius Conſiliarius.
Nicolaus Superantius, Patricius Venetus, & Eques Hieroſolymitanus.
Petrus de Monteforte.
Cæſar de Perinis.
Marinus.
Ioannes Grillus.
Nicolaus Ruffus.
Nicolaus Capoſcroſa.
Ioannes Criſpanus Epiſcopus Theatinenſis.
Argentinus.
Pamphilus Mollus.
Diomedes Mariconda.
Sergius Domini Vrſonis.
Iudex Blaſius de Murcone.
Iacobus Ruffus.
Petrus Piccolus.
Petrus de Arcamone.
Lallus de Thuſcia.

NOMINA ILLORVM, QVI NOVISSIME
ADDITI SVNT.

Iacobus Anellus de Bottis, Regius Conſiliarius.
Ioannes Angelus Piſanellus.
Fabius Iordanus.
Bartholomæus Martialis.
Marcus Antonius Puluerinus.

Regiſtrum.

* a b c d A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr

Sſ Tt Vu Xx Yy Zz

Aaa Bbb Ccc Ddd Eee Fff Ggg Hhh Iii Kkk Lll Mmm Nnn.

Omnes ſunt Terniones, præter * *&* d *Duerniones, &* Sſ *folium ſimplex.*



VENETIIS,
Apud Ioan. Variſcum, Paganinum de Paganinis,
& Socios. M D XC.

Digitized by Google

Digitized by Google

PERILLVSTRI VIRO,

D. ANNIBALI MOLES,

SVPREMO NEAPOLITANI REGNI CONSILIARIO.

ET REGIAE CANCELLARIAE REGENTI,

Nicolaus de Bottis, S.

INTER omnes homines, qui vel repertis à ſe artibus, vel inuentis diſciplinis, mortale genus iuuare conati ſunt (Regens Illuſtris) illi quidem pluris ſemper habendi, maioriq; ſemper veneratione digni exiſtimandi ſunt, qui conſtitutis à ſe legibus, Rempub. inſtituerunt. Horum enim beneficio factum eſt, vt quos inter ſe natura ſociauit, ij æquabili quodam iure firmius ac concordius vinciantur, vt alienis abſtinentes ſuo quiſque contentus viuat, vt denique qua ratione à belluis differimus & potiſſimum inter nos vtamur. Lex enim vitiorum emendatrix, virtutumque commendatrix eſt, adeò vt nihil à Deo optimo maximo vberius, nihil florentius, nihil hominum vitæ conducibilius datum ſit: quapropter omnium ætatum ingenio, & induſtria præſtantiſſimi, omnibusq; ac fere diuinis ſemper honoribus digni habiti ſunt, Phoroneus qui Aegiptijs, Solon qui Athenienſibus, Licurgus qui Lacedemonijs, Carondas qui Neapolitanis, & Calcidenſibus, alijs qui Campaniæ, & Siciliæ maritima incolebant, ceterique qui ceteris gentibus in præſcribendis, conſtituendisq; legibus operam, atque ętatem occuparunt. Nec iniuria inter præclariſſimos iſtos referendus videtur Fridericus Secundus Imperator, qui poſt occupatum à Normannis vtriuſque, vt dicunt, Siciliæ Regnum primus prædeceſſorum Regum edicta digerere, nouas optimasq; leges conſtituere, ſubiectiſque nationibus æquiſſima iura præſcribere ſummo ſtudio, ac exactiſſima opera conatus eſt. Addidere ſequentes Reges, eodem bene regen-

Digitized by Google

di voto, pleraque quæ tum Regni Capitula, tum Pragmaticas, & Magnæ Curiæ Ritus appellamus, ita vt ex ijs omnibus, vniuerſum quoddam ius quaſi regni noſtri peculiare ac gentilitium conſtitui poſſit. Quæ cum omnia exactiori quam hactenus vmquam cura, & diligentia recognita & expurgata, ac quamplurimis Illuſtrium Iureconſultorum expoſitionibus illuſtrata, typis rurſus mandare conſtituiſſem, ea ſub auguſtiſſimis auſpicijs tuis edenda curaui, non veritus, non paruum ex tui præclariſſimi nominis authoritate huic operi decus acceſſurum, qui tum vniuerſi, tum maxime patrij iuris eruditiſſimus exiſtimaris, cum annos fere triginta, in ſummis magiſtratibus litibuſque iudicandis, ſumma cum laude verſatus, nec ipſo Petro de Vineis harum Conſtitutionum digeſtori doctrina, ingenio, rerum experientia, & nobilitate inferior, nunc inter omnes regni magiſtratus principem locum tenes. Nec te pertęſurum ſpero Iacobi Anelli de Bottis, patris mei doctiſſimi, & integerrimi regij Conſiliarij ac tibi addictiſſimi; non Ioannis Angeli Piſanelli, Regiæ Cameræ Pręſidis eruditiſſimi, & de omni iuris prudentia optime meriti; non Fabij Iordani in omni doctrinæ genere pręſtantiſſimi, & qui te tantopere veneratur & colit; non aliorum noſtrorum Iuriſconſultorum labores perlegere, cum ij & ad Rempub. iuuandam, & ad patriam exornandam, omnem operam, omne ſtudium contulerint, ac denique ad iuris noſtri interpretandi ſolertiam, omnes ingenij neruos intenderint. Tu pro tua ſingulari humanitate, quidquid id erit, æqui boniq́ue conſules, meq́ue vt tui obſeruantiſſimum ames & foueas etiam atque etiam rogo.

Neap. Idibus Iulij, M D XC.

Digitized by Google

SVPREMO APVD NEAPOLITANOS IVRISCONSVLTORVM COLLEGIO,

Gabriel Sarayna I. C. Veronenſis S.

EVM, *qui appoſitè & ſapienter ſit de iure reſponſurus*, IVRISCONSVLTI CLARISSIMI, *omnium bonarum artium ſtudijs, atque diſciplinis imbutum eſſe oportere, ſemper mecum ipſe exiſtimaui: cum, vt earum ope adiutus, quarumcunque legum à veteribus illis vndequaque peritiſſimis viris conſcriptarum, verum atque genuinum ſenſum eruere: tum verò, vt de vnaquaque re ſibi propoſita ſtatuere, deque omni iuris quæſtione ſcitè & eleganter diſputare poſſit. Idcirco celebrioris famæ, ac in legali philoſophia facilè principes, hoc tempore illos eſſe cognouimus, qui ſeſe in omni ſcientiarum genere ab ineunte ætate laudabiliter verſatos: & illam (quæ diſciplinarum orbis appellatur) encyclopediam, magna cum nominis apud poſteros commendatione percurriſſe, re ipſa editis Commentarijs oſtenderunt. Hinc Vdalricus Zaſius, Gulielmus Budæus, Andræas Alciatus: illoſque poſtmodum ſecuti Andræas Tiraquellus, Ioannes Coraſius, Claudius Cantiuncula: Franciſci item illi, Connanus, Hottomanus, Duarenus, Balduinus, Zoanetus, plurimique alij, quos ſigillatim recenſere longum eſſet, ob variam, omniſque generis optimarum diſciplinarum cognitionem, citra omnem aleam poſiti, neotericorum iuris profeſſorum ſumma cum laude, atque omnium admiratione, palmam retulere. Verùm enimuerò illum ego Iuriſconſultorum maximè Iuriſconſultum, vniuerſique fermè orbis oraculum meritò nuncupari poſſe cenſuerim, qui poſt humaniorum artium ſtudia, Cæſarei, Pontificijque iuris exactam ſcientiam; aſſiduas demum Bartoli, Baldi, Pauli Caſtrenſis, Alexandri, Iaſonis, idque genus authorum receptarum interpretationum prælectiones: diuerſarum gentium leges, inſtituta, pragmaticaſque conſtitutiones, nocturno diurnoque verſarit ſtudio. Quum enim, neque leges, ex Iuliani ſententia, neque ſenatuſconſulta ita ſcribi poſſint, vt omnes caſus, qui aliquando acciderint, comprehendantur, ſed longè plura in dies incidant factorum genera, quàm quæ Pandectarum legibus, Iuſtinianei Codicis*

reſcri-

Digitized by Google

reſcriptis, Nouellis conſtitutionibus, aut Pontificijs decretis aptè definiri poſſint: Doctorumve in ea explicationibus, ni ad ſimilia, & argumenta, aut ad huiuſmodi forenſia iurgia confugiatur, ex præſcripto iudicari queant, rectè illum, cui quæſtio iure noſtro non definita proponatur, facturum exiſtimo, ſi ſecundum præcipuam, propriamque alterius gentis legem de ea re cauentem (ni aliqua aduerſentur, ac in diuerſum conſulentem trahant) reſponderit, eamque in propoſita facti ſpecie, ex generali ipſius ratione, & pari æquitate obſeruandam litigantibus ſtatuerit. Quod ego à Dyno, Alberto Gandino, Bartolo, Alberico Roſate, cæteriſque eiuſdem ſcholæ Iuriſperitis factitatum ſæpius animaduerti. Quorum exemplo ductus etiam inſignis doctrinæ vir Andræas Alciatus (præceptorem meum libenter nomino) Longobardorum leges nunquàm è manibus dimittebat, inde multa hauriens, quæ illi & ad vtriuſque iuris interpretationem, & ad lites conſilio dirimendas, plurimo eſſent adiumento. Quamobrem quum ego me legum diſciplinæ tantùm vix ex ephæbis egreſſus addixiſſem, inque ea nonnihil audere mecum ipſe conſtituiſſem; præter vtriuſque iuris, bonorumque Interpretum frequentem lectionem, ac forenſes, quibus aſſiduè diſtineor, declamationes, Francorum Salicas leges, Theutonum, Friſionum, Saxonum, Anglorum, Thuringorum, Burgundionum, Boiorum, Vueſtphalorum, Gothorum, Longobardorum, & Hiſpanorum: Regni denique huius veſtri Neapolitani celeberrimas Conſtitutiones ſucciſiuis horis euoluere conſilium fuit, inter quas tum Catholicorum Hiſpaniæ Regum placita, & Longobardorum præſcripta; tum verò maximè veſtræ eæ Parthenopeæ leges, quæ ex Hiſpanico & Longobardico iure, ſumma cum æquitatis moderatione, magna ex parte conflatæ ſunt, mihi mirum in modum arriſerunt. Quo factum eſt, vt earum ſingularem in imperando grauitatem, ſummam in prohibendo maieſtatem, inſignem in permittendo clementiam, atque conſilium: inque puniendo ſeueram æquitatem, pariter & æquiſſimam ſeueritatem ſæpenumero admiratus, cæteris omnibus intermiſſis, in eis perlegendis annum ferè conſumpſerim. Quoque à me lecta tenacius, atque fidelius memoriæ hærerent, omnia, quæ ad manus meas peruenire potuerunt, Argentini Panſalij Neapolitani, Andrææ Baruli, & Iſernatis, Bartholomæi & Andrææ Capuanorum, Leonardi Iſernatis, Franciſci Piſani, Gulielmi Pernij Syracuſani, Ioannis Criſpani Epiſcopi Theatini, Marini Caramanici, Nicolai Capoſcroſæ, Franciſci Cæleſiæ, Iudicis Blaſij a Murcone, Sergij & Nicolai Vrſonij, Ioannis Grilli Salernitani, Abbatis Aſſaldi, Angeli Griſonij, Ioannis Baccan. Andrææ Galli, Nicolai Ruffi, Bartholomæi Vinciguerræ, Lucæ à Penna, Ioannis Petrucij, Petri Piccoli Monteſortenſis, Pamphili Molli, Diomedis Maricondæ, Michaelis Riccij, Coluccij Mangioni, Antonij Palmerij, Ioannis Larduini, Ioannis Loysij Artaldi, Antonij Raij, Pyrrhi Piſanelli, Nicolai Perſici, Ioannis Aloyſij & Scipionis Ianuarij, Matthæi Afflicti, Lalli à Thuſcia, Cæſaris Pernij, ac Marcelli Boni Commentaria: plurimaſq; alias Nicolai Neapolitani, Paridis Putei, Iacobi Ayelli, Thomæ Grammatici, Roberti Marantæ, Ludouici Carrerij, Antonij & Scipionis Capycij, Ioannis ab Arnono, Bernardi Medicai, Saccuraſæ, Sigiſmundi Loffredi, ac Petri Follerij, varijs in locis aſcriptas expoſitiones ad verum earum ſenſum percipiendum, adiunxi. Dolui tamen aliquandò vehementer, me in quoddam Ioannis Pauli Sugganappi bibliopolæ non ſatis accurati, exemplar incidiſſe: in quo non ſolùm ea, quæ ad periodorum, atque clauſularum aptam diſtinctionem, & concinnitatem ex proſodiæ ratione pertinerent, nullo modo erant obſeruata: ſed (quod deterius eſt) pluribus in locis Gulielmi & Rogerij, Sereniſſimorum Regum ſanctiones: Frederici item II. Cæſaris reſcripta ita mutila, ac lacera erant ab eo

typis

Digitized by Google

typis excuſa, vt integris legum clauſulis interdum prætermiſſis, quæ à ſapientiſſimis Principibus ſanctè ac religiosè ſtatuta fuerant, ad iniuriam ſcripta viderentur. Quocirca harum Conſtitutionum diuturna lectione detentus, ipſiusq; Typographi incuriam, ne dicam imperitiam, peroſus, cœpi omnia diligentius perſcrutari, ac codicis manu ſcripti fide vſus, quem mihi Aurelius Paſſerus Senogallenſis Iuriſconſultus clariſſimus, meique amantiſſimus aliquandò vtendum dedit, errata emendare, prætermiſſa ſuo loco reponere, varias textuum lectiones exemplarium collatione compertas, obelo notatas aſcribere, aptiſque diſtinctionibus omnia ſeparare, & veluti Augiæ ſtabulum repurgare, quantum in me fuit, enixus ſum. Quod mihi ita ex ſententia ceſſit, vt paucis diebus tantum opus abſoluerim, atque ex ſordido exiuerim pandochio. Quin & eadem adductus oblectatione, ne quid in hoc volumine deſiderari poſſet dignitatis, & ornamenti: reſcripti cuiuſlibet initio paratitla (quæ vocant) ex ſcribentium ſententia breuiter præponere, vetera inſuper in ea conſcripta gloſſemata, Andreæ Iſernatis, Bartholomæi Capuenſis, cæterorumque Doctorum explanationes eodem labore adamuſſim caſtigatas, nouiſque Adnotationibus inſignitas, quo lex, legiſque recepta interpretatio eadem hora legenti occurreret, addere operæpretium fore duxi, id, quod ego ſtudiosè, atque quoad eius fieri potuit, diligenter effeci: exemplarque hoc ita emendatum, atque decoratum, vſui mihi ſoli futurum in ſcrinijs aſſeruare mecum ipſe propoſueram. Verùm, quum huiuſce ſuſceptæ prouinciæ, atque iam perfecti laboris, neſcio à quo certior factus eſſet Petrus Follerius, vir doctiſſimus, veſtrique ordinis clariſſimum decus, cœpit protinus Rochum Cataneum Pontificij apud Venetos Legati digniſſimum Aſſeſſorem, & patriæ meæ lumen & ornamentum, cum quo mihi maximam intercedere familiaritatem probè nouerat, literis ſolicitare, vt ſuo nomine mecum ageret, oraret, exoraret denique, ne hoc ipſum opus in tenebris deliteſcere turpiter ſinerem, ſed ad ſtudioſorum vtilitatem, laboriſque leuamentum, ac diligentiæ, ſtudijque mei perpetuum monumentum, typis excudi permitterem: futurum, vt eodem tempore cum huiuſce ſcientiæ candidatorum beneuolentiam, tum præcipuè veſtram omnium gratiam ea editione demererer, voſq; mihi perpetua neceſſitudine conciliarem. Id ipſum & à me precibus impetrare ſæpiſſimè conatus eſt Marcus Antonius Turrianus Comes, conciuis meus, & vtriuſque cenſuræ peritiſſimus, id pro veteri noſtra amicitia etiam, atque etiam à me contendens: illudque mihi ante oculos proponens, Nicolaum Superantium Patricium Venet. Equitemque Hieroſolymitanum, ac inſignem Iuriſconſultum, idem efficere olim ſtuduiſſe: morte tamen præuentum, quod inceperat conficere non potuiſſe. Quamobrem quum horum tandem precibus deuictus eum librum edere ſtatuiſſem: quærerémq; eandem, quam ego in emendando præſtitiſſem diligentiam, à Typographis adhiberi, Iacobi Iuntæ hæredes ſolertiſſimos Bibliopolas ex multis ſelegi, ex quorum Officina hoc opus in lucem prodiret, futurum ſperans, vt venuſtiſſimis literarum characteribus & abſolutiſſima ſedulitate conſpicuum, in manus hominum exiret. Atque vt id, quod veſtro hortatu, iſtiuſque ordinis auſpicijs euulgaretur, eius etiam nomine decoratum agnoſceretur, ſupremo huic Collegio veſtro ea ratione meritiſſimo iure debitum, nuncupandum cenſui. Quod igitur vobis æquo animo vouetur, hylari fronte ſuſcipite: veſtrumq; hoc opus, non amplius meum, proprio iure vobis ipſis ab inuidorum morſibus vindicate. Quod ſi factum intellexero, videroq; id, quicquid eſt muneris, vobis acceptum iri, me ſanè ad maiora in veſtrùm gratiam in poſterum molienda proculdubio inflammabitis. Valete.

Lutetiæ Pariſiorum, quarto calend. Octobr. M D LVIII.

ELENCHVS RVBRICARVM
IN OMNES CONSTITVTIONES
REGNI NEAPOLITANI.

A

ACCVSATO coram Iuſtitiario. 169
Accuſatore poſt litem conteſtatam publicè non comparente. 157
Adhibenda fideiuſſione Dominorum, ſeu vaſallorum. 227
Adiutorijs exigendis ab hominibus. 238
Adiutorijs pro militia fratris. 242
Adminiſtrationibus rerum eccleſiaſticarum poſt mortem prælatorum. 274
Adulterijs coercendis. 297
Adulterijs, & lenocinijs. 295
Aduocatis ordinandis. 106
Aduocatorum officio. eod.
Aleatoribus. 300
Alienationibus rerum in iudicio deductarum. 201
Animalibus in paſcuis aſſignandis. 289
Animalibus inuentis in damno. 291
Apoſtatis. 10
Appellationibus. 202
Apparitoribus, & eorum ſalario. 114
Arbitrio Regis, aliàs iudicis. 12
Aſſecuratione dominorum a vaſallis. 233
Aſſignatione literarum citatoriarum. 122

B

BLASPHEMANTIBVS Deum, & Virginem Mariam. 300

C

CAVSA depoſiti. 188
Cauſis in iudicio citò dicendis. 204
Celantibus teſtamenta. 293
Clericis conueniendis pro poſſeſſionibus, quas non tenent ab eccleſia. 92
Cognitione cauſæ coram Baiulis Curiæ Regiæ. 90
Conſeruatione aeris. 286
Conſideratione iniuriæ temporis, & perſonarum. 283
Contra quem de reſtitutione agatur. 43
Contumace conuento reali, ſiue perſonali actione. 128
Contumacia alicuius vniuerſitatis. 131
Correctione poculum amatorium porrigentium. 294
Crimine ſacrilegij. 12
Cudentibus monetam adulterinam. 292
Cultu Iuſtitiæ. 59
Cultu pacis, & generali pace in regno ſeruanda. 15
Cuſtodia Captiuorum. 113
Cuſtodibus. eo.

D

DE dandis aduocatis pupillis, & aliis miſerabilibus perſonis. 60
Decimis præſtandis. 14
Defenſa iniuſte impoſita. 35
Defenſis imponendis ab officialib. & cognitione ipſarum. 29
Defenſis imponendis: & quis eas imponere poſſit, & contra quos. 25
Defenſis impoſitis, & contemptis, & de pœna contemnentium. 30
Defenſis impoſitis, & contemptis in aliquibus. 35
Deſiſtentibus ab accuſatione. 157
Detinentibus animalia aliena, & de damnis foreſterorum. 288
Dilationibus, & exceptionibus in iudicio præcidendis, & abbreuiandis. 161
Diſcreta cognitione cauſarum. 87
Dotario conſtituendo in feudis, & caſtris. 226
Dotarijs conſtituendis. 229
Dotibus. 227

E

ELONGANTIBVS terminum ſibi datum. 129
Eodem magiſtro Iuſtitiario. 67
Eo, qui poſt crimen adulterij intentatum, vxorē recipit. 157
Exceptione Hoſtici ponenda. 165
Exceptionibus & dilationibus proponendis in iudicio. 164
Exceptionibus malitiosè oppoſitis. 174
Exhibendis malefactoribus, & ſuſpectis. 146
Exordijs, & præparatorijs iudiciorum. 117
Expenſis. 201

F

FALSARIIS. 292
Falſis inſtrumentis vtentibus. 293
Falſitate cuiuſlibet in teſtibus producendis. eo.
Ferijs, & ſalarijs iudicum, & notariorū inſtrumenta ſcribentum, & ſcribendorum, & de eorum forma ſeruanda. 99
Fide, & authoritate inſtrumentorum, & quot teſtes debeant ſubſcribere in inſtrumentis. 104
Fide inſtrumentorum & teſtium. 175
Fide inſtrumentorum factorum tempore inuaſoris Regni. eo.
Fide mercatorum in vendendis mercibus adhibenda. 286
Fide nobilium, & ignobilium ſuper declaratione debiti facienda. 127
Fideiuſſione domini a vaſallis. 227
Fideiuſſione dominorum a vaſallis. 234
Fidelium numero ſuper electuarijs, & ſyrupis ſtatuēdo. 286
Filijs clericorum. 271
Fiſco ſuccedente foriudicatis. 147
Forbannitis, & foriudicatis. 137
Forma, qualiter locandæ ſunt res fiſcales. 109
Fratribus obligantibus partē feudi pro dotibus ſororum. 232
Fraude, & dolo Campionum. 193
Fure capto per Baiulum Iuſtitiario aſſignando cum re furtiua. 91
Furtis, & latrocinijs. 288

H

HÆRETICIS, & Patarenis. 6
His, qui debent accedere ad ordinem clericatus. 209
His, qui fideiuſſores dare poſſunt, ne incarcerentur. 152

His, qui in Regno guerram mouerint. Et de preſalijs punien dis, 16
His, qui ludunt ad dados: Et ſpolia mortuorum accipienti- bus. 300
His, qui poſt citationem ſe abſentant ſine licentia Curię. 159
Homicidus & damnis clandeſtinis, quorum authores inueniri non poſſunt. 49
Homicidijs puniendis. 23
Hominib. Baronũ poſſidentib. terram hominis demanij. 225
Hominibus demanij affidatis non tenendis. 219
Hominibus non tenendis ratione terrę, vel feudi. 224
Honore militari, iudicis, & notarij. 292

I

ILLICITA *portatione armorum, & pœna percutientium cum eis.* 17
Impetrandis literis a Curia magiſtri Iuſtitiarij. 65
Impoſitione defenſę. 25
Incendiarijs. 299
Infra quod tempus cauſę debeant determinari. 101
In integrum reſtitutione mulierum. 198
Iniurijs Curialibus illatis. 58
Iniurijs Curialib. perſonis, ſeu quibuſlibet alijs irrogatis. 282
Iniurijs nobilium perſonarum. 284
In ius vocando. 117
In quibus caſibus audientia teſtium committatur, & de pœna contrauenire volentium: Et de dolo eius, cui audientia com mittitur. 177
In quibus caſibus pugna locum teneat. 186
In quibus rebus petatur trigeſima. 94
Inquiſitionibus faciendis. 79
Inſtrumentis conficiendis. 102
Interrogandis litigatoribus a iudice. 175
Intrantibus Regnum, vt arma in Regno deponant. 20
Iudicibus & notarijs, & eorum numero. 102
Iudicibus per Imperialem celſitudinem promouendis. 103
Iudicijs. 293
Iuramentis non remittendis a Baiulis. 85
Iure Balij. 272
Iure Francorum in iudicijs. 160
Iure ſuo Curiæ obſeruando. 210
Iuribus rerum regalium, & de perſonis quibuſlibet ſeruilis conditionis a clericali officio remouendis. 209
Iuſtitiarijs, aſſeſſoribus & actorum notarijs ordinandis, & de officio Iuſtitiariatus. 77

L

LEGIBVS *& conſuetudinibus alijs antiquitatis.* 1
Legibus paribilibus ſublatis. 183
Lenis. 296
Lenonibus. 298
Lite non conteſtata in criminali iudicio, an poſſit actor & reus inter ſe componere, non dato tamen aliquo, vel retẽto. 159
Literis citatorijs. 118
Litis conteſtatione in criminali, vel in ciuili ab aduerſario pro ſequenda. 167
Litis conteſtatione non retardan. excep. obiectu. 170
Locatione demanij. 110

M

MAGISTRO *Iuſtitiario.* 67
Maleficiis clandeſtinis. 49
Maleficiis clandeſtinis puniendis. 47
Malis venenis, & veneficiis. 294
Mancipiis fugitiuis. 277
Matribus filias ſuas exponentibus. 296
Matrimoniis contrahendis. 245
Mederi volentibus. 284
Medicis. 285
Mercatoribus. 287
Morte Baronis nuntianda Imperatori. 250
Mutuatione & recommendatione pecuniæ. 92

N

NE *filius pro parte, vel contra, vel frater pro fratre con- ueniatur.* 84
Non opprimendis Vaſallis a Dominis. 226
Notificandis bannitis, & foriudicatis. 146
Noua militia. 291
Nouis ædificiis. 275
Numero Baiulorum per loca. 93

O

OBSERVATIONE *iuſtitiæ.* 59
Officialibus reipub. & de pœna peculatus. 61
Officio Baiulorum. 91
Officio Capitaneorum, & magiſtri Iuſtitiarij. 68
Officio Caſtellanorum, & ſeruientium. 112
Officio iudicum. 95
Officio Iuſtitiariatus. 69
Officio magiſtri Camerarij. 86
Officio magiſtri Iuſtitiarij, & iudicis magnæ Curiæ. 62
Officio magiſtrorum Camerariorum & Baiulorum. 61
Officio magiſtrorum Fundicariorum. 111
Officio magiſtrorum procuratorum Curiæ. 108
Officio Secreti. 87
Ordinandis iudicibus & quando, de quibus rebus poſſit peti trigeſima. 95

P

PACTIONIBVS *inhibitis, & de volentibus a lite diſce- dere.* 129
Patarenorum receptatoribus, credentibus, complicibus, & fautoribus. 9
Paterno teſtamento deleto. 293
Pecunia inuenta in rebus alienis. 276
Periuriis. 301
Percuſſione licita cum armis. 21
Poculis amatoriis. 294
Pœna adulterij. 295
Pœna calumniæ contra calumniantes ſtabilita. 158
Pœna colludentium. 159
Pœna contemptus Curiæ Imperialis, de pœnis eor. 98
Pœna contra mercatores. 288
Pœna contumaciæ in ciuilibus cauſis. 124
Pœna contumaciæ in criminalibus cauſis. 133
Pœna contumaciæ poſt lit. conteſt. in ciuili act. 125
Pœna eius, qui contra aliquem tantum arma extrax. 21
Pœna emptoris poculi amatorij. 294
Pœna eorum, qui affidaturas infringunt. 291
Pœna foriudicatorum, & Balio dando filiis eor. 149
Pœna hominum alium occid. diuerſis ex caſibus. 299
Pœna illorum, qui iudices corrumpunt. 206
Pœna iudicis, qui male iudicauit. 205
Pœna mariti, vbi adulter aufugit. 297
Pœna matris filiam publice proſtituentis. 298
Pœna mulierum iniuſte conquerentium. 40
Pœna negantis depoſitum, vel mutuum. 92
Pœna vxoris in adulterio deprehenſæ. 296
Ponderibus & menſuris. 288

Præſcriptionibus. 277
Præſtando ſacramento Baiulis, & Camerarijs. 88
Præſtatione ſacramenti ab aduocatis. 107
Præſtatione ſacramenti a magiſtro Iuſtitiario & Iuſtitiarijs. 72
Priuilegijs a Curia Capuana reuocatis. 176
Priuilegijs a Curia Capuana tempore turbationis indultis. eo.
Priuilegijs eccleſiarum. 297
Priuilegijs eorum, qui citati extra ciuitatem non veniebant, & priuilegiorum irritatione. 130
Probabili experientia medicorum. 284
Probatione per inſtrumenta publica ſuper quæſtione homagij. 220
Probationibus, & teſtibus ante litẽ conteſt. producendis. 190
Probationibus in appellationibus producendis. 207
Proceſſu iudicij. 171
Prohibita in terra Demanij conſtruct. Caſtrorum. 276
Prohibita officialium noſtrorum occaſione. 75. & 82
Prohibita quæſtione fœminæ. 295
Prohibito Curialium commercio. 111
Prorogatione præſcriptionis. 280
Pugnis ſublatis. 183

Q

QVAE *probationes in cauſa homagij exigantur.* 191
Quæſtionibus inter fiſcum, & priuatos mouendis. 89
Qualitate, & ætate pugnatorum. 194
Qualiter Campiones teneantur pugnare. 193
Qualiter Iuſtitiarij ſe gerere debeant in prouincia ſibi decreta. 78
Quando liceat Caſtellanis, & ſeruientibus Caſtrorum arma deferre? 25
Qua pœna vniuerſitates teneantur, quæ creant Poteſtates, & alios officiales. 76
Quibus cauſis primitus cognoſcatur. 60
Qui hominem occiſum ſpoliauerit. 302
Qui ramum de alto proijciens, vel ſe præcipitans, hominem occiderit. 299
Quòd nil poſt indemnia equitatorum paſcua de agro liceat alicui aſportare. 291
Quòd nullus Prælatus, Comes, Baro, officium Iuſtitiarij gerat. 75

R

RAPTORIBVS *virginum, vel viduarum.* 38
Raptu, & violentia monialibus illata. 36
Raſione monetæ. 293
Reaſſumptione inſtrumentorum facienda ſub nomine iuſti Regis. 175
Rebus ſtabilibus eccleſiaſticis non alienandis. 272
Recommendatis, vel reuocatis non detinendis. 226
Redimendis captiuis. 144
Rei actione & exceptione. 278
Repudijs concedendis. 296
Repulſa official. & pœna eorum exceſſib. conſtituta. 282
Reſignanda poſſeſſione, & de rei vendicatione. 127
Reſtitutione minorum. 195
Reſtitutione mulierum. eod.
Reſtitutione poſſeſſionis. 43
Reſtitutione reipublicæ. 197
Reuocandis tranſeuntibus ad alienam habitationem. 218
Reuocatione feudorum, & rerum feudalium. 211
Reuocatione priuilegiorum. 175

S

SACRAMENTO *præſtando a Baiulis.* 93
Sacramento præſtando a Campionibus. 193
Sacrilegio Regum. 11
Salario aduocatorum. 108
Salario Baiulorum, iudicum, & notariorum Curię. 97
Salario pro ſcripturis ſententiarum. 102
Sententijs in ſcriptis ferendis. 101
Seruando honorem Comitibus, Baronibus, & milit. 72
Seruientibus exeuntibus extra Caſtrum ſine licentia ſui Caſtellani. 113
Seruis & ancillis fugitiuis. 276
Si accuſator, & reus dolo vel fraude, dato ſibi termino a iudicibus non comparuerint. 159
Si qs mulieri violentiã patienti & clamãti nõ ſuccurrerit. 40
Si quis pendente queſtione ante Iuſtit. a maiori vocetur. 169
Spoliantibus hominem obitum, vel occiſum. 302
Succeſſione filiorum Comitum, & Baronum. 252
Succeſſione nobilium in feudis. 249. & 261
Summaria cognitione contra gabellotos ſeruanda. 101
Summota conuerſatione inter bonas fœm. queſtuoſæ. 296
Surripientibus aliquid de naufragijs vel incendijs. 57

T

TRACTV *termini conſtituti.* 129
Tranſactionibus. 84
Trigeſima, & ſalario officialium. 94

V

VASALLIS *non ordinandis.* 209
Vbi clericus in maleficijs debeat conueniri? 71
Venditione liberi hominis. 299
Vendentibus venenum. 294
Veneficijs. eod.
Violentia meretricibus illata. 37
Violentijs circa poſſeſſionem admiſſis. 41
Vitatione iactantię. 302
Vſurarijs puniendis. 12
Vt Caſtellani mittant ſeruien. armat. pro Curia. 25
Vt cauſę prius inchoatę terminentur. 61
Vt Clerici, vel iudices non ſint Baiuli, & de pœna facientium contra. 94
Vt Iuſtitiarij, & vniuerſi officiales, ſeu ipſorum familia, nihil a litigantibus recipiant. 83
Vt Iuſtitiarij habeant certos aduocatos. eo.
Vt Iuſtitiarius alium locò ſui ordinare non poſſit. 85
Vt liceat bannito infra duos menſes redire, & ſe Iuſtitiario aſſignare. 144
Vt magiſter Iuſtitiarius poſſit euadere oppreſsiones officialiũ, & reuocare. 67
Vt nullus audeat practicare, niſi in conuentu publicè magiſtrorum Salerni ſit comprobatus. 284
Vt nullus officialis cogat aliquem ad oſtendendum titulum ſuæ poſſeſſionis. Et quod nullus occupet. 115
Vt nullus ſe intromittat de factis, ſeu conſilijs regum. 11
Vt pater foriudicati ex delicto filij non teneatur. 151
Vt poſt renunciationẽ infra decẽ dies proñucietur in omnib. 66
Vt queſtiones terminentur. 103
Vt vniuerſitas accuſata, & mulieres coniugatę in criminalibus cauſis poſſint ordinare procuratorem. 135
Vxore non ducenda ſine permiſsione Curię. 247
Vxoribus foriudicatorum, & parentibus. 150

FINIS.

ELENCHVS RVBRICARVM IN OMNIA CAPITVLA REGNI NEAPOLITANI.

A

AD obuiandum fraudibus. 358
Ammiratis, & Viceammiratis, Prothontinis, & Comitis. 329
Appretio, & modo faciendis in terris & locis Regni. 379
Arbitrio conceſſo officialibus. 368
Armis acutis. 349
Aſſecurandis hominibus illorum, qui turbationis tempore Corradini a fide Regia defecerunt. 312

B

BOBVS aratorijs non pignorandis. 349
Bonis proditorum. 353

C

CAPIENDIS malefactoribus in alterius prouincia. 372
Capitulum contra exceptionem Hoſticam, & iudicis delegati allegati ſuſpecti. 366
Captiuis non retinendis vltra vnum diem, cùm liberati ſunt. 357
Caſtellanis. 331
Compilatione & compoſitione rationum officialium. 382
Componendo. 368
Confeſſione latronum. 347
Confirmatio capitulorum editorum in planitie Sancti Martini. 354
Conſeruatorium in forma ſolenni pro laico contra laicum. fol. 391
Conſeruatorium pro laico contra clericum. eo.
Conſeruatorium pro clerico contra clericum. 392
Contra maleficos rapientes virgines ſub colore matrimonij. 387
Contra vſurarios. 394
Conuentis, qui alienant poſſeſſionem. 348
Criminibus denunciandis magiſtro Iuſtitiario. 345
Cultu Iuſtitiæ obſeruando, ne Regnicolæ indebitè ab officialibus vexentur. 395
Cuſtodibus paſſuum, & graſſiæ. 329

D

DAMNIS emendandis per vniuerſitatem. 349
Decimis ſoluendis. 356
Declaratio conſtitutionis prohibentis compoſitionem in criminalibus. 378
Defenſa. 348
Defenſis, violentijs, & iniurijs illatis religioſis, viduis, pauperibus, & eccleſiis. 347
Demolientibus, & falſantibus Liliatos, Carlenos, & incidentibus. 374
Dotibus mulierum. 351
Duplicandis Gagijs Iuſtitiario, Iudici, & actorum notario. fol. 355

E

EXCEPTIONE excõmunicationis criminaliter accuſari, vel reſtitutionem violentæ poſſeſſionis petentis. 360
Exceptione excommunicationis oppoſita, vel qualibet dilatoria oppoſita, res & fructus ſunt ſequeſtrandi. 363
Extractione victualium. 305

F

FAMILIA officialium qualiter eſſe debeat. 375
Filijs bannitorum, & foriudicatorum. 349
Foreſtis antiquis & nouis. 357
Foriudicatione. 349
Furtis. 310

H

HIS, qui prætendunt ius habere in bonis proditorum captis per Curiam. 315
Homicidiis clandeſtinis. 350
Hominibus Demanij non recipiendis. 358
Honorabili vita ducenda in feudis. 390

I

INDEBITATORIBVS victualium, & vſuris. 373
Inquiſitionibus. 343
Inquiſitionibus faciendis. 344
Iudicibus perpetuis non ſtatuendis. 353
Iure congrui. 399
Iuſtitia retardata. 355

M

MAGISTRIS Foreſterijs, & ſubofficialib. eorũ. 330
Matrimonijs contrahendis. 337
Morantibus in excommunicatione. 351

N

NE quis authoritate propria capiat aliquem de perſona, nec eius bona. 317
Non capiendis vaſallis a dominis. 357
Non capiendo aliquos extrahentes de portubus aliqua prohibita ſine mandato Curiæ: & proditores bannitos, niſi publicè conſtet. 328
Non capiendo vaſcella aliqua pro ſeruitijs curiæ, iuſto ſalario non ſoluto. eo.
Non componendo in delictis corporaliter puniendis. 378
Non componendo ſuper crimine capitali. 375
Non componendo ſuper receptione bannitorum cum vniuerſitate, perſoniſq; ſingularibus. 374
Non creandis iudicibus in perpetuum. 360
Non exigendo a procuratoribus Demaniæ, Mortitia, & Excadentias, & pupillorum Baliatus, niſi meros prouentus, & redditus. 328
Non mittendo ignem in reſtuchijs camporum. 320
Non onerando Galeas victualibus, & alijs infra ſcriptis. 330
Non ordinandis vicarijs per Iuſtitiarios. 316
Non procedẽdo ex officio, niſi in certis caſib. & ad tẽpus. 372

Non

Non recipiendis vaſallis Demanij in terris Baronum. 376

Non ſtatuendis clericis, vel extraneis officialibus. 350

Non ſtatuendo vltra duos maſſarios, & Curaculum vnum in qualibet maſſaria. 328

Non trahendis clericis ad iudicia ſecularia, niſi pro bonis feudalibus. 333

Notificandis ſuperioribus ſententijs, a quibus non extitit appellatum. 353

O

OBLATIONIBVS, *priuilegio clericorum, & quando ipſo gaudere debeant, vel non.* 359

Obſeruanda forma in ſtatutis propoſitis, ſuper reparatione vaſallorum ſtatuta ſupra in officialibus ſecretorum. fol. 329

Obſeruanda pœna mortis clandeſtinæ edita per quondam Do. Fredericum olim Romanorum Imperatorem. 327

Obſeruanda ſimili forma de gabella Salis. eod.

Occupantibus res Demanij. 309

Officio collectarum. 358

Officio magiſtrorum Maſſariorum. 328

Officio Secretæ, Quod Secretia committatur eam emere volentibus, & plus indè offerentibus. Vel ſi ad credentiam committatur viris idoneis; & nihil vltra meros prouentus a ſubofficialibus exigatur. 327

Ordinandis ſubofficialibus idoneis, & ſufficientibus. eo.

P

PALEA *non auferenda, & ſoluendo ſtallagio.* 352

Pecunia fiſcali non tenenda per officiales poſt amotionem ab officio. 376

Pœna clandeſtini homicidij. 338

Pœna, & vindicta proditorum, & quòd nullus officialis liberet carceratum pro crimine læſæ maieſtatis. 315

Pœna homicidij clandeſtini. 318

Pœna infligenda falſarijs monetarum. 321

Pœna obſeruanda edita contra extrahentes graſſiam. 329

Pœna portationis armorum. 349

Pœna rei ablatæ pretio non ſoluto. 319

Pœna violentorum. 305

Priuilegijs, & immunitatibus Ciuium, Burgenſium, & aliorum hominum a Faro citra. 338

Priuilegijs & immunitatibus Comitum, Baronum, & aliorum feuda tenentium. 336

Priuilegijs, & immunitatibus eccleſiarum & eccleſiaſticarum perſonarum. 333

Priuilegium collegij Neapolitani ſtudij. 393

Probibita extractione Carlenorum argenti de Regno. 377

Probibita portatione armorum. 372

Pro quanto tempore remanebunt officiales Curiæ in prouincia poſt depoſitum eorum officium. 340

Proroganda ſucceſſione duratura. 356

Q

QVID *fiet mortuo Barone?* 380

Quod ab vniuerſitatibus Terrarum deputatis ad reparationem caſtrorum exigatur pecunia neceſſaria tãtum, & non teneantur ad noua ædificia. 341

Quod accuſati dantes fideiuſſores non compellantur in Curia morari. 325

Quod accuſatore deſiſtente, Curia ex officio procedere poteſt. 367

Quod animalia capta in paſſibus non committantur cuſtodienda aliquibus priuatis perſonis, ſed mittantur ad Curiam Regiam. 329

Quod Baiuli iudices exerceant officia eorum etiam vltra annum vſque ad aduentum ſucceſſorum. 372

Quòd Barones, vel feuda tenentes non priuentur feudo propter contumaciam præſtationis ſeruitij. 362

Quod boues ſine campanis poſſint paſcere in defenſis, duntamen cuſtodes eorum arma, neque canes, non habeant. Et quòd Iuſtitiarij regionum habeant foreſtas, & defenſas in ſcriptis. 331

Quod cannæ, rotulæ, & alia pondera, & menſura non auferantur per terras, ſed ſuper falſitate ipſorum ſolemniter inquiratur. 327

Quod clerici clericaliter viuentes non communicent cum alijs in collectis, nec pro bonis eccleſiaſticis, etiam patrimonialibus. 334

Quod clerici coniugati ſoluent collectas Regias. 377

Quod Coneſtabuli Neapolis, & Auerſæ non intromittant ſe, niſi de nocturna cuſtodia ciuitatũ ipſarum, niſi ad mandatum Iuſtitiarij Terræ Laboris. 326

Quod Comites, Barones, & alij feuda tenentes poſſint petere adiutorium a vaſallis ſine literis Curiæ. 337

Quod Comites, Barones, & feuda tenentes in Regia Curia perſonaliter, ſeu realiter litigantes per compares abſoluantur, vel condemnentur. eo.

Quod Comitibus, Baronibus, & alijs nobilibus viris per Curiam aliqua ſeruitia, quæ eos non deceat, minimè committantur. 338

Quod cudatur moneta bonæ tenutæ, ſecundum quòd ſtatui dictarum partium videbitur expedire. Pro qua expendenda non fiat collecta, ſed dabitur Campſoribus, & alijs eam ſponte recipientibus, & erit perpetua. eo.

Quod domus prælatorum, ipſis inuitis ab officialibus cauſa hoſpitandi non capiantur, nec etiam lecti, nec etiam ibi criminalia iudicia exerceant. 333

Quod excommunicati durantes in excommunicatione vltra annum, denuntientur Curiæ per prælatos qui eos excommunicauerunt vel ſucceſſores eorum. 336

Quod exequatur mandatum Regium, & nihil pro ſigillo recipiatur. 324

Quod familiares Iuſtitiariorum neminem capiant ſine mandato Iuſtitiariorum. 325

Quod feudatario decedente abſque legitima prole poſſeſſio feudi vſque ad anni circulum in modum ſequeſtri ſtet penes fiſcum. 369

Quod fiant inquiſitiones ſuper finibus antiquarum foreſtarum, & ſuper earum cuſtodia ſeruetur ſupradicta forma D. Regis Caroli. 342

Quòd filiæ proditorum, quæ primam malitiam ſecutæ non ſunt, nec ſequuntur, poſſint ſe maritare de bonis feudalibus, ſine aſſenſu Curiæ. 340

Quod in cauſis criminalibus poſſit cõſtitui procurator per plures vltra denarium numerum accuſatos. 361

Quod in pœnis pecuniarijs fiſco applicandis poſſit procedi ſummariè. 362

Quod in quolibet Iuſtitiario Regni deputentur certi ſeruientes ad expenſas Curiæ pro cuſtodia captiuorum, nullis alijs exinde compellendis. 326

Quod Iudæis, qui ſunt vaſalli eccleſiæ, nulla officia vel grauamina committantur. 336

Quod iudices, & notarij non cogantur ab officialibus conficere inſtr. niſi quibus interfuerint: & iudex non det fidem notario, & econuerſò, niſi fuerit præſens. 326

Quòd iura conceſſa eccleſiis, in quorum poſſeſſione ſunt, ſeruentur illæſa. De illis uerò, in quorum poſſeſſione nõ ſunt, non fiat eis iuſtitia in Curia. 336

Quòd Iuſtitiarij non committant inquiſitiones ſuper crimi-

nalibus: Alia verò officia committant hominibus de prouincia. 322
Quòd Iuſtitiarius non amoueat perſonas electas ab vniuerſitatibus. 314
Quòd Iuſtitiarius poſſit cognoſcere de ciuilibus cauſis eccleſiæ, eccleſiaſticæ perſonæ, pupilli, viduæ, & aliarum miſerabilium perſonarum. 361
Quòd Iuſtitiarius poſſit cognoſcere de grauaminibus illatis vaſallis eccleſiæ per prælatos, vel alias eccleſiaſticas perſonas. 364
Quòd latrones, diſrobatores ſtratarum, & piratæ omni tempore torqueri poſſint. 368
Quòd liceat ſpecialibus perſonis in criminalibus cauſis conſtituere procuratorem, ſi in numero decem ad minus conueniantur. 364
Quòd magiſter Iuſtitiarius certis temporibus anni moretur in certis prouincijs. 355
Quòd Marinarij non ſubtrahant ſe a vaſcellis, poſtquàm aſcenderint eadem. 330
Quòd nihil exigatur pro ſigillo vel ſcriptura pactorum, & aliarum cautelarum, quas officiales faciunt, & fieri faciunt. 327
Quòd nihil recipiatur ab vniuerſitatibus in pecunia, collectis, vel alijs. Et quòd non imponatur collecta ſine mandato Regis. 323
Quòd nihil recipiatur pro compoſitione generalium inquiſitionum. 315
Quòd nihil recipiatur pro ſigillandis, & verificandis quaternis collectarum. 322
Quod nihil recipiatur pro ſigillo cuiuſcunque literæ ſigillandæ. 324
Quod nihil ſoluatur pro ſcripturis ſententiarum. 339
Quod nihil ſoluatur pro ſigillo Iuſtitiarij, vel alterius officialis, niſi pro litera iudicis, taren. 12. Et pro litera magiſtri Iurati, taren. 12. 340
Quod non arreſtentur in ſtratis, vel mercatis, aliqua venalia. 325
Quod non arreſtetur vinum ſine mandato Curiæ. eo.
Quod non capiantur animalia deputata ad centimul. 326
Quod non capiantur ſine conſilio parati dare fideiuſſores ſine mandato regio. 324
Quod non capiantur vaſcella inuenta ſine prohibitis mercibus nauigare: Et ſi qua inuenta fuerint onerata mercibus prohibitis, mittantur ad curiam. 330
Quod non compellantur aliqui inuiti reparare vaſcella Curiæ pro certo pretio, niſi voluerint ea ad extalium recipere facienda. 341
Quod non condemnentur, vel tormententur aliqui ſine conſilio iudicum. 324
Quod non ematur vinum a nolentibus vendere, nec vegetes conſignentur. 325
Quod non extendant ſe ad territoria vicina tam Demanij, quàm ad alia. 332
Quod non extrahantur lignamina extra regnum. 377
Quod non faciant inquiſitionem authoritate propria, nec ban cham imponant vltra Auguſtale vnum. 332
Quod non ordinentur officiales inhabiles, ſed idonei. 322
Quod non ponatur pro reſiduo in quaternis Curiæ aliqua pecunia recepta. 326
Quod non poſſit fieri accuſatio per præſonerium vel familiares eius, niſi ſit crimen publicum. 338
Quod non procedatur ad deſtitutionem rei Burgenſaticæ, vel feudalis, occaſione inquiſitionum factarum ſuper Demanijs, Morticijs, & Excadentijs. De inquiſitionibus theſaurorum. 328
Quod non ſtatuantur familiares Iuſtitiarij ad cuſtodiam nundinarum, ſed cuſtodiantur per magiſtrum Iuratum ipſius terræ. 342
Quod non tormententur aliqui ſine forma conſtitutionum, & iuris communis. 324
Quod notarij Cameræ dent commiſſarijs ſuis notas inſtrumentorum faciendorum ad cautelam curiæ. 326
Quod nullæ perſonæ laicales intromittant ſe de electionibus prælatorum, nec de alijs ſpiritualibus, niſi competat hoc alicui priuilegio iuris patronatus. 334
Quod nulli Caſtellani, & ſeruientes deferant arma extra caſtra, niſi pro ſeruitijs curiæ, nec habeant iuriſdictionem aliquam extra caſtra. 316
Quod nullus approprict ſibi hoſpitium, in quo hoſpitatus fuit, nec ingrediatur illud inuito patrono. 318
Quod nullus contrahat matrimonium cum filiabus & filijs proditorum, ſine mandato curiæ. 319
Quod nullus officialis mittat aliquem pro ſeruitijs curiæ cum proprijs expenſis. 317
Quod nullus officialis recipiat munera. 355
Quod nullus pro ſeruitijs noſtris aliquem mittat proprio ſumptu. 354
Quod officiales iurare debent. 314
Quod officiales maiores curiæ non emant equos & mulos in prouincijs eorum, ſed extra prouinciam, niſi receperint ſpeciale mandatum. 340
Quod officium magiſtri iurati non vendatur cum baiulatione, ſed eligantur magiſtri iurati per quamlibet vniuerſitatem, & officium ipſius gratis concedatur eis. 340
Quod perſonæ eccleſiaſticæ poſſint compellere vaſallos ipſorum, & debitores ſuos ad ſatisfaciendum eis. 336
Quod perſonæ productæ ad litem liberentur, ſi iuſte ſententiatæ fuerint per prædeceſſores officiales. 324
Quod poſſeſſiones eccleſiæ non auferantur, nec turbentur per curiam. 336
Quod poſſeſſiones, & res alijs non obligatæ, poſſint obligari eccleſiis. 335
Quod poſſit regi curia in terris iuriſdictionis. 376
Quod preſonerij non recipiant a captiuis, niſi quod ſtatutum eſt per D. Carolum quondam Siciliæ regem. 340
Quod pro fugientibus a galeis non capiantur filij pro patribus, vel econuerſo: Fratres pro ſororibus, nec vxores pro maritis. 330
Quod quilibet poſſit per mare extrahere de vna terra ad aliam liberè, ſine aliquo iure victualia, & alia prouenientia de terris, & maſſarijs ipſorum. Emptitia vero ſine iure exituræ, ſol. iure dohanæ de portubus tamen licitis & ſtatutis. 336
Quod receptatores pari pœna puniri debent, qua & malefactores. 363
Quod recipiatur appellatio a tormentis. 346
Quod recipiatur quæcunque pecunia pro Curia, ſicut communiter expenditur in regno. 322
Quod rei fugientes ad eccleſ. non extrahantur inuiti. 333
Quod Secreti non intromittant ſe inquirere de Demanijs, morticijs, & excadentijs, ſed magiſtri Portulani, & procuratores. 327
Quod ſeculares perſonæ non intromittant ſe de aliquo crimine eccleſiaſtico. 336
Quòd ſeminentur, & fiant maſſariæ in terris Curiæ, & non priuatorum. 329
Quod ſeruetur ius Romanum, & commune. 347
Quod ſeruetur capitulum de libertate matrimoniorum, ſicut ſupra dicitur in ſchedula Baronum. 338
Quòd ſeruientes non recipiant ſalaria a collectoribus col-

lectarum. 358
Quòd ſeruitia Curiæ non committantur niſi idoneis & ſufficientibus, & quos etiam decet, & ſeruetur conſtitutio in hoc capitulo Domini Caroli. 339
Quòd ſi aliquis tenet aliquam poſſeſſionem Curiæ occupatam, non priuetur ea, donec conuictus fuerit in iure. 339
Quòd ſi contingat aliquos ſuis culpis Regnum exire, vxores eorum quæ ſibi non conſenſerunt, non moleſtentur in dotibus, & iuribus ſuis. 340
Quòd ſit licitum accuſatori, vel denuntiatori, antequam in iudicio partes compareant, deſiſtere, vbi Curia ipſa non tangitur. 362
Quòd ſi vaſalli eccleſiarum, eis ad perſonalia ſeruitia obligati, aufugerint de terris, vel locis, in quibus morari debent, poſſint eccleſiarum vaſallos coercere ad reuertendum ad loca ipſa. 336
Quòd ſoluantur decimæ eccleſiis, & quòd ſoluantur prouentus bonorum pupillorum. 333
Quòd ſoluatur pro literis Regis. 339
Quòd ſtetur ſacramento officialis ſi aliquid vltra probibitionem receperit, dum nihil inde poſſit probari. 325
Quòd tempus ſyndicationis non labatur, donec acta ſint compilata, & aſſignata. 370
Quòd teſtes excommunicati debent abſolui ad cautelam, & ſententia lata propter teſtes excommunicatos poteſt retractari, ſicut & per falſos teſtes, vel inſtrumenta. 360
Quòd vaſalli eccleſiarum non trahantur coram officialibus Curiæ niſi in criminalibus, ſpretis defenſis, in portatione armorum, & alijs, quorum cognitio pertinet ad Curiam. 336
Quod vaſallis Eccleſiarum obligatis ad ſeruitia perſonalia non committantur ſeruitia per Curiam. 336
Quod vbicunque regia Curia morata fuerit, emantur neceſſaria ſuo victui communi pretio, & ab ea habentibus, nec ſigillentur vegetes. 339
Quod vniuerſitates terrarum nō cogantur deferre pecuniam ad Curiam cum expenſis eorum, ſed Curiæ. eo.
Quod vniuerſitates terrarum non teneantur ad emendationem furtorum factorum per ſpeciales perſonas. eo.
Quod vnuſquiſque ſubſcriptorum officialium ſignificet Curiæ infra certum terminum, ſubofficiales ſufficientes ad officium, quod eorum cuilibet committitur exercendum. 326

R

Reformatione ſtudij Neapolitani, & interdicendo particulares ſcolas in vtroque iure vbilibet infra Regnum. 394
Remittenda offenſa ſuſpectis de proditione. 355
Renouatione appretij. 352
Reſtitutione eccleſiaſticæ libertatis. 316
Reuocatione occupatorum Demanij regij ad ipſum Demanium. 378

S

Sacramento præſtando ab officialibus. 322
Soluendis decimis. 351
Soluendo ſtatutas comminantias Marinarijs conductis in armata. Et non cogantur in armata ipſa boni Burgenſes, & ciues ipſius artis ignari, & tribuantur eis panatica ſtatuta. 329
Solutione ſigilli. 352
Spoliatis pro laico contra clericum. 392
Statuendo Balio. 351
Statuendo magiſtros Maſſarios diuites, qui teneantur de fructibus maſſariarum, & animaliū Curiæ reſpondere. 328
Subuentione vaſallorum. 350

T

Terreriis. 331
Teſtimonio publicorum diſrobatorum contra participes, & receptatores eorum. 307
Theſauris. 350
Tollenda diſſentione inter fideles noſtros. 357
Tormentis. 346. & 357

V

Violentiis. 305
Vt Comites, & Barones in eorum terris officium magiſtri iurati per eos, & eorum officiales exercere valeant. 385
Vt fideles noſtri indebitè non grauentur. 358
Vt nullus officialis capiat aliquem de perſona incidentem in pœnam pecuniariam, ſeu bannum. 317
Vt nullus officialis recipiat munera: & Iuſtitiarius diſcurrat prouinciam. 318

FINIS.

ELENCHVS RVBRICARVM IN OMNES RITVS REGNI NEAPOLITANI.

A

ACCVSATIONIBVS, *denuntiationibus, inquiſitionibus, & deſiſtentibus, vel ſe concordantibus.* 423
Acta quæ ſint in petitionibus cleri. 441
Aduocatis practicantibus in magna Curia, ordine, & ſilentio ipſorum. 410
Aduocato & procuratore pauperũ. 402
Aequitate, quam ſeruat Curia non condemnando aliquem prima die poſt ferias. 426
Aerario, ſeu perceptore prouentuum. 404
Appellationibus. 432. & 433
Appellationibus admittendis. 433
Appellationibus, & ſupplicationibus. 432
Atteſtationibus præſentandis. 409

B

BANNITIS *condemnatis, & condemnationibus.* 425

C

CAPTVRIS, *carcerarijs, & carceratis.* 403
Cauſis & executionibus committendis, ac earum commiſſarijs. 412
Cautelis recipiendis a captiuis quando liberantur. 404
Citationibus & mandatis. 411
Citationibus fiendis. 412
Clericis. 441
Clericis volentibus declinare forum. 429
Clericus citatus debet perſonaliter comparere, & Curia cognoſcit de ſuo clericatu. 406
Clericus coniugatus non admittitur ad priuilegium per eandem Curiam. eo.
Clericus denuntians debet præſtare fideiuſſorem laicum. 424
Committitur examinatio teſtium ſenum, & valitudinariorum in criminali. 415
Compoſitionibus. 436
Confirmatio, & noua conceſſio priuilegiorum Neapo. facta per Reginam Ioannam ſecundam. 442
Contumacia accuſanda. 427
Contumacys. eo.
Contumacijs accuſandis. eo.
Curia ipſa procedit ad anteriora condemnatis teſtibus. 409

D

DE *deſiſtentibus.* 425
Detinetur inquiſitus, ſi incipit conſtare. 404

E

EO, *qui prius curiam adiuit.* 424
Exceptionibus. 430
Excuſationibus abſentium, & aliorum. 435
Executio fit in pœnis accuſati, & parte non vocata. 413
Executio in appellationib. fit per iſtam Curiam ſemper. 433
Expenſis. 441
Expenſis reſtituendis. eo.

F

FIDEIVSSORIBVS, *ac ritu Curiæ.* 416
Filiusfamilias non admittitur ad denuntiandum ſine obligatione. 424
Fiſco non datur terminus ad examinari faciendum. 409
Fit interrogatio ſuper tenore inſtrumenti ad petitionem hæredis. 421
Foriudicatione. 436
Forma citandi quem, vt legaliorem. 412
Foro competenti, vel declinando. 428

I

IN *proceſſu ſeruitutum non datur copia partibus.* 409
In quibus cauſis ponitur infra biduum. 409
In quibus denunciationibus proceditur. 406
Immunitate officialium Curiæ. 428
Inſtantus cauſarum diuerſarum. 431
Inſtrumentis, & eorum præſentationibus. 417
Iure ceſſo. 440
Iuriſdictione, & cognitione Magnæ Curiæ. 404

L

LIBELLIS *dandis.* 436
Litera de ſupplendis defectib. poſt literã, deteſtantes. 440
Literis. 437

M

MODO *procedendi, & de proceſſibus cauſarum.* 406

N

NON *admittitur aliqua petitio poſtquam eſt ſcripta, & lata interlocutoria.* 436
Non admittitur aliquis tanquam vnus de populo ad accuſandum. 424
Non admittuntur poſitiones reprobatione, in cauſa principali. 437
Non committitur audientia infra dietam. 415
Non committitur examinatio teſtium in criminali, niſi literis Curiæ. 415
Non computatur dies citationis in termino. 412
Non conceditur repulſa contra ſcripturas. 437
Non conſueuit ipſa Curia aliquem pignorari facere. 413
Non datur fides inſtrumentis confectis extra Regnum. 422
Non datur libellus in cauſis appellationum. 432
Non poteſt quis accuſare aliquem de vſuraria prauitate ſine obligatione. 424
Non poteſt aliquis licentiari, niſi prius condemnato aduerſario. 426
Non poteſt pupillus declinare forũ in contractu paterno. 428
Non recipitur denuntiatio abſque obligatione. 424

O

OFFICIALIBVS *Magnæ Curiæ in genere, & his, quæ eis incumbunt.* 401
Officio aduocati, & procuratoris fiſci in ſpecie. 402

Officio

Officio iudicum Magnæ Curiæ in ſpecie. 402
Officio magiſtrorum actorum, & ſubactariorum. 403
Ordinationes factæ in Magna Curia anno Domini 1400. die 6. Septembris, regnante Rege Ladiſlao. 409
Ordine & numero officialium Magnæ Curiæ. 401

P

PETITIONIBVS abſentiæ admittendis. 435
Petitionibus admittendis in cauſis criminalibus. 436
Poſt concluſionem non admittitur quis ad reſtitutionem in integrum. 441
Poteſt accuſari abſens citatus ad videndum teſtium iuramenta. 415
Poteſt præſentari inſtrumẽtum contra citatũ de periurio. 422
Practica ad docendum de ſolennibus per tutores. 441
Item ſi aliquis ciuiliter, vel criminaliter. 435
Item ſi aliquis clericus citatus fuerit. 406
Item ſi aliquis, vel aliqua bannitus. 427
Item ſi aliquis, vel aliqua citatus. 411
Item ſi aliquis, vel aliqua ciuiliter. 435
Item ſi aliquis, vel aliqua venerit. 411
Item ſi appellans fuerit negligens. 432
Item ſi clerici de rebus eccleſiaſticis. 428
Item ſi contingat cauſas per ſupplicationem. 432
Item ſi contingat iudicem. 433
Item ſi datus terminus incidit in diem. 427
Item ſi detur terminus in cauſis ad probandum. 414
Item ſi epiſcopus, vel ſuperior. 415
Item ſi eſſet dies feriata, ita quod curia. 416
Item ſi in rubrica teſtium. 414
Item ſi procuratori detur. 411
Item ſi pupillus, vel vidua. 428
Item ſi quis impetrat citationem. 412
Item ſi quis, vel ſi qua accuſauerit. 423
Item ſi teſtes iurant die non feriata. 414
Item vbi pupillus. 428

N

NOTA, *quod hæc dictio, vel.* 417
Nota, quod ille Ritus illo modo practicatur. 420
Nota, quod iſte Ritus hoc modo practicatur. eod.
Nota, quod quando eſt conceſſus. 438

O

OBSERVAT *ipſa curia, & omnes.* 411

P

PVPILLO *aſſerenti.* 441

Q

QVIDAM *tenent eiuſdem curiæ.* 411
Quod nullus admittatur ad accuſandum. 423
Quod ſubactarij debeant tenere. 403

V

VBI *autem citatus ſuper tenore inſtrumenti.* 420

FINIS.

CAPITA OMNIVM PRAGMATICARVM REGNI NEAPOLITANI.

A

ADDENTES *inſuper.* 526
Ad noſtras etiam aures. 532
Ad reſtringendum malefactorum. 528
Alphonſus, &c. Cum idem sereniſſimus. 479.
Alphonſus, &c. intelleximus nuperrimè. 477
Appellationum tempora. 463
Aſſiſtentiam & appretium. 465
Audiuimus etiam complures Barones. 532
Audiuimus etiam, quod. 531
Audiuimus inſuper quamplures. eo.

C

CAPITANEI *& Alguzerij.* 537
Carolus V. &c. Don Petrus de Toledo. 533
Carolus, &c. Poſtquam nobis. 525
Circa blaſphemias. 537
Comparente reo. 448
Concluſione facta. 457
Conſeruatoria, quorum. 473
Conſiderando la prefata. 481
Conſiderato, che a notitia. eo.
Conſtitutionem contra negantes. 469
Conſtitutionem diui Frederici. 470
Conſtitutionem moderantem. 473
Contingit ſæpe. 457
Contra autem exercentes. 528
Crimina & defectus. 458
Cum Reges anteceſſores. 536
Cum verò ex propalatione. 535
Curſu dilationum. 455

D

DISCORDIAS *inter.* 474
Diſpendia litium. 445
Dubitationem circa. 464

E

EANDEM *conſtitutionem.* 471
Et ad tollendam abuſionem. 536
Et inter alia audiuimus. 530
Et ne in Regia. 536
Et ne ſperata. 534
Et perche alcuni Iuriſti. 477
Et quia ad hoc inſtituti. 536
Et quia ex cauſa. eo.
Et quia facilitas veniæ. 527
Et quia per dictæ remiſſionis. 534
Et quia perfidorum. 538
Et quia præcipua. 525
Et quia ſæpe accidit. 529
Et quia ſæpe numero. 535
Et quoniam in Regno. 534
Et quoniam per pragmaticam. 536
Et ſi aliqua partium. 462
Et ſi per examinatorem. 453
Et vt etiam vaſallos. 527

F

FERDINANDVS, *&c. Ad audientiam noſtram.* 517
Ferdinandus, &c. Ad perpetuam rei memoriam. 514
Ferdinandus, &c. Ad tollendam. 518
Ferdinandus, &c. Cum frequentius. 496
Ferdinandus, &c. Cum multa ſint, quæ. 520
Ferdinandus, &c. Cum nulli liceat. 516
Ferdinandus, &c. Cum ſatis ſuperque. 513
Ferdinandus, &c. Cum ſit quòd temporibus. 528
Ferdinandus, &c. Deſiderantes itaque. 494
Ferdinandus, &c. Et ſi hactenus. 520
Ferdinandus, &c. Felicis memoriæ. 507
Ferdinandus, &c. Hac noſtra lege perpetuò duratura. 483
Ferdinandus, &c. Licet inter cætera. 504
Ferdinandus, &c. Licet, vt vniuerſalis. 503
Ferdinandus, &c. Maxima nobis ingratitudo. 483.
Ferdinandus, &c. Nihil eſt, quod ſapientem. 484
Ferdinandus, &c. Nonnullis vniuerſitatibus. 509
Ferdinandus, &c. Non ſine noſtra mentis. 518
Ferdinandus, &c. Nuper accepimus literas. 493
Ferdinandus, &c. Nuper ad maieſtatem. 504
Ferdinandus, &c. Officij noſtri debitum. 501
Ferdinandus, &c. Pateat vniuerſis. 517
Ferdinandus, &c. Pateat vniuerſis. 505
Ferdinandus, &c. Quemadmodum canonicis. 495
Ferdinandus, &c. Querula expoſitione. 519
Ferdinandus, &c. Recolimus prout. 502
Ferdinandus, &c. Suſcepti a Deo. 505
Ferdinandus, &c. Vniuerſis & ſingulis. 512
Ferdinandus, &c. Vt iniuſta fidelium. 502
Ferdinandus, &c. Vt res humanæ. 524

G

GRAVES *inſuper querelas.* 532
Gubernatores prouinciarum. 535

I

INOLEVIT, *vt fida.* 473
Inſtantia cauſæ in iudicijs. 466
Ioanna, &c. Legiſlatoris eſt. 523
Ioanna II. &c. Ne teſtificantium. 478
Ioanna, &c. Quia nouiter. 523
Ioanna II. &c. Sanè pro parte. 521
Item aduertendo alle molte. 484
Item ex quo diuino. 531

Item

Item mandamus, ne actuarij. 537
Item mandamus, quòd habentes. 538
Item mandamus, quòd præſidentes. 537
Item, perche l'abomineuole. 483
Item quia delinquentes. 534
Item quia nobis datum eſt. 537
Item quòd Gubernatores prouinciarum. 530
Item quod officiales Regij. eod.
Item ſupplicano V. M. 493
Item volumus & mandamus. 537
Item volumus quòd in cauſis. 535
Iuris vtriuſque cenſuram. 459

L

LVDOVICVS, *Ioanna, &c. Nouiter noſtræ maieſtati.* 476

M

MAGNAE *Curiæ Vicariæ ritum.* 466
Magnifici Regenti. 495
Malitijs litigantium. 463
Mandantes etiam. 536
Mandamus etiam. 525
Mandamus etiam ne Barones. 533
Mandamus etiam vt Barones. 531
Mandamus inſuper quòd die. 536
Mandamus quoque quòd decreta. 537
Mandatur magnifico. 477

N

NEQVE *etiam ſub dicta.* 526
Neque poſſint etiam dicti. eo.
Nos Ferdinandus, &c. Aſſiduo penſantes. 528
Nos Ferdinandus, &c. Decet iuſtum Regem. 526
Nos Ferdinandus, &c. Egregia ſane. 498
Nos Ferdinandus, &c. Hac noſtra lege. 483
Nos Ferdinandus, &c. Multa quidem. 497
Nos Ferdinandus, &c. Prudentia rerum. 498
Numerum magiſtrorum actorum. 473

O

ODIA, *quæ inter coniunctos.* 459
Officiales autem noſtros. 527
Officium notariatus. 469

P

PORRÒ, *quia creſcente numero.* 530
Poſt concluſionem. 468
Poſt prædictas reſponſiones. 450
Præterea, quia non eſſent. 528
Pro cura pauperum. 537
Prohibemus etiam Barones. 531
Prohibemus etiam. 527

Q

QVANDOQVE *ſolent.* 458
Quicunque exceptionem. eo.
Qui in cauſa principali. 465
Quilibet agere volens. 445
Quinetiam non ſine. 532
Quinetiam nuper. 530
Quinta die dilationum. 451
Quis neſcit munera. 534
Quoniam huc uſque. 537

R

RAYMVNDVS, *&c. Cum frequentius.* 496
Recolimus etiam nos. 527
Regiæ dignitati. 472
Relatione citationis. 446
Renouamus etiam. 530
Reo in eius contumacia. 448
Reſponſionibus viciſſim. 452
Rex Siciliæ, &c. Licet per molte guerre. 509
Rex Siciliæ, &c. Per lo grande amore. 520
Rex Siciliæ, &c. Per molte querele. 519
Rex Aragonum. 495

S

SIMILITER *mandamus.* 535
Singuli ex dictis notarijs. 470
Si quis petierit dilationem. 463
Si reus exceptiones. 449
Statuimus quod in damnis. 474
Statuimus quod nullus alguzerius. 473
Statuimus etiam quòd ſi contigerit. 538
Statuimus ſuper articulis. 453

T

TEMERITATEM *litigantium.* 463
Teſtem falſum. 467
Teſtes inſuper falſos. 527

V

VOLVMVS *etiam, atque mandamus.* 536
Volumus etiam, & declaramus. 533
Volumus etiam quòd in vnoquoque. 537
Volumus etiam, vt Barones. 531
Volumus etiam, vt ipſi Barones. eo.
Volumus etiam, vt ſi quando. eo.
Volumus etiam, vt ſindici. eo.
Volumus in criminalibus ſcribas. 473
Vſurarum etiam voraginem. 528

FINIS.

PROOEMIVM
V. I. MONARCHAE
ET LEGVM EVANGELISTAE,
D. ANDRAEAE * DE ISERNIA,
Super Conſtitutionibus Regni.

* ADDITIO. *Andraas de Iſernia fuit conſiliarius Caroli II. & Roberti, & Ioanna I. cuius Regni an. VIII. interemptus eſt, vt ex Regeſtis Regia Sicla patet. fuit autē ex familia Rampinorū, vt ſe ſubſcribere ſolebat, qua inter nobiles Æſerni na ciuitatis primum locum obtinuit, de quo vide Aff. in proœmio Conſt. in prin. & in conſtit. vt participatio. & in cōſtit. humanitatem, in 11. not.* Fabius Iordanus.

* ADDITIO. Regno ſuo. *Adde q Duces, Marchiones, & alij Domini perpetuò inueſtiti cenſentur Principes in ſuo regno vel ducatu, & omnia poſſunt in ſubditos eorū, qua poſſet Imperator in toto orbe, vt per Alex. conſi. 1. vol. .. & Curt. iun. in conſi. 100. num. 3.* Iac. Anellus de Bottis.

CVM Conſtitutiones Regni faciat qlibet Rex monarcha in regno ſuo, * etiam contra legem poſitiuā, vt hic plenè dicit gl. Solet quæri, an vniuerſitates Terrarū, & populi poſſint cōſtitutiones facere, quæ dicuntur ſtatuta: aliquando leges municipales, cum ius ſit etiam nō ſcriptum, ſicut eſt conſuetudo, quæ ſcripta & non ſcripta eſt, & ſi de rebus eorum vel ſuorum ciuium poſſint ſtatuere, & ſic circa Iuſtitiam, & iudicia; Et qualia, & quomodo, & quando, & qualiter. Et quæ vniuerſitates iuriſdictionem habent, vt hoc poſſint. Et an contra legem ſcriptam poſſint facere ſtatuta. Quod enim poſſint facere ſtatuta, dicitur in l. omnes populi. ff. de iuſt. & iu. & Inſti. de iure natu. §. ex non ſcripto.

ADDITIO. *Adde l. receptitia. in fi. & ibi gl. C. de conſti. pecu. & in l. fi. & ibi Bar. ff. de colleg. illi. & an omnes vniuerſitates habeāt iuriſdictionem? vide in l. ſi duas. in §. eſt autem. ver. decet. ff. de excuſ. tut. Bar. in l. 1. ff. de dam. infec. & per Inno. in c. cum acceſſiſſent. de conſt.*

Et quidem in reb. proprijs poſſunt vniuerſitates ſtatuere, ſicut uolunt, quia in re ſua quilibet etiam priuatus eſt moderator & arbiter, vt ſibi placet. C. mand. l. in re māda ta, & dicit Inno. extra de conſt. c. cum acceſſiſſent. alleg. ff. quod cuiuſque uni. no. l. 1. §. quibus. Dummodo ſint iuſta. Quare iniqua ſtatuta non poſſent etiam in rebus proprijs: & illa vocat Inno. monopolia, quæ iniuſta ſunt, & vide concord. quas allegat. C. de monopo. l. 1.

ADDITIO. *Adde Bar. in l. iudaies. ff. de colleg. illic. Bar. in l. ſub prætextu. ff. de extraor. cri. Inn. in c. ſignificaſti. de appel.*

Nam ſtatutum & lex municipalis, id eſt, conſuetudo paria ſunt in hoc, vt ſequitur: Conſuetudo autem irrationabilis, eſt corruptela, vt in Auth. vt nulli iud. §. 1.

ADDITIO. *Adde quòd tales non ſunt ſeruandæ, ſecundum Card. Zab. in c. ex parte. in 8. no. de conſuet.*

Lex carens ratione nō eſt lex, ſed legis corruptio, ſecundū Aug. in lib. de libero arbitrio, eo q de ſubſtantia legis eſt, q ſit iuſta, nec lex eſt, quæ iuſta non eſt. 4. diſt. erit.

ADDITIO. *Adde, an lex iniuſta obliget in foro conſcientiæ? vide in c. erit autem. 4. diſtin.*

Legem ratio commendat. 1. diſt. conſuetudo. Itē quia in rebus ciuium debet ſtatuere iuſtè, & in reb. alienis vel ciuium ſuorum & incolarum, quæ non ſunt ſuæ, ſcilicet, vniuerſitatis. ff. quod cuiuſque vni. no. l. ſicut. nec facient ſtatuta regaliter, quia contra domini voluntatem, &c. C. de pac. l. fi. niſi eſſet eorum communis vtilitas, & tunc ſuper his, ſine quibus non poſſunt viuere, * vtpote, victualibus, vtenſilibus, & negociationib. ſtatuent precium, & præcipient vendi, vt arg. ff. de off. præf. vrb. l. 1. §. cura carnis, & C. de epiſ. au. l. 1. Nam caſtra & villæ habent rempub. eorum, vt C. de diuer. reſcr. l. fi. in fi. de offi. eius, qui vicē alterius gerit. l. 1. Pretium non erit uilius, quin iuſtū ſit. Sic eſt intelligendū. ff. ad l. Iul. de anno. l. fi. in fi. Sic ad munici. l. nō debere, & de adm. rer. ad ciui. perti. l. decuriones. Domos autem & prædia nō cogeret iudex vendere, ſic poteſt intelligi contrarium. C. de iudi. l. nemo. Sed tunc ex cauſa poſſet. ff. de relig. l. ſi quis ſepulchrum. Item ſi victualia non haberet quis niſi quantum ſibi ſufficit, nō cogeretur vendere etiam iuſto pretio, ſic poteſt intelligi l. nemo, pręallegata, & ad l. Iul. de anno. l. fi. 2. reſpon. & Matthæi 12. dicitur, Nè fortè non ſufficiat nobis & vobis, ite potius ad vendentes, &c. Ordinata enim charitas à ſe prius eſt. C. de ſerui. & aqua. l. præſes, & in Auth. de trien. & ſe. §. 1. ibi, ne ſua erogata ad extraneas veniant largitates.

* ADDITIO. Non poſſunt viuere. *No. q tēpore cariſtia poſſunt cogi cines ad vendendum frumentum etiā viliori pretio. vide hic Mod. in 3. q. vltra quē vide in tractā. de Peſte, car. 42. ver. ſextam huius morbi. & verſic. ſed hic occurrit.* Iac. Anellus de Bot.

ADDITIO. *Adde glo. fi. in cap. ex parte, il 2. de cler. non reſid. glo. in cap. licet, de ſuppl. neglig. præla. glo. in cap. petitio veſtra. de iureiur. Bar. in l. pupillum. ff. de excuſ. tuto.*

Item de alijs quæ non erant vtiles retinere, imò magis non vendere, ſibi non proficiebat, & alijs de ciuitate erat diſpendium, ſicut ſunt lapides orti in prędijs, ideo ſtatuit in illis; l. municipalis pretium. ff. com. præd. l. venditor. §. ſi cōſtat. Etiam in meo debeo ex charitate velle quod mihi non nocet, & alij prodeſt. ff. de euict. l. in creditorem. §. 1. Præter hæc vtenſilia, inter quę ſunt illa, de quib. fiunt habitationes, & lapides, ſine quibus non viuitur commodè, & ſic non viuitur, arg. ff. de verb. ſign. l. Nepos Proculo, & omnes de vniuerſitate de re vnius ciuis non conſentientis, ſtatuendo illi non præiudicant, dicit glo. quæ ſit lon. conſue. l. 2. Nam nec Princeps poſſet re mea ſine cauſa & culpa, me priuare, de quo dicitur infra, & patet ex his, quæ notantur in gl. C. ſi contra ius vel vtil. pub. l. fi. & l. quod ſi maior. ff. ad munici. Quod intelligit Ioan. in electionib. & contractib. rerum ſuarum, vt in illa gl. dicitur.

ADDITIO. *Adde Bald. in l. qui ſe patris. C. vnde libe. Pau. de Caſt. in l. Gallus. in §. & quid ſi tantum. ff. de libe. & poſthu. Et quomodo ſint intelligenda verba, omnia ſunt Principis, intelligitur, id eſt, fiſcalia, vt in l. bene à Zenone. C. de quadrien. præſcrip. & per Archi. §. quamuis. 23. q. 8. Hoſti. in ſumma. tit. de præſcript. in §. quæ exigantur. verſ. & licet*

Spe.in ti.de ferijs. in §. *quoniam.uerſ.23. uide late de principis poteſtate per Lucam de Penna,in l.prædia.C.de loca.prçd. ciu.& fiſca.lib.11.& maximè art.18.1.par.*

Dictum eſt autem res ſingulorum non eſſe ſuas, ſcilicet, vniuerſitatis. Non cõſentientes ergo in quorum præiudicium fit ſtatutum de rebus & iuribus eorum,non ligantur, ſicut nec ignorantes, vt ff.de decr.ab or.fac. l.fi. Nec ſufficit illum eſſe præſentem, in cuius præiudicium fit ſtatutum de reb. & iuribus: quia etiam ſi ſe ſubſcriberet, non præiudicat,vt ff.de pign.actio.l.Caius. Sed oportet,quòd tunc conſentiat, & conſentiens petet pretium, ſi eo animo conſenſerit,vt precium habeat, non aliter,vt ff.de legat.1. l.ſi fundum per fideicommiſſum. & l.ſeq. §.1.& de leg.2.codicillis. in princ. ¶ Et quando in re cõmuni,vt ſingularis quis conſentit, non ſufficit conſentire,ſicut vniuerſitas, vt patet ex his, quæ notat Innoc. de conſtit. c.cum omnes. Et aliàs ſi vniuerſitate adunata, ego,in cuius præiudicium ſtatuebatur, fui præſens, ſicut vnus de vniuerſitate, etiam ſi eſſet caſus, vbi pręſentia tantum domino noceret,ſine conſenſu nõ videretur præiudicare, niſi ſic ſinguli intereſſent in ordinatione: quia ſic & aliàs valet quid, vt poteſt valere, & ſi non valet,vt ago,& c.ff.de tranſ.l.& poſt rem iudicatam. §.fin.in hoc haberet locum quod potuit,ſcilicet præſtare patientiam, vt & ſinguli noluit quod uoluit, etiam fecit ſicut quilibet,ſcilicet de vniuerſitate non ſufficit,ſed adimplere nequiuit.ff.de reb.dub. in ambiguo. & C.ſi quis alteri, vel ſibi.l.multum. Conſenſus autem qualiſcunque præiudicat. Nam ſi me abſente,tamen conſentiente,rem meam vendis, cõſenſus meus ſufficit ad dominij tranſlationem in emptorem, Inſti.de re.diui. §.per traditionem. Item, quod dicitur per Innoc. ꝙ de rebus ſuis facient ſtatuta: non negatur,quòd ſi in hoc decipiãtur,& lædantur,quin reſtituantur etiam in alia vniuerſitate, quàm Romana. C.lib.11.de iure reipub.in gl.rubr. & in l.rempu. & quicquid ibi no.C.ex quib.cau.maio. ¶Item dicit Inno.quòd vniuerſitates habentes iuriſdictionem faciunt ſtatuta circa iuriſdictionem, & cum pœna. Sed quæ ſunt vniuerſitates habentes iuriſdictionem,* cum Imperator ſit dominus totius mundi.ff.ad l.Rhod.de iac.l.deprecatio. Item liberi Reges & exempti ab Imperio, vt Rex Siciliæ, qui habet à Romana eccleſ. ſunt Monarchæ in regnis ſuis, arg.6.q.2.ſcitote.& q.3.c.1.& 2.& 7.q.1.in apib. & ibi in gl. De liberis Regibus dicitur. ff.de cap. & poſtlim. reuer.l. poſtliminium. in prin. Vnde in regno Siciliæ ciuitates non habent iuriſdictionem: imò nec ciuitas Romana, quia tranſtulit omne ius,omnemque poteſtatem in principem, vt ff.de conſti.prin.l.1.& de offi.præſe. præt.l.1.§.regnum. Nec remanſit ei, ſecundum quod Io. no. in glo. ff. de legib. non ambigitur. Secus in eo,qui mandat alij cauſam cognoſcendam ordinariè, vel delegat, quia ſibi retinet, vt ff.de dam.inſe.l.1. ff.de offi. eius cui mand. eſt iuriſdict. l.1. in fi. Et differentia eſt inter transferre, & totaliter à ſe abdicare, & committere iudici,ſeu mãdare,vt argum. C.de vete.iure enucl.l.1.§.hoc etiam. & in ſumma Hoſt. de conſt.§ quis poſſit. in fi.§. Qui transfert, non reuocabit, niſi ex cauſa, vt ſi abutatur, vt ff.de orig.iur. l.2.§.& cum placuiſſet. Tarquinius quidam fecit expellere Reges, ſic.C.de vet. iure enucl.l.1.§.cũ enim l.& c.ad Apoſtolicam.de re iud.lib.6.de depoſitione Frederici. ¶Qui mandat cauſam cognoſcendam,reuocat quando vult. ff. de iudi.l.iudicium ſoluitur. ¶Reges habent Comites, & Barones,terrarum dominos,qui ſunt ordinarij,vt in Auth.de quæſto.§.ſi verò cũ inſteterit. ¶ De iſtis poteſt quæri, ſi poſſunt facere ſtatuta, ſicut vniuerſitas quælibet, quæ legem facit municipalem: ¶ Item iuriſdictionem ex conſuetudine poſſunt habere.C.de emanc.li.l.1.in fi. ¶ Item ille, qui habet principatum immediatę à Principe,& tunc ipſi principes, qui conceſſerunt, videntur talem iuriſdictionem exercere. C.de offi.præfe.præ. l.formam. C.de vet.iure enucl. l.1. §.omnia. ¶ In hoc differt conſuetudo à ſtatuto, quòd nõ poſſet ſibi ipſi iuriſdictionem attribuere,quam non habet, & nemo quidem facit ſeipſum iudicem. ff.de offi.præ. l.fi.de tut.& cura. da.ab his.l.4. ¶Sed ſi conſuetudo eſſet illa, cuius non extat memoria, haberetur perinde ac ſi Princeps conceſſiſſet, patet extra de verb.ſign.c.ſuper quibuſdam. §.præterea. de aqua quo.& æſti.l.hoc iure. §.ductus aquæ.

* Additio. Iuriſdictionem. *Nota quòd Rex Siciliæ citra & vltra Farũ nõ eſt ſubditus Imperio: ea propter nequit Imperator legitimare vaſallum talis Regis ad feuda, non citato rege,vt per Alex.conſi.60. col.1.vol.2. & Caſtellianus Cotta in ſuis memor. in ver.legitimatio, & in ver.Imperator.* De Bot.

Additio. *Adde Bar. in l.1. §.in omnibus. ff. de pub. Sal.in l.2.C.no.uect.inſti.non poſ. Hoſt. in ſum.ti.de conſue. in §.obtentus.in ult.col. Io. And. in addi.Spec.in tit. de teſti. in §.nunc uidendum.uer. item opponitur. Bal.conſi.49. inci. In facto. in 3.uolum.*

Cum ſine huiuſmodi præſcriptione, vel Principis Romanorum conceſſione Reges alij non habent aliqua regalia in terris,& regnis ſuis. Nec monetæ faciendæ, dicit Hoſt. in ſum.de cenſi.§.ex qui.cau.& §.poſſunt autẽ. licet habeatur inter regalia,vt in 10.colla.quę ſunt rega. tamen intelligitur de Regib. Romanorum,qui fecerunt illa iura. ¶Si ergo habent iuriſdictionem, poſſunt facere ſtatuta circa iuriſdictionem,& cum pęna,ſecundũ Inno. in d.c.cum acceſſiſſent. ¶Qualiter autem ſint ſtatuta huiuſmodi circa iuriſdictionem: Vtrum ad decidendam litem,vel ad ordinandam,ibi plenè patet. ¶Item no. quòd ſunt ſtatuta præter legem,ſecundum legem, & contra legem. ¶ De ſtatutis præter legem non videtur dubium, quin ciuitas inter ſe faciat.Quorum exemplum eſt in gl. C.quæ ſit lon. conſ. l.1. ¶Et de talibus poteſt intelligi l. an in totum.C.de ædif.pri.quę loquitur de cõſuetudine. Et ſic idem de ſtatuto. ¶Paria ſunt quidem quantum ad hoc conſuetudo,ſtatutum,& lex municipalis.¶Et conſuetudo,expone,&, pro id eſt,prout in gl. ff.quod cuiuſque vniuer.nomi.item eorum. in prin. & C.de emanc.li.l.1. & patet.ff.de reg.iur.l.nec ex prætorio.in gl, vbi pro ſtatuto gloſſa adducit leges loquentes de conſuetudine,pręcipuè l.de quib.ff.de legib.Idem in l.ſicut.C.quæ ſit lon. conſ. ¶Moderni dicunt,ꝙ eſt conſuetudo titulata, quando ciues ſtatuunt aliquid eſſe conſuetudinem. ¶Et quarto modo præter gloſſam dicunt conſuetudinem ſic induci,quòd non poſſit negari eſſe ſtatutum.¶Titulus eſt conſenſus expreſſus, de quo dicit l.prædicta, de quibus,& l. omnes populi.de iuſt. & iu.etiam ſi hæc conſuetudo non ſit ſcripta. ¶ Præſcripta habet conſenſum tacitum, vt l. de quibus.in fi. Nam diuturni mores leges imitantur, d. §.ex non ſcripto. Plus autem quantum ad hoc valet expreſſus,quam tacitus conſenſus: quia in l.de quibus. argumentatio fit de expreſſo ad tacitum, vt in fi. dicitur. ¶Item de ſtatutis, ſeu legibus municipalibus præter legem ſcriptam loquitur.C.de nox.l.2. licet poſſit intelligi de his,quæ ſecundũ legem ſcriptam, ſicut ſi ſtatutum grauet pœnam legis ſcriptæ,& augmentaret,vt ſcilicet in duplum ſecundum legem ſcriptam ſtatutum diceret, ꝙ in quadruplum,hoc coadiuuat & corroborat legem ſcriptam vſque ad concurrentem quantitatem, & addit ad eam,& ſic vno modo poteſt intelligi. l.2. de nox.ibi,pri-

ſcæ

ſcæ ſeueritati accedit pœna addita, quæ non minuit pœnam legis ſcriptæ, arg. C. de ſep. uiol. l. 3. Licet alij dicāt, ꝙ tunc uſque ad quantitatem legis ſcriptæ valeat, & non plus: pro quo. ff. vi bo. rap. l. 1. & 2. In plus non valet ſecundum eos, quia debemus eſſe contenti pœnis legibus cōprehenſis, vt ff. de ver. obl. l. ſi ita ſtipu. & tunc conſuetudo, ſeu ſtatutum eſt corroboratum. l. ſcripta. Sicut videtur eſſe vna opinio, quæ narratur in l. 2. quæ ſit lon. conſue. in gl. magna. ¶Hi in hoc minus uidentur bene dicere, quia etiam in plus ualebit, quando ex cauſa lex municipalis pœnam augeret, vt quia multis delinquentibus illo crimine oportebat pœnam exaggerari. d. l. aut facta. in fi. & de extraor. cri. l. ſaecularij §. ſunt quidam. Nam & iudex ex cauſa ſeuerius iudicat. C. de his qui not. infam. l. & ſi ſeuerior. & ff. eod. ti. l. quid ergo. §. pœna grauior. Nec eſt hoc contra legem ſcriptam, imò ſecundum legem ſcriptam. Nam quod plus eſt, vtique tanti eſt. ff. de in lit. iur. l. cum furti. facit illud. ff. quemad. ſer. amit. l. is cuius. Contra legem facit, qui facit id, quod lex prohibet. Et in fraudē legis facit, qui ſeruat verba, & mentem offendit. C. de legi. non dubium. ff. de legi. l. contra. Item & qui non facit quod lex iubet, facit contra id, quod debet facere. ff. de reg. iur. l. qui non facit. Negari tamen nō poteſt eſſe alteram virtutem a veritate. Nam grauius peccat, qui peccata facit prohibita? hoc eſt peccatum cōmiſſionis, quàm qui non facit iuſſum: hoc eſt peccatum cōmiſſorium, quod eſt minus peccatū, & minus graue, ſed peccatum commiſſionis eſt grauius. ff. ad Sylla. l. 2. in gl. & l. in lege. eo. ti. de uer. ſig. l. alienationis. vnde in effectu eadem videtur eſſe uirtus legis uetare & præcipere. Sed quia diſtinctius apparet, quia vetat, quod fieri non vult: imperat quod fieri vult, commodius fuit ſingulas cauſas ſingulis appellationib. diſtingui, Inſti. qui. mo. teſt. infir. §. alio quoque. & dicitur in gl. l. virtus, ff. de legi. Nūquid ergo ciuitates iuriſdictionem habentes faciant ſtatuta cōtra legem ſcriptam? videtur ꝙ ſic, quia iuri ſcripto publico detrahere poſſunt, vt no. gl. in d. l. ex prætorio. pro quo l. ſi venditor. §. ſi conſtat. ff. com. præd. Sic facit ſtatutum de eis, quod poſſunt pacto renuntiare illi, contra quos ſtatutum fit, vt dicit gl. rub. li. 11. de decret. decur. Pro quo eſt, quia ſtatutum eſt lex municipalis, ut d. l. omnes populi. Et hac l. dicitur. & d. l. 2. de nox. Quod autē fit & licet pacto, licet etiam legis authoritate. C. de fideicom. l. fin. in fi. Hæc opinio reprobatur in gl. l. 2. quæ ſit lon. conſue. Nam hac ratione dicit ibi gl. infantes & furioſi, qui non obligantur pacto, quia expreſsè & tacitè non cōſentiunt, nec poſſunt conſentire. ff. locati. qui ad certum. non tenentur conſuetudine vel ſtatuto: quod verum eſt, quia non tenentur conſuetudine. ff. de admin. tut. l. tutor. §. Lucius. ¶Item ꝙ hæc ratio non ſit vera multis exemplis patet, quibus poſſunt conſentire partes per pactum, non tamen etiam Princeps legem inducere poteſt. Primum exemplum eſt illius gl. rub. de decr. dec. vt pater teneatur de delicto filij. Nam pater poſſet ſe obligare, quod filius debet de ſuo, ſiue aliàs, ſcilicet de filij delicto. Quia poſſet hoc quilibet alius, quàm pater. ff. de ne. ge. l. ſoluendo. Sed etiam Princeps non poſſet ſtatuere, vt quod debet ille, ſoluam ego. Quia re mea me inuito ſine mea culpa me priuare non poteſt, per ea quę no. C. ſi cōtra ius vel vtil. publ. l. fin. in glo. Aliàs reinciderem in errorem Martini, qui dicit omnia eſſe Principis, quo ad proprietatem. C. de quadrien. pręſcrip. bene à Zenone.

Additio. *Adde Ang. conſi. 139. incip. uiſis omnibus ſtatutis. Alexan. de Imo. conſil. 176. incip. in cauſa & lite uertente inter magnificum Albertum de Manfredis. in 2. uolum. Idem Alex. conſi. 112. incip. in cauſa & lite uertente inter monaſterium Abbatiæ. in 4 uol.*

Secundum exemplum eſt, quia partes poſſunt conſentire, vt iudex procedat eis abſentib. & non vocatis. ff. de arbi. l. diem. §. ſi quis litigatorum. quę licet loquatur in arbitro, tamen idem videtur de iudice: quia arbitria ſunt redacta ad modum iudiciorum. C. de arb. l. 1. ff. eo. ti. l. 1. Princeps autem per reſcriptum ſuum de ſua certa ſcientia hoc non poſſet. C. ſi per vim vel alio mo. l. fi. & C. vnde vi. l. meminerint, extra de maio. & obed. cap. 4. & hæc ſunt exempla ad iuriſdictionem. ¶ Tertium exemplum eſt, quòd partes poſſunt conſentire in iudicem tanquam in arbitratorem, vt determinet ſecundum iura, & contra iuris ordinem. Et valet quod dixerit arbitrator ex ui pacti, non ſententiæ, ſecundū Io. in Auth. vt diſ. iud. in prin. & per ea quæ no. C. com. vtri. iud. l. 2. Sed ſtatutum non poſſet hoc facere, vt iudex ſicut arbitrator cognoſcat contra iuris ordinem, vel ſine. Nam ſtatutum non faciet me velle illud, quo nolo. Quia Princeps dicit ſe hominum voluntates audire velle, non iubere. C. de teſt. l. omnium. Et quantuncunque coactus etiam ſeruus poteſt nolle. C. de hære. inſt. cùm proponas. Item nullus niſi Papa, aut Rex in regno ſuo poſſet cognoſcere, vel cauſam cognoſcendam mandare, nedum contra. imò nec etiam præter iuris ordinem, ſcilicet ſummariè, & de plano, ſine ſtrepitu & figura iudicij: no. Moder. extra de hęret. c. ſtatutum. lib. 6. de ver. ſign. c. ſæpe contingit.

Additio. *Adde D. Mar. Soc. de Senis in repet. clemen. ſæpe. de uerb. ſignific.*

Quòd legatus de latere hoc nō poſſet, niſi de eo quod ad ſuum officium pertinet, facit conſtitutio extra de off. deleg. c. fin. & Summa Hoſt. de conſtit. §. ſi qui poſſunt. Dicit Innoc. & omnes, dumtamen generali conſtit. non ſint contraria per l. C. de off. præf. præt. l. formam. ¶Item quartum exemplum, poteſt quis paciſci, vt ſi non probet infra certum tempus, res de qua litigatur, ſit aduerſarij, no. C. de tranſac. ſi de poſſeſſione. pro quo eſt. ff. de pact. l. tale pactum. §. qui prouocauit. Statutum hoc non poſſet, quia bona aduerſarij citra ſolennem ordinem in alium transferri non poſſunt. C. de pact. ſi pacto quo pœnam. in fi. ¶Quintum exemplum, poſſet quis renunciare appellationi, vbi licitè poſſet prouocare. C. de temp. appel. l. fina. in fi. cum ſi. At ſine cauſa princeps non tolleret appellationem iuſtam, & licitam: quia contra ius diuinum eſſet.

Additio. *Adde Abb. in c. 1. de reſcrip. & in c. paſtoralis. de appel. & an princeps poſſit cōmittere appellationem iudici à quo ex certa ſcientia, vide glo. ſing. in l. eos. C. de appel. quam allegat Fel. in c. ad hæc el primo. in ult. col. de app.*

Vt habetur de Paulo, dicitur Actuum 25. ad Cæſarem appellaſti, & ad Cęſarē ibis. Vbi apertè colligitur, quòd de iure copia defenſionum non debet negari, vbi non eſt conſuetudo Romana contraria.

Additio. *Adde quid de copia capitulorum vel articulorum, uide per Bal. in c. per tuas. de teſti. Et an copia allegationum ſit danda aduerſario petenti, vide Inno. in d. cap. per tuas. & per Ludouic. Roman. ſingu. 266. fuit interrogatus. & per Papienſ. in ſua pract. in titu. de forma petendi copiam inſtrumentorum.*

Et ſic illa, quæ deuoluunt ſeu diuellunt, & exhauriūt ius alterius, etiam princeps ſine cauſa non poteſt facere. C. de prec. Imp. offe. quoties. Quæcūque ſcripta ſunt in canonis Bibliæ, ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt, vt ea ſeruemus. Ad Rom. 15. Publicè intereſt, legum ſeu rerum adminiculo non negari. Dicitur de appellatione,

ſeu ſupplicatione, quæ loco appellationis eſt. C.de ſent. præſe.præt.l.1.aliàs 2.vt innocens non damnetur, & oppreſſus releuetur.2.quæſt.7.ſi quis noſtrum.cap.fin.& c. omnis oppreſſus.

Addition. *Adde c.ſuper hoc. de renun. & per Innoc. in c.cum ſit generale. de foro comp.*

Contra ea quæ publica ſunt authoritate & vtilitate non valent ſtatuta etiam ad ordinandas lites, vt ibi dicitur, niſi ex cauſa princeps illud faceret. Quamquam princeps debet vti ordinaria poteſtate, aliàs peccat mortaliter, tamen quia poteſt tollere legem, poſſet in una cauſa reuocare appellationem, puta, ſi aliter tumultus ſedari non poſſet, argum.ff.de ſicar. l.qui cædem. Vel quia multis graſſantibus locus eſt exemplo, d.l.aut facta.ff.de pęn.in fi. Et in ſimilibus cauſam iuſtam habentibus Princeps debet uti poteſtate ordinaria. Debet enim ſecundum leges uiuere.C.de legibus. digna vox. Inſti. quibus modis teſta. infir. in fi.

Additio. *Adde l.Princeps. ff.de legib. l.ex imperfecto. 25.q.1.§.fi.c.iuſtum eſt.6.diſtin.Card.Alex.in c.ſi Romanorum, 19.diſtin.*

Abſolutam non debet exercere, niſi ex cauſa. Aliàs peccat mortaliter, dicit Inno. extra de cenſi.cap.ignoramus. Non autem dicimur poſſe, quæ cum peccato fieri poſſunt.22.q.2.facit etiam.ff.de cond.inſt.ſi filius.

Additio. *Adde glo.in uer. in potentia. in c.ſciſcitatus.de reſcrip.glo.in uer.poterit.in clem.ſæpe.de uer. ſign.l.filius, qui ſuit. ff.de hære.inſt. Car.in c.ad audientiam. in 1.no. de eccl.beneſ.Abb.in c.iſta.in 1.no.de offi.ord.Pau.de Caſt.in l.conditiones.in 1.no.ff.de condi.inſti. Item uerbum poſſit, denotat impotentiam, & nullitatem actus.glo.eſt in c.1.de reg. iur.lib.6.Bar.in l.Gallus.in prin.ubi Bal.& Moder.ff.de lib. & poſth. Bal.in l.1.ff.de inius. rup.irri.teſtam. Bal.in l.1.in fi.C.qui admitti. Item uerbum (poteſt) poſitum cum negatione præcisè ſignificat neceſſitatem, quia negat potentiam conficiendi actum, ut in l.nemo poteſt.ff.de leg.1.l.non poterit.ff.de fur.& in reg.beneficium.de reg.iur.lib.6.*

Et ſic ex cauſis multis remouet appellationem Imperator generaliter.C.quorum app.non reci.l.2. Reſcripta quæ auferunt rem alienam non valent, quantuncunque de certa ſcientia dicta.C.ſi contra ius, vel vti. publ. l.fin. Multomagis non valent, quæ lædunt perſonam iniuſtè. Quia maior eſt modica offenſa in perſona, quam magna in reb.arg. ff.de pęn. l.in ſeruorum. in fi. Princeps enim poſitus eſt, vt faciat iuſtitiam, & iudiciũ, ideſt iuſtum iudicium. 2. Reg.10.c. Et ideo quando terminos iuſtitiæ egreditur, non dicitur Rex. 2.q.1.ſcelus. & ibi dicitur plenius. ſic ſanè intelligendum eſt.ff.à quibus appel.non licet.l.1. Vbi princeps committit cauſam remota appellatione: quia remouerat non ſine cauſa, ſed cum cauſa. Idem in omnibus, in quibus contra ius diſpenſat, ut cum cauſa fiat.ff.de ſena.l.fi. Aliàs ſi coram eo, vel ſuperiore hoc diceretur, nõ valeret quod iuſſit, quia coram eodem fit, vt quando eſt ordinarius. C.quomodo & quando iudex.l.ſi vt proponis. de accuſ. l.4 Alioquin & ſi iure fieret non poſſet reſiſti. Quia Rex non habet, qui ſua facta dijudicet, vt hic dicit gl.ſuper illud Pſalm. Tibi ſoli peccaui. Et iure poli apud Deum non euadit, apud quẽ non eſt acceptio perſonarum. Qui dixit Sap.6. potentes potenter tormenta patientur: hoc multò fortius in ciuitate, quæ non audet fiſcalia ſibi, & principi competentia uẽdicare. C.de bonis uac.l.1.Sed Pi.hoc intellexit, quòd poſſit ſtatutum fieri, vel conſuetudo induci de omnibus, quæ poſſunt paciſci, ſeu renunciari. Sed non videtur hoc fuiſſe eius intentio. Sed iſta patent de eo, quod ſic ſtatutum partes poſſunt paciſci, & renunciare, non autem, vt de omni, quod poſſunt renunciare fiat ſtatutum. Item ceſſat reprehenſio gl.quia qui conſentire nõ poſſunt, non ligarentur conſuetudine, vel ſtatuto. Item, quia de his, quibus non poteſt quis renunciare, poſſet fieri ſtatutum, vt ſi conſentiam in iudicem, non ligor ante lit.conteſt.ff. de iur.om.iu.l.ſi conuenerit. Statutum, ſeu conſuetudo, vt ex quo ſemel conſenſi non poſſim diſſentire, nec uariare, non male diceretur valere: quia non fit iniuria ei, qui ſemel uoluit.ff.de aqua plu.ar. l.in diem. Item concordat tale ſtatutum cũ naturali, quod dicitur. ff.de pac. l.2. & quod dicitur graue eſſe fidem fallere. ff. de conſt. pec.l.1.Iuſtior eſt cauſa talis ſtatuti, quã cauſa legis prædictæ, ſi conuenerit. Volenti quidem non fit fraus, ſeu iniuria. C.de tranſ.l.cum dona. ff.de iniu. l.1.in fi. Et ſic ſtatutum iuſtius præualebit legi iuſtæ, quia iuſto iuſtius inuenitur.C.de procur.l.exigendi.pro hoc facit vera opi. narrata in glo.prædicta l.2.quæ ſit longa conſue. ꝙ bona conſuetudo vincit legem, ſcilicet quæ non eſt ita bona, quia bono melius inuenitur, ff.de ver.obl.l.vbi autẽ. §.1. Et hæc pertinent ad ea, quæ ſunt ad litem ordinandam, ſcilicet an poſſet quis eſſe iudex, vel non ex tali conſenſu. In illis verò, quę tangunt negociũ principale, de quo litigatur, & quæ dicuntur ad litẽ decidendã, id quod exhaurit & diuertit ius alterius; non valet etiam a principe factum, vt ſupra dictum eſt, per l.quoties. de preci.Imper. offe. Ad litem ordinandam valent ſtatuta, ſecundũ quod ibi dicitur. Dicit ergo gl.ꝙ ſtatutum ciuitatis habentis iuriſdictionẽ contra ius ſcriptum Regum, vel Imperatorũ nõ valet, etiã ſi Comes, Baro, Marchio, Dominus vniuerſitatis, qui habent iuriſdictionẽ cum cauſa, uel ſine cauſa ſtatutũ tale fecerint. Non enim poſſunt hi commutare leges maiorũ, quia ſubſunt inferiores. Inferior non poteſt tollere legẽ ſuperioris.de arb.l.nã magiſtratus.ad Treb.l. ille à quo.cum ſim.& extra de maior.& obed. cum inferior.cum ſim.ibi no.& hoc eſt quod dicitur in glo.extra de conſue. c.fi.& in d.l.2.quæ ſit longa conſuet.adeo valitura momento, vt rationem vincat, aut legem.

Additio. *Adde c.inferior.c.nolite.& c.denique.21. diſtin. Archid.in c.ſi clericus aduerſus.11.q.1. Card. Alex. in c.conſequens.11.diſtin.*

Et ideo dicitur. 1.diſt.conſuetudo, ꝙ habet locum conſuetudo, ubi lex deficit.& ibi in gl.extra de conſue.c.fi.in gl.Adde leges quæ dicunt cõſuetudinem tollere legem, maxime ad legem, de quibus, gl.ibi ponit reſponſiones. Placen.dixit, ꝙ loquuntur ſecundum ſua tẽpora, quib.populus conſuetudinem inducẽs habebat poteſtatem legis condendæ. Hodie non habet etiam Po.Ro. qui omnem poteſtatem tranſtulit in principem. ff.de conſt. prin. l.1. & ſupradictum eſt plenè. Mar.dicit, ꝙ lex, de quibus, loquitur de lege municipali, quæ tollitur ſimili lege, vel conſuetudine. Pileus dixit, aut poteſt pacto renunciari, aut non, quod improbatur ibi, vt ſupra plenè dictum eſt. Ioan.Azo, & glo. dicunt, quòd in l.contraria, conſuetudo erat inducta contra legem ex certa ſciẽtia principum, qui id patiebantur, & tunc idem in effectu dicunt, quòd P.& M. quantum ad propoſitum. Et tunc ſi talis conſuetudo eſt generalis, generaliter vincit legem, vt in princ.illius.l.2.dicitur, quæ ſit longa conſuet. Si ſpecialis, ſpecialiter in ſpeciali in illo loco vincit legem, non generaliter in fi.illius.l.non adeo valitura, &c. Alij dicunt, quòd bona conſuetudo vincit legẽ, non mala. Alij aliter, quorum dictum reprobatur ibi. Et ſic vides quomodo conſuetudo, & per cõſequens ſtatutum, quod lex municipalis eſt, contra legem ſcriptam non valet. Multò fortius de ex-

preſſo

preſſò ſtatùto, quàm de tacito, vt de conſuetudine dicitur hic: quia in l. de quib. ſit arg. de expreſſo ad tacitum, & alia ratio eſt voluntatis expreſſæ, argum. ff. de verb. obligat. l. cum qui certarum, in fi. Et hoc indubitanter videtur verum, quando agitur de lite decidenda, vt ſi ſit ſtatutum, ſeu conſuetudo contra legem ſcriptam circa ea, quæ decidunt litem, & negocium, ſuper quo inducitur conſuetudo, vel ſtatutum, vt ſunt ſubſtantialia contractuum & delictorum. Tunc quia contra legem ſcriptam rationabilem diuelleretur, & exhauriretur ius alterius, non valet etiam reſcriptum principis de ſua certa ſcientia, vt dictum eſt. Multòminus valeret ſi per ſtatutum irritaretur ius ciuile, vel ſi eſſet oneroſum, vel diſrumperet neruum legalis diſciplinæ, ſicut dicitur de conſuetudine, extra de conſuet. cap. fin. in glo. & 8. diſtin. cap. fruſtra. in glo. vt ſi adultera poſſet petere donata à viro. Vel ſi vir poſſet alienare bona vxoris cum eius conſenſu, quæ nimio amore vel timore non eſſet auſa contradicere, vel vt non poſſet agi ob res amotas, vel donatas, quibus caſibus inducitur ad delinquendum extra de cõſuet. cap. penul. ff. de pact. dot. l. conuenire. & breuiter vbicunque lex ſcripta eſſet rationabilior conſuetudine, vel ſtatuto, & hoc eſt, quod dicitur ſecundum vnam lecturam Modernorum in d. l. 2. rationem vincat, aut legem, & ibi eſt vna opinio, vt ſupradictum eſt, quòd bona conſuetudo vincit legem, ſcilicet, malam, vel non ita bonam. Si ergo eſſet lex rationabilior conſuetudine, non mutaret legem. Non enim eſt ita bona cõſuetudo, vel ſtatutum, quæ non eſt ita rationabilis ſicut lex ſcripta, contra quam inducitur. ſicut enim bono inuenitur melius, ut d. l. ubi. §. 1. Ita quod eſt melius non eſt aliud, quàm bonum, vt dicitur ſupra, per l. his autem, ff. quemadmodum ſer. ami. Et ideo de bono in melius, & de perfecto in perfectius, ut in Authen. de nupt. §. 1. ibi, de perfectionibus tam contra fidem, &c. ff. de collat. bono. nonnunquam. in princip. & ideo uariatur in melius. C. de epiſco. & cler. quiſquis. ibi, conſilio meliori, &c. Et tamen ratio, ſicut ueritas excludit conſuetudinem, & ſtatutum per conſequens. 8. diſtin. mala. & cap. ueritatis. Horum numero ſunt ſi ſtatutum diceret, quòd cõſenſu habito de vendendo ſtatim ſi non traditur, tranſiret dominium, quod aliàs non tranſiret. Multis uigilijs iura cõdita non debent tolli quando non eſſet cauſa rationabilior in tollendo, quàm in ſtatuendo argum. ff. de leg. l. in reb. nouis. Item quia differentia debet eſſe inter caſus, quibus tranſit dominium ſtatim, nominatos, ſeu notatos à iure. Sicut eſt in eccleſia, & alijs priuatis, ut C. de ſacroſanc. eccleſ. l. ut inter diuinum. & idem in ſimilibus, maximè quando ſine cauſa & ratione, ut in proxi. ſupra dictum eſt, & ibi dicitur. Si verò ſuper lite ordinanda ſibi fiat præiudicium, hoc propriè dicuntur ſtatuta iuriſdictionum. Si æquiparamus vniuerſitatem Legato de latere, planum eſt, quòd non poſſunt contra legem, & ordinem ſcriptum in iudicando, vt ſupra dictum eſt de legato. Sed in populo videtur per l. omnes populi. & ſimiles. Et ideò diſtinguendum videtur. Aut per tales ordinationes, conſuetudines, vel ſtatuta directè, vel indirectè tollitur ius publicum authoritate, & vtilitate, aut authoritate publicum, utilitate verò priuatum. Primo caſu non valebit, quia vtilitas publica præfertur priuatæ, vt in Auth. de reſt. & ea quæ par. §. quamobrem. C. de cadu. tollen. l. 1. circa fi.

Additio. *Adde Doct. in l. 1. ff. ſolu. matr. & per Abb. poſt alios in c. fin. de voto. vbi inuenies duas fallentias, in quibus præfertur utilitas priuata.*

Et ſi fieret ſtatutum, quòd non iuraretur de calumnia in lite quod inductum eſt ob publicam vtilitatem. C. de iura. calum. l. 2. §. ſed quia veremur. Vel ut officialis non iuret contra. l. rem non nouam. C. de iudic. & in Authen. iuſiurandum quod præſtatur ab his. Vel ut teſtis non iuret contra. l. iuſiurandi. C. de teſtib. qui cum iuramẽto debent deponere, tale ſtatutum induceretur ad celandam veritatem, vel ad inſtruendum contrarium. Iuramẽtum reſeruat, ſeu refrænat a maligno, quia non ſinit eſſe iurantem æternæ ſalutis immemorem. C. ad leg. Iul. repe. l. fin. Amputat in animo iuramẽtum teſtium formidinem. 1. quæſt. 9. aliàs 3. quæſt. 8. hortamur. Inducentia ad delicta ſtatuta non valent, vt ſupra proximè dictum eſt, argum. d. l. conuenire. ff. de pact. dot. Item ſi ſtatueretur, vt crederetur vni teſti.

Additio. *Adde an hoc facere poſſit Papa. gl. & Doct. in l. fin. C. ſi contra ius, uel utili. publi. Abb. in cap. à nobis. & in cap. nuper. de teſtib. & in cap. ſicut. de probatio.*

Cum ius ſeu Euangelium dicit, In ore duorum, vel trium &c. vt ff. de teſti. ubi. & C. de naufrag. l. quoties.

Additio. *Adde cap. ab iſto die, 35. quæſt. 6. cap. licet, & in cap. omni negocio. de teſtib. cap. cum eſſes. & cap. relatum. il 1. de teſt. cap. nouit. de iudic. originaliter Deuter. 19. Matth. 18. & Actuum 13.*

Velut non valeret excuſatio, vel defenſio pro abſente, quod publicè intereſt admitti. ff. de procura. l. ſeruum. §. publicè, & in his ſimilibus. Vt ſi ſtatueretur, quòd non poſſit probari niſi per ſcripturam, vel ueram ſpeciẽ probationis tantum. Cum hoc pacto non poſſet fieri, ut in Authen. ut debi. ma. §. quia verò. Sed iuramentum teſtis poteſt per partem remitti, vt no. in d. l. iuriſiurandi. extra de teſtib. cap. tuis.

Additio. *Adde glo. in l. 2. §. ſed quia ueremur. C. de iuram. calum. glo. in l. 1. poſt prin. de ferijs. Bart. in l. filiusfam. 2. colum. C. de donatio. Barto. in l. ſi quis legatum. ff. de falſis. Anto. de Butr. in repet. cap. fin. de conſuet.*

Nec ad vnam ſpeciem probationis tantum, &c. ff. de teſtib. l. 3. §. eiuſdem. Publice intereſt probationes ſaluas eſſe, & non cadere, nec anguſtari. C. de hæret. quoniam. de iureiuran. generaliter. in princ. Statutum tamen ſine ratione & ſine veritate, ſicut & conſuetudo vetuſta, eſt mater erroris. 8. diſtin. conſuetudo, Chriſtus dicit, Ego ſum veritas, non ego ſum ſtatutum, vel lex, vel conſuetudo, diſtin. 1. cap. fin. Ideo dicit Seneca in prima de clementia in princ. Quibus non ſubeſt ueritas cito decidunt, in naturam ſuam redeunt. Statuta veritate, aut ratione carentia, vt dictum eſt ſupra, dico corruptelas eſſe. Et ideo ad veritatem inueſtigandã iudex procedit modis omnibus, quibus poteſt. in Authen. de tab. in princ. C. de eden. l. 2. Obſtantia ergo debent reijci, & non contra ueritatem & rationem promoueri. Secundo caſu ſubdiſtinguendum eſt. Aut per hæc ſtatuta ius principalis negocij, de quo eſt lis læditur enormiter, aut diuellitur, aut non. Primo caſu non ualent, puta, vt non detur defenſio, & copia reclamandi, vel ut in aliquo iudicij articulo pertinente, ad huiuſmodi læſionem procedatur parte abſente. Copia reclamandi & defenſionis facultas ſemper dari debet. C. de debi. ciui. l. 1. lib. 11. & ſi procedatur cauſa non cognita. C. de bonis uacantibus. l. fin. lib. 10. & C. de iure fiſci. l. facultas. eo. lib. Sic intellexit Ioan. l. prolatam. C. de ſen. ſcilicet, ſi cauſa non cognita procedatur. hunc dicit eſſe ſolitum iudiciorum ordinem, cum cauſa per aſſertionem partium cognoſcitur, & panditur. Et ideo non ualet reſcriptum principis de certa ſcientia contra hunc indultũ. C. ſi per uim uel alio modo. l. fi. Partes poſſent conſentire, ut eis abſentibus procedatur, ut ſupra proxi. dictum eſt.

Pro quo quidem peruenitur ad prohibitum, ad hoc, ut perdam rem meam ſine cauſa. Vnde idem debet eſſe in prohibito, & in eo, per quod peruenitur ad prohibitum. ff. de ſponſalibus. l.oratio. cum ſimilibus. Etiam Princeps non concedit quicquam cum alterius iniuria. C. de emancipa.lib. l.nec auus. Iſta carent omni ratione, & ideo dicitur ſupra, quòd ſunt corruptelæ,non ſtatuta, vel ſunt conſuetudines. Secundo caſu, aut ſuper ſubſtantialibus iudicij,puta,vt lis non conteſtetur,aut non ſuper ſubſtantialibus, vt puta, quia ſtatutum erat, vt in cauſis incipiatur à poſitionibus, & reſponſionibus, ſicut quando proceditur ſine ſtrepitu & figura iudicij, glo. de reſcript.cap.ſtatutum.lib.6.& de appel. cordi. Si ſtatutum non eſſet, irritaretur talis proceſſus, vbi lis non eſſet conteſtata,extra de li.conteſt. cap.1. nec de iure valeret: tamen alio modo poſſent partes conſentire, ſic procedi per iudicem,vt valeret,ſicut ſententia & iudicium: quia non poteſt ius publicum tolli pactis priuatorum. ff.de oper.lib.l.creditorem.& ad legem Falcidiam. l.quod de bonis.§.1.de admini.tut.l.quidam decedens. ff.de pact. l.ius publicum. Sed ſicut in arbitratorem valeret ex pacto, & ui pacti, ut dictum eſt ſupra. Et quandoque ſicut in iudicem non poſſet valere, tanquàm in arbitratorem: quia ſic tanquàm in iudicem tantum conſenſerint. Et ideo non poteſt valere vtroque modo,cum non fuit dictum, vt valeret, niſi ſicut in iudicem, argum. ff. de conſtit.pec. l.1.§.eum qui. Quandoque vtroque modo poteſt valere, ſi ſimpliciter, & tunc ſatis habet locum l. & ſi poſt rem. ff.de tranſac. Si non valet, quod ago, vt ago, valeat vt valere poteſt: pro quo ſunt l. in ambiguo. & l.multum. ſupraallegatæ. Poteſt dici, & non malè, vt tale ſtatutum valeat, & conſuetudo, ſi eſſet, dummodo non negetur copia defenſionis, & illud non exhauriret ſubſtantiam negocij, vt dictum eſt,non conteſtari litem, dummodo habeat copiam reclamandi, vt non exhauriat, &c. Et hoc modo poteſt intelligi glo. l.ex prętorio.de regu.iur. Per vnum non poteſt derogari iuri publico, ſed per omnes ciues de illa terra, & villa ſic, vt in d.l.omnes populi. Et in ſimilibus videmus multos, vt magiſtros rationales, & dohanerios in cauſis dohanarum, & Baiulos in cauſis forenſium, & peregrinorum, ſic procedere: ſeruandus eſt talis mos, argum. C.de conſtituta pecun.l.2. in fi. ¶ Item ſolennitates circa actus iudiciales, ſicut circa inſinuationes reſcriptorum, & teſtamentorum fiunt ſecundum mores locorum. C.quemadmod. teſtamenta aperian. l.2. Pro quo ſunt prædicta iura.ff.de teſtibus.l.3. C.de iniur.l.fina. in fi. C.de veteri iure enucleando.l.1.§ ſed neque. Quod poteſt conſuetudo, poteſt ſtatutum regulariter, vt ſupra dictum eſt. Plus debent poſſe omnes ciues,quàm vnus,& vnius conſenſus quaſi tot oculis ſpectata, tot ſenſib. inſinuata,&c. argum.qui teſtam. facere poſſ. l.hac conſultiſſima. in fi. ¶ Legatus de latere non poteſt recedere ab eo, quod ſibi commiſſum eſt a viua,vel mortua lege,ſic ſcripta,qua cauetur, vt contra generales conſuetudines non ſtatuat, vt ſuprà dicitur. Nec cauetur de eo, quod de populis, vt poſſit, ſicut dicitur in d.l.omnes populi. & ſimilibus. Licet & legatus faciat conſtitutionem, aliter tamen dicimus in eo, quam in populo. Item facit pro prædictis Ioan.opinio dicentis, quòd conſuetudo rationabilis vincit legem. Rationabilitas huius ſtatuti, ſeu conſuetudinis eſt materia dirimendarum litium, ſicut in ſimili dicitur.ff.de aqua pluuia arcenda.l.2.in princip. ad quarum finem celeriter imponendum iuriſconſultores multum elaborauerunt, argum. C. de iudicijs. l. properandum. in princ. cum ſimilibus. Nec obſtat l.prolatam. quia ſecundum vnum intellectum Ioan. non eſt contra, cum dictum ſit, datam, vel dari debere defenſionis copiam, & reclamandi facultatem, ut ſic cognoſcatur de cauſa ſecundum dictum intellectum gloſſæ. Dic, quòd ſi incipias à principio, vt detur libellus, lis conteſtetur, & alia ſolennia cœperint fieri. Si peruertatur tunc ordo cœptus, vt prius iuretur, & poſteà lis conteſtetur, reddet inualidum, quod agitur. Vbi verò non interuerteretur dictus ordo: quia incipit à poſitionibus, & reſponſionibus, non dicitur peruerti ordo, quia non eſt, argum. nam prædio, quod non eſt, ſeruitus non imponitur. ff.commu.prædiorum.l.1. Nec dicitur rumpi,quod nullum eſt.ff.de iniuſto, rupto, & irrito teſtamen.l.nam & ſi. & de vſufruc.l.qui binas. Intelligitur ergo, quando inciperet agere iudicium illo ordinario modo,quem ponit l.prolatam. Nulla quidem lege cauetur,quòd ſine illis ſubſtantialibus, quæ ponit dicta l.prolatam. non valeat. Sed ne præpoſteretur ordo eorum ſecundum intellectum gloſſæ, ſic & in ſimili refert, an incipiatur a primo,vel ſecundo.ff.de acquir.poſſeſ.quemadmodum. C. de iure deliberandi. potuit. Et ſic videtur intelligi debere authen. offeratur. C. de litis conteſta. in fine. vbi dicitur,quòd litis conteſtatio contra hoc indultum,&c. ſcilicet, quando incœperunt ordinariè agere iudicium, & illo ordine. Aliàs libellus poteſt remitti conſenſu partium, vt ibi notatur. Licet Innocen. & Hoſtien. contra prædictam authenticam. Sed intelligendum eſt, vt ipſi dicunt: quando nulla interrogatio reſponſionem præceſſit, quod eſt neceſſe, ſicut in ſtipulatione, vt ff. de verborum obligatio.l.1.§.1.quia in iudicijs quaſi contrahimus.ff.de pecu. licet. & C.ex quibus cauſis in integrum reſtitut. non eſt neceſſ. l.in minorum. hinc verò dicimus reſponſionem & interrogationem per articulos patere, & non refert an detur libellus, vel id quod tantum eſt. ff. ſi cert. petat. certum. ¶ Item licet frequenter leges dicant in iudicijs ſeruandos eſſe actus iudiciarios, vel dationem libelli, litis conteſtationem, & alia, vt in l. prolatam. in gloſ. C. de ſenten. & in diuerſis titulis. per quod non videtur valere, ſi non ſeruetur hic ordo, per l.non dubium. C. de legibus. quaſi ſufficiat enumerari, etiam ſi non ſeruentur numerata, non valeat quod agitur. Sicut dicitur in prohibitis, cum ſit eadem virtus legis præcipere & vetare in effectu, vt ſupra dicitur. Sed hoc non obſtat, quia lex non enumerat, quaſi velit ſic ſeruari, & ſi non ſeruetur, non valeat quod agitur: ſed enumerat reſpiciendo frequentiam, quia ſic frequenter fit, argum. ff. de legibus. nam ad ea. Non enim videtur arctaſſe, imò potius produxiſſe illa, quæ lites dirimunt, finem imponunt celerem certaminibus iudiciorum: quia non videtur impugnare, &c. ff. de teſtamen. mili. l.ſi milites. aliàs, ſi miles. ¶ Secundo caſu, ſuper non ſubſtantialibus valent ſtatuta, vt non detur libellus, qui poteſt remitti etiam de conſenſu partium, vt notatur in dicta authen. offeratur. Vel vt ſtatim reſpondeat, contra authenticam prædictam, qua dantur induciæ uiginti dierum, argum. l. 3. de teſtibus. C. de iniurijs. l.fina. de veteri iure enuclean.l.1.§.1. aliàs, ſed neque. licet ſit rationabile reum debere habere inducias ad deliberandum, & habendum conſilium: quia quæ conſilio geruntur, &c. C. de repu. l.non dubium. Rationabilius uidetur, vt quis de ſuo facto debeat eſſe certus, in quo non poteſt ignorantiam prætendere, vt ff. ad Senatuſconſultum Velleian. l.quamquàm, & pro ſuo. l.fina. & C. de reſcind.uendi.

quiſquis.

quiſquis. vt non prolonget lites, vt ſit finis litium, dicta l. fina. in princ. pro ſuo. & C. de tranſactionibus. fratres. de agricolis & cenſi. l. litibus. ff. ſi certum petatur. quidam æſtimauerunt. nam iuſto iuſtius inuenitur. C. de procuratoribus. l. exigendi. & ſuprà plenè dictum eſt. Cauſa enim debet attendi ſemper, non minus quàm factum, argumen. ff. de furtis. l. uerum. & de tranſaction. l. cum hi. §. ſi prætor. Cauſa eſt ratio, ſine qua non eſt lex, vt ſuprà dicitur. Vnde & Princeps ſine cauſa non diſpenſat, & perrarò contra poſitiua, ne afferat damnum alij. ff. de ſenatoribus. l. fina. Multo minus legi Imperatoris ſui. Item ſi ſtatueret, vt teſtis iuret ſine partis præſentia, contra legem, ſi quando. C. de teſtamen. ex quo iurat, ſufficit, & non eſt irrationabile, vt iudicis teſtimonio hoc relinquatur, cuius fidei committitur dictum teſtis, argumento dictæ l. ſi quando. ibi, ſi enim pro toto litis certamine, &c. Et cui committitur quod plus eſt, poteſt committi quod minus. C. de pactis conuentis. l. hac lege decernimus. Licet hoc pars poſſet remittere, vt ſupra dicitur, multò fortius poſſet committere iudici, argum. ff. de pact. l. iuriſgentium. §. adeo. & in his ſimilibus poſſet intelligi, quæ ſit longa conſuet. l. prima, C. de ædific. priua. an in totum. licet, vt prædicitur, intelligatur, quando ſtatutum, ſeu conſuetudo erat præter legem. Vt ſi auriga ponit manum ad plauſtrum, periculum ſit ſuum, vt ibi glo. exemplificat. Idem de ſacramento iudicis, in qualibet cauſa contra l. rem non nouam. quia ſufficit ſemel iurare in introitu officij pro omnibus cauſis, vt C. de iur. calum. Authen. hodie. Multò plus de ſacramento patronorum, quod conſuetudo abolet, quia conſuetudo non habetur, licet l. caueatur, vt no. in l. rem non nouam. vbi litigator iurat de calumnia aduocatorum. Nam multum mouebit, quia non erat immemor ſacramenti ſui. C. ad legem Iuliam repetunda. l. fin.

ADDITIO. *Adde an hoc iuramentum poſſit præſtari ante litem conteſt. per glo. in ver. ſummat, & in cap. quoniam. §. quod ſi ſuper. ut lite non conteſta. & an poſſit præſtari antequam ſit in cauſa concluſum. uide per glo. fina. in ſi. c. ex literis. de iureiu. Doct. in c. 1. de iuram. cal. lib. 6. Bar. in l. 1. & 2. in §. ſed quia ueremur. C. de iuram. calum. Et an poſſit poſt concluſionem in cauſa, uide per Ioan. Andr. in d. c. 1. de iuram. calum. lib. 6. in nouella. Et quid contineat in ſe iuramentum calum. uide in §. 1. Inſti. de pœna temere litigan. Et glo. in cap. 1. de iuram. calum.*

Et ideo publicæ vtilitati conſcribitur de iuramento principali, ſcilicet, in §. ſed quia veremur. l. 2. de iuram. calum. calumniæ litigantium coerceri debuerũt in prin. litis, vt in Authen. de execu. & his quæ reconueniuntur. in princ. Inſtit. in princ. in procem. Item in regno patrocinij cauſarum, quando examinantur per Curiam, & habent literas, aduocati iurãt pro omnibus cauſis officium ſuum fideliter impendere. Huius generis ſunt illa, pro quibus ſtatuitur tempus à iure, pro vt exempla ſunt. ff. de legi. non omnium. dummodo publica vtilitas in eis non verſetur, vt dictum eſt. ff. de poſt. l. 1. & l. quos prohibet. & C. de appel. auth. hodie. Vt non appelletur. Et ſtatutum non valet, niſi ex cauſa, vt ſupra dictum eſt. Sed, vt non appelletur poſt tempus quatuor, vel quinque dierum, ſicut poſt 10. per authen. hodie. valet. Quia & olim infra biduum, vel triduum tantum appellabatur, in his non eſt præiudicium graue. Multò magis in his, quæ iudex ex ſe poteſt abbreuiare. ff. de re iud. l. 2. & l. 4. Idem ſi ſtatueretur, vt renuncians productioni teſtium, vel alicui actui iudiciali non audiretur vlterius, maximè vbi ſine ſtatuto renunciatio non valet, vt C. de iudi. auth. iubemus, & in Authen. de exhib. §. ſi quidem actiones ſuas, &c. ff. de ædili. edic. l. quæritur. §. 2. C. de non num. pecun. generaliter, in fi. Vbi publica vtilitas cũ priuata concurrit, ſicut non poteſt renunciari pacto, ſic nec ſtatutum, vel conſuetudo valent. C. de pact. ſi quis in conſcribendo. Si verò priuata tantum, cui renunciari poteſt, tunc ſtatutum non adimit ius, vel lædit enormiter, aliàs in litibus ordinandis valebit ſtatutum, præcipuè quando tempore arctaret, vt ex ſupra dictis patet, dummodo ſemper detur copia reclamandi. Illa ſi adimitur reddit nullum, quod agitur, ſecundum Ioan. in l. prolatam. & contra ius diuinum, Actuum 25. ſupra dicitur contra, quod etiam Princeps non poteſt, vt dicit in l. ſi contra ius vel vtil. publ. l. fina. in glo. Licet plus dicatur etiam in tempore, vt Inſti. de actio. §. plus. modica præiudicialia ſeruato iure in principali non vitiantur, d. l. quoties. de preci. impe. offe. Sic & ff. commo. l. in rebus. §. poſſunt. ff. de impen. l. omnino. ſicut patet ex ſupradictis exemplis, & alijs quæ curioſus & iuſtus iudex inueſtigabit ſubſtantialia, non offendendo publicam vtilitatem. Si uerò lex ſcripta remouet conſuetudinem, uel ſtatutum, planum eſſet: quia ſimpliciter remouet conſuetudinem, intelligitur de futura, & per conſequens de ſtatuto, ut C. de uſur. eos. §. ſuper his. Multò fortius ſi princeps factum ſtatutum remouerit, qui poteſt legem ſcriptam tollere, cum lex ſit animata, vt in Auth. de conſuli. §. pen. & uigor iuſtitiæ. C. lib. 10. de iure fiſ. prohibitum, in fi. Multò fortius tollet ſtatutum, uel conſuetudinem etiam tacite per l. latam poſt conſue. ff. de ſepul. viol. l. 3. quæ glo. non ponderat. Epilogus ſeu exiguus ſtructus iſtius magnæ glo. hinc eſt, quòd ciuitates, vniuerſitates, & populi de rebus poſſunt facere ſtatuta iuſta, ſed non iniqua, quæ vocantur monopolia. Super rebus ciuium non conſentientium, licet præſentium non valet ſtatutum, etiam ſi omnes alij de uniuerſitate ſtatutum facerent, non præiudicat non conſentientibus, niſi ſuper vtenſilibus, uictualibus, vænalibus, negociationibus, & alijs neceſſarijs ciuibus, inter quæ ſunt lapides & lapidicinæ in quibus poſſunt ponere precium iuſtum, conſuetudo & ſtatutum quantum ad hoc paria ſunt, vt quod in vno dicitur, in alio poteſt dici. ¶ Et l. municipalis, quæ ſtatutum dicitur, accipitur & exponitur, ideſt conſuetudo. ¶ Circa iuriſdictionem faciunt ſtatuta vniuerſitates, quæ habent iuriſdictionem. Et quæ ſunt illæ, hic narrantur. Et ſtatuta quæ poſſunt fieri circa hoc, ſunt præter legem, ſecundum legem, contra legem ſcriptam, non quia inferior non poteſt legem ſuperioris tollere, ſiue ſit ad decidendum, ſiue ad ordinandum lites. ¶ Et hoc verum quando tollit & exhaurit rem, vel ius alterius, & negocium principale, de quo agitur & litigatur. Idem ſi perueniatur ad id directè, vel indirectè: quia idem ius eſt in eo, per quod peruenitur ad prohibitum, quod eſt in prohibito. Idem ſi vertatur ibi vtilitas publica cum priuata, ideſt quia publicè utile erat legem publicam, aut ſcriptam ſeruari. Ideo appellationem, quam introduxit ius ſcriptum ob publicam vtilitatem in releuationem oppreſſorum, iniuſtè non tollit, etiam princeps ſine peccato abſque cauſa, ſed ex cauſa poſſet etiam vniuerſitas, ſi iuſta eſſet. Ideo dicitur, quòd Princeps debet vti poteſtate ordinaria. Abſoluta non, niſi ex cauſa, ſi ſine cauſa peccat, ideo dicitur id non poſſe.

ADDITIO. *Adde Bald. & Pau. de Caſt. in l. teſtamentum. C. de teſtam. Ang. in l. bene a Zenone. C. de quadr. præſcriptio.*

ſcriptio. Inmo.in c.innotuit.cir.princ.de elect. Abb.in c.ad hoc. de reſcript. Et in c.illa quotidiana.in 2. notabi.de electio. Limita hoc eſſe verum, niſi Princeps apponeret in reſcripto clauſulam, non obſtante, vt ibi per eos. & per Anto. de Butr. & Ioan.de Imo.in cap.quæ in eccleſiarum. de conſtitutio.

Idem ſi ſtatutum, aut conſuetudo non habet cauſam rationabilẽ, vel veram, vel lex quã tolleret ſit rationabilior ſtatuto, vel conſuetudine. Præter hoc, ad lites dirimendas populus habens iuriſdictionem faciet ſtatuta contra ſolitum iudiciorum ordinem, etiam, vt lis non conteſtetur, niſi lex ſcripta, vel Princeps, quæ lex animata eſt in terris, expreſsè remoueret ſtatutum, vel conſuetudinem: quia ſi poteſt legem generaliter tollere, tollet ſtatutum ciuitatis ſuæ. Aut ſi ſimpliciter remoueret conſuetudinem, quæ intelligitur etiam de futura, & etiam præcedentem tollit, etiam ſi non dicat. ¶In prologo ad duas colũnas, ex quo apparet, ꝙ ſicut dicimus omnia eſſe Imperat. C.de quadr. præſcrip.l.bene a Zenone.

ADDITIO. *Adde Doct. in l. Lucius. ff. de euict. Hoſti. in ſumma in tit. de præſcrip. §. quæ exigantur. ver. & licet. Spec.in tit. de fer.in §.quoniam. ver. 22. Archid.in §.quamuis.23.quæſt.8.*

Ita poſſumus dicere in Rege de rebus omnibus regni ſui. Nam libro Regũ legitur 15. propter illud quod iſta dicit hic gl. vt ſcilicet æquiparetur Rex in regno ſuo Imperatori in Imperio ſuo, putamus verum eſſe, vt diximus etiam in hoc prologo, inf.§.ex præmiſſis. Idem dicimus de omni Rege libero ab Imperio, ſicut eſt regnum Siciliæ, vt ff. de cap.& poſtlim. reuer. poſtliminiũ. in princ. Rex regni ſui monarcha eſt.6. q.3. ſcitote.7.q.1. in apibus.23.q.4.duo iſta.ibi, Regi regenti gentem ſuam, pro quo eſt 16.q.vlt. c.nemini regum.1.q.vlt.c.filijs. in quibus de regibus dicitur. Item realia ſunt magis valida, quàm perſonalia, per ea quę dicuntur ff. de pactis.l.ſi tibi.§.pactum.& in l.iuriſgentium.§.pactorum.& §.idem. §.perſonale.& de prob.l.ſi pactum. Nam perſonalia cum perſonis extinguũtur, realia non, vt ff. de cenſ.l.3.de iure immunitat.l.1.§.perſonis. Sed imperium eſt perſonale, quia per electionem, extrà de elect. venerabilem.

ADDITIO. *Adde Clem.1. de iureiur. Auguſti. de Anch.in tract.de poteſtate Papæ.q.35.arg.7.*

Regnum reale, vt ita loquar, quia hæredi datur, vt extrà de vo.& vo.red.c.licet.

ADDITIO. *Adde Bald. in l. ex hoc iure. ff. de iuſtit. & iure diffusè per Ant.Corſet.in tract.de Regib.q.106.*

Vnde filius Regis eſt Rex, ſicut dicit Grego. de Hermigildo. 24.q.1.c.vlt. ¶Item priuilegium l.bene a Zenone.durum eſt pro dominis rerum, vt eas perdant ſine facto eorum, quod eſſe non debet. ff.de reg. iur.ius noſtrũ. Sed inductum eſt honore & fauore Imperatoris, ne accipientes inquietẽtur, hoc habet Rex quilibet. 12.q.2.quicunque militum. vbi in donatione facta a quocunq; de bonis eccleſiæ non præiudicat eccleſiæ, ergo in priuato præiudicat. Nam aliàs nullum eſſet priuilegium in eccleſia, ſi a Rege facta donatione priuato de bonis eccleſiæ non haberet locũ l. bene a Zenone. fruſtra enim precibus impetratur, quod a iure communi cõceditur. C.lib. 10.de theſaur.l.arbitrij tutelæ.§.intereſt. Sic etiam ſi fiat de bonis priuatorum eccleſiæ non ualet, extra illud priuilegium, vt ſit ſtatim ſecura.16.q.4.cap.placuit. ¶Item dicimus regem ab Imperio liberum habere fiſcum, ſicut Imperator, & dicitur Thobiæ 2.quòd Rex Sennacherib iuſſit occidi Thobiam, & tulit ſubſtantiam ſuam omnẽ, contra illos, qui dicunt Regem, non infiſcare bona in criminibus. Et Eſdræ 6.a Dario Rege poſitũ eſt decretum, vt qui mutauerit Regis iuſſionem, configatur in ligno, & domus eius publicetur. Et Artaxerſes Rex, qui fuit Rex Perſarum habuit Fiſcum, dicitur Eſdræ 7.quantum neceſſe eſt expendas, & dabis de theſauro Fiſco regis. Rex Angliæ Fiſcũ habet, dicitur enim in Longobarda, in legenda Beati Thomæ Cãtuarienſis, quod eius & ſuorum bona fuerunt confiſcata. Reges Longobardi Fiſcum dicunt ſe habere, vt in 1.2.3.l.primi libri Longobar. hoc idem dicit Rex regni Siciliæ, ſcilicet Fiſco noſtro, infra de iure re. reg. l.3.dicitur rectè regnum Siciliæ exemptũ ab Imperio habere rempublicam, quia fiſcus & reſpublica Romanorum idem ſunt, ſicut Imperator & reſpublica, vt ff.de bon.poſſ.non eſt ambigendum. Rex ergò & reſpublica regni ſui idem ſunt, ſicut Imperator & reſpublica Romanorum, qui eſt in regno, ſicut caput reſpublica in ea, ſicut in capite, dicit Seneca.1.de clementia, hoc modo. Prælatus in eccleſia & eccleſia in prælato.7.q.1. ſcire debes, extra de verb.ſign.cum canonici. Omnia hæc probat d.l.poſtliminium, & faciunt ad multa, quę in hoc prologo gloſſata ſunt, & ſpecialiter contra id, quod dicit Hoſt. in ſumma de cenſi.aliàs de conſtitut.quòd Rex Franciæ aut alius præter Regem Romanorum, nõ poteſt mutare monetam, pedagia, vectigalia concedere, cum Rex Aragonum mutet monetam, extra de iureiur.quanto, diximus plenè in tit.quæ ſunt reg.ſuper verbo monetæ, per leges quę allegantur hic & in ſequentib.per hunc gloſſatorem, quòd Imperator & Rex pari paſſu ſunt, quia dicitur in l.bene a Zenone, inter regale culmen, & priuatam perſonam, &c. videntur probare hoc, quia loquuntur hæc iura omnia de ſe ipſis Imperatoribus qui ſunt, & dicuntur Reges Romanorum, antequam coronentur Romę Imperatores.

ADDITIO. *Adde cap.venerabilem.de elect.& ibi Abbas.tex.in §.dudum.& ibi Card. Zaba. in 2.no.in clem.1.de iureiur.glo. in ver. pontificatus, ſuper data 6. libri.Specu.in tit. de renuntia. in §.fi.ver. item quòd eſt obtentum. Bart.in 1.conſt. Digeſto. Doctor.in l.ex ea.ff.de poſtulan.Doct.in c.1. de noua forma fideli. in vſib. feudo. Bart.in extrauag.ad reprim.in ve. Imperatores. Oldra. conſi.180.incip. quæſtio eſt vtrum Imperator ante coronationem. Calder.conſi.7.incip. aut Imperator.in rubr.de priuileg.*

Sed certè antequàm coronentur Romæ Imperatores ſunt Reges, & habent maieſtatem, & fiſcum, & multi fuerunt Reges Alemaniæ, & Romanorum, qui non fuerũt incoronati Imperatores, ſicut patet in Chronicis tempore Iuriſconſultorum & Imperatorum, qui fecerunt leges Codicis. Imperator erat Dominus totius mundi, paucis exceptis prouincijs, quas bellorum & armorum potentia ſibi ſubiugauit. ff. ad legem Rhodiam de iactu. l. deprecatio.de orig.iur.l.2.per totum.

ADDITIO. *Adde glo. in cap.ius Quiritum.1.diſtin.glo. in c.per uenerabilem. qui filij ſint legit.glo.in cap. Adrianus, 63.diſtin. Cyn. Bart. Bal. Saly.in l.cunctos populos. C.de ſumma Trini. Et dicitur dominus totius mundi, quoad protectionem non quo ad dominium rerum priuatarum ſecundum glo. in proœm.Digeſt.*

Licet hodie non ſic, ut diximus in opere noſtro libri feudorum, in præambulis. Sed ſi intellexit hoc gl. quòd bona ſubditorum ſunt Regis: quia dicit de rebus omnibus Regni ſui. Hic eſſet error magnus, qui ab omnibus cõmuniter reprobatur. Nam non ſunt Reges, niſi quantum ad protectionem, & iuriſdictionem exercendam, & finiendam infra fines Regni ſui, ut ff.de uerbo.ſignifi. pupillus.§.territorium. Et de iuriſdictione ſua ſunt omnia, quæ ſunt in Regno ſuo, de officio præſidis. in l.1.§.cum urbem.

urbem.16.quęſt.7.omnes Baſilicæ. Sed non bona eccleſiarum, nec clericorum, de quo diximus in tit. quando ua ſallus debet eſſe domino fidelis. Non ergo aufert nec vendit bona ſubditorum eis inuitis, no. ff. de natalibus reſtituendis. l. fin. in glo. niſi ratione publicæ honeſtatis & vtilitatis. Niſi princeps non haberet aliud, & tūc ſoluto precio, de quo plenè diximus in tit. de Ca. qui cur. vend. §. ſimiliter. Seneca fuit bonus Iuriſta, & fecit ſenatuſconſultum Trebellianum: nam factum fuit à Seneca & Trebelliano Maximo Conſulibus. ff. ad Trebellian. l. 1. in princ. dixit ipſe de hoc latè libro de benefic. §. iuris ciuilis, & dicit quòd Princeps poſſidet in Imperio omnia & ſingula dominia, & quòd ad Regem poteſtas omnium pertinet, ad ſingulos proprietas, & ſequitur, ſub optimo Rege omnia, Rex Imperium poſſidet, ſinguli dominia, & infra. Cæſar omnia habet: Fiſcus enim priuata tantum, & ſua vniuerſa in Imperio ſunt in patrimonio proprio. Non obſtat l. bene à Zenone. immò concordat cum prædictis. dicit enim Principis omnia intelliguntur, ſcilicet patrimonialia, & fiſcalia, quia dicit litera, ſiue ex ſubſtantia ſua, ſiue ex fiſcali, & hæc expoſitio approbatur ibi in glo. Reges habent bona iure diuerſo, hodie etiam Demania, excadentias, vectigalia, cenſus, iura, & ſimilia hæc ſua ſunt, & ſi ſic intellexit hic glo. tam de Imperatore, quàm de Rege, bene intellexit, & ſic, quod dicit de rebus omnibus regni ſui, expone, non priuatorum, ſed ſuis fiſcalibus patrimonialibus. Authoritatem autem quam inducit hæc glo. de lib. Regum. 1. 8. exponit Sanctus Thomas prima ſecundæ, cap. 5. in quæſtio. 1. quæ eſt in vltimo argum. & reſponſione ad vltimum argum. dicens, quòd non declarauit ibi ius Regum ex inſtitutione diuina, ſed magis pronunciatur ex vſurpatione Regum, qui ius iniquum conſtituunt in tyrannidem degenerantes, ſubditos deprædantes, & hoc patet per hoc, quod in fine ſubditur, Vos qui eritis eius ſerui, quod propriè pertinet ad tyrannidem, quia tyranni ſuis ſubditis principantur, vt ſeruis. Vnde hoc dicebat Samuel ad terrendum eos, ne regem peterent. Sequitur enim, noluit audire populus vocem Samuelis. Poteſt tamen contingere, quod bonus Rex abſque tyrannide filios tollat, & conſtituat eos Tribunos, & Centuriones, & multa accipiat a ſubditis propter commune bonum procurandum, hæc verba ſunt S. Tho. ¶ Poteſt etiam aliter intelligi, vt plenè diximus in d. §. ſimiliter poteſt. de Capi. qui cur. vend. per duas columnas, circa fi. §. Licet hodie hæc omnia per capitula Regni conceſſa per eccleſiam Romanam tolluntur. ¶ Attende, quia non per omnia tolluntur per illa capitula conceſſa Regno per eccleſiam Romanam facta regi Carolo I. Regni Siciliæ. Olim præſentabant & inueſtiebant de beneficijs eccleſiaſticis, & cōferebant ea per priuilegia Papalia, quæ poſſunt hoc concedere laico, etiam ſine conſenſu epiſcopi ordinarij diœceſani, ſicut dicit glo. hic allegata 16. q. 7. cap. placuit, in princ. & in cap. nemini Regum. Quod conceſſit Papa Imperatori de Papatu etiam 63. diſtinct. Adrian. & cap. in ſynodo, & cap. fin. Vnde & præſentabantur Regibus Siciliæ electiones cathedralium eccleſiarum, & hoc tollitur per dictum c. omnes inſuper eccleſiæ, &c. Seruatur tamen Regi Siciliæ hoc in eccleſijs, in quibus ab antiquo habuerunt Reges Siciliæ ius patronatus, vt in fi. illius c. ¶ Dicunt ergo quidam Moderni noſtri, quòd hoc ius ab antiquo habuerunt Reges in eccleſia Capuana, vt in cap. cum intra. ergo illud non tollitur. Sed certè iſtud ius non debebatur Regibus ſicut patronis. Nam patronum faciunt dos, ædificatio fundi, & conceſſio fundi, vbi eſt ædificata eccleſia, vt ſubijcitur.

Additio. *Adde glo. in cap. piæ mentis. 16. quæſt. 6. & in cap. quicunque, ea. q. & cap. dicto. in rubr. de iure patron. & quid de Iudæo dotante eccleſiam, an efficiatur patronus? in cap. Frigentius. 16. quæſtio. 7. Ioan. Andr. in reg. ex eo. de regul. iur. lib. 6. in mercu. Doct. in cap. à nobis. de iure patro.*

Quorum neutrum videtur in Regibus Siciliæ in eccleſia Capuana. Idcircò dicit litera ibi, Vice regia præſtemus aſſenſum. non dixit aliquid de patronatu. Nam nedum in Capuana, immo in omnibus eccleſijs Regni erat, vt Rex præſtaret aſſenſum, ſicut innuit cap. omnes Iuſti. quod factum fuit ad tollendum c. cum inter. & iura ſimilia. Aut ergo eſt patronus Rex in aliqua eccleſia Regni ab antiquo, ſiue ſit collegiata, ſiue non, & hoc non tollitur. Aut non eſt patronus, & tunc conſenſus non eſt neceſſarius per illas conuentiones. Aliud eſt habere ius patronatus, aliud præſtare aſſenſum, ſicut Rex: quod vltimum tollitur. Vnde ſi habent ius patronatus, quia dotauerunt Reges, vel conſtruxerunt, vel fundum ædificauerunt, vbi Eccleſia, Rex Siciliæ habebit inſtitutionem, vt concedat, & inueſtiat quem vult idoneum, & in hoc non eſt ſublatum, quod dicit d. glo. de Rege Apuliæ. 16. q. 7. in prin. quòd authoritate Papę conferebat, & habebat ex priuilegio.

Additio. *Adde, quòd idem dicendum eſt de Rege Anglorum, ſecundum Bald. in l. reſcripta. in pen. colum. C. de precib. Impe. offe. Doct. in cap. 2. de præben. in 6. Bald. in proœ. Greg.*

Aliàs etiam in Regno prohibetur. cap. tamen. & cap. quando inueſtituras. Imò in hoc ſeruatur cap. omnes in ſuper. Sed inueſtitura Regum non dat aliquod ſpeciale. Iſtud enim conſequitur à confirmatore ordinario, vel conſtructore, aliàs conſecratore, vel quocunque alio miniſtro ſpirituali, vt dicit Innocen. extra de electio. cap. quòd ſic. circa princip. In eccleſia verò collegiata, vbi habent Reges ab antiquo ius patronatus, non intererāt Reges electioni, quantuncunque non dicatur Rex merè laicus, quia conſecrationem ſuſcepit, vt hic in hac glo. dicitur, nam in laico profeſſione & habitu, non cadit ius ſecundum Innocen. & Hoſtien. vt dicitur extra de inſti. cap. 2. lib. 6. & c. ex eo. in fi. Pro quo eſt extra, eo. tit. c. Meſſana. & c. ſacroſancta. niſi haberet ex priuilegio Papæ. Nam Papa dare poteſt. 16. q. 1. habuit etiam. vbi datū eſt priuilegium Regi & monarchis. ¶ Sed ſi habet Rex ex conſuetudine prędicta, quæ conſuetudo reprobatur in laicis, d. c. Meſſana. & c. ſacroſancta. Sed in Rege, qui eſt merè laicus, non eſt præſcripta conſue. fortè valeret, arg. d. c. ex eo. in fi. ſed ibi de laicis loquitur, non de clericis, qui tamen erant in habitu & profeſſione. & glo. in ca. nobis. dicit, quòd Papa ſolus poteſt hoc, non conſuetudo. Quare ſi Rex habet ius patronatus in eccleſia cathedrali, fiet electio ſine eo, ſed præſentabitur ſibi ante confirmationem, vt poſſit excipere contra electum, de quo dic ſecundum gl. Ber. extra de iure patro. c. nobis. Sed quando conſenſus Regis erat neceſſarius, vt ante dictum eſt in c. omnes inſuper. præſentabatur Regi poſt confirmationem, dicit Innocen. extra de elect. cum circa. aliàs, cum terra, in fi. quia non erat Rex patronus, & ſic non ſunt contraria. ¶ Antiquitus, vt dictum eſt, conceſſerunt Papæ Imperatori collationes Cathedralium Eccleſiarum. 63. diſtinc. Reatina. Sed hodie ſi Rex uellet excipere contra electum in Cathedrali Eccleſia Regni ſui, dicens eum ſuſpectum ſibi de proditione, & ſua intereſſe,

eſſe, poteſt. ¶Et hoc modo tollitur ſi non excipit de ſymonia, vel alio crimine ſecundum Innocen. extra de accuſatio. capit. ſuper his. ¶Quod eſt intelligendum, quando ius patronatus non haberet, quia ſi non ab antiquo, ſed poſt datum Regnum Regi Carolo I. fundauerũt Reges aliquam Eccleſiam Cathedralem, vt in Lucerina. Dic, quòd nullus haberet id, quod ſeruauerat ſibi in fundatione, quæ fuit confirmata per Eccleſiaſticum ſuperiorem, ſiue Papam, ſicut eſt in dicta Eccleſia Lucerina, ut dicitur in d. capit. nobis. in glo. Item ſi Papa prouiderat Eccleſiæ Cathedrali, in qua Rex habet ius patronatus, puta, quia deuoluta erat ad Papam ex culpa eligentium ſcienter indignum: Aut ex negligẽtia poſt tempus trium menſium, vt in cap. ne pro defectu. extra de electio. Aut alia cauſa, vt quia ſibi reſeruauit. An præſentabitur Regi, vel alij, qui ius patronatus haberet. Item quid ſi dictum capit. omnes inſuper. non proceſſiſſet: Aut cum Rege Siciliæ diſpenſatum eſſet, vt non obſtaret? dic ꝙ non: quia Papæ prouiſio huius eſt confirmatio, 63. diſtinctio. in ſynodo. extra de cau. po. & prop. cum olim. C. de autho. præſt. l. 1. Non eſt hæc electio, de qua cauetur, quòd præſententur patrono: de alio, quod non eſt ſimile electioni, non dicetur, argumen. ff. de verbo. obligatio. ſi mulier. non producetur, quia eſt contra libertatem eccleſiæ, ſcilicet, vt præſentetur patrono, vel Regi, quia eſt odioſum, argumen. lib. 6. de regu. iur. quæ à iure. Imo quia non elegerunt, ideo deuoluitur, vt ſuperior prouideat. faciat hanc prouiſionem ſuo iure Papa, vel ſuperior, alius ſecus, ſi vt arbiter hic ſuperior eligeret data ſibi poteſtate per electores, vt ipſi viderentur eligere per alium. ff. quod cuiuſque vniuer. no. l. item eorum. §. 1. & non eligendo ſuperior non ſuo iure, ſed ex poteſtate ſibi tradita per eligentes, oportet quòd ipſe idem confirmaret: de quo dicitur plenè in d. capit. cum circa. aliàs, cum terra. in fi. Per ſe tamen patronus Rex, vel quilibet, cuius intereſt, excipiet contra hunc, de quo Papa prouidet, ſicut contra electum confirmatum, vt in capitu. ſuper his. quia reſtat conſecratio antequàm via exceptionis poſſet repelli confirmatus, vt dicit Innocen. & Hoſtien. in capit. venerabilem. de electio. Item ſecus, ſi Regi, vel alij præſcriptum eſſet in aliqua eccleſia cathedrali. Nam de nouo non poſſet aſſumere, per capit. generaliter, Greg. X I. lib. 6. de electio. Sed quanto tempore poſſet Regi præſcribi in hoc: quia ſi eſſet præſcribens in regno contra curiam, eſſet præſcriptio centenaria per conſtitutio. regni infrà de præſcrip. quadrien. Iure Romano 40. annis. C. de præſcrip. 30. annor. l. comperit. & l. omnes. ff. de diuer. & tempo. præſcrip. ſi quiſquam. de vſucap. l. fin. & no. Inſtitu. de vſucap. §. res. At eccleſia præſcribit contra fiſcum, ſicut quilibet priuatus. Nam & contra priuatum præſcriberet eccleſia, licet 30. annis, 16. quæſt. 3. placuit. & 10. & 20. annis cum titulo & bona fide, licet contra eam tantum 40. annis de quo dic per Hoſtien. in ſumma de præſcript. §. nunquid eccleſia poteſt res laicorum, &c. Per quod videtur, quòd ſi tenet eccleſia de publicis negocijs regni, de quibus loquitur conſtitutio, quadragenaria, quòd non præſcribat eccleſia niſi centum ann. Contra eccleſiam præſcribitur 40. ann. vt extrà de præſcript. capit. de quarta. & cap. ſi diligenti. in hoc conſideratur ius ex perſona eius, cui præſcribitur: quia præſcriptio longiſſima 30. annor. odio non petentis contra eum inducta eſt. C. de edic. diui Adria. tollen. l. fina. in fi. Præſcribitur iuri illius, qui poſſet petere. Vnde contra pupillum non præſcribet eccleſia, niſi poſtquàm erit in ætate: quia non poſſet antè præſcribi. l. vetante. vt ff. de acquir. rer. do. bonæ fidei. & d. l. ſicut. §. ſed pupillari. & patet in d. cap. ſi diligenti. in fi. niſi contra Romanam eccleſiam, contra quam centum annis præſcribitur.

ADDITIO. *Adde cap. cum nobis. de præſcrip. & in cap. 1. eod. titu. lib. 6. glo. in ver. legitimam. in cap. cum dilecta, de confirmat. vtili vel inuti. Limita dicta iura, vt procedant in iuribus immediatè pertinentibus ad eccleſiam Romanam, ſecus ſi ad ſubditos eccleſiæ Romanæ, tunc ſufficit tempus commune, ſecundum glo. & Docto. in c. ad audientiam. de præſcript. Et per Abbat. conſi. 18. incipien. in cauſa & quæſtione. in 2. volum.*

Et ſic ex perſona eius, contra quem pręſcribitur ius intuendum eſt hoc. Aliàs contra aliam eccleſiam 40. annis præſcribitur: fiſcus etiam rebus diuinis comparatus eſt. C. de ſacroſan. eccle. l. fina. in princ. Vnde ſi ante conuentiones iam dictas requirebatur conſenſus Regis, vel poſt, vbi haberet Rex ius patronatus ab antiquo, vel de nouo quo deberet ſibi præſentari electio, vel ipſe Rex intereſſe electioni ex cõuentione in fundatione habita confirmata per Papam, vt prædictum eſt, electio fuiſſet celebrata Rege irrequiſito, & ſibi electio ſicut patrono, vel aliàs ius habenti non probetur præſentata, & ſic ſtetiſſet per annos 40. præſcriptum eſſet Regi. Debet quidem probari Regem feciſſe hoc, quod debuit. Et ſibi non præſentata, hoc non præſumetur tanquàm extrinſecum, niſi probetur. ff. de public. quæcunque. §. fina. & incipiet præſcriptio, quando non præſentauerunt eligendo, & eligerent non præſentando. Si verò 40. annis etiam tertio electio non fuiſſet præſentata Regi, non ſufficeret: niſi quantum ad poſſeſſionem, ſeu quaſi, extrà de cau. poſſeſſ. & propriet. cum eccleſia Sutrina. in fi. In hac libertate præſcribendi interuenit factum aduerſarij, ideſt, præſcribentis, quia eligunt, & non præſentant Regi. non facere, facere eſt, Inſtit. de nupt. §. ſi aduerſus. & ſic non obſtat. ff. de ſeruit. vrban. prædio. l. hæc iura. quem adm. ſer. amit. ſi quis alia. §. fina. vbi non interuenit factum aduerſarij, ſcilicet, præſcribentis. Sed ſi eccleſia ſtetiſſet 100. annis ſine prælato, vel vixiſſet 100. ann. prælatus, qui conſenſum præbuiſſet, non curreret præſcriptio contra Regem. Sed ſi facta electione non præſentauerunt præiudicando, & præiudicare volendo iuribus regis, & lapſi ſunt 40. anni, quia tantum vixiſſet ille prælatus, præſcriptum foret iuri regio, vt in capit. cum eccleſia. Vbi non fuerit Rex negligens, non currit præſcriptio, quæ tunc incipit currere, quando poteſt Regi imputari negligentia, quare non exegit ab eligentibus præſentationem, maxi. cum non ſint potentiores eligentes rege. pro quo eſt. ff. de ſer. ruſt. præſt. Attilicinius, 16. diſtin. capit. ab exordio. Item quando vtitur ſeruitute, & vult præſcribere exigitur, ſeu requiritur, quòd vſus ſit iure ſuo. ff. quemadm. ſerui. amit. l. fina. Cum verò præſcribit libertatem elapſo tempore, dicet, vſus ſum liberè eligendo, & non præſentando, dummodo non vi, non clam, non precario. ff. ſi ſerui. vend. ſi quis diuturno. Decretalem illam cum intereſt, Inno. III. qui deceſſit iam ſunt anni centum, & plus, vt patet per chronicas, quas licet allegare 33. diſtin. in nomine domini, & de elect. venerabilis.

ADDITIO. *Adde glo. 1. & ibi Domi. in cap. 1. 27. diſtinctio. glo. in ver. Cipriano. in capit. abſit. & ibi Dom. 50. diſtinctio. glo. in ver. forma. in §. forma. 2. quaſt. 6. glo. 2. & ibi Dom. in capit. quamuis. 21. diſtinctio. glo. in ver. magis. in capit. inter dilectos. de fide inſtrum. Dom. in cap. ſicut. 15. diſtinct. Spec. in tit. de probat. in §. uidendum. uerſi. 9. Archid. in proœm. lib. 6. Aegidius Bellamera deciſi. Rota. 70. Doct. in l. monu-*

monumentorum. C.de religioſ.& ſump.fune. Bar.& Ang.in l.1.ff.ſi cer.peta. Bart.in l.Gallus.in §.fin.ff.de liber.& poſtb. Lud.Rom.conſi.524.incip.nos eſtis lux.

De pręſcriptione quadragenaria contra regem per eccleſiam remouendi eſſent anni, in quibus regnans in regno fuit,& forte excommunicatus,vel inuaſor.C.de epiſco. & cler. decernimus.

IN Prologo.§.ex his autem. ibi,reſultat, &c. ſunt alię rationes, & allegationes, quare iura Romana ſeruantur in Regno,quia facta fuerunt antequàm regnum eſſet eccleſiæ, quia fuerunt facta à Ludouico iam ſunt anni quadringenti & plus,licet Conſtantinus donauerit Beato Silueſtro, poſt quem peruenit totum imperium ad Imperatores, qui tenuerunt longiſſimo tempore vſque ad Ludouicum, vt diximus in prima rubri. libri feudorum. Quando peruenit ad eccleſiam regnum Siciliæ ſeruabantur in eo iura Romana, ſicut in toto Imperio. Tranſlato ergo regno, & parte Imperij in eccleſiam iura quæ ſeruabantur ibi, & leges Romanæ non deſierunt ſeruari: licet ſucceſſor poſſit eas mutare, donec mutentur cum ſua cauſa & libertate, aut ſeruitute ſeruandi Romanas leges tranſlatū eſt. Quod rectè proceſſerat vt ex ſuperuenienti alienatione non rumperetur. ff.de acquir. poſſeſſ. l.2. Nam & ſeruitutes fundo debitæ, & ſi quas debet fundo alienato, ſeruantur, vt ff.de ſeruit. vrba. prædio. ſed quæ loca.§.ſi fundum. cum concor. tranſeunt enim omnia cum ſua cauſa.ff.de contrahen. empt. in modicis. de acquir. rerum domin. traditio. pro quo eſt in Authen.ut cum de appellatio.cogno.in princip. Adde quæ diximus in pręambulis dicti operis noſtri. 3.quęſt. Item iura Imperatorum poſt facta, ſi ſunt rationabilia ſeruantur vtique tanquam rationabilia, ſicut & ſeruant Gallici rationes legum, 5.q.3.de accuſa. Omne quod ratione cōſiſtit, lex eſt,omnes ligans.prima diſtinct.conſuetudo. Irrationabiles leges ante,vel poſt nō debent ſeruari, vt diximus plenè in d.quæſt.3. Non obſt. § exactis, quia ibi dicit, quòd leges illæ curiatæ,& ius ciuile Papyrianum exoluerunt, quia ſeruatæ non fuerunt. Non dicit,quòd rationabile illarum legum fuerit prohibitum. Item loquitur quando conditor legis, vt Tarquinius Superbus fuit expulſus ob tyrannidem. tunc eius facta damnantur, ſicut patet in Domitiano occiſo, cuius facta damnata ſunt. Inde eſt ſequutum, quòd Euangeliſta Ioannes ab eo relegatus ab exilio reuocatus eſt, ut patet in legenda beati Ioan.ſed bene factæ leges expulſione ſecuta condentis non reuocarentur: Sicut nec conſtitutiones iſtæ reuocatæ ſunt,quia Fredericus Imperator fuit depoſitus, vt diximus in d.3.q. Quod autem dicunt quidam moderni, crimen maieſtatis non cadere in Regem, nulla ratione defendi poteſt. Nam ſupra in 1.glo. huius capi.prædictum eſt Regem habere fiſcum, & occidere maleficos & publicare bona eorum. Eſdræ 6. & 7. Thobiæ. Ad quod eſt ſciendum, quòd nomen Imperatorum nouum eſt reſpectu Regum, qui fuerunt omni tempore. Imperator primus fuit tempore Chriſti, ſcilicet Octauianus ille fuit primus Auguſtus, vt dicitur in glo.ff.de adul.l.1. Vnde in toto veteri teſtamento non erat Imperator aliquis, ſed Reges tantum, vt patet per omnes libros Regum, maximè Iulius Cæſar nōn fuit Imperator, ſed Cæſar, & ab eo omnes dicuntur Cæſares. Ab Octauiano omnes dicuntur Auguſti. Cœpit Imperium ab eo tempore Chriſti, quo cœpit ſacerdotium. Chriſtus fuit Rex & Sacerdos, ſicut etiam dicitur in Chronicis. ſed Conſtantinus fuit primus Imperator Chriſtianus. C. de natu.lib.l.diui. vt dicit ibi glo.

Additio. *Adde c.ſacerdotib.11.q.1. Et idem tenet ſupra Bernardus in quodam ſuo ſermone incip. Conſtantino. Et qui fuerint Imperatores, qui honorauerant eccleſiam? Primus fuit Conſtantinus,ut in c.Conſtantinus.90.diſtin. Secundus,Iuſtinianus, de cuius clementia patet in epiſtola,inter claras, quæ habetur in princ. C. Tertius fuit Carolus Magnus,de quo in c. Adrianus.63.diſtin.*

Poſtea fuit Antonius Pius & Theodoſius minor, vt in Auth.vt libe. de cætero. §.factum. ſed nil deinde dicit glo. Litera tamen dicit, minuit Imperium in fide Chriſtianorum. Sed ante eum fuit Imperator Philippus, vt dicitur in chronicis in legenda S. Laurentij, in teſtamento nouo. De Imperio Tyberij Cæſaris dicitur, Lucæ 3.qui Cæſar dicitur in paſſione Domini. Si hunc dimittis,non es amicus Cæſaris, & Matth. 22.reddite quæ ſunt Cæſaris Cæſari.

Additio. *Adde tex. in c.ſi in morte.23. q.8. & in c.militare.23.q.1.*

Et hoc expreſsè dicitur in Auth.ut præpo. no.Impera. Vbi diſtinguuntur tria initia temporum vetuſtiſſima in antiquam rempub.in qua fuit Rex Æneas reip.princeps, non dicit Imperator. Secundò Regum Romuli, & Numæ Pompilij. Item tertiò Imperatorum, quorum primus fuit Octauianus, vt dictum eſt. Imperium pro redemptione, & donatione ponitur in multis locis veteris teſtamenti. Sed pro vt congruit Imperatori Romano in nullo loco, quia tunc non erant,niſi Reges,facit ſuperficialiter ad præmiſſa quę dicta ſunt in principio huius notulæ, quod dicitur extra de conſt. c.tranſlato ſacerdotio. neceſſe eſt, vt legis translatio fiat translato Regno per Imperatorem in Eccleſiam: tranſtulit & leges Romanas,quæ ſeruabantur in Regno, vt Papa, & Domini Regni eas ſeruent. Sed non eſt iſte intellectus horum verborum. Nam lex data fuit Moyſi, vt cuſtodiretur Sabbatum,& factus eſt proinde ſacerdos,& ſacerdotium populis datum fuit, vt facerent leges huiuſmodi cuſtodiri, & populus ſpopondit ſeruari, ſimul data fuerunt & lex & ſacerdotium maximè per legem ſeruandam. deinde à Iudaico populo ſacerdotium translatum eſt in Petrum Apoſtolum. poſtquam ergo Iudæi perdiderant eorum culpa ſacerdotium, perdiderunt & legem & obſeruantiam legis, quæ eſt apud Chriſtianos omnes. Qui ergo habent ſacerdotium,habent legem datam propter ſacerdotium ſeruandum, tanquam coniuncta. argum. ff.de iur. omn.iud.l.2.& de proc.l.ad rem. & l.ad legatū.Imperium factum eſt propter leges ſeruādas, in Auth.de fi. inſt.§.1.ibi,Imperium de cœlo Deus, &c. Si transfertur Imperium,ſiue pars Imperij,transfertur poteſtas legis cōdendæ, quia poterit mutare, vt dictum eſt ſupra. Facit melius in ti.de no.feu.§. item eadem lex.vbi idem ius eſt in illo, in quem confertur feudum, quod erat in concedente,& in tit.de l.Corradi. §.profectò.

IN prologo,liquet igitur,&c. Dicit non appellari à Rege Siciliæ,& ſic fit uera poſitio poſita ſupra,quòd Papa habeat proprietatem & poſſeſſionem in Regno, non in ſingulis rebus Regni, eadem ratione in hominibus regni ſingularibus nihil habebit Eccleſia, & ſic iudicibus & litibus talibus ſingularum rerum, & ſingulorum hominum,nihil habebit Eccleſia ſed hæc ratio non concludit,etiam ſi eſſet uerum, quòd Papa haberet in ſingulis, ſicut & in uniuerſo, quia non appellatur ad iudicem ſuperiorem illa ratione, quia habet proprietatem, vel ciuilem poſſeſſionem de rebus, vel hominibus litigantibus,quia in extraneis, in quibus nihil habet ſuperior aditur, vt emendet ſecundum iuſtitiam, quod malè iudicatum

tum eſt, vt per totum titu. de appel. in Regno Dominus feudi non cognoſcit de feudo, ſed Iuſtitiarius, ſi non eſt quaternatum, & magiſter Iuſtitiarius ſi ſit quaternatum, quando diceret quis ſe oppreſſum, videtur ꝙ adiri poſſit Papa. Nam Papa tranſtulit Imperium totum in Germanos, aliàs Romanos, vt c. venerabilem. de elect.

ADDITIO. *Adde Card. Zaba. in clem. 1. in 6. nota. de iureiur. Dom. in cap. in apibus. 7. quæſt. 1. Vinc. in Speculo hiſtoriali. 24. cap. 6. Auguſt. de Ancho. in tracta. de poteſtate Papæ. 36. artic. 4.*

In Imperio nil temporale habet, niſi quantum Imperator ſibi concedit. Sed Regnum eſt feudũ Eccleſiæ, quæ ab imperio aditur vacante Imperio. de foro competenti, licet. Vacare dicitur de facto & de iure, quando eſſet negligens, vel perperam iudicatum emendare negligeret. Hæc ſunt paria non eſſe imperium, & inutile eſſe ad id, de quo agitur. Nec hoc fuit neceſſarium exprimi in donatione feudi, ſcilicet, quia debuit retinere, appellationi hæc omnia inſunt etiam ſi non dicantur, vt dixi in conſtitu. Imperialem. § ſi inter duos, ver. quid ſi Rex Siciliæ. dic, vt ibi plenè. ideo inſunt: quia ſunt de iure adire ſuperiorem, & quia non in vtilitatem & commodum Papæ eſt appellatio, ſed litigantium. Item in conceſſione Regni expreſſit de appel. ad forum eccleſiaſticum. Nam illæ ſuo iure veniunt ad Papam. Super appellatione ſecularium non habet aliàs ſe intromittere Papa iure ſuo. Ideo de eis non dixit, quia diſtincta eſt iuriſdictio. extra, de appell. duob. in fi. Sed ſi adeatur ab oppreſſo, malitia, vel negligentia, vel quia vacat ſeculare iudicium, poteſt appellari, vt ibi dicit glo. Vacare autem dicitur, quando eſt negligens, multò fortius quando plus quàm negligentia imponitur. Damnati ad mortem bene poſſunt dici opprimi, quando eſſent in aperto malè damnati: Aut eſſent notorium & fama quòd malè iudicati fuiſſent, argu. ff. de pœn. l. vlt. Illa dicitur vindicta grauiſſima. C. de cri. ſacri. l. fin. quia mors terribiliſſimum omnium. Aliàs rarò mali punirentur, quod eſſet contra intentionẽ iurium. 3. diſtinct. cap. factæ ſunt autem. 23. quæſt. 5. non fruſtra. Nam paſſim & indiſtinctè recipere debet tales appellationes Papa ad impediendam iuſtitiam. Nam & latro ſuſpenſus patibulo, crudelem iudicem eſſe putat. 21. quæſt. 5. non eſt. Quando ergo eſſet quæſtio de bonis, vel de maiori parte, vel de vno caſtro. argu. infra de teſtib. contra Comitem, vel Baronem. l. proſequentes, & bona deberent infiſcari. Idem ſi de cri. læſæ maieſt. contra aliquem ageretur, vbi eſt pœna mortis, & bonorum, ſatis videtur Papam adiri per appell. Nam vt excludatur appel. talis, cognoſcit Magna Curia, & appellatur ad iudicem appellationum. Tertiò ad conſcientiam Regiam, quia ipſe in cauſa ſua nullo modo poteſt cognoſcere, vt plenè dixi in d. § ſi inter duos. & ſic non obſt. C. de legib. l. fin. quia ibi inter partes cognitor iudicabat, ſed in cauſa ſua non faceret ius ſua ſententia, quia nõ poteſt cognoſcere, imò ſemper ad iudices, qui ſunt inter fiſcum & priuatum remittit. ff. de his quæ in teſt. del. proximè. Vnde committit Rex alij cauſam tertiæ appellationis. Ex quo præcluditur via recurrendi ad Eccleſiam, cum tertio prouocare non poſſit. Iſtud quando commodum litis debet eſſe Regis, vel crimen tangit Regem, Papa videns litigatorem opprimi, debet occurrere. De iſtis non potuit prouidere, vt exprimeret in conceſſione Regni, quia præſumitur pro proceſſibus factis de Regis mãdato, cuius cor in manu Dei eſt, vt in epiſt. inter claras. C. de ſum. Trini. At ſi videat, vel ſi ſit notorium Regem cupidum, vel animoſum facere contra, Papa vicarius Dei inquiret, per no. Innoc. extra de offi. ordi. cap. 1. in fi. quia iudicia ſine ſuſpitione debent eſſe. C. de iud. apertiſſimi.

ADDITIO. *Adde cap. quanto. de tranſlat. præla. cap. ego Ludouic. 63. diſtin. cap. non quales. 1. q. 1. tex. in cle. 1. de iureiur. tex. in clem. paſtoralis. in § nos tam ex ſuperioritate. de ſenten. & re iudi.*

Præſumptio vincitur per maiores præſumptiones. ff. de iu. perſo. filium. de in integ. reſt. diuus. & hæc quæ ad oppreſſionem pertinent, non contulit, quia committit officialibus Regis, & ſui ſubditi, quibus committit, ſicut videmus, timent iudicare contra Regem. Verum tamen eſt de facto, licet non de iure ſic. ff. quod me. cau. nec timore. Licet bonus vir in dubijs contra fiſcum eſſe debeat. ff. de iure fiſ. non puto. Vt plurimum omnes principes tales ſunt & inueniuntur, ſi veteres quærantur hiſtoriæ nullus princeps eſt innocens, dicit Sene. 1. de clementia, circa princ. Sed an prædicta poſitio ſit vera, quòd propè in ſingulis rebus nihil remãſerat. Nam Papa quando infeudauit Regem Carol. I. ciuiliter tenebat, licet naturaliter princeps Manfredus occupauerat, ad quam naturalem recuperãdam laborat eccleſia per amicos & deuotos eccleſiæ, & ideo retinebat ciuilem. ff. de acqui. poſſeſſ. quemadmodum. cum ſim. C. eo. tit. licet. Eo ergo modo, quo tunc erant res Regni, demania, & alia regalia pertinent ad Papam, & eccleſiam, quam certum fuit eã poſſediſſe etiam naturaliter, per Innoc. IIII. erant apud Regem infeudatę. d. § profecto. Maximè cum ſi eſſet neceſſaria traditio in vniuerſitate facti, ſicut eſt regnum, non ſufficeret vnam rem tunc tradi, & ideo dicit traditionibus factis, quãdo donabat omnia bona ſua. ff. de donat. cau. mor. Seia, de quo plenè diximus in titu. quid ſit inueſt. § 1. Item Rex habet naturalem poſſeſſionẽ in rebus ſingulis, vt videtur, licet tradita res, vt regnum plures res diſtinctas contineat, & tenet quamlibet vt rem ſingularem, vt in l. rerum mixtura, & in fi. de vſucap. & ibi dicitur, quòd ſingulorum eſt poſſeſſio, & etiam vſucapio. Sed ſi feudatarius habet poſſeſſio. naturalẽ omnium rerum ſingularium feudi: neceſſe habet confiteri, quòd res ſingulas habet in feudum. Si confiteatur hæc omnia concedens habet ciuilem ſuam proprietatem: Si non confitetur, non erit dominus ſingularum rerum utiliter, quia non dicit res illas eſſe feudales, Vt dominium acquiratur oportet eſſe cauſam, & titulum. C. de pact. traditionibus, & C. mand. per diuerſas. ff. de acquir. rer. dom. nunquam. Vnde ſecundũ hoc ſi Curia Regia ageret ad rem ſingularem Regis, non poteſt dicere ad ſe pertinere iure dominij, quia non habet directũ, nec quaſi dominium. Si negat habere ſingularia in feudo, ſicut in acquiſitione directi, oportet certum interuenire titulum venditionis, donationis, & ſimilium: ſic in acquiſitione vtilis precarij emph. feudi, & his ſimilium. Is autem qui petit dominium, oportet quòd probet. C. de rei vendic. doce. de alie. iud. l. 1. Item quòd ex conceſſione generali vniuerſitatis facta in feudo tranſeat, vt illis de toto ad vtrunque, ſcilicet, dominium vnum, & idem efficax & directum in ſingularibus rebus, non probatur iure. Nec ꝙ eccleſia habet directum in toto, & non in rebus ſing. lex naturæ non videtur facere: quia eſt vnum corpus ex diuerſis continentibus & plùribus inter ſe cohærentibus, in quo eſt aliud ius quantum ad poſſeſ. vt l. rerum mixtura. de vſucap. & de acquir. poſſeſſ. qui vniuerſas. ¶ Item naues & res mobiles non poſſunt dari in feudum, de feu. cog. cap. ſciendum. Item licet non agatur de euictione, tabula euicta ex ſtipulatione, per quam promiſit de euictione nauis, quia eſt ſtricti iuris, quia non promiſit de

parte

parte vel de tabula. Agitur tamen ex empto, vt in l. 1. plene no. de euic. ſic loquitur. §. duobus. & l. cum eiſdem, & l. quod ſæpe. §. res debent. hæc iura de euictio. quando ſit parte, vel re vna euicta. Non dicent, quòd alia iura habeat tabula quàm nauis. item hæreditas facit ſingulas res eſſe hæredis, vt in l. legatum dominium. Ideo debet tradere res hæreditarias, qui vendit hæreditatem, vt in l. qui filij, & l. qui tibi. Si conceſſio in feudum facit omnes res ſingulas Regni eſſe Regis: Et ſic res hæreditarias habet ex illa cauſa, qua & hæreditatem. Non enim dicit quòd alia ex cauſa, ita Rex ex infeudatione, iura prædicta faciunt plus contra præfatam poſitionem: Eodem modo reſponde ad l. ſi quis nauem. & in l. in rem. §. ſi quis ſuę. vbi propter cohærentiam tranſeunt in dominium illius, in cuius erat nauis & ædificium, in diſtantibus, & non cohærentibus aliud eſt, vt dicta l. rerum, in fi. & licet in ſingulis rebus non ſit pars, non negatur hoc. Si non concludatur, quòd res ſingulæ totius in feudum habeantur alio iure, quàm feudum in caſu præmiſſo circa hoc non negato quòd habeat in feudum, licet ſi conueniatur actore non probante abſoluitur eo iure, quo poſſeſſorem vincere ſolent. ff. ſi vſuſfruc. peta. l. vti frui. in princ. Tamen ſi petit ab aliquo, non poterit vendicari ab illo, vel à domino, contra quem ſi dicat vtile habere vincet. ff. ſi ager vecti. l. 2. item dominus nudæ proprietatis vendicat etiam ab extraneo. ff. de rei vendi. fruc. §. fina. indiſtinctè dicit dominum nudæ proprietatis. Sed ſi dicta poſitio poſſet iure probari, ut habeat feudum totum, non res ſingulas: Reſpondetur quòd petebat directum dominium totius, vel partis, non rei ſingularis. Interpretatio communis eſt, quòd aſſerit dicta poſitio, vt aliud ſit in Rege, quam in alio feudatario, vt Regnum habeat in feudum, & illud, ſeu in partem non alienet, nam alia alienabit ſine diminutione coronæ, vel Romanæ eccleſiæ, extra de iureiuran. cap. intellecto. licet loquatur in regno Vngariæ, quod non tenetur in feudum ab eccleſia. Sed infeudatio regni Siciliæ extenditur ad id, quod datum eſt in feudum, ſcilicet, regnum & partes quotas: quod in alijs videtur concedere: Cum per regiam coronam, mitram, pomum, & ſceptrum, & alia quæ deſignant plenam poteſtatem præter in exceptis, vt ſuprà, in hoc prologo probatum, & dictum eſt per hunc gloſſatorem. Iſta videntur facere tranſire omnia, quæ non ſunt exceptuata, tamen quia in conceſſione videtur permitti. Nam dicit Papa, quòd reuocat conceſſiones* feudorum, & quorumcunque bonorum, factas per Fredor. Imperat. poſt ſententiam depoſitionis ſuæ, ergo factas ante dicit tenere. ff. de iu. l. cum prætor. cum ſi. Et per hoc vitatur difficultas illa, quòd ſi habet in feudo res ſingulas, ſi dabit aliquam rem, Baroniam, vel caſtrum, in feudũ non dabit, niſi ea lege, qua ipſe habet pro feudo, vt d. §. profectò. Et ſi ſecundus infeudatus à primo haberet vtile, primus vero feudatus, vt Rex nihil haberet, ſecundum quod plenè de hoc diximus in capitulis Corradi. Sed communiter tenent Regnicolæ, quòd Rex in talibus feudis cęptis ab eo, vt Curia regni tenet, quòd Baro & feudatarius habet vtile dominium, Rex directum, ut concedendo regni Burgenſatica, allodia quæ erant in ciuitatibus regni ad Curiam ſpectantibus, & feuda Baronum & feudatariorum, omnia ſunt tranſlata per Papam, qui retinuit cenſum. Nota iſta in d. §. cum vrbem. cum infeudatio reſpiciat totale, non res ſingulas, quis dicit ſe habere liberas, ſicut ſimpliciter infeudatas cum de eis nihil ſpeciale actum ſit. Voluit eccleſia, ut Rex eſſet ſubditus Papæ de regno, dum id, quod debet eccleſiæ appelletur cenſus, qui probat ſubiectionem, extra de cenſ. c. 2. Omnia agit Rex regni ſicut dominus, infeudat, reuocat, cum cauſa concedit excadentias: demania reducit, & allodia punit, quæ alius infeudatus non facit, ſicut fuit tempore Frederici, & aliorum Regum Siciliæ, hic ſolita interpretátur ſic eſſe debere. ff. de legi. l. minimè. & l. ſi de interpretatione. Nunquid idem ſit in Comite, vel Barone infeudato per uexillum à Rege? Dic quòd non, quia non eſt tantæ efficaciæ dignitas Comitis & Baronis, quia eſt ſub alio, ut ſub Rege, quantum eſt Regis monarchia, argu. l. bene a Zenone. C. de quadri. præſcri. differentiam ponentis inter regale culmen, & priuatam perſonam, & fortunam priuatam, ſcilicet, a Regia dignitate. Solennitas Comitis per uexillum, & huiuſmodi ſit propter dignitatem Comitis ex more, ut ſit Comes, non ut ſit liber ipſe, & Comitatus quem ſub alio debet tenere. Alia eſt claritas Solis, alia Lunæ, ad Corinth. 15.

*ADDITIO. Reuocat cōceſſiones. *Vide Hier. Cagnol. in l. 2. verſ. exactis deinde. de orig. iur. Carol. Royn. in conſi. 48. col. 4. vol. 4. an ſi iſta depoſitio fuiſſet ante collata, vide Iaſ. conſ. 139. nu. 2. vol. 1.* De Bot.

ADDITIO. *Adde glo. in ver. inter Solem & Lunam, c. Solitæ. de maior. & obed.*

Tanto dignior Rex eſt Comite, quanto maiores habet ſub ſe quàm Comes, vt Authen. de defen. ciui. §. 1. in fi. Sic etiam enſis, & ſtigmata collata militi faciunt, ut ſit miles. ff. qui. ex cauſ. ma. l. pen. in glo. Infeudatio nobilitat, quia per hoc ad regimen trahitur, ut in titu. quis dicitur Dux, Comes, vel Marchio. & quando datur Comitatus, & Baronia, Rex diſtinguit res, terras & bona Comitatus: Et ſingularum rerum tradit poſſeſſionem, faciendo iurare homines ſibi, ſine quo non poſſet ea habere in regno, nec ſit conceſſio. Inter Comites eſt etiam differentia, quia dignior, qui antiquior eſt honore Comitatus. C. de conſuli. l. 1. lib. 12. & in ſequen. tit. l. 1. & 2. Et ſic ſtella à ſtella differt in claritate. d. c. 15. Et ſi Comes infeudat, quid remanet ſibi, diximus de cap. Corradi. §. 1. in fi.

F I N I S.

PROOEMIVM GLOSSATORIS* IN CONSTITVTIONES REGNI SICILIAE.

* ADDITIO. *Hic gloſſator fuit Martinus de Caramanico, qui ſub Carolo I. fuit Iudex apud Capitaneum Neapolis, anno Domini 1269. vt ex Regiſtro anni prædicti in Regio Archiuio apparet. de quo vide Aſflict. in proœm. iſtarum Conſtitut. in princip.* Fabius Iordanus.

LIBER iſte ideo Conſtitutio, ſeu Cõſtitutionum dicitur: quia in eo redacta ſunt Principum placita, quæ Conſtitutiones vulgò dicuntur, vt ff. de conſtit. Princ. l. 1. §. hæc ſunt. Principum, inquam, vtpotè cuiuſdam Friderici II. olim Imperatoris, tunc Regis Siciliæ, qui librum iſtum compilari, & publicari fecit, antequàm Imperio priuaretur, & regno; necnon aliorum præcedentium Siciliæ Regum, vt infra in fi. proœmij. Hæc autem principalis conſtitutio, lex eſt, & in regno noſtro Siciliæ pro lege ſeruatur, ut ff. de ori. iu. l. 2. § itaque. in conſtit. 2. & Inſtit. de iure na. §. ſed & quod Principi. Et neminem moueat, quòd præallegata Romana iura tantum in Principe, & Romanorum Imperatore obtineant: cui ſoli conceſſum eſt condere legem, vt in Authen. de rap. mul. in princ. collatio. 9. & C. de leg. & conſti. l. ſi imperialis. & de vet. iure enucl. l. tanta. circa fin. Nam ei ſoli conceſſum eſt cõdere legem, ſcilicet, communem, ut in Authen. de inſtr. cau. §. quia igitur. colla. 6. In vniuerſa itaque ditione, & quæ aſcendentem videt & deſcendentem Solem, & quæ ex vtroque latere eſt, ideſt, in Meridie & Septentrione, vt in Auth. vt omnes obedien. iud. prouin. §. hoc conſiderantes. collat. 5. Et in omnibus inſulis, quæ vſque ad ipſos Oceani receſſus extenditur, vt in Authen. vt eccleſ. Roma. §. quod ergo noſtra. collatio. 2. Et in terra, quam Romanorum continet lex, & Catholicæ eccleſiæ ſanctio, vt in Authent. de non alien. circa fin. collatio. 2. Sed in Rege libero, qui, ſcilicet, nullius alterius poteſtati ſubiectus eſt, idem dicimus, vt Rex ipſe poſſit condere legem, vt ff. de cap. & poſtli. reuer. l. non dubito. §. liberi. qualis eſt Rex Siciliæ, ſicut infra ſubijcimus. Ideoque audacter dicimus, vt videlicet inter ſubditos regni ſui poſſit Rex conſtitutiones facere, & contrariam etiam communi Romano iuri conſtituere legem, ut patet. ff. de cap. & poſtli. reuer. l. poſtliminium. in prin. cum & conſtitutio dicatur, quam Rex, vel Imperator conſtituit, vt in Decre. diſtinc. 2. cap. conſtitutio. Quid enim aliud eſt lex, quam Rex, ut in l. Græca. ff. de legibus, & ſenatuſcon. l. lex eſt omnium Rex &c. Solemus enim dicere, Nouus Rex, noua lex, ut infra. l. ult. huius libri, ad laudem, &c. Vnde ſicut Imperatoris, ita Regis eſt proprium condere legem. Nimirum quiſque nanque populus cuiuſcunque, ſcilicet, municipij, vel ciuitatis poteſt ſibi legem propriam facere, ſicut eſt lex illa ſaltem data: de qua fit mentio. C. de noxal. actio. l. ſerui veſtri. Quæ municipalis lex uocatur. Ius ciuile quaſi ius proprium ciuitatis ipſius, vt ff. de iuſtit. & iure. l. omnes populi. Quoniam unaquæque prouincia abundat in ſenſu ſuo, vt vigeſimaquinta diſtinc. capit. ulti. rectè igitur idem in rege diximus, qui habet regimenta populorum ipſorum; vt patet. ff. de offic. præfec. l. ũnica. ubi dicitur, regimentis reipub. &c. Et propterea, quia Rex Deo ſeruit, ſeruat leges iſta præcipientes, & contraria prohibentes conuenienti vigore ſanciendo; vt 23. quæſtio. 4. cap. ſi eccleſia. in fine. ¶ Et ut altius exordiamur materiam, Primum in terris, nomen Imperij Regis fuit, prout hiſtoriographus ille Salluſtius recitat in principio libri ſui, & bene: Cum ex iure gentium, quod, ſcilicet, antiquitus cum ipſo genere humano eſt proditum; ut ff. de acquiren. rerum domin. l. 1. regna fuerunt condita, ut ff. de iuſtit. & iure. l. ex hoc. Deinde ſi quis reſpexerit, ante Vrbem conditam, ad uetuſtiſſimam hominum antiquam rempublicam inueniet, quòd Æneas Troianus, noſter Rex fuit reipublicæ princeps. Poſtmodum ſi quis principia conditæ Vrbis recenſeat, Reges eam conſtituerunt Romulus & Numa Pompilius: ille quidem Romulus ciuitatem ædificans, & iſte Numa eam legibus adornans & exornans. Poſt quos ipſam Rex Tullus Hoſtilius gubernauit: licet demum ad Imperatores, vtputà Iulium Cæſarem & ſequentes deuentum fuerit, vt hoc legitur in Authen. ut præp. nom. Impe. §. ſi quis enim. collat. 5. & de offic. quæſto. l. 1. Similiter & primæ leges ſeculi a Regibus proceſſerunt, tam ante Vrbem conditam, vt in Decre. 7. diſt. c. Moyſes. quàm condita Vrbe, vt in præallega. §. ſi quis enim. & ff. de orig. iu. l. 2. in prin. Et propterea legiſlator plerunque legis regiæ meminit, vt ff. de mor. infer. l. negat. & alijs pleriſque locis. Quod verò regalis, ſicut imperialis dignitas in temporalibus præcellat, & plenitudinem habeat poteſtatis, Iura & Decreta concordant: Nam legibus iure noſtro animaduerſionem capitis, & omnem poteſtatem dignitati regiæ attributam eſſe conſtat, nec poſſe à Regibus appellari, vt ff. de orig. iur. l. 2. §. initio ciuitatis huius, conſtat Reges, &c. & §. exactis deinde regibus Conſules, &c. Et ſcriptum eſt in Decreris, quòd Regi licet in ciuitate, in qua regnat, iubere aliquid, quod neque ante ipſum quiſquam, neque ipſe vnquam iuſſerat. Et non eſt contra ſocietatem ciuitatis, ſi ei obtemperetur, imò contra ſocietatem eſſet, ſi ei non obtemperaretur: Generale quippe pactum eſt ſocietatis humanæ obtemperare Regibus ſuis, ut 8. diſtinc. cap. quæ contra mores. Adeò quòd uir iuſtus ſi ſub Rege homine forſan ſacrilego militet: rectè illo iubente pugnat, ſi quod ſibi iubetur, non eſſe contra Dei præceptum, certum eſt, vel utrum ſi contra Dei præceptum certum non eſt: Ita, vt licet fortaſſe reum faciat Regem iniquitas imperandi, innocentem autem militem oſtendat ordo ſeruiendi, vt 23. q. 1. quid culpatur. in fi.

¶ Circa

¶Circa huius obediẽtiam ciuilia iura aliter, & per aliam viam procedere videntur, vt no.ord. per Accur. ff.ad legem Aquil.l.liber homo.in glo. quæ incipit, & nihilominus.in verbo, qui iuſſit, &c. Sic ſimile dicitur de Iuliano Imperatore Apoſtata, 11.quæſt.3.cap.Iulianus. Et alibi legitur, quòd duæ ſunt perſonæ, quibus mundus iſte regitur, regalis videlicet, & ſacerdotalis, & quòd Reges præſint in cauſis ſecularibus, ſacerdotes autem in cauſis Dei.2.q.7.cap.cùm Dauid. 96.diſtin. cap.2. Sicut ſimile de Imperatoribus ponitur, quòd Sacerdotium diuinis miniſtrat, Imperium autem humanis præſidet, vt in authen.quomodo opor.epiſcop.& cleric.ad ordin.dedu. in princ.collat.1. Item alibi, quòd res terrenæ per iura Regum poſſidentur, id eſt, iure humano, quod in poteſtate eſt Regum, & quod eſt legibus in Regum, ſiue Imperatorum: quia ipſa iura humana per Imperatores, & Reges ſeculi Deus diſtribuit humano generi, vt 13.q.7.quicunque, & 8.diſtin.cap.quo iure. Ex quo apparet, quòd ſicut dicimus omnia eſſe imperatoris, vt C. de quadrien. præſcrip.l.bene à Zenone. ita poſſumus & in Rege dicere de rebus omnibus Regni ſui. Nam & in libro Regum legitur, hoc erit ius Regis, filios veſtros faciet ſeruos ſuos, equites & præcurſores, agricolas & fabros armorum. Filias veſtras faciet vnguentarias & conqueſtuarias & pacificas: Et ſeruos veſtros, & ancillas ponet in opere ſuo: optima queque veſtra dabit ſeruis ſuis: Et vos eritis ei ſerui. Et ex hac militari diſciplina docetur, quòd præda capta ab hoſtibus, quæ eſt in poteſtate victoris, cum ſtatim fiat iure gentium occupantis, vt ff.de acquiren.rerum dominio. l.naturale.§.vltimo. tota Regi ſeruatur, & ei ceditur, licet poſtea (portione ſibi retenta) eam inter milites diuidat pro qualitatibus, & laboribus perſonarum, vt 23.quæſt.5.cap.dicat.& 1.diſtinct. cap.ius militare. Et cum hac determinatione ſunt exaudienda iura ciuilia, quæ videntur ſuper hoc inter ſe contraria, vt ff.de acquirendo rerum domin.l.transfuga. vbi dicitur, quòd præda huius non eſt publica, ſed occupantis, vt ff.ad legem Iuliam peculat.l.penult. vbi dicitur, quòd lex Iulia habet locum pro huius præda ſurrepta, quaſi dicat, vtpote, pro re facta publica, id eſt, fiſci. Aliàs enim prædicta lex non haberet locum. ff.ad legem Iuliam peculat.l.1.& 3.§.vltimo. Licet Doctores iuris ciuilis aliter & perperam in articulo iſto loquantur, vt no.glo.ordinaria, de iure fiſci. l.diuus Commodus. Ideo etiam dicitur, quòd non ſine cauſa Principes & Reges mundi gladium portant, id eſt, habent gladij poteſtatem, vt 23.q.5.cap.ſunt quædam. & extrà de maiorit. & obedien. cap.ſolitæ. Reges enim debent impios de terris ſuis perdere, vt 23.quæſt.5.cap. Rex. & Regum eſt proprium, iudicium atque iuſtitiam facere, vt 23. quæſt.5.cap. Regum. Quid plura? Papa Regi obſequitur, & ei ſe ſubeſſe fatetur, vt 25.quæſt.1. ſatagendum. Et ipſe Chriſtus Dei filius, Regi terreno ſubditum ſe oſtendit, qui cum pro ſe ſolui tributum faceret, vt 23.quæſt.7. cap.tributum, ſe ſubiectum Regibus eſſe probauit, vt extrà de cenſi.cap.omnis anima. Et exinde magnum atque ſpeciale traditur documentum, ne quis conſtitutionem terreni Regis putet eſſe ſoluendam, ſecundum Apoſtolum ſcribentem generaliter omnibus: Eſtote ſubditi dominis veſtris, ſiue Regi, quaſi præcellenti, ſiue Ducibus tanquam à Deo miſſis ad vindictam malefactorum, laudem verò bonorum, vt 11.q.1.cap.magnum, vt extrà de maiorit. & obedien. cap.ſolitæ. Quinimo ante Reges & Principes erant: Nam maiorum hæc erat conſuetudo, vt Rex eſſet & Sacerdos & Pontifex: vnde Romani Imperatores, Pontifices dicebantur, vt 21.diſtinct.cap.cleros & clericos, circa medium. Et hoc exemplo, Reges & Imperatores vnguntur, & conſecrantur, vt extrà de ſac.vnct. cap.vnico. Et uides quando ſubditus ſcribit Regi, dicit, Sacræ Regiæ Maieſtati, &c. hæc etiam per regalia deſignantur inſignia, videlicet, clamidem, ſiue mantum, & collobium, coronam, & mitram, & ſceptrum, & pomum, quæ Regibus in coronatione ipſorum ad imitationem eandem hodie iniunguntur, prout iſta ſex in ſigillis Regum perpendere licet, vbi imago Regis ſedet in ſolio taliter inſignita. Per clamidem enim Regis poteſtas intelligitur, vt 2.quæſt.7.cap.pleriſque. Item per Saulem & per collobium, quæ eſt veſtis detenſa vſque ad talos, qua vtebantur Diaconi, ſicut hodie vtuntur in Dalmatia, ſignum Sacerdotij figuratur. Et hæc ſunt fortè regales Trabeæ, de quib. loquitur lex C. pu.lę. vel conſu. nuntia.l.vnica. lib. 12. Similiter corona in capite ſignum eſt Regium, vt 12. quæſt.1. cap.duo ſunt. Et mitra Pontificis, vt extrà de fide inſtrumen. cap. inter dilectos. ver. tertiò quia falſum, &c. Et hæ fortè ſunt infulæ, de quib.fit mentio. C. de quadrien. præſcript. l.vlt.in fine. Sceptrum verò, quod eſt virga, ſiue baculus paſtoralis, in vna manu more Pōtificis geritur, vt 11.quæſt.3.cap.epiſcopus. & extrà de ſac.vnc ca.vno. in fine. In alia quidem manu malum geſtatur in ſignum Regni. Nam malō Gręcè, Latinè Regnum interpretatur. Vel ſignum integri & rotundi dominij, ſicut eſt malum, quod dicitur à malon Græcè, Latinè rotundum. Vt ita per hoc ſignificetur, quòd Rex regnum, ſeu totum, & rotundum dominium ac regimen regni habet, & claudit manu. In initio enim omnia manu à Regibus gubernabantur, vt ff. de origine iur.l.2. in princ. Et ſic per hoc bene datur intelligi, quòd Reges vt ſuprà diximus, rotundam & plenam habent poteſtatem. Et hæc fortè ſunt ſceptra, de quibus dicitur in Authen.de conſul. in fine. collatione quarta, & in Authen.vt omnes obed.iudic. prouinc.§.hæc conſiderantes. collat.5. Licèt iſta duo vltima, ſcilicet, ſceptrum & malũ, poſſint etiam in alia repræſentatione accipi, uidelicet, quòd Rex in una manu portat iuſtitiam, & in alia gratiam ſiue miſericordiam, ut 40.diſtinct. cap.omnis qui iuſtè iudicat. Vigor quidem Iuſtitiæ repræſentatur per ſceptrum, id eſt, uirgam.45.diſtinct cap.diſciplinam. Et donum Gratiæ repræſentatur per malum, quod ex more inter beneuolos gratis datur. Hodie verò ambæ poteſtates prædictæ, ſcilicet, Sacerdotalis ſiue Pontificalis, Regalis ſiue Imperialis diſcretæ ſunt, diuerſis diſtinctæ officijs, & diuerſis diſtributæ perſonis, vt tamen altera alterius auxilio egeat, & vtatur, vt 95.diſtin. cum ad verum. Et hoc eſt, quod ſuprà diximus, quòd prima diuinis miniſtrat, ſecunda humanis præſidet. Illo autem primo reſpectu, quo in una eademque perſona hæc duo ſic confuſa dominia conſiderantur, legitur quòd ſacerdotium & imperiũ ex uno eodemque principio proceſſerunt, vt in pręalleg. Auth.quomodo opor.in princip. Nec multum differunt ab alterutro ſacerdotium & imperium, ut in Authen.de non alienan.§.ſcimus. collat.2. Et exinde probatur plurimorum conſuetudo regnorum, ſecundum quam Rex confert beneficia eccleſiaſtica. Et habet in certis eccleſijs regni ſui ius inueſtituræ, ſicut olim fuit, & hodie eſt in regno Siciliæ, ut notatur in cap. quod autem.16.q.2. in princ.in glo.ordin. quæ incipit, hoc in 7.q.&c. vbi hoc tangitur de Rege Apulo. Et ſecundum quam regis poſtulatur aſſenſus in electionibus prælatorum regni ſui, ipſis electionibus iam canonicè celebratis, ſicut ſimiliter obtinuit hactenus in regno Siciliæ, ut extrà de electio.cap.cùm inter

vniuerſos. vbi loquitur de eccleſia Capuana, quæ eſt de celebrioribus eccleſijs dicti regni, & c.cum terra. eod.ti. Et no.Rofred.in libellis iuris Canonici,circa principium, vbi inſerit cauſas, propter quas electio uitiatur, in uer. quid ſi facta fuerit per ſecularem poteſtatem, &c. licet hodie per capitula conceſſionis regni tollatur. Reges non ſunt merè laici, in quos huiuſmodi ſpiritualia iura non cadunt, & ideo ea nec habere, vel conferre laici poſſunt: licet fuerunt aliquando, ſcilicet conſiderato initio, etiam ſacerdotes; & multum ab eis, vt diximus, differunt, & adhuc retinent ſigna pontificis. Vnde non eſt mirum, ſi ſpiritualia ipſa ſpecialiter in Regibus accepten tur. tum quia iuuantur primordio ſacerdotij, vt argum. ff. de leg. 2. l.cum filius. §. hæres meus. tum in memoriam ipſius primi ſacerdotalis dominij, vt arg. ff.de quæſtio. l.vnius. §. ſeruus. cum ſim. tum etiam, quia adhuc habēt eiuſdem reliquias, vt argum. ff.de his qui ſunt ſui, vel alie.iur. l.patre furioſo. Et econuerſo, paribus rationibus, illa conſuetudo multarum eccleſiarum defenditur, per quam in ipſorum vaſallos prælati habent & exercent per laicos ſubſtitutos vindictam, & iudicium ſanguinis, quod eſt hodie à clericis alienum, vt extra de rap.c.in archiepiſc.& extra ne cler. vel mo.ſe im.c.clericis, vbi de hoc plenè in gl. ord. no. & c. ſententia. Per hanc enim conſuetudinem facilè reditur ad primam naturam, ut argu. ff.de pact.l.ſi unus.§.quod & in ſpecie dotis. Iam am modo ad propoſitum redeamus, & ſicut dictis declaratur prioribus nō minorem * authoritatem Regiam, quàm Imperatoriam arbitramur, ſcilicet Imperatorem, ac liberum Regem indiſtinctè dicimus dignitatis. C. de offi. præf. vrb.l.1. li.12. licet ſit indiſtinctè in nomine, ſimile. C.de agri. & cenſi. l.diffinimus. lib. 11. Et ne aliquis pertinax de nomine controuerſiam faceret, ut ſit.C. de codicil.l.ſi idem. legiſlator appellatione Regia indifferenter pro Imperatoria vtitur, vt patet.C.nulli licere in frænis equeſtribus ſellis. &c. l. vnica. lib. 11. & C. de re mil. l.milites qui à repu. lib. 12. & alijs legibus multis. Vt ſic oſtendat has nominationes diuerſas ſub vna ſignificatione cenſeri. argum. ff.de verborum obligatio.l.ſi ſub vna. in princ. Quandoque etiam imperialem poteſtatem plus extollere nititur ad regale vocabulum ſe conuertit, vt patet. C. de donat. inter virum & vxorem. l. vlt. & de leg. & conſtit. l. fina. & no. l. inter claras. Et ideo vbi de Imperatoris electione agitur, primò perſona in Regem Romanorum eligitur: in Imperatorem poſtea promouenda, vt extra de electio. cap. venerabilem. Imò ſi bene lector curioſus aduertat, non ſine miſterio legiſlator, vbi recitat quomodo euenit nouiſſimè, vt neceſſe eſſet per vnum reipublicæ conſuli, iſtum vnum nominat principem. ff.de origine iur.l.2. §.nouiſſimè, & ita tam. C.quàm. ff.intitulat. de conſtit.princip. & in toto iure noſtro, vt plurimum eum principem vocat, quod principis nomen eſt commune tàm Regi, vt patet in Authen. vt præpo.no. Imper. §.ſi quis no. quàm Imperatori, vt ff. de conſtitut. princi.l.1. Nec non cuilibet alteri, qui eſſet monarcha quocunque nomine cenſeretur. Nam princeps per etymologiam dicitur primum caput: ſic dat intelligere quòd iura omnia, quæ loquuntur de principe, intelligantur de Rege, vel Imperatore: ſeu quocunque alio, qui haberet in ſubditis iure Romano viuentibus monarchiam. Obſtat tamen. ff.de excuſatio. tuto. l.ſpadonem. §.ſi ciuitatis princeps. Vbi principis nomen attribuitur magiſtratui paruo. Sed ibi non ſimpliciter dicitur princeps, imò addit ciuitatis princeps, & ſic exponitur, ideſt magiſtratus. Hic autem anthonomaſicè ponimus nomen principis, vt pote, excellentis, quia alium ſuperiorem non habet: ſic aliter ſe habet Vrbis & Poetæ uocabulum, Inſtitutio. de iure naturali. circa princip. Eadem erit inſtantia, & reſponſio, quia inuenimus principem agentium in rebus, vt C.de princip.agen.in rebus, lib.12. Principem delicti, vt de ſeruo corrup.l.1. §.hoc iudicio. Principem hæreſis in Authen. de interdict.colum. 1. Et his ſimilia multa. Similis etiam oppoſitio, & ſolutio caderet in nomine Regis, vel Imperatoris: Quoniam largo modo cum Rex dicatur à regendo, vt 12. quæſtio. 1. cap.duo ſunt genera. Epiſcopus etiam dicitur regens plebem, Pauper regens domum ſuam, Diues regens familiam ſuam, Maritus regens coniugem ſuam, Iudex regens prouinciam ſuam: Sic Rex regens gentem ſuam, Pater regens prolem ſuam, Abbas regens monachos ſuos, vt 23.quæſtio.5.duo iſta. Sicut & Rex ſcaccorum dicitur Rex, uel vocatur rex. Et Rex dicitur ribaldorum. Similiter largo modo cum Imperator dicatur, quia imperat, vt in Authen. ut hi qui ſe res minorum obligatas habere perhibent, aut eis obligati ſunt. in princ. collat.6. Imperator dicitur & Conſtantinopolitanus, vt extra de maioritate & obedientia. c.ſolitæ. Et Imperator dicitur Vulgarorum. Et in hac larga ſignificatione Imperium dicitur eſſe in Proconſule, ut ff.de offic. Proconſul. & leg.l.1. Et idem in præſide, vt ff.de offic. præſ.l.3. & 4. Item in prætore, & in quolibet magiſtratu. ut de arb.l.nam magiſtratus, & ad Trebel.l.ille à quo. §.tempeſtiuum.& de actio.& obligatio.l.obliga. quæ proprijs iuribus, &c. Sed qua fronte diximus Regem Siciliæ liberum, cum ab Eccleſia Romana regnum in feudum teneat? Nonne igitur ſubeſt Papæ, qui videtur ſuperior dominus, vtpote, dominus feudi, & ſic forſan crederet aliquis omnia prædicta eſſe in domino Rege noſtro Siciliæ & regina? Ad quod dicimus, quòd ſedes Apoſtolica cum regali faſtigio honorauerit dominum noſtrum Regem Siciliæ conferendo regnum prædictum, uoluit omnes regni ſubditos in omnibus ei ſubdi, ſecundum quod eſt proprium præmium Regiæ dignitatis, vt argumen. in Authen. vt iudic. ſine quoquo ſuffra. §.uolumus.colum.2. imponendo etiam ſibi regalia inſignia ſupradicta contulit ei plenitudinem Regiæ poteſtatis, vt argumen. C.de lat.lib. tollen. l.1. §. ſed & qui domini. & extra de authori.& vſu pall. capi.niſi. & cap.ad honorem. Et regno conceſſo, quod ad ipſam ſedem ſolam ante infeudationem, & exemptum & liberum pertinebat, intelligitur contuliſſe totam imperialem iuriſdictionem, ita exemptam, & liberam, ſicut erat priuſquam infeudatio facta eſſet, vt argumen. ff. de officio præfecti urbis. l.1. §.cum vrbem, & argumen. ff.ſi ſer. ven. l.teſtatrix. §. plures, & de actionibus empti. l.creditor. in fine. Rex enim inueſtiri de regno debet eiſdem legibus, & iure regnum habere, quibus haberet eccleſia, quę ipſum exinde inſtituit, vt in collat. 10.feud.in conſt.Frederici, hac edictali. &c.§.idē eadem.l. in tit.de notis feud. & argumen. C.de hæred.vel actio.uend. l.emp. Et maximè cum in forma conceſſionis regni certa capitula ſint excepta, quæ ſibi eccleſia reſeruauit. Et ita in omnibus alijs regula remanet de rege & regno libero magis firma, vt in Authen.de non alienandis, aut permutandis rebus eccleſiaſticis immobilibus. §.vt autem lex, collat.2. Nec credat aliquis, quòd temporalis iuriſdictio, vtpote, res incorporalis, ſic tota non potuerit ab eccleſia ſeparari, vt

* Additio. Non minorem. *Æqualis eſt authoritas Imperatoris & Regis, de quo poſuit Iaſ.in auth.ex teſtamen to, col.6. in fi. de collat.C.* De Bottis.

ri, vt ff. pro ſol. l. 3. cum ſimilib. Nam regni conceſſio eſt quædam vniuerſitas facti corporalis, quæ conſtat, videlicet, ex diſtantibus corporibus plurium ciuitatum, caſtrorum, villarum, ſubiectorum, vt ff. de vſucapio. l. rerum mixtura. §. 3. Sicut dicitur territorium, vniuerſitas agrorum, &c. de verbor. ſignificat. l. pupillus. §. territorium. Quæ facti vniuerſitas, tanquàm res corporea vendicatur, poſſidetur, tranſit & traditur, vt patet. ff. de rei vendi. l. 1. §. fin. & l. 2. & 3. & l. in rem actio. §. at his corpo. l. venditor. & præalleg. l. rerum mixtura. §. hoc certo genere. Et ita temporalis iuriſdictio, quæ ipſi vniuerſitati accidit tota tranſit cum ea, licet per ſe aliter non tranſiret, ut ff. de contrahen. emptio. l. in modicis, cum eis cohæreat, ut ff. de officio eius cui mandata eſt iuriſdictio. l. fin. ¶Poſito tamen quòd diceretur Eccleſiam non temporalem iuriſdictionem ſic à ſe totaliter abdicaſſe, cum directum dominium, & ciuilis poſſeſſio Regni apud eum remanſerit, non eſt vis. Quia Rex, qui feudatarius eſt, vtiliter dominus eſt & naturaliter poſſidet, & ſic, ſiue de dominio, ſiue de poſſeſſione agatur, Rex eſt potior, & præfertur, vt patet de dominio. ff. de ſuperſ. l. 1. §. quod autem ait prætor. ibi, planè ſi aduerſus, &c. & de poſſeſſione patet, vt ff. vti poſ. l. ſi duo. §. cæterum. ibi, ſed prætor ſuperficiarium, &c. Super hoc non inſiſtimus legibus, quia iſta Brocardica vulgaria ſunt, videlicet, quòd Dominus feudi habet directum dominium, & ciuilem poſſeſſionem: Feudatarius verò habet vtilem & naturalem, quæ vtilis & etiam naturalis præfertur illi directo & illi ciuili. ¶Et vltra procedimus, quòd Eccleſia Romana habet directum dominium, & ciuilem poſſeſſionem vniuerſitatis Regni tantum videlicet, ipſius totalis corporis, ſeu quotarum partium, non autem ſingulorum corporum, * ſeu partium ſingularum, ex quibus vniuerſitas Regni conſtat, vt argum. ff. de euictio. l. naue. Vna enim eſt Regni conceſſio per Eccleſiam facta; & vnum eſt feudum, ſcilicet, vniuerſitatis, nó plura feuda, quamuis plura ſint corpora, ut argum. ff. de legat. 2. grege. & de verborum obligat. ſcire debemus. §. ſtipulationem. & de ædi. edicto. cum eiuſdem. & commo. in commodato. §. duob. & de contrahen. emptio. quod ſæpè. §. in his. & § igitur ſi grex. Et ita vnum eſt illud directum dominium, & vna ciuilis poſſeſſio, vtputa, vniuerſitatis, vt diximus, quæ ſecundum naturam contractus feudalis apud eccleſiã remanſerunt. ¶Et ſimiliter unum eſt dominium vtile, & vna naturalis poſſeſſio vniuerſitatis eiuſdem, ut diximus, quæ ſecundum naturam contractus eiuſdem tranſiuerunt in Regem: Non autem ſicut plura ſunt corpora, ita ſunt plura dominia utilia, & directa. Et plures poſſeſſiones naturales, & ciuiles, ut ff. de rei uendica. l. 1. in fi. ubi dicit, grex enim ſingula, &c. Vnde habendo reſpectum ad uniuerſitatem Regni, ſine dubio Dominus Papa eſt ſuperior Dominus. Et quando de toto Regno, ſeu quota parte eius controuerſia fieret, ad ipſum cognitio pertinet. In ſingulis uerò Regni corporibus apud eccleſiam nihil prorſus remãſit, ſed totum & integrum Dominium & poſſeſſio ſunt tranſlata in Dominum Regem. Licet namque in feudatione ipſa Regni uniuerſitas uerteretur: ſingula tamen corpora in traditionem uenerunt, ut ff. de hæredit. vel actione uendita. quia filijſfami. §. hæreditas, & ita per traditionem totaliter ab Eccleſia ſeparata tranſiuerunt ſine aliqua reſeruatione in Dominum Regem, ut bene colligi poteſt. C. de hæreditate, uel actione uendita. qui tibi hæreditatem. ¶Sic & hæreditas, quamuis ſit quædam uniuerſitas, ut patet ff. de rei uendica. l. 1. in princip. de uerborum ſignificat. nihil eſt aliud. tamen facit ſingulas res hæredis, ff. de legat. 2. l. legatum. ita dominium, &c. ¶In his ergo corporibus ſingulis ſolus Rex eſt Dominus ſuperior, & ſupremus, & omnia iura maioris Domini pertinent ſibi ſoli. ¶Nec diſtinguimus aliter de Dominio directo, uel utili, ſeu poſſeſſione ciuili, uel naturali: Niſi, quòd in Demanijs Regiæ Curiæ, & rebus quas Curia Regia poſſidet, Rex habet vtrunque dominium, & poſſeſſionem vtranque. ¶Non ideo dicimus utrunque, quòd ponamus in eademque perſona & re ſimul duo dominia, ſeu duas poſſeſſiones, quia hoc eſſet erroneum: Sed dicimus utrunque ad differentiam ſolius directi, quod non habet Eccleſia, & ſolius vtilis, quod ſolum Rex non habet: Sed Rex habet utrunque, id eſt, unum & idem, & directum & efficax. Et idem in poſſeſſione, quia nec Eccleſia habet ciuilem, nec Rex naturalem ſolam: Sed habet utranque, id eſt, unam & eandem habentem prædictam duplicem formam. In feudis autem, quæ alij tenent à Curia Regia, utpotè Comitatibus, Baronijs, & alijs feudis quaternatis, Rex habet dominiũ directum, & poſſeſſionem ciuilem: & Comites & Barones, ſeu alij feudatarij tenentes, utilem & naturalem, ut plenè notabimus infra in 3. lib. de probatione per inſtrumentum publ. ſuper quæſtio. hom. l. ſi dubitatio. vbi hanc materiam plenius proſequimur, quod eſt utile & ſubtile. ¶Nec mireris, quòd diximus Eccleſiam, quæ in uniuerſitate, ſeu quotis partibus habet directum dominium, & poſſeſſionem ciuilem, hoc in rebus ſingulis non habere: ſic enim iura loquuntur in dominio, ut ff. de rei uendica. l. in rem actio. §. ſi quis rei ſuæ. & §. fina. & l. mutus. aliàs incipit, ſi quis nauem. & etiam in poſſeſſione, ut ff. de acquiren. poſſeſſio. l. qui uniuerſas, in princip. & ff. de vſucapio. l. eum qui ædes. Et iſtud generaliter obtinet, quòd quicquid in uniuerſitate conſtituitur, non eſt ad ſingula corpora referendum. ff. de do. præle. l. 1. §. ſed quod diximus. Nam in ſingularibus rebus non intelligitur eſſe aliqua pars, vt ff. ſi quis omiſſa cauſa. l. quamuis. Et ita rectè dictum eſt, quod iuris eſt in toto Regno, idem eſt in parte, vt ff. de acquiren. hæredit. l. ſi ſeruus eius. Cum pars ſit in toto, * & totius appellatione contineatur, ut ff. de regulis iuris. l. in toto & pars. de verborum ſignificatio. l. appellatione rei. Non autem idem eſt in ſingulis rebus, vt patet. C. de ſententiam paſſis. l. ſi debitor. cum in ipſis non ſit inueniri, vel cenſeri partem, ut ff. de hæredibus inſtituendis. ſi alterius. ¶Similiter non mireris, quòd diximus Comitatum eſſe tanquam rem ſingularem, qui ſine dubio cum ex pluribus conſtat corporibus, uniuerſitatem eſſe negari non poteſt, ſicut ſupra de Regno notauimus. Et ſic non uidetur res eadem poſſe duplici iure cenſeri, vt ff. de vſucapio. eum qui. in fine. Hoc namque hic contingit diuerſis reſpectibus, ut ſit tanquam res ſingularis, quantum ad Regnum, & ſit tanquam vniuerſitas quantum ad res ſingulares, in quibus conſiſtit, ſic ff. de pecu. hic quæritur. §. poteſt, ¶Vel adhuc poſſet aliter reſponderi, quia licet Eccleſia iuriſdictionem temporalem non a ſe penitus abdicauerit, vt arg. ff. de officio proconſul. & leg. l. legatus. Sicut etiam dicitur de poteſtate in principem a populo Romano tranſlata, quod dic, vt in ſum. Azon. de lega. & conſti. §. a quo debeant. Exercitium tamen iuriſdictionis habet

* ADDITIO. Non autem ſingulorum corporum. *Vtilis & naturalis præfertur directo, & quod in ſingularibus ſit vere dominus, tenet Bal. ubi Alex. & Iaſ. in l. 1. C. vnde legit. vbi propriè ponunt hãc quæſtionem.* De Bottis.

* ADDITIO. Sit in toto. *Nota per And. in c. Imperialem, dum loquitur de aſſenſu.* De B.

habet ſolus Rex, non autem Eccleſia, cui Regni proprietas nuda remanſit, vt in collat. 10. feud. in quibus cauſis feud amittatur. l. Obertus. ad fi. Simile eſt reperiri aliàs, quòd duo habent actionem communem, ſed vnus eorũ tãtum habet exercitium actionis ipſius, quod dic, ut no. in ſumma Azon. C. de rei vxoriæ actione. l. 1. § item ſi dicatur. & ff. ſol. mat. l. 3. in glo. ordina. ibi ſignata. ¶ Ad hoc de ſecundo in præmiſſis obijcitur: Quomodo Regnum Siciliæ dici poteſt exemptum, & liberum, cum Imperator * præſideat vniuerſis, vt in Authen. conſtitutio, quæ de dig. circa princ. col. 6. Et in temporalibus ſolus ſit mundi dominus, vt in Auth. quomodo oporteat Epiſcopos, in princ. coll. 1. & ff. ad legem Rhodiã de iactu. l. deprecatio. cui ſubſunt vniuerſi Reges & Principes orbis terræ, vt in decre. 7. q. 1. c. in apib. Cum etiam inter prouincias capta Sicilia ſpecialiter in ditionem Romanam venerit, vt ff. de orig. iur. l. 2. §. capta. Sed primo reſpondeat qui taliter obijcit, quomodo Populus Romanus qui Imperatorẽ conſtituit, & ipſe Imperator orbem ſibi conquiſiuit, & Regna, cum longe ante Imperium & Romanorum genus ex antiquo. i. iure gentium, quod cum ipſo humano genere proditum eſt, fuerunt regna cõdita, & diſtincta dominia, vt ſupra in princ. diximus. Et certè quicunque Romanorum geſta reuoluat nõ inueniet, quòd aliter, quàm per armorum fortitudinem ſolam, & ſic de facto potius, quàm de iure, vt in Auth. vt om. obe. iu. pro. coll. 5. Romani ciues & Imperatores ſibi regna & gentes ſubiugauerunt, vt patet. ff. de cap. & poſtli. re. l. poſtlimin. §. filius autem. ibi, quia diſciplina caſtrorum, &c. & C. de Iuſti. Co. confi. l. 1. in prin. ibi, merito igitur ad primam, &c. & in procem. Inſtit. in princ. Opprimendo, videlicet, alios, qui ſua imbecillitate eorum ditioni cęperunt eſſe ſubiecti, vt argum. in diſtin. 6. c. non eſt peccatum. Vnde ammodo reſponſio eſt in promptu ad obiectionem præd. ctam, ꝙ ſcilicet Romanorum Imperium tam in Regno Siciliæ quàm multis Regnis, & partibus alijs eſt de facto hodie diminutum. Nec ſine optima ratione. Nam Romanus Populus quod fecit paſſus eſt, vt ff. quod metus cauſa. ſed & partus. §. primo. Immo quod iniuſtè fecit, iuſtè ſuſtinet, vt in Authen. de ſanctiſſimi. Epiſ. §. omnibus autem epiſcopis, colla. 11. Et adhuc quod fecit ſemper expectet, vt patet. C. de epiſco. audien. l. 3. Et ita diminutio ac exceptio antedicta ſummam habet æquitatem, & ſine cuiuſquam indignatione iuſtitiam. Quis enim aſpernabitur idem ius ſibi dici, quod ipſe alijs dicit, vel dixit, vel dici fecit? immo quod quis æquum in alijs credidit, in ſe valere patiatur, vt ff. quod quiſq; iu. in alium ſta. in l. 1. in princ. §. ſi quis. iux. illud poeticum: Nec lex eſt æquior illa, Quam necis artifices arte perire ſua. ¶ Et ſi fortè quis diceret, quòd vtrunque iniuſtum fuerit, tam videlicet, conquiſitio Romanorum, quàm diminutio ditionis Romanæ. Non debet reprehenſibile iudicari, ſi Romanus Populus in ſe ſentiat nouitatem, quam nixus eſt in alijs facere, vt in Authen. de non alie. §. ſi quis autem per donationem. colla. 2. vt ſic in ipſum, qui fecit iniuſtitiam, conuertatur, vt in Authen. ſent. non ſolum ſi fide. pri. circa medium, in ver. ideoque, &c. collatione quinta. Et huius exceptio fauorabiliter tolleretur, per quam homines ab libertatem & naturam reducuntur, cum libertatis fauor ſæpe & alias benigniores ſententias exprimat, vt ff. ad legem Fal. l. pœnales. in fi. Pro qua multa contra rigorem iuris ſunt conſtituta, vt ff. de fideicommiſſarijs liber. l. generaliter. §. ſi quis ſeruo. Si ergo nos impugnet imperium, quod vi, aut clam, vel dolo ſubtraximus nos ab eo: Rectè ipſum repelleremus per exceptionem eandem, quòd vim, vel dolum commiſerit, vt argumentum pulchrum. ff. quod vi, aut clam. l. ſi alius. §. belliſsimè. & l. vltima. §. ſi ad ianuam. Nec dabitur ſibi doli replicatio aduerſus noſtram exceptionem doli, vt ff. de doli excep. l. apud Celſum. §. Marcellus. Quia ipſe idem populus Romanus illicitam rem admiſit, vt ff. de dam. infe. l. qui bona. § ſi quis iux. & ſic paria delicta mutua compenſatione tolluntur. ff. ſolu. matr. l. viro. Imò nec videmur hanc exceptionem dolo feciſſe, cum fraudem excluſerimus, vt ff. de lega. 2. cum pater. §. Titio fratri ſuo. ¶ Ex his autem reſultat tertia oppoſitio, quare quidem in regno noſtro vteremur Romanis legibus, ſi imperio non ſubeſſet: Sicut nec in Francia, & alijs nonnullis prouincijs, quæ Imperatori non ſubſunt, vt extrà de priuile. & excep. pri. capite, ſuper ſpecula. Imò poſtquàm ſupponimus Romanorum Imperium in Regno deficere, pariter & Romanorum iura in Regno deſinere ſupponamus, ſicut tempore olim Tarquinij exactis ab Vrbe Regibus, Omnes quoque Regiæ leges exoleuerunt in Vrbe. ff. de origine iuris. l. 2. §. 1. Licet verò Regnum deſierit ſubeſſe Imperio, tamen iura Romana in Regno per annos plurimos conuenientia Regum, qui fuerunt pro tempore ſeruata diutius conſenſu tacito remanſerunt, vt argumen. ff. de legibus & ſenatuſcon. ſed ea. quòd immo expreſsim ſeruantur & corroborantur in compilatione Conſtitutionum iſtarum, vbi neque Conſtitutiones hæ, ſeu approbatæ Regni conſuetudines non obſiſtunt, vt infrà de ſacramento a Baiulis & Camerarijs præſtando. l. puritatem. & infrà de officio Vicar. l. cum circa, & infrà, de ſerua. iu. co. & ba. l. vt vniuerſis, & ita perinde ſunt habenda, tanquam eſſent ex his profecta Conſtitutionibus, & per ora ipſorum Regum Siciliæ promulgata, vt C. de ve. iure enuc. l. 1 § ſed neque. Ex præmiſsis itaque ſine titubatione ſentimus Regem Siciliæ liberum, ipſumque propriè appellamus Monarcham, ſiue Principem Regni huius. Et quicquid de Principe Romano cautum legibus vt diximus, conſtitutio, vel conſuetudo regni non obuiat: rectè in Rege Siciliæ coaptamus, ut ſic ad ipſum omnia in regno pertineant, quæ ad Imperatorem Romæ quomodolibet pertinerent, ſicut legitur ſimile. ff. de offi. procon. ſolent. §. fi. ff. de offi. præſi. l. ex omnibus, & l. ſeq. Capitulis nihilominus ſemper ſaluis, quæ in conceſsione regni ſibi eccleſia Romana reſeruat. Et hæc ſententia multas dirimit quęſtiones, de quibus vidimus in fori diſputationibus diſceptari. Iam enim ammodo liquet, quòd crimen læſæ maieſtatis & perduellionis committitur in Regem Siciliæ, quamuis quidam nimia ſubtilitate tenti tentauerint contrarium dicere, allegantes maieſtatem tantum eſſe in Imperatore, vt patet. C. ad l. Iuliam maieſtatis. l. meminiſſe, & in procœ. Inſti. in prin. Dicit etiam Imperatoriam maieſtatem, & non dicit regiam. Sed ipſi perperam ſunt locuti. Nam & in Rege dicitur maieſtas, vt C. vt nemo priuatus tit. prædijs ſuis, vel alijs imponat. l. Regiæ maieſtatis. C. de leg. & conſtit. l. digna. vbi dicit maieſtate regnantis, &c. Et lex vocat eam non Imperatoriam tantum, ſed alicubi publicam. & alicubi principalem, vt ff. ad l. Iuliam maie. l. 3. §. lex. & l. famoſi. §. hoc tamen crimen non quòd pro-

* Additio. Cum Imperator. *Imò Imperator nõ eſt dominus mũdi, alias omniũ, l. non dubito. l. poſthumum, in prin. no. in gl. magna. l. hoſtes, ff. de capt. & poſtlim. reuer. & vbiq; Imper. ſe limitat ad ſubditos ſuos. l. 1. C. de ſum. Trin. & fide Cath. Nec obſtat l. deprecatio. quia dicit mundi, ſed non totius, nec ſit contraria. l. auth. aliter etiam reſpondet hic apoſtilla ad Andream, vide ibi.* De Bottis.

pterea

pterea dicere moueamur crimen perduellionis in regem committi, quia pari ratione poſſet idem dici de paruo prætore, in quo ſimiliter dicitur eſſe maieſtas, ut ff. de iuriſdictione omnium iudicum. ſi familia. & ff. de iuſtit. & iu. l. penul. in fi. Nihil enim ſonat aliud maieſtas, quàm maioritas. Et ideo etiam populus, qui eſt ſuperior, dicitur habere maieſtatem, vt de captiuis & poſtlimi. reuer. l. non dubito. §. 1. Alibi etiam dicitur maieſtas in alia republica, quàm Romanorum, vt ff. de iniu. quod reipublicæ. Sed indè mouemur, quia cum, ſicut dictum eſt, Rex Siciliæ ſit princeps in regno, & homines regni viuant Romanis legibus, vbi eis Regni conſtitutio, vel conſuetudo non derogat, lex Romana quæ lata eſt de prædicto crimine, vt ff. ad legem Iuliam maieſtat. l. vlt. in fine, non ſe ad Imperatorem Romanorum reſtringat, ſed ſic loquatur largiter, quando quis eſſet contra Principem hoſtili animo animatus. Nec illi legi vlla Regni conſuetudo, vel conſtitutio obuiat. Neque illius legis capitulum ſibi Romana eccleſia reſeruauerit. Probabiliter exaudimus eam nedum in Imperatore inter ſubditos Romani Imperij: ſed etiam in Rege Siciliæ inter ſubditos Regni ſui. Ad quod concordant Longobardæ leges, quæ in Regno ſimiliter obtinent, & expreſsè de rege loquuntur in crimine ſupradicto, ut in Longob. de eo, qui contra animum regis aliquid machinatus fuerit. l. ſi quis cōtumax. vbi de hoc no. ſecundo reſpon. ¶Liquet etiam ammodo per rationes præmiſſas, ꝙ Rex Siciliæ poteſt inter homines regni ſui legitimare baſtardos, ſicut legitur de Rege Franciæ qui de Imperio eſt exemptus, vt extra qui fil. ſint legi. c. per venerabilem, circa fi. Hoc enim propriè dicit eſſe Principis donum, ut in Auth. quib. mod. natu. efficiun. ſui § ſi uerò is qui ſolummodo, collat. 6. ¶Rex ergo Siciliæ qui totius Regni ſui obtinet principatum, indubitanter confert huius beneficium principale, ut argumen. bonum. C. de natu. libe. l. ſi quis, §. quòd ſi alterutra, & §. vlt. ¶Liquet etiam ammodo per rationes eaſdem, quòd à rege Siciliæ appellari non poteſt: * nam cum ſit princeps, ſtultum eſt, id eſt, ſuperuacuum dicere, fas eſſe à principe appellari, vt ff. à qui. appel. non lic. l. 1. in princ. Et quod proprium eſt Regis non appellari ab eo expreſſim dicitur. ff. de orig. iur. l. 2. §. exactis deinde Regibus, conſules, &c. Cū interponatur appellatio de minori iudice ad maiorē, vt in Auth. de appel. & inter quæ §. illo videlicet, colum. 4. Rex Siciliæ vt ſupra probauimus, ſuperiorem non habet. Videmus etiam quòd à præfecto prætorio, qui ſubeſt principi, & proculdubio minor eſt rege, appellari non poteſt, vt C. de ſententijs præfectorum prætorio. l. 1. & ff. de officio præfecti prætorio. l. 1. §. his cunabulis. Et quòd minor ſit rege probatur, quoniam præfectus prætorio inſtitutus eſt vice magiſtri equitum, qui olim adiungebatur Dictatoribus ſecundam poteſtatem poſt eos gerens ad inſtar Tribunorum Celerum, qui in toto adiungebantur Regalibus, & veluti ſecūdum locum à regibus obtinebant, vt ff de origine iuris. l. 2. §. initio ciuitatis huius. §. populo deinde aucto. & ff. de offi. præf. prę̨t. l. 2. in prin. ¶Nec appellatur etiam à ſenatu, vt ff. à quib. appel. non li. l. 1. §. ſciendum. Et prædicti alij cum poſſint conſtitutionem, ſeu legem facere, vt de rege probatum eſt ſupra, & de præfect. pręto. patet, ut C. de officio præfec. l. forma, & de leg. & ſena. conſ. l. non ambigitur. intelliguntur quando in cauſa pronuntiat, ſaltem quantum ad cauſam illam condere legem, vt C. de legi. & conſtitutio. l. fina. in princip. Vnde non poteſt appellari. Quia de eo quod lege cauetur, prouocatio non eſt, vt ff. de uerborum ſignificatio. l. ſi qua pœna eſt. Hoc etiam manifeſtè arguitur ex tenore conceſſionis regni factæ per Romanam Eccleſiam domino noſtro regi, ubi inter alia continetur, quòd ſi ſuper cauſis ad forum eccleſiaſticum pertinentibus contingat ad ſedem Apoſtolicam appellari, tam appellantes, quàm appellati ad eandem uenire ſedem pro appellationum executionibus liberè & abſque inhibitione aliqua permittat: Sic ergo regulantur, quòd appellatio huiuſmodi ſuper cauſis ad iudicium pertinentibus ſeculare tollatur, quia quod in vno permittitur in cæteris prohibetur, & econtrà vt ff. de iudic. cum prætor. in princip. cum ſim. ibi nota. ¶Liquet etiam ex præmiſſis quòd Rex Siciliæ fiſcum ſeu ærarium habeat. Et quid plura? fortiter in regno iura regalia, nec non priuilegia, & iura omnia, quæ Romanis legibus principis tam circa priuatam, quàm circa fiſcalia indulgentur, ubi, uidelicet, aliquid ſicut regni conſuetudo, vel conſtitutio non immutat. Neque in conceſſione Regni ſibi eccleſia Romana reſeruat. ¶Quæ cum certa capitula in conceſſione ipſa facta domino noſtro regi ſibi excipit, non poteſt modo videri de cæteris omnibus in eadem conceſſione ſenſiſſe, ut ff. de fun. inſtruc. & inſtrum. leg. l. quæſitum. §. idem reſpondit, domo inſtructa. ¶Dicitur autem fiſcus, ſiue ærarium ipſa Camera Regia, de qua ſit mentio infra de rebus feud. l quiſquis. Sicut etiam fiſcus ſiue ærarium dicitur ipſa Camera Imperialis, vt no. C. de iure fiſ. lib. 10. in glo. ordin. ipſius rubr. quæ incipit, occaſione criminum, &c. cuius nomen ex eo deſcendit, quod Romanus Populus, & Romanorum princeps ab initio conſueuit pecuniam, quæ ſibi applicabatur, reponere in fiſco, id eſt in ſacco. Sic accipitur fiſcus. ff. loca. & conduc. l. ſed addes §. illud verò fiſcus. ¶Et poſtmodum excreſcente pecunia publica, cum non ſufficeret huiuſmodi fiſcus, deuentum fuit vt reponeretur in domo, quæ vocata fuit ærarium, ex eo quòd æs tunc ibi reponebatur, quo tempore appellatio æris omnem pecuniæ ſpeciem continebat, vt eſt notatum. C. lib. 12. de numerarijs & actua. l. in prouincijs. in glo. ordin. quæ incipit, fiſcalis autem. Et ita iſta tria nomina Regia Camera, fiſcus, & ærarium, ſunt quaſi ſynonyma, id eſt, plura nomina, quibus legiſlator in hoc libro ſub vna ſignificatione promiſcuè vtitur, ut infra in multis caſibus & locis huius libri lector inueniet curioſus. ¶His itaque prælibatis, de excellentia regis Siciliæ, cuius authoritate liber iſte fulcitur, cum hæc multum faciant ad multorum notitiam pleniorem, quę in multis huius libri partibus notabuntur. Incipiamus in Dei nomine, qui ſit nobis principium, medium, & terminus, ut in Authen. de priuilegijs dotis, hæred. milit. præſtan. in princip. collatio. 8.

Maieſtas id eſt maioritas.

* Additio. A Rege Siciliæ appellari non poteſt. *Quantū ad temporalia Rex habet in regno plenitudinem poteſtatis, vt ſupra eſt concluſum: ſed quòd ab eo non appelletur, non procedit. grauatus enim per eum poſſet hodie appellare ad Papam, cum ab Imperatore poſſet ſimiliter: quamquàm enim olim Imperator & Rex ſuperiorem nō haberent, & ſic appellari non poterat ab eis ceſſante regula, quæ ſumitur in §. de eo quod not. in Authen. quem. epor. epiſc. in prin. Dico quòd non eſt uerū: imò, quòd poſſit appellari ad Papam, expreſſe dicitur 2. quæſt. 6. ad Romanam, il ſecondo, & 9. quæſt. vlt. capi. cuncta per mundum. Et ſi opponitur de cap. ſi duob. §. fin. ext. de appell. dic quòd de conſuetudine eſt ſecus. Vel melius, quòd ibi non deficiebat iudex temporalis. Nec obſtat de præſcrip. ex ſenatu. nam potuit Imperator id facere in præiudicium ſui, ad quem deuoluta fuiſſet appellatio. Præterea tales grauati receſſerūt ab aula, vnde de eis nulla ſit mentio, argu. C. de pact. pig. l. fin. per Luc. de Penna in l. prædia, col. 34. in in fi. de præd. loca. ciui. C. lib. 11.*

An a Rege Regni poſſit appellari ad Papam, vide Luc. de Pen. in l. fin. verſi. quintò ex his, C. de locat. præd. ciuil. lib. 11. De Bottis.

Non

Procœmium.

Non quòd circa literam quæ plana eſt, & facilis, multos conamur commentarios facere, quos & Romanæ leges fieri noluerunt, vt C. de veteri iure enucleando. l. 1. §. penult. & l. 2. circa fin. ſed quia his conſtitutionibus latis cœpit, vt naturaliter euenire ſolet, maximè fori diſputationes eſſe neceſſarias, & quòd interpretatio deſideret prudentum authoritatem. ¶Nec conſtare poteſt ius, niſi ſit aliquis ritus, per quem poſſet quotidie in melius produci, ut ff. de origine iuris. l. 2. §. his legibus. & §. poſt hoc deinde. Et præſertim, quoniam in quibuſdam conſtitutionum iſtarum legibus nihil obſcuritatis habentibus motæ ſunt quæſtiones ab aliquibus ex ſtudio, & ad ſuam intentionem eis obſcuritatem introducentibus: Sicut ſimile legitur in Authen. conſtitut. quæ ex aſcrip. & libe. mulie. na. in princip. collatio. 5. Prouidimus diſputationes, & deciſiones per iudices & aduocatos Magnæ Curiæ Regiæ factas in cauſis: Nec non notas alias, quod in quotidiano cauſarum vſu vtiles ex nobis adinuenire poterimus, hoc opere ad commemorationem noſtram, & ſociorum fidelium compilare, imitando Herennium Modeſtinum, qui notando & diſputando bene optima ratione decreuit, ut ff. de muneribus & honoribus, l. vlt. §. mixta. vt ita quæſtiones facti, quas in Regno variæ reſponſiones peritorum confuſas & ambiguas reddiderunt, erigamus in conſonantiam luculentam.

FINIS PROOEMII.

CONSTITVTIONES REGNI SICILIAE,

PER EXCELLENTISSIMVM V. I. D. D. ANDRÆAM DE ISERNIA, ET ALIOS DOCT. COMMENTATÆ.

De Legibus, & Conſuetudinibus alijs antiquatis, Conſtitutio.

1 Additio. Imperator. *Adde quare ita vocatur, vide glo. & ibi Bart. in proœ. ff.* Nicolaus Superantius, Patricius Venetus, Miles Hieroſolymitanus, & vtriuſque Iuris Doctor.

2 Additio. Semper Auguſtus. *Adde gl. in proœ. ff. Veteris, & in proœ. Inſtitutionum, & Abb. in proœm. Greg. in 3. col. ver. Imperator. & gl. in l. diui Conſtantini. C. de natu. li. quam ſequitur Sign. de Homod. conſ. 129. incip. in princ. libri noſtri.* Superant.

* Additio. *An regni conſtitutiones extendantur de caſu ad caſum, vel ad ſimilia, & an ſint ſtricti iuris, vide Gram. deciſ. 28. & 47.* Fabius Iordanus.

IMPERATOR[1] Fredericus II. Romanorum Cęſar ſemper Auguſtus:[2] Italicus, Siculus, Hieroſolymitanus, Arelatenſis, fœlix, Victor ac Triumphator.

DOMINI FREDERICI IMPERATORIS

Incipit Liber Primus.

*De Legib. & Conſuetudinib. alijs antiquatis, Conſtitutio.**

a Post *mūdi machinā.* Pręmittit proęmiū, ex quo in vnoquoq; negocio initiū ſumitur, vt in Auth. in medio li. nō fieri ſacras for. §. vt autē omnes. colla. 8. Et dic machinam, ideſt artificioſam compoſitionem, vel conſtructionem. Nam omne artificioſe factū dicitur machina, vt patet ff. de fundo inſtr. l. quæſitū. §. item oſtiarium, & ff. commod. ſi vt certo. §. ſed interdum. verſic. nam & ſi ſeruum tibi lectorem, &c.

b *Et primordialem materiam.* Quæ rudis, ſcilicet nondū formis impreſſa erat Chaos, id eſt, confuſa congeries omniū rerum inuicē commixtarum nō habentium diſcretā & propriam formā, ſicut poſſet hodie in rebus elementatis exponi, vt, ſi argentū tuum & meū conflaretur, & redigeretur in maſſam, vel ſi de frumēto duorū inſeparabiliter cōmixto cumularetur aceruus, vel qūocunque aliter res plures eiuſdem, vel diuerſi generis confuſæ, ſiue cōmixtæ inſeparabiliter redigerentur in unū corpus informe, vt ff. de rei ven. l. 3. §. vlt. & l. idem Pomponius ſcribit, ſi frumētum &c. in prin. & de acq. rer. dom. adeo. §. cum quis ex aliena. & Inſt. de rer. diuiſi. §. ſi duorum. Et hāc primordialem materiā philoſophi vocauerunt Hylem, quam dicūt eſſe inter aliquid & nihil: Sicut enim nihil audiendo, audimus ſilentium, ſic nihil intelligendo intelligimus Hylem, ſecundū eos. Nos etiā poſſumus a dinuenire ſimilia. Nam lex ponit inter nolle & velle mediū, ſcilicet nō nolle, videlicet, patiētiam. Et inter fateri & negare mediū, ſcilicet nō negare, ſcilicet, tacere, vt ff. de trib. l. 1. §. ſcientiā, & de reg. iur. qui tacet.

c *Natura melioris.* Poteſt intelligi actiue de natura naturāte, id eſt Deo, in quo omnia certa ſunt, ſcilicet tā præterita, quàm præſentia & futura, vt ff. de iudic. ſed & ſi reſtituatur. §. ſi pater. & ſic bene ſequitur, qui faciēda pręuiderat. Quem intellectum uidetur habuiſſe Ouidius, unde iſta verba ſumpta fuerunt: ait enim, Hāc Deus, & melior litē natura diremit.

Additio. *Adde, an dicta Poetarum ſint alleganda in deciſionibus cauſarum? Vide gl. in l. in tantum. & l. ſeq. ff. de rer. di. l. ſeptimo menſe. ff. de ſta. hom. & in cap. turba. 37. diſtin. & per Pet. de Anch. in c. qualiter & quando. el 2. de accuſat.* Superant.

A diuina namque prouidentia mundi totius elementa proceſſerunt, & eorum diſpoſitio in orbem terrarum producta eſt, vt C. de vet. iu. enu. l. 1. in prin. Poſſet ēt legi paſſiue de natura naturata, ſcilicet rerū, & ſic accipitur Inſt. de ver. ob. §. cōditiones, & ff. de reb. cre. reſpiciēdum. & tunc bene dicit, melioris: quoniā prima rudis & informis materia erat inter aliquid & nihil, vt ſupra not. Lex etiam rudem materiam appellat infectā, vt ff. de au. & arg. leg. l. & ſi non ſunt claui. §. infecti. Poſtmodum vero in rerum formas deducta conuerſa eſt in meliorem naturam, recipiēdo eſſe ab impreſſione formarum. Forma enim dat eſſe rei, ita q̧ mutata forma interimitur rei ſubſtantia, cuius etiam corpus manet, vt ff. ad exhib. l. Iulianus. §. ſed ſi quis. & de verb. ſign. mulieris. §. 1. & de ſtatu hom. l. non ſunt liberi.

Additio. *Adde quòd Imperator appellatur luminare inferius, quia Papa dicitur lumē ſuperius, vt eſt gl. in ver. inter Solem & Lunam, in c. ſolitæ. de maio. & obe. & gl. ſi. in c. duo ſunt. 96. diſt.* Superantius.

Ex ordinatione diuina ad officium Principis ſpectat defendere ſanctam matrem Eccleſiam contra opprimentes eam, atque pacem & iuſtitiam exhibere ſubiectis. hoc dicit. Matthæus.

POST[a] mūdi machinā prouidentia diuina formatam[b], & primordialem materiā[c] naturæ melioris officio, in rerum effigies diſtributam, qui facienda præuiderat, facta conſiderans, & conſiderata commendans, a globo circuli lunaris inferius ho-

a *Digniſſi-*

ANDRAEAE DE ISERNIA, V. I. MONARCHAE, ET LEGVM EVANGELISTAE, PEREGRINA LECTVRA,

Super Conſtitutionibus, & Gloſſis Regni Siciliæ.

POST *mundi machinam, &c.* Ver. a Rege Regum, &c. In gl. vbi legitur, Vnum tamen non omitto, quod Domini, qui pro temporalibus &c. hic dicitur, quod iudex ſecularis, & eius brachium inuocatum ab eccleſiaſtico iudice debet præſtare auxilium, per iura allegata hic.

Additio. *Adde l. ſi quis in hoc genus. C. de epiſ. & cler. & in auth. ſi quis litigantium. C. de epiſc. audien.* Superant.

Tunc quæritur, & fuit quæſitum, ſi ſecularis requiſitus † ab eccleſiaſtico ſciat iniuſtum eſſe id, ad quod requiritur exequendum: Vel corā eo opponatur, q̧ illud, ſiue ſit ſententia, ſiue proceſſus alius nullus ſit, an debeat parere? Item ſi hoc opponatur corā ſeculari brachio requiſito per eccleſiaſticū, an cognoſcet, & interim non parebit, nec exequetur. Nam quod nullū eſt, ēt ſi ſit iudiciale, nō debet executioni tradi. ff. de ferijs. l. ſi feriatis. Idē ſi dicit ſe oppreſſum per epiſcopū per falſa inſtrumenta & teſtes. ff. de iudi. l. ſi pretor. §. 1. Hic ſecularis inuocatus eſt loco executoris. C. de epiſc. aud. l. epiſcopale. in gl. Executor aſit audit nullitates, no. C. quor. appel. nō rec. l. ab executione.

† Additio. *Iudex ſecularis requiſitus pro exequutione ſententię ab eccleſia debet parere in cauſa ciuili, ſi non eſt appellatum: ſecus in criminali. ſed pone q̧ degradatus eſt clericus et traditus iudici ſeculari, an puniet eū, ſine alia examinatione. vide Luc. de Pen. in l. 1. col. 3. C. de prumul. ſchol. lib. 12. & ibi quid ſi alleget ſe iniuſtè degradatū, & eund. Luc. in l. nullus. col. 2. C. de vetera. co. lib.* Iacobus Anellus de Bottis.

Econtra q̧ non, quia ſtatur, & ſtari debet ei, quod fecit iudex eccleſiaſticus ordinarius, & præſumitur pro eo, extra de re iud. in præſentia. Item licet executor hic audiat, quātumcunque merus, ut extra de

minem [a] digniſſimam creaturam [b] ad imaginem propriã, effigiemq́; formatam, quem [c] paulominus minuerat ab Angelis, conſilio perpenſo, diſpoſuit [d] præponere cæteris creaturis, quẽ de limo terræ trãſumptum viuificauit in ſpiritu, ac eidẽ honoris, & gloriæ diademate coronato vxorem, & [e] ſociam [f] partem ſui corporis aggregauit: eoſq́; tãtæ prærogatiuæ munimine decorauit, vt ambo primitùs efficerentur immortales, ipſoſque (verumtamẽ ſub quadam lege præcepti) conſtituit, quam quia ſeruare tenaciter [g] contempſerunt, trãſgreſſionis eoſdem pœna damnatos, ab ea, quam ipſis antè contulerat immortalitate pro-

a *Digniſſimam*. Patet. ff. de var. & extraord. cog. l. cognitionum. §. extimatio, & ff. de ædil. edic. l. iuſtiſſime, in princip.

b *Ad imaginem*. Vt C. de pęnis. l. ſi quis in metallũ. unde Apoſtolus, eſt imago Dei. Et Vergil. illi cęleſtis origo eſt. ¶Et accipe ad imaginẽ & effigiem Dei, non ſm lineamẽta corporis, ſed quãtum ad animã, quæ eſt imago, id eſt, imitago: quia Deũ imitatur, ſm vim intellectiuã a Deo ipſi animę inſitã. Et eſt effigies Dei: quia. ſ. Deus effinxit, id eſt expreſsè & verè finxit eam ſm diuinã naturam, & eſſentiã, vtpotè immortalẽ & indiſſolubilẽ, & humanis cogitationib. celſiorẽ, vt in Auth. de monach. in prin. coll. 1. Et qũo intelligant verba pdicta, magis ad Theologos ſpectat.

c *Paulo minus*. Homo minoratus eſt ab Angelis, quantũ ad corruptionẽ carnis in vita præſenti, ſed poſt hanc uitã, ad ſtatum & gloriã aſſumitur Angelorum. Hoc etiã remittitur ad Theologiæ peritos.

d *Præponere*. Nam Deus omnes res hominũ gratia cõpoſuit, vt ff. de vſur. l. in pecudum. in fi. & Inſt. de rer. diuiſ. §. in pecudũ. Et ideo legitur in diuina pagina, Et conſtituiſti eũ ſuper opera manuũ tuarum.

Additio. *Adde quod homo fuit creatus de limo terrę, vt patet Geneſis 2. & in c. princeps. de pœn. diſt. 2.* Superant.

Additio. *Adde quòd Diadema dicitur Imperatoris, vel Regis, & fit de ſolo auro, & ornatur lapidibus precioſis, vt eſt gl. in verbo, diadema. in clem. 1. de iureiur. & per Ioan. Andr. in c. cũ dilectus. de elect.* Sup.

e *Sociam*. Vt ff. rer. amot. l. 1. & C. de crim. expi. hæredit. l. aduerſus.

f *Partem*. Et ideo vir & vxor inuicem alter alterius debent eſſe participes † in proſperis & aduerſis, vt C. de nuptijs. l. ſi libertã. & ff. ſol. mat. l. ſi cum dotem. §. ſi maritus. vt vnius inopia coniugis, per diuitias ſaluetur alterius, vt in Auth. de exhib. & introducen. reis. in fi. colla. 5. Vnde in diuina pagina, Et erunt duo in carne vna.

Additio. *Et erunt duo in carne vna. Gen. 2. Mat. 19. in princ. Mar. 10. & Pau. ad Epheſ. 5. in c. gaudemus. de diuor.* Superant.

† Additio. *L. 1. ff. de ritu nupt. per Aret. Inſtit. ad Tertul. in prin. & ordo naturalis eſt vt ſeruiant vxores maritis. c. eſt ordo. 33. q. 5. in tãtum quòd dicitur eſſe in poteſtate viri largo modo per quandã ſubiectionem. c. mulierem. 33. q. 2. hoc non procedit quo ad debitum carnis: nam hoc reſpectu eſt ęqualitas & ad inuicem alter alteri ſubijcitur, & nullus dicitur habere poteſtatem proprij corporis. c. fin. de conſanguin. & affin. 17. q. c. ſunt qui, in fine.* De Bottis.

g *Contempſerunt*. Poſſet ex hac litera colligi argumentũ in cauſis, ꝙ contemptor mandati regij ſit pœna mortis plectendus. Iſta enim eſt Dei ſententia, vt hic, cuius iudicium princeps ſequitur, vt C. de nuptijs. l. pen. Et in libro Regum legitur, Qui non obedierit principi, morte moriatur, vt extra, de maior. & obed. c. 2.

Additio. *Adde ꝙ illa autoritas intelligitur, ſi nõ obedierit iuſto præcepto, ita intellexit gl. in uer. morte. in d. c. 2. de maio. & obe. & eã ad hoc alleg. ſing. Barb. in c. ex parte. el 2. de offi. dele. Et an omnis nõ obediẽs vocationi principis poſſit dici latitare? Vide per Inn. in c. dilecto. de verb. ſign. & per Io. de Imo. in l. ſi finita. in §. Iulianus. ff. de dam. infe.* Super.

¶Porrò mandatũ † principis lex eſt, & vbique generalis, ſi ſit clauſum in corpore iuris. Alias ſpecialis in eo, ſ. negocio, ſuper quo mãdatũ dirigitur, vt in Auth. de mãd. prin. coll. 3. & C. de legib. & conſt. l. 2. & ff. de conſt. prin. l. 1. Et ita cõtemptor mandati huius, utpote, uiolator legis, eſt merito capitaliter puniendus, vt C. de vete. numiſ. pot. l. fin. lib. 11. Nec mirum: nã & qui mandata ducis belli nõ ſeruat. Et omnis contumacia militis aduerſus præpoſitum ſuũ capite punitur, vt ff. de re mil. l. 3. §. in bello. & l. omne delictum. §. contumacia.

†Additio. *Adde ꝙ ſentẽtia Principis facit ius quo ad omnes, quãdo clauſa, vt hic. idẽ tenet Inn. & Io. And. in c. in cauſis. vbi latius Abb. extra de re iud. & tenet idẽ gloſ. vbi ſup. in procem. vlt. col.* De Bottis.

¶Sed

¶Sed durus eſt ſermo iſte, vt paſſim quis pro inobediẽtia, forte leui, capitaliter puniatur. Lex etiã in violatorẽ legis interdũ minorem pœnam, ſcilicet deportationis imponit, ut C. de ſun. limi. l. fin. in fi. lib. 11. Et interdum pœnam pecuniariam, ut C. de pręp. agen. in reb. l. fi. lib. 12. Et interdũ ponit, quod fiat pura facti mali correctio, ideſt, ſine alia pęna, ut in Auth. de nup. §. aſcriptitio. coll. 4. Et alibi tolerat impunitatem calcatæ legis, vt C. de ueſti. holo. l. tẽperent. lib. 12. ¶ Et ideo eſt taliter diſtinguendũ, quòd aut in mandato regio eſt appoſita certa pœna, & tunc de contemptu ſufficiat pęnam illã inferri, ut in pręallegatis legibus, in quibus cõtra uiolatorem legis certa ſtatuitur pœna, quoniam contenti eſſe debemus pœnis legibus comprehenſis, vt ff. de verb. obl. l. ſi ſtipulatio ita facta fuerit. Aut non eſt appoſita certa pœna, & tunc erit pœna extraordinaria, & arbitraria, vt C. de theſaur. l. vnica. §. penult. lib. 10. ff. de pœn. ſanctio legum. cum contemptor huius, quaſi ſacrilegij crimen committat, vt patet. C. de diuer. reſcript. l. ſacrilegij, & de crimine ſacrilegij. l. 1. & 2. C. ut dign. ordo. ſeruetur. l. 1. & de erogat. mili. anno. l. 1. in fi. & de priuileg. eorum, qui in ſacro pal. mi. l. fin. lib. 12. Cuius criminis pœna extraordinaria & arbitraria eſt, vt videlicet pro qualitate perſonæ, & rei conditione, vt ff. ad leg. Iuliam pecul. & de ſacrileg. l. lege. §. 1. & l. ſacrilegij pœnam. in princ. Sic ergo contemptor mandati regij, in quo certa pœna non eſt adiecta, punitur extraordinarie, grauiter, vel leuiter pro qualitate perſonæ, & conditione rei in mandato contentæ, & ita ſeruamus in magna Curia, vt ſic pœna contemptus congruat delicto, ut in Authen. ut iudi. ſine quoquo ſuffragio. §. ſic igitur. in fi. collat. 2. & ff. de pœnis. reſpiciendum. Non tamen diffiteor, quin in caſu iſto poſſit arbitrio iudicis, & pro leui contemptu † grauis pœna imponi, vt argumento. C. de primi. l. 1. in fi. lib. 12. Quia nullum peccatum eſt adeò paruum, quod non maius fiat propter contemptum, ut in Authen. ut omnes obed. iud. prouin. §. hoc conſiderantes. collat. 5.

†. Additio. *Adde quod propter contemptum & contumaciã poteſt deueniri ad deuaſtationem ędium. l. ſi is cum quo. ff. com. diu. quam ad hoc allegat Bal. in cõcluſione iuris, de quo in cap. 1. § recepta, de pace iur. fir. c. fęlicis. §. fiant habitatores. de pœnis. licet poſſit dici quòd vrbs non debet deformari ruinis. ff. ne quid in loco pub. l. pen. quia res non delinquunt, ſed homines, vt in Auth. de mand. prin. in prin. Præterea per cõtumaciam quis dicitur delinquere. gl. in l. ſi filius. ff. de interrog. actio. l. 4. §. in bello. ff. de re milit. l. 1. §. hoc autem iudicium. ff. ſi quis caut. in l. 1. §. ſi aduerſus. quando app. ſit. Item ſuſpenditur a beneficio ob contumaciã. c. veritatis, vbi gl. de dolo & contum. Item proceditur ad excommunicationẽ. 11. q. 3. c. epiſcopi, & in c. ſacro, de ſent. excom. & glo. in c. 1. de dolo & contumac. lib. 6. Aliquando excuſatur, immo permittitur contumacia ex cauſa, vt declarat Cœpol. caut. 2. meminit Iaſ. in prologo C. 2. col. ibi, & ex inde.* De Bottis.

Iure autem Longobardorum pœna imponitur iuxta regiam uoluntatem, ut in Longobar. ſi quis Imperat. deſpexerit. l. ſi quis literas. Et ideo non obſtat litera iſta: quia & ipſe Deus in hoc mandato expreſſe pœnam mortis adiecit dicens: De ligno autem ſcientię boni & mali ne comedas: in quocunque enim die comederis ex eo, morte morieris.

Additio. *Adde Gen. 3. in princip.*

Sic etiam ſoluitur prælle. l. ult. C. de uete. numiſ. poteſt. quia ibi expreſſim ſtatuitur pœna mortis. Nec obſtat etiam præallegata. l. 3. §. in bello. ff. de re mili. quia ibi eſt ſpeciale in milite, cuius delictum committitur, & coercetur aliter, quàm communis diſciplina depoſcat, ut in præalleg. l. omne delictum. in princip. Cautius tamen eſt in mandatis Regijs pœnam apponi. Omnino enim oportet non ſolum

ANDRÆAS DE ISERNIA.

offic. deleg. c. paſtoralis. §. quia verò. & not. ff. de re iudic. a diuo Pio. in princ. Iſtud uidetur habere locũ in ſubditis. At hic agitur de pari, ut par ſecularis exequatur id, quod iudex eccleſiaſticus fecit, cum par in parem nõ debeat habere imperium. ff. de arb. l. nam magiſtratus.

Additio. *Adde cap. innotuit. de elect. glo. in verbo, Marcellinus. in cap. nunc autem. 21. diſtin. gloſ. in verbo, confirmet. in cap. 1. de treu. & pace.* Superantius.

Dic ſecundum Inn. quod ſi ſententia, & id quod fecit eccleſiaſticus iudex, de quo requiritur, & imploratur ſeculare brachium, tranſiuit in rem iudicatam: Aut eſt pecuniarium & ciuile in iudicio ex more factum per ipſum eccleſiaſticum iudicem: aut eſt criminale. Primo caſu imputari debet illi, qui fuit condemnatus, quare non appella-

pellauit. † Vnde & omiſſo ipſo appellationis iure purgat turpitudinem eccleſiaſtici iudicis, quando diceretur lata contra ius litigatoris. C. ut li. pen. l. fin. & tunc debet parere brachium ſeculare. Idem ius eſſet, ſi coram ſuperiore ventilaretur hoc.

† Additio. *Quia tenet ſnĩa, bene tamẽ poteſt appellari, quo nõ facto irreuocabiliter cõfirmatur ſnĩa. vide per And. in cõſt. vſur.* De Bot.

Si autem ſit criminale, uel ſciret ſecularis ſententiã iniuſtam contra ius litigatoris latam: Conſulerem quòd non pareret, ſecundum quod dicit Innoc. in §. quia verò. nam vbi de ſalute hominis agitur, cautius eſt agendum. ff. de Carboniano edicto. l. 1. §. ſed & ſi quis. C. de falſis. l. ubi. C. de epiſcopali audien. l. addictos. ubi homine occiſo, aut in perſonam læſo, non poſſet appellari: nam per appellationem

non

tum a delictorum nos contentos eſſe prohibitione, ſed etiam timorem tranſgreſſoribus iuſtum inferre, vt in Auth. de depo.& denu. in quib.§.1. collatione prima. Nec oportet contemptores huius arbitrari, quod falſitatis, id eſt, iniquitatis huius fugiant pœnas, ut in Auth. vt deſun. ſen funer. eorum non inu. circa fin. collat.5.

ſcripſit. Ne tamen in totum quod ante formauerat, tam ruinoſè, tam ſubitò diuina clementia deformaret. Et ne hominis forma deſtructa ſequeretur per conſequens deſtructio cæterorum (dum carerent ſubiecta propoſito) &, ipſorum cõmoditas [a] vllius vſibus non ſeruiret. Ex amborum ſemine terrá mortalibus [b] fœcundauit, ipſamque ſubiecit eiſdem: qui [c] paterni diſcriminis non ignari, ſed ipſos a patribus tranſgreſſionis uitio propagato inter ſe odia inuicem conceperunt: Rerumque dominia iure naturali communia [d] diſtinxerũt. Et homo, quem Deus rectum & ſimplicem procreauit, immiſcere ſe [e] quęſtionibus non ambegit. Sicque ipſarum rerum neceſſitate cogente, nec minus [f] diuinæ prouiſionis inſtinctu, principes gentium ſunt creati, per quos poſſet licentia ſcelerũ coerceri. Qui [g] uitæ neciſque arbitri gentibus † qualem quiſque fortunam, ſortem, [h] ſtatumque haberet, [i] velut executores quodammodo diuinæ † prouidentiæ, ſtabilirent, de quorum manibus, vt uillicationis ſibi commiſſæ, perfectè reddere ualeant rationem. [k] A Rege Regum, & principe principum iſta potiſſimè [l] requiruntur, ut ſacroſanctam Romanam eccleſiam Chriſtianæ religionis [m] matrem, detractorum fidei maculari, clandeſtinis perfidijs non permittant: Et ut ipſam ab hoſtium publicorum incurſibus gladij [n] materialis potentia tueantur, vtque pacem po

† *Aliàs, qualemcunque.*

† *Aliàs, ſententia.*

a *Vllius vſibus non ſeruiret.* Vt argum. bonũ. ff. de auro & argen. leg. l.2. §.ac ſi inuente. Et alibi dicitur, quod legatũ habitationis ſine perſona, cui detur, inefficax eſt, ut ff. de uſu & vſufruc. l. qui plures. Et alibi, q vſusfructus ſine perſona eſſe non poteſt, vt ff. de ſtipulat. ſeruor. l. uſusfructus. & ff. de acquir. rerum dom. l. hæreditas in multis. Et alibi, quod ſeruitus prędialis non põt eſſe ſine prædio, vt ff. com. pręd. l.1. Sic nec ſeruitus pſonę ſine perſona, vt ff. de alim. & cibar. leg. l. Mela in fi. Et ideo legitur, eſſe enim debet cui detur. ¶Deinde ſic quæro, an datum conſiſtat, vt non ante iuris ratio, quam perſona quærenda ſit? vt ff. de iuram. calumniæ. l. quidam referunt. §. ego autem. Et alibi, parum eſſet ius noſſe, ſi perſonæ, quarum cauſa ſtatutũ eſt ignorentur, vt ff. de origine iuris. l.2. §. poſt originem iuris. & Inſtitut. de iure nat. gent. & ciui. in fine.

b *Fœcundauit.* Ait enim, Creſcite & multiplicamini, & replete terram, & ſubijcite eam.

Additio. *Adde Geneſ.1. & in cap.1. 32. q.2. & per gloſ. ſummæ. 27. q.1.*

Et præterea ſcriptum eſt, quòd intereſt reipublicæ ipſam adiectione hominum ampliari, ut ff. de bonis dam. l. ulti. §. ſi plures. C. eo. de ma. l.2. in fi.

c *Paterni diſcriminis.* Et ideo legitur, quòd patrum iniuſtitia ſobolem eſt ſecuta, vt in Auth. ut omnes obediãt iudic. prouinc. circa principium, collat.5. & quod in filio paterni criminis exempla metuãtur, ut C. ad leg. Iuliam maieſt. l. fi. Nam non poteſt arbor mala facere bonum fructum. Et ſæpe ſolet filius ſimilis eſſe patri, ut ff. de ędil. edicto. l. quòd ſi nolit. §. qui mancipia.

Additio. *Adde l. quiſquis. C. ad legem Iuliam maieſtatis. cap. Michael. de filijs præſbyterorum, & in capite, tranſmiſſa, qui filij ſint legitimi.* Superantius.

Sic e conuerſo bonus præſumitur, qui a bono patre deſcendit, ut in Auth. de referendar. ciuitat. circa fin. collat.2. Et ſimiliter, qui habuit bonum auum, & a bona ſtirpe prouenit, ut C. de uete. iu. enucl. l. tanta. in fi. 4. col. & ad id. ff. de alim. & cibar. legat. cũ unus. circa prin.

d *Diſtinxerunt.* Vt ff. de iuſtit. & iure. Lex hoc.

e *Quæſtionibus.* Homines enim naturaliter ad diſſentiendum ſunt faciles, & humana natura faciliter labitur ad delicta, ut ff. de arbitris. l. item ſi unus. §. principaliter. & in Authen. de monachis. §. ſi uero is quidem. collat.1. iuxta illud, quod legitur in Geneſi: Senſus & cuncta cogitatio humani cordis ad malum prona ſunt ab adoleſcentia ſua.

Additio. *Adde tex. in cap. omnis ætas. 12. q.1. & gl. in verbo, prodiga, in proœmio Gregor.* Superant.

f *Diuinæ prouiſionis.* Nota q Reges & principes ſunt a Deo, † vt C. de quadriennij præſcriptione. l. ult. in fi. & de uete. iure enucl. l.1. in princ. & de ſumma Trin. inter claras. ibi, per reges regnant, &c. & in Authent. de inſtrum. cau. circa princ. collat.6.

Additio. *Adde Oldr. conſ.69. incip. Conſueuit dubitari, & Abba. in cap. ſi. ad fin. 1. diſtinct.* Superantius.

† Additio. *Vide Luc. de Penna in l. quicunque. col.2. C. de tabul. lib.10. ideo appellatur religioſiſſimus. l. unũ ex familia, in fi. ff. de leg.2. alibi appellatur ſanctiſſimus. l. queru. de natal. reſtit. alias appellatur Deus in terris, l. iubemus nullam. C. de ſacroſ. eccleſ. & in l. imperialem. C. de nupt. & l. cum Syllanianũ. de his quib. ut indig. & quòd ſit a Deo, vide inf. de vſur. maximè in glo. in uer. ſuſcepimus. & ſeq. & inf. de decem. in gl. in uerbo, praeminenti.* De Bottis.

Et propterea lex appellat imperium, ſupernum honorẽ, ut in Authen. ut omnes obed. iudic. prouinc. §. arripiat. collat.5. licet iura alibi uideantur aliter dicere, Quod dignitates ſunt a caſu & fortuna, ut C. de comi. & tribu. ſchola. l. una. & de præpoſ. ſacrorũ ſcrinior. l. iubemus. in fi. lib.12. & notatur C. de legib. & conſtitutionib. l. digna. ¶Sed certè fortuna nihil eſt aliud, quàm temporalis euẽtus rerũ a Deo præuiſarum. Et ideo theſaurus, qui donum fortunæ creditur, ut ff. de acquir. rer. domin. l. ſi is qui. §.1. dicitur alibi beneficium Dei, ut C. de theſaur. l. unica. circa princ. lib.10. Et quidem fortuna † ſine adiuncto quaſi ſemper accipitur in proſpero rerum euentu: Et eam plerique Deam uocauerunt.

† Additio. *No. glo. quòd ſimpliciter accipiendo fortunam, intelligitur de bona. hinc dicitur bona, & mala, & ſic cum adiunctio. & alibi tex. in l. ſi. C. de libera. cau. appellat omnem fortunam.* De Bottis.

Nam omne datum optimũ, & omne donum perfectum, deſurſum eſt, deſcẽdens a patre luminũ, ut in Auth. ubi li. de cæ. in prin. coll.6.

Additio. *Adde c. quã pio. prima quaſt.2. originaliter Iaco.1. c.1.*

g *Vitæ neciſque.* Similia uerba ſunt. ff. de his qui ſunt ſui, uel alieni iuris. l.2. in medio. l. & C. de patria poteſtate. l. fin.

h *Statumq; haberet.* Iſta uerba ſunt Senecæ, primo de clementia, ad Neronẽ, ubi dicit: Ego ne ex omnib. mortalib. placui, electuſq; ſum, quod in terris Deorum vice fungerer? Ego uitæ neciſq; arbiter gentibus: qualem quiſque ſortem ſtatumq; habeat in manu mea poſitũ eſt: quod cuique mortalium fortuna datũ uelit, meo ore pronunciat.

i *Velut executores.* Nam motus principis eſt ex cœleſti ſumptus arbitrio, ut C. de ſumma Trinit. l.1. in fi. & infra, de uſur. puniend. l.2. in princ. ubi plene notabo.

k *A Rege Regum.* Scilicet Deo, qui eſt Rex omniũ, ut in Authen. conſtitutio quæ aſcript. & liber. na. li. eſſe vult. §. quia igitur. iuxta fin. collat.5. & inf. de uſur. puniendis. l.1. in prin. Et qui eſt cõmunis omniũ dñs, ut Authen. de monach. §. hinc aũt. coll.1. & de leno. in fi. collat.2.

l *Requiruntur.* Collige hic duo, ſcilicet, quę ſit materia huius libri, & quis modus agendi, ſiue ordo tractandi: Nam materia eſt, ſicut hic patet, fidei & eccleſiæ ſtatus, pacis & iuſtitiæ cultus. Similiter modus agendi eſt ſecundũ ordinẽ iſtius literæ: Nam primo tractat de ſtatu.

m *Matrem.* Concord. C. de ſacroſanct. eccleſ. iubemus poſt hanc. §.1. in fi. Aliàs autem uocatur imperij mater, ut in Authen. ut determin. ſit numer. cler. circa prin. collat.1.

Additio. *Religionis matrẽ. Adde c. qui abſtulerit. 12. q.2. & quia eccleſia dicitur Apoſtolica: & quot ſunt eccleſiæ militãtes: & quare dicitur eccleſia Catholica: & quare dicitur vna? vide de his omnibus per Cardinalem Alexand. in cap. quoniam. de natural. lib.15. diſtinct. Et eccleſia Romana dicitur fons ſacerdotij, ſecundum Oldr. conſil.62. incipiente, Circa hæc veniunt tria.* Superant.

n *Gladij materialis.* Id eſt, gladij temporalis, cuius poteſtas eſt ad animaduertendum in facinoroſos homines.

Additio. *Adde quando gladius temporalis non poteſt ſe tueri, poſſit*

† Addi-

ANDRÆAS DE ISERNIA.

non tollitur maxillata. C. de appellat. l. ſi quis. Sed pecunia poteſt reſtitui: nam plus grauat modicum in corpore, q̃ multum in pecunia. ff. de pœnis. l. in ſeruorum, in fi. Item ſi extra iudicium eccleſiaſticus ſibi petit parari, & ſecularis ſciat perperam procedi et in pecuniario, dicit Innoc. de offic. ordin. c.1. non debere facere contra conſcientiam ſuam, ex quo per iudicialem ordinẽ non eſt proceſſum per eccleſiaſticũ iudicem. Alias non deberet ſtari conſcientiæ ſuæ, ubi iudicialiter actum actũ eſſet. ff. de offi. præſid. l. illicitas. §. ueritas, & 2. q.1. c. quoniã, & c. Deus omnipotens. Sufficere debet ſeculari ex more iudiciorũ actum eſſe: nam non debet tunc ultra perquirere animoſius, arg. ff. de nouat. l. doli. in fi. 42. diſt. quieſcamus. Si ſciret appellatũ & appellationem non eſſe receptam a ſuperiore: non debet tunc parere. Idem ſi debuerat recipere, & non recepit, quia habetur pro recepta: & ideo non debet parere et ſi eſſet ſuperior & executor cauſarũ, appellatione pendente,

pulis, & eiſdem pacificatis iuſtitiã, quæ uelut duæ ſorores ſe ad inuicem [a] amplexantur, pro poſſe conſeruent.

Cui plura committuntur, plura exiguntur. vel ſic: Cum augentur dona, rationes etiam creſcunt donorum. vel ſic: tanto ad ſeruiẽdum Deo promptior quis eſſe debet ex munere, quanto obligatiorem ſe eſſe cõſpicit in reddenda ratione. hoc dicit. Matth.

Nos itaque, quos ad Imperij Romani faſtigia, & aliorũ regnorum inſignia, ſola diuinæ potentiæ dextra præter ſpem hominum ſublimauit, [b] volentes duplicata talenta nobis credita reddere Deo uiuo, in reuerentiam Ieſu Chriſti, a quo cuncta ſuſcepimus, quæ habemus, [c] colendo iuſtitiam, [d] & iura condendo, [e] mactare diſponimus vitulũ [f] labiorum, ei parti noſtrorum regiminum primitus prouidentes, quę in præſentiarum noſtrarum prouiſione noſtra circa iuſtitiam magis dignoſcitur indigere.

Quia regnum iſtud ſemper fuit deuotum, & obſequioſum regibus huius regni: ſubditis patientibus controuerſias rerũ promittit quietem & iuſtitiam. hoc dicit. Matth.

Cum igitur regnum Siciliæ noſtræ maieſtatis hæreditas precioſa plerunque propter imbecillitatem ætatis noſtræ, plerunque etiam propter abſentiam noſtram præteritarum perturbationũ incurſibus extiterit hactenus laceſſitum, dignũ fore decreuimus ipſius quieti, atque iuſtitiæ ſummopere prouidere, quo ad noſtræ ſerenitatis obſe-

poſſit quis recurrere ad gladium ſpiritualem? vide per Philippum Francum in c.dilecto. in ſecũdo notabili, de ſententia excom. lib. 6. Superant.

Et eſt de mero imperio, quod etiam poteſtas appellatur, ut ff. de iuriſdict. omnium iudic. l. 3. & de uerb. ſign. l. poteſtatis. Et de iſto gladio dicit regula iuris, Nemo poteſt gladij poteſtatem, &c. Hoc quidem merum imperium in Regno cõpetit principaliter & pleniſſime ſoli Regi, qui ſolus magiſtro iuſtitiario & iuſti. quos ſtatuit vſq; ad ſuum beneplacitum in ſingulis Regni prouincijs cõmittit uices ſuas ad iſtud merum imperium exercẽdum, ut infra, de prohi. mu. iuſtit. offi. l. ea quæ ad ſpecialem. & l. cum ſatis. Et ita magiſter Iuſtitiarius & iuſtitiarij uelut prouinciarum præſides habent merum imperiũ, ut ff. de offic. præſid. l. illicitas. §. qui uniuerſas: Habent (inquam) a Rege, utpote, ut membra Regis, & pars Regiæ curiæ, ut argu. C. de appa. Procon. & le. l. 2. lib. 12. & in Auth. ut ordinariæ præſc. §. ſi uero ſolo, coll. 5. Et ideo curia magiſtri Iuſtitiarij uocatur magna Curia Regia. Et curia iuſtitiariorum vocatur Curia Regia. Habent enim iuriſdictionem non propriam, ut argu. ff. de offic. eius cui man. eſt iuriſd. l. 1. §. qui mandatam. Sed potius commendatam, ſicut. C. de offi. vica. l. 1. in fi. & de offic. eius qui uicem alicuius obti. in l. ſuggerente. ¶ Dicitur autem iſte temporalis gladius materialis, id eſt, uiſibilis & corporeus, qui ſcilicet ſui natura tangitur, & uidetur. ſimilis extra de ſac. unct. c. unico. in princ. & argu. ff. de rerum di. l. 1. §. quidam. quod bene nouit per uiſum & tactum is, in quem tali animaduertitur gladio, ut patet ff. de pœn. aut damna. §. 1. Et dicitur iſte gladius, materialis, ad differentiam ſpiritualis gladij, qui eſt incorporeus, inuiſibilis: nec palpatur: ſicut eſt excommunicatio, anathema, ſuſpenſio, & eccleſiaſticum interdictum, ut extra de offic. iud. ord. c. quoniam in pleriſque. ad fi. & extra de ſentent. excommun. in decretali noua Innoc. IIII. dilecto &c. vbi plene de hoc. Cuius ſpiritualis gladij poteſtatem pleniſſimam habet Romanus Põtifex, qui uice Dei dicitur prælatus. ut extra de tranſlat. c. 2. & extra de maior. & obed. c. ſolitæ. & 24. quæſt. 1. quodcunque. Et eſt primus omnium ſacerdotum, ut in Auth. de eccle. tit. §. 1. collat. 9. cum ſit caput & origo ſacerdotij, ut C. de ſum. Trin. inter claras. §. reddentes. circa princ. coll. 2.

Additio. *Adde Ant. de Butr. in c. nouit. de iudi. docto. in c. licet ex ſuſcepto. de fo. compe. doct. in cle. paſtoralis. de re iudi. Doct. in cap. 2. de iureiu. in extrau. Bonifac. viij. incip. unam ſanctam. Bartol. in l. 1. ff. de acquir. rer. dom. Bart. in extraua. ad reprimendum. Bald. in l. 1. C. de præc. imper. offer.* Superantius.

¶ Habent etiam huius ſpiritualis gladij poteſtatem ſublimes prælati, vt epiſcopi, ut 16. q. 2. uiſis. Habent dico ab ipſo dño Papa, qui vices ſuas eis impartitur, ut in partem ſint uocati ſolicitudinis: non in plenitudinẽ poteſtatis, ut 2. q. 6. decreto. Et ſic no. duos gladios quos repræſentat illud diuinum eloquium, Ecce duo gladij hic.

Additio. *Adde Luc. 22. glo. in ver. cœleſtis. in c. 1. 22. diſtinct. glo. in verbo cum. in c. nouit, de iud. gl. in ver. ad regem, in c. cauſam quæ, qui fi. ſint leg. & per Doct. in c. ſi duobus. de appel.* Superantius.

Sicut ſunt duo humano omni generi præſidentes, Vnus videlicet, qui ſpiritualibus præeſt, utpote, dominus Papa, cui attributus eſt gladius ſpiritualis. Et alter, qui præeſt temporalibus, vtpote, princeps, cui datus eſt gladius temporalis, ut probatur in Auth. quo. opor. epiſ. in princ. coll. 1. & 90. diſt. cap. duo. Et licet hæc iura uideantur ſuper temporalibus de Imperatore loqui, idem etiam intelligendum eſt de rege in regno ſuo, in quo in tẽporalibus non habet ſuperiorem, ut ſupra in princ. huius opuſculi eſt plenè probatum. Nam & de rege ſcriptum eſt, Ecce conſtitui te ſuper gentes & regna, vt euellas & diſſipes, ædifices & plantes, ut extra in præal. cap. ſolitæ. §. potiuſſes. ¶ Et ſicut Papa in ſpiritualibus, ita princeps in temporalibus habet plenitudinem poteſtatis, ut extra de fil. cle. ſicut accepimus, vt plenè notabo. Quæ duæ dominationes adeo ſunt diſtinctæ, quod nec ſpiritualium dominus ſe de temporalibus intromittat: nec temporaliũ dominus ſpiritualib. ſe immiſceat, ut ext. de maio. & obed. c. ſolitæ, & in Auth. ut cle. apud prop. epiſc. conueniantur. §. ſi tantum de criminibus. & §. ſi uero eccleſiaſticum. coll. ult. & infra de adul. l. maieſtati noſtræ. Niſi in caſibus, quos notabo † inf. ubi cle. in maleſi. de cõ. l. de perſonis, vbi latius proſequar articulũ iſtũ.

† Additio. *Videlicet in crimine læſæ maieſtatis, & proditionis, & in alijs criminibus magnis, ut ibi in gl. vide ſingulare dictum Bal. in l. acceptam. C. de vſur. q clericus poteſt compelli ad reſtituendum depoſitum per iudicem ſecularem. vide Innoc. in c. 1. depoſ. Iaſ. in l. ſi fideiuſſor. §. ſi ſatiſdatum. ff. qui ſatiſd. cogan.* De Bottis.

¶ Vnum tamen non omitto, q domini qui temporalibus præſidẽt: ad requiſitionem prælatorum qui ſpiritualibus præſunt, debent impartiri eis auxilium brachij ſecularis pro manutenendis eccleſijs, & ſpiritualibus iuribus, ut hic patet, & in l. Græca. C. de ale. luſu. l. alearum uſus, &c. circa medium. ubi dicit, epiſcopis locorum hoc prouidentibus, & præſidis auxilio utẽtibus &c. & in fi. l. ¶ Similiter verſa vice prælati ſecularib. dominis auxiliari tenẽtur, ut in Auth. de man. prin. §. publicorũ. ibi, auxiliabuntur aũt tibi &c. col. 3. & probatur hoc in præal. c. quoniam in pleriſque. & c. dilecto. & 36. diſt. cũ ad uerum. Sic. n. utriuſque dominationis in humano genere eſt quædam conſonantia bona, ut in præalleg. Authen. quomodo oport. circa prin. Et ex ciuili ac ſacerdotali virtute omnia melius cuſtodiũtur, ut in Auth. ut in priua. do. ſã. mu. non ſi. in me. & in fi. col. 5.

a *Amplexantur.* Vnde Pſalmiſta. Miſericordia, & Veritas obuiauerunt ſibi: Pax & Iuſtitia complexæ ſunt.

b *Volentes duplicata talenta.* Tanquàm ſeruus bonus & fidelis, qui quinque talenta acceperat, & obtulit alia quinque, de quo dicitur in Euangelio Matth. Euge ſerue bone & fidelis: quia ſuper pauca fuiſti fidelis, ſupra multa te conſtituam: intra in gaudium domini tui. Ad illam ſimilitudinem hic locus eſt.

c *Colendo iuſtitiam.* Quæ pſtãtiſſima eſt omnium aliarum virtutũ, ut in Auth. ut oẽs obed. iud. prouin. in prin. ubi plene dicit de hoc, coll. 5.

d *Et iura condendo.* Quorum authoritas diuinas & humanas res bene diſponit: & omnem iniquitatem expellit, & nihil ea ſtudioſius in rebus humanis inuenitur: & inter quaſi proprium & ſacratiſſimum templum iuſtitiæ conſecratur, vt C. de uete. iu. enu. l. 1. circa princ. & §. cũque. & ideo bene dixit ſupra, duplicata talenta &c. Fructus enim diuinus eſt iuſtitiam ſępius receuſeri, ut 35. q. 9. c. graue.

e *Mactare.* Et ſic ipſi Deo pro quodam odore ſuauitatis præſentem librum cõſtitutionũ offerre. Simile in Auth. de leno. in fi. coll. 3. Vt ſic per iuſtitiam, quæ eſt in lege Imperator iſte domino Deo vouerat ſeipſum, vt & ſuum hoc commendet regnum, vt in Auth. ut iu. ſine quo. ſuffra. §. itaque Deo & ſaluatori noſtro. col. 2.

f *Labiorũ.* Vñ ſcriptũ eſt: labijs regis lex, ut in l. inter claras. §. ſcriptũ.

Additio. *Adde tex. in c. relatum. 4. q. 4. c. peruenit. 11. q. 1. lib. 2. in §. deinde capta. ff. de orig. iu. l. 3. §. 1. ff. de teſta. Abb. in c. quia in inſulis, de reg. Abb. in c. diligenti. de præſcr. Abb. in c. ueritatis, de iureiu. Abb. in c. nouit. de iud. Abb. in c. in archiepiſcopatu. de raptor.* Superant.

a Et

ANDRÆAS DE ISERNIA.

dente, ut ff. de appellationib. recip. uel non. l. ſciendum. & C. eodem. l. appelletur. Vnde quæ dicuntur in executore, forte locum habent in brachio ſeculari requiſito, iuxta ea, quæ dicit Innoc. de offic. deleg. c. cum in iure. Nam ad exequẽdum requiritur brachium ſeculare per eccleſiaſticum: per quod liquet quid agendum, ſi dicatur ſententia eccleſiaſtici nulla, & non apparet nullitas in promptu: imo contrarium apparet, quod eſſet rite lata, arg. C. de fal. l. ſatis apertè. Attende tamẽ quod non omni requiſitioni debet parere. Hodie tamen peccatis exigentibus plures ſunt prælati mali, quam boni. Nam ſi requireretur de aliquo iudiciali facto coram eo, vel quod fieri debuit oportet, quod producat coram executore, aut brachio ſeculari acta & proceſſum, extra de proba. quoniam contra falſam. ¶ Literis, & uerbo re-

quirentis

quia reſiſtentibus aliquibus, etiam qui non de ouili regni præfati, nec de noſtro erat, promptum ſemper inuenimus & deuotum.

Iſtæ conſtitutiones ſunt ſeruandæ in regno Siciliæ tantum: caſſatis legibus & conſuetudinibus contrarijs iſtis conſtitutionibus: quæ leges & conſuetudines contraria iſtis conſtitutionibus nullum habent vigorem: nec in iudicio, nec extra: hoc dicit vſq; ad fin. Matth.

Præſentes igitur noſtri nominis ſanctiones in regno noſtro Siciliæ tantum uolumus obtinere. Quas, caſſatis in regno prædicto legibus, [a] & † conſuetudinibus aduerſantibus [b] antiquatis, his noſtris conſtitutionibus inuiolabiliter ab omnibus in futurum præcipimus obſeruari. In quas præcedentes omnes † Regum Siciliæ ſanctiones, & noſtras, quas obſeruari † decernimus, iuſſimus eſſe transfuſas: ut ex his, quæ in præſenti cõſtitutionum noſtrarum corpore minime continentur, robur aliquod nec authoritas aliqua in iudicijs uel extra iudicia [c] † poſſint aſſumi.

† *Aliàs his noſtris conſtitutionibus.* † *Aliàs regni.* † *Aliàs nominis* † *Aliàs poſſit.*

a *Et conſuetudinibus.* Nota q hę cõſuetudines ualent in regno, quę his conſtitutionib. nõ repugnant. Simile in Auth. de uſu. nau. §. nos ergo & ipſi. coll. 9. ¶ Et dicũt quidã intelligendum de cõſuetudinibus, ſcilicet quæ præcedunt leges, ſeu conſtitutiones iſtas, quia tunc conſuetudo uincitur a lege, ut ff. de ſepulchro uiolato. l. 3. §. diuus. Si uero conſuetudo ſequitur legem, † tunc corrigit legem, ut ff. de legib. & Senatuſc. de quibus. in fi. & ibi no. & not. C. quæ ſit lon. conſuetu. l. 3.

† ADDITIO. *Vide latè per Gozad. in conſ. 16. nu. 17.* De Bottis.

Sed quicquid dicatur, hoc intellige de conſuetudinibus, tam prçcedẽtibus, quam ſubſequentibus iſtas conſtitutiones. probatur inſ. de iudi. com. & ba. l. ut uniuerſis. Nam ibi dr̃, quod in defectum iſtarum cõſtitutionum, debet iudicari ſm conſuetudines approbatas. ¶ Idem ẽt dicitur infra de ſal iudi. l. cum circa iuſtitiæ. & infra de ſacra. a baiu. & cam. præſta. l. puritatem. Vnde ſecundũ huius denominationis ordinem, qui ſeruandus eſt, ut in Authen. de hære. & fal. §. inordinatum, & §. ſi uero nullus legatarius, colla. 1. maxime quando ipſa lex expreſſum ſtatuit ordiné, ut no. C. loca. & con. ſi quis conductionis. in glo. ordin. conductione ex hac l. &c. ad fin. Patet aperte, quod omnis contraria conſuetudo uincitur à conſtitutionibus iſtis, etiam poſterior & futura: quia uidelicet hæc conſtitutio expreſſim prohibet eam. Lex enim quantumcunque præcedens qñ conſuetudiné ſpecialiter prohibet, tollit conſuetudinem ſibi contrariam ẽt ſubſequentem, ut C. de uſu. l. eos. §. nec liceat. & C. de furtis, auth. nauigia. & ff. ad leg. Rhod. de iactu. l. deprecatio. Et ita ſeruamus in magna Regia Curia. Pleriq; tamen iuriſperiti cauillantur in parte iſta, propter ſequẽtia verba. ſcilicet uerbũ, aduerſantibus, quod demonſtrationem præſentis temporis continet. Et uerbum, antiquatis, quod conſertur ad tempus præteritum. Non ergo futuras conſuetudines comprehẽdunt, ut ff. de au. & ar. le. l. ſi ita. & l. ſcribit Mutius. §. item ſcribit. ff. de lib. leg. l. Aurelius. §. ſi Titius Seio, & l. fi. circa prin. ſi enim autor conſtitutionis huius uoluiſſet hic ẽt de futuris cõſuetudinibus loqui, adiecıſſet verba futuri tẽporis, ſcilicet ita, aduerſantibus, & aduerſaturis: antiquatis, & antiquandis, ut ff. de uerb. obl. ſi ſtipulatus fuerim. §. cum ſtipulamur, & ff. de leg. 2. ſi ita ſcripſiſſet. Allegant ẽt ſupraſcripti ſubtilizare credentes, non uideri futuram conſuetudinem antiquari ſeu tolli, quæ ſcilicet nondũ cœperat, ut argum. ff. de cond. & demonſt. l. Titio. & ff. de inin. rup. & irri. l. nam & ſi. §. 1. cum ſi. ¶ Sed adhuc nõ recedo ab illa ſententia, quod tam præcedentes, quam ſubſequentes conſuetudines hic tollantur, argumentando ex uerbis, ut ipſi faciunt: nam hic generaliter loquitur de conſuetudinibus &c. Et ſic generaliter intelligo, tam de præſentibus quam de futuris, ut arg. ff. de ſeru. urb. pręd. ſi ſeruitus. & C. quæ res pig. oblig. poſ. l. fi. in fi.

† ADDITIO. *No. quod pro ot in glo. quod ſcilicet ſubſequẽtes tollantur. facit: nam hic ſunt verba derogatoria. ergo videtur ſublata poteſtas inferiorib. ſtatuendi contrarium. glo. in uer. concedatur, in clem. 2. de æta. & qualit. ex qua Imo. infert in c. 2. ext. de teſtib. Imola & Ang in l. ſi quæramus. ff. de teſta. quòd ſtatutũ permittens pupillum poſſe teſtari, eſt inualidum, quia l. fi. C. de milit. teſt. ubi dicitur pupillum teſtari prohibemus, licet poſſet dici quòd eſt tacita prohibitio, & ſic non eundem effectũ, quem idem operatur quoad annullandum, quod expreſſa, ut per Abba. in c. dilectu, il ſecondo. de preb. ratio diuerſitatis, nam durius agitur quo ad annullationem cum lege, quàm cum homine. l. ſi libertus minorẽ. ff. de iure patr. Bar. in l. an plus nõ peti. ff. rẽ rat. hab.* De Bottis.

Nec repugnat iſtorum cauillatio, qui capiunt ſolum verborũ corticem: qñ præſens uerbum atq; prçteritũ extenditur ad futura, & ecõtra, ex mente legiſlatoris, ut no. ff. de uerb. ſig. l. uerbum oportebit, in gl. ord. ibi, ergo &c. & in l. verbũ, erit. & patet ff. de au. & arg. leg. l. filia. & l. ſi uxori. §. cũ ita. & in alijs legibus multis. Nec eſt nouum in iure vt tps ponatur pro tpe, vt C. de leg. & conſtit. l. 1. & C. ex quib. cau. in ſa. irro. l. ſi Poſſidonius. Quod aũt mens legiſlatoris hic fuerit futuras cõſuetudines tollere cõſtat, cum fruſtra de cõſuetudinib. tollendis exprimeret: ſi tñ de conſuetudinibus præcedentibus cogitaſſet, † quæ, vt dictum eſt, per has conſtitutiones ſubſequentes ſine expreſſione aliqua tollerentur.

† ADDITIO. *No. q lex noua tollit legem ſibi contrariam etiam ſi non exprimatur lex aduerſans. ad quod vide Iaſ. in l. fi. C. ſi contra ius. vel util. pub. vbi de clauſula, non obſtante. Contrarium videtur tenere gloſ. infra de pœna eius, qui cont. aliq. arma extraxe. in verbo, aſperitatem.* De Bottis.

Merito ergo uerborum interpretatio eſt ẽt ad futuras conſuetudines dilatanda: ut ſic uerba conſtitutionis huius aliquid operentur, vt ff. de leg. 1. l. ſi qñ, in princ. cum ſi. Et non uideantur inania: ſicut aliàs in teſtamento uerba præſentis temporis trahitur nihilominus ad futurum: ne nullum remaneat teſtamentum, ut ff. de lib. & poſth. l. placet. Vnde liquet q verbum, aduerſantibus, quod eſt præſentis tẽporis, futurum ẽt reſpicit, ut no. ff. de uerb. obl. ſi quis ſtipulatus, in prin. in gl. ord. quare magis &c. Similiter uerbum antiquatis, non incompetenter ad conſuetudines futuras aptatur. quaſi dicat, contrarijs conſuetudinibus & futuris antiquatis, id eſt, euacuatis. ſ. ipſo iure per hãc conſtitutionem, & non dixit antiquandis: quia tũc eſſet opus alia ſententia ad cõſuetudines antiquandas, quæ ualent, donec iterum tollerẽtur. Simile in Authen. ut cũ de ap. cog. §. ſiue igitur omnes, coll. 8. Non obſtẽt ſupradicta prædictorum ſubtilitas, quia tunc eſt uerũ tolli non poſſe, quod nondum incœperit: nec incipere poterit. Sed quando res poſſet de iure vel de facto incipere: licet nondum incœperit: † poteſt tamen deſinere, ut ff. vſufr. quemadmo. ca. l. omnes. §. 1. & ibi de hoc in glo. ordin. de iure uel de facto.

† ADDITIO. *Vide Alber. in d. l. omnes. §. 1. ff. uſufr. quemadmo. cau. qui latius diſtinguit. & uidetur ſe conformare huic opinioni, quia ſaltem ſpe cœperat eſſe.* De Bottis.

b *Antiquatis.* id eſt, ſublatis. ſic. C. de ſacroſanc. eccl. l. decernimus. & in hac ſignificatione alibi legitur, ſane antiquum eſt, & merito antiquari oportet, ut C. de uſu. transf. l. 1. in fi. quod uerbum eſt cõtra leges antiquos, & antiquitates eorum. Marinus.

c *Poſſint aſſumi.* Et ita tã hi, qui allegarent, q̃ iudices qui audirent eas, tenerẽtur crimine falſi, vt C. de Iuſtin. Cod. cõfir. §. igitur. & C. de uete. iure enu. l. tanta. §. hæc igitur omnia. ff. ad leg. Corn. de fal. l. ult. Sed ſæpe contingit, q probatur in cauſis aliquid prçceſſiſſe ante tempora compilationis, & publicationis conſtitutionum iſtarum: Et ſic ſecundum has conſtitutiones ſuper eo iudicare non poſſumus, ut in Auth. ut cum de appel. cognoſc. in prin. coll. 8. & in Auth. de trien. & ſemiſ. §. non aũt diſtinguimus, vbi dicit: & quod præterijt non poteſt ab

ANDRÆAS DE ISERNIA.

quirentis non ſtatur, niſi qñ extra iudicium diceret excõmunicatum, vt quia verberauit clericum: hoc tñ caſu, ſtatur literis epiſcopi ob rationé, quæ redditur in gl. extra de proba. c. poſt ceſſionem. Si enim requireret, ut aſſiſteret, vel caperet talem, & mitteret ad ſe, oportet q conſtet de culpa, quare capitur quis: nam & ſi diceret, q eo ſedente pro tribunali deliquit, aut mõſtrabit condẽnationem: quia poteſt ſtatim puniri, vt d. c. quoniam. aut faciet conſtare de culpa. ¶ Verbo non creditur, nec literis, vt plenè dicitur in d. c. poſt ceſſionem. 6. q. 3. placuit. 11. q. 3. curæ, in glo. Vnde oportet conſtare de iuſtitia requirentis: quia non omnes bona fidé &c. ff. de cuſt. reo. diuus.

P*Oſt mundi machinam.* In §. *à Rege Regum, & Principe Principum.* Quæro quis eſt ille Rex Regũ, & Princeps Principum. Reſpõde, quod eſt Imperator: quia ſub Imperatore ſunt oẽs Reges & Principes mundi, quia Imperator, eſt ille, qui eſt dominus, & monarcha totius mundi. l. deprecatio. ff. ad leg. Rho. de iac. ibi, ego quidem mundi dominus. & no. in l. cunctos populos. C. de ſumma Trin. & fide cath. & gl. in l. bene à Zenone. C. de quadrien. præſcr. Et ab eo omnes iuriſdictiones deriuantur ſicut à fonte, & ipſe vnicus Imperator omnes Reges coronabit, vt notatur in c. in apibus. 7. q. 1. & in cap. Adrianus. 63. diſt. Bartholomæus de Capua.

Sed multi ſunt Reges exempti a Romano Imperio, qui uel ex preſcriptione, vel ex antiquata cõſuetudine, vel de facto, nõ recognoſcũt Imperatoré: vt Rex Franciæ & Vltramõtani. Sed dic, quod ipſi ſimiliter de iure ſunt ſubiecti: quia licet ei non teneantur ſacramẽto fidelitatis, ſunt tñ ſubditi ratione Imperij Romani, ſub quo eſſe debent, cũ & ipſi fuerint de Imperio Iuſtiniani, vt C. de off. præf. prçtor. Aph. l. 2. & dixit gl. in l. hac edictali. de pace tenẽda. in uſib. feu. & tex. cũ gl. in d. c. in apibus & gl. in c. per venerabilẽ. in verſ. minime recognoſcat. extra, q filij ſint legi. Hoc euenit, quia ab antiquiſſimis tẽporibus Imperiũ propter bella eſt diminutũ. & nõ eſt integrũ. Barth. de Capua.

De Hæreticis, & Patarenis.

TITVLVS I.

Crimen hæreſis, quod multis modis committitur, eſt maximum & publicum: quia offenditur diuina maieſtas: tamen turbatur, & iniuriatur unitas ſanctæ Romanæ eccleſiæ, & fides catholica. Ea propter in eo per inquiſitionem proceditur: & ſi conuicti per iudices eccleſiaſticos, ad gremium ſanctæ matris eccleſiæ ſponte abiuratis eorũ erroribus, non reuertantur: ſecute declaratione, quod inciderunt in hæreſim, traduntur iudici ſeculari: qui eos viuos comburi faciãt, bonis publicatis, ſicut in crimine maieſtatis læſæ. Nec licet cuiquã ſupplicare principi pro eis abſq; eius indignatione: hoc dicit tota iſta longa Conſtitutio. Matthæus.

INconſutilẽ [a] tunicam * Dei noſtri diſſuere conantur hæretici: & vocabuli vitio ſeruiẽtes, ꝙ ſignificationem diuiſionis enunciat, in ipſius indiuiſibilis fidei unitatẽ conātur inducere ſectionem: & oues a Petri cuſtodia, cui paſcendę a paſtore bono ſunt [b] creditæ, ſegregare[a]. Hi ſunt lupi rapaces intrinſecus, & euſque māſuetudinem ouium prętendentes, quouſque poſſint ouile ſubintrare Dominicum. Hi ſunt angeli peſſimi. Hi ſunt filij prauitatum, a patre nequitiæ, & fraudis authore, & ad decipiendas [c] ſimplices animas deſtinati. Hi ſunt colubri, qui columbas decipiunt. Hi ſunt ſerpentes, qui latenter videntur inſerpere, & ſub mellis dulcedine virus euomunt: ut dum uitæ cibum miniſtrare ſe ſimulant, a cauda feriunt: & mortis poculum, uelut quoddam duriſſimum [d] aconitum immiſcent. Horum ſectæ veteribus † legibus, ne in publicũ pro-

ab eo, quod nondum erat, ſubijci, &c. coll. 3. & in Auth. ut fac. no. conſti. per totum. coll. 5. Sed quid ſi in eodẽ articulo appareant conſuetudines tũc temporis obtinẽtes, ſeu regum præcedentiũ ſanctiones, quibus his conſtitutionib. derogatur, vel protinus abrogatur, ut inf. patebit in multis legibus huius libri: Nonne tunc allegabimus, & iudicabimus iuxta prædictas conſuetudines, & ueteres ſanctiones [a] & certe ſic, ut in Auth. de nupt. circa princ. vbi dicitur, duo igitur hic præmittit, &c. coll. 4. & in Auth. hæc conſtit. interpre. prio. con. & de his qui ingrediũtur monaſt. circa fi. coll. 6. & in Auth. conſtitutio quæ aſcrip. §. 1. in fi. vbi dicit, omne præteritum antiquę ſeruandum legis. Non ob. litera iſta: quia dat formã futuris negotijs contingentibus, uidelicet, poſt conſtitutiones iſtas, ut C. de legibus & conſtit. l. leges. & dic ut ibi.

De Hæreticis, & Patarenis. Rubrica.

Dictum eſt ſupra in proœ. circa mediũ. ibi, de quorũ manibus, &c. Principes gentium ad quatuor teneri potiſſime, ſcilicet ad tollendũ inſidias detractorum fidei Chriſtianæ. Ad tuendam eccleſiam ab inimicorum incurſu, quæ duo ad ſtatum eccleſiarũ ſpectant. Item ad cõſeruandã pacem in populis. Et ad miniſtrandũ eis iuſtitiam. Quę duo ad ſtatũ pertinent populorũ. Et horum omniũ ſumma diuiſio omnino reducitur ad duos articulos. Nam primi duo ſunt diuini iuris. Et duo reliqui ſunt humani, ſic. ff. de re. diu. l. 1. in princ. Incipit ergo à primo diuini iuris articulo, vtpote digniori, ut extra de maio. & obed. c. illud. Nam ad ſeruandam ſanctarum eccleſiarum utilitatem non minor cura debet haberi q̃ ipſius animę, ut i Auth. ut cle. qui reced. alijs pro eis alijs ſubrog. præbeant alimenta. in fi. collat. 5. Pro anima uerò maior habẽda eſt prouidentia quàm pro corporalibus cauſis, ut in Authen. ut cum de appel. cognol. §. ſi uero liberi & propinqui. in fi. §. coll. 8. & hoc dicit hic & in ſeq. tit. uſque ad titul. de cultu pacis, tractando uidelicet, de detractoribus fidei, & inimicis eccleſiæ puniendis, eccleſiarumq; iuribus integre perſoluendis. Eundem ordinem ſecutus eſt Imperator Iuſtinianus in C. ubi primo loco tractauit de fide Catholica, & ſtatu eccleſiarum cuſtodiendis, necnon aduerſarijs fidei, & eccleſiæ coercendis. Marinus.

De Hæreticis, & Patarenis.

a INconſutilem. *Enunciat.* Dicitur enim hæreticus, ideſt diuiſus à fidei vnitate.

ADDITIO. *Adde Luc. 23. Ioan. 19. cap. ſicut domini veſtimentum. 26. q. 7. & in c. quoniam vetus. 24. q. 1.* Superant.

ADDITIO. *Adde gl. & Doct. in c. firmiſſimè. de hær. glo. in c. illi qui. 24. q. 4. Hoſtien. in ſumma, tit. de hæret. in §. 1. Archid. in cap. 2. de hæret. lib. 6. S. Thom. ſecunda ſecundæ. q. 10. & 11. per totum, idem S. Thom. in 3. ſenten. diſt. 13. q. 2.* Superantius.

• ADDITIO. *Bona hæreticorum, cui applicentur, vide Guliel. Bened. in repet. cap. Raynutius, in verbo, & uxorem, num. 244. fol. 42. ext. de teſtam.* De Bottis.

¶ Quod dic plene, ut notatur ſm Azon. in ſumma, eod. tit. §. 1. Et collige hic duo nomina ſignificantia, ut in Authent. de defenſ. ciuit. in prin.

prin. collat. 3. & ff. de bonis damnat. l. diuus. in princ. & §. panniculariа. & infra de offic. militar. l. milites. in princ. Et ideo dicitur, ꝙ res quæ caret nomine, caret effectu, ut C. de ſeruis. l. a nullo. & C. de ſen. ex breuic. recitand. l. ult. & quod emẽdato vel mutato rei nomine, corrigitur & mutatur effectus, ut C. de frum. Alexan. l. 2. lib. 11. & C. de donat. ante nupt. cum multæ. in prin. & ꝙ ſublato nomine tollit effectus, ut C. de frum. Alexan. d. l. 2. lib. 11. & i Auth. de teſtib. i prin. coll. 7. & ꝙ ex diuerſitate nominis diuerſa ſumitur ſignificatio intellectus, ut C. de codicillis. l. ſi idem. ff. de ædil. edicto. l. ædiles. §. iumentorũ. Et ſic nota, in cauſis argumentum ex ui nominis efficax eſſe, ut de verb. ſign. l. tugurij. ubi de hoc in gl. ordi. aliàs, tegatur, &c. nam nomina ſunt conſequentia rebus, ut Inſtit. de donat. §. eſt & aliud, cum concordant. ibi notatis. licet ſint in prędictis arg. contraria. C. de agric. & cenſi. l. diffinimus. lib. 11. & C. eod. l. quicunque. circa princ. in quibus legibus diſparitas nominis rerum differentiam nõ inducit, ut C. de conſtituta pecu. l. 2. ad fin. vbi lex controuerſiam de nomine pertinacibus relinquit. Præmiſſa non exaudienda ſunt in nominibus appellatiuis, quæ quandam rem demõſtrant, quam cum ipſis rebus habẽt: & ex eis uocis interpretationẽ trahunt, vt ff. ad leg. Aquil. l. ita vulneratus. circa princ. ff. de orig. iuris. l. 2. §. exactis deinde regibus cõſules. & §. ijſdem temporibus. & propterea hæc appellatiua nomina dicuntur immutabilia, quaſi ſubſtantialia, in quibus error nocet, ſicut ſi in rei ſubſtantia erraretur, ut ff. de leg. 1. l. 4. §. 1. vbi plene de hoc in gloſſa ord. nam imponuntur, & exaudiũtur communi uſu, non ſingulorũ. vt ff. de ſupel. leg. l. Labeo. §. verum. & ideo ab eorũ ſignificatione nõ receditur, vt de leg. 3. l. non aliter. in princ. Secus aũt in nominibus proprijs, quorum impoſitio atque mutatio libera eſt priuatis, & pendet ex arbitrio ſingulorum, ut C. de muta. nomin. l. unica. Vnde in eis error non uitiat, ſi conſtet de corpore, vt ff. de uerb. obl. ſi in nomine. Nõ ergo in nominibus proprijs procedit ex vi nominis argumẽtum. Sępe namque uidemus uiros honeſtos & optimos, uocari nominibus inhoneſtis & turpibus, & e conuerſo: Nihilominus tamen debet quis turpe nomen, vtputa, Veſpertilionis vitare, & honeſtum nomen aſſumere, vt ff. ad Trebel. l. ſed ſciendum. in fi. l. facta. §. ſi vero nominis.

† Alia deeſt, legibus.

ADDITIO. *Adde, quod ſi pulchra nomina venderentur maiori pretio, deberent emi, ſecundum Ioan. Andr. allegando vxorem ſuam, in c. grauis. depoſi. idem Io. Andr. in c. cum ſecundum. de præben. & ibi Card. Zabar. Ant. de Butrio. & Abb. in proœmio Greg. & diffusè per Marian. de Socin. in c. cum dilecta de exceſ. præla.* Superant.

b *Credita.* Vt C. de ſumma Trin. inter claras. in princ.

c *Simplices animas.* Simile in Auth. de interd. colleg. hær. coll. 9.

d *Aconitum.* Dicitur aconitum † quædam herba venenifera, vt patet. ff. ad leg. Corn. de ſica. l. eiuſdem. §. alio. & ideo eſt ſic dicta, quia naſcitur in petra duriſſima & aſperrima, quæ uocatur cautes. Vel dicitur à portu Bithyniæ, qui uocatur Acone, eo quod multum ibi abundat herba prædicta.

† ADDITIO. *Vide Cottam in uerbo, Pigmentarij.* De Bottis.

a *Similes*

ANDRÆAS DE ISERNIA.

Rex Sicilię in regno ſuo eſt monarcha, & habet omnia iura ad Imperatorẽ ſpectãtia: quia eſt exẽptus ab Imperio, cui nõ eſt ſubiectus, vt in clem. paſtoralis. de ſent. & re iud. & notatur in hoc proœ. Sed eſt ligius Romanæ eccleſiæ, cũ habeat Regnum in feudũ ab eccleſia, cui omnes dignitates & poteſtates, ac regalia inſignia fuerũt collata per Papam, vt no. hic, ex quo Regnũ Siciliæ fuit patrimoniũ Petri, & Romanæ eccleſiæ, vt in c. ualde neceſſariũ. 94. diſt. & ibi gl. & in c. ad apoſtolicæ. de re iudic. lib. 6. & gl. in cle. 1. de iureiu. Barthol. de Capua.

ADDITIO. *In §. cum igitur regnum Siciliæ noſtræ maieſtatis hæreditas pretioſa, in ver. ibi, decreuimus :; ſiue quieti atque iuſtitiæ ſummopere prouidere.*

Hoc bene: quia Rex eſt pater ſubiectorũ in regno ſuo, vt in Auth. neq; iud. ad fin. qui cũ habeat regni redditus & prouentus regnũ defendere debet, & cunctis iuſtitiã miniſtrare, vt regnũ pacatum teneat ſine ſubditorũ grauamine. Redditus. n. quos habet, ad hoc ius gentiũ conſtituit, vt in terra ſua iuſtitiam faciat. Et ſi ob eius culpam & negligentiam latrones inuadũt, & deprædantur regnũ & ſubditos, ipſe Rex de ſuo reſtituere habet dãna paſſis, ut dicit S. Tho. 2. 2. q. 63. Sed male ſeruatur, quia dãna faciunt Reges in regno Siciliæ reſarcire per vniuerſitates, & homines locorum, vbi diſrobationes & maleficia fuerint commiſſa non repertis malefactoribus, vt in conſtitutione regni, Si damna clandeſtina. Petrus Piccolus de Monteforte.

De Hæreticis, & Patarenis.

INconſutilem tunicam. In gloſſa iſta verba reſpiciunt. &c. De ciuili crimine ciuilis cognoſcit iudex. De eccleſiaſtico eccleſiaſticus, no. C. de epiſc. & cler. auth. clericus. I. t quod ſit ciuile crimen. Quod Eccleſia-

deant, non ſunt notatæ nominibus, vel (quod eſt fortè nefandius) non contentæ: vt velut ab Arrio Arriani, uel a Neſtorio Neſtoriani, aut a ſimilibus [a] ſimiles nũcupentur, ſed in exemplum Martyrum, qui pro fide catholica martyria ſubierunt, Patarenos ſe nominant, uelut expoſitos paſſioni. Huiuſmodi miſeri Patareni, à quibus abeſt ſancta credulitas Trinitatis æternæ, ſub uno contextu nequitiæ, inſimul tres offendũt, Deum uidelicet, proximos, & ſe ipſos. Deum, cum Dei filium, & fidem non agnoſcunt. Decipiunt proximos, dum ipſis ſub ſpecie ſpiritualis alimoniæ hæreticæ prauitatis oblectamenta miniſtrant. Crudelius etiam [b] ſæuiunt in ſeipſos, dum præter animarum diſpendiũ, corpora denique ſæuæ mortis illecebris, quam per agnitionem ueram, & ueræ fidei poſſent euadere, vitæ prodigi, & necis improuidi ſectatores inuoluunt, & (quod eſt ipſo dicto duriſſimum) ſuperſtites ẽt non terrentur exemplo. Contra tales itaque Deo, & hominibus ſic infeſtos, continere non poſſumus motus noſtros, quin debitæ vltionis in eos gladium † exeramus. Et tanto ipſos perſequamur inſtantius, quãto in euidentiorem iniuriam fidei Chriſtianæ prope Romanam eccleſiam, [c] quæ caput aliarum eccleſiarum omniũ iudicatur, ſuperſtitionis ſuæ ſcelera latius exercere noſcuntur. Adeò q; ab Italiæ finibus, & præſertim à partib. Lombardiæ, in quibus pro certo perpendimus ipſorum nequitiam amplius abundare, iam vſq; ad regnum noſtrum Siciliæ, ſuæ perfidiæ riuulos deriuarunt. Quod acerbiſſimum reputantes, Statuimus in primis, ut crimen hæreſeos, & damnatæ ſectæ cuiuſlibet, quocunque nomine cenſeãtur, ſectatores (prout [d] veteribus legib. eſt diſtinctum) inter cætera publica crimina numerentur. [e] Imò crimine læſæ maieſtatis noſtræ debet ab omnib. horribilius iudicari, quod in [f] diuinæ maieſtatis iniuriam dignoſcitur attentatum. Quãquàm iudicij poteſtate alter alterũ [g] non excedat. Nam ſicuti [h] perduellionis crimen perſonas adimit damnatorũ, & bona; Et damnat poſt obitum etiam memoriam defunctorũ: Sic & in prędicto crimine quo Patareni uocantur, [i] per omnia uolumus obſeruari. Et ut ipſorum nequitia, qui (quia Deum non ſequuntur) in tenebris ambulant, detegatur, nemine etiam deferẽte diligenter inueſtigari volumus huiuſmodi ſcelerũ patratores. [k] Et per officiales noſtros [l] ſicut & alios malefactores inquiri. Ac inquiſitione notatos, [m] etiam ſi leuis ſuſpitionis argumento tangantur, a uiris eccleſiaſticis & prælatis examinari iubemus. Per † quos ſi euidenter inuenti fuerint a fide catholica, ſaltem in

† *Alias, extrahamus.*

† *Aliàs, Per quos ſi inuẽti fuerint ſaltẽ à fide catholica ĩ aliquo deuiare.*

a *Similes nuncupentur.* Vt C.eo.l.damnato.in princ.

b *Sæuiunt in ſeipſos.* Sic.ff.de pœ.l.ſi damnum. §. ſi ipſe. de ædilitio edicto, cum autem.§.excipitur.& ideo non creditur alijs parcere, qui ſibi non parcit.ff.de bon.eor.qui ſibi mor.conſciuer.l.ult.

c *Quæ caput.* Vt in præalleg. l.inter claras, & in ſeq. epiſt. reddentes, &c. circa princip.

d *Veteribus legibus.* Vt C.eo.l.Manichæos.§.1.

e *Imò crimine.* Benè dicit, imo. Nam diuina gratia debet legib.præualere, vt i Auth.de mona. §.hinc aũt, coll.1. cũ etiam longe ſit grauius æternam, q̃ temporalẽ offendere maieſtatem, vt C.eo. Gazaros.& extra eo.c.vergẽtis. Sic adiectiue ponit hic Imò. Simile, C.de ſacroſanc. eccl.l.iubemus poſthac. §.œconomus aũt. Et de nouo Cod.fac.l.1.§.quibus ſpecialiter. Alias ponitur correctiue ut dicitur ff.de manu.teſt.l.Stichus. & ff. de hæredib. inſtituendis. ſi ita ſcriptum. in princ.

f *Diuinæ maieſtatis iniuriam.* Quod enim in diuinã religionẽ committitur, in omnium infertur iniuriã, ut in præalleg.l.Manichæos.§.1. & ita oportet cõib.exiſtentibus contra naturã iniurijs, cõem eſſe iudicibus ſuper his prohibitionem atque vindictã, vt in Auth.ut defun.ſeu fu. eorum non iniur. a cred. §.ſi uero ẽt moriẽte, coll.5. Ideo ẽt ibi, nemine deferente ex officio per inquiſitionẽ procceditur. Et cunctis ueluti in publico crimine eſt licentia accuſandi, vt C. de pag.l.ult.& C.de epiſc.& cler. ſi quanquam. Quinimmo in hoc oẽs admittuntur ad deferendum, ẽt qui alias nõ admitterentur, vt ſerui, & mulieres, & ſine libello, ſine inſcriptione, & ſolennitate accuſationis, ut C.de apoſt.l.apoſtatarum, in prin.tanquam uidelicet, quilibet in hoc ſuam iniuriã proſequatur, ut no.in Auth.quomodo opor.epiſ.ad ord.dedu.§.licẽtiam. in glo. ord. forte etiam ſeruus, &c.

g *Non excedat.* Vt patet. C. de epiſ. & cler. ſi quãquam, ad fi.& ita hic omnium eſt æqua conditio, ſicut in crimine maieſtatis, ut C.ad leg. Iul.maieſtatis.l.nullus.

h *Perduellionis crimen.* Vt C.ad leg. Iul.maieſt. quiſquis, & l.pe. & ult.vt ff.ad leg.Iul.maieſt.l.fi.ff.de accuſ.l.ex iudiciorum.& inſt.de hęre.quæ ab inteſt.§.per contrarium.& de dona.l.donationes.§.fi.

i *Per omnia volumus obſeruari.* Vt C.eo.Manichæos.§.in mortem. & per totam l. Et no. quòd olim iure Romano ad hæreticorum ſucceſſiones, & bona veniebãt primò liberi orthodoxorum, & in eorum defectu agnati, & cognati ſimiliter orthodoxi, quibus deficientibus locus fiebat fiſco.

Additio. *Vide Ricar. Malumb. qui hanc quæſtionẽ diſputauit, prout refert Io.An.in c.cum ſecundum, de hære.lib.6 in nouel. & ibi diffuſè per Philip.Francum, in c.1.§.confiſcationis. & de hoc eſt glo.in cap.quia clerici.de iu.patron.& Abb.in c.2.de ſucceſ.ab inteſt.* Superant.

Et hoc uerum erat tã iure Codicis, q̃ iure nouiſſimo Authẽticorum, cũ diſtinctione tñ clerici a laico, ut C.e.l.cognouimus, & in Authen.vt cum de ap.co.§.generalem aũt prou.coll.8.& ita ſatis differebãt hoc crimen a crimine maieſtatis, in quo utroque iure tam ueteri, quam nouiſſimo bona mox confiſcabantur, agnatis, cognatis, & filijs prorſus a ſucceſſione excluſis, & pęnæ ad poſteros mittebantur, ut in præalleg.l.q̃ſquis.& C. de bo.proſcr.l.ulti.in fi. & in Auth. ut nul. iud. §.ult.col.10. Sed hodie per præalleg.authẽ.Gazaros. quæ ſunt Federici I. & eſt, figura.C.eo. ſupra præalleg. l.cognouimus ita hic, ſicut in crimine maieſtatis confiſcãtur bona, cõſanguineis, & filijs a ſucceſſione excluſis: & hoc eſt probatũ hic per hanc literã, per omnia, &c. & cõcor. extra eo.c.vergẽtis, & ſic in crimine maieſtatis ita tranſit pœna in filios.infra l.proxi. & ibi dicam.

k *Et per officiales noſtros.* No. q; officiales debẽt in terris ſuæ iuriſdictionis inquirere ſpecialiter de Hæreticis, & Patarenis, & eos exterminare, vt hic, & probatur in Authen. iuſiurãdum quod pręſta.ab his, qui admi. acci.circa princ.colla.2. & C.de ſum.Trin.l.2.in fi.& l.inter claras. Et debet hoc capitulũ ſpecialiter iuramẽto firmari, vt in cõſtit. Federici primi, ad decorem, & decus, &c. §. ſtatuimus in hoc edicto, quæ eſt in fi. 10. col. & ibi plenè de hoc. & extra eo.c.ad abolendã. §.ſtatuimus, & excommunicamus.§. moueantur.

l *Sicut & alios malefactores.* Probatur ergo hic aperte per hanc ſimilitudinem, q; de malefactoribus põt iudex ex ſuo officio, ẽt nemine deferẽte, inquirere, & eos punire, & cõcord. in Authen.de coll. §.iubemus autem omnes iudices.colla.9. ubi dicit per ſe inquirere eos, &c. q.d.ex ſe debent iudices inquirere, & ſine dilatione alterius.& ad id.ff.de offi.præſid.l.cõgruit.& in Auth.de quæſtore.circa mediũ, in uerſi.ſi uerò aliqui.coll.6.& de hoc pleniſſime dicã ĩ.eo.de off.repro.l.inquiſitiones gñales.& l.hi qui p inquiſitiones.

m *Etiam ſi leuis ſuſpitionis.* Et ſic no.ibi, aliquem de leui ſuſpitione teneri, ſic præalleg.authen. Gazaros. in fi. & C. de his qui ad eccleſ. confug.l.præſenti.§.ſic ubi.

Additio. *Adde, an ſola ſuſpitio ſufficiat ad condemnationem? vide per Bald.in l.fin.C.de probatio.& per Domi.in cap.habuiſſe.in primo not.33. diſtinctio.* Superant.

Licet aliás dicatur leui ſuſpitioni ſtari non debere, ut ff.de mi.l.3. §.1.in fi.§.ti. hic ẽt ſtatur leui ſuſpitioni, ut fidẽ rei faciat: ita q; propterea pœna poſſit inferri, ut ff.de pœn.l.abſentẽ. §.1. Sed per ſuſpitionẽ huius deuenitur ad fidei examinationẽ, & diſputationem, per quam poſtmodum peruenitur ad ueritatẽ, ut in Authen.ut defun.ſeu fun. eorũ no.iniur.a cred.in prin.coll.5.ſicut legitur de Herennio Modeſtino, qui notãdo, & diſputando bene optima ratione decreuit, vt ff. de

ANDRÆAS DE ISERNIA.

cleſiaſticum: Et qñ de eccleſiaſtico crimine agitur coram ciuili, nõ ad pœnam irrogandam iure canonico, ſed ad pœnam ciuilem: quia canones non contempſit, ſeu correxit pœnam ciuilem: ſed priſcę ſeueritati accedebat. C.de ſep.uiol.l.3. ¶ Vtrum poſſit ciuilis & ſecularis iudex ſine eccleſiaſtico cognoſcere, & punire, ut ſi de hæreſi agitur coram ſęculari iudice per procuratorem fiſci de bonis confiſcandis.

Additio. *Adde in c.cũ ſit generale.de foro comp.& ibi eſt gl.in ver. gentis, & c.ad abolendam.de hær.in c.inquiſitio.eo.tit.in 6.* Superant.

Aut ſi contra uſurarium ad pœnam publicationis bonorũ impoſitam per has conſtitutiones, inſ.in ti.de uſuris. Aut ſi incidenter opponatur

de munerib.& honor.l.ult.§.mixta. Et ſi in hac examinatione taliter ſuſpectus comperiatur euidenter in aliquo articulo deuiare,nec uelit ab errore ſuo commonitus reſilire, tunc demum punitur, ut hic ſequitur. & ſic intelligitur C.eo. omnes uetitæ.

a *Commoniti*. Scilicet ſemel,& ſecūdo,ut in Auth.de ſan.epi.§.presbyteris,& in Auth. de eccleſ.ti.§.ſi aūt q hoc. coll.9. Et ſic no.ꝙ pręcedere dēt admonitio anteq̄ cōtra aliquē procedatur, ut C.de obſequijs patrono pſtādis.ſi manumiſſori. & dic, vt ibi in gl.ord.& in Auth. ut liceat matri & auiæ. §.ſi qs i ſua domo.coll. 8. ubi ſimiliter de hoc in gl.ordin. Marinus.

vno articulo deuiare, Ac per ipſos paſtorali more [a] cōmoniti tenebroſis Diaboli relictis inſidijs,[b] nolunt agnoſcere Deū lucis, ſed in erroris concepti conſtantia perſeuerent.

[c] Pręſentis noſtrę legis edicto dānatos mortem pati Patarenos decernimus, quam affectāt, vt uiui in cōſpectu populi cōburantur,[d] ſlammarum cōmiſſi * iudicio. Nec dolemus ꝙ in hoc ipſorum ſatisfacimus voluntati, ex quo [e] pœnam ſolummodo,nec fructum aliquem alium conſequuntur erroris. Apud nos pro talibus nullus [f] interuenire pręſumat,quod ſi fecerit in ipſum noſtræ indignationis aculeos non immeritò conuertemus.

Additio. *Adde Car.Zab.in c.2.de ſpon. ꝙ admonitio præcedere debet in facto notorio excōicationem, vide per Abb.conſi.23.incip. iudex a ſede Apoſtolica, in 1.vol.Dom.in c.1.de offic.deleg.lib.6.* Superant.

b *Nolunt agnoſcere*. Si aūt pœniterēt, & cōuerterentur ad ſidē,parcitur eis quo ad Deū,qui quotidianis hominū peccatis ſemper ignoſcere dignatur,& pœnitētiam ſuſcipere noſtram: & ad meliorem ſtatum eam reducere,vt C.de nup.l.imperialis,circa prin. Et etiam quo ad mundum,tam per eccleſiam,quæ numquam claudit redeuntibus gremium,vt C.de ſum.Trin.l.ult.ad ſi.

Additio. *Adde l.Manichæos. C.de hære.tex. in c.ſuper eo.de hær. lib.6.glo.ſi. in c.excommunicamus, il 2. de hære. in antiquis.glo.in ver. audientia, in c.ad abolendam.eo.tit.* Superant.

Quā per principem,q dat pœnitentibus delicti ueniā,ut C.eod.l. Manichæos.ad fin.& eos ad integrū ſtatū reſtituit,ut in l.prox.in ſi.videlicet,ad oīa legum beneficia,& priuilegia pręſtita orthodoxis,quę ipſis hæreticis ſunt omnino inaggreſſibilia,ut patet in Auth.de priuileg.do.hære.mulie.non præſtan. circa ſi.coll.8. & ibi de hoc in gl.or. & C.e.l.1.Sed ſi poſt abiurationem erroris reuerſi fuerint in primęuam prauitatē, quantum ad mundū nullo poſſunt iuuari remedio. Nam iſtos tales quocunque poſtmodum pœnitētes,nullatenus audit eccleſia,ut extra e.c.ad abolendā.§.illos quoque, & c.excōicamus itaque.circa ſi.nā princeps ſic loquitur. C.de apo.l.hi qui,&c. Et eſt rō, quia minus malū exiſtit uiam dñi non agnoſcere, q̄ poſt agnitam reſilire,vt ext.de apoſta.c.quidam.in ſi.& deterior dolus agnoſcitur eius, qui non ruptam iterum litem deſeruit, q̄ qui ſemel cœptam dereliquit,vt in Auth.de litig. circa ſi.coll.8. prima enim uice cum per ſimplicitatem lapſi fuerint contra fidem, ut patet ſupra e.in prin. ibi, ad decipiendas ſimplices animas,&c.eis,vtpote deceptis priuilegio ſimplicitatis ſuccurritur,ut ff.de prob. cū de indebito.§.ſin autem is.& ff. de dolo.l.1.in prin. iuxta illud Ouidij. At mea ſimplicitas digna fauore fuit. ſecūda uero uice non. Sicut nec in ſecunda cautione fragilitati ſuccurritur mulieris, ut C.ad Velle.l.ſi mulier. imo cum iam ſemel habuerint ueniā, nulla infertur in eos humanitas,vt C.de epiſc. audi.l.nemo deinceps,in ſi.utpote, decipientes & prodentes miſteriū fidei Chriſtianæ, vt præall. l.hi qui. Nam deceptis & non decipientibus ſubuenitur,ut ff.ad Velle.l.2.ad ſi.cum ſi.

Additio. *Adde c.inter. de exceptio. & in cap.cum diuerſorum. de rer. permut.* Superant.

Licet quantum ad Deum in futuro ſeculo parcitur eis vere penitentibus,& confeſſis, qm̄ Dei miſericordia,non perditionem,ſed cōuerſionem, & ſalutem vult, & delinquentes, qui corriguntur ſuſcipit Deus,vt in Auth.ut non luxu.contra naturā, in prin.coll.6.cuius talis eſt erga homines pietas. Et inquit Io.Chryſoſt.ꝙ nunquā ſpernit pœnitentiā,ſi ei ſincere,& ſimpliciter offeratur, ēt ſi ad ſummū quis perueniat malorum,& tñ inde uelit reuerti ad uirtutis uiā,ſuſcipitur libenter,& amplectitur,& facit omnia, quæ ad priorem reuocent ſtatum. Et ſicut ēt ait Aug. in tñ iniquitas hominū aliquando progreditur,ut ēt poſt actam pœnitentiam,poſt altaris reconciliationē,ſimilia uel grauiora cōmittant: & tñ Deus facit ſuper talibus oriri ſolem ſuū, nec minus tribuit, quam ante tribuerat largiſſima munera uitæ & ſalutis. Et quamuis eis in eccleſia locus ille pœnitentiæ non conceditur, Deus tamen ſuper eos pœnitentiæ non obliuiſcitur.

c *Præſentis noſtræ legis edicto*. Iſta uerba reſpiciunt uerbū qđ eſt infra, decreuimus. Et ad id quod ſequitur, dānatos, ſubaudi, ſ.a iudice eccleſiaſtico. Nam iure canonico,tam laici,quā clerici de hæreſi per eccleſiā condemnantur:& ſic dānati relinquuntur iudicio ſeculari puniendi, ut ſequitur, clerici prius in præſentia ſecularis iudicis ſuis ordinibus per eccleſiaſticū iudicem degradatis,ut extra eo.ad abolendam. §.1.& 2.& cap.excōicamus itaque. in princ. & c.pen.§.damnati, & ibi plene de hoc.

Additio. *Adde Doct.in cap.at ſi clerici. de iud. Doctores in cap. cùm non ab homine.eod.tit. Doct.in c.tua.de pœn. Doct. in c.cum non ab homine. de ſenten.excommu.* Superant.

Et ita de hoc crimine ſola executio ſit per iudicem ſecularem. Sicut etiam alias ſententiam iudicis eccleſiaſtici iudex ciuilis exequitur, vt C.de epiſc.audien. l.epiſcopi. in ſi.& in Authen. de ſanctiſſ.epiſc. §.ſi quis contra aliquem.coll.9. Licet iure noſtro ſi de hæreſi, uel alio eccleſiaſtico crimine accuſatur laicus: & tunc ciuilis iudex, ſcilicet præſes ſimul cum epiſcopo cognoſcit atque determinat,vt in Authen.de mandat.principum.§.neque occaſione.in uerſi. ſi uero canonicum,&c. collat.3.

Additio. *Adde Philippum Francum in c. vt officium. in vltimo not. de hæret.in 6.* Superant.

Aut clericus: & tunc proculdubio ſolus epiſcopus cognoſcit, & dirimit,nihil communicante,uel omnino ſciente iudice ciuili,vt in Authen.ut clerici apud proprios epiſc.conuen.§.penult.coll.6. & de ſanctiſſ.epiſc.§.ſi aūt eccleſiaſtica. In hac tñ parte deferimus iuri canonico, & canones pro legibus ſeruamus,ut in Auth.de eccleſiaſt.ti.§. 1.coll.9. ¶ Et ſic multoties vidi de facto ſeruari.

d *Flammarum*. Iuxta illud Propheticum, quod dicitur a Domino. At non credentes perentite lumine ignis veſtri,& ſlammę,quam accendiſtis,ut C.de ſum.Trini.& ſide cath.l.ult.circa princ.

* Additio. *Vide Conar.in 2.lib.var.reſol.c.10.f.338.* De Bot.

e *Pœnam*. Scilicet concremationis ſtatuitur in aruſpice, ut C.de maleſic.& mathemat.l.nullus. Et in vero ſacrilego, ut C.ad legem Iul.peculat.l.ſacrilegij in princ.qui & hæretici dici poſſunt, quia ſeparati ſunt a communione eccleſiæ, nec ſunt membrum illius,ut in Auth.de priuileg.do.hære.mu.§.1.collat.8.

Additio. *Adde quod pluribus modis dicitur hæreticus,vt in c.inter.34.q.3.& in c.firmiſſime.de hæreticis.& an volēs ſe corrigere ſit iudicandus hæreticus? vide glo.in c.hæc eſt fides.24.q.1.glo.in c.nunc autem.21.diſt.& per Arch.id.in cap.2.de hæret.lib.6.& an recuperare debeat bona ſua? Vide gl.& doct.in c.accuſatus.de hæret.lib.6.gl.in c.cum ſecundum.eod.tit.& ibi.Ioann.Andr.in cap.fin.eod.tit.Paul.de Elea.in clem.1.eod.tit.ſcilicet de hæret.* Superant.

Verum iure Romano alia pœna erat in hęreticis conſtituta,uidelicet,in ſeruantibus hæreſim,pœna deportationis. In diſcētibus eam pœna 10.lib. In docentibus eadem pœna ultimi ſupplicij: Libri uero hæretici dogmatis erant penitus cōcremandi, vt facinoroſæ peruerſitatis ueſtigia ita ſlammis combuſta perirent, ut C.eo. l.quicunque.§ nemo huiuſmodi libros.

f *Interuenire*. No. quod interdicitur ſupplicatio pro Patarenis,ſicut alias in crimine lęſæ maieſt ut C.ad leg.Iul.ma.quiſquis. §.denique. Nam profanorum preces ab abditis principis repelluntur, ut C. de offic.vic.l.2.& ita non tenet reſcriptum impetratum per eos,vt C. de ſumma Trin.l.2.in princ.& C.eod.Arriani, in ſi.

De

ANDRÆAS DE ISERNIA.

natur exceptio excommunicationis. An ſecularis cognoſcat,corā quo opponitur: aut remittet eccleſiaſtico cognoſcendam, & alia plura circa materiam illam diximus plene in 10.coll. in tit.quæ ſunt regalia, ſuper verbo, contrahentium inceſtas nuptias,uide ibi. adde quæ dicta ſunt infra de mu.l.1.ibi,contrahentium.

Et in erroris cōcepti cōſtantia perſeuerent. A contrario ſi nō perſeuerent: ſi uelint ad fidē redire,parcitur eis,quia redeuntibus ad fidem non claudit eccleſia gremium.C.de ſum.Tri.l ſi.ar C de apoſt. ſi quis in ſi.Hodie aliter de iure canonico. nam ſi dānati de hereſi,vel publice ſeu notorie cōprehenſi uelint redire,nō occidentur,ſed ad ppetuū carcerē tradentur ad pœnitentiā peragendā: extra e ti.c.pe alias ſi nō ſit dānatus,nec publice nec notorie deprehēſus,parcitur ei,& per modum culpæ indicitur pœnitentia. Nam dānatus de hęreſi prima vice, ſecunda uice habetur pro relapſo, & relinquitur Curię ſeculari extra eo.ti.excōmunicamus,circa ſin.ibi,ipſe uero &c. & diximus de ſtatutis contra libertatem eccl.fac.§.Gazaros. Et circa hoc habēt inquiſitores hereticorum quædam ſtatuta Papalia,quæ quotidie innouantur per Papam contra iſtos,qui habent caudas colligatas.

INconſutilem. De illa tunica inconſutili uide quod no.per Arch. 16.queſt.2. c.item ſicut. Petrus de Monteſir.

Sed cui applicant bona hæreticorū? dic,qđ dominis tēporalib.ſed ipſi nō poſſunt ea capere, niſi prius Iudex eccleſiaſticus cognoſcat, & declaret.nā Iudex ſecularis de crimine hereſis,tanq̄ de crimine eccleſiaſtico cognoſcere nō pōt,ita probat tex.no.in c.2.de hær. Argent.

De

De Patarenorum receptatoribus, credentibus, complicibus, & fautoribus.

TITVLVS II.

Receptatores, complices, & fautores hæreticorum debent priuari omnibus bonis eorum & perpetuo relegantur: & eorum filij efficiuntur inhabiles ad honores & incurrũt in infamiam perpetuo: & repelluntur tanquam infames a teſtimonio, niſi aliquis ex dictis filijs detexerit aliquem hæreticum occultum: tũc ipſe conſequitur beneficium reſtitutionis in integrum quo ad infamiam incurſam. hoc dicit. Matth.

IMPER. FEDER.

PAtarenorũ [a] receptatores, Credentes, & Complices, & quocũque modo fautores, q̃ ut a pœna poſſint alios eximere, de ſe, velut [b] improuidi nõ formidãt, publicatis bonis omnib. relegandos in ppetuũ eſſe cenſemus: Et [c] ipſorũ filij,

De Patarenorum receptatoribus, credentibus, &c.

Puniuit ſupra hæreticos: nũc punit receptatores eorum, ſine quibus hæretici diu manere non poſſunt, ut arg. ff. de recep. l. 1. & ff. de offi. præſi. congruit, ut ſic nihil loci relinquatur hæreticis, ut C. de ſum. Trin. l. 2. in prin. in quo etiam ipſis elemẽtis iniuria fieret, ut C. de hæret. l. Arriani. circa princip.

Punit etiam hæreticos credentes, complices, & quoſcunque fautores: conſocios, ſcilicet & miniſtros eorum. Simile. C. de rapt. uir. l. 1. §. cæteros. & C. de epiſc. & cler. raptores. in fi. Vt ſic eſi catholicis participiũ non habeant aliquod. Ne occaſione aliqua Chriſtianos eccleſiæ catholicæ membra vãſtarent, ut in Auth. de pri. do. hæ. mu. non præ. circa prin. coll. 8. mores enim aliorum cõiunctione formantur, ut patet ff. de ædil. edic. l. ædiles. §. hoc autem quod deterior.

De Patarenorum receptatoribus, credentibus, complicibus, & fautoribus.

a *Patarenorum fautores.* Sunt etiam illi tales excõmunicati ipſo iure, ſcilicet per ſentẽtiam latam a canone: ut extra de hæret. c. ſicut ait. & cap. excommunicamus igitur. §. credentes. ſicut & ipſi hæretici, ut in præalleg. c. excommunicamus igitur. in prin. & c. penult. in prin. & in Auth. de interd. coll. hære. ad fi. ibi, & omnes hæreſes cũ participibus ſuis anathematizantur, &c. coll. 9. & C. de ſum. Tri. l. 3. §. qui vero eiſdem.

ADDITIO. *Adde quæ ſit differentia inter anathema, & excommunicationem. vide c. omnes. 3. q. 4. & quid ſit? vide tex. in c. certum, 24. q. Hoſt. in tit. de cler. excom. min. & ibi Io. de Ana. & Abb. in c. cum cõtingat. de foro compet. & anathema æquiparatur deportato, ſecundum Bal. in c. cum ab eccleſiarum. de offi. ord.* Superant.

Et poſtquàm quilibet ipſorum receptatorum, credentium, defenſorum, ſeu quocũque modo fautorum, denũtiatus eſt, & ex huiuſmodi cauſa excommunicatus ſit, ſatisfacere contempſerit infra annum, ex tunc ipſo iure infamis efficitur, ſicut & quilibet hæreticus, qui ſine dubio infamis eſt, ut C. de ſum. Tri. l. 1. ad fin. Repellitur etiã ab omni actu legitimo, ut in conſt. Feder. primi, ad decorem, &c. §. credentes. & in præalleg. c. excommunicamus. §. credentes. ubi plene de hoc. Et tunc etiam credentes hæreticorum inter hæreticos computantur, & tanquam hæretici iudicãtur, ut extra de hæret. c. pen. § credentes. & c. ſi aduerſus. & ibi de hoc. ¶ Nec innouantur prædictæ pęnæ per pœnam huius conſtitutionis, immo hæc pœna nihil prędictis derogans adijcitur, & accedit eiſdem, vt arg. C. de ſepul. vio. qui ſepulchra. & ff. de exer. ſi eum qui. circa fi. de act. & ob. quoties. Notãdum eſt tamen hic, quod minus puniuntur receptatores, & conſentientes, quàm ipſi principales malefactores, vt patet hic, & ſupra. l. prox. Simile. C. de Nili agger. non rumpen. l. una. ff. de pęn. l. Metrodorũ, & arg. ff. de condi. fur. l. proinde. Nam inter criminis reos, & fraudis participes multum intereſt, ut ff. de publ. l. ſi multi. Licet uideatur contra. C. de ſacroſan. eccl. l. iubemus poſt hanc. § œconomus autem, cũ ſim. ibi no. ſed hoc plene proſequar, infra de impo. defen. l. ſi quis in poſterum, in fi. & prædicta litera illius l. ſi multi. aliter intelligitur, ut ibi no. in glo. ordina.

b *Improuidi.* Bene dicit hos improuidos & incautos, qui contra ordinem faciunt charitatis, dum alios plus diligunt, quam ſeipſos, vt C. de ſeru. & aqua. l. præſes. Nam vtilitas propria præferenda eſt alienę, vt ff. de pręſer. uer. l. qui ſeruandarum, in prin. licet dicatur de ſeruis quod non debent ſaluti dominorum ſuá anteponere, ut ff. ad Syl la. l. 1. §. eodem tecto.

c *Ipſorum filij.* Scilicet Patarenorũ. Quod uidetur nimis iniquum ut filius portet iniquitatem patris. Nec enim paternum uitiũ debet prolem afficere innocẽtem, ut C. de legit. hæred. l. lege 12. tabularũ. prope fi. Nec etiam ſunt indigni, qui alieno laborant uitio. C. de natu. lib. l. 1. in medio. Quia nullum patris delictum innocenti filio pœna eſt, ut ff. de decur. l. 2. §. nullum. cum multis concor. ibi not. in gl. ordina. quæ incipit, concordat, &c. & ideo alibi legitur, quod iudex non minus nepotis merita, quã patris eius delicta perpendit, ut ff. de bon. poſſ. contra tab. l. 3. §. ſi emancipatus. in fi. §. Hoc etiam probat illa rub. C. ne filius pro patre, &c. Sed illud ſpecialiter ſtatuitur hic propter immanitatem criminis, ſicut in crimine maieſtatis, ut C. ad leg. Iul. maieſta. quiſquis. cui æquiparatur per omnia, ut ſup. l. prox. ubi ſimiliter de hoc dixi. ¶ Sicut & in alijs caſib. propter immanitatem criminis a iure communi receditur, in quibus appellatio denegatur, qui no. in glo. ordin. C. quorum app. non reci. in l. obſeruare. & eſt ratio ſpecialitatis hic in crimine maieſtatis, quoniã in filijs, paterni, hoc eſt hereditarij criminis exẽpla metiũtur, vt in præalleg. l. quiſquis, utpote paterni criminis non ignaris, ut ſupra in procemio. circa princ. Et adde hic quæ ibi de hoc notaui. Et ita alijs maiorum ſuorum exempla præiudicant, ut C. de cohar. l. ſi cohartalis. lib. 12. vt ſic omne hæreticorum ſemen ſtirpitus eneruetur: ut argum. C. de peti. bo. ſub. l. 2. in princ. lib. 10. & eorum damnoſa memoria aboleatur, vt C. de epiſc. & cler. l. quoniam venerabilis. Et credo, quod legiſlator in pœna filiorum exiſtimauerit paterna uitia refrænare, ſic. C. de natu. libe. l. ultima. Nam pater cum in pœna filij magis periclitetur, quàm filius, vt Inſtit. de noxa. circa fi. & magis terreatur in filio, q̃ in ſeipſo, ut ff. quod met. cau. illi quidem. in fi. ſaltem metu pœnæ filij, ab hoc horribili crimine abſtinebit. Pietas namque paterni nominis conſilium capit pro liberis, ut ff. de adulter. l. nec in ea. in fi. cum ſi. Nec ueriſimile eſt, q̃ pater filium ad ſupplicium offerat, ut ff. de re mili. l. milites agrum. §. pen. Alij tamen aliter colorant pœnam filiorum dicẽtes, filios nõ prorſus inſontes, qui, vtpote ſcientes uitam, & conuerſationem patris hæretici, ipſum non deferunt, ut arg. in fi. huius l. & C. ne ſanctum bap. reit. l. ult. Et ideo tanquam imitatores paterni ſceleris puniuntur, iuxta illud diuinum eloquium, Ego ſum Deus zelotes vindicãs peccata patrum in filios uſque ad tertiam, & quartam progeniem in his, qui oderunt me, hoc eſt, in his, qui contra me paternum odium imitantur, ut habes ext. de remun. c. niſi cum pridem. §. perſonæ uero. Nec poſſunt filij coniuncti neceſſitudine proxima, paternæ conditionis ignorantiam ſimulare, vt C. de libe. cau. ſi filium. & ff. unde cog. l. octaui. in fi. Nec poteſt ſe filius excuſare, quod patrem de crimine deferre non poteſt, ut ff. de accuſ. l. qui accuſare, in fi. Hoc eſt crimen exceptum, in quo deſerit, ſicut crimen maieſtatis, ut in Authent. ut cum de appel. cog. § aliud quoque capitulum. in uerſi. ſi eos in criminalib. cauſis, &c. quæ duo crimina in omnibus paria ſunt, ut ſup. l. prox. Et econtrario, pater pro filio hæretico non punitur: Nuſquam enim eſt reperire, q̃ patres ex delicto filij puniantur, ut ff. de re. iu. l. ex pœnalibus. & inf. ut pater for. ex deli. fi. teneri nõ po. l. ob filiorũ, & inſ. de offi. re. l. patres pro filijs.

ADDITIO. *Adde glo. in rub. C. de decre. decu. lib. 10. Bart. & Io. de Imo. in l. cum filius ff. de verb. obl. Bald. in l. omnimodo. in §. imputari. C. de inoff. teſtam. Bald. in l. 1. C. ne fil. pro pa. Bal. & Io. de Imo. in l. lex Cornel ff. de vul. & pup. Ludouic. Ro. in l. ſi filio. la ſeconda. ff. ſol. matr. Spec. in tit. de ſenten. in § ſequitur. ver. quid ſi filius. Io. de Ana. in c. 2. de deli. puero. Pet. de Anch. in rep. cap. 1. de conſt. ver. & iuxta prædicta. Paulus de Caſt. conſil. 34.* Superant.

Et eſt ratio diuerſitatis huius, quia filius eſt tanq̃ res patris, cũ pater in eo proprietatis ius habeat, ut ff. de prob. l. ſi filius. & ſibi pro eo exhibendo, & deducendo cõpetat interdictum, quod ius proprietatis cauſam cõtinet, ut ff. de interd. l. 2. §. iuris ſui. & hoc d. Et in illũ cõpetit utilis rei uendicatio, adiecta cauſa ex iure Quiritum, ut ff. de rei uend. l. 1. §. per hãc. Quinimo tãta eſt patris poteſtas in liberos quod olim eos licite occidebat, vt ff. de liber. & poſth. l. in ſuis, in fi. & C. de pa. po. l. fin. Et hodie propter nimiã paupertatem compulſus, eos licite uendit, ut C. de pa. qui filios di. l. 2. Et ideo filius acquirit patri: & dicitur una perſona, & uox cum patre. Et iniuria filij dicitur eſſe patris, ut dicunt vulgaria iura. Pater ergo punitur in filio, ſicuti in alijs rebus ſuis. Secus autẽ eſt de patre, qui eſt ſui iuris, nec acquirit filio, ut ff. de uerb. obl. l. quod dicitur. Et eius perſona ſemper honeſta & ſancta debet uideri filio, ut ff. de obſe. a lib. & lib. pa. & patronis pręſ. l. liberto.

ANDRÆAS DE ISERNIA.

De receptatione Patarenorum.

P*atarenorum.* Receptans crimino ſum ſcienter, communiter punitur eadem pœna, qua receptatus. ff. de incend. rui. naufrag. l. 3. C. de recepta. l. 1. ubi faciunt diuerſa, ſicut eſt in receptante forbannitum & forindicatum, quando requiſitus nõ offert eum iudici, infra de forbanni. pœnam eorum, in fi. C. de his qui latrones. l. 1. in fi. & in crimine læſæ maieſtatis iure Romano, ubi eſt pœna deportationis tãtum, vt ff. de pœn. l. Metrodorum. Idcirco Rex Carolus primus fecit conſtitutionem, vt ẽt eſſet pœna confiſcationis bonorum, ſicut eſt hic in receptante hæreticos. Sed quæro, quare minor eſt pœna in receptante

l.liberto. Adeo ut non ſolum ſublata filio fuerit occidendi patrem occaſio a Macedone fœneratore peſſimo adinuenta, vt ff.ad Maced. l.1.in prin. Sed ẽt non permittitur filio patris famã laceſſere, vel eius ſugillare pudorem, vt ff.de doli ma.excep.l.apud Celſum. §.aduerſus.& ff.de in ius voc.l.ſed & ſi.§.prætor ait.C.qui & aduerſus quos. l.2.cum ſi. Non poteſt ergo in aliquo patris cõditionẽ facere deteriorem, vt C.de pact.l.filius. Si tamen pater aliquam alimoniã ſubminiſtret hæretico filio, vel quomodolibet patiatur, cum prohibere poſſit, tunc ſine dubio ex ſuo delicto.ſ.tanquã fautor meretur pęnam conſtitutionis huius, vt infra in pręalle.l.patres pro filijs.& ff.de his qui no.infa.l.liberorum. §.pe.& l.non alias, in fi.& ff.ſi mu.ven.no. in poſ. cal. cauſa mi.eſſe dic. l.fi. Vltimo ſciẽdum eſt, quod ſm allegata ſuperius, vt pęnam conſtitutionis huius inflictã filijs locũ habere in filio in poteſtate patris cõſtituto: Secus forte in filio emãcipato ante paternũ errorem: Sicut & in filio emãcipato ante crimẽ maieſtatis excogitatum cauetur, vt C.ad l.Iuliam maie.l.quiſquis.§.emancipato.vbi de hoc in glo.ord.quæ incipit, ab eo tpe, &c.

[a] ad honores aliquos nullatenus ſumantur. Sed infamiæ perpetuæ nota laborent.

Vt [b] nec † in teſtes, nec in cauſis quibus repellũtur infames, aliquatenus admittantur.

[c] Si tamen aliquis de filijs receptatorum, vel fautorum detexerit aliquem Patarenum, de cuius huiuſmodi manifeſte probetur perfidia; In fidei præmium, quam agnouit, famę priſtinæ, de imperiali clementia reſtitutionis in integrum [d] beneficium conſequatur.

† *Alias, vt nec teſtes † ali quib. caſibus ad mittantur, ſed perpetuo vt infames repellãtur.*

a *Ad honores aliquos.* Nam cum ſint infames, vt ſequitur, eis dignitatis portæ non patent, vt C.de dignit.l.2.lib.12.& ibi de hoc.

ADDITIO. *Adde tex. in c.præceptum.22.q.5.tex. in regula. infamibus. de reg.iur.in 6. c.licet ex quadam.de teſtib. gl.in c.teſtimonium. eo.tit. Arch.in c.illud.23.diſt.idem Arch.in c.diffinimus.2.q.1.*

b *Nec in teſtes.* No.q infamis non admittitur ad teſtimonium, vt ff. de teſtib.l.3.in prin.§.lege Iulia.in fi.§.vbi dicit, alij pp notam infamiam vitæ ſuæ &c.& ff.de ſenato.l.Caſſius. Quod videtur accipiendum etiam de infamia facti non ſolum de infamia iuris, vt tangitur in glo.ordi.præalleg.l.Caſſius.ſed aliter, vt C.de ſumma Trin.l.1.in fi.no.in glo.ord.quod infamia facti non repellit a teſtimonio.

ADDITIO. *Infamia. Adde glo.in l.3.§.cauſa.ff.de Carbo.Cyn.in l. cunctos populos.C.de ſum.Trin.gl.in c.teſtimonium.de teſti. Tamen vbi agitur de probanda ingratitudine, teſtis infamis infamia facti ipſo iure repellitur.tex.eſt ad hoc no.in c.2.in ver. integra opinionis, quem ad hoc no. ibi Bal. qui teſtes ſint neceſſarij ad probandum ingratitudinem, in vſibus feudorum.* Superant.

Tenendum tamẽ eſt, quod notatus infamia facti a teſtimonio non repellatur omnino: Minus tamẽ ei credatur, vt ff.de Carbonia. edic. l.3.§.duæ. & ibi de hoc in glo.ordi. quæ incipit, quia fieret &c. Sed inſtatur, & videtur abſurdum repellere infamem a teſtimonio quacunque infamia dicatur notatus, nam ferre teſtimonium eſt onus, vt patet.C.de epiſc.& cleri.l.nec honore.vbi dicit, nam & perſona oneratur, &c. Teſtes enim cum inuiti trahantur ad teſtimonium ferendum, vt ff.quemadmod. teſtam. aper. l.cum ab initio. & C.de teſti. ſi quando.ſæpè cum cautione magna a rebus proprijs auocantur, vt ff.quemadmodum teſtamenta aperiantur. l.ſed & ſi quis ex ſignatoribus. Et ita pena infamiæ immunitatem huius muneris tribuere non deberet.ff.de interdictis & relegatis.l.relegatorum.ad finem. Sed immunitas iſta contingit non principaliter, ſed per quandam conſequentiam. Nam cũ veritas ſit exquirẽda non ab infamibus, ſed a teſtibus bonæ famæ, & derogatione carẽtibus, vt in Auth. de teſtib. §. ſancimus, collat.7.ideo infames cauſa ferendi teſtimonium non onerantur, nec auocantur a proprijs rebus, quia nõ licet eis teſtimoniũ ferre. ſimile.ff.de excuſ.tut. l.ſed & milites. §.ſed ignominia miſſi. Vel dici poſſet, quod ferre teſtimonium eſt honor, & dignitas, cum teſtis affirmationi credatur, vt, arg.ff.de re mili.nõ oẽs. §.a barbaris. Et quod ſit dignitas, hr in Decret.2.q.5.c.præceptum.

c *Si tamen aliquis de credentibus.* No. Rubricam. Alias eſt de credentibus, fautoribus, &c. quæ litera bona eſt. Aliàs de filiis receptatorum vel fautorum, &c. & hæc litera non eſt bona, nam ſic ſupra l. proxima, de pena filiorum loqueretur in filijs receptatorum & fautorum, quod eſſet ſumme iniquum, vt ad eorum filios pena tranſiret.

d *Beneficium.* Simile in præallegata l.quiſquis.in fi.& ff.de re mi lit.non omnes.§.vltimo.

De Apoſtatis.

TITVLVS III.

Si Chriſtianus efficiatur Iudæus, dicitur fides apoſtata: & omnia eius bona fiſco publicantur. & eius ſucceſſio ſibi a iure aufertur. & ab omni actu legitimo ipſo iure priuatus eſt. hoc dicit, & concordat tex. in iure communi in l.1.C.de Apoſta. Matth.

A Poſtatantes [c] a fide catholica penitus execramus, inſequimur vltione, bonis omnibus ſpoliamus, & a profeſſione vel voto naufragantes legibus coarctamus.

De Apoſtatis.

Exterminat alios fidei, & Eccleſiæ detractores, ſcilicet apoſtatas. Et dicitur apoſtata, quaſi retro ſtans, vt 26.q.vlt.non obſeruetis.

ADDITIO. *Adde cap.quidam. de apoſta. cap.beatus. 3. q.4. c.penitentia.de pæn.diſtin.2.glo.in cap.magna.de voto.& glo.in l.fin.C.de ſumma Trin.* Superant.

c *Apoſtatantes a fide catholica.* ¶De duplici apoſtaſia hic agitur, videlicet de apoſtaſia perfidię, qua quis recedit a fide catholica, vſque ad verba inferiora, & a profeſſione, vel voto, &c.

ADDITIO. *Adde quot ſunt ſpecies apoſtaſiæ. vide per Hoſt.in ſumma de apoſta. verſi.quot ſpecies. & an apoſtata a fide poſſit damnari poſt quinquennium a die mortis? vide per Bart.& Saly.in l.2.C.de apoſta. & an idem ſit dicendum in crimine læſæ maieſtatis, vide glo.in ver.& hoc, in l.Manichæos.C.de hæret.quam extollit Lud. Rom.in ſing.in verbo, accuſatus, vel alter.num.432.* Superant.

Et abinde, de apoſtaſia irregularitatis, qua quis recedit a ſtatu religioſo aſſumptæ. De prima loquitur ſpecialis titulus. C.eo.tit.per totum, ſuper quo nihil hic nouum ſtatuitur, & ideo nihil notandum occurrit. De ſecunda traditur iure canonico ſpecialis titulus, extra eo.tit. Nec credant Canoniſtæ q nos ciuile hanc ſecundam apoſtaſiam non puniat. Nam de clerico apoſtatante cauetur, q ſtatim cadit a ſacro miniſterio. Cadit & deinceps inter idiotas, ideſt, laicos erit. Et nihi-

ANDRÆAS DE ISERNIA.

ptante proditorem, qui non punitur ad mortem, quam in receptante hæreticum, vt hic? Reſpondeo, eſt, vt quidam dicunt, quia abſurdum putauerunt legũ conditores tam graui pęna punire, vt perderet perſonam & bona. Alij, q fuit pro ratione voluntas: Minus tamen puniretur conſanguineus receptans, quàm alius extraneus.ff.de receptatorib. l.2. Quod qualiter intelligatur iſtud minus, dixi plene in titulo de pace iuramento firmanda.§.receptatoribus. & vide quæ dicta ſunt ibi circa hanc materiam. Sed inuenies quandoque plus puniri in caſu iſto receptatorem, quam receptatum, vbi pęniteat hunc hæreticum: Nam tunc ei parcitur vita, quia gremium redeunti non claudit eccleſia, quod dic plenius, vt diximus de ſtat. contra lib. eccle.§.Gazaros.

ADDITIO. *Gremium redeunti non claudit eccleſia. Adde l.Manichæos.C.de hæreticis.l.vlt.in fi.C.de ſum. Trinit. & fide cath.in c.ſuper eo.de hæret.& glo.in ver.audientia.in c.ad abolendam, de hæret.*

Sed receptanti non parcetur perpetua relegatio, & bonorum ſuorum omnium publicatio, etiam ſi pęniteret.ff.de furtis. qui ea mente. Nam & ſi teneretur eadem pœna, non teneretur eadẽ lege, ſicut in Commentarienſi & calumniatore, arg. C.de cuſt.reor.l.ad Commentarienſem. Quandoque vero plus punitur receptatus hæreticus, vt quando non peniteret, vel eſſet relapſus: quia tunc inuoluitur flammis, vt ſupra, conſtitutione proxima, in fi. Sed receptans non moritur naturaliter ex pęna iſtius conſtitutionis: ergo qui grauatur in vno, releuatur in alio caſu.ff.de iureiur.eum qui. Nec eſt mirum: quia & in alijs criminibus, ſi princeps parceret criminoſo, nihilominus receptans eum ante indulgentiam puniretur: quia iſtud perſonam non egreditur. ff. de conſtitutionib. principum. l.1. in fi. Quid ſi vxor hæretici receptet virum? dicitur quod tenetur cohabitare cum viro hæretico: & propterea non punitur, quia non ſoluitur matrimonium hoc de cauſa, extra de diuortijs.c.2.32.q.1.in coniugio.& in ſumma de diuor.§.penul.

ADDITIO. *Adde, an perdat dotem ſuam? vide tex. in cap.decreuit. de hæret.lib.6.*

Niſi forte inhiberetur ei per iudicem, quod non cohabitaret: quia erat forte cohabitatio eorum in contumeliam creatoris, vt extra eo. tit.gaudemus. Et repete quæ dicta ſunt in dicta conſtitutione, pœnam. Et de eo qui capit, & detegit criminoſum ſimilis criminis, vt maieſtatis. Idem de eo, qui fugit ad hoſtes fidei de conciliatore & alijs dubitationibus, dic vt in titulo, quæ ſint regalia.

De Apoſtatis.

A *Poſtatantes.* De duabus apoſtaſijs loquitur, vt dicit glo.de apoſtaſia perfidiæ, & fidei, de qua loquitur C.eo.tit.

ADDITIO. *Adde glo.in cap.ex parte.de temporibus ordinationum & qualit.ordin.glo.in cap.conſuluit.de regularib.& tranſeuntibus ad religionem glo.in cap.ſi.50.diſtin.& an apoſtaſia ſit capax prælaturæ? vide per Bal.in l.Barbarius.in repet.de offi.prætor.*

Et

Et nihilominus erit curiæ ciuitatis illius, in qua clericus erat,& cū tota ſua ſubſtantia dabitur. Vel ſi ſit inops ad officialis deputabitur fortunā, ut in Auth. qūo opor.ep.& cę.cle.ad or.perd. §.neque aūt.& §. ſemel aūt.col.1.& in Auth.de nupt.§.ſed & ſi quis inter reue. coll.4. & in Auth.de ſan.epiſ. §.ſi verò poſt ordinationem. & §.generaliter. & §.presbyteris aūt.collat. 9. Niſi clericus iſte prius ſeruus fuiſſet, quo caſu, in priorem dn̄i ſeruitutem retrahitur, ut in Authen.de ſanc.epiſ. §. ſi ſeruus. De monacho verò apoſtatante, q ſcilicet poſtq̄ profeſſus eſt, a religione recedit, ſtatuitur, ut bonis ſuis remanentibus in monaſterio, unde recedit, ſi prius fuerat ſeruus, in ſeruitutē primi domini reuocetur, ſi curialis, vel officialis curiæ, officio, cui ſubiectus fuerat, reddat. Si prorſus liber, in aliud monaſteriū cum rebus poſt diſceſſum quæſitis mittatur. Et ſi rurſus inde receſſerit, iudex prouinciæ, in qua inuētus fuerit, debet eum tenere, & ad ſeruitium curiæ deputare, ut in Authent.de mon. §.ſi verò ſeruitij.& §. ſi quis aūt fortè ſemel.§.ſi uero relinquens monaſterium ad quoddā. & §.ſi quis aūt monaſticam.& qūo opor.epiſ. §.quanta igitur. in uer. ſciturus, ꝙ ſi præſumpſerunt, &c.de ſanc.epiſc. §.ſed neque curialem. & §.ſi monachus. Et hic ſecūda apoſtaſia detegitur, cum monachus, vel clericus ad aliam vitæ figurā migrauerit, utpote, abijciendo tonſuram, coronam, vel habitum, retinendo vxorem, vel cōcubinam, vel aliter ſecularis uitæ faſtigia ſectando, ut patet in præallegatis iuribus. Et eſt tertia apoſtaſia inobedientiæ, qua quis mandatis eccleſiæ & ſacris cano-

Succeſſionem tollimus : Et a omne ius legitimum abdicamus.

Ut nullus ſe intromittat de factis, ſeu conſilijs Regum. Aliàs, de Sacrilegio Regum.

TITVLVS IIII.

Prohibitum eſt ſubditis diſputare de factis, & iudicio, & arbitrio Regis, & contrafacientes ſunt quaſi ſacrilegi. hoc dicit. Matthæus.

REX ROGERIVS.

Diſputare b de Regis iudicio, cōſilijs, & inſtitutionibus factis non oportet. Eſt enim pars ſacrilegij diſputare de eius iudicijs, factis, & conſtitutionibus atque cōſilijs. Et † an is dignus ſit, quem Rex elegit, & decreuit.

† *Aliàs, et an ius dignū ſit quod rex elegit & decreuit.*

canonibus obedire contemnit, de qua hic non agitur, quia plenè in iure canonum ponitur, & punitur. Nec in iure ciuili de ea tangitur aliter, niſi ꝙ ſanctæ eccleſiaſticę regulæ legum uicem obtinent, & leges eas imitantur, noſq; ipſas ſequi, & ſeruare oportet, vt in Auth. de eccle.ti.in prin.coll.9. & ut cle.apud pro.epi.conue. §.pen. coll.6. Nec aliter in cōtemptorem pęna ſtatuit, niſi ꝙ maxima in eos de cœlo pęna imminet, & qđ ciuiles leges delictū huius non relinquent inultū, ut in Auth. de mona.in fi. & qūo opor. epiſc. §. ſed ēt ſi conſtitutū.& §. ſi quis aūt extraneorū. Et niſi ꝙ ſacrilegiū cōmittunt, qui diuinæ legis ſanctitatē offendūt, vt C.de cri.ſacri.l.1. Et de omnibus his dic latius, ut in ſum. Gof. extra de apoſta.

a *Omne ius legitimum*.i.omnes legitimos actus. Vt agere vel accuſare, teſtari, vel teſtificari & ſimiles, qui leguntur ff.de reg.iur. actus legitimi. Eſt enim quaſi ſeruus, qui quantum ad ius ciuile pro nullo habetur, ut ff.de reg.iur.quod attinet.& l.antepe.& accedit.C.de hæreti.& Manichæis.l.quoniam multi, & C.eo.ti.l.2.& 4.

De ſacrilegio.

Adhuc exterminat alios fidei Eccleſiæ inimicos, ſ.ſacrilegos, &c.

b D*iſputare*. Hæc conſtitutio eſt quaſi de verbo ad uerbum. C. de cri.ſacri.l.diſputare. Eſt enim pars.i.ſimile, ſic exponitur.ff. de uſufr.l.4.nam non eſt uerè ſacrilegium, ſed quaſi, & ideo alibi legitur, quòd inſtar habet ſacrilegij. ut C. de diuer. reſcr. l.ſacrilegij.& C.eo.l.2.cum multis concor.ibi no.in gl.ord.

De

ANDRÆAS DE ISERNIA.

Et de apoſtaſia religionis. Aut ordinis aſſumpti.de hac loquitur extra eo.c.1. Eſt & tertia apoſtaſia.ſ.inobedientiæ, qn̄ non obedit precepto prælati, & tranſgreditur iuſſa canonum, & de hac dicit plenè Innoc.extra eo.tit.c.1. Quia clericus pro primo deponitur, & traditur aliqn̄ iudici ſeculari. Sed de ſecunda, quando recedit quis a religione, † vel a clericatu aſſumpto, quantuncunque contrarium facit abijciendo tonſuram & veſtes, ſeculariter uiuendo, uel incedendo, nō perdit priuilegium.c.ſi quis ſuadēte.niſi ſit monitus, & tunc poſt admonitionem, ſi non deſiſtat in omnibus laicaliter ſe habebit.

† Additio. *Vide Capic.deciſ.161.& an talis clericus gaudeat circa collectas, ſi dimittat habitum, vide ſcrib.in c.Regni, item ſtatuimus, quòd clerici. fol.114.* De Bottis.

Ante monitionem nihilominus erit de foro eccleſiaſtico, nec iudex ſecularis mittit manus in eum.† Poſt monitionem erit de foro ſeculari, niſi eſſet in ſacris, vel profeſſus in monaſterio, tūc enim nō poſſet eſſe de foro ſeculari, ſed cogeretur ad ordinem redire.& ſic intelligi debet 22.q.4. c.eos.

† Additio. *De hoc an clericus delinquens non deferens habitum, & tōſuram, gaudeat priuilegio, ponit Io.And.in c.ult.de bigam.melius quàm alibi, in 6.& in c.in audientia, eo.tit.de quo per gl.in c.ex parte, ext.de priuil.& exceſ.prælat.& per Doct.in c.ſi iudex laicus. de ſent.ex com.in 6.& quid de verberante clericum incedentē more laico, vide gl. in l.ſi ignorans.ff.loca.facit, quia talis quis præſumitur, qualis in habitu reperitur.l.item apud.§.ſi quis virgines, de iniur.* De Bottis.

Sed quantum ad alia priuilegia clericalia, Clericus non exiſtens in ſacris, & in monaſterio non profeſſus apoſtatando: Aut fecit aliud irreparabile contrarium ordini & religioni relictæ, aut non. Si fecit puta, exercuit ſæua, uel accepit ſecundam uxorem, vel vnam corruptā, omni priuilegio clericali priuatur.83.diſt.quiſquis. & perdit priuilegium c.ſi quis ſuadente. Nam priuilegia amiſſa ob culpam perdentis nunquam redeunt. In ſim.dicit Inn.extra de ope.no.nun. c.2.in prin. gl.ſuæ.nec eſt tunc locus pœnitentiæ: quia tunc non poteſt reparari: quia contra debitum ſui ordinis factum eſt aliter per eum.& ſic a tali pœna non deſinit eſſe nocens.ff.de fur.qui ea mente.& de ædil. edi. quid ſit fugitiuus, in prin. Non poteſt hic reparari, quod eſt contra debitum, ſicut nec amiſſa uirginitas. C.de rap.virg.l.1.& ſic etiam hic ſi non fuiſſet clericus, non poſſet eſſe clericus, poſtquam talia commiſiſſet.& pro hoc eſt 23.q.8.c.quicunque ex clerico. Secundo caſu qn̄ nō fecit cōtrarium ordini ſuo, & reparabile eſt, puta, fecit ſe militem, duxit uxorem uirginem, induit uirgatam, abiecit tonſuram, nutriuit comam. Tamen antè monitionem, & ſi monitus deſiſtat habebit priuilegium c.ſi quis ſuadente. Si poſt monitionē eam non dimittat, perdit priuilegium, ut dictum eſt. Item ſi antè monitionem eſt clericus, & petit ſeculariter uiuere, & priuilegio ſeculari gaudere. 33.diſtinct. ſeriatum.& c.ſi quis uerò.aliàs, ſi quis uxor. Et clerici uxorati habent priuilegium ſi omittant ſecularia, ſecus ſi committant grauia. Et ſi tabernam

bernam exercent, aut tonſura dimiſſa negociantur, ut laici, hi perdent priuilegia, & alia clericalia, ut extra de cler.cōiu.c.Io.& c.ſeq. Et ideo qn̄ pōt reparari, uel recuperari contrariū eius, quod fecit, retinet priuilegium.eo.ti.c.ſi quis ſuadente, niſi poſt monitionem non corrigat: quia qui peccat, & peccatum emendat, perinde eſt, ac ſi nunquā morboſus fuiſſet. d.l.quid ſit fugitiuus. Vbi ergo exercuit ſæua: Duxit vxorem corruptam: Vel duas, hoc eſt irreparabile, ideo perdit oīa priuilegia. Vbi uerò non abiecit tonſurā, induit uirgatā, nutriuit comā, & fecit ſe militem, duxit unicam & uirginem, ipſi poſſunt clerici eſſe, & recuperare, quod perdiderunt.ſ.clericalem tonſuram aſſumendo: non enim ſunt hæc ſubſtantialia contra ordinem, niſi moniti non corrigantur: tunc.n.omnia perdent per c.ſi quis ſuadente, niſi eſſent in ſacris, uel profeſſi in ordine. Sed ſi cōmiſerunt turpia, uel grauia nō ſubſtantialia, contraria ordini, ut tenere tabernā, interim non habent priuilegia alia, ſed c.ſi quis ſuadente, ſic, niſi poſt monitionem. eliciūtur hęc ex dictis Inn.in fi.extra e.ti.c.1. Licet alij aliter dicāt. Alij faciūt differētiam inter eum, qui abiecit ueſtem clericalem tm̄, alia contraria non aſſumēdo, & eum qui ueſtem laicalem tm̄ induit, ut uirgatā, & bene differunt: quia primus omittit tantum. alius plus, quia committit peccatum, & in omittendo eſt leuius quā in faciēdo.ff.ad Syll. l.1.in gl.Sed non eſt tale cōmiſſum, ꝙ non poſſit recuperari, pro quo eſt.ff.de iniu.item apud.§.ſi quis uirgines. ubi ancillari ueſte induta, quæ erat uirgo pōt recuperare reducendo ſe ad ueſtē uirgatam & honeſtā.ſecus ſi uirginitatem perdidiſſet, hoc non poſſet recuperari. d.l. itē apud. de iniu.& l.1.de rap.uirg. Itē nō eſt tā graue induere uirgatā, q̄ tenere tabernam, & vilia operando, arg.C.de adul.l.quæ adulterū. Grauitas in delictis attenditur. d.§.ſi quis uirginem.ubi plus eſt induere meretricalem ueſtem, quam ancillarem. Ex hoc citius debet induci ordinarius, vt moneat, & monitionē faciat. Ante enim admonitionem neuter perdit priuilegium, ut in d.c.ſi quis ſuadente.

APoſtatantes. Quid ſi non eſt apoſtata, ſed uagus? Dic ꝙ vbicunque inuentus fuerit, poterit tanquam fugax auxilio epiſcopi reduci ſub cuſtodia ad monaſterium. 16.q.2.c.Abbates, ut eſt arg.C.de epiſc.& cler.l.generali.in 6. Barth. de Cap.

De ſacrilegijs. Rubrica.

D*iſputare*. Scilicet detrahendo, & mordendo, ſic ut tumultus fieret, vel adiuratio, vel odium cōtra Regem ſuſcipiant ſubditi. C.de ſum.Tri.l.3.& hoc de his, quibus diſputatio non ſpecialiter tangebat, vt ff.de reg.iur.culpa. ¶ Sed ſi Rex faceret aliquid minus bene: ratione communis boni poſſet ſupplicari Regi, vt emendet, uel ſi ſua hoc intereſſet, & publicæ utilitati, ſic poſſent agere, vt ff.de procurat. non cogendum.§.qui ita. Vbi non pōt appellari, pōt ſupplicari Regi. C.de prec. Impera.offe.l.ſi quis, & auth. quæ ſupplicatio. Item dare operam & auxilium ut ſupplicetur Regi hoc pōt, ad hoc facit quod no.17.q.4.qui aūt.in gl. Solum diſputare in publico prohibetur, quaſi uelit de pari contendere cum dn̄o ſuo. Secus in illis, qui diſputant de quæſtio-

De arbitrio Regis, aliàs iudicis.

TITVLVS V.

Pro crimine ſacrilegij per hanc conſtitutionem pœna eſt arbitraria, niſi templa Dei manu frangantur. Item niſi bona & vaſa ſacra furentur de nocte, tunc pœna eſt capitalis. h.d. Matthæus.

REX ROGERIVS.

MVltæ [a] leges ſacrilegos ſæuiſſimè punierũt. Sed pęna moderãda eſt arbitrio iudicantis. Niſi fortè manifeſtè tẽpla Dei deſtructa, vel fracta ſint violenter; Aut dona, & vaſa ſacra nocte ſublata ſint. Hic enim caſus crimen capitale eſt.

De vſurarijs puniendis.

TITVLVS VI.

Quæſtiones vſurariorum, ſcilicet quando non dubitatur in iure, an contractus ſit vſurarius, ſed ſolum dubitatur in facto an vſura ſit exacta: quia iam conſtat contractum eſſe vſurariũ, coram iudice ſeculari hæc quæſtio debeat determinari ſecundũ dictum decretum Papæ Alex. III. h.d. Matth.

REX GVL.

STatuimus, vt iuxta decretũ domini Papæ de vſuris nuper in Romana curia promulgatum, quæſtiones vſurariorũ, quæ ad Curiam noſtrã adductæ fuerint, in eadem diffiniantur, & terminentur.

De eodem.

IMP. FRED.

Ex quo vſura prohibita eſt omni iure, additur hic pœna publicationis omnium bonorũ, & declaratur, quod eſt crimen publicum. excipit Iudæos, quib. non eſt permiſſum exercere vſuram. ſed ſi exerceant, & vltra moderationem hic ſtatutam vſuram recipiant, pœna nonuplici puniantur. h.d. Matth.

VSurariorum [b] * nequitiã, qui non tãtum vtuntur pecunijs, ſed vt loquamur ꝓprius, abutũtur

De arbitrio Regis. Aliàs iudicis.

[a] M*Vlta.* Sed pœna moderanda. concord. ad hanc l. ff. ad leg. Iul. pecu. & de diuer. reſcr. l. 4. in prin. & §. 1. & l. ſacrilegij, in prin. & C. de epiſ. & cler. ſi quis in hoc genus. Et no. q̃ l. ſuperior locuta eſt de quaſi ſacrilegio. Iſta aũt loquitur de vero ſacrilegio, ſuper quo dic plene ſm Azon. ut in Sum. eiuſdem. in princ. & §. illud.

De vſurarijs puniendis.

Adhuc inimicos eccleſiæ proſequitur, uidelicet, vſurarios. Et dicitur vſura, quaſi vſus rei: quia ob uſum rei. i. pecuniæ datur. Vel dicitur vſura quaſi vſurea, ideſt vſus æris. i. pecuniæ, quæ expoſitio in idem recidit cum prima, ut no. p Gof. extra eo. §. dicitur. in Sum. & per Azo. ſimiliter in Sum. C. e. in princi. Dicitur autẽ ab utor uteris hæc uſura incrementũ pecuniæ mutuatæ. Itẽ fęnus ſimiliter dicitur vſura, ſed vſura lucrum de capitali acceptum, fęnus uero lucrũ de vſura ſumptũ. vnde verſus. Eſt vſura ſuos cũ quis tradit tibi nũmos: Spem lucri fœnus, duplex vſura uocatur. Vel vſura eſt ſine determinato tempore: Sed fœnus eſt cum tpe determinato, ſicut qui mutuat 20. pro 30. vſque ad menſem. Vnde fœnus uocatur auidum: quia ſic mutuator ſemper auet, vt illud tẽpus ueniat citò. Vnde Lucanus, Vſura vorax, auidumq; in tempore fœnus. Indifferenter tamen quandoque authores utuntur dictis uocabulis.

De eodem.

[b] V*Surariorum.* Hæc conſtitutio, quæ vſuras prohibet, canones imitando, poteſt dici quòd continet ius commune.

ADDITIO. *Adde tex. in capite, quia in omnibus, de vſuris. cap. ſuper eo. & c. conſuluit. eo. ti. c. quoniam multi. 46. diſtin. & per ſanctum Thom. 2. 2. quæſt. 76. aliàs 78.*

Quia iure noſtro ſecundum omnium opinionem vſuræ ſunt prohibitæ, ut no. C. eo. in auth. ad hæc.

ADDITIO. *Adde l. cunctos populos. C. de ſum. Tri. gl. 1. in c. quid dicã. 24. q. 4. gl. in verbo, animos. in c. de vſur. lib. 6. Io. de Imo. in clem. 1. de vſu. Abb. in c. cum ſit generale. de foro comp. Card. Alex. in c. lege. 10. diſt. Ang. conſi. 219. incip. Arbitror dictam litem. Idem Ang. conſ. 272. incip. Quoniam dictum priuilegium. Lud. Rom. conſil. 607. incip. in caſu propoſita cõſultationis. Pet. de Anch. conſ. 28. incip. in q. quæ vertitur. Card. Zab. conſi. 78. incip. amice, & maior chariſſime. Ant. de Prato veteri conſil. 49. in 4. vol. inter conſilia Alex. de Imo.* Superant.

¶ Et no. q̃ leges Imperatorum non dedignantur, &c. ut in Auth. vt cle. apud pro. epiſ. §. fi. coll. 6. & ſacri canones Principum cõſtitutionib. adiuuãtur, ut extra de no. ope. nun. c. 1. Itẽ hæc cõſtitutio continet ius nouum in eo, q̃ noua pęna proſequitur fęneratores Chriſtianos, ſcilicet in adẽptione bonorum. Item dicit publicum eſſe crimen ipſorum: ſicut in crimine læſæ maieſtatis omniũ eſt exæquata conditio, vt C. ad leg. Iul. maie. nullus. ſic in iſto crimine. Iudæis autem permittitur de decem tantum unum accipere, aliàs punirentur, ut in fine huius cõſtitutionis. Nec dicat quis, quod eſt melioris conditionis Iudæus, quàm Chriſtianus, quod eſſe non debet, vt ff. de noxa. nõ ſolũ. & quod ui aut clam. Seruius. quia ratio hic redditur in litera: quia non ſunt ſub lege diuina. cui rationi conſonat decretum dicens, quid ad nos de his, qui foris ſunt. 2. q. 1. c. multi.

* ADDITIO. *Ad hãc conſt. vide c. Regni, car. 35. in ip.... & prag. car. 5. incip.... & ritum, car. 9. col. 4. incip.... verũ ſi accuſatus, ſit ſolitus pluribus vicibus vſuram exercere, poteſt perſonaliter etiã puniri. Bar. & Ang. in l. 1. C. de delator. lib. 10.* Marcus Ant. Puluerinus.

* ADDITIO. *Vide in cõſtit. ſiquis in poſterum. & Dec. in coſi. 123. & ad materiam vſurarũ, & quod crimen ſit & multa alia, vide Pet. Bellucam in ſuo ſpec. Princ. fol. 53. cũ ſeq. An pendente lite ſuper crimine vſurarũ, poſſint bona vſurarij deſcribi, Luc. de Penna in l. facultas. nu. 4. C. de iu. fiſci. lib. 10. & an cõſuetudo regionis excuſet a pœna vſurarum, puta quia ſolitũ eſt fieri tales contractus, Aym. Crauet. in conſi. 6. num. 103. allegas plures tenentes, quòd ſic.* De Bottis.

* ADDITIO. *Adde q̃ etiam ante ſolutionẽ vſurarum poteſt iudex mandare ne ſoluantur, & de ſi audiens quæ fiunt in contr. alib. Capic. deciſ. 175. & no. quòd licet quis cõfiteatur ſe commiſiſſe vſuras, ſi aliunde non conſtat eſſe vſurariũ, non pòt condemnari. Aym. conſ. 48. & de modo probandi vſurã, & ex quibus coniecturis arguatur, Aym. cõſ. 73. & 156. vbi de modicitate pretij, & pacto de retrouendendo.* Fab. Iordanus.

a Sancto-

ANDRÆAS DE ISERNIA.

quæſtionibus Theologiæ ſacræ ad veritatẽ eliciendã. Nã Herennius Modeſtinus diſputando & quærendo, veritatẽ inuenit, & optima rõne decreuit. ff. de mun. & hon. l. fi. §. mixta. & hoc ẽt ſi nullũ eſſet, quod Rex fecit: quia non licet ſic argui eius factum, quamuis liquet, quod minus rationabiliter ſit. Non. n. eſt lex, quæ iuſta non eſt, ſm Aug. de libero arbitrio. Inſtituta Regis nõ debent argui, cũ eduntur. C. de legib. humanũ. §. pe. 4. diſt. in his. 8. q. 2. dilectiſſimus. & hoc in illis, quæ ad Regem pertinent. ff. de re iud. l. quędã. De alijs nõ debet Princeps ſe intromittere. Sicut de electionibus prælatorũ, quæ ad eccleſiã pertinẽt, ut gl. dicit. C. e. l. 2. ſicut accidit in Frederico Imper. dicit ibi gl. q̃ vna de cauſis, quare ille Freder. fuit depoſitus, fuit illa, ut in Decretali depoſitionis ſuæ, ad Apoſtolicæ, ſed tũc non debet publice diſputari, ne ſcandalũ fieret & ſeditio contra quietẽ publicã. C. de ſedit. l. 2. Pręter hoc ſi aliqui cõferrẽt adinuicẽ, nõ odio, ſed zelo bono repręhendẽdo inter ſe, & blaſphemãdo, nõ publice diſputãdo, aut cõmouendo populũ, de his q̃ Rex faceret, nõ eſſet peccatũ. Nã & diſcipuli Dñi cõfabulabanť de his, quę illata p Pilatũ & Iudęos fuerũt Chriſto. Luc. vlt.

De arbitrio Regis. Rubrica.

M*Vlta leges.* Verum ſacrilegium eſt, quando res ſacra de ſacro loco tollitur, ut ff. eo. ſacrilegij. in prin. hi enim puniuntur capite, ut ibi, & in hac conſtitutione.

ADDITIO. *Adde c. ſacrilegium. c. ſicut qui eccleſiam. c. attendendum. & c. qui rapit. 17. q. 3. Item ille, qui ſuſcipit eccleſiaſtica de manu laici, ſecundum Card. Zab. in c. inuidum. in 5. no. de deci.* Superant.

Aliud eſt quaſi ſacrilegiũ, qñ ſacrũ tollitur de nõ ſacro, ſed priuato. & hoc nõ eſt tãti ponderis, ſed eſt pęna extraordinaria pro modo delicti, ut ff. e. l. 1. §. mãdatis. Tertiũ genus eſt ſ. ti. prox. & C. e. l. 1. 2. & 3. hoc eſt puniẽdum pro modo delicti, dic plene, vt in gl. d. l. ſacrilegij.

De vſuris puniendis. Rubrica.

S*Tatuimus.* Regis Gulielmi primi eſt hæc cõſtitutio. hic fuit auunculus Frederici primi Imperatoris, & pater Regis Gulielmi ſecundi, qui obijt ſine hærede, & ſucceſſit nepoti ſuo filio fratris Conſtantia ſoror Gulielmi primi filij Regis Rogerij aui Imperatoris, vt ini. l. 3. & de alie. feud. non mi. l. 1. & patet in cronica Regis Gulielmi ſecundi, vbi vocat Imperatorem conſobrinum ſuum, Domini Papæ Alex. III. in Romana curia in Lateranenſi concilio. extra eo. c. in omnibus. & c. cum manifeſtis. Hic Alex. fuit tempore huius Regis.

Terminentur. Et ſic vbi agitur de crimine eccleſiaſtico punietur pęna canonis, non legis, ut C. de epiſ. & cler. auth. clericus. Secus ſi eſſet pœna a iure ciuili impoſita, ut in conſt. ſeq. & dictum eſt plene ſupra de hære. l. 1. ſuper gl. in ver. reſpiciunt, & ſuper verbo, a Rege Regum, &c. Item ſi in cauſa eccleſiaſtica eueniret caſus indeterminatus a canone, & qui determinaretur a iure ciuili, determinaretur ſecundũ ius ciuile, extra de no. oper. nunc. c. 1. & 2. & 10. diſt. c. 1. & pen.

ADDITIO. *Adde c. clerici, de Iuda. & in c. ult. de ſecun. nupt.*

V*Surariorum.* Hic contractus eſt omni iure prohibitus.

ADDITIO. *Adde tex. in c. quia in omnib. de vſu. c. ſuper eo. & c. conſuluit, eo. ti. in Auth. de eccl. ti. gl. & Bar. in auth. ad hoc. C. de vſur. Bar. in l. cũctos populos. C. de ſum. Trin. Ang. conſ. 209. incip. arbitror dictam litem. Ang. conſi. 272. incip. in Dei nomine. Petr. de Anch. conſi. 28. incip. in q. quæ vertitur. Car. Zab. conſi. 78. incip. amice, Lud. Rom. conſi. 517. incip. in caſu. ſanctus Tho. 2. 2. q. 76. aliàs 78.*

Et

[a] ſanctorum Patrum ſentẽtijs, condemnatam proſequi diſponentes, Imperialis celſitudinis motũ, quẽ nos etiã ex arbitrio cęleſti [b] ſuſcepimus, [c] diuinæ cõiungimus vltioni. Huiuſmodi noſtrę cõſtitutionis edicto omnibus regni noſtri fidelibus, & quibuſlibet alijs in regno morantibus, [d] etiam ſi extra regnũ fuerint oriũdi, ſi[r]miter inhibemus: Vt nullus in poſterũ pecunias ſuas per ſe, vel per alios mutuò ſub magnis vſuris, vel minimis [e] dare fœnori audeat publicè, vel occultè. Et ut ipſorum audacia, qui ſuæ ſalutis immemores ſunt, & edicti noſtri extiterint temerarij cõtemptores, inulta nõ maneat, præſenti lege ſancimus, Vt quicunque amodò fœnerator in Regno inuentus fuerit, omniũ bonorum ſuorũ tam mobiliũ, quàm ſtabiliũ publicatione * damnetur.

a *Sanctorum Patrum*. Qui fuerunt numero trecenti decẽ & octo: & conuenerunt in Concilio Niceno. in quo inter cætera prohibuerunt uſuras in decretis. 47. diſt. & 14. q. 4. quoniam. & hoc eſt de illis quatuor concilijs quæ ſicut ſanctæ ſcripturæ a legibus accipiũtur, & pro legib. obſeruanẽ, ut in Auth. de eccl. ti. in prin. coll. 9. & C. de ſum. Trin. reddentes. §. ſuſcepimus. & de here. & ma. l. quicunque, circa prin.

Additio. *Adde c. ſicut 15. diſt. c. ſancta. & c. ſeq. 16. diſt. & glo. in c. quod tranſlationẽ. in §. 1. de renun.* Superant.

Propter quod arguimus, q; quicquid de vſuris in Romanis legib. eſt permiſſum, per ipſas & leges finaliter corrigiẽ, vt no. in prealleg. Auth. de eccle. ti. 1 gl. ord. quæ incipit, no. canones, &c.

b *Suſcepimus*. Vt C. de ſum. Trin. & fi. cath. l. 1. in fi. & inf. de uiol. mu. il. l. in quæſtionibus. in fi. & alibi dicit princeps, nobis Deus faciendi poteſtatẽ donauit. Et nos ipſi Imperium Deo dante ſuſcepimus, ut in Auth. in med. li. non fie. ſacr. circa prin. in fi. colla. 8.

c *Diuinæ coniungimus vltioni*. Vt alibi legitur. nos ergo ſequentes Dei iudicium &c. & C. de nup. ſi libertam. Princeps enim Deum ſequitur, ut in Auth. conſtitutio quæ de dig. §. illud quoque. colla. 6. & in Auth. ut omnes obed. iu. prouin. §. arripiat autem nullus. in fi. §. colla. 5. nam cor Regis in manu Dei; & ibi, voluerit &c. ut in l. inter claras. & ideò princeps dicitur Deus terrenus, ut patet ſecundum unam expoſitionem. ff. ad leg. Falcid. l. 1. §. ad municipium.

d *Etiam ſi extra regnum*. Non ergo mercatores Tuſci, & alij exteri mercatores in regno quomodocunq; utentes, excuſantur a pęna conſtitutionis huius, ſi uſuras exercent, ut & alias. j. de illici. por. ar. l. homines extra regnum. Nam conſtitutionẽ, & conſuetudinẽ regni cuſtodire tenẽtur, ut C. loc. & con. l. circa. ff. com. præ. l. uẽditor. §. ſi conſtat. & C. de ædi. pri. l. an in toto. Et quæ ſit lõga cõſu. l. 2. vbi dicit, probatis his quæ in oppido frequẽter, &c. ut ff. de euict. ſi fundus, & C. de ma. li. l. 1. & ſpecialiter circa uſuras: ut ff. de uſu. l. 1. in prin. ad id. ff. de adm. tu. l. tutor, qui repertoriũ. §. exteris. vbi dicitur q; leuiores uſurę, quę frequentant in prouincia, ubi negotiũ agitur, ſunt pręſtãdę. Vnde in regno ubi ſunt uſuræ prorſus prohibitę ut hic, leuiores factæ aliàs eſſe intelligũtur, qñ nullæ ſunt, ut arg. ff. de tributor. l. illud. §. minus.

e *Dare fœnori*. Sed cum uſuræ uicem obtineant fructuum, nec debeant a fructibus ſeparari, ut ff. de uſu. l. uſurę. Fructus uero in alijs rebus omnibus veniant, vt ff. de vſu. l. uideamus, an in omnibus rebus. Quare ſtatuitur aliud in uſuris pecuniæ, quæ prorſus prohibentur, ut hic in rubrica? Quia fructus eſt incrementum ex ipſo corpore ſecundum naturam rei deſcendens. Et ideo dicitur acceſſio naturalis. Vſura uero non ex ipſo pecuniæ corpore, ſed eſt incrementum quod præter naturam accidit ex alia extrinſeca obligatione, uidelicet, ex pacto contrahentium, ſeu ſtipulatione in cõtractibus ſtricti iuris: Vel etiam ſine conuentione aliqua: ex officio iudicis, in contractibus bonæ fidei. Et ideo dicitur ciuilis acceſſio, ut patet. ff. de verb. ſign. l. uſura pecunię. ff. de rei uendi. l. ſi nauis. Et Philoſophus ait in primo Politico. quod uſuraria acquiſitio pecuniarum eſt præter naturã. Nec obſtat, q; vſura propter ipſum corpus percipitur: nõ enim ideo eſt ex corpore, ut patet ff. de condi. cum eman. lib. l. 1. §. nunc uideamus. & ff. de pecu. l. eo tempore. in fi. Lucrum ergo fructuũ, qui ſunt ex re noſtra, ſeu nobis debita, ita eſt noſtrũ ſeu nobis debitum, ut res ipſa: & ſic rationabiliter petitur, ut ff. ad exhibendum. l. de eodem. §. ſi quis ex ſuis. de rei uend. non ſolum. in fi. quoniam portionis inſtar obtinet, ut ff. de legatis, & fideicommiſſ. 2. cum filius. §. dominus, Lucrum autem uſurarium eſt extra corpus rei: cum res ipſa æque bona eiuſdem, ſcilicet naturæ & qualitatis nobis reddatur, ut Inſtit. quibus mod. re contrah. obligatio, in prin. & ff. de reb. credit. cùm quid. Et ſic cùm nonnihil nobis abſit, quærere non debemus ex iactura alterius, ut ff. de inſtit. ſi quis mancipijs. ad fi. ¶ Sed diceret aliquis, qñ debitor uolũtarie ſoluit, vel promiſit vſuras: quõ dici poteſt cum eius iactura hoc fieri? ut ff. de reg. iur. l. nemo uidetur. Item nõne põt ultra id quod debet, legare de ſuo debito creditori, ut ff. de leg. 2. Mæuius. §. debitor autem. Et ſic legatum nihil aliud eſt quam donatio quædam, ut ff. de leg. 2. l. legatum.

* Additiones. *An in hoc crimine poſſit procedi per inquiſitionem in Regno, vide Maran. diſp. 5. & an probetur hoc crimen per teſtes ſingulares, vide Rom. in ſing. incip. volo probare, & Bal. in l. dictãtibus. C. de teſta. & ad materiã uide Dec. conſ. 116. Alex. conſ. 72. 1. vol. & Abb. conſ. 42. 1. vol. Sed an cõfiſcẽtur iura et actiones & nomina debitorũ, cũ in hac conſt. fiat ſolummodo mẽtio de mobilib. & immobilibus. Dic q; non, cum ſit tertia ſpecies bonorũ diſtincta ab alijs. pro quo vide Doct. & maxime Iaſ. in l. a diuo Pio. §. in uẽditione. ff. de re iu. & Ro. conſ. 509.* F. Iord.

¶ *Quid ſi non eſſet impoſita hac pœna, qua pœna deberent puniri. Belluca in Spec. Princ. fol. 55. nume. 37. dicit quòd arbitraria. Aymo Crane. conſil. 6. nume. 10. dicit quòd nulla pœna reperitur impoſita de iure ciuili. & propterea aliqua imponi non poteſt. Sed Corn. in loco alleg. per Aymonem ubi ſup. nu. 104. voluit quòd puniatur pęna ſtellionatus, reprobatur tamen ibi per Aym. nu. ſeq. vide Couar. in 3. lib. var. reſol. c. 3. per totum, ubi ponit pœnas de iure ciuili & canonico. vide etiam ad conſt. Capic. deciſ. 130. nu. 40.* Iacobus Anellus de Bottis.

a *Omnibus*

ANDRÆAS DE ISERNIA.

Et ideo licet uoluntariè quis ſoluat vſuras, repetit, etiã ſi iuraſſet debitor, extra eo. c. tuas. & ſic ſoluitur quod quæritur hic in gl. ſuper verbo, dare fœnori. ibi, ſed diceret aliquis &c. Sunt prohibitæ etiam quando debitor ſuſcepit periculum in ſe. extra eo. tit. c. fin. C. eo. ſi ea lege. Item videtur factum in fraudem vſurarum, quando promittitur dupla, ſi non intereſt. ff. de act. emp. l. Iulianus. §. idem reſpondit.

Damnetur. Debet damnari vſurarius antequam fiſcus accipiat bona. Quod eſt de omni crimine, ut prius conuincatur & damnetur antequàm procurator fiſci mittat manus ad bona. C. ubi cauſę fiſca. l. 1. ff. ad Syllan. l. neceſſarios, & de iure fiſci. l. 2. §. an bona. in glo. Hoc idem eſſet, ubi bona publicarentur ipſo iure, & eſt cõtra poſſeſſorem ſententia neceſſaria propter bona. in Auth. de ince. nup. in prin. in gl. ff. qui & à quibus. quæſitum. pro ſocio. ſi fratres. §. idem reſpondit. ¶ Hoc qualiter intelligi debeat, plene diximus in titu. quæ ſunt rega. ſuper uerbo, & quæ de condignis; & ſuper verbo, contrahentiũ, colla. 10. Si ergo non ſunt damnati uſurarij, non confiſcantur bona. Idem etiam ſi damnati appellaſſent ubi non eſſent cõuicti & confeſſi, quia appellatione pendente, non debet exequi, per totum titulum, nil nouari appel. pend. Sed ſi non appellauit, imputet ſibi; quia purgatur uitium, ſi eſt contra ius litigatoris per taciturnitatẽ appellationis omiſſæ. C. ut li. pend. l. fi. Secus ſi eſſet nulla, hæc non demandatur executioni. ff. de ferijs, ſi feriatis. Si appareat nullitas ex actis, ſecus ſi altiorem indaginem tempus exigeret, quod obijcitur, C. de falſis. l. 2. ad exhib. l. fi. quia non videtur condemnatus, qui non rite condemnatur. ff. de re iudi. l. 4. §. condemnatum. de contra tab. non putauit. §. non quæuis. Idem ſi probetur Titium uſurarium; & Titius reprobet teſtes, perinde eſt tunc, ac ſi non dixiſſent, arg. infra in conſt. proſequentes. ff. de iudi. ſi prætor. §. Marcellus. diximus in ſimili, in c. 1. quod teſtes ſunt neceſſarij ad probandum inueſtituram. Idem ſi deſtitit accuſator ante ſententiam; & ff. de bon. libe. qui cum maior. §. accuſaſſe. Idem ſi appellatione pendente deſtitit accuſator ibi: niſi per fraudem hoc fieret, tunc ex officio ſuppleretur. C. de aboli. l. 2. ¶ Sed quid ſi probetur per duos vel plures teſtes Titium eſſe uſurarium: In cauſa ſcientiæ interrogati dicunt, quia dari viderunt ad uſuras cum Petro, alius cum Martino; & ſic de ſingulis, non concordant duo quod ſit datum ad uſuras uni, an ſit probatum eum eſſe uſurarium? Videtur q; ſit probatum: non enim uolui probare Titium eſſe uſurariũ, quia dedit ad uſuram Petro: ſed quia erat uſurarius: ſic dixit Ioannes in ſimili, quãdo uolo probare me poſſediſſe, & unus teſtis dicit, q; uidit me poſſidere in iſto anno: alius pro alio anno ſolum, quæritur an poſſiderem, & ſic ſolum quæritur, an dederit ad uſuras ff. de teſti. ob carmen. §. fi. in gl. Sed etiam dicit Inn. ſic probari iuriſdictionem, ſi unus teſtis dicit uidiſſe iudicare inter Titiũ & Seium, alius inter Petrum, & Ioannem, extra de accuſa. c. qualiter. de teſtibus. c. qualiter & quando. il 2. ubi uidetur Inno. hoc tenere. licet more ſuo obſcure loquatur: & idem diuerſis uerbis pluries repetat, ut eſt legere in ſcriptis ſuis. & dicit dominus Abb. in ſuo proemio Decretalium: & omnes Doctores communiter ſentiunt hanc opin. Tu ſuper hoc cogita: quia apud Doct. Moder. de iſta quæſtione multa reperies.

V*ſurariorum*. Sed nunquid ad publicationem bonorum uſurarij agi poſſit, antequam de crimine coram eccleſiaſtico iudice, ad quem ſpectat, conuincatur, cum ab eccleſia ſit corrigẽdum hoc crimen, ut extra de uſu. c. cum tua. & c. quia in omnibus. & uide quod no. C. ubi cauſæ fiſcales. l. 1. & 2. de iure fiſci. l. fin. & C. qui teſtam. face. poſſ. l. 2. & uide quod no. Azo in ſumma. C. de bon. damna. Ex his ſi ſanam mentem & intellectum habueris, ſolutionẽ huius quæſtionis

a *Omnibus deferēdi.* Sed an poterit interuenire procurator in hoc crimine? Videtur ꝙ non, quia ad crimen publ.iud.&c. Vel dic, ꝙ ſic: vbi pœna pecuniaria imponitˀ, vt ſ.patet. ff de proc.ſed & hæ.§.1.& l.ſeruũ.§.publice.vbi de hoc.& ff.an per aliũ cau.appellat.reddi poſſ.l.1.
b *Crimen publicum: Ita ꝙ omnib.&c.* Collige ergo hic, quod dicatur crimen publicũ, uidelicet, quod ex lege aliqua publicorũ iudiciorũ deſcendit, vt hic.ff.de pub.iudic.l.1.Idem qñ caueatur in lege, ꝙ iudiciũ ipſius criminis ſit publicũ vt ff.de præuar.l.præuaricationis.ad fi.& hic:cuius executio datur cuilibet de populo per ipſam legẽ, vt hic, & inſt.de publ.iud.§.1.& de ſuſpect.tut.§.conſequens.C.ad leg.Iul.de adult.l.quamuis. & j.de ſala. proſcr.ſenten.l.corruptelę crimẽ.& C.de epiſc.& cle.ſi quis in hoc genus.& l.ſi quicquã.de paga.l.ſi.

Additio. *Adde an ſit prohibitũ Iudæis capere vſuram à Chriſtianis? Vide per Doc.in c.poſt miſerabilem.& c.quãto.de vſur.Io.de Anan.in c.1.& in c.conqueſtus.in ult.col.eod.tit.*

● Additio. *Quid ſi nõ eſſet diſpoſitũ hoc, an Iudæi poſſent puniri exercentes uſuram, vide aliqua per Alex. in conſ.6.nu.1.vol.6.& in conſi 8.nu.11.eo.vol.& in toto illo conſ.tractatur, an domini tẽporales poſſint dare licẽtiam Hebræis exercẽdi uſuras in eorum territorys, & an tũc poſſint petere vſuras vſurarum. de quib.etiã vide eundem in conſi.2.3.& 107.vol.2.& vide Arna.ſoliloq.32. vbi an potuerit hoc diſponi per hanc conſtitutionem.* De Bottis.

De decimis præſtandis.

c Qvantò cæteris. In hac conſtitutione mandat Imperator ſuis officialibus & baiulis ſoluere decimas totius introitus regni eccleſijs: & in hoc ſequitur ius aliorum priuatorũ: quia omnes tenẽtur ſoluere decimas, vt extra de deci. per totum, & maximè in c.cũ non ſint in homine.

Additio. *Adde quod decimæ sũt de iure diuino, vt in c.tua nos, de decim. Card.in c.a nobis, in 3.oppo.eo.ti.Abb. in c.ſi de terra. in 2.notabili, de priu.Archid.in c.decimę.16.quęſt.1.ſanctus Tho.2.2.q.87.art.1.& an ſolutio decimarum poſſit tolli per conſuetudinẽ? vide per Anto.de But.in cap cum aliquibus.de parochijs.*

● Additio. *Vide c.Regni, volumus, & mãdamus, & ibi Scribentes.* De Bottis.

Nec eſt Imperator, † cùm tractatur de iudicio animæ, priuilegiatior alijs: quia quãtum ad Deum nulla eſt exceptio perſonarum, ut extra de iud. cap.nouit. Sic & de iure ciuili, Imperator quædam onera non euitat: ſicut & cæteri, vt C. de priuil.dom.Auguſtæ.l.5. circa fi.lib.11.

† *Aliàs. Idem.*

d *Strictius.* Vt ff.ad Sylla.l.3. §.de his autem. cum ſim. ibi no.

a Omnibus etiam regni noſtri fidelibus concedimus liberam poteſtatem vſurariorum nequitiã in publicum deferendi. Nec a delatione propterea aliquis repellatur, quòd damnum proprium, vel ſuorum, vel ſuam iniuriam minimè proſequatur. b Crimen iſtud præſenti lege ſit publicum: Ita quòd omnibus, qui in accuſationibus, & criminibus publicis admittuntur, vſurarios accuſandi licentia tribuatur. A nexu tamen præſentis conſtitutionis noſtræ Iudęos * tantum excipimus, in quibus non poteſt argui fœnus illicitum diuina lege prohibitum: Quos conſtat non eſſe ſub lege a beatiſſimis Patribus inſtituta. Quos etiam authoritate noſtræ licẽtiæ improbum fœnus uolumus exercere: Sed metam ipſis imponimus, quam eis non licebit tranſgredi, videlicet, vt pro decem vncijs per circulum anni integri, vnam ipſis tantummodo lucrari liceat pro vſuris. Quicquid autem vltra acceperint, in nonum Curiæ noſtræ cõponant. Vt ex abuſu licẽtiæ, quam eiſdem propter neceſſitatem hominum coacti relinquimus, commodum vltra licitũ non conſequãtur.

De decimis præſtandis.

TITVL. VII.

Præcipitur hic omnibus officialibus, vt nõ expectent aliud mandatũ a rege de ſoluendis decimis prælatis de iuribus fiſcalibus, eo modo & forma, prout ſoluebatur tempore regis Gulielmi ſui conſobrini: Et idem etiam debeant facere omnes ſubditi, ſcilicet ꝙ ſoluãt decimas prædiales integras, tam de bonis feudalibus, quàm Burgẽſaticis, prout ſoluerũt in præteritũ tẽpore dicti regis Gulielmi, quoniã Imperator nõ vult, ꝙ in aliquo diminuãtur iura eccleſiæ: ſed potius intẽdit ipſa augere, quia eius protectionẽ ſuſcepit.h.d. Mat.

† IMPER. FREDER.

Qvantò c cæteris * terrę Principibus munifica dextera Saluatoris in temporalibus nos præfecit, tanto ſaltem iuris naturalis inſtinctu ad antidora d ſtrictius obli-

a *Amplius*

ANDRÆAS DE ISERNIA.

● ſtionis poteris habere omnes tamen præallegatæ ll. videntur loqui poſt mortem criminoſi. Sed utrum eo uiuente poſſit agi ad ciuilem pœnam publicationis bonorum antequam de crimine conuincatur? dic, ꝙ ſic, ut no.gl.C.de fi.inſtr.l.2.& l.fi.in prin. Attendas tamen, ꝙ licet crimen uſurarum, adulterij, & ſimilia, dicantur canonica crimina ſeu eccleſiaſtica: extra, de fo.comp.c.cum ſit generale.& de offi.ord.c.1.de iureiur.c.cum ex literis.extra eo. Hoc ſane intelligas, ꝙ ex iſtis criminibus, vel quocũque alio, ſi quidem agitur ad pęnam legalẽ, tũc dicetur crimen ciuile, & iudex ſecularis cognoſcet. Aut agitur ad excommunicationem, depoſitionẽ, vel aliam pęnam canonicam: & tunc erit canonicum, & cognoſcet eccleſiaſticus iudex, ut no.C.de epiſc.& cler. auth. clericos.& ita videtur ſentire Ber.extra de fo.compe.c.ex tenore. Cum verò crimen vſurarum ſit mere canonicum, vt ſ.dictum eſt, videtur ꝙ non poſſit agi ad confiſcationem bonorum, priuſquam fuerit de ipſo crimine cõdemnatus: ſicut dicimus de crimine hæreſis, ut extra de hære.c.cum ſm leges.& poſito ꝙ nõ poſſit prius agi, niſi fuerit per eccleſiaſticũ condẽnatus, uocabitur demum poſtquam fuerit condẽnatus: & conuincetur de crimine per ſentẽtiam eccleſiaſtici iudicis, arg.eorũ, quæ no.per Inn.extra de accuſ.c.qualiter & qñ.circa fi.gl.magnæ. Et uide per And.in ti.quæ ſint regal.in ver.cõtrahentium inceſtas nuptias. Sed nunquid in crimine uſurarum poſſit procedi per inquiſitionem ex officio? dic, quòd ſic, in c.ad audientiam. extra de iureiu.& in c.cũ in diœceſi tua.extra eo. Barth. de Capua.

AN autem admittatur in hoc crimine uſurarum appellatio? Vide c.quàm pernicioſum. & c.tuas.de vſur.& uide And.de Iſer. in conſt.intentionis. de illic.port.armo. ¶ Sed nunquid uſurarius admittatur in teſtem? Dic, quòd non: nam ad communionẽ non admittitur altaris, nec Euchariſtiam, & c.c.quamuis.extra eo. Ius enim uſurarios excommunicat ad iſta tria, ut no.extra eo.c.compelluntur.non enim cum hominibus morari poſſunt: ſed infra tres menſes de terra expelli, extra eo.c.uſurarij. Petrus de Monteforte.

De decimis exoluendis.

Qvantò. Soluuntur decimæ prælatis, ſi debentur in pecunia in Pentecoſte.

Additio. *Aliàs in Septembre.*

Si in frumento, uino, oleo, & alijs uictualibus, tunc quando percipiuntur: & non oportet de hoc haberi mandatum a curia, ut in c.in planitie ſancti Martini, continetur. Quod hodie uidemus malè ſeruari. Id circo deberent Reges timere Dei iudicium in hoc ſeculo, & in futuro; quoniam potentes potenter tormenta patiuntur, Sapien.7. Et idem de Comitibus, Baronibus, & alijs debentibus decimas, hos compellit iuſtius, ut ibi dicitur. Item debetur ſm formam curiæ tertia pars procuratoris pro nouis ſtatutis impoſitis per Fredericum Imperatorem. De illis non vult eccleſia decimas, tanquam de male ablatis, quæ impoſita fuerunt per illum contra Deum, & iuſtitiam: per quod videtur ille Fredericus quieſcere in pice, & nõ in pace. Multum debent cauere principes mundani in hoc: quia etiam hoc Deus retribuit: ſicut patet in illo Frederico, cuius hæredes nõ ſunt hodie. Dicitur enim Iſaiæ 10. Veh qui condunt leges iniquas. Sic & ſocius de talibus quæſitis non habet partem.ff.pro ſoc.quod autem. & l.ſocietatem non priſce.§.fi.& l.ſeq.§.ſed & ſi quid.& fam.erc.cæteræ.de tut.& rat.diſtrah.l.1.§.plane. & hæc forma non præiudicat eccleſiæ, quæ poteſt dicere: Da mihi decimam debitam de ueteribus ſtatutis: nolo de nouis. Econtrà Curia dicere poteſt, uolo dare tibi de ueteribus, non de nouis. Alicubi ſunt plura iura uetera: alicubi plura noua.

Vetera ſunt hæc, videlicet.

Dohana.	Portus, & Piſcaria.
Anchoragium.	Ius affidaturæ.
Scalaticum.	Herbagium. Paſcua.
Glandium & ſimilium.	Becharia.
Ius tumuli.	Paſſagium vetus.

Ius caſei, & olei non eſt ubique per Regnum.

Noua ſunt hæc, videlicet.

Ius fundici Ferri.	Saponis. Molendini.
Azarij. Picis.	Becharię nouæ.
Salis.	Imbarcatura. Ius ſepi.
Ius ſlateræ ſeu Celandræ.	Ius portus, & piſcariæ
Ponderaturæ.	Ius exituræ.
Ius menſuraturæ.	Ius decini. Tentoriæ.
Riæ de nouo.	Ius Marchium.
Ius ſetæ. Ius cambij.	Ius baliſtarum. Ius gallæ.

Ius lignaminum non eſt ubique.
Ius gabellæ auripellis non eſt ubique per regnum.
Ius reſinæ ſeu reficæ maioris & minoris nõ eſt ubique, ſed Neapoli.

Item

a *Amplius exigatur*. Sic. C. de epiſcop. & cleric. l. presbyteri.
b *Velut electum*. Quod eſt Deo omnipotēti dignum donariū diuinarum rerū tuitio, vt in Auth. vt ecc. Ro. cen. an. hab. pri. circa princ.
c *Reputatur*. Vt patet in Decreta. & 13. q. 1. ſi eccleſias. & dic vt ibi.
d *Prælatis*. No. q. de decima, quæ redditur eccleſijs, debent fieri quatuor partes: † Prima debetur epiſcopo, Secūda clericis, Tertia pauperibus, Quarta in fabrica ipſius eccleſiæ, vt in Longobarda, de deci. l. vt decimæ pop.

† Aliàs, plus.

† Additio. *Adde q hodie non fiunt quatuor partes, ſed tantum debetur rectori, ſecundū Abbat. in c. 1. de eccl. ædifi. & Dec. in cōſ. 118.* De Bot.
e *Fauente*. Aliàs, faciente.
f *In præminenti*. Et ideo princeps dicit Optimus & Maximus, ut ff. de leg. 2. qui ſolidum. §. 1. Et alibi, prouidētiſſimus, & uir religioſiſſimus, vt ff. de leg. 2. Lucium ex familia. §. ult.

Additio. *Adde in proœm. Inſt. in prin. Iaſ. in l. cū Syllanianū. in fi. C. de his quib. vt ind. intellige largè, non ſtrictè.*

† Aliàs, vlla.

Additio. *Adde q bonis Imperatores antiquitus inter Deos & Sāctos referebantur, vt in l. pen. C. de don. inter vir. & uxor. Sicut legitur de Conſtātino, qui dicitur Diuus, id eſt, deificatus, vt in l. diui. C. de nat. lib. Et de Claudio in l. 1. C. ne lic. potēt. Et de Auguſto, in l. 1. ff. de adul.* Sup.

Et alibi ſacratiſſimus, & nobiliſſimus, vt ff. de nata. reſtit. quæris. & dic plenè, vt no. ſupra in proœmio. Et alibi ſanctiſſimus, vt ff. de leg. 2. Titio & Seio. ad fi.
g *Eccleſiarū iura*. Vnde alibi: Noſtrę. n. ſerenitatis vndique ad hūc exitū prouidentia ducit, vt oīpotentis, &c. vt C. de hęre. l. ſi qs orthodoxæ. dox ę. cū oīs abundātia, & ſtatus eccleſijs ſanctiſſimis ex munificētijs Imperialib. ppetuò prębeāt, vt in Auth. de nō alie. §. ſi minus. coll. 2.
h *Sub protectione noſtra*. Et ideo alibi Imperator dicit, eccleſias ſuas eſſe, ſcilicet, quo ad protectionem, † vt in Auth. vt eccl. Ro. in prin.

Additio. *Adde c. venerabilē. de elect. tex. & ibi Doct. in c. eccl. Mag. 97. diſt. c. tibi domino. & c. ego Ludouicus. 63. diſt. cle. ne Romani. de ele. cle. 2. de iureiu. Aug. de Ancho. de poteſtate Papæ. q. 35. artic. 6.* Superant.

gamur. Cùm etiam ueritate dicente, ab eo, cui † [a] amplius creditur, amplius exigatur. Quod in noſtræ mentis intrinſecus meditatione ſolicita reuoluentes; & illud etiam attendentes, quod ſolutio decimarū, quarum debitū ex utriuſque Teſtamenti tabulis confirmatur, tanto in eccleſijs Dei pretioſior redditur, quanto decimalis oblatio de bonis hominum, [b] velut electū quoddam ſpirituale peculium, a Dño [c] reputatur. Officialibus noſtris uniuerſis & ſingulis præſentis legis authoritate mādamus, vt decimas integrè, prout Regis Gulielmi tēpore cōſobrini, & prædeceſſoris noſtri ab antecesſoribus officialibus, & baiulis exolutæ fuerunt, locorum [d] prælatis exoluere abſque † omni difficultate procurent. Nos enim, qui [e] (fauente Domino) inter homines ſumus [f] in pręeminenti culmine cōſtituti, quantū ſine iniuria noſtrorum regaliū poſſumus tolerare [g] eccleſiarū iura, & pręrtim earū, quę in regno cōſiſtūt, & quas [h] ſub protectione noſtra recepimus, & habemus, in vllo diminuere nolumus, ſed augere. Subiectis ēt noſtris indicimus vt decimas, quas de feudis, & bonis ſuis anteceſſores eorū prædicti Regis Gul. tēpore pręſtiterūt uenerabilibus locis, quib. decimæ ipſæ debētur, cum integritate [i] perſoluant.

De cultu pacis, & generali pace in regno ſeruanda.

TITVLVS VIII.

Pro pacis obſeruatione præcipitur, vt nullus authoritate propria de iniurijs & exceſſibus ſibi factis faciat vindictam: ſed adhibeat iudices ordinarios deputatos, vel deputandos pro iuſtitia conſequenda: niſi tempore illatæ iniuriæ in perſonā, vel in rebus ſe defenderit, etiam cum armis incontinenti, & non ex interuallo, cum moderamine inculpatæ tutelæ: tunc licita eſt defenſio. h. d. tota iſta conſtit. Matthæus.

† IMPER. FREDER.

Pacis [k] cultū, qui a iuſtitia, & a quo iuſtitia [l] abeſſe non poteſt, per vniuerſas & ſingulas partes re-

† Additio. *Adde q Domini tēporales cogūt prælatos ad reparationē eccleſiæ, vt eſt tex. & ibi no. in l. ſi in aliquā. ff. de offi. procon ſ.* De Bot.
i *Perſoluant*. Poſſunt ergo decimæ peti ex hac cōſt. ſicut petuntur condictione ex canone 16. q. 1. c. a euertimini. petuntur rei vendi. etiam, vt 16. q. 1. c. moderamine. Item per confeſſoriam, cū ſit quaſi ſeruitus, vt alias ff. ſi ſer. uen. l. 1. & 2. Marin.

De cultu pacis, &c.

k Pacis cultum. Hęc conſtitutio ſ mittit cuilibet ſe defendere cū moderamine inculpatę tutelæ, & incontinenti, & cōtinet ius cōmune, vt C. unde ui. l. 1. & ita eſt quæſtio glo. illius. Et quæ ibi no. hic repete.

† Aliàs, Idem.

l *Abeſſe non poteſt*. Bene ſic loquitur. Nam tēpus pacis gubernatur per iuſtitiam, vt in proœ. Inſt. in prin. con cor. Pſalmiſta, qui dixit: Miſericordia & ueritas obuiauerūt ſibi; Pax & iuſtitia complexæ ſunt. Meritò ergo p hanc conſtitutionē obſeruātia pacis inducitur generaliter in Regno: ſic in conſue. feu. de pa. te. l. una, in prin. & de pa. iur. fir. hac edictali, in princ. Publicè enim utile eſt, ſine metu & periculo per itinera cōmeari, vt ff. de his qui de te. & effu. l. 1. §. ſumma. Et

ANDRÆAS DE ISERNIA.

Item quod dr̄ in gl. q de decima fiunt quatuor partes per ius Longobardum. Dic q per ius canonicum de oblationibus fiunt tres partes: de decimationibus, & alijs debitis prælato fiunt quatuor, 12. q. 2. c. de redditibus. Ad quarum notitiam apparet quātum eſt onus prælatorū, & q pauci hodie, peccatis exigentib. ſaluant ſe. Sed dic q olim in primitiua eccleſia † epi p p paupertatem recipiebāt medietatem oblationū ſuæ prouinciæ. 10. q. 1. c. antiquos. Poſtea vero receperūt tertiā. eo. c. & q. & c. de his. Poſteà quartā. 12. q. 2. contra ienio. & c. præcedēti. Hodie vero de oblationib. nihil: quia illa tertia, quæ poſtea fuit quarta, ſeruatur pro fabrica eccleſiæ, pro qua oblationes proueniunt.

† Additio. *Vide Caſſ. in cōſ. 60. verſ. ad tertiū dubium.* De Bot.

Sed ſi epus vellet ſubire onus fabricæ, poſſet eam habere. 10. q. 3. placuit. & c. unio. Nam alia tertia oblationum eſt pauperum, alia clericorū illius eccleſiæ. Sed ſi clericis nō ſufficeret illa tertia, accipiant tertiam pauperum: ſic & eps, alias ſeruatur pauperibus: & ſi non ſint pauperes, futuris pauperibus, ut no. hoc in c. unio. Item de redditibus epalis eccleſiæ, inter quos vr̄ eſſe quarta decimarum & aliorū iurium debitorum prælato, extrà de præſcr. c. de quarta. fiunt quatuor portiones: vnam habet epus, aliam clerici, aliam pauperes, aliam fabrica eccleſię: quæ, ſi non indiget fabrica, ſeruatur pro futura fabrica, vel emitur inde poſſeſſio ad opus eccleſiæ. ut c. de redditibus. & c. præcedēti. & c. nobis. Vnde eſt hæc, & alia diuiſio in quatuor partes, q̄ diuiſio oblationum, quæ in tres diuiditur portiones. & dr̄ hoc in c. unio. Quantum ad fabricam eccleſiæ, tene quod no. Inn. extra de his quæ fiunt a ma. par. cap. c. fi. ſcilicet ut ſi tertia vel quarta ſufficit fabricæ, non grauentur inde alij clerici: aliàs omnes clerici contribuere compelluntur, extrà de eccl. ædifi. c. 1. & ibi etiam in glo.

Additio. *Adde an deputatum ad fabricam eccleſiæ poſſit conuerti in alium uſum? uide tex. & Arch. in c. 1. 10. q. 1. c. gloria epiſcopi. 12. q. 2. Card. Zab. in c. fi. de teſta. Doct. in cle. contingit de relig. domib.*

Eps pōt ſicut vult

Quantum ad partē epiſcopi, de ea poteſt prælatus facere id, quod vult, ſicut de ſuo pro ſe, ſ. deputato; nec cenſetur, ſicut res eccleſiæ illud, quod pro ſuo uſu deputatum eſt. Vnde ſi hæc portio ſibi ſufficit, debet eſſe cōtentus: alias duas pauperibus & fabricæ ſeruabit: & ſi ſuperſit, dabit illis pauperibus, quia bona eccleſiarum pauperum ſunt. 12. q. 2. c. indigne. & quicquid habent clerici, pauperum eſt. 16. q. 1. c. vlt. in gl. Et gloria epi eſt ꝓuidere pauperibus. 12. q. 2. c. gloria. De illis bonis debent intelligi hæc capitula & q̄ones. & 2. q. 1. c. ſi. q primum ſibi & eccleſiæ ſeruientibus prouidere debet de bonis eccleſiæ. Reliqua quæ ſuperſunt, fidelib. uſi ut miniſtrantur. de epo loquitur. Si tñ non det pauperibus, peccat dan do alijs, vel moderatum vſum in abuſum conuertendo. Quod non punctualiter in his accipiēdum eſt, ſcilicet, ſi excedant in puncto: ſed ſi ſit immoderatus exceſſus. Conſanguineis tamē dignis dabit de his, ut dicit Hoſt. 10. q 2. epiſcopus.

de ſuis in tribus diſponere.

Additio. *Adde quid de Papa dando bona eccleſiarum ſuis conſanguineis, vt pra alijs eos diuites faciat, vide ſing. dictū Arch. in c. non licet Papæ. 12. q. 2. Abb in c. cum veniſſent. ver. ex hoc infero. de iudi. & illud dictum Arch. an d. c. non licet Papa. alleg. pro ſing. Abb. in c. conſtitutus. de reli. do. Abb. in c. dudum, el 2. de elect. Abb. conſi. 42. in ci. uidendum eſt in effectu. in 1. vol. Laur. de Rodulphis in repet. c. ſine excep. 12. q. 2. in 3 1. q. & per Bal. in l. cum multa. C. de bo. quæ libe.* Superant.

Non tenetur tñ ad reſtitutionem illorum, quia deputata eſt hæc portio ad alimenta prælati, ut dicit S. Tho. 2. 2. circa fin. in tit. de his quæ pertinent ad ſtat. epiſc. 7. q. De alijs uerò portionibus ſi quid acceperat, dicit ibi, q tanquam de alienis prælatus tenetur ad reſtitutionem. Quod eſt intelligendum, niſi egeat. Nam tunc ea quæ debet dare pauperibus, dabit ſibi ipſi pauperi: & eis qui ſibi miniſtrant. 10. q. 2. epiſcopus. Paupei epiſcopus dr̄, qui non habet uictum, & ueſtitum pro ſe, & miniſtris ſuis: quod attenditur ſm̄ dignitatem perſonæ prælati, de quo dic plene ſecundum Hoſt. alias Hoſt. in d. c. epiſcopus.

Epiſcopus pauper quis dicatur.

De cultu pacis, & generali, &c.

Pacis cultum. Verba ſunt Prophetæ Iſaiæ 32. c. circa fin. ibi, Opus iuſtitiæ pax, & cultus iuſtitiæ ſilentium, & c p iuſtitiam acquiritur pax, multum debent niti regnantes, ut iuſtitia ſeruetur in

gni noſtri præcipimus obſeruari. Vt nullus authoritate propria de iniurijs, & exceſſibus [a] dudũ factis, vel faciẽdis, in poſterum ſe debeat vindicare: nec pręſalias,[b] ſeu repręſalias * facere: vel guerrã in regno mouere: Sed coram magiſtro Iuſtitiario, & Iuſtitiarijs regionũ, vel locorũ Camerarijs, vel baiulis, & dominis, prout ad vnumquemq; eorũ cauſę cognitio pertinet, cauſam ſuã ordine iudiciario[c] proſequatur. Ceterum ſi contigerit alicui violentis † iniurijs prouocato [d] ob tutelam ſui corporis, ſeu rerum ſuarũ defenſionem, neceſſario adhibere, ipſam eidẽ incontinenti prius. ſ. quam diuertat ad alios actus extraneos nõ vetamus,[e] (cũ moderamine tamen [f] inculpatæ tutelæ) ita videlicet, vt ſimilibus, [g] & æqualibus armis ſe defendere valeat, quibus & qualibus extiterit impugnatus: Ita vt ſi armis molitis impugnatus fuerit, liceat & armis molitis ſe defendere. Si ſine armis molitis, vel quibuſlibet armis aduerſarius ſuus eũ impugnauerit, eodem impugnationis genere ſe defendat. Dum tamẽ in continẽti hoc faciat, vt eſt dictum.

† Alias iniurijs, vel violentijs.

† *De his qui in Regno guerram mouerint, & de præſalys puniendis.*

† Alias hec nõ eſt rubrica.

TITVLVS IX.

Quicunque mouerit guerrã in Regno: confiſcatis omnibus bonis ſuis, capite punitur. Qui vero præſalias, vel repræſalias propria authoritate fecerit, punitur pœna medietatis omnium bonorum. h.d.

IMPER. FREDER.

COmes, [h] * Baro, Miles, ſeu quicunq; alius, qui publicè guerram in Regno mouerit, confiſcatis

¶Et pacis conuentio ex publica cauſa procedit, vt ff. de pact. l. cõuentionum. in fi. Et de pace quidem gaudet, & quieſcit in tuto, & proficit populus, vt C. pub. lætit. vel conſ. nun. l. vnica, lib. 12. & de Irenar. l. vna, lib. 10. ff. de offi. præfec. Vrb. l. 1. §. quies. & patet in auth. de armis, in prin. Et hæc eſt, quæ confirmat imperium & regna cõſeruat. C. de ſum. Tri. & fi. cath. inter claras. Et ideo bono congruit dño vt prouincia, quã regit in pace conſiſtat, vt ff. de offi. præſi. l. cõgnuit. Et no. pacem per iudicem eſſe ſeruandam. Et cuilibet iudici hoc principaliter per principes eſt mandatum, vt omnem pacem populis faciant, vt Auth. de man. princ. §. deinde. Et q̃ ſolicitudinem habeãt, vt locus ſit quietus: & iniuſtitia, ac læſio ſuſpendatur, vt in Auth. vt nul. in §. quẽadmodum. Et debẽt iudices inuicem ſe iuuare ad pacem tuendam, vt patet extra de treu. & pa. c. 1. ad fin. & in præalle. l. hac edictali. in cõſuet. feu. & in Longobar. vt epi. & con. inui. ſint vni. l. 2. Quinimo epus poteſt excõicare, & coarctare pp pacem, vt 90. diſt. c. placuit. & c. ſciendum. Ad hoc ẽt erant dudum Irenarchæ ſpecialiter deputati, vt concordiã & pacem facerent fieri, & ſeruari, vt in præalle. l hac edictali. Iſta gñalis pax debet iurari quolibet quinquennio a ſubditis vniuerſis. s. 18. ann. & j. ſeptuageſimum cõſtitutis, prout ibi plene dicitur, licet hodie nõ ſeruetur. Cuius pacis violatores acriter puniũtur, ſicut in ſequenti rub. plene dicemus. Satis ergo Regi conuenit prouidere, vt oẽs in pace & gratia Dei ac Regis viuere valeant, vt in Longobar. de ſede contra iu. vel ciui. le. l. 1. in fi. Et hoc ẽt ſpectat ad officium cuiuſlibet iudicis, vt ff. de vſufr. ſi cuius. §. ſed ſi inter duos. Et de pace pulchrè loquitur lex. C. de caduc. tollen. l. vna. in princ.

ADDITIO. *Adde glo. in c. præcipimus. 20. diſt. & in c. nouit. de iud. & pax eſt hæres Ieſu Chriſti, ſecundum Barb. in conſi. inci. magnus. in fi. 35. col. ver. 13. in 3. vol. Vbi multa ponit de pace.* Superant.

Eſt aũt nomen pacis dictũ a pacto, ſiue pactione, vt ff. de pac. l. 1. Item de decore pacis legitur. C. de vete. iu. enu. l. 1. in prin. Marin.

a *Dudum factis.* Secus ſi incontinenti, nã tunc licet cũ æqualibus armis, & cũ moderamine inculpatę tutelę, vt hic ſubijcit. & C. vnde vi. l. 1. l. 1. ff. co. ti. l. 1. & de iuſt. & iu. vt vim. Et eſt intelligendũ de defendendo, non vindicãdo, de quo dic, vt ff. ad l. Aqu. ſcientiã. §. qui cũ aliter.

b *Seu repręſalias.* Licet hic coniungantur iſta tria; præſaliæ, repræſaliæ, & guerra, in lege tamen ſequenti ſeparantur, & aliter puniuntur guerræ, quam pręſaliæ, ſeu repræſaliæ.

* ADDITIO. *Portatio armorum ſimpliciter eſt prohibita exceptis certis caſibus. a ſententia pœnali appellatur, niſi eſſet prohibitum, vel eſſet conuictus. idem in crimine læſæ maieſtatis, & debitor fiſci cõuentus pro ſorte non appellat: ſecus ſi pro lucro. l. fina. quo. ap. ſecundum Andr. An puniatur portãs arma qui non fuit cum ipſis apprehenſus, vide per Phil. Cor. in conſi. 20. 3. volu.* De Bottis.

c *Proſequatur.* C. de agr. & cen. nullus.

d *Ob tutelam.* ff. de iuſt. & iu. l. vt vim. C. vnde vi l. 1. ff. de iniu. l. iniuria. §. 1. ff. de reg. iur. l. talis uidetur. ff. de reg. iu. l. factum. §. non vi. ff. ad leg. Aq. l. ſcientiã. § qui cũque. ff. quod me. cau. l. ſed & partus.

e *Cũ moderamine.* Quid circa moderamẽ attendatur? require plene, vt no. in C. vnde vi. l. 1.

f *Inculpata tutela.* ff. de ui & ui armata. l. 3. §. cum igitur.

g *Et æqualibus.* Vel minoribus, ut credo. Idem dico ſecundum Io. ſi pugnus unius magis noceat, quam enſis alterius: quod cum enſe poſſit ſe defendere. arg. ff. ad leg. Aqui. l. qua actione. §. ſi quis ſeruũ. & de iuſt. & iure, ut uim.

De his qui in Regno guerram, &c.

h COmes. Hæc conſtitutio punit mouentes guerram, & ſatis põt dici q̃ obtinet ius cõe, ut C. de ſeditioſis. & ff. de pęn. l. capitalium. §. ſolet. & ff. ad leg. Iuliã de vi pub. l. qui cœtu. Et dicit ſpecialiter de Comitib. Baronibus, & militibus: quia illi frequentius talia committunt, vt ff. de leg. & ſe. con. l. nam ad ea.

* ADDITIO. *Vide pro intellectu, And. in c. ſi verò violator. de pace tenenda. Sed quid ſi Baro tenet feudum ab alio Barone & non a Rege immediate cui applicabitur feudũ. vide eũdem And. in c. imperialẽ. §. illud. de prohib. feu. alie per Fede. & in c. 1. col. pen. ſi vaxall. feu. priu. & in c. 1. qual. dom. feu. & multa gl. Pariſien. fo. 43. Bellame. deciſ. 725. Spe. de feu. q. 40. & vide quæ poſui in conſt. poſt mortem.* F. Iordan.

a Capite

ANDRÆAS DE ISERNIA.

terris eorũ & propter hoc habebunt regna parata. Nam ſuper illud Pſalmiſtæ: Iuſtitia & pax oſculatæ & cõplexæ ſunt ſe; dicat gl. Aug. Amant ſe hæc duo, ut qui facit iuſtitiã inueniet pacem. Et non aliud ſubſtantiale eſt in regibus, q̃ obſeruare iuſtitiam, ſeu obſeruantia iuſtitię, 15. q. 5. Regem. 2. Regum. 10. conſtituit te dñs Regem, ut facias iuſtitiam, & iudicium. Contra rebelles indicitur iuſtum bellum, in quo bellatur ut iuſtitia fiat, & pax habeatur. 23. q. 1. noli. De his dicit Vegetius lib. 3 in prologo de re mil. in fi. Qui pacem quærit, præparat bellum. Contrarium agentes plerunq; opprobrium degenerationis incurrunt. patet in Tarquinio, quem & eius liberos Romani expulerunt ob iniurias ipſorum, ſubrogata ei minori conſulari poteſtate. ff. de orig. iur. l. 2. §. exactis. & per totam legem. ¶Item nota q̃ poſſum defendere me & meos: imò & proximum, † ſi poſſum, per c. Innoc. IIII. extra de ſent. excõ. dilecto. Et quando in re patior moleſtiã, exigitur hoc moderamen, ſecus quando in perſona: Quę omnia, & multa alia circa hoc dixi in tit. de pa. tenen. l. ſi quis hominem.

† ADDITIO. *Vide Alex. in conſ. 76. & conſ. 11. vol. 1.* De Bottis.

† ADDITIO. *Vide Maran. diſpu. 1. nu. 27. & latè eundem And. in c. 1. §. ſi autem omnibus, de pace tenen.* Fabius Iordanus.

¶Item repræſaliæ ſunt prohibitæ in Regno, quia corã iudicibus, qui hic exprimuntur, illico põt læſus iuſtitiam conſequi. Concedit tñ Rex extra Regnũ, qñ per Romanos, aut Ianuenſes, aut alios ſibi non ſubiectos ſui aggrauantur ſubiecti, nam requirit poteſtatem, ſeu dominationem, & rectorem loci, vnde ſunt debitores, & damna dantes, vt cogat eos ad iuſtitiam. Si non emendant, concedit tunc repręſalias. Iſtud eſt magnum dicere, vt puniatur qui non deliquit, & nullus ſanctorum Doct. auſus eſt dicere, præter Aug. 13. q. 2. Dominus noſter. quod cap. non eſt correctum per cap. & ſi pignoratores. Greg. 10. extra de iniur. & dam. dato, li. 6. vt ibi dicunt Mod. Eodem modo excedunt alij cõtra ſubiectos regni. ¶Itẽ hoc male obſeruãt officiales pecuniam & collectã exigentes, qui faciũt repręſalias hominum de uno caſtro, ut habeant ſolutionẽ eis impoſitam, quod in alijs negat dominus, & Rex debet in ſe ipſo ſeruare. pluries dictũ eſt in ſuperioribus.

PAcis cultum. In gl. in ver. abeſſe non põt. ibi dum dicit, hoc ẽt ſpectat ad officium cuiuſlibet iudicis. Per iſta iura dicẽdum eſt, quod cum duo principes Chriſtiani, vel duæ vniuerſitates ſunt in diſcordia, q̃ dñs Papa poteſt & debet ad pacem, vel ſaltẽ ad treugam compellere, & confirmare: cum inferiores magiſtratus hoc poſſint, & debeant. 19. diſt. c. præcipimus. & c. attendendum. & c. prælatum. & ſi põt, & debet ad pacem & concordiã, multò magis ad treugam, & inducias, quæ ſunt præambula ad pacem. arg. ff. de procu. l. ad rem mobilem. & l. ad legatum. & maximè quia ipſe conſtitutus eſt ſuper Reges, & regna, ut ſcribitur Hier. c. 1. extra, de maio. & obed. c. ſolitæ. & põt quemlibet Chriſtianum corrigere de peccato; extra, de iud. c. nouit. & c. cauſam. qui filij ſint leg. & ita vidi de facto. Barth. de Capua.

De his qui in Regno guerram mouerint, & de præſalys puniendis.

COmes vel Baro. Guerram facit qui cum comitiua armatus publicè incedit ad offenſionem alicuius præſtãdo ad commodum exercitum hominũ armatorum, aut ſoldanarios ſine iuſſu principis, & curiæ: quia crimine maieſtatis tenetur, quaſi maieſtatẽ publicam læſerit. ff. ad leg. Iul. maie. l. 4. Spernit enim principẽ vſurpando quod eſt principis. ſ. parare talia cõtra inobedientes. C. lib. 10. vt armorum

vſus

a *Capite puniatur.* Similis pœna † ſtatuta eſt contra uiolatores pacis. ff. de rę mili. l. fin.

† Additio. *Vide pragmat. num. 94.*

* Additio. *Proſcriptione & præſcriptione in aliquibus codicib. legitur, ſed debet legi proſcriptione, ſecundum Afflict. hic, uide c. Regni, plectūtur. car. 15. vbi ſingulariter limitatur hac conſtitutio non procedere in portante arma cauſa ſe defendendi.* Marcus Anton. Pulucrinus.

† *Aliàs publicatione.*

De illicita portatione armorum, &c.

b Intentionis. Cōſtitutio hæc generaliter prohibet portationē armorum. & conc. ff. de vi pub. l. 1.

Additio. *Adde ꝙ hoc fallit in Doctorib. ſecundum Bart. in l. magiſtros. C. de profeſ. & med. & per Phil. in rubri. de magiſtris. in ult. colum. Et an prohibitio armorū facta per poteſtatem extendatur ad famulos inquiſitoris hæreticæ prauitatis. vide per glo. in cap. ſtatutum, de hær. lib. 6.* Superant.

† *Aliàs Idem.*

bonis ſuis omnibus, [a] capite puniatur. Qui autem prę̨ſalias, ſeu repręſalias fecerit, medietatis bonorum ſuorum omnium † proſcriptione * damnetur.

De illicita portatione armorū, & pœna percutientium cum eis.

TITVLVS X.

Nullus hac conſtitutione pœnali reſiſtente, poteſt arma ad nocendum portare: niſi in caſibus hic deſcriptis, hoc dicit.

† IMPER. FEDER.

Intētionis [b] * noſtrę ſalubre propoſitum non tam circa punienda maleficia commiſſa verſatur, quàm [c] vt in committēdis eiſdem uia & materia præcludatur. Quia igitur tam uiolentijs, quàm homicidijs ipſis, armorum interdū prohibitorū portatio cauſam præſtat: Occurrere potius eligentes in tempore, quàm [d] poſt exitum uindicare. Prę̨ſenti lege omnibus regni noſtri fidelibus prohibemus, ut nullus arma molita, & prohibita, cultellos, † enſes, lanceas, pāceras, ſcuta, vel [e] loricas, clauas ferreas, & etiam alia † omnia, quæ nocendi magis cauſa, quàm alterius cuiuſcunque liciti operis gratia ſunt pa-

† *Aliàs cum punctis acutis.*

† *Aliàs arma.*

Quibuſdam tamen nobilibus permittit. ar. C. de præpo. ſa. cu. l. fi. Contrafacientibus pecuniariam pœnam imponit.

In quo ſatis poteſt dici, quòd ſit ius nouum: quia in hoc caſu non inuenitur impoſita. Nota tamen, ꝙ maiorem imponit diuitibus quā pauperibus pœnam, quod eſt generale in pœna pecuniaria, ut C. de iudic. l. properandum. §. ſin autem vtraque. In corporali eſt contra. ff. de incen. l. Pedius. Item in fine no. ꝙ ſi propter paupertatem non poteſt ſoluere pœnam, luit in corpore, ſic. ff. de pœnis. l. 1.

* Additio. *Quid ſi aliquis portauerit arma venenata, an puniatur. vide Barba. in tract. de præſt. Card. in 1. q. 1. partis, citatum per Cottam, in uerbo, homicidium. Et quid in portante gladios ad incidendum panem, vel ad adaptandum calamos, vide glo. in Auth. de armis, in gl. antepen. cum alijs per Cottam in verbo, armorum. Et ibi, an iudex ex cauſa poſſit concedere portationem armorum, puta per partialitates, Bal. in rub. C. qui admitti. & an euntes rus poſſint portare arma, Nicol. de Neap. in l. ult. C. de proxim. ſacr. ſcrin. & quid in portante arma ligata, vide Cottam vbi ſup. & ſi quis fuerit repertus cum armis, an poſſit capi de perſona. vide cap. Regni, item ſtipendiarij. & Moder. in c. Regni, ſtatuimus ut nullus. Et ad materiā huius conſtit. uide c. Regni, plectantur. Et an credatur officiali aſſerenti inueniſſe quem cum armis, Bar. in l. diuus, de cuſto. reo. dicit quòd ſic, ſequitur Affl. in conſtit. fidelium. vide plures limitationes per Petrum Duen. in reg. 55. vbi ampliat trib. modis. Quid in clerico portante arma, vide Couarr. c. 33. pract. qq. & de proclamate facto a Barone contra deferentes arma ſub pœna, vide latè Roland. a Valle, conſi. 3. uol. 2. & ibi, an ualeat conſuetudo deferende arma. vbi dicit quòd non, etiam ſi eſſet memorabilis. de quo etiam Aymo in cōſ. 314.* De Bot.

* Additio. *An poſſit aliquis portare arma, & quando, & quid in mercatore, & quæ ueniant appellatione armorum, late Barb. in trac. Cardin. par. 2. c. 50. col. 10. cum ſeq. & Ioan. de Arno. cau. 2. & an portans arma, & non deprehenſus cum eis, poſſit puniri, Corne. conſil. 20. 3. vol.* Fabius Iord.

c *Vt in committendis eiſdem.* Occurritur contra maleficia duob. modis contra perpetrata per pœnæ impoſitionem, ut per totum tit. de pœn. in C. & ff. Contra perpetranda, quia non licet paciſci, ne agatur de maleficio committendo. Et hoc ne ſpe immunitatis maleficium committatur, ut ff. de fideiuſſor. l. ſi à reo. §. id quod vulgo. Item per impoſitionem † defenſę, vt inf. eo. fidelium. Item cōpeſcendo partes per ſtipulationē, quia Prętor non debet pati ad arma, &c. ut ff. de uſufr. l. ſi uſufr. §. ſi interdū. Item per denūciationem, & cuſtodes, cum dubitatur de partu, vt ff. de lib. agno. l. 1. primo reſpon. & §. 1. 2. 3. & 4. Item per prohibitionē portationis armorum, cum quibus maleficia committuntur, ut hic. ¶ In omnibus igitur criminibus in quibus cognitio pertinet ad Iuſtitiarium poteſt per legitimos modos occurrere, ne committantur: & hoc probat ratio huius l. cum dicit, occurrere potius eligentes.

† Additio. *Nam cum aliquis timet in perſonam offendi, rectè petit fideiuſſoriam cautionem ſibi præſtari, & exigat ab eo, qui ſibi minatur offendere in perſonam, arg. l. denuntiamus. C. de his, qui ad eccleſ. confug. & l. ſi creditores. ff. de priuil. cred. §. ſi neque, Auth. de manda. Princip. & ibi no. glo. ordin. ponendo caſum, & eſt caſus ext. de ſpo. ec. cap. ex trāſmiſſa. & ꝑ Bar. in l. qui bona. §. ſi quis iuxta, de dam. inf.* De Bot.

d *Poſt exitum.* Vt C. quando uni. li. ſi. iudi. in l. 1. qui. cau. in inte. re. non eſt neceſ. l. ſi.

e *Loricas.* Quæ licet non ſint arma molita, tamen prohibentur, ne portentur. Et imponere pœnam portantibus ad Iuſtitiarium pertinet,

ANDRÆAS DE ISERNIA.

vſus inſcio prin. ſit interdictus, l. 1. Et ideo lædit principis maieſtatē. Secus vē ſi cum magna comitiua nō armata, nec illo modo, quo guerra ſit, quis aliquod delictum perpetrat. hi enim tenentur de priuata vi. ff. ad l. Iul. de ui pri. l. 3. Si cum armis, de ui publica. ff. ad l. Iul. de vi pub. l. pen. in fi. Vbicunq; enim ſit guerra, ius erit publica, quæ habet locum, ēt ſi non ſit ſecutum delictum. ff. eo. l. 1. in fi. & l. 2. Si tunc iret cum banderijs, & hominibus ſicut qñ itur ad guerram, puta, ut uidemus Duces in quotidiano uſu iudiciorum cum uexillis, & banderijs, erit tunc guerra: ſi ſine hac aggrauatione erit uis publica, & quando concurrunt, & ſic vtraque, vna non tollit aliam, niſi in eo, quod plus eſt. ff. ui bonor. rapto. l. 1. Vnde guerræ motio habet aliquid enorme, quod non habet lex Iulia de ui publica. Repreſaliæ verò non habēt tantam pœnam, quando à repreſalijs excuſatur quis, ut ſup. tit. prox. dictum eſt: de guerra dicitur de pace tenenda & eius viola. c. antepe. & c. ſeq. & hic finitur lex, Domino guerram, in prin.

Comes, Baro, Miles. Sed pone, ꝙ vna ciuitas habet guerram cum alia, vel eſt guerra inter ciues alicuius ciuitatis, an dicatur publice mota guerra in Regno, quamuis tamen res publica lædatur, uel non lædatur? dicitur ꝙ non, argu. ff. de capt. & poſt. reuer. l. ſi quis ingenuam. §. in ciuitatibus. C. de ſeditio. l. 1. & 2. Barth. de Capua

De illicita portatione armorum, &c.

Intentionis. Mercator per loca nemoroſa, inſidioſa, & timida propter latrones poteſt portare arma, hoc dicit, facit c. Maximinianus 23. q. 3. quia telum cauſa ſalutis tuendæ licitum eſt portare, ut ff. ad leg. Iul. de ui pub. l. ſi. de pa. tenen. l. mercator. 9. coll. Vbi multa dicta ſunt de eo, qui equitat aſinum, vel camelum, repete ea hic. De alijs itinerantibus per loca ſecura, ſi non uadunt equites prohibentur.

Additio. *Adde Ia. Alua. in c. 1. in §. ſi quis ruſticus, in 1. oppo. de pace tenen. in vſib. feudo.*

Idem de nauigatione. Sed in venatione quis nō prohibetur. Item ſi cauſa uendendi, & commercij. Item portare arma quis prohibetur hac conſtitutione, non tamen in domo habere. Ius tamen Romanum prohibet. ff. ad leg. Iul. de ui publi. l. 1. Quod ſanè intelligendum eſt, quando portaret arma ad offendendum aliquem, & ad actum aliquem proceſſiſſet ad offendendum, ſecundum diſtinct. glo. poſitæ in l. ſi quis non dicam rapere. C. de epiſc. & cler. Alij dicunt ꝙ procedit ad actum eo ipſo, ꝙ parat arma ad offendendum aliquem: quia pro ſalute ſua poſſet portare arma, etiā nedum habere in domo. d. l. pen. & de hoc quādo proceditur ad actum, dixi in tit. de Ca. qui cur. ven. l. 1. Sed ſtans armatus cum cultello in publico, punietur, quia portat arma contra hanc conſtit. Item de ui pub. ff. eo. l. 3. §. vna eadem lege. Sed quantum ad pœnam ipſius legis oportet dici, ꝙ ſtabat armatus ad offenſionem alicuius, & hoc conſtabat: alias præſumeretur, ꝙ ad defenſionē, & pro ſua ſalute d. l. pen. vbi præſumitur ex qualitate perſonæ, arg. eorum, quę no. C unde ui. l. 1. ff. ad leg. Aquil. l. ſi ex plagis. §. tabernarius. Vbi uero conſtet, ꝙ ad offendendum aliquem tenet arma, etiam ſi non offendat, tenetur: ſatis enim uidetur quantum ad pœnam illius legis procedere ad actum ſe armando: nec neceſſe eſt pœnam illius legis in rem, vel in perſonam inferre. ff. eod. l. 1. in fi. & l. ſeq. Sed ſi aliquis armatus intret fundum meum, nec damnum aliquod inferat, non tenetur pœna illius legis: quia non conuocauit homines, nec ipſe ſolus damnum intulit in re: ſed quia portauit arma, punitur per hanc conſtitutionem. Verius tamen eſt, quòd ſequitur infra. Item ſi me prohibente intrauit quis fundum meum, tenetur iniuriarum. ff. de iniur. l. qui domum. de in ius voc. pler. que. de ſeruit. l. cum prædijs. Sed ſi damnum intulit ſolus, & cum armis, tenetur de vi publ. ſine armis tenetur de vi priuata, vt ff. ad leg. Iul. de ui pub. l. 3. & l. ſi quis. §. 1. Alij dicunt, ꝙ tunc quando cum armis, ut teneatur de

Idem

rata, ſecum [a] deferre præſumat. [b] Curialibus autem, & ſeruientibus eorum, quouſque nobiſcum in curia cõmorantur, vel domum, aut domo redeunt, vel pro noſtris ſeruitijs tranſmittuntur, arma prædicta prohibita illis deferre permittimus. A tenore etiam præſentis ſanctionis eximimus milites, & filios militum, & Burgenſes, quibus enſes deferre, cùm ipſos extra loca, quæ inhabitant, pro agendis ſuis equitare contigerit, minimè prohibemus. Ita tamen, vt cùm ad prædicta loca reuerſi fuerint, [c] vel alicubi hoſpitantur, enſes ipſos incontinenti deponant. * Quiſquis autem poſt hæc, prohibita arma de-

net, ut in fi.huius l.& ita loquitur gratia exempli, dic quòd eſt infra de offic. ma.iuſti. l. 1.

a *Deferre præſumat*. Videtur concordare iuri Roma. C. ut armo. vſus inſc.principe inter. ſit.l.una.lib. 11. ſecúdum unum intellectum, qui fit in gl.ord. & in Auth.de armis.& in Longobar. de ar.intra.pla. vel ad pla.nô por. l. 1.& 2. ¶ Sed nunquid illi caſus qui excipiuntur de iure Roma.in quibus arma licitè deferuntur, vt cauſa itineris, uel nauigationis, uel venationis, vel commercij, ut ff.ad leg. Iul.de vi publ.l. 1.& 2. & ſic etiã ſeruatur in imperio, erunt ſimiliter excepti ab hac conſt. in Regno. Et certè de primis duobus dico, quòd non, imò potius hic tolluntur, ut patet ex ſequentibus, vbi certis perſonis committit ſpecialiter deferre arma itinerando: ſcilicet Curialibus, & ſeruientibus eorum, & alijs perſonis equitantibus. Vnde aliàs obtinet in contrarium ius commune, ut ff. ad mu.l.municipes.& l. 1.ff.de legib.& ſe.cõ.ius ſingulare.nam quando ſpecialiter in uno excipitur, in cæteris relinquitur regula confirmata, vt ff.de fun.inſtruc.l.quæſitũ. §.idem reſpondit, domo inſtructa legata.vt ſic videlicet, ex perſonis ſpecialiter exceptis inferius, metiamur in cæteris regulam generalem, quòd arma itinerando non portent: exceptio enim confirmat regulã, ut in Auth. de non alien.§.ut autem. In alijs uerò caſibus, ſcilicet cauſa venationis dici poteſt, arma ad uenationem neceſſaria deferri licitè poſſe: cum enim uenatio permittatur ad occidendum Leonem, ſeu aliam feram beſtiam nociuam vt Vrſum, Lupum, & ſimiles, ut C.de vena.fera.l.unica.in prin. lib. 11.& in conſue.feu.de pa.te.§.nemo retia.& in Longob. de uena. per totum. & Inſti.de rerum diu.§.feræ beſtiæ. & §.plane. cum ſimi. Et arma etiam permiſſa uidentur ad uenationem neceſſaria, vt ff. de fun.inſtr.quæſitum.§.ſi in agro venationes.& §.ſeq.& l.cum delanionis.in prin.ſine quibus ſuum vſum uenatio præbere non poteſt, vt in eo.tit.de fun inſtru.l.prætoris.in fi. Et in l. 2.ff.de offic.eius cui mandata eſt iuriſdictio. Quis enim ſani capitis auderet inermis accedere ad occidendum Leonem, qui eſt fortiſſimus beſtiarum: uel aliam feram beſtiam, cui etiam armatus reſiſteret difficulter? Vnde meritò venatori conceditur in acceſſionis locum arma deferre, ſine quibus eſſe non poteſt venator, vt ff.de penu leg. l.nam quod liquide. in princ. Idem dici poteſt in caſu cõmercij, vt ſcilicet vendendi cauſa quis poſſit arma portare, vt in Auth. de armis. dummodo alienigenis, ſcilicet hoſtibus populi Romani non vendat, vt C. quæ res expor. non de.l.fi. Et ita in his duobus caſibus, ſcilicet venationis, & cõmercij interpretatur cõſuetudo. Nec in eis per hanc conſtitutionẽ aliquid innouatur. In caſu verò itineris ego, ſalua meliorũ correctione, non teneo verũ eſſe, quod ſimpliciter hic no. Et ideo dico, ꝙ prohibitio iſta nõ extenditur ad illos, qui cũ per loca inſidioſa trãſeunt, arma impugnationis, nedũ defenſionis deferũt ad terrorẽ latronũ, & volentiũ offendere. ar.in decre. 23.q. 3. Maximianus. Vnde ſane intelligas quod hic no.ſ.vbi quis ſecure itinerare poteſt: præſertim cum nocturnorũ populatorum, aggreſſorũ itinerum, publicorũ latronum, & quorundã aliorũ, cunctis ultio ſit permiſſa, ut C.de met.l.deuotũ.li. 12. C.qñ lic.uni.ſine iudi.ſe uindi.l. 1. & 2.& ibi de hoc.& facit ad hoc quod no.inf.ti. 2.aſperitatem.in fi.

b *Curialibus*. Arg. ad hoc pro huiuſmodi curialibus, vt arma poſſint deferre ex ſpeciali prærogatiua.C.de præpo.ſa.cu.l.vlt.lib. 12.

c *Vel enſes*. Argu. ad hoc, quod huiuſmodi perſonæ poſſint enſes equitando portare.C.de præp.ſac.cub.l.fi.lib. 12. ſecundum vnum intellectum, qui fit ibi in glo.

* ADDITIO. *Vide c.Regni, incip.vt inter ſubiectos.per quod ſtatuitur quòd in patria nequaquam liceat arma deferre, non obſtante quocunque priuilegio.* De Bottis.

a Si

ANDRÆAS DE ISERNIA.

ui pub.conuocauerit homines, ſiue in rem, ſiue in perſonam uiolẽtia ſit illata.ff.de ui pub.l.in eadem.in fi.& l.qui dolo.§.hac lege. Sed in d.l.in eadem.reſponde, & dic teneri de ui publica illum, qui in publico uadit cum telo armatus. Vnde ſi ſic intret fundum meum, tenebitur de ui, etiam ſine uiolentia alia, niſi probet, ꝙ cauſa ſalutis.eo.tit.l. pen.quando impetitur de violentia cũ armis, põt exigi pęna iſta, quia priſcæ ſeueritati accedit.C, de ſepul.uiol.l. 4.in fi. Non obſt.l.ſenatus. ff.de accuſa. quia ex alio facto non irrogatur hæc pœna, ſcilicet, quia portauit arma. Ex alio imponitur pœna illius legis, ſcilicet, quia fecit uiolentiam: & ſic una non tollet aliam.ff.de priua.deli.nunquam. Secus ſi uoluiſſet hæc lex unam exigi, ſicut uoluit, quando defenſa imponitur, inf.de impo.defen.ſi quis in poſterum.§.pœnas.& ſic ſuſtulit alias pœnas legis Corn.de ſicar. In extrahente & non percutiente, inf. l.aſperitatem.ad hoc tamen eſt.ff.de act.& oblig.l.quoties. Item dicũt aliqui non male, ꝙ quantum ad pœnã legis Iuliæ de ui publica oporteret conſtare, ꝙ portauit arma, ut offenderet; quia pro ſua defenſione poſſet, ut dictum eſt: quia ipſa portatio ſimpliciter non erat prohibita iure Roma. quia cauſa tuendæ ſalutis. Si enim ſimpliciter prohiberetur, ſemper præſumeretur eo modo fieri, quod prohibitum eſſet ſicut in faciente iniuriã.ff.de iniur.illud.alias, prætor. Vnde qui dicit, cauſa defenſionis, probet: ſic dicitur C.de ſica. is qui cũ telo cauſa occidendi hominem.& qui dolum dicit, &c.ff.de prob.quoties.§.qui dolo. præſumitur quidem ad offenſionẽ fieri quod prohibitum eſt, qñ percuſſio præceſſit, ut d.l.ſi ex plagis.§.tabernarius. ſecundum Iac.& Ioan.ex qualitate perſonarum hoc præſumitur, quod in caſu iſto nõ haberet locum: Non enim quæritur quando percuſſor percuſſit, † & percuſſus portat arma: Sed de eo, qui portat arma, an teneatur de vi publica. Quantuncunque enim quis eſſet rixoſus, & conſuetus portare arma ad offenſam alterius, & ſic eſſet argumentatio a ſolito. ff.de vſu.l.qui ſemiſſes.de neg.geſt.ſi quis negotia.de pig.act.vel uniuerſorum. quando tamen accuſatur de ui pub. oportet, ꝙ probetur, quòd portauit arma ad offenſam certæ perſonæ accuſantis, uel alterius: & exigitur vt fiat uiolentia corpori animato vel inanimato: uel conuocaſſe homines ad hoc, uel ad alium actum proceſſiſſe, ut in diſtinctione d.l.ſi quis non dicam rapere. Vel armari ad hoc faciendum, eſt ad actum procedere, ut ſup.dicit hæc conſtit. Tenebitur portans ad pœnam portationis armorum, per conſtitutionem iſtam: & lex illa non obſtat.ff.de iniur.prætor. quia hæc debetur diuerſis perſonis, ſcilicet fiſco & læſo: pro quo eſt C. de his qui a non do.l.fi.

† ADDITIO. *No. quòd ſi præceſſit percuſſio præſumitur arma portare ad offenſionem, Andræas de Iſer. ſupradixit quòd eo quia per hanc conſt. eſt prohibita armorum portatio ſimpliciter, ideo portans dicitur portare in caſu, & ſic ad offenſionem: & ſubdit quòd ſi præceſſit percuſſio, eſt vna præſumptio & alia ex qualitate perſonarum: modo hic dicitur ꝙ non quærimus nos quando præceſſit percuſſio: & ſic in hoc capite videtur tenere ꝙ ſi præceſſit percuſſio dicitur ad offenſam. illud autem de qualitate perſonarum dicit, quod non eſt verum, quia quantumcunque eſſet malus homo & ſolitus hæc facere, tamen ſi accuſatur de vi publica requiritur quòd proceſſerit ad actum, alias non præſumitur ad offenſam: tamẽ bene tenetur pœna huius cõſtitutionis, quæ prohibet portationem armorum etiam ſi non percuſſit, & ſic ſimpliciter vt ſubdit ibi dicit hæc conſt. & ſic quo ad leg.Iul. de vi pub. requiritur ꝙ proceſſerit ad actũ quo ad iſtam conſtitutionem ſola portatio, nec vna tollit aliam quia quo ad pœnam huius conſtitutionis applicatur fiſco, illa de vi publ. parti.* De Bottis.

Et ſimile eſt videre in iniuria facta vxori & filio: quia agit pater, filius, & vxor, pater vxoris & maritus: ex vno facto, ex una, ſcilicet iniuria: & vna non tollit aliam.ff.de iniur.l.lex Cornel.§.fi. & Inſtit.eo. §. 2. Multò fortius tenebitur utraque, qui extraxit, & non percuſſit, ſcilicet de vi publica. Et tunc pœna duplicatur fiſco. Et licet lex infra, aſperitatem. correxit leg. Cornel. de ſicarijs: tamen in dicto caſu, quod non mutatur, ſtare non prohibetur. C.de teſta. l.ſancimus. de appel.præcipimus. in fi.aliàs abſurdum eſſet teneri portantem, & non teneri extrahentem & non percutientem, arg. ff. de publ. l. 1.§. vnde quæritur. ff.eo.l. 3. Multo quoque magis tenebitur percutiens ad pęnam armorum & de vi publica, ſed nõ ad mutilationem manus per conſtitutionem inf. ſi quis cum armis. quia tunc cum utraque ſit ad uindictam, vna tolleretur electione alterius.d.l.ſenatus. Non ergo habebit locum lex Iulia de ui publica, quando ad defenſionem portauerit arma.d.l.penult. hoc innouatur per hanc conſtitutio. quia etiã ad defenſionem non portantur niſi, vt ſupra dictum eſt, propter periculum committendorum maleficiorum: quia occaſionem prębet portatio armorum homicidijs & violentijs, ut in princ.huius conſtitutionis, & inf.l.aſperitatem. ¶ Sed quid ſi armatus incedo per publicum ad prohibendum Titium, vt non utatur re ſua: vel, vt iniuſtam defenſam ſibi impoſitam teneat. Conſtat me teneri pęna armorum, etiam ſi iuſte prohiberem vti re ſua. ¶ Sed an tunc tenear lege Iulia de ui publica. Dic ꝙ ex ſola prohibitione ne vtaris re tua, non delinquo, niſi non ſinam te vti re tua. Ita ſunt intelligenda iura. ff. de acquir. poſſeſ.l.fi.§. 1. & ſi ſeruit.vendi. l.ſicut.§.Ariſto.& §.fin. de act.emp. l.qui pendente.de iniurijs.l iniuriarum.§.penult. Vel niſi per prohibitionem inferrem moleſtiam, vel controuerſiam poſſeſſionis, & armatus

a *Si quidem Comes.* Nota quinque genera hominum. Item maioris dignitatis hominem magis puniri. Quod locum habet in pœna pecuniaria. In corporalibus vero minus puniuntur homines maioris dignitatis. Vel diſtinguitur, an delinquat quis in eo, in quo habet priuilegium, & tunc grauius delinquere intelligitur, & grauius punitur. Aut in alio, quo caſu minus punitur. Dignitas enim non auget pœnam delicti, ſed minuit: niſi in ſacerdotali dignitate, vt C. de epiſc. & clericis. l. presbyteri. quod hodie per authenticam ibidem poſitam recipit correctioné, quia minus puniuntur quàm clerici inferioris gradus. In milite tamen propter dignitatem augetur pena, ne ſemper ſit in quibuſdam delictis, ut ff. de pœ. l. quædam. quod autem legitur ff. de re mili. l. 2. ad milites tantum reſtringendum eſt.

b *Si ruſticus.* Quis uocatur, & dicitur ruſticus. Dic ut no. in hoc eo. opere ĩ. de pig. ſub. l. ſubſequentes. Et aduerte circa hoc, quæ ponuntur in tex. & glo. prædicta. Sed alia pena ponitur in ruſtico arma portante, ut in conſue. ſeu. de pa. tenen. l. 1. §. ſi quis ruſticus. Et nota, quod ſecundum conſuetudinem ſeu. mercator qui cauſa negotiandi iter facit, poteſt portare gladium alligatum ſellæ ſuæ, vel poſitum ſub uehiculo ſuo, ut in præalleg. titu. §. mercator. vbi de hoc.

tulerit: [a] Si quidem Comes fuerit, quinque vncias: Si Baro, quatuor: Si miles ſimplex, tres: Si Burgenſis, duas: [b] Si ruſticus fuerit, vnam vnciam fiſco noſtro componat. * Quam pœná ſi egentes propter inopiam forte [c] deludant, publicis operibus deputétur ad tempus, * [d] quæ omnia per magiſtros Iuſtitiarios debitæ executioni tradantur.

* Additio. *An hec pœna poſſit alterari in pœnam maiorem, ut puta quatuor ictuum cordę, vt quotidie fit per officiales Regni. Credo quod non, vt per Maran. in tract. iudi. in tit. de inquiſit. nu. 27.* F. Iordanus.

c *Deludant.* Sic & alias quando non poteſt quis luere in pecunia, luat in corpore, vt ff. de iuriſd. omn. iud. l. ſi quis id. §. in ſeruos, & de in ius uoc. l. ſi. cum ſuis ſi.

* Additio. *Iſtud tempus intelligitur vt infra de ſer. non excuns. l. 1. in ſi.* De Bottis.

d *Quæ omnia.* Id eſt, prohibitio portationis armorum, ut ſup. e. l. poſuit. Et pœna corporalis in egentes. Et pecuniaria in eos, qui ſoluendo ſunt. Cuius pœnę † pecuniariæ exactionem credo ad Iuſtitiarios pertinere, propter arma molita, ut ſup. ea. conſtit. quorum accuſatio, & cognitio pertinet ad eoſdem, ut inf. de offi. Iuſti. l. 1. quia quoties de iuriſdictione quęritur, prima cauſa ſpectatur, non ſequés, vt ff. de iuriſd. omn. iud. l. cum quædam. §. ult.

† Additio. *No. quod ad quem ſpectat cognitio, datur exactio. vide bonum dictum Alex. in conſ. 8. in ſi. uol. 1. ubi inſpicitur tẽpus commiſſi delicti, ad hoc vt ſciatur ad quem ſpectet cognitio.* De Bottis.

a *Homines*

ANDRÆAS DE ISERNIA.

matus ſic prohiberem: tunc de vi publica inquietatiua tenerer, ut ff. de ui & ui armata. uim facit, & notat Azo in ſumma, uti poſſidetis, §. quid autem. Ergo ſi non ſinerem te uti, inquietarem; uel inquietarem inſerendo controuerſiam poſſeſſionis, & armatus prohiberem, tenerer de ui publica, alias non, quia oportet uim fieri rei, uel perſonæ: vel conuocare homines ad hoc, ut ſupra dictum eſt. Sed ad iniuſtam defenſam tenerer, ſi fuiſſet obtemperatum. Præſumptio autem ad offenſas non ſufficit, ut arguatur de ui publica, quia ex præſumptione nemo damnatur. ff. de minorib. l. 4. §. 1. Probationes debent eſſe luce clariores in criminalibus. C. de probat. ſciant.

Arma molita. Id eſt, cultellos cum punctis acutis. à mola, in qua acuuntur, ut nomen conſonet rei. Inſtit. de donat. §. eſt & aliud. & quod de punctis dicit, ad frequentiam ſe refert. ff. de uſucap. iuſto. in princ. & de legib. nam ad ea.

Additio. *Adde l. decernimus, C. de epiſc. & cler. in gl. l. prætor. ff. de edendo. & in c. ſi cupientes. 16. q. 2.*

Idem ſi ſine punctis, vt, manaria, & cætera arma, vt baliſtæ, quia de lorica dicit. Item ſecus ſi Roncam ferream, vel aliud tale inſtrumentum ſecum portaret quis ad agrum, vel ad vineam ſuam, cauſa incidendi ſepes, & ita de iure pôt hæc conſuetudo interpretari, quia videmus quotidie iſta deferri ob cauſam prædictam, ſicut dicit gl. in ſimili, qñ commercij cauſa, & eſt expreſſum in cap. Regis Caroli II. quod incipit, plectantur. Non autem continentur lapides quantum ad pęnam hanc, licet in alijs tractatibus ſic. ff. de ui & ui ar. l. 3. §. fin. Sed ubi percutiat cum talibus armis, vel ronca, vel alio ferreo inſtrõ nociuo tenetur de percuſſo, ut in cap. incliti Regis Caro. II. ſi quis cũ ronca. ¶ Abſurdum eſſet ut qui portat unũ cultellum ad punctam, & ſic arma molita portat, puniretur portatione armorum, ſed ſi percuſſit cum cultello tenetur, ar. ff. ad l. Iul. de ui publ. l. armatos. plus eſt percutere, quam portare: quia plus eſt extrahere tantum q̃ arma portare. ĩ. l. aſperitatem, & l. ſi quis cum armis. Separatorum ſeparata † debet eſſe ratio. C. de donat. inter uir. & uxor. l. ſi maritus, in ſi. ubi plus exceditur, ſeuerius iudicatur. extra de exceſſ. præla. cap. fin. C. de pęn. ſancimus.

† Additio. *Vide ad intellectum horum quæ dicit hic And. Alex. conſi. 103. in 1. vol.* De Bottis.

Curialibus autem. Qui ſint hi, dicitur infra de officio magiſt. Iuſtitia. l. ſtatuimus.

A tenore. Sed quomodo permittit equiti cũ dicat in principio cõſtit. velle committédis maleficijs obuiare, & maior ratio, ſeu dubitatio eſt in equite armato, quàm in pedite, quia eques expeditior eſt ad percutiendum, & habilior pedite? Vnde non vr̃ alia ratio niſi quia Imperator uoluit honorare equites, & iſti ſunt maxime nobiles, & Burgenſes, qui ſunt diuites, ad tenendum equos nobiles, ideo maxime uoluit honorare, & credunt honorari cum permittitur eis enſem portare, quaſi ſeparentur per hoc a ruſticis, innuitur. C. lib. 12. de prępo. ſa. cubi. l. ſi. ſm unum intellectum. Quid ergo in ruſtico equitante? Vr̃ quod liceat ei portare. Sed quia litera enumerat certas perſonas, vt milites: filios militum, & Burgenſes, ergo de eis tm̃ intelligitur. arg. ff. de verb. obl. l. ſi minor. C. de procu. maritus. Et quia de ruſtico nõ dixit directo, nec etiam utiliter, nõ trahetur ad eum ſenſus conſtit. ff. ſol. matr. ſi uero. §. de uiro. Iura adaptantur ad ea quæ frequentius accidunt, &c. ut ſ. prox. dictum eſt. Raro contingit ruſticum equitare, ſi aliquãdo equitaret, iam pro una equitatione vel raró, non concederet ei id, quod Burgenſi, ut d. l. iuſto. Intelligimus ergo de ruſtico

eo qui ruralia opera facit, etiam ſi in ciuitate habitaret. Si talis ruſticus aratro equitet: non attribuetur ſibi id quod Burgenſi conceditur. Secus ſi eſſet Vrbanus habitans in rure, non arans, nec uilia opera, & ruſtica exercens, qui conſuetus ſit equitare: nam hunc non appellabimus ruſticum, quia non loco, ſed qualitate ſecernitur. ff. de leg. 3. ſeruus vrbanus. C. de præd. minor. l. ſi prædium. ¶ Hæc conſtitutio non eſt odioſa, ſed benigna, & fauorabilis occurrens delictis perpetratis, & fauens honoratis equitantibus. Vnde ſi miles & Burgenſis equitando portet enſem ad malefaciendum, & conſtet, tenebitur hac pœna, ſicut dicit d. l. fin. de proxi. ſa. cubi. ibi, cum ad nullius lęſionem, &c.

Pro ſuis agendis. Non ergo qñ pp offenſionem alterius. Sed quõ conſtabit hoc? Reſpon. quia dixit qñ equitabat, vado ad percutiendum talem, ſicut no. in ſimili, in gl. ff. ex quib. cau. in poſ. ea. Fulcinius. §. quid ſit latitare. Vel ſi alias conſtaret, ut non ſit locus coniecturæ in eo quod certum eſt. ff. de leg. 3. ille. de verb. obli. continuus. §. cum ita. Et meretur priuilegium amittere, & honorem. C. de Iudæ. l. Iudęos. ſicut econtra in pedite portante arma cauſa ſalutis, ut dictum eſt in mercatore per loca dubia: nam cauſa ſalutis poteſt. d. l. pen. hoc non offendit mentem conſtitutionis, quæ occurrit maleficijs committendis, niſi conſtet de contrario. ſ. quod ad malefaciendum, nam non debet naſci inde iniuria, unde iura naſcuntur. C. unde ui. l. meminerint. Licet officiales noſtri temporis male ſeruent, intédentes ad prędam, non diſcernentes circa prædicta malos equitantes & bonos pacificos. Et ſic occaſione iuris ad iniquum trahentes compendium, arg. C. pro empto. l. ſi. §. quid ſi nolit. ¶ Quid ſi nobiles prædicti equitét ad bardam, & non ad ſellam, & portant enſes. Idem eſt, ſcilicet quod poſſunt, niſi conſtet, quod ad malefaciendum, eadem eſt ratio: nec videtur alias differentia, in ſella, & in barda, quod litera nõ diſtinguit. ¶ Idem ſi equitent aſinum, vel mulum, libentius equitarent equum ſi haberent, diximus plene in d. c. mercator. de pa. tenen.

Si miles. Simpliciter dixit, & non repetijt filium militis, ſicut expreſſit in prox. Sed ſatis vr̃ repetere, quia ad principium, &c. licet ſit diſpendioſum ei: ſed diſpendioſius eſſet ei, ſi diceret ſe uelle eſſe inter ruſticos vel Burgenſes quantum ad hoc. Vnde honorabilius diceretur, & commodius, arg. ff. de adult. l. miles. §. 1. ubi præponere dotis commodum non erubuit. Priuilegium militis patris, ordine ſanguinis defertur filio. C. lib. 12. de priuilegio eius qui in ſacro pala. mili. l. 1. Secus dicitur in priuilegio conſt. proſequentis, dato militi, ut non probetur contra eum, niſi per certum numerum teſtium, quia iſtud eſt odioſum anguſtans probationes, de quo ibi dicitur.

Executioni mandetur. Qui poſſunt cognoſcere ipſi exequuntur. Vnde ſunt ordinarij in hoc. aliquando quis poteſt cognoſcere & non exequi. ff. de re iud. a Diuo Pio. in ſi. ¶ Sed nunquid appellatur a ſententia, qua quis damnatur ad pęnam portationis armorum, vel ad pęnam defenſę, vel ad pęnam uſurarum, & ſic de ſimilibus pęnis. Vr̃ quod non, quia de pęna non appellatur. ff. de verb. ſign. ſi qua pęna. Item, quia debitor fiſcalis nõ appellat. C. quo. ap. non re. l. ſi. Et debitor dr̃ ex delicto, ut ff. de verb. ſign. creditor, & l. ſi cui non quærimus, qñ eſſet confeſſus & conuictus, quia tunc iure cõi non appellaretur. C. quo. ap. non reci. l. 2. Tu dic appellari pp gñalitatem legum. C. de appel. l. & in maioribus. dicentium in omni cauſa appellari, niſi ubi ſpecialiter eſſet prohibitum. Vnde ſic appellatur contra fiſcum, ſicut contra quemlibet alium, ff. de appel. ſciendum. quia ordine retento. fiſcales cauſæ aguntur. C. li. 10. de dela. l. fin. & de priuil. domus Aug. l. 1. ubi

eſſet

De intrantibus Regnum, vt arma in Regno deponant.

a HOmines extra regnum. Quod ſuperior conſtitutio iniunxit Regnicolis, iſta iniungit exteris illuc accedentibus. Nam cum ferre arma ſit delictum, ut ſupra prox. & ratione delicti quis ſortitur forum, ubi deliquit, vt C. ubi de crim. agi opor. l. 1. & in auth. ibi not.

ADDITIO. *Adde gl. in c. 1. 16. q. 1. Doct. in c. 1. de raptor. Doct. in c. P. & G. de offi. deleg. Anto. de But. in c. quod clerici. de foro compet. Doct. in cle. paſtoralis, & ibi Cardi. in 4. oppo. de re iudic.* Superantius.

Non immeritò ſicut & cæteri Regnicolæ puniuntur.

a *Homines extra regnū.* Simile ſupra de uſuris. l. 2.

ADDITIO. *Nota quòd homines forenſes cum intrauerint regnum debent dimittere arma, eis tamen debet notificari, aliàs non tenentur, quia ſtatutum ſuper nouo negotio non ligat ignorātes: ſecus ſi ſuper antiquo, vt in vectigalib. l. fi. §. licet. de pub.*

An diſpoſitio huius conſtit. habeat locum in aſſaſſino, vide D. Aff. hic, nume. 4. & in conſtit. ſeq. nume. 11. in fi. De Bottis.

† Alibi deeſt, in regno.

De intrantibus Regnum, vt arma † in Regno deponant.

TITVLVS XI.

Conſtitutio regni, quæ prohibet omnibus deferre arma ſub pœna, ligat etiam exteros intrantes regnum cum armis: ſi probare poterit, quòd habent notitiam de dicta cōſtitutione. Et ad euitandam hanc præſumptam ignorantiam, vt hic, & in l. verius. ff. de probation. & 2. c. propoſuiſti. circa fi. ſtatuit Imperator, vt officiales regni, ſtatim cùm exteri intrant regnum, eis notificare debeant dictam conſtitutionem prohibitiuam portationis armorum, & quòd debeant arma deponere, dum ſunt in ciuitate, vel in villis habitatis. h. d. Matthæus.

IDEM.

HOmines a * extra regnum, poſtquàm regnum intrauerint, arma prohibita nullatenus deferre permittimus. Qui ſi ſcienter detulerint, pœnæ, quam contra delatores armorum edidimus, qui in Regno morantur, ſubiacebunt.

Et vt ignorantiam ſimulare non poſſint, ſtatim per officiales noſtros, cùm Regnum intrauerint, ipſis volumus hæc b exponi. Vt panceras & loricas c indutas non deferant. Et ut poſtquam ad loca deſtinata peruenerint, † omnia arma deponant. Dumtamen intra ciuitates & villas † manſerint, cultellos & enſes etiam portare non poſſint.

† Alibi deeſt, in uia.

† Alibi deeſt, in ſerm.

b *Exponi.* No. bonum argumentum, quòd extranei † non teneatur de damno, quod actum eſt in ciuitate, niſi ab officialibus fuerit eis nunciatum, facit ad hoc. ff. de decre. ab ordi. fac. l. ult. licet ſit argu. contra. ff. de pub. uec. & commi. l. fina. §. licet. ubi etiam ſubiungitur, quod non imputatur officiali ſeu publicano, ſi non inſtruxerit tranſeuntem. Et dic de hoc, ut no. Roffre. in libellis, de edicto ſi quis ius dic. non obt. §. quia ecce.

† ADDITIO. *Pro hoc allego: nam etiam qui voluntariè abeſt a ciuitate præſumitur ignorare ea, quæ fiunt in ciuitate. imò etiam banna generalia ciuitatis. l. planè, vbi Bald. ff. de excuſ. tut. cumulat Iaſ. in l. ſi is qui pro emptore. 13. col. ff. de vſucap. vnaſ. ſumit Crot. licet in alijs terminis, in cap. vt animarum, in 3. not. de conſtit. adde glo. in ver. quæri. in l. item Mela. in princ. ad legem Aquil. vide Dec. conſil. 19. column. 1. vbi ponit de viue nouello ignorante ſtatuta. idem Curt. conſil. 27. colum. 9. ver. teſtatur.* Iacob. Anellus de Bottis.

c *Indutas.* Aliàs, indictas.

ANDRÆAS DE ISERNIA.

eſſet ergo debitum ſortis, non lucrum: non appellatur in cauſa fiſcali: ut ſi eſt fiſcalis calculi ſatisfactio poſtulatur. C. quo app. non reci. l. abſtinendum. ſecus ſi ad lucrum, vel ad hæreditatē uacantem. C. de appel. l. lata. Alia eſt ratio, debita perdere, & lucra non capere. C. de codic. l. fi. §. licentiam. & hoc indicat. l. abſtinendum. ibi dum dr, redhibitio debiti fiſcalis flagitatur. Reddere eſt retrodare, cum aliud ſit reddere, aliud dare. ff. depoſi. l. 1. §. eleganter. & ver. uerbum reddendum. Licet aliquando impropriè, cum etiam dare ſignificat. ff. de leg. 2. cum quidam. Vnde a propria ſignificatione non recedimus in dubio, ſed tunc ſeruantur uerba. ff. de exerc. l. 1. §. igitur. de leg. 3. l. non aliter. Sed ſi eſſet manifeſtum debitum poſt ſniam non appellaret, quia iam eſſet appellatio fruſtratoria, & ad differendum, ut dicit glo. in l. abſtinendū, & ff. de app. creditor. §. iuſtus, in gl. Item ſi diceret, portaui arma, ſed grauor, quia nimis eſt magna pœna ſoluere unam unciam, vel duas, vel tres, vt hic dicitur, non appellatur a pœna, & ſic intelligitur l. ſi qua. de uerbor. ſignific. Nec obſt. d. l. fin. quorum appellatio. non re. dum dicit, commoda quæ exponuntur & dicuntur lucra, ut ff. de re iudic. commodis. quia ibi non erat uerè lucrum, imò pluſquam debitum ſeu quaſi debitum certaminis meritum uirtutum a lege redditum. C. de ſta. & ima. l. fi. Nec dicitur ibi quod ſi fiſcus eſſet condemnatus uictori ad illa commoda, quòd non poſſet appellare, quantum ad hoc nihil facit. l. illa. Aliàs eueniret abſurdum, quod in omnibus criminibus, ubi confiſcantur bona, non appellaretur, † niſi ubi ſpecialiter iſtud dictum eſſet, etiam in crimine maieſtatis appellaretur, niſi quando ſeditio in illo crimine facta fuiſſet vel dux factionis eſſet damnatus, quòd caderet in aliquo de caſibus. ff. de appellat. conſtitut. diximus plene in titu. quæ ſunt regalia. ſuper verbo, & cui crimine læſæ maieſtatis. Item quod dicit per Iuſtitiarios & magiſtrum Iuſtitiarium executioni mandetur. ſ. ut ipſi cognoſcant, ſi incidit in pœnam delatus. Ipſi etiam egentes, & non ualentes ſoluere pecuniariam pœnam, punientur in corpore. Hoc. ſ. punire in corpore non poſſent, niſi quia poſſunt primum & principale, ſ. damnare ad pœnam pecuniariam, & ad hoc alleg. gl. l. cum quædam puella. in fi. de iur. om. ut inſpiciatur quantum petatur, non quantum debeatur. hoc eſt, ut ille, apud quē poteſt peti pœna pecuniaria, hic ille habeat poteſtatem punire in corpore inopem, hoc vult dicere prima pars, petatur, non ſequens, quia inſpicitur utrum apud illum poſſit peti, hæc dicitur prima pars, ſeu cauſa, & ſi poteſt ipſe, idem poterit ſequentem cauſam explicare, ſcilicet ut ſi ſoluere non poſſit, hunc inopem puniat in corpore, alter uero eorum, ſcilicet iuſtitiarij aut magiſter Iuſtitiarius adhibebitur, & occupans, ideſt litem conteſtans potior eſt, ut ff. de procu. pluribus. C. ne fi. pro patre. authen. habita, in fi.

† ADDITIO. *In crimine læſæ maieſtatis appellatur. idem firmat Laud. per glo. in §. rei perduellionis, in tract. de crim. læſæ maieſt. in 7. conclu. vide gl. no. in l. Pantonius. §. rei perduellionis, in ver. ſi fiſſ ceſſa. de acq. hære. & per Aret. in tract. maleſ. in verſ. præſente Caio. nam in quolibet cauſa appellatur. gl. in l. qui reſtituere, de rei vend. niſi eſſemus in notorijs vt ſentit And. hic. & latè per Dec. in c. cum ſit Romana. in 9. not. ext. de appell.* De Bottis.

INtentionis noſtræ. Quæro, ſi quis diuerſis uicibus portauit arma, an diuerſas pœnas ſoluet? dic, quòd ſic. ff. de priuatis delict. l. nunquam. actus enim portandi arma reiterabilis eſt, & quoties quis deliquit &c. ff. ad leg. Aquil. l. illud. & propter multiplicationem delicti, multiplicantur pœnæ. de quo in conſtitutio. aſperitatem. Et facit l. ſi a reo. §. fin. ff. de fideiuſſor. & argu. C. de ſer. fug. l. quicunque. Marinus.

De intrantibus Regnum, vt arma in Regno deponant.

HOmines extra Regnum. Scientium pœna debetur propter delictum: Sicut diffinitur, quòd pœna eſt ſatisfactio delicti, ut in ſum. Azo. de pœnis. in princ. Ignorans non delinquit. ff. loc. ſi ignorans. & quamuis ſit publicata conſtitutio, & ſic debet ligare omnes, ut ff. de inſtitor. l. ſed ſi pupillus. §. proſcribere, & in Authen. ut fiant nouæ conſtitut. §. 1. intelligendum eſt de illis, qui erant de loco, ubi publicata fuit: Quia & ſi per ſe non audiunt bannum, tamen audiunt dici ab alijs, & ſic eſſet ſupina ignorantia neſcire quod omnes ſciunt. Sed tunc etiam excuſarentur, ſi probarent ſe fuiſſe abſentes, ut extra de conſtit. cap. 2. in glo. Sed quia eſt exterus a terra & loco, ubi expoſita eſt, non punitur, niſi ſciens, extra qui ma. accu. poſſ. cum in tua, & ff. de decre. ab ordi. facien. l. fin. ¶ Sed ſtatutum conſonans iuri communi antiquo ſicut eſt, de uectigalibus ſoluendis, non oportet denunciari illis, qui habent ſoluere uectigal, ut ff. de publ. l. fin. §. licet. Sed ſtatutum ſuper nouo negotio ſicut eſt ſuper pœna armorum prohibitorum, vult hæc conſtitutio denunciari, ex quo pœna deberetur ex delicto, ut dictum eſt, quod eſt in uoluntate, de quo diximus in titu. quæ ſunt regalia, circa princ. Aut in re propria decretum interpoſitum quātum ad rem ipſam ligat ignorantes. lib. 6. de reſcrip. cap. tibi. & de conceſ. præben. cap. quia cunctis. lib. 6. nam in re propria quilibet eſt moderator & arbiter. l. in re mandata. C. mand. At in lege & conſtitutione eſt, quòd debet, & eſt communis ad omnes, quia omnes ligat, ut C. de legib. l. leges ſacræ, quia omnibus æqualiter præbent ſecuritatem, vt ff. de pœn. capitalium. §. qui ad ſtatuas. Statutum eſt, & debet eſſe uniforme, infra quod & poſt ligat. & indulgētia rei propriæ eſt quæ ex mera condentis, vel dantis uoluntate dependet. Contemplamur ſolum condentis intentionem: priuilegia enim ſunt leges priuatæ, non communes. 3. diſtin. priuilegia. & hoc eſt quod dicitur, quòd quilibet eſt moderator in re propria. Quilibet dicit rei ſuæ legem, prout vult. ff. de pollicita. l. 1. & hæc eſt ſolutio generalis & uera. Item ex conſtitutione, & lege conſueuit pœna infligi, quæ tanquam odioſa, eſt reſtringenda. Sed in priuilegijs conceditur gratia, quæ eſt amplianda, lib. 6. de præb. c. quamuis. Hæc ratio bona eſt, ſed non eſt generalis, quia non ſemper pœna infligitur per conſtitutionem, ut dicit Cardinalis, aliàs Tancredus, in d. c. quia cunctis.

De pœna eius, qui contra aliquem tantum arma extraxerit.

a A *Speritatem*. Hæc conſtitutio corrigit ius commune. Nam de iure communi ſi aliquis gladium extraxerit, & alium non occiderit, tenetur pœna l. Corneliæ de ſica. vt ff.de ſica.l.1.§.diuus, in uerſic.& ex re. Hæc conſtitutio pœnam pecuniariam imponit.

a *Aſperitatem*. Niſi enim eſſet nominatim, & expreſſim innouata pena iuris antiqui, vide licet.ff.ad leg.Corn. de ſic.l.1.Et per cóſtitutionẽ præſentẽ mitigata, poſſet ẽt agi antiqua,vt ff.de act. & obl. l.quoties.in prin.de quo dic, ut ſ.de recept.Pat.l.1.

• Additio. *Vide Io. de Arno.ſing.64.& And. in c.1.§.porro.quę ſit pri. cau. ben. amit. & an in caſu huius cõſt.admittatur procurator. Capua ſing.148.* F. Iordanus.

• Additio. *Vide ad hanc conſtitutionẽ And. in tit.quæ ſit pri.cau.benef.amit.in ver.porro.& ſi puniatur affectus nõ ſequuto effectu, vide per Grā.in dec.74.* De Bot.

b *Indubitanter*. Alias indubitatẽ, qm̃ ſic ſumitur, vt ff.ad leg.Cor. de ſic.l.1.§.diuus Adr.

c *Præſumunt*. Vt ff.ad l.Cor.de ſic.l.1.§.diuus.

d *Offenderit*. Alias læſerit. Et dic, ſ. percutiendo: non.n.pôt negari offenſus, cũ ſolus timor armorũ ſufficiat, ut liceat alicui armis uti, vt ff.de ui & ui ar.l.3.§.qui armati.& ad leg. Aq.ſed & ſi quicũque.& ad leg. Corn.de ſic.l.is qui.

e *Duplicatam*. No. quòd multiplicatur pęna propter delicti multiplicationem, vt inf.l.prox.& ff.de pœn.capitalium.§.ſolent.& §.graſſatores. & C.de ſeruis fug. quicunque.

De pœna eius, qui contra aliquem tantum arma extraxerit.

TITVLVS XII.

Habens animum percutiendi vel occidendi cum armis ſi extraxerit arma, vt percuteret, vel occideret, nec percuſſit, nec occidit: Si eſt Comes, punitur pœna decem vnciarum: ſi Baro, vnciarum octo: ſi miles vnciarum ſex: ſi Burgenſis, vnciarum quatuor: ſi ruſticus vnciarũ duarum. Et ideo ponitur in textu, prout dixi in diuiſione.h.d. Matth.

ASperitatem [a] * veterũ legum, quæ conſtringentes gladios, & extrahentes, & percutientes cum eis [b] indubitanter occidendi animum habuiſſe [c] præſumunt (interpretatione imperialis manſuetudinis lenientes) Præſenti lege in perpetuum Deo propitio ualitura ſancimus: Vt ſi quis arma prohibita contra aliquem extraxerit, nec ipſum [d] offenderit, duplicatam pœnam, quam ſecundum perſonarum conditionem ſuper portatione armorum edidimus, noſtræ curiæ ſe cõpoſiturum agnoſcat. Nec etiam indignè [e] duplicatam pœnam in caſu pręſenti delator armorum ſuſtinere debebit, ut potè, qui armis [f] a nemine prouocatus extrahẽdo ipſa in offenſionẽ alterius, maliuolum ſuę intentionis ꝓpoſitũ publicauit: quod antè per ſolá delationem eorũ neceſſariæ defenſionis obiectu, * dum alicuius inſultũ timere ſe [g] diceret, forſitan poterat colorare.

f *A nemine prouocatus*. No. a nemine prouocatus: alioquin ſecus, ut ff.de bonis liber.qui cum maior.§.ſi libertus. in fi.

• Additio. *No.ꝙ aliquis poteſt portare arma obiectu neceſſitudinis, vel neceſſitudinaria defenſionis, ſi fortè timeat alicuius inſultũ, & qualiter hoc probetur, poteſt dici ꝙ probabitur, quòd ille alias extraxerit arma, ſeu gladium in eum, vt percuteret, vt l. metum, quod met. cau.* Barth. de Capua.

g *Diceret*. Et probaret. ff.de prob. l.2. Et no.ꝙ poſſent arma deferri dũ timetur inſultus, & aliquando conſueuit concedi à Iuſtitiarijs, vt ar. infra, titu. 3.l.1.

Additio. *Adde & quid in clericis? vide gl. ſumma 23. q.8. Doct. in c.clerici. el 1. de vita & hon. cler.* Superant.

Et dic timere, nó ſuſpicari, uel vane timere, vt ff quod me.cau. l.metũ nó vani.& l.metum aũt præſentem. 1.reſpon.

De percuſſione illicita cum armis.

h S*I quis aliquẽ*. Hæc cõſtitutio corrigit illũ §.diuus, qui uoluit percuſſorem teneri l.Cornel.de ſi. cuius pęna eſt, vel deportatio, vel ultimũ ſupplicium, ut co. ti.l.4. in fi. & hic imponit pœnam manus.

De percuſſione illicita cũ armis.

TITVLVS XIII.

Percutiens hominem cum armis, ex qua percuſſione non ſequitur mors, pro tali percuſſione debet ſibi manus amputari, cum qua percuſſit, quia iuſtum & æquum eſt in ea parte corporis plecti, id eſt, ſeparari manus à corpore hominis, cum qua læſit partem, & legem Imperialem. h.d. Matth.

† IMPER. FREDER.

SI quis [h] aliquem * cum armis prohibitis ſupradictis percuſ-

† *Aliàs, Idẽ Auguſt.*

• Additiones. *An hęc conſtit. procedat in percutiente ſeipſum. vide Dec.in conſi.438.1.col.quid ſi percuſſit corpus exanimatum, an puniatur de vulnere, vide Bal.in l.fauorem, C.de his quib.vt indig. qui tenet ꝙ nõ. & vide And.omnino in c.1.§.manus amputetur. de pace ten. in uſib.feu.& Gram.deciſ.16.ponit, an diſpoſitio huius cõſtitutionis habeat locum in ſeruo vulnerante liberum hominem.& in deciſ.28.ponit,*

f *Ane-* an

ANDRÆAS DE ISERNIA.

De pœna eius, qui contra aliquem tantum arma extraxerit.

A *Speritatem*. Occidendi animum habuiſſe pręſumunt. quod ſi per confeſſionem, vel teſtes, vel alias legitime conſtaret, ꝙ ut occideret extraxit arma, vel ut percuteret ſtrinxit gladium, ſed non percuſſit. Vel percuſſit, ſed non occidit, ut j̃. l.prox.quia tunc debet puniri ac ſi feciſſet quod in animo gerebat. Sed hæc conſtitutio mitigat rigorem tantum, quando eſt dubium. Quod dubium ius Romanum interpretatur contra extrahentem, tantum, & contra percutientem eo ꝙ rem illicitam agunt. quando ergo eſt certum, ꝙ uoluit, non eſt locus coniecturæ, de leg.3.l.ille.§.1.de verb.oblig. continuus.§.cum ita. ſicut videtur j̃. l.proxi. Et poterat eſſe certum, quia ſic dixerat extrahens tantum, vel percutiens, Volo talem occidere, aut percutere. Animus probatur per extrinſeca. ff.ex quib. cau. in poſ. Fulcinius.§.animus. & dixi in ſimili ſ. tit.2 conſt. intentionis, ſuper uerbo, æquitatem. Verius dicitur hic & j̃.l.proxi. ꝙ ſit mitigatus rigor, etiam quando apparet de uoluntate mala, & ſic uidemus ſeruari. Nam licet in delictis inſpiciatur uoluntas, ut ff.de fur. qui iniuriæ. ſpectatur etiam exitus.ff.de pęn.aut facta.§.euentus. Si quis ergo tenderet baliſtam, ut proijceret, & non proijcit, ſoluet duplicatam pœnam armorum: ſed ſi proijceret, & non percuteret, aut proiecit dardum, aut lanceam, & non percuſſit, aut percuſſit, nullam offenſam, vel modicum vulnuſculum † inferendo, non puniretur manu, ſed alia pęna, ut dicit glo. j̃.l.proxi. & pro modico vulnuſculo non punitur percutiens pęna manus.

† Additio. *Vide Alex.in conſ.104.in fi.1.vol.Iaſ.in l.ſciendum. 3.col.ff.qui ſatiſd.cog.& Dec.in l.ut vim.ff.de iuſt.& iu.nu.17.in fi.vbi quid ſi inter medicos eſt diſcordia ꝙ vulnus ſit mortale ita vel ne, quid præſumatur. quid ſi percuſſit cũ baſtono. vide Moder.in c.ab illo.nu.48. & in c.cũ roncha, Gram.cõſ.2.& quid ſi percuſſit cũ tumefactione, qua oportuit ſcindi & aperiri per medicũ, vide Arno.in cau.2.& in ſoliloq. 39. ponit quando vulnus non præſumitur mortale.* De Bottis.

A *Speritatem*. Quæro, hæc conſtitutio videtur ad antiqui iuris correctionẽ inducta, & conſtituta, an ſi aliquis ſolus cum armis in aliquem excogitare inſiluit, cauſa percutiẽdi, vel occidendi, & non percuſſit, qualiter puniatur. Quidam dicunt ꝙ ceſſat omnino lex Cornelia de ſicarijs, quaſi ſit ei derogatum per hanc conſt. per quam videtur correcta diſpoſitio l. is qui cum telo. C. ad leg. Cornel.de ſic. & l.1.§.diuus.ff.eo.& dicunt, ꝙ habet locũ actio iniuriarum, & lex Iulia de ui publ. Ad hoc bene faciunt gl.poſitæ in conſt. Regni, ſi qñ.& per hanc conſtitutionem ceſſare, ſeruatum fuit in magna curia Vicariæ. Alij dicunt, ꝙ nec lex Cornelia de ſica.nec lex Iulia de ui publ. ſed tm̃ actio iniuriarum locum habet, & ꝙ ſit pęna arbitraria: & mouentur per conſt. Regni, Iuſtitiarij nomen, & normam. Sed pro illis, qui dicunt, ꝙ habet locum lex Iulia de ui publ. facit, quia inſultus excogitate factus cõnumeratur inter magna crimina, ut in d.conſt.iuſtitiarij nomen, & normam. Item quia reputatur uis publ. ſolũ tenere arma.l.1. ff.ad l.Iul.de ui publ. multò magis debet teneri iſte. Sed reſponde, ꝙ l.illa prima ſit correcta per hanc conſt. Pet.de Monteſ.

In glo. in uerbo, diceret. Innuit hæc glo. quòd iuſtitiarij poſſunt concedere portationem armorum, ut quotidie fieri uidemus, nam perſonam principis repręſentant.ff.de iuriſd.omn.iud.l.ſolent. C.de ſta.& imag.l.2.& de offi.uic.l.1.ad leg. Iul.maieſt.l.quiſquis.& quia omnia facta prouinciæ eorum fidei committuntur, ut ff.de offi.præſec.vrb.l.1.§.initio. Quod intelligo ex iuſta cauſa, ut quia timetur inſultus, ut hic notatur: ad quod facit quod notatur in l.meminerint. C.unde ui & ff.de acq.poſſ.l.iuſte.arg.ad leg.Iul.de ui pub.l.2. Alias forte ſine iuſta cauſa non poſſent.arg.ff.de tranſact.l.cum hi.§ ſi prætor.& ff.de reb.eorum, l.magis puto.§.ſi ex.cum ſi. quod intellige, ſi iuſta cauſa allegetur, & etiam probetur. Et eſt iuſta cauſa, ſi itinerans ire intendit per loca periculoſa, ut ff.ad leg.Iul. de ui publ.l.2. aliàs pen. nec corrigitur per iſtam, ut no.per Andræam de Iſern.in c. mercator.de pa.tenen. Petrus de Monteforte.

De percuſſione illicita cum armis. *Rubrica.*

S*I quis aliquem cum armis prohibitis*. No. cum armis prohibitis quia ſi percuſſit cum lapide, & non occidit, non erit pena manus, ſed alia, et iniuriarum, vel quæ reſultat ex qualitate delicti.

Additio. *Adde l.ſi.C.quæ res expor. non poſſ.glo.in l.ita quorundam.de Iudæis.glo.in c.ſi perfodiens.de homi.& glo.no.& magiſt.in materia.in verbo, arma.in cle.ne in agro.de ſta.mona.*

Ille quoque qui habet arma prohibita ſecum, & percuſſit fuſte, vel

Cor-

ſerit, * [a] ita quòd percuſſus ex percuſſione ipſa minimè moriatur : Percuſſor manum, cum qua percuſſit [b] amittat. Æquum eſt enim in ea parte corporis plecti maleficum, qua legis, & imperij venerationem contempta [c] maleficium perpetrauit.

an habeat locum in mandante vulnerari. Quid in aſſaſſino, vide Ang. in l.1.§.hac verba. ff quod quiſque iur. & Aſſi. hic. nu.4. & nu.11.

An iſta conſtitutio habeat locum in mandante. dic quod non. Gram. in deciſ.28. colum.fina. ſi quis vulnerat ſeipſum, Grammat.deciſio.44. ignobilis verberauit nobilem. Nobilis ignobilem, vide late per Aſſi.in conſtit.obſeruent. §.vt digni tatū, 1.no. De Bottis.

¶ *Sed quid ſi percuſſit cū baculo, non tamē vſque ad ſanguinē, vel barbam expilauit. tūc tenetur in decē aureis parti, & viginti curiæ, vt in conſt. ſi quis alij de pace tenen.* Barth. de Capua.

¶ *Sed ille tex. loquitur de libris auri & nō de ducatis. forte Dominus Bartholomæus ſic fuit interpretatus, quia tempore illius textus Italia multum abundabat in auro, & ideo puniebantur delicta in libris auri, hodie vero non eſt abundantia auri: Ideo libra auri fuit interpretata in ducato aureo, ſed ego punirem iuxta qualitatem perſonarum, loci, cauſa, & temporum.* De Bottis.

¶ *De materia huius conſtitutio. vide Marſil. conſi.103. & Iaſ. in l.ſciendum. ff. qui ſatiſd. cogan. & quid ſi aliquis amputauit digitum, an debeat puniri pœna huius conſtitutionis, vide Bart. in l.non ſunt. ff. de ſtatu homin. & in conſi.201. & 202. & in l.2. de pub. iudic. & Bal. in d.l.non ſunt. & quid ſi percuſſit baculo. vide Gram. voto 15. & 23.*

Vide tex. in cap. Regni, ad peruerſorum. mitigantem rigorem iſtius conſt. vide Io. de Arnon. in cau.2. & c.Regni, qui cum ronca. vide eundem Arnon. in ſing.44. & q percutiens poſſit redimere manum ſoluendo decem uncias, vide gl. ſi in conſtit. ſummo periculo. Fab. Iordanus.

• Additio. *No. hec uerbū percuſſerit, & non dicit, vulnerauerit, quia ſi percuſſit ſolum cum tumefactione carnis, pœna huius conſtit. tenebitur. Ang. de maleſ. in ver. & ipſum Titium percuſſit & vulnerauit, in princ. poſt Barto. in l.prætor. §.qui atrocem. ff. de iniur. & vide pulcram q. ad intellectum huius conſtit. poſitam per Ang. in tract. maleſic. in ver. platea communis. 4. colum. ubi ponit, quid ſi facta fuit condemnatio & executio in manū dexteram, an pro alio delicto fiet in aliam. & alia multa not. vide per Iaſ. in l.ſciendū. 4. col. ff. qui ſatiſd. cog. C Alexan. etiam in l.qui de crimine, C. de accuſat. & uide omnino bonam q. ad hanc conſtit. poſitam in addit. ad Bal. in l.quicunque. de ſer. fugit. vbi ſi eſt amputanda manus. & habet manum aridam, an illa amputabitur.* M. Anton. Puluerinus.

a *Ita quòd percuſſus ex percuſſione ipſa minimè moriatur.* No. ex his uerbis, q talis debet eſſe percuſſio, vt ex ea vulnus, ſeu ſaltem liuor appareat, ad hoc, ut locum habeat pœna amiſſionis manus. Quid.n. ſi percuſſio † carnē non tetigit: ſed forſan ueſtimēta tantum apparēt ex ictu inciſa, ſicut plerūque cōtingit? certe tūc non debet percuſſor manū amittere propter huiuſmodi vulnuſculū, vt ff. de don. inter ui. & uxor. l.quid ergo. Quinimo de vulnuſculo modico non eſt curandū. ff. de ædi. edi. l.ob quæ. §. fi. & l.1. §. proinde. Nihil.n. de iſto caſu, qn̄ tantū quis eſt appetitus, hac l.cauetur, ut arg. ff. ad Syllan. l.& ſi percuſſor. §.ult. Et adde q no. ſuper hoc plura in Longobar. de his quæ inſi. uel ſur. l.ſi quis hominem liberum, alias ſi iudicatum eſt. facit etiam litera ſuperioris prox. l.ubi dicit, nec ipſum læſerit, &c. quia in hac parte lex nō punit ſolum affectum, & conatum, ut patet ſup. l. proxi. in prin. Tenetur tamē percuſſor aliter, utpote iniuriarum, vel l.Iulia de ui publ.

† Additio. *Ad hanc glo. facit gl. in c.cum illorum. extra de ſen. excom. quæ incipit, quid ſi modicum. Et de vulnuſculo, vide Alex. conſi. 104. in ſi. vol.1. Iaſ. in l.ſciendum. 3. col. ff. qui ſatiſd. cog.* De Bottis.

Item no. quod non imponitur defenſa ex parte Comitis, vel Baronis, ſed tantum regis; & hoc dixit textus, inuocatione noſtri nominis. Non audere debent alij hoc ius ſibi uendicare, arg. C. lib. 10. de bon. uac. l. 1. quod male ſeruatur. ¶ Omni exceptione maiores. Qui ſunt iſti? dic quod illi, contra quos non poteſt excep. aliqua opponi, per quam eorum dictum ſit inualidum: quia non pauperes † non ſuſpecti, vel alia cauſa, quæ contra teſtes opponitur, ut teſtes non ſint æquales, dicuntur. ff. de teſtib. l. 3. in prin. ſimilis litera C. de contrah. & com. ſtipu. l. optimam. in fi. ſicut innuit glo. Inſti. de inut. ſtipu. §. item uerborum.

Barones non debent ſibi vẽdicare regalia.

ADDITIO. *Adde cap. 1. de conſang. & affin. quod alleg. pro ſing. Card. Zab. in c. mulieris de iureiur. Bar. in l. admonendi. de iureiur. Alex. de Imo. conſi. 18. incip. Viſo proceſſu cauſæ uertentis inter Antonium quendam Iannis. in 3. volu.*

† ADDITIO. *Andr. ſ. hic tenet quod paupertas repellit teſtem. Iaſ. autem tenet contrarium in authen. præterea, C. unde uir, & uxor. & Alex. in conſi. 65. in fi. 1. vol.* De Bottis.

Quærit glo. ſi impono defenſam ne me deſtituas, & tu obtemperas, deinde poſt 60. dies, aut plus deiicitur, an teneatur? dicit quod ſic, & in hoc bene dicit per. §. quem allegat, item Labeo. & l. 3. §. illud. ff. quod ui aut clam. Quod autem ſequitur in glo. licet uideatur contra. ff. de dam. inſe. l. qui bona. § ſi quis ſtipulatus. dic quod non eſt hoc uerum; immo uerum eſt, ut ſi quando impoſui defenſam, non habebas ius ſpoliandi me, & poſſeſſionem auferendi; poſt habuiſti authoritatem, vel poteſtatem hoc faciendi; vel a me qui dedi licẽtiam tibi, vel a iudice, qui hoc mandauerat tibi: ſi me tunc deſtituas, non teneberis. hoc probatur ff. quod ui aut clam. l. ſi alius. §. Iulianus. Nam ſi antequam te defendam habes hanc poteſtatem acceptis ab authoritate tua, non incideres in defenſam. Idem ſi poſt defenſam impoſitam hoc ius tibi eueniret. arg. ff. de excep. l. 2. §. generaliter. Secus in contrario caſu, quando impoſita defenſam tibi imperas, & ſeruas, tunc modo in pœna iniuſta deſcripſi, quia ſi poſtea non obtemperas, nihilominus ego teneor ad pœnam, in quam incidi ſemel. Sic diximus infra tit. 1. l. 2.

Sexageſimam. Pro uelle ſuit hoc dicere, nec plus, nec minus, ſicut in ætate dicitur. ff. de poſtulan. l. 1. §. pueritiam. Sic alias dat lex quinquageſimam. C. de iure emphyteutico. l. fi. Sic in ſportulis certo modo præſtandis. C. de epiſc. & cler. authen. ſed hodie. & lib. 12. de prox. ſac. ſcri. l. in ſacris, de prin. agenti. in reb. l. fin. de priuilegijs ſcholarium. l. fi. Sic etiam pro uelle datur trigeſima iudicibus & Baiulis, ita infra de ſalario officialis, & trigeſima. l. conſtitutionum. & l. cum iuſta. & l. cum circa.

Illud etiam. Facit defenſam imponenti, & proſequitur cõtemptores defenſarum, & ſic innuit glo. quod repellit exceptiones contra dicta teſtium, per quos teſtes dicentur falſum depoſuiſſe, & ſic poſt aperturam erat hoc, quia ante non poterat conuentus hoc ſcire. unde ſi ante aperturam uellet hoc conuentus probare quod toto die primo Martij poſſedit. Et qui poſuit defenſam probaret, quòd ipſo die poſſedit ipſe, & deiectus fuit, ſtaretur iuri communi, vt ille obtineret, qui per plures teſtes probaſſet. ff. de teſti. l. ob carmen. §. fi. Dicit glo. quod ritus Curiæ eſt contra. Hic ritus oportet probari, quãdo non eſſet notorius in Curia, aut per illos, qui uiderunt huiuſmodi poſitiones reorum non admitti per iudices. ff. de leg. l. cum de conſuetudine. Oportet obtẽtum morem & ritum probari. C. de inu. l. fi. Mos enim dicitur ibi qui ſemper obtinuit. Qui dicit eſſe morem, & ritum probare debet. ff. de proba. l. ei qui. & ſi ſuit ſic aliquãdo obtentum, oportet probare quod tanto tempore ſic ſuit mos & ritus inductus.

Ritus Curiæ eſt probandus quando non eſt notorius.

ADDITIO. *Adde, de iſto verbo ritus, eſt tex. in cap. quoniam contra Chriſtianos, de hæret.*

Aut ſi pluries ſic fuit in Curia obtentum. Hic ritus in hoc non eſt rationabilis, quia ſicut actor probat intentionem ſuam, ita reus exceptiones. C. de excep. l. ſi quidem. & fauorabilior eſt reus quàm actor. ff. de ſerijs. l. fi. Conſtitutio uoluit hoc, quando falſitas obijcitur teſtibus, per eorum dicta, non dixit quando utitur iure ſuo, probando ante aperturam, non dixit tunc, ergo omiſit. arg. ff. de uerb. obli. quicquid. Ritus dicitur rectus. Prauus dicitur corruptela, ſicut conſuetudo cõtra rationem, ut in Auth. ut nulli iud. §. 1. Lex debet eſſe iuſta. 4. diſt. erit. & ritus eſt lex non ſcripta, ut Inſti. de iure na. §. ex non ſcripto. Sed ut nõ opponatur hic ritus, ponat reus hoc modo. Quod ante tempus defenſæ, & tunc, ſcilicet tempore defenſæ, continue tenuit, & quod imponentem defenſam deiecit de fundo ſuo proprio, quem

imponitur corporalis nõ minuitur vel nouatur pœna pecuniaria quæ inſligitur ex defenſa, vel econuerſo, quam in ſuperiori caſu, ubi propter delictum pœna pecuniaria eſt impoſita, quia in duabus pœnis pecuniarijs poſſet obijci non eſſe exigendũ propter defenſam, niſi quantum plus eſſet in ea, quàm in pœna delicti, ut ff. de rei uendicat. non ſolum. & l. ſi malit.

Additio. *Adde quid ſi plures pœnæ pro eodem delicto imponuntur in diuerſis legib. vel ſtatutis, an omnes debeant imponi? vide per Philip. in c. quod olim. in 1. col. ver. quæro plures pœnæ. de Iudæis.* Super.

† Alibi adeſt, aut.

Quaſi quadam compenſatione facta ut hic, non poteſt competenter dici, inter pœnã corporalem & pecuniariã, ut probatur hic per ea quæ no. per Azo. in ſolutione contrariorum. ff. ſol. matrim. Vnde poſſet tamen dici uideri tranſactum de pœna pecuniaria propter pœnam corporalem, ut ff. de his qui no. infa. quid ergo. §. pœna. Sed aliud quãdo augetur vel immutatur a iudice pœna: Aliud quando lex ſtatuit aliquid, & expreſſit, ut hic. Marinus.

† Aliàs, opprimi.

perius eſt expreſſum, augeri. [a] Iudæis, † & Saracenis etiam, & pro eis, alijs officialibus noſtris ſcilicet, in præſcriptis caſibus imponẽdi defenſas cõcedimus facultatem, quos non propterea quòd Iudæi uel Saraceni ſunt arctari † volumus innocentes. Prænominatas etiam tertiam & quartam partem per magiſtros Iuſtitiarios & Iuſtitiarium noſtros, ſic inſtanter volumus abſque alicuius diſſimulationis uitio profligari, & eiſdem ab imponentibus nuntiari: quod ſi ipſos in exigẽdis eiſdem, aut imponentes in denunciandis inuenerimus [b] deſides, aut remiſſos: quicquid aliquibus gratioſè dimiſerit de bonis ipſorũ procul dubio exigemus. [c] Officiales enim qui ſcelera † perpetrata non vindicant, tegere, [d] vt conſcij criminoſa feſtinant.

a *Iudæis, &c.* Accedit. C. de pag. l. Chriſtianis. & de Iudæ. nullus.

b *Deſides.* Scilicet in probando, uel proſequendo. G.

c *Officiales.* C. de iud. properandum. §. ſin. C. de commer. & mer. l. 1. cum ſuis concor. C. ad leg. Iul. de vi pri. ſeu pub. l. ſeruos. §. iudices. C. de ſepulc. uiola. l. 3. in Auth. de quæſt. §. quæcunque autem.

d *Vt noxij.* Alias, conſcij, ut noxij criminoſa feſtinant. conſonat ad hoc. C. de commer. & mer. l. 2. in fi. & illud, culpam quippe facientis habet, qui cũ poſſit corrigere negligit emendare. ſcriptum eſt quippe, non ſolum qui faciunt, ſed etiam qui conſenſerint participes iudicantur, & libat domino proſpera, qui ab afflictis pellit aduerſa. Et negligere cum perturbare poſſit aduerſos, aliàs peruerſos, non eſt aliud quàm fouere. Nec caret ſcrupulo malignitatis occultæ qui manifeſto facinori deſinit obuiare, & probatur odiſſe ſcelera, qui condemnat errantes, nec derelinquit ſibi locum deuiandi, qui non pepercit excedenti. Et primus innocentiæ gradus eſt odiſſe nefanda, & latum pandit delinquẽtibus aditum, qui coniungit cum prauitate ſenſus. Et nihil prodeſt non puniri proprio, qui puniendus eſt de alieno peccato, ut 86. diſt. culpa. And. & alibi ideo legitur, nec diſſimulatione culpabili nefanda licentia roboretur, vt C. de inceſtis & inutilibus nuptijs. l. vlt.

† Aliàs, reperta.

Officia- *De defenſa*

ANDRÆAS DE ISERNIA.

quem ipſe tenebat, & diu ante ipſe tenuerat, quod licuit. ff. de ui & ui arm. l. 3. §. cum. non oberit ritus qui de hoc non loquitur, nec poteſt produci: quia contra rationem. ff. de leg. quod uero. non eſt ueriſimile condentem hanc conſtitutionem uoluiſſe tollere omnes leges, quæ dicunt, uim ui repelli. ff. de iuſt. & iu. l. 2. ad l. Aquiliam ſciẽtiam. §. 1. & 2. nec hoc dicit hæc conſtitutio. arg. C. de inoffi. teſta. l. ſi quando. quia ſi poteſt obijci, quia deſtituit authoritate pacti, ut ſequitur. C. de pigno. actio. l. 3. eadem ratio erit, ut poſſit obijci, quod expellit aggredientem poſſeſſionem, quam tenebat, ſi admittitur poſitio, quia contrahentes ſunt pacti admittere, quia lex hoc vult, arg. C. de fideiuſſor. l. fin. in fi. Nam qui certo modo non poteſt aliquid probare, per alium modum ponendo admittitur, de quo dic extra de teſtib. ex tenore, in fi. in glo.

Vt tamen remitti non poſſint poſtquàm pœna eſt acquiſita Curiæ per factum meum, quia defenſa, quæ impoſita eſt, remitti non poteſt per eum, qui defenſam impoſuit, pro quo eſt. ff. de pact. l. fi. de contratab. l. ſi poſt mortem. §. fi. & tunc tenetur nunciare etiam priuatus, ut expreſſe dicitur hic in fi. huius conſtitutio. & dic hic, ut ibi. Sed antequàm ſit ſpreta, & ſic non quæſita fiſco, pœna poteſt remitti per principalem. ff. de remiſſ. l. 1. in prin. de ope. no. nunc. l. 1. §. unde quæritur. & tunc ipſo iure pœna non remittitur. ff. ſi quis cautionib. l. 2. in prin. ¶ Sed an procurator meus meo nomine imponens defenſam remittit eam. dic quòd ſic, ſi eſt procurator habens generalem & liberam poteſtatem, ſi generalem tantùm non poteſt remittere, quia huius factum prodeſt domino non nocet, alias enim mihi prodeſt. ff. de pact. l. reſcriptum. §. fi. & l. ſeq. in glo. Multo minus ſi eſt procurator ad imponendum defenſam tantum, quia non poteſt remittere. eo. tit. ff. de pact. ſed ſi tantùm, de iureiur. l. iuſiurandum. & l. ſeq. C. de tranſact. tranſactionis placitum. nam excederet tunc fines mandati, pro quo eſt. ff. de noui oper. nunc. l. cum procurator. §. fi. & l. de pupillo. §. qui procur. ¶ Quid ſi officialis imponit defenſam, quod poteſt, ut ſupra in conſtit. fidelium. an poſſit eam remittere † antequàm incidat in eam. dic quod non, quia nec remiſſio tutoris, & curatoris, vel adminiſtratoris Reipublicæ vel præſidis tenet. C. de tranſact. l. præſes. ſemel enim imponendo, functus eſt officio ſuo. ff. de iudi. l. iudex. & hic cùm iuſte impoſuit, caſu quo tenuit impoſitio, diligenter gerere permiſſum eſt ei. ff. de offi. procur. Cæſa. l. 1. §. 1. & videtur expreſſum eo. tit. l. fi. in fi. ubi ſi procurator Cæſaris prohibet tumultuoſum accedere ad prædia Cæſaris, poſteà non poteſt permittere ut redeat, pro quo eſt quod diximus in fi. huius conſtit.

† Additio. *An autem officialis poſſit pœnam remittere, vide Parid. de Put. in ver. Compoſitio, in princ.* De Bottis.

Præterea pœnas, quæ ſuper aggreſſionibus. Hic patet, quòd ſi fiat inſultus poſt defenſam, quod tenetur pœna defenſæ: quia eſt iniuria poſt defenſam inſultũ facere. ff. de iniur. l. lex Cornelia. §. lex itaque, infra de offi. Iuſt. l. 1. Sed tunc nõ punietur de inſultu, quia ſufficit pœna defenſæ: niſi in inſultu percuſſio, aut occiſio facta ſit, ut dicit litera, tunc vtraq; exigeretur, tam ſcilicet pœna defenſæ, quàm percuſſionis, aut occiſionis: ſed percuſſione aut occiſione non interuenientibus, tamen pœna defenſæ committitur: & ſic intelligitur glo. hic poſita.

Nouatas.

Nouatas. Dicit glo. quòd ad rei reſtitutionem ablatæ poſt defenſam poteſt agi coram illo, qui de defenſa cognoſcit: & hoc ſatis bene dicitur. Item quòd iudex ut Iuſtitiarius cognito, quòd incidit in defenſam reus: punit de defenſa per ſententiam: & rem reſtitui iubet ex officio abſque petitione noua. Adducuntur ad hoc bona iura, & dicit quòd ſic ſeruatur in magna Curia. Hic ritus rationabilis eſt puniens delicta perpetrata, ut ſit finis litium, & ideo quod ſeruat magna curia, ſeruabit totum regnum. Inſtit. de ſatiſd. in fi. Sic ſi cognoſcat de furto, & punit furem, & facit rem furtiuam ex officio reſtitui. per iura hic allegata, maxime. ff. de concuſſion. l. 1. & in Auth. de manda. prin. §. quòd ſi delinquẽtes. & hoc ultimo caſu inuenire mirabile eſt, quod poteſt iudex officio ſuo, quod pars petere non poſſet: non enim ciuiliter, & criminaliter ſimul poſſet agi: quia interim patientur inter ſe præiudicium. C. quan. ciui. act. cri. præiud. l. 1. cum ſi. Item de iure Romano hoc non poſſet dici: nam & ſi agatur ciuiliter, & conſtat de crimine, cõdemnatur: & ſi poſteà accuſetur criminaliter (interim enim non poſſet) iterum eſt probandum, dicit gl. C. ad leg. Iul. de ui pub. l. ſi quis ad ſe fundum. & per Caro. in 1. lege Longob. Nam quando ciuiliter agitur de furto, non eſt ritus curiæ, ut criminaliter † puniatur ſub noua propoſitione: at ſi criminaliter puniretur, condemnatur ad rei reſtitutionem ex officio. Multo plus eſt durum puniri in corpore, quãdo ciuiliter agendo probatur crimen, quàm econtrà, arg. ff. de pœ. l. in ſeruorum. in fi.

Ritus magnæ Curiæ Vicariæ ſeruatur per totum Regnum.

† Additio. *Iudex ex officio poteſt criminaliter punire & reſtitui facere bona furata, vide etiam cap. Regni, ſi de furto. Et licèt And. hic teneat, quòd de iure communi ſi ciuiliter eſt actum, & probatum, crimen non poteſt puniri criminaliter ex illis probationibus: tamen in Regno ſi eſt ciuiliter actum & probatum, ſufficit ſola propoſitio criminalis, nec alia requiritur probatio. vide quæ ponit Barto. in l. 2. §. 1. ff. vi bon. rapt.* De Bottis.

Sed poſſet peti rei furatæ reſtitutio, & pœna dupli, cùm utrunque ſit ciuilis, & proponetur ſimul, arg. ff. ad leg. Fauiam de plag. l. ſi quis ſeruum. & de re iud. l. 3. nam ad diuerſa dantur. ff. de cond. fur. l. ſi pro fure. & ſic non obſtant leges, quæ dicunt debere eligere. ff. de reg. iur. l. nemo. §. quoties. de tributor. l. quod in hæredem. §. eligere. Sed dicimus quòd in uno libello reſciſſoria, & rei uendicatio directa proponitur. Sicut de querela inofficioſi teſtamenti, & petitione hæreditatis, ut dicit Roffre. in tit. de reſciſſoria. & plures hæreditates uno libello petuntur. ff. fam. erc. l. hæredes. §. de pluribus. pro ſocio. ſi ſocietatem. §. ſi plures. Sed poteſt agi utraque, & non impediuntur concurſu. Vnde oportet, quod eadem inſtantia & propoſitione, ſeu libello cauſa minuendarum litium. ff. ſi cer. peta. l. quidam. Alij ſubtilizantes dicunt, quod ſunt tot libelli, quot ſunt res petitæ. ff. de verb. oblig. l. ſcire debemus, cum concord. ſuis. Sed quòd unus libellus ſit, eſt ad hoc. ff. de minu. l. prætor. §. ſed ſi plures. C. de anna. excep. l. fi. in 3. q. ubi diuerſas ſummas ex diuerſis cõtractibus poſuit in eadem propoſitione, & erant diuerſæ actiones. Item in hoc eſt ritus rationabilis, quòd alius non fiſcus agat ad pœnam defenſæ: quia imponens pro fiſco, & eius nomine agit. argum. C. de dela. mone. l. 1. lib. 10. punit iudex & condemnat fiſco: & condemnat imponenti quod petitum non fuit.

Vnaquæque

Vnaquæque Curia habet ſuos ritus in iudicijs, & quælibet prouinciа ſuos habet mores. 76. diſt. c. nam.

ADDITIO. *Adde quod abundat in ſuo ſenſu, vt in c. vtinam. 76. diſt. & in c. certificari. de ſepul.*

Ideo dicitur, quod ſequens iudiciorum ordo &c. C. de vet. iure enu. l. 1. §. cum qui. Et ſeruari præcipitur mos, qui obtinuit. C. de iniur. l. fin. in fi.

Iudæis. Poteſt imponi defenſa pro Iudæo, & poſſunt imponere, multo magis ipſi, qui ſunt impotentes, propter quos defenſæ inuentæ ſunt, ſup. l. iuriſgentium. Nam Iudæos ſuſtinet eccleſia, extra de te ſti. c. Iudæi. in alijs ſunt peioris conditionis, quàm Chriſtiani, & debent eſſe. Non enim Iudæus poteſt eſſe officialis. in Auth. iuſiu. quod præſta. ab his & c. in prin. extra de Iudæ. c. Iudæi.

ADDITIO. *Adde cap. nulla. 5 3. diſt. cap. conſtituit. 17. q. 4. l. ſi. C. de Iudæ. l. generaliter. in §. ſi. & ibi Bar. ff. de decur.*

Cum priuilegia data Catholicis denegantur Iudæis, & omnibus qui non ſunt membrum Catholicæ eccleſiæ ſeu fidei, extra de ſum. Trin. & fi. cath. c. damnamus. propter quod Iudæa † uidua non habet priuilegium C. quando impe. inter pu. & ui. & patet in Auth. de pri. hære. non præſt. §. 1. Quicunque deuiat a fide catholica contra eum eſt. C. de Iud. l. Cælicolarum, ut nō offendantur de facto, cū ſunt ſub protectione principis. C. de Iudæ. l. nullus. & hic. Item viuunt, & viuere debent communi iure Romano. C. de Iudæ. l. Iudæi. Vnde dixit Odofr. quod ſi iurat per legem ſuam, & ſuper eam deierat, poteſt de periurio accuſari. nam ſtatur ſacramento eius, & per ſuam legem iurabit de calumnia. ff. de iureiu. l. non erit. §. diuus.

ADDITIO. *Adde, quòd quando Iudæus admittitur in teſtem, non debet iurare ſuper euangelijs, ſed ſuper ſua lege, ſecundum Io. de Imo. in clem. 1. de teſtib. Et per Ant. de But. in proœ. Gregorij. Et qua forma uti debeat iudex, quando defert iuramentum Iudæo? Vide per Spec. in tit. de iuram. calum. in §. reſtat. in verſi. pen.*

† ADDITIO. *De iuramento Iudæi, vide Maran. in tract. de iudi. in 3. par. col. 10.* Fabius Iordanus.

Nam & qui iurat ſuper lapidem, ſicut ſuper euangelia, & deierat, periurus eſt, d. Auth. iuſiu. quod præſta. ab his. & de pa. iur. firm. Item ſacramēta puberum, ut & ibi plenius diximus. Hic liquet, quod aget de defenſa Iudæus, quia ſua intereſt. Idem in omnibus priuatis iudicijs ſeu delictis, ubi ſuum commodum proſequitur, ff. de priu. deli. l. fin. de fur. l. fin. & coram ordinariis iudicibus aget. C. de Iudæ. ſi qua. Sed & publico iudicio accuſabit Chriſtianum, quando ſuam, vel ſuorum iniuriam proſequitur, non alias, 2. q. 7. pagani. 4. q. 1. diffinimus. & q. 5. c. in omnibus. & ff. de accuſa. l. hi tamen. Datur enim accuſatio publica cuilibet de populo Chriſtiano, ſcilicet: nam qui non ſunt de tali populo, contra talem populum ſunt. d. l. Cœlicolarum. Item infames hoc iudicio publico non accuſant. ff. de accuſa. l. qui accuſare. Infames † Iudæi videntur eſſe quantum ad hoc.

ADDITIO. *Adde c. 1. 4. q. 1. c. alieus, 2. q. 7. Hoſt. in ſum. tit. de offi. deleg. in §. cui poſſit delegare. ver. qui autem dicantur infames. & in Auth. Gazaros. C. de ſumma Trin. & fi. cathol.*

† ADDITIO. *Vide Bal. in l. 1. C. de appel.*

Nam teſtificari non poſſunt contra Chriſtianos. † C. de hæret. l. quoniam. de ſum. Trin. l. 2. in fi.

ADDITIO. *Adde c. 1. de teſtib. & c. licet vniuerſis, eo. tit. c. placuit. 4. q. 3. Spe. in ti. de teſte. in § a. verſ. item q Iudæus. Alex. de Imo. c. ſ. 20. in cip. viſo proceſſu inquiſitionis formata. in 1. vol. imo ſi noniter Iudaiſmo, vel hæreſi ad Catholicā fidē ſit conuerſus, non pōt, in c. non poteſt. 3. q. 7.*

† ADDITIO. *Super hoc, an Iudæi poſſint eſſe teſtes contra Chriſtianos, vide Affl. deciſ. 214. Sed an Princeps poſſit expellere Iudæos pacificos, vide Old. conſi. 87. & Alex. conſi. 12. vol. 7. num. 23. vbi etiam, quomodo Iudæi puniantur, & quibus pœnis. Et an poſſint eripi pueri Iudæorum, & contra voluntatem parentum baptiʒari, vide Affl. deciſ. 151. & Laffred. conſi. 48.* Fabius Iordanus.

Non tamē ſunt cogendi ad illa, per quæ cultus eorum inquinatur. ff. de auth. tuto. l. ſpadonem. §. iam autē. pro quibus. ff. ad leg. Corn. de ſica. l. circumcidere. in prin. & de decu. l. generaliter. §. fi. Non poſſunt conueniri Iudæi propterea, ut in die Sabbati reſpondeant, & ad iudicium ueniant. eo. tit. l. die Sabbati. Sed die Sabbati citabuntur, ut ueniant ad iudicium die Lunæ, quia die Lunæ cultus eorum reuerentiā non ſeruat, ſicut in die Sabbati, & ſic ceſſante dicta cauſa, ceſſabit & legis prohibitio. ar. ff. de repu. l. fi. §. ait lex. Item & die Dominico citari poſſunt, ut ueniant ad iudicium die Lunæ, quia dies Dominicus nō eſt eis feriatus: laborant enim & negociantur in illo, nec quieſcunt ab omni opere, quod Deus imperauit, vt dicitur Gene. non ergo huius diei auxilium inuocabunt, qui committunt in diem illum. arg. ff. de mino. l. auxilium.

ADDITIO. *Adde Exod. 20. & in c. licet. de ferijs.*

Quamuis l. dies C. de ferijs. indiſtinctè loquatur non excipiendo Iudæos, imo uidentur includi, cū debeant iure Romano uiuere. d. l. Iudæi. tamē diſtinguitur per rationes illarū legum, ut qui ſpernit diem, eius commodo non utatur. C. de iu. delib. l. fi. §. ſi uero poſtquam. de epiſc. audien. l. 3.

In exigendis eiſdem. Semper intellige, quòd ſententia condemnationis, & exactionis quæ debebat fieri, nō ſit ſuſpenſa per appellationem, cum poſſit appellari, ubi non eſt conuictus & confeſſus, diximus plene ſupra de por. armi. l. 1. circa fi.

In denunciando. Dicunt multi, quod imponens priuatus defenſam non teneatur denunciare. ff. de iure fiſci. l. res quæ. §. fi. ſed ex quo nunciat, neceſſe habet proſequi, ut ibi dicitur. Idcirco expone hic in denunciandis, &c. id eſt, & in probando & in proſequendo denunciatum. Tenetur enim inſiſtere. ff. ad Turp. l. ab accuſatione. §. 1. & d. l. res quæ. & ſi non probat, vel deſiſtat, punitur in tantundem. ff. de iure fiſci. l. 1. §. Senatus, & l. Senatus, in princ. & §. Senatus. & §. Diuus. Vel loquitur in officialibus defenſam imponētibus, qui tenentur denunciare. C. de accuſatio. ea quidem. lib. 12. de Decu. & ſtatu. l. 1. Alijs videtur uerius, quod etiam priuatus denunciare fiſco tenetur exactionem defenſæ ſpretæ, quia hoc dicit hæc litera, & melius hic. §. ut tantum ibi debeat denunciare. Fiſcus ergo tuetur legem, quam fecit contra potentes, licet in ſuum commodum ſit; & ideo non poteſt dici quod lex ſit in hoc non iuſta, tanquam ſuum condentis commodum 4. diſt. erit. Principaliter enim agit, ut delicta puniantur, pro quo eſt. ff. de procur. l. non cogendum §. qui ita. Idcirco punit vtrumque, & remittentem priuatū, qui impoſuit defenſam, quæ ſpreta ſunt, quia dicit gratioſe dimiſerunt: remittendo, aut dimittendo, cum denunciare debuiſſet ius tunc Curiæ quæſitum, quod non licuit, ut §. ut tamen. & iudicem, qui ſi non condemnat, etiam per impudentiam ad tantundem tenetur, faciens litem ſuam. ff. de var. & extraor. cri. l. ſi iudex. Et erit pœna in priuato, ut dicit litera, quantum eſt id, quod gratioſe remiſit. dicit gratioſe, ſcilicet non denunciando, licet dimittere non potuerit remittēdo ius Curiæ quæſitum, & ſic punitur, licet non ualuerit quod contra legem hanc fecit, delictum, quia non denunciauit, conſummatum fuit quantum in eo erat: quia non fecit quod lex iubet. ff. de leg. l. contra legem. & ſic non ob. quod eiuſque inmuer. no. l. 1. §. ult. Sed melius in officiali, proprie ille dicitur dimittere pœnam, qui debebat exigere, licet ille dimittere, vel remittere non ualeat, ut dictum eſt ſupra, uers. ut tamen, & ſic punit conatum, qui non habuit effectum de iure, ut in utroque caſu tam de iudice, ſeu officiali, quam in imponente priuato, ſi habuit quantū in eo fuit, ut dictum eſt. Poteſt etiam loqui in imponente, ut dictum eſt uſque ad literam ibi, officialis enim. ibi loquitur de officiali. Sed quod dicit, non uindicat, loquitur in officiali, quia enim idem ſunt ſignificantia, quare exigatur ab officiali, qui ſic dimiſit etiam per negligentiam, quia dicit deſides, vel remiſſos, priuatus tamen negligens nunciare, non remittere dicitur, largo modo poteſt dici remittere tacendo & non denunciando fiſco. d. l. contra legem, tunc ſi non puniatur hac pœna, erit contra eum arbitraria ſpernendo hanc legem, dum non denunciauit, non facere, facere eſt. Inſtitutio. de nupt. §. ſi uxor. pro quo eſt. ff. de pœn. l. hodie. pro qualitate hominum & factorum, &c. Nam & qui contemnit mandatum Regium, ſic punitur, dicit gl. ſup. in proœmio.

*S*i quis in poſterum. In verſ. nunciare. Sed hodie ille qui denunciat dat teſtes ſolummodo, & non habet neceſſe probare, nec inſiſtere: & accuſator ubi proteſtatur, quando denunciat, non accuſandi animo id ſe facere, ſed tantum inſtruendi iudicem, quod poteſt, vt ff. de admin. tuto. l. ad inſtruendam. illo caſu non compellitur accuſare, quia proteſtatio ſua ſeruat ſibi ius ſuum, ut ff. de acqui. hæred. l. pro hærede. Bartholomæus de Capua.

In gl. quas pœnas. Nota ex iſta gl. q inſultus licet ſit cum armis, & excogitatus, tamen non punitur corporaliter, niſi ſequatur percuſſio, vel homicidium effectualiter, vt in ea. Bartholomæus de Capua.

In textu, In rebus mobilibus. In quibus proprie dicitur committi violentia. Marinus de Caramani.

In textu. conuentionem. Nota quòd defenſa impoſita non poteſt priuata pactione remitti, quia iam erat acquiſitum ius curiæ, & uide c. Reg. ad audientiam. Marinus de Caramani.

In glo. Quid ſi aliquis. in fi. Sed certe ſalua reuerentia huius glo. videtur diſtinguendum, an ex magno interuallo ſit factum, vel non. arg. ff. de adult. l. miles. §. pen. & de donat. inter uir. & uxor. l. uir mulieri. Nicolaus Capoſcroſa.

In glo. deſtituit. ibi, ſed ante. De hoc eſt c. expreſſum in Regno, quod incipit, propoſito. Nicolaus Capoſcroſa.

In eadem ibi, Defenſiones. Hodie hoc eſt expeditū per c. Regis Roberti, q ante aperturam teſtium poſſit conuentus de defenſa quaſcunque defenſiones cū releuātes offerre, præterquam ſi diceret die defenſæ ſe alio loco remotū, ut patet in c. propoſito. Marin. de Caram.

In gl. Nouatas. ibi, ut arg. Hoc hodie eſt expeditum per c. Regis Roberti, quod incipit, Si de furto uiolentia, vel defenſa.

In tex. cognoſcatur. Nota q in cauſa defenſæ impoſitæ per priuatas perſonas, magiſter Iuſtitiarius, vel Iuſtitiarius tātum cognoſcit, & non alius Iudex, ut ſ. prox. conſt. not. Marinus de Caramani.

Nota, pro parte Regia, non Comitum & Baronum imponi defenſam. ut hic, & no. infra, ut nullus inter dema. hab. reg. Conſt. cum uniuerſis. Et eſt expreſſum in c. regni, terrerij.

Nota q hæc conſtitutio non extenditur ad alios caſus, quàm iſtos duos,

De defenſa iniuſtè impoſita. Aliàs, de defenſis impoſitis & contemptis in aliquibus.

TITVLVS XIX.

Ineffrenatè defenſam imponenti, frænum imponitur: vt ſi iniuſtè imponenti obediatur cum aliqua eius incommoditate: an eo exigatur pœna, quia punitur iuſtè illam ſpernens. Sed ſi iniuſtè defenſa non fuit paritum, neuter eſt in pœna. hoc dicit tota iſta conſtitutio.

† IMPER. FREDER.

DEfenſas [a] impoſitas,& cõtemptas inſtanter conſtitutionib. noſtris præſcripſimus exigendas. Sed ne effrænata licentia defenſarum in iure ſuo alicui fidelium noſtrorum poſſit damnum adferre, Statuimus,ſi quis iniuſtè defenſam imponit, veluti creditori ſuo, qui authoritate fortè conuentionis expreſſæ ipſum [b] iure licito pignorauit: vel ſi officiali noſtro iura noſtra forſitan exigenti defenſæ huiuſmodi imponantur.

Imponens huiuſmodi defenſas iniuſtè: ſi quidẽ is, cui defenſa impoſita eſt, ob reuerentiam culminis noſtri, a [c] iure ſuo diſcedens defenſæ obtemperauit, nominatam pœnam, quam defenſæ obediens ſubire deberet, ſi cõueniſſet, ſubeat qui ipſam imponit. Cæterum ſi nihilominus poſt defenſam, is, cui impoſita eſt iure ſuo, authoritate legis vel cõuentionis vtatur, impunitum vtrunque eſſe cenſemus: Alterum, quia ex defenſa etiam ſic iniuſta, nullum omnino commodum reportabit: [d] nec ergo pœnam ſubire debebit: Alterum, quia contra defenſam iure licito veniens, iure ſuo utitur potius, quàm contemnat.

De defenſa iniuſtè impoſita. Aliàs, de defenſis, &c.

a *DEfenſas.* Si defenſa non fuerit obſeruata, ſi iuſta fuerit, punitur contemptor, vt ſupra, titulo proximo. Si iniuſta & cõtempta, non punitur contemnens, nec qui eam impoſuit: hoc fallit in vaſallis, vt ſupra de defen. iuriſgentium. vbi ſi paritum eſt defenſæ, licet iniuſtæ, punitur imponens.

Aliàs, dem— ling.

b *Iure licito.* Vt C. de pignor. l. 3.

c *Iure ſuo.* Simile eſt ff. de regulis iuris. l. nemo.

d *Nec ergo pœnam ſubire, &c.* Sed & ciuilis lex hoc idem ſuadet, vt C. ne liceat ſine iud. l. 1. & 2. & C. de his qui ad eccleſ. confugiunt. l. 1. Secus eſt, ſi ſub pœna excommunicationis aliquis facere prohibeatur, ſiue iuſte, ſiue iniuſte: nam ſi ſpernitur talis prohibitio: nihilominus excõmunicatus eſt ſpretor eccleſiaſticę prohibitionis, ut extra de ſenten. excommunicat. cap. 1.

De ra-

ANDRÆAS DE ISERNIA.

duos, cum ſit odioſa, & contra ius cõe inducta, cum fuerit in odium venientis contra factum ſuum in fiſci fauorem. Barth. de Capua.

In textu. ibi, ut tamen quæſtiones ipſorum. Per hoc determinatur ſi quis iniuſtè imponat defenſam, & ille obtemperauit, ſi obtemperans incontinenti velit agere contra imponentem, quod non poteſt, quia incontinenti fuit ius curiæ quæſitũ, & procurator curiæ debuit agere. Et per hoc vidi multos proceſſus irritari. Barth. de Capua.

Quæro, vnus de duobus qui pacem fecerunt, & promiſerunt ſibi de non offendendo ſub pœna centum vnciarum per eum qui contrauenerit curię ſoluẽda, occidit alium ſecum pacem facientem. Quæro vtrum contra eundem violata pace alium occidentem, poſſit agi per filium occiſi ad pœnam corporalem de homicidio, & per procuratorem curiæ ad pœnam centum vnciarum. Videtur, quòd ambo poſſint concurrere: quaſi per prædictum duo ſint maleficia commiſſa, vnum contra curiam, quæ contempta videtur, & contemptum ſuum proſequitur; & aliud contra patrem, quod filius proſequitur. Nec mirum, nam ex eodem facto diuerſis perſonis ad vindictam competunt actiones, nec vna tollitur per alteram, vt Inſt. de iniurijs. §. patitur. & facit de illicita port. armo. in fi. pro hoc. ff. de iniu. l. 1. § fi. & C. de his, qui a non dom. manu. l. fi. & quod ibi notatur.

Item quia pœna legalis non tollit conuentionalem, licet ambæ proditę ſint ad vindictam, vt ad Turpil. l. ſi pro eo. & pro hoc. ff. de ſepulc. viola. l. 3. §. ſi plures. & in l. ſepulchri violati. eo. ti. licet illa in aliquo faciat contra. & C. eo. qui ſepulchra. Ioannes Grillus.

Quæro, an vt teneat defenſa, ſit neceſſe, vt metus iniuriæ, vel moleſtiæ ſit præſens, an per ſolam ſuſpicionem futuræ injuriæ teneat. & videtur quod metus debeat eſſe præſens, arg. huius. l. & ff. ſi cui pluſquam per l. fal. & l. hæc autem. & ff. de no. ope. nunc. l. dę pupillo. §. nunciatio. & ff. quod met. cau. l. metum, in princ. Contrarium videtur ex mente conſtitutionis, cum occurrat violentijs, & iniurijs in futurum committendis, regio nomine inuocato. arg. in conſt. ſeq. ibi, præuenerit committendum, & in conſt. intentionis, &c. Ioan. Grillus.

De eo qui defenſam imponit iniuſtè. *Rubrica.*

DEfenſas. *Expreſſa.* Idem ſi authoritate legis poſſit pignorare vt de iure Longobardo. facta trina requiſitione in debito nõ dubio: in Longob. de debitis & gua. l. 1. & eſt ratio, quia ſit iniuſta defenſa. tunc enim imponitur iuſte, quando is, qui imponi timet in perſona, vel in rebus violentiam pati, vt ſupra. l. proxima. hic enim non patitur iniuriam: quia ſemel conſenſit pignorationi, quãdo dedit ſibi licentiam pignorandi. ff. de diuer. & temp. pręſcr. l. de acceſſionibus. in fi. non ergo patitur iniuriam, qui ſemel voluit. ff. de aqua plu. arc. l. in diem adiecto prædio. Idem ſi authoritate iudicis hoc faciat: nam iuris actio non habet vim, vel iniuriam. ff. de aqua plu. ar. l. quod principi. quod me. cau. l. obtinet. de iniu. l. iniuriarum. §. 3. ad l. Aquil. quemadmodum. §. magiſtratus. & §. ſeq. ¶ Quid ergo ſi impono tibi defenſam, vt non intres in domum tuam: an ſi obtemperas, tenear ex iniuſta defenſæ impoſitione? Videtur quòd non: nam hæc conſtitutio loquitur, quando defendens iniuſte, aliquod commodum inde reportat: ſicut in exemplis hic poſitis conſequitur commodum: quia non pignoratur, nõ exigitur debitũ, ut in fi. huius conſt. ibi, alterum: quia ex defenſa ſic iniuſta nullum commodum &c. Sed ſi non intras domum tuam, nullum inde commodum conſequitur, ergo ſi ratio non habet locum, nec lex. ff. de repu. l. fin. §. aut lex. & per arg. a contrario, quod validum eſt. ff. de offi. eius cui man. eſt iuriſ. l. 1. § huius rei. Item ſicut non poteſt imponere defenſam: niſi qui timet violentiam in perſona, aut in rebus: ita teneri non debet vbi violentia iniuſtè infertur. Videtur tamen verius, quòd teneatur: quia ſi aliquis me vti re mea prohibet, facit mihi iniuriam, & poſſum agere actione iniuriarũ ſi quis prohibet. de act. emp. l. qui pendente. ergo iniuſte prohibet. Item, quia ſi obtemperetur, habet inde commodum, quia ſatisfit voluntati ſuæ. ff. de cond. ob tur. cau. l. pen. de vſu, & habi. l. fin. Item qui manumittit pro ſua voluntate, intereſt ſua talem habere libertum. ff. de act. emp. l. item quia. §. fi. & dicitur locuples. Secus ſi manumittit ſatisfaciendo voluntati alterius. de præſcrip. ver. naturalis. §. fi. in fi. & tunc non eſt locuples, qui libertum acquirit. ff. de regulis iuris. l. nemo prædo eſt. §. 1. Item quia cauſa huius conſtitutionis fuit effrænare licentiam defenſarum, vt in princ. huius conſtitutio. Et quod dicitur de commodo quod non reportat, frequentiam poſuit. homines enim frequenter ad hoc remedium defenſam imponendi recurrunt, vt cõmode eis conſulatur: ſed idem & ſi commodum non eſſet. Nam non debet eſſe conditionis melioris ſtultus, quàm peritus. ff. quod vi aut clam. l. Seruius. & magis delinquens plus punitur, quàm minus peccans. ff. de pœn. l. capitalium. §. graſſatores. qui facit ob ſuum commodum ſeruãdum ſecundum ſuam credulitatem quodammodo peritus eſt, arg. ſuperficiale quia non debet ſuum ius indefenſum relinquere. ff. de petitione hæreditatis. l. illud.

Qui vero non ob ſuum commodum, ſtultus videtur & plus peccat, quam ille qui ob ſuum ius. Peccat tamen: quia ſi non erat certus, debuit conſulere peritos. ff. de bon. poſſ. l. in bonorum. pro quo eſt. ff. de noxal. l. non ſolum, de donat. inter virum, & vxorem. l. 3. §. 1. in fi. ſed & ſuum commodum eſt ſatisfieri ſuæ voluntati, licet non videatur intereſſe, quia non ſatisfit animo ſuo. ff. de ſeruis exportandis. l. ſi venditor. §. fin. ſed illud corrigitur. Non ergo fuit cauſa finalis imponere iniuſtam defenſam, quia ob ſuum commodum, impulſiua, quia frequens, aliud magis exigitur, non enim ceſſat lex, tali cauſa, ſeu ratione ceſſante. ff. de poſtulan. l. 1. §. initium. & §. ſexum. facit etiam vim inquietatiuam prohibendo vti re mea. ff. de vi & vi arma. l. vim facit. pro quo non imponitur defenſa, vt diximus in l. iuriſgentium. ſed imponendo iniuſtam defenſam inquietando eum, quem iniuſte defendit, tenetur de iniuſta defenſa. Alia ratio eſt in hoc caſu quando iniuſtè defendit, alia quando vult defendere, quia inquietatus non patitur violentiam in perſona, vel rebus. Sed quando iniuſte defendit quis patitur pęnam, quia violentia committitur in perſona, vel rebus. ſed quia non debet imponere defenſam, qui non lęditur facto aduerſarij, quem ſic iniuſte defendit, alia ratio, aliud ius exigit. C. de tranſact. l. interpoſitas.

¶ Item quid ſi ſit impoſita iniuſte defenſa, vt nõ intrem in domum meam, obtemperaui tunc, quia non intraui, ſed poſt paucos dies intrem, an ideo nõ teneberis de iniuſta defenſa? Certum eſt enim, quod ex iniuſta defenſa tua, & mea obtemperatione incidiſti in pœnam, vt in hac cõſtitutione: quia obtemperans iam debet perſeuerare. ff. de in rẽ ver. l. ſi pro parte, §. verſum. de fideiuſ. l. ſtipulatus eſt opus. Verius eſt contrariũ, nam acquiſita pœna fiſco ſemel, non poteſt remitti, ſupra conſtitutio. proxi. §. vt tamen. ſi non poteſt expreſſe remitti per cuius obtemperationem quæſita eſt, nec tacite non obtemperando poſtea, arg. ff. ad municip. l. Lucius. §. pen. pro quibus eſt, de contratab. ff. eod.

De raptu, & violentia monialibus illata.

a *SI quis rapere.* Hæc conſt. quæ punit raptores ſacrarum virginũ, continet ius commune, vt C. de raptu virgi. l. raptores. Si quis rapere, inf. eo. ti. l. 1. & de vio. & maleſ. ſuſp.

ADDITIO. *Adde tex. & ibi Docto. in c. ſi quis non dicam rapere. 36. q. 2. & in l. ſi quis non dicam rapere. C. de epiſc. & cler.*

De vio-

De raptu, & violentia monialibus illata.

TITVLVS XX.

Raptus monialis etiam occaſione matrimonij punitur pœna mortis. Matthæus.

REX ROGERIVS.

SI quis [a] rapere ſacratas Deo virgines, aut nondum uelatas, occaſione etiam matrimonij iungendi, præſumpſerit: capitali pœna feriatur.

ANDRÆAS DE ISERNIA.

ff. eod. l. ſi poſt mortem. §. fi. de pact. l. fi. Ad quod eſt, quia ſi uſus fui non vi, & nõ clam hoc anno, licet poſtea prohibeo, & ſic videor vi uti, nam nõ obeſt ſuperueniens actus, vel prohibitio tollere interdictum, quod cepit mihi competere, quia prius ſine ui uſus eram deſinit competere. ff. de iti. actuq; pri. l. 1. §. fi. & l. 2. & l. 3. in prin. & de aqua quo. & æſti. l. 1. §. idem ait, cum concor. ibi, quantum ad ius tertij, ut fiſci iam quæſitum, ſufficit ſemel obtemperari. nam & ſi poſt non obtemperaret, & male utatur re ſua, quantum ad eum prohibitio interim facta perſeuerat. ff. quod ui, aut clam. l. 3. §. illud. per quem §. & ſimiles, ſicut in prox. conſti. in §. illud dictum eſt. In contrarium qñ defenſæ iuſtæ paretur, tunc cũ imponitur, ſi poſt decem dies, aut plures ſit iniuria in perſona, aut rebus per illum, qui tunc paruit, quod tenetur de ſpreta defenſa, ubi non debuit uim, vel iniuriam facere, nec tunc, nec poſtea, & ſi ſemel paruit, ſufficit ad puniẽdum illum, qui deliquit iniuſtè defendendo. Vnde patet quare ſit aliud ibi, & aliud hic. ¶ Et no. rationem in fi. legis, ꝙ quãdo ex defenſa iniuſta nullum commodum reportat imponens, quia nõ fuit paritum defenſæ iniuſtæ, nec pęnam ſubire debebit. ſic. ff. de fal. impuberem. §. ſi ei ſeruo. de quo plenè dicitur in gl. de prob. inſtru. & te. l. cum conceſſiones.

De raptu virginum ſacratarum. Aliàs, de violentia monialibus illata.

SI quis rapere. Remouet opinionem vulgi, qua licitum eſſe credunt tollere uirginem cauſa iungendi matrimonij. †

† ADDITIO. *Contrahens inceſtas nuptias, ſtatim perdit bona, & filij ex tali matrimonio non ſuccedunt, vide Dec. conſi. 235. & And. in §. contrahentium inceſtas nuptias, quæ ſint rega. & Bal. in l. raptores, C. de epiſco. & cler.*

Quid ergo ſi rapuit tantum, ſed non deuirginauit, nec concubuit, an teneatur eadem pęna? per hanc conſtitutionem non eſt dubium: iure Rom. uidebatur excuſandus propter rationem, quæ redditur in tit. de raptu uirginum. in prin. quod uirginitas corrupta reſtitui non poteſt, & ſic loquitur quãdo deuirginauit, & tunc in fi. l. dicit eſſe abolitas pęnas ueteres. Sed a iure Romano ſic punitur, quia idem ſi attentauit rapere tantum, & non rapuit. C. de epiſc. & cler. l. ſi quis non dicam rapere. & in d. l. 1. de raptu uirginum. in prin. de raptoribus tantum loquitur, poſtea dixit, maxime ſi Deo, &c. ſic. ff. ad leg. Iul. de ui publ. l. qui cœtui. §. qui uacantem.

ADDITIO. *Adde de iſta dictione maximè, per Bar. in extraua. ad repri. in ver. maximè. Raph. Cum. cõſ. 87. incip. Franciſcus de la Compa. Phil. Corn. conſi. 69. incip. viſis, in 1. vol. Tu dic, quòd quando iſta dictio maximè, coniungitur cum uerbis importantibus cauſam finalem, tunc abundat, nec ſtat implicatiuè, vt eſt tex. iuncta gl. in ver. maximè. in c. ſi quis epiſco. 11. q. 3. & in c. cum olim. in ver. maximè ſenex. iuncta glo. fi. de teſtib. & in c. cum contingat, iuncta glo. 1. de fo. compe. per Ioan. And. & Anto. de But. & Ioan. de Imo. in cap. ad abolendam. de fil. presbyt. per Alexan. de Imo. conſi. 77. incip. viſis dubitationibus eleganter formatis in vlt. colum. volum. 4.*

Et pro ſolo raptu etiam ſi coitus non ſequitur, eſt hæc pęna. Nam & ſi mulier rapiat uirum, eſt eadem pena, quæ non coiuit uiro, eo uolente. Et tunc qñ committit uiolentiam in rapiendo, vel in domum ubi cognouit eam intrando, vel ſolicitando, ſi pręceſſiſſet mulieris uoluntas in permittendo ſe cognoſci, nõ excuſatur a pęna capitis. Secus ſi per uoluntatem ſine ui rapiendo, vel domum ingrediendo, aut ſolicitando deuirginaſſet. Inſti. de publ. iud. §. ſi eadem. de quo diximus in tit. quæ ſunt regalia. Item ubi ſine ui & raptu coit cum uirgine, & uidua, ſi proteſtatur quod uelit eam in concubinam habere, pęnam euitat. Idem ſi erat obſcuro loco nata. ff. de concubinis. l. 1. in gl. & in l. 3. & d. §. ſi eadem, loquitur in honeſtæ uitæ uirgine, & uidua ſtuprata: & nõ præcedente teſtatione cõcubinatus, qui iure ciuili permittitur: Nam ex lege nomẽ aſſumpſit. d. l. 3. in fi. Ideò pęnam iuris ciuilis euitat, licet iure Cano. interdicatur, de quo omnis concubitus pręter matrimonialem, eſt prohibitus, ius illud prohibuit propter peccatum.

ADDITIO. *Adde c. nemo. & c. meretrices. 32. q. 4. Doc. in l. later, qui fil. ſint legit. Io. And. in reg. ſine culpa. de reg. iu. lib. 6. in merc. Alex. de Imo. conſ. 128. incip. conſideratis verbis inſtrumenti, in 1. vol.*

Ius hoc excuſat a pęna, nam & raptam non licet ducere, & nihilominus pęna capitis erit, ſi ducet eam in uxorem, licet de iure Cano. poſſit raptori nubere quantum ad hoc, quòd ſit matrimonium legitimum, ut infra l. pęnam. in glo. & ideo uidetur quòd iure illo dotabit pater, arg. extra de adult. c. 1. & 2. Iure ciuili non eſſet, nec eſſe poſſet matrimonium. C. de raptu uirginum. l. 1. § nec ſit facultas. non ergo poteſt dos eſſe, ubi matrimonium non eſt. ff. de iure dotium. l. 3.

ADDITIO. *Adde Saly. in l. 1. in prin. C. de vſucap. pro dote. idem Saly. in l. fi. C. de donat. ante nup. Pau. de Caſt. in rub. ff. ſolu. matr. in prin. & an dos ſit de ſubſtantia matrimonij? vide in l. fin. C. de dot. promi. l. 3. C. de iure dot. l. 2. C. de nup. gl. in c. nullum. 30. q. 5.*

Sed cum ſubſtantia matrimonij ualeat de iure Cano. quo matrimonia iudicantur, de dote tanquàm ſequela ſtetur iuri eidem, cum idem iuris ſit in acceſſorijs quod in principali, arg. ff. de pac. dota. l. inter. §. cum interdicatur. datur etiam per mulierem, quæ non peccauit, & cuius proprium patrimonium eſt dos. ff. de minor. l. 3. §. ſcio. Sed de pœna corporali non intromittit ſe ius canonicum prohibendo ſecularem iudicem.

ADDITIO. *Adde gl. in c. præuaricatio. 2. q. 3. Inn. in c. cũ oporteat. de accuſ. Inn. in c. crimina. de colluſ. detegenda. Maria. in repet. c. ſententiam ſanguinis. ne clerici, vel mona. Pau. de Caſt. conſi. 119. incip. notandum, quòd adulterium. 2. col. & vbicunque de iure Canonico imponitur pęna mortis debet exponi, per ſententiam excommunicationis, vt per Abb. in c. per venerabilem, qui filij ſint legit. verſi. no. vlt. Abb. in c. 1. in vlt. col. de homi. ad Abb. in c. 1. in vlt. col. de fur. Abb. in c. 2. ſuper glo. fi. de maio. & obe. Et dicit Sanctus Thom. 2. 2. q. 99. art. vlt. vbi dicit, quod de iure Canon. non eſt mors, ſed loco eius eſt excommunicatio.*

Sed eccleſia minorem pœnam imponit, attamen quando iuri non derogatur, pęnæ iuris ciuilis ſtatur. c. 2. extra de adult. Item ſi ſponſam per uerba de futuro rapiat, idem erit. d. l. 1. §. quibus. Secus ſi erat per uerba de præſenti, tunc erit uxor, quia conſenſus facit nuptias. ff. de regu. iur. l. nuptias. tunc non tenetur de raptu. 27. q. 2. ſi quis uirginem. ¶ Item iure ciuili ſi uir cognoſcit uirginẽ immaturã ante quam habeat 12. annos, ſibi deſponſatam uxorem, tenetur ſtupri, quia non fuit matrimonium ante id tempus, Inſtit. de nup. in glo. in princ. Iure Canon. completur ex hoc matrimoniũ, malitia ſupplente ætatem, extra de deſpon. impub. c. de his. In Deo dedicata non excuſat matrimonium & uoluntas eius. d. q. 2. raptores. Hæc ergo conſtitutio poſita eſt breuiter cõtra raptores, & de inuentis in rapina & flagranti crimine. De conſcijs & miniſtris non loquitur, quia ſatis erat prouiſum per ll. ſupradictas, C. de rapt. virg. l. raptores, de epiſc. & cler. l. raptores. inf. conſti. 3. Item hi raptores ſi fugiunt & comprehendantur, non appellant, conuicti tamen vel confeſſi. Quid ergo ſi non fugit, ſed cum rapta ſtetit per multos dies, deinde conuincitur? De pena capitis non dubitatur, ſed de appellatione, & de bonis raptoris fuit dubitatum, an hæ pęnæ cumulentur ad pęnam capitis, quando fugit iuxta ordinationem. l. 1. de raptu virg. & quia fuga fecit eum ſuſpectum † & quaſi cõuictum. ff. de bo. lib. l. ſi libertum, & in Auth. de exhi. reis. §. ſi verò.

† ADDITIO. *Fuga facit quem ſuſpectum, vide ſupra in conſti. in tentionis noſtra. vlt. col.* De Bottis.

Item bannum propter fugam & contumaciam ſemper durat, niſi purgetur. ff. de vſur. cum pater. de leg. 2. Titia. §. uſuras. ad quod eſt. ff. ad Syllan. l. lex Cornelia. Hoc autem dicere eſt inconueniens, nam prin illius l. generaliter loquitur ſiue deprehendatur, ſiue non, ſic inf. eo. l. pęnam. Poſtea dicit, deprehenſis, quaſi, quæ notabiliter fiunt, videantur neglecta, niſi notabiliter repetantur, ff. de iniur. l. item apud. §. hoc edicto. ꝙ ergo dicitur per totam legem, referri debet ad omnia, quæ in princ. dicuntur, cum initium ſit generale. ff. de iur. & fac. igno. l. 1. §. pen. & ad primordium, &c. C. lib. 10. de impo. lucra. deſ. l. 1. in fi. & C. ad l. Iul. de ui publ. l. ſi confidis. Dicit ſponſam filij raptam, non dicit, deprehenſam, & tamen habet locum pœna de raptu uirgi. ut dicit ibi gl. Item ſimpliciter dicit Azo in ſum. quorum appel. non reci. quod in crimine raptus fęminarum non appellatur: † ſecus ſi in complicibus, quos dicit appellare poſſe. Item debet conuinci per legitimas & iuri congruas probationes, ut ibi dicitur.

† ADDITIO. *Raptor non appellat, ſecus in complicibus, vide quæ poſui in conſt. capitalem.* Fabius Iordanus.

Vnde ſi facta ſit confeſſio per tormenta non præcedentibus indicijs, ſecus erit, quia condemnatio ex tali confeſſione inualida non ualet. ff. de re iudi. l. 4. §. condemnatum. tunc non negari debet appellatio, donec uideatur an ſit conuictus, vel cõfeſſus legitime, ut non cauſa deferendæ pęnæ hoc proponeretur. C. de fal. l. 1. ſatis differtur pęnæ executio. ff. de app. reci. l. ſciendum. nam & ab iniurioſa, ſeu immoderata executione appellatur, quando non ſit remedium, ſicut in homine mortuo ex pęna. C. de appel. ſi quis prouocauerit, ubi maius periculum

De violentijs meretricibus illatis. *Rubrica.*

O*Mnes noſtri regiminis.* Licet de iure cõi uiolentia illata meretricibus ſit impunita, ut ff. de fur. uerũ, in fi. & arg. ff. de iniur. l. itẽ apud Labeonẽ. §. ſi quis virgines. & eſt ratio. C. de adult. qui adulteriũ, in fi. Præſens tamen conſtitutio punit vltimo ſupplicio inferentes eis uiolentiam. Debent tñ per clamorẽ teſtari dictã uiolentiã, vt hic: & ſecũdo dicto: ad quod facit ff. ad Syllan. l. 1. §. pen. & ad leg. Aquil. ita que. § 1. Et niſi inf. octo dies poſt illatam violentiam, conqueratur: vlterius nõ auditur, ut in fi. huius conſtitutionis, ad quod eſt argumentũ. ff. de pen. ſi quis forte. §. 1. in fi. ibi, neque enim debuit tam arduã rem diu retinere. Omnes noſtri regiminis. infra de hom. & dam. clandeſtinis. l. ſuper.

• ADDITIO. *Vide Barbat. in cap. 1. in fi. de empt. & uendit. & Hippol. ſing. 102. vbi quid de iure communi. Couar. in 3. lib. variar. reſolut. cap. 14. num. 2.* De Bottis.

De violentia meretricibus illata. *Rex Guil.*

TITVLVS XXI.

Pœna vltimi ſupplicij imponitur illis, qui vim faciunt meretricibus contra earum voluntates cauſa libidinis: dummodo ſint conuicti & confeſſi, & meretrices intra octo dies clamorem emiſerint de ipſa uiolentia eis illata: niſi probetur quod intra illos octo dies inuita fuit detenta. h. d. Matthæus.

IMPER. FREDER.

O Mnes nñi regiminis ſceptro ſubiectos * decet maieſtatis noſtræ gloria gubernari: Et alterũ ab altero, tam mares, quàm fœminas, nec a maioribus, vel æqualibus vel minimis defendendo pacis gloriam confouere: nec pati [a] aliquo modo vim inferri.

Miſerabiles itaque mulieres, quę turpi quæſtu proſtitutæ cernũtur, noſtro [b] gaudeant beneficio: Gratulantes, vt nullus eas cõpellat inuitas ſuę ſatisfacere uoluntati. Contra hoc generale edictum ſatagentibus, [c] confeſſis atque conuictis, vltimo ſupplicio inferendis.

Habito tamen cõſiderationis ordine, q ſi uis in locis habitabilibus fuerit illata, clamor oppreſſæ truculenter † emiſſus, q̃ citius poterit elu

a Ali-

a *Aliquo modo.* Aliàs a modo.

ADDITIO. *Mulieres quæ turpi quæſtu. adde an tales mulieres poſſint facere eleemoſynam de male acquiſitis? vide in capit. non eſt putanda. 1. quæſt. 1. cap. ſi non ſunt. 32. quæſt. 4. meretrices. cap. nolite. & in c. eleemoſyna. 14. q. 5. & gl. magiſtra, & ordinaria, in iſta materia, in cap. ex tranſmiſſa. de deci. S. Tho. 2. 2. quæſt. 32. Et an tales mulieres teneantur ad reſtitutionem in foro conſcientiæ, vide per Innocen. & Abb. in cap. quia plerique, de immu. eccleſ.* Superant.

b *Gaudeant.* Corrigitur. ff. de fur. l. uerum.

c *Confeſſis atque conuictis.* Quibus appellare nõ licet: vt ff. & C. qui. appel. non licet. l. 2.

ADDITIO. *Confeſſis atque conuictis. Adde an iſta differant inter ſe, vide in l. fin. C. de executio. rei iudic. l. 2. quær. appellatio. non recip. Cardin. Zabarel. in cap. per inquiſitionem. in ſexta oppoſi. de electio. Idem Cardina. in cap. at ſi clerici. prima colum. de iudi.* Superantius.

† *Aliàs, violenter.*

a Octo

ANDRÆAS DE ISERNIA.

periculum eſt, ibi maior eſt adhibenda cautela, & hoc uidebitis, ad quem appellatur, † non qui damnauit: nam is præſumitur iam ſuus oblitus: de eo enim conqueritur, ideo non diſceptabit de hoc ipſe, qui functus eſt officio ſuo. ff. de re iud. l. iudex.

† ADDITIO. *iudex aliquid iniuſtè faciens, poteſt allegari ſuſpectus, ſi aliquis non præcedentibus indicijs & ſit iniuſte confitetur in tormentis, non debet puniri, de quo per Alex. in conſi. 5. vol. 2. & poteſt appellari, vt hic.* De Bottis.

¶Item quod dicit lex illa, quod uirginitas corrupta nõ reſtituitur, loquitur de rapta, quæ ſi opprimatur, ſeu corrũpatur a raptore; non debet dici corrupta, ex quo mens non fuit corrupta, niſi quantum ad aureolam. Dicit Io. hoc non probatur aliqua litera, quãtum ad hoc, vt non connumeretur inter virgines. hoc ultimum probatur. 37. q. 3. alias. 32. q. ille. Ibi eſt gl. & in c. re uera. quod c. eſt potius contra. Dixit Hugo. in c. illo, q aureola eſt quidam flos, qui datur virginibus carnem & mentem habentibus integram, non habentibus integram carnem, licet mentem ſic, non datur, quaſi fulgor ille detur propter ſignaculum integrum nõ fractum, arg. 26. diſt. acutius. ſicut & ille cui inuito eruitur oculus. 55. diſt. ſicut & euangelica.

Et ſine conſcientia epiſcopi, & ſuorum officialium non poſſunt teneri. eo. ti. ex frequentibus. & ideo excommunicantur tenentes & vſurpantes, vt ibi no. & de renun. admonet. & ad ius epiſcoporum pertinet, quod ſemel eſt domino conſecratum. 12. q. 2. multi. Licet omnia etiam, quæ vt communia infra diœceſis fines. 16. q. 1. omnes baſilicæ. & ideo non fit reſtitutio, vt in c. ab eo.

Additio. *Adde l. ſi quis ſepulchrum. in §. 1. ff. de reli. & ſumpt. fu. tex. in c. mancipia. de rerum permu. tex. iuncta gloſ. 1. in c. quæ ſemel. 19. q. 3. & in regula, ſemel Deo. de reg. iu. lib. 6.*

At feuda poſſunt acquiri multis modis, puta conceſſione, ſeu inueſtitura, & ſucceſſione, de feu. cognitio. cap. 2. de conſuet. recti feu. in prin. Item præſcriptione. ſi de feu. contro. ſue. ſi quis per 30. & ſic poſt præſcriptionem ad rem priuatam pertinent, & haberet vnde vi deiectus, vt in l. ſane. & illa quæ ſunt iuris publici, longiſſimo tempore præſcribuntur ſine titulo. ff. de diuer. & temp. præſcrip. ſi quiſquam quæ longo. ff. de vſuc. l. fi. & hoc in publicis, quæ ſunt in cõmuni vſu. ff. de vſucapio. vſucapere. in quibus habet locum interdictum. ff. ne quid in loco publico. l. 2. §. hoc interdictum, & §. publico. & hoc etiam ad cauſam priuatam pertinet poſt præſcriptionem. Feuda verò & alia, quæ ſunt in patrimonio fiſci, ſicut videntur eſſe feuda quaternata, & caſtra, ad ius Curiæ pertinentia, non videntur eſſe de illis publicis, pro quibus datur interdictum, ne quid in loco publico: ſed priuata eſt cognitio. d. §. publico. hæc alienabilia ſunt iuſſu principis, arg. ff. de leg. 1. apud Iulianum. §. ſed propterea priuati eſſet cognitio. hodie iure Romano Cæſaris procuratoris, in regno magiſter Iuſtitiarius, coram quibus cauſæ fiſcales tenent debitum ordinem iuris. C. de dela. lib. 10. l. omnes, de condu. domus Auguſtæ. l. 1. Item cauſæ fiſcales agitantur iure communi: nec aliquid extraordinarium iura ponunt in his, videlicet, vt domini ſpolient tenentes: de quibus ſpeciales Rubricæ ponuntur in ſumma feudorum. Si dominus, de forma iudiciorum in feudis, & ſequentibus titulis. Imò ſi dominus ſpoliet vaſallum, & malo modo intrauit poſſeſſionem, agit vaſallus, vt dominus reſtituat poſſeſſionem, de milite vaſallo, qui contumax eſt. §. ſi verò. Ex quo permittitur feudum acquiri multis modis, quomodo poſſeſſor ſpoliabitur contra omnia iura dicentia poſſeſſiones reſtitui, ſi ex interuallo ſpolientur, de vi & vi arma. l. 1. §. qui autem vi. C. de rei vend. l. ordinarij. de agrico. & cenſitis. ſi coloni. lib. 11. & in ordine non curatur, vel contra. C. de pactis. ſi pacto. in fi. & ſi euidens eſſet vitium, vt mancus, vel debilitatus, poſſet eſſe diſpenſatum cum tali: quia cum ſpurio poteſt, vt in Auth. quibus modis natu. efficiunt. legiti. §. fin. in glo. & c. ab eo. ſpecialiter loquitur in ſpeciali ratione, quia omnia iura infra fines &c. vt in d. c. omnes baſilicę. & non fit ſic de omnibus ſitis in Regno, quæ ſunt Regis ſecundum Hoſtienſem, vt diximus in titulo qualiter iura. de vaſal. fideli. c. 1. cum l. ſponſus. loquitur quando non tuetur poſſeſſores quantum ad hoc, vt non competat publiciana: non tueatur eum ſi moleſtetur vel deijciatur: nam & emptor feudi ignarus, agit ad pretium, & intereſſe, vt not. in l. Imperialem.

§. 1.

De reſtitutione poſſeſsionis.
Aliàs, Contra quem de reſtitutione agatur.

TITVLVS XXVI.

Deſtitutus ſua poſſeſſione habet electionem agendi ad intereſſe contra deſtituentem, vel eius hæredem, vel contra eum, ad quem peruenit poſſeſſio rei, de qua fuit ſpoliatus cum vitio, vel ſine vitio ſpolij. h.d. Matthæus.

† IMPER. FREDER.

Circa [a] violentiarum * pœnas, eas patientibus ſatis credimus ſacris conſtitutionibus prædeceſſorum noſtrorum, & noſtris eſſe prouiſum, quodam iuris rigore circa deſtitutores uiolentos inducto, quòd deſtituto cõtra deſtituentem tantum, vel eius hæredes reſtituen-

† *Aliàs, Idem Aug.*

De reſtitutione poſſeſſionis. *Rubrica.*

[a] *Circa violentiarum.* Hæc conſtitutio notabilis eſt, & contra ius commune, ſcilicet, quod non tenentur ſingulares ſucceſſores inuaſoris poſſeſſorio iudicio, vt ff. de ui & ui arma. l. cum a te. Sed uniuerſalis tantum, vt hæres, vt eo. ti. l. 1. in fi. Vel pater, vel dominus eius, ut eo. ti. l. 1. §. familiæ. Sed ſecundum hãc laudabilem ſanctionem datur electio ſpoliato, ſi uelit agere cõtra deijcientem, aut cõtra quẽlibet ſingularem ſucceſſorem: & ad hoc cõcor. extra de reſt. ſpol. c. ſæpe. & no. eo. ti. c. cùm ad ſedem. ¶ In petitorio vero erat eius electio, etiam de iure communi, vt ff. de pet. hæred. l. 1. §. pe. ¶ Circa uiolentiarum. Vel eius hæredem, uel ratum habentem deſtitutionem ab alio nomine ſuo factam. quod dic vt in ſumma, vnde ui. §. item contra eum qui ratam. G.

• ADDITIONES. *An agatur ſpolio contra eum qui precario poſſidet & negat reſtituere, vide tex. in l. ſi pignori. §. pen. ff. de pignor. act. & Affl. in cap. ſi facta. ſi de feu. fuer. controuer. inter domin. & agnat. ubi quòd ſic, etiam ſi precario rogatus nunquam ipſe poſſederit. Et quòd de iure communi quandoque ſpolium annullet venditionem rei factam tertio, Iaſ. in l. 1. C. qui teſtam. fac. poſ. in fi. & an remedium titu. unde vi, detur contra ſingularem ſucceſſorem, vide Rip. in cap. ſæpe, de reſtit. ſpol. & aliqua per Loffr. conſi. 37.*

Quid ſi actum eſt contra aliquem tanquã ſpoliatum, & probatum ſit quòd mandauit, an poſſit obtineri, vide Ioan. Fab. in §. lex eſt, Inſtit. de iure nat. gent. & ciuili. Fab. Iordanus.

¶ *Ad hanc conſtitut. vide ſcribentes in cap. Regni, ſubditorum, nume. 57.* De Bottis.

a Succur-

ANDRÆAS DE ISERNIA.

§. 1. & ibi Doct. & maximè Moder. qui multa congerunt, quæ vide per te. Poſſumus enim poſſidere rem, cuius proprietatem habere non poſſumus. 12. q. 1. c. dilectiſſimis, circa medietatem, in parua glo. licet non poſſit præſcribi, ut in c. cauſam. Ad hoc dicas, quòd ſi uitium & cauſa, quare feudum non poſſit habere non eſt in aperto, nullo modo eſt deſtituendus, per ea quæ dicta ſunt ſup. Si ſit euidens, ut mancus, & debilitatus, & non opponitur diſpenſatio vel alia legitima exceptio: & tunc accipiatur poſſeſſio per iudicem, aut Regem, vel Regis curiam, per iura prius allegata. Aut poſſeſſor opponit diſpenſationem, aut legitimam aliam exceptionem, ſeu obiectionem dicendo, quod nouum feudum conceſſum fratri, & ſibi conceſſum fuit, & ſimile: & tunc aut probare vult incontinenti, & debet audiri: quia in c. ab eo. dicitur, niſi aliud oſtendatur &c. Debet enim tunc oſtendere conceſſum ab eo, qui ius concedendi habebat. ff. de loco publ. fruen. l. 1. de aqua quoti. & æſtiua. l. 1. §. ait prætor. nam & poſteà probans reſtitueretur, ut in c. ab eo. Ergo ſi ante ſpoliationem diceret hoc, debet audiri: hodie conſtat &c. ff. ad Trebell. l. ille a quo. §. tempeſtiuum. ut in poſſ. legat. l. ſi is a quo. C. ad exhib. l. fi. ſecus ſi in promptu non haberentur probationes: & res exigeret longiorem examinationem & indaginem, ut in concordantijs d. l. fin. tunc eccleſia, prælatus, & fiſcus utuntur iure ſuo reuocãdo, quod conſtat illicite detineri. extra de fil. presbyt. c. quantum, & per Roffr. in ſimili in d. tit. de edic. diui Marci, circa medium. Et ſi poſt oſtendat legitimũ obiectum, per quod non debuit poſſeſſione priuari, reſtituetur, ut in c. ab eo. Fiſcus cauſa mali eſſe non debet, & non debet ex abrupto procedere, & incipere a tormentis ſpoliãdo, ſed uocabit poſſeſſorem ſi habet aliquod legitimum auxilium ad ſui defenſionem, arg. d. l. iuſtas. Nam ſi prætenderet legitime aliquid, ut diſpenſationem, quam offerret ſtatim probare, & hoc non obſtante deſtituatur, ante omnia eſſet reſtituendus, licet eſſet notorium ſpoliatum non poſſe poſſidere, dicit Inno. de fil. presbyt. c. ueniens. Item videtur hoc diſpenſabile, ut habeat laicus beneficium eccleſiaſticum, vel præbendam, tanquam ſtipendium.

ADDITIO. *Adde glo. in verbo, receperunt. in cap. cùm M. de conſtit. Card. Zab. in c. cùm a Deo de reſcrip. in 5. notab. & Abb. in c. maioribus. de præb. Arch. in cap. alienationes. 12. q. 2. Idem Arch. in cap. ſi gratioſè. de reſcrip. in 6.*

Sed cum cauſa diſpenſat prælatus, ut quia eſſet utilis eccleſię hic, cui confertur beneficium ſicut in clerico coniugato, dicit Inno. extra de cler. coniug. c. diuerſis. & c. Ioannes. & per ea quæ dicuntur in c. ueniens. & de elect. in c. noſti. per Inn. quamuis poſſet dici quod hæc ratio non reſpexit d. c. ab eo. arg. ff. de legi. l. nam ad ea. eccleſiam & ius ſpirituale laicus non poteſt habere, ut canonicatum, dixit Hug.

ADDITIO. *Adde glo. in verbo, receperunt, in d. c. cùm M. de conſtit. tex. in c. in eccleſiis. de inſtit. Card. Alex. in c. placuit. 32. diſt. Philip. in c. ex eo. de reſcrip. lib. 6.*

Sed beneficium & præbendam poteſt ex cauſa, de conſtit. cùm M. Ferrarien. de elect. noſti. de inſtit. c. in eccleſia. per Inno. & Ber. his & ſimilibus caſibus, contradictore apparente, examinabuntur cauſæ contradictionis. C. de edic. diui Adria. tollen. l. fi. aliàs eſſet nullum, quod fieret: quia hoc eſſet ſecundum unam partem tantùm cauſam audire. Dicit Ioannes. C. de ſenten. l. prolatam.

Vniuerſalem ſucceſſorem eius. Quomodo hæres, & ſucceſſor & ſimiles tenentur ad pœnam, cum interdictum ad pęnam non detur. ff. de ui & ui arma. l. 1. §. fin. & l. ſeq. & l. 3. in prin. Poteſt dici, ut ideo ſit hoc grauamen, quia releuatur in alio, ſcilicet in medietate æſtimationis. ff. de iureiu. l. eum qui. Vel dic hæredem de eo quod peruenit ad eum, & locupletior factus eſt: quo caſu tenetur, ſicut quilibet poſſeſſor. ff. de publ. l. commiſſa. & l. ſi publicanus. Sed hic loquitur expreſſe de pęna, ſcilicet medietate æſtimationis rei uiolentæ, ut ex litera patet expreſſe. Videtur uerius ut loquatur, quãdo prius inchoatum erat iudicium de hac pęna contra uiolentum. C. ne ex delic. defun. l. 1. nam lex hoc interpretãs, niſi in eo, quod corrigit, habet locum; ubi aliàs, ut lex, quæ interpretatur, habet locum, ut in Auth. de filijs ante dot. inſtru. natis. circa fin. ff. ſi quis teſtam. lib. eſſe. l. 1. §. hæc actio. ad quod eſt ff. de publ. & uectig. l. fin. §. pœnæ. & l. cotem. §. illicitarum. ut de eo quod peruenit, vel locupletior factus eſt uniuerſalis hæres, teneatur de pęna, ſi fuit lis conteſtata contra defunctum uiolentum. Incipit a modificatione hæc conſtitutio, & ſic intelligitur tota, niſi ubi expreſſe exaſperatur, arg. ff. de iuris & facti ignor. l. regula. §. pen. de eden. l. ſi quis ex argentarijs §. ſi initium. C. de impo. luc. deſcript. l. 1. in fi. lib. 10.

Violentias. Cui autem applicetur iſta pœna medietatis æſtimationis rerum? Quidam uoluerunt dicere, quod applicatur fiſco propter uerbum, mulctandum, hic poſitum, ut in l. mulctarum. C. de modo mulct. Præterea iſta pęna ſuccedit in locum pęnæ ſex ſolidorum, ſecundum Longobar. quæ ueniebat applicanda fiſco: & ita fuit determinatum in ſacro Conſil. dum quæſtio accidiſſet de facto. Sed contra hoc videtur expreſſe glo. in ver. mulctetur. C. de his quæ pęnæ nomi. & tex. in l. fin. ne lic. pot. ubi habetur quod applicatur parti. Sed poteſt ſolui, quod ibi loquitur, quando quis mulctatur in iure ſuo, quia tunc parti applicatur: hic uerò, quando in quantitate mulctatur. Bartholomæus de Capua.

Contra quem de reſtitutione agatur. Aliàs, De reſtitutione poſſeſſionum. *Rubrica.*

Circa violentiarum. Corrigit l. cùm a te. ff. de ui & ui arma. Dicit tamen glo. circa fin. quod habet locum hæc conſtitutio, ſi ue ſpolietur a priuato, ſiue a iudice non ſuo, ſiue a ſuo iuris ordine non ſeruato. hoc dicit Azo in ſum. unde ui. circa princ. ¶ Sed quæro, nonne habet locũ conſtitutio, Meminerint, quando exequendo ſuum officium iniuſte decernit dandam poſſeſſionem alteri, & ſic facit ſuo mandato deſtitui non citatum, nec conuentum, ut in fi. dictæ conſtitutionis dicit Roffr. per quod videtur quod iudicis authoritas excuſet ab interdicto unde ui. Et per conſequens ab hac conſtit. quia lex interpretans habet locum ut interpretata, ut in Auth. de fil. ante nup. inſtr. na. §. fi. nam. C. ſi per uim vel alio mo. exponitur id eſt, authoritate iudicis inique decernentis. eo. tit. l. 1. alias 2. & ſic non per uim: arg. contra. ff. quod me. cau. l. 3. ad leg. Aquil. l. quemadmodum. §. magiſtratus? ¶ Dicas, quod interdictum, vnde ui, habet locum ubicũque detinens eſt doloſus, ut in ſum. unde ui. dicit Azo. Vnde ſi iudex iudiciario ordine proceſſit, licet contra ius litigatoris, ſi deſtituatur inde qui litigauit, non ſuccurritur huic, quia debuit appellare. C. ut lite pend. l. fi. & hoc propter rerum iudicatarum authoritatem. iuſſu eius enim obtemperans excuſatur. ff. de reg. iur. non uidetur data. §. 1. Sed abſque iuris ordine, nõ uocato poſſeſſore, maxime proceſſus eius non ualet. d. l. 2. C. ſi per uim vel alio modo. Item ſi aliàs iniurioſe procederet, ut dicatur uim pati tunc. ff. quod metus cauſa. continet. Idem ſi a non ſuo iudice competenti, C. ſi a non compe. iudice. l. fi. Idem multò fortius ſi a ſuo exequendo quod ad ſuum officium non pertinet, vel ſicut priuatus procedendo. d. l. non videtur data. his omnibus caſibus ablata poſſeſſio reſtituatur. ¶ Vtrum concurrat d. l. cum interdicto unde ui? hoc examinat Roffr. in d. tit. & ponit duas opin. & videtur ipſe tenere, quod non. Sed quantum ad conſtitutionem iſtam omnes uim paſſi, qui ſunt deſtituti abſque iuris ordine, non ualente ſententia: nam hi non dicuntur condemnati. ff. de re iudi. l. 4. §. condemnatum,

a *Succurrebat*. Per interdictum directum, vnde vi. Per vtile verò cõtra multos alios ſuccurrebat, quod dic, vt in ſumma vnde vi. §. quid ergo ſi forte abſente, & §. item datur contra eum, cuius familia. G.

b *Per violentiam*. No. quòd per violentiam debet fieri deſtitutio, vt habeat locum beneficium huius legis. Marinus.

ADDITIO. *Quid ſi aliquis non fuit ſpoliatus ipſe, ſed eius procurator, an hoc remedium ſibi competat. Vide Affli. deciſ.* 300. *Alex. conſil.* 88. *volum.* 5. *Socin. conſilio* 49. *& conſilio* 90. *in nouis*. Fab. Iordanus.

dæ poſſeſſionis beneficio [a] ſuccurrebat. Nec contra eum in quem ab ipſo violento, vel eius hæredibus transferebatur poſſeſſio, ad recuperandam eãdem aliquod remedium inducebat: Imperiali prouidentia lenire volentes: Atque ipſius iuris defectũ congruo & neceſſario ſupplemento ſupplere diſponimus.

[b] Per violentiam deſtitutum, *non, vt olim, prouiſione carere, ſed electionem habere, Vtrum ipſum deſtituentem, vel eius hæredes, ſi poſſeſſionem in alium tranſtulit, [c] ad intereſſe conuenire, prout prædicto iure cauetur: [d] vel detentorem, qui ab eiectore cauſam habet, [e] per quaſcunque manus

c *Ad intereſſe*. Vel ad rem ipſam etiam, quia cum interitus non liberet violentum, multominus alienatio. Res enim eſt in obligatione, intereſſe in ſolutione, vt ff. de vi & vi ar. l. 1. §. quod autem. quod dic, vt in ſumma, vnde vi. §. competit. & §. hoc autem. G.

d *Vel detentorem*. Hoc eſt nouum per hanc conſtitutionem. Nam iure Romanorum non poſſumus agere contra poſſeſſorem interdicto vnde vi: ſed contra deiectorem tantum, etiam ſi poſſeſſor deiecerit deiectorem meum, vt ff. de bo. lib. l. 1. §. prædo. & de vi & vi ar. l. cum a te, & arg. ff. vt in poſſ. ea. l. 1. & l. ſeq. Sed de iure canonico agitur ex illo canone, extra de reſti. ſpo. ſæpe contingit. Non autem interdicto, vnde vi. & in prædi. ll. & extra eod. c. cum ad ſedem Apoſtolicam, & hoc ſi ſcienter accepit a ſpoliatore. Si autem ignoranter, conuenietur ex illo canone. 3. q. 1. c. reintegranda.

e *Per quaſcunque*. Id eſt, quotieſcunque, ſic aliàs ponitur quanta. i. quota, vt C. de pac. con. l. ex morte. & pro qua, id eſt quota, vt C. de rei ven. l. cum a matre. ¶ Vel dic quaſcunque, id eſt, ſiue per manus violenti, ſiue per manus alterius qui cauſam habuit a deiectore. ¶ Et bene dixi quotieſcunque, quia vitio non purgato, vt infra dicam, etiã ſi mille eſſent ſucceſſores in huiuſmodi re violenta: vnus poſt alterum quorum quilibet haberet cauſam vnus ab altero, ita quod primus habuerit cauſam a deiectore, vltimus qui teneret a me, teneretur conditione ex hac l. perinde ac ſi ipſe immediatè haberet cauſam a deiectore. Et hoc hic intendit, per quaſcunque manus, &c. Nam hæres hæredis teſtatoris eſt hæres.

ADDITIO. *Adde an appellatione hæredis comprehendantur deſcendentes ex teſtamento, vel ab inteſtato? vide per Car. Zab. in c. in præſentia, de probatio. Bal. conſ.* 225. *incip. viſo teſtamento. in* 4. *vol. Ang. conſ.* 318. *incip. egregiè*. Superantius.

Et omnes huius ſucceſſores tam primus, quàm ſecundus, & deinceps ab vno, videlicet deiectore cauſam habere videntur, vt C. de hæredibus inſtituendis. l. fin. & de vſufructu. antiquitas. & ff. de acq. hær. ſi quis filium. in fi. cum ſi. ad id, ff. de alimentis & cibar. lega. l. 2. & ad id. ff. qui teſtamenta facere poſſunt. ad teſtium. §. fi. vbi dicitur, quod ſigna impreſſa linteo, in quo ſunt tabulæ inuolutæ, ipſis tabulis impreſſa videntur, & argu. bonum. C. ſi man. ita ven. ne pro. l. 1. in f. & ff. de ſer. expor. l. fi. aliàs, Titius, & arg. ff. de penu leg. l. fi. & ſi h. eſſe iuſ. l. j. & l. Titius, & ff de euic. ſi ꝑ re. §. fi. & l. ſi. & de vi & vi ar. l. colonũ. & l. cum fundum. & ar. ff. quod vi aut clam. ſi alius. §. fi. cum l. ſeq. Omnes enim ex vna ſtirpe, & vno fonte deſcendunt, vt C. de duo. re. cum quidam, ad fi. & ſic vice vnius habentur, vt ff. de cond. & demon. l. cui fundus, in fi. & ad prædicta facit. ff. de ſer. vrb. prædi. vna eſt via, & de fun. inſtru. cum delanionis. §. inter cacabos. vbi dicit, ac deinceps, &c. cum omiſſis perſonis interpoſitis prima perſona potius ſit ſpectanda, vt arg. ff. ad l. fal. cum dotem. licet ſit arg. contra, quia ſocij mei ſocius non cenſetur meus ſocius, vt ff. pro ſoc. nam ſocius. & de reg. iu. conſilij. §. fi. Sicut nec libertus liberti mei, vt ff. de leg. 3. pater. §. 1. & ff. de lib. agnoſ. l. ſi quis a liberis. §. ſi quis a liberto liberti. & de verb. ſign. l. Modeſtinus. Sicut nec debitor debitoris mei, vt C. ſi cert. pet non aduerſus, & de actio. & oblig. l. ob cautas, & quod vi aut clam, ſi alius. §. notauimus, & ff. de vulg. ſub. qui liberis. §. hæc verba. Nec mireris de beneficio huius conſtitutionis: nam cum huiuſmodi res violenta ſit affecta vitio violentiæ, ſcilicet expulſiuæ, vel ablatiuæ, vt Inſtitu. de vſucap. §. furtiuæ. huius cohærens vitio tanquam lepra ſemper rem comi-

comitatur, donec purgetur vitium, id eſt, donec reddat res verè, vel interpretatiue in poteſtatem domini, vel eius hæredis ſcientis: ità quod ab eo iuſte euelli non poſſit, vt ff. vi bonorum raptorum. l. fi. & ff. de vſucap. ſequitur. §. tunc in poteſtatem. & l. ſi fur. 1. reſpon. cum ſimilib. communicatur in quancunque perſonam cuiuſlibet ſucceſſoris, vniuerſalis videlicet ſeu ſingularis, propinqui ſeu remoti, bonæ fidei ſeu malæfidei, vt per allegatum §. furtiuæ. & C. de acq. poſſ. l. vitia. propter vitium initij rei cohærens, vt C. de vſucap. trãſ. l. fi. & ff. de doli except. l. apud Celſum. §. de actoris. ibi, & peræque traditur rei quidem, &c. & §. metus cauſa. Res enim quæ affecta eſt vitio, impetitur potius quàm perſona, vt argu. ff. de publ. Imperatores. & C. de præ. na. l. 2. lib. 11. & ita qui rem habet tenetur de vitio, ſeu onere oſſibus inhærenti, ſicut dicitur de peculio, quod onus peculij ſequitur peculium, ſicut lepra: & ſic ad eum ſpectat onus peculij, ad quem peculium noſcitur perueniſſe, vt ff. de pecu. l. ſi quis ſeruum. in prin. & notatur. ff. de cond. indeb. l. frater a fratre. in gl. ordi. quæ incipit, hæc quidam intellexerunt, &c. & ad id. ff. de contrah. emp. alienatio. Sed ſi detentor nõ haberet cauſam a deiectore immediate, vt dixi, vt quia deiector, ſeu alius hæres habuiſſet rem huius pro derelicto, & ſic ille modernus detentor eam apprehẽdiſſet, ſicut notatur C. de rei vendicatione. l. mater, in gl quæ incipit, hic ſi hæres, &c. in fi. vbi ponitur hoc exemplum: tunc beneficium huius conſtitutionis locum non habet, vt ex litera liquet aperte. Licet namque res nihilominus vitioſa perduret, ſicut dictum eſt: hæc tamen conſtitutio non conſiderat ſolummodo rei vitium, ſed etiam vnde hæc moderna poſſeſſio originem habuit, & vnde proceſſerit, vt ſi a vitioſo authore, vel a deiectore, tunc vendicet ſibi locum, quia ſucceſſor ſuccedit pariter in vitium prædecedentis, vt C. de fructibus & litium expenſis. l. 2. in fine. aliàs non, ſi hæc præſens poſſeſſio, ſeu detentatio habuit bonum primordium, licet res ipſa ſit vitioſa, vt argumento. ff. de leg. 2. cum filius. §. hæres. Origo namque nanciſcendæ poſſeſſionis exquirenda eſt, de acquir. poſſ. clam poſſidere. circa principium. & ſic habetur mixta tam rei conſideratio, quàm perſonæ. Sed per cap. reintegranda, ſolum rei conſideratur vitium, & locum habet beneficium illius capituli, ſiue poſſeſſor cauſam habuerit a deiectore, ſiue non, vt ibi notatur. & ita hæc conſtitutio, quæ loquitur quando detentor cauſam habuit a deiectore, ſciens fuerit, vel ignorans, vt hic, ponit ius medium inter illud capit. reintegranda, quod generaliter loquitur, quando detentor ſciens, vel ignorans habet, vel non habet cauſam a deiectore: inter alia duo cap. ſæpe contingit, & cap. ad ſedem. de reſtitutione ſpoliator. quæ ſpecialiter loquuntur tantum, quando detentor habet cauſam a deiectore ignorans tantum, & non ſciens. Simile ſupra l. proxima. violentias, &c. & aliàs Iuſtinianus mediam viam elegit, vt Inſtitutio. ex quibus cauſis manu. non poſſit circa finem. & de rerum diuiſione. §. cum ex aliena. & in Authen. de nuptijs. §. poſt infirmas. Et aliàs Iuriſconſultus ex duobus contrarijs optimum colligit medium temperamentum, vt ff. de officio proconſulis. l. ſolent. §. non autem. & ff. ſi quis cautionibus. l. 2. §. antepenultimo. Rebus enim medijs gratia ſemper ineſt, iuxta illud: Medium tenuere beati. & ad idem. ff. ſi pars hæreditatis petat. antiquæ. ¶ Item hic no. quod poſſeſſio ambulat dum dicit, per quaſcunque manus ambulauerit, & ſic poſſeſſio dicitur ambulare. ff. de pet hæredi. l. ſed ſi lege. §. ſiue autem. ſic ambulat emptio, vt ff. de minoribus. l. ſed vbi. & ibi ſunt ſimilia verba. Sic ambulat vltima voluntas, vt ff. de alimentis & cibarijs legatis. l. quod ſi iterum, & de donatio. inter virum & vxorem. l. cum hic ſtatus. §. vt oratio. Item ambulat conditio, vt ff. de ſtatulib. l. ſi ſeruus hæredi. in prin. Item legis poteſtas, vt ff. de fun. do. l. erit. Item ſtipulatio, vt ff. de vſufruc. l. ſed & ſi quis. §. ſi operas. Item actio furti, vt C. de fur. l. vlt. circa princ. Item ambulat ſtatus, vt ff. ad munic. l. ſed & ſi ita. cum concor. in gl. poſitis. Item alibi dicitur dos & donatio propter nuptias æquis paſſibus ambulare, vt C. de donatio. ante nupt. cum multæ. §. finautem Et hic

in his

ANDRÆAS DE ISERNIA.

natum. habent hoc auxilium conſtit. huius. ſicut enim dicit, Violentiarum, &c. nec diſtinguitur de his, qui ſpoliantur iuris ordine prætermiſſo, quod de alijs indiſtinctè loquitur, indiſtinctè intelligetur. ff. de bon. poſſeſ. contra tab. l. 1. §. & generaliter. de aleato. l. 1. Sicut communiter conſueuit dici, ut & glo. ponit in ſimili hanc conſtitutionem probando, quod habet locum in re mobili, etiam ſi iudex ſine ordine iuris dat mihi poſſeſſionem, teneor hac conſtitutione. ¶ Quid ſi res cuius poſſeſſionem mihi dedit iudex erat mea, an tenear, ſi obijciam domi-

dominium, & probem? Nam exceptio l. dolo facit, qui petit quòd reſtituturus eſt. ff. de doli except. l. dolo. tunc tantummodo opponitur, quando arguitur uiolentia opponentis exceptionem ipſam. ff. de ui & vi arm. l. 1. §. qui ui a me. ff. quod met. cauſa. l. ſed & partus. §. quando. hic uero non eſt uiolentus, unde videtur quod poſſit hoc obijcere. ff. quod met. cau. l. fi. §. fi. Verius dicitur quod non. Hæc enim conſtitutio ponitur in locum deficientis interdicti de iure Romano, ideo dicendum eſt loqui in omnibus caſibus, ubi ageretur interdicto, ſi non

eſſet

a poſſeſſio ambulauerit, b ſiue ſciens, ſiue ignorans fuerit, poſſeſſionem recuperare velit amiſſam, condictione ex lege præſenti, ad recuperandam poſſeſſionem ipſam indulta. Sæpe etenim contingebat, vt qui a poſſeſſione cadebat, dum vel probationes de dominio non habebat: vel cum deiector erat forſitan non ſoluendo, c omni remedio ſe inueniebat excluſum.

in his omnibus potes exemplum ponere pro illo prædicamento, ſitum eſſe, de quo ponit dom. Azo in princip. ſummæ ſuæ.§.circa ſitum eſſe. Nam impropriè dicuntur prædicta ambulare, ſicut improprie tranſactiones loqui, vt C.de ſer.l.fin. Et improprie cautio loquitur indiſtinctè, vt ff.de probatio.l.cum de indebito, circa fin. Et improprie lex ſilere, vt C. de ſa. li.tollen. l.fin.circa fi. Et improprie hæreditas iacens currere, vt ff.vt in po. l.is cui. §. ceſſatum, in fine.& improprie apices dicuntur occurrere, vt C.de ero. milit. anno. l.excellentia lib. 12.Et impropriè dicuntur leges inſurgere & iura armari, vt l.cum vir. In quibus omnibus eſt quidam color Rhetoricus qui dicitur, proſopopœia. Vltimo no. quòd hæc conſtitutio generaliter locum habet in omnibus rebus, tam mobilibus quam immobilibus: & tam corporalibus quam incorporalibus, videlicet iuribus cum ſit in omnibus eadem ratio æquitatis, vt C.ad l.Falcid. l fina. aliàs, ſi pater. nec poteſt in eiſdem rationabilis differentia aſſignari, vt C.de donat.ante nupt.l.cum mulier. & in.l.non a Titio. ¶ Conſtitutio quidem non diſtinguit, vnde nec nos debemus diſtinguere, vt ff.de offic.præſid. l. 3.& de public.de pretio. ſed cum generaliter loquatur, generaliter eſt intelligenda, vt ff.de legat. præſtan. contra tabul. bonorum poſſeſſio. pet. l. 1. §.generaliter. Nonne ſi conſtitutionis lator aliud voluiſſet, aliud dixiſſet? certe ſic, vt C.de caducis tollendis. l. 1. circa fin. imò poſtquam differentiam non expreſſit, neglexiſſe videtur, ut ff. de iniur. item apud Labeonem. §.hoc edictum. licet poſſit opponi, quod hæc conſtitutio loquitur de deiectore: huiuſmodi vocabulum aptatur proprie in re ſoli, vt patet ff.de vi & vi arma. l. 1.in princ. & per totum. ſed non eſt vis: nam promiſcue in hac parte vtimur in rebus mobilibus uerbis proprijs rerum ſoli, & econuerſo, vt patet. C.de actio. empti. l. 2. in fine.& de rei vend. domum, & Inſtitu.vi bonorum raptorum. circa fin. propter promiſcuam ſimilitudinem & familiaritatem, vt argum. ff.de actio.emp. l.ueteres. & quando ſtrictiſſime inhæreres verbis prædictis tanquam Hebræus, quod nolles conſtitutionem extendere: non multum curarem: nam in re mobili bene proſpectum † eſt iure Romano, quo videlicet, ſi ego dominus, vel non dominus, rem mobilem, quam bona fide poſſideo, ſiue habeam ius, ſiue non habeam ius in ea: amittam per furtum, vel violentiam ablatiuam, videlicet rapinam: quæ duo rapina & furtum generaliter parificantur, vt ff.vi bonorum raptorum. l. 1.§.generaliter, & Inſtit. vi bonorum rapt. in fine. & ita res ipſa effecta eſt vitioſa reali affecta vitio, ut in præallega.§.furtiuæ. Si quidem res ad te ueniat etiam ſine uitio tuo, & non habeas cauſam a fure, uel raptore, & ſic modo poſſides eam, poſſum contra te poſſeſſorio agere, ſcilicet ad recuperandam poſſeſſionem officio iudicis ex æquitate legis quæ eſt C.de agri.& cenſ.lib. 11. l.ſi coloni. vbi plene de hoc, & ad id C.ubi cauſæ ſtat.l. 1.& ſic eſt exaudienda gl.ord.C.de fur.l.inciuilem.quæ incipit, ſed quid ſi erat bonæ fidei? &c.

† Additio. *Vide bonam caut. per Cepol.caut. 10.quæ multum in regno practicatur*. De Bottis.

Non autem intelligas hoc uerum eſſe, ſi res uitioſa non eſſet. Vt ſi res, cuius ſolam poſſeſſionem habeo, licet bona fide poſſideam, deueniat ad te ſine uitio, hoc enim caſu nullum habeo auxilium contra te. nam ego de ſola poſſeſſione contendam, & tu modo poſſideas, in pari cauſa potior eſſe debet conditio poſſidentis, vt ff.de teſtam.mili.l.militis codicillis. §.penult.imò hoc ipſo plus iuris habes, & poſſides, ut ff.uti poſſi.l. 2.nec uendicat ſibi locum hic, l.ſi colonus, ſicut multi ſapientes credunt, quia in l.illa res erat effecta uitioſa uitio reali, vt ſupra, uidelicet, uitio furti, cum dicat ibi, uitio fugæ, ſic furti uitio, vt C.de ſer.fugit. l. 1. & C.de agrico.& cenſi.l.cum ſatis, circa princ. Bene tamen inuenies, quod ſi huiuſmodi res ſit ſolummodo poſſeſſa a defuncto ſine dominij titulo & iure aliquo, uenit in petitione hæreditatis, ut no.glo.ordin.l.fin.C.de edic.diui Adria.tol. quæ incipit, non ergo in alijs, &c. Illud uerò uenit, quia petitio hæreditatis eſt actio uniuerſalis, ut patet ff.de rei uendic. l. 1. in princ. & ita multa ibi ueniunt per uniuerſitatem, quæ aliàs per ſe non uenirent, vt ff.de acquirendo rerum domi.l.quædam, & de fun.do.l. 1. in fine.& de contrahen.emp.in modicis.ueniunt quidem in petitione hæreditatis omnia, quæ defunctus habuit tempore mortis, & etiam ea, quorum ſolam habuit retentionem, ſicut patet. ff.de pet.hæred. item uidendum. in fine. & l.non tantum, & l.item ueniunt. de huiuſmodi uero re, bona fide poſſeſſa, defunctus per retentionem habebat exceptionem actore non probante, ut C.de rei uend.l.fi.Merito ergo cenſetur fuiſſe in bonis ſuis, vt ff.de acquir.rer.dom. rem in bonis. nec hæres, qui rem petit huius ab eo, qui ſolam poſſeſſionem nititur ex ſola poſſeſſione, ſed dicitur meam eſſe hæreditatem, quando eſt nomen iuris, ut ff.de uerb.ſignific.hereditatis appellatio. ſine dubio, & ita habet pluſculum, quam hic poſſeſſor, qui de ſola poſſeſſione contendit abſque alio iure. ¶ Sed nunquid depoſitarius, uel commodatarius, † & ſimplex colonus, uel inquilinus, qui nullum ius habet in re, ſed ſolam detentationem, habebunt remedium aliquod, ſi res depoſita, commodata, vel locata, non affecta aliquo uitio, ſicut dixi, reperiatur apud aliquem bonæ fidei poſſeſſorem, qui modo eam ſine uitio poſſidet? Reſpon de æquitate datur eis offi.iud.quia eorum intereſt.& præterea dicit lex, quod non eſt eis de facili actio, ut ff.de petitione hæreditatis.l.non tantum. §.ſed & licet, in glo.ord.ibi ſignata, quæ incipit, quandoque enim, &c.hoc enim ipſo, quod ille talis cauſam habet ſuę detentationis, plus iuris hēt in re quam ipſe huiuſmodi poſſeſſor, qui ſolam & nudam habet poſſeſſionem, ut argu. ff.de acq.rer.do.l.nunquam.in prin.& de pact.iuriſgen.§.ſed cū nulla.& de leg. 1.ſi filiusfa. §.diui.& de leg. 3.l.pater. §.Iulius Agrippa.

† Additio. *Vide Afflı.deciſ.* 300. *& Soc.conſi.* 87. *penult.colum. in antiq.* Fabius Iordanus.

Quando igitur de ſola poſſeſſione contenditur ab utraque parte, nec eſt res uitioſa, potior eſt conditio poſſidentis, ſicut ſupra latius dixi. Item poteſt opponi hanc conſtitutionem non habere locum in iuribus incorporalibus: nam corporalia non incorporalia poſſidentur, nec poteſt quis uere ab incorporaliū poſſeſſione detrudi, ut ff.de acq. poſſ. l.poſſideri.in princ.& de uſuca.ſequitur.§.ſi uiam. Sed dic, quod datur nihilominus beneficium huius conſtitutionis, utile ad minus, ut argu.ff.ſi ſer.uend.l. 2. §.ult.& l.ſicuti. §.Ariſto. & uti poſſ.l.ſi duo.§. hoc interdictum, & l.fi.& de iniur.l.ſane, & de ui & ui ar.l.uim facit, & de ſerui.quoties.§.ei qui.alias in princ. l.ei qui.nam licet non propriè poſſideantur, tamen quaſi poſſidentur, ut ff.de acquir.rer.dom. ſeruus.§.incorporalis.& ff.de ſer.urb.præd.l.ſi ædes, in fi.& huiuſmodi incorporalia inter immobilia, de quibus clarum eſt hanc conſtitutionem loqui, annumerantur, ut C.de præſcriptio.longi tempor.l.fin. in fi.& ff.de re.eo.l.ſed & ſi pecunia.§.ſeruus.& §.nec uſufr.& §.ſimili modo.& de iu.deli.ait prætor. & C.de ſacroſan.eccle.iubemus poſt hanc, in princ.licet ſit contra. C.de rei uxo.act.l. 1. §.cum autem, ubi computantur loco mobilium.& ff.de re iudi.l.a Diuo Pio.§ 1.niſi per ſe cenſentur. Præterea in hac conſtitutione eſt uerbum deſtituere, quod generale eſt ad omnes res etiam mobiles & incorporales, & ſic etiam generaliter loquitur c.reintegrāda, unde ſatis rationabiliter dici poteſt, q̄ hæc conſtitutio ſaltem utiliter locum habet etiam in rebus mobilibus, & incorporalibus ex mente ipſius, licet uerba deficerent, ſicut.ff.de excu.tu.ſcire. §.aliud, & ſi quadru.pau.fe.di.l.ult. &c. Nota q̄ hæc conſtitutio generaliter locum habet ſiue ſpolietur a priuata perſona, ſiue a iudice non ſuo. Vel a ſuo iuris ordine nō ſeruato, de quo dic, ut no.in ſum. Goſ.extra de reſtit.ſpo.§.reſtat enim.

a *Poſſeſſio*. Prædicta uiolentia.imo uidetur q̄ etiam per ueteres ſanctiones fuerit prouiſum contra poſſeſſores, ad quos peruenerit p̄dicta poſſeſſio, licet p̄ multos ambulauerit. ff.de pet.hær.ſed ſi lege.§.ſine.

b *Siue ſciens, ſiue ignorans*. Satis fuit æqua hæc conſtitutio. Non enim refert quomodo pars decipiatur ignorantia, an calliditate aduerſarij.arg.ff.de ædil.edi.l. 1.§.cauſa.& ff.de leg. 1.ſiue.& ff.qui & a qui. l.hæres ſeruum.Sed ius antiquum, quod hic corrigitur, non dabat interdictum, niſi contra deijcientem, uel hæredem eius, ut ff.de ui & ui ar.l.cum a te.& l. 3. §.fi.& l. 1.in fi.Iure tamen Cano. datur condictio ex canone illo extra de reſtit.ſpol.c.ſæpe contingit, contra illum, qui ſcienter recipit rem a deiectore, & extra de iudic.c. 5. Si autem ignoranter, datur condictio ex canone illo. 3.q. 1.reintegranda.Poteſt etiā agi hic offi.iud.ar.extra de ap.bonę. Barth.de Capua.

c *Omni remedio*. Et ita nec expulſorem ad intereſſe, quia qui non habet quod perdat, &c.ff.de fur.ita.in prin.& de dolo.l.nam, his. G.

De maleſi-

ANDRÆAS DE ISERNIA.

eſſet l.cum a te.ff.ſi quis teſta.lib. eſſe iuſ.fue.l. 1.§.hæc actio. & d.§. fi. de filijs ante dotalia inſtrumenta natis. At in interdicto ſi non eſſet l.cum a te, non obſtaret exceptio dominij ſpoliato, nec poteſt negari iniuriam iudicis dictam legem continere, licet poſſeſſor conuentus non commiſerit uiolentiam. Res uitio reali erat affecta, quia ui, quod eſt uitium reale.Inſtit.de vſucap.§.furtiuæ.C.de acqui.poſſeſ.l. uitia, & patet in l.ſi coloni.C.lib. 11 de agri.& cenſi.ubi poſſeſſor ſine uitio erat. Sed ſerui propter fugam uitioſi erant, quod hic etiam eſt. ff.quod ui aut clam.l. 1.§. 1.ver.denique in uitio expectando.ff.de acqui.poſſeſ.l.clam poſſidere, in princ. Idem erit ſi iudex, vel Princeps

ſeque-

ſequeſtraret † rem in caſu non ſcripto: fiet enim reuocatio, ſicut ſi eſſet nullum quod factum eſt, quia l.prohibente fieri facit. C.de legi. non dubium.ſic d.l.2.ſi per uim vel alio modo.dicit,non debere innouare poſſeſſionis cauſam, ergo ſi innouat,non ualet ac ſi hoc expreſſiſſet, facit extra de ſequeſtr.poſſ.c.1.& C.eo.l.1.

† ADDITIO. *Vide Luc.in l.per hãc,C.de erog.mil.anno.lib.12.col.5. Et ſiquis faciat equum vel aliud animal ſequeſtrari per iudicem, an teneatur ipſe pro animali ſequeſtrato expenſas impendere,vide eundem Luc.in l.fin.col.3. C.eod.vbi quærit, quid ſi res ſequeſtrata indiget impenſis,pro cultura,vel imminet pro ea tributi præſtatio, quis ſoluere teneatur?* De Bottis.

Non obſtat.§.ſi quis,& l.fi.ff.quod met.cau.intelligit enim Odoff. primum dictum illius.§.ſi quis,quod quando iudex ſine cauſæ cognitione iuſſit te mihi aliquid dare, hoc inciuiliter factum reuocat: hoc non eſt contra ea, quæ dicta ſunt,imo eſt pro. Secundum dictum intelligit,quod iudex dedit apparitorem delegando inter te & me cauſam,quæ erat,hic non cognouit de cauſa,ut debuit,ſed iuſſit extraordinario modo,te mihi ſoluere 10.quæ in uero debebas mihi,licet nõ cognitionaliter ſecũdum ordinem iuris,ſed extra ordinem iuris,quia debebas uere retinendo pro debito. Et ſic opponitur dominium, id eſt, debitum eſſe hoc contra ea, quæ dicta ſunt, & ideo, ut dicunt, tu ſponte ſoluiſti. Hoc non dicit litera & tex.tamen ſi uerum eſt,quod ſponte ſoluerit,bene dictum eſt,arg.C.de teſt.l.illud.§.1.Alij dicunt, ꝙ in cauſa modica datus fuit uiator.ff.de iud.§.fin.& debitum modicum erat,& actor legalis homo: ut poſſit deferri ſibi ſacramentum,& non tamen fuit delatũ,modica quantitas fuit ſoluta & exacta per iudicem delegatum: quia verè debebatur,non curat prætor.ff.commo. l.in rebus.§.poſſunt. & ſi quod fieri non debuit, factum tamen tenet propter modicitatem rei. Alij dicunt, ꝙ erat notorium illum eſſe debitorem.ff.de act.emp.l.emptore.§.idem Iulianus.dixit etiã Odoffr. ꝙ poteſt intelligi, quando ego creditor ducebam mecum apparitorem,& dicebam, niſi ſoluas mihi,faciã te capi. ab iſto tu territus per talem metum,quia in tit. quod metus cauſa, ponitur illa lex: ſoluiſti mihi illud modicum debitum,certe non eſt metus cadens in conſtantem uirum.ff.de re iud.l.uani timoris, & ideo non repetit quod dicebatur ſic exactum. Hic intellectus non facit ad propoſitum. Item patet per ea quæ dicta ſunt, ꝙ contra iudicem ſic deſtituentem agitur ad intereſſe. Nam ſi male iudicauit ſciens,tenetur ex maleficio in totum.C.de pena iudi.qui male iudi. l.1.& 2.& auth. ibi poſita. Si ex ignorantia ſeu imperitia, quamuis culpa ſit.ff.loca.l.ſi quis domum. §.ſi quis,tenetur inquantum eſt læſus hic, contra quem ſic eſt proceſſum.Inſti de oblig quæ ex quaſi malefi.in prin.& ſi eſſet cauſa modica prout ſupra dicitur, vel ſponte rem dediſſet, ille reus obijciendo quod vere debebat, euaderet. Item non tenetur ad æſtimationẽ rei, quando non fuit huius ſpoliatio,ſed ad intereſſe poſſeſſionis,quãtum intereſt poſſeſſionem habere. Aliud eſt preciũ rei, aliud poſſeſſionis. ff.uti poſ.l.3.§.fi.Illud quod abeſt ſolum debet reſtitui.ff.quod met. cau.l.ſi mulier. §.qui poſſeſſionẽ.& iſto caſu tenebitur iudex non do loſus. In interdicto nõ tenetur carens dolo,ut ſupra dr̃,& ſic largior eſt hæc conſtitutio quàm interdictum,quia expreſse dicit,ſiue ſciẽs, ſiue ignorans. Et ideo facta eſt,ut defectum iuris cõmunis ſuppleat.

Iudex male iudicãs qua pęna plectatur de iure regni & de iure canonico.

Vel eius heredem. Quando ipſe hæres tranſtulit poſſeſſionẽ in alium, ut dicit litera, planum eſt: aliás de eo quod peruenit,vel dolo fecit quominus peruenerit.ff.eo.l.1.in fi. & l.ſeq.niſi eſſet lis conteſt. contra defunctum ſpoliatorem. C. ne ex deli. defun. l.1. & dictum eſt in ſimili,ſupra l.proxima.

Cauſam habeat. Hic dicunt quidam,& titulum. Sic C.de petit. hæred.l.cogi.ff.eo.l.nec vllam. Verius eſt ſine titulo trãſtulit, quod poteſt eſſe. C.de præſcr.lon.temp. l.nec emptorem.licet enim transferam in te poſſeſſionem,debet eſſe titulus,ut innui uidetur. ff.de acqui.poſſ.l.quod meo.in prin.tamen ſi non transfero,tu,qui intras poſſeſſionem adipiſceris eam,ut l.quod meo.§.furioſo. & dicit gl.l.quod meo. ꝙ poſſit frequentiam,quando pars tradidit quando credit. ſed non dicit acquiritur poſſeſſio alij,cui uoluit,& cui dedit. Differentia eſt inter poſſeſſionem,& dominium,eo.titu.l.ſi quis ui. §.differentia, & patet in l.nec poſſeſſionem. Si enim dico,do tibi poſſeſſionẽ hanc, ex uerbis præcedẽtibus & ſequentibus dicetur qualis cõtractus fuit, ſi non apparet,erit donatio in cauſa modica,dicitur in dominio in gl. ff.ſi cer.pet.cum quid.ſed hoc quãtum ad dominium nanciſcendum: poſſeſſionem enim poſſem acquirere eo ipſo, ꝙ permittit me poſſidere,& ſic eſt in tractatu iſto:eſſet enim melioris conditionis,qui ſine titulo habet a deiectore, ſi non tenebitur hac conſtitutione, quam ille qui cum titulo, quod eſſet abſurdum. ff.de noxa.l.non ſolum. Item quia ſupra in principio conſtitutionis dicit,transferatur poſſeſſio,non dicit, cum titulo vel ſine, & ſic generaliter debet intelligi per totam conſt.ff.de iur.& fac.igno.l.regula.§.pen.& C.de impo.lucr.deſcrip.l.1.in fi. Item uitium litigioſi oritur in reo transferente poſſeſſionem cum titulo, vel ſine.C.de liti.l.fi.ff.de ali.iud.mu.cau.fac. per totum, & de lit.l.2.& ibi patet ratio.cum ergo a te poſſideo,poteſt eſſe & ſine titulo,ut quaſi tuo miniſterio poſſideã.d.l.quod meo.in prin.quæ litera non dicit de titulo quocunque. ¶ Sed quid ſi nomine meo facta eſt

eſt deiectio,& aliquid ad me peruenerit,an teneor? Reſpondeo non, niſi mãdaui,vel ratũ habui.ſic.ff.e.l.1.§.deieciſſe, & §.ſeq.& §.procu. Si vero non mandaui,nec ratum habui,ſed tñ inueni rem ad me perueniſſe,ſecũdum unam opi. teneor utili interdicto,non directo.ff.eo. l.ſi me ui.§.deiecit quis nomine municipij. Alij,quod ibi mandauerunt municipes,vel ratum habuerunt,ut dicit ibi gl.Sed uera eſt opinio illa,quod tenear utili. Conſtitutione iſta nõ puto me teneri,quia oportet, quod cauſam habeã a deiectore, id eſt, quod in me per eum ſit poſſeſſio tranſlata,ut hac conſti.dicitur. Poſſeſſio autẽ etiam,quæ ad me peruenit ſine facto deiectoris, ut ſi deijceret, & poſſeſſionem non apprehenderet,ut ff.de uſuc.l.ſequitur.§.ſi ui me. ¶ Quid ſi procurator eijceret nomine meo, & facit rem nomine meo procurari, an eſt mihi quæſitum per hoc miniſterium, vt uidear cauſam habere ab eo, id eſt, quod in me tranſtulit? Et videtur quod non,nam ſaltem exigitur ſcientia mea, quod ego ſciuerim, ut no. in d. l.quod meo. Econtra quód ſic. quia etiam ignoranti domino procurator acquirit.ff de acquir.poſſ.l.quod meo,cum ſi. Sed ille loquitur quando iuſte acquirit per traditionem ſibi factam nomine domini. Aut iniuſte,non quærit perſona libera,niſi domino approbanti,vel ſcienti.ar. ff.de cond.inde.l.ſi procur.ut ſi exegerit indebitum oportet, ꝙ dominus ratificet,quia hoc non videtur mandaſſe.ſic exponitur illud,quodcunque per ſeruum acquiritur,ſcilicet iuſte, domino acquiritur.ff.de acq.re.do.l.acquiritur.§.non ſolum.de acq.poſſ.l quod ſeruus. At de ſeruo hodie determinatur quód iniuſtam poſſeſſionem etiam domino ignoranti acquirit,in gl.no.Inſt.de his qui ſunt ſui,vel alie.iur.circa prin. Cuius ratio redditur,quia nec momento fuit, vel eſſe potuit penes ſeruum,ſic de acq.hæred.l.placet,quod non eſt in libero. Item attendendum eſt, ꝙ hæc conſtitutio habet locum etiam in rebus mobilibus ablatis. Item in incorporalibus,ut dicit gl.quæ quaſi poſſidentur,nõ vere,ſicut ſi deſtituatur ſeruitute,vel alio huiuſmodi,ad quod inducuntur in gl.bona iura. Sed quid de actionibus,utrũ habeant locũ in eis,ſicut in alijs incorporalibus: actiones enim hę immobilium ſunt,ut dicit gl.ff de verb.ſign.mouentium. & C.in quib.cauſis in integ.reſti. non eſt neceſſ.l.fi.& dicitur expreſſum in Auth.de non alie. §.1.ubi annona & redditus inter immobilia computantur. Sed gl.ibi diſtinguit, ut actiones pro re mobili competentes computentur inter mobilia,ſed gl.ibi diſtinguit,ſi pro re immobili ſint inter immobilia, quaſi conſideremus naturam rei vel negotij,pro quo aliquid datur,vt dicitur.ff.de pub.iud.l.infamem.de dona.qui id quod.cum ſuis ſi.Hoc ſecundum diuerſos tractatus iudicabitur. Nam l.a Diuo Pio,quæ hic allegatur in gl.eſt tenenda,quantum ad illum tractatum,ſi nomina & actiones ueniant in executionem, ſic & ff.de lega.2.l.Caius. in princ. Quantum autem ad beneficium huius conſtit. ad incorporalia, quæ quaſi poſſidentur,extẽditur,ſicut in ſeruitute,ut prędicitur,ſed quantũ ad actiones perſonales nõ videtur hoc poſſe eſſe. Nam ſi debes mihi decẽ,& Titius cogit me per vim,ut dem Sempronio,actio mea nõ læditur ex hoc, nec alio quocunque caſu C.ſi cer. peta.l.incendium. Eadem ratione ſi debes mihi certum ſeruitium, aliás ſeruitutem,vel equum, & per uim cogeris alij dare,nõ enim poſſidebam ego hoc ſeruitium: & ideo contra te tenentem non habeo beneficium huius conſtitutionis. Sed ſi depoſui apud te equũ,poſſeſſio,& proprietas apud me eſt ciuilis. Niſi eſſet apud ſequeſtrũ. ff.depoſi.l.licet.§.rei.ſi tunc Titius acciperet a te uiolenter,& daret Sempronio,haberet locũ hęc cõſtitutio.Idem in ſimili ſi deberes mihi quolibet anno redditũ vnius gallinæ, in genere, non poſſet Titius me deſtituere, etiam ſi per uim cogeret te dare Sempronio.d.l.incendium.ſecus ſi de fundo,quem tenes a me deberes mihi certam quantitatem bladi,vel uini,ut tertiam partẽ,& ſim in quaſi poſſeſſione percipiendi annis ſingulis:quia ſi per uiolentiã priuando me quaſi poſſeſſione perceptionis huius, accipias hanc tertiam,& des Titio,locum habebit hæc conſtitutio. Item ſi tu ipſe,qui taliter debes,uetas & denegas,deſtituis me, extra de elect.c. querelam,in fi. ſi dares alij quod mihi debebas, locum haberet hæc conſt.In pleriſque ubi non habet locum directum interdictum,habet locum utile.ff.de ui & ui ar.l.3.& tamen in omnibus caſibus, ubi alia ratio non redditur,hæc conſtitutio locum habebit.

C*irca violentiarum pœnas.* Scias, ꝙ eſt differentia inter iſtam conſtitutionem,& c.ſæpe.de reſt.ſpol. quia iſta cõſtitutio datur cõtra ſuccedentẽ deiectori ſciẽter,vel ignoranter: illud autẽ c.ſæpe, datur contra ſucceſſorem deiectoris ſcienter tm̃,ut in d.c.no. Mar.

Intellige hanc conſtitutionem, quando ante inchoatum iudicium contra uiolentum,ipſe in aliam tranſtulit poſſeſſionem. Vbi uero cępto contra eum iudicio hoc fieret, prouiſum eſt per aliud nouum c. Regni,quod incipit,conuentus. Marinus.

In glo.per quaſcunque.circa medium,ibi,ſed per c.re integrandæ. No.hic differentiam inter c.reintegrandæ.3.q.1.& iſtam conſtit.& c. ſæpe. ſupra allegatum, quod illud c.datur etiam contra quemlibet, qui non habuit titulũ a deiectore.conſtitutio iſta habet locum,quando habet titulum a deiectore.c.uero,ſæpe,locum habet quando quis ſcienter ſuccedit in uitium alterius.hæc autem conſtitutio, ſiue ſcienter,ſiue ignoranter. Et hoc vult dicere glo.in ſequenti dicto,licet ſit corrupta. Marinus.

De maleficijs clandeſtinis puniendis. Rubrica.

a SVper inciſionibus. Hæc cõſtitutio prouidet circa damna clandeſtina, vt malefactoribus nõ inuentis emendentur damna per homines vicinorum locorum. Et hoc beneficium extenditur ad Iudæos & Paganos. Sed malefactoribus inuentis, ipſi vltimo ſupplicio puniuntur. Et poteſt dici quod hæc cõſtitutio cõtineat ius nouum, quia pœna debet tenere ſuos autores, vt C. de pen. ſancimus. Eſt tamen arg. ad hoc ff. de incen. rui. naufrag. l. ne quid, in fi. & de his, qui deie. vel eff. ſud. l. 1. §. pen.

❧ ADDITIO. *Circa hanc conſtit. vide modernos in c. regni, pridem, cũ ſeq. f. 87. & vide de incẽdio, quã poſuit Iaſ. in conſ. 136. vol. 1.* De Bot.

De maleficijs clandeſtinis puniendis.

TITVL. XXVII.

Malefactores, damnum dantes nocturnis temporibus fidelibus regis, ſi non reperiantur homines locorum, in quibus dicta maleficia committuntur, tenentur eu damnum reſarcire. idem ſi Iudæis & Saracenis dictum damnum euenict, & ſi dicti nocturni malefactores legitime conuicti fuerint, ad mortem naturalem condemnentur. h. d. Matth.

† IMPER. FREDER.

SVper [a] inciſionibus * arborum, † & combuſtionibus domorũ, & cæteris maleficijs, quæ clam [b] nocturnis temporibus cõmittuntur, generalem conſtitutionem noſtris fidelibus promulgamus. Vt ſi com-

b *Nocturnis.* Non ergo continet damna, quæ per violentiam committuntur, hæc conſtitutio, vt patet ff. vi bon. rapt. l. 2. §. damni prætor inquit. Nec ẽt latrocinia vr comprehendere, quæ quidem de die palam committuntur in ſyluis. Vel per aggreſſiones, quæ in itineribus fiunt, vt Auth. vt nul. Iudic. §. pen. coll. 9. & C. de po. l. 1. vbi de hoc in gl. ord. Nec ẽt furta, licet occulte & de nocte fiant. Maxime quãdo caſu fortuito fierẽt, nec poſſet exinde de aliqua culpa redargui, quibus ea fiunt, vt ff. de fur. l. cum qui. §. idem ſcribit: plerunque namque furtum cum culpa fit, & ſic non eſt caſus fortuitus, vt ff. pro ſoc. l. cũ duobus. §. damna. & dic vt ibi in gl. ord. Qñ ergo caſu contingunt fortuito maxime, vt eſt dictum, qũo poteſt aliquid imputari illius loci hominibus, cum ille caſus fortuitus nullo hominum ingenio potuerit præuideri, vt ff. de admi. re. ad ci. perti. l. 2. §. ſi eo tpe. & C. de pig. act. quæ fortuitis. Item ſi bene attendas hanc cõſtitutionem † totam, & ſeq. in prin. ad fi. vr hæc & ſequens conſtitutio loqui tm̃ in damnis, in quibus locum habet actio legis Aquil. ſ. iniuria. in datis damnis clam cõmiſſis, quæ damna vult per homines locorum reſarciri: non aũt loquitur aliquatenus in furtis, vt velit furta emendari, & ſatis inter ſe differunt tam in iure, q̃ in ipſo facto, damnum iniuria dare, & furtum committere, vt patet ff. ad l. Aquil. l. ſi ſeruus ſeruum. §. Iulianus ſcribit ſi oliuam. & l. ſi quis teſtamentum. in fi. & ff. quod vi aut clam. l. ſi immaturam, in prin. & 1. reſp. & ita dãnum ſic accipitur pro deſtructione, non autem large pro omni diſpendio, vt no. ff. ad leg. Aquil. qui occidit. §. in hac. in glo. no. hanc regulam.

† ADDITIO. *Hoc clarè decidítur in c. ſtatuimus quòd vniuerſitates, car. 7. & eſt regis Caroli II.* De Bottis.

Nec ob. quod licet in princ. dicitur ibi, & cæteris maleficijs quædam, &c. & videtur generaliter de omni clandeſtino maleficio completo. Nam verbum, quædam, comprehendit ſingula generum, non genera ſingulorum, videlicet omne maleficium clandeſtinũ, per quod damnum iniuria datum eſt, & vbi de damno dato agitur: non autem omne genus maleficij, vt C. de non nu. pec. l. in contractibus, in prin. & ff. de fur. l. cum qui. §. idem ſcribit. Supra enim duos exempli gratia enumerauit ſpecialiter caſus, in quibus damnum iniuria datũ eſt. ſ. inciſionem arborũ, & combuſtionem domorum. Et ſic clauſula iſta generalis, quæ adijcitur, reſtringitur ad materiam, conditionem, & naturam rei, cui adiungitur, vt ff. de leg. 3. l. Stichus liber. & de re mil. ex militari. ſicut & generalis enuntiatio, vt C. ad Velleia. iubemus. Reſtringunt nanq; præcedentia ſignificationem ſequentium generalem, vt ff. de tri. vi. & oleo leg. l. fi. §. vlt. Hoc ẽt declaratur per ſequẽtia, vbi ſpecialiter dicit ad damnorum reſtitutionẽ, & ita generale dr̃ reſtringi per ſuũ ſequens ſpeciale, vt ff. de cal. l. hæc actio. & de pe. leg. l. nam quod liquide. in fi. Intelligentia enim verborum † ex cauſis dicendi ſumitur, vt extra de verb. ſig. c. intelligentia. & arg. ff. de leg. 2. cum pater. §. dulciſſimis.

† Aliàs, idẽ Aug.

† Alibi, adeſt fra diſferarum.

† ADDITIO. *Verba intelliguntur ſecundũ naturã præcedentis actus. l. ſi ſtipulatus. ff. de 7 ſur. per quam multa dicit Alex. in l. poſt dotem. 3. lect. ff. ſol. mat.* De Bottis.

Quidam tamen large hanc cõſtitutionem accipiunt, ſicut ff. ſi quis teſta. lib. eſſe iuſ. fue. l. 1. §. non autem tantum ad ſolam. In quolibet, ſ. genere malefic. j, in quo quis damnum rei familiaris proſequitur, ſiue ſit damnum iniuria datum, ſiue ſit furtum, & ſimilia, vt C. quan. ciui. act. præiud. crimin. l. vnica. & ff. de pub. iud. inter. & ſic ſpeciale hic. Et in conſtitutione accipiunt verbum damni, & illud huiuſmodi maleficium vocant clandeſtinum, quia qualitercunque, & quandocunque de nocte, vel de die committitur, & commiſſor non appareat, nec ſciatur, vt infra l. proxima. in prin. & bene ſequẽs lex interpretatur & ampliat hanc præcedentem, ſicut C. qñ ſi. Principi datus l. 1. & C. ne fide. vel man. do. den. l. 2. & hoc ẽt recolligunt in hac l. vbi dicit, vt ſi commiſſores inuenerint. & ideo dicunt ipſi quod damnum violentia permixtum, cuius autor inueniri & ſciri non poteſt, dicatur clandeſtinum. auſte. n. qui violentiam patitur ignorat vim inferentem, qñ interdum ignotus infert, & quæ plerunque de nocte, & in multitudine fit, vt ff. quod met. cau. ſi cum ex. §. in hac. licet ſit contra eos. ff. q. vi aut clã. l. prohibere. §. vlt. & in præalleg. l. vi bon. rapt. l. 2. §. damni. & §. 1. vtilius. vbi dicitur, q. non minima differentia eſt inter eum, qui clam facit, & eum qui rapuit, vt ff. de verb. ſig. palam. Ratio autem quare homines loci, vbi talia committuntur, teneantur, eſt, vt no. infra l. proxi. & attende omnia quæ ibi gloſſantur.

a *Inueniri.*

ANDRÆAS DE ISERNIA.

De maleficijs clandeſtinis puniendis: aliàs, referendis. Rub.

SVper inciſionibus arborum. Hæc conſtitutio loquitur de clandeſtinis damnis rerum; ſequens conſtitutio de homicidijs clandeſtinis. & ſic gl. dicit, dupliciter eſt hæc conſtitutio antiquitus intellecta. Primo qñ damnum datur, vbi haberet locum Aquilia, vt comprehendat ſingula generum, & non genera ſingulorum; & non omne maleficium, ſed tm̃ maleficium clandeſtinum, in quo damnum datur, & iniuria: & vbi & propter quid de damno dato contenditur. Nã exemplificat litera de inciſionibus arborum, & combuſtionibus domorum, & cæteris maleficijs ſimilibus, vbi de damno dato taliter cõtenditur, vt ſi intratur ſtabulum meum, & occidatur equus: vel cellarium, & effundatur vinum: cum hoc verbum, cæteris, intellectum recipit ex cauſis dicendis. ¶Secundo modo intelligitur in omnibus maleficijs, & in quolibet genere maleficij, in quo quis damnum rei familiaris proſequitur: & ſic ſicut primi accipiunt damnum, i. deſtructionẽ rei, ſic iſti damnum, i. diminutionem patrimonij. ff. de dam. inſe. l. 4. licet res non ſit deſtructa, putã in ablatione, quam perdit is, cui aufertur: ſi non deſtruat eam ablator, vt ſubtiliter allegat glo. Sed ſecundus intellectus vr verior: & quia dicit, cæteris maleficijs, nõ repetendo in quibus res deſtruitur, vt in inciſione & cõbuſtione. quod ſi voluiſſet, expreſſiſſet. C. de cad. tol. l. pen. & quia cum plenitie. corrigit in furto, vt de fur. nõ teneantur vniuerſitates: Igitur vr, q. ante capitulum tenebantur de furto, vbi aufertur res & deſtruitur. ad quid furtum puniri de nouo ſtatueretur, ſi iure cõi id eſſet? certe nõ video, quia fruſtra, &c. C. arb. tut. l. cum interdicto de theſaura. l. 1. in furto ergo non tenetur. An ergo idem in rapina, vt qñ vi rapiuntur bona, & ignoratur raptor: an teneantur incolæ? Videtur q. idem: quia nullus improbior fur, q̃ raptor. Inſtit. vi bon. rapt. in prin. Item rapina furtum eſt: & furti tenetur raptor. ff. vi bon. rapt. l. 1. ſecundum primum intellectum gl. Non procedit quæſtio, quia de furto, nec de robaria, ſeu rapina habet locũ niſi qñ deſtruitur, vt ſi occideret equum; ſicut qñ incidit vineas & comburit: ſm̃ alium intellectum procedit: & quia ſublata eſt hæc pœna in vno, ſ. in furto, in robaria ſtare ergo non prohibetur. C. de teſta. l. ſancimus. Nam diſrobatio per uim habet aliud nomen q̃ furtum, ideo aliter iudicabitur. C. de codi. l. ſi idem. & dr̃ clãdeſtina per conſti. Reg. Caro. I. quę incipit, clãdeſtinis, ſiue fiat de nocte, ſiue de die in locis ſolitarijs. Furtum de nocte fit, dr̃ enim a furuo: ſicut hic in gl. plene hr̃. Loca ſolitaria vhr loca ſyluarum non habitata, ut ſi per uiam latrones diſrobent. Sed qũo ſi nullus uidit, non poteſt probari, & ſic deficiente probatione ſuccumbet. ff. de te. tu. in l. duo ſunt Titij? Si aliqui viderunt, non fuit locus ſolitarius: quia non fuit ſolus hic, qui diſrobatus eſt, ut in l. palam, quam gl. allegat in conſtitutione ſeq. quæ dicit, dãna clandeſtina probari non poſſe. Item ſi uiderunt, agitur contra latrones, nõ contra incolas. Videtur dicendum loca ſolitaria eſſe, qñ diſrobantes non fuerunt cogniti, & ſic non reperiuntur: & ſic dicit dicta litera, quorum commiſſores inueniri non poſſent, qñ non cognoſcuntur & non inueniuntur. licet poſſet agi aliqñ vt exhibeãtur, ad hoc ut cognoſcantur. ff. ad exhib. l. 4. §. ſi quis nouali. quod hic non haberet locũ contra latrones incognitos; ſi aliter diceretur, hæc l. fruſtra poneretur: & uerbis nõ rebus inuenireſt impoſita, quod eſſe nõ debet. C. comm. de leg. l. 2. Incolæ ergo tenentur ex delicto proprio, ſ. negligentiæ, quia debent cuſtodire territorium, ut hic in gl. & ſeq. conſtitutione. Item fit differentia qñ clam, & qñ palam, ut in gl. hoc vr dici debere inter ipſos commiſſores, & in tractatibus in quibus iura inducta loquuntur. At uniuerſitas punitur, quia omiſit cuſtodiam: quia peccatum omiſſionis leuius eſt, ut ff. ad Sillan. l. 2. in gl. Item ſi tenentur tunc incolæ: quia robaria facta eſt clam, multo fortius qñ palam, illa ratione, quia non cuſtodiunt terram: quia præſumuntur ſcire fures, ut gloſ. ponit in conſtitutione ſeq. per l. ne quid. ff. de incen. rui. & nau. Ex præſumptione enim non debet damnari. ff. de mino. l. 3. §. ſcio. de pœ. l. abſentem.

Et ſi

a *Inueniri*. Si autem inuenti fuerint, damnabuntur in triplum, vt in Lobarda, de dam. & iniuri. l. 1. aliàs puniuntur pœna capitis, ut infra de pla. l. qui doloſe. & ff. de incen. rui. nau. l. licere unicuique. §. qui data opera. & l. qui ædes, ubi imponitur pęna flammarum, & dic ut ibi. Et prædicta omnia iura loquuntur in incendio doloſe commiſſo. ¶Similiter & in inciſione arborum uidetur de iure communi pœna capitalis imponi, ſi criminaliter agatur. Nam qui arbores inciderunt, tanquam latrones puniuntur, ut ff. arb. fur. cęſ. l. ſciendū. & latrones quidem furcis ſuſpenduntur. de pœ. l. capitalium. §. famoſos. & no. gl. ord. l. ſciendum. Sed hæc cōſtitutio reſtringit capitalem pœnam tantum ad nocturnos huiuſmodi malefactores, vt hic.

• Additio. *Et quod in hoc iudicio procedatur ſimpliciter, ſummarie, & de plano, ſine figura iudicij, & quòd ſtetur iuramento diſrobati vel alio damnum paſſi, ſtatutum eſt per c. regni, quod habetur in cod. Domini Baratucij, qui nunc in regia Siclæ archiuio conſeruatur, par. 1. cap. 70.* Fabius Iordanus.

• Additio. *An autem, & ltra reſtitutionē, ſeu emendationem damnorum teneatur uniuerſitas ad pœnam ſ[illegible]o pro furto, uide Gram. deciſ. 47. vbi tenet quod non teneatur.* De Bottis.

miſſores [a] inueniri nō poſſint, * aut (ſicut multoties accidit) per locorū incolas occultantur. Homines locorum ipſorum, in quibus maleficia committuntur ad damnorum reſtitutionem * [b] integrè arceantur, qua reſtitutione tam illos, quibus pro noſtris ſeruitijs talia acciderint, quàm reliquos, quibus hoc ex inimicitia, ſeu aliquo odio euenerit, & frui volumus & gaudere. Nec minus Iudęos, & Saracenos, quoſque Chriſtianæ ſectæ diuerſitas reddit infeſtos, omniq; alio auxilio deſtitutos, protectionis noſtræ potentia, pati non poſſumus defraudari. Prędicti autem clandeſtini, & nocturni malefactores, ſi in ipſo facinore deprehenſi, vel aliter legitimè conuicti fuerint, [c] capite puniantur.

b *Integrè arceantur*. Idem cauetur iure ciuili, ut ff. de incend. rui. naufrag. l. ne quid, in fine. 1. reſpon. ibi, id a poſſeſſoribus recipiant, & C. de fal. mo. l. 1. & C. de his qui latrones, uel ali. crimi. reos occult. l. 2. §. deinum. & ex his legibus videtur ſumpta pręſens conſtitutio.

c *Capite puniantur*. Supra de uiol. meretr. illa. l. 1. capite puniantur. no. grauem pœnam, ſcilicet capitalem impoſitam pro quolibet maleficio nocturno, ut in princip. conſtitutionis huius colligitur ibi, & cæteris maleficijs, quæ clam nocturnis, &c.

De homi-

ANDRÆAS DE ISERNIA.

Et ſi dicatur quòd cuſtodia aduerſus uim parū prodeſt. ff. de act. emp. l. ſi ea res, & commo. l. ad eos. Sed de damno uerum eſt, q; non cōmittatur, ſed prodeſt fieri cuſtodia, ut ſciantur malefactores, quibus cognitis, ceſſat pœna contra uniuerſitatem. ¶Quid ergo erit ſi noctis tpe ueniant homines incogniti tinctu, nigri, aut aliter, & diſrobant Titium, & fugiant. & ciues ſtatim inſurgunt, & clamando & inſequendo eos, ſed non potuerunt eos capere, quia erant equeſtres & leues, uel ſylua prope, ubi ſe abſconderunt, ita quod incolis non poteſt negligentia imputari? Certè raro hoc eueniret, & ideo lex ad illum caſum non trahetur. ff. de leg. l. nam ad ea. alias diceretur, ſic uolo, ſic iubeo, ubi lex careret ratione non eſſet lex, ut pluries dictum eſt. Ad quod eſt quæſtio, quam de Lazaro reſuſcitato no. gl. in l. nam ad ea.

Additio. *Adde glo. ſi in cap. 2. 32. q. 7. Do. l. in c. fraternitatis. de frigid. & maleſi. Et an reſuſcitatus recuperet bona? vide gl. in l. ea quæ raro. ff. de reg. iur. Et per Ang. & Ioan. de Imo. in l. ſi marito. ff. ſol. mat. Et an homines reſuſcitabuntur nudi in die iudicij? vide per Arch. c. nemo per ignorantiam. de conſecratio. diſt. 1.*

Nec dicit in diuerſis, ſed in eodem. Sanctius eſt nocentes abſoluere, quam condemnare illos, qui non culpauerunt. ff. de pœ. l. 3. quāuis ſi incolæ faciant pro poſſe debitum, raro eueniret, quin caperentur, aut unde non haberent notitiam, & ad hoc habuit reſpectum hæc cōſtitutio. Qn̄ rara & inſolita eueniunt iudicatur de his, ſicut de ſolitis. C. de leg. hæred. l. ſi maior. ſecundum rationem qualitatis & conditionem negotij. Pone q; incolæ, vt videntur cuſtodes ponuntur in locis dubitabilibus, latrones diſrobant in alijs locis in eodem territorio, quod tam ſit amplum, q; omnes incolæ cuſtodire non poſſent, abſurdum eſſet teneri incolas facientes q; poſſent. Nemo n. etiam per vnū arctum locum tam continue ire poſſet. ff. de ſerui. l. ſeruitutes. Vel venit numerus maior pluſquàm erant omnes incolæ, cui ipſi habitatores omnes reſiſtere non potuerunt. Certe vbi conſtat, aut poteſt veriſimiliter cōſtare de vi huiuſmodi, ſufficit incolas facere quod poſſent. In his rex qui habet prouentus debet facere, vt fiat iuſtitia, & curare facere hoc. ff. loc. l. in lege. Dicūt quidā Theologi, † q; redditus Regni, quos habet Rex ſunt ſtipendia, quia ad hoc inſtituta, vt iuſtitiam ſeruet in terra Regni, ſeu intra Regnum, dicit S. Tho. 2. 2. quæſt. 63. q. 7. Vtrum illi qui non receperunt, teneantur reſtituere in reſponſione principali. probatur ad Rom. 13.

† Additio. *Adde Gram. deciſ. 47.* De Bottis.

Debet ergo curare & facere auxilijs debitis hoc. ſic. 22. q. vlt. c. de forma, in gl. Subditi q; teneantur cuſtodire ſtratas non legimus, cum non teneantur, ſed Rex tenetur ad hoc, vt dictum eſt. Et ſi tenentur, ſufficit q; faciant, quod commode poſſent. ff. de ver. ſig. l. nepos Proculo. 22. q. 2. faciat. Qui facit quod poteſt, ſatis eſt. C. de his qui. vt in dig. l. ſi. ideo argumentum ad hoc, quod dr̄ de furto, vt ſit caſus fortuitus, qn̄ paſſus furtū fecit in cuſtodiendo & præcauendo quod potuit, & nulla culpa poteſt propterea imputari, vt hic in glo. dr̄. Sed contrarium videmus ſeruari, quia coguntur incolæ cuſtodire, & reficere loca, vnde comeatur. id. n. publice vtile eſt, ſine metu per itinera ire ſeu comeari. ff. de his qui deie. vel effuder. l. 1. ar. C. de ſac. ſan. eccl. l. ad inſtructionem. Sed non ob hoc, q; tenentur ad refectionem itinerum, ſequitur quod teneantur de robaria ibi facta, Curia debet ‡ coercere, vt reficiant. Sed de robaria tenetur Rex, qui habet redditus regni, de quibus habet iuſtitiam facere ſecundum Sanctum Thomam, vt dicemus in ſequenti conſtitutione.

Rex tenetur de robaria.

‡ Additio. *Vide Iacobin. in l. 2. §. legatis, in fi. de iudi.* De Bottis.

Pro ſeruitijs noſtris. Ibant in commiſſionibus per curiam eis directis, & hi paſſi ſunt exercendo & exequendo commiſſa, & tunc iniuria facta officiali fit ipſi Principi committenti, vt infra de iniu. Cur. illa. l. 1. & l. eos.

Iudæos & Saracenos. Sunt hi ſub protectione Principis, ne vindictam ſua authoritate quis recipiat. C. de Iudæis. l. Iudæos. ſic ſup. de deſen. l. qui in poſterum, circa fi. Sectæ enim diuerſitas inducit odium etiam inter eos, qui ſunt, & eſſe debent, amore coniuncti. l. & ſi legibus. C. de epiſ. audi. de ſponſa. l. fin. Nam & clerici & laici non ſunt diuerſæ ſectæ, ſed diuerſi habitus & tamen oppido ſibi ſunt infeſti. li. 6. de immu. eccl. cap. clericis. 2. quæſt. 7. laicos, & c. laici. Idem dicit glo. iuriſ. vnde dicit habere ortum hanc conſtitutionem, ſed hoc dicetur plene in conſtitutio. ſeq.

Puniantur. Primo uidendum eſt qualiter puniantur combuſtores, & qualiter arborum inciſores, † deinde ueniamus ad pœnam, quæ hic ponitur. Et quidem in combuſtione, aut homo perit ex tali incendio, aut non. Primo caſu comburitur, ſicut combuſſit, ſic intelligitur ff. de incen. rui. nau. l. qui ædes. tenetur etiam l. Cornelia de ſic. ff. ad l. Cor. de ſic. l. 1. in princ. & ſi quis dolo. Si uero combuſſit alias res, ſi quidem in ciuitate, in plus punitur, vt ff. de incen. rui. nau. l. fin. Si extra, vt in villa, minus. ff. de pœn. l. capitalium. §. ob inimicitias. Maius enim periculum poſſet euenire de incendio poſito in ciuitate, quam extra. pro quo eſt C. de inceſt. nup. l. cum ancillæ, in ſi.

† Additio. *De maleficio commiſſo in loco abſconſo, vide Bar. in l. ſemper. §. hoc interdictum. ff. quod vi aut clam.* De Bottis.

Vnde qn̄ homo non moritur ex incendio, pœna erit ſemper extraordinaria iudicis arbitrio, qui arbitrabitur maiorem pœnam, qn̄ in ciuitate, & tunc in plus puniet, qn̄ pretioſas domos combuſſit, quā qn̄ unum paleare. & aliter ſi ſit uilis perſona conſueta talia facere, quam alius, ut d. l. fin. & l. Pedius. Licet enim in hoc extraordinario crimine ſint certæ pœnæ in perſonis, ut d. l. fin. tamen arbitrio iudicis infligentur. ff. de effrac. l. 2. §. expilatores. Eſt quidem crimen extraordinariū quando homo non perit incendio: nam numeratur inter publica delicta, in quibus arbitrio ſuo extraordinarie punit iudex, ut ff. de priua. delict. l. fin. & de fur. l. fin. Sed infra l. 3. de incen. ſimpliciter dicit pœnam capitis eſſe. ibi tamen dixi, quod intelligitur, ſi rationabiliter eſt, licet ibi indiſtincte loquatur. Inciſores arborum, & maxime uitium tanquam latrones puniuntur. ff. arbo. fu. cæſ. l. 2. Nam ſi cauſa furandi arbores fecit, quod eſt tamen, domino ignorante, tenetur furti in duplum, & ſi contractaret poſt, & fuit deprehenſus in quadruplum, ita quod duplicatur, & quadruplabitur pretium arboris furtiuæ cæſæ, ut d. l. ſciendum. Sed ſi non ex cauſa furtiua, ſed ut damnum daret, forte quia erat inimicus, uel ex alia cauſa, tunc ad emendationem damni tenetur, eod. tit. ff. ad l. Aqui. l. 1. §. 1. & per edictum illius tituli in duplum, eo. tit. arb. fur. cæſ. in princ. & l. facienda. Item quando cauſa furandi, punitur criminaliter, ſicut in quolibet furto. ff. de furtis. l. ſi. & quando ciuilis actio. l. 1. Item ſi cauſa dandi damnum, non furandi, punitur extraordinariè, & punitur ad arbitrium iudicis. ff. de priua. delic. l. 1. in gl. Sed tn̄ per hanc conſtitutionem uterque, i. quilibet nocturnus malefactor punitur capite, uel criminaliter. ¶Quid ergo ſi de die? dic q; forte minus puniretur. ff. de effract. l. f. & de fur. Bal. in l. 2. quia tempus aggrauat delictum. ff. de pœ. l. aut facta. §. tempus. C. de adult. Gracchus. hoc n. de nocturnis dicit, ergo in diurnis non ſic, ſed aliter, ut ff. de iud. l. cum prætor. Clandeſtini plus vidētur puniri, ar. ff. de ritu nup. l. fin. In diuerſis quidem tractatibus hęc iura de clam, & palam

Pro

De homicidijs, & damnis clandeſtinis, quorum autores inueniri &c.

a *SI damna.* Si aliquis clandeſtine occidatur, ita ꝙ neſciatur homicida, authoritate huius cõſtitutionis debet præſes inquiſitionem facere. & ſi per eam pateat pro certo, & plene de homicidio, puniet eum. Si ſemiplene de aliquo inueniatur, qui eſt leuis perſona, ponitur ad tormenta. Si confitetur, punit̃ vltimo ſupplicio. alias ſiue quod non confiteatur. Si verò nullus inuentus eſt per inquiſitionem, citãtur tũc vicini loci in quo homicidium eſt commiſſum, & tenẽtur pro Chriſtiano ad centum auguſtales: pro Iudæo, vel Pagano ad quinquaginta. Et eadem inquiſitio locum habet in damnis clandeſtinis rebus datis. Satis poteſt dici quod hæc conſtitutio contineat nouum ius. Eſt tamen arg. ad illud, quod de inquiſitione dicitur ff. de offi. præſi. conuenit. & ad Sylla. l. inquiſitionem. & quia iudicis eſt inquirere veritatem, vt C. de eden. is apud quem. Item no. ꝙ ad hoc, ꝙ aliquis tormentetur, duo debent præcedere, ſcilicet ſemiplena probatio, & quod ſit leuis vitæ, vt hic dr̃. Non enim eſt a quæſtionib. inchoandũ, vt ff. de quæſt. l. ſi damna, alias l. 1.

De homicidijs, & damnis clandeſtinis, quorum autores inueniri non poſſunt. Aliàs, de maleficijs clandeſtinis.

TITVL. XXVIII.

Si commiſſores damni vel homicidij clandeſtini, præmiſſa inquiſitione, de qua in tex. non reperiantur, vniuerſitas in cuius territorio reperitur homo occiſus, ſi eſt Chriſtianus, mulctetur in centum; ſi eſt Iudæus, vel paganus, in quinquaginta auguſtalibus, & illa inquiſitio habet locum etiam in damnis clandeſtinis. Et ſi vniuerſitas occultauerit dictos maleſactores clandeſtinos, punietur arbitrio Domini Regis. h. d. Matthæus.

† IMPER. FREDER.

SI damna [b] clandeſtina * patientibus, quorum autores † per

● ADDITIONES. *Odioſa eſt hæc conſtitutio, vt per Andr. in c. 1. in verbo, prouincia, de ſta. contra liber. eccl. inſurgit in dubiũ, ſi eſt cõmiſſum homicidium in territorio Baronis & neſcitur maleſactor, an curia Baronis poſſit agere pro damno clandeſtino contra vniuerſitatem ſecundum terminos huius conſtit. & videtur ꝙ non, quia Imperator in tex. huius conſtit. dicit per officiales ſuos debere procedi & inquiri, & ſic clare ſequitur. Item quia in conſt. Regni, in clandeſtinis maleficijs dicitur, noſtro applicanda ærario. & ſic illam pœnam debere fiſco applicari, & per cõſequens Regis eſt cognitio. Ego ſemper fui in opinione, ꝙ hodie Barones habentes merum Imperium, prout hodie cõiter omnes habent, poſſunt cognoſcere de dictis delictis clandeſtinis. Ad quod tenendũ primò moueor: nam habens caſtrum cum vaſallis, territorio & pertinentijs, mero Imperio & iuriſdictione in vaſallos, prout eſt cõis inueſtitura, poteſt cognoſcere in ſuos ſubditos, quia dicitur ordinarius iudex ſuorũ vaſallorum vt no. And. in c. 1. §. præterea ſi inter duos, col. 9. de prohib. alien. per Freder. & in conſtit. Regni, officiorum. ergo Rex non poteſt, nec debet ſe intromittere de primis cauſis vaſallorũ Baronis, vt poſt Bal. firmat Iacobin. in tract. de Reodis, col. pen. & Mart. de Laud. in tract. de Princ. in 1. rub. concl. 138. incip. Dux Mediolani conſuluit. Curt. in conſ. 2. poſt tract. feu. Secundo moueor, quia ſi mandatũ eſt merum Imperium, & ſic vt poſſit condemnare ad mortem, quanto fortius videtur conceſſa iuriſdictio, vt poſſit imponere pœnam pecuniariam: nam etiam quando Barones non habent merum Imperium, condemnationes pecuniariæ erant Baronis: quanto fortius quando merum Imperiũ fuit conceſſum, vt decidit And. in c. 1. verſ. hæreditatem, de pace ten. vbi videtur implicitè decidere caſum noſtrum, dum diſtinguit ꝙ ex quo Barones non habent merum Imperium, quando condemnatio fit ratione delicti, quia perſona condemnatur, bona ſeu pœna ſpectabunt ad fiſcum: ſecus ergo eſſet, ſi merum Imperium eſſet conceſſum Baronibus ratione cuius, ſecundum vnam opin. venit poteſtas confiſcandi bona, vt conſuluit Fulg. conſi. 1. & tetigit Iacobin. in tract. de Reodis, col. 3. in fi. & in tract. feud. in verſ. cũ mero. 2. col. in fi. & in ſpecie ſequitur Luc. de Pen. in l. 1. col. 8. in fi. de priuil. ſi hol. lib. 12. & dicuntur iudices conſtituti in ſumma adminiſtratione, & poſſunt pœnam omnium bonorum imponere, vt tenet And. in cõſtit. pœnam nouem unciarum. Tertiò moueor: nam etiã ratione territorij delictum debet puniri in loco, in quo committitur, auth. qua in prouincia, C. ubi de*

crim.

crim. agi oper. & ſic iudex territorij, qui dicitur a terrendo, debet de hoc cognoſcere. nam vt declarat And. in d. § præterea, territoriũ exponitur idest iuriſdictio, ſeu caſtrũ cum iuriſdictione, & territorio. Quartò moueor, nam in multis priuilegijs, imo in omnibus conceduntur quatuor literæ arbitrariæ, de quibus in capitulis Regni car. . . & illas exercere volentib. datur facultas componendi delictum clandeſtinum. Fruſtra enim daretur iſta facultas, ſi cognitionem Baro non haberet: nam ſecundum terminos illius ca. datur poteſtas componendi etiam poſt impoſitas pœnas, & ſic poſt condemnationem, quod non licebat ſine licentia Principis, quia poſt condemnationem non poterat pœna commutari, vt decidit Andr. in cap. 1. in ver. & bona, colum. 3. quæ ſint rega. Nec dicatur, ꝙ illud c. ſeu litera loquitur in perſona magiſtri Iuſtitiarij, & loquitur de pœna applicanda fiſco: nam dico ꝙ hęc reſponſio facit pro reſolutione cõtrariorum. loquitur enim tempore, quo tantum Barones habebant ciuilẽ iuriſdictionẽ, vt And. in locu pręalleg. nimirum ſi verba diriguntur ad Iuſtitiarium, & ſi tunc tractabatur de pœna applicanda fiſco. Secus tamen eſt quando merum Imperium fuit conceſſum. Item ſi Rex concedit Baroni, vt poſſit in damnis clandeſtinis poſt ſententiam cõmutare pœnam, ſatis videtur concedere cognitionem homicidij clandeſtini, quia videtur conceſſum omne neceſſarium antecedens, iuxta plenè poſita in l. 2. ff. de iuriſd. om. iud. Quintò eſt clara determinatio in alia litera incip. ne tuorum, car. . . illi in ſpecie datur facultas procedendi ex officio in homicidijs clandeſtinis. ergo ſi talis litera cõceditur Baroni, clam videtur data poteſtas in clandeſtino maleficio procedendi. Sextò hoc probo: nam Rex concedendo merum & mixtum Imperium, & ſic faciendo eum ſupremum Iudicem, vt dicit And. in d. conſtit. pœnam, etiam in quibuſlibet priuilegijs excepit tuat crimen hæreſis, læſæ maieſtatis & falſæ moneta. per iſtam exceptionem datur intelligi ꝙ omnia præter iſta dicuntur conceſſa, vt declarat Dec. in c. cum dilectus, col. 3. de confirm. vti. vel inuti. Limita, niſi eſſet caſtrum vel villa, in quibus non adeſſent, niſi quinque patresfam. Mar. in ſing. 232. Qualiter autem contra vniuerſitates, in quarum territorijs ſunt commiſſa furta, probetur de damnis, & furtis ipſis, latè examinat Luc. de Pen. ad intellectum huius conſtit. in l. 2. 1. col. C. de naufrag. lib. 11. tandem poſt longam diſcuſſionem tenet, ꝙ per ſolum iuramentum damnum paſſi, vide quia multa dicit ad declarationem huius conſtitutionis, ibiq; in 5. col. allegat quandã conſtit. Regis Roberti, in qua diſponitur ꝙ diſrobatio ex rapina probetur per vnũ teſtem & famã publicam. De Bot.

¶ *Circa damna clandeſtina vide c. Regni, clandeſtinis, & c. frequens, & c. ineffrenata. & opt. conſi. Cornei 123. vol. 1. & vide Bar. in l. nequid, ff. de incen. rui. & naufr. & limita vt per Ioan. de Platea in l. fin. C. de naufrag.* Fab. Iordanus.

¶ *Vide ad hanc conſtit. c. Regni, clandeſtinis maleficijs. in titu. de pœn. hom. cland. & an villa, quę ſoluit pœnam pro homicidio, ſeu dãno clandeſtino commiſſo in ſuo territorio habeat regreſſum contra principales poſtea repertos ſeu per eam non captos. & dato ꝙ ſic, an habeat hypothecam in illis bonis, vide Lud. in conſi. 508. incip. præſens conſultatio duo habet capita. item adde ꝙ ſi poteſt probari homicidium commiſſum de nocte, vniuerſitas no tenetur. Bal. ſing. in l. ſi cum except. §. in hac. ff. quod met. cau. ibi etiam Ang. de homicidio cõmiſſo de nocte, non eſt hodie verum per d. c. clandeſtinis maleficijs. & vide omnino Lud. Rom. conſi. 7. quando agitur contra vniuerſitates ad emendationem damni pro furto cõmiſſo in eius territorio, quando maleſactores non reperiuntur, non habet*

ANDRÆAS DE ISERNIA.

lam intelliguntur, vt ſupra dictum eſt. ¶ Quid ſi furatus ſit vnam gallinam de nocte, an capite puniatur? ¶ Item quæro de alio modico, an propter frequentiam furtorum teneantur de furto vnius gallinæ? Inſtit. de rer. diui. §. gallinarum. in glo.

ADDITIO. *Adde tex. in c. cum fur. 14. q. 6. glo. in proœ. Greg. Hoſt. in ſum. tit. de cau. poſſ. in §. & qualiter amittant. ver. Gallina. no Bart. in l. qui ea mente. ff. de furtis.*

Et videtur quod ſic, propter generalitatem huius literæ. Poſſet dici, quòd cõſtitutio Regis Caro. I. primum furtum puniat capitaliter, ſi ſit vltra vnciam. Si infra, ad fuſtigationẽ damnetur, dummodo infra vnum auguſtale: ad mutilationem verò manus, quando vltra auguſtale infra vnciam. Et de pluribus licet minimis capitaliter ſeruetur illa tanquàm poſterior, non diſtinguens de nocte fiat, an de die, & nos indiſtinctè intelligemus. ff. de pu. l. de precio. Durum eſſet & crudele pro vna gallina de nocte furto ſubtracta mori, ſufficiat fuſtigatio. Pœna proportionari debet delicto. C. de pœn. ſancimus. nam pro duabus gallinis, diuerſis temporibus, nocte furto ſubtractis, eſt pœna

pœna mortis per illam conſtitutionem. Item nota, quòd quamuis in furto non ſit hæc pœna hodie, ut ſupra dicitur, nihilominus inquiſitio poteſt fieri propter maleſactores, ut puniantur: & ad inueniendas leues perſonas, quæ tormentabuntur ſi inueniantur notatæ, ut in conſtitutione ſequenti. Remota pęna contra incolas, non remouetur contra maleficos inquiſitio, immò conceditur: quia quod non mutatur, &c. per l. ſancimus. C. de teſtam. nec contingit hoc, vt uno remoto, remoueatur aliud: cum ſit contra diuerſos. ad quod eſt etiam. ff. de iudic. l. cùm prætor. & quod dicitur extrà de conſtitut. cap. tranſlato.

De homicidijs, & damnis clandeſtinis, quorum actores inueniri non poſſunt. Rubrica.

SI damna clandeſtina. Summatur vt præcedens cõſtitutio, vt ibi dicit gl. & effectus huius legis ſumitur ff. de incen. rui. naufr. l. ne quid. in princ. C. de fal. moneta. l. 1. circa fi. de his qui latro. occ. l. 1. §. diui. ad quod eſt C. lib. 11. de fabricen. l. 3. de caſtren. l. fi. in fi. Corroboratur quod dr̃ in præcedenti conſtitutione: nam quod dr̃ in hac conſtitutione,

† Aliàs. Idem Aug. † Aliàs, actores.

probationes dilucidas inueniri non poſſint, Imperialis prouiſionis remedijs meritò [a] ſubuenimus. Vt vniuerſaliter per poſſeſſores locorum, in quorum [b] territorijs huiuſmodi ſcelera ſunt commiſſa, eorum indemnitatibus [c] conſulatur. Multò fortius illos exper-

bet locum iuramentum in litem. Bar.in l.1.quando ex facto tuto. & an hodie teneantur vniuerſitates, cũ Rex teneatur ipſe cuſtodire, vide hic Andr. de Iſer. & ad materiam iſtius conſtit. vide Alber. de Roſate in tract.ſtatut.2.par.q.62. cum ſeq. M. Ant. Pulucinus.

¶ *Cadauere reperto in flumine communi duarum ciuitatum, qua ciuitas teneatur, vide Capic. in cap. feud. clauſula. §. fluminibus. verſ. flumen exiſtens. & quid ſi fuerit immiſſus ignis in reſtuchijs ante feſtum Aſſumptionis Dominæ, & fuit illatum damnum, ſi commiſſores non reperiantur, an teneatur vniuerſitas. vide Modern. in cap. Regni, clandeſtinis, nume.14. & ibi. nume.15 an procedatur ex officio. & quid debeat probare agens conditione ex hac conſtit. vide Soc.conſil.55. præſtantiſſime Doctor.1.vol.& Corn.conſil.123. 1.vol. De maleficio commiſſo in loco abſcondito, vide Bar.in l.ſemper.§.hoc interdictum.ff.quod ui aut clam. Eſt no.quòd domini tenentur ſtratam cuſtodire ſecuram. Fel.in c.olim. 3.col.de excep. Iaſ.in l.ſi quando.col.7.C.unde ui. Alex. conſi.88.in fi.5.col. Quid in eccleſiis.Fel.in c.ea te, col.14.de reſcrip.Lud.conſi.7.Capol.conſi.18. Fel.in c.licet cauſam,col.9.de probat.Iaſ.in l.nõ ſolum,in prin. de ope.no.nun. Abſentes non tenentur, Lud.d.conſi.7.in fi.Iaſ.in l.de quib. col.14.de legib.& in l.1.§.in eum.ff.ne quis eum.& in l.ſi quis ſuo. §.legis autem. C.de inoff.teſt.Dec.conſi.37.col.6.& conſi.54. col.3. an autem abſentes teneantur, vide Dec.conſi.64.col.4.in prin.qui dicunt ꝙ non. Adde ꝙ ſi alicui eſt datum damnũ in proprio incolatu, ipſe tenetur pro rata ſua, Luc.de Pen.in l.nemini in fi.C.de conſul.& non ſpar.lib.12. & uide Ro. conſ.7. ubi an homines de vniuerſitate qui tenentur de damno non probato malefactore poſſint deponere contra damnum dantem. Et quid in eorum familiaribus, & quid ſi reperitur homo mortuus in territorio non tamen apparet occiſum in territorio, an debeat puniri uniuerſitas, vide Dec.conſi.438.in prin. An autem habeat locum, ſi eſt commiſſum furtum extero, uide Hippol.de Marſ.in l.ſi.nu.115.ff.de iuriſd.om.iud. ſi allegetur per uniuerſitatem delictum fuiſſe commiſſum extra territorium, & corpus deinde illatum intus territorium, quis debet hoc probare, Arno. cant. 24. & an in furto procedi poſſit ex officio, vide in d. cap. ad hoc, nume.138. & num.64.& ibi Scrib. omnino. Adde, quid ſi aliquis fuit captus in vno territorio, & diſrobatus in alio, quis teneatur, uide Felyn. in cap. 1.pen.col.de præſump. & Bald. in Auth. ſi quis non dicam rapere, C.de epiſc.& cler.col.4. Iaſ.in l.de quib.col. 14. ff.de legi. & in l.1. §.in eum, ff.ne quis eum qui in ius.& in l.ſi quis ſuo. §.legis autem. C.de inofficio. teſtamen. Dec. in conſil. 37. colum. 7.* De Bottis.

a *Subuenimus*. Vt ſupra.l.proxi.

b *In territorijs*. Aliàs, territorio & patet manifeſtè ex litera preſenti, quod tunc demum agi poſſit contra aliquam vniuerſitatem ad pęnam centũ Auguſtalium, quando in territorio ipſius ciuitatis aliquis homo inuenitur clandeſtinè occiſus:† ſecus ſi intus ipſam ciuitatem, tunc ceſſat hæc conſtitutio.

† Additio. *Vide Mod.in c.regni, frequens, in fi.* De Bottis.

Nam territorium dicitur extra ciuitatem, vt probatur apertè. ff. de verbor.ſignificat.pupillus.§.territorium.& C.de epiſc.& cler.null. circa finem.

Additio. *Adde l.fi.ff.de iuriſd.omn.iudi.glo.in c.ſi quis epiſcoporum.16.q.2.Io.And.in c.2.de conſti.lib.6.in nouel.Idem Ioan.And.in c. cum contingat.de foro comp.* Superant.

c *Conſulatur*. Vt cauetur etiam in præalleg.legib. non in ſuperiori conſtitu-

ANDRÆAS DE IṠERNIA.

ſtitutione, de ſuo fiſci commodo egit Legiſlator, contra ca.erit.8.diſt. Melius ſiquidem ſtatuiſſet, vt hæc pęna caderet in conſolatione agnatorum defuncti, q̃ fiſco applicaretur, arg.C.de his qui ante apertas tabu.l.1.in fi.ff.de pęn.l.capitalium.§.vlt. Sed iniuſtum eſt prorſus puniri innocentes: qui non deliquerunt, non puniuntur.ff.de leg.1.l.fi. ſed quia maleficium fit in territorio terræ, ideo præſumitur incolas ſcire illos, qui commiſerunt. hoc non procedit, quia in d.l.ne quid recipi dr̃ a poſſeſſoribus raptoribus, vt dicit gl.vel ab alijs, quorum opera funguntur. Nam ſi ab extraneo, & poſſeſſor ſciat, tenetur ꝓp cuſtodiam, dicit glo.ideo & melius: quia non indicat ſciens maleficium, ut tunc ſit ſpeciale teneri ad indicandũ: cum regulariter non teneatur, niſi in caſibus.ff.de cond.ob turp.cau.l.3.hoc eſt plenè dictum in vltima rub.Feud.§.nauigia.& hic ſimiliter per iſtam conſtitutionem. Sed ignorans non tenetur, vt in d.l.ne quid.in glo. Præſumitur forte, quia conuerſatur ibi, id ſcire, vt arg.C.de nup.ſi vicinis.& extrà de elect.c. 3.& c.ſcriptum. Ex iſta præſumptione non debet quis damnari, vt ff. de minorib.l.3.§.ſcio. Quia præſumitur ignorantia regulariter, vt ff. de proba.l.uerius. Alij dicunt, ꝙ eo ipſo, ꝙ prope littora ſunt, præſumuntur ſcire naufragium, arg.C.de naufra.l.quoties.quia nauis magna eſt, non poteſt incola prope prætendere neſciuiſſe, quia nauis rupit ibi ſicut epũm tranſiuiſſe ad aliam eccleſiam, vt extrà, de transla. c.quanto. Sed ꝙ ſciuerint proindè rapientes de naufragio, hoc non dr̃ ibi. Imò cõtrarium innuitur: quia cum dicit litera a poſſeſſoribus recipiũt: dicit glo.ſ.rapientibus.in l.1.de ſal.mo. Tutelæ officiũ eſſe debet vt ſciat, aut ſcire debeat, quod agebatur in rebus pupilli, quia & dño maiori ætate hoc imputatur, ea.l.§.dominus. vt intelligas tutorem teneri ſicut tenetur dñs maior, ſcilicet, de incuria & negligentia, vt ſit tutor loco dñi, vt ff pro emp.l.qui fundum §.tutor. nam in alio tractatur.C.de his qui lat.l.1.§.domini.tenetur dñs ſciens.Item l.vlt. loquitur in illis, qui ſunt de eodem corpore. Vnius delictũ nocet omnibus, quia damnum, & incommodum cõe eſt. indè ſuccedunt ad inuicem, vt C.de hære. Decur.l.fi.merito ergo tenentur omnes, ut ibi dicit gl.l.de caſtren.non facit.dicit enim puniri delictum in loco vbi cõmiſſum eſt, ut auth. qua in prouincia. Vnde melius ſtatuiſſet hoc huiuſmodi legiſlator, & ſuperior, ꝙ Rex habens redditus Regni, qui ob hoc tenetur ad cuſtodiam, puniatur, quia non cuſtodiuit. nam omnes violentias & latrocinia Regni debet Rex emendare ſm S.Tho.ut ſupradictum eſt. ¶ Poſſet etiam Rex cogere vniuerſitates ad reficiendum & reparandum vias & pontes, & alia commiſſa ibi, vbi non deberet teneri niſi Rex: & ſi publice, vtile eſt per itinera ire ſine metu, & periculo commeari, vbicunque publica vtilitas vertitur.

Additio. *Adde quid de clericis, an & ipſi teneantur pro rata? vide per Doct.in l.ad inſtructionem.C.de ſacroſan.eccle.Doct.in c.non minus.de imu.colle. Pet.de Anch.in repet.c.poſtulaſti.in 5.q de foro compe. Barth.Cap.in tract.de ſeru.ruſt.præd.in c.de via.Abb.conſ.3.incip.caſus ſuper quo,in 1.vol. Alex.de Imo.conſi.48. incip. & viſo, & dudum diſcuſſo.2.vol.Barb.conſi.29.incip.clementiſſimum Deum,in 4.vol.*

Item fiſcus tenetur ad precium eorũ quæ conſtant. C.in qui. cau. ſer.pro. præ.l.1. & 2. ¶ Quando verò incolæ occultarent maleficos, tunc ex proprio, nõ ex alieno delicto tenerentur: cum pęna tũc ſuos debeat tenere authores.C.de pęn.l.ſancimus. & eſt tunc pęna, ut in fi.huius conſtitutionis.

Multo fortius illos. Si ſupra prouidet de damnis rerũ, multò plus debet prouidere de damnis perſonarum.hæc enim præponderant.C. de ſacroſan.eccl.l.ſancimus.& arg.C.de pac.conuen.l.hac lege. Et hoc dicunt quidam idem eſſe in omnibus maleficijs, vbi non apparet accuſator, vel delator, vt inquiratur ad hoc, vt non ſint impunita. Alij contra, vt nõ deſtruatur regula, nemo ſine accuſatore punitur, de hoc dicemus ĩ.de offi.Iuſt.l.preſenti.& l.hi qui.§.ſpecialib.& l.Iuſtitiarij.

Perſonarum leuium & vilium. Et quæ ſint hæ, dr̃ C.de inceſ. nup.l.humilem.§.fi.de adul.l.quæ adulterium.ad l.Iul.de adult.ff.de ri.nup.l.palam.per totam l.& illi qui numerantur ĩ.de offi. Iuſti.l.hi qui. Mulier præpoſita quibuſcunque mercimonijs, vt d.l.humilem, in fi. Nã ſicut in maſculo, vbi vilia miniſteria exerceat: ideo ſtrictius in muliere: nam fęmina nõ debet intereſſe conuentui virorum ob naturalem, alias, matronalem pudorẽ, vt C.de contrah.ſtip.l.optimam. ¶ Et attendendum ꝙ gl.dicit, vt non ſufficiat indicium ad torturam: ſed quod ſit leuis vitæ: nam argumenta & indicia debent præcedere contra ſuſpectum, & alijs argumentis, &c. In plurali dicit, & alijs.ff.de quæſt.l.1.in prin.& in §.idem Cornelio. ibi, ſed argumentis cauſam examinandam, vt C.eo.l.milites.ver.oportet.& in conſti.incliti Regis Caroli II. quæ incipit, tormenta. Vnde ſi homicidium probatur per vnum teſtem ad tormenta: ſi teſtis non reprobetur: videtur, ꝙ ſit neceſſarium probare de leuitate, vel vilitate vitæ, vel ſi eſſet girouagus, arg.eius quod no.in glo. C.ubi de crim.agi opor.l.1.pro quo eſt.ff.de quæſt.de minore.§.fin. Idem ſi probetur, ꝙ eſt fama publica, ꝙ occidit, arg.ff.de teſti.l.3.§.eiuſdem.C.de prob.l.proprietatem.vt ſemper requiratur ſemiplena probatio faciens indicium, & leuitas perſonæ. Sed ſi incipias a fama, ꝙ ſit fama, ꝙ Titius occidit, hoc ſolum non ſufficit, niſi probetur leuitas, vt hic dicitur. Idem ſi probetur, ꝙ Titius aufugit citatus de more: Nam fuga reddit eum ſuſpectũ, ut in Auth. de exhib.reis.§.ſi vero cuidam. Sed quantum ad hoc, ut torqueatur hoc eſſet ſuſpectiſſimum, vt d.l.1.§.1.& ideo plura indicia, ſeu plura argumẽta exiguntur, & debet dari copia indiciorum, propter quæ tormentari debet. Vltra induxit dicta conſtitutio tormenta hæc iuſtiſſime: dicitur ꝙ ſi datur copia in cauſa duorum denariorum, multò fortius vbi de ſalute vnius hominis. Idem de ſimilibus indicijs, cum poſſet etiam innocens aufugere timore iudicis: & fama plerunque naſcitur ab æmulis. Sed ſi per vnum teſtem non reprobatum, nec ſuſpectum probetur, quod Titius occidit, quia uidit, videtur hoc ſufficere ad tormenta, & ſi non probetur leuitas. ff.eod. l.maritus. & probatur Eſd. 12. cap. vbi Mardochæus non uidit, quod erat in animo Eunuchorum: ſed intellexit cogitationes, creditum eſt ei nuncianti Regi, qui de utroque, habita quæſtione, confeſſos morti tradidit.

Quæcunque

conſtitutione. Plerunque tamen cuſtodes puniuntur, vt ff.de offic. præfec.vigil.nam ſalutem.§.effracturæ.

● ADDITIO. *Vide late Gram. deciſ.47.& Marſ.ſing.338.& 357.vide Rol.conſ.7.*

tes, prouidentia noſtra, relinquere crederemus indignum, quorū patres, aut filij, cognati denique, vel affines in locis aliquibus per homicidia perimuntur occulta. * Cum tam horribilis ſceleris patratores [a] inueſtigatione qualibet, quamuis exactiſſima, nequeát reperiri. *

a *Inueſtigatione*. Ergo ſiue ordinaria, vt quia fit aliquo accuſante, vt C.de edēdo. qui accuſare, & de probationibus. ſciant. ſiue extra ordinem, vt per inquiſitionem, & nemine deferente, vt ſuprà de hęrec.l.1.ibi, nemine deferente, &c. vbi ſubiungitur, ſicut & alios, &c. ſiue igitur probentur actores criminis ab accuſante ab vniuerſitate ſe defendente: vniuerſitas liberetur, & hoc indicat verbum, quemlibet, hic poſitum, quod ſignificat omnem ſpeciem probationis, ſiue etiam inueſtigationis: arg.ad hoc.ff.de hæred.inſti.hoc articulo.quiſquis, & de leg.2.ſi pluribus.1.reſpon. & quia quæ poſſunt probari agendo, poſſunt etiam probari excipiendo, vt ff. de iureiu.l.nam & poſteà.§.ſi minor. & ff. quibus ex cauſis maior.l.cui rem. & ff.de doli excep.l.pure.§.vlti.C. de excep.licet.& ff.de inoffic.teſta.l.contra veterani.§.ſi filius. Quid autem ſi aliquis dicat ſe velle aliquem accuſare & probare, ſed differat? Reſpond. iudex poteſt ei præfigere tempus, intra quod accuſet, & probet: alias non audiet eum, argumento C.de ingenuis & manumiſ.l.diffamari.& de remiſſ.pignor.ſi eo. Videtur ergo cogi ageré, & ſic eſt contra.C. vt nemo inuit.l.1. Sed dic, ꝙ non cogitur: ſed ſi non agit, amittit ius ſuum: & pretor ei denegat iuriſdictionem, ſic.C.qui accuſare non poſſunt. ſi ea.& ff.de bonis auth.iud.poſſi. ſi ſeruus.& ff.ex quib.cau.maio.l.ſed & ſi pretorem.§.ſi dum.elapſo igitur tempore à iudice diffinito, nullo accuſante & probante, exiget pœnam: quia non debet pati aliquid fieri in fraudem Curiæ, nec remittere pœnam, vt infrà de exor. & præ.iudi.l.contingit.& l.ſponte.& de of.ma.ca.& ba.l.puritatem.

● ADDITIO. *Adde quòd ad hoc vt poſſit conueniri vniuerſitas, debet probari hæc negatiua, Corn. conſ.123.col.2.vol.1. Aymo conſ. 121.num.11.* De Bottis.

ANDRÆAS DE ISERNIA.

Quæcunq; ſcripta ſunt, ad noſtram doctrinam ſcripta ſunt. ad Rom. 15.fortis probatio eſt per viſum. Aliæ etiam diuerſæ ſpecies non faciunt vnam, ſic forte argum.C.qui.mu.tute.l.1. Magis mouetur iudex per vnum, qui dicit ſe vidiſſe, quàm per famam, & fugam: etiam ſi hæc duo, ſcilicet, fama & fuga concurrant: tunc vltra hæc conſtitutio probare præcipit leuitatem perſonæ, argu.ad præmiſſa.ff.de teſti. l.ob carmen.§.iudiciorum. Vndeſquod dicunt leges, & dicta conſtitutio, tormenta, de pluralitate indiciorum, non videtur referri quando vnus teſtis omni exceptione maior, qui non reprobatur, dicit ſe vidiſſe: quia de hoc ſpecialiter ſtatuitur in l.maritus. generalitas dicens de pluralitate indiciorum, non trahitur ad illud, de quo ſpecialiter & expreſſe cauetur, vt ff.de pœn.ſanctio.& in multis titulis eſt arbitrium, vt iudex videat quanta ſit fides adhibenda indicijs: quia & de quæſtione, ſeu de tormentis hoc idem, vt ſint in arbitrio eius multa, vt ff.eo.l.1.§.qōni. & d.l.3.de teſti.§.eiuſdem. & hoc multò magis in accuſatione, vbi ſollicitudo accuſatorum multa probat: & in officio non timetur ſubornatio. Vbi vero ſine indicijs quis tortus confitetur, an præiudicet, ſi perſeuerat in confeſſione? Dic ꝙ non, vt dicta conſti.tormenta.& in conſti.ſequenti patet, & ff.eo.l diuus.§.ex quibus, vbicunq; quis non debet interrogari cum quæſtione, ibi ſi adhibita quæſtione confitetur, non valet quæſtio, ſicut ff.eo.l.1.§.itē ſuſpicio. ita de cautione, quæ non debet interponi, ſi fuerit interpoſita non committitur.ff. de dam.infe.l. fluminum.§. vitium. Idem ſi fiat inquiſitio, vbi non debet fieri, facta non valet.extra de accu.c.inquiſitionis.§.fratris. quicquid ſequitur cōtra legis prohibitionem, nullum eſt, vt C.de legi.non dubium. Idem dicendum eſt, quando conſtaret de crimine per prohibitos teſtificari: vel in accuſatione facta per illū, qui non poteſt accuſare. Idem ratione perſonæ accuſati, vt clerici: tūc enim iudex ſecularis non cognoſceret. Nec obſtat quod crimina vndecunque claruerint, punienda ſunt.23.quæſtio.5.ecce.

ADDITIO. *Adde tex.in c.ſi quis omnis.1.q.7. Card.Zab.in c.atſi clerici, in 4.oppoſi.de iudic.*

Non enim dicitur clarere, niſi quando iudex eſt cōpetens ratione accuſatoris, & rei, & teſtes non ſunt prohibiti. De hoc diximus in titulo, quot teſtes ſunt neceſ. ad nouam inueſti.proba. Videtur tamen tunc obſtare.C.quod me.cau.l.ſecunda. vbi purgatur metus per ſpōtaneam ſolutionem. Sed hic ſpectamus initium quod ſuit contra legem, ſ.torquere hominem ſine indicijs, argu.ff.de acquir.poſſeſſio.l. clam.in princip. Sic econtra non eſt falſum, quod initiatur primordio veritatis. ff.de leg.2.cum filius.§.hæres. Si perſeueret, hoc.n.nocere videtur etiam quando iuſte adhibentur tormenta.ff.eod.l. prima §. diuus. Si iniuſte, perſeuerantia nō purgat quod ſic vitioſe factum eſt. Aliud ergo eſt vbi promitto per metum, deinde ſponte ſoluo, ſublata eſt proxima cauſa turpitudinis tunc per diuerſum ſequentem actum ſolutionis ſpontaneæ: at hic confeſſio & perſeuerantia eſt circa idem: non ſunt diuerſi actus, quia perſeuerantia requiritur etiam quando iuſte adhibentur tormenta: & tunc eſt neceſſarium quod ſequitur, ꝙ ſit ſolutus tormentis, quæ non timeat iterari. At quando iniuſte, quia per indicia, non ſunt vllo modo tormenta adhibenda.ff.eod. vnius.§. in ea cauſa.& quia de perſona hominis agitur, non habet locum illud generale, quod fieri non debuit, factum tamen tenet.ff.quando appella.ſit.l.prima.§.primo. Sed illud quod eſt in dicta l. non dubium, vt pro nullo ſit cōtra prohibitionem legis habitum, pro quo eſt, quia aliter iudicantur perſonæ, quam res.argumen.C.de fal.l.vbi, & ff.de pœn.l.in ſeruorum.in fi.& uide quod infra ſequitur. Idem ſi hic, cōtra quem ſunt indicia, tormentetur: & de homicidio, de quo agitur & quæritur, non confitetur, ſed confitetur alia crimina vbi eſt pœna mortis. Non enim debet quærere ſpecialiter, ſed generaliter quis fecit homicidium, de quo agitur, aliàs eſſet ſuggerere.ff. eodem.l.prima.§.quæſtionem. Sed de ſe poteſt interrogari ſpecialiter, & vbicunque poſſet teſtis de cauſa interrogari, & vbicunque æquitas iudicem mouerit, ſi agatur non excipiendo contra teſtem, vel actorem, dicit Innocent. extra de confeſſis.cap.cum ſuper. & vide quod ibi ſequitur in hoc: quia ſi excipiendo ſecus eſſet, extra de exceptio. cap. pœna. & ff. de his qui notantur infa. Lucius. & tunc quando de alio crimine confitetur, diſtinguitur, aut eſt connexum: & puniet eum.ff. de adulter.l. prima. §. ſi publico. Aut non, & tunc in illo iudicio non punitur, quia contingit aliàs, non tangit cauſam cœptam denuo, aliàs de nouo poſſet accuſari &c. Et licet probationes vnius cauſæ non producantur in alia, per ea quæ not.C. ad leg.Iul. de vi publica. l.ſi quis ad ſe fundum. tamen confeſſato crimine, factum eſt notorium iuris: & tunc incipiet iudex competens ex ſuo officio ſuper cōfeſſato proceſſum ſuum. Etiam ſi clericus coram ſeculari confeſſus eſſet, & damnabitur ex illa confeſſione: niſi probet errorem, vel confeſſionem ſuam in illo, ſeu alio caſu intellexiſſe, vt dixit dictum cap. cum ſuper. & de electio. per inquiſitionem. & ad hoc inducitur dictum cap. ecce. quòd crimina vndecunque claruerint, punienda ſunt. Idem eſt quando ex abrupto † quis confitetur, vt dicit Azo in ſum. de confeſſis. & eſt alia cauſa hæc a prima, & ideo in ea faciet iudex, ſicut ſi ſimpliciter adiretur, & inciperetur a confeſſione.

Clericus confeſſus corā iudice laico.

† ADDITIO *Vide Fel. in proœ. Decr.in princ.in 1.glo.& infra in conſtit.humanitatem, & in conſtit.pœnam eorum. & ibi And.& Alex. conſ.24.pen.col.vol.2.* De Bottis.

Item hæc conſtitutio refrænat iudices gaudentes de morte hominum, & ſitientes ſanguinem humanū, adhuc male ſeruatur in præiudicium animarum ſuarum. Non.n.tormentantur illi, cōtra quos iuſtè tormenta adhibentur: & ſtatim condemnat confeſſos in tormentis. Illud quidem quod confitentur dum torquentur, non eſt validū: niſi perſeuerent in confeſſione illa: quia nō habentur pro facinorib.exploratis.ff.eo.l.1.§.diuus.bonus iudex nō debet ſtatim pronunciare poſt confeſſioné in tormentis factam: ſed debet in vinculis ponere, donec pronūciet, vt ff.de cuſto.reo.l.ſi cōfeſſus. ad leg.Iul.maie.l.4.in fi. ibi, confeſſum in iudicio reum, & propter hoc in vincula coniectum: vt ſi vellet dicere ſe erraſſe in hmōi confeſſione, quia viuit ille, quem cōfeſſus eſt ſe occidiſſe.ff.de interroga.actio l qui ſeruum.vel alia ſimilia. Audiat eū eductum de vinculis ante ſnīam, vt iudicib. crudelibus fręnum adhibeatur, C.de cuſto.reo.l.2.& de pęn.qui ſnīam.hoc melius declaratur hic: quia qñ eduxit iudex eum in iudicio, vt videat ſi perſeueret, non debet dicere, ſicut mali iudices faciunt: Ecce margaritam, ſcilicet oſtendere ei cordam, quaſi dicat, ſi tu nō confiteris, poneris in tormentis: hæc confeſſio, vel perſeuerantia eſt nulla timore tali. Sed dēt dicere, tu confeſſus fuiſti hoc, & hoc: † ſi feciſti non tormētaberis vltra, dicas veritatē; & tunc ſi perſeuerat, vel alia dicat, valebit cōfeſſio: & tūc ſi poſt ex interuallo negat, niſi probet iuſtū errorē, ſtabitur cōfeſſioni tali, in qua ſemel perſeuerauit, ſufficit ſemel voluiſſe, & cōfeſſū eſſe ſine formidine iterationis tormētorū, ꝑ iura quę dicūt, nō pati iniuriā, q ſemel voluit.ff.de aqua plu.arc.l.in dié, & l.in cōcedendo. alioquin ſemper negabit, qñ veniet ad condemnationem.

† ADDITIO. *Vide Scrib. in c.regni, ſi iuſiè quis. num.26. cum ſequen.* De Bottis.

Vbi autem iuſtum errorem probaret, ſemper audiretur.ff.ad leg. Aquil inde Neratius.§.fin.& l ſeq.de interrogator.actio.de ætate.§. qui iuſto.imò poſt ſententiam.ff.de quæſtio.l.prima.§.fina.& de pęn. diui fratres. Ad veritatem ſemper oculum debet habere iudex, quia verum amamus.ff. de conditio & demonſtratio.cum ita, & Chriſtus dominus noſter dixit: Ego ſum veritas, non dixit, ego ſum ſententia.

a *In quorumcunque territorijs locorum.* Volunt quidam dicere ex hac litera, q; hæc conſtitutio tunc tantum locum habeat, quando huiuſmodi homicidium, cuius commiſſor inueniri non poteſt, eſt commiſſum · & occiſus quis reperitur in territorio alicuius ciuitatis, vel caſtri: videlicet extra ciuitatem, vel caſtrum: non autem quando intus: nam territoriũ eſt vniuerſitas agrorũ, &c. vt ff. de ver. ſign. l. pupillus. §. territorium. Ager verò eſt locus ſine ædificio, vt in eo. tit. l. ager, in prin. & l. fundi. & l. 96.

Præſenti igitur ſaluberrima conſtitutione ſancimus, vt ſi quando huiuſmodi maleficia a in quorumcunque territorijs locorum (quod

Additio. *Adde l. inſula. & l. pen. in §. ſi qua. ff. de acq. rer. dom. & Spe. in tit. de probat. in §. 1. verſi. quid ſi non eſt.* Superant.

Sed intus in ciuitatibus, & caſtris ſunt ædificia ſemper: cum dirui prohibeantur, vt ff. de cõtrah. emp. l. ſenatus. & de legatis & fideicom. primo. l. cætera. §. 1. & de dam. infe. l. fi. & C. de iu. reipub. l. fi. & diruta refici iubeantur, vt ff. de offi. præſid. præſes prouinciarum. & de dam. infe. l. ad curatoris. & C. de ædi. priua. ſi ut proponis. & l. ſingularum. Vnde quia lex iſta lata eſt, quando in territorio: ſecus enim qñ intus in ciuitate, vel caſtro. id enim quod extra ſtatuitur, non cõtinet quod eſt intus: ſicut nec id quod intus ſtatuitur, continet quod eſt extra: arg. C. de fideicom. l. voluntas. ff. de fun. inſtru. & inſtru. leg. l. quæſitũ. §. Celſus ſcribit. Quippe cum territorium, quod eſt vniuerſitas agrorum, ſit alter locus a caſtro, vel ciuitate, quæ murotenus æſtimatur, cingitur, & finitur, vt ff. de penu lega. l. nam quod liquide. §. ſi ita. & de verb. ſign. l. 2. in prin. & l. ut Alphenus. quomodo dici poteſt hanc conſtitutionem inductam contra rationem communis iuris in uno loco, videlicet in territorio, trahi ad conſequentia in altero loco, quãtumcunque conſimili, vt ff. de legib. & ſenatuſconſ. l. quod non ratione. & C. quæ ſit longa conſuet. l. 2. ff. de reg. iur. quod eſt contra rationem. quinimo territorium eſt acceſſorium, & caſtrum ſeu ciuitas eſt principale, vt patet C. de epiſc. & cler. l. nulli. circa fi. & ita principale in acceſſorio non cenſetur, ut patet. ff. de vulg. & pupil. ſubſtit. l. ex pupillari. & C. de contrahen. & commit. ſtipu. l. nuda. ſed non poſſet quidem intelligi caſtrum eſſe in territorio· ſicut nec ſeruus eſſe dicitur in peculio ſuo, vt ff. de pecu. l. Stichus. in fi. & ff. de peculio. l. depoſitus. §. Stichus. Ex aduerſo videtur: nam appellatione territorij ipſum caſtrum cum territorio intelligitur, vt C. de fund. li. l. 2. lib. 11.

Additio. *Adde an contineatur diœceſis? vide in c. omnes baſilicæ. 16. q. 7. & an contineatur proprietas? vide per Oldr. conſi. 176. incipien. Factum tale eſt: In vertice cuiuſdam montis.* Superantius.

abominamur) contigerit in poſterum perpetrari: Nec ipſorum commiſſor appareat: Ita quòd nullus de tali facinore ab his, qui defun-

RApinas [a] eorum, qui de rebus naufragium, incendiũ, aut ruinas ſubitas patientium rapere, inuitis dominis, tentauerint aliquid, tantò ſeuerius puniri cẽſemus, quãto ſecurius perpetrantur, dum domini perſonarum aliquando periculis irretiti circa rerum cuſtodias reddũtur incauti, nec ab illis damna pati verentur, quos ad ipſorum deſideratum auxilium, & opem neceſſariam æſtiment concurriſſe. Tales itaque in rapinis huiuſmodi deprehenſos, aut ſpontè confeſſos [b] capitali ſententia feriendos eſſe cenſemus. Ac de bonis ipſorum, quæ ad legitimos ſucceſſores peruenire debebunt, rapta in quadruplum reſtitui [c] dominis debere [d] mandamus. Huic etiam ſaluberrimę ſanctioni adijciendum duximus: vt omnes quibus facultas erit ſuccurrere talibus in tantæ neceſſitatis articulo conſtitutis ſine mora, & occaſione aliqua ſubuenire cum his, quæ ad incidẽtes caſus neceſſaria uiderint, pro poſſe feſtinent. Negligentes autem, ſi probata cauſa legitimè † ſe nequiuerint excuſare, vnius Auguſtalis pœna mulctandos eſſe cenſemus. † *Aliàs, legitima*

De ſurripientibus aliquid de naufr. vel incendijs.

a *Rapinas.* Hæc conſtitutio punit eos qui rapiunt aliquid de naufragio vel incendio capitali pœna & ciuiliter in quadruplum. non erat tam grauis pœna, per l. ff. eo. Pedius. nec per auth. quę eſt. C. de furt. nauigia. Item punit hæc conſtitutio in uno Auguſtali omnes, qui potuerunt ſuccurrere, & non ſuccurrerunt. *Aliàs, dem.*

b *Capitali.* Sic eo. tit. l. 1. in fi.

c *Dominis.* No. quia p hoc patet, quod ea quæ naufragio ſuperſunt, nõ debent cõfiſcari, ſed eorum dominis reſtitui, vt hic, & infra de offic. ſecreti. l. præſenti. licet ſecus per conſuetudinem Regni obſeruetur.

d *Mandamus.* Et ad aliud quadruplum tenetur Curiæ, ut ff. de incend. rui. naufrag. l. 2. in fine.

De iniurijs.

ANDRÆAS DE ISERNIA.

ere? vide Pari. de Put. in tract. ſynd. in prin. in 4. char. in tit. An liceat occidere regem tyrannum, per totum. Et an liceat tyrannum expellere, & in quo noceat expulſio? vide Barb. in c. verum. in fi. extra de foro competenti. Adde q licet ſubditi non poſſint expellere tyrannum eos intolerabiliter opprimentem, poſſunt tamen ei nõ obedire, & ipſe poteſt ab Imperatore, vel Papa priuari dominio. imò licitum eſt & meritorium illum interficere, ſecundum Sanctum Thom. Cuius contrarium fuit communiter deciſum, &c. de quibus omnibus latè per Fely. in c. cum nobis. in 3. colum. ver. non omitto. extra de præſcriptio. Cæſar de Parinis.

SI *damna clandeſtina.* Sed iſta conſtitutio non habet locum in furtis, ut in c. Regni, item ſtatuimus quod uniuerſitas. Marin.

Et vide c. Regis Roberti, quod incipit, præſidenti incumbit. nam ſecus eſt in raptoribus, vel latronibus, & diſrobatoribus, incipit Robertus, &c. vt uniuerſis. Et uide Barth. de Cap. in l. huic ſcripturę. ff. ad leg. Aquil. In tex. Centum. Hodie autem diſtinguitur inter focularia, per c. Regni, quod incipit, conſtitutio diui. quod c. eſt etiam correctum per c. item ſtatuimus, q pœna quæ pro homicidijs clandeſtinis. & ita conſtitutio ſeruatur abſque diſtinctione foculariorum, ut in c. Regni, conſtitutionem. Marin.

Fuit de facto in magna curia Vicarię Regni propoſita hęc quęſtio & in ſac. conſi. Regni, & in ipſis curijs determinata, q tūc demum habeat locum pœna huius conſtitutionis, quando in territorio ciuitatis commiſſum eſt ipſum maleficium, & non quando in ipſa ciuitate, & Dominus Ioannes de Iuuenatio propoſuit eam in conſilio. In tex. Tunc inquiſitionem de prædicto facinore. Sed an in hac inquiſitione ſit vocãda vniuerſitas, in cuius territorio ponitur homicidium fuiſſe commiſſum, cum aliàs inquiſitio non poſſit fieri, niſi prius conſtet homicidiũ fuiſſe cõmiſſum. l. 2. §. illud ſciendum. ff. ad Sylla. & no. in conſtit. hac edictali. Et uidetur quod uocanda ſit, cum eius interſit. l. nam ita diuus. ff. de adopt. & C. de autho. præſtan. l. fi. Et quia merita cauſarum partium aſſertione pandũtur. l. fi. C. ſi per uim, uel alio modo. Et quia inquiſitio altera parte præſente fieri debet, & cõcordat cõſtitutio, hi qui per inquiſitiones, & c. Regni, ab illo inchoandum. cũ ſuis ſimil. pro quo facit extra, de teſtib. c. ſignificauit, ut lite non conteſta. c. quoniam frequenter. Licet uideatur contra, nam iſta inquiſitio eſt præambula ad iudicium, quod contra uniuerſitatẽ intentatur, & in his quæ ſunt præambula ad cauſam, ſufficit ſemiplena probatio, ut dicimus in actione ad exhibendum, ut ff. ad exibẽ. l. 3. §. ſciendum, pro quo facit l. ea quidem. C. de accuſat. in quibus altera parte abſente procedıtur, ut in authentica, ei qui iurat. C. de bonis author. iud. poſſi. & ubi in rem actio. l. ſi quis. cum concord. pro hac opinione facit. C. de aduo. diuerſo. iud. l. laudabile. & quod ibi no. cum ſuis ſimilibus. Barthol. de Capua.

De ſurripientibus aliquid de naufragijs, incendijs aut ruinis. Rubrica.

R*Apinas eorum.* Hæc conſtitutio in tribus rapinis tantum ſubuenit. Sic in depoſito facto ob iſtas cauſas, ff. depoſi. l. 1. §. 1. Et additur ibi quartũ, id eſt, cauſa tumultus, qui fit in ciuitate, quando una pars expellit aliam. & illo timore deponit quis, ut dicit Odofre. ibi. hic tamen non continetur, merito tenetur quis in his caſibus ſubuenire, quibus ſcilicet, eſt facultas ſubueniendi: nam & in omnibus calamitatibus eſt ex officio, q homo debet homini. de hoc enim diximus in titu. de pa. tenen. §. ſi quis hominem. quod dic, vt ibi plene. Iſtas cauſas nullus rationabiliter poteſt ignorare, niſi probet abſentiam, quod dic, vt diximus in ult. rubr. §. nauigia. Publicum eſt enim quando nauis naufragat, uel ruit domus, aut incenditur. & ideo in naufragio præſumuntur ſcire uicini locorum, ubi naufragium fit. Quod qualiter intelligatur, ponit gl. l. ne quid. ff. e. uide in §. nauigia. non ergo trahendum eſt ad omne maleficium, ut incolæ præſumantur ſcire, propterea diximus ſupra prox. conſtitutio. ipſam fore iniquam. Item & pœnã huius conſtitutionis dicimus non innouare, nec tollere antiquas, propter enormitatem facinoris, vbi additur afflictis afflictio, ſed priſcæ ſeueritati accedere. C. de ſepulchro uiolato, l. 4. & dictum eſt in §. nauigia. ¶ Dicit hic glo. quod bona naufragorum non publicantur: ſunt enim illorum quorum fuerunt, licet per Regni conſuetudinem contrarium ſeruetur. Nam dicitur eſſe conſuetudo, † q infra triduum poſſunt peti ab his, qui tenent ea, poſt triduum fiſci ſunt. Hæc conſuetudo potius corruptela eſt, vt in Authent. ut nul. iudi. §. primo. naſcitur iniuria ab illo, qui ius debet tueri. C. unde ui. l. meminerint.

† ADDITIO. *Adde Barth. de Cap. in addit. in l. fiſtulas. in fi. ff. de contrahen. emptio.* De Bottis.

Quid ergo, ut fuit de facto, Rex promiſit Ianuenſibus, uel alijs exteris indemnitatem, & facere eos ſaluos, & in mari, & in terra. Si patiantur iſti naufragium in regno, & non veniant infra triduum ad petendum a Rege, uel officiali illius terræ ubi naufragium paſſi ſunt, an teneatur fiſcus reſtituere ob promiſſionem prædictam? uidetur enim promiſiſſe indemnitatem tam de ſeipſo, quam de alijs. ff. ſi ſeruitus uendi. l. non alterius. & de condic. indeb. l. frater a fratre. & quia uidetur promittere indemnitatem de eo, quod acciderit contra ſolitum. ff. de contrahen. emptio. l. ſi fiſtulas. §. fina. de ſolito tenetur omnibus, tanquam iuſtitiæ debitor. 24. quæſtio. 5. ſecundo Regum. ¶ Promiſſio ergo debet aliquid operari. ff. de legat. 1. l. ſi quando. & ad municip. l. 1. in fi. Non poteſt opponere culpam quod non uenerit infra triduum, cum inde lucrum expectet fiſcus, arg. ff. de iure dot. l. cum in fundo. §. quod ſi mulier. Fiſcus eſt etiam in dolo locupletando de alieno, quod præponderat culpæ. ff. ad legem Aquil. item ſi obſtetrix. §. fin. In contrarium promittere uidetur hic id, quod eſt ſecundum ius, ex quo nõ exprimit de quibus ſalui debent eſſe, id quod ſpecialiter non eſſet conceſſurus non uidetur promittere ſic generaliter. ff. de pignor. l. obligatione. de pecu. l. qui peculij. Item conſuetudinem ſic obtentam hac generali promiſſione non uidetur tollere. C. de inoffic. teſtam. l. ſi quando. Solutio. ſi conſuetudo eſſet rationabilis, vltimo allegata eſſent vera, & reducuntur huiuſmodi promiſſa ad ius commune, & ſecundum determinationem iuris communis recipiunt interpretationem, ſcilicet, vt ualeant ſicut ius vult. ff. de vulga. & pupil. ſubſti. l. ex facto. in prin. & conſuetudo ius non ſcriptum eſt, Inſtitut. de iure natur. §. ex non ſcripto. Sed ſi lex ſcripta non habet rationem, non eſt lex, ut ſupra dictum eſt: multominus eadem ratione conſuetudo rationem non habens non eſt conſuetudo, ſed corruptela, vt ſupra dictum eſt. & ideo etiam ſi non promitteret venientes in regno debere eſſe ſaluos, ubi non delinquerent, ſalui eſſe deberent per iuſtitiam. multò ergo fortius, quando promittitur. Ille quidem, qui iurauit in ſuis proceſſibus ſeruare ordinem iuris, in notorijs poteſt procedere non ſecundum iuris ordinem. Hic enim eſt ordo, tunc non ſeruare ordinem iuris. extra de iureiuran. ad noſtram. ſecundum hoc ergo ſaluare debet, ut iura dicunt.

De iniurijs curialibus illatis. Rubrica.

a *VT participatio.* Si quis intulerit violétiam, vel iniuriam officiali Imperatoris, vel Regis, plus tenetur & punitur in duplum, quam ſi alij priuato intuliſſet. Et nota hoc, quod iniuria creſcit ex perſona eius cui irrogatur. concord. ff. de iniur. l. prætor. §. atrocem. & pôt dici q̃ hæc conſtitutio côtinet ius nouũ.

† *Aliàs, Idem.*

a ADDITIO. *Adde quòd ſi quis daret alapam officiali, poteſt capitaliter puniri. Bald. in c. 1. §. iniuria, de pace iur. firm. cum alijs per Cottam in ver. poteſtas. & an hæc conſtitutio habeat locum in offendente uxorem, vel filios, aut fratrem officialis, vide Tiraquel. poſt ll. connub. nume. 51. vſque ad 65. vide omnino Afflict. in in conſtit. ſi quis aliquē, nu. 12.* De Bottis.

De iniurijs curialib. illatis.

TITVLVS XXX.

Commorantes in curia Regis, & exiſtentes in eius exercitu, ſunt priuilegiati in hoc, q in ferentes damnum uel iniuriam in rebus eorum, vel familia, puniũtur in duplum eius, quod punirentur, ſi alteri priuato factum eſſet damnum, vel iniuria. h. d. Matthæus.

† IMPER. FREDER.

VT [a] participatio cõdecens honoris, & oneris inducatur, * Statuimus, ut ſi quando uiolentiæ vel iniuriæ in rebus, aut familijs eorum, qui de mandato noſtro intra Regnum, vel extra Regnũ in exercitu: vel qui nobiſcum, aut officialibus noſtris in Curia noſtra commorantibus ab aliquo inferantur, duplicatam pœnam, quam circa de fenſas, & violentias, & iniurias, & alia maleficia ſacræ conſtitutionis noſtræ, [b] vel iura communia induxerunt, a committente præſtãdam eſſe cenſemus.

b *Vel iura communia.* Supra de conteſt. defen. de conſtitutio. l. prima, ſupra de pœn. contra uiolat. conſtitut. prima.

De obſer-

ANDRÆAS DE ISERNIA.

De iniurijs curialibus illatis. Rubrica.

VT *participatio.* Ex perſona eius, cui infertur, creſcit iniuria, & atrox æſtimatur, quando habetur reſpectus ad perſonam, cui infertur, & ad id per quod dignus eſt: quia officialis eſt magis dignus, ſi per Principem fuit ad officium deputatus. C. de aduocat. diuer. iudi. l. reſtituendum. in fi. & de domeſt. & protect. l. 1. lib. 12. & ff. de albo ſcrib. l. fina.

ADDITIO. *Adde, quæ dicantur iniuria atrox, in §. atrox. Inſtit. de iniur. cap. tanta. de exceſſibus prælat. c. cum illorum. & ibi glo. de ſenten. excommunic. & glo. in c. ſi. de donatio.*

De his dicitur eſſe crimen quaſi ſacrilegij dubitare, an dignus ſit, quem Princeps elegerit. C. de crim. ſacrileg. l. 2. ſed ſi dignitati infertur. Et ideo ſi iniuria fit ei, quia exercet officium, tunc ipſi Principi facta uidetur, inf. libro 3. de iniu. Cur. illa. l. obſeruent. ¶ Idem dicunt Moderni ſi fiat iniuria vaſallo in contemptum domini. Quia idem ſi famulo noſtro, noſtri contemplatione. ff. de iniur. l. iniuriarum. §. ſi quis ſic. & l. lex Cornelia. §. illud. & l. ſi creditor. & Inſtit. eo. §. ſeruus. & §. ſeq. & innuit Roffred. in actione iniuriarũ, in tractatu ciuilium. ſed ſequens conſtitutio, Eos, infra de iniur. Curi dicit, tunc Principi fieri iniuriam, quando officiali fit, cum exercendo officium tales iniurias patiuntur. Secus ſi ob inimicitiam, vel ob ſua priuata negotia pertractanda, in illa etiam Papa nõ eſſet iudex. 2. q. 8. ſi quis ergo, &c. 10. diſtin. ſi clemens. alias, ſi inimicus. in glo. Si quis ergo occidat † habentem merum Imperium, dicitur committere crimen læſæ maieſt. ff. ad leg. Iul. maieſt. l. 1. §. 1. ibi, cuius ne &c.

† ADDITIONES. *Vide Capec. deciſ. 130. nu. 13. & 48.* De Bot.

¶ *Vide And. in §. & bona. in 5. col. quæ ſint regalia. & Parid. de Puteo in tract. de ſindica. in uer. an ſi officiales, in 2. col. & in uer. excellenti conſiliarij.* Fabius Iordanus.

Et hoc intelligendum eſt, quando in exercitum reipublicæ, quæ Rex eſt, hoc fit. Fiſcus enim & reſpublica idem ſunt. ff. de honor. poſſeſ. l. non eſt ambigendum. & patet per Senecam primo de clementia, ut in ſuperioribus dictum eſt.

ADDITIO. *Adde l. reſpublica. C. ex quibus cauſis maior. glo. in uer. ex cauſa. in l. Imperatores ff. de re iud. Bar. in rub. C. de iure fiſci. Bar. & latius Bal. in l. conſtit. C. de pœna iudic. qui malè iud. Ang. in l. 1. §. an bona. ff. a quibus appel. non licet. Hoſtien. in ſumma, tit. de teſta. in §. quando minor. in vlt. col. verſic. hoc igitur.*

Puta vt careat Princeps tali milite, velut prouincia ſine rectore remaneret quod ad aliquod malũ rebellionis perueneriṫ, occidit Iuſti. & hoc dicitur in l. quiſquis. C. ad leg. Iuliam maieſt. q cum barbaris & hoſtibus factionem cõceperat de occidendis collateralib. aliàs, ſi non propter Principem, ſed quia erat inimicus occidentis, non dicitur crimen maieſtatis committere. Id enim eſt quando contra Principem hoſtili animo quis animatur. ff. ad leg. Iuliam maieſtatis. l. fin. & de bonis libertorũ. l. 1. quod hic non eſt: licet ergo lædatur inde Princeps, & reſpublica, quia carent tali homine, iudicatur delictũ a principali intentione, quæ fuit non contra Principem agere, nam etiam ſecundum Aug. peccatum eſt in uoluntate. ff. de fur. l. qui iniuriæ patet. ff. de cap. & poſtli. l. ſi quis ingenuam. §. in ciuilibus. Quomodo peccauerit contra Principem ille, qui in animo hoc non gerebat: ſed vindicauit ſe de inimico ſuo? hoc dici non poteſt. Sicut non dicitur abeſſe cauſa reipublicæ, qui cauſa ſui commodi abeſt. ff. ex quibus cau. maiores. l. uerum.

ADDITIO. *Adde quod ille non dicitur abeſſe, qui ſtudiorum, & diſciplinæ cauſa abeſt, vt in l. quæſitum. in prin. & ibi Bart. ff. de legat. 3. Bart. in l. Seia. §. Pamphila. ff. de fun. inſtr. Et ille non dicitur abeſſe, pro quo legitimè reſponſalis exiſtit in iudicio, ſecundum Angel. in l. ſi ideo, in 2. notab. ff. de euictio.*

In Cardinalibus vero offenſis eſt crimen læſæ maieſtatis, per c. Bonifacij, lib. 6. de pœnis. c. felicis. cis eorum ratione infertur iniuria, ſicut ſi Papa offenderetur priuato odio. Papa vel Princeps, quamuis communicans alij, quem proſequitur, non aliàs ſit nocens, vt in c. ſi deinde. ipſum tamen offendens eius maieſtatem lædit. nam qui hoſtili animo, &c. vt hic dicitur. Alij prelati vocantur in partes ſollicitudinis. 3. q. 8. multum. Vocantur enim & Domini Archiepiſcopi, vt Archiepiſcopus Neapolitanus, vel Capuanus. Sed Cardinalis dicitur Cardinalis ſanctæ Romanæ eccleſiæ, vt in c. felicis. in prin. & ſunt ſpirituales filij eius, in §. pen. & filij primi gradus dicit ibi Cardinalis in apparatu ſuo. & ſic Romanæ eccleſiæ dicuntur Cardinales niſi certi loci. Romana eccleſia caput eſt, & magiſtra totius orbis. 19. diſtin. in memoria. Cuius ſponſus eſt Papa, & Cardinales eius ſpirituales & primi gradus filij. & ſic totius orbis Cardinales ſunt, non certi loci, vt dictum eſt. Conſtitutio ipſa dicit eſſe crimen læſæ maieſtatis: habent enim maieſtatem ſicut pater eorum Papa, vt filius eius Regis, & ſic in iſto reſpectu Rex 23. q. 1. ca. vlt. Et no. quod dicitur in alio apparatu conſtitutionis. felicis, ſuper verbo, percuſſit Cardinalem, quis non tenetur: defendit enim ſe legis authoritate, & ideo non peccat. 24. q. 4. qui peccat. Item ſi occiderit cum moderamine inculpatæ tutelæ. iura enim dantia defenſionem indiſtinctè loquũtur. ff. de iuſt. & iu. vt vim. ad l. Aquil. ſcientiam. §. qui cum aliter. Tantum valet corpus pauperis pauperi, quantum corpus diuitis diuiti. licitum eſt etiam reſiſtere cuilibet officiali. C. de iure fiſ. prohibitum. Eadem ratione in Principe, ſi vellet occidere ſpeciali odio contra iuſtitiam aliquem: nam ille defendit ſe. Eſt tamen attendendum, quod Princeps poſſet plerunque licite aggredi, inuadere, percutere, ſeu occidere, & tunc non licet reſiſtere, vt ſi occideret proditorem, quod cuilibet licet. ff. ad legem Corneliam de ſicarijs. l. 3. §. fin. & idem ſi vellet capere in caſu licito, & ſe defenderet. ff. ad leg. Aquiliam. l. ſed & ſi quæcunque. in princ. poteſt ex regula, quod poſſum per alium & per me potero. ff. de adminiſtratione rerũ ad ciuitates perti. l. 2. §. fin. in glo. Vel erat Rex animoſus & obuians tali, voluit expectare, quod alius faceret. Sicut dicitur de Principe Manfredo occidente Burellum de Anglono in Theano. his & ſimilibus caſibus non reſiſteretur ei. Aut ſi Cardinalis legatus, vel non legatus hæreticum vellet capere, non reſiſteretur ei: & in dubijs ſic eſt præſumendum, vt Rex per iuſtitiam faciat, quia cor eius in manu Dei eſt, in epiſtola, inter claras.

ADDITIO. *Adde, quòd cor Imperatoris, vel Regis eſt lingua, ſecundum Baldum in cap. mandatum. de reſcript. Quod dictum Bal. ſequitur Franc. Curt. conſ. 44. incipien. memoria recolenda. in 8. columna, verſ. 3. præmitto.*

Et hæc eſt ratio, quia ſi Rex conſiliatur de occidendo, non tenetur etiam occidens, in Longobar. de conſilio mortis, l. prima. Sed ſi conſtet quod iniuſte fecit, tunc cor eius non eſt in manu Dei, ſed cõtrarium eſt, ſicut iniquum ius habet matrem iniquitatem, dicit Io. ff. de iuſtitia & iure. l. penult. Vnde & ſi cõſtet quod vaſallum velit Rex contra iuſtitiam capere, & male tractare. dixerat enim ei hoc Rex notificando ſuam voluntatem, per ea quæ dicuntur in glo. ff. ex quibus cauſis in poſſeſ. ea. l. Fulcinius. §. quid ſi latitantem. Quid ſi iuſte timebit ire, timens capi de facto & occidi. ff. quod metus cauſa. l. timorem. tunc non eſt inobediens Regi: quia in tali actu non eſt Rex. ſecunda, quæſt. prima. ſcelus. & ſecunda, quæſtione ſeptima. nõ omnis. dicitur quidem. C. vbi ſenatores vel clariſſimi. l. prima. Talis actus, & tale delictum regium omnem honorem excludit. Item & tũc Dominus priuatur proprietate vaſalli, ſicut vaſallus feudo, quando non facit iuſtitiam, Domino reddere debet vicem, de for. fide. c. 1. in fi. & in tit. qualiter vaſ. propri. priue. c. 1. & ſi de feu. fue. contro. c. Domino. ¶ Sed pone, miles factus eſt Iuſtitiarius per Regẽ, Baro, vel Comes, à quo feudum tenebat: accuſabatur corã eo de aliquo crimine, quod in illa prouincia commiſiſſe dicebatur. Iuſti. hic non fecit iuſtitiam domino, cepit eum, vel voluit capere, non admiſſa allegatione vel fideiuſſione oblata per eum, cum non eſſet de caſibus vbi capere deberet,

De obſeruatione Iuſtitiæ.

a *NOn ſine grandi.* In hac conſtitutione dicitur q̃d in perſona Imperatoris debent duo concurrere, iuſtitia, & fortitudo. concor. Inſtit. in prin. & C. de Iuſti. C. confir. & in Auth. ut omnes obe. iudi. in prin. Item pollicetur ſe obſeruare iuſtitiã Regnicolis, & diſtinguere officiales, ne promiſcuis actib. rerũ turbentur officia, ut C. de teſtam. cõſulta diualia. & pulchra eſt hæc conſtitutio, & continet ius commune.

* ADDITIO. *An Barones cognoſcentes ſuperiorem, poſſint condere leges, & quando, Soc. conſ. 272. Aym. de antiq. tempor. fol. 178. Et quid in ciuitate, an poſſit inter ciues. Aret. in l. 1. C. de ſum. Trin. & fide catho. & quid ſit iuſtitia, Bel luc. in Spec. Princ. fol. 23. & quid in officiali, an poſſit facere ſtatutum cõtra legem ex cauſa. & quid in Prorege, Gram. decis. 26. n. 7.* Fab. Iord.

b *Lege Regia.* Poſita in prin. ff. uet. in fi. conſtit.

c *Et tutela.* Parũ. n. eſt iura in ciuitate eſſe, niſi ſint, qui iura reddãt, & reddere poſſint, ut ff. de ori. iu. l. 2. poſt originẽ.

De cultu Iuſtitiæ.

d *CVltus.* Prohibetur aduocatus, vel alius clamare ĩ iudicio, vt C. de poſtulan. quiſquis. & eſt ratio. C. de ſtu. li. ur. Romę. l. uni. in fi. niſi uelint corrigere errorem aduocati ſui, & qui contrafecerit punietur pro qualitate perſonæ pecunialiter, pauper minus diuite. quã pœnam ſi iudex remiſerit de ſuo reſarciet.

e *In ſilentijs.* Aliàs inſolentijs.

Iura

De obſeruatione Iuſtitiæ.

TITVL. XXXI.

Imperator Zelator iuſtitiæ & neceſſitate ſui officij, offert ſubiectis creare officiales diſtinctos in cauſis ciuilibus & criminalibus pro iuſtitia copioſè exhibenda. h. d. Matth.

† IMPER. FREDER.

NOn [a] ſine grandi conſilio, & deliberatione perpenſa condendæ legis * ius, & Imperium in Romanum Principem, [b] lege Regia tranſtulere Quirites, Vt ab eodem qui cõmiſſo ſibi Cæſareæ fortunæ faſtigio, per potentiam populis imperabat, prodiret origo iuſtitiæ, a quo eiuſdem defenſio procedebat. Ideoque conuinci † poteſt non tam vtiliter, quàm neceſſario fuiſſe prouiſum, vt in eiuſdem perſona concurrentib. his duobus, iuris origine ſcilicet, [c] & tutela, ut a iuſtitia vigor: Et a uigore iuſtitia non abeſſet. Oportet igitur Cæſarem fore Iuſtitiæ patrem, & filium, dominum, & miniſtrum. Patrem & dominum in edendo iuſtitiam, Et editam conſeruando. Sic & in venerãdo iuſtitiam ſit filius, & in ipſius copiã miniſtrando miniſter. Hac igitur conſultæ ratione cõmoniti, qui de manu Domini ſceptrũ Imperij: & inter alia regna, Regni Siciliæ moderamẽ accepimus. Noſtris fidelibus omnib. prædicti Regni noſtræ voluntatis propoſitum nunciamus. Quia nobis cordi eſt, inter ipſos, abſque exceptione qualibet perſonarum vniuerſis, & ſingulis, prompto zelo, iuſtitiam miniſtrare, vt abundè ipſius copia per officiales noſtros, quibus ipſam cõmiſimus miniſtrãdam, vndique valeant inuenire. Ipſorum officialium noſtrorum officia volumus eſſe diſcreta. Ciuilibus quæſtionibus alios: Et alios accuſationibus criminalibus præponentes.

Aliàs, dem.

Aliàs, condici.

De cultu Iuſtitiæ.

TITVLVS XXXII.

Non ſeruantes ſilentium in iudicio, poſt tertiam iudicis monitionem, iudex cui debetur reuerentia, neceſſitatur illos punire pœna hic deſcripta: nec licet actori, vel reo, vel eorum procuratoribus aduocatis coram iudice loqui ſine licentia iudicis, & ea habita, non licet partibus aduocatos loquentes interrũpere, niſi in tribus caſib. hic deſcriptis. h. d. Matth.

† IMPER. FREDER.

CVltus [d] iuſtitiæ ſilentium reputatur: eorum igitur [e] in ſilentijs occurrentes, qui iudiciorum ordinem tumultuoſis clamoribus ſæpe perturbant: Statuimus in poſterum litigantes, & quoſlibet alios in iudicijs exi-

† Aliàs, Idem.

ANDRÆAS DE ISERNIA.

beret, deducendo ad actum prauum ſuam voluntatem, de cap. qui curi. ven. c. 1. & diximus in tit. quæ ſit prima cauſa. §. item qui domino. qui generaliter loquitur in eo, qui non facit iuſtitiam, & ſi hoc eſt quando de feudo litigatur, vt gl. intelligit. multò fortius quando de perſona & in perſona offendit, iuſtitiam non faciendo præponderat enim offenſio iniuſtitiæ in perſonam iniuſte factæ, arg. ff. de pœ. in ſeruorum. in fine.

De origine iuris. Aliàs, de adminiſtratione Iuſtitiæ. Rubr.

NOn ſine Pulchre dictata eſt hæc lex

Lege Regia tranſtulerunt regnum. Cum ad Regem pertinet eo ipſo, quod eſt rex, vt ſubditis ſuis imponat legem & condat. Vnde ſi hodie liberi populi conſtituerent ſibi regem, eo ipſo ſuper eos hic Rex haberet legis condendæ poteſtatem. Sicut ſi faciat Regem ille, qui poteſt, vt Papa Regem Siciliæ, per ea quæ dicta ſunt in procemio ſupra. Dicitur Hieremiæ. 1. conſtitui te ſuper reges & regna, de Vicario Chriſti in terris, qui Papa eſt. 32. diſtinct. omnes.

ADDITIO. *Adde c. quanto, de tranſla. prælator. c. Ego Ludou. 63. diſtin. c. non quales. 3. q. 1. clem. 1. de iureiur. clem. paſtoralis. §. nos tam ex ſuperioritate. de ſent. & re iudica. Innoc. in c. quod ſuper his. de voto.*

Sed nunquid ſit tranſlata. i. conceſſa, vt ſic poſſit reuocari, quaſi etiam ſibi retinuiſſet. ff. de offi. eius cui man. eſt iuriſ. l. 1. in fi. Vnde ſecundum hoc, Quirites Romani, & Senatus poſſent leges condere. ff. de leg. non ambigitur. Verius dixit ibi Io. quod non: dicit enim ibi tranſtulit. ff. de offi. præf. præ. l. 1. §. regimen. ff. de conſti. Prin. l. 1. quod eſt loco abdicationis à ſe. ff. de origi. iur. l. 2. §. & cum placuiſſet. Poteſtas populi Romani non erat ab illo, ſed a ſe. potuerunt igitur alij dare, ſicut voluerunt, & transferre incorporalia, ſicut eſt iuriſdictio, quæ non proprie poſſidetur. Inſt. de reb. incor. ſed quaſi. ff. de acquir. rer. do. l. ſeruus. §. incorporalis. Item continentur actiones appellatione bonorum, ff. ad Treb. ſi legatum. §. ſi quis bona. Si autem ab alio, non a ſe, non poſſet abdicare a ſe, inuito eo, a quo habet. ff. de offic. prætor. l. fin. Differentia eſt igitur, vtrum transferam & abdicem, an alij committam. Iudicium ſoluitur etiam ſi totam cauſam commiſiſſet ordinarius. ſecus ſi delegatus. extra de offic. delegati. cap. ſuper. §. porrò. Item primo caſu quando tranſtulit, nunquam reuocabit, niſi ex cauſa, vt ſi Rex fiat Tirannus, & ſic abutitur. ff. de orig. iur. l. 2. §. exactis. Vel non eſſet idoneus ad regimen. 15. quæſt. 1. alius. Cum excedit terminos regios, non eſt Rex. 2. quæſtio. 1. ſcelus. & 1. quæſt. 7. non omnes. Idcirco excedit ur a non ſuis terminis, ſicut actio. ff. de poſi. l. Lucius. Meræ etiam donationes reuocantur per ingratitudinem. C. de reuo. do. l. fin. Et a locato & conducto expellitur. C. loca. & conduc. l. 3. & in decre. ad apoſtolicæ. de re iudica. Ineſt hoc, vt non reuocet, qui transfert in Regio ſtatu manente. ff. de ſolut. cum quis. Si non facit iuſtitiam, ad quod Rex ponitur, non eſt Rex in integro ſtatu ſuo. nam ad hoc conſtituitur Rex. 2. Regum, decimo cap. frangit fidem, & fides ei non ſeruatur. C. de pact. cum proponas. hæc fractura fiet ab illo, qui dedit & contulit, vt dicit frater Tho. in libello, cogitanti mihi. & vide quod dicit Hoſtien. in ſum. de conſti. §. quis poſſit conſtitutionem facere, circa finem. §. Item tranſlatio incorporalium debet fieri cum cauſa & titulo. C. man. l. per diuerſas. ſicut homo liber qui ſe vendit, aut alicui ſe donat. ff. de lib. cauſa. l. ſi vſumfructum. §. 1. Liberi ergo populi carentes Rege, vel eo mortuo ſine filijs, ſi eligerent & facerent ſibi Regem, ſicut Quirites, eo ipſo haberet poteſtatem legis condendæ in eos, illo iure quo Rex eſt, eorum volũtate, quia ſe ſubijciunt ei tanquam Regi. Nã poteſt quis per pactũ deuenire liber, & vaſallus alterius, vt in prima quæſtione de homagio.

Abſq; exceptione perſonarum. Hoc exigitur de iure etiam diuino. Deuterono. cap. 1. extra de iudic. nouit. Andræas.

De cultu Iuſtitiæ. Rubrica.

CVltus iuſtitiæ. Hæc verba Prophetæ ſunt Iſaiæ. 32. circa finem. forte voluit dicere cultus iudicij. Nam cultus iuſtitiæ eſt voluntatem ſeruare iuſtitiæ quæ eſt vnicuique reddere quod ſuum eſt, hic colit iuſtitiam. ff. de iuſtitia & iure, l. 1. in ſilendo non eſt hoc. Item Silentiarius eſt nomen officij. C. lib. 10. de ſilent. per totum. Sed ponit iuſtitiam pro eo, quod in fine iudicij per ſententiam terminatur, quod dicitur iuſtitia & iure ſtatus. extra de verb. ſignifi. cap. forus. quaſi dicat, ad talem iuſtitiam peruenitur per examen iudicij, in quo requiritur ſilentium, & ſic ponitur finis iudicij, quia dicitur iuſtitia pro toto iudicio, vel diſcuſſione.

Pro alio poſtulare. Hodie ſine examinatione, & licentia Curię per litteras inde conceſſas, vt vidimus fieri aduocationem: debet tamen ſeruare tunc quietem in iudicio, † vt hic lex iubet.

† ADDITIO. *Vide Parid. de Puteo in tract. ſindica. in verbo, Aduocati cauſarum. & glo. infra, in conſtit. vniuerſos.* Fab. Iordanus.

Et nota quod poteſt iudex interdicere aduocationem perpetuò & ad tempus. ff. de pœnis l. more. hæc pœna non tolleret illam, ſed priſcæ ſeueritati accedit, ſic C. de ſepulchro violato. l. 3.

De bonis ſuis proprijs. Etiam corporali pœna dimiſſa, vel minorata, eſt hic vt de ſuo corpore ſatisfaciat. C. ne ſacrum bãptiſma reiterẽ. l. fin. de quo plene diximus in titulo, quæ ſint regalia. vbi vide per te, quo-

ſtentes, & cum reuerentia magiſtratus iura reddentis, quietem iuſtitiæ obſeruare: nec priuſquam licentiam ab eo, qui iudicio præerit, conſequantur,[a] iura ſua proponere audeant,[b] vel pro alio poſtulare: ſic modeſtè partes volumus pro ſe, vel pro alijs in iudicijs perorare, vt etiam ſi aduocato dicẽti, quòd aduocatus eius, vel pars principalis aliquid ad memoriam, de iure vel de facto reducat, maturè ſine ſtrepitu aliquo dicere ſtudeat quod intendit: niſi fortè celeris proteſtationis neceſſitas aut quòd incontinenti quis aduocati corrigere velit errorem, interruptionem inducat, cùm inferri ſibi [c] præiudicium aliquis ex taciturnitate vereat̃. Si quis autem poſtquam ter per interualla aliqua a Baiulo, vel a iudice fuerit admonitus: vel ſi ſit aliquis (prout aſſolet) iudici & iudicio tædioſus, ſemel, bis & ter, abſque interuallis aliquib. interdictus tacere nouerit. Si ruſticus fuerit, vnum auguſtalẽ: ſi Burgẽſis, duos: [d] ſi miles, quatuor; ſi Baro, octo: ſi Comes, ſexdecim auguſtales curiæ noſtræ componát. Scituris pro firmo quibuſlibet officialibus noſtris, quòd ſi ob gratiam alicui pœnam iam dimiſerint, nos [e] de bonis ſuis proprijs ipſam integrè proculdubio proſequemur.

De quibus cauſis primitus cognoſcatur?

TITVL. XXXIII.

Omnes iudices debent hunc ordinem ſeruare in audiendis, & decidendis cauſis: vt in primis audiant, & expediant cauſas eccleſiarum, deinde cauſas fiſcales, poſtea cauſas pupillorum, viduarum, & miſerabilium perſonarum, vltimò cauſas alias. hoc dicit. Matthæus.

† IMPER. FREDER.

IVſti[f] cultoris partes aſſumimus, cum iuſtitiæ telam ordinatè teximus, eiuſque pomerium miſericordiæ riuulis irrigamus. Statuimus igitur, vt omnes Regni iudices, quemcunque gradum iuſtitiæ teneant, aut quolibet nomine cenſeantur, ordinem infraſcriptum in audiendis, & decidẽdis litigijs obſeruare procurent. Cauſas eccleſiarum primitus, [g] deinde fiſcales, [h] ſubſequenter pupillorum, orphanorum, & viduarum, ſeu quarumlibet debilium perſonarum, examinandas accipiant, & ad debitum terminum deducendas, priuſquam aliorum litigantium cauſas audiãt & decidant.

De dandis aduocatis pupillis, & alijs miſerabilibus perſonis.

TITVL. XXXIIII.

Suggerente, id eſt, ſubminiſtrante pietatis officio, Imperator iubet, quòd pupillis, viduis, orphanis, pauperibus, & quibuſlibet debilibus ſiue in iudicio litigent, & ſic actores, ſiue rei cum perſonis potentibus, vel non potentibus, ſiue cum fiſco, expenſis regiæ curiæ dentur aduocati pugiles: & commorantibus in curia etiam expreſsè neceſſarius victus, & in producendis teſtibus, eiſque dat immunitatem a ſolutione ſportularum, & apparitorum, & ſcripturarum, quæ debentur notarijs actorum, & ſententiarum pro earum ſubſcriptionibus. hoc dicit. Vel ſic: Lætentur pupilli, viduæ, & miſerabiles perſonæ de pietate, & protectione, quam habet de eis Imperator: quia ipſis litigantibus, cum quibuſuis perſonis, etiam cum fiſco, prouidet ſumptibus curiæ, de aduocatis, & expenſis litiũ, & victu, dum in curia moram trahunt: ſtatuitq́; nihil eſſe ab eis poſtulandum, & a notarijs actorũ, & ab apparitorib. etiam pro ſubſcriptione ſententiarum. h. d. Matthæus.

† IMPER. FREDER.

LEge [i] præſenti pietatis officio ſuggerente ſtatuimus, pupillis, viduis, orphanis, pauperibus,

a *Iura ſua.* Aliud olim iure Lombar. quia in cauſa ſua nõ tenebatur aliquis licentiam poſtulare, vt Lombar. de offi. iudi. l. 1.

b *Vel pro alio poſtulare.* Quid autem iuris ſit, ſi præſumpſerit pro alijs perorare, nulla licentia conſecuta? nõ exprimit conſtitutio præſens: ſequenda eſt ergo diſtinctio veteris iuris, vt in Lombar. de officio iudi. l. 1. Nam iure nouo nõ diſtinguente, ſequimur diſtinctionem veteris iuris, vt C. de appel. præcipimus, in fine.

c *Præiudicium.* Sed malè, quia ſm̃ Doctores noſtros, errorẽ aduocati poteſt quis corrigere vſq; ad ſententiam.

Additio. *Adde, an aduocatus poſſit corrigere errorẽ ſuũ per Ang. in l. ea quæ, in prin. C. de erro. aduoc.* Superan.

Vel ſm̃ alios infra triduum. quod dic, vt in ſumma de errore aduoca. & ideo mirum eſt quod hic dicit. nam oĩs timor non excuſat, vt ff. de reg. iur. vani. & de re iudic. ſi quis ab alio. ff. quod metus cauſa. l. metus. Eſt autẽ vanus metus, cũ quis timet, quæ nulla ſunt digna ſuſpitione, vt C. de iure deliber. ſancimus, in 1. reſpon. Hic non petebat a ſe geſta reſcindi per vanũ timorem, ſed excuſari a delicto, vel non incidere in damnum, quia ignorat ius, ſcilicet ciuile, quod poteſt. qđ dic, vt in ſumma de pęn. circa prin. & de iur. & facti ignor. §. porrò. diſtingui pōt, ſed cauet ibi, quia ibi dr̃, quod nõ debet excuſari à pęna conſtitutionis, quod eſt contra hanc. l. G.

d *Si miles.* No. homines maioris dignitatis magis puniri, ſic ſupra de illici. por. armo. l. 1. quod dic vt ibi not. † Alia Idem.

e *De bonis.* Supra de impo. deſen. ſi quis in poſterum. in fine.

De quibus cauſis primitus cognoſcatur?

f IVſti cultoris. Vt cauſas eccleſiarum, per hanc cõſtitutionem dicunt quidam, quòd eccleſia, procurator fiſci, pupillus, orphanus, vidua, pauper, ſeu quælibet debilis perſona declinare poteſt forũ cuiuſlibet iudicis: ſed per C. quando impe. inter pu. & vid. l. 1. non videtur quòd poſſit eligere niſi forum Serenitatis Imperatoris.

g *Et deinde fiſcales.* Concordan. vt primo audiantur fiſcales, ff. de iure fiſci, apud Iulianum.

h *Subſequenter pupillorum.* Concordant. in Lombarda, qui tut. dan. ſunt. l. 2. & C. de falſa mo. l. 1. ad finem. ibi, viduæ & pupilli æquiparantur, & ſpecialem indulgentiam ſortiuntur.

Additio. *Adde Doct. in c. ſignificantibus, de offic. dele.* Superant.

Additio. *Vide ad hanc conſtitutionẽ addita infra ad conſtitutionem, lege præſenti.* Cæſ.

De dandis aduoc. &c.

i LEge præſenti poſtulari. Et ſic no. q pupillus, & vidua ſpecialem indulgentiã cõſequuntur. C. de falſa moneta. l. 1. § . viduas autem. † Alia Idem.

Additio. *Adde C. de poſtul. l. fin. & ibi Paul. de Caſ.* Superant.

De offi-

ANDRÆAS DE ISERNIA.

te, quoniam ex his quæ ibi ſcripſimus, omnia tibi patebunt, ita quòd amplius minimè dubitare poteris.

De quibus cauſis primitus cognoſcatur?

IVſti cultoris. Dicit in audiendis & decidendis litibus eſſe primas & priuilegiatas quantum ad hoc, vt cauſæ eccleſiarum, & fiſcales, pupillorum, viduarum, & miſerabilium perſonarum, & debilium ęquiparentur hic: Quantum ad alia etiam. C. de ſacroſ. eccl. l. ſi. in prin. & ex quib. cau. ma. l. rem publicam. & de iure reip. l. 2. Sed quod per hãc l. iſtæ perſonæ poſſint declarare forũ cuiuſcunq; iudicis, vt gl. innuit, hoc ex l. iſta non poteſt colligi, propterea quia in vno æquiparentur, ſcilicet, in audiendis eorum litibus. Primò q ideo hoc eueniat, non videtur ſuppoſitio, quod vna perſona iſtarum haberet hoc, quod poſſet declinare forum cuiuſcunque iudicis: ſicut miſerabiles, infra tit. 2. ſtatuimus. non propterea alij non eiuſdem gradus poterunt ſimiliter illi in aliquo, vt in l. iſta, per ea quæ dicũtur in gl. 5. diſt. c. ad eius verò concubitum. Item licet fiſcus habeat iudices ſuos. C. ſi aduer. fiſ. l. 1. & 2. tamen eccleſiæ, pupilli, & viduæ non habent illos, ſed alio modo implorant audientiam Principis. C. quando Impe. inter pu. & vid. l. 1. hæc non eſt cõpetens materia in iſta l. Dicetur de hoc infra, tit. 2. ſtatuimus. & de offic. Iuſti. l. 1.

De dandis aduocatis pupillis & miſerabilibus perſonis. Rubr.

LEge præſenti Fauetur miſerabilibus † perſonis, & eſt de iure communi, in Authen. de man. Princip. §. ſic quoque. in fi. §. cum ſi. ibi, in glo.

Additio. *Adde, quæ dicantur perſonæ miſerabiles. in l. 1. C. quãdo Imper. inter pupil. Bart. in l. cum aliena. C. de legat. Ludo. Roma. in l. ſi conſtante ff. ſol. matr. Doct. in c. ſignificantibus de offic. deleg. Doct. in c. ſuper quibuſdam. de verb. ſignif. Et an tales ſint ſub protectione eccleſiæ? Vide per glo. in c. licet. de cenſib. Doct. in c. ex tenore. de foro compet. Doct. in c. nuper. de donatio. inter vir. & vxor. Et an miſerabiles perſonæ gaudeant priuilegijs, quibus eccleſia? per Iaſo. in auth. quas actiones. in 1. notab. C. de ſacroſan. eccle.*

† Additio. *Quæ dicantur miſerabiles perſonæ. & an furioſi & prodigi. Io. Fab. Inſtit. de fiduc. tut. in princ. Et quid de inutiliter nuptis, vel habentib. viros captos ab infidelib. vel perpetuò carceratos, vel abſentes. Bal. in l. ſi. C. de plagia. vide addit. ad Dec. in l. in omnib. cauſis. de reg. iur. Et quid in ea, quæ nunquàm habuit virum. Abb. in c. ne pro defectu. de elect. Quid in Eccleſia. Afflict. decis. 257. Et vide Guid. Papa decis. 156. & Purpur. in l. 1. ff. de iuriſdict. omn. iud. nume. 81. Aret. conſil. 101.* Fabius Iordanus.

De

Sed

ſeu quibuſlibet debilibus, præſertim contra potentes agentibus, aut defendentibus cauſas ſuas, ſeu iura noſtræ Curiæ deferentibus aduocatos, & pugiles (ſi cauſa popoſcerit) de Curia noſtra gratis, & expenſas alias victus neceſſarias, dum neceſſariam in Curia moram trahunt, necnon teſtium producendorum impendia per Curiæ præſidem largiri debere cenſemus, nullas ab ipſis propterea ſportulas ab Apparitoribus, uel Tabellionibus noſtris omnino, aut pro ſententiarum ſubſcriptionibus aliquid volumus poſtulari.

Vt cauſæ prius inchoatæ terminentur.

TITVLVS XXXV.

In omnibus iudicijs debet ſeruari iſte ordo, videlicet, quando cauſa propoſita eſt in audientia ad effectum, vt ſuper ea interloquatur, vel vt diffiniatur, non relinquatur indeciſa, & accipiatur alia cauſa ad determinandum: ſed illa, quæ primitus fuit propoſita in audiẽtia expediatur: ſiue per interlocutoriam, ſiue per diffinitiuam ſententiam. Et ſi cauſa erit talis naturæ, quod ſi per interlocutoriam, vel per diffinitiuam non poterit expediri, deducatur cauſa ipſa ad eum terminum, prout natura cauſæ popoſcerit. hoc dicit. Matthæus.

† IMPER. FREDER.

† *Aliàs, Idem.*

PRæſenti lege decernimus, omnibus omninò iudicijs valitura, vt inchoatis cauſarum audientijs, nullæ penitus aliæ miſceantur, priuſquam quæſtionibus primis per diffinitiuæ, vel interlocutoriæ ſententiæ calculum finis legitimus imponatur, aut ad eum dilationis terminum, quem cauſæ natura popoſcerit, deducantur.

De officialib. Reipub. & de pęna peculatus.

† *alibi deſunt verba ſequẽtia.*

a OFficiales. Per hãc cõſtitutionẽ augmentatur pœna criminis peculatus, quia hic eſt pęna criminis capitis, ſed per legem. ff. eo. l. 3. eſt deportatio.

● ADDITIO. *Vide Parid. de Put. in c. ſindicantur etiam officiales. & c. Regni. ad hoc uolentes.* Fab. Iordanus.

b *Peculatus.* C. de crimi. pecu. l. 1.

c *Pu-*

De officialib. Reipublicæ. Et † de pœna peculatus.

TITVL. XXXVI.

Officiales, vel iudices a publico deputati, id eſt, a Rege, dum ſunt in adminiſtratione officij: ſi pecuniam publicam, id eſt, pecuniam ſpectantem regiæ curiæ ſubtraxerint, incidunt in pœnam legis Iuliæ peculatus, cuius pęna eſt deportatio, vt in l. 3. ff. ad leg. Iul. peculatus. & hic dicitur capite puniatur. gl. 1. hic intelligit de pęna capitali, ſcilicet, mortis naturalis. Tu vero intellige quod punitur pœna deportationis, quæ eſt pœna capitis, ſcilicet, mortis ciuilis. Matthæus.

REX ROGERIVS.

OFficiales [a] reipublicæ,* vel iudices, qui tempore adminiſtrationis pecunias publicas ſubtraxerint: obnoxij ſint crimine [b] peculatus, capite [c] puniantur, niſi eis Regia pietate indulgeatur.

Si officialis Regis, cui hoc incumbebat ex officio, ſua negligentia permiſerit bona publica deperire, ipſe tenetur reſtituere fiſco regis de facultatibus ſuis tantundem in æſtimatione, ad aliam vero pœnam non eſt obnoxius ex pietate Regis huiuſmodi conſtitutionis. hoc dicit. Matthæus.

REX † ROGERIVS.

OFficialis [d] qui [e] ſua negligentia bona publica deperire, vel minui permiſerit, in perſona propria, vel † rebus ſuis conſtituetur obnoxius, & hoc † aſpectu Regiæ pietatis.

De officio magiſtrorum Camerariorum, & Baiulorum.

TITVL. XXXVII.

Si pro commodo regia noſtra curia officialis regis fuerit requiſitus ab altero regio officiali, debet præſtare illi officiali conſilium, & auxilium. hoc dicit. Matthæus.

REX ROGERIVS †

IVſtitiarios, [f] Camerarios, Caſtellanos, & Baiulos ſollicitos eſſe uolumus, & deuotos, ut (vbi neceſſe fuerit,) & pro commodis Curiæ noſtræ, per Dohanæ Secretos, & Quæſtorum magiſtros, vel alios officiales extiterint requiſiti; conſilium, & auxilium eiſdem debeant impartiri.

c *Puniantur niſi eis.* Eſt enim pœna peculatus capitalis animaduerſio contra iudices, qui tpe ſuę adminiſtrationis publicas ſubtraxerunt pecunias. Et cõtra eos qui miniſteriũ eis ad hoc exhibuerunt. Vel qui ſub tractas pecunias ab his ſcienter ſuſceperint. Cõtra alios uero, qui tenẽtur hac l. ſtatuitur pęna deportationis. Et publica eſt hæc actio, & ſopitur quinquẽnio, vt Inſt. de publ. iud. §. lex Iulia peculatus. ff. ad leg. Iul. pecu. l. peculatus crimẽ & ſpeciale eſt in cauſa, quæ inchoatur contra hæredes, ut ff. eo. l. ult. quod dic ut in ſum. de cri. pecu. §. eſt aũt pęna peculatus. ſm Azo.

† *Aliàs, Idem.*

† *Aliàs, &.*

† *Aliàs, pro reipu. ſta.*

d OFficialis. Si officialis, puta procurator fiſci, uel alius quilibet, res fiſci perire permiſerit, de ſuo reſarciet.

e *Qui bona.* Deperire permiſerit publica.) multomagis tenetur, qui ea vſurpauit, ſiue ſit officialis, ſiue quilibet alius, tũc hoc faciunt cõtra ſacramentũ Baiulationis, ut s. ti. prox. puritatẽ. & inf. de iu. reg. l. cum uniuerſis. Sic & alias eſt maior pœna capientis, quàm negligentis, ut ſup. de uiolent. & maleficijs clandeſtinis. l. raptores.

† *Aliàs, Idem.*

De officio magiſtrorum Camerar. &c.

f IVſtitiarios. Ex authoritate huius cõſtitutionis tenentur omnes officiales impartiri auxilium Secreto, arg. C. de epiſc. & cle. ſi quis in hoc genus.

De offi-

ANDRÆAS DE ISERNIA.

Sed quid ſi pupillus aut vidua ſint diuites, non videtur in eis habere locum l. iſta. Si referas verbum pauperibus, vt non contineat viduas, pupillos, orphanos, & debiles, ad quid ſi nõ indigerent, daret ſi ſecus? cum mendicantes ſint alendi annonis publicis, ſed non ualidi, & potentes? C. lib. 11. de mendi. vali. in gl. in rub. & l. 1. Item ſic dicit. §. ſic quoque. q ſi non ſunt ſufficiẽtes præbeat eis gratis, & ſic uerbum (pauperibus) refertur ad præcedentia, ſcilicet, ad pupillos, uiduas, orphanos, & ad ſequentia, ut ad debiles, ſic. ff. de inofficio. teſtamen. l. ſi proponas. §. ſi hæreditatem. vbi uerbum, ſcientes, & ad præcedentia, & ad ſequentia refertur. Habebit etiam hæc l. locum in pauperibus, qui non ſunt pupilli, uiduæ, orphani, aut debiles, propter illos ponitur hæc l. generaliter in omni paupere, nec non in uidua, pupillo, orphano, & debili, qui ſunt pauperes. Eccleſiam non expreſſit hic, ſicut in ſuperiori lege. in eccleſijs non fieret hæc arctatio ſi litera non exprimeret, quia materia l. huius eſt de dandis impendijs his perſonis. ſatis bene dicitur, ut præfertur, quantum ad alia, ut ad habendum forum. C. quando Imper. inter pupil. vbi habent iſtud pupilli etiam ſi ſunt diuites. dicit Azo in ſum. illius titu. Iure Canon. aliter extra de offic. delega. cap. ſignificantibus. de quo dicetur infra titu. 1. ſtatuimus. Rex inclitus Carolus II. ſtatuit certum officium aduocatorum pauperum hic, ut uidimus in uſu cauſarum, ut adiuuet eccleſiam, pupillos, uiduas, orphanos, pauperes, & huiuſmodi indigentes, qui habent ſalarium a Curia, & tantum habent ſi ſunt multæ cauſæ, quantum ſi non ſunt multæ. Non ponit ſe ad iſtas diſtinctiones.

Carolus II. ſtatuit Aduocatum pauperum.

Lege

LEge præſenti. Nota quòd per hanc conſtitutionem gagiari debet aduocatus pupillorum, uiduarum, & miſerabilium perſonarum de ſalario curiæ, & hodie dicitur aduocatus pauperum Neapoli, qui ſalarium habet a Rege, & de pecunia Regis conſtitutum. Marinus.

Vt cauſæ prius inchoatæ terminentur. *Rubr.*

PRæſenti lege. Hæc conſtitutio pertinet ad cultum iuſtitiæ, ut uno negotio cœpto, niſi ſit finitum in iudicio, nullum aliud inchoetur, & multi etiam magnates & iudices imponũt pęnam in hoc, arg. ff. de pęn. l. moris. vt præmiſſis actibus rerum officia non turbentur. C. de teſta. l. hac conſultiſſima.

ADDITIO. *Adde, Similis pragmatica edita eſt per Cæſaream maieſt. Reg Car. in ſacro Regio conſilio. Et vide ritum magnæ curiæ, Item ſeruat ipſa Curia quod accuſator de eo, qui prius Curiam adiuit & literam Reginæ lo. legiſlatoris proprium eſt, & ad magnam conſtitutionem ſupra ſi ſimiliter agens, & conſtitutionem ſupra iuxta & c. regis Rober. quonnam. vbi de iuſtitia etiam retardata. & infra quantum tempus cauſa expediri habeant.* Cæſar.

De officialibus reipublicæ.

HIc habent quidam conſtitutiones duas, unam quæ incipit, Officiales reipublicæ: & aliam quæ incipit, Officialis, qui ſua negligentia. ſed non debent eſſe hic, ſed infra in rubrica de ſubtractione pecuniæ regiæ ab officialibus, & de negligentia eorum: poſt quam rubricam ſtatim ſequitur titulus de officio Baiulorum.

De officio magiſtri Iuſtitiarÿ, & iudicum magnæ Curiæ.

TITVL. XXXVIII.

In primis intendit prouidere, quod curia Regis, ideſt curia magiſtri Iuſtitiarÿ ordinetur, & omnia ſecundũ iuſtitiã tractet, a qua norma iuſtitiæ deriuatur in alijs officialibus regni, tanquã a fonte in riuulis. h. d. Matth.

IMPER. FREDER.

NIhil [a] veterum Principum authoritati ſubtrahimus, ſi iuxta nouorũ temporũ qualitatẽ de noſtro gremio noua iura producimus & nouis abuſibus, noua remedia reperimus: Habet. n. iſtud ex officij neceſſitate præcipuũ Imperialis excellentię dignitas, vt ſi per rerũ mutationes, & tẽporum ad eradicanda vitia plantãdaſq; virtutes, nõ videntur hominib. vetera iura ſufficere: Noua quotidie reperire cõſilia, per quæ virtuoſi ditent [b] præmijs, & vitioſi cõtinuis pęnarũ malleis conterãtur. Conſiderãtib. igitur nobis ad laudabilem hominũ Regni vitã, ſtatuta prędeceſſorũ nr̃orum Regum, & Principũ, quandam ex longæua guerrarũ turbatione, quodãmodo cõtraxiſſe rubiginẽ, dũ vti pacificè ſtatutis eiſdẽ homines nequiuerint in parte etiã. Vt igitur ſaluo prędeceſſorũ nr̃orum pudore loquamur, propter ſequentium tẽporum noua diſcrimina ſtatutis ipſorũ defectu nõ modico laborantib. ſtatim poſt nr̃i receptũ Imperij diadema, neceſſaria, nec minus continua nos oportuit excogitare remedia, p quæ poſſimus veterũ ſtatuorum caliginem prouiſionis noſtræ lima detegere, & cõſilij plenitudine ſupplere defectũ. Sicq; nuperrime dieb. iſtis, dũ ab expeditione Ligurũ, ad regnum noſtrum Siciliæ quietẽ veniremus aſſumere: licet breue iſtius ẽt modici tp̃is ſpatium dare nolumus ad requiẽ, quinetiã præterita nitemur abſentiæ noſtrę tp̃e diſpẽdia cõmiſſa corrigere & in futurũ de ſtatu pacifico nr̃orum fideliũ cogitare: & vt ſ̃m ordinẽ ſingula tractaremus, Curię nr̃æ p̃uidimus ordinare iuſtitiã, a qua, velut a fonte riuuli p Regnũ vndiq; norma iuſtitiæ deriuetur.

Noua conſtit. aliàs, hic eſt §.

Propter diuerſa dicta, quæ habet iſta conſtitutio non poteſt breuiter ſummari.

† IMPER. FREDER.

STatuimus [c] * vt magnæ [d] curiæ noſtræ magiſter Iuſtitiarius nobiſcũ in Curia cõmoretur: cui [e] quatuor iudices volumus aſſidere, vt magiſter Iuſtitiarius Curiæ noſtræ ſupradictus [f] de crimine læſæ maieſtatis noſtræ: Et de feudis * quater-

De officio magiſtri Iuſtitiarÿ, & iudicum magnæ Curiæ, Rubrica.

a NIhil veterum Principum. Conſonat hoc iuri Romano, ut C. de uet. iure enucl. l. 2. §. ſed quia diuinæ.

b *Præmijs*. Vnde dicit Horat. lib. epiſtol. hos uerſus,

Oderunt peccare boni virtutis amore:
Oderunt peccare mali formidine pœnæ.

vt no. ff. de iuſti. & iu. l. 1. in princ.

ADDITIO. *Adde glo. fina. in fi. vbi allegat hos ver. in cap. irrefragabili. de officio ordinar.*

ADDITIO. *Vide ad hanc conſtitutio. cum circa.* Cæſar.

Noua conſtitutio.

c STatuimus vt magna curia. Curia Magna uocatur ad differẽtiam Curiarum prouincialium, ut patet in Auth. ut or. præfect. §. ſi uerò ſolo. coll. 5. Sic & Reſpublica Romanorum dicitur magna ad differentiã Reipublicæ aliarum ciuitatum, ut in Auth. de triente & ſemiſſe, in princip.

ADDITIO. *Ad hunc tex. & no. per Andr. & per Afflict. vide latè per modernos in capit. Regni, quòd decretum, fol. 94. & in cap. de violentijs, ver. 142. & Afflict. in deciſ. 257. Sed quæro iuxta hanc conſtitutio. aliquis habet priuilegium quòd nõ teneatur coram aliquo præſide reſpondere, quid ſi deliquit in territorio iuriſdictionis præſidis, an ſit tutus priuilegio. & idem ſi priuilegium dictat, quòd non poſſit niſi coram illo iudice conueniri: nam ſi deliquit in iuriſdictione alterius, vtroque caſu poterit puniri. Secus ſi ille iudex reſeruatus, eſſet de illis qui habent iuriſdictionem in toto territorio, ſiue verius in toto Regno, vt eſt magna Curia Vicaria. ita Luc. de Penna in l. fina. C. de uetera. lib. 12.* De Bottis.

d *Curia*. Dicitur a cura, ut patet. ff. de origi. iur. l. 2. ſecundũ iura Lõbard. dicatur a cruore, ut in Lomb. de teſt. l. conſtitutum eſt.

e *Quatuor iudices*. Similis diſpoſitio iuris de maiorib. iudicib. eſt in Aut. de iud. §. quia uero petens. coll. 5.

f *De crimine læſæ maieſtatis*. In hoc crimine eſt accuſatoris electio velit accuſare coram magiſtro Iuſtitiario vt hic, vel coram Iuſtit. regionis, ut in uer. hoc addito. In alijs tamen criminibus cognoſcant Iuſtitiarij regionum, niſi ſpeciale priuilegium accuſantis vel accuſati aliud inducat, ut in uer. in alijs, & niſi crimen ſit commiſſum præſente magiſtro Iuſtitiario, ut infra ut Iuſti. ſileat. l. 1.

ADDITIO. *Vide Marinum Frecciam in ſuo tracta. de ſubfeud. fol. 239. nume. 8. & ibi vide q̃ audientia Idruntina etiam cognoſcit ex priuilegio de feudis quaternatis.* De Bottis.

† *Aliàs, Idem.*

a Et

ANDRÆAS DE ISERNIA.

De officio magiſtri Iuſtitiarÿ, & iudicum magnæ curiæ. Rubr.

MAgiſter Iuſtitiarius. Aliàs procurator noſter. & concor. ſupra eo. l. hac lege. nam ſi ad commodum & petitionem alicuius priuati

Noua

duplicatum magna Curia. Par. de Pu. in tract. ſynd. c. de exceſſibus conſiliariorum. & per eundem plenè in ca. iudices, & c. ſyndicantur. & ſequentib. car. 14. in quibus etiam de pœnis ipſorum. Cæſar.

Noua conſtitutio, &c.

a C *Auſas.* Naturali numerationi. ideſt corporali. & concor. C. de bon. proſcri. ſi quis poſt hanc, circa princip.

ADDITIO. *Cauſas. vide in Dec. conſil. 129. Comes. in ſi.* Cæſar.

• ADDITIO. *Quæ ſint mobilia, vide Spec. in tit. de fructib. & interreſ. §. 1. ver. quòd ſi prælatus. & an mancipia. vide glo. Pariſ. fol. 26. Et quid de annuis reditib. Tiraquel. de retract. con ſang. in glo. 6. in ver. reditus. num. 3. 4. & 6.* Fabius Iordanus.

De offi-

poſſeſſiones reſtitui deſtituto, nobis etiam inconſultis captiuos etiā nobis non mandantibus, vel inconſultis per Iuſtitiarios, vel per alios captos, & iniuſtè detentos faciat liberari.

Noua conſtitutio de eodem.

Iuriſdictio magiſtri camerarij in regno inter fiſcum & priuatum eſt limitata reſpectu bonorum, & fiſco non nocent inſtrumenta confeſſionata. hoc dicit, ſubaudi in tempore opponendi exceptionem non numeratæ pecuniæ. Matthæus.

FREDER. IMPER.

Cauſas [a] per magiſtros Iuſtitiarios Camerarios in Regno, vel per Capitaneos in imperio coram eis contra fiſcum motas, & ad curiam terminandas delatas, ſuper debitis & rebus mobilibus * ſuo iure diffiniat. Item de modicis immobilibus, ſicut de domo vna, & vinea vna, quæ non ſunt magni precij: Super alijs autem conſcientiam noſtram, quàm citius poterit per ſe, vel per vnum ex iudicibus, conſultabit. Hoc autem ſpecialiter ſuper curiæ debitis obſeruato, quòd non tantum per inſtrumenta confeſſionum, ſed per teſtes, qui naturali numerationi interfuerint, de debito probetur, niſi iudex, & notarius, & teſtes in inſtrumento ſubſcripti, non de confeſſione tantum, ſed quòd ipſi interfuerint numerationi, teſtentur.

De officio Capitaneorum, & magiſtri Iuſtitiarij.

TITVLVS XLIII.

Hæc conſtitutio propter ſui longitudinem non poteſt breuiter ſummari: niſi quòd hic enumerantur decem, quæ ſpectant ad officium magiſtri Iuſtitiarij, & Capitaneorum regiorum. Matthæus.

IMPER. FREDER.

Capitaneorum autem, & magiſtrorum Iuſtitiariorū officium tale erit: circuire prouincias ſibi decretas, & in dies ſolennes Curias in locis, & terminis, prout ea melius videbit expedire. Cognoſcere de magnis maleficijs, videlicet, per vniuerſitates locorum, Comites, & Barones publicè perpetratis. Super illis etiam maleficijs cognitionem ſuam impartiri debebunt, quæ præſentib. ipſis in locis, vel parum ante aduentum ipſorum conti-

ANDRÆAS DE ISERNIA.

uati mādaret Princeps deſtitui, cognoſceret inde magiſter Iuſti. nam corrigit. C. ſi per vim, vel alio modo. l. fi. & quod no. in l. meminerint. arg. ff. quod quiſque iur. l. 3. & C. qui po. in pig. ha. l. aſſiduis. & de pet. bo. ſubla. l. 1. quæ diſtinguit vtrùm ad petitionem alterius conſenſerit, vel non. Quod autem dicit gl. quod Rex non poteſt delegare, vt ſi mandaret pro ſua Curia tolli poſſeſſionem, vel rem, ut in l. longo. de conſi. mor. l. 2. Et eſt intelligendum quando conſtaret, vel eſſet ueriſimile, quod iuſte mandaſſet. Vbi verò conſtat quod iniuſte: non erit locus coniecturæ, quia probatio tollit præſumptionem. ff. quod me. cau. l. fi. in prin. Nec dicimus eum Regem quando inique præcepit. 2. q. 1. ſcelus. 2. q. 7. non omnes epiſcopi. Tunc cor Regis non eſt in manu Dei, cum ſit Tyrannus, dicit Sene. 1. de clem. Cum conſideras bonum Regem, iniquum attende. d. c. non omnes. Ius iniquum non habet matrem iuſtitiam, ſed iniquitatem. dicitur in glo. ff. de iuſti. & iu. l. pen. & adde quod dictum eſt ſupra, de iniu. offi. illa. l. 2.

Inferiorum. De quibus iudicibus intelligimus, an de his, qui actu adminiſtrant, & ſunt in officio; an etiam de illis, qui depoſito officio de adminiſtratione arguuntur. De hoc namque dicitur. in l. Capitaneorum. §. querimonias.

Et alios officiales. Quod dicit, alios, utrum intelligas præſentes vel etiam præteritos? Et videtur, q de præſentibus tantum, non de amotis ab offi. de amoto quidem dicitur qui fuit cognitor & iudex. ff. de teſti. ob carmen, §. 1. & 2. q. 7. ſtatutum. Item miles habet priuilegium fori coram magiſtro Iuſtitiario militum. Sed ſi ueteranus efficitur, etiam de eo, quod amiſit, vel contraxit in militia, non conuenietur coram magiſtro militum, niſi tempore militiæ cauſa fuiſſet incœpta. C. li. 10. de vetera. l. fi. Si dicamus ergo illud forum tantum fauore militiæ, non extenditur ad tempus, quo militare deſijt. Multo minus extenditur hoc in odium officialium, & culpa officialis amoti, quæ non debet tribuere immunitatem. Item poſtquam deſijt eſſe iudex non habebit nomen iudicis, & ſi nomine caret, carebit effectu. C. de ſer. l. a nullo. Item ſi libertas legetur, non continentur illi, qui fuerunt reſtituti natalibus, licet contineantur illi, qui ius annulorum impetrauerunt, qui nō ſunt ingenui, ut colligitur, ff. de iure annu. au. l. 1. & l. pen. & de bo. li. l. etiam. §. 1. & de in ius uoc. l. ſed ſi hac. §. 1. & de cond. & demon. l. falſa. §. ſicut. 1. C. de iu. annu. aur. l. 1. Item ſi quis adoptetur a ſenatore, tamdiu erit ſenatoris filius, quādiu in familia eius manet. Nam eo emancipato deſijt eſſe filius ſenatoris. ff. de ſena. l. ſenatores. Item præſentes affinitates conſideramus, non præteritas. ff. de poſtu. l. ſi cui. §. 1. E contra videtur q etiā in amotis, quia talis homo, cum erat iudex concutiendo, vel aliàs delinquendo factus eſt de foro magiſtri Iuſtitiarij ſi poſteà deſinat eſſe officialis, non pro tanto deſinit eſſe de foro illius, quaſi fuiſſe ſemel ſufficiat, arg. ff. ſi quis cau. l. qui autem. §. illud. de ſer. cor. l. 1. §. fi. nec quia deſinit eſſe iudex, forum debet decreſcere. arg. ff. de edi. edic. l. iuſtiſſ. §. fi. nam certis modis deſinit eſſe iuriſdictio, ſed iſte non eſt de illis. Item C. ad l. Iul. repe. l. iubemus. & l. ſencimus. dicitur, q ſiue eo durante in adminiſtratione, ſiue nō, pōt accuſari. C. ut omnes tam ciuiles q̄ criminales. l. 1.

¶ Dicitur in gl. quòd etiam coram ſuperiore poteſt accuſari, vel conueniri, quia conſtat q ibi deliquit. C. ad l. Iul. rep. l. 1. & cum hoc fuiſſet de facto, tanquam verius fuit iudicatum, quia iudex dicitur poſt depoſitam adminiſtrationem. Vnde uocabulum retinet dignitatem, ſeu compendium dignitatis, ut in l. notabili. C. li. 12. de primice. l. 1. Item quia de eo, quod in officio deliquit conuenitur ſub eo. iudice poſt depoſitam adminiſtrationem, ſub quo & ante poterat. C. ubi de rat. l. 1. & arg. C. ubi decu. vel coar. l. fi.

Noua conſtitutio.

C *Auſas.* Prouidet ſibi Imperator, ut magnæ cauſæ non terminentur, & fiſcales ipſo inconſulto, modicæ ſic. Modica non curantur. ff. de impen. l. omnimodo. & cōm. l. in rebus. §. poſſunt. ſic s̄. eo. l. hac lege. Iuſtitiarij audiūt cauſas fiſcales, inſtituto procuratore per eos, præſente fiſci patrono, & magiſtro procuratore, ſed nō diffiniunt, immò cauſas inſtructas tranſmittūt ad Curiam, infra ut Iuſti. de feu. cogno. l. præſides prouinciarum.

Sed quòd ipſi interfuerint numerationi. Sanè intellige, q per inſtrumenta confeſſionum non probatur contra fiſcum. Sed q realiter fuerit debitum, & eſt de iure Roma. C. de epiſc. & cler. l. Deo nobis. circa prin. de bo. dam. ſi quis poſt hac. quia ſupererant tempora, infra quæ fiſcus principalis debitor, vel ſucceſſor de cōfeſſatis poterat exceptionem opponere de non num. pec. vel non recepta re; vel pecunia confeſſata ex ſua perſona, vel illius, cui ſucceſſit. C. de non num. pec. l. ſi cui. & dicit glo. in d. l. ſi quis. q ſi maritus confeſſus eſt ſe dotem recepiſſe, deinde publicentur bona mariti, fiſcus opponet exceptionem non nume. dotis, quę non currit viuente marito cōfeſſante. C. de dote cau. non nu. l. fi. & in auth. ibi poſita. Sed ſi elapſa eſſent tempora, putà biennium, quando Titius confeſſus fuit mutuū, vel 30. dies in alijs cōtractibus, & Titij bona peruenirent ad fiſcum, præiudicat fiſco confeſſio Titij, cui ſucceſſit per inſtrumentum confeſſionis, quia infra ſtatuta tempora debuit excipi, vt in l. alleg. ſicut. in fi. Alij expediunt ſe, ut indiſtinctè intelligatur, ſicut litera ſonat, & tanquam lex noua prę iudicat ueteribus iuribus, quaſi vltima derogēt prioribus. Hi imperiti minus perite loquuntur, cum iura non corrigantur, niſi expreſſe dicatur, in Auth. qui. mo. na. ef. ſui. §. ex tribus. & vetera rationabilia determinant noua per l. ſciendum. qui ſat. co. & in auth. offeratur. & de hoc dic plenè, ut diximus in tit. de ſta. con. li. ec. ſa. §. Gazaros. ſuper ver. confiterentur.

C *Auſas per magiſtros.* In tex. Pro debitis. no. hic argumentum, q debita, ſeu nomina debitorū continentur appellatione rerum mobilium, vnde ſi fiat executio per curiam in 3. par. bonorum mobilium, poteſt fieri etiam in debitis, ſm iuſtum argumentum. Mar.

Adde Barth. de Cap. in l. ſi fideicommiſſum. ff. de iudi.

Noua conſtitutio.

C *Apitaneorum.* Gloſſator non habet hunc ordinem in gloſſis ſuis: Sed ego proſequor ordinem libri mei, & hæc conſtitutio eſt de nouis, & plena additionibus.

Et iudices ſolennes. Curias in locis, &c. Hæc eſt quædā noua conſtitutio,

gerit perpetrari. Vt tamen ſi regionum Iuſtitiarij ſint præſentes, cauſas ipſas per eos ſine mora qualibet audiri iubeant, & finiri. Abſentibus autem Iuſtitiarijs, ſi periculum euidens in cognitionis dilatione præuiderint, conſequentes audiant, & diffiniant quæſtiones. Alioquin non officialium ordo ſeruetur ad Iuſtitiarium primum: deinde ad magiſtros Iuſtitiarios, & demum in defectum omnium, ad magnam Curiam noſtrã uolumus proclamari. Appellationes a ſententijs inferiorum iudicum ad ipſos uolumus interponi: & ab ipſorum ſentẽtijs ad noſtram audientiam prouocari. Ex generali etiam commiſſione noſtra ſpecialiter eis facta committimus magiſtris Iuſtitiarijs antedictis, vt nobis circa Imperij noſtri partes extra Regnum agentibus, appellationes a ſententijs Iuſtitiariorum, ſeu quorumlibet inferiorum iudicum ad noſtram audientiam interiectis, ipſi ſuſcipiant, &, prout viderint de iure, decidant. Ita quod nulli noſtrorum fidelium liceat occaſione appellationis ad auditoriũ noſtrũ factæ aduerſarios ſuos extra Regnum expenſis, & laborib. fatigare: Niſi forſitan ſuper crimine læſæ maieſtatis, vel ſuper eo crimine, de quo condemnatus uitã, vel membrum amitteret: vel forſitan exularet, aut exilij iudicio ſtatum, aut omnia bona ſua, vel maiorem partem ipſorum, deberet amittere condemnatus, appellationes ad nos contingeret interponi; tunc.n. in electione eſſe volumus appellantis, vtrum ad præſentiã noſtram adire uoluerit, uel cupierit ipſorũ iudicium experiri. Querimonias etiam quę fient contra Iuſtitiarios regionum, Secretos Cameræ, Caſtellanos, Procuratores Demaniorum noſtrorum, & alios officiales audient, & ex officio ſuo ipſorũ exceſſus, & negligentias puniãt, & interdum defectum eorũ, iuxta ſubſcriptam formam, prout expedierit, ſupplere procurent.

Specialiter aũt ſi Caſtellanos, vel Procuratores Demaniorum, ſeu animalium noſtrorum, & cuſtodes defenſarũ noſtrarum, inueniũt per fraudẽ, vel manifeſtam negligentiam malè ſibi commiſſa tractaſſe: ipſos capiant de perſonis, & nobis ſignificent tranſgreſſionẽ ipſorum, vt inde fieri mandemus, prout noſtro beneplacito reſidebit. Vt tamẽ Caſtellanos de noſtra conſcientia deſtitutos de caſtris non amoueant ſine cauſa, quorum aliquem, qui ſe ex prædictis cauſis remouere cõtigerit, per eoſdẽ remoti delictũ, & ſubſtituti nomen nobis ſignificẽt ſeriatim, ut de ſubſtituto ipſo, aut de ſubſtituendo alio mandatũ de ſcrinio cõſcientiæ noſtræ procedat. Induſtriam, ſolicitudinẽ, & diligentiã Caſtellanorum noſtrorum, quæ in conſeruandis, & medicandis caſtris, & Demanijs noſtris habuerint, per ipſos Celſitudini noſtræ frequẽtius volumus intimari, vt quemadmodũ iniuſtos, & iniquos pęnis affici, ſic bonos & iuſtos Imperialibus præmijs uolumus decorari. Prędictis præterea magiſtris Iuſtitiarijs, & Capitaneis noſtris iniunximus, vt ſi inuenerint aliquem officialiũ noſtrorum per gratiã, aut odiũ manifeſtum, iuſtitiam detraxiſſe: ſeu pecuniã, ſeu ioiectas, ſeu canes, aut accipitres, aut aliquid aliud, præter eſculentũ aut poculentum, quod ad plus duob. diebus ſemel in anno tñ, ſibi ſufficiat recepiſſe, vt tñ a litigantibus nihil omninò nec eſculentum recipiat, ſi de iuriſdictione ſua ab aliquo litigante receperit, cum infamia priuatus officio, per ipſorũ bonorum ſuorum omnium infiſcationem mulctetur. Cæterum ſi de alijs non litigantibus, qui tamen de iuriſdictione ſua ſint officiales receperit aliqua, res accepta Domino reſtituta, in quadruplum fiſco noſtro damnatur. Litigator autem qui iudicem aliquem dando corruperit, vel corrumpere promittendo uoluerit, etiam ſi bonam cauſam habebat, in ipſa ſuccumbat. Hoc idem in eiſdem Capitaneis, & magiſtris etiam Iuſtitiarijs, ſi circa prædictam prohibitionem noſtram receperint aliquid, volumus obſeruari. Et vt in talibus quibuſlibet, vel omnibus delinquendi materia ſubtrahatur, edicimus, ut officiales cui in corruptelam ſui promiſſionem fieri contigerit, promittentis nomen, & promiſſionis etiam quantitatem, & modum nobis, vel alicui, per quem ad nos notitia perueniat, præcipimus nunciari.

De officio Iuſtitiariatus.

TITVL. XLIIII.

Ad officium Iuſtitiarij prouincia pertinet cognoſcere, & punire omnia delicta, vbi venit imponenda pœna mortis vel mutilationis membri, & etiam de ſpreta defenſa: & de portatione armorum & de cauſis ciuilibus in defectu Baiulorum, & Camerariorum, & Baronum habentium ciuilem iuriſdictionem. & etiam cognoſcere ſolum de feudis planis, de tabula, non quaternatis. hoc dicit. Matthæus.

IMPER. FREDER.

IVſtitiarij [*] [a] nomen & normam ius, & iuſtitia contulerunt, quibus quantò magis in nomine ſunt affines, tãtò eorum veri, & ſolliciti

De officio Iuſtitiar.

[*] ADDITIO. *Vide c.Regis Roberti, car. ... inci.nulla legis.* De Bot.

[a] I*Vſtitiarij nomen.* Monẽtur Iuſtitiarij ſuo nomine deſeruire, ut idem ſint, ſicut dici deſiderãt, vt C.de defen. l.defenſores, cũ ſuis ſi. Et dicitur in hac conſtitutio. quid ſit eorum officium, & cognoſcũt de omnibus criminibus imponentibus pęnã membrorum. concord. ff.de offi.præ. illicitas. §.qui vniuerſas. Item de magnis furtis, quod eſt ultra 20. auguſtales: etiã ſi ciui-

ANDRÆAS DE ISERNIA.

ſtitutio, quæ incipit, & ſi generalis cura nos aduocet, &c. quæ bis in anno Curiam ordinat cõgregare, exprimens loca, tempus, & modum Curiæ faciendæ, qui & quot intereſſe debent ordines querimoniarum, & coram quibus, & multa vtilia, quæ ſi ſeruarentur, bonum eſſet pro ſubditis, & pro regnante.

Parum ante aduentum ipſorum. Non loquitur de magiſtro Iuſti. præſidente magnæ Curiæ, ſed de alijs diſcurrentibus, ut patet ex litera. Cũ magna Curia vbi eſt præſens, de omnibus ipſa cognoſcit, & Iuſtitiarij ſilent. ſupra eo. l. honorem. & dictum eſt in l. ſtatuimus. Si vero magna curia exiſtente Neapoli, delinquat ibi Capuanus, vel contrahat, & recedat, & uadit Capuam, an accuſabitur in magna curia Neapoli de delicto, vel contractu Neapoli in ſua præſentia inito & commiſſo? In contractu eſt opinio, ſicut no. ff. de iudi. l. hæres abſens. In delictis ſemper videtur gloſſari, quod fiat remiſſio, & ſi ibi nõ inueniatur, in Auth. vt nul. iud §. ſi vero. Vnde in delictis ſatis videtur quod ſic, & pro contumacia bannietur. In contractu verò cum illo temperamento, quod c. Rom. §. contrahentes. extra de fo. comp. pro contumacia in contractu non aſtringit perſonas, vt dicit Inn. ext. eo. c. licet. & c. dilecti. Item ſi promittat quis ſoluere in magna curia, compelletur ibi, ſi ibi inueniatur, non alibi, l. alibi. alias. non aliter. ff. de eo quod cer. lo. l. 1. & d. c. dilecti. per Inn. niſi conueniſſet, ut etiam ſi eſſet alibi, conueniretur in magna curia, quia hæc renunciatio uidetur valere, per ea quæ not. in gl. d. c. dilecti. Item ſi opponatur ante litem conteſt. non contracti in magna curia Vicaria, vel huiuſmodi, non impediet conteſtationem, dicit Inn. in præd. c. Rom.

Appellationes. Loquitur de magiſtris Iuſtitiarijs diſcurrentibus, nam quando ad Principem appellatur, appellatio venit ad magnam curiam, & ſic ad magiſtrum Iuſtitiarium, qui præeſt magnæ curiæ. infra de appel. l. appellationum tempora. nam & alias ad magnam curiam † poteſt appellari a quorumcunque ſententijs, omiſſis medijs, ſecundum glo. infra de iud. per imp. cel. prom. l. cum noua. a iudicibus vero Baronum, aut a Baronibus, aut in terris Demanij, ad quem appelletur, ſi ad Magnam Curiam non appellatur? dicitur plene inf. de officio magiſtri Ca. l. officiorum.

† ADDITIO. *Vide Moder. in c. regni, plerumque, num. 12. cum ſeq. fol. 156.* De Bottis.

Querimonias. Nota, officialis factus de cõſcientia, vt ille ſolus deſtruat, qui conſtruxit, hoc eſt quod dicitur. C. ſi aduerſus rem iudicatam. l. 3. ff. de minorib. l. prætor. & l. minor.

De officio Iuſtitiariatus. *Rubrica.*

I*Vſtitiarij nomen.* Conſtitutio hæc bene eſt gloſſata, & ſicut dicit gl. ſuper verbo, iniuſtus. Omnis iniuſtus eſt excogitatus, niſi probetur contrarium. ¶ Et oportet quod dicatur in libello quod fecit iniuſtum excogitatum. ff. de iniur. l. lex Cornelia. §. lex itaque. Vbi dicit de in-

ſi ciuiliter agatur, & ſi modicum ſit, poteſt coram eo agi criminaliter. Item de ciuilib. cauſis, in defectu Baiulorum, vel Camerariorum, concor. extra de of. iud. or. c. 1. Item ſi dominus noluit facere iuſtitiã de vaſallo ſuo in ciuili cauſa, quia tunc præſes cognoſcere poterit. Defectus autem eſſe videtur, ſi duo menſes in negligentia ſunt elapſi.

Item non cognoſcit de cauſis feudalib. nec de caſtris, quia de illis in magna Curia cognoſcitur. De iure communi maius erat præſidis officium, quia de omnib. & ciuilibus & criminalib. cognoſcebat. ff. de offi. præ. l. omnia.

debent eſſe cultores. Hinc eſt quod ipſorũ iudicijs cauſæ capitales maximè reſeruantur, & quòd ipſorum officium debet eſſe gratuitum, nec ipſum licet alicui precij vænalitate mercari. Quæ igitur ad ipſorum cognitionem pertineant prędeceſſorum noſtrorum aſſiſijs comprehenſa, apertius diffinimus,[a] Latrocinia ſcilicet, magna furta, fracturæ domorum,[b] inſultus[c] excogitati, incendia, inciſiones arborum fructiferarum,[d] & vitium: vis mulieribus illata, duella, crimina maieſtatis,[e] arma molita,[f] defenſæ impoſitæ & contemptæ ab alijs, vel pro alijs ab eiſdem: & generaliter omnia de quibus conuicti pœnam

a *Latrocinia*. Licet quædam enumerentur hic, quę vidétur ad Iuſtitiarium pertinere: intelligas tamẽ hic poſita eſſe cauſa exempli. Idẽ eſt enim in omnibus alijs quæſtionibus criminalibus, & hoc iure vtimur. Multa enim pertinent ad cognitionem Iuſtitiariorũ, quæ hic nõ numerantur, vt ſupra de rap. l. 1. & de illici. por. armo. l. 1. & l. Caſtellanos. & ĵ. l. prox. ibi, vel de alio magno, &c. & ĵ. de fi. inſt. cum noua. infra de offi. aduo. l. 1. inf. de pę. quæ in crimi. ca. l. cordi. infra, de iure Lombar. l. 1. Item quod omnes quæſtiones criminales pertineant ad Iuſtitiarium, probatur a partibus ſufficienter enumeratis, & remotis. Lex enim dicit officialium alios eſſe præpoſitos ciuilib. quæſtionib. alios accuſationibus criminalib. vt ſupra, de obſer. iuſt. l. 1. Qui autẽ ſit officialis, vide infra tit. prox. l. vlt. Sed ad Baiulos non pertinent crimina, vt ſupra de offi. Baiu. l. locorum. nec ad magiſtrum Camerarium, vt ſupra de offi. Came. l. officiorum. nec ad magiſtrum Iuſtitiarium, vt infra eo. magnæ. Ergo pertinent ad Iuſtitiar. vel remanebunt impunita delicta.

b *Inſultus*. Inſultus probabitur, † & quòd excogitatus fuerit præſumetur. ea enim quæ in animo, vel cogitatione conſiſtunt, non probantur, quia probari non poſſunt, ſed per extrinſeca præſumuntur, vt Inſtit. de rerum diui. §. pauonum, & C. de iu. delibe. cum debitum. & ff. ad l. Rod. de iac. qui leuandus, & C. de teſta. l. non codicillum. ff. de acq. poſſeſ. l. penul. §. ipſos.

† Additio. *Vide Soc. in reg. 161.* De Bottis.

Item dicitur cogitationis pœnã nemo patitur: quia ſi ſteterit quis in finibus ſolius cogitationis, nullo caſu punitur. ff. de pœ. l. cogitationis. Vbi autem vltra progreditur, ex ipſo facto quod cõtinet delictũ, præſumitur animus delinquendi. Item ex ipſo facto quod eſt iniurioſum pręſumitur animus iniuriandi, niſi contra probetur, vt C. ad l. Cor. de fica. l. 1. & C. de iniur. ſi non conuicij. Si quæris, ad quid ponitur, excogitati, ſi ſemper præſumitur excogitatus? Reſponde, quia ſicut ipſo facto præſumitur animus, ita per probationem contrarij facti poterit apparere, quòd non ex animo delinquendi, vt ita vel nullo modo, vel minus, ſeu leuius punitur. Nullo modo, maximè ſi caſu, vt in venãdo committatur delictum. Vel impetu, vt per furorẽ forte, vel ebrietatem, vt ff. ad l. Pompe. de par. l. pen. de offi. pręſ. diuus. & de pœnis, reſpiciẽdum. §. vlt. & de re mil. omne. §. qui vulnere. Leuius punitur, vt cũ laſciuia, vel malo exemplo committitur, vt ff. ad l. Corn. de fica. l. 4. §. ſed ex. & l. 5. §. 1. ff. de pœn. abſentẽ. §. vlt. l. reſpiciendum. §. fin. & l. ſi quis alijs. §. qui ambo. Et in his omnibus incumbit onus probãdi reo qui excipit, vt ff. de except. l. agere, & C. de prob. vt creditor. ff. de proba. l. in exceptionibus. & in Lombar. de homi. l. ho. l. de homicidio. Sed ego quæro, nunquid debet poni in libello, excogitati? Reſpõde ſic: aliter enim probari non poſſet animus nec præſumi. id enim præſumitur quod ponitur, † vel allegatur, vt ff. de proba. l. 1. & l. in exceptione. §. cum quis. ff. de procur. l. quæ omnia. ibi, plane ſi dicat. ſic enim ibi dicitur, ſi dicat, & probauerit. G.

† Additio. *No. glo. quòd vbi aliquid præſumitur a lege, intelligitur, ſi illud præſumptum allegetur, pro quo facit: nam licèt in dubio præſumatur bona fides, eſt verum, vbi fuerit allegata, vt cumulat Iaſ. in l. non hoc, C. vnde legi. tamẽ conſequentiã hanc gl. facit. nam ea, quæ præſumuntur, licet verè non ponantur, fictè tamẽ poſita intelliguntur, l. omnes. §. Lucius, & quod ibi not. ff. ſi quid in frau. credit.* De Bottis.

c *Excogitati*. Aliàs, excogitati.

d *Et vitium*. Aliàs, & vinearum. quod intelligas cauſa tollẽdæ dubitationis dictum, quod ius cõe non lædit, ut ff. manda. l. qui mutuam. uitis n. ſignificatione arbores continentur, ut ff. arbor. fur. cęſã. l. vites.

e *Arma molita*. Siue agatur ex eis ad pecuniariam pœnam, vt ſupra de illici. porta. ar. l. 1. ſiue ad amiſſionem manus, vt in tit. prædicto, ſi quis aliquem, amiſſionem vitæ, vt ſupra tit. prox. l. terminum vitæ.

Additio. *Adde quid contineatur appellatione armorum? vide glo. in clem. ne in agro, de ſta. mo. l. armorum. ff. de verb. ſign. gl. in Auth. de armis in §. nunc autem.* Superantius.

f *Defenſæ impoſitæ*. Aliàs eſt, & contemptæ.

a Minori.

ANDRÆAS DE ISERNIA.

de impetu. C. de ſicar. l. his qui aggreſſorem. ¶ De aſſalimento habetur, quib. mo. feu. amit. §. porro. aliàs ſimiliter. Item no. quod dicit, quòd pro inſultu imponitur pœna corporalis, quia enumeratur inter crimina, dic vt in gl. ſupra de impoſi. defen. l. ſi quis in poſterum. in gloſ. quæ incipit, quid ſi factus ſit inſultus.

Additio. *Adde an computetur inter crimina. adde gl. in l. de crimine. C. de accuſa. & per Bal. in l. nunquam plura. ff. de priuatis delictis.*

Cognitionem. Etiam ciuilium in defectu. Habet ergo Iuſtitiarius iuriſdictionem in ciuili implicitam. i. non exercitium iuriſdictionis: ſed in iuriſdictionem. & ſic videtur, quòd poſſit eam committere antequam Baiulus, & Secretus erunt negligentes. extra de reſcrip. c. paſtoralis. in fi. Corrigitur enim hodie quod dicitur. ff. de offi. Procon. l. 3. §. fi. per Auth. de colla. §. ad hoc. Hæc ergo iuriſdictio in Iuſtitiarium videtur, quod poſſit extendi per conſenſum expreſſum, & tacitum partium, & ſicut in ſimili dictum eſt de magiſtro Iuſtitiario, ſupra de magiſtro Iuſtitiario. l. ſtatuimus. Vt ſi duo litigarent coram Iuſtitiario de re ciuili, non errãtes in facto, antequam Baiulus & Secretus eſſent in defectu, & non opponatur ante conteſtatam, prorogatur enim hæc iuriſdictio implicita, quia habet iuriſdictionem, & non exercitium, vt dictum eſt, & ſi poterit committi, prædicto modo, poterit etiam prorogari. ¶ Item no. quòd non cauetur, quòd Iuſtitiarius cognoſcat de cauſis viduarum, pupillorũ, & eccleſiarum: ſed vtitur, per ea quæ dicta ſunt in d. l. ſtatuimus. & per titulum. C. quando Imperat. l. 1. curia. n. iuſtitiæ Principis eſt: nam omnia noſtra facimus quib. noſtrã impartimur autoritatẽ. C. de vete. iu. enu. l. 1. §. cumque.

De feudis. Et ſic certis perſonis feudi cognitio demandatur, ſic ĵ. de prohibitio. feud. alie. l. conſtitutionem. ¶ De quaternatis dic vt diximus in tit. de contro. ſeu. apud paternum. c. 1. Et intelligas quod magiſter Iuſtitiarius, & Iuſtitia cognoſcunt de feudis prædictis, ſiue ſit quæſtio inter duos vaſallos, ſiue inter dominum & vaſallum; cũ conſtitutiones iſtæ indiſtinctè loquantur: & ſic indiſtinctè de quolibet feudi litigio intelligentur, arg. ff. de leg. præſtan. l. 1. §. generaliter. & ſic corrigent communia iura dicentia, quòd ſi ſit quæſtio inter duos vaſallos, cognoſcit dominus feudi. Si inter dominum & uaſallum pares curiæ, in tit. de prohib. alie. feud. l. Imperialem. §. præterea. extrà de iudic. c. ceterum. & c. nouit. de ſo. compe. verum. ¶ De paribus curiæ habetur, & dicetur infra l. 3. in tit. ſi uaſal. pro do. fideiuſ. nomi. l. ſi uaſallus. ubi per exguardum ſit diſcuſſio. ¶ Item uidetur quod ſecundum iſtas conſtit. dominus non ſit ordinarius uaſallorum ſuorũ. Verum eſt in feudo, ſiue ſit quaternatum, ſiue non. Sed in perſonali actione, & reali non feudali ſic, ut patet infra de dilationibus. l. 1. ibi, ut in cauſis, quæ coram Baiulis, & locorum dominis aguntur &c. & infra qualiter in cauſa homa. l. probationum. & per ſuperiorẽ uerſ. eodem modo per omnia &c. de quo dic plene, ut diximus in d. l. Imperialem. §. præterea. ¶ Item dicit glo. quòd Caſtra ſunt feuda eo ipſo, quod Caſtra ſunt. Imò habentur loco quaternatorum feudorum: † quia vtriuſq; cognitio, ſcilicet, tam Caſtri, quàm magni feudi quaternati eidem magiſtro Iuſtitiario pertinet, ut littera dicit.

† Additio. *Feuda quaternata quæ ſint Frec. fol. 138. num. 1. & fol. 242. num. 34. ponit rationem, quare caſtrum feuda quaternata vocantur.* De Bottis.

¶ Sed quid in eccleſia, ſi habet Caſtrum, an dicatur feudum, & ſic eo ipſo feudum Regis, cum omnia quę ſunt in Regno præſumuntur Regis, ſicut omnia quæ ſunt in diœceſi, præſumuntur eſſe de iuriſdictione epiſcopi, vt in c. cum uenerabilis, de religio. domi. 16. q. 1. §. omnes baſilicæ, ſecundum Hoſti. & diximus in tit. qualiter vaſal. iu. de. fi. c. 1. Poteſt acquiri feudum eccleſiæ ex munificentia Principis, & tũc eſt planum, ſi dicat, donamus tale Caſtrum in feudum tali eccleſiæ: poteſt enim feudum haberi ab eccleſia, vt a quolibet alio, vt in prima rubr. libri feudorum. §. fi. & in tit. de natura feudi. c. 1. Item etiam ſi præſtitiſſet ſeruitium, ſicut de feudo per tantum tẽpus quo eſſet præſcriptũ per 40. annos. In laico per 30. in tit. ſi de feu. contro. fue. c. ſi qui. per. 30. his. n. caſibus eſſet feudum. Sed ſi eccleſia tenet & tenuit caſtrum libere, nihil inde redditus præſtando: Si non probaret Curiæ Regis eſſe feudum, liberum cenſebitur, ſicut aliæ res eccleſiæ quæ non ſunt in iuriſdictione Regis, eo ipſo, quod ſunt in Regno

a *Minori*. Quid de minimo? Dic vt no.ſupra de officio Baiu.l.locorum Baiuli.

ADDITIO. *Limita hunc tex. non procedere, quando mulier vel alia miſerabiles perſona vellent trahere aduerſarios coram Iuſtitiarijs, vt per c.regni, quia nulla, & ibi Scribentes, fol.175.* De Bottis.

probatur.ff.de offi.eius cui mãd.eſt iuriſd.l.& ſi prætor.& adde quod no.ff.de offi.præſidis.l.ſæpe.& l.ſequen.

f *Largiorem*. Aliàs, longiorem.

ADDITIO. *In dominis. Quãdo dominus vel officialis requiſitus nõ facit iuſtitiam, quid poſſit fieri contra eos? vide Parid. de Put.in tract. ſynd.cap.an ſi Rex.char. 17.litera A.* Cæſar.

b *In defectu*. Id eſt de omnib. iſtis Iuſtitiarius adeatur, nõ alius, vt hic & arg. C. de accuſ. l.ſi quis ſc.& ſi adeatur ſorte ſuperior ad hoc, vt cognoſcat de iſtis, ad Iuſtitiarium remittitur, vt in Auth.de man.Prin.§.ſit tibi. Cũ verò minor eſt negligens poteſt cognoſcere maior, vt hic & in Authen. de eccleſ. tit.§.ſi autem. quod eſt collat.9.

c *In defectu Camerariorum*. Qñ quæſtio mouetur corã ipſis in caſib. qui ponuntur ī. de offi. ma.ca.l.officialis.

d *Et Baiulorum*. Quãdo agitur coram eis, & no. q̃ hæc dictio copulatiua, &, indicat defectum Camerariorũ debere concurrere cũ defectu Baiulorũ, ad hoc, vt defectus Baiulorum pertineat ad Iuſtitiariũ.

ſui corporis, vel mutilationẽ membrorum ſuſtinere deberent. Magnũ autem furtum accipimus vltra viginti auguſtales, etiam ſi ciuiliter de furto ipſo agatur, vt tamen etiã de quantitate [a] minori coram Iuſtitiario ad corporalem pęnam criminaliter poſſit accuſatio intẽtari. Cognitionẽ * ciuiliũ ẽt cauſarum, [b] in defectu etiã [c] Camerariorum, [d] & Baiulorum, ad officium ſuũ pertinere cognoſcat. Defectus * verò in Camerarijs, & Baiulis tunc eſſe vr̃, videlicet cum poſt duos menſes, * a die proclamationis ad ipſos factæ cauſæ eis a ſuperiori [e] cõmiſſæ fuerint, nec conquerentibus in rationibus ſuis ſatisfaciunt, vt tenentur & debent, niſi inſtructionis deſideratę neceſſitas terminum exigat [f] largiorem: Eadem per omnia obſeruanda in dominis, de quibus cõſtiterit * infra prædictum tẽpus ad requiſitionẽ ſuperioris, vel mandatũ noſtrũ, hominib. nolle facere iuſtitiæ cõplementum. ¶ De [g] feudis ẽt & reb. feudalibus [h] ipſi cognoſcãt: [i] prȩter q̃ſtiones de Caſtris, & Baronijs, & magnis feudis, [k] quȩ in quaternionibus dohanæ noſtræ ſcripta ſunt, quȩ omnia ſingulariter cognitioni noſtræ Curiæ reſeruamus.

Vbi clericus in maleficijs debeat conueniri.

TITVL. XLV.

Si clericus commiſerit delictum aliquod, debet iudicari & condemnari per ſuũ Epiſcopũ, & non per iudicẽ ſecularem: excepto, ſi commiſerit crimen proditionis contra Regem, vel aliud magnum crimen, tunc iudicetur per iudices ſeculares ipſius regis.h.d. M.

REX GVL.

DE perſonis [l] * clericorum totius Regni noſtri volumus &

ADDITIO. *No.verbum cõſtiterit, nã videtur q̃ non debeat ſtatim elapſis duob.menſib. aucari cauſa: ſed ſi cõſtiterit ſtetiſſe per Iudicem. verbũ.n.conſtiterit, denotat concluſionem in cauſa.c. ſignificauerunt, de teſtib. vbi not. Ioannes And.in addit.magna ad Specul. in tit. de poſſeſ. & petitor.* De Bottis.

g *De feudis nõ quaternatis*. Propter id, quod ſtatim ſequitur de Caſtris & Baronijs, de quibus cognoſcit magiſter Iuſtitiarius. De feudis enim non quaternatis p nouã cõſtitut. præſides Iuſtit. cognoſcunt vſq; ad ſñiam, vt in noua cõſtit.præſides prouinciarũ, quæ eſt j. De feudis etiam quæ curia nſa tenet, vt inf.eod. l.præſides. niſi deſtitutio ſit facta de Principis mandato, vt ibidem.

ſi.n.defectus eſſet in Baiulis tñ, tunc pertineret ad Camerariũ ſeu magiſtros Camerarios, vt de offi.ma.Ca.l.officiorum. Si vero Camerarius, vel magiſter Camerarius deficiat in ſupplendo defectum Baiulorum, tunc pertinet ad Iuſtitiarium, vt hic, ſimile habes in clerico & epiſcopo, & iudice ſeculari, vt in Authent.colla.9. de ſanct. epiſc.§. ſi quis autem pro pecuniaria. & de man.Princ.§.ſi tibi quoque.& vt diff.iudi.§ ſi quis vero.

ADDITIO. *Vide Parid.de Puteo in tract.ſyndic.c.qualiter.char.10. & c.R.Ro.quorũdã.& addita per me ſupra ad cõſtõnẽ, ſtatuimus.* Cęſ.

ADDITIO. *De materia comminationum vide Modern. in c. regni, grauamina.nu.56.* De Bottis.

ADDITIO. *Ex verbis huius conſtit.colligitur quòd cauſa debet eſſe in terminis, in quibus poſſit diffiniri, aliàs lapſus duorum menſium non nocet, vide Dec.in conſi.550.col.2.* De Bottis.

e *Commiſſæ fuerint*. Id eſt, remiſſæ: Iuſtitiarius.n.cauſas ciuiles cõmittere non põt, cùm ad iuriſdictionem ſuam non pertineant, vt C. qui pro ſua iuriſdi.l.1.nec propriè dr̃ cõmiſſio, inſpecta perſona eius, cui committitur, ſi id quod mandatur eſt de iuriſdictione ſua, ſed potius remiſſio: vt in Auth.de man.Prin.§.ſit tibi quoque, & §.nõ pmittas.& C.ad leg.Corn. de fal.l.ſi lex. & vt diffe.iudic.1.reſpon. & §.ſi quis verò.& hæc eſt rõ, quare admittebatur proclamatio cõtra Baiulos, quia qõnes pertinebant ad eos. Si.n.cognoſcere non poſſent, nec eſſet iuſta proclamatio contra eos, vt C. de ann.excep.l.1.§.vlt. & q̃ qñ mandantur alicui cauſæ quæ ſunt de iuriſdictione illius, cui mãdantur, dicantur remitti, probatur ſuperius de illic.port.ar.l.iuriſgẽtium. ibi, ſtatuimus &c. & q̃ tunc dicatur commiſſio, quando committitur alicui quod non eſt de iuriſdictione illius, cui committitur, pro-

h *Ipſi cognoſcant*. Concord.infrà qualiter iuſtit.ſe ger.deb.l.1.in fi.

i *Præter quæſtiones de caſtris*. Pèr iſtam exceptionem, præter quæſtiones de caſtris, &c.probatur, q̃ caſtra ſunt feuda, † eo ipſo, q̃ caſtra ſunt, cũ ſupra de feudis dixerit, vt arg.ad hoc.ff.de leg.1.l. Titiæ.

† ADDITIO. *Caſtrum, ergo feudum, nõ intelligas de fortellitio, ſed de caſtro, ſiue terra habitata. ita Paris de reinteg. feud.c.12.in fi.vbi quis effectus reſultet.* De Bottis.

k *Quæ in quaternionibus*. Excipere vr̃ de reb.iſtorũ feudorum quaternatorum, † ex eo quod ſ.de reb.fecerat mentionem, & ſic tam de feudis quaternatis, quàm quota parte ipſorum, quàm etiam reb.ipſorum cognoſcit magiſter Iuſtitiarius, vt ſuprà tit.1.l.2.

† ADDITIO. *Facit differentiam inter quaternata quotamq; feudi & res particulares, cuius ſit effectus, vide Parid.in d.tract.reinteg.feud. car.14.cap.18.* De Bottis.

Vbi clericus in maleficijs debeat conueniri. *Rubrica*.

l DE *perſonis clericorũ*. Quicũq; vult cõuenire clericũ de aliquo maleficio, dẽt cũ cõuenire corã iudice Eccleſiaſtico, niſi in crimine læſæ maieſt.qa in eo oĩum eſt exæquata cõdõ.C.ad l.Iuli.maieſt.l.nulli.& ſic per delictũ perdit priuilegiũ ſuũ, vt C.vbi ſena.l.1.

ADDITIO. *Adde, in quibus caſibus cognoſcit iudex ſecularis de clericis, & de rebus eorum? glo. in ver. malefactores. in c.cum ſit generale.de foro comp. Et glo.in ver.intra eccleſiam. in c.Principes ſeculi. 23.q.5.Specu.in titu. de compet.iudi. adi.in §.regulariter. verſ.in quibuſdam. Et per Feder. de Senis conſi.29.* Superantius.

ADDITIO. *Clericatus probatur per teſtes, Veron.cõſ.11.ver.12. Ang.in l.1.§.diem.col.2.ff.quead.teſta.aper. Affic.in conſtit. Apoſtatantes.*

ANDRÆAS DE ISERNIA.

gno ipſius, vt dictũ eſt in d.l.1.hæc aũt cõſtitutio ſi expreſſe diceret, q̃ omnia Caſtra ſint feuda, nõ intelligeretur de Caſtris eccleſiæ, qa non poteſt rebus eccleſię temporalis Princeps imponere legẽ: Imò ſi eſſent contra eccleſiam, eſſent caſſa & irrita, quæ ſi non eſſent pro eccleſia, non acceptarent iura canonica, vt Princeps ſecularis de reb. eccleſię ſe intromittat, vt in c.dudũ.de reb.eccl.alie.vel nõ alie.lib.6.

IVſtitiarij nomen. In tex.Inſultus. Quæro quis dicatur inſultus excogitatus? dic vt no.per And.in c.1.§.ſimiliter. quib. mod. feud. amit. vbi allegat hanc conſtitutionem. Ex eo, q̃ inſultus excogitatus connumeratur inter magna & atrocia delicta & crimina: dicunt quidam, q̃ ſi vnus ſolus armatus aggrediatur aliquem, q̃ poſſit accuſari lege Iulia de vi pub.vt no.in conſti.aſperitatem. P.de Mon.

In tex.pœnam. No.hic, q̃ forte alibi non inuenitur, q̃ pro inſultu excogitato imponitur pęna corporalis. Intellige, ſi interuenerit percuſſio.& ad hoc allegatur iſta conſtitutio, vt ſ.de deſen.impo. Conſt. ſi quis in poſterũ. in gl. ſed quid factus eſt inſultus &c.ſed qua pœna tenetur, qui inſultum excogitatum tñ ſine percuſſione fecerit? & vr̃, quòd arbitrio iudicis.ff.de pœn.l.hodie.& l.ſanctio legũ.& de effrac. l.1.& expreſſius de mãd.Princ.§.deinde competẽs.& ibi no. Sed dici poſſet, imò vr̃ q̃ imponatur pœna quinq; librarum auri iudici applicanda, & quinque parti, vt patet expreſſe in c.1.§.ſi quis alium.& ibi And.in ver.manus.de pace tenenda. & §.ſi quis aliquem. & §.ſi verò temerarius. & ſi non põt ſoluere, dẽt fuſtigari, & extra patriã expelli per quinquaginta miliaria, & p quinquenniũ, vt eo.tit.in conſtitutione, ſuper alia quod ſibi.§.qđ verò inopia.& ibi plene. P.de Mõtef.

Vide ſupra prædictas gl.& no.in conſtitutione Regni, aſperitatem, & conſtit.ſi quis aliquem. & vide And.in c.1.§.porro. quæ ſit prima cauſa beneſi.amit. & Lucam de Penna in c.Regni, qui cum Roncha. & tenenda eſt opinio Lucæ in loco prædicto, pro quo facit, quia hoc caſu admittitur procurator, vt concludit And.de Capua, Alias Bart. in l.1.C.ad legem Corneliam de ſicarijs.

Vbi clericus in maleficijs debeat conueniri. *Rubrica*.

DE *perſonis clericorum*. Hęc lex hodie maximè nõ procedit, quia nedum per iura canonica, imo nec per ciuilia perſona eccleſiaſtica

tantes. nu.20. Alex.conſ.107.vol.7. Aymo conſi.134. Item per literas Epiſcopi, Philip. Franc.in c.ſi iudex laicus, de ſent.excom.in 6. & ibi latè Anchar. Afflict.d.conſtit. Apoſtatantes, Abb.in ver. & aliq. in c.nonnulli, de reſcrip. & per Bal.in l.non ignorat, qui accuſ.non poſſ. & de his literis epiſcopi, quòd ſine eis non remittantur clerici, vide c. Roberti in lib. Barattucy in archiuio Regiæ Siclæ, car. 66. Quid ſi clericus immiſceat ſe criminibus, an gaudeat beneficio fori. vide Alex. conſil. 61. vol. 4. Guid. Papa, deciſ.106. Capic.deci.161. & quid ſi reperitur in flagranti. vide eundem deci.73. Et quæ requirantur vt clericus amittat priuilegium. Alexan. conſil.7. vol.3. Inn. in c. perpendimus. de ſent.excom. & quid ſi non incedat in habitu, vide Caccialup.in tract.de libert. eccleſ.q.6. & Alex.conſi.58.1.volu. & conſ.194. vol.6. Quid ſi habet beneficium parui reditus. vide Comeſ.in reg. Cancel. f.151.q.47. & quid ſi poſt delictũ duxit vxorem. vide Bal.in l.affinitatis, C.commu.de legat. Quid de concubina clerici. Et quod coram eccleſiaſtico iudice de ea cognoſci debeat, vide in regiſtro Barattucy in Regia Sicla archiuio, c.179. & quomodo hoc ſit intelligendum, vide Anch. conſ.196.incip. Magnifica & Illuſtriſſ. Princeps. & Boer.q.72. Et quid de mulie S. Lazari, vide in eodẽ regiſtro, c.48. Quid de militib. Hieroſolymitanis, & S. Iacobi de Spata, Belluca in Spec.Princ.fol.13. Et quid in monacho profeſſo derelinquente habitum, Gandi.de maleſ.in titu.de pœnis, nu.33. & quid in Rectore Hoſpitalis, Purpur.in l.2.C.de iuriſd.om.iud. nu.70. Et an clerici poſſint mulctari pro contumacia a iudice ſeculari, Dec.conſ.141. Bar.cõſ.225. Bal.in l.generaliter.C.de epiſ.& cler. et multos caſus, in quibus iudex laicus cognoſcit de clerico, Benedictus in cap. Raynutius.in ver. & uxorem.nu.410. cum ſeq. Guido Papa deciſ.138. Fabius Iordanus.

iubemus, quòd ſi de aliquo forisfacto, de quo pſona iudicari, vel condemnari debeat, appellatum fuerit, non a nobis, vel a Curia noſtra, ſed ab eccleſia, & in curia eccleſiæ de eo quod ad perſonã ſuam pertinet, iudicetur, & ſecundum canones, & ius eccleſiaſticũ condemnetur: Excepto ſi [a] de proditione [*] aliquis fuerit appellatus, [b] vel de alio magno huiuſmodi maleficio, quod ſpectat ad maieſtatem noſtram, volumus, & præcipimus, vt de hoc quod ſpectat ad Curiam noſtram, in noſtra Curia iudicetur.

De præſtatione ſacramẽti a magiſtro Iuſtitiario, & Iuſtitiarijs.

TITVLVS XLVI.

Magiſter Iuſtitiarius, uel Iuſtitiarius prouincia inter alia, quæ iurare debet, cum ſuſcipit adminiſtrationem officy, hoc ſpecialiter iurare debet, quod Deum & iuſtitiam habebit præ oculis, & omnibus conquerentibus iuſtitiam miniſtrabit ſine fraude. & quàm citius poterit litigantes expedire curabit. h.d. Matthęus.

IMPER. FREDER.

INter [c] cætera capitula, quæ in ſacramento præſtando a magiſtro Iuſtitiario ſeu Iuſtitiarijs cum adminiſtrationem ſuſcipiunt, continentur, hoc ſpecialiter & expreſſius volumus contineri, vt Deum, & iuſtitiam habendo præ oculis, vnicuiq; conquerenti iuſtitiam faciãt ſine fraude, & quã citius poterunt, litigantes expedire curabunt.

De ſeruando † honorem Comitibus, Baronibus, & militibus.

TITVLVS XLVII.

Iudices ordinarij tam in prima inſtantia, quàm in ſecunda, etiam ſi ſit delegatus a Rege non aliter iudicare poſſunt in cauſis criminalibus, et ciuilibus, in quibus Comites, et Barones, & viri militares ſunt accuſati, uel conuenti, niſi cum iudicio parium, vel Comitis, vel Baronis, vel habentis feudum in capite a Rege, vel de eorum commiſſione iudicetur, & datur eis iuramentum, vt dent eorum iudicium ſecundum Deum; & puram conſcientiam. primo ſecundum iſtas conſtitutio. ſecundo ſecundum conſuetudinem approbatam. tertio ſecundum ius Roma. & ſi eſt dubia cauſa ſecundum iudicium Regis, & omiſſio formæ futuras ſententias reddit ipſo iure nullas, præteritas autem remanere in ſuo robore validas. h.d. Matth.

† IMPER. FREDER.

VT [d] vniuerſis & ſingulis Regni noſtri nobilibus [e] honor [f] debitus integrè cõſeruetur, Comitibus, Baronibus, ac cæteris [g] militaribus viris eorum iudicia ſibi inuicẽ reſeruamus, videlicet vt præ-

a *De proditione*. Infra de adult.& vene.conſti.6. Et no. hic duos caſus in quib clericus debet iudicari in Curia iuſtitiæ.ſ.de proditione, & crimine læſæ maieſt.

* ADDITIO. *Vide omnino c.Regni, ſtatuimus, quòd ſi Comites, & ibi Scrib.fol.119.* De Bottis.

b *Vel de alio magno*. Vt de maledicto, vt C.ſi quis Imper.ma.l.1. Vel pone exemplum in crimine repetundarum, vt ff. de accuſa.l. ex iudiciorum. Vel in crimine hæreſis, vt C. de hæreti. & mani.l. Manichæos. Vel in crimine apoſtatarum, vt C. de apoſta.l. apoſtatarum. & ſimilis exemplificatio ſit, ff. de iniuſto, rup. irrit. teſtamen. l. ſi quis filia. §. quid tamen, in fine. G.

De præſt. ſacram. &c.

c INter cætera. Magiſter iuſtitiarius debet iurare cito expedire lites ſine fraude. concor. C.de iud.l. properandũ. de agr.& cenſi.l. litibus. Marinus de Cara.

ADDITIO. *Deum et iuſtitiam habẽdo præ oculis. Adde c.cum æterni. de re iudic.lib.6. & in c.omnu.45.diſt.* Super.

De ſeruando honorem Comitibus, Baronib. & militib.

d VT uniuerſis. Conſtitutio iſta defert nobilibus, vt ſi contingat nobiles Barones, Comites, vel alios milites agẽtes, vel conuenientes coram competentibus iudicibus præſid. vel alijs fore damnandos, non debent damnari per eum, qui cognoſcit, ſed per alios Barones nobiles, ſiue ſit danda diffinitiua, ſiue interlocutoria ſententia, & illi Barones, qui debent iudicare iudicabunt. Primo ſecundum conſtitutionem. Secundo ſecundum conſuetudinem approbatam. Tertio ſecundum ius noſtrũ. ſi dubitetur, recurretur ad conſcientiam Principis. Et idem erit in cauſa appellationis: nã non poteſt eſſe iudex in cauſa appellationis, niſi nobilis, qui iudicabit ſecundum iſtam formam, & de hoc iudicabit, & facit ad hanc conſtitutionem in eo, quod alius cognoſcit, alius iudicat, vt C. vbi ſent.l.3. quod ſit ſimili fauore, ſcilicet nobilitatis.

e *Honor*. Sic & in alio fauetur eis, vt infra de pugnis ſubla.l.1.

f *Debitus*. No.q. honor & priuilegium huius conſtitutionis datur illis tantum militibus, & Baronib. qui viuunt in honore militari, videlicet, in equis, & armis, & alijs militaribus ſignis, quib. Barones & milites cõdecet decorari, vt infra de pugnis.l.proſequentes.circa ſi quæ hanc determinat in hac parte.& arg.ad hoc. ff. de iure immu.l.semper.§.negotiatores. ibi, quamdiu in huiuſmodi actu ſunt, &c. & C. de veteranis.l.nullus lib.12.& de Decurio.l.per id tempus, lib.12.de excuſat.tuto.ſi duas, in fine.

g *Militaribus*. Intelligas de illis militibus, qui viuunt in honore militari,

ANDRÆAS DE ISERNIA.

ſtica trahitur ad iudicium iudicis ſecularis. C.de epiſ.& cler.authen. ſtatuimus, & dicit glo.in auth.clericus quoque.

ADDITIO. *Adde c.cum ſit generale. & ibi Doctor. de foro compet. Et an valeat ſtatutum quod clericus non poſſit declinare iuriſdictionem poteſtatis, ſi coram eo conueniatur? vide per Bal.in auth. caſſa. C.de ſacroſanct.eccleſ. Bal.in auth.ſtatuimus.C.de epiſ.& cler. Bal.in l. ab adminiſtratione, C.de lega. Bal.in l.penul.in §.ad crimen.ff. de publi. iud. Ant.de But.& Moder.in c.ſi diligenti, de foro competen.*

Similiter per capitula conuentionum Regni conceſſa Regi Carolo primo, niſi in feudo, vt ibidem dicitur.

ADDITIO. *Contrarium vide per D.Mat.de Afflict.deciſ.2.24.85.*

DE perſonis clericorum. Ius canonicum contradicit huic conſtitutioni quæ ſeruata fuit cõtra dominum Vrſillum Minutulum de Neapo. & vide c.Regni, ad regale faſtigium, quod fuit inductum contra perſonas eccleſiaſticas, & familiares, & bona, quod iure canonum ferre non poſſet defendi & vide c.armorũ uſus. Pet.de Montef.

Sed nunquid in hoc caſu clericus poſſit priuari feudo per iudicem ſecularem? Io.And.tenet q. non, in c.uerum.de fo.compet.ſed ſuper fructibus aliter tenet Hoſt.in c.peruenit.de fideiuſſ. Ioan.Grillus.

In glo.fi. Nota ex hac glo.caſus, in quibus clericus de iure iſto coram ſeculari iudice conuenitur. vide ueritatẽ ſecundũ quod no. And. in tit.de ſtatu.& conſue.contra lib.eccleſ. c.ſtatuimus. & c.1.qualiter vaſſal.iura.deb.fidel. Petrus de Monteforte.

De præſtatione ſacramenti a magiſtro Iuſtitiario ſeu Iuſtitiarijs. Aliàs, Forma ſacramenti, quam præſtat magiſter Iuſtitiarius. Rubrica.

Plana eſt, nec indiget expoſitione.

De ſeruando honorem & indemnitatem Comitibus, Baronibus, & militibus. Rubrica.

VT vniuerſis. Aliqui habent hic rubricam, a quibus Comites & Barones iudicentur. & hæc conſtitutio bene gloſſata eſt. Sed in multis corrigitur dictum glo. per c.in planitie ſancti Martini. quo cauetur ut habeant priuilegium fori, ſiue agant & accuſent, ſiue conueniantur & accuſentur. Item ſiue de feudo, ſiue de re alia: quia ſiue perſonaliter

militari, ut infra de proba. & inſtru. in illa conſtit. quæ incipit, proſequentes in fine. Militaribus iuris, aliàs, militibus iuris eorum, &c. & non ſine cauſa poſuit iuris, & non uirium, quippe hi differunt inter ſe, ut ff. de conſti. pecu. ſi maritus. §. ſi quis autem. & hoc ideo dictum eſſe credendum eſt, quia non in omnibus iuribus ſuis Barones, & milites habent iudices ſpeciales, ſed tunc demum quando quæſtio eſt ſuper feudo, uel reb. feudalibus, omnes alię quǽſtiones eorum, & ciuiles, & criminales pertinent ad iudices ordinarios eorum, tam ex Regia ueteri, quam ex noua conſtitutione Imperiali, ut infra de off. Baiul. l. locorum. ſu. e. l. 1. Si opponas de milite, qui feudum non habet, dico, ꝙ nulla ratio eſt in promptu. ideo enim dicit iuris eorum, quia ſi conueniātur coram magiſtro Iuſtitię militum, & ita coram ſuo iudice ſpeciali, vt C. de iuriſd. om. iud. l. magiſteriæ. & ff. de cuſto. reo. l. militibus. De alijs verò coram præſide prouinciæ, vt ff. ad legem Corneľ. de ſicar. l. ſi. & aliàs una perſona ex diuerſitatibus quæſtionum coram diuerſis iudicibus conuenitur, vt C. de epiſ. & cler. auth. clericus quoque. & C. de inoffi. teſta. l. vilem. Item, ſi Decurio teſtamentum ſcripſit quæſtioni ſubijcitur, ſi falſi quæſtio moueatur, vt ff. ad leg. Corn. de ſicar. ſi quis decurio. ſed & in alijs quæſtionibus non, vt ff. de Decur. l. ſin. & C. de quæſtio. l. licet nullæ. alias eſt litera communis, militaribus iuris, quam ſeruamus.

a *Vel etiam conuenti*. Secus verò, quando huiuſmodi nobiles agerent, alias accuſarent: tunc enim non datur eis huiuſmodi priuilegiũ. & eſt ratio, nam cum nobiles ſint inter ſe inuicem iudices, ut in hac conſtitu. meritò quando ipſi conueniuntur, vel accuſantur, actor, vel accuſator debet coram eorum iudicibus experiri, & eorum forum ſequi. Sed quando nobilis agit, vel accuſat non nobilem, non debet eum trahere ad iudicem ipſius, qui agit, vel accuſat, ſed ſimiliter ſequi debet forum ipſius rei: licet actor ſit nobilitate decoratus, ut C. vbi cauſa ſtatus agi opor. l. ſi in poſſeſſione. Et Barones, ſiue iure ordinario cognoſcāt, ſiue delegetur cauſa: delegari enim debet Comiti, vel Baroni, ut infra eo. ibi, vel delegatus à nobis, &c. G.

dicti criminaliter accuſati [a] vel ēt conuenti ciuiliter, non niſi per Comites, & Barones * & eos, qui a nobis tantum feuda in capite tenent, non, qui Comitibus, & Baronibus alijs teneātur, diffinitiuas, & interlocutorias ſententias, etiā quę principali negotio pręiudicium poſſint afferre, recipiant [b] cum proborum virorũ iudicio, & aliorũ nobilium conſilio ꝓferendas, & per eoſdem Comites, & Barones: interdum

* Additio. *Ad intellectum huius conſti. vide And. in c. 1. de controuer. feu. apud par. termi. vbi limitat non procedere, niſi in crimine læſæ maieſtatis. nu. 6. ver. in regno Siciliæ. & in c. 1. in fi. an apud iudices.* Fab. Iordanus.

b *Cum proborum virorum iudicio*. No. quòd ſententia ferenda eſt cum conſilio ſapientum, ut no. C. de ſenten. ex peri. reci. l. 2.

Additio. *Adde an talis ſententia tranſeat in rem iudicatam? per Barb. conſ. 44. incip. clementiſſimum Deum, in 4. vol.* Superantius.

Et poſſunt ēt inuiti compelli ſapientes ad conſiliũ dandum, vt C. de pro. ſacr. ſcri. l. 2. li. 12. non tñ aduocati partiũ ad conſiliũ vocandi ſunt, vt ff. de his, quæ in teſt. delē. l. prox. & ibi plene no. ord. gl. No. ꝙ quicquid fiat de cõſilio, aliàs de cõſuetudine, & quicquid dicatur, aduocati partium non ſunt vocādi in conſilio ferendæ ſniæ, per hanc l.

Additio. *Adde Bar. in l. proxime. ff. de his, qui in teſta. delen. & ibi Paul. de Caſt. in 4. no.* Superantius.

Et collige ex hac l. modum allegandi in aduocatis, & modum deliberandi in iudicibus: quantuncunque enim aduocatus conſulatur depoſito officio aduocationis, in nihilo tamen memor eſt affectionis partis ſuæ, vt C. de aſſeſſo. l. ult. in fine.

a *De com-*

ANDRÆAS DE ISERNIA.

perſonaliter ſiue realiter: quia cũ dicit realiter, non diſtinxit de re feudali, vel non. Et ſic idem de re Burgenſatica, & rectè: quia res ſequitur conditionem perſonæ, & non econtra. C de impo. lnc. deſcrip. l. 1. lib. 10. ad fin. propter dignitatē hominum. ff. de ædil. edic. l. iuſtiſſime. Cui homini ſeruit Angelica creatura, vt not. ff. de vari. cogn. l. cognitionum. §. 1. Factæ ſunt enim res cauſa hominum, non homines cauſa rerum. ff. de vſufruc. l. in pecudum. ¶ Primò quæri conſueuit hic, nunquid habeat locũ hæc conſtitutio, quando proceditur ex officio? Nam loquitur de accuſatis & conuentis, & ſic cum ſit odioſa, non trahitur ad ſimile. ff. de legib. l. quod uerò. ſic dicunt quidam de conſtitutione, proſequentes, infra de teſtib. contra Comites & Barones. Et quòd ſit odioſa patet, quia de ordinario dat cognitionem extraordinario. hoc autem eſt odioſum. C. de dilatio. l. 2. Item licet officium ſit loco accuſatoris. ff. de offi. præfec. præto. l. congruit. & loco accuſationis ciuilis. ff. de religio. l. ſi quis ſepulchrum. de alimen. & cibar. lega. l. ſeruos. tamen eſt actio vel accuſatio, quia diuerſis nominibus appellantur. C. de codicil. ſi idem. Et ſi eſt ei ſimilis, non eſt idem. ff. depoſi. l. quod Nerua. Item ex quo non expreſſit de officio, videtur omiſiſſe, ut C. de caduc. tollen. l. 1 §. penul. de verbo. obligat. l. quicquid. & ſic in accuſatis & conuentis tantùm intelligetur, eo. titu. l. ſi minor. odioſa enim eſt conſtitutio, quia dat iudicium compari: Sed aſinus auribus intumeſceret, ſi ſciret, ſe per comparem apprehendi. ff. de acqui. poſſeſ. l. hæres. §. per ſeruum. Verius videtur, ꝙ ſit idem: nã quandoq; loco agentis vel accuſantis deficientis, ex officio proceditur, ſicut in caſibus notatis. ff. de adulte. l. 1. §. ſi publico. Regulariter contrà. ff. de mun. & hon. l. reſcripto. §. ſi quis. Veriſimile eſt in omnem caſum & commodum non uoluiſſe nos debere procedi: ſicut ſi ageretur & diceretur cauſa & litigium, non ex officio, ſed per accuſationem & actionem procederetur. ff. ſi quis teſta. liber eſſe iuſ. fue. l. 1. §. hæc actio. ſi quis cautio. ſi cum. §. qui iniuriarum. Item cùm Princeps mandat inquiri ſpecialiter, ueriſimile eſt procedi uelle eo modo, ut non tollat iſtas conſtitutiones multis uigilijs excogitatas. C. de inoffi. teſta. ſi quando. ¶ Per conſtitutionem Regni raro fiebat inquiſitio, ut ĩ. eo. tit. l. hi qui. §. de ſpecialibus. ad rara non aſpexit lator huius legis. ff. de legib. l. nam ad ea. & hoc quando ex mero officio. Multò magis quando petente vel denuntiante aliquo, inquiritur ex officio, quia denunciator habetur loco accuſatoris, extrà de calu. c. 2. ¶ Quoties aliquid ſtatuitur contra ius in aliquo caſu expreſſo a lege ſcripta, non etiam requiritur uoluntas agentis. ſicut ſunt illi, qui uolunt ſeruare honorem uiris honoratis, quibus debetur honor: quia cui honor eſt, &c. Ad Romanos 13. Et patet in Auth. ut ab illis. in princ. C. de ſtat. & imag. l. fin. & de procurator. l. penul. de iniurijs. l. 2. ff. de ſenatorib. l. 1. & per totum. immò alijs propter eos. C. lib. 12. de dignitatib. l. mulieres. ¶ Et ut tales ſint teſtes, quales illi contra quos producuntur: argum. C. de hæretic. quoniam. Si in caſu non expreſſo ſit eadem ratio æquitatis, idem ius ſtatuendum eſt: argum. C. de furtis, ſi quis ſeruo. & argum. de petit. hæredit. item ueniunt. §. adapcanda. eadem ratio ſi agatur ex officio, ergo idem ius. ad legem Aquiliam. l. illud. & ratio diuerſitatis reddi non poteſt. ff. de verbor. obligatio. l. a Titio. Vnde licet habeant diuerſam naturam, in effectu ſunt idem, cum ius & poteſtas ſiue ratio ſit eadem in utriſque, ut l. ſi idem, C. de codicil. cum re quis priuatur, nec non ſine nomine diuerſitas remanet. C. de nuptijs. Imperialis. §. 1. Illa quæ ſimulantur in effectu ſunt eadem. ff. de legib. non poſſunt. licet alia ſit origo unius, & alia alterius. Sicut dolus, qui ex malitia eſt, & lata culpa, quia ex fatuitate, aliàs facilitate, & idem dicitur in l. quod Nerua. quod non ſunt idem, ſcilicet, per omnia, quia non quantum ad originis cauſam, ſed quantum ad effectum ſunt idem, quia lata culpa comparatur dolo, & dolum repræſentat. ff. de action. & obligat. l. 1. §. his qui. ſi quis teſtam. lib. eſſe iuſ. fue. l. 1. §. 1. Sed compar diligit comparem, cum iudex ſit uir bonus. ff. de verbo. obligatio. continuus. magis præſumitur diligere ueritatem in iudicando, quia amicus Plato, ſed magis amica ueritas, &c. ut dicitur primò Ethic. De quolibet præſumitur, quòd ſit bonus, donec conſtet de contrario. ff. de re milit. l. non omnes. §. a barbaris.

Additio. *Adde l. ſi verò, in §. 1. ff. qui ſatiſdare cogan. l. ſeruos. ff. de manu. teſtam. l. omnino. C. de inoffi. teſta. c. Deus omnipotens. 2. q. 1. regula, ſemel de re. iu. lib. 6. limita dicta iura, niſi agatur de præiudicio alterius, ſecundum Abb. in c. cum in iure. de offi. deleg.*

Aliàs dicitur, ꝙ iudex uir bonus tenebit medium, C. de fal. l. ubi. ideſt, ueritatem, quæ eſt in medio, ſicut quælibet uirtus dicitur ſeruare medium. non ergo eſt uis an litigator intumeſcat, & ſi nobilis cognitor excedatur in dilatione ad nobilem litigantem, hoc non uetat opponi hæc cõſtitutio. Nam ſi ordinarie ageretur hoc multo magis opponitur teſtibus. ff. de teſti. l. 3. in prin. quādo lex quæ trahit ad extraordinarium iudicem, redigitur in corpore iuris. ſicut eſt in corpore conſtitutionum, eſt fauorabilis, non odioſa. no. in Auth. qua in prouincia. C. ubi de crim. agi opor. Non ob. quod conſueuit allegari contra hoc, quod eſt alius effectus inquiſitionis per officium, quia tunc non infamatur, quam accuſationis ordinariæ, quia tunc ſic. C. ſi tutor non geſſerit. l. 1. ff. de ſuſpe. tut. l. 3. §. præterea. in glo. de bo. lib. qui cum maior. §. 2. nam ut ibi no. fortius uinculum eſt ordinarium, & durius extraordinario, ſicut eſt officium, ſi in duriori a fortiori uinculo quis infamatur, uidelicet, & in ordinario hoc ſtatuitur per iſtas conſtitut. multò fortius in leuiori, ut ff. de re iudi. l. non debet licere. Sicut econtra ſtatutum in leuioribus non trahetur ad maius, ſed durius. ff. de ſenato. l. qui indignus. de ſer. expor. cui pacto. arg. ex illo forte ſi de quo magis videtur ineſſe & non ineſt, nec id de quo minus. Imperator non poteſt, ergo nec miles. in ordinario non ualet ſine comparibus, ergo nec in officio. Sed ſi ſubuenitur doti quando nulla eſt ſtipulatio. Multò magis quando eſt aliqua, ſed inualida. C. de rei uxo. ac. l. 1. in prin. econtra ſi non ualet in leui, nec in duriori. C. de neg. ge. l. 1.

etiam [a] de commiſſione ipſorũ per Curiæ noſtræ iudices decidendas, & quamquàm Comites aliquando examinationi totius negotij nó interſint: auditam tamen cauſam & plenè diſcuſſam Iuſtitiarij & iudices nobilibus, qui ſententiam debebunt ferre, ſeriatim enuncient, ut ſicut antedicti Comites, & Barones ſecũdum conſtitutiones ſacras noſtras, [b] aut in defectu ipſarum, ſecundum cõſuetudines Regni approbatas, [c] & demum ſecundum iura, quibus conſtitutiones prędeceſſorum noſtrorum & noſtræ nó obuiant, ac denique recepto reſponſo celſitudinis noſtræ [d] ſi cauſæ dubietas hoc requirat, cauſam ſecundum Deum, & iuſtitiam ſentẽtialiter terminare procurent. A quorum ſententijs, ſi contigerit ad audientiam ſuperiorum iudicũ, vel noſtri culminis prouocari, appellationis iudex ordinarius, [e] vel delegatus a nobis, qui Comes ſimiliter ſit, aut Baro: de aliorum Comitum, & Baronum, ac indicum, & proborum uirorum conſilio, appellationis cauſas honori noſtro, & iuſtitiæ deferentes, confirmando, vel infirmando priorem ſententiã decidere procurent. Quod non ſolum in iudicijs cognitionum noſtrarum, ſed in alijs etiam generaliter, ſiue delegationis iure, ſiue ordinariè cognoſcatur, inuiolabiliter volumus obtineri. Et ut omnis omninò ab antedictis iudicijs poſſit abeſſe dubietas, Comites, & Barones, & ſimiles, & qui vel in magna Curia noſtra, vel alibi debebunt de cætero intereſſe ſententijs, corporalia uolumus ſacramenta præſtare, quòd de puræ cõſcientiæ gremio nulli fauori, vel gratiæ deferentes, iuxta ſacratiſſimas prædeceſſorum noſtrorum Regum Siciliæ, & noſtri nominis [f] ſanctiones, ac deinde ſecũdum Regni noſtri obtentas cõſuetudines, & iura, & poſtremò de conſcientiæ no-

a *De commiſſione*. Speciale in his, & in quibuſdam alijs, ut præfectus Prætorio, & alijs illuſtribus, ut per alios pronuntiare poſſint: regulariter contra, vt C. de ſent. ex peri. reci. l. pen. in fi. Quid autem in pluribus iudicibus, quomodo pronunciabunt? dic, vt in ſum. de arb. §. item compromiſſum, ut arbiter pronunciet, ſecundum Azo. G.

b *Aut in defectu ipſarum*. No. iudicandum eſſe primò ſecũdũ conſtitutiones, ſecundò ſecundum conſuetudines approbatas, tertiò ſecũdum ius Longo. & Romanum, vt hic, & j. iuxta fi. & j. in 8. conſt. quæ incipit, cum circa. Qualiter autẽ debeant iudicare alij iudices regni? dicitur j. l. puritatem.

c *Et deinde*. Aliàs demum.

d *Si cauſa dubietas*. Id eſt, negotium. alio enim modo cõſulẽdus eſt Imperator ſuper nouo negotio, q̃ ſi ſuper lege aliqua dubitet, quod dic, ut in ſum. de leg. & conſtit. §. item ſi quis interpretetur, ſm Azo. G.

Et no. bonum argumentum iuris ciuilis ad hanc conſtitutionem, videlicet, q nobiles debent per nobilem iudicari. C. de tut. & cura. illu. per l. 1. C. de cura. furio. l. fin. §. ſin autem teſtamentum. in ver. ſed ſi quidem nobilis, &c. Coæqualitas enim militiæ, & notabilitatis, quæ fortis eſt, hoc operatur, vt arg. ff. de excu. tut. l. ſed milites, circa prin.

e *Vel delegatus a nobis*. Hoc eſt benè notandum, q delegato Principis alij delegante, appellatur a ſecundo delegato ad primum, ut hic. ſecus autem in delegato ab alio delegante: tunc enim appellatur non primus delegatus, ſed delegans, ut ff. quis & a quo app. l. 1. §. ab eo. & C. qui pro ſua iuriſd. l. 1. in fi. Vel aliter, delegatus fuit ab Imperatore nó in principali cauſa, ſed in iudicio appellationis, ut hic.

Additio. *Adde, qui dicuntur de gremio t glo. in cap. requiſiſti. de teſt. glo. in verbo. paupere. in cap. ſi pater. eo. tit. lib. 6.* Superant.

f *Sanctiones*. Nec habeant pro malo Comites & Barones, ſi ita debeãt iudicare, uidelicet, ſecũdum leges, non iuxta eorum arbitriũ: nam & ipſe Imperator imperiũ Deo dante ſuſcepit.

Additio. *Adde Auth. de inſtr. caut. in §. 1. Doct. in l. digna vox. C. de legib. Ang. conſ. 375. incip. an ſententia reſtitutionis.* Superant.

Vt iudicet ſecũdum leges, vt in Auth. in medio litis nõ fieri ſacras, in fi. col. 8. & in l. digna vox eſt. C. d legib. & cõ. & cuncti ſtudere debẽt timore Dei iuſte iudicare, ut in Authen. vt differentes iudices. §. ſi tamen inuenimus. ſemper vult Imperator obtinere quod leges uolunt, ut in Authent. de iudici. §. fina.

c *Vel* … a *Qua*

ANDRÆAS DE ISERNIA.

Adde quæ dicta ſunt in conſt. proſequentes. Sed qui ſunt militares uiri? poteſt dici q militaris vir non eſt miles: Sed portat inſignia militũ iuſſu Principis: Sicut Doctores in legibus, qui calcaria deaurata, & ſignum ferunt, iſtis maior debetur honor, quam militibus. dicũtur enim uiri honorati. C. de offi. diuer. iud. l. 1. alias fi. & aduocati, qui militãt, vt C. de aduo. diuer. iud. l. aduocati. qui dicuntur nobiliſſimi. C. de poſtulan. l. prouidendum. Sic eſt differentia inter conſulem, & conſularem uirum, quia conſules ſunt, qui in ipſo actu ſunt gerendi conſulatum. Conſulares qui inſignia conſulum beneficio Principis conſequuntur. C. de nouo Cod. compo. §. ideoque, in gl. li. 12. de conſul. l. 3. & 4. Vel dic militares eſſe filios militum qui nondum militant, & feuda non habent. tamen hunc honorem & dignitatem aſſigno. C. de priui. eorum qui in ſa. pa. mi. l. 1. li. 12. nam nobilibus datur hic honor, ut litera dicit indiſtinctè, non eis tantum qui feuda tenent. In d. c. in planicie, nominat tantũ Comites, Barones, & feuda tenentes. Sed ſubaudiendum eſt, maxime. nam lex interpretans locum habet in omnibus in quibus lex interpretata, ut in Auth. de filijs ante dota. inſtr. na. §. fi. licet litera dicat, per compares abſolui debeant, aut etiam condemnari. nõ excludit, quin cum proborum uirorum iudicio, & aliorũ conſilio procedant, quia hoc intereſt, etiam ſi non diceretur, cum conſilio ſapientum pronuncietur. C. de ſenten. ex peri. reci. l. 2.

Additio. *Adde, an illi, qui tenẽtur requirere conſilium alterius, teneantur illud ſequi? vide per Arch. in c. abeuntibus. 63. diſt. tex. & ibi Abb. in c. 1. de capel. mona. tex. in c. cum in veteri. & ibi Ant. de Bue. & Abb. de ele. & in c. cũ olim. de arb. Niſi in caſibus enumeratis per Domin. in c. hinc etenim. 49. diſt. & quid ſi conſilium fuit factum per imperitũ, an ſit ei ſtandum? vide per Bal. cõſ. 197. inci. honeſtus vir. in 3. vol.*

Si ergo nobilis militariter viuat, habet hoc priuilegiũ, & filius militis nobilis eſt. natura enim prima immutabilis eſt. ff. de ſena. l. ſenatoris filius. de condi. & dem. l. filius. §. 1. ad muni. l. aſſumptio. in prin. priuilegium fori datum patri datur & filio. C. li. 12. de proxi. ſa. ſcri. l. in ſacris, in prin. de profeſſ. & medic. l. fi. ſecus ſi militariter non uiueret. tandiu enim habet quis priuilegiũ, quandiu facit id, propter quod priuilegium datur, ut in gl. Vnde oportet q probet ſe militariter uiuere. Hoc quidem facti eſt. Nemo enim ſic naſcitur. arg. C. lib. 10. de tab. l. generaliter. In facto enim non eſt præſumptio. ff. ex quib. cauſis maiores. l. denique. de cap. & poſtli. l. in bello. §. factæ. Et quia in eo quod poni, vel excipitur eſt actor, cui incumbit probatio. C. de probat. l. actor. Si ergo non poſuit, nec probauit hoc quantunque ſit miles, & Baro, non ſufficiet. Et ſententia lata præter formam iſtius conſtitutionis ualebit. Si autem ponit & allegat, quòd ſit miles, & militariter uiueret, & non probet, idem erit, niſi notorium eſſet, q militariter uiueret, & miles eſſet, arg. C. qui & aduer. quos. l. 1. Itẽ ſi ſententia daretur pro nobili, non eſt neceſſarium, q per compares, & nobiles pronunciaretur. C. de procur. non eo minus. licet glo. dicat contrarium ſeruari in magna Curia propter generalitatem principij huius conſtit. Sed hodie uerum eſt dictum glo. per c. in planicie, quod dicit, abſolui debeant, aut etiam condemnari. ¶ Nunquid poſſit Baro, & huiuſmodi perſonæ renunciare huic conſtitutioni, vt non iudicetur per compares? Videtur quod non, quia videtur conceſſum toti ordini nobilium, arg. ff. ſol. matri. l. alia. §. elegãter. Sed ibi contra bonos mores. dic ergo quod poteſt, quia uidetur expreſſum. C. de pac. ſi quis in conſcribendo. licet iure Cano. clericus non renuntiet foro ſuo. extra de foro compe. ſi diligenti. Omnes Barones, & Nobiles de Regno non poſſent renunciare huic conſtitutioni, ut præiudicent ſucceſſoribus alijs. Sed in eo quod tãgitur vnuſquiſque, cũ de re ſua familiari cõuenitur, quilibet põt paciſci, ex quo de re publica non agitur. ff. de pact. l. iuriſgentium. §. ſi paciſcar. ¶ Nunquid tacite, ut ſi nõ oppoſuerit hoc ante litem conteſtatã, cum alijs præiudicium afferat. ff. de iud. l. ſed ſi ſuſceperit. C. de excep. l. pe. dic q non præiudicat, ſi ſibi oppoſuit, ante litis cõteſt. quia in fine cauſæ diſcuſſum negotium inſtructũq; debet referri Baronibus. Sed ſi in lite & exercitio cauſæ nõ eſſet probatũ, q eſſet nobilis, & militariter uiueret, nõ debuit cognitor diuinare. Vnde ualeret ſnia tũc ſine Baronibus, & nobilibus: quia ubi expreſſe quis non põt, tacite renunciat. C. de iureiur. l. 2. §. ſed quia ueremur. niſi conſtaret per acta, vel eſſet hoc notorium, ut negare vel celare hoc non poſſet. d. l. 1. qui, & aduer. quos. & tũc ſi appellaretur, & in cauſa appellationis probetur eſſe Baro, uel nobilis, Iudex appellationis confirmabit, uel infirmabit ſniam, cum cõſilio Baronum. Non erit ex hoc ſententia prima nulla, quia in cauſa appellationis probatũ eſt hoc, ex ſuperueniẽti quidem non infirmatur, quod recte proceſſit. ff. de itine. actuq; priua. l. 3. Itẽ no. qualiter & per quæ iura iudicatur in Regno. Nam primo ſeruantur conſtitutiones, poſtea conſuetudines, quibus deficientibus ius Longobardum, & demũ Romanum. dic, vt in gl. inf. de officio magiſtri Cap. l. puritatem.

Corporalia ſacramenta. Quid ſi nõ iurauerunt nobiles, de quorum con-

a *Quæ ante tempora*. C. de leg. & cõſtit. princ. l. leges, & cõſtitutiones.
b *Contra*. aliàs circa. Marinus.
c *Contra Comites & Barones*. Videtur per finem iſtius conſtitutionis, q̃ iſta conſtitutio locum habeat, q̃n ſnia deberet contra hmõi nobiles fieri, ſed q̃n in cauſis eorum ſnia eſt ferenda pro eis, non vr̃ expediens pronuntiare de conſilio & commiſſione Comitum ſeu Baronũ, vt argu. bonũ. C. vbi Sena. vel clariſſi. l. quoties. §. adeo. vbi dr̃ de q̃buſdam illuſtribus, qui tñ coram Principe, vel ſacro cognitore .i. delegato Principis accuſantur pro patefacto crimine cõtra eos, nec permittitur hmõi ſacro cognitori dãnare eos, uel in perſona uel in ſubſtantijs, niſi prius Principi referat, ſed abſoluere bene poſſet etiã Principe incõſulto. Et pro hoc intellectu facit hęc lr̃a, vbi vult firmas eſſe ſententias latas ante hanc conſtitutioné citra formam prædictam cõtra Comites, & Barones, quaſi formã iſtã dederit ſuperius in ſuis ſentẽtijs, quæ facerent cõtra eos. † *Aliàs, Idem*. Sed in Magna Curia ſeruamus formam huius conſtitutionis in vtroq; caſu, uidelicet, tam quando contra, quàm quando pro eis pronunciamus, propterea in principio generaliter loquitur, nec diſtinguit, an recipiantur contra ſe, vel pro ſe.

ſtræ conſilio, ſententias formare curabunt, ſententiæ tamen [a] quæ ante tempora præſentis legis, citra prædictam formam [b] contra [c] Comites, & Barones, & ſimiles latæ ſunt, in ſuo robore perſeuerent.

De prohibita officialium noſtrorum occaſione.

TITVL. XLVIII.

Subſtitutus in officio iuſtitiariatus ſine licentia regis, punitur pœna priuationis omnium bonorum, & remouetur ab officio, hoc dicit, vel ſic. Ille qui habet iuriſdictionem a rege, ſi alium loco ſuo ſubſtituit ſine licentia regis, priuatur officio bonis ſuis omnibus publicatis, hoc dicit. Matthæus.

† IMPER. FREDER.

DVram [d] & diram pœnam, * & qualitatẽ delicti minimè cõgruentẽ Regis Gulielmi diuæ memoriæ p̃deceſſoris nr̃i cõſtitutione contentã, qua ordinatores, & ordinati in Vicariatus, & Iuſtitiariatus officio, ſine nutu, & licentia Regiæ poteſtatis capitali ſnĩa feriuntur; imperiali mãſuetudine mitigantes, decernimus, ſupradictos publicatis omnib. bonis ſuis ab officio, qđ ſic illicitè [e] vſurpauerant, [f] remoueri.

Quod nullus Prælatus, Comes, Baro officium Iuſtitiarij gerat.

TITVL. XLIX.

Per verba generalia in conceſſione terrarum non veniunt iura regalia, ſicut eſt merum Imperium, h. d. vel ſic, ex quo merum Imperium eſt de iuribus regalibus, nullus prælatus, Comes vel Baro poteſt in terris ſuis illud exercere. Et ſi contrafecerit illa terra, vbi exercuit merum Imperium, publicatur regia curia, hoc dicit. Matthæus.

† IMPER. FREDER.

EA, [g] quæ [h] ad ſpeciale decus,

De prohibita officialium noſtrorum occaſione. *Rubr.*

d DVram. Qui officiũ Vicariatus vſurpat non capite, vt olim, ſed bonis priuatur. Duram conſtit. quæ eſt infra, vt Iuſti. aliquem non conſti. lo. ſui. l. officia quæ perſonis, &c.

ADDITIO. *Vide Capic. dec. 130. nu. 21. & Moder. in c. regni, quia vicarij. fol. 71. Et ſic no. quòd Iudex competens ſcienter vtens iuriſdictione alterius, punitur pœna falſi. ita etiam expreſsè tenet Cyn. in l. cum quadam. §. quoties. quod Bal. reputat mirabile. ff. de iuriſd. om. iud. Et ad intellectũ And. vide Capic. in d. dec. 130. in ver. tertiũ dubiũ.* De Bot.

e *Vſurpauerant*. Vel concedendo, vel ſuſcipiendo, vt in vtroq; caſu videatur pœna mitigata, vt ſupra poſuit. & talis interpretatio placet iuri, vt ff. de pœnis. l. penult. & l. præſes.

f *Remoueri*. Contra de officio magiſtri Iuſtitiar. officia.

Quod nullus Prælatus, Comes, Baro officium Iuſtit. &c.

g EA, quæ. Nulla vniuerſitas, vel Prælatus, vel Comes põt facere iuſti. ſed ſolus Princeps, quia ipſe ſolus ſpecialiter cui conceſſit habet merum Imperium, vt in ſumma, de iuriſdict. omn. iudi.

h *Ad ſpeciale*. Per præſumptiones. Quid autem ſi aliqui ante tẽpora huius legis habuerant priuilegia ſui iudicis, in criminalib. cauſis? Forte dici põt priuilegium non eſſe ſublatũ, quia cum lex iſta generaliter loquitur, ex generali ſermone † non intelligitur eſſe detractũ, quod alij per ſpeciale fuerat aſſignatum. ff. de leg. 3. l. vxoré. §. feliciſſimo. C. de ſecun. nupt. ſi quis priori. & in authen. ibi ſignata. nũc autem. & ff. ex quib. cau. ma. l. ſed ſi per prætoré. §. deinde adiecit. ff. ſi quis cautionibus. ſed & ſi. §. quæſitum.

† ADDITIO. *Pro hoc eſt tex. in l. in teſtamentis. de teſtam. iuncta l. hac conſultiſſima, C. qui teſt. vide Capic. deciſ. 130. num. 21. cum plurib. ſeq.* De Bottis.

In generali. n. ſermone ſpeciale eſſe vr̃, ipſumque determinare. ff. de re. iur. ſemper in generalibus. Idem n. ſeruatur in legibus: Lex. n. noua determinatur p̃ veteré, nec vetus tollitur † *Aliàs, Idem.* per nouã, niſi ſint directo cõtrariæ, ut ff. de legib. & ſenatuſc. nõ eſt nouũ. & l. iũ. & l. ſed & poſteriores. & C. de appell. p̃cipimus. in fi. & in Auth. de admi. offici. §. fin. coll. 4. Nec obſtat qđ eſt ff. de ſepulch. viol. l. 4. §. diuus. Ibi n cõſuetudo erat directè cõtraria legi. Ego aũt in hac q̃õne dico cõſulẽdũ eſſe Imper. q̃a bñficia inconſulto Principe tribuuntur, non aũt auferũtur, vt ff. de offic. proconſul. ſolent. §. ſicut aũt. & C. vbi Senator. uel clar. l. fin. §. adeo auté.

ADDITIO. *Vide in hac conſtitutione And. de Iſern in c. 1. §. ſi quis alium. de pa. tenen. vbi quòd merum & mixtum Imperium † ſunt de regalibus, & nunquam veniunt in generalibus conceſſionibus, de quo plenius per Pari. de Put. in tract. ſynd. in tit. de exceſſ. Baro. erga ſubdi. in fine. de quo meminit Decius conſi. 122. Si comes. qui diſcutit de hac cõſtitutione, & omnino Luc. de Penna l. 1. C. de priuil. ſchol. lib. 12.* Cæſ.

† ADDITIO. *In conceſſione generali, an veniat merum & mixtũ Imperium, vide Boer. deciſ. 50. Oldrad. conſi. 252. Alex. conſ. 20. col. 3. vol. 1. And. in c. 1. §. præterea, ſi inter duos. in fin. col. de prohib. feu. alie. per Fred. & in c. 1. de Capit. qui cur. vendi. Rom. conſ. 272. per tota. Bal. conſi. 327. vol. 1. Cotta in memoria. in verbo, Iuriſdictione ſuper aliquo caſtro. & Ioffred. conſi. 24. col. 1. & 2. Sed pone quòd vnus habet iuriſdictionem ciuilem, alter merum Imperium in parte caſtri, vel in toto, an cuſtodia caſtri ſpectet ad habentem merum Imperium priuatiue quo ad haben-*

ANDRÆAS DE ISERNIA.

rum conſilio iudicatur, an propterea erit ſententia nulla, quia contra formam huius conſtitutionis eſſe videtur? Poteſt dici quod non, ubi appareret bene iudicatum fuiſſe, vt hoc leue prætermiſſum non noceat, de ven. inſpic. l. 1. §. fin. leue autem eſt bono uiro ſacramentum, quia ſic ſermo uidetur eſſe, nõ quod autem amplius eſt, ſi iuramentũ a malo eſt, extra de poſtu. c. 1. Si diceret eſſe ſubſtantialem non ualeret. ff. de tranſact. l. cum hi. §. prætor. Aliqui habent hic rubri. ſed totũ eſt de offic. magiſt. Iuſti. ſicut patet per ſequentes conſtitutiones.

VT *vniuerſis*. No. ex iſta conſtitutione, quod quando fertur ſententia contra Baronem requiruntur compares. pro hoc uide c. Regni, quod incipit, item ſtatuimus. Bartholomæus de Capua.

In glo. in ver. conuenti. ibi, agerent. Hodie vero Comites, & Barones habent priuilegium iſtius conſtit. ſiue agant, ſiue conueniantur, ſiue realiter, ſiue perſonaliter, ut in c. Regni, item ſtatuimus, quod Comites. Et habent priuilegium in hoc, quod non poſſunt conuinci, niſi per Comites, & Barones, vt in conſtitutione Regni, proſequentes. Petrus de Monteforte.

De prohibita officialium noſtrorum occaſione. *Rubrica.*

DVram & diram. Corrigit infra co. officia, quæ perſonis, iure Romano eſt crimen læſæ maieſtatis facere ſe magiſtratũ & magnũ officialé ſine motu imperij. ff. ad l. Iul. maieſt. l. 3. in fi. ĩ. de iniur. l. nec magiſtratus. in fi. & plerunque ſtatuitur iure Romano capitalis pœna in uſurpantes talia ſine iuſſu & licentia. C. l. 12. de diuer. offi. l. probatorias. & l. fin. §. vlt. Nã falſum cõmittunt, dicendo ſe poteſtaté habere, quã non habent: falſum eſt n. mutatio veritatis, in Auth. de fide inſtr. in prin. Ideo ubi non eſt certa pęna ſtatuta, punitur extraordinarié. eod. titu. de diuer. offic. l. in his. & de munę. l. actuales. quia in falſo pro qualitate delicti aliquando eſt capitalis pœna, aliquando non. C. de fal. l. ubi. ff. eod. tit. l. 1. §. vlt. Vbicunque ergo in huiuſmodi eſſet pœna capitalis † de iure communi, erit publicatio bonorum per hanc conſtitut. multò magis ſi puniretur extraordinarie: quia publicatio bonorum eſt minor modica corporali. ff. de pœ. l. in ſeruorum. in fine, niſi aggrauaretur pœna alio delicto: ut ſi dicendo ſe Iuſtitiarium oſtendat literas regias falſas, hoc capitale eſt. C. de falſis. maiorem.

† ADDITIO. *Capic. vbi ſupra, nu. 25. ad intelligentiam horum verborum.* De Bottis.

Illi verò, qui dicunt ſe officiales, cùm non ſint, ad alia miniſteria, putà, ad recolligendum pecuniam fiſcalem, puniuntur in quadruplum. C. de ſtat. & imagin. l. 1. & hoc non mutatur per hanc conſtit. capitalem pęnam commutantem in priuatione bonorum. At in prædicto caſu non eſt pęna capitalis.

DVram, & diram. In tex. feruntur. Iſta conſtitutio cõcordat cum conſtit. officia. de iure autem commum committit crimen læſæ maieſt. ut ff. ad leg. Iul. maie. l. 3. in fi. & dic vt ibi. P. de Monteforte.

Quòd nullus Prælatus Comes, vel Baro, &c. *Rubrica.*

EA quæ. Creatio magiſtratuum eſt de regalibus ad Principem ſolum ſpectantibus in tit. quæ ſint regalia. Idcirco vſurpãtes puniuntur ad omnia bona, vt ſupra. l. proxima. Non debet quis vſurpare iuriſdictionem, & vtilitatem authoritate propria. C. de iudi. l. pemo. Si-

habẽtẽ iuriſdictionẽ. dic q ſic, vt latius examinat Luc. in l. 2. col 9. de exact. & exer. lib. 12. Fab. Iord.

* ADDITIO. *Nota quòd die 18. menſis Iulij anni 1524. per Sacrum Conſil. Neapolitanũ fuit declaratum in cauſa Excell. tunc Comitiſſa Magdaloni, cum Comite eius filio, quòd in legato vſusfruct. caſtri non venit exercitiũ iuriſd. meri & mixti Imperij, ſed tantum ciuilis iuriſdict. Commiſſarius fuit tunc D. Ioãnes Martialis Regius Conſiliarius, Actorũ Magiſter Alexander de Ambroſijs. & id præcipue per not. per And. hic. vide quia facta eſt deciſ. per Capic. 185.* Piſanel.

* ADDITIO. *Adde Afſl. deciſ. 122. & 265. nu. 101.* De Bottis.

Quæ pœna &c.

a *Cum ſatis.* Prohibentur ciuitates creare potestates, imò nullã omnino conferũt iuriſdictionem, ſed a ſolo Principe trahunt officiales, ſub pœna deſolationis. De iure communi ciuitas poteſt iuriſdictionem transferre, vt conſueuit notari, ff. de iuriſdictio. omn. iud. l. & quia. † *Ab. Idem.*

* ADDITIO. *Vide Capic. deciſ. 130. nu. 21. cum ſeq. & num. 32. vbi an in caſu huius conſtit. ſit etiam pœna publicorum bonorum. & num. 27.* De Bottis.

b *Miniſtrare.* Vel eo modo, qui ponitur ſupra, de officio magiſt. Ca. l. puritatem. Vel vt dicitur infra de iure repu. l. cum vniuerſis, & infra, de ſe. l. domini a vaſallis. Vel vt continetur infra de reſti. mul. & min. l. beneficium.

c *Vniuerſitas.* Videtur prima facie corrigi quod iure ciuili cauet, ſcili-

& merum imperium * celſitudinis noſtræ ſpectare noſcuntur, per præſumptiones illicitas volumus a nemine vſurpari. Hoc igitur piæ noſtræ maieſtatis edicto in perpetuũ valituro firmiter inhibemus plãtis eccleſiarũ, Comitib. Baronibus, & militib.* locorum vniuerſitatib. ne Iuſtitiariatus officium in terris ſuis exercere audeant, vel gerẽdum alicui demandare. Sed magiſtris Iuſtitiarijs, & Iuſtitiarijs ab excellentia noſtra ſtatutis, intendant. Contra præſentem autẽ prohibitionẽ noſtri culminis ſatagentes, tam ſtatuẽtes Iuſtitiarios, quàm ſtatutos, totius terræ ſuæ publicatione mulctamus.

Quæ pœna vniuerſitates teneantur, quæ creant Poteſtates, & alios officiales.

TITVLVS L.

Nulla vniuerſitas in hoc regno poteſt facere Poteſtatem, conſulem, ſeu rectorem, etiã prætextu conſuetudinis, & ſi contrafecerit deſolabitur, & ipſius homines erunt angarij regis, & ſuſcipientes tale offic. Matthæus.

† IMPER. FREDER.

Cum a * ſatis, abũdeq; ſufficiãt officiales a noſtro culmine ſtabiliti ad hoc, vt tã in ciuilib. quàm in criminalib. cauſis, vnuſquiſq; iuſtitiã valeat inuenire, vſurpationẽ illicitã q̃ in quibuſdã partib. Regni noſtri inualuit abolentes: Præcipimus, vt ammodo, Poteſtates, cõſules, ſeu rectores in locis aliquib. nõ creentur, nec aliquis ſibi authoritate cõſuetudinis alicuius, vel ex collatione populi officiũ aliquod, aut iuriſdictionem vſurpet. Sed officiales tm̃ a noſtra maieſtate ſtatutos, vel de mandato nr̃o magiſtros Iuſtitiarios, Iuſtitiarios, Camerarios, Baiulos, & iudices vbiq; p Regnũ nr̃m volumus eſſe, & tã iura noſtra, q̃ noſtrorum fidelium b miniſtrare. Quæcunq; autẽ c vniuerſitas in poſterũ tales ordinauerit, deſolationẽ perpetuã patiatur: & oẽs homines

ANDRÆAS DE ISERNIA.

mo Sicut neque vindictam Dei, qui dixit, mea eſt vltio, & ego retribuam. Deuterono. 32. Item attende q glo. dicit, q priuilegium alicui nobili conceſſum per illum, qui poteſt in habendo merum imperium ante conſtitutionem iſtam, non eſt ſublatum per hanc: poſtea dicit conſultandum Imperatorem. Sed q ſit ſublatum videtur ex eo, q ſi facta eſſet lex, vt nobiles haberent imperium in vaſallos, poſteà fieret alia, q non haberent. prima eſſet ſublata per ſecundam, vt l. ſed & poſteriores. ff. de legi. Si lex ſequens tollit præcedentem, tollet etiam præcedens priuilegium, quod eſt priuata lex, tertia diſtinctio. priuilegia. facilites quidem priuilegium tollitur. in Authen. de non alienan. §. quia vero hoc contingit, quia ſunt contrariæ. idcirco uerius eſt primum dictum gloſ. quia tale priuilegium non eſt priuilegium contrarium iſti conſtitutio. imo concordat. dicit enim q nobiles, Comites, & Barones, & prælati non exerceant, nec faciant exerceri merum imperium in terris eorum intelligitur ſine iuſſu, & licentia Principis ſ. l. proxi. nam & ſi alias ſic generaliter loqueretur, intelligeretur excepta perſona ſuperioris. extra de iureiur. c. veniens. Qui uero ex prædicto priuilegio merum exercet imperium, de licentia Principis id facit. propterea non eſſet conſultandus Imperator, imò ſimpliciter dicendum priuilegium non eſſe ſublatum per hanc conſtitutionẽ. Vbi vero Imperator ſciret ex conſultatione uel aliter, utrum poſſit priuilegium reuocare? Dic q ſi conceſſit merum imperium alicui nobili in terris ſuis, faciendo eum iudicem ad hoc, ut ad uniuerſitatẽ cauſarum, poſſet reuocare † quando uellet. ff. de iudi. l. iudicium ſoluitur. Sed ſi in præmium pro bono ſeruitio quod Baro fecerat, contulit ei hunc honorem iuriſdictionis criminalis in terris ſuis, & hoc non conſtaret per priuilegium, minime extra de priuileg. c. porro. ſicut aliam rem datam per Principem non poteſt ſine cauſa auferre. C. lib. 10. ne ſi rem quam uend. emp. l. 1. & lib. 11. de loc. fun. cur. l. fi. Ita nec ipſum honorem iuriſdictionis in præmium ſeruitiorum collatum.

† ADDITIO. *Vide ſi conceſſio iuriſdictionis poſſit reuocari, & quãdo ad beneplacitum per Gulіel. Pernum conſi. 16. vbi in fi. allegat And. hic. & Capic. deciſ. 121. col. 5. in fi. Gramma. deciſ. 46. Loffred. conſi. 21. colum. penul.* De Bottis.

Incorporalia. n. quaſi traduntur. ff. de acqui. rer. do. l. ſeruus. §. incorporales. Cũ cauſa vt q poſſit, ut ſi male vtebatur iuriſdictione, affligendo vaſallos. † argu. C. loca. l. 3. & de ſuſcep. & archa. l. ſi aliquis. de digni. l. iudices, lib. 12. & in decre. depoſitionis Frederi. Imper. de re iudi. c. Apoſtolicæ. Si bene utitur, non reuocabitur, ut dictum eſt.

† ADDITIO. *No. quòd male tractando vaſallos poteſt priuari, vide hic Matth. & Iacobi. in tract. feud. in verſ. Marchio. verſ. quæritur. & in ver. & dux, col. 10. & in tract. de roidis, col. antepen. per Luc. de Penna in l. ſi coloni. 12. q C. de agric. & cenſi. lib. 11. & And. in c. Imperialem. §. præterea. col. 6. de prohib. alie. feu. & Soc. conſi. 272. ver. 6. vol. 2. latè per Aym. conſi. 6. col. 24. verſ. quartum flagitium. Gramma. conſi. 162. nu. 15. cum ſeq. & in deciſ. 104.* De Bottis.

¶ Plus videtur q ſi dictum priuilegium fuiſſet ad bene placitum † Imperatoris, non eſſet reuocatum propter generalia verba huius conſtit. quia cum ſpecialiter conceſſit illud Titio nobili, ſpecialiter debuit reuocare. nam quæ difficulter conceduntur, ſicut ſunt priuilegia, quæ ſunt priuatæ leges, vt dictum eſt, difficulter tolluntur. C. lib. 10. de re mili. l. ſemel. & nihil eſt tam naturale quàm unumquodque eo uinculo ſolui, quo ligatur. ff. de reg. iur. l. nihil & in verbis generalibus debet poni verbum comprehendens ſpecialia. ff. ad l. Aquil. l. ſi ſeruus. §. inquit lex.

† ADDITIO. *Vult And. vnum not. quòd ſi conceditur priuilegium ad beneplacitum & fieret generalis reuocatio huius priuilegij. Vide Capic. in deciſ. 116. & vnum verbum in deciſ. 123. nu. 4. Conceſſio ad beneplacitum, reputatur perpetua, D. Phil. Dec. in conſi. 204. in fi. & Capic. in deciſ. 136. Quando priuilegiũ conceditur pretio vel ob ſeruitia, quòd non poſſit recuſari, vide Soc. conſi. 87. in 3. dub. in nouis. Afſl. deciſ. 128. & 282. & 392. in 2. dubio. Et quando priuilegium poſſit reuocari, vide Iacob. in l. conuentionum. ff. de pact.* Fab. Iordanus.

De pœna vniuerſitatum quæ creant poteſtates, & alios officiales. Rubrica.

Cum ſatis. No. rationẽ quare maior pœna imponitur hic, quàm in duabus proximis conſtitutionibus, ſcilicet, quia vſurpauit ciuilia & criminalia, & ſic plus. & quia qui totum vult, totum perdit. Et pauca ſemper aſtringere dicitur, qui ſuperfluum amplexatur. Itẽ nota q hæc lex non loquitur de illo populo, qui fecit rectorem, vel Capitaneum tempore guerrarum ad defendendũ terram in fide Regia, mitigatur & datur bonum exemplũ. in glo. de eo quod dicit Caro. de fur. l. 1. in Longob. quòd qui ſcalis appoſitis muros aſcenderit tempore pacis, non punitur capite, cum tempore guerræ ſit ſcelus de iure Roma. ff. de re. diui. l. fin. & dicit ſic fuiſſe Capuæ iudicatum. Argumen. contra, quia lex deberet omnibus pariter tribuere ſecuritatẽ: ar. ff. de pœn. l. capitalium. § ad ſtatuas. & conſuetudo quæ eſt lex non ſcripta, æqualiter ligat omnes. ff. de admi. tu. l. ſine. §. interpoſita. ſed pro hoc facit. ff. de pœn. l. aut facta. quamuis uideatur loqui de alio tempore breui, ſcilicet, aut longo, uel nocturno, aut diurno.

¶ Quid ſi eccleſia aliqua habeat ex conſuetudine antiqua & præſcripta ius cognoſcendi inter aliquos de re non ſpirituali, & per uicarium de criminibus, an hoc tollatur per hanc conſti. Conſtat enim q conſuetudo ante hanc conſti. & poſt inducta tollitur per iſtam conſtit. ut C. de uſur. l. eos. §. 1. & in auth. quomo. opor. epiſ. §. 1. Sed ipſa generalis iuriſdictio quam habet eccleſia iam uidetur facta eccleſiaſtica. extra de app. c. Romana. §. debet. Et hoc ſatis uidetur, ut nõ poſſint prohibere etiam alias eccleſiam, quin utatur iuriſdictione ſua: quia par in parem non habet imperium.

ADDITIO. *Adde l. magiſtratus. ff. de arbitr. c. innotuit de electio. c. 1. de treug. & pac & glo. in ver. Marcellinus. in cap. nũc autẽ. 21. diſtin.*

Tamen credimus, quod Imperator laicis ſubditis ſuis poſſit hanc legem imponere, vt de rebus, quæ tenent ab eo non litigent coram alio iudice. extra de foro compe. c. ex tenore. & c. ex tranſmiſſa. nam

quilibet

ſcilicet vniuerſitatem poſſe dare iuriſdictionē ordinariam, vt in Authen.de defen.ciuita.§.item.coll.3.& §.non habente.

Additio. *Adde Ang.in l.periniquũ.in 2.notab.C.de iuriſ.om.iud.*

Vel dic q; etiam habet hodie vniuerſitas aliquod ius in conferenda iuriſdictione: quia exigit eius teſtimonium, vt j.in tit.1.l.1.optimum argu. ad hoc.ff.de his qui.vt indi.l.poſt legatum.§.his. & §.an libertus. & ff.de bo. lib. qui cum maior.§.ſed & ſi vero. De iure autem factum vniuerſitatis indigebat confirmatione pręfecti pretorio in hoc caſu,vt in pręalleg.Authent. Qui autem confirmat,ille dare dicitur. arg. ff.de pac. legitima. & de verb. ſign.l. lege. quod dic, vt in ſum.de iuriſd. omn. iudi. circa princ. in illo verſi. item dat iuriſdictionem,& in ſumma de defen.

a *In perpetuum*. Ideo credo maiorem pęnam in hac l.imponi, quàm in prima & ſecũda lege huius titu.quia hic vniuerſitas omnem iuriſdictionem vſurpauit ſibi, criminalem ſcilicet & ciuilem: & ſic adimpletur vetus prouerbium, Qui totum vult,totum perdit: & illud, Arma tenenti omnia dat,qui iuſta negat. Et ad dictũ prouerbium facit.C.de inoffi.teſt.l.ſancimus antea.& ff.de iure fiſ.l. non intelligitur. in fi.& C.de plus petit.l.vni.

Additio. *Adde, quid importet verbum, in perpetuum. id eſt, quamdiu viuet, in l.1.ff.pro ſoc.& l.& in perpetuum.ff.de procura.& glo.in verbo perpetuum.in c.fundamenta.de elect.lib.6.*

b *Cenſemus*. Quid ſi tempore turbationis,& guerræ aliqua vniuerſitas fecit aliquem Rectorem, Poteſtatem, Conſulem, ſeu Capitaneum ad honorem Domini Regis,& ad defendēdum Terram pro eo: an vniuerſitas ordinans, & ordinatus ab ea puniatur ſecundum tenorem huius conſtitutionis? Et videtur, quòd ſic: nam lex dicit indiſtinctè, quòd qui ſine iuſſu Principis geſſit bellum, tenetur lege Iul. maieſt.nec diſtinguitur, ſi geſtum fuerit ad honorem ſeu commodum Domini, vt ff.ad legem Iuliam maieſtat. l. lex 12. Tabul. immò plus aliàs lex dicit, ſi quid egerit miles contra mādatum ducis belli, punitur, etiam ſi rem proſpere geſſerit, vt ff.de re milita. deſertorem. §. in bello. Sed credo, q; hæc quæ dicta ſunt, quòd non excuſent tempore pacis, ſed tempore guerræ ſic. Et intelligendum hanc conſtitutionem factam fuiſſe pro tempore pacis, ſicut no.R.de legibus imponentibus pœnam pecuniariam, & non pęnam capitis eis, qui appoſitis ſcalis intrant ciuitatem,vel caſtrum per muros,

eiuſdē ciuitatis angarij [a] in perpetuũ habeantur. Eum verò, qui aliquid de officijs ſupradictis ſuſceperit, capite puniri [b] cenſemus.

De Iuſtitiarijs, aſſeſſoribus & actorum notarijs ordinandis, & de officio Iuſtitiariatus.

TITVL. LI.

Opponitur contra Iuſtitiarium, aſſeſſorē, & actorum notarium, quòd ſubreptitiè ſunt creati officiales: quia nulla fuit facta mentio in eorum literis, quòd ſunt oriundi de eadē prouincia, vel ibi contraxerint parentelam pro ſe, vel filijs, & receperint bona ſtabilia in dotem. Item opponitur etiam ipſis Iuſtitiarijs, quòd poſt aſſumptum officium retenuerunt familiares de eadem prouincia contra iſtam ſacram conſtitutionem: hoc dicit vſque ad verſiculum, Et illud adijcimus. qui breuiter hoc dicit: Iuſtitiarius prouinciæ non cognoſcit actiuè, nec paſſiuè de cauſis ſuæ familiæ exiſtentis de prouincia, vbi gerit officium ante aſſumptum officium, ſed durante officio non currit inſtantia, niſi de offenſis, & iniurijs eis factis durante officio: hoc dicit vſque ad verſiculum, Deinde generaliter. qui breuiter hoc dicit: Iuſtitiarius prouinciæ non cognoſcit de cauſis ciuilibus, niſi de feudis non quaternatis, & parte feudorũ: nec de cauſis appellationũ a ſententijs Baiulorum. h.d. vſque in finem. Matthæus.

† IMPER. FREDER.

† *Aliàs, Idem.*

IVſtitiarij per prouincias ſtatuātur, qui non ſint de prouincijs, quas ſibi munificētia noſtra decreuerit oriundi, nec in eis habeant incolatũ: nec maiorem fortunarum ſuarum partem ſtatuerint, (vt aſſolet) in eiſdem: nec ibidem per ſe, aut filios ſuos, præſertim acceptis in dotem rebus immobilibus contraxe-

ANDRÆAS DE ISERNIA.

quilibet dominus eſt ordinarius inter vaſallos ſuos.in Auth.de quęſto.§.ſi vero.& communis poſitio eſt, q; ordinarius poſſit vetare partes vt non conſentiant in arbitrum. ff.de arb. nō diſtinguemus §.Iul. Quod intelligendum eſt quòd poſſit prohibere de re, quæ tenetur ab eo,& lite,cuius rei ipſe eſt iudex. Si autē eſſet iudex ratione perſonæ,tunc poſſet ſe ſubmittere iuriſdictioni alterius.ff.de iudi.l.1.Sic & Papa prohibuit clericos conſentire in alios iudices, quàm in ſuum epiſcopum,extra de foro competenti,cap.ſi diligenti, & c.ſignificaſti, & C.de epiſcop.audien.ſi quis ex conſenſu.

Additio. *Adde an Papa poſſit facere, vt laici iudicent clericos? Vide per gl.in ver. diſcuti.in c.ſi Imperator.96.diſt.gl. in ver. denuo.in c.quamquam.de cenſi.lib.6. Innoc. in c.2.de maior. & obed.Abb.in cap. propoſuit.de conceſſio. preb. Abb.in c.atſi clerici. de iud.Abb. in c.fin.de foro cōpet. Abb.in c.non minus.de immu.eccle.Card.Zaba.in repet.c.per pendimus.de ſententia excommu.Io.de Imol.in l. ſi verò.§.de viro.in 6. fallentia.ff.ſolut.matr. Oldra.conſi.83.incip. An epiſcopus.*

De hoc dic plenè vt diximus in conſtit. Imperiali. in §.præterea. ſi inter duos, vbi circa fi.diximus,quod pactum non valet: quia vidimus eccleſias facere tale pactum, quando concedunt in emphyteuſim alicui, vel quemlibet alium contractum præter feudalem rei eccleſiæ: vt receptor ipſe non conueniatur de re ipſa, niſi coram eccleſiæ rectore, vel prælato, quod pactum non valet, quia ius publicum per pactum huiuſmodi mutari non poteſt: nam & actor non ſtringetur: & ſi eccleſia eſſet iudex competens; quia actor habet eligere forum rei,vt in l.cum clericis.C.de epiſc.& cler.Andr.

C*Vm ſatis abunde*. Nota hanc conſtitutionem, quia probat, q; electi ad regimen ciuitatis per populum non dicuntur habere iuriſdictionem,nec officium. Quia aliàs non poſſent eligi, & tenerentur pœna,de qua in iſta conſti.Vnde cùm contrarium obſeruetur, & videmus de facto fieri,probat quod non habent etiam officium,& non iuuaret contraria conſuetudo,vt hic. Barth.de Capua.

In tex. Sed officiales. Vidi contrarium fieri. & eſt bene gloſſata. Petrus de Monteforte.

De Iuſtitiarijs, aſſeſſore & actorum notario, ordinandis. Rubr.

I*Vſtitiarij per prouincias*. Bona eſt hæc conſtitutio, licet noua, ſed male ſeruatur. Et continet quatuor dicta. Primò dicitur, quod Iuſtitiarij, iudices, & actorum notarij nō ſtatuantur in prouincijs, vnde ſunt oriundi, vel vnde habeant incolatum, vt ff.ex quib.cau maior.l. hi qui.& l.ſi cui.& de aſſeſ.l.3.& C.e.l.in cōſiliarijs. Nec poſſunt contrahere parētelas de ſe aut filijs, accipiēdo res immobiles in dotem, Sicut prohibetur in tutore.C.de interdict.mat.per totum.& in rubr.

Et illud. Iſtud eſt ſecundum dictum, quod non poſſunt prædicti accipere in familiares aliquos de prouincijs, quas regunt. & ſi ante officium aſſumpſiſſent, non poſſunt cognoſcere de offenſis familiaribus ipſis illatis ante ſuſceptum officium: non tñ præiudicatur ipſis offenſis quin poſſint poſtmodũ conuenire.ff.de offic. præſi.l.ſenatus. nec expirabit eorum querela propterea.ff.de iudi.l.2.§. in omnibus.

De criminibus. Iſtud eſt tertium dictum de offenſis illatis, poſtquam fuerint in officio, familiaribus prædictis, facient iuſtitiam, ſi ad eos cognitio pertinet in ciuilibus. Vel ſicut dicit glo.iuris ciuilis.ff.de iuriſd.omni.iud.l.qui iuriſdictioni.& de iudi.l.in priuatis.

Deinde. iſtud eſt vltimum dictum, q; in ciuilibus cauſis non cognoſcent, nec principaliter, nec incidenter, niſi eſſent in defectu Baiuli, & ſecreti, vt ſupra eo.l.1.nec per appellationem in terris, ſcilicet Demanij, vbi a Baiulo appellatur ad Camerarium ſeu Secretum, a Secreto Camerario ad magi.Iuſtiti.infra, de off.mag.Came.l.officiorum. in fine. Sed in terris Baronum appellatur ad Iuſtitiarium infra de ſol.inſtru.cum noua.in fi.quod dic, vt d.l.officiorum.

I*Vſtitiarij per prouincias*. In verſi.non quaternatis. Ex hoc mouentur quidam, q; Iuſtitiarius non poteſt cognoſcere de cauſis ciuilibus, eccleſiarum, pupillorum, viduarum & aliarum miſerabiliũ perſonarum, etiam ex priuilegio eis indulto. C.quando Impe.inter pup. & vid.l.1.quia Iuſtitiarius non poteſt cognoſcere de ciuilibus: quod de plano concedendum eſſet, ſi perpetuò hoc verum eſſet. Quia iudex habens cognitionem cauſarum criminalium, de ciuilibus tātum cognoſcere non poteſt, vt ff.de iudi.l.ſolemus.§.latrunculator. in fi. niſi ratione connexitatis, vel incidentiæ, argu.ff.finium regund.l.4.§. ſi dicatur.ff.de concuſſionib.l.1. At Iuſtitiarius cognoſcit de ciuilib. quæſtionibus in defectum Baiulorum, vt ſuprà in conſtitutione, Iuſtitiarij nomen & normam. & in defectum dominorum, non facientium iuſtitiam vaſallis, vt ibidem dicitur. Cognoſcit etiam in ciuilibus de Comitibus, Baronibus, & cæteris militaribus viris, vt ſuprà in conſtitutione, vt vniuerſis. Item cognoſcit de feudis non quaternatis, & parte ipſorum, vt hic. Ergo ex priuilegio Iuſtitiarius poterit adiri, argu.C.de epiſcopo.& cler.l.iubemus.§.præterea. & de iuriſd.omni. iudi.l.1. Aliàs ſi nulla ratione poſſet cognoſcere Iuſtitiarius de ciuilibus, nullo modo diceremus Iuſtitiarium poſſe cognoſcere de ipſis, quantumcunque ex priuilegio adiretur, argu dictæ l.iubemus.§.præterea, quæ ad ſanum intellectum facit pro vtraque parte, & C.de iuriſdict.omn.iudic.l.priuatorum. niſi incidenter cognoſceret, vt ſuprà dictum eſt. Sed ſublata omni dubitatione obtentum eſt per approbatam conſuetudinem ſine contradictione, quod Iuſtitiarius ex vigore dictorum priuilegiorum cognoſcat de ciuilibus. Et ad maiorē cautelam, dum per aliquorum aſtutiam de hoc eſſet dubitatum, determinatum eſt per totum conſilium regni tunc Neapoli præſidēs, & alios multos ſapientes, quòd ſic debeat obſeruari. Et ita ſcriptum fuit magiſtro

muros, quas dicit ſactas eſſe pro tempore pacis, & non habere locum tempore guerræ, vt notatur in Lombar. de fur. & ſer. ſug. l. 1.

ADDITIO. *Vide capitulum regni infrà, quod incip. Item collatores, ſyndici, &c. per quod prohibentur Iuſtitiarij illos remouere electos ab vniuerſitate, & omnino Pari. de Put. in tractatu ſynd. c. pone, quòd vniuerſitas. & ibi, quos officiales poſſit eligere, & de congregationibus, & electionib. officialiũ abſq; authoritate ſuperioris, & ad materiam Iaſo. in l. omnes populi. ff. de inſtit. & iure. in nona & decima col.* Cæſar.

● 1 ADDITIONES. *Actorum Magiſtri non poſſunt eſſe de eadẽ prouincia. Adde Guliel. Benedictũ in c. Rainutius. in ver. & vxorẽ. 5. deciſ. nu. 489. An autem ſubſtituti ab eis poſſint eſſe de eadem prouincia. Bal. in l. parabolani. C. de epiſ. & cler. dicit q̃ nõ. Sequitur Affl. in conſtit. Magiſtri Camerarij. nu. 10. quod no. contra Capitaneos, qui relinquunt Locumtenẽtes de eadẽ prouincia. Et pro hac opin. Bal. fuit deciſum in Sacro Regio Conſilio referẽte Magnifico Ioanne Andrea de Curtis, die 16. Decembris 1560. in cauſa vniuerſitatis Carinole, cum Illuſt. Principe Hoſtiliani. Magiſter actorum eſt Io. Petrus de Iubeno.* De Bottis.

¶ *De Magiſtro actorum, an poſſit eſſe de eadẽ patria, vide Dominum Vincentium de Franchis, deciſ. 98. tamen quando eſſent parua caſtra, in quibus non eſſet copia exterorum, quòd admittantur ciues, argumentum eſt quod dicitur de Locumtenente per Bal. in l. certa forma, C. de iure fiſci. lib. 10. & ita ſeruatur.* Fab. Iordanus.

rint parentelas. Aſſeſſores, etiam, & actorũ notarios *¹ de decretis ſibi prouincijs oriundos, vel qui in ꝑdicta cauſa fuerint, eiſdẽ ſaluberrima prouiſione negamus: Et illud adijcimus, vt poſt aſſumptum officiũ, originarios, ſiue municipes, in deſtinatis ſibi prouincijs in familia non aſſumãt nec ante magiſtratum ſuſceptum, aſſumptis, de criminib. & offenſis *² cõtra eum ante ſuũ officium perpetratis iuſtitiam audeant miniſtrare: nec aduerſarios eorũdẽ ad querelã ipſorum coram ſua præſentia venire compellant. Nullo per hoc præiudicio familiarib. ſuis cõqueri, vel accuſare volentib. in cauſis quarũ cognitio præſenti noſtra conſtitutione differtur, in poſterum generando. De criminibus *³ autẽ, violentijs, & iniurijs illis poſt aſſumptum officium illatis: de quib. ad eos cognitio pertinet, eis, ſicut omnibus de iuriſdictione ſua, iuſtitiam miniſtrare procurent. Deinde generaliter prohibemus, vt in ciuilibus cauſis præterquam de feudis *⁴ nõ quaternatis, ſeu parte ſeu dorum ipſorum, nec principaliter, nec per appellationem officium ſuum aliquatenus interponant.

Qualiter Iuſtitiarij ſe gerere debeãt in prouincia ſibi decreta?

TITVL. LII.

Conſtitutiones regni debent ſemper intelligi taliter, vt non denegetur defenſio naturalis: hoc dicit. Vel ſic: Non dicitur violare regni conſtitutiones, ſi iudex ſupplet id, quod erat de iure prætermiſſum in ipſa conſtitutione: hoc dicit. Vel ſic: Præceptum ſuperioris generale intelligitur ſecundum iura. hoc dicit. Matthæus.

† IMPER. FREDER.

IVſtitiarij ᵃ non per calẽdas, (vt aſſolent hactenus) ſed continuè Curias per ſe, vel per alios iudices ſuos, quibus nihil aliud, quam audientia quæſtionum debebit committi, regere debeãt, cauſas audiãt, & decidant. Ciuitates, * & loca ſuarum iuriſdictionum continua diſcurſione perquirãt: prouincialium diſpẽdijs ipſis ad remota loca propter iuſtitiam non vocando, quãtò ſalubriter poterũt parcituri. Flagrãtia maleficia nõ vlterius protrahãt,

● 2 ADDITIO. *Hæc cõſtitutio diſtinguit l. Senatus, ff. de offi. præſid. dum ibi dicitur, q̃ de furtis & iniurijs cõmiſſis in perſonam ſuorum familiarium nõ poteſt cognoſcere, nec iuſtitiam miniſtrare: nam illud eſt verum de cõmiſſis ante officium, ſecus de cõmiſſis poſt, vt hic dicitur. & vide de Alber. de Roſate in d. l. Senatus. vbi amplè loquutus eſt.* De Bottis.

● 3 ADDITIO. *Vide Scribentes in c. Regni, Itẽ ſtatuimus, q̃ Magiſtri. fol. 121.* De Bottis.

● 4 ADDITIO. *Hic notatur feudũ non quaternatum, & ſic paruũ, & pars feudi parui. vide Parid. de reinteg. feud. c. 18. car. 14.* De Bot.

† *Alia. Idem.*

Qualiter Iuſtit. Rubr.

ᵃ IVſtitiarij nõ per calendas. Flagrantia. No. notoria delicta ſine accuſatore, & denũtiatore puniri, vt C. de accuſatio. ea quidem.

● ADDITIO. *Vide c. Regni, hac edictali, & ibi Scrib. fol. 83.* De Bot.

Noua

ANDRÆAS DE ISERNIA.

giſtro Iuſtitiario, & omnibus Iuſtitiarijs præſentibus, & futuris per literas ſigillatas ſigillo Vicariæ Regni Siciliæ. Quòd in omnibus cauſis, ſeu litibus tam futuris, quàm pendentibus, ſicut incommutabiliter, in quantum ad vniuſcuiuſque officium pertinet, debeant obſeruare: & de hoc eſt capitulum Regis Roberti, quia nulla legis ſanctio. Barthol. de Capua.

In tex. Aſſeſſores. Nota quem non debere eſſe aſſeſſorem in ſua prouincia. & dic de hoc, ut not. ff. de aſſeſſoribus. l. ſi eadem prouincia. Sed an officialis poſſit aſſumere aliquem aſſeſſorem de ſua prouincia ſine ſpeciali mandato, ut hodie fit in multis partibus, & ſpecialiter in Calabria? dic q̃ non, arg. ff. de ritu nup. l. quacunque. in prin. & argu. de verb. ſign. c. abbate. circa fin. Petrus de Monteforte.

Item dicas, q̃ non poteſt aſſeſſor, ſicut nec capitaneus, alium ſubſtituere, ut in c. Regni, Item quòd præfati officiales, Iuſtitiarij, uidelicet capitanei, iudices, & aſſeſſores. Et no. in l. parabolani. §. ſi quis au tem. de epiſc. & cler. Bar. Vinciguerra.

In §. de criminibus. Nota ergo, quòd officialis poteſt cognoſcere de iniuria illata familiaribus ſuis tempore officij. Sed no. quòd per hanc cõſtitutionem diſtinguitur l. Senatus. ff. de offi. præſid. cum ſimilibus. nam in eis indiſtincte dicitur, q̃ præſes prouinciæ de iniurijs, & furtis in perſonas familiarum, nullo modo poteſt cognoſcere, nec iuſtitiam miniſtrare. Nam per hanc cõſtitutionem diſtinguitur: Siquidem illud eſt uerum de commiſſis ante officium aſſumptum. De iniurijs autem, vel uiolentijs in perſonas ſuorum familiarium commiſſis poſt aſſumptum officiũ poteſt Iuſtitiarius cognoſcere, & iuſtitiam miniſtrare, ut hic apertè dicitur.

In tex. Pertinet. Idem eſt, ſi eſt manifeſta iniuria: nam ipſe idem cognoſcit, ut no. per Inno. in cap. ex parte.

In tex. Procurent. De iure communi eſt contrarium, ut ff. de iuriſd. omn. iud. l. qui iuriſdictioni. Petrus de Monteforte.

Noua Conſtitutio.

IVſtitiarij non per calendas. Hæc conſtitutio quatuor habet dicta. Primum, quod Iuſtitiarij omni tempore debeãt facere iuſtitiam: quia beati, qui cuſtodiunt iudicium, & faciunt iuſtitiam in omni tempore, ut in Longobar. de ferijs. l. 2.

Ciuitates. Secundum dictum, quod non debet trahere ſubditos ad loca remota, cauendo diſpendijs ſubiectorum, & hoc male ſeruant officiales: maximè quãdo uolunt compoſitionem ab uniuerſitatibus de inquiſitionibus generalibus, ut infra l. proxima, in fi. Sic etiam ſtatuitur in cap. planicie ſancti Martini. quod in eis uicinis, non in remotis committantur ſeruitia Curiæ.

ADDITIO. *Vide c. regni, Prouiſa iuris ſanctio.* Cæſar.

Flagrantia. Tertium dictum. Hic nota quid eſt maleficiũ flagrans: † quia eſt id, quod de recenti cõmiſſum eſt, quod quidẽ durius punitur. ff. de pen. l. diuturno. Et talis maleficij põt apparere patrator, & nõ apparere: ſed captus in flagrãti eſt, qui in ipſo actu deprehẽditur. C. de epiſco. & cler. l. raptores. & de defen. ciui. defenſores. Vel antequàm perueniret ad locum prædeſtinatum, ſicut fur manifeſtus. ff. de furtis. l. 3. Aut latitans non per magnum interuallum inuentus, nullo actu extraneo medio. ff. de adul. quod ait. §. ſi. Et a quocunque poteſt capi in flagranti, ut d. l. 3. de furtis. vbi non refert deprehendatur a domino rei furtiuæ, vel ab alio quocunque.

† ADDITIO. *Vide Moder. in c. Regni, quòd decretum, nu. 20. fol. 95. & ibi quæ dicuntur delicta notoria, & qualiter fiat proceſſus.* De Bot.

Multò fortius per illos, qui attinent læſo, putà per tutores, curatores, vel parentes. d. l. raptores. & de rap. virg. l. 1. Dummodo capiens ducat captum ad iudicem puniendum, d. l. defenſores. quæ dicit oblatos ſibi reos deprehenſos in latrocinio: non dicit a quo, nec nos diſtinguimus: de offi. præſid. l. 3. Nam non refert per quem fiat, dummodò bene fiat. Alij non capiuntur ſine licentia iudicis. C. de exhiben. reis niſi fugiens. dicit ibi glo. multò plus, ſi in flagranti, non debet expectare, ut ſe per fugam abſentet. ff. de iud. l. ſi longius, & ne fuga eius fiat inſtructio. ff. de reg. iur. l. fin. Non tamen cogitur quis capere, † ſi non ſit officialis, huiuſmodi delinquentes, per ea quæ no. ff. de reg. iu. culpa. niſi eſſent proditores, per conſtitutionem Regis Caroli primi, vt diximus infra de foriudic. l. pęnam. in fi.

† ADDITIO. *Vide Moder. in c. Regni, ſubditorum. num. 137. cum ſequen.* De Bottis.

Sed licet, ut dictum eſt, ſi velit: quia etiam clericum in flagranti poteſt capere, & ducere ad iudicem, extrà de ſent. excommu. c. ut famæ. nam quod ibi exigitur de mandato prælati, intellige in non notorio, ut in glo. & de iudi. c. cùm non ab homine. Vel ſi caperet, non ut ad iudicem ducat, ſed per detentionem facit crimen notorium, ut d. glo.

ADDITIO. *Adde Pet. de Ancha. in regula, ea quæ de reg. iur. lib. 6.* *Abb.*

ſed ipſa in locis, in quibus ea perpetrata repererint, punientes maleficos, vt puta, famoſos latrones, & fures, qui maleficia ſua nulla nequeunt tergiuerſatione celare. Publicorum itinerum aggreſſores, ſeu quoſlibet recentes, & publicos homicidas, per nemora forſitan fugitiuos, vel aliter latitantes ob conſcientiam criminum patratorum, per ſe, interdum per alios expenſa etiam, ſi uiderint expedire, de Curiæ noſtræ pecunia, diligentiſſimè perquiſitos, nullis dilationibus, ſeu accuſationum ſolennitatibus expectatis, ſi deferentes, vel accuſantes defuerint, de prouincia pœna legitimæ ſeueritatis extirpent: nec præſumptioni temerariæ per nos, noſtrorumq; officialium, credatur attribui id, quod officij ſui debito, ad plenitudinem ſuæ fragilitatis adiunxerit.

Noua Conſtitutio.

Ordo iuris ſeruandus eſt in cæteris cauſis criminalibus, & in ipſis nõ ſunt concedendæ, niſi neceſſariæ dilationes, præuia iuramenti præſtatione. Nec iudicantes permittant partes ſumptib. vltra debitum grauari. & in cõpoſitionib. faciendis ſeruetur ordo hic deſcriptus. h.d. Matth.

† Aliàs, Idem.

† FREDER. IMPER.

CAuſas [a] alias, [b] ordinario iudicio audiant, & examinent, & decidãt infra trimeſtris temporis ſpatium, niſi forſitan inſtructionis deſideratæ neceſſitas; veluti ſi probationes ex longinquo petantur, terminũ exigat longiorem. Super hoc ſpecialiter a petente dilationem ſacro præſtando, q; nõ cauſa differẽdi iudicij, ſed ex neceſſitate præſcripta dilationẽ expoſcat. Nec illud omittimus, q; occaſione faciendarũ Curię prouiſionũ, pro ſententijs proferendis, partes vltra debitũ non aggrauẽt, nec ipſos per prouincias trahendo poſt Curiã, propter hoc, laborum & ſumptuum vexatione fatigent. Sed illas prouiſiones reputent cõpetentes, quas iudex, & notarius actorum, qui apud eos fuerint, ſufficere, pro negotiorum qualitate cẽſebunt. Prædicti aũt actorum notarij, & non Iuſtitiarij, ſicut olim pecuniam omnem, tam ex prouiſionibus, q̃ vndecunque ex Iuſtitiariorũ officijs prouenturam, ad generale pondus recipiãt, & cõſeruent. Et de receptis infra diem receptionis gratis faciant apodiſſas, & ipſi recipiant antapocham de ſolutis.

De inquiſitionibus faciendis.

TITVL. LIII.

Ad officium præſidis pertinet purgare prouinciã malis hominibus, ideo iubet, q; fiant generales inquiſitiones, forma hic declarata. hoc dicit: vel ſic. ſi monitioni iudicis nõ paretur: quis non audiatur. h.d. Vel ſic. bannum ſiue edictum excuſat iuſtè impeditos. h.d.

† IMPER. FREDER.

INquiſitiones [c] generales * per prouincias, & partes prouincia-

Noua Conſtitutio.

[a] C*Auſas.* No. in quantum tẽpus durat inſtantia criminalis cauſæ, accuſatione pendente.

[b] *Alias.* Sed coram Baiulis ſtatuitur tempus duorum menſium, ut infra de cau. l. prima, in fine.

De Inquiſitionibus.

[c] I*Nquiſitiones.* Cominabuntur. quæ comminatio facit aliquem eſſe in mora, qui aliàs non fuiſſet, ut ff. de adminiſtratio. tutor. tutor qui repertorium. § de modo vſurarum. & dic quæ ibi no. ff. de iudic. l. ad peremptorium. & de offic. Procon. l. nec quicquam. §. de plano, & C. comminationes uel epiſtolas. l. 1. & ff. ubi pu. edu. de be. l. 3. circa fin.

* ADDITIO. *Adde quòd hodie non fiunt generales inquiſitiones, ut per Parid. in tract. ſind. in ver. inquiſitio. col. 3.* De Bottis.

† Aliàs, Idem.

a *Nulla-*

ANDRÆAS DE ISERNIA.

Abb. in c. cùm non ab homine. de iudi. Doct. in c. ſi quis diaconus. in vlt. col. 50. diſtin. Bal. Inſtit. in §. furtorum de oblig. quæ ex delic.

Non peccat, qui iudicum oculis hoſtem communis ſalutis oſtendit. C. de mathematic. quicunque. ¶ Qualis autem proceſſus fiat contra captum in flagranti? diximus infra de his qui fide. da. poſſunt, aut non. l. humanitate. ¶ Conuicti dicuntur, qui non poſſunt negare crimen. C. de pœn. qui ſententiam. & qui commiſſa nulla poſſunt tergiuerſatione celare, ut hic, & extra de verb. ſign. cùm olim. in fi. 2. q. 1. c. de manifeſta. ¶ Item nota quod maleficos debent perquirere per ſe, & per alios, ut capiant eos ad expenſas Curiæ: quia cum publica utilitas uerſetur in puniendo maleficos. C. de pœn. l. ſi operis. ff. de publi. l. licitatio. §. quod illicitè. ubicunque publica utilitas eſt, fiſcus ſoluit pecuniam. C. pro quib. ca. ſerui lib. accip. l. 2. ff. ad Syllan. l. lege Cornelia. §. fi. quemadmod. ſerui amit. l. ſi locus. §. 1. de adult. ſi poſtulauerit. §. iuſſit lex. cum concor. Non intelligas, quòd perquirat, & inquirat de maleficijs per alium, ſed per ſe ſolum: quia cum ſit meri imperij, non poteſt demandari, ut dicitur infrà in l. ei qui. & l. inquiſitiones. & patet in Auth. de coll. §. iubemus. ¶ Item nota, quod ubi accuſator eſt, non fiet inquiſitio, ſed tunc demum in prædictis maleficijs inquiritur, quando non eſt qui deferat, vel accuſet. Nam non indiſtinctè inquiritur ſpecialiter de criminibus, ut d. l. hi qui. facit ad principium huius tertij dicti. ff. de pœn. l. capitalium. §. famoſos, & ibi omnes Doct. antiquos & modernos, qui iſtam materiam adeò latè examinant, ut nihil amplius addi poſſit.

Nec præſumptioni. Vltimum dictum, quòd ſi Iuſtitiarij & officiales ex debito ſui officij audiant ſecundũ iuſtitiam ad punitionẽ malorum, attribuetur ei per Principem ad laudem, nõ ad temeritatem, vel præſumptionem: authoritatem quidem dignitatis debent augere ingenio ſuo. ff. de offi. præſi. l. obſeruandum.

I*Vſtitiarij non per calendas.* Nota quòd quicunque officialis, ſiue Iuſtitiarius, ut hic, ſiue capitaneus, ſiue quicunque alius, non poteſt committere aſſeſſori ſuo, ſiue actorum notario regere curiam, cauſas audire, examinare, decidere, nec ſolam cauſarum deciſionem, & examinationem, vel regere curiam, poſſet ei committere, ut patet hic, & infra. l. proxi. in prin. Verum eſt tamen, quòd audientiam quæſtionum ſolam officialis poteſt committere ſuo aſſeſſori, ut hic patet expreſſe. & hic eſt uerus intellectus: licet in contrarium poſſet dici, quòd iudex ſiue aſſeſſor poſſit cauſas examinare, curiam regere, ac cauſam decidere ipſe ſolus, ut hic videtur innui propter dictionem diſiunctiuam, vel, quæ hic ponitur. Sed primus intellectus eſt uerior, & diſiunctiua hic poſita, pro coniunctiua ponitur, ut l. ſæpe. de verb. ſign. Item hæc conſtitutio videtur innuere, quòd iuſtitiarius per ſeipſum poſſit curiã regere, cauſas audire, & decidere ſine aſſeſſore, & notario: ad quod facit. l. prox. in prin. ſed non eſt uerum. Pet. de Monteſ.

Nota cõſtitutionem iſtam iuſtitiarijs regionum dare licentiam, iudicibus ſuis poſſe cauſarum audientiam committere. Sed huic conſt. derogatum eſt per duo c. Regni nouiſſime edita, quæ prohibent iuſtitiarios aliqua crimina committere. Et q; in cognitionibus cauſarum omnium de conſilio iudicum procedant ad tormẽta, & cognitionem, quamuis magna curia, & eiuſdem curiæ iudices multa modica cauſarum ciuilium, & criminaliũ expediant ſine magiſtro iuſtitiario. Quæ c. poſita ſunt poſt capitulum illud, poſt corruptionis amara diſcrimina. & vide q; no. And. de Iſer. in conſt. in pecuniarijs. Pet. de Monteſ.

Noua conſtitutio. *Rubrica.*

C*Auſas alias.* Accelerat finem cauſarum criminalium, ſic ſ. de offi. magi. Iuſti. l. hac lege. Dicit etiam q; cum cõceditur dilatio ad probationes ex longinquo producendas debet iurare is, qui eã petit. ¶ Et ponit uerba quę ſunt C. de dila. l. 1. ¶ Et addit de ſacramẽto.

Nec illud. Secundũ dictũ concor. ſ. l. prox. ver. ciuitates. quod verò dicit pro ſentẽtijs proferẽdis: corrigit̃ hodie per c. in planitie ſancti Martini, quod incipit, Itẽ ſtatuimus, q; ſiue in Magna Curia &c. Sed illas promiſſiones. Plana eſt, & male ſeruatur, quia Iuſti. ut plurimũ ipſi iidem componũt, nec uocant iudicem & notarium. Et quantum ad compoſitiones pro ſententijs corrigitur, ut ſupra prox. dictũ eſt.

C*Auſas alias.* Et ſic no. q; officialis, ſiue Iuſtitiarius, ſiue capitaneus ſit, debet ipſe audire cauſas, & examinare, & decidere: & nõ poteſt committere iudici vel notario: quia nihil poteſt cõmittere iudici, niſi audientiã quæſtionũ, vt in conſt. præced. Barth. de Cap.

Hic vide tex. notabilem in l. 1. C. de proxi. ſacrorum ſcrin. & in l. cuſtodijs. ff. de publ. iudi. & ibi Argentinum Panſalum. Barth. de Cap.

Notatur hic, q; notarij actorum de pecunia prouẽtuum quam recipiunt gratis tenentur facere apodiſſam illis a quibus recipiũt. quod nunc in curia malo modo ſeruatur, & ſic ſemper qui pecuniam recipit, tenetur facere apodiſſam, ut hic ſequitur. Barth. de Capua.

In tex. debitum. Hodie hoc eſt ſublatũ in regno per c. item ſtatuimus, q; nihil ſoluatur pro ſcripturis ſententiarum. Pet. de Monteſ.

In tex. nec ipſos. Nota quod male ſeruatur hodie per officiales.

In glo. vnica. ibi, criminaliter. Hodie eſt c. Reg. quod incipit, quorundam expoſitio, &c. quòd niſi iuſtitiarius intra ſemeſtris temporis ſpatium determinauerit qõnes, q; illa quæſtio deuoluitur ad curiam Vicariæ Reg. & ita ſeruatur in magna curia Vicariæ. Pet. de Monteſ.

In eadem gl. in fi. De iure ciuili aliter eſt, ut in l. 1. C. ut infra cert. tempus. & l. properandum. C. de iud. Marinus.

De inquiſitionibus faciendis. *Rubrica.*

I*Nquiſitiones generales.* Vbi & quando hoc correctum eſt per c. inclitì Regis Caro. II. quod incipit, generales inquiſitiones, quia ſemel

rum, vbi, & quando expedire viderint Iuſtitiarij, facere non omittant de malefactorib. & hominib. malæ conuerſationis, & vitæ, per ſeipſos, iudices, & notarios ſuos, & non per alios ſimplices, quib. eas hactenus committebant. Cóminabuntur autem prædicti Iuſtitiarij, & comminationes obſeruét. Quòd quicũque de his, qui præſentes coram eis fuerint, vel ad quorum notitiam edictum de inquiſitione generaliter faciẽda peruenerit, ſuper iniurijs ſuis querela, aut de mala fama, ſeu conuerſatione cuiuſpiã, vel de aliquo crimine, vel maleficio in prouincia patrato, veritatem non depoſuerit, vel querelam, donec inſtãtia faciendæ inquiſitionis durauerit, de maleficijs vſque ad illum diem in antea perpetratis, & iniurijs ſibi illatis, vt accuſator, aut teſtis [a] nullatenus exaudiatur: niſi iuſtam, & probabilem timoris, vel ignorantiæ cauſam oſtenderit repellendus, propter quem edicti tempore conqueri, vel inquiſitionem deponere minimè potuiſſet.

Noua conſtitutio.

Ex teſtibus examinatis in generali inquiſitione non proceditur ad condemnationem contra inculpatos: ſed proceditur ipſis citatis: & data copia repertorum, & defenſionis: & tunc conuicti puniuntur pœna ſtatuta per regni conſtitutiones, ceſſantibus teſtibus: in generali inquiſitione non poteſt procedere ex officio ad inquiſitionem, contra certam perſonam de crimine, niſi in caſibus ſpecialibus, & tunc illa ſolennitas, quæ requiritur, quando proceditur per accuſationem, debet ſeruari, quando proceditur per inquiſitionem, excepto quod in crimine læſæ maieſtatis contra perſonam regis non exprimitur nomen delatoris. & ſint iudices perſpicaces in dictis inquiſitionibus, vt nihil omittant dolo, aut negligentia ſub pœna hic deſcripta. h.d. Mat.

† IMPER. FREDER.

HI, [b] qui per inquiſitiones huiuſmodi generales inuẽti fuerint notabiles, ſi tale quid contra eos probatum appareat, per quod mori non debeãt, nec membro aliquo mutilari, & per decem, aut plures, quos Iuſtitiarij cõmuni fama, & bonæ opinionis inuenerint, conuicti fuerint, vt pote, quòd rixatores, & frequentes delatores armorũ contra conſtitutiones noſtras, quòd luſores * publici taxillorum, [c] aut tabernarum frequentatores, quòd vltra facultatem ſuorum prouentuum non ex mercationib. aut artificijs largiorem, quam debeant, vitam ducant, ad publicum opus deputentur, ad tempus, per literas Iuſtitiarij Magiſtro operũ deſignandum, & eiuſdẽ Iuſtitiarij arbitrio iuxta probata, & perſonæ qualitatem, prouida deliberatione taxandum, quo trãſacto cum literis ſuis Magiſter operis teneatur dare gratis licẽtiam condemnatis ad propria reuertendi: quod generaliter ſeruandum cenſemus in om-

a *Nullatenus exaudiatur*. Et ſi infra hoc tempus non venerit aliquis ad conquerendum, poſtea non audietur, vt C. qui accuſa. non poſſunt. l. ſi ea. cum multis ſimi. ibi no. And.

ADDITIO. *Adde hoc uerbum, Nullatenus, quòd importet ipſo iure, not. in l. ſi qua mulier. C. ad Velleia. Card. Zabar. in cap. ſuper literis. in 14. not. de reſcrip. Item quando hoc verbum eſt appoſitum in lege, vel canone importat tantum, quantum clauſula decreti annullatiua, & ſic tollit facultatem diſpenſandi, ita tenet Ant. de But. & Io. de Imo. in clem. 1. de ſequeſt. poſ. & fruct. Archi. in c. quoniam. ſuper verbo, nullatenus. de immun. eccleſ. lib. 6. Ioan. And. in c. Romana. §. penul. de appella. lib. 6. in nouel. Et ibi D. Io. And. in c. quia fruſtra. de vſuris. Et ita teneas, quamuis contrariũ ſentit glo. in ver. nullatenus in d. cap. quoniam. & ibi Domi. qui eſt ſibi contrarius.*

Noua conſtitutio.

b HI *qui per inquiſitiones*. Notabiles. Interdum notato per inquiſitionem nõ fit copia, nec nominũ, nec dictorum, vt in princ. huius conſtitu. Interdum econtra, vt in ver. primo. Interdum nominum, & dictorum, vt in ver. porrò. & habet hoc locum in inquiſitione generali.

rali. Interdum dependet de conſcientia Principis ſit facienda copia, vel non, vt in inquiſitione ſpeciali, ita ſcilicet in duobus caſibus, cum inquiritur de crimine læſæ maieſt. & de conſcientia ſpecialis criminis, vt in ver. de ſpecialibus. Item cum ſit inquiſitio contra ſpecialem perſonam debet præcedere nomẽ delatoris, quod eſt regulare, vt infra, in ver. in præ dictis, & 3. tit. 1. l. ſtas. in fi. Fallit in duob. caſibus, vt in ver. in prædictis. And. † *Alias, Idem.*

ADDITIO. Luſores. *Adde an iſte ludus ſit prohibitus? vide glo. ſumma. 36. diſt. & glo. in ver. ad aleas, in c. clerici, il 2. de vi. & hone. cler. & an poteſt repeti id quod perditur in ludo? vide per Cardi. in clem. fin. in §. ſed & tales, in 10. q. de vi. & hone. cler. Alber. in auth. interdicimus. C. de epiſc. & cler. Bal. in l. ſi. ff. quando accu. non da.* Superant.

* ADDITIO. *Vide infra in conſti. mores diſſolutè viuentium. & Parid. de Puteo in ver. inquiſitio. nu. 10. cum ſeq. vbi dicit hanc conſti. correctã per cap. Regni ſubiungendo, &c. & vide Marant. in 6. parte, in materia inquiſitionis, in fi. nu. 168. qui reprehendit Parid.* Fab. Iordanus.

c *Aut quod ultra facultatem*. No. & facit in Auth. vt determinatus ſit nu. cle. §. cum verò Deo amabiles. colla. 1.

a *Vel*

ANDRÆAS DE ISERNIA.

mel tantum in anno: Alij intelligunt de generali inquiſitione quantum ad perſonas, non quantum ad crimen. Vel verius dic, ut infra l. proxima.

Per ſe ipſos. Sic in Auth. de collat. §. iubemus. ¶ Teſtes enim in cauſa criminis iudex recipit, non alij committit. C. de fi. inſtru. auth. apud eloquentiſſimum. Cognitionem criminũ non delegat, niſi quando abeſt. ff. de officio eius cui man. eſt iuriſd l. 1. §. 1. & a familia tunc poteſt inquirere. ff. ad Syllan. l. 1. §. quæſtionem. ſed ſi committeretur contra prohibitionẽ legis factum non valeret. C. de leg. non dubium, pro qua eſt in Auth. quomodo opor. epiſco. §. ſi quis autem. immo irritaretur de nouo, vel denuo facienda, inf. l. hi qui, in fi.

Cõmminabuntur autem. Satis eſt iuſtum, quod hic dicitur, pro quo eſt. C. qui accuſ. non poſſ. l. ſi ea. ff. de accuſa. l. Titia. & ſtatutum eſt ad hoc, vt ſit finis litium, & accuſationum, idcircò iuſtum. ff. pro ſuo. l. fin.

Niſi iuſtam & probabilem. Pro quo eſt. ff. de iuris & fac. igno. l. 1. C. qui admit. ad bo. poſſ. l. 2.

I*Nquiſitionis*. In tex. Generales. Quæ ſemel in anno fieri debent. per c. Regni, poſitum in rubrica, de inquiſi. c. fi. Pet. de Monteſ. Et ſic eſt hodie correcta per dictum c. Ioan. Grillus.

Noua conſtitutio.

H*I qui*. Hodie corrigitur principium huius conſtit. per c. incliti Regis Caroli II. vt ſemper detur copia nominum, & dictorum & omnium repertorũ, & ibi diſtinguitur numerus teſtium, per quos debet probari inquiſitio, vt per eam procedatur ad pœnam.

Aut quod vltra facultatem. Refert Maximus Valerius, quod Athenis erat Ariopagus, ubi inquirebatur quonam quæſtu quiſque ſuſtentabatur: non enim oportet ad menſuram expẽſarum poſſeſſionem quærere, ſed ex his, quæ quilibet habet ſuas debet expẽſas metiri, vt in Auth. vt deter. ſit nu. cle. in 2. coll.

De ſpecialibus. Specialis inquiſitio non fit iure Romano, nec per has conſtit. Niſi in caſibus, quorum duo ſunt in hoc §. videlicet læſæ maieſt. & quando Princeps ſpecialiter mandat. Item vbicunque procedit ex officio † ſine accuſatore, vt no. in glo. ff. de adult. l. 1. §. ſi publico. Inſti. de pub. iudi. in princ.

† ADDITIO. *Vide Moder. in c. Regni, item, quòd prædicti Iuſtitiarij occaſiones. fol. 66.* De Bottis.

¶ Item. C. de aboli. l. 2. ¶ Item in manifeſtis latronibus, & in criminibus notorijs. C. de cuſt. reo. l. 1. in princ. ibi, publicæ ſolicitudinis cura produxerit. licet gl. hic intelligat literam illam generaliter, vbicunque alias verus non apparet delator, vel accuſator. Hoc autem eſſet deſtruere regulam illam, nemo ſine accuſatore punitur. ff. de mune. & hono. reſcripto §. ſi quis, & conſti. ſuperior, Iuſtitiarius non per Calendas. enumerat certa crimina, vbi ſi non eſſet delator, vel accuſator, proceditur & inquiritur, ſicut ſunt famoſi latrones, & fures, & itinerum aggreſſores recipientes, alias receptantes: & publicos homicidas fugientes, vel latitantes: ergo in alijs criminib. obtinet ius commune prædictæ regulæ. arg. ff. ad munici. l. 1. in fine, & quod in hoc §. dicitur, quòd ad ſingulorum ſingulares delationes non procedatur ad inquiſitionem ſpecialem: ergo ſi non eſt delatio, procedatur ad inquirendum, hoc arg. implicat turpem ſonum, & ſic non eſt recipiendum, ſic. C. de epiſc. & cleri. l. conuenticulam, & de condit. inſer. l. 1. nam, vt dictum eſt, deſtrueret regulam ſupradictam, de hoc dic, vt infra. l. prox. in Auth. de collatio. §. iubemus. Cum dicit, per ſe iudices requirere maleficia, intelligẽdum eſt, vt non committat, vel deleget, nec per ſe, id eſt ſine accuſatore, quia eſſet deſtructio dictæ regulæ, ſicut Moderni communiter dicunt. Quæ autem ſint crimina notoria, dic. 1. q. 1. c. de manifeſta. in glo. Item dicimus inquirendũ ſpecialiter contra ſocios criminum, & confeſſatos per aliquem de ſocijs in illis caſibus, vbi talis confeſſio facit aliquam præſumptionem, vt no. in glo. C. de accu. l. ſi. in fi. & ad hoc adducimus dictam literam. publicæ ſolicitudinis cura produxit inquiſitiones generales ad purgandum

prouinciam

nib. qui ad opera publica deputantur, vt deſignetur eis condẽnationis tpſ, & cã. Vel ſi qualitas delicti popoſcerit, ꝙ in perpetuum condemnati publicis operib. deputẽtur: hoc ipſum & ſnia pſidis manifeſtè contineat, & literæ ſup hoc miſſæ manifeſtè declarent. Cæterum ſi tale quid contra eos probatum extiterit, ex quo perſonam amittere debeant, vel membrorum mutilationem incurrere, aut perpetuo carceri macerari: tunc, ſiquidem is cõtra quem inquiſitio facta fuerit, leuis vitę, & malæ conuerſationis fuiſſe non probabitur,[a] vel per quoſcũq; [b] maleficus non ꝓbetur, inquiſitionis ei copia tribuatur. Porrò ſi per ipſam inquiſitionem, * aut alia cõtra eum facta, leuis conuerſationis & vitæ probetur, aut ꝙ ꝓpter manifeſtam fugam ex maleficio fuerit forbannitus, & per decem bonę opinionis viros, non inimicos delati, probatum fuerit contra eum: Facta ſibi copia nominum tantũ omnium teſtium, non dictorũ, nec eorum ſpecialiter, qui contra ipſum inquiſitionem deponunt. Ad condemnationem ipſius, iuxta qualitatẽ probati criminis, procedatur. [c] De ſpecialib. aũt [d] cauſis, & ad ſingularium delationes, contra ſingulares perſonas factas ad inquiſitionem criminalem faciendam minimè procedatur. Præterquàm in crimine læſæ maieſtatis contra perſonam noſtram, vel noſtrorum collateralium perpetrato, vel niſi ſpeciale conſcientiæ noſtræ mandatũ ſuper inquiſitione faciẽda habeatur. In quib. cauſis dandã, vel negãdam inquiſitionis copiã plene per inquirentem, ad nos relatione præmiſſa, certificatũ eſt noſtræ maieſtatis arbitrium, ꝓuida deliberatione mandabit, ꝙ quidẽ relatio cõtinebit cõditionẽ deferentis, atq; delati, & nomen & famam ipſius, criminis etiã qualitatẽ, teſtium numerum, & ipſas depoſitiones eorum: famã ẽt eorundẽ, [e] quatenus ipſã ꝑ inquiſitionẽ ſummariã Iuſtitiarius ſcire pót. [f] In pdictis ẽt caſib. & oĩb. alijs, in quib. inquiſitio [g] facienda eſt, ſm iura cõia, vel noſtri nõis ſanctiones exprimendum eſt delatoris nomẽ, & oẽs ſolennitates ſeruandæ ſunt, ꝙ veterib. legib. & noſtris conſtõnibus [h] ſup delationib. & delatorib. editis cõtinentur, ꝑterquã in eo tantum crimine lęſęmaieſtatis noſtrę, quod perſonã noſtrã directò cõtingit. Vel niſi iuſta & ꝓbabilis ꝑ eum apud quẽ delatio facta eſt, videbitur cã timoris, pp quam delator in publicum prodire formidet. Nihilominus tamẽ inquiſitor hoc caſu omnia teneatur ex officio ſuo circunſpectè proſpicere, tam in perſonis productorum teſtium, quàm in omnib. circunſtantijs alijs, & ſpecialiter, quis ſit zelus delatoris, aut cauſa, quæ ipſum ad ipſam delationem inducat: & generaliter ſic omnia ex officio ſuo ſuppleat inquiſitor, quod in aliquo ignorantia prædictorum delato nocere non poſſit: quæ ſi per inquirentem perſpicaciter obſeruata nõ fuerint, inquiſitio irritetur, [i] denuò facienda, ipſo nihilominus de dolo, vel negligẽtia prout ex arbitrio noſtro proceſſerit condemnando.

a *Vel quoſcunque.* Aliàs quotieſcunque.
b *Maleficus.* Aliàs maleficijs.

* Additio. *Sed licèt hoc caſu ſit danda copia, vtrum debeat deſignari locus & tempus capitulorũ, ꝙ non: aliàs valeat, & ſic nec procedat inquiſitio, aliàs vitietur, & videtur, quòd ſic, ff. de accuſat. l. libellorum.* De Bottis.

c *De ſpecialibus autem cauſis delationes.* No. delationes, quia ſi non præcedant delationes, quod poteſt inquiri ẽt contra ſpecialem perſonam: & quod ibi dicitur infrà in l. ſequen. intelligitur, cum apparet accuſator, & ſic etiã poſſent intelligi iura communia. Andræas. Nam ſecundum ius Romanum † dicitur, quòd in quacunque cauſa, reo exhibito ſiue accuſator exiſtat, ſiue cum publicę ſolicitudinis cura ꝑduxerit, ſtatim debet quæſtio fieri, & c. id eſt, examinatio, vt C. de cuſto. reo. l. 1. in princ. & ita datur ibi intelligi, ꝙ vbi non apparet accuſator, dẽt adeſſe ſolicitudo publica, ſ. ſolicitudo iudicis ad inquirẽdũ, & puniẽdũ delinquentes.

† Additio. *Hæc glo. tenet, quòd ex officio ſuo iudex excitatus frequẽtibus clamorib. quos nequit vlterius diſſimulare, põt procedere, quod hodie eſt correctum per c. Regis Roberti, quod incipit, membrorum, quod permittit in certis caſib. tantũ poſſe procedi: ideo vide ipſum, & aliud c. vt delatas. Et no. quòd, quando fama deferente clamore vbi proceditur contra aliquẽ per inquiſitionem iudex debet primò inquirere, an fama ſit vera prinſquam procedat ad inquiſitionem criminis, alias non valet proceſſus inquiſitionis, niſi ille contra quem inquiſitio ſit, ſit præſens, et taceat, ut hæc omnia probãtur in c. is qui. de accuſ. in 6. & hoc caſu debẽt offerri capitula. aliàs confeſſio ſine capitulis, nõ valet. vide no. in c. 1. de accuſ. in 6.* De Bot.

d *Cauſis.* Aliàs, caſib.
e *Quatenus.* Aliàs, cũ cauſa.
f *In prædictis etiam caſibus,* Scilicet in duobus in proxi. ver.
g *Facienda eſt.* Contra ſpecialem perſonam.
h *Super delationibus.* Vbi debet procedi utraque parte præſente, vel altera cõtumaciter abſente, vt ff. de iu. fiſ. l. 2. §. diuus. & l. ſenatus. §. quod ſi tribus. ergo ſatis colligitur hic, quòd in inquiſitione, quæ fit contra ſpecialem perſonam ſeruetur ordo iuris, qui eſt, ut utriuſque habeatur præſentia: ut extrà de accuſ. ad petitionem. & not. in c. qualiter. §. debet. & l. noſtra dicit, quòd in prædictis delationibus ſeruandis eſt ordo iuris, vt C. de delat. l. pe. lib. 10. And.
i *Denuo facienda.* Concord. C. de bo. proſcrip. l. ſi quis intra, in fine.

Noua.

ANDRÆAS DE ISERNIA.

prouinciam malis hominibus. ff. de off. Præſid. l. congruit. ſit ſemel in anno, vt diximus ſupra, l. proxima.

Dandam, vel denegandam inquiſitionis copiam. Nunquid ſit hodie correctum per prædictum c. Regis Caroli II. indiſtinctè dicens, quòd quando generalis, vel ſpecialis inquiſitio legitime facta fuerit, dari deberet copia nominum, dictorum, & omnium repertorum? Nõ videtur, nam ſpecialia derogant generalibus. ff. de pœnis. l. ſanctio. de verb obl doli. nam & ſi corrigeretur, poſſet princeps mandare denegari copiam, non obſtante illo c. Dicit enim hæc litera, prouida deliberatione mandabit. Sed an Princeps poſſit hoc ſtatuere, vt non detur defenſionis copia? ſtatim dicetur in fi. huius conſtitutionis.

Delatoris nomen. Habetur enim pro accuſatore, vt ſi non probet, puniatur de calumnia, ſicut ſi accuſaſſet, extra de calum. c. 2.

Cauſa timoris. Bene ſtatuitur, hic prouidet bene Imperator, vt maleficia non remaneant impunita. ff. ad l. Aquiliam. l. ita vulneratus. in fine.

H*i qui per inquiſitiones.* In §. cæterum. No. ꝙ carcer perpetuus eſt de iſto iure, & de iure canonico, nõ autem ciuili. & ideo per iſtam conſtitutionem eſt correcta. l. incredibilis. C. de pœn. Marin.

In tex. per decem. Hodie tantum quatuor ſufficiunt. & nihilominus eſt danda copia dictorum, vt in capit. Regni, ſubiungendo. Pet. de Monteforte.

In tex. in crimine læſæ maieſt. Et ſic no. quòd in crimine læſæ maieſtatis non ſeruatur ſolẽnitas iuris: quia extra ordinem proceditur, vt hic aperte vides. Sed de iure communi videtur cõtrarium: quia in eo crimine proceditur iuris ordine ſeruato: nã dicit tex. actione propoſita, & c. vt C. de epiſc. & cleri. l. ſi quæcunque. in fi. argu. tamen in contrarium facit l. apoſtatarũtium. in princip. C. de apoſtatis. & in auth. quomodo oporteat epiſcopos. §. licentia. in gl. forte etiam ſecundum ius. Barth. de Capua.

In gl. 1. ibi, porrò. De hoc vide, vt no. C. de bo. vac. l. 1. P. de Mont.

In glo. ibi, præſentia. Et hoc caſu debent offerri capitula, aliàs confeſſio ſine capitulis aliquid non valeret. ſed dic, vt no. in cap. 1. de accuſat. in 6. Petrus de Monteforte.

In gl. ver. hi qui. Patet ergo apertè per hanc glo. quòd ex officio poteſt procedi contra ſpecialem perſonam de crimine. Concordat, quod no. ſuprà de hæret. c. inconſutilem. & ibi glo. vbi etiam inchoatum eſt iudicium per viam accuſationis, accuſatore deſiſtente, iudex omiſſa via ordinaria procedit ad inueſtigationem criminis, per viam inquiſitionis. C. de abolitio. l. fallaciter, quod notabile eſt, & hoc eſt ne maleficia remaneant impunita. l. ita vulneratus. cum ſimilib. ad leg. Aquiliam. quæ ſpectant ad iudicem. l. is apud quem. C. de eden. Et quia crimina vndecunque claruerint, ſunt puniẽda. 24. q. 4. c. ecce. Sed illud quæritur, quod ſæpe de facto contingit: Reus accuſans de aliquo crimine, puta homicidio, dedit regiæ curiæ fideiuſſores de parendo iuri, & iuſtitiæ faciẽdæ in forma: poſtea accuſatore mortuo, vel deſiſtente, iudex ex officio ſuo inquirit, & procedit contra reũ, quod poteſt, vt dixi. Reus non ſiſtit ſe in iudicio, conueniuntur fideiuſſores ab eo dati: quęritur nunquid teneantur? Et videtur primo, quod non, quia cautio interpoſita coram vno iudice, non committitur coram alio. ff. iudica. ſolui. l. cum apud. & l. 3. 1. reſpõſo. quare videtur, quòd cautio interpoſita ſuper ordinaria non committitur, ſi proceditur ex

officio:

De prohibita † officialium noſtrorum occaſione.

TITVL. LIIII.

Dictum eſt in conſtitutione præcedenti, in ſecunda parte, quòd ſi per teſtes decem in inquiſitione generali receptos bonæ opinionis, probatur contra aliquem hominem mala vita de crimine, in quo venit imponenda pœna mortis, vel mutilationis membri, nō dabitur ſibi copia defenſionis: quia non publicantur ſibi illi teſtes, qui depoſuerūt contra eum, ſed tātum, nomina patefient ei: hoc in iſta cōſtitutione corrigitur expreſſe, & iubet, q̄ iudices dent dictis inculpatis copiā defenſionis & ſic copiam illorū teſtiū, & audiantur in ſuis defenſionib. ſubaudi legitimè factis. h.d. Matth.

† IMPER. FREDER.

ITem dira, & dura obſeruatio, quæ hactenus obtinebat, videlicet, quòd ſi per inquiſitionem contra aliquem factam, per decennariū numerum probatur: nō dabatur copia reclamādi: Nolumus quod de cætero obſeruetur, ſed & per quencunque, & quoſcunque probetur, copiam habeat accuſatus, & in ſuis defenſionibus * audiatur.

Noua conſtitutio.

Nullus officialis in Regno debet aliquem admittere ad accuſandum, vel denunciandū aliquem de aliquo delicto, niſi prius ſe obligauerit apud acta ſcilicet de probādo crimen obiectum, ſubaudi ad certam pœnam pecuniariam, quia hodie pœna talionis de conſuetudine eſt ſublata. Matthæus.

† IMPER. FREDER.

PRæſenti [a] lege ſancimus vt nec magiſter Iuſtitiarius Curiæ noſtræ, nec alij Iuſtitiarij regionum accuſatores, [b] aut criminum delatores, aliter ad iudiciorum ſuorum ingreſſum admittant, niſi prius vinculum [c] inſcriptionis * accipiāt, prout veteribus legibus eſt inductum, vt deſiſtentiæ pœnam, atque [d] calumniæ, in calumniantes [e] & deſiſtentes conſtanter obſeruent.

† *Aliàs, hic nō eſt rub. quia videtur duplex, nā eadē fuit ſupra poſita.*

* ADDITIO. *Nota neminis defenſionem denegari. & no. quòd videtur decidi quòd detur copia repertorum ad hoc vt audiatur in defenſionibus. vide cap. Regni, in generalibus. & c. ſubiungendo. & Capic. deciſio. 74.* De Bottis.

Noua conſtitutio.

a PRæſenti lege ſancimus. Accuſatores. Vt C. qui accuſ. nō poſ. l. 3. & de accu. l. pen.

b *Aut criminum delatores.* Vt ff. ad Turpil. l. accuſa. §. nunciatores, & melius de iure fiſci. ſenatus, in princ.

† *Aliàs, Idem.*

c *Inſcriptionis.* Ad qđ ſola libelli oblatio ſufficit, ut no. C. de fide inſtru. l. 2. & cōtinent ius commune. C. de accu. l. fi. & ſic ubi apparet certus accuſator non proceditur ad inquiſitionē, ſed per libellum debet accuſari, quia nemo ſine accuſatore punitur. Nec obſtat in Auth. de col. §. eos. qui loquit̄ in eo caſu, in quo loquitur l. congruit, ſcilicet cum delicta committuntur: & ignorantur delinquentes: Vel ēt cum ſciuntur delinquentes, ſed non eſt qui accuſet. Et hoc uidetur ſumi ſupra l. prox. i uerſ. de ſpecialib. ut ibi no. Andr.

* ADDITIONES. *Hodie per ritum Curiæ talis inſcriptio nō fit, ſed ſolum tenetur certa pœna, no. per Specul. in tit. de accuſ. §. 1. verſ. item quòd non rectè libellum, in fi.* De Bottis.

† *Aliàs, Idem.*

¶ *Temerè accuſantes condemnantur hodie in expenſis, Grammat. deciſ. 39. & quid in fiſco, vide eundem Gram. deciſ. 60. & an accuſator teneatur præſtare cautionem de proſequendo litem. vide Cap. ſing. 142. & an carcerari, vide eūdem ſing. 144.* F. Iord.

d *Calumniæ.* Intelligas de euidenti calumnia, vt in deſiſtente ab accu. l. pœnam.

e *Et deſiſtentes.* Redde ſingula ſingulis, ſcilicet, ut in deſiſtentes pœna deſiſtentiæ. In calumniantes pœna calumniæ. & facit ad hanc conſtitutionem, infra de pœ. cal. l. 1. in princ.

Vt In-

ANDRÆAS DE ISERNIA.

officio: quia de ſimilibus idem eſt iudicium. ff. de negot. geſt. l. ex facto. in fi. & videtur expreſſum. ff. de iud. l. non a iudice. §. ſi quis ab eo. vbi qui acturus uno iudicio ſatis accepit, ſi agat alio, non committitur cautio, vt ibi dicitur. Videtur dicendum, quòd cautio committitur: quia ſi contra reum principalem omiſſa accuſatione poteſt procedi ex officio, vt hic: ergo reus eſt obnoxius. Igitur fideiuſſores ab eo dati tenentur. Fideiuſſor enim tenetur in omni eo, quo principalis conueniri poteſt. ff. de adminiſtra. tuto. l. ſi in hærede. in fine primi reſponſi. Et fideiuſſores a reo dati, videntur dati in omnem cauſam, quæ ex criminatione deſcendit. ff. de fideiuſſorib. l. ſi quis pro eo. §. ſi nummos. ff. quorum legatorum. l. diuerſum. in princ. Nec obſtant dictæ leges iudicatum ſol. quia loquuntur in ſtipulatione iudicatum ſolui, quæ iudicialis dicitur. ff. de prætor. ſtipulat. l. 1. §. 1. quæ ideo interponitur, vt iudicium ratū ſit: vt ibi dicitur. & ne decretum prætoris ſit eluſorium, vt in l. ſi prætor. §. Marcellus. ff. de iudi. Vnde mutata perſona iudicis (licet de iuris ſubtilitate idem ſit iudicium. ff. de indic. l. proponebatur,) tamē in veritate conſtat, quòd mutatum eſt, vt ibi notatur. Et ideo fideiuſſores dati coram uno, non tenentur coram alio: quia eius iudicis ſententiæ ſe ſubeſſe non ſubdiderunt, ut eadem l. 3. ff. iudic. ſol. At in caſu præmiſſo nō eſt mutata perſona iudicis, per quem maximè dicta cautio fuit interpoſita, ſed perſona accuſatoris, in cuius locum ſubſtituitur officium iudicis de legis poteſtate: vnde illud officiū fungitur poteſtate accuſatoris. ff. ſi quis teſt. lib. eſſe iuſſus fuerit. l. 1. §. hæc actio. Nec obſtat dicta l. de iudic. quia ſecundum vnum intellectum loquitur, quando acturus vno iudicio pro vna re ſatis accepit, poſtea egit pro alia. Ideo ſtipulatio interpoſita pro vna non committitur pro alia, ſi agatur. Quia de illa re de qua poſtea agitur, nec iudex, nec litigatores ſenſerunt: vnde cum non venerit in iudicium. ff. de exceptio. rei iud. in fine primi reſponſi. meritò cautio pro ipſa interpoſita, non committitur pro alia, ad quam poſtea agitur. Certum eſt enim, quòd petita vna re, non videtur peti, nec dicitur poſſe peti alia, niſi in generali petitione vnius, poſſet dici includi alia, vt ſi peto rem, videor petere fructus, vt no. ff. de iudi. l. ſolemus. Nec placet immo improbabilis eſt illa lectura, quæ ponitur in l. non a iudice. Abſurdum enim eſſet dicere, quod mutata ſolum actione, videatur mutari iudicium, vt ibi dicitur. Originalis quidem cauſa, & ſubſtātialis potius conſideranda eſt, quàm titulus actionis. ff. de fideiuſſ. l. ſi tutor. §. 1. C. ad Maced. l. ſi filius. Nam mutatio actionis non mutat iudicium, nec cauſam, nec petitionem. ſi non eadem res petatur. Nec plus per ſecundam, quàm per primam. ff. de iureiur. l. duob. §. exceptio. ff. loc. l. ſi vulnerauerit. ff. de act. & obl. l. qui ſeruum. & ex hoc habes clarum intellectum. ff. iud. ſol. l. cùm quærebatur, in fi. & ibi no. Barthol. de Capua.

De prohibita officialium noſtrorum occaſione. *Rub.*

ITem dira, & dura. Ex hoc bene ſtatuitur, vt ſemper detur copia defenſionum: quia defenſio eſt de iure naturali, vt ff. de iuſt. & iu. l. 3. ad l. Aquil. ſcientiam. §. qui cum aliter. & in irrationabilibus, vt ff. ſi quad. pau. fe. di. l. 1. §. cum arietes. naturalia † enim Princeps tollere non poteſt. Inſti. de iu. n. a. §. ſi.

† ADDITIO. *Vide Thom. Gram. voto 30. nu. 9. vbi an Princeps poſſit diſpenſare, quòd teſtis examinatus parte non citata faciat indicium. Et ibi quid ſi iudex habeat liberum arbitrium.* De Bottis.

Idem etiam de iure diuino, probatur Act. 25. quod ſimiliter Princeps tollere non poteſt, ut in communi diſtin. C. ſi contra ius, vel uti. pub. l. fi. & ita eſt defenſio in iudicio, ſicut in prælio, quia in iudicio pugnatur & certamen eſt. C. de aduoc. diuer. iudi. l. aduocati. & de hoc plenius diximus in tit. quæ ſint regalia. ſuper verbo, committentium crimen læſæ maieſtatis.

Noua conſtitutio. *Rubr.*

PRæſenti. Dicit hic glo. magni viri & famoſi Doct. D. Andreæ de Barulo, quod quando delicta committuntur & ignorātur delinquentes, nec eſt qui deferat, & accuſet, quod poteſt procedi per inquiſitionem etiam contra ſpecialem perſonam, & ſic intellexit id, qđ dixit ſupra l. proxi. §. de ſpecialibus, quia maleficia non debent eſſe impunita. ¶ Et quantum ad homicidia clandeſtina, quorum authores ignorantur, verum videtur, per conſtitutionem, ſi damna clandeſtina. Certè & ſi ſuper damnis rebus illatis, hoc idem eſt, vt d. l. ſi damna. multo fortius, quando perſonæ offenduntur aliter, quàm per occiſionem, quia animata corpora præferuntur rebus. C. de ſacroſanc. eccl. l. ſancimus. & ſic erit inquiſitio generalis quantum ad perſonam, nec quæretur tunc ſi Titius, aut Caius maleficium commiſit, quia eſſet ſubiectio non inquiſitio. ff. de quæſtio. l. 1. §. qui quæſtionem. Sed erit ſpecialis quantum ad crimen, & perquiretur quis fecit tale ſacrilegium, vel adulterium. Nec ob. ſupra eo. l. Iuſtitiarij non per Calendas. quia poteſt eſſe, quod enumerentur crimina gratia exempli. q. d. idem in alijs vbi accuſator, vel delator non apparet, ſicut cum dicitur, domum, intelligitur idem in fundo. C. de rei vend. l. domum. cum concor. Sed quid eſt, quod dicit ignorari patratores maleficij in accuſatione, cum non præſumatur maleficus accuſatus? C. de accuſ. l. fi. in princ. Dic quod, quando nominatur & exprimitur nomen maleficij, accuſabitur per libellum. Quādo vero ignoratur, per inquiſitionem, aliàs maleficium eſſet impunitum, & in utroque, ſiue accuſetur, ſiue inquiratur, nō erit quis maleficus, vt pręſumatur, niſi probetur. Et ſic videtur illud eſſe occultum maleficium, ſecus ignorari authores, quando nullus inde arguitur. Et ad uniuerſitatem terrarum ſe defendere debet, vt in l. ſi damna. & ſi eſſet fama, quod Titius commiſiſſet, ex quo non accuſatur, idem erit, quia non debet habere plus immunitatis, ut non inquiratur in eo, quod eſt famoſum. argu. ff. de noxa. l. non ſolum, quod ui aut clam. l. Seruius. nec erit turpis ſonus in §. de ſpecialibus, immo congruus, ut maleficia non remaneant impunita, ad quod omnia iura tendunt.

ADDITIO. *Adde gloſ. in verbo, canonicas. in c. 1. de toſtul. prælat.*

Secundum

Vt Iuſtitiarij, & vniuerſi officiales, ſeu ipſorum, &c.

a *Apud Iuſtitiarios.* Quadruplum. No. Iuſtitiarium puniri in quadruplum eius, qđ accepit in officio, occaſione officij ſui vltra eſculentum & poculentũ. concor. ff. ad leg. Iul. l. lege. in fi. & C. de aſſeſ. l. 3. & nihilominus põt puniri criminaliter pœna deportationis, & vltra, vt ibidẽ. & ad hoc accedit infra de numero & tempore officialium. l. volumus. ubi poteſt puniri arbitrio iudicis, alias principis: & ſic cõcor. cum ll. præalleg. & hæc quæ hic dicuntur ſunt uerba, quando ſpõte accipit. Si autem extorſit, tunc etiam tenentur in quadruplum damnum paſſo, vt infra de iniur. Curiali. illa. l. 2. ad fin. Andr.

† Aliàs, Idem.

● ADDITIO. *Concordat c. Regis Caroli I. car. 65. incip. hac edictali. car. 66. Item quòd Iuſtitiarij & c. Regis Caroli II. incip. itẽ nullus. car. 75. & c. nullus Iuſtitiarius. & c. ad hoc uolentes. & in conſtit. cum circa.* De Bottis.

● ADDITIO. *Ne contrarietur hic tex. potes dicere quòd hac erãt verba & ordo Cancellariæ, quem reprobat Imperator hic. & dum inf. in uer. a litigantib. uidetur dicere contra. Dicas q ibi loquitur de eſculentis & poculentis durantibus vltra duos dies. Tamen cogita, ſi melius dici poteſt, licèt per cap. ſup. no. ſit expeditum.* De Bottis.

1 ADDIT. Nec eſculẽtum & poculentum. *Adde c. cum ab omni. de vita & hon. cler. & in c. ſtatum. de reſcrip. lib. 6. & ibi Doct.* Superant.

● ADDITIO. *No. qualiter procedatur in quæſtionib. rerum, quas Curia tenet. Similiter eſt in Magiſtris Camerarijs vt inf. de quæſt. inter fiſc. l. quoties. & no. quòd non poteſt procedi conſcientia regia inconſulta, vt ſupra in conſtit. hac lege.* De Bottis.

† Aliàs, Idem.

De tran-

Vt Iuſtitiarij, & vniuerſi officiales, ſeu ipſorum familia nihil a litigantibus recipiant.

TITVLVS LV.

Omnes iudices, & officiales regis debẽt habere manus mundas, nec eſculentum, & poculentum a litigantibus, vel ſupplicantibus recipere. ſub pœna priuationis officij infamiæ & pœna furti manifeſti. h. d. Matthęus.

† IMPER. FREDER.

Apud Iuſtitiarios ** regionũ, & omnes alios inferiores magiſtratus, & iudices diſſicultas, & ordo Cancellariæ, quem ſpecialiter in Magna Curia noſtra ſeruare mãdauimus, nullatenus obſeruetur, niſi quo ad hoc, * ut nec ipſi, nec officiales, aut familiares eorũ aliquid ab impetrantibus, ſeu litigantibus omnino recipiant, nec [1] eſculẽtum, nec poculentum, etiam infra triduum conſumendum. Quòd ſi contra præſentem conſtitutionem noſtram, aliquid recepiſſe fuerint dilucida probatione conuicti: ſi quidem pecuniã, equos, aut quælibet animalia, arma vel huiuſmodi precioſa, a litigantibus, aut nõ litigantibus, vel impetrãtibus præter eſculentum & poculentum, quod infra duos dies cõſumendum proximos, ſemel tantum dum in locum permanſerint, recepiſſe ſufficiat. Et ſi a litigantibus, aut impetrãtibus eſculenta & poculenta, ſeu ioiectas, aut donationem recepiſſe, vel promiſſiones de eis admiſiſſe probentur, ſpoliati honoris cingulo cum infamia eorum, quæ in donatione, vel promiſſione receperint, tanquã manifeſti fures, quadruplum Curię noſtræ componant.

Vt Iuſtitiarij habeant certos aduocatos.

TITVL. LVI.

Iuſtitiarij prouinciarum debent eſſe contenti, vt certus numerus aduocatorum poſſit aduocare in curia ſua. ſed ſi alij aduocati receperint officium poſtulandi publicè in iuriſdictione ſua, illos etiam permittat aduocare. h. d. Matthæus.

† FREDER. IMPER.

Iuſtitiarios regionum certis, & deſignatis aduocatis in curia ſua volumus eſſe contentos: ſed omnibus, q in iuriſdictione ſua aduocationis officiũ a curia noſtra receperint, corã ſe poſtulare permittatur.

Noua conſtitutio.

Regula eſt, quod Iuſtitiarius prouincia cognoſcit de feud. non quaternatis, & rebus non quaternatis, quas tenet regia curia, conuenitur coram eo. Et iſta eſt regula, ab iſta regula excipitur iſte caſus, ſi rex mandauit aliquem de bonis feudalibus deſtitui, & ille deſtitutus velit agere coram Iuſtitiario contra fiſcum, in hoc caſu Iuſtitiarius nullam habet iuriſdictionem, niſi rex ſpecialiter ſibi commiſerit hanc cauſam, & durat vſque ibi, inſtituto. Hic eſt ſecunda pars, in qua ponitur quædam declaratio ad dictam regulam, vt quando agitur contra fiſcum ſuper ipſis bonis feudalibus, non quaternatis coram Iuſtitiarijs, ipſe debet conſtituere procuratorẽ fiſcalem in illa cauſa, & præſentibus aduocato fiſcali, ac procuratore rerum curiæ, in illa prouincia debet conficere proceſſum vſque ad calculum diffinitiuæ ſentẽtiæ excluſiue, deinde cauſam illam inſtructam, ideſt fabricato proceſſu, vſque ad concluſionem incluſiue, quia tunc dicitur cauſa inſtructa, dato peremptorio termino alteri parti, quod ſe in curia regia præſentet. h. d. Matthæus.

† IMPER. FREDER.

† Aliàs, Idem.

Præſides * prouinciarum de feudis non quaternatis, & rebus feudalibus, quæ a Curia noſtra tenent, niſi deſtitutiones nobis ſpecialiter mãdantibus factæ ſint, ſuo

---

ANDRÆAS DE ISERNIA.

Secundum hãc autem eſſet deſtruere dictam regulam, Nemo ſine accuſatore punitur. Et ideo alij aliter dicunt, ut in conſt. iuſt. non per Ca. in enumeratis criminibus tantũ. ſed quia non expreſſit, locus ſit coniecturæ, vt uoluerit idem eſſe in omnib. alijs maleficijs, ex quo aliqua crimina expreſſit, ſed quia nõ expreſſit, præſumit ius quod uoluit. C. de cad. tol. §. pe. pro quo eſt. ff. de uerb. obl. l. ſi minor. & ad ea quæ non exprimuntur etiam vtiliter lex non trahitur. ff. ſol. matr. l. ſi vero. §. de uiro. nec remanebunt huiuſmodi maleficia impunita, quia in generali inquiſitione, quæ fit quolibet anno, ſemel poterit probari id, quod probabitur in hac ſpeciali. nec videtur intereſſe ſi non probetur ſtatim, cum poſſit probari poſtea in inquiſitione generali. arg. ff. de fur. l. qui tabulas. in hoc tamen videtur poſſe intereſſe, ſi in loco maleficij perpetrati fuerunt tunc exteri, qui ſunt receſſuri, vel ſenes, aut valitudinarij, per quos veriſimile erat, poſſe maleficia probari: & ſuſpitio erat apud iudicem de morte, vel abſentia ipſorum, qui poſſent, ut credebatur, id teſtificari. ff. de fur. l. quidam tabularum. ad l. Aqui. l. in lege. tunc videntur recipiẽdi per iudicem tales teſtes. Ad quod poſſet reſponderi q iſta raro poſſent euenire, ideo non multum curandum, arg. ff. de vſuca. l. iuſto. in prin. & de leg. l. nam ad ea. ſed ſi eueniret, tolerabilius videtur non rumpere dictam regulam, maxime cum poſſit nõ mori & non abeſſe, ſicut mori & abeſſe. Sic de duobus malis eligetur minus malum. ff. de reg. iur. l. quoties nihil ſine captione. & ut tolerabilius ſit tantiſper expectare quam nouũ modum probandi adinuenire. arg. ff. de iniu. l. prætor. §. ſi poſt. nam daretur occaſio malignandi officialibus malis, qui multi ſunt & fraudulenti. C. li. 10. de iure fiſ. l. facultas. in fi. & quorum eſt pertinax & auara proteruitas. C. de epiſc. & cler. l. omnes. §. præterea. ſemper enim diceret ſe velle inquirere per ſenes, & ualitudinarios, & exteros receſſuros. Tollenda eſt autem eis hæc occaſio. Inſtit. ui bonorum raptorum. §. ſed nedum talia.

Vt Iuſtitiarij, nec eorum familia aliquid a litigantibus recipiant. Rubrica.

Apud *Iuſtitiarios.* Repetit quod dixit ſupra de offi. mag. Iuſti. l. Capitaneorum. §. prædictis. quòd Iuſtitiarij nihil recipiant, nec familiares eorum, præter eſculentum & poculentum, ſi cõtra faciant, cum infamia repelluntur ab officio, & in duplum cõdemnantur, quando ſunt ſponte oblatum. Sed ſi per uim extorſiſſent, in quadruplum condemnarentur læſo, ut infra de iniur. offic. illa. l. 2. tanquam fures manifeſti. Item no. quod æquiparantur datio & promiſſio. ſic C. de teſtib. l. ſi quis teſtibus. in fi.

Apud *Iuſtitiarios.* Pro intellectu huius cõſtitutionis, uide c. hac edictali l. & c. quòd nullus iuſtitiarius, & c. ad hoc uolentes. & in conſt. cum circa. Io. Grillus.

In tex. quadruplum. Vide c. ad hæc. ſi enim extortũ eſt illud quadruplum, applicatur parti læſæ, ut in conſti obſeruent diligenter. circa fi. ſuper verbo, quadruplum. Io. Grillus.

Vt Iuſtitiarius habeat aduocatos. Rubrica.

I*uſtitiarios regionum.* Plana eſt, q omnes qui officiũ habent aduocationis a Curia, poſſunt poſtulare coram Iuſti. ſi ſunt de iuriſdictione ſua, nec debet eos repellere, niſi eſſet cauſa. ff. de pę. l. moris. & C. de poſtu. l. 1. & l. ſi quiſquis. debent quidẽ examinari in Curia Principis, quando conceditur eis officium, & habere literas conceſſionis officij, alias puniuntur in una libra auri, j. de offi. aduoca. l. 1. & 2.

Noua conſtitutio.

P*ræſides prouinciarum.* Cognoſcit Iuſti. de feudis non quaternatis, & rebus feudalibus feudorum non quaternatorum, quæ tenet Curia, ſicut ſi teneret priuatus. ſ. eo. l. 1. in fi. excipitur qñ deſtitutio facta eſſet de mandato Principis, tunc Princeps ſpecialiter mandabit ſibi cognoſci. ſic ſ. titu. 1. l. magiſter Iuſtitiarius iniurias, ut ibi dictum eſt. Et quando cognoſcet Iuſti. de prędictis feudis, & rebus feudalibus,

Vt Iu-

iure cognoſcant inſtituto procuratore pro parte Curiæ noſtræ præſentibus fiſci patrono, ac procuratore rerum curiæ noſtræ, qui in prouincia commorātur, & ipſas vſque ad calculum ſententiæ diffinitiuę perducant: deinde cauſas inſtructas dato parti petitoris peremptorio termino ad noſtram curiam tranſmiſſuri.

Iuſtitiarius prouinciæ debet permittere, quod Baiuli locorum poſſint ſine eorum impedimento exercere iuſtitiam in cauſis ciuilibus, quia ſeparata eſt vna iuriſdictio ab alia. h. d. Matthæus.

† Aliàs, Idem.

† IMPER. FREDER.

IVſtitiarij de cætero non compellant ſibi continuè Baiulos locorum aſſiſtere, cum diſcreta ſint eorum officia, nec vnius exercitium debeat per alium impediri.

De tranſactionibus.

TITVLVS LVII.

Poteſt hic poni regula affirmatiua, & regula negatiua: affirmatiua regula eſt, licitum in paſſo leuem iniuriam illam remittere iniurianti gratuito. pacto vel per tranſactionem, antequam iniurians citatus ſit vocatus in bancha, vel antequam veniat dies comparitionis, in qua comparere debeat, pro hoc facit conſtit. ſponte volentibus. Regula negatiua hæc eſt, quòd non licet paſſo atrocem, vel enormem iniuriam illam remittere, nec gratis, nec per tranſactionem, & dicitur atrox iniuria illa, quam ius commune appellat atrocem. h. d. Matthæus.

† Aliàs, Idem.

† IMPER. FREDER.

POſtquam [a] * citatæ partes corā Iuſtitiario compareant, liceat ipſis legitimas conuentiones, & tranſactiones inire, præterquam in enormibus [1] iniurijs, ex quibus illas tantū reputari cēſemus enormes, quæ per iura communia deſignantur [b] atroces.

De tranſactionibus.

a *POſtquam.* Aliàs priuſquam.

* ADDITIO. *Vide c. ad audientiam. infra car. 298. intellige etiam gratuito, vt infra vt lite non conteſt. l. 1. glo. ſua. Et intellige hanc conſtit. de not. in conſtit. contingit interdum, in glo. pen. & in conſtit. poſt citationem emiſſam. Et intellige in criminalib. quæ non ingerunt pœnam ſanguinis, vt in d. conſtit. poſt citationē. §. fi. etiam poſtquàm ventum eſt coram iudice, no. glo in d. conſtitut. contingit interdum.* De Bottis.

1 ADDITIO. Enormib. *Adde quæ dicatur enormis iniuria, vel atrox. Inſti. de iniu. in §. atrox. in cap. cum illorum. de ſent. excom. gl. in c. fi. de do. & in c. tanta. de exceſ. præla.* Super.

b *Atroces.* Quæ habētur. ff. de iniu. l. prætor. §. fi. & inſtit. eod. tit. §. atrox.

Ne filius pro patre, vel contra. vel frater pro fratre conueniatur.

TITVL. LVIII.

Vnus pro alio non punitur. fallit in crimine læſæ maieſtatis, vbi pater pro filio, & filius pro patre in aliquo punitur. hoc dicit. Primo ſi præſtatur alimonia per agnatos præſentes agnatis foriudicatis præſentibus de bonis ipſorum delinquentium, bona dimiſſa dictorum delinquentium publicantur. h. d. Secundò non poteſt pater compelli ad ſoluendum pœnam pecuniariam, ad quam tenebatur eius filius, & illam eluſit propter paupertatem, vt liberet eum a pœna corporali, ſed volens poteſt eum liberare a pœna prædicta corporali, ſoluendo pœnam pecuniariam pro eo. h. d. vſq; in finem. Matthæus.

† Aliàs, Idem.

† IMPER. FREDER.

PAtres [c] pro filijs, & econtra, præterquàm in crimine læſæ maieſtatis: fratres * pro fratribus, aut pro coniugibus cōiuges in dotibus, aut in dotalitijs ſuis, diſpendium minimè patiantur, niſi fortè patribus, filijs, fratribus, aut viris exulibus, vel forſitan fugitiuis, aut foriudicatis præſentes alimoniam ſubminiſtrent publicè, vel occultè: quo quidē caſu, bona per excellentiam noſtram dimiſſa præſentibus publicentur. patrib. tamen, humanitate nobis ſuadente, permittimus, vt cum ipſorum filij pauperes pe-

Ne filius pro patre, vel contra. &c.

c *PAtres pro filijs.* Subminiſtrēt. qd quidem eſt prohibitum, ne fuga inſtruatur, vt ff. de requi. re. l. fi. in fi. licet videatur contra de patre, in Auth. de inceſt. & inuti. nup. §. ſi verò contigerit. Andr.

* ADDITIO. *Vide c. Regni, Item ſtatuimus § ſi fortè, & ibi Scrib. fol. 127.* De Bottis.

Vt in-

ANDRÆAS DE ISERNIA.

dalibus, quæ Curia tenet, ipſe faciet procuratorem pro parte Curiæ, & erit præſens aduocatus fiſci, & magiſter Procura. illius prouinciæ: & cauſam deducet vſq; ad ſententiam, quam non dabit Iuſti. ſed mittet totā cauſam inſtructam ad Regiā Curiam, vt ipſe Princeps prouideat quomodo, & per quem diffiniatur, ſic ſupra tit. 1. l. cauſas. No. quòd Iuſti. facit procuratorem Curiæ in cauſa ipſius, quæ mouetur contra Curiam coram eo. ſic infra de reſti. mino. l. beneficium. de iure Romano ex iuſſione Principis cauſa mouetur. C. de qua. præſcr. l. fin. ¶ Nunquid ſi alius tenet huiuſmodi feuda, & res quæ dicuntur ad Regiam Curiam pertinere, poſſit Iuſti. procuratorem facere, qui agat exinde coram eo? Videtur quod ſic: quia ſi poteſt quando contra fiſcum moueatur cauſa, eadem ratione, vel maiori quando pro fiſco. nam ſi prouidet in vnum caſum, prouidet in ſimili. ff. de condict. ob cauſam. l. ſi extraneus. & de poſtu. hær. inſtit. l. fi. & ī. eo. l. 1. in fi. Simpliciter .n. ibi dicit Iuſti. cognoſcere de talibus, & non diſtinguit in agendo, vel cōueniendo. Conſultius tamē faceret, ſi procuratori, uel fiſci patrono in magna Curia exiſtentibus ſignificet, & informet eos de iure curiæ, quod curia habet in huiuſmodi reb. & ipſe Iuſti. non intromittat ſe nam regulariter cauſæ fiſcales habent certum iudicē, ſiue in agendo, ſiue in conueniendo, vt C. vbi cau. fiſc. l. ad fiſcum. in gl. Sed hæc conſtitutio in huiuſmodi prædictis rebus fecit iudicem Iuſti. quando contra fiſcum agitur. in alijs, videlicet, quando fiſcus agit, remanet ius commune, pro quo eſt. ff. de iudi. l. cum prætor. in prin. arg. quod ſi clericus agat contra epiſcopum, cognoſcit archiepiſcopus. Non idem econtra ſi epiſcopus contra clericum agat. no. Io. 9. q. 3. conqueſtus. in gl. Sed tunc quando fiſcus petit, cognoſcit & inquirit magiſter Procur. infra de offi. mag. procu. l. 1. diſtincta .n. ſunt officia aduo. Item in caſu huiuſmodi conſtitutionis nunquid Iuſtit. poſſit abſoluere curiam, quando non eſſet probatum per actorem, & non remittere cauſam inſtructam ad magnam curiam? Videtur quod non, quia ſpecialiter dicit eum cognoſcere vſque ad ſententiam. Vnde ſententiando ademit ſibi poteſtatem: & ſic cum non poſſit condēnare, non poterit abſoluere. ff. de re. iur. l. nemo. illa intelligitur quādo in genere nullam habet iuriſdictionem. Secus ſi iuriſdictionē habeat, puta in cognoſcendo, ſed non in condemnando: quia tūc poteſt abſoluere. C. vbi ſen. vel clar. l. quoties. §. adeo. Idcirco ſatis videtur, quod ſic: arg. C. de proc. l. non eo minus, & quod no. glo. ff. de iure fiſci. l. 3. §. diuus. Eſt enim inductum in fauorem fiſci, vt cauſam inſtructam transmittat ad curiam, ad hoc vt ſapientes, qui ſunt in curia coram Principe, attentè proſpiciant, ne curia offendat iniuſtè in ſententia proferenda. hoc ergo in læſionem curiæ retorqueri non debet, vt C. de leg. l. quod fauore.

I*Vſtitiarij de cætero.* Plana eſt, quia officium Iuſtitiarij non debet impedire officium Baiulorum, vt in Authent. de defenſor. ciui. §. non permittit. imò debet eis fauere, vt infra l. 3. ſubſequenti.

De tranſactionibus. *Rubrica.*

P*Oſtquàm citatæ partes.* Loquitur in criminali, & in ciuili. Multò fortius vbi iuriſdictionem habet Iuſtitiarius: ad quod eſt infrà, qualit. liceat a lite diſc. l. 1. & C. ut nemo inuit. l. 1. & 2.

P*Oſtquàm.* Hanc conſtitutionem intellige, vt notatur in conſt. regni, contingit interdum. in gl. pen. & in conſtit. poſt citationem emiſſam. Item hanc conſtit. intellige in criminalibus, quæ non ingerunt pœnam ſanguinis, vt in dicta conſtit. poſt citationem emiſſam. §. fi. & in iſtis eſt licitum paciſci, etiam poſtquam ventum eſt coram iudice, vt no. gl. in dicta conſtit. contingit interdum. Mat.

In tex. atroces. In quibus non eſt licitum tranſigere, etiam gratuito, vt no. infra, vt li. non conteſt. l. 1. in gl. ſua. M.

Ne filius pro patre, vel econuerſo, vel frater pro fratre conueniatur. *Rubrica.*

P*Atres pro filijs.* Aliàs, matres.

In crimine læſæ maieſtatis. Hoc referas ad filium, qui punitur ex proditione patris. C. ad leg. Iul. maieſt. quiſquis.

ADDITIO. *Adde caſus, in quib. filius punitur pro patre. vide per gl. in l. diui fratres. de in. pa. in l. emancipatū. in §. fi. & ibi Bart. ff. de ſena. gl. & Doct. in l. adoptiuū. ff. de in ius vocan. Bal. in l. filiusfa. in 2 le. col. ff. qui ſunt ſui, vel alie. iur. Arch. in §. ſi ergo, in vlt. col. 17. q. 1. Dyn. in regula, non debet, de reg. iu. lib. 6. & per Abb. in 3. par. ſtatutorum. q. 12.*

Sed pater pro filio proditore non, arg. C. de bo. proſcrip. l. ſi filius. Vxor pro marito, vel econtra ſimiliter non. C. ne uxor pro marito. l. ob culpam. niſi in cauſa primipilaria, vt ibi no. non tā poſſunt alere facinoroſos de bonis ſibi dimiſſis ex forma, ī. de bo. foriu. l. pœna. & l. ſeq. ob filiorū. & de illa fit hic mētio. & ibi in gl. iſta. ¶ Sed nūquid de alieno uictum marito præſtet, vel de alijs bonis, q̄ prędictis, in foriudicato non ex cauſa male. non inuenitur puniri, quia de certis bonis, hic dicit, in alijs ergo vr permittere, arg. ff. de iud. l. prætor. ſi uoluiſſet, idem in alijs expreſſiſſet. C. de cadu. tollen. §. pen. adde quæ dicta

ſunt

cuniarias pœnas eludunt, & ſunt corporaliter puniendi, ſicut omnes, qui propter paupertatem pœna pecuniaria puniri non poſſunt, pœnam pecuniariam exoluendo, filium liberare, non tamen ipſos ad hoc coarctamus inuitos.

Primum dictum: Iuſtitiarij, ad quos ſpectat ſolicitudo, & cura exigendi pecuniam fiſcalem, in qua exigenda non debet eſſe mora propter ſtipendia, quæ præſtantur de continuo militibus. Secundum dictum eſt ibi. & ut magiſtris Camerarijs quod iuſtitiam prouinciæ, quãdo fuerint requiſiti a magiſtris Camerarijs, vel Baiulis, & alijs officialibus, ut eis præſtent conſilium, & auxilium circa ea, quę pertinent ad ſuam iuriſdictionem, illud debet impleri. Tertium dictum eſt, quod nemo tenetur ſuis ſumptibus laborare. Matthæus.

† Alias, idem.

† IMPER. FREDER.

IVſtitiarios regionum, prout prædeceſſorũ noſtrorum Regum Siciliæ conſtitutionibus eſt inductum, ſolicitos eſſe volumus & deuotos, Vt magiſtris Camerarijs, Baiulis, & alijs officialibus, cum per eos extiterint requiſiti, cõſilium & auxilium, prout ad iuriſdictionem ſuam pertinet, debeant impartiri. Cæterum, ad hoc, ut Iuſtitiarij ipſi cũ perſonis ſibi per noſtram Curiam deputatis in diſpendium rei familiaris ſuis laborare diſpendijs, nõ cogantur per ſpeciales & ſacros noſtrę conſuetudinis apices, prout ſtatus cuiuſlibet pro tempore fuerit, ſtatuimus eiſdẽ in expenſis annalibus, & ſufficientibus prouidere.

Vt Iuſtitiarius alium loco ſui ordinare non poſsit.

TITVLVS LIX.

Tria continet hæc conſtitutio. Primò, quod neque magiſter Iuſtitiarius, neque aliquis Iuſtitiarius prouinciæ poteſt in locum ſuum ſubſtituere aliquem vel facere eum Vicarium in iuſtitia miniſtranda, & annullat omnem abuſum in contrarium. Secundò dicit, quòd ratio huius dicti eſt, quia ſi cauſa vna criminalis alteri ſit commiſſa, iſte delegatus non poteſt ipſam alteri ſubdelegare, multominus poteſt magiſter Iuſtitiarius, vel alij Iuſtitiarij vniuerſitatem cauſarum criminalium alteri committere, vel non facere eum vicarium, vel locum tenentem loco ſui. Tertiò dicit, quòd ſi dicti officiales fecerint locum tenentem loco ſui in dictis officijs, tàm ipſe qui commiſit, quàm ipſe locum tenens puniuntur pœna mortis. hoc dicit. Matthæus.

REX GVL.

OFficia [a] quæ perſonis * perſonaliter conferuntur, perſonas tranſgredi, quibus ſunt collata, non poſſunt: magiſtros Iuſtitiarios, & Iuſtitiarios, qui alios hactenus loco ſui Vicarios ſtatuebant, a licẽtia prę dictæ præſumptionis illicitæ coercemus. Cum enim cauſa aliqua ſingularis, quæ criminalis ſit, ab aliquo alijs regulariter committi non poſſit, multominus prædictarũ cauſarum vniuerſitas poterit delegari. Quiſquis aũt contra prędicta fecerit,* ordinator & ordinatus capitali ſententia ſe nouerint ſubiacere.

De iuramentis non remittendis a Baiulis.

TITVL. LX.

Iudex poteſt teſtib. examinãdis remittere iuramentũ, ut deponant ſine iuramento, ut in Longobarda de teſtib. l. de periurijs. & in Longobarda de teſtib. l. 2. hoc expreſſe vetat hic Imperator ſub pęna. Et iſte intellectus habet conformitatem cum iure cõi reſpectu diſpoſi non reſpectu pœnæ, ut in l. iuriſiurãdi. C. de teſtib. vbi iudex non debet examinare teſtes ſine iuramẽto: nec iuramentũ teſtiũ poteſt remittere, ut ibi: & ita ſtatuit hæc cõſtitutio, & addit pęnam. Et iſte intellectus multũ mihi placet: & eſt intellectus paupertatis meæ. M.

† REX GVL.

CRebra [b] noſtrorũ fideliũ excellẽtię noſtræ relatio pateſecit: Quod quidã Baiuli noſtri vſq; adeò ſuæ baiulationis [c] extendũt officiũ ꝙ ſacramentales, quos cauſatũ qualitatibus per ſententiã iudicum prę

Vt Iuſtitiarius aliũ, &c.

a OFficia quæ perſonis. *Quiſquis autem.* Alia pœna hodie ſtatuta eſt, vt ĩ. de proh. off. nſo occa. l. duram.

* ADDITIO. *Hæc conſtitutio quo ad pœnã eſt correcta. vide Maran. in tract. iud. 4. parte, diſtin. 2. col. 4.* Fab. Iord.

* ADDITIO. *Vide Capic. deciſ. 130. nu. 21. & Moder. in cap. Regni, quia de Vicarijs. fol. 72.* De Bottis.

De iuramentis nõ remittendis a Baiulis. Rub.

b CRebra. Præſens cõſtitutio punit Baiulorũ exceſſus in eo, ꝙ ſacramẽtales remittũt. ut ĩ. de pe. Ba. in fi.

c *Extendunt.* Hoc uerbũ innuit, ꝙ remittere ſacramentales, non pertinet ad officiũ Baiuli, ergo nec uocare: tũc. n. poſſent remittere & illis ſine licẽtia diſcedere nõ liceret, ut C. li. 10. de Decu. l. ſi qs Decur. Vel melius dico ꝙ Baiulus põt & debet cõpellere Sacramẽtales uenire ad iudiciũ, ut in iure Lõgo. qualiter quis ſe defende. ut l. Sacramenta. non tñ põt eos remittere, uel de eis gratiã facere in prędiciũ alterius partis, ut hic dř, & arg. ad hoc. ff. de tranſact. cũ hi §. ſi prętor. & de reg. iur. nemo põt mutare.

a *Gratijs.*

† *Alias, idem.*

ANDRÆAS DE ISERNIA.

ſunt in d. l. pen. In proditore videtur aliud, quia debet renunciare pater filium, & filius patrem, ut in Auth. ut lice. ma. & au. §. ſi uero contra imperium. Item in alijs criminibus non cogerentur huiuſmodi perſonæ alere, † ſi nollent, quia male meritis, &c. ff. depoſi. l. bona fides. in princ. nam illos debemus alere, qui ſunt grati, & qui non meruerunt exhæredari. ff. de lib. agnoſ. l. ſi quis a liberis. §. ſed & ſi quis. in fi. & C. de alen. libe. l. fi.

† ADDITIONES. *Adde Pet. Duennas in reg. 68. 7 limit.* De Bot.

¶ *De filio quòd poſſit conueniri pro debito patris, quando ipſe fuit alimentatus ex illa pecunia. vide Iaſ. in l. ſi cum ſeruum. ff. ſi cer. pet. Econtra pater obligatur pro filio, ſi patitur illũ adminiſtrare ſua bona & conſentit, vide Affl. deciſ. 308. Quid in ſola ſcientia patris. Fulg. conſi. 50. Barb. conſi. 5. vol. 4. Ruyn. conſil. 123. vol. 5. Et quid in vxore, Alexan. conſ. 42. 1. vol.* Fabius Iordanus.

Sed proditor filius exhæredatur, vt in §. ſi verò. & in corpore, ut cũ de app. cogn. in §. cauſas. imò poteſt occidi, vt ff. de relig. l. minime.

ADDITIO. *Adde in quibus caſibus pater poſſit exhæredare filium in §. cauſas, in Auth. vt cum de appellatione cognoſcitur. Et glo. in cap. Quintauallis. de iureiur. Et an in caſibus, in quibus pater poteſt exhæredare filium, poſſit ei alimenta denegare? vide tex. iuncta gl. in ver. detulerat. in l. ſi quis a liberis §. ſi quis ex his. ff. de lib. agnoſc. glo. in l. fi. C. de alen. liberis. Bart. in l. diuus. ff. de parricid. Et in tract. de alim. Ant. de Butr. & Abb. in c. cum haberet. de eo, qui duxit in matri. quam pollu. per adul. Et an pater exhæredando iuſtè unum filiũ augeatur legitima aliorum, propter eius exhæredationem? vide in auth. nouiſſima. C. de inoffi. teſta. Et an pater poſſit exhæredare filium, quando facit contra ea, quæ ſunt ſtatuta ab eccleſia, & a quatuor concilijs principalibus? vide per Iacob. Aluar. conſi. 3 incip. vtrum vſurarius manifeſtus, in vlt. col. ver. ſed cum filius. Quod conſilium eſt poſitum poſt lecturam D. Iacobi Aluar. ſuper feudis, & an exhæredatus ſuccedat in feudo, vide per Iacob. de Ardizo. qui fuit magnus feudiſta, in ſumma, de ſucceſſione ſub rubricella, An filius emancipatus. Et per Iacob. Aluar. in c. 1. qui feu. da. poſſ. in vſib. feud. Et in quibus caſibus pater exhæredatur a filijs: Et in quibus frater a fratre, vide per gl. in ver. portione. in fi. Inſti. de inoffi. teſtam.*

Multominus non aletur, ar. ff. de adul. l. nec in ea. cum turpes perſonæ non aluntur, vt in Auth. qui mo. na. ef. ſui. §. fi. Sed iſti facinoroſi turpes ſunt, & non lugentur. ff. de his qui no. infa. l. libe. §. nõ debent.

Pecuniarias pœnas. Vt ff. de pęn. l. 1. in fi.

IVſtitiarios regionum. Vnus officialis debet alijs fauere, iuuare, & obedire de altero requiſitus, ſicut in Auth. vt nulli iudi. §. ſi uero quis. alter alterius auxilio indiget, ſicut iuſtitia armis, & ecõtra arma iuſtitia. C. de iud. co. con. in prin. Sic enim miſericordia indiget iuſtitia, & econtra. 45. diſt. c. diſciplina. Item ſtatuit quod officiales ſui habeant gagia, ut non deprædent ſubiectos, ſed ſint cõtenti annonis, quæ a fiſco dantur, vt in Auth. iuſiu. quod præſt. ab his, circa mediũ.

Quod Iuſtitiarius alium loco ſui ordinare non poſſit. Rubr.

OFficia. Corrigitur pęna huius cõſti. ĩ. eo. l. duram. & l. ea, quę. quando committuntur criminales tantum, tunc eſt publicatio bonorum, ſed ſi per vſurpationem committerentur criminalia & ciuilia, tunc eſt pęna capitis. ſup. eod. l. cum ſatis.

OFficia. Pro intellectu huius cõſtitutionis vide c. quia de vicarijs. Et corrigitur iſta cõſt. per cõſt. duram & diram. Io. Gril.

Hodie officiales habẽt literas aſſumẽdi, & vtrũ quis poſſit ſeruire per ſubſtitutum, vide glo. in l. nullus. quæ eſt ſuper ver. decoratus. C. de decu. lib. 10. Marinus.

In tex. capitali. In hoc corrigitur hæc conſtitutio per conſtitutionem, diram & duram, & per conſtitutionem, ea quæ. ſicut ſupra, quia non imponitur pęna capitis, ſed bonorum confiſcatio. Marin.

De iuramentis non remittendis Baiulis. Rubr.

CRebra. Alij habent hanc conſti. ſ. in tit. de offi. magi. Iuſti. Sed melius eſt hic. hic punit Baiulos de ipſis ſacramentalibus iure Longobardo inductis. Verum impulſentur ſi aliqua ſuſpitio præceſſit, vel ſemiplena probatio, aut non? & aliquis cępit probare ordinarie, deinde impulit ſacramentaliter an poſſit. Et utrum tũc cum proteſtatione, vel ſine. Et qualiter iurent Sacramentales, diximus plene in tit. de contemp. anter dom. & vaſ. de inueſt. feu. c. 1. §. ſimiliter.

ſtari cõtigerit, Baiuli ipſi interdum de [a] gratijs, & ſæpius pecunia recepta remittunt, quod reputantes iniquum in poſterum prohibemus: Pœnã vnius libræ auri in Baiulum, qui contrafecerit, ſtatuentes.

De diſcreta cognitione cauſarum. Aliàs de officio magiſtri Camerarij.

TITVLVS LXI.

Magiſtri Camerarij, qui recipiũt officium camerariatus a regia curia, habẽt ordinariã iuriſdictionẽ in ciuilibus cauſis, præterquam de feudis: & ſunt iudices competentes in terris Demanij Regis in cauſis ciuilib. inter Baiulos, & Cabellotos, & priuatas perſonas, & a ſententijs Baiulorum ad eos appellatur: a ſententijs ipſorũ Camerariorum non appellatur ad Iuſtitiariũ prouinciæ, ſed ad Regem, vel ad magnam curiam vicaria.h.d. Matth.

† REX GVLIEL.

OFficiorũ [b] periculoſa confuſio priuatorũ iura, qui iuſtitiã ſitiũt, plerunq; cõfundit. Sanè cũ prędeceſſorũ nrorum diſcreta prouiſio ad hęc diligẽter intenderit, vt publicarũ perſonarũ officia ſegregaret: Prouiſionem ipſorum effectu debito proſequentes, Statuimus magiſtros Camerarios, qui a Curia noſtra officium camerariatus in credẽtiam recipiunt, vel conducunt, de cauſis ciuilibus tãtùm, præterquàm de feudalibus, [c] pro ſua iuriſdictione [d] ad requiſitionem Baiulorum, [e] vel in defectu ipſorum tãtùm poſſe cognoſcere, & ipſas rationabiliter diffinire cauſas, quas inter Baiulos & Cabellotos ſuæ iuriſdictioni ſubiectos oriri ſæpe contingit, ipſas audiri volumus, & ſentẽtialiter terminari. Appellationes etiam, quas in cauſis ciuilibus in præſentia Baiulorum a ſententijs iudicum ordine iudiciario cognoſcentium, ad ipſorum audientiam, (prout aſſolet) ſi contigerit interponi, ipſos ſuſcipere volumus, & ſuſceptis eiſdem, ad confirmationẽ vel infirmationẽ ſentẽtiarum earum, prout viderint de iure, procedãt: a quibus ad nos, & non ad Iuſtitiariũ, ſicut olim, prouocationes volumus interponi.

a *Gratijs.* Sic & prætor † nõ poteſt gratiã facere cauſæ cognitionis quæ exigitur in trãſactione alimentorũ, ut ff. de trãſac. l. cũ hi. §. ſi prætor. nec ẽt ſolennitatis quæ exigitur in decreto interponẽdo in alienatione rerum minorũ, ut ff. de reb. eorũ qui ſub tu. l. magis §. ſi hæres.

† ADDITIO. *Et ſic no. quòd ea quæ ſunt neceſſaria ad actum, non poſſunt remitti per iudicem. de quo in l. nemo poteſt. de leg. 1. & per Moder. in alleg. §. ſi prætor,* De Bottis.

De diſcreta cognit. &c.

b OFficiorum. Camerarius qui dici põt procurator Cæſaris cognoſcit de omnibus his, de quibus Baiulus. In defectu enim Baiulorũ. Item cognoſcit inter Cabellotos. Item a Baiulis appellatur ad eos, & ſatis poteſt dici quod cognoſcit inter priuatum & fiſcum, vt C. ſi aduer. fiſ. l. 1. & dic ut ibi.

ADDITIO. *Adde an Camerarius Papæ, & Imperatoris dicãtur habere dignitatem? vide per Arch. Ioan. And. & Benedictum Capram in c. 1. de conſtitut. lib. 6.* Superantius.

† Aliàs, Idem.

c *Pro ſua iuriſdictione.* Non. n. ex requiſitione Baiuli aſſequit iuriſdictioné magiſter Camerarius & Camerarius, ſed eam ex ſe habent. licet enim ſuam ceſſerit Baiulo, non tamen a ſe eam penitus abdicauit, vt de offi. præſi. l. legatus. ſicut dicitur de poteſtate tranſlata in Principem a populo Romano, quod dic, ut in ſum. de legib. & conſtitutionibus. Attamen exercitium iuriſdictionis non habet niſi Baiulo requirente. ſic & alius habet actionem communem cum alio. Sed unus tamẽ habet exercitium actionis, q. dic, ut in ſum. de rei vxo. actio. §. item datur præterea actio, ſecundum Azo.

d *Ad requiſitionem Baiulorum.* Quatuor caſus ponuntur in l. iſta, in quibus magiſter Camerarius habet exercitium iuriſdictionis. Primus ad requiſitioné Baiulorũ. Secundus in defectu ipſorum. Tertius qñ quæſtio eſt inter Baiulos. Quartus, qñ quæſtiones deuoluuntur ad eos per appellationem. Poteſt addi & quintus, ſcilicet, qñ quæſtio eſt inter priuatum & Baiulos. & ſumitur iſte quintus caſus ex ratione tertij caſus. qua enim rõne cognoſcet inter Baiulos, eadẽ ratione inter priuatũ & Baiulũ. Baiulus enim cũ ſit magiſtratus, & non de maioribus, & ita poſſet in ius uocari, ut ff. de in ius uocando. l. nec magiſtratus. & conueniri debet coram proximo ſuperiori: quod dic ut in ſumma, ut omnes tã ciuiles q̃ mili. iu. fere per totum, ſm Azo. coram Baiulo conueniri nõ poteſt, ut ff. de arb. l. nam. & ff. ad Trebell. l. ille a quo. §. tempeſtiuum.

e *Vel in defectu ipſorũ.* No. ordinẽ: in defectu enim Baiuli peruenitur ad Camerariũ. in defectu Camerarij ad Iuſtitiariũ, vt ſ. de offi. Iuſt. l. 1. ibi, defectus, &c. & licet litera illa videatur aliũ ordinẽ ponere, aliter tamen intelligitur q̃ prima facie uideatur ſonare. Similem ordinem habes in Auth. de man. Prin. col. 3. §. ſit tibi quoque, & in Auth. ut differ.

ANDRÆAS DE ISERNIA.

De diſcreta cognitione cauſarum. Aliàs de officio magiſtri Camerarij. Rubrica.

OFficiorum. Iſti hodie ſunt Secreti, & habent cognitionem cauſarum ciuilium in quatuor caſibus, ut in gl. dicitur. Et glo. dicit q. duæ quæſtiones poſſunt determinari per literam illius conſtitutionis, ibi dum dicit, in defectu ipſorum tantum, &c. Vna eſt, q. a ſententia Baiuli † & iudicis terræ Baronis appellatur ad Baronem. hoc nõ videtur inde poſſe ſumi, quia ſi Iuſtitiarius de principali cognoſcit in defectu Baronis, & non ante, nõ ſequitur, quòd in appellatione Iuſtitia. non ſit iudex: niſi poſtquàm Baro defecerit facere iuſtitiam de ſententia Baiuli ſui, quia hic caſus per conſtitutionem aliquam non ponitur: imo videtur contra ordinationem nouæ decretalis, de appellationibus. c. Romana. ubi ab officialibus epiſcopi, non ad epiſcopum appellatur, quia cenſetur idẽm auditorium.

† ADDITIO. *Ad hanc materiam Didac. Conar in cap. 4. pract. qq. num. 6. & ſeq. A ſententia Baiuli appellatur ad Baronem: ſed an Baro poſſit facere Baiulum, qui ſit de eademmet Terrã, Bertrand. conſuluit quod non, in conſi. 1. 7. quæſito. vol. 3.* De Bottis.

Item de iure communi omnes appellationes deſenſorũ locorum, quorum hodie dicimus Baiulos, deuen. ãt ad Præſidem, ut in Auth. de deſen. ciuita. §. & iudicare. in fi. § Hodie hoc eſt immutatum per cõſtitutionem in Terris Demanij, vbi appellatur ad Secretum, ut hac conſtitutione. ergo in Terris Baronum remanet, ex quo in eis non mutatur. C. de appellationibus. præcipimus. in fi. Et ſic videtur debere intelligi conſtitutio, cum noua. in fi. infra de ſolenni. inſtru. ubi dicitur, quòd appellationes ueniunt ad Camerarium Secretum. hodie quando in terris Demanij, ad Iuſtitia. Si in terris Baronum, ut referantur ſingula ſingulis ad magiſtros Iuſtitiarios, ad quos in utroque caſu poteſt appellari dimiſſis medijs, ut hic in fi. glo. ſuper hoc uerbo poſita. & ſic intelligendum eſt ſupra, titu. 44. Iuſtitiarius per prouincias. in fi. ubi dicitur, quòd Iuſtitiarius non intromittit ſe de appellationibus in terris Demanij, ut hic in fi. dicitur. utuntur tamen Barones hac glo. Sed dicimus quod poſſit etiam tunc appellari ad præſidem, ſi non vult ad Baronem appellare, per dictum §. & iudicare, & quia hoc non uetatur. Cæterum ſi iſtam materiam ad plenum ſcire, & intelligere uolueris, uide dominos Cano. in c. 1. & per totum titulum, de appell. & ibi glo. late hoc diſcutientes. Bar. & omnes Doct. de appel. eo. tit. Poſſet etiam dici, quod hæc glo. ſic debeat intelligi, ut a Baiulo Baronis, & iudice ſuo ipſe tantum, ſeu ad ipſum tantum appellatur, & a Barone ad Iuſtitiarium, & non per ſaltum omiſſis medijs. ff. de app. l. Imperatores. illa ratione, quia Baro eſt dominus & iudex ordinarius uaſallorum, ut in Auth. de Quæſtore. §. ſi uero. extra de fo. comp. c. uerum. ſicut a dato iudice appellabitur ad eum, qui dedit. ff. quis & a quo ap. l. 1. in prin. & ſic non ob. de officiali epiſcopi, quia ille officialis non eſt iudex, imo ſicut aſſeſſor loco epiſcopi eius. Secus enim ſi Epiſcopus ordinarius cauſam ſpecialiter delegaret, vel faceret iudicem ad uniuerſitatem cauſarum, tunc neceſſario diceretur appellari ad delegantem, ut d. l. 1. quis & a quo app. Eadem ratione non ob. quod dr̃ de defenſore, quia intelligitur de Terris Demanij: quia de Barone nõ eſt, quia eſt ibi ſuperior ordinarius Baro, qui dedit iudicẽ, & Baiulum. Conſtitutiones ergo dicentes appellari ad iuſtitiarium, intelliguntur in defectu Baronum: nam dicta conſtit. Iuſtitiarij nomen. dicit eodem modo per omnia obſeruando, &c. Vnde ſicut in Terris Demanij in defectu Baiuli primo Secretus, deinde Iuſtitiarius de principali cognoſcet, ita in Terris Baronum, ut in defectu Baronis. Primò Baro, deinde Iuſtitia. ſic dicitur ibi in defectu dominorum Iuſtitia. cognoſcit. Sic videtur in appellatione dicendum, q. primo appellatur ad Baronem. Vt ordinarius in principali datus, detur in appellatione, ut C. de procu. l. ita demum. quia ſi dicatur Baiulum, & iudicem Baronis eſſe delegatos ad uniuerſitatem cauſarum, idẽ erit, ſcilicet quod ad delegantẽ appelletur. d. l. 1. quis & a quo ap. quod vero dr̃ ibi, eodẽ modo per omnia, &c. illa identitas eſt in principali, quę eſt in appellatione, aliàs nõ in appellatione. In Terris Demanij Iuſtitiarius nunquã ſe intromittet, ut hac. l. in fi. & dicta cõſt. Iuſtitia. per prouincias. Sed illa identitas in Barone trahetur ad cauſam appellationis, qa Iuſtitiar. eſt iudex militariũ uirorũ, vt hic innuitur in gl. ad Magnã Curiam appellatur omiſſis medijs, ſicut ad Papam, & eccleſiam Romanam. 2. q. 6. c. ſi quis noſtrorũ. & ad c. Romanam.

OFficiorum. In gl. in ver. poſſe cognoſcere. ibi, quod a ſententia Baronis. Sed quæro, aliquis prælatus habet temporalem iuriſdictionem

ut differ.in.côll.9.§.ſi quis vero.& §.hoc aũt,& §.ſi tanquã.Si quęras poſt quantum tẽpus videbitur defectus in Baiulis, ut perueniatur ad Camerariumꝰ dic, ut in præalleg.l.de offi. Iuſti. Vel forte Camerarius diffiniet tẽpus ſicut recurritur ad officium iudicis in his,quæ nõ ſunt diffinita per legẽ,ut ff.de iu.delib.l.1. §.vlt. Vel in defectu ipſorum tantũ poſſe cognoſcere, in defectu Baiulorum cognoſcit de principali cauſa Secretus,vt hic in defectu dominorum non facientiũ ſemper Iuſtitiã hominibus eorum:cognoſcit etiam de cauſa principali Iuſti.vt ſupra in conſti. Iu- † *Aliàs, idem.* ſtitiarij nomen, & normã, quæ poſita eſt ſub titu. de offi.Iuſti. Et ex hoc videtur quod poſſint terminari duæ quæſtiones. Vna ꝙ a ſententia Baiuli, & iudicis terræ Baronis, appellatur ad Baronẽ: Alia, quod a ſententia Baronis appellatur ad Iuſtit. cum, ut dictũ eſt ſupra, propter defectum Baronis non reddentis iuſtitiam deuoluatur cognitio ad Iuſtitiariũ,& non ad Secretũ. Eſt & alia ratio, quare nõ appellatur ad Secretũ a ſnia Baronis: quia Secretus in nullo caſu eſt iudex militariũ † *Aliàs, idem.* virorũ, ſed Iuſti. ſic, vt ſupra in conſt.vt uniuerſis.& ideo ille,qui corrigit nobilem, in omnib. corrigit, & ſniam eius, dum tamen a ſententia Baronis,vel Baiuli,& iudicum terræ ſuæ appelletur ad Magnam Curiam, poſtpoſito Baro- † *Aliàs, [illegible]* ne,& Iuſtitiario ſemper recipiatur ſublato ordine.l.1.ff.de app.in prin. ut dixi.ĩ.in cõſt.quę incipit,cũ noua. Marin.

De eodem.

Ordinare & ponere aſſiſiam in rebus venalib. ſubaudi, quæ renouantur de anno in annum,ſpectat ad officiũ Magiſtri Came. qui dictam aſſiſiam imponere debet in locis ſuæ prouinciæ, cũ conſilio Baiulorum & aliorum virorum,prout ipſe elegerit. h.d. Matth.

† REX GVLIEL.

MAgiſtros Camerarios regionum, aſſiſias * rerum vænalium per ſingulas ciuitates, & loca volumus ordinare cum conſilio Baiulorum, aliorumq; noſtrorum fidelium loci, quos ad hoc viderint opportunos.

De officio Secreti.

TITVL. LXII.

Iſta conſtitutio eſt localis in prouincia Calabriæ, quæ dicitur, ꝙ a porta Roſeti citra, quæ Terra eſt in prouincia Calabria Secretus dohanæ, & magiſter Quæſtoru: qui idẽ eſt cũ Secreto dohanæ, non exerceant in futurum officium prædictum ſed illud exerceant magiſtri Camerarij. h.d. Matthæus.

† REX GVLIEL.

PRæſenti [a] lege decernimus, ut officium, quod per regias conſtitutiones, & noſtras dohanæ de Secretis, & Quæſtorum magiſter hactenus exercebat, a porta Roſeti citra, magiſtri Camerarij exerceant in futurum.

Noua † conſtitutio.

Iſta conſtitutio dat nobis in primis ad intelligẽdum, quod ſeparatum officium Secreti dohanæ & Quæſtorum magiſtri ab alijs officialibus,ſcilicet magiſter cameræ, & iſti per ſe, & per ſubſtitutos poſſunt gerere officium ſi eis data ſit poteſtas a Rege,quod poſſint ſeruire per ſubſtitutum. Secundo loco declarat, in quibus cõſiſtit officium dohanæ Secreti & magiſtri Quæſtoru, & dicit, quod cõſiſtit in primis,vt inuentos theſauros procuret incorporare fiſci cõmodis. ſecundo vt pecunia abſconſa cuius domini non reperiuntur,dilucida probatione perueniat ad manus fiſci. tertio, vt ſi res naufragij ſine dominis reperiantur, nec ſint legitimi ſucceſſores, perueniant ad fiſcum,quod ſi aliquis laicus, vel clericus ſit mortuus ab inteſtato ſine deſcendentibus, vel aſcendentibus, collateralibus,qui poſſent ſuccedere, eius hæreditas libera, quæ non debet ſeruitium, tũc debet venire in fiſcum,excepta tertia parte dictæ hæreditatis, cuius pretium debet conuerti per Secretum pro anima ipſius defuncti in eleemoſynis pauperum, niſi dicto Secreto videbitur dictam tertiam partem etiam facere pro fiſco, tunc eius pretium non debet pro defuncti anima erogare. hoc dicit vſque in finem. Matthæus.

† REX GVLIEL.

DOhanæ [b] de Secretis & Quæſtorum magiſtri diſcretum officium ab alijs ſeparantes ſuper quibus, & de quibus per ſe, vel per alios, quibus hoc ſpecialiter deſtinarent, ſe intromittere debeant, præſentis conſtitutionis noſtræ tenore duximus aduertendum: In primis videlicet, [c] de theſauris inuentis, & de pecunia abſconſa ab aliquo, quorum domini per probationes dilucidas reperiri non poſſunt. Item de his, quæ de naufragijs Curiæ noſtræ debentur, cum ex naufragio quorum res ſunt, ali-

De officio Secreti.

a PRæſenti lege. In hac cõſtitutione dicitur,quod ſit officiũ † Secreti,vel magiſtrorũ Quæſtorum, ac ſi diceret Procurator Cæſaris: & cognoſcit de theſauris inuentis.

ADDITIO. *Adde quæ requirantur, vt theſaurus dicatur. vide per Barba.conſi.39.incip.clementiſſimũ & piiſſimum ſaluatorem,in 4.vol. Et an ſit beneficium fortunæ, vide in l.ſi quis.§.1. ff.de acqui.rer.do. Et per quam actionem petatur theſaurus repertusꝰ vide in l.1.in §.theſauros. C. de theſaur.* Super.

† ADDITIO. *Põdero hãc gl. iũcta gl.in cõſt. officiorũ, ꝙ idẽ importãt Camerar.Secretus, Magiſter Quæſtorũ, & procurator Cæſaris.* De Bot.

Et de naufragijs, & cũ aliquis ſine hærede deceſſerit bona ſua in fiſcum aduoen. cõcor.ff. de iur.fiſ.l.1. Tertia parte data pro anima ſua, ſcilicet,defuncti.

Noua conſtitutio.

b DOhanæ de Secretis. Et quare ſic † *Aliàs, idem.* dicant, dic vt ff.de orig. iur. l.2 §.eodem tẽporib. & dicti ſunt a genere,vt ff.de offi. Quæſto.l.1.

c *De theſauris.* Theſauri inuẽti pertinent fiſco,& ea quæ ex naufragio ſuperſunt, quorum domini nõ inueniũtur, & ſic ꝙ de naufragio dicit,concor.cũ l.& auth. quæ eſt.C.de fur.ſimiliter concor.ff.de naufr.l. 1.licet per iniquam Regni cõſuetudinem ſit in eo,quod hic dicitur,derogatum. Andræas.

De theſauris. Theſaurus eſt pecunia ĩuẽta,cuius nõ extat memoria.

• ADDITIO. *Ad quem ſpectet imponere aſſiſiam rebus uenalib. ui de And.in c.ſi verò uiolator.§.poſt natale, de pace tenen.* Fab.Iord.

ADDITIO. *Adde l.nunquam.§.theſaurus.ff.de acqui. rer.dom. & in l.actor.ff.de auro & argen.lega.* Superantius.

De | a Intro-

riſdictionem in terris iſtius Regni,ad quem appellabitur ab eius ſententia,an ad ſuperiorem, vel Iuſtitiarium, ſicut a ſententia Baronisꝰ Videtur quod ad ſuperiorem ſuum. hoc Ber.not.extra, de delict.pu. c.fi.Sed contrarium no.Inn.in c.verum de fo.comp cum Ber.concordat Spe.in tit.de app.verſi.nunc tractemus.ver.fi. Pet.de Monteſ.

De eodem.

M*Agiſtros Camerarios regionum.* Secretus hanc aſſiſiam facit rerum victualium,alias vęnalium,cum conſilio Baiulorum,dicitur inf.de offi.Baiu.l.3.De qua aſſiſia diximus in tit.de pace tenen. & ſupra in 1.par. huius princ.

Noua conſtitutio. Rubrica.

D*Ohanæ.* De theſauris eſt innouatum & corręctum per c. incliti Regis Car. II. vt plene diximus de hac materia in tit.quæ ſint regalia ſuper ver.theſau. ¶Item quod dicit de clericis ſimpliciter correctum eſt,extra de ſucceſ.ab inteſt.c.1.& 2. Nã ſuccedit eccleſia cui ſeruit, non fiſcus. quod dic per Hoſt. in ſumma,eo.circa principium.

ADDITIO. *Adde quòd hoc eſt verum, niſi ſunt conſanguinei, vt in c.quicunque.12.q.5.aliter eccleſia ſuccedit, ſecundum Hoſt.in ſum. tit. de teſta.§.& per quem. Et quid ſi non haberet conſanguineos, ſed duas eccleſias, quæ eorum ſuccedatꝰ vide per Hoſt.in ſum.eo.tit.in §.qualiter eccleſia.ver.quid ſi quis clericus. Fallit niſi illæ eccleſiæ commiſiſſent ingratitudinem contra prælatum, quia tunc non ſuccedit prælato ab inteſtato,etiam ſi non extarent conſanguinei, de quo eſt glo not. & eſt glo.fi. quam ſequitur ibi Ant.de But.in c.ſi.de poſtu.Pet.de Anch.in repet.regulæ,ea quæ.de reg.iu. in 6. in 3.q.& per Bal. in l.ſi quis preſbyter.C.de epiſc. & cler. & quid ſi clericus non haberet conſanguineos, nec eccleſiam ſi decedit ab inteſtato, quis ſuccedit ab inteſtatoꝰ Dic quòd epiſcopus.ita dicit Abb.in c.in præſentia.in recollectis.verſ.no.ſing.de prob qui dicit ſe vidiſſe de facto. Idem dicit Abb.in c.quia diuerſitatem.in l.fi. de conc.præb. Idem Abb.in c.excommunicamus.il 2.de hæret.*

Canones in clericis, & perſonis eccleſia. derogant legibus Principum, maximè in Regno Siciliæ, ubi quilibet Rex iurat reuocare huiuſmodi leges & non concedere, aliàs condere: ſicut dicunt conuentiones Regni Caro.primi cum eccleſia Roma. ¶Item quæritur in gl. nunquid vir & vxor præferantur fiſco in ſucceſſioneꝰ & dicit forte omittendo vxorem,cum enumerat certas perſonas, videtur eam prohibuiſſe.pro hac glo. facit ius Longob. quod præfertur iuri Roma. in Regno,ut inf.proxi.puritatem. illud quidem ius non cognouit cognatos, uxor non eſt agnata, videtur ꝙ ſit de cognatis. Alij dicunt contra,nam ſi lex hic enumerando certas perſonas omiſit uxorem, admittitur per alia iura,quę non corriguntur,niſi quando expreſsè dicitur, & ſi non ſit agnata, vel cognata, quia non eſt affinis: ſed cauſa affinitatis. imò videtur ꝙ ſit pluſquam agnata coniuncta uiro, ut unum cenſeantur ambo,de hoc plene diximus in tit.quæ ſint regalia. ſuper verbo, bona vacantia. Item ſi de exteris, qui dicuntur garangi, non poſſunt facere teſtamentum in alios, ſine licentia Regis,& mandato, ut in Longob.quæ hic allegatur.

D*Ohanæ.* In tex.videlicet. Intellige hunc §.ſecundum modificationem iuxta tex. Inſt.de rer.diui.§.theſauros.Et dic hic, inuentis,ſcilicet,in loco fiſci, vel publico, in quibus caſibus dimidium the-

qui, vel ex eis ſucceſſores legitimi non ſuperſunt,[a] intromittere ſe debebit. Præterea ſi aliquis clericorum, qui hæreditaria poſſederit, vel laicorum de terra Demanij noſtri[b] ſine hærede deceſſerit,[c] nec filium, vel filiam legitimam, aut aliquem aſcendentium, vel deſcendentium, aut ex latere venientium, qui ad ſucceſſionem ipſius ab inteſtato poſſit de iure venire, reliquerit,[d] nec teſtamentum fecerit, cum eius hæreditas libera, & abſque ſeruitio Curiæ fuerit, cum omni iuris ſolennitate, publicè ſubhaſtata vendatur, & tertia pars precij, pro quo vendita fuerit, pro morientis anima pauperibus erogetur, & reſiduum prænominati Secreti, & quæſtoris officio noſtræ Curiæ reſeruetur, niſi fortè prænominatus Secretus, & Quæſtor nobis uiderit expedire, ut æſtimatione prædictæ tertiæ pro defuncti anima erogata, ipſæ res hæreditariæ in fiſci noſtri poſſeſſione ſeruentur.

Iuſtitiarij, Camerarij, Caſtellani, & Baiuli debent eſſe circa eorum officium ſolliciti, & deuoti in occurrentibus, & concernentibus commodum Regiæ Curiæ, & præſtare conſilium & auxiliũ Secretis, & Magiſtris Quæſtorum, ubi fuerint requiſiti. h.d.

† REX GVL.

IVſtitiarios, Camerarios, Caſtellanos, & Baiulos eſſe volumus ſollicitos & deuotos, ut ubi neceſſe fuerit pro commodis Curiæ noſtræ, per dictũ de Secretis, & Quæſtorũ magiſtros, vel officiales alios extiterint requiſiti, conſilium & auxilium eiſdem debeant impartiri.

De præſtando ſacramento Baiulis & Camerarijs.

TITVL. LXIII.

In hac conſtitutione ponitur forma ſacramenti, & qualiter iudicent Baiuli, Iudices, & Camerarij. Lallus de Thuſcia.

† REX GVL.

PVritatem,[e] quam nos ipſi ſectamur, ab officialibus noſtris in iudicijs maximè præſtolamur. ¶Et ut in pœnam eorum, qui contra fecerint ultionis diuinæ iudicium, noſtræ indignationis aculeis aggregemus, præſenti lege ſancimus, ut omnes Camerarij, & Baiuli priuſquã in cabellam, vel credentiam baiulationes noſtras, quas adminiſtrãdas ſuſceperint, tactis[1] corporaliter ſacroſanctis euangelijs, in publico[f] corporalia ſubeant ſacramenta, quod purè & ſine fraude: non amore, non odio, non prece, non precio, nec timore, omnibus conquerentibus, abſque perſonarum exceptione, prompto zelo iuſtitiã miniſtrare curabunt, & ſecundũ conſtitutiones noſtras: Et in defectu earum, ſecundum conſuetudines approbatas: ac demum ſecundum iura communia Longobarda,* videlicet & Romana, prout qualitas litigantium exegerit, iudicabunt. Curiæ noſtræ Demania, & iura quæ liber illæſa ſeruabũt: & quòd ipſa non negligant, nec ea in alios, vllo alienationis, vel locationis titulo transferant, nec per ſe occupabunt, aut occupari permittant, ſed occupata & detenta ab alijs noſtræ Curiæ nunciabunt. Illud etiam in ſacramento Baiulorum expreſſum inſerendum eſſe volumus: Vt pœnas, ſeu mulctas noſtris conſtitutionibus comprehenſas ab his, qui in eas inciderint, prout ad eorum officium, ſeu cognitionem cauſæ pertinere noſcuntur, nulli omnino honori, & gratiæ deferentes, & ſine diminutione requirãt, & recipiant requiſita, nec a partibus, præter ſubſcriptiones ſententiarum infraſcripta quãtitate taxatas, non[g] plus recipiant, niſi quod eſt noſtra conſtitutione prouiſum. Et iurare prædicta faciant Cabellotos ſuos, quòd nil ultra ueterem formam, & noua ſtatuta requirent, vel ab alijs extorquebunt: Niſi quod eis conſtitutio Regni, & noſtra permiſerit.

a *Intromittere ſe debebit.* Non tamen pertinet ad eos de infligẽda pœna ſurripientibus ex naufragijs, quia cum ſit capitalis, ut ff. de ſurripien. ali. de nau. vel incen l. raptores, pertinet ad Iuſtitia. ut ĩ. de officio Iuſtitiarij, l. 1.

b *Sine hærede deceſſerit.* Quando ſit locus curiæ in bonis decedentis ſine hærede, & quis videtur ſine hærede decedere? dic ut no. de iure Longobardorum, de ſuc. l. ſi. quis ſine hærede, ſecundum Ray. & in ſum. C. lib. 10. de bon. vacant. l. vacantia. Et concor. ſecundum Pla. ut dicitur infra de iure rerum regni, aliàs, de emptione facta a uillanis, & Angarijs de bonis hæreditarijs ab hominib. Demanij, conſtitutione, ſi quando iuris re. l. ſi. Sed nunquid vir & vxor præfertur fiſco? De iure cõmuni non eſt dubium, ſed cõſtitutio iſta nihil dicit de hoc: ſed cũ hic enumeret certas pſonas, forte vxorẽ omittendo, prohibuiſſe uidetur.

c *Nec filium vel filiam.* Ponit ius commune, ut C. de bonis uacantib. l. uacantia. † Aliàs, Idem.

d *Nec teſtamentum,* Hoc uerbũ oſtendit friuolum eſſe conſiliũ eorum, qui conſulunt morientibus inteſtato nõ habentibus legitimos ſucceſſores, ꝙ cum hæredẽ inſtituũt, relinquant aliquid Curiæ iure inſtitutionis. ſed quanquam in hominibus Demanij videatur abſurdum, ut hic: tamẽ in garagangis neceſſe eſt: cũ ſine mandato Regis in alios teſtari nõ poſſint, vt in Lõgobardo, de aduenis. l. oĩs garagangi. l. ult. Garagangi dicũtur aduenæ, qui de exteris finibus in regni finib. adueniunt, ut præalleg. l. omnes. † Aliàs, Idem.

De præſtando ſacramento Baiulis, & Camerarijs. Rubrica.

e PVritatem. In hac conſtitutione ponitur forma ſacramenti, quam præſtant Baiuli & camerarij, concord. in Auth. iuſiurandum quod præſtat. ab his, qui admit.

1 ADDITIO. Tactis corporaliter ſacroſãctis Euangelijs. *Adde glo. in ver. tacta. in cle. 1. de hæreticis. gl. in verbo tactis. in clem. 1. de iureiur. glo. in verbo, corporali. in c. veterea. de elect. in 6. glo. in c. 1. in §. item ſacramẽta. de pace iuram. fir. in vſib. feu.* Superant.

f *Corporalia ſubeant ſacramenta.* Collige hic modum, qualiter iurare debeant Baiuli, & iudices in ingreſſu officij. Nã in ambobus loqui poteſt, per ea quæ dicit infra, iudicabunt. & infra, de offi. Baiu. & etiã de Camerarijs. Sacramentum verò aſſecurationis, quod præſtant vaſalli dominis eorum, habes infra de aſſecuratio. do. a vaſallis. l. una.

ADDITIO. *Adde tex. in c. quatuor modis. 12. q. 3.* Superant.

* ADDITIONES. *No. ius Longobardũ dici cõmune, ergo omnes debent in regno viuere iure Longobardo. tum hic videtur derogare iuri communi. de quo no. glo. ſup. a quib. com. & Bar. in l. omnes populi. ff. ... ibi, Longobardo. id eſt ſi viuunt iure Longobardo, illud præferatur iuri Romano. ſi autem non, tunc ſeruetur ius Romanum. & ita cõmuniter fuit ſeruatum, ut teſtatur Luc. de Penna in l. 1. col. 7. de conduct. lib. 11. ubi tenet quod ius Longobardum nõ ſit ius commune, ſed ſpeciale, & dicit ꝙ verba ſecundum iura communia referuntur ad Romana. vide, quia pulchrè loquitur.* De Bottis.

¶ *De legib. Longobardis, & quomodo ſeruentur in Regno, vide Andr. in prælud. feudo. c. 3. & in c. 1. §. bona vacantia. quæ ſint rega. & in c. 1. de pace tenen. §. ſi quis hominem. & in cap. 1. de alie. feu. pater. §. & conſuetudo. vide Maran. q. 2. & Io. de Arno. ſing. 8.* Fab. Iordanus.

g *Plus recipiant.* Aliter dicitur in aduocatis. dic, vt ĩ. de offi. aduo. l. 2.

Noua

ANDRÆAS DE ISERNIA.

ſauri pertinet ad fiſcum, dimidium ad inuentorem. Si tamen aliquis inueniat in loco ſuo theſaurum, vel religioſo, vel ſacro loco, theſaurus pertinet ad inuentorem, vt in d. §. theſauros. & ideo vbi inuenitur theſaurus in publico, magiſter ipſe camerarius habet ſe intromittere de medietate theſauri, ſecundum §. theſauros. Barth. de Cap.

Noua Conſtitutio. Idem.

I*Vſtitiarios, Camerarios, Caſtellanos, & Baiulos.* Superfluit hæc l. per l. pen. ſup. titu. 1. concor. in Longob. ut epiſcopi & Comites inuicem auxilium ſibi præſtent. l. 1. & 2.

De ſacramentis a baiulis magiſtris Curiæ præſtandis. Rubr.

P*Vritatem.* Ponitur ſacramentum officialium, ut æqualiter iudicent.

Prout litigantium qualitas. Nam ille qui uiuit iure Francorũ iudicabitur per iura Romana, alij per Longob. quæ derogant Romanis legibus, ut hic, & ſup. tit. 1. l. ut uniuerſis. Multi tamen non utuntur iure Longob. in regno, ſicut Neapoli, & Auerſæ, quos non excuſat cõſuetudo, quæ tollitur per has cõſtitutiones, ſiue præceſſerit, ſiue ſubſecuta fuerit. C. de vſu. l. hos. ver. cæterum. & ſupra in prologo, circa fi. Salerni etiam quidam viuunt iure Romano, & aliqui iure Longob. Sed omnes iſti excuſant ſe, quod ſunt Franci, & iure Francorum viuunt. imo quia ſic ſemper uixerunt, & uiuunt, & hoc tollent illæ conſtitutiones, ut patet ſupra, de iure Francorum, in iu. ſub. l. 1.

P*Vritatem.* Iſta conſtitutio corrigitur per c. Item incipiant, & officiales omnes. Ioan. Grillus.

Prout *Noua*

Noua conſtitutio.

Dicti magiſtri Camerarij dohanam tàm terræ, quàm maris plateatica, foreſtagia, paſſagia, & alia tàm vetera iura, quàm noua regiæ curiæ, poſſunt committere fidelibus regijs, vel locare, prout melius videtur pro vtilitatibus fiſci. Baiulationum officia, quæ ad miniſtrandum iuſtitiam pertinent, non vendantur, ne iuſtitia precij vænalitate tradatur: debet autem committere fidelibus, & bonæ opinionis de demanio per quemlibet locum vnum tantum ſtatuendo, & non plures, & ſi viderit nõ expedire cuilibet loco habere vnum, coadunabit plura regenda per vnum Baiulum iudicem, & notarium, qui non ſint municipes de aliquo ipſorum locorum, nec aliquis euocabitur extra locum ſuum. Debent etiam diſcurrere prouinciam, & ſingula loca, ipſorum defectus corrigendo, & ſupplendo, & quilibet Baiulus habebit iudicem creatum a curia, vel creandum a prudentioribus ipſius loci, & notarium regia authoritate conſtitutum, qui ſtatutas habebũt expenſas, poſſint etiam compellere ad recipiendum dicta officia quoſlibet Baiulos iudices, & notarios, quos forte reperẽrint renitentes. hoc dicit. Lallus de Thuſcia.

† *Aliàs, Idem.*

Noua conſtitutio.

a Magiſtri *Camerarij.* Per impoſitionem. concor. ff. de mune. & hono. l. ſi quis magiſtratus.

• Additio. *No. quòd officiales poſſunt dare ad credentiam gabellas, & vendere. Vide Parid. in tract. ſindica. verſic. excedunt quoque Barones.* Fab. Iord.

Noua

† REX GVLIEL.

Magiſtri a Camerarij, qui per quorumlibet prælidatuũ regiones amodo ſtatuentur, non vendant Baiulationum officia, quæ ad adminiſtrandam iuſtitiam pertinẽt in audiendis, & diffiniendis quæſtionibus, quarum ad eos cognitio ex iuriſdictione, vel mixto imperio partium, ſeu veteribus legibus, & noſtris conſtitutionibus demandatur. Indignum namq; fore decernimus, vt ſacratiſſimum quiſquam iuſtitiæ miniſteriũ precij vænalitate mercetur. * Sed Baiulationes eaſdem committant viris fidelibus, & opinionis electæ, prudentioribus, & generoſioribus, ac ditioribus, prout locorũ conditio miniſtrabit, qui ſint de Demanio noſtro tantum. Per loca quælibet vnum tantũmodo ſtatuant, nõ plures, adeò vt nec ſocietatis occultæ velamine, nec prædictæ Baiulationis officium a pluribus adminiſtrari permittant. Ex paruis autem ciuitatibus, locis, & municipijs, in quorum ſingulis Baiulus, vnus iudex, atque notarius ſunt neceſſarij, ne ſine magno Curiæ noſtræ diſpendio cauſari valeant plura, volumus inſimul combinari vnius Baiuli, iudicis & notarij, qui non ſint de ipſorum locorũ aliquo municipes, vel etiam oriundi iuriſdictione regenda, vt tantum non de uno loco ad alium aduocent litigantes, ſed per vices, & tempora, in quolibet locorum ipſorum ſedeãt, & ibidem, prout cauſarum qualitas, & numerus exegerit, commorantes petentibus iuſtitiam ſubminiſtrent. Baiulorum proceſſus per ſingulas ciuitates, & loca frequenti diſcuſſione perluſtrent: defectus ipſorum, quos frequens & diligens inquiſitio reuelabit, ſuppleant & emendent. Quorum ſinguli iudices unum de fidelioribus & prudentioribus loci, de creatis a nobis aut creandis ab eis, continuum adijcient aſſeſſorem: & notarium vnum actorum ſimiliter fidelem, & tantum ex his, qui a nobis tabellionatus officium ſuſceperunt, qui tam pro ſe per Curiam noſtrã expenſas ſtatutas accipient, quàm pro prædictis Baiulis, iudicibus, atque notarijs per loca quælibet ordinatis, ordinata ſtipendia miniſtrabunt. Concedimus etiam magiſtris Camerarijs ſupradictis Baiulos, iudices, atque notarios, quos ſi in nõ recipiendis officijs forſitan inuenerint pertinaces, pignoribus captis, vel per impoſitiones & exactiones mulctarum, (prout melius viderint expedire) & demum ſi hæc contumacia clarior, & pertinacia durior prædictorum exegerit, per captionem perſonarum, ad præſentiam noſtram nobis in Regno morantibus: Alioquin ad regionum Iuſtitiarios ſub fida cuſtodia mittendorum, ipſos ad ſubeunda prædicta publica munera coercere. A quibus etiam Baiulis, iudicibus, & notarijs, in publico ſacramentum recipient, ſecundum formã veteribus legibus, & noſtris conſtitutionibus comprehenſam. Dohanas autem tam terræ, quàm maris, foreſtagia, plateatica, paſſagia, & alia tam uetera iura, quàm noua Curiæ noſtræ noſtrorum fidelium fideicommittere poterint, vel locare, prout melius fiſci noſtri profectibus viderint expedire.

No. contra renitentes publica ſubire munera.

De quæſtionibus inter fiſcum, & priuatos mouendis.

TITVLVS LXIIII.

Noua conſtitutio.

Magiſtri Camerarij cognoſcunt de omnibus quæſtionibus mouendis inter fiſcum, & priuatum, præterquam de feudalibus, & ipſas adiuncto ſibi Iuſtitiario, cum agitur contra fiſcum, & præſente fiſci patrono, & procuratore inſtituto prouido, & fidele vſque ad ſententias examinent, & dato parti alterius termino peremptorio ad regiam curiam mittant. Cum verò agetur contra fiſcum pro aliquibus debitis quæ conſiſtant in pondere, numero, vel menſura, non admittant ſolum inſtrumenta, ſed probentur per teſtes qui interfuerint numerationi naturali, nõ pauciores quinque, ſi quantitas excedit libram auri: alioquin per legitimum numerum petita probentur. h. d. Lallus de Thuſcia.

† REX GVLIEL.

Qveſtiones b omnes inter fiſcũ noſtrum & priuatos mouendas, tam perſonales, quã reales, quæ non ſint de feudis, uel rebus feudalibus, cognitiones atq; iudicia magiſtri Camerarij accipiãt, * & ipſas adiunctis Iuſtitiarijs, cum contra fiſcũ agitur, & pręſente fiſci patrono, & inſtituto prouido & fideli procu

Noua conſtitutio.

b Qvæſtiones. *Numerationi & menſura.* Concord. ſup. de off. magiſt. Iuſt. l. ſi.

• Additio. *Hæc conſtitutio declarat conſtitu. cauſas per magiſtros &c. ſupra. Quid de emptore rei fiſcalis. Capic. deciſ. 197. & quid ſi fiſcus ſuſcipit iudicium pro emptore. Bart. in q. incip. Piſana ciuitatis. col. 4. Euerard. de mod. argum. fol. 44. Et quid ſi fiſci intereſt alio reſpectu quàm euictionis. And. in c. 1. de lege Corradi. §. ſi inter pares. & per Aff. in cap. 1. ſi de feu. inter dom. & vaſal. lis oria. & per Ludou. conſ. 212. vbi quando contenditur inter duos priuatos de re feudali, vide Spe. in ti. de feu. & Alex. cõſ. 93. vol. & vbi ſit agẽda queſtio collectarũ, Luc. in l. 1. C. de priu. ſi hol. 1. col. et in l. 1. C. de fun. fiſc.* F. Iord.

† *Aliàs, Idem.*

a Excedat.

ANDRÆAS DE ISERNIA.

Noua conſtitutio.

Magiſtri *Camerarij.* Non debet vendi iuſtitia.

Additio. *Adde tex. in cap. non licet iudi.* 11. q. 3.

Et membrum quod uocatur virga iuſtitiæ pertinens ad iuſtitiam adminiſtrandã hoc ſpecialiter. Nã vendita Baiulatione in genere Baiulus emptor miniſtrat iuſtitiam, ĩ. de off. Baiulorum. l. 1. tranſit tunc bancus iuſtitiæ cum vniuerſitate. ſic. ff. de acq. rer. dom. l. quædam, de contrah. emp. l. in modicis. defectus quoque fit in iuſtitia ſup. ti. 1. l. 1.

Concedimus etiam. Ponit pœnam non obedientium magiſtris Camerarijs, & renuentium publica munera ſubire. non poteſt Secretus committere iura Curiæ procuranda fidelibus, vel locare. Hodie per noua capitula Regis Caro. primi, venditione. debet vendere: ſed ſi non contingat eos committere alijs procuranda, illis quibus committitur, non tenetur reſpõdere: niſi de puris & meris prouentibus Baiulationum, infra de officio Baiulorum, l. ſæpe. quæ tanquam poſterior derogat iſti.

De quæſtionibus inter fiſcum & priuatum mouendis. Rub.

Q*Væſtiones omnes.* Hæc conſtitutio debet eſſe in titu. de offic. mag. Came. & continet ſuperfluum: nam prima pars vſque ad ver. vt tamen. repetit in magiſtro Camerario id, quod dictum eſt in Iuſtit. ſuprà de offic. Iuſtit. l. præſides. & quod ibi conceditur, quod Iuſtit. cognoſcat de feudis minimis, & rebus feudalibus: hic denegat in magiſtro Camerario: ſed dat ſibi cognitionem in alijs rebus, & quæ ibi dicta ſunt in Iuſtit. repetenda ſunt hic in magiſtro Camerario: maximè, quia litera dicit contra fiſcum. Secunda pars ponit in iſto magiſtro Camerario. Idem, quod dictum eſt in magiſtro

ratore pro parte noſtræ Curiæ, vſq; ad ſnias examinatas, dato parti alteri peremptorio termino, & per nũcium & literas ſuas ad Curiam noſtram mittant. Vt tamẽ ſuper quibuſlibet debitis, quæ a Curia noſtra petuntur, & quæ conſiſtunt in numero, pondere, & menſura, hanc formam obſeruent, videlicet, quod non per inſtrumentum tantummodo, ſed per teſtes, qui numerationi naturali, menſurę, vel ponderi, perſonaliter interfuerint, non pauciores quinque, ſi petita quantitas auri libram [a] excedat: alioquin per legitimum numerum petita probẽtur. Cæterũ ad hoc, vt ipſi magiſtri Camerarij cũ perſonis ſibi per noſtrã Curiam deputatis in diſpendiũ rei familiaris, ſuis laborare ſtipendijs non cogantur: per ſpeciales ſacros noſtrę manſuetudinis apices, prout ſtatus quilibet pro tempore fuerit, ſtatuimus, eiſdem in expenſis annalibus & ſufficientibus prouideri.

De cognitione cauſæ coram Baiulis Curiæ Regiæ.

TITVLVS LXV.

Cognoſcit Baiulus de omnibus ciuilib. cauſis, præterquam de feudalib. cognoſcit etiam de furtis, et criminib. leuib. quæ non imponũt membri abſciſſionem. h.d. Lallus de Thuſc.

† REX GVL.

LOcorum [b] Baiuli, qui a magiſtris Camerarijs, & a Curia noſtra quandoque in credentiam, vel in extalium baiulationem recipiunt, ciuiles cauſas [c] omnes, reales videlicet, & perſonales, quæ ſuper feudis, & rebus feudalibus minimè mouentur, ad iuriſdictionem ſuã nouerint pertinere ſuper [d] minimis etiam furtis, & alijs offenſis,

a *Excedat.* Quid ſi eſt quęſtio de libra auri, nec plus, nec minus? Reſp. vt no. in ſimili quæſtione, infra de prob. l. in cauſa depoſiti. And.

De cognitione cauſæ coram Baiulis Curiæ Regiæ. Rubr.

b LOcorum Baiuli. Cognoſcit Baiulus de omnibus ciuilibus, exceptis feudalibus cauſis, &c.

ADDITIO. *Adde, de materia feudi habetur in c. cæterum. & in c. nouit. de iudic. c. 1. & 2. de ferijs. cap. verum. & ca. ex parte. de foro compet. c. quæ in eccleſiarum. de conſti. cap. cum ſeculum. de iu. patro. cap. de forma. 22. q. 5. c. latorem. 23. q. 2.* Superantius.

Item de criminibus leuibus, quę non imponunt membri abſciſſionem, ſicut defenſor ciuitatis, vt in Authen. de deſen. ciuit. §. audient. Maius autem eſt officium Baiulorum, quam defenſoris, quia iſte de omnibus ciuilibus cognoſcit in infinitum, ille tantum ad ducentos aureos, vt eo. tit. §. & iudicare. ideo dico iſtum habere firmiter mixtũ imperiũ. Nam cũ mixti imperij ſint ciuiles, & huic omnes ciuiles cõmittuntur: ergo & cauſæ mixti imperij. Quia indefinita æquipollet vniuerſali, vt ff. de ſeruit. vrb. præd. l. ſi ſeruitus.

ADDITIO. *Adde l. ſi plurib. ff. de leg. 1. gl. in c. ut circa. de elec. lib. 6. Fallit, quando eſt prolata a teſte, & tunc non æquipollet, ſecundum Petrũ de Anch. & Io. de Imo. in c. quanto. de his, quæ fiunt a prælat. Oldr. cõſ. 100. incip. In executione. Alex. de Imo. cõſ. 110. incip. Viſis acutiſſimis diſputationib. in 1. vol. Alex. conſ. 3. incip. In cauſa & lite vertente inter dominos. in 2. vol. Alex. conſi. 112. incip. viſo ſuperiore themate. in 3. vol. Alex. conſil 10. incipien. Viſo proceſſu cauſæ vertentis inter Domi. Franciſcum. in 4. volum. Alexan. conſil. 68. incip. Et dudum diſcuſſo. in 2. vol. Alex. conſil. 7. incipien. Super hac dubitatione, in 1. volum. Et eſt hoc conſilium duplicatum, conſi. 198. in 2. vol. Idem Alexan. conſil. 66. incip. Viſo teſtamento. in 2. vol.* Superantius.

Item ſi tantum feudales cauſas excipit, in omnibus alijs permittit, ut C. de procur. l. ſi maritus. cum ſuis ſimil. at defenſor non habet mixtum imperium, vt ff. ad municip. l. ea quæ. ¶ Sed nunquid Baiulus cognoſcit de cauſa ſtatus? dico quod non, omnino: quia cauſa illa eſt meri imperij & capitalis dicitur, & ſoli præſidi committitur, & ſeruitus morti cõparatur, vt C. de ped. iud. l. 2. ff. de li. cau. l. 1. 2. & 3. & de re. iu. ſeruitutem. And. † *Alias, Idem.*

c *Omnes perſonales.* Sumi põt ex hac l. arg. ꝙ Barones debeant conueniri coram Baiulo, ſi non eſt quæſtio de feudo, & rebus feudalibus. Sed contra, infra de off. mag. Iuſt. l. fi. G.

d *Minimis etiã furtis.* Nota hic tria genera furtorum, magnum, minus, & minimum.

ADDITIO. *Adde, quòd immo ſunt quatuor ſpecies furtorum, de quibus enumerat Paul. de Caſt. authen. ſed nouo iure. C. de furtis. & per Angel. in l. 1. in princ. ff. eo. tit.* Superantius.

De magno & minori habes ſuprà de offic. Iuſtit. l. 1. De minimo habes hic. De magno, ſiue ciuiliter, ſiue criminaliter agitur, Iuſtitiarij eſt cognitio: de minori non, niſi criminaliter agatur: de minimo

ANDRÆAS DE ISERNIA.

Iuſtitiario ſupra de offic. mag. Iuſtit. l. cauſas. Limitatur tamen hæc quantitas, videlicet, uſque ad libram auri, & quæ dicta ſunt ibi, repetenda ſunt hic.

Cæterum. Tertia pars, ibi vult officiales iſtos habere gagia, & expenſas a Curia, ſicut ſuprà, de offi. mag. Iuſt. l. pe. in fi. iſti magiſtri Camerarij ſunt hodie Secreti, ut in ſuperioribus dictum eſt.

QVæſtiones. Sed cum hodie non ſint magiſtri Camerarij, erit cognitio magiſtri Iuſtitiarij, ubi eſt patronus, & aduocatus fiſci, arg. C. ubi cau. fiſ. l. ad fiſcum. & de delato. l. omnes. lib. 10. & de iure fiſci. l. ſi fiſcus alicui. & de modo mulct. l. fi. Non autem erit cognitio magiſtrorum rationalium, quia non habent cognitionem ipſarũ cauſarum, quæ vertuntur inter fiſcum, & priuatum, ubi eſt quæſtio de introitu, vel exitu pecuniæ, ſicut patet per c. officij eorum. Et ita vidi determinari de facto in conſilio. Barthol. de Capua.

De cauſarum cognitione coram Baiulis. Rub.

LOcorum Baiuli. Hic quærit glo. ſi Baiulus habet mixtum imperium? Sed expreſſum videtur ſupra de offic. mag. Camer. qui ſunt Secreti. hodie uendunt baiulationem in genere, in qua tranſit iuriſdictio, quam ipſi Secreti habent, ut ibi dictum eſt. De cauſa uerò ſtatus non cognoſcit Baiulus. Nunquid dabit tutorem? Videtur quod non: quia hoc tantum ei committi uidetur, cui id nominatim datur, ff. de tut. l. muto. §. tutoris datio. Item eſt permiſſum tãtum maiorib. magiſtratib. ut præſidibus, & legatis, & proconſulib. ff. de tut. & cur. dat. ab his. l. 1. Item defenſor ciuitatis non dat ei cuius facultates ſunt ultra quingentos ſolidos, ut Inſti. de Atil. tuto. §. pe. Verius dicitur, ꝙ ſic, et ſi pupillus ſit multum locuples, dummodo non ſit feudum: quia in feudo dat Baiulum ſolus Rex, ut infrà de iu. Baiu. l. 1. & de ſucceſ. l. in aliquibus. in fi. & hoc, quia omnes cauſæ ciuiles pertinent ad Baiulum: & qui dicit omne nihil excipit, ff. de ſeruit. urba. præd. l. ſi ſeruitus. licet poſſit exponi, id eſt, omnis generis, ſic Inſtit. de ſuſpect. tuto. §. 1. habet ergo pluſquam defenſor, qui ultra trecentos aureos non cognoſcit, in Auth. de defen. ciuit. §. iudicare. Plus enim, uel non minus eſt cognoſcere de re magni ualoris, quam tutorem dare ei, qui habet magnas facultates: ſed cuiuſcunq; facultatis ſint, facultates cognoſcit Baiulus, dummodo non ſit feudalis, ut ſupra dicitur. Item, quia eſt mixti imperij, ut l. cognitio. ff. de offic. eius cui mand. eſt iuriſd. de quo cognoſcit Baiulus, ut ſupra dicitur. Et ſi dicatur, quod debet nominatim committi, non autem eſt nominatim, quod fit inter cæteros. ff. de lib. & poſth. l. 2. Dic, quod ſi nominatim committatur, valet, ut in l. cognitio. nec prohibetur ibi, quin detur ei, qui de mixto imperio cognoſcit. ff. de iuriſd. om. iud. l. 1. ubi nominatim, & expreſſe dicit, quod qui de mixto imperio cognoſcit, poteſt dare tutorem. ¶ Sed an de ſuſpecto tutore cognoſcit Baiulus? & uidetur, quod ſic, propter utilitatem pupillorum, ff. de offic. eius cui man. eſt iuriſ. l. cognitio. ff. de ſuſpect. tut. l. 1. §. 1. Alij dicunt contrarium: quia cauſa famæ eſt criminalis quodam modo: quia ex parte accuſati de ſuſpecto non conſtituitur procurator. ff. de ſuſpect. tut. l. planè. in gl. hæc additio non uidetur ualere, communiter contra, ff. de procu. l. ſeruus quoque. §. publicè. in glo. ¶ In ſecundo genere cauſarum, ubi imponitur pœna relegationis, & infrà, ſicut eſt cauſa ingratitudinis, qui accuſatur per procuratorem, eo. tit. l. ſed hæc. §. 1. & l. non ſolum. §. fin. ubi dicitur non facilè dari procuratorem: fortè intellexit, quando arguitur de dolo, & de ſubtractione rerum pupillarium, & loquitur ex parte accuſati, dicit glo. Item in remotione ab ordine dignitatis, & honore conſtituitur procurator. ff. quæ ſen. ſine app. l. 1. & illa grauior eſt, quam remoueri poſſit a tutela, quod poſt ſententiam infamat, quando ob culpam. Inſtit. de ſuſpect. tutor. §. ſi quis. & C. de dignit. l. iudicem. lib. 11. & in dicta l. planè. excuſatur ex ulti. quia non accuſauit contutorem de ſuſpecto: quia ignorauit eum male agere, ut dicit litera: non dicit, quia non potuit per procuratorem. Et ſi poterat per procuratorem, non debebat aſſerere, quod ignorabat. ff. de actio. empti. l. Iulianus. §. 2. Satis æquum dicetur, quod ille, qui poteſt dare, poſſit remouere, quia & eius eſt corrigere, cuius eſt condere. C. de legib. l. fi. de ſacroſanc. eccleſ. omni. propter vtilitatem pupillorum, vt ſicut plures inuitantur ad accuſandum, ita plures ad iudicandum: durum eſt tamen dicere contra glo. communiter dicentes, prætorem, in Roma, in prouincijs præſides, & legatos, proconſules tantum de ſuſpecto cognoſcere. ponit Azo in ſumma, de ſuſpectis tutorib. & ff. de adminiſtrat. tutor. l. 1. §. ſuſpecti. vbi ponitur nomen præſidis generaliter, dicit Azo in dicta ſumma pro omnibus, quibus defertur ſuſpecti cognitio, qui ſunt Prætor, Præſides, & legati, Proconſul. Leges etiam communiter dicunt, quod eſt actio, vel accuſatio. Item nota tria

minimo cognoſcit Baiulus.hæc probantur hic, & in prææ̃lle.l.1.de offi. Iuſtit. Item quantitas magni furti expreſſa eſt in d.l.1.C. de officio Iuſtit.de quantitate minoris dic a contrario ſenſu legis, quæ eſt, de verb.ſign.hæc adiectio.ff.ex qui.cau.ma.l.ab hoſtibus.§ ſed quod ſimpliciter.De quantitate verò minimi,quantum ad iuriſdictionem, habes.ff.de dolo.ſi oleum. §.vlt.& l.idem. & infrà de dila. l.1. Quantum ad iuriſdictionem, ideo dixi,quia furtum committitur, & furti agitur etiam pro vili gallina, vt Inſtitut.de rer.diu.§. gallinarum. ff.de fur. ſi quis vxori.§.ſi quis maſſam. ¶ Sed ego quæro, an pro minimo furto poſſit agi criminaliter? lex .n indiſtinctè dicit pro furto ciuiliter agi poſſe, vt C. quan. ciui. actio præiu.cri.l.1.ff.de fur.l. vlt.Item habes quòd de furto domeſtico & leui † neque ciuiliter, neque criminaliter agi poteſt. ff.de furt.l.ſi libertus,& de pœ.l.reſpiciẽdum.§. furto.¶ De minori etiã furto ſi ciuiliter agatur, de eo cognoſcet Baiulus, ne remaneat impunitum, cum ad Iuſtit. non pertineat, niſi criminaliter agatur,vt in l.prædicta,de offi.mag.Iuſtit.de minimo verò furto ſecundum leges iſtas,dic vt hic no. G.

† *Aliàs, idem.*

a *Mem-*

de quibus comprobati pœnam ſui corporis, vel ablationem [a] mẽbrorum incurrere non deberent, audientiam ſuam impartiri debebũt.

De fure capto per Baiulũ Iuſtitiario aſsignando cũ re furtiua.

TITVL. LXVI.

Baiulus ſi aliquem furem ceperit extraneum de magno, vel minori furto, nõ dimittat eum: ſed aſſignet eum Iuſtitiario cum re furtiua, & omnibus bonis ſuis: ſi verò fuerit ciuis, vel villicus, ſimiliter aſſignet Iuſtitiario. Et per Baiulum omnes res eius mobiles ipſius furis debent vendicari ad vtilitatem Regij fiſci.h.d. Matthæus.

† REX GVL.

BAiulus [b] ſi furem ceperit, abire ipſum aliquatenus non permittat: ſed ſi quidem fur extraneus ſit, ipſum cum toto ſuo, & re furtiua Iuſtitiarijs noſtris aſſignet. Si autem ciuis fuerit, ſeu villicus, † fur cum eo quod fuerit furatus, Iuſtitiarijs ſimiliter noſtris aſſignet: res autem mobiles ipſius furis, qualcunq; habuerit, per Baiulos eiuſdem loci fiſci iuribus vendicentur.

† *Aliàs, ruſticus.*

De officio Baiulorum.

TITVL. LXVII.

In hac conſtitutione proſequuntur ea, quæ pertinent ad officium Baiulorum: nam vltra iuriſdictionem ciuilem, quam habent, & mixtum imperium, vt in conſt.præcedenti dictum eſt, pertinent etiam ad officium Baiuli tria, quæ hic continentur. Matth.

† REX GVLIEL.

AD officium Baiulorũ * præcipuè volumus pertinere, contemptas aſſiſiarum pęnas ſuper

a *Membrorum*. Patet hic quod de minimo furto non agitur criminaliter: ſi enim ageretur criminaliter, † pęnam corporis,& abſciſſionis membri pateretur accuſatus, vt in Lombar. de fur.l. de latronibus.& hoc ſicut innuit hoc uerbum,negatur. G.

† ADDITIO. *Gloſſa iſta tenet, quod de minimo furto non agatur ciuiliter: tamen hodie ſecus eſt, vt in c.ad hoc, inf. Ego credo quòd hæc conſtitutio magis habeat reſpectum ad auth.hodie. C.de ſeru.fugit. Item ideo dicit de minimo, quia de magno nec ciuiliter poſſet cognoſcere, ſupra in conſtit. Iuſtitiarij nomẽ & normam.* Barthol. de Capua.

De fure capto per Baiulum Iuſt.&c. Rub.

b BAiulus. Cõſtitutio iſta vult, q̃ ſi Baiulus furem capiat, ad prędictum remittat puniendum, cõcor.in Auth.de defen.ci.§.audiẽt.& intellige de fure, qui magnũ cõmiſit furtũ, aliàs † ipſe poſſet cognoſcere, vt ſupra tit.1.in fi.

† *Aliàs, Idem.*

* ADDITIONES. *Scribentes, in cap. Regni.incip. Item præfati Secreti, fol.102.* Iacob.Anellus de Bottis.

¶ *Et quam iuriſdictionem habeant Baiuli, & an ſint de maioribus iudicibus vide Io.de Amicis, conſi.42.* Fabius Iordanus.

De mu-

ANDRÆAS DE ISERNIA.

tria genera furtorum,magnum ſcilicet,minus, & minimum,ut in gl. De minimis,quæ ſunt vſq; ad duos aureos.ff.de dolo. ſi oleum. & l. ſeq.cognoſcit Baiulus. ¶ Sed vtrum tunc criminaliter agitur? Innuit gloſſa, q̃ non, quia eò caſu eſt pęna abſciſſionis membri, vt in Longobar. de fur. l.de latronibus. hæc non videtur ratio ſufficiens: quia Longobar.legibus non vtimur in maleficijs.Erit ergo ratio,quia pena corporalis imponitur pro primo furto,quamuis modico:quia fuſtigatio, & mercatio ſecundum nouam conſtitutionem iure Romano: in furtis enim animaduertitur extra iudicium, ſeu extraordinariè, aliàs extra ordinẽ.ff.de furt.l.fin.& de priuatis delict.l.vltima.¶ Animaduerſio deſignat pœnam in corpore, vt ff.de iuriſdict. omn.iud.l. imperium. arbitrio iudicis, ubi certa pęna non imponitur,ſeu ſtatuitur.ff.de effract.l.1.§.expilatores, & de pęnis.l.ſanctio. Et licet nõ ſit mors, vel membri abſciſſio aliter, tamen pro motu iudicis caſtigatur fures,vt in Auth.ut nulli iudic.§.penul. quæ eſt C.de ſer. fug. auth. ſed nouo. Mens tamen huius cõſtitutionis uidetur, vt de his minimis delictis cognoſcat Baiulus,etiam ſi criminaliter agatur.quia cùm oẽs ciuiles cauſæ pertineant ad Baiulum, vt litera dicit,ad quid poneret de cauſa ciuili modici furti, quæ poteſt eſſe vnius gallinæ, Inſtit.de rerum diuiſione.§. gallinarum. in fi. Niſi dicas, quod ideo poſuit, ut etiam de ciuilibus, quæ infamant, ſicut eſt furti, ut ff.de his qui notantur infamia.l.furti. & l.1.eod.tit. poteſt Baiulus cognoſcere. Vel ideo poſuit, ut Baiulus cognoſcat de furtis, & de huiuſmodi furtis, recipiendo probationes: non tamen ut puniat, ſed ut informet exinde Iuſtitiarium, ad quem habet huiuſmodi malefactores remittere, vt infrà l. proxima. & C.de accuſationibus.l.ea quidem. lib.12. de decurion.l.2. & ff.de cuſtod. reorum.l.diuus. Vel vt habeat in eis modicam coerctionem,ut ff.de iuriſdict.omn.iud.l.magiſtratibus.ſed illã habent defenſores.ff.de officio eius.l.fi.Vel dic, q̃ poſuit pro carcere, in quo poteſt ponere huiuſmodi maleficos, donec mittat eos ad Iuſtitiarium, ut infrà l.proxi.nam carcer non eſt pęna corporis, qui ad continendos, non ad puniendos maleficos eſt inductus.ff.de pęnis.l. aut damna.§.ſolent.licet ſit pęna etiam carcer.C.de cuſto.reo.l.4. & eſt pęna noxiorum carcer.C.lib. 10.de exact.tribut.l.nemo.pęna eſt, id eſt,pęnalis,ut ī.dicitur. Nam etiam uincula non ad pęnam, ſed ad cuſtodiam adhibentur.ff.de ædil.edic.l.ſi tamen.§.ei qui.in glo.

LOrorum. In gl.no.hic.ibi,ſed ego quæro ſcilicet,ad pęnã corporaliter, vel mẽbri abſciſſionem imponendam,& quod hic dr, q̃ pro minimis furtis põt agi criminaliter, intelligas vſq; ad pęnam fuſtigationis incluſiue: ergo hæc gl.non facit qõnem de minimo furto, per quod imponitur pęna fuſtigationis,ſed de eo furto,per quod imponitur pęna corporalis, vel membri abſciſſio. Barth.de Capua.

In ea.gl.ibi, criminaliter.dic q̃ hodie eſt clarum, vt in cap.Regni, quod incipit,ad hoc.& ſi bis eſt commiſſum,eſt pęna furcarum: ſi ſemel, pęna fuſtigationis, cum ſignatione, vt in d.c. Barth.de Capua.

Sed communis conſuetudo interpretatur illud c. de tribus minimis furtis. Petrus de Monteforte.

De fure capto per Baiul.Iuſtit.aſſig.cum re furtiua. Rubr.

BAiulus ſi furem. No.q. in furto publicantur bona mobilia: ſed iure Ro.non,vt in Auth.vt nul.iud.§.fi. & C.de bo. proſc. auth. bona.& eſt conſtitutio hæc Regis Gul.forte primi: quia ſecundus dicitur fuiſſe bonus. Vel erat tunc frequentia furtorum, aliàs, furum: ideò exaſperauit pęnam.ff.de pęn.aut facta.§.fin. Quod autem dicit gl.q̃ ſi minimum eſſet furtum, ipſe cognoſceret. Intelligendum eſt, ſi ciuiliter ageretur: quia ſi criminaliter vellent accuſare, neceſſariò haberent eum ad Iuſtitiarium mittere: cum ipſe Baiulus criminaliter cognoſcere non poſſit,vt dictum eſt ſupra,l.prox.¶ Sed quid ſi Baiulus, uel magiſter iuratus non capit, ſed recipit cautionem ſub pęna, quòd tali die coram Iuſtit. præſentet ſe ad mandatum,& citationem Baiuli,an Iuſtitiarius condemnet eum,vt cõtumacem,ſicut ſi de mãdato Iuſtit. fuiſſet citatus? Dic quòd tenetur ad pęnam conuentam in cautione. ff.de iud.l.2.§. ſed ſi dubitetur. quæ cautio tenet etiam coram alio præſtita,ut ibi.ff.iud.ſol.l.pen.in fi.

ADDITIO. *Alias dic, quòd citatus tenetur ad pœnam corporaliter, aliàs tenetur ad pœnam contentam in cautione.* Cæſar.

ADDITIO. *An & quando & de veritate iſtius dicti, an duret iſta cautio, vide omnino Bart.in l. cum apud.ff.iudic. ſolui.col.4. & omnino Alb.in l.2.C.de procur.* Cæſar.

Creditur eis, & ſtatur in his quæ facta fuerunt, & pertinent ad eos, argu.C.de accu.l.ſi ea. cum ſi. Et ſi non fuit adiecta pęna certa, iudex arbitrabitur, & ſtatuet.ff.de cuſt. reor.l.ſi quis reum. non tamen Iuſtitiarius banniet eum ex tali citatione, ſeu mandato Baiuli, & magiſtri iurati: quia & ſi ei commiſiſſet Iuſtit.vt citet facientes delicta: nihilominus ipſe, qui debet banniri & condemnari, debet citari.ff.de iudi.l.de qua re. quæ citatio continebit dilucidè a quo, de qua re,& cuiuſmodi querimonia,&c.vt infra de exor. & præpa.iud.l. 1. pro quo facit ff. quod cuiuſque univer. no. l.item eorum.§.ſed ſi. niſi iudex ſic mandet: quia hoc quo minus tollentur poſitiua contraria pluries uidetur in hoc opuſculo. ff.de exer. l.ſed ſi homo, aliàs.l. ſed & hoc.

De officio Baiulorum.

AD officium Baiulorum. Pęnas aſſiſiarum contẽptatum, & ponderum,& menſurarum,l.iniuſtorum debet Baiulus exigere. Et poteſt imponere pęnam non vltra vnciam in bannis forte factis, & contemptis officij ſui tempore. in alijs vſque ad unum auguſtalem, ſic infra de pœn.contu.in ciui.cau.l.pœnam.in fine.

Non ſeruatur modus.C.de modo mulctarum,l.eos.& dic quæ dicta ſunt infra,lib.3.in conſtit.ad legitima pondera.

Ad offi-

ponderibus & menſuris a vẽditoribus rerum, & locatorib. operarũ exigere, ac irremiſibiliter extorquere. Quas ſi in totum, vel in partem dimiſerint, de bonis ſuis proculdubio fiſco noſtro perſoluent. Habebunt autem apud ſe Baiuli prędicti menſuras, pondera, & aſſiſias ſcriptas per ſe ipſos, & iudices ſuos, menſe quolibet, cum ſumma diligentia perquirendas, ne diu graſſari valeant per ipſorum negligentiã tranſgreſſores. Pœnas bannorum etiam ab eiſdem de cõſilio iudicũ, & aliorum noſtrorum Regni fidelium, non vltra vnciam puniendorum, exigant, & ſine remiſſione recipere non omittant. De quorum bannorum numero fore cenſemus pœnas, per ipſos partibus coram ſe litigantibus indicendas, quæ forſan irreuerenter ad ipſos, vel inuicem inſolenter in iudicio litigabunt, quæ tamen pœnæ quantitatem auguſtalis vnius per vices ſingulas non excedant.

De mutuatione † & recommendatione pecuniæ.

† *Aliàs, de pœna negantis depoſitũ, vel mutuum.*

TITVL. LXVIII.

Si conuentus actione mutui, depoſiti, vel commodati negauerit mutuum, depoſitum, vel commodatum: Et poſtea lite pendente, antequam conſtiterit de debito prædicto, confeſſus eſt debitum, in nihilo debet puniri. Sed ſi perſiſtit in negatione, & actor probauit legitimè mutuum, vel commodatum, vel depoſitum, Baiulus debet eum condemnare ad reſtitutionem ipſius, necnon ad tertiam partem eius quod negauit: & probatum fuit, quando ſecuta eſt ſententia condemnatoria commodis regij fiſci applicandam, hoc dicit tota iſta conſtitutio. Matthæus.

REX GVLIEL.

REgiæ [a] maieſtatis * prudentia exigit Regni ſubiectorum conſuetudines ſuperuacuas [b] radicitus extirpare: Hac igitur edictali lege ſancimus, vniuerſos noſtræ iuriſdictioni ſubiectos, qualiſcunque ſit, qui rem, vel pecuniam mutuo acceptam, vel apud ſe depoſitam, cõmodatamque, vel quamlibet aliam rem illis, quorum res eſſe conſtiterit, inuitus vltra terminum, vel legitimum tempus detinere tentauerit, creditore, depoſitore, ſiue commodatore illęſis, ad tertiam partem rei [c] in cauſam deductæ debere mulctari, & eandem compendijs Baiulationis noſtræ acquiri. Sanè per præſentis pragmaticæ [1] ſanctionis edictum noſtris fidelibus duximus diſtinguendum, quòd ſi debitor non fuerit ad callida argumenta cõuerſus, animumque non habuerit creditorem ſuũ credito, & debito defraudare, & ſine diſpendio creditoris & fatigatione aliqua in Curia veritatem [d] confeſſus fuerit, nulla varia exactione, debitorem prægrauari iubemus.

Si autem veritatem debitor negauerit, & ſuis calliditatibus petitorem circunuenire voluerit, victus de toto eo, in quo fuerit aduerſario [e] condemnatus, [f] integram tertiam Curiæ noſtræ perſoluat.

De clericis conueniendis pro poſſeßionibus, quas non tenent ab eccleſia.

TITVL. LXIX.

Si clericus habeat bona patrimonialia emphyteutica: pro quibus ſoluere debet aliquem canonem, redditum, ſiue cenſum regiæ curiæ, vel alicui priuatæ perſonæ, vel ipſi clerico de nouo ſunt conceſſa, ſub aliquo redditu, & oriatur controuerſia inter clericum & laicum ſuper ipſis bonis, vel eorum redditu, debet clericus conueniri coram illo iudice eccleſiaſtico vbi ſita ſunt ipſa bona, & non vbi clericus habet domicilium: qui iudex occaſione dictæ litis, nullo modo poteſt procedere ad capturam, vel incarcerationem ipſius clerici. hoc dicit ſecundum intellectum glo. hic. Matthæus.

† REX GVL.

† *Aliàs, Idem.*

SI quis [g] clericus de hæreditate, vel aliquo tenimento, quod nõ ab eccleſia, ſed ab † alijs, vel ali-

† *Aliàs, a nobis.*

De mutuatione, &c.

REgia maieſtatis. Si debitor, vel depoſitarius negauerit pecuniam mutuo datam, depoſitam, vel commodatam, ſi conuictus fuerit, punietur in tertia rei ęſtimatione, quæ pęna danda eſt fiſco. Spõte tamen confitentibus parcetur pœnę exactio. concor. C. de nõ nu. pe. auth. contra qui propriã. cum ſuis ſimi. G.

* ADDITIO. *Vide pragm. Reginæ Ioannæ de modo procedendi in ciuilibus cauſis, incip. conſtitutionem.* Fab. Iord.

b *Radicitus extirpare.* Quæ cõtinent aliud, quàm leges. ¶ Et ideo non ſunt conſuetudines dicendæ, imò vt ſuperuacuæ extirpandæ.

c *In cauſam deducet.* Id eſt, in ſniam, vt in fi. huius legis probatur.

1 ADDITIO. *Adde quid ſit pragmatica, vide in l. fin. & ibi glo. C. de diuer. reſcr. glo. in l. iubemus nullũ. C. de ſacroſ. eccl. gl. in ca. peruenit. 1. diſtin. Immo. in c. 1. de re. permut. Card. Zaba. in c. ſuper literis, de reſcr. Card. & Ioã. de Imo. in clem. 2. de vi. & ho. cle. Dom. de Sancto Gemi. in cap. omnes. 19. diſt.* Sup.

d *Confeſſus fuerit.* Facta eſt ergo cõteſtatio litis, quæ hoc iure fit per cõfeſſionem, vt j. de dila. & ex l. 1. & ſic, aut confeſſus ante ſententiã ſatisfacit, & tunc abſoluẽdus eſt ab obſeruatione iudicij. & hoc eſt quod dicitur, omnia iudicia eſſe abſolutoria. quod dic, vt in ſum. Inſtit. de perpe. & tem. actio. circa fi. Aut non ſatisfacit ante ſententiam, tunc eſt cõdemnandus cõfeſſus ad ſolutionem, licet quidã contradicant. quod dic, vt in ſumma. C. de confeſ. §. item quod dixi cõfeſſum haberi pro condemnato. & §. in criminali & §. in ciuili autem cauſa, ſecundum Azo.

e *Condemnatus.* Si autem concordauerit, dat reus Curiæ tertiam partem eius, quod per trãſactionem perſoluit, vt infra de exor. & præpa. l. ſponte. G.

f *Et integram tertiam curia conſequetur.* Super hac cõſtitutione talem ſubijcio quæſtionem. Aliquis mutuauit, depoſuit, vel commodauit alicui aliquid: & poſtea reſtitui ſtipulatus eſt, agit contra eũ ſtipulatione. reus negauit, ſed victus condemnatus eſt, modo quæritur nunquid debet condemnari ad tertiã eius, quod damnatus eſt, ut hic dicitur? Et primo videtur, quod non, quia ſi in iſtis accuſationib. hoc inuenitur ſpeciale conſtitutum, in alijs videtur prohibitum, arg. ff. de iudi. cum prætor. cum ſius fi. Item quia in alijs accuſationibus nil mutatur, ergo ſtare non prohibetur, vt C. de teſt. ſancimus. & de appellationib. pręcipimus. Item expreſſum & optimum argu. ff. de pecu. leg. l. 3. §. ſi filiuſfam. & ff. de cõſt. pecu. item illa verba. §. 1. in fi. Sed certe in õ cõdemnabitur ad tertiam iſte reus, nam omnia negat. & ideo nõ titulus inſpicitur accuſationis, ſed factum, vt ff. de dona. l. qui id quod. in princ. & C. ad Macc. l. 3. & quia actio ſubrogatur in locum alterius, &c. vt ff. ſi quis cau. l. ſi eum. §. qui iniuriarum. Item quia hæc fuit mens conſtitutio. iſtius. Andr.

De clericis, &c.

g SI *quis clericus.* Si clericus habens rẽ Baronis, puta fundũ: & ipſe habitet Neapoli, debet cõueniri ſub iudice Baro-

ANDRÆAS DE ISERNIA.

AD *officium Baiulorum.* In tex. Auguſtalis. Baiulus ergo vſque ad vnum auguſtalem tantum poteſt pœnam imponere, vt hic. Sed pone, quod impoſuit pœnam vltra auguſtalem, forte uſque ad vnciam, nunquid liceat? certe pœna non ualet, tamen quo ad unũ auguſtalem valet, arg. l. hactenus. §. ſi quis centum. de conſt. pecu. & in Auth. de inof. & immen. dot. §. uidetur. & C. de dona. l. ſancimus. & l. ſi quis argentum. cum ſi. & vide And. de Iſern. in proœm. conſt. in 2. glo. in fine. Petrus de Monteforte.

De quibus rebus Baiuli trigeſimam recipere debeant. *Rubrica.*

REgia *maieſtati.* Subiectus alijs non poteſt legem imponere, C. de ſumma trini. l. 1. ff. de iur. omn. iud. l. ſi. Item no. quod depoſitarius, commodatarius, & debitor, qui mutuò recipit, ſi uelit litigare, & non reſtituere poſt terminum, & legitimum tempus, perdunt tertiam. Item ſi tractus ad iudicium confiteretur veritatem, in nullo punitur: ſed ſi negat ueritatem, & probatur, & conuincitur, eo damnato ſimiliter perdit tertiam; ſed ſi tranſegit, & concordauit, perdit tertiam partem eius, quod per tranſactionem exoluit, vt in glo. quæ dicit, quod per confeſſionem iure illo fit litis conteſtatio, & qui ſatiſfacit ante ſententiam abſoluitur, ſed ſi non ſatiſfacit ante ſententiam, tunc ſic. Vbi ergo dato libello ante lit. conteſt. fateatur animo lit. conteſt. dabitur ſententia, aliàs ſi ex abrupto ſtatim, quod fuit interrogatus ante libellum datum fateatur, tunc datur præceptum, ut ſoluat. C. de lit. conteſt. l. 1. in glo. ff. de iudi. l. ſi debitori. tunc pœna iſtius legis non teneretur. Sed an tunc ſoluat trigeſimam? dic vt infra l. conſtitutionem. And. de Iſer.

De clericis conueniendis pro poſſeſſionibus, quas non tenent ab eccleſia. *Rubrica.*

SI *quis clericus.* Iſtę conſtitutiones nihil ualent: imò ſunt caſſæ & irritæ: quia ſunt contra perſonas eccleſiaſticas, & eccleſiaſticam liberta-

Baronis,nō Neapoli. Quod intelligo de iudice cōpetenti,puta eccleſiaſtico,quia ſub alio conueniri † nō poteſt,quātuncunq; vellet Imperator,vt extra de foro compe. cap.ſi diligenti.nā Imperator non poſſet tollere legem Papę,vt arg.ff.de arbi.l.3. Et no.q́ iſta conſti.continet ius commune,ut C.vbi in rem act.l.fi.Siquis clericus.infra de fide inſtr.l.cum iuſtitię.

† Additio. *Nota clericum, & religioſum poſſe cōueniri corā iudice ſeculari in cauſa ciuili. ſ. vbi retinerent ſeu poſſiderent ipſi bona burgēſatica, quæ ſūt de burſa Imperatoris.Rō erit, quia potius in hoc caſu inſpicitur qualitas rerum, quam qualitates perſonæ,et iudicis eccleſiaſtici, et vt res Imperatoris habeāt ampliorem prærogatiuā, quam alia res cuiuſcunque. & intellige hanc cōſtit. ſecundū no.in conſt. ſi quis clericus.ſup.tit.1. & conuenitur ēt clericus coram iudice ſeculari in cauſis criminalib. in duob.caſibus, vt in conſti.de perſonis. Sed qui contineantur appellatione clericorū, omnis ordo ſacer, de iure canonico, 11.q.1.de perſona.de iure ciuili no. auth.preſbiteri.C.de epiſ. & cler.Sed an contineantur Canonici, vide extra de ver.ſig.c.cum tibi. & qui appellatione Sacerdotum.c.2.extra de cohabit.cler.* De Bottis.

1 Additio. *Adde, quòd bona patrimonialia clericorum, gaudent*

quo per [1] patrimonium,ſiue aliud teneat appellatus fuerit, volumus, vt de hoc in Curia illius, in cuius terra poſſeſsionem,vel tenimētum habuerit, [a] reſpondeat,& quod iuſtū fuerit faciat, non tamen,vt perſona ſua exinde capiatur, vel [b] incarceretur.

De ſacramento præſtando a Baiulis.

TITVL. LXX.

Iſtud iuramentum,quod habent præſtare Baiuli iuxta formā traditam ſupra in conſtitutione puritatem.per manus magiſtri Camerarij,vel Secreti,debēt publicè, & non ſecretè præſtare.& h.d. iſta conſti. Matth.

IMPER. FREDER.

BAiuli [c] locorum,& iudices publicè ſuper iuſtitia miniſtranda ſacramenta præſtabunt,quæ præſtanda per magiſtros Camerarios præmiſſa conſtitutio noſtra decreuit. Illud tamen ſacramento Baiulorum expreſsè vidimus inferendum,vt pœnas [2] & mulctas veteribus legibus,& noſtris conſtitutionibus comprehenſas ab his, qui in eas inciderint, prout ad ipſorum iuriſdictionem, & cognitionem cauſæ pertinere noſcuntur, nulli

dent eodē priuilegio cū bonis eccleſiæ, ut eſt gl.in ver.obligata.in c.ex literis.de pign. c.ſi.in ver.facultatib.de vi.& hone.cle. glo.in c.ſumuntur.16.q.1. Card.Zab. in c.1.de dolo, & contumac. Superantius.

a *Reſpondeat.* Vide multa ſimilia ad hanc conſtit. Quæ ponit hic in ſum. qualiter diuer.le.ho. iu. res di. de. l.1.

omnino gratiæ, & honori penitus deferentes,ſine diminutione requirant, & recipiant requiſitas.

Noua conſtitutio.

Vult hæc conſt. q́ clericus, vel quiuis alius religioſus reſpondeat corā iudice ſeculari de quolibet interdicto cōuentus. Lal.de Thuſc.

†IMPER. FREDER.

DE Burgenſaticis * petitorio, vel quolibet poſſeſſorio adipiſcendæ,recuperandæ, vel etiam retinendæ poſſeſsionis clericum, ſeu etiam quemuis religioſum pecuniaria actione conuentū in ciuili volumus examine reſpondere, rei qualitate potius in hac parte, quæ petitur,quàm perſonæ conditione, ſeu iudicij qualitate penſata.

De numero Baiulorū per loca.

TITVL. LXXI.

Quoniam multitudo ſæpe officialium iudicum habentium cauſam iudicare,non poſſunt de facili conuenire in unum ad iudiciū, & ideo litigantibus paratur impedimentū, ſtatuitur hic,vt tres tantūmodo conſtituantur Baiuli,qui ſint de demanio Regis in locis,in quibus debent conſtitui Baiuli, & non plures.h.d. Matthæus.

† FREDER. IMPER.

SÆpe [d] contingit,quod multitudo officialium, qui de facili cō-

b *Incarceretur.* Quid in laico,nunquid in cauſa ciuili, ſi non ſatisfaciat,incarcerabitur? credo quod ſic,quia ceſſio bonorum ad hoc prodeſt ſibi,ne detrudatur in carcerem, vt C. qui bo.ced.poſ.l.1.Item nō eſſet priuilegiū clericale,ſi quilibet de populo hoc hēret,ut ff.ad muni.l.1. & de cōdi.inſti.l. verba.& de le.1. ſi qūs, & C.de theſau.l.1.li.10. † *Aliàs, Idem.*

De ſacramento, &c.

c BAiuli.Eſt finis cōſtit.quæ eſt ſupra, puritatem.

2 Additio. *Adde an iſta differāt inter ſe, vide per Spe.in ti.de ſen. prolat. in §. 1.ver. eſt & quarta ſpecies.et per Archid.in cap.ſtatuimus,in ult.col.16.q.1.* Super.

* Additio. *Hæc conſt.corrigitur per c.Itē ſtatuimus, q́ clerici. & per aliud cap.itē ſtatuimus, q́ clerici, qui clericaliter.* De Bottis.

De numero Baiulorum per loca. Rubr.

d SÆpe contingit. Fræ nat hęc conſtitutio multitudinē Baiulorū, vt ultra tres nō ſint concor.in Auth.de teſt.l.1. † *Aliàs, Idem.*

Vt clo-

ANDRÆAS DE ISERNIA.

libertatē,† vt in auth.caſſa & irrita. niſi quia Impator potuit tollere illā auth.C.de le.l.digna vox.Iure cano.hæc decernūtur corruptelę.

Additio. *Adde,quæ dicantur ſtatuta contra libertatem eccleſiæ? vide tex.in c.2.de verb.ſign.in 6. Bal.in l.cunctos populos C.de ſumma Trin.Card.Zabar.in repet.c.perpendimus.de ſent.excom. Abb. & Ioan. de Imo. in cap.ſi.de rebus eccleſ. non alie.Lap.alleg.22. Angel.conſi.48. incip.ex themate dicto,duo dubia diciuntur.Abb.conſil.62. incip.videtur primo dictum legatum. in 1.vol. Idem Abb.conſil.84.incip.præſens dubium.in eo.vol.*

† Additio. *Vide eundem And. in c.1.§.eccleſiaſticam. de ſtatu. contra liberta.eccl. & in c.1.§.ſed mulier.nu.4. & in fi.de capit.Conra. & vide ad hanc conſtit. Guliel. Bened. in c.Raynutius, in ver. & uxorem,nu.414.pro feudo tamē, quòd clericus tenet a laico,poterit coram eo conueniri, vt per And.in c.1.qualiter vaſal.immo poſſet cogi ad præſtandum iuramentum fidelitatis huic domino temporali, vt ibi. & in c.1.de noua forma fidelita.& per Iacobi.in tract.de feud.in ver.Princeps, col.6.in fi.& plures alios caſus vide per Iacobi.in l.1.ff.de iudic.& Bar. & Bal.in l.1.C.de ſacroſanct.eccleſ.* Fab.Iordanus.

Nam in liberis rebus,& Burgenſaticis fiſcus ab inteſtato non ſuccedit clerico, cum quo nullam habet cognitionem.12.q.vlt.c.vlt.extra de ſucceſ.ab inteſt.c.1.& 2.& dictum eſt ſupra,de off.mag.Cam. l.præſenti.in fi.quæ ſimiliter caſſa eſt,quantum ad hoc.ſic etiam caſſa eſt ſupra,de offic.Iuſtit.l.perſonis clericorum. & adde,quæ ibi dicta ſunt.Deceptus fuit hic legiſlator, dum dicit hic attendi huius rei qualitatem,non perſonæ cōditio.ſeu iudicii,pro quo eſt,quia res conuenit non perſona, immo perſona ratione rei quando inanimata eſt, & impropriè dicitur cōueniri res. Nam res ſumit cognitionem a perſona,non econtra.C.lib.10.de impo.lucr.deſcr.l.1.§.1. de acq. hære. l.per procuratorem. C. de inof.teſt.l.fin.in fi. Sic in delictis perſona delinquit,& non res.in Auth.de man.Prin.§.oportet. Inde iudicium ſeculare non eſt de rebus clericorum, quia bona eorum ſumunt conditionem perſonarum.11.q.1.c.ex his.dignior eſt perſona,quam res. nam res gratia hominum ſunt inuentæ. ff. de viu.l.in pecudum. de viuſ.l.pen.iux.illud poeticum:Res mihi,non me rebus ſubijcere volo.

lo.concor.ut no. C. de ſacroſanc.eccl.l.ſancimus.in fi. Dicunt etiam imperiti,quod Papa,& eccleſia Roma. approbauit iſtas conſtit. & ſic ipſe videtur feciſſe.ff.de verb.ſignific.l.lege obuenire.ſed iſta affirmatio,ſeu probatio,ſeu cōfirmatio non apparet. Vnde ei qui eam dicit, incumbit probatio.ff.de probat.l.2. & ſi apparet in genere, non videtur approbare id, qđ ſpecialiter conceſſurus non erat.ff.de pec.l.qui peculium.ff.de inof.te.l.ſi qū.ſicut patronus remittendo iu's patronatus,reuerentiā ſibi debitam non remittit.C.de bo.li.l.fi. Et ep̄s remittendo iura ep̄alia,non remittit cathedraticū,vt extra,de don.c.fi.

SI quis clericus. In glo.1.No.ex hac gl.expreſſum per c.ſi diligenti.de foro compet.cum ſi.clericum etiam in patrimonialibus priuilegiatum,vt nō conueniatur niſi coram iudice eccleſiaſtico:ſic etiā no.Io.And.in c.ſi quis in ius.ext.de re.iu.lib.6. ſic & pro patrimonialibus non ſoluit collectas, vt dicit c. Regis Caroli II. tp̄e vicariatus in planitie S. Martini, quod incipit, Item ſtatuimus,quòd clerici.

De ſacramento præſtando a Baiulis. *Rub.*

BAiuli locorum. Repetit, quod dixit ſupra de offic.mag.Camer. l.puritatem. And.de Iſer.

Noua conſtitutio.

DE Burgenſaticis. In tex.Reſpondere. No. clericum, & religioſum poſſe conueniri coram iudice ſeculari in cauſa ciuili, ſcilicet vbi ipſi retinerent,ſeu poſſiderent aliqua bona burgenſatica, quæ ſunt de burſa Imperatoris. Ratio eſt, quia potius inſpicitur qualitas rerum in hoc caſu,quam qualitas perſonæ & iudicis eccleſiaſtici, & vt res Imperatoris habeant ampliorem prærogatiuam,quam aliæ res cuiuſcunque alterius. Conuenitur etiam clericus coram iudice ſeculari in cauſis criminalibus in duobus caſibus, vt in conſtitutione, de perſonis. Et intellige hanc conſtit. ſecundum ea,quæ no.in conſtit.ſi quis clericus.ſupra tit.1. Marinus.

De numero Baiulorum. *Rubrica.*

SÆpe contingit. No.de multitudine, quæ innumeroſa nihil habet honeſtum,vt in Auth.de referen.circa fi.aliàs,de ſan. epiſco. Sic 1.Machab.3.c. Non in multitudine exercitus eſt victoria.& Veget.lib.3.nimis aliàs vnus copioſus exercitus magis propria multitudine,

Vt clerici, vel iudices non ſint Baiuli, & de pœna, &c. Rub.

a Clerici quoque. Prohibet clericos a Baiulationis officio. concor. C. de teſt. l. hac conſultiſſima. & prohibet iudices forte illa ratione, qua quis meritò ſacerdotes appellat, ut ff. de iuſt. & iu. l. 1. Item dicit, quod in Calendis Septembris debent vendi & concedi Baiulationes: ſed iure noſtro in Calendis Ianuarij. & tunc ille dies erit feriatus, vt ff. de ferijs. l. pridie.

In quibus rebus petatur trigeſima. Rub.

b Conſtitutionũ. In quacunque re, vel in contractu, excepto mutuo, depoſito, & commodato, tenetur condẽnatus ſoluere trigeſimam Baiulo, vel ab utraque parte, ſi tranſactio interuenit. Plus accipiens punitur in duabus libris auri. Quantum autem de iure cõmuni licitum ſit iudicibus accipere, patet in Auth. de iudi. §. ne autem. In prędictis tribus caſibus accipiet a conuicto tertiariam, a confeſſo non, niſi ut ſupra de mutu. & co. Sed nunquid a cõfeſſo recipiet trigeſimam in cæteris cõtractubus? videtur, q̃ nõ, quia quod ibi in territorio, hic in trigeſima vr̃ fore dicendum, cum ſit eadẽ ratio. ſed quòd hic dicit accipi a tranſigentib. & ſic tranſactio pro victoria habetur, argu. ff. manda. l. fin.

† Aliàs, Idem.

c *Statuebant*. Supra de depo. & mu. & cõm. l. Regiæ maieſtatis.

d *Quantitatis*. In perſonali.

uenire non poſſunt, litigantibus in ipſorum rationibus impedimentũ inducat. Statuimus igitur, vt tres tantummodo Baiuli, & nõ plures, in locis quibuſlibet ſtatuantur: & ipſos etiam de demanio, & homines demanij eſſe præcipimus.

Vt clerici, vel iudices non ſint Baiuli, & de pœna facientium contra.

TITVLVS LXXII.

Clerici ſecularibus negocijs non debent ſe immiſcere, prout ſacri canones ſtatuerunt: & ideo non poſſunt eſſe Baiuli, neque iudices Baiulorum: & cõtrarium facientes puniuntur pęna publicationis bonorum ſuorum: & in Calendis Septẽb. debet fieri cõceſſio Baiulationis, uel ad extalium, uel ad credentia. h. d.

† FREDER. IMPER.

Clerici [a] quoque, quos a forenſibus negocijs ipſe ordo clericalis excludit, ad adminiſtrationes Baiulorum, vel ipſorum officia nullatenus admittantur.

Quod etiam ad iudices extendentes, ipſos a Baiulationibus, & Baiulorũ conſortijs priuatis, & publicis remouemus: Eoſdem etiam publicatione bonorum ſuorum, ſi contrafecerint, condemnantes, & Baiulationes omnes vbique per Regnum a Calendis Septembris inchoari pręcipimus, ſiue in extaliũ, ſiue ad credentiam collocentur.

In quibus † rebus petatur trigeſima?

† Aliàs, de trigeſima, et ſalario officialium.

TITVLVS LXXIII.

In quacunque re vel contractu, excepto mutuo, commodato, & depoſito, tenetur ſoluere condemnatus Baiulo trigeſimam: vel ſi tranſactio interuenerit, tunc ab vtraq; parte exigetur. In prædictis verò trib. caſib. recipit a conuicto tertia, a confeſſo nihil, et plus accipiẽs punitur Baiulus in duab. libris auri, præter periurij pęnam. h. d. Lal. de Thuſ.

† IMPER. FREDER.

† Aliàs, Idem.

Conſtitutionum [b] prædeceſſorum noſtrorum defectum neceſſario ſupplemento ſupplentes, quæ in certis tãtum quæſtionibus, & perſonis, commodato videlicet, mutuo, & depoſito, Baiulos tertiariam recipere [c] ſtatuebant, nec de alijs aliquid: ſanctiones ipſis non modicam malignandi materiã offerebant. Statuimus, vt de cauſis alijs, tam mobilium, quàm immobilium, & quaruncunque rerũ, quæ non cadunt in nomen contractuum prædictorum, ſi perſonali qualibet, vel alia actione reali petuntur, trigeſimam tantum [d] quantitatis, [e] vel æſtimationis rei petitæ Baiuli ipſi exigant, [f] & recipiant [g] a damnato, [h] cum cauſa per ſententiam decidetur: ſicut

e *Vel æſtimationis*. In reali. In actione verò iniuriarum ſeruatur aliter, vt dicitur infrà, qualiter iudi. l. 1.

f *Et recipiant*. Ne labor ſit ſine mercede, ut in Auth. de iudi. coll. 6. §. ne autem. Sed an in principio, aut poſt latam ſententiam? videtur, quod medietas in principio, & medietas in fine exigi debeat, argum. prædicti. §. contra quod, in fine, ſicut hic dicitur. ſed dicas, quod ſtatim lite conteſtata faciat iudex ſe cautum de ipſa trigeſima in pecunia, vel in pignore: & lata ſententia inter ipſum & Baiulos diuidatur, vt infra, qualiter iudex. de iudic. l. 1. & trigeſima ab his petenda, in ver. ſtatuimus.

g *A damnato*. Id eſt, victo reo, videlicet, vel ab actore. Non enim a ſolo reo quando damnatur hæc trigeſima dari debet, ſed etiam ab actore, quando vincetur actor, & reus abſoluetur: quia non debet plus licere actori, quam reo, ſicut dicit regula iuris. & immo æqualitas debet ſeruari in iudicijs: præcipue circa huiuſmodi ſportulas, de quib. hic dicit, ut C. de fru. & li. expẽ. l. fi. & de prox. ſac. ſcri. l. in ſacris. circa fi. ubi dicit æqualitatem litigatorib. volumus obſeruari. lib. 12. & ideo expoſui dam nato. i. victo: nam proprie reus dicitur damnari, cum vincitur: ſed actor cũ perdit, & reus abſoluitur, dicitur victus. C. de pet. hær. l. fi. §. ſinaſit ex contractib. & in fi. ubi dicitur, q̃ ſi petitor fuerit uictus. & ff. de pign. ſi ſuperatus. & de re iudi. l. ſæpe. §. ſi ex duob. & C. de iudi. l. properandum. §. ſin autem. Vel dic, q̃ etiam actor poteſt dici damnatus, cum perdit: nam abſolutio rei, damnatio eſt in actore: ſicut & libertas dicitur ſeruitus iſto reſpectu, ut ff. de ſeru. vrb. præd. l. 1.

h *Cum cauſa per ſententiam*. In duob. hic corrigitur per inferiorem cõſti. circa iuſtitiæ, &c. videlicet in eo, q̃ hic dicit trigeſimã recipi a damnato. Recipi enim debet ab utraq; parte. Itẽ in eo quod dicit trigeſimã recipi poſt ſentẽtiam: debet enim recipi ita, q̃ ſit de ea cautum ſtatim libello oblato, id eſt, in ipſa litis cõteſtatione, prout vtrumque patet in præallegata conſtitu. in nouis adiectio. quæ ſunt ibi. & concor in Authen. de iudic. §. ne autem. ne labor ſit ſine mercede, & argu. ff. de re milit. l. 4. §. ſed & ſi menſor. & ita tenetur in aliquibus partibus regni. Quod iſta etiam trigeſima, quæ ſoluitur curiæ, vel Baiulo, debet ſolui ab vtraque parte, maxime quia hic ſe refert ad illam conſtit. cum circa. Vel ſi vis dicere, quòd hæc conſti. non corrigatur in aliquo, ſed trigeſima Baiulorum poſt ſententiam, ſemper a ſolo uicto præſtetur: ſicut in alijs multis Regni partibus obſeruatur: dic, q̃ eſt ratio diuerſitatis de trigeſima Baiulorum ad trigeſimam iudicum: quia cum iſta trigeſima Baiulorum ſoluatur poſt ſententiam, vt hic, victus victori

ANDRÆAS DE ISERNIA.

dine, quàm hoſtium feritate deprimitur, maxime ſi rudis & indocta quæ parata eſt ſemper ad cædem. Item no. de tribus Baiulis, corrigitur ſuprà de offic. mag. Camer. quæ dicit vnum. nota etiam de clericis, pro quo eſt. C. de epiſ. & cler. l. placet.

Sæpe contingit. Credo, quod hæc conſtitutio intelligatur, q̃ tantum tres baiuli conſtituantur ad exercenda iura baiulationis, ſeu dohanæ, quæ cõtinentur ſuprà de ſacra. præ. l. fi. & non loquitur hęc conſtitutio de iuſtitia adminiſtranda: quia in ea vnus tantum Baiulus debet eſſe, & non plures, vt ſuprà de ſacr. præ. l. magiſtri Camerarij. in princ. in qua etiam dicitur, quod baiulatio iuſtitiæ uendi non poteſt, & melius infra de apparitore. l. occupatis. §. ſtatu. & vide, quia D. And. de Iſer. in præallegata conſti. occupatis, in ſua lect. allegant hanc conſti. pro contraria, & non ſoluit. Pet. de Monteforte.

De trigeſima ſoluenda. Aliàs, trigeſima & ſalario officialium. Rub.

Conſtitutionum. In tribus contractubus, mutui, commodati, & depoſiti loquitur ſupra eo. l. Regiæ. ſi habeat iuriſdictionem Baiulus in litigijs aliarum rerum quarumcunque, habet Baiulus trigeſimam a damnato. Sed ſi tranſactum eſt ab utroque, habet eam. Hæc trigeſima ſoluitur Baiulo poſt ſniam. Alij dicunt, q̃ recipitur ab utraque parte: & q̃ ſtatim libello dato, ſ. in ipſa conteſtatione litis. Et in his duobus dicunt corrigi iſtam conſtitutionem per ſequẽtem, ſ. cum circa. in hoc conſiſtit tota virtus. ¶ Gl. quærit utrum a confeſſo recipiatur trigeſima? & dicit fore dicendum, q̃ cum ſit eadem ratio, ergo idem ius. Item certè ubi ante litis conteſt. reus non confiteretur dato libello, ſed ſtatim, q̃ fuit in iudicio, & iudex non laborauit, nec actori diſpendium aliquod pertulit ſine ſui fatigatione. Tũc videtur dicendum non deberi trigeſimam aliquam Curiæ. nam iſta conſtitu. non iudicat, ſed facta eſt ad ſupplendum dictam conſti. Regiæ. Sed illa trigeſima, aliàs tertiaria illius conſtitutionis non exigetur dicto caſu, quando confitetur: ergo nec in iſtis, de quibus hæc conſtitu. loquitur ſupplendo, quia interpretans habet locum vbi interpretatum, ut in Auth. de fil. ante do. inſtru. nat. circa finem. quamuis actor laborauit in faciendo reum citari in iudicio. pro quo ſoluit citatori, & ſententia commonitoria, ſententia dicitur. C. de exhib. re. l. neminem. & de epiſc. & cler. l. cum clericis. & lib. 10. de agric. & cenſ. & de prin. & agen. in re. l. fin. libro 12. Quamuis labor & ſumptus actoris non ſit conſiderandus, quantum ad trigeſimam iudicis ſoluendã, quæ debetur pro labore ipſius iudicis, non actoris, vt in Authen. de iud. §. ne autem

iudicialibus [a] nouella noſtri numinis conſtitutio introduxit. Si verò cauſa tranſactionis remedio decidatur, tunc ab vtraque parte litigantium recipiant trigeſimam ſupradictam. Baiulus autem contra prædicta, vel aliquod ſupradictorū veniēs, quæ in noſtris & Regū aſſiſijs cōtinentur, [b] præter periurij pœnā in [c] articulis iuriſiurandi contentā, de quo [d] diuina ſententia cōdemnatur, duas liberas auri puriſſimi ærario noſtro ſe nouerit illaturum.

† IMPER. FREDER.

CIrca tamen cōpilationes * Neapolis, & Straticotis Salerni, ſcilicet Meſſanę, quibus cognoſcere licet de criminib. de ſpeciali & antiquā prærogatiua, & Regni noſtri obſeruatione dignoſcitur eſſe conceſſum, ordinatione conſtitutionis præſentis nihil volumus innouari.

victori tenetur in expenſis, ut C. de iudic. properandum. §. ſin autem. & in Auth. de iud. §. oportet, ubi de hoc. coll. 6. dolo peteret uictus quod uictor ſoluat medietatem huius trigeſimæ, quod iam liquet ſe ei reſtituturum, ut ff. de re iudic. in condemnatione. §. fin. & de doli exceptio. l. dolo. imo melius eſt, ut euitetur circuitus, quod recta uia integra hæc trigeſima exigatur a uicto, ut arg. ff. de leg. 2. cū ab uno. & argu. ff. de condict. inde. l. dominus teſtamēto. cū ſi. ibi no. non ſic liquet in trigeſima iudicū, quę ſoluitur in ipſa conteſtatione litis, ut dictū eſt. Et no. q. poſtquā iudex recipit trigeſimam, non debet recipere ſubſcriptionem pro ſententia, ut infra in prælleg. l. cū iuxta. Vel dic ut ibi in adiectionib. ſuis. Et eſt rō, quia trigeſima Baiulorum ſoluitur lata ſententia, ſed trigeſima iudicum ſoluitur in conteſtatione litis.

a *Nouella.* Infrà qualiter iudi. iudic. per. & uideas nouam conſtitut. infra duorum principū.

b *Præter periurij pœnā.* Quæ eſt poſita infra de aleatoribus. l. 3. & in Lōbar. de periur. l. Deo.

c *Articulis.* Qui poſiti ſunt. C. de iura. calū. l. 2.

d *Diuina ſentētia.* Hęc pœna diuina nō excludit legitimam, ſic & in C. de ſumma Trinitate, & fide cathol. l. 2. in fi. & ſupra cod. puritatem. Alibi uero legitima nō excludit cœleſtem, ut C. de don. ſi quis argentum. §. ult. in fi. adde circa materiam iſtam, quod no. in iure Longobar. de prohi. ali. mi.

† Aliàs, Idem. Et in antiq. codicibus hic eſt §.

• ADDITIO. *Affictus legit non compilationes, ſed compilatorios. i. Iudices Baiuli, ſic dictos quòd in palatio ius dicerent. Infra tamen in conſtitut. cum noua. Compares dictis utantur.* Fabius Iordanus.

De ordinādis iudicib. & quando, & de quibus reb poſsit peti trigeſima. Aliàs de officio iudicum.

TITVL. LXXIIII.

Poſt regnum in pace reformatū vult Imperator reformare iuſtitiam, quæ eſt ſocia pacis, & repulſis iudicibus, qui erant pro tempore inuaſionis regni, mandauit creari alios iudices, quos mon et ut ſecundum iura iudicent, & ferant ſententias incorruptas. Debent enim iudices habere manus mundas, ut in Authen. de manda. princ. in fi. 1. col. & non vendere auro iuſtitiam, ut in Auth. ut iudi. ſine quo. ſuffrag. §. neceſſitate. in fi. §. ne tamen labor iudicis ſit irremuneratus, ut in Authen. de iud. § ne autem. & hoc in fi. vult quod poſſit ſemel accipere in cauſa a partibus eſculenta, & poculenta, & trigeſimam totius æſtimationis litis, in poſſeſſorio concedit eis ſexageſimam, quæ trigeſima vel ſexageſima ſoluetur eis poſt cauſam finitam ſententia vel tranſactione. Item habebunt ſimilem partem de compoſitionibus maleficiorum, & etiam rerum incorporalium, ſcilicet iurium, id eſt, ſeruitutum, & differt hæc conſtitutio ab illa, quæ eſt ſupra de trigeſima exigenda, quia illa conſtitutio prouidet Baiulo, hæc iudicibus, ut hic in glo. hoc dicit. Lallus de Thuſ.

† IMPER. FREDER.

CVm [e] circa * iuſtitiæ tramites imperialis clementia oculos ſuæ prouiſionis aduertit, & ſui regiminis extollit faſtigium, armando legum munimine imperatoriā maieſtatem, & ſubiectorum grauamina, & oppreſſiones releuat, qui ſola [f] poſt Deum magnificētię Principis lenitate reſpirāt. Diſcreta

De ordinandis iudicibus, & quando & de quibus rebus poſſit peti trigeſima &c.

e CVm circa. Poſt regnum in pace reformatum, vult Imperator iuſtitiam reformare, quæ eſt pacis ſocia: & repulſis iudicibus, qui erant pro tempore inuaſionis regni, mandauit creari alios iudices, quos monet ut ſecundum iura iudicent, & ferant ſententias incorruptas. Debēt enim habere iudices manus mundas, ut in Auth. de mand. Princ. in fi. 1. col. & non uendere auro iuſtitiā, ut in Auth. ut iudi. ſine quoquo ſuffra. §. neceſſitatē. in fi. §. Ne tamē labor iudicum ſit irremuneratus, Auth. de iudic. §. ne autem. & hoc in fi. vult quod poſſint accipere ſemel in cauſa a partib. eſculenta & poculenta, & trigeſimam totius æſtimationis litis. Et hoc habet locum, ubi agitur petitorio. Sed vbi agitur poſſeſſorio, concedit eis ſexageſimam, quæ trigeſima, uel ſexageſima ſoluetur eis poſt cauſam finitā ſententia, uel tranſactione. Itē habebunt ſimilem partem de cōpoſitionibus maleficiorum, & etiam rerum incorporalium, ſcilicet iuriū, uel ſeruitutū, ſi fuerint pecuniæ, & differt hæc conſtitutio ab illa, quæ eſt ſupra de trigeſi. exhi. quia illa Baiulo, hæc iudicibus prouidet.

† Aliàs, Idem.

• ADDITIO. *Contra hanc cōſtitutionem uide Luc. de Penna in lege, annonas. C. de erogat. milit. anno. col. 2. lib. 12.* De Bottis.

f *Poſt Deum.* Imperator enim poſt Deum eſt cōmunis pater omnium ſubiectorum, vt in Auth. neque virum, quod ex do. ctt. ad finē. colla. 8. & concor. 5. de feu. impo. l. vltima. alias fidelium noſtrorum.

De

a Præ-

ANDRÆAS DE ISERNIA.

autem labor, & licet Curia fatigauerit faciendo eum citare per ſeruientem, qui eſt ad pagia Curiæ, hæc modica laboratio nō debet attendi. ff. de impen. l. omnino. & commodo. l. in rebus. §. poſſunt. At ſi dato libello confiteretur animo conteſtandi litem, & litigandi. tunc ſecus. & ſic intelligendum eſt, quod dicit glo. in d. l. Regiæ. quia per confeſſionem facta eſt litis conteſtatio, vt no. de lit. conteſt. l. 1. Sed ſi iudex poſt confeſſionem prædictam factam non animo litem conteſtandi uideat confeſſum ſatisfactionem diffugere: Vel alia ex cauſa ante præceptum de ſoluendo, & det præceptum de ſoluendo, vt ff. de iudi. l. ſi debitori. videtur quod habeat trigeſimam: laborauit enim, & ſic poteſt hæc gl. intelligi. nam præceptum de ſoluendo ſententia dicitur, a qua poteſt appellari, ut dicunt moderni, ut ff. de mino. l. ait prætor §. non ſolum. aliàs §. quid tamen. dummodo non malitioſe ſeu aſtute det præceptum de ſoluendo, vt ibi. nam trigeſima, &c. hac ſola de cauſa, tunc ad iniquum compendiū trahetur actor, vt C. pro empt. l. fin. quoniam ſi reus confeſſus paratus ſit ad ſatisfaciendum infra dictum tempus, ita quod non ſit actor cum ſacco paratus. ff. de ſolu. l. quod dicimus. aut ſi procurat, vt actor dicat ſe contentum, & non inſtet plus, nec proſequatur, uitabit trigeſimam, quia præceptum non dabitur, ſi actor non vult. Nam finis per præmiſſa impoſitus eſt litis: ſed vbi iudex nihil laborat, non habebit. Qui enim non laborat, non manducat. ff. de damno infecto. l. quamuis.

ADDITIO. *Adde l. ſi ex duobus. ff. de noxa. cap. fin. 1. quæſtio. 2. & in cap. ſi impius, de pœ. diſtinct. 4.*

Et præmia debentur labori atque virtuti. C. de ſtatu. & imag. l. fin. De Tiro. l. 2. lib. 12. ille uero, qui tranſigit non confitetur, imò facit rē dubiam. ff. de tranſactio. l. 1. ideo aliud ſtatuitur in tranſigente. in illo etiam bonus iudex laborat, ſcilicet, vt partes concordentur. Quid. n. aliud agit prætor, &c. ff. de oper. no. nuntiat. l. 1. §. unde quæritur. Boni quidem prætoris eſt hoc. ff. ſi cert. pet. l. quidam. Et ſi dicatur, quod tranſigens fatetur, ſicut qui paciſcitur. ff. de his qui notantur infamia. l. quoniam. non ſequitur, imo eſt contrarium ei, qui confitetur tranſigens. nam ſi fatetur, ut dictum eſt, ſine damno erit, vt dicit cōſtitutio Regni Quando reus uenit ad iudiciū, quia citatur, ſed non aliàs animo litigandi agnoſcens ueritatem, & confitens non laborauit tūc iūdex, & ſic non habebit trigeſimam. Vnde ſi petat a iudice, quare uocatur, non per hoc habet animum litigandi. C. de litis conteſtatio. l. 1. in princ. ſic non uidetur conſentire in iūdicem qui edi genus ſibi poſtulat actionis. ff. de iud. l. non uidetur, ut ſciat utrum debeat cedere uel contendere. ff. de edendo. l. 1. in princ. & ſi forte citator domi expreſſit, quod debet fieri, ſcilicet, quomodo, & de qua re, coram quo, & cætera ſupra, de exordijs & prępara. in l. edictorum, forte non intellexit: vel non retulerunt ſibi illi de domo, vel vult melius ſcire a iudice. Nam vox præconis paucis innoteſcit. ff. de in integrum reſtitutione. l. diuus. hæc cognitio ſi expectet & recipit libellum, vel proponitur contra ſe, quando eſt cauſa ubi non datur libellus, & tunc confiteatur, ſatis videtur inde, quod vult litem conteſtari, vt in glo. no. & qui confitebitur ſe mutuo recepiſſe: poteſt probare quod ſoluit, vel aliud ſimile. C. de probationib. l. 1. Quamuis. n. difficile ſit probare animum litem conteſtandi, vel non. ff. de interrogato. actio. l. quia probari poteſt, & probatur per ea quæ quis agit, & dicit. C. de teſta. l. non codicillum. ſicut interiora probantur per exteriora. de acquir. rer. dom. l. 2. §. illud. tunc debebit trigeſimam, cum conteſtetur, vt in litis conteſtatio. in d. §. ne autem. Dom. Andr. de Iſer.

De ordinandis iudicibus, & quando, & de quibus rebus poſſit peti trigeſima. Rubrica.

CVm circa. Primo repetit de numero Baiulorum, ſupra eod. l. ſæpe. Repetit etiam quod officiales habeant manus mūdas, ſic ſupra de officio Iuſtitia. l. puritatem, & quod iudicet ſecundum has conſtitutiones, & in earum defectu ſecundum conſuetudines approbatas,

itaque viciſſitudine temporum, dum poſt bellorum ſtrepitus, obtéta victoria, ſuccederet quies pacis, ad hoc ſe noſtri nominis principalis ingenij erexit prouiſio, vt paci iuſtitiam ſociaret: Ad quod itaque dum perpenſæ deliberationis conſilio vacaremus, diſtincta poſt modũ moderatione [a] præſcripſimus, quot, & quales Baiuli, iudices, atq; notarij per vrbes ſingulas, iuſtitiã miniſtrarent, videlicet, vt his, quos dudum inuaſorũ Regni noſtri per diuerſas prouincias concreauit iniquitas, penitus antiquitatis, & ipſorũ loco de mandato noſtro duobus aut tribus, aut quinque in locis aliquibus, qui contractibus tunc interſint, & vno tantummodò, qui vnà cum Baiulo cauſas examinent & decidant, viris prouidis & fidelibus ſubſtitutis, vt in noui Regis victoria, nouella iuſtitiæ [b] propago conſurgat, qui iuxta tenorem noſtrarum conſtitutionum, [c] & iura, [d] & cõſuetudines [e] approbatas cauſas audiant, auditas examinent, & a gratiarum & munerum ſordibus abſtinentes, de puræ conſcientiæ gremio gratuitas ſententias proferant, non vænales: nihil omnino, præter eſculẽta, & * poculenta, [f] ſemel tantum in cauſis, per ſe vel per alium a litigatoribus capiẽtes. Sed de munificentiæ noſtræ gratia [g] ſalarium à Curia noſtra recipiant, prout vnicuiq; prædictorum in locis ſingulis per noſtram excellentiã eſt prouiſum. Statuimus etiam vt [h] trigeſimam partem quãtitatis in petitione deductæ, vel æſtimationis petitæ rei ſub ſacramento partis & taxatione iudicum [i] ex vtraque parte litigantium, poſt diffinitiuæ ſententiæ calculum, vel cauſas trãſactione, vel amicabili compoſitione, deciſas, pro iudicaturis ſuis, & ſubſcriptionibus conſequantur, &

a *Præſcripſimus*. Supra in quarta conſtitutio. quæ incipit, in locis Demanij.

b *Propago*. Simile infra in l.vltima huius li.ad laudem.

c *Et iura*. No. quandiu locus eſt legi, non eſt ad conſuetudinem recurrendum, vt i.diſtin.conſuetudo. & argum.ff.de auro & argen.leg. pediculis.§.argento, & ad idem.ff.de leg & ſenatuſcon.l.de quibus, in prin.& concor.ſ.de ſeru.vi.co. & Baiu.vt vniuerſis. & de ſacra.a Ba. & Ca.præſt.l. puritatẽ.

d *Et conſuetudines*. Nã ita debet iudicare iudex, vt hic, & ſ.in octaua conſtitutio. q incipit vt vniuerſis & ſingulis. & ibi notatũ eſt de hoc.

e *Approbatas*. Nõ ſeruabis hic ordinem literæ, ne nouis & nouiſſimis legibus cõtradicat. quid enim primo ſequi debeat iudex in pronũciando, quid ſecundò, & tertiò, & deinceps, habes ſupra, de offi. mag. Iuſti.l.vlti. Nouo etiam iure primo iudicet iudex ſecundum legem, ſ. nõ ſcriptam, deinde ſecundũ ius, ſcilicet, ſcriptũ, vt in Auth.coll.3. de defen. ci. §.interim. & iuſi. quod præſt. ab his.§.æquus. & hoc ex eo probatur, quia conſuetudo legi derogat in eo loco, in quo inducta eſt, dummodo conſuetudo ſit poſterior lege, quod dic vt in ſum. quæ ſit lon.conſuet.§. quãtum. Ordinem namq; ſcripturæ ſeruamus, quoties quæritur quis homo, cui primæ perſonæ debeat præferri in aliquo obtinendo, ut ff. de vſufr.quoties. Vbi autem hoc non quæritur in perſonis. Sed hoc, an ualeat ſcriptura ante ſolutionem & in quam cauſam debeat accepta fieri pecunia, & qualiter debeat ferri ſententia, aut quo ordine, non ſpectamus ordinem ſcripturæ, ſed ius, ut ff.de leg.3.cum pater. §.fidei.ff.de ſolu.in his.& eſt ratio, quia prælatio ex ordine conſideratur, an ualeat aliquid uel non de iure. Ponit hic qualiter iudex iudicare debeat, ad hoc ut ſententia iuris conſequatur effectum, ſupra vero de ordine diuerſorum iudicum.

ADDITIO. *De officialibus recipientibus victum ab vniuerſitatibus, quod condemnentur in quadruplum, vide cap. Caroli I. in lib. Baratteriæ. cap.12.lib.2.* Fabius Iordanus.

f *Semel tantum*. Sic C. de poſtu.quiſquis.§.nemo ex his. vbi dicit qđ ſibi ſemel officij, &c.

g *Salarium a Curia*. Quod dicit de ſalario, corrigitur infra titu. l. cum iuxta.

h *Trigeſimam*. Suprà de offi.mag. Ca. & Ba. in fi. titu. Trigeſimam partem, ſcilicet unã pro ſe, de quã loquitur hæc conſtitutio: & alteram trigeſimam pro procura.de qua loquitur præcedens conſtitutio, &c.

i *Ex vtraque parte litigantium*. Fit enim hoc ſecundum vetera iura. Sportulæ nanque quæ dantur iudicib. debent ab vtraque parte præſtari, vt in Auth.de iudi.& ut nulla.§. ne autem circa.

ADDITIO. *Adde an ſportula dentur ordinarijs? vide per Doct. in cap. cum ab omni.de vi. & hone.cler & an ſportula dentur arbitris? vide per Spec.tit.de arbi.in §.ſequitur. Bart.in l.fin.C.de princ.agen. in re. lib. 11. & an ſint hodie interdictæ de iure cano. vide in d.c.cum ab omni. per Doct. & per Innoc.in c.1.de plus petitio.* Superant.

Nam æqualitas hinc inde ſeruãda eſt, ut C.de proximis ſacrorum ſcriniorum.l.in ſacris, & de fru.& lit.exp.l.vlt.& argu. ff.de arbu.ſi de meis. So.ibi, in fine.1.reſpon.& l.ſi cum.§.pen. Sportulæ autem quæ executoribus dantur a reo præſtantur, vt Inſti.de actio.§.tripli. & ſ. de offic.magiſt.Camer.& Baiu.l.Regiæ maieſtatis.& l.ult.in princ.& infra, de extraor. præpo.iud.l. ſæpe. excipias hoc iure in trigeſima, quæ debetur Baiulis ab utraque parte, ſi cauſa tranſactionis remedio decida-

ANDRÆAS DE ISERNIA.

batas, ut ſupra ead l.& eod.tit.l.ut uniuerſis. plene dictum eſt. Item vult ut Baiulus, & iudices recipiant trigeſimam, de hoc plene dictum eſt ſupra.l.cõſtitutionem.& l.Regiæ. Hæc eſt quædam additio circa literam quæ dicit ſalaria dari Baiulis & iudicibus, & ſtatim ſequitur, ſtatuimus etiam vt trigeſimam &c. Et ſic videtur quod vtrunque habeat, ſcilicet ſalarium & trigeſimam, quia uerbum, Etiam, uidetur implicare, ut utrunque debeatur. C.ſi tutor vel curator.in l.etiam. Sed non eſt verum, quia habentes ſalaria a Curia nihil pro ſe recipiunt, ſed omnes trigeſimæ, obuentiones, & prouentus ſunt Curiæ quæ dat ſalaria, ſuprà eod.l.cum iuxta. quam quidam ſicut glo. habẽt poſt iſtam & verbum, Etiam, implicat ad uerbum, Statuimus. ſiue enim ſubſequatur hanc vt glo habebat: non tolleretur præcedens.ff. de leg.non eſt nouum.& l.ſequen.ſiue præcedat. Leges enim nõ corriguntur, niſi quando expreſſe dicitur. Vnde ſciò quæſitum, an idem in alijs officialibus, ut Iuſtitiarijs, iudicibus, actorum notarijs, & cæteris ſalarium habentibus a Curia? Et communis ſententia ſeu opinio eſt, quòd habentes ſalarium, non habent trigeſimam, cùm ſit eadem ratio, ergo idem ius, per ea, quæ aliàs notantur in glo.in ſimili in Authen.de iudi.§.ne autem labor. Per hoc patet, quòd quædam conſtitutio, quam habent quidam hic, & incipit, pro ſcriptura autem. corrigitur per præmiſſa.

In actione iniuriarum. Iure Romano, dicit glo. q de eo quod eſt petitum.ff.de iuriſd.omn.iud.l.cum quædam.§.quoties.

Sexageſimam. C.de iure emphy. l.fin. in illo iure illius legis dicitur de quinquageſima. Hæc conſtitutio, & ſuprà eod.l.conſtitutionẽ, & l.Regiæ videntur loqui in Baiulo Demanij regis Gulielmi, & Imperatorum condentium has leges: An idem ſit in Baiulo Comitum & Baronum, & feudatariorum, & eorum iudicibus, ut recipiant trigeſimam per iura? quod videtur, quia pro labore datur trigeſima eis, ſicut & ſportulæ, ut in Authen.de iudic.§.ne autem labor.& hi laborant in cauſa, ſicut & Baiuli, & iudices Demanij. Econtra quod non: quia Comites, & Barones, & feudatarij ſunt ordinarij vaſallorum, vt in Authen. de quæſtoribus §.ſi vero. & diximus in titulo, quid ſit inueſtitu.in principio. Sed ordinarij, ſicut epiſcopi cauſas committẽdo, & delegando ipſi de ſuo debent ſatisfacere pro labore eorum: & non poſſunt hi expenſarum nomine, uel alia cauſa exigere quicquam a litigante: nam habent redditus, & iura epiſcopalia, per quę ſunt debitores iuſtitiæ, extrà de uita & honeſt. cler.cap.cum non ab homine.in glo.de offi.ordin.cap.inter cætera. hæc ratio ſic eſſet in regnante Barone, Comite, & Feudatario: quia reges habent iura regni, & redditus, ut iuſtitiam ſeruent inter ſubditos, & habẽt feudatarij, præter exactiones indebitas, & extorſiones, & ſubuentiones debitas in quinque caſibus conſtitut. quamplurimũ. propter quod iuſtitiam debent procurare eis miniſtrari. Sed per iſtas conſtitutiones & iura Romana, quibus ſoluuntur ſportulæ.C.de agent.in re.l.fin. cum ſimilibus. aliud ſtatuitur: & ſic debentur Baiulo Regis in Demanio. eadẽ ratio eſt in Baiulis & iudicibus Baronum: & ſic uidemus uti, & ſpecialiter de contraria conſuetutione Regni: per quod idem uidetur in trigeſima: quia interpretatio habet locum, vbi interpretatum, ut ſupra dictum eſt: nam feudatario feudum datur cùm iuribus, iuriſdictionibus, terraticis, ſeu territorijs, hominibus, aliàs omnibus, &c. ſicut dicit forma priuilegiorum. Territorium dicitur a terrendo, iuriſdictionem importans. ff.de verb.ſign. l.pupilli.§.territorium. Et idem eſſet, ſi ſimpliciter daretur feudum: quia eſſet iudex hominũ, vt d.§.ſi verò. per iſtas generalitates. ¶ Et quia debentur labori, ſi Rex, Comes, Baro, vel feudatarius, ſi de cauſa cognoſcerent, haberent trigeſimam, cùm ſint iudices. Aliud ergo eſt iure Cano. ſpecialiter ſtatutum in hoc. Quando verò petitur, & iudex impetratur & datur a ſuperiore ordinario, impetrans dat expenſas ſi proficiſcatur extra domicilium: etiam iure canonico, ut d.c.cum non ab homine. dicit glo. Et ſi ambo impetrent actor & reus, uterque præſtat. dicit Innoc.extra de reſcrip.c.præſenti. Ideo ſi uniuerſitas Demanij, vel Baroniæ,

decidatur, vt de off. magi Came. & Baiu. l. vlt. circa fin.

a *Statim libello oblato.* Concor. cum authen. offeratur, ſed de conſuetudine exigitur litis conteſtatio.

b *Libello porrecto.* Scilicet in conteſtatione litis, vt in Auth. de iudic. §. ne autem. coll. 6. & ideo dicit, ſtatim: quia ſecundum iura iſtarum conſtitutio. ſtatim libello oblato ſequi debet litis conteſtatio, vt infra de dila. & ex immu. l. dilationes in iudicio hactenus obſeruatas, & ſic in ipſa litis conteſtatione quę ſtatim ſequitur. Simile dicitur in litigatore, quod in continenti in triduo proximo poteſt reuocare errorem aduocati, quia videlicet, cauſa ſic de facto triduo tantum durauit, cum aliàs vſque ad ſententiam reuocaret, ut C. de erro. aduoc. l. fi. nõ ergo Baiulus, & iudex deberent in ipſo inſtanti eſſe cum ſacco parato: ſed iſtud (ſtatim) cũ aliquo temporis temperamẽto intelligatur, vt ff. de ſolut. quod diximus, & l. ratum videlicet. vſque ad lit. conteſta. vt dixi. ¶Nam ante litis cõteſtat. partes libere poſſunt a lite diſcedere, & pacta, vel tranſactiones impune, & ſine diſpendio facere in cauſa ciuili, vt infra de tranſactio. inter partes. l. ſponte.

c *Reliquam.* Scilicet trigeſimam, & alter eſt in tex. trigeſima.

De ſa-

† *Trigeſima.*

[a] ſtatim oblato [b] libello, & parti porrecto in pecunia, vel in pignore pro Curia nr̃a, & pro ſe, demum lite, ſnīa, vel tranſactione finita, triceſimã inter ipſos æqualiter diuidendam Baiulus, iudex, atq; notarius, pro ſcriptionib. & ſubſcriptionib. ſuis conſequantur. Præterquàm in actione iniuriarũ, in qua de eo tm̃, quod in taxatione & condemnatione deducit, vigeſima † perſoluatur. Verum ſi poſſeſſionis in iudicio ſola reſtitutio poſtuletur, tunc ſexageſimam tm̃ recipiant, [c] reliquã trigeſimam ſub deciſione pleniſſima in petitorio pcepturi, eſtimatione poſſeſſionis cum ſacramenti ſolennitate præhabita, vt eſt dictum, vt ſic cũ qualitate cauſæ viciſſitudo ſalarij compenſet: & iudices Curiæ non cogant laborib. vacuis laborare. De cõpoſitionib. maleficiorum ẽt, quæ priuatis perſonis, vel parti reipublicæ inferuntur, eandem partẽ a partibus, vel officialib. Curiæ iudicib. percepturis, circa quaſi poſſeſſionẽ iurium his omnib. quæ in iudicijs poſſeſſionum rerum corporalium duximus obſeruandis: Ad cuius ſalarij præſtationẽ partes, aut ſpontè præſtitis, vel ſuffragio Curiæ receptis pignorib. protinus arceantur.

Noua conſtitutio.

Si eſt lis inter homines prælatorum, Comitũ, vel Baronum exiſtẽtes in terra Demanij domini Regis in quibus prælati, vel Comites, vel Barones habeant iuriſdõnem. Et iudex, qui eſt in terra ipſa Demanij conſtitutus a Rege fuerit requiſitus ab aliqua ex partib. litigantib. corã Curia Prælati, vel Comitis, uel Baronis, ꝙ debeat accedere, & interuenire in cã ipſa, & audire, & decidere debet cãm ipſam, et determinare. & tunc habebit vna cũ iudicib. Prælati, vel Comitis, vel Baronis triceſimam æqualiter inter eos diuidendam, & ſimpliciter de pœna, & mulcta. Matthæus.

† IMPER. FREDER.

† *Aliàs, Idem.*

DE quæſtionibus, quas inter homines Prælatorum, Comitum, & Baronum in terris noſtri Demanij (prout aſſolet) habitantes, moueri contigerit: de quibus idem Prælati, Comites, & Barones iuriſdictionem, aut curam habere noſcũtur, uolumus, vt iudex per noſtram Curiam pro tẽpore conſtitutus, ad Curiam Pręlatorum, ſiue nobilium ſe conferat requiſitus, cauſas ipſorum audiat, & debito fine decidat: tam trigeſima, quam pœna legitima, ſiue mulcta per officium iudicis inferẽda inter Curiam noſtram, Prælatos, & nobiles ſupradictos, quorum vaſalli litigantes extiterint æqualiter diuidendis.

Si eſt quæſtio inter fiſcum Regium, & Comitem, vel Baronem de eo videlicet, quia fiſcus dicit talem hominem eſſe vaſallum de Demanio Regis, & ſic Cæſarianum, & Comes vel Baro dicit eum eſſe ſuum vaſallum, tunc iſta quæſtio erit cognoſcenda, & determinanda per Baiulum terræ Demanij. & tota triceſima ſpectat ad Baiulum terræ Demanij: ſed pęna, quam debet ſuſtinere vaſallus, diuiditur proportionaliter inter regium fiſcum, & dominum condemnati.

Cæterũ ſi contigerit ex litigantib. alterum hominem eſſe Demanij: tunc trigeſima tota, nec non & pœna q̃ vaſallum nr̃i Demanij debere pati contigerit, ad Baiulum nr̃i Demanij redigent: pœna verò, qua vaſallus alterius punietur, prout in ſuperiorib. dictum eſt, inter fiſcũ noſtrum, & dñm cõdemnati proportionabiliter diuidetur.

Quid ſi iudex terræ Demanij requiſitus, vt ſupra ſit impeditus longa abſentia, vel longa infirmitate, quid faciendum: dicit iſte tex. quod magiſter Camerarius illius prouinciæ interim ſtante dicto impedimento, debet ſtatuere, quod vnus ex iudicibus dicti loci ordinatis ad contractus habeat interuenire in audiendo, & decidendo dictam litem, & prouidere faciat ei de expenſis pro rata temporis, quo vacauit.

Statuimus etiam, vt ſi quando iudex ſuper examinandis quæſtionib. ordinatus abſens neceſſario fuerit, vel aduerſa valitudine præpeditus, † tunc ſi quidẽ longa futura fuerit infirmitas, vel abſentia iudicantis, Magiſter Camerarius regionis ſtatuat interim vnum ex alijs iudicib. ciuitatis, & loci ſuper conficiendis contractib. ordinatis, cui pro rata tẽporis in ſtatutis expenſis valeat prouideri.

† *Aliàs, impeditus.*

De ſalario Baiulorũ, iudicum, & notariorũ Curiæ.

TITVLVS LXXV.

Baiuli, iudex, & notarius actorum habentes ſalaria a publico nihil aliud habeant, neque de triceſimis, neque de pœnis, ſed tota pecunia ex triceſimis, & pœnis & alijs emolumentis proueniens, ponatur in capſa habente tres claues: & ſingulis quatuor menſibus per magiſtrum Camerariũ habebitur ratio a Baiulis, & habeat expenſas de dictis emolumentis. Et in fine anni dicti Baiuli ſient in ſyndicatu: & reperti culpabiles doloſe in eorum officio, inquiſiti remittatur ad magnam Curiam vicariæ, vt ipſos puniat pœna periurij ad mutilationem manus: ſed ſi ſine dolo, magiſter Camerarius puniet eos ad tertiam partem bonorum mobilium. Et ad officium Baiuli pertinet omnes malefactores capere, & aſſignare Iuſtitiario. hoc dicit. Matthæus.

IDEM.

CVm iuxta prouidũ, & ſalubre conſilium antiquorum viã pręcidere cupiditatibus cupientes, de Camera [d] noſtra, ſalaria Baiulis, iudicibus atque notarijs exhibenda, non iniuſta recompenſatione, prouidimus: vt obuentiones oẽs, quæ de trigeſimis pęnis legitimis, ſeu iudicialibus mulctis, damnis, aut quibuſlibet ſimilib. aliquibus noſtris

De ſalario Baiulorum, iudicum, & notariorum Curiæ. Rub.

d CVm *iuxta de Camera.* No. quòd qui habet ſalarium de Curia, non debet habere trigeſimam, aliàs ſecus, ut ſupra de ſalar. iudi. & trigeſi. eo. l. cum circa.

• ADDI-

ANDRÆAS DE ISERNIA.

Baroniæ, vel Caſtri feudales eligant iudices: & Rex & feudatarius confirment. in iſtis videtur minus dubitabile, quod habere debent trigeſimas. Licet enim confirmans videatur dare iudices in Authentica, de defen. ciui. §. interim. de verborum ſignificationib. l. lege obuenire. nihilominus dant electores, ſine quorum electione non confirmantur, nec dantur. C. de defen. ciuit. l. defenſores, & non ſunt paria ſemper cõfirmare, & dare. ff. de iuriſ. om. iud. & quia. in glo. & in exẽplo huius l. Et vr̃ eſſe, ſicut in prædio plurium, vbi ſi vnus concedat viam, deinde alij, per conceſſionem vltimi confirmantur cõceſſiones præcedentium, quæ tñ non poterant reuocari ante vltimam conceſſionem. & ſic videtur habere ab omnib. viam. Licet vltimò concedẽs videatur confirmare pręcedentes. ff. de ſeruit. ru. præ. l per fundum. pa et etiam ex eo, quod capitulum ſede vacante, non poteſt cõferre ſeu confirmare beneficia ad collationem epiſcopi pertinentia. extra ne ſe. vacan. c. illum. lib. 6. & eo. tit. c. fi. confirmare tñ poteſt præſentatum a patrono. de maio. & obe. cum olim. & c. his quæ. & no. Hoſt. ne ſe. vacan. circa fi. & ſic qui non confert, confirmat. & habere dicitur a patrono licet p̃latus confirmet. Et confirmare vnus ſine alio non poſſet.

Noua conſtitutio.

DE *quæſtionibus.* Quantum ad id, quod de clericis dicit, corrigitur iure Cano. vt dictum eſt ſupra eo. l. ſi quis clericus, poſuit legẽ laicis, qui litigant coram Baiulo in terris Demanij: nam ſi eſſet in terris prælati, vel Baronis, ep̃i eſſent ordinarij iudices, in Auth. de Quæſt. §. ſi vero. ¶Statuimus ẽt ſecundũ dictũ Azo. quod facit. ff. de iud. l. ſi lõgius. & de vacatione munc. l. prætor. §. ſi poſt cauſam. And.

Noua conſtitutio.

CVm *iuxta.* No. ꝙ iudices, Baiuli, & notarij, alijq; officiales habẽtes ſalaria a fiſco, quib. debent eſſe contenti, vt in auth. iuſiuran.

• ADDITIO. *Ex hoc tex. credo, quòd ſumpta eſt illa forma, ſcilicet, quòd ſingulis quatuor menſibus mittuntur quinterni ad Summariam, continentes prouentus omnes acquiſitos per eos ratione officij, & ita ſeruatur in magna Curia, quòd iudices accipiunt prouentus computandos cum eorum prouiſione.* De Bottis.

† *Aliàs, quatuor.*

1 ADDITIO. Odio, vel amore, prece, vel precio. *Adde tex. in c. quatuor modis. 11. q. 3.* Superantius.

2 ADDITIO. Per vænales ſententias. *Adde, quòd iudex, qui corruptus eſt prece, vel precio, & dedit ſententias, efficitur infamis, vt in l. de eo. & ibi Paul. de Caſt. & Doctor. C. de pœna iud. qui malè iudica. Et talis facit litem ſuam, ſecundum Bal. in l. properandum. C. de iudi. Immo tenetur ciuitas, vel Princeps, qui creauit illum iudicem, ſecundum Ludou. Rom. conſil. 338. incipien. in caſu propoſita conſultationis aduertendum cenſeo in 2. dub. quod conſilium ſequitur Iaſ. in l. ſi quis in conſcriben. in quarta colum. C. de pac.* Superantius.

• ADDITIO. *An priuata perſona poteſt requirere priuatam perſonam, vt aliquem malefactorem capiat, & cuſtodiat, donec iudex eum accipiat. & videtur*

fidelib. inſeruntur, Baiulis, ſeu iudicib. ipſis obueniunt, integrè noſtris ærarijs applicentur, de quib. omnibus magiſtri Camerarij per ſingulos † menſes * cum Baiulis diligentem rõnem expurgẽt: & relictis ſibi pro ſe iudice, atq; notario pro rata tpis ſtatutis expenſis, qđ ſupererit, pro Curia nſa ſeruetur. Et vt cuiuſlibet peculatus via cuilibet præcludatur, & modus: Prouidimus, vt obuentiones prædictæ, ſub infra ſcripta forma, per præfatos Baiulũ, iudicem, & notarium recipiãtur, & receptæ ſeruentur, videlicet, in ſcrinio vno tres claues diuerſas, & foramẽ obliquũ ad immiſſionem auri, habẽte: quarum p̃dictorum quilibet vnã apud ſe retineat, vbi percepta pecunia reponatur: qđ nõ, niſi in præſentia magiſtri Camerarij per oẽs prædictos, aut ipſorum aliquẽ valeat aperiri. Per ſingulos ẽt menſes quatuor a magiſtro Camerario de Baiulis, iudicib. atq; notarijs, proceſſib. inquiretur: & demũ, anno perfecto, per generales inquiſitores a nſa Curia deſtinatos exactiſſima fiet inquiſitio contra eos. Qui aũt inuenti fuerint per magiſtrũ Camerarium ſupradictum, vel inquiſitores culpabiles: videlicet, ꝙ odio,[1] vel amore, prece, vel precio alicuius iuſtitiã facere petentib. denegaſſent: Aut per fraudẽ infra ſtatutum tp̃s iuſtitiam facere petentibus denegaſſent: Aut per fraudẽ infra ſtatutũ tp̃s iuſtitiam facere detrectaſſent: vel ꝙ ſuæ iuriſdictioni ſubiectos per [2] vænales ſñias, aut ſimilib. alijs grauaminib. manifeſtis oppreſſerint, ut remiſſa inquiſitione ad magnã Curiã noſtram, de periurio manus mutilatione mulctẽtur. Et ſi durante officio per Camerarios in manifeſta deſidia inuenti fuerint, non dolo, tertia parte mobilium puniantur. Et ad officium * ſuum Baiuli, & iudices prędicti pertinere cognoſcant, malefactores in ipſis maleficijs deprehenſos, & forbannitos ſine licentia Curiæ redeuntes, & ſcientes receptores eorum capere de perſonis, Iuſtitiarijs aſſignandos. Ab alijs aũt malefactorib. in terra p̃ſentib. fideiuſſores recipiãt, ſi eos dare potuerint, præterquam in criminib. exceptis.

Aut ſi ipſos dare non potuerint, eos perſonaliter capiant Iuſtitiarijs ſimiliter aſſignandos.

De pœna † contemptorum Curiæ Imperialis, & de pœnis eorũ.

TITVL. LXXV.

Præcipitur in iſta conſtitutione, quod nullus laicus, vel clericus, trahat aliquem ad aliam Curiam, quam ad Curiam regiam. Et ad officiales deputatos per regem, ſcilicet de his, quæ ſpectant ad eius iuriſdictionem, qui contrarium fecerit, puniri debet pœna publicationis, omnium bonorum mobilium, & immobilium, etiam feudalium. h. d. Matth.

† IMPER. FREDER.

CVm [a] iuſtitiæ copiam [b] per officiales noſtros cunctis Regnicolis mandauerimus elargiri, pœnam in eos, qui noſtra iuriſdictione contempta ad forum aliud de his, quæ ad Curiam noſtram pertinent [c] conuolauerint, conſtitu-

tur quòd ſic, vt in Authen. vt liceat matri, & auiæ. §. quia verò. §. generaliter, ad finem. De Bottis.

De pœna contemptorum Curiæ Imperial. & de pœ. eorum. Rub.

a *CVm iuſtitiæ copiã.* Si qs habeat cauſam cum fiſco, non debet declinare forum publicum: aliàs punitur publicatione bonorum ſuorum, facit ad hoc argumen. ff. de iuriſdict. omnium iudic. l. in criminali.

b *Per officiales.* Suprà de offic. mag. Camer. & Bal. l. ſi aliquis.

c *Conuolauerint.* Quid ſi reus vocatus non reſponderit? dic vt in ſumma de in ius uocan. in princ. & vide ſuper hoc C. de iuriſdi. om. iud. in criminali.

† *Aliàs, iſta conſtitutio poſita eſt ſub Rub. de foro compe.*

ADDITIO. *Iſta conſtitutio in antiquis reperitur ſuprà ante conſtitutionem locorum Baiuli: ſed quia Andr. legit hanc hic illam relinquit, vt ſimultaneus ordo ſeruetur. Adde, quòd hic ponitur vnus de caſibus in quibus vaſallus eſt obligatus domino, & ſimili pœna punitur Baro qui ſibi uſurpat merum & mixtum imperium, vt in conſtitutione ea, quæ ad decus, & in cap. Regis Rober. ad regale faſtigium, vide in deciſ. conſ. 165. in caſu 25.* Cæſar.

† *Aliàs, Idem.*

De ferijs,

ANDRÆAS DE ISERNIA.

quod præ. ab his. circa medium. & ideo non lucrantur trigeſimam, ſed eam, & omnes obuentiones, & prouentus omnes debent eſſe Curiæ. Item no. puniri mutilatione manus propter periurium, ſicut infra in penul. rub. huius libri de blaſphæ. Deum, aliàs, de periurio. l. eos qui ſcienter.

Ad officium Baiuli. Aliàs eſt lex, & repete quod dixit ſupra eo. l. 1. & 2. & facit. C. de epiſ. & cler. l. raptores.

Receptatores ſcienter. Dolus enim exigitur in delictis, qualiter autem receptatores puniantur, dicetur infra de foriudica. l. pœnam. §. fina.

CVm iuxta prouidam. In tex. de periurio. No. Iudicem qui denegat facere iuſtitiam, puniri pœna periurij, cum & quilibet iudex iurare debeat cuilibet interpellanti iuſtitiam miniſtrare, vt in Auth. vt iudic. quod præſt. ab his qui admi. recip. & in Authen. vt differentes iudi. §. ſi vero. alibi dicit lex, quod tenetur ad reſtaurationem damni, & perdit dignitatem: ſeu aliter punitur, iuxta motum Principis, vt in Authen. de quæſto. §. ſuper hoc, ut litig. iu. §. fin. & uide ad hoc C. ad offic. ciui. iud. l. fin. & de epiſco. & cler. authentica, ſtatuimus. & de mand. Princ. §. ſi tibi. de trien. & ſemiſ. §. his quoque. & de pac. iur. fir. §. iudices. Barthol. de Capua.

Noua conſtitutio.

CVm iuſtitiæ copiam. Quod dicit de clericis corrigitur iure Cano. per ea, quæ dicta ſunt, ſupra eod. l. ſi aliquis. & repete ea, quæ dicta ſunt ſupra de officio Iuſtit. cum ſatis. Infiſcatione. Iure Romano eſt minor pœna, vt l. in criminali. C. de iuriſdictio. omn. iudic. & in feudo planum eſt ſecundum omnia iura, quòd dominus feudi cognoſcit.

ADDITIO. *Adde, quòd hoc etiam militat in clericis, vt in c. cæterum de iud. Et ibi Doct. in c. verum. & ibi Doct. de foro compe. glo. ſumma. 11. q. 1. Archid. in c. clerici. de cler. coniuga. Et per Bal. in l. fin. C. ſine cenſu, vel reliquis.*

Per conſtitutiones iſtas ſolus magiſter Iuſtitiarius de quaternatis. Et ſolus iuſtitiarius de non quaternatis, ſupra eo. l. 1. & de officio Iuſtit. l. 1. vnde ad aliud forum euntes tenerentur ad pœnam. Item in alijs cauſis, vt laici non trahãt alios ad extraordinarium iudicem, ſed ſi voluntariè ambæ partes ſubijcerent ſe iuriſdictioni alterius, hoc non prohibetur. ff. de iud. l. 1. per ea quæ dicta ſunt ſuprà de offic. Iuſtit. l. cum ſatis, quæ hic ſunt repetenda. Litera tamen dicit conualuerit, non tollatur. C. de inoſ. teſta. l. ſi quando, ſed potiùs reducatur ad vltimum tantum trahentem inuitum ad alium iudicem, vt l. in criminali, & hic augmentat pęnam huius. Quæ videntur contra rationem iuris reducuntur ad commune ius. arg. ff. de vulg & pupil. ſubſtit. l. ex facto. quamuis legiſlator, ut litera ſonat, prouiderit commodo honoris ſui. hoc tamen in legiſlatore nõ attenditur. 4. diſt. erit, quia ex hoc iudicare eſt minus iuſtum, vt ibi dicitur. Andr.

CVm iuſtitiæ. Credo quòd hæc conſtitutio intelligatur in cauſis ciuilibus tantum, quia tex. hic dicit, cum iuſtitiæ copiam per noſtros officiales mandauerimus, quia mandatum eſt ſupra, quod de quæſtionibus inter fiſcum & priuatum de feudo, vel rebus feudalib. Iuſtitiarius habeat cognitionem, ſed de ciuilib. ſeu realibus, ſiue perſonalibus, Magiſtri Camerarij habent cognitionem, vt ſupra, vt iuſti. hab. cer. aduo. l. fin. & de quæſtio. inter fiſcum, & priua. l. 1. & propterea hæc conſtitutio videtur loqui de prædictis caſibus, & quod forum prædictorum officialium declinari non poſſit, vbi cognoſcitur inter fiſcum, & priuatum in caſibus ſupradictis, & pœnam imponit forum prædictum exinde declinantibus. Barth. de Capua.

De ferijs,

tione præſenti, duximus ſtatuendam, videlicet, vt ſiue clerici, ſiue laici ſint, confiſcatione bonorum mobilium, & immobilium, ſiue ſint patrimonialia, ſiue feudalia, puniantur.

De ferijs, & ſalarijs iudicum, & notariorum inſtrumenta ſcribentium, & ſcribendorum, & de eorum forma ſeruanda.

TITVL. LXXVI.

Propter eius longitudinem ſuperfluum eſſet aliter ſummare. Matthæus.

† IMPER. FREDER.

BAiulos, [a] * & omnes iudices, ac actorum notarios, a mane vſque ad veſperas, præter neceſſarias horas comeſtionis [b] & ſomni, ſui copiam omnibus præſtare præcipimus, officij ſui partes petentibus omnibus præbituros. Exceptis diebus [c] Natiuitatis Domini, * Paſcalibus, [1] atque Dominicis, ac beatæ Virginis, & Apoſtolorum feſtiuitatibus dedicatis: in quibus & iudices alij, qui annales erunt, ſe de audiendis, & decidendis quæſtionibus nullatenus intromittant: Sed de contractibus, & inſtrumentis conficiendis per notarios, prout eſt iuris, & moris. Pro ſcriptionibus, * & ſubſcriptionibus ſuis Tarenum vnum, ſi libram auri contractus exceſſerit, alioquin dimidium recepturi. Huic conſtitutioni ſalubriter prouidimus inſerendum, vt iudices, atque notarij infra hebdomadam, a die, quo fuerint de ſcribendo rogati, inſtrumenta ſcribere & ſubſcribere teneâtur: neceſſitate rogantibus imponenda, ſtatutum pro ſcribendis & ſubſcribendis a Curia noſtra ſalariũ * exhibere: ac pœna dupli ſalarij conſtituti partibus, ſi priuſquàm fuerint inſtrumenta conſcripta, de non ſcribendis eiſdem ſub atteſtatione ſolenni renuntiationem emiſerint. Et iudicibus, atque notarijs imminente, ſi infra terminum præſtitutum, notarij ſiue iudices, inſtrumenta non fecerint: Vel facta per eos non recollegerint, qui roga-

De ferijs, & ſalarijs iudicum, & notariorum inſtrumenta ſcribentium, &c. *Rubrica.*

a BAiulos omnes a mane uſque &c. In Authent. de iudic. §. ſedebunt. G.

* ADDITIO. *An in conceſſione feudi veniat baiulatio? Dic quòd non, niſi expreſſè concedatur: nam baiulatio antiquitus dicebatur gabella bilancionis, vt per Andr. in cap. 1. in fi. quibus mod. feud. amitt. ergo de regalibus. cap. 1. ver. vectigalia. & ibi Andr. quæ ſint regal. Item habet iuriſdictionem, vt in hac conſtitutione, & alijs. & iuriſdictiones ſunt de iure publico, idest Regis patrimonio, vt declarat Andr. in cap. 1. §. Valuaſſores. ibi, de publico. de his, qui feu. da. poſ. vnde non poſſunt haberi, niſi a Rege, vt dixit Azo in ſumma, C. de iuriſdict. om. iud. & Bald. in l. priuatorum. C. eodem titu.* Fab. Iordanus.

b *Et ſomni.* Quieſcere namque debent tempore meridiano, ut ff. de oper. libe. l. medicus. & l. cum patronus. in fine.

c *Natiuitatis Domini.* Sed tota die uidemus, quòd poſt diem ſecundum, vel tertium Natiuitatis iudicatur. Vnde non videtur quòd obſeruentur ſeptem dies feriati ante, & poſt. quod uerum eſt, licet ſecus in Paſchate, ut not. ff. de fer. l. pridie. & idem dicit Lombar. vt d. l. de ferijs. quod & hæc cõſtitutio ſenſit. Item de iure Longobar. tempore meſſium † & uindemiarum non ſunt feriæ: ſed ius debet reddi, ſicut alijs temporibus, ut in Longobar. de fer. l. 2. quod hæc conſtitutio ſentit poſtquam non excipit hoc tempus meſſium & uindemiarum, & ita ſeruatur in Regno. Sed in Magna Curia, bene uidi ſeruari feſta Paſchalia, ſcilicet 7. diebus ante, & 7. poſt.

ADDI-

ADDITIO. *Adde cap. fi. & ibi Doct. de ferijs, & in clem. 1. & ſi dominum, de reliq. & venera. Sanct.* Superant.

† ADDITIO. *Secundum hoc, cum ſint illæ feriæ abolitæ, ſi indicantur in aliqua curia Regni, crederem quòd eſſent repentinæ, & non ſolennes, ideo ſi datus eſſet alicui parti terminus ad probandũ & eo termino pendẽte tales feriæ indicerentur tunc dicerem debere fieri reſtitutionem eorum dierum, quib feriæ durauerunt, vt ff. ex quibus cau. maio. l. ſi per prætorem. §. ſi feria. & ita ſeruatur de facto.* De Bottis.

* ADDITIO. *De iure canonico idem obſeruatur in qualibet feſtiuitate, quę celebratur a clero & populo vt extra de feri. c. conqueſtus. Sed an iſtis diebus licitũ ſit gratis operas præſtare? Poſt longã diſputationẽ Luc. in l. vnica, C. ne ope. de collat. lib. 10. tenet quòd non.* De Bottis.

1 ADDITIO. Paſcalibus. *Adde quod feſtum Paſcha Reſurrectionis eſt maius, quam feſtum Natiuitatis Domini, quia naſci eſt naturale in omnibus, ſed reſurgere eſt miraculum diuinum. ſecũdum Paul. de Caſtro in l. omnes, in quarto not. C. de ferijs. Et de feſto Paſcha uide plenè per tex. & glo. & Arch. in cap. celebritate. de conſecr. diſtin. 4.* Superant.

* ADDITIO. *An habeat locum in teſtamentis, uide Lucam de Penna in l. mediterranea. C. de anno. & tribu. lib. 10. & in l. rura. C. de omni agro deſer. lib. undecimo. ubi tenet quòd cartula reperta penes notarium, non tamen poſita in protocollo, non poteſt reaſſumi.* Iacob. Anellus de Bottis.

* ADDITIO. *Salarium notario a quo debet ſolui. uide in conſuet. Pariſ. §. 13. in gloſ. 9. in princi. & ibi, quid in ſalario proxenetæ.* De Bottis.

a *Compel-*

ANDRÆAS DE ISERNIA.

De ferijs, & ſalarijs iudicum, & notariorum inſtrumenta ſcribentium, & ſubſcribentium. *Rubrica.*

BAiulos omnes. *Apoſtolorum feſtiuitatibus.* Iure Canonico in hoc ſtamus in ferijs, ſcilicet, inductis in honorem Dei, quoniam his partes renunciare nõ poſſunt. ff. de ferijs. l. 1. in gl. Statuitur idem eſſe in omnibus feſtiuitatibus, quas populus illius terræ, ubi ius redditur, ſolennizat. extra de ferijs. c. fi.

Et iudices alij. Secundum dictum: & limitat quantitatem iudici, & notario, pro ſcriptura inſtrumenti. & eſt multum utilis propter protervos & pertinaces. Sic limitauit trigeſimas, ſupra eod. cum circa. & l. cum iuxta. Sic & ſportulas. C. lib. 12. de agen. in re. l. fina.

Huic conſtitutioni. Tertium dictum: limitat tempus, & intellige ſi requiratur notarius, & iudex, & debet inf. ipſum tempus. Officium notariatus debet eſſe ſine diſpendio. arg. l. ſi quis ex ſignatoribus. ff. quemad. te. ape. ¶ De expenſis dicitur in glo. ff. ex quib. cau. in poſ. ea. l. 2. quod autem requirere debet is, cuius intereſt, facit. ff. quo. leg. l. 2. §. 1. ſed ſi ſine requiſitione conficiant, tenentur partes ea recolligere, ut ſequitur in ver. proximo.

Neceſſitate. Quartum dictum: vrget rogantes fieri inſtrumenta ad ſoluendum ſalarium pro ſubſcriptione, nec non prohibet, & punit illos, qui uetant, & prohibent cum ſolenni atteſtatione, id eſt, publice, non clam, iudicem & notarium, ut non conficiant inſtrumenta, de quibus conficiendis ſemel rogati fuerunt. quod eſt multum notabile, quia in aliquibus partibus uidemus ſeruari uocari prohibentem, & prohibitum. Et ſi non allegat prohibens iuſtam cauſam, mandat ius reddens notario, ut non ſeruet prohibitionem. Et ſic etiam debet intelligi dictum illud, quia ſi iuſtam haberet cauſam prohibendi, omnis iuſta prohibitio ſua nititur ęquitate. ff. de vaca. mu. l. 1. generale dictum non excludit iuſtitiam proponentis. Sed ſi iuſtam cauſam non habet prohibitio non tenet. ar. pro hoc. C. de defen. ciui. l. iubemus. ff. de fideiuſſ. l. fideiuſſor. Item ſtatuit pęnam notario, & iudici ſeruantibus prohibitionem iniuſtam. pro quo eſt d. l. iubemus. Iure Roma. non ſtatuitur in hoc certa pęna. & ideo eſt pro motu iudicis. ff. de pę. l. ſanctio. hic vero ſtatuitur certa pęna: Sed nonne tenẽtur ad factum, ſcilicet, ad conficiendum inſtrumenta? ergo debent teneri ad intereſſe tantum. ff. de re iud. l. ſi quis ab alio. in fi. dic quod hic tenetur ad faciendum, ſeu ad factum per l. quæ hoc præcipit ſub pęna, tamen præciſe tenetur, & cogitur. ff. de mune. & hono. l. ſi quis magiſtratus. ne leges fiant ludibrio, quod eſſe non debet. ff. de iudi. l. ſi prætor. §. Marcellus. C. de bo. quæ lib. l. fi. §. ne autem. de quo eſt de adminiſtr. tuto. l. 1. in prin. Inſti. de ſatiſd. tut. §. fi. Vbi verò tenetur ad faciendum ex contractu, tunc habet locum l. ſi quis ab alio, & ff. de actio. emp. l. 1. in prin. Item nota quod ſuperiores, ut Magna Curia, & Iuſtitiarij mandant notarijs, ut conficiant inſtrumenta, & eis imponunt pęnam, ut d. l. iubemus. nam poſſum adire ſuperiorem, & tarditatem iudicis & notarij in querelam deducere. C. de temp. appell. l. fi. circa fin. Sed de pęna, cum ſit hic certa ſtatuta: certa debemus eſſe contenti. ff. de verbo. oblig. l. ſi diuortio. Niſi dicas, quod hoc debetur, quia contempſit legem illam, quia contempſit ſuperiorem iudicẽ, quod grauius eſt. ff. de arbit. l. Celſus. & de iuriſdictio. omnium. iud. l. ſi familia. videntur duo delicta, vt ff. de priua. delict. l. nunquam. ¶ Sed quid ſi notarius non facit ſchedam, ſeu abbreuiaturam de contractu vnde rogatur, nunquid punitur. & an teneatur parti proinde ad intereſſe, forte ſtetit tabellio per magnum tempus & oblitus eſt, ita quod non poteſt probari contractus? Dic quod ſi fuerit in dolo tenetur.

runt. Cæterum ſi caſu contigerit iudicem, ſiue notarium prius in fata decedere, quàm inſtrumenta ſint, prout ad eorum quemlibet pertinet, conſummata, Decernimus vt ſi quidem partes ſuperſint, vel ipſarum hæredes, quarum rogatu contractus iterum valeant celebrare, per competentis coercitionis modos, indictiones mulctarum, videlicet, aut pignorum captiones, ad reficiendos contractus per Baiulorum officium [a] compellantur. [b] Quæ partes ſi fortè defuerint, ſi quidem notarius, * qui geſta cóſcripſerit integræ vitæ, famæ, & opinionis extiterit: & manus eius, qui ſchedam conſcripſerit, nota ſit alijs iudicibus atque notarijs ciuitatis & loci: placet idoneorum teſtium, qui interfuerint, [1] duorũ ad minus iurata teſtificatione recepta, per alium eiuſdem loci notarium [c] ſchedam eandem recipi: & inſtrumentum, prout eſt iuris, & moris, ab ipſo conſcribi. * A iudice, qui contractui ſiue negotio ſe interfuiſſe fatebitur ſubſcribendum, vel ab alio iudice ciuitatis eiuſdẽ, ſi fortè prius extiterit humana ſorte ſublatus, qui tamen rei agendæ non ſe interfuiſſe deſcribet: ſed qualiter inter acta præmortuorum iudicum, atque notariorum, teſtium depoſitionibus roborata: deſcripti negotij ſeriem recepiſſe teſtetur. Cæterum, ad hoc vt ipſi Baiuli cum perſonis ſibi per noſtram

a *Compellantur*. Eſt etiam de iure Roma. in eo ſcilicet caſu, quando amittitur inſtrumẽtum, ſcilicet debiti, quod compellatur debitor de nouo permittere. Vel ſi extat imbreuiatura, iterum fit inſtrumẽtum, ut ff. de admin. tut. chirographis, 1. reſpon. in glo. 1. ad promiſſionem notam, &c. accedit. C. de diſcu. lib. 10. l. ne caſu.

b *Quæ ſi fortè defuerint*. Quia citatæ partes ad Curiã venire cõtemnũt: & optimè concor. hoc cum l. ff. de iuriſd. omn. iud. l. ſi ego. §. 1. in fi. §.

● ADDITIONES. *Notarius, qui fuit rogatus, ſi eſt abſens & rebellis, an poſſit eius rogitus per alterum notarium reaſſumi. vide Aff. deciſ. 6. & uide caſum, in quo poteſt reaſſumi, licet notarius, iudex. & omnes teſtes ſint mortui, Aff. deciſ. 48. vide glo. in ver. non minus. §. 1. in Auth. de inſtrum. caut. & fide. vbi dicit quòd tres teſtes ſunt neceſſarij, quando inſtrumentum excedit libr. auri. Et quid in inſtrumento dotali. vide Capic. deciſ. 29. in fi. Et multa de reaſſumptione inſtrumenti per alium notarium, vide per Boer. deciſ. 36. 37. & Gramat. deciſ. penul. vbi quid ſi non reperitur in protocollo?* Marcus Antonius Polucrinus.

¶*Quid ſi inſtrumentum dicatur falſum, an interea reaſſumi poſſit in publicam formam, ſi teſtes reperiantur infirmi. vide Aff. deciſ. 165. & quid ſi profertur copia a protocollo, an probet. ſi notarius & teſtes mortui ſunt, in deciſ. 178. in 6. dub. & quid in abbreuiatura notarij, ſi inſtrumentum non eſt in protocollo deſcriptum. vide Dec. conſi. 447. Et quòd partes poſſint cogi ad reficiẽdum inſtrumenta, ſi ſunt mortui notarius & teſtes, vide declaratum in regiſtro Roberti penes Baratucciũ 1. par. c. 139. & 177.* Fabius Iordanus.

1 ADDITIO. Qui interfuerint duorũ. *Ad de c. nouit. de iud. c. licet, & c. in omni negotio, de teſtib. c. cũ eſſet. & c. relatũ. il 1. de teſt. originaliter Deuter. 9. Matth. 18. & 2. ad Corin. 13.* Sup.

c *Schedam eãdẽ recipi*. Et in hoc caſu qñ aliquis alius notarius ſchedam notarij premortui recipit, ſicut hæc conſtitutio dicit, debet recipere ipſam ſchedam, & in publicam formã redigere cum authoritate ordinarij iudicis, qui ſuam authoritatẽ præſtabit in his, ad petitionem eorum, quorũ ſunt inſtrã, vt extra de fide inſtr. c. pen. & ex hac conſtit. bene colligi poteſt.

● ADDITIO. *Sed quia ſi iudex dicit, inſtrum. illum aliter fuiſſe factum q̃ teſtes & notarius aſſerunt, an cogatur ſe ſubſcribere. dic q. non. ita Luc. de Pen. in l. quicũque, 1. col. in fi. C. de tab. lib. 10.* De Bot.

Infra

ANDRÆAS DE ISERNIA.

tur. C. de magi. conuen. l. fina. in fi. ſi in negligentia, ſimiliter imputetur ei per prædictam legem, quia eſt de officio ſuo conficere ſchedas, ut in Authent. de tabellio. §. primo. negligens punitur, ut C. de offic. præſidiſ. l. ſi quos. dum tamen pars requiſiuerit, quia ſi fuerit negligens, tunc paria delicta mutua compenſatione tolluntur. ff. ſolu. matrimon. l. uiro. & ſupra in ſuperioribus dictum eſt, ſcilicet, de confectione inſtrumenti. ſed ſchedam ſine requiſitione debet conficere notarius, & notare in protocollo, in Authent. de tabellio. §. fina.

Cæterum. Quintum dictum: & eſt multum vtile, & nouum & rationabile. concor. extra de fi. inſtru. c. pen. Vltimò repetit de expenſis Baiulorum, quod pluries dictum eſt ſupra.

ADDITIO. *Vide ad hanc conſtitutionem pragmaticam quæ incipit, eandem conſtitutionem*. Cæſar.

B*Aiulos omnes*. An Iudices, ſi velint ſedere vel ſtare de nocte, poſſint? dicit Iac. But. quòd ſic in l. non minorem. C. de tranſactio. & ita dicit ipſe de facto ſeruari, & uidi ferri ſententiam in media nocte. Lucas de Penna.

In ver. Tarenum. Sed an dictum pretium prout hic diſtinguitur, ambo recipient a petente inſtrumentum, vel quilibet eorum tantundem? Reſpondeo, unuſquiſque eorum tantundem recipient. argumentum bonum. ff. de leg. 2. l. Titio, aut Seio. Sic cum lex dicit dictis iudicibus dãdos duos aureos, ex utraque parte in conſtitutione, & in ſi. litis, dandi ſunt ipſi aurei per quamlibet partem duo, ſicut notat ordinar. gl. in corpore de iudicibus. §. ne autem. colla. 6. in glo. ſed nunquid quilibet duos dabit, &c. Bartho. de Cap.

Ibi, in ver. fecerint. Sed quid ſi elapſo & ſic completo hoc offic. prout dicit conſtitut. occupatis, ad finem. infra, de numero offic. & infra, quod tempus eorum admin. duraret, inſtrumentum non ſit completum, an poſſit inſtrumentum compleri per ipſum iudicem, vel per alium? dic, ut not. extraordin. C. de falſis. l. ſi quis decurio. & uide quod no. per Innoc. extra de fide inſtrum. cap. 1. & ibi uide. Franciſcus de Teleſia.

In glo. in uerbo, compellantur. Sed quid de notario, nunquid compellatur iterum conficere ex protocollo, ut ſi fuerit amiſſum? dic q. ſic, ut no. C. de diſcuſ. l. 1. & ibi gl. & C. de defen. ciui. l. iubemus. Franciſcus de Teleſia dicit idem, ſi eſſet inueteratum, ut no. in Auth. de hæred. & falci. in prin. Barth. Vinciguer. de Cap.

In ver. ſchedam. Supple & protocollum, imbreuiaturã, vel aliam quãcunque ſcripturam, dũmodo nota ſit manus prędicti notarij alijs iudicibus, atq; notarijs, ut ſupra ponitur. Quia qualitercunque non eſt perfecte cõſummatum ut decet, reficit per uias prædictas, & ſub ſcriptas, ut ſupra not. §. Cæterum ſi caſu. &c. Franc. de Teleſia.

Iſta conſtitutio dat formam releuationis protocolli, & protocollum dicitur a πρῶτος græce, quod eſt primus latine, quaſi prima negotij collatio in ſcriptis, ſeu quaſi in eo primò conſertur negotiũ per ſcripturam, vt in proœ. Digeſtorum. §. diſcipuli.

In textu conſtitutionis. ibi, cæterum ſi caſu contigerit. Iſtud uerbum intellige, ubi notarius mortuus fuiſſet in hebdomada poſt rogationem, in qua publicare debeat notorius, & rogatum reducere in formam publicam, ut ſupra in ver. Cæterum.

Prima conſtitutio vult, & mandat, ut ex ipſius inſpectione apparet, aliàs ſi negligentia partis tempore ſupradicto non fuerit facta publicatio, diceremus imputandum parti, per ea quæ no. glo. in conſtitutione, Inſtrumentorum in uerbo, ſubſcribat. & in ſimili tex. in l. contractus. C. de fide inſtrumen. & ſic ceſſare deberet dictus verſi. Cæterùm. Cogita, quia quotidianum eſt in practica. Et pro prædictis uide cap. Reg. Caroli ſ. C. ... & iudici ciuitatis Theatinæ. Et quia per dictam conſtitutionem datur forma releuationis, de iure tamen communi eſt, quod ſi reperiatur imbreuiatura, quòd contractus notarij publici bene cuſtoditi fidem facit, & exinde poteſt ſumi publicum inſtrumentum, cap. penult. de fide inſtrumentorum. notat Goffred. de præſcriptionibus. ad audientiam. Innocent. de procuratoribus. capit. primo. facit in Authent. de defenſoribus ciuitat. §. præcepta. & poſt prædictum. & notatur. ff. de adminiſtrat. tutor. l. chirographis. in principio. & ſi fuerunt publicata, & negligentia, vel uetuſtate conſumpta, debent renouari, ut in Authent. de hæred. & Falcidia. §. ſed quando. ubi notatur. Sed in Regno Protocollum non facit probationem, nec ſemiplenam, per textum, qui dicit nulla, in conſtitutione, conſuetudinem. in tit. de inſtrumentis conficiendis. Sed tex. dictæ conſtitutionis loquitur in publico inſtrumento conficiendo, non in protocollis, vt ex ipſius inſpectione apparet in rubro, & nigro. Ioan. And. in addit. Spec. in tit. de inſtru. edi. § uidendum. circa primum tenet, quod protocollum non facit fidem. Sed ipſe idem in d. tit. §. inſtrumentum. circa finem, tenet quod bene faciat fidem, ut authoritate ordinarij iudicis publicetur, & extendatur per alium notarium, ut ibi per eum. Nec obſtat quod dicit Inno. in c. 1. de procuratorib. quia loquitur de regiſtris curiæ Apoſtolicæ, & Regiæ, & non de protocollis notariorum. Et ſi diceretur: quare in multis partibus protocolla faciunt fidem? Reſponde, quod ibi protocolla habent ſigna, ſubſcriptiones notariorum, & omnia alia ſubſtantialia, quæ requiruntur ex iuris diſpoſitione in ſubſcriptione publici inſtrumenti, iuxta notata per Specul. in titu. de fide inſtrumen. in principio. & ſic faciunt non immeritò fidem, ut publica inſtrumenta. Nec ibi de conſuetudine ſubſcriptio iudicis, & teſtium requiritur. Et multum in hoc attenditur conſuetudo, ut per Ioan. Andr.

Iſta

in dicto

Infra quod tēpus cauſæ debeant determin.

a Omnes Baiuli. Infra bimeſtre, & ſic cā ciuilis limitari poteſt ſpatio duorū menſium: ſed in quęſtionibus corā Iuſtitiario ſtatuitur tēpus trimeſtre, vt ſupra, qualiter iudices ſe de.ge.l.1.

ADDITIO. *De iſta conſtitutione vide Parid. de Put. in tract. ſyndic. in cap. an ſi iudex. el 2. fol. 102.* Cæſar.

De ſententijs in ſcriptis ferendis. Rubr.

b *AB omnibus. Sententias omnes diffinitiuas.* No. quod dicit omnes, nam qui omne dicit, nihil excludit, vt C. man. l. a procuratore, & ff. de leg. 2. ſi ita ſit relictum. & ſic corrigitur auth. niſi breuiores. quæ eſt. C. de ſent. ex pericreti. Vel poſſes diſtingueret vtrum cauſa ſit talis, quæ libellū deſideret offerendum, vt tūc ſit neceſſaria ſententia in ſcriptis ferenda, aut non deſideret libellum offerri: & tunc ſententia nō feratur in ſcriptis, vt infra, de dilatio. & extra. l. 1. And.

De iudi-

Curiā deputatis in diſpendium rei familiaris ſuis laborare diſpendijs non cogantur, per ſpeciales, & ſacros noſtræ manſuetudinis apices, prout ſtatutus quilibet pro tempore fuerit, ſtatuemus eiſdem in expenſis annalibus, & ſufficientibus prouideri.

Infra quod tempus cauſæ debeant determinari.

TITVL. LXXVII.

Hic præcipitur Baiulis locorum et eorum iudicibus, vt infra duos menſes a die citationis debeant cauſas diffinire, niſi probationes faciendæ longiorem dilationem requirāt præuio iuramento partis petentis a iudice longam ipſam dilationem, quòd ſibi eſt neceſſaria, vel occurrerit aliud iſtud impedimentum, quod cauſa infra dictum tempus expediri non poſſit. h. d. Matthæus.

† IMPER. FREDER.

OMnes [a] Baiuli locorum, & iudices cauſas in eorum iudicijs inchoatas infra bimeſtris temporis ſpatiū a die citationis emiſſæ diffiniant: niſi probationes ex longinquo petantur, ſacramento ſpecialiter ſuper hoc præſtito per petentem, vel alia manifeſtiſſima cauſa ſit propter quam cauſa infra prædictum terminum finiri non poſſit.

† *Aliàs, Idem.*

De ſententijs in ſcriptis ferendis.

TITVL. LXXVIII.

Omnis qui habet iuriſdictionem, ſiue ſit de magnis, ſiue ſit de paruis iudicibus, debet ferre ſententiam diffinitiuam in ſcriptis, quod ſi ſecus factum fuerit, ſententia erit ipſo iure nulla. Et iudex tenetur reſarcire damnum: & expenſas litigantibus. h. d. Matthæus.

† IMPER. FREDER.

AB [b] omnibus Regni noſtri fidelibus quemcunque dignitatis gradum, aut iuriſdictionis obtineant, obſeruare præcipimus, quòd omnes ſententias diffinitiuas in ſcriptis proferant. Quòd ſi forte facere neglexerint, nullius momenti verbales, & non ſcriptæ ſententiæ reputentur. Ipſi quoque de ſuo damnum quodlibet, & expenſas litigantibus reſarcire cogantur.

† *Aliàs, Idem.*

De ſummaria cognitione contra Cabellotos ferendas.

TITVLVS LXXIX.

Etiam vigore præſentis conſtitutionis curia Baiulorum habet authoritatem ad querelam fidelium regis procedendi per ſummaria cauſæ cognitionem contra Cabellotos, & participes, platearios, paſſagerios, & portulanos exigentes vltra debitum, vel contra debitum ad eorum reſtitutionem: magiſtri vero Camerarij poſſunt eos punire pœna rapinæ. hoc dicit. Matthæus.

† IMPER. FREDER.

AVthoritatem etiam Baiulis impartimur, vt ad querelas noſtrorum fidelium ſummaria cognitione prēmiſſa, ſuper exactiones reſtitui faciāt, & rapinas, quas Cabelloti, Foreſterij, platearij, portionarij, † ſeu paſſagerij, contra veterem formam, aut contra noua noſtrę Curiæ ſtatuta in fideles noſtros exercent, ſuperexactionis & rapinæ pœna magiſtris Camerarijs, qui prædictos officiales inſtituerint, obſeruata.

† *Aliàs, portarij.*

ANDRÆAS DE ISERNIA.

in dicto §. inſtrumentum. in fine. Sed ſecus eſt in protocollis, quæ nō habent ſubſcriptiones, & ſigna notarij, & teſtium, & aliorum, quæ requiruntur per dictam conſtitutionem, Baiulos, & conſuetudinem. Propter quæ ſingula protocolla regni poſſunt dici imperfecta, & fidem non facientia, vt per Ioan. Andr. in dicto §. videndum. Bene authoritate ordinarij iudicis crederem per alium notarium publicanda, vt per Ioan. Andr. in d. §. inſtrumentum, in fine. & facit dictum c. Reg. Carolus, &c.

Quando autem ordinarij iudicis authoritate, publicatur, Ioan. Andræas in c. penult. de fide inſtrumen. ponit formam, & dicit, quod vocatis qui tanguntur, vel in eorum contumacia, ſubſcribat ſic tabellio: Supradictum inſtrumentum de verbo ad verbum ſubſcripſit de notis talis notarij mortui, & ipſum manu propria, quam bene noui, ſcripſerat: & hoc de mandato talis iudicis: quo ad ſubſtantiam nullo detracto, addito, vel diminuto, vel tranſportato, in publicam formam redegi, & meum ſignum appoſui: & hoc de iure cōmuni. Sed in hoc regno in foro laicorum, ad releuationem protocollorum attendas, & ſerues conſtitutionem, Baiulos. & no. iſta, & adde ſuprà alleg. cap. Carolus, &c. Petrus de Monteforte.

In tex. tarenum vnum. Sed an dictum pretium ambo recipient a petente inſtrumentum, vel quilibet eorum tantundem? Reſponde, vnuſquiſq; eorum tātundē recipit, ar. ff. de le. 1. l. ſi quis Titio. & Seio. in Auth. de ind. §. nunc aūt. in gl. in c. ſed nunquid. Barth. de Cap.

In tex. neceſſitate. Quòd ſi notarius non facit ſchedam, ſiue abbreuiaturam de contractu, de quo rogatur, an teneatur parti ad intereſſe, & ſit puniendus? dic, quod ſic, ſi dolo id omittat. arg. C. de mag. conueni. l. fi. in fi. Idem ſi negligentia, quia ex ſuo officio tenetur conficere ſchedam, & protocollum, vt in Auth. de tabellio. §. fi. C. de of. præf. præto. l. ſi quos, & ext. de fide inſtru. c. pen. Barth. de Capua.

In tex. per Baiulorum officium compellantur. Sed pone, pars deceſſit relicto hærede pupillo, citatur pupillus coram Baiulo ad reficiendum contractum, iuxta formam huius conſtitutionis, nunquid poſſit forum declinare? Dominus Bartholomeus de Capua determinauit in conſil. quod non, illa ratione, quia refectio horum inſtrumentorum, ſpectat principaliter ad Baiulos, per hanc conſti. & ſi non debet fieri coram alio iudice, ex eo quòd natura cauſæ hoc non patitur: & ad hoc allegat authen. clericus. C. de epiſc. & cleri. Sed durum videtur priuilegium pupillo auferre, nam ſequeretur aliud abſurdum, quòd in omnibus alijs cauſis, quarum cognitio ſpectat ſpecialiter ad magiſtrum Iuſtitiariū, ſeu alios iudices, pupillus non poſſet declinatoriam opponere: quia natura cauſæ non patitur. In iſto caſu modicum operaretur priuilegium pupilli: & ideo videtur melius prouidendum iudicio meo. Ioan. Gril.

Sed quæro, nunquid hæc conſtitutio habeat locum in teſtamentis? Videtur quod ſic, per ea quæ notantur in conſti. inſtrumentorum robur. in gl. dicunt quidam. In contrarium facit, quia in teſtamentis, requiritur maior ſolennitas, quàm in contractibus, vt l. hac conſultiſſima. Cum ergo loquatur conſtitutio in contractibus non extendetur ad teſtamenta: quia verba contraxerunt, & geſſerunt, non pertinent ad teſtandi ius. ff. de verb. ſig. l. verba contraxerunt.

Infra quod tempus cauſæ debeant determinari. Rubr.

OMnes Baiuli. In Iuſtitiario eſt tempus trimeſtre, quod hic ſtatuit bimeſtre, ſ. de off. Iuſti. l. cauſas. Et utraque hæc & illa nouæ factæ ſunt ſogiæ poſt excommunicationem huius Frederici Imperatoris, ſicut referebant antiqui iuriſperiti de regno. ¶ Satis abbreuiat tempus, lex, properandum. ſtatuit triēnium. hæc duos menſes. & ideo non bene ſeruatur. nō enim tenuit modum in limitatione temporis, quod eſſe debet, arg. ff. de vſu. l. ſi bene. de pigno. act. l. ſeruos.

De ſententijs in ſcriptis ferendis. Rubr.

AB omnibus. Dicitur verius. ¶ Et ſic videmus ſeruari, quòd non loquatur de cauſis breuiſſimis, vt narrat glo. quia non eſt nouum, vt poſteriores leges trahantur ad priores. ff. de leg. l. ſed & poſteriores. Et non quidem in libello offerēdo in modica cauſa infra duos auguſtales dicitur expreſſe quòd non, infra de dila. & exce. l. 1. ſic erit de ſententia, vt reſpōdeat exordio cauſæ ſine ſcriptis propoſitę: quoniam ad principium poſterior formatur euentus. C. lib. 10. de impo. lu. de. l. 1. in fine.

De ſummaria cognitione contra Cabellotos facienda. Rubr.

Noua conſtitutio.

AVthoritatem. Multum eſt vilis hæc conſtitutio ponens cognitionem ſummariam contra Cabellotos delinquentes in officio, pro quo eſt arg. C. lib. 12. de naufra. l. de ſubmerſis. Vtrum hæc ſummaria fiet ſine oblatione libelli, & petitionis? ibi plene dicūt Moderni. ¶ Sed hæc conſtitutio nō videtur libellum, vel petitionem requirere, & ita videmus ſeruari. ſed dicendum eſt ſaltem, vt hoc operetur hæc lex noua. ff. de noua. l. 1. ſi quando.

De iudicibus, & notarijs, & eorum numero. *Rubrica.*

a IN *locis Demanij* Non poſſunt in qualibet ciuitate Regni eſſe niſi tres iudices ordinarij, tribus ciuitatibus exceptis, & iſti iudices & notarij debent eſſe liberæ conditionis, non uaſalli, uel alijs obligati. & cum uoluerint confirmari, electus ab uniuerſitate ſua, ueniat ad Magnam Curiam cũ literis teſtimonialib. ſuis. argu. C. de man. Princ. l. 1. quibus literis cõſtet de puritate, & peritia ſua. ar. C. de epiſc. aud. auth. præſides gẽtium.

• Additio. *De creatione notariorum, & eorum qualitate, vide Couar. in c. 19. pract. qq. num. 4.*

† Aliàs, Idem.

1 Additio. *Aliàs eſt gloſſella in uerbo. ſed a nobis accedat. C. de diuer. offi. l. probatorias. & l. fin. lib. 12.* Superant.

• Additio. *Adde ꝙ licèt notarij debeant creari per Regem, nihilominus ſtatutũ poteſt dare poteſtatem conficiendi inſtrumenta publica, & fidem facientia ſaltem in territorio ſtatuentis, Aymo de antiq. temp. par. 1. fol. 32. n. 27.* De Bot.

b *Vel conditioni.* Arg. C. de defen. ciuit. l. 2. & C. de tab. l. generali lib. 10. & ita multo fortius vaſalli aliorũ non debẽt aſſiſtere Iuſtitiario.

c *Teſtimonialibus hominum.* Cõcord. in Auth. de deſen ciu. §. interim. vbi dr̃, ꝙ defenſor ciuitatis conſtituitur decreto ſiue electione omnium populorum, aliàs priorum in illa ciuitate conſiſtentium, & ad id, C. de defenſor. ciuita. l. defenſores ita.

De iudicibus, & notarijs, & eorum numero.

TITVL. LXXX.

Taxatur hic numerus notariorum, & iudicum pro contractibus faciendis, qui non creatur niſi a Rege, & Terris Demanij ſub ſolemnitate hic recitata. h. d. Matthæus.

† IMPER. FREDER.

IN locis [a] Demanij noſtri vbique per Regnũ iudices nõ plures tribus, & notarios * ſex uolumus ordinari. Ciuitatibus Neapolis, Salerni, & Capuæ tantum exceptis, in quib. quinque iudices, & octo notarios eſſe uolumus ſtatuendos: in quibus ferè cõtractus omnes coram iudicibus, & notarijs celebrentur, quos, non vt olim, a magiſtris Iuſtitiarijs, vel Camerarius, [1] ſed a nobis tantũmodo ordinari * ſancimus. Præter iudicem, & actorum notariũ, quos, vt prædictum eſt, poterũt magiſtri Camerarij ordinare. Quos omnes etiam ſub tali cautela decernimus promouendos, ut nullus iudex, uel notarius publicus, niſi fortè ſit de Demanio, & homo Demanij ſtatuatur: Ita ꝙ nulli ſit ſeruitio, [b] uel cõditioni ſubiectus, nec alicui alij pſonæ eccleſiaſticæ, vel ſeculari, ſed immediatè nobis tantũmodo teneatur.

Prædicti aũt tam iudices, quàm notarij, cũ literis [c] teſtimonialib. hominũ loci illius, in quo ſtatuendi ſunt, ad præſentiã noſtram, uel eius qui vicem noſtram in abſentia noſtra in Regno uniuerſaliter procurabit, accedant: quæ literæ teſtimonium fidei, & morum iudicis, & notarij ſtatuendorum continere debebunt, & in ipſius loci conſuetudinibus ſit inſtructus. Examinationem autem literaturæ, & etiam iuris ſcripti noſtræ curiæ reſeruamus:

De inſtrumentis conficiendis. *Rubrica.*

d COnſuetudinem. Mandat Imperator inſtrumenta ſcribi literis legibilibus, non ſignis, uel notis. Et ratio, quia nil tam proprium eſt legibus, quàm claritas, ut in Authent. de teſti. §. primo. & quia ſic debent ſcribi inſtrumenta, ut non extrinſecus intelligantur, ſed ex ipſa litera intellectus pateat, ut ff. de his quæ in teſtamen. delen. l. legi. Item iubet inſtrumenta ſcribi in chartis de pergamenis, ſed in apochis non eſt uis in quibus chartis ſcribantur: quia non conſueuerunt tanto tempore durare.

e *Literaturam communem.* Facit infra, de probat. conſtit. 2.

f *Et legibilem.* Concor. in Authent. ut præpo. no. Imper. §. illud quoque. collat. 5. non ergo anni Domini debent ſcribi per ſigna, ſed per deinde in conſequentiam literarum, vt hic, & C. de emend. Iuſtinia. Cod. §. ult. & de ueteri iure enuclean. l. ſecũda. §. ne autem per ſcripturam. & in Auth. de teſtam. imperfe. circa princ. ff. de bonor. poſſeſ. ſed cum patrono. §. fina.

† Aliàs, Idem.

• Addi-

De inſtrumentis conficiendis.

TITVL. LXXXI

Mandat Imperator inſtrumenta ſcribi literis legibilibus, non ſignis. Item iubet inſtrumenta ſcribi in chartis pergamenis, ſed in apochis & antapochis non eſt vis, in quibus ſcribantur, & aliter ſcripta fidem non faciunt. hoc dicit. Lallus de Thuſcia.

† IMPER. FREDER.

COnſuetudinẽ, [d] quam olim in aliquib. Regni noſtri partibus audiuimus obtinere, dilucida cõſtitutione caſſãtes, decernimus inſtrumẽta publica, & quaſlibet cautiones per [e] literaturã cõem, [f] & legibilem

ANDRÆAS DE ISERNIA.

De iudicibus, & notarijs, & eorum numero. *Rubr.*

IN *locis Demanij.* Multũ eſt dura hæc Conſt. cõtra vaſallos laicos prelatorũ, & Baronum, & idẽ in alijs iudicarijs: alias iudiciarijs, & aſſeſſorib. dicit gl. Itẽ no. ꝙ tota cõſtitutio loquĩ de notarijs Terrarũ Demanij. Nunquid in Baronijs Barones poſſunt creare notarios?

Additio. *Adde an tales poſſint creare milites? vide per Bar. in l. 1. C. de dignita. lib. 12.* Superant.

Audiui communiter quaſi referri, quòd ſic, quia expreſſè dicitur, in Longob. de ſancta, & cancel. l. ſi quod ius huius conſtitutionis uoluerunt ſeruari & iure Roma. præferri. ſup. de offi. Iuſt. l. ut uniuerſis, & l. puritatem. cum ergo non prohibeatur in terris Comitum & Baronum, debet ſtari iuri Longo. & cũ prohibeat in uno, ſcilicet in Terris Demanij, in alijs videtur conceſſiſſe. l. cum prætor. de iudi. quia facere notarium non eſt facere magiſtratum: quod ad ſolũ Principem pertinet: ſed eſt officium, id eſt, miniſterium. dixi plene in ti. quæ ſint rega. ſuper verbo, poteſtas creandi magiſtratum.

Additio. *Adde, quòd qui habent regalia in regno ex priuilegio ſicut generaliter conceditur, non creant notarios, nec in crimine læſæ maieſtatis procedunt, nec monetam cudunt, nec ſeruatur op. And. de Iſer. in tit. quæ ſint rega. in rub. qui videtur contra ritum dicere. vide Par. de Put. in tract. ſynd. de exceſſi. Baro. col. 3 circa fin.* Cæſar.

Item Rex & Princeps infeudando omnia transferũt, exceptis his, quæ ſibi retinent, ut dicit forma priuilegiorum. Sed hoc exceptuatur, ꝙ Barones non poſſint in terra ſua feudali notarium creare, ergo videtur ꝙ transferat omnia, præter exceptuata: arg. in Auth. de non alie. §. vult enim. Item poteſt facere iudicem ad ius reddendũ: quod eſt pluſquam facere notarium ad inſtrumenta conficienda, ar. ſupra e. ti. l. Baiulos omnes. & iudices, illi ſunt in officio: hi in miniſterio, ſcilicet, notarij. Alij dicunt & fortè melius: ſicque uidemus ſeruari, ꝙ ſolus Rex creat notarios propter exactionẽ priuilegiorũ ab his quæ debentur maioris dominij ratione: hoc competit ſoli Papæ & Regi: aut cui competit per priuilegium ſpeciale, dicit Inno. extra de fide inſtru. c. vlt. quicquid dicat Hoſt. in ſumma illius tit. §. 1. addit Inno. niſi ſpecialiter conſuetudo conceſſerit alicui. Hæc cõſuetudo in terris Demanij non obſtat Regi, quia conſtit. hæc tollit eam: etiam ſi ſubiecta fuerit, ut ſup. dictum eſt in prologo. Niſi eccleſiæ competeret hæc conſuetudo, diximus ſupra de offi. Iuſt. l. cum ſatis. Sed ſi Barones haberent hanc conſuetudinem præſcriptam, poſſent: quia conſtit. iſtæ non prohibent in terris Baronum: nam & ſi hic Baro haberet priuilegium, non obeſſet dicta exceptio his, quæ debentur maioris dominij ratione, per præſcriptionem poſſet illi iuri derogari per talem exceptionem acquiſitam. Omne enim ius tolleretur longiſſima præſcriptione. C. de præſcrip. 30. ann. l. omnes. in iure fiſcali magis longum tempus requiritur, ut dicetur infra, de præſcri. l. quadragenaria. & adde quæ dicta ſunt in l. Imperatores. §. ſcriba. Item an notarius unius loci poſſit de conſenſu partium facere inſtrumenta in alio loco? diximus plene in d. verſi. poteſtas creandi magiſtratuum. Item limitat numerum notariorum, cuius contrarium eſt in multis regni partibus: & ſpecialiter Neapoli ſeruatur: ſed hoc excuſat, quia rex cõfirmat eos: & ſic ipſe videtur creare. ff. de verb. ſig. l. lege obuenire. & Inſt. de tute. in fi. quæ quidẽ lex iſtam poteſt tollere, & eo ipſo tollit, ꝙ ſcit ipſe ultra numerum concedi. ff. de execu. tuto. l. ſed & hoc. Andræas.

De inſtrumentis conficiendis. Aliàs, de authoritate, & fide inſtrumentorum conficiendorum. *Rubrica.*

COnſuetudinem. Primò dicit inſtrumenta conſcribi debere in litera legibili.

Additio. *Adde quòd ſi ſit ſcriptum in litera diuerſa, an præſumatur ſuſpectum? vide in §. licet in Auth. de trien. & ſemiſ.*

Et hæc eſt quædam additio de veteri, non de nouo, per quam tolluntur inſtrumenta Curialiſca Neapolis, Surrenti, & ducatus Amalfiæ: quæ non excuſaret ſola conſuetudo, niſi habeatur ex priuilegio, per ea quæ dicta ſunt ſup. l. proxima.

Volumus. Hic etiam dicit inſtrumenta debere conſcribi in chartis membranis, ſcilicet, de corio, non in chartis bombicinis: niſi ſint apodiſſæ, vel antapochæ: quod dic ut in glo.

Additio. *Adde Bar. in l. commodato. in §. ſicut. ff. commod. Bart. in l. 1. in prin. ff. de bon. poſ. ſec. tab. Bal. in l. donatio. C. de donat. Ang. & Sal. in l. quoniam indignum. C. de teſt. Spe. in tit. de inſtru. edi. in §. poſtremò. verſi. item quod eſt ſcriptum. Et an poſſint ſcribi in papyro? adde tex. in c. cum dilecta. in §. nos igitur. de confirmat. utili vel inutili.*

Citationes

ADDITIO. *Olim Neapoli & locis hic nominatis conficiebantur inſtrumenta quodam barbaro caractere, quod Curialiſcum appellabatur, adeo cõfuſo, & a Latino diuerſo, vt hodie a paucis legi poſſit, cuiuſmodi plures ſunt apud me. Sed tamen hac conſti. non omnino vſu recepta fuit: nam poſtea nonnulla inſtrumenta in ijs locis confecta vidi ſub ſeqq. Regibus, vſque ad Robertum, quæ vtiq; vigore huius conſtitutionis nullam fidem facerent. An in inſtrumẽtis de neceſſitate ſit apponenda dies, vide Io. Fabr. in §. item verborum. Inſti. de inutilib. ſtipul. et quid ſi eſt erratum in die, vel diſcordat annus ab indictione? Et quando notarius poſſit corrigere inſtrumentum. vide Doct. & latè Ang. in l. Imperator, la 1. ff. de ſtatu hominis. Aymo conſ. 65. Dec. & Cagnol. in l. ſi librarius, ff. de reg. iur. Et de ſolennitatibus requiſitis in inſtrumentis, Decius conſil. 97. & quõ impugnentur inſtrumẽta, Aymo conſ. 72. & cõſi. 134. nu. 26. & 46.* F. Ior.

1 ADDITIO. In chartis papyri. *Adde tex. in cap. cum dilecta. in §. nos igitur attendentes. de confirm. vtili vel inutili.* Superant.

ADDITIO. *Meminit Luc. de Penna in d. l. col. 3. C. de apoch. publi. lib. 10.* De Bottis.

2 ADDITIO. Niſi ſint apochę. *Adde quid ſit apocha, i. l. plures apochas. & ibi Cyn. C. de fide inſtr. Et an appellatione apocha ſimpliciter facta, intelligatur de priuata? vide per Bar. in l. admonendi. col. ſexta, ff. de iureiurando.* Superantius.

per ſtatutos a nobis notarios ſcribi debere. Scribendi modo, * qui in ciuitate Neapolis, ducatu Amalfiæ, ac Surrenti, atque eorum pertinentijs hactenus ſeruabatur, omnino ſublato. Volumus etiam, & ſancimus, vt prædicta inſtrumenta publica, & aliæ ſimiles cautiones, non niſi in pergamenis in poſterum conſcribantur. Cùm enim eorum fides multis futuris temporibus duratura ſperetur, iuſtum eſſe decernimus, ex vetuſtate forſitan, deſtructionis periculo non ſuccumbant. Ex inſtrumentis in chartis papyri, [1] vel alio modo, * quàm vt dictum eſt, ſcriptis, niſi ſint apochæ, [2] vel antapochæ in iudicijs, vel extra iudicia, nulla omnino [a] probatio aſſumitur. Scripturis tantùm [b] præteritis in ſuo robore duraturis. Quæ tamen in prædictis chartis bombicinis ſunt redactæ ſcripturæ in prædictis locis Neapolis, Amalfiæ, & Surrenti, infra biennium a die æditæ ſanctionis iſtius, ad communem literaturam, & legibilem redigantur.

a *Probatio aſſumitur.* Mirum dicitur, quòd ex inſtrumentis ſcriptis in chartis papyri, quę durant, & valent, nec alicui corruptioni adhuc ſubiecta ſunt, quod probatio non aſſumitur, ex eo, quod timetur non eſſe duratura: immo hæc ratio debet in contrarium ſuadere, vt euitaretur periculum: & vt rerum probatio ſalua eſſet. ff. de neg. geſt. diuo. C. de teſt. l. publicati. & ff. de teſti. l. curent. Sed forte contingit hoc propter delictum eius, qui ſcribit contra conſtitutionem iſtam, & aliter propter delictum alicuius æſtimatur futurum tempus. ff. ad legem Aquil. l. inde Neratius. 1. reſpon. in fi. & §. 2. & l. in lege.

b *Præteritis.* Et ſic inſtrumenta debent eſſe ſcripta in membrana, quam dat temporis qualitas, vt C. de donat. l. donatio, ſiue directa.

De iudicib. per imperial. celſitud. &c. *Rubr.*

c CVm noua. In quibuſdam regni ciuitatibus fiebat quædã fraus de nomine ad nomen, quæ hac conſti. tollitur, quia cum non poſſet quis creare iudices: quia hoc dependet ex imperatoria maieſtate: ipſi creabant Amezatores, qui de quæſtionibus cognoſcebant: quos creare de cætero prohibentur. Arbitros verò eligere nulli denegatur. Et de ſimili fraude habes in Authen. vt nul. hab. loci ſerua.

De iudicibus per imperialem celſitudinem promouẽdis. aliàs, vt quæſt. terminentur.

TITVLVS LXXXII.

Noua conſtitutio.

Quia ciuitates non poterant facere iudices in fraudem faciebant admezatores, quod hac conſti. remouet: ſed oẽs quæſtiones per iudices coram Baiulis terminentur, quorũ appellationes nõ ad compares, ſed ad celſitudinem regiã, vel ad magiſtrum Camerarium referantur, arbitria tamẽ remaneant in ſui roboris firmitate. h. d. Lallus de Thuſcia.

† IMPER. FREDER.

CVm [c] noua noſtri nominis ſanctione ſtatutum ſit, vt iudices de qõnibus cognoſcentes, per noſtram celſitudinẽ debeant promoueri. Iunctos ẽt Admezatores, qui per priuatorum conſenſus ad decidendas quæſtiones in prędictis locis Neapolis, Amalfiæ, & Surrenti, & circunſtantib. eligebãtur hucuſque, qui nullam aliam iuriſdictionem habebant, niſi quæ ab eligentibus cõferebatur eiſdem, in poſterũ eligi prohibemus. Sed per iudices tm̃ a nobis ſtatutos coram [d] Baiulis cauſas oẽs examinari volumus, &

† *Aliàs, Idem.*

ADDITIO. Cum noua. *Vide ad hanc conſtitutionẽ Andr. de Iſer. in conſti. Capitaneorum. ſupra de mag. Iuſtit. in conſtitutione, noua. & in l. officiorum. de off. mag. Camerar. per totum, & maximè in fi.* Cæſar.

d *Et Baiulis.* No. per hanc cõſtitutionem iudices per hunc modum tãtum debere ferre ſententias, & in præſentia Baiulorum: & ſic videtur, quòd Baiulus non debeat loqui in ſententia, ſed iudices tantum dicant: Nos talis, & talis iudex, præſente tali Baiulo, &c. Et ſic videtur, quòd Baiulus non ſit iudex ordinarius, cũ non poſſit ferre ſententias: quod poſſet, ſi eſſet ordinarius, vt in Authent. in me. li. non ſic. ſa. ſor. col. 8. vt iu. no. ex ſa. iul. § eam autem. vbi dicitur, quòd ſi plures ſunt iudices ordinarij, & diſſentiunt inter ſe, quilibet poteſt diuerſimode dare ſententiam ſuam: concordat huic ſupra de officio magiſt. Camerar. l. officiorum. in fine, licet uideatur contraria conſtitu. ſupra de ciu. Camerar. l. locorum Baiuli. & ſupra de ſa. Baiul. l. puritatem. Sed cautius crederem, quòd tam Baiuli, quàm iudices loquantur in ſententijs, & ſimul pronuntient: ne poſſet opponi, quod iudicum talium limitatum ſit officium, tanquam aſſeſſorum, vt ff. de aſſeſſo. l. ſecunda. qui iudices iudicare non poſſunt, vt C. de aſſeſſo. l. namque. Et alibi nuncupantur iudices, vt in Authentica, vt iud. ſine quo. ſuf. §. computabit autem. Conſuetudo verò tenet primum modum pronunciandi, quod iudices, uidelicet, loquantur, & dicant: Nos tales iudices præſentes, & Curiam regentes, tali Baiulo, &c. aliàs niſi eſſet Baiulus præſens, ſententia non ualeret: pro quo facit. C. de ſenten. & interloc. omn. iudic. l. ſententiam.

ANDRÆAS DE ISERNIA.

Citationes tantum fiunt in chartis bombicinis, quia non ſunt inſtrumenta: multi etiam reges & Principes vtuntur ipſis chartis, unde in alijs regnis, & locis extra illud regnum Siciliæ ſeruabitur id, quod eſt ſolitum fieri, ar. ff. de vſu. l. qui ſemiſſes. de pig. act. l. vel uniuerſorum. Chartæ dicũtur de bombice, membranæ ſunt de corio, & membris animalium. ff. de acq. rer. dom. l. qua ratione. §. literæ. Inſt. de rer. diu. §. literæ. Iure Romano ualent priuilegia ſiue in chartis bombicinis, ſiue in membranis. C. de diuer. reſcr. l. ſacri afflatus.

ADDITIO. *Adde tex. in c. cum dilecta. §. nos igitur. de confirmat. vtili vel inutili.*

Et teſtamenta ſimiliter debent ſcribi in chartis membranis. C. de teſtam. l. quoniam. in fi.

ADDITIO. *Vide pragmaticam regni, ſinguli, & ſupra in conſtit. Baiulos.* Cæſar.

COnſuetudinem quam. In glo. in ver. probatio. circa fi. Sed an cautiones procurationum poſſint fieri in chartis bombicinis? videtur ꝙ ſic, quia ceſſat ratio quæ redditur in conſti. præſenti. Contrarium verius putatur, cũ illa fuerit ratio impulſiua, non finalis, arg. ff. de poſtul. l. 1. Præterea hoc non permittitur, niſi in duobus caſibus, in alijs ergo prohibuiſſe videtur. l. maritus. C. de curat. l. cum prætor. in prin. ff. de iudi. cum ſi. Et hæc etiam omnia locum habent in inſtrumento, & cautelis authenticis. Sed nunquid in tranſumpto? dic idem per arg. ſupra proxime allegatum: & per cauſam conſti. pręſentis. Sed an credatur tranſumpto? dic quòd ſic, ſi factum eſt coram iudice, & ſolenniter, aliàs non. & ita not. in l. publicati. C. de teſta. ita not. glo. in Auth. vt frat. fil. §. 2. quæ glo. incipit, creditur ergo exemplo. per Cy. in d. l. publicati. & videtur etiam hæc conſtitutio comprehendere teſtamenta, cùm appellatione inſtrumentorum, &c. l. 2. ff. quemadmo. teſta. aper. Barthol. de Capua.

De iudicib. per imperial. celſitud. &c. Rub. Noua conſtitutio.

CVm noua. Hic habent quidam rub. de ſolemnita. & roboritate inſtr. orum: & tollit Amezatores, cum ſufficiãt iudices ordinarij.

Sed per iudices. Hic videtur, ꝙ iudex præſente Baiulo pronunciat, non Baiulus cum iudice: quia a ſententia iudicum appellatur, cum dicit a ſententijs iudicum, & Baiulorum: Tutius tamen dicit glo. quod vterque pronunciet, arg. eius, quod no. in glo. ar. C. de ſen. l. 1. ſeruabitur tamen in hoc conſuetudo. Item in terris Demanij appellatur ad mag. Came. qui eſt hodie Secretus, in terris Baronum ad Iuſti. & ad magnam Curiam indiſtinctè. Et ſic referas ſingula ſingulis: nam tunc optimè totam materiam intelliges: aliter obſcura videretur, vt hic plene in glo. & dictum eſt ſuprà de mag. Camer. l. 1. in fi. & de off. Iuſtit. l. Iuſtitiarij per prouinc. in fi.

a *Terminari.* No. contra illos, qui dicunt Baiulos debere iudicare, & iudices eſſe aſſeſſores: quod falſum eſt. ¶ Iudices.n. debent iudicare coram Baiulo: & ab eorum ſententia appellatur, ut hic, & ſupra, de offi. Sec. d. l. 1. in fi. Quis autem ſit aſſeſſor? dic ut in ſum. de aſſeſ. circa prin. facit etiam pro prædictis, ſupra de trig. l. 1. Contrariũ habes arg. infra, de offi. ad. l. 1. ibi, per iudices, qui eis pro tempore aſſidebũt. & infra, de banni. l. cordi nobis eſt. Item pro prædictis facit infra de temp. ap. l. j. G.

b *Sed ad celſitudinem.* No. in hac conſtit. non ſeruari ordinem, qui eſt de app. l. Imperatores. & C. de app. pcipimus. quia primò ponit in ordine de curia regia, ſeu imperiali, & poſteà de alijs officialibus. Et idẽ dicitur in noua conſtit. de offi. c. non obſt. ſupra de offi. mag. Cam. l. officiorum, periculoſa confuſio. vbi dicit, ꝙ magiſtri Came. cognoſcũt de appellationibus a ſententijs Baiulorum interiectis: quia illud quando appellatur ad eos: ſed ſi appellaretur † ad magnam curiam, magna Curia cognoſceret, vt hic: & ſic non ſeruatur, quod eſt. ff. de appel. l. j. §. j. ordine & ſtatu ſuo. & cũ iſta conſtit. concor. j. de ap. quæ incipit, appellationũ tempora. ubi generaliter dicit ꝙ a quibuſcunq; officialibus, uel iudicibus in quacunque parte regni appellatur ad magnam Curiam, dantur 50. dies ad præſentandos Apoſtolos: & ſic liquet ibi, ꝙ a minoribus iudicibus, uel etiam, quod plus eſt, delegatis, omiſſis medijs, appellatur ad magnam curiam: & ſic ſpeciale eſt, ꝙ omnibus poſtpoſitis appelletur ad Papam, vt 2. q. 6. c. ſi quis putauerit. & extrà de app. ſi duob. & no. per Azo. C. de ſum. tri. in ſum. eiuſdẽ tit. §. app. poteſt. Sed per cõſtit. eſt ſpeciale in rege, vel Imperatore, ut dictũ eſt.

† Additio. *Vide moder. in c. regni, plerunque, num. 12. cum ſeq. fol. 156.* De Bottis.

per ſnīam [a] terminari: a quorũ ſententijs appellationes nõ ad cõpares vel adiũctos, vt dictũ eſt, [b] ſed ad celſitudinẽ nſam, vel officiales noſtræ Cameræ, Iuſtitiarios, magiſtros Iuſtitiarios, ſicut in reliquis regni partibus, deferãtur. Arbitris ſuper reb. de quib. põt de iure in arbitros cõpromitti, propterea non negandis.

De fide & authoritate inſtrumentorum, & quot teſtes debeant ſubſcribere in inſtrumentis.

TITVL. LXXXIII.

Nullam habet roboris firmitatem inſtrumentum ſcriptum & ſubſcriptum per notarium, & iudicem ad contractus: niſi ad minus duo teſtes deſcripti in inſtrumento ſe ſubſcribant, ſi rogatus eſt infra libram auri: ſed ſi vltra libram, debent ad minus tres teſtes de deſcriptis in inſtrumento ſe ſubſcribere, qui ſint teſtes omni except. maiores. Et clericus etiam de prima tonſura in terris dimanij non debet creari notarius, vel iudex ad contractus. h. d. Matthæus.

De fide & authoritate inſtrumentorum, &c. Rubrica.

I*Nſtrumentorum robur.* In inſtrumento quod non excedit libram auri ſufficiunt duo teſtes, & iudex & notarius. Sed ſi excedat, exiguntur tres teſtes, alias non probaret. Alius numerus ponitur per l. C. ſi cer. pet. l. ſuper. & auth. ibi poſi. Item clerici non poſſunt eſſe notarij, vel iudices: licet Venetijs contrarium obſeruetur.

• Additio. *Quid ſi clericus facit teſtamentum per manus notarij apoſtolici ſine iudice, in quo inſtituit laicos, vel clericos, vel eccleſiam, an tale teſtamentum valeat. Vide latè Capic. in deciſ. 101. de inſtrumento, vel teſtamento facto per clericum vel preſbiterum, qui illud ſtipulauit, an faciat fidem. Vide Dec. conſi. 120. col. 1. & quid ſi ad pias cauſas, an valeat. Quid ſi producatur teſtamentum nuncupatiuum, ſeu inſtrumentũ de teſtamento prædicto reaſſumpto in forma huius cõſtitutionis cum ſubſcriptione trium teſtium, in quo notarius aſſerit in dicto teſtamento interueniſſe ſeptem teſtes, eos nominando, an tale inſtrumentum probet. Vide Affl. deciſ. 166. Quid ſi aliquis conficit inſtrumentum donationis per duos notarios an ſufficiat illud reaſſumi facere per unum tantum. Vide Gul. Ben. in c. Rainutius, in verbo, mortuo, lo 1. nu 405. cum ſequen. & Dec. conſ. 36. No. quòd ſi producatur inſtrumentum minus ſolenne, ſi tamen ſecundum eius tenorem fuit obſeruatum, tale inſtrumentum probat. Aymo. conſ. 101. nu. 4. An inſtrumentũ confectum coram populo, uel in parlamento generali, requirat teſtes. Spec. in tit. de inſtr. editio. §. reſtat. verſ. Sed cum literis epiſcoporum. tenet, quòd non. refert Gul. Bened. in c. Raynutius. in verſ. teſtamentum, lo primo, nu. 19. vide Luc. de Penna in l. quicunque. 1. col. C. de conuen. fiſ. debit. lib. 10. & in l. fiſco. nu. 4. C. eod. tit. vbi dicit, quod ſatis prudenter cogitauit prudens lator huius conſtitutionis in requirendo ſubſcriptionem iudicis, & teſtium ad tollendum materiam fabricandi falſa inſtrumenta: non enim tot perſonæ tam faciliter inducuntur, vt vnanimiter concurrant in idẽ ſcelus. Adde quòd ſi una membrana non ſufficit pro uno inſtrumento, poteſt fieri in duabus, & ualet. Barth. de Capua in addit. in l. cum fundi. in princ. ff. de euictio. an Prorex huius regni poſſit diſpẽſare, quòd reaſſumatur inſtrumentum mortuis omnibus teſtib. & notario, uide Loffred. conſi. 30. Et an inſtrumẽtum confectum per notarios coram populo in publico parlamento requirat teſtes. uide Spe. in tit. de inſtr. edit. uer. Sed cũ literis epõrũ. & Gul. de Bened. in c. Rayn. in uer. teſtamẽtũ. nu. 19.* De B.

† *Aliàs, Idem.*

† IMPER. FREDER.

INſtrumentorum * [c] robur & ſolennitatem [d] augentes, vt de eorum fide nulla omnino in poſterum dubietas poſſit oriri, Statuimus, vt ſi quantitas, [e] quæ in contractu deducitur [f] infra libram auri ſubſiſtat, de mobilibus vel im-

c *Robur.* Suprà de impo. defen. l. ſi quis. §. illud.

d *Augentes.* C. ſi cert. pet. l. fin. & auth. ibi ſignata. Marinus.

e *Quæ in contractu.* Dicũt quidam ex hoc uerbo, ꝙ forma, quæ per hanc conſtit. traditur in inſtrumentis, locum habeat in contractibus inter uiuos, non in teſtamentis, & ultimis uoluntatibus: nam iſtud uerbum, contractus, non pertinet ad ius teſtandi, ut ff. de verb. ſign. l. verba cõtraxerunt. & ita ibi nihil mutatur. Sed contrarium puto, † ꝙ hoc verbum, contractus, largiſſimè eſt ſumendum pro omni, ſ. obligatione, ut ff. de iudi. l. omnem. & ut comprehẽdat, ſiue ultrò citroque, ſiue altera parte tantum deſcendat obligatio, ſicut & C. de fideinſtrumentor. contractus. in princip. & de præſcrip. 30. ann. ſi quis emptionis. in princ. & de his quæ vi metusve cau. fiunt. ſi donationis. in princ. licet ſit aliter ſecundum ſtrictam ſignificationem, ut in l. præallegata in contrarium: & in eo. tit. de verb. ſign. Labeo, & hic intellectus declaratur p ſequentia verba, & quibuſlibet reb. aut cauſis, &c. ¶ Nam articulus iſte. Quibuſlibet, omnia comprehendit, ut ff. de hære. inſt. hoc articulo. Similiter hoc verbum, rei, eſt generale: & verbũ, cauſis, vt ff. de re. cred. l. j. in fi. & l. certi condict. in prin. prætereà, quæ maior ratio eſt in contractibus, quàm in vltimis voluntatibus, cum viciſſim ea quę fiunt inter viuos trahuntur ad ultimas voluntates, & econtra, ut ff. de leg. j. l. ſeruum filij. §. eum. & Inſtit. de le. Fuſia Can. toll. & ff. de pac. l. pactum. imò ſi rectè inſpicias, maior hic ſubeſt ratio in vltimis voluntatibus quàm inter viuos. lex enim plus timet in vltimis uoluntatibus falſitatem, ut C. de fideic. l. vlti. §. cum. n. Vnde multo magis cautũ & ſolenne debet confici inſtrũm in ultimis uoluntatibus, ubi potius dubitatur, ut argu. ff. de Carb. edic. l. 1. circa princ.

† Additio. *Tenet Martinus in hac glo. quòd hodie poſſit fieri teſtamentum de duodecim uncijs per inſtrumentum confectum per iudicem, notarium, & duos teſtes: ſed non ſeruatur, imò communiter reprobatur. vide ſimilem q. per Luc. de Penna in l. mediterraneæ. C. de anno. & tribu. omnino vide Cyn. in l. 1. 2. col. C. de ſumma Trinit. & Spec. de inſtrum. edit. §. compendioſe. verſ. quid ſi de conſuetudine.* De Bot.

f *Infra libram.* Intellige infra librã, etiam ſi ſit libra cõpleta, vt ff. de verb. ſign. l. ſi quis ſic dixerit, & de uerb. oblig. quicquid. in fine, & de ſucceſſ. edic. l. j. §. quod diximus. & hoc etiam patet ex eo, quod ſubijcit hic, ſi autem libram auri exceſſerit. nam differentia eſt inter excedere, & cõplere, vt ff. qui teſtam. face. poſſ. l. ex qua ætate. §. utrum. & accedit. ff. de iure immu. l. 3. licet ſit argum. contra. ff. de manu. l. j.

• Addi-

ANDRÆAS DE ISERNIA.

De fide & authoritate inſtrumentorum, &c. Rubrica.

I*Nſtrumentorum robur.* Hic habent quidam rub. qualiter contractus celebretur: & de authoritate inſtrumentorum ſeruãda, & bona eſt hæc conſtit. ut ſe ſubſcribant iudex & notarius in inſtrumentis: & ſit certus numerus teſtium, ſiue contractus ſit, ſiue ſit teſtamẽtum, aut alia ultima uoluntas. Quod eſt verius, dicit glo.

Additio. *Adde, modum teſtandi in ſcriptis cum ſignis, ſeu ſigillis ſeptem teſtium ponit Alex. de Imo. in l. bonorũ. in 2. not. C. de bon. poſſeſſ. ſecund. tabul. Et quid in codicillis? vide per Pau. de Caſt. in l. hac conſultiſſima. in 2. col. C. qui teſtam. face. poſſ. Et an in codicillis dicti teſtes debeant eſſe rogati? vide glo. in §. de his. 3. q. 9.*

Licet alij contradicant, quod eſt not. contra illos, qui faciunt teſtamentum ſine iudice & notario: ſi obeſt illi teſtamentum per inſtitutionem ſeu ſcripturam, uel ſi per teſtes, non imputari, ut ſtatim ſequitur. Item infra libram. Idem eſt etiam ſi ſit libra completa: nec plus, nec minus: quia debet excedere libram. Item no. ꝙ non ſufficit teſtes eſſe præſentes, niſi ſubſcribant propria manu contra ius Romanum. Vſus tamen obtinet, ꝙ illiteratis teſtibus ſufficit facere crucem: & alius ſciẽs literas, ꝙ ſcribat ſic, ſignum crucis propriæ manus talis teſtis illiterati. mos & vſus talis ſeruandus eſt. arg. C. de iniur. l. fi. in fi. Qualiter hoc fiat, dic plene hic in glo. Et ꝙ facere crucem tantum ſit ſubſcribere, eſt arg. C. de iure deli. l. fi. §. ſinautem dubius. Vnde ſi inſtrumentũ habeat ſubſcriptionẽ iudicis & notarij, ac vnius teſtis tantum, quia alij teſtes forte ſunt mortui, non probabit tale inſtrumentum: quia fuit negligens in faciendo ſubſcribi, ut dicit gl. pro quo eſt: quia ſi unũ ſubſtantiale deeſt, nihil ualet quod agitur. C. de teſt. l. fi

* Additio. *Adde quòd de iure communi teſtes inſtrumẽtarij poſſunt eſſe inhabiles, Aymo conſi. 56. nu. 10. vide Pau. de Caſt. in cõſ. 205. incip. non multum videtur, Capic. deciſ. 29. in princ. vbi etiam, an teſtis cogatur ſe ſubſcribere in inſtrumento, in quo notarius aſſerit eum interueniſſe. Et determinat quòd non.* De Bottis.

mobilibus, & quibuslibet rebus, aut cauſis in inſtrumento duo teſtes † bonæ, & probatæ * opinionis [a] ſubſcribãt præter iudicem & notarium. Si autem libram auri excedat, tres teſtes [b] probatæ fidei, (vt eſt dictum) prçter iudicem & notarium, ſimiliter in eodem inſtrumẽto ſubſcribant: qui debent eſſe (vt dictũ eſt) omni exceptione maiores, & ſcientes literas in locis, in quibus literati poterunt inueniri: alioquin alij etiam [c] aſſumantur. Contra prædictam autem formam inſtrumenta confecta in poſterum nullam habeant firmitatẽ, illo tenaciter obſeruãdo, vt in aliquo locorum noſtri Demanij clerici [d] cuiuſcunque ſint ordinis * in iudices & notarios nullatenus ſtatuantur.

† *Alias, aut tres.*

a *Subſcribant.* Et ſic hodie per conſtit. iſtam neceſſaria eſt in inſtrumẽtis propriæ manus teſtium ſubſcriptio, quæ ſecundum iura communia neceſſaria non erat, ſed notarius ſcribebat nomina teſtiũ in inſtrumento, vt in Auth. de fide inſtru. §. ſed & ſi inſtrumenta, & no. C. de dona. l. donatio. in gl. nõ etiam &c. vt in Auth. de hær. & fal. §. ſi uero abſunt. in glo. ergo econtra &c. & C. de teſt. l. vlt. ſiue in glo. ſiue per alium &c. & facit Inſtitu. de contrah. emp. §. 2. Andr.

Subſcribant. Nota, ſufficere nec exigi iure moderno teſtes tantũ in contractibus intereſſe, ſe ſubſcribere in inſtrumentis, vt hic, & in cor. Auth. de inſtru. cau. §. ſed & ſi inſtrumenta. ibi, ex nõ ſcripto prçſente &c. idem etiam iure communi comprobatur, ut C. ſi cer. petat. l. vlti. Item quæro, an producto inſtrumento ad probationem coram iudice, & vno tãtum teſte ſubſcripto, proſit producenti caſum mortis alterius teſtis allegare, qui contractui interfuit & inſtrumentum ſubſcribere debuit, nec ſubſcripſit? Reſpon. nullum afferre adminiculum alleganti, ſed eius eſſe negligentiæ imputandum, q̃ a teſte non fecit in vita teſtis ſubſcribi inſtrumẽtum, reprobata illorum ſententia, qui dicũt caſum mortis præuideri non poſſe, cum ſit incertus, & hoc probo ratione manifeſtiſſima: mortis enim caſus, licet incertum diẽ habeat, certum tamen eſt hominem moriturum, ut ff. de cond. & dem. l. 1. cum ergo eſſet certum, teſtem moriturum: licet, ut dictum eſt, dies mortis eſſet incertus, præuideri potuit, ne prius moreretur teſtis, quam ſubſcriberet inſtrumentum; ſicque planum eſſe, dico, quod eius negligentiæ, cuius fuit inſtrumentum, debeat imputari. quod eſt verum, argumentum optimum ad hoc. ff. loc. & condu. l. ſi quis domum. §. ſubiungi. & §. quid tamen. & §. item quæritur, & argu. ff. dç dam. infec. l. qui bona, §. cum inter.

b *Probata fidei.* In depoſito vero ſpeciale eſt, ubi infra libram auri tres requiruntur teſtes, præter iudicem & notarium, vltra libram verò debet fieri publicum inſtrumentum, vt infra de proba. conſtitutione, in cauſa depoſiti.

c *Aſſumantur.* Sed qualiter non literati ſe ſubſcribant cum neſciãt? Reſpon. ipſi forte manu propria facient crucem, vt C. de iure deli l. fin. in fi. & cruce facta eis præſentib. per alios ſubſcribẽt, ut C. de teſta. l. fi. §. fi. & ibi no. M.

Alij etiam aſſumantur. Sed teſtis illiteratus † quomodo ſe ſubſcribere poteſt in inſtrumento? Reſpõ. notarius ſubſcribet pro eo .i. faciet literas ſubſcriptionis ſuæ, vt ff. de acc. libellorum. §. itẽ ſubſcribere. & C. de teſta. hac cõſultiſſ. in prin. ante ipſam ſubſcriptionẽ ipſe teſtis faciet ſignum crucis, ut C. de iu. delib. l. fi. §. ſubſcriptionem. & debet talis teſtis ſignũ facere ſua propria manu, faciendo uidelicet ibi in charta uirgam vnam per longum, & aliã per latũ, ex latere deducendo: ſicut enim fit crux, quã quilibet nouit.

† Additio. *Adde Lucã de Penna in l. nulli. §. omnia. in ver. mentione. C. de numer. vbi dicit quòd ſi aliquis teſtis neſciat ſcribere, tunc per alium portetur eius manus, & hoc fiat in præſentia teſtium ipſo mandante & Affl. deciſ. 166. nu. 7.* De Bottis.

¶ Et ſi eſſet ita miſer, & ſimplex teſtis, quod neſciret ducere pennam, ita q̃ faceret virgam prædictam per longum, & ex latere, tunc notarius teneat cum manu ſua manum teſtis, & trahat eam per chartam, ita q̃ faciat cum facere uirgam per lõgum, & ex latere, & ſic ſignum crucis, vt dictũ eſt, vt in Auth. de teſti. §. j. vbi bene probantur prædicta. Et poſt huiuſmodi ſignum ſubſcribet notarius dicens: Signũ talis teſtis illiterati. & facit ad prædicta in Auth. de inſtru. ca. in fi. §. oportet vero in his qui literas neſciunt. & dic ſimiliter, vt ibi.

d *Cuiuſcunque.* Accedit. C. de epiſc. & cler. l. placet. & l. repetita. C. de teſta. l. conſulta diualia. & in Auth. de ſanc. epiſ. §. alterum autem. licet in iudice ſufficiat habere factorum peritiam, vt expreſſum eſt, extra ne cle. vel mo. &c. §. ſi quæritur. ubi plene de hoc.

Additio. *Adde tex. in l. ſi quis curialis. C. de epiſ. & cle. & Pari. de Put. in tract. ſyndi. litera C. capi. clericus.* Cæſar.

* Additio. *Niſi in cauſa ſuarum eccleſiarum, arg. ext. de poſtul. cap. 1. & vlt. & hac not. Goffr. in ſumma, ne cler. vel mon. §. ſed quoniam.* Barth. de Capua.

De aduo-

ANDRÆAS DE ISERNIA.

teſt. l. ſi vnus. ff. de tranſa. l. cum hi. & hoc verum. Niſi ſubito mortui eſſent teſtes, parum poſt confectum inſtrumentum caſu forte inopinato. arg. ff. de admi. tut. l. etiam, & vt in poſ. leg. l. plane. repentinæ. n. plerunq; hominis eueniunt mortes. in Auth. vt fac. no. conſtit. circa fi. Et multis pericula eueniunt in mari & in terra. ff. de donatio. cauſa mor. l. Senatus. §. mortis cauſa. Nam quid prohibet hominem mori, ff. rem ra. ha. l. ſi fine, in fi. Sed quid ſi in aliquo loco non inueniuntur notarij? videtur quòd vnus poſſet ſcribere loco notarij, ar. C. qui teſt. fa. poſ. hac conſultiſſima. in fi. Verius eſt contrarium: quia requiritur miniſterium perſonæ publicæ. arg. ff. de ſolut. l. inter artifices. Qualiter ergo conſuletur contrahentibus, vel teſtantibus in talibus locis, vel etiam ubi ſunt notarij, ſed non potuerunt interuenire, cum confeſtim eſſet inde contrahens receſſurus. ff. de iudi. l. hæres abſens, §. 2. Vel ſubito morbus ſuperuenerat ducens ad mortem: dic q̃ adhibeant teſtes, & per eos probent. nam hæc conſti. arctat probationem, quæ fit per inſtrumenta, vt falſitas uitetur, non probationes per teſtes, quæ nõ debent anguſtari. ff. de teſti. l. 3. §. curent. C. de iureiu. l. generaliter litera hæc indicat. & non eſt ueriſimile legis huius latorẽ per hanc conſtit. uelle tollere omnia iura ſuper his inducta. arg. C. de inoffi. teſt. l. ſi quando. quia in ambigua voce legis ſumenda eſt interpretatio, quæ uitio caret. ff. de leg. l. ambigua. & ſic maior numerus teſtium exigetur, quando probo per inſtrumentum, quã quando ipſos teſtes producerem: & erit ratio, quia plus creditur viuæ voci, quã mortuæ, in Auth. de fi. inſtr. §. ſi vero. Idem erit in omni contractu, & teſtamento, in quibus non fuit iudex & notarius, quia probabitur per teſtes, & alios legitimos modos probandi, inſtrumento non facto. Sed ſi velit probare per inſtrumentum oportet, quòd habeat numerum teſtium hic præfinitum. Vel in ſubſidium adhibebitur iudex & notarius alterius loci. ar. C. de teſt. l. fi. in prin. quod dictum eſt plene in tit. quæ ſint rega. in ver. poteſtas. Quid de notarijs imperij facientibus in Regno Siciliæ inſtrumenta non ſecundum hanc formam, ſed ſecundum vſum Imperij? Etiam promptum eſt dicere quod non valeret. Cũ Rex Siciliæ & quilibet Rex non ſubditus imperio, poſſit facere legem poſitiuã ſuis in Regno ſuo, ut dictũ eſt ſupra in prologo.

Additio. *Poſſit facere legem poſitiuam ſuis regno ſuo. Adde diffuſe per Ant. Corſetum in tract. de regib. q. 48.*

Satis autem eſt rationabilis lex hæc obſtruens falſitatem tot inſinuata & ſubſcripta inſtro manibus, &c. d. l. hac conſultiſſima. in fi.

Modus Imperij eſt quod unus notarius facit totum & ſcribit nomina teſtium ſicut vult. ¶ Quid de Papalibus notarijs? † de his eſt magnum dubium: quia Papa eſt proprietarius in Regno Siciliæ, a quo Regnum tenetur in feudum, & ſic in ſuos uidetur creare notarios, cum proprietas ſit ſua, arg. ff. de reli. & ſumpt. funer. l. 2. §. in locum alterius. cum concor.

† Additio. *Quid ſi teſtamentum eſt factum per notariũ Apoſtolicum. Et quid ſi teſtes ſunt ſubſcripti ſigno Crucis, Io. de Anne. conſi. 115. & late de notario Apoſtolico Dec. conſi. 36. num. 3. & conſi. 42. num. 2. & Corn. conſi. 25. vol. 4. Adde Affl. deciſ. 245. nu. 3. vbi an poſſit conficere inſtrumenta de rebus ſpectantibus ad eccleſiam, & Luc. de Pen. in l. fi. 4. q. C. de loc. prad. ciui. tenet, quod etiam in profanis poteſt conficere inſtrumẽta notarius Apoſtolicus. de quo vide Affl. vbi ſupra, & an poſſit conficere teſtamenta. vide Capic. deciſ. 201. & de inſtrumentis vide Boer. deciſ. 242. & an probent coram iudice eccleſiaſtico Thom. Gramm. in conſilio ciuili 116. Proprietarius Regni eſt Papa. vide Iaſ. in l. traditionibus. 2. col. C. de pact. & in l. ſi domus. § ſi fundus. 2. col. de leg. 1. & in l. ſi is qui, §. ſi iuraueró. ff. de interd. in cauſa. Alex. in l. ſi finita, §. ſi de vectigalib. in princ. de dam. infec. & in conſilio 159. volum. 5.* De Bottis.

Item Imperator condendo hanc legem uidetur excepiſſe authoritatem ſuperioris ſui. ar. extra de iureiur. c. veniens in fi. ff. ad muni. l. Imperatores. plures enim uidimus inclites Reges noſtros uti Papalibus notarijs, ſed non poteſt trahi ad vſum ſubditorum. Quia Rex ſcienter utendo tollit in illo caſu hanc legem, ut d. l. ſeu & hoc reſcripto, quòd ſubditi legi aſtricti non poſſint facere, ſemper Rex dicitur ſcire, in cuius pectore ſunt omnia iura. C. de teſt. l. omnium.

Additio. *Adde c. 1. de conſt. lib. 6. gl. in ver. inſufficientem. in c. 1. de renun. gl. fi. in c. praterea. 23. diſt. gl. in uer. quaſtio. in c. ſæpe contingit. de appell. Bald. in l. 2. C. ſi contra ius vel utel. pub. Et etiam iſta*

Addi- iura

De aduocatis ordinandis, aliàs de officio Aduocatorum.

TITVL. LXXXIIII.

Nullus poteſt gerere officium aduocationis coram magiſtro iuſtitiario vel iuſtitiarijs, niſi primo ſit examinatus, & approbatus per magiſtrũ iuſtitiariũ, & iudices magna Curia, quando vult aduocare in magna curia vicaria, & quãdo vult aduocare corã iuſtitiario per iuſtitiariũ, & eius iudices: vel fuerit approbatus per literas Regis. Math.

† REX ROGER.

ADuocatorum [a] * officiũ, qui dubia dirimunt facta cauſarum, non tam vtile, quam neceſſarium reputantes, noſtris conſtitutionibus duximus inſerendum: quos ſub tali forma volumus ordinari, vt non niſi examinati per iudices Curiæ noſtræ, & per noſtram celſitudinem [b] approbati in eadem Curia noſtra audeant poſtulare. Coram iuſtitiario ſimiliter regionum per iudices, qui eis pro tempore aſſidebunt examinari, & per eoſdem Iuſtitiarios poſteà approbari debebunt.

De aduocatis, &c.

a ADuocatorum officium. Aduocati non poſſunt poſtulare, niſi examinati per iudices magnæ Curiæ probentur: debent. n. aduocati eſſe literati, vt C. de aduoc. aliàs, de poſtu. l. 2. licet in iudicio ſufficiat habere factorum peritiam, vt C. de iud. l. 2.

† Aliàs, Idem. *Aduocati*. Aduocati officium. C. de aduocatis diuerſorum iudi. l. aduocati.

* ADDITIO. *An aduocatus cogi poſſit ad ſuſcipiendum patrociniũ alicuius: & an ſine ſalario. vide Capel. Thol. dec. 481. Et an liceat aduocare contra Dominũ, a quo tenetur feudum. Gram. deciſ. 80. Et an liceat paciſci cum cliente de lite proroganda, vide Guid. Papa deciſ. 102. & 190. Io. de Amicis conſi. 148. Et ibi ſi partes ſe concordauerũt ante ſententiam, an aduocatus debeat habere ſalarium. Et quid de aduocato ſiſci, an præferatur Conſiliario. Rubeus conſi. 86. Et an confeſſio facta per aduocatum, poſſit reuocari per clientem, & infra quantum tempus. Alex. conſi. 71. 3. volu.* Fabius Iordanus.

b *Approbati*. No. quòd non poteſt quis exercere officium aduocationis ſine licentia regis, vt in Longob. de teſtam. l. ſi quis cauſam, & ibi de hoc.

De præ-

ANDRÆAS DE ISERNIA.

iura habẽt locũ in Papa. Itẽ eo ipſo q quis eſt Papa, eſt Doctor vtriuſq; iuris authoritate, & nõ ſcientia, ſecundũ Bal. in c. 1. in vlt. col. de confeſ.

Secus ſi ignoraret eum eſſe notariũ per Papam tñ creatum. Quia Princeps põt errare in facto. C. de his qui a non do. manu. l. fin. Vnde ſubditis durum eſt cõtra ſtimulum calcitrare aduerſus tenorẽ huius conſti. nam Regno tranſlato in Siciliæ Regem omnia tranſierunt in eum, præter exceptuata; Inter quæ non eſt creatio notarij. Dictũ eſt ſ. pluries in prologo. & ſ. l. proxima. Rex habet vtile dñium, quod præfertur directo, ſuper quo accipe bonas ſimilitudines in materia theſauri inuenti in feudo per feudatarium, quia debet eſſe feudatarij inuentoris, non infeudantis proprietarij ſm Ioan. diximus in tit. quæ ſint reg. ſuper verbo, & theſauri. ſic in verbalib. conuentionibus ſicut ſunt conuentiones habitæ inter ſanctã Romanã eccleſiam & Cardinales, i. quicquid non exprimitur hr pro omiſſo. ff. de verb. obl. l. quicquid. & ſic nõ ob. c. veniens. ¶ Quid de inſtris quæ veniunt aliũde, vt de remota prouincia, † & vltra mare, vel alia lõginqua patria, An ſtabitur eis, ſine aliqua probatione, q ſit notarius publicus ille qui dicit ſe inſtrm conſcripſiſſe, & ſe notarium? glo. in ſum. de fi. inſtru. dicit q ſic vt ſufficiat inſtm apparere in forma publica non cancellatũ &c. C. de edi. di. Adri. l. fi. pro quo eſt. C. quemad. teſt. ape. l. 2. qui negat eum tabellionem, probet, pro quo eſt in Auth. de fide inſtru. §. ſi verò quiſquam, & quod dicitur de Barbario. de offi. Procon. l. fi.

† ADDITIONES. *Vide Abb. in c. 2. 4. not. ext. de fide inſtr. Affl. dec. 251. vbi dicit q ſufficit probare per teſtes ſolum notarium cõfeciſſe plura inſtrumenta & eſſe in poſſeſſione notariatus, quando præſumatur pro ſuo notariatu. & quid ſi reperiuntur inſtrumenta antiquiſſima, & non extat fama q ille qui illa confecit, fuerit notarius, an probent. vide ibi quia multa dicit in hac materia. & in dec. 245. nu. 3. vbi etiam præſumatur præſentia ſine exhibitione actorum.* De Bottis.

¶ *Vide ad hoc Alex. conſi. 73. vol. 2. Corn. conſ. 142. vol. 3. Bal. conſi. 208. vol. 3. & per Soci. conſi. 95. vol. 3. & Corn. in conſ. 24. vol. 4. Et quis debeat probare aliquem eſſe notarium, vide Alex. conſ. 70. vol. 3. & plenè Lanfranc. in c. quoniã contra. de probat. in verſi. inſtrumentorum productiones. verſ. quæro vlterius.* Fabius Iordanus.

Alij Moderni dicunt contra, vt qui dicunt eum notariũ, probent, cũ non naſcatur tabellio, ſed creatur cum ſolẽnitate. C. lib. 10. de tab. l. generaliter. nec probat qui negat. C. de proba. l. actor. Et daretur materia falſum fabricandi, qñ perſonæ non cognoſcũtur, poſſet alius facere qui non haberet poteſtatem. in d. l. fin. de edi. diui Adria. dicunt Doct. conſtare, vel non reuocari in dubium de perſona ſcribentis: hic enim prius debet conſtare de perſona. ff. de condic. l. quidã. Barbarius geſſit publice præturam, hic tabellio non cognoſcitur, nec geſſit ſe pro notario ſcientib. his, inter quos producitur hoc inſtm. Innoc. de fide inſtru. c. 2. dicit q priuatæ ſcripturæ non creditur, niſi adiuuetur teſtibus, vel comparatione literarum. Et ſubdit idem fortè dicẽdum eſt in forenſi inſtro. ar. contra. C. de dona. l. in donatione. Sed non eſt contra, quia ibi dicit, cum publica monumenta ſufficiãt, nec eſt opus teſtibus. At hic negatur hoc eſſe publicum monumentum, nec conſtabot. dicit etiam eod. tit. c. 1. quòd officium tabellionis eſt cõtra ius vt credatur chartæ animalis mortui ſine alio adminiculo.

ADDITIO. *De reaſſumptione inſtrumenti cuius teſtes, iudex, & notarius ſunt mortui, vide c. regni Regis Caroli. ne perſonarũ. char. 191. Et de materia iſtius conſtit. vide in dec. conſil. 61. 14. 48. 114. 166. 178. Et ſemper conſtitutionem aliam Regni, Baiulos. Adde q inſtrumenta, vel quicunq; actus qui in publicam formam ſunt redigendi pro magiſtratibus Regni non valent, niſi fiant per notarios publicos de Demanio, & non per eorũ ſubiectos, prout de hoc eſt cap. Ladiſlai, vniuerſis, aliàs, non ſine. char. 250. cuius ratio & cauſa videtur fuiſſe timor dominorũ, qui poſſet notarios concutere, &c. Sed quid ſi reperiatur inſtrumentum contra Baronem quo caſu videtur ceſſare ratio diſpoſitionis dicti capituli? Cogita, prohibitio tamen generalis eſt dum prohibet omnes ſcripturas, quæ tangunt Barones, & aliter nõ diſtinguit, ergo nec nos diſtinguere debemus. Et ſimiliter addas q inſtrumenta in quibus nomen alicuius hoſtis, vel proditoris Regis, & generaliter cuiuſcunq; inuaſoris ſcriptum eſt, non probant, ſed debent cremari, vt dicit conſtit. Regni, inſtrumenta. infra lib. 2. Et de fide inſtrumenti, de notario & alijs ad hanc conſtit. & quod dicatur antiquiſſimum in dec. conſil. 245. Et de fide inſtrumenti confecti extra Regnum in deciſi. 251. Et de reaſſumptione inſtrumenti per mortem notarij, & materia inſtrumentorum per Fel. in c. cum P. tabellio. & ſequenti, extra de fide inſtr. Iaſ. in auth. ſi quis in aliquo. in 10. fallen. C. de eden. Bart. in l. 1. in prin. & in §. ſi duob. ff. de bon. poſſeſſ. ſecun. tab. vbi an ſufficiat charta de papiro, vel q ſcribantur in ære, vel ligno, vide conſtit. præcedent. conſuetudinem. Et quid ſi notarius eſt diminutus fide, & ſubſcribitur alter idoneus, vel ſubſcribatur teſtis idoneus cum non idoneo, an ſuppleatur defectus? Felinus in capitulo, tertio loco, extra de probatio. in ſuis limitationibus, tenet q in caſu iſtius conſtitutio. non ſuppletur. vide quæ addidi ad Andræam hic cum iſta conſtitut. ſit ſatis practicabilis. Et ſi reperitur inſtrumentum, in quo mortui ſunt iudex, & omnes teſtes in cauſa dotali, an poſſit reaſſumi per notarium, qui ſolus ſuperuixit? vide quaſdam literas ſeu pragmaticam Reginæ Io. quæ incipit, Ioanna II. & c. aliàs, conſiderantes. quæ mãdat, quod ſic, ſeruata tamen quadam ſolennitate, de qua in eis, & vidi inſtrumentum reaſſumptum, in quo notarius ſolus viuebat decreto ſac. Conſi. referente mag. d. Io. Marciali Regio Conſi. in cauſa dotium amitæ. Pet. Ant. Toragles exiſtẽte Proſecretario ipſius ſacri cõſi. Annibale Fãmatio, cuius manu apparet ſcriptum decretũ dictarum literarũ.* Cæſ.

ADDITIO. *Vide ad materiam iſtam deciſio. Neapoli. 252. Et vide conſilium Decij. 42.*

I*Nſtrumentorum robur*. Sed pone quod produxi quoddam inſtrm pro publico, & vt in publicam formam redactũ in proceſſu cauſę, apparet in eo, vt in publico aliquis defectus, per quem vt publicum vitiaretur, ſed vt priuatum valeret, & fidẽ faceret, puta quia eſſet trino teſte notatum, vel quia deficit indictio, vel conſul, quod vitiat publicum inſtrumentum, nõ tamen priuatum, vt ff. de pign. modo quæritur, an iſto inſtrumento vti poſſim vt priuato? Itẽm an inſtrumentũ productum in iudicio, per vnum tantum teſtem ſubſcriptum, poſſit tolli de actis, vt ſubſcribatur ab alijs teſtibus qui nominantur in ipſo, & ſic iterum in iudicio produci? Reſpondeo non, argu. de æqualitate dot. §. ordine. aliàs quod ab initio. &c. Bartho. de Capua.

Sed pone, q inſtrumentum quoddã eſt, in quo non eſt certa quãtitas deſcripta, vt puta, eſt quoddam inſtrumentum procurationis, in quo non ſunt teſtes deſcripti, vel non eſt iudex, an in caſu iſto habeat locum iſta conſtitutio? videtur q non, quia hæc conſtitutio eſt cõtra iura communia, in quib. non ſeruatur iſta ſolẽnitas & loquitur in inſtrumentis certam quantitatem continentibus, & non alijs: ergo non recedemus ab eiuſdem conſtitutionis verbis. Barth. de Capua.

Aduerte tamen in quantum iſta conſtitutio vult in fi. inſtrumenta confecta per notarios Apoſtolicos fidem non facere: nam inuenitur declaratum, & conuentum inter quendam legatum Papæ de latere, & Regem tunc Regni, quòd poſſit contrahi, & teſtari cum notario Apoſtolico, ſecundum vſum Regni & formam huius conſtitutionis, & ita ſeruatur, & vidi teneri per magnos viros. Io. G.

Et ſentit hoc And. hic, & vide Luc. i l. fi. 4. q. C. de loca. pd. ciui. li. 11.

De officio aduocatorum. *Rubrica.*

A*Duocatorum officium.* Quid ſi Doctor legum poſtulat pro alijs ſine literis, an incidat in pœnam huius, & ſequentis cõſtit. in fine?

De præſtatione ſacramenti ab aduocatis.

TITVL. LXXXV.

Iurat aduocatus partem ſuam ſine tergiuerſatione iuuare, & quòd ipſam de facto non inſtruet, contra veram conſcientiam nõ alleget, & quod cauſas non recipiat deſperatas, & cognitas: deſperatas in proceſſu refutabit, non quòd ad alterius partis patrociniũ accedere poſſit, & ꝙ augmentum ſalarij in proceſſu iudicij non requiret, nec de parte litis ineat pactionem, aduocatus contrafaciens remotus ab officio cũ nota perpetua infamia condemnabitur in tribus libris auri. Itẽ clerici prohibentur aduocare in ſecularib. iudicijs, præterquàm in cauſis ſuis proprijs, & conſanguineorum, vel affinium, & in cauſis eccleſiaſticis & miſerabilium perſonarum, et officialis ipſum recipiẽs aduocatum, punitur in vna libra auri, & aduocatus qui illicitũ patrocinium receperit, eadem pœna mulctandus eſt. h. d. Lallus de Thuſcia.

† IMPER. FREDER.

ADuocatos [a] tam in curia noſtra, quàm etiam coram prouinciarum Iuſtitiarijs, & Baiulis ſtatuendos: necnon & per partes ſingulas Regni noſtri, ante receptum officium, tactis [1] ſacroſanctis euangelijs corporalia volumus [b] ſacramenta præſtare: ꝙ partes, quarum patrociniũ ſuſceperint, cũ omni fide & veritate, ſine [c] tergiuerſatione aliqua, adiuuare curabunt. Ipſas de facto non inſtruant. Contra veram conſcientiam nullatenus allegabũt. Et ꝙ cauſas nõ recipiãt deſperatas: & ſi quas fortè receperint partis fortaſſe mendacijs coloratas, quę iuſtę ſibi in principio videbantur, & in proceſſu iudicij, vel de facto, vel de iure compareant ipſis iniuſtæ, ipſarum patrociniũ incontinẽti dimittent. Spretæ parti, prout priſcis legibus eſt ſtatutũ, licentia conuolandi ad alterius patrociniũ deneganda. Iurabunt * etiam, ꝙ augmentũ ſalarij in proceſſu iudicij non [d] requirent, nec [e] de parte litis ineant pactiones. Quod ſacramentũ non tm̃ ſemel præſtitiſſe ſufficiat, ſed corã magiſtro iuſtitiæ, & Iuſtitiario regionum anno quolibet renouabũt. Siquis autem aduocatorum contra prædictam formã, & ſacr̃m venire tẽtauerit in aliqua cauſa parua, vel magna, ab officio cũ perpetuæ infamiæ nota remotus, tres libras auri puriſſimi fiſco noſtro componat. [f] Deniq; [g] clericos in ſecularib. cauſis, & iudicijs omnib. p̃ſtare patrocinia prohibemus: pręterq̃ in cauſis ſuis proprijs, cõſanguineorum, vel affiniũ. Item in cauſis [h] eccleſiarũ, ac [i] miſerabiliũ perſonarum: ita, vt tunc etiã ſine pretio valeãt poſtulare. Si quis aũt noſtrorum fidelium ad aduocãdum ipſum [k] admiſerit, præſenti noſtra conſtitutione contẽpta, libram vnam auri ſacro ęrario noſtro ſe illaturum agnoſcat: Aduocato nihilominus, qui illicitum patrocinium recipere præſumpſerit, eadem pœna mulctando.

De præſtatione ſacramenti ab aduocatis. *Rubrica.*

a *Aduocatos.* Conſtitutio iſta ſatis poteſt dici, quod cõtinet ius commune: tradit enim nobis formam ſacramenti, quod præſtat aduocatus. & concor. C. de iudic. rem non nouam. & de poſtu. l. 5. & l. quiſquis. Item prohibet clericos poſtulare, niſi pro ſuis cõſanguineis. quod intellige in foro ſeculari: in ſuo .n. bene poſſunt, vt C. de epiſ. & cler. l. placet.

1 Additio. Tactis ſacroſanctis euangelijs. *Adde gl. in c. 2. in §. item ſacramenta, de pace iuram. firm. in uſib. feud. glo. in uer. tacta. in clemen. 1. de hære. gl. in uer. tactis. in clem. unica. de iureiur. glo. in uer. corporalis. c. ut circa. de elect. in 6. tex. in cap. presbyter ſi a plebe. uer. euangelio coram poſito. 2. q. 5. & in cap. qua de cauſa. ibi in tex. ante corpus ſancti Apollinaris, eadem cauſa, & quæſtione. Abb. in c. cuis quæſtionib. de teſtibus, Abb. in c. laudabilẽ. in 2. not. de priuil.* Sup.

b *Sacramenta.* Vt C. de aduo. di. iu. l. ſi patroni.

c *Tergiuerſatione.* Tergiuerſator eſt, qui aduerſam partẽ adiuuat, prodita cauſa ſua. C. de iudic. rem non nouam. §. patroni.

† Aliàs, [illegible]

• Additio. *Vide tu, quomodo hoc intelligatur per Guid. Papę deciſ. 102. & deciſ. 190. & per Go. ad. conſi. 3. num. 25. & unũ uerbũ Boer. in tra. de author. magni Conſil. nu. 32.* De Bot.

d *Requirent.* Strictius tenentur Baiuli, quàm aduocati. illi vetãtur accipere, ut ſupra qualit. Cam. vel Bai. in l. puritatem. Iſti autem quęrere prohibẽtur, vt hic. Poſſet autem reddi ratio, quia illi facerent in fraudem legis, quod maius delictum eſt: iſti verò in fraudem hominum, quod eſt minus, vt argum. ff. de iure patronatus. l. ſi libertus.

e *De parte litis.* C. de poſtu. l. ſi quis.

f *Denique clericos.* Vtputà, ſacerdotes, vt in Lombar. de aduoca. & vicedominis. l. vt epiſcopi.

g *Clericos.* In ſacro ordine conſtitutos, & etiam in minoribus, ſi de bonis eccleſiæ viuant, prohibẽtur corã iudice ſeculari poſtulare, niſi in cã propria, vel eccleſię, ſeu miſerabilis perſonæ, vt extrà de poſtula. c. vno. Poſtulare eſt deſiderium ſuum, vel amici ſui in iure apud eũ, qui iuriſdictioni præeſt, exponere, uel alterius deſiderio cõtradicere, ut ff. de poſtu. l. 1. §. 2. Clericos. cõcor. C. de epiſc. & cle. placet. & in Auth. de ſanc. epiſc. §. alium.

h *Eccleſiarum.* Vt arg. ff. de excuſ. tut. l. adminiſtrantes. in fine.

i *Miſerabilium.* Laudabile .n. eſt iuuare indigentes, & pro pauperibus poſtulare, ut in Auth. de defen. ci. in fi.

Additio. *Adde Doct. in c. ſignificantib. de off. deleg.* Super.

k *Admiſerit.* No. nõ eſt aduocato cõcedẽda licẽtia, niſi ei, qui in legib. per tpa ſtatuta ſtuduerit, ut C. de aduo. di. iu. l. iubẽmus. §. nec de cętero. quæ ſunt quinquẽnij, ut in proę. ff. orſi. §. ſed quia ſolitũ. in verſi. quib. ſi bene, &c. qa infames remouẽtur a poſtulando. ff. de poſtulã. l. 1. ſed procuratoris officiũ eſt uiliſſimũ & infamiſſimũ. C. de decu. l. ſi qs decurio. & arg. Inſti. de excep. §. fin. Et infames remouẽtur ab honorib. C. de dign. l. 1. Iure ciuili clericus nõ poſtulat, nec procurator eſſe põt, ſed prohibetur niſi in cã ſua, uel collegij. C. de procu. l. militẽ. de epiſ. & cle. placet. & in Auth. de ſan. epiſ. §. illud.

1 Addi-

ANDRÆAS DE ISERNIA.

in fine? dic ꝙ non. Nam ratio penæ in alijs eſt, quia primo debet approbari, ut dicit litera, ſed Doctor fuit approbatus ad maius, quam ſit aduocatio, ſcilicet ad magiſterium, ut l. magiſtros, lib. 10. de profeſ. & medi. Multò fortius vr̃ approbari ad minus, ſicut cum conceditur quod maius eſt, conceditur quod minus eſt. de teſti. l. ſi quando. ne fideiu. do. dentur. l. 1. & cum ceſſet ratio, quia eſt examinatus & approbatus, ceſſare debet & pœna. ff. de repu. l. ulti. §. ait lex.

Additio. *Adde, an ſemel examinatus debet iterum examinari, ſi tranſit ad longè a loco rel' vide per Bal. in c. ſcriptum. in ult. colum. de elect. & hoc practicatur inter dominos de Rota.*

Sicut cùm ceſſante cauſa ceſſat effectus. C. de teſt. tut. l. vlt. Et videtur expreſſum, quia ualde diſciplinati, ſicut ſunt Doctores, nõ ſunt in numero aliorum. ff. de excu. tuto. l. ſi is qui duas. §. pen. ibi, ualde diſciplinatos, &c. & ſic pronunciatum fuit de facto.

A*Duocatorum.* No. ex hac l. ꝙ quis officiũ aduocationis exercere non põt, nec debet ſine licentia Regis, ſine literis, aliàs punitur in duodecim uncijs, ut in l. proxi. uerſ. ſi quis autẽ. Sed poſſet dare conſilium, per l. 1 §. aduocationis. ff. de varijs & extraordin. cogni. & facit diffinitio aduocationis, ut ff. de poſtul. l. 1. §. poſtulant. & optime facit l. Paulus. §. fi. ff. de legib. Nec tanquã procurator poterit interuenire, alias inciderit in dictam pœnam, per dictũ §. aduocatos. nam iſte facit fraudẽ. l. de nomine ad nomen, ſicut præſides, qui prohibentur mittere loci ſeruitores, mittunt uicarios, vt in Auth. ut nul. iud. in princ. Nã largo modo procurator dr̃ aduocatus, ut in præallega. §. & in glo. l. ſalarium. ff. mand. cum ſimil. Barthol. de Capua.

Alij tamen dicunt, quod conſilium eſt, quod proteſtetur, ꝙ non ut aduocatus, ſed ut procurator dicit, argu. ff. de adopt. l. ſi pater. §. qui quos. Petrus de Monteforte.

De præſtatione ſacramenti ab aduocatis. Aliàs, de officio aduocatorum, & eorum ſacramento. *Rubr.*

A*Duocatos.* Ponit ſacramentum aduocatorum, & eſt ius cõmune. Ponit etiam pœnam in aduocantibus ſine licentia: & officiali, qui ipſum admiſit. quod intelligendum eſt ſcienter: quia nõ offendit diſciplinam, qui ignorauit militem. ff. loca. l. ſi ignorans. Item no. clericum poſſe poſtulare pro ſe, & certis perſonis, uidelicet conſanguineorum, affinium, & miſerabilium perſonarum, & in cauſis eccleſiæ, & eccleſiaſticarum perſonarum: & ſic ſunt de tertio numero poſtulantium. ff. de poſtu. l. 1. forte intelligitur ſecundũ canones, neceſſitate inſtante: quia poſſet coniuncta perſona habere æque idoneum, extrà de poſtulat. prælat. c. 2. & ſic diſtinguetur per ius canonicum, ſicut auth. offeratur. C. de lit. conteſt. per l. ſciendum. ff. qui ſatiſd. cog. & ſic conſtit. hæc non diſtinguit, ſed diſtinguit alia lex, l. Cano. ff. de teſtib. l. quæſitum. nam ſemper cum clericus agit, uel eſt in curia ſeculari, ſeruantur in eo iura cano. C. de epiſ. & cle. authen. clericus. Sed illa intelligitur, quando ageret cauſam propriam: cum uero pro alio poſtulat, agit cauſam alienam: & ſic vr̃ ſeruari hæc conſti. inducta in fauorẽ pro coniunctis perſonis, quæ non debet reſtringi. ff. de lib. & poſth. l. cum quidam. Indiſtinctè loquitur, indiſtinctè intelligitur.

ff. de

1 ADDITIO. Hac edictali. Pro eorũ ſalarijs. *Adde ꝙ tales nõ debent excedere ſummam centum florenorum ſecũdum glo. & Bal. in rub. C. mãda. Doct. in l. 2. in §. ſi cui. ff. de uar. & extraor. cognitio.* Super.

De officio magiſtrorum Procuratorum Curiæ. *Rubrica.*

2 I*Nter multas.* No. de generali inquiſitione quæ ſit ad reuocationem rerum fiſcaliũ, quę ab alijs poſſidétur, quia dabitur poſſeſſoribus copia reclamãdi, & ſi non allegent poſſeſſores aliquid ſufficiẽs, reducuntur bona in fiſcũ. nec uidetur opus eſſe alia ſolẽnitate, ꝙ videlicet, detẽ libellus, & quòd detur inde ſententia in ſcriptis, ut hic innuitur. & C. de aquæduc. l. diligenter. lib. 11. & de ſun. & ſal. di. do. vſus. & de ſun. & ſal. rei do. l. ult. li. 11. & C. ne rei do. l. ſi. & C. de bo. vac. l. 3. & l. fin. lib. 10. licet uideatur cõtra. C. de delato. l. oẽs. ubi dicit, & recto iuris ordine, &c. Sed reſpon. quòd hoc quod dixi, eſt rectus ordo in fiſcalib. Aliàs eſt ibi litera retrò iuris ordine, &c. & tunc facit pro me. q. d. is ordo ſeruetur, qui retro obtinuit. & ſine dubio hactenus iſte ordo ſeruatus eſt in Regno per magiſtros Iuſtit.rõnales magnę Curię. quod ubi de iure curiæ quomodolibet conſtat: nec poſſeſſor uocatus alleget pro ſe aliquid ſufficiens, ſtatim ſit reuocatio ad manus Curiæ, ſine libello & ſententia, ſeu alio iudicij ſtrepitu. Item uidetur contra. C. de conue. fiſ. deb. l. hi qui. in ſi. lib. 10. & C. de cendu. & procur. ſiue exacto. prædi. fiſc. l. 1. lib. 11. Sed iſtæ duæ ll. faciũt potius pro me: nam ibi debitor fiſci quæſtionem habebat cum debitore ſuo, uel conductor domus Auguſtæ habebat quæſtionem cum alio priuato de illo fiſcali prędio, vnde dicitur, quod cauſa iſta tractari debet ſecundum communem iuris & iudicij ordinem, quia inter priuatos eſt quæſtio, licet de re fiſcali, ſeu ratione fiſcalis debiti ageretur. non propterea iſta cauſa præter communem ordinem tractanda eſſet, & ſic datur ibi intelligi, ꝙ ſi de fiſcalibus cauſam fiſcus directo tractaret: non ille cõis ordo iudicij ſeruaretur, ſed ſine fruſtratione aliqua expediretur, ut in ea. l. hi qui. in principio, aliàs nulla eſſet illarum legũ dubitatio,

† *Aliàs, Idem.*

a ADDITIO. *Adde Gloſ. fin. ſupra in cõſtit. puritatem. uide etiã Io. Ant. de Nigris in prima rub. cap. regni, nu. 11. & in cap. prædicti Magiſtri fol. 103. in c. item ſtatuimus. ꝙ ſi procuratores. fol. 121. Ex hoc textu colligo quòd procurator, ad quem ſpectat cura rerũ fiſcalium, poteſt cognoſcere & decidere, quando poſſeſſor nõ contradicit, ſed data contradictione tunc eſt conſulẽdus Princeps & ita in ſi. declarat hic And. & latius exprimitur in c. ſtatuimus ꝙ ſi procuratores, dũ dicit in cõpetenti tribunali, & ſic excludit illas perſonas quæ curã habent de patrimonio, tũ quia And. hic dicit ꝙ in bo. inſſi. ceida eſſet poteſtas data a Principe, uidetur innuere, ꝙ ſi Princeps dederit poteſtatem determinandi ꝙ poſſet, & ſatis innuitur hic dum nõ data contradictione uel allegatione ſubſiſtente dat iuriſdictionẽ uendicandi & cognoſcendi. in dubio aũt quando tractatur de cã fiſcali Princeps eſt cõprehendendus, ut ſupra in conſtit. hac lege, & in cõſtit. præſides prouinciarũ & in conſtõne, omnes oẽs. Attende, quia ſecundũ has conſtõnes quãdo tractatur de magnis cauſis Magiſter Iuſtitiariatus eſt iudex & Rex dẽt cõſultari in dec. ut ſup. in cõſtit. cauſas per magiſtros. Sic põt intelligi c. ſtatuimus, dũ loquitur de cõpetẽti Tribunali.* De Bot.

† *Aliàs, Idem.*

De Salario aduocatorum.

TITVL. LXXXVI.

Vbi res quæ in iudicio deducitur, recipit æſtimationem, ſalarium aduocatis ſoluetur a ſuo clientulo vſq; ad ſexageſimam æſtimationis rei in iudicio deductæ, ſiue ſit aduocatus actoru, ſiue rei. fallit in actione iniuriarum, in qua iudex ſuo arbitrio taxabit eius ſalarium, & res, de qua litigatur nõ recepit æſtimationẽ, iudex ſuo arbitrio a clientulo præſtari faciet aduocato ſalarium. h. d. M.

† IMPER. FREDER.

HAc edictali lege iubemus aduocatos omnes pro eorũ ſalarijs[1] quandocunq; ipſos in priuatorũ cauſis oporteat poſtulare, non amplius exigere vel a litigantib. ſtipulari, quàm ſexageſimã partẽ cauſæ, pro qua ſuffragium ſpopõderãt, ſi res, quæ petitur, æſtimationẽ recipiat. Cæterum ſuper his, quæ non poterunt æſtimari, volumus aduocatorum ſalaria iudicis arbitrio diffiniri, quemadmodũ cauſæ ſtatus, & etiam rei ſacræ, necnon & hominum, dum cõtra ipſos accuſatio inſtituiẽ de tali crimine, de quo cõuicti capitaliter puniãtur: vel aliàs cõtra ipſos procedi poſſit, iuxta criminum qualitatẽ, præterquã in actione iniuriarum, in qua volumus à tempore oblati libelli Baiulos & iudices aduocatorum ſalaria prætaxare, & cæteris alijs his ſimilibus, quæ iura vetera præſcripſerunt.

De officio magiſtrorum Procuratorum Curiæ.

TITVL. LXXXVII.

Procurator rerum Regiæ Curiæ habet iuriſdictionem circa recuperationem bonorum occupatorum regiæ Curiæ, in quorum recuperatione procedere poteſt per denunciationẽ, & per inquiſitionem, & ſi pars citata, quæ poſſidet ſemper contradicit, ipſum admittat ad defenſionem, & inſtructa cauſa referat regi, & expectet regium reſponſum nihil innouando, & res ipſa Regiæ Curiæ diligenter procurari faciat, & pro eorum utilitate, & neceſſitate deprouentibus ipſorum bonorum cum iudicio deputatorum ſine alio mandato debet expendere, ſoluere autem ſtipendia Caſtellanis, ſeruitoribus, & alijs exiſtentibus in Caſtro pertinet ad officium magiſtri Camerarij. h. d. Matthæus.

† IMPER. FREDER.

INter[a] multas[2] & arduas ſollicitudines noſtras, quibus ordi-

a De curia.

ANDRÆAS DE ISERNIA.

ff. de aleator. l. 1. cum alijs concord. ¶ An autem clericus pro coniũctis perſonis poſſit eſſe procurator in foro ſeculari? Satis videtur quod ſic, ut quod ſtatuitur in uno, ſtatuatur in alio eius ſimili. ff. mand. l. ſi. de condi. ob cau. l. ſi extraneus. C. de conſtit. pecu. l. ſi.

ADDITIO. *Adde, quòd ſic in iudicio eccleſiaſtico, ſecundum Abb. in c. per venerabilem, in 1. not. qui fil. ſint leg. Abb. in c. cùm eſſent, in 1. no. de ſimo. Abb. in c. in noſtra. de procur. Archid. in c. peruenit. 86. diſtin. Ludo. Rom. ſingul. 282. incip. tu ſci. Card. Zabar. in c. ſacerdotibus. in 2. notab. ne cleri. uel monachi. Pro ſecularibus dic quòd non, ut in cap. clerici, & in c. cum ſacerdos. de poſtu. Limita primò dicta iura in cauſa ſui affinis, vel amici, intelligẽ de affine, & amico, dummodo alibi aduocatum habere non poſſet. ut no. Doct. in c. ſi. de poſtu. Secundo limita, ſi clericus non haberet beneficium a quo poſſet ſe ſuſtentare, nec epiſcopus ei prouideret, dummodo non aduocet in cauſis criminalibus, ut voluit Abb. in cap. 1. de poſtu. in 3. limita. niſi eſſet Abbas, qui mandaret vni monacho, quòd aduocaret pro vno monacho monaſterij, quia tunc ille monachus poteſt, ut per Inno. in c. cum I. & A. de re iudi. quem ſequitur Abb. in c. ex parte. de poſtu. 4. & vlt. limi. in miſerabilibus perſonis ſecundum Doct. in c. ſi. de poſtul.*

Et ſi poterit poſtulare quod eſt maius, poterit etiam procurare, quod eſt minus, per ea quæ dicta ſunt ſupra in l. prox. ff. de reg. iur. l. non debet. & econtra cui denegatur minus, denegatur & maius. ff. de ſer. expor. l. cui pacto. Item largo ſumpto uocabulo procurator, aduocatus dicitur, niſi in caſu. ff. de var. & extraor. co. l. 1. §. aduocatos. & dicitur in gl. ff. de iu. ſi. l. 3. §. diuus Adr. in ſi. magnæ gl. & ff. mãd. l. ſi ſalarium. in ſi. gl. & ſic erit procurator etiam in nõ neceſſitate, quia vſus proc. &c. ff. de proc. l. 1. §. uſus. ar. cõtra, quia poſtulare eſt honor, quod patet, quia infames remouentur a poſtulando. ff. de poſtu. l. 1.

ADDITIO. *Adde Ang. in l. 1. in §. ſecundo loco ff. de poſtul. Et per Io. de Platea in l. infames. in vlt. col. verſ. Item adde. C. de infami.*

Sed procuratoris officium eſt uiliſſimum. C. lib. 10. de decu. l. ſi quis procu. & arg. Inſti. de exce. in ſi. infames autem remouentur ab honoribus. C. de dig. l. 2. lib. 11. Iure Romano clericus nec procurator, nec aduocatus eſſe poteſt, etiam pro patre: niſi in cauſa ſuæ eccleſiæ uel ſui collegij. C. de procu. l. militem. de epiſ. & clericis. l. placet. in authen. de ſan. epiſc. §. alium.

A*Duocatos.* Videtur ꝙ aduocatus officium non habeat: quia libertus põt eſſe aduocatus, ut in l. 2. C. de poſtul. & tñ libertus ad aliquam dignitatem, ſeu officiũ aſpirare nõ põt: imò punitur lege Iul. ambitus, vt C. ad leg. Iul. amb. l. 1. ergo, &c. Petr. de Monteſ.

De ſalario aduocatorum. *Rubrica.*

H*Ac edictali.* Hic habent quidam rubricam, de ſalario aduocatorum, & dat pro ſalario aduoca. ſexageſimam partẽ litis ſicut Baiulo, quando agitur de poſſeſſione, ſupra de offi. Baiu. l. cum iuxta. circa ſi. Sed ſi æſtimari lis non poteſt. ſicut cum agitur de ſtatu, de re ſacra tam fiſci, quàm priuatorum, ſiue de criminibus, in quibus eſt pœna corporalis. Statuitur ſalarium arbitrio iudicis, pro modo ſeu facultate cauſæ pro facundia aduocati. ff. de uarijs & extraordinarijs co. l. 1. §. diuus. & C. de ſuffrag. l. 1. Excipitur actio iniuriarum, vbi a principio dati libelli, Baiuli, & iudices taxant ſalaria: ſic aliud ſpeciale in actione iniuriarũ. d. l. cum iuxta, & melius dicitur hic, quam ꝫ de ordi. in Cur. ſeruan. in l. ſi de quantitate, & conc. eo. ti. l. iudices.

H*Ac edictali lege iubemus.* Quæro, vtrum ſalaria aduocatorum ſint quaſi caſtrenſia? & dicunt quidam quod ſic, per l. cum antiqui. §. percipiunt. de inoff. teſt. Alij dicunt, quod non, ex quo hodie non habetur a publico, ſed a ſingularibus perſonis. Sed tu dic, ꝙ illa ſubrogantur loco ſalarij, quod datur a publico, ergo ſapiunt eius naturam, vt no. in l. 2. C. de aduo. diuer. iud. argum. l. 1. §. hoc. ff. ſi quis teſt. lib. eſſe iuſſ. fue. Petrus de Monteforte.

De officio magiſtrorum Procuratorum Curiæ. *Rubr.*

I*Nter multas.* Ordinata quidem charitas incipit a ſeipſo, in Auth. de trien. & ſemiſ. §. 1. in ſi. C. de ſeru. & aq. l. præſes & l. manifeſtę.

Cenſentur.

nata diſpenſatione diſponere Regno noſtro ſatagimus, noſtrarum rerum fiſcalium curam, quæ,velut res noſtræ quodammodo priuatæ cenſentur, non improbabiliter vidimus collocandam: earum procurationibus perſonas idoneas præponere cupientes, per quas nobis ſic iura noſtra reddantur, vt in eorum iuribus fideles noſtri propterea nō grauentur. Statuimus igitur, vt per quemlibet præſidatum, vnus magiſter Procurator rerum noſtrarum, & vnus magiſter fundicarius debeant ordinari: qui iura fiſci noſtri percipiant & percepta conſeruent: qui etiam magiſter Procurator, videlicet, per ſingulas iuriſdictionis ſuæ partes ad denuntiationes fidelium delatorum: vel nullis deferentibus etiam ſi viderit expedire, inquiſitionem facere ſtudeat diligenter, & data poſſeſſoribus poſt inquiſitionis copiam, de iure ſuo contradicendi licentia, quæ ad ius Curiæ noſtræ pertinere compererit, fiſci noſtri iuribus ſtudeat vendicare. Vt tamen poſt cauſam ſufficienter inſtructam, & ad conſcientiam noſtram fideli relatione deducta, ſi poſſeſſor in contradicendo perſtiterit: non aliter ad occupandam poſſeſſionem manus extēdat, quam ſi ſuper hoc [a] de Curia noſtra mandatum receperit ſpeciale. Prædicta autem poſtquàm reuocata [b] legitimè fuerint, & alia, quæ per prædeceſſores officij reuocata per Curiam noſtram repererit poſſideri. Demania etiam, & morticia, * excadentias, granaterias, piſcarias, * herbas, alumina, [1] & generaliter omnia, quæ per noſtram Curiam [c] procurantur, ad procurationis ſuæ ſolicitudinem [d] reuocabit. Animalia autē Curiæ noſtræ, & omnes beſtias, maſſarias per Curiam, & alios, qui præſenti pro tempore fuerint, cum diligentia debita faciant procurari: & ex eorum prouentibus, tam Curię noſtræ, quàm caſtrorum noſtrorum neceſſitatibus, & vtilitatibus ad requiſitionem prouiſorum ſuper caſtrorum noſtrorum prouiſionibus ſtatutorum faciat prouideri. Stipendia autem, quæ in pecunia numerata conſiſtunt Caſtellanis, & ſeruientibus, ac perſonis alijs ſtatutis in caſtris, per magiſtros Camerarios regionum volumus miniſtrari.

Forma qualiter locandæ ſunt res fiſcales.

TITVLVS LXXXVII.

Noua conſtitutio.

Rerum excadentialium locatio in perpetuum conceditur procuratori fiſcali, perſonæ idoneæ, exceptis feudis, & rebus deputatis ad vſum caſtrorum, vel ſolatijs regis, nec tenetur rex ipſa expreſſe confirmare, & ipſi procuratori prouidetur de expenſis annalibus ſufficientibus. hoc dicit. Matthæus.

† IMPER. FREDER. † *Aliàs, Idem.*

SI quando fortè contigerit a magiſtris Procuratoribus locationes excadentiarum * noſtrarum per priuatos & fideles noſtros pro tempore poſtulari: In ipſarum locationibus formam huiuſmodi volumus obſeruari. Videlicet, vt procurator priuatus à locatione feudorum militarium, ſiue ſint quaternata, vel non, prorſus abſtineat. Et ab his, quę ſunt caſtrorum noſtrorum munitionibus, vel noſtris ſolatijs deputata, niſi ſuper hoc de rei petitæ conſcientiæ noſtræ ſcrineis mandatum recipiat iteratum. In aliarum autem excadentiarum locationibus ſic ipſos procuratores procedere præſenti conſtitutione ſancimus, videlicet, vt de fide, & conuerſatione petentis, conditione, ac ualore rei petitæ, quid ſcilicet ex eis prouentibus proueniat annuatim, per fideles noſtros primitus inſtruantur. Et ſi petentem fidelem noſtrum inuenerint, eundemque bonum cultorem, & frugi, ac rèbus ſuis ſalubriter, ac perſpicaciter

a *De Curia noſtra.* Vt C. de iure fiſc. l. prohibitum. & de bon. uac. l. ſi. §. Decurio.

b *Legitimè fuerint.* Vel quia nullus reclamat: & ſi reclamabat aliquis, non allegabat cauſam ſufficientem. nam hæc duo ſunt paria, ut ff. quod cuiuſque vniu. nom. l. 1. §. pen.

* ADDITIO. *Quæ dicantur morticia, & quæ excadentia, vide Ioan. Anton. de Nigris in rubri. de portulanis, nume. 12.* De Bottis.

* ADDITIO. *De alumine, & cuius ſint munera, vide poſt Andr. in §. argentarię, quæ ſint regalia. per Afflict. in deciſio. 321. & Iacob. in tractatu feudor. in ver. argentifodinis. & per Paul. de Caſtro in conſil. 351. in antiquis, incip. in Chriſti nomine, & de piſcarijs vide Andr. ibidem in verbo, reditus piſcatorum. vbi de ſalinis. pro quo vide Ludo. in l. diuortio. §. fundus. ff. ſoluto matrimonio. Et quid de venatione, vide Decium conſilio 197.* Fab. Iordanus.

1 ADDITIO. *Aliàs, aliminus, & tunc ab alo, alis, & ſic de herbis, quæ alunt, vide in deci. Conſil. 321. in regia Camera. vbi de hac conſtitu.* Cæſar.

c *Procurantur.* Et ſic Curia poſſidebat.

d *Reuocabit.* De facto.

* ADDITIO. *Vide capit. Regni, prædicti magiſtri, & cap. in forma. vide hic formam concedendi excadentias, allegat Parid. de reintegra. feudo. capit. ſexto, in fine capituli.* De Bottis.

* ADDI-

ANDRÆAS DE ISERNIA.

Cenſentur. C. de quad. præſcript. l. fin. circa princ. ff. de leg. 1. l. apud Iulianum. §. ult.

Non grauentur. Nam ſi fiſcus eſt diues, non extendat ad iniquitates manus ſuas, dicit cap. Papæ Honorij. Hi magiſtri Procuratores poſſunt ad delationem alterius, uel ex ſuo officio inquirere de occupatis. ſed magiſter Cameræ, & præſes prouinciæ cognoſcunt de rebus fiſcalibus, quando fiſcus conuenitur tantum, ut dictum eſt ſupra de officio Iuſtitia. l. præſides. & data copia reclamandi, ſi nihil, uel aliquid inſufficiens allegetur, reuocat ad manus Curiæ. dicit glo. non dato libello, uel petitione, ſicut faciunt magiſtri Rationales, hoc probat gloſ. hincinde, & uide quod ſatis dici poteſt de re non magni ualoris, qui ualor † ſecundum facultates poſſidentis attenditur, argumen. ff. de iudic. l. ſed & ſi ſuſceperit. §. fina. in gloſ. nam ſi de omnibus bonis, uel de maiori parte bonorum, aut de uno Caſtro, obtineant alia iura, quæ dicunt recto tramite cauſas fiſcales audiendas, pro quo eſt argumen. conſtit. proſequentes. de teſti. contra Comi. & Baiul.

† ADDITIO. *Vide Moder. in c. regni, ab olim, fol. 17.* De Bottis.

¶ Hodie cum habēt alias formas magiſtri Procuratoris, inſpicienda eſſet eorum poteſtas, extra de priuileg. cap. porro. ſic diſtinguitur inter magnam litem, & breuem ſupra de offic. Baiul. l. ab omnibus, maxime ſi inquireretur generaliter, ubi qui tanguntur, non uident teſtium iuramenta. Sed ſi poſſeſſor perſiſtit in contradicendo, quia defenſiones ſuæ, non eſſet clarum, quod ſint nullæ, tunc non reuocat: ſed cauſam inſtructam cum fideli relatione remittit ad principem, ſic & ſupra de offic. mag. Iuſti. l. cauſas. & l. hac lege. & d. l. præſides. Aliter ſtatuitur per c. Regis Caroli primi in Secretis uolentibus inquirere de falſis ponderibus, & menſuris.

INter multas. An autem poſſeſſor iſte uictus per talem inquiſitionem habeat regreſſum contra ſuum authorem, cum tales inquiſitiones fiant iuris ordine non ſeruato? nam ſi iuris ordo ſeruaretur, actor aſſiſteret huic poſſeſſori, & defenderet cauſam. Iniuria facta emptori, non tangit uenditorem, ut ff. de euictio. l. ſi per imprudentiam. poſt perfectum enim contractum omne periculum ad emptorem pertinet. ff. de peri. & commo. rei uen. l. neceſſaria. uide hanc quæſtio. ff. locati. l. ſi fundus. §. fin. & ff. de admi. re. ad ciui. perti. l. fin. §. idem reſcripſerunt. Barth. de Capua.

Qualiter locandæ ſunt res fiſcales. *Rubrica.*

Noua conſtitutio.

SI quando. Et hic dicit rubrica qualiter locandæ ſunt res fiſcales: hæc ponit de locatione excadentiarum, ſequens conſtit. de locatione Demaniorum. Excadentias ergo poteſt magiſter Procurator locare in perpetuum, ſicut dicit litera, præterquam ſi excadentiæ ſint feuda quaternata, uel non, & ea quę uſibus caſtrorum, necnon ea, quę ſunt ſolatijs principis deputata, hæc non poſſent locari niſi ſecunda iuſſio, alias prouiſio Regis præcedat, quia contra utilitatem publicam. in Auth. de mand. Princ. §. deinde. hinc ſumpta eſt forma commiſſionis illorum.

SI quando forte. Pro declaratione huius conſtitutionis uide cap. Regni, prædicti magiſtri. & c. in forma. Barth. de Capua.

diſponentem, nec in offenſionem, vel maleuolentiam alicuius locationem expetere ſupradictam, placet tam ſuper ſubhaſtatione quam alijs legitimis ſolemnitatibus obſeruatis, quas & cautela iuris antiqui, & noſtri Regni conſuetudo depoſcit: Conſilio magiſtri Camerarij prouinciæ, nihilominus accedente expetitam excadentiam locationis perpetuo iure concedi, & poſſeſſores earum, quibus prædicto modo, conceſſæ fuerint perpetua ſecuritate gaudere: Aut ſi eorum aliquis ad cautelam maiorem ſuam ſeu ſucceſſorum ſuorum ſuper locationib. ipſis confirmationem a nobis impetrare voluerit. Idem magiſter procurator vnà cum magiſtro Camerario ſupradicto ſub ſigillis ſuis, iudicum, aliorumq; noſtrorum fidelium loci, qui ſuper hoc conſilium dederunt, per literas ſuas Curiæ noſtræ diſtinctè deſcribant locum, valorem, qualitatem, & quantitatem rei locatę: quid, & quantum Curia noſtra de re ipſa perceperat annuatim, cuiuſmodi cẽſum, ſiue ſeruitium percipere debeat de eadem, quid denique per locationem ipſam Curiæ noſtræ vtilitatis accreſcat, vt ex eorum plena relatione perdocti deliberare poſſimus, an prædictam confirmationem concedere nobis expediat, an negare. Cæterum ad hoc vt magiſtri Procuratores cum alijs perſonis ſibi per noſtrã Curiam deputatis in diſpendium rei familiaris ſuis laborare diſpendijs non cogantur, per ſpeciales & ſacros noſtrę manſuetudinis apices, prout ſtatutus quilibet pro tempore fuerit, ſtatuemus eiſdem in expenſis annalibus, & ſufficientibus prouideri.

De locatione Demanij.

TITVLVS LXXXVIII.

Noua conſtitutio.

Procurator fiſci res cultas de Demanio Regis non poteſt locare, niſi vſque ad quinque annos, dummodo non diminuatur antiquus redditus, ſed paludes & nemora de Demanio poteſt locare ad extirpandum, & colendum in perpetuum ſeruatis ſubhaſtationibus, & alijs ſolemnitatibus, quæ in præteritis locationibus etiam debent ſeruari. hoc dicit. Matthæus.

† *Aliàs, Idem.*

† IMPER. FREDER.

AVthoritatem magiſtris Procuratorib. indulgemus Demania noſtræ Curiæ fidelibus noſtris ad modicum tempus, non vltra quinquẽnium ſtatuendum, & ad certam fructuum partem prout popoſcerit qualitas temporum, & locorum colenda concedere. Paludes etiam & nemoroſa loca, quæ defenſis noſtris, & publicis paſcuis; ſeu lignorum incidendorum vſibus deputata non ſint, cum indemnitate noſtra, necnon de conſilio noſtrorum fidelium extirpanda, & colenda concedant. Cæteris ſuper his prouentuum parte, vel cenſu (prout melius expedire viderint) conſtitutis, veteri nullatenus diminuto. Quæ ſi ſubhaſtatione, & qualibet alia iuris ſolennitate ſeruata, prædicto modo fuerint etiam in perpetuum colenda conceſſa, etiam perpetuo iure ſubſiſtant: præſertim cum a nobis, ſeu ſucceſſoribus noſtris ijdem procuratores ad locandum paludes, & nemora ſupradicta nacti fuerint pro tempore poteſtatem: nec authoritate noſtra deceptos * ſe doleant poſſeſſores, & laborum ſuorum, & ſumptuum incommoda pertuliſſe triſtentur. Quæ in prædictis locationibus etiam per procuratores noſtros ſubhaſtationis, & alia debita ſolennitate ſeruata confectis, volumus obſeruari.

Non debet aliquis compelli ad emendum vina Curiæ vel alias res, etiam iuſto pretio: permittitur tamen quod prius vendantur vina Curiæ quam aliorum, quod eſt vbique locorum conſuetum. h.d. Lallus de Thuſcia.

† IMPER. FREDER.

† *Aliàs, Idem.*

MAgiſtris [a] procuratoribus noſtræ Curiæ ſpecialiter prohibemus, ne eorum aliquis fideles noſtros compellat inuitos iura Curiæ noſtræ, vel res alias iuſto etiam precio comparare. * Illud tamen eis pro Curia noſtra permittimus, quod eſt vbique terrarum generaliter conſuetum, quòd eiſdem noſtris fidelibus intercedant, quòd non ipſi * prius iura ſua, quam noſtra: quæ in loco ipſi fuerint communi, iuſto, & celeri precio diſtrahant.

• Additio. *Concordat tex. in l. ſecunda, C. de Palud. vide Parid. de reintegr. feud. cap. 7. nume. 18. & cap. 12. ubi loquitur de expenſis, & allegat hanc conſtitutionem.* De Bottis.

a *MAgiſtris procuratoribus.* Argumen. bonum ad hanc cõſuetudinem: de ope. lib. l. medicus, & l. libertus.

• Additio. *Nemo cogitur rem aliquam emere, vt hic, & ita etiam nec vendere. Fallit in paupere habente domum ruinoſam: nam cogitur vendere diuiti. Ferdinan. Loaz in l. filiusfamil. §. Diui. nume. 80. ff. de lega. 1. Roman. ſingul. 158. Item in colono, qui cogitur uendere domino iuſto pretio. Bartol. in l. prima, C. de metal. & metallar. lib. 10. Et an eccleſia vicina quis teneatur vendere, Grammat. deciſio. 75. pro quo eſt cap. Regis Roberti in libro Barattucij, lib. 1. c. 131.* Fabius Iordanus.

• Additio. *Facit iſte tex. in argu. quòd ſi Baro habet territoria feudi, vaſalli non poſſunt alia territoria colere, deſerendo culturam rerum feudalium. Et ita plures determinaui, fori & vltimo loco in cauſa excellens Comitis Biccari cum vniuerſitate die 4. Octobr. 1553. allegaui Luc. de Penna in l. 2. in fine C. de cenſib. lib. 11. & in l. generali, colum. ſecunda, C. de decurio. libro 10. vide Frec. in ſuo tractatu, fol. 230. verſi. quadrageſimaprima auctoritas.* Io. Ang. Piſanel.

• Addi-

ANDRÆAS DE ISERNIA.

De locatione Demanij. Rubrica.

Noua conſtitutio.

A*Vthoritatem.* Hæc loquitur de locatione Demanij, quæ poteſt fieri per magiſtros Procuratores vſque ad quinquennium tantum, ſed nemora & paludes, vt reducantur ad culturam, etiam ſi ſint de Demanio, poteſt locare perpetuo, quando eſt utilitas Curiæ certo modo, vt dicit litera. In hac tamen & ſuperiori conſtitutio. ſeruata ſubhaſtatione, & alijs ſolennitatibus, poteſt princeps de ſuo mandato alienare huiuſmodi bona. ff. de leg. 1. apud Iulianum. in fi.

De eodem.

M*Agiſtris procuratoribus.* Remouet grauamina ſubditorum, ut magiſter Procurator non cogat ſubditos emere vinum Curiæ. C. de iure delib. l. nec emere. Sed antequam vendant vinum Curiæ ſubditi non debent vendere vinum eorum, quia ſic eſt ubiq; terrarum generaliter conſuetum, dicit litera huiuſmodi conſtitutio. maxime ſunt in Apulia, ſicut q nullus coquat panem niſi in furno Curiæ, innititur ergo conſuetudini. Quid ſi conſuetudo non apparet in aliquo loco Regni Siciliæ, immo eſt in contrarium conſuetum? videtur q ſi fuit conſuetudo talis tempore huius conſtitu. vſus in contrarium non derogat, præcipue quemam quod per negligentiam publicanus omiſit, alias exercere non prohibetur. ff. de public. l. licitatio. §. earum rerũ. ſed ſi appareat, quòd in aliquo loco, puta, in Aprutio ſemper fuit contrarium obſeruatum a tempore, cuius non extat memoria, nõ videtur credẽdum principi teſtificanti in facto ſuo proprio, eſſe conſuetudinem, quæ non eſt, C. de teſta. l. omnibus. Innititur hæc conſtitu. huic rationi, ſeu cauſæ, quia eſt conſuetum, quæ ratio, ſeu cauſa cum non ſit vera, etiam præter ipſam rationem, ſeu cauſam potuiſſet Imperator hoc ſtatuere, lex, ſicut ſententia propter huiuſmodi vitium non valeret. ff. de excuſa. tuto. l. qui teſtamento. Intendit quidem Legislator remouere ſubditorum grauamina, vt patet per plures ſubſequentes conſtitutiones. Non erit igitur dicere per illam induci grauamen, quia vult remouere grauamina, argumen. C. de indi. uid. toll. l. 2. & vnde ui. l. meminerint. non ſunt dure proſequenda dicta Regum, maxime quando longum tempus interat, quoniam memoria hominum labilis eſt. ff. de acquiren. poſſeſſio. l. peregre. Vnde in dubio, & quando clarè non conſtat principem minus uera dicentem, rationabiliter debet credi uni legislatori, ſicut eſt iſta quæ non poſſet redigi in uolumine, niſi cancellarius & multi alij approbarent, per ea quæ dicuntur in l. humanum, cum concordantijs ſuis, de leg. & conſtitutio.

De officio magiſtrorum fundicariorum.

TITVLVS LXXXIX.

Fundicarij nihil emant aut emptum in fundicum mittant ſine teſtimonio Baiuli, iudicis ciuitatis, & notarij loci, qui curabunt fundicos ſalis, ferri, azarij, & alias merces ſtatutas ad fundicandum, præter victualia, quorum exitus alijs eſt commiſſus, ne grauent alios ad emendum ſalem, & nullus emat ſalem extra prouinciam, in prouinciam deferendum ſub pœna publicationis bonorum omnium emptoribus ſeu quibuſlibet aliunde ſalem deferentibus, exceptis his quæ cum nauigijs de vltra marinis partibus deferuntur, nec alij vendi poſſit niſi curiæ, & mercatores ementes ſalem a prædictis fundicarijs liberè poſſunt portare extra prouinciam quo voluerint, & mercatores depoſitis mercibus fundicandis in fundicis, hoſpitentur vbi volunt ſub pœna publicationis mercium fundicandarum, ſi alibi repoſuerint quàm in fundicis, vel fundicum fraudauerint, dum tamen caueant fundicarij quod non compellant mercatores fundicare alias merces, niſi quæ in nouis ſtatutis videntur fundicari. hoc dicit. Lallus de Thuſcia.

† IMPER. FREDER.

† *Aliàs, Idem.*

MAgiſtros noſtros fundicarios Curiæ noſtræ, ſicut quoſlibet officiales noſtros puritatem omnimodam, tàm circa nos, quàm circa fideles noſtros volumus obſeruare. Ideoque præcipimus vt ijdem Magiſtri Fundicarij nil emant, aut emptum in fundicis intromittant ſine teſtimonio Baiuli, & iudicis ciuitatis, & loci publicæ ſcripturæ ſuffragio roborando. Procurabunt autem Magiſtri Fundicarij fundicos ſalis, ferri, azarij & mercium exituras, quæ fundicandæ per Curiam noſtram ſunt ſtatutæ, præter victualia, quorum exitus alijs officialibus per noſtram Curiam ſpecialiter eſt commiſſus. Volumus autem prædictos Fundicarios ab infraſcriptis noſtrorum fidelium grauaminibus abſtinere. Quod non compellant eos in maiori quantitate ſalem emere, quàm ipſi voluerint: dummodo prohibeant & diligenter obſeruent, quòd extra prouinciam ſibi decretam prouinciales ſui in magna, vel in modica quantitate ſalem non emant in prouinciam deferendum, pœna publicationis bonorum omnium emptoribus, ſeu quibuſlibet aliunde ſalem, præter mandatum ſpeciale Curiæ noſtræ deferentibus præſtituta: niſi ab vltramarinis partibus in nauigijs ſal deferatur, quod non alij, ſed Curiæ aſſignetur pro precio, quo cum Curia conuenire poterunt deferentes, Mercatoribus ementibus ſalem ab eis, & ipſis iura Curiæ noſtræ ſoluentibus permittatur, quo voluerint infra prouinciam, & precio quo poterunt diſtrahere, nec certo loco, ſeu a certo venditore tantummodo ſalem homines comparare compellant. Mercatores etiam ad ciuitates, vbi ſunt fundici venientes, exoneratis & depoſitis mercibus, quæ fundicari debent in fundicis, vbi, vel quo voluerint per ciuitatem hoſpitari permittant, pœna publicationis mercium mercatoribus imminente, qui alio loco merces fundicandas, ſine ſpeciali mandato fundicarij depoſuerint, vel modo quolibet ius fundici fraudare, ſeu furari tentabunt: Dum tamen fundicarij caueant, quòd nullas res aliàs præter eas, quæ in nouis ſtatutis fundicari, ſeu dohanari mandauimus, mercatores, ſeu quoſlibet diſtrahentes fundicare, ſeu dohanare compellant.

Nota pro iſtis emē tib. quan titatē ſalis, & po ſtea illi reuēden tibus in fraudem magiſtro rum fun dicariorum, qua pœna pu niantur.

De probibito Curialium commercio.

TITVLVS XC.

Probibiti ſunt officiales regij habentes iuriſdictionem annalem in prouincijs eis decretis, & eorum iudices, & notarij, & familiares & contrahentes cum eis, vt non ineant contractus mutui, aut donationis, vel emptionis, & venditionis, aut in emphyteuſim conceſſionis, aut contractus dotis ſub pœna hic contenta, niſi circa ea, quæ victui ſunt neceſſaria. hoc dicit. Matthæus.

† IMPER. FREDER.

† *Aliàs, Idem.*

COmmuniter tam Iuſtitiarij, quàm Camerarij, & omnes alij prouinciarum annui officiales ab infraſcriptis abſtinere debebunt, videlicet quòd durante prædicto tempore magiſtratus eorum, nec ipſi, nec iudices, aut notarij, nec familiares eorum mutuum in prouincijs ſibi decretis a ſuis prouincialibus in pecunia, vel rebus alijs accipiant: Domos, vel quaſcunque poſſeſſiones ab eis in prouincia ipſa nullo prorſus alienationis titulo, etiam in emphyteutico iure accipiant: matrimonia ſiue ſponſalia, nec etiam contractus ineant cum eiſdem, pœna publicationis bonorum omnium, & amiſsionis officij, cum infamia officialibus contra hoc venientibus imminente: qui præterquàm de victui neceſſarijs quemcunque contractum de mobilibus, vel immobilibus, ſeu ſe mouentibus, cum hominibus, inierint ſuæ iuriſdictioni ſubiectis. Creditoribus autem alienantibus, ac contrahentibus omnibus publicationem pecuniæ mutuatæ, & conuenti precij, dotium etiam promiſſarum quarumlibet, deinde rerum in contractu uenientium eis imminere cognoſcant.

ANDRÆAS DE ISERNIA.

De officio magiſtrorum Fundicariorum. Rubrica.

MAgiſtros Fundicarios. Eſt noua hæc conſtit. Quia fundicum hic Fredericus Imperator impoſuit primo. Et ideo tanquam de male quæſito prælati non habent decimam, ar. ff. pro ſocio. quod autem. cum concor. Fundicus ſoluitur de omnibus mercibus grana 15. per unciam. Sed de uictualibus, ſeu alijs habentibus ius exituræ quod eſt pluſquam fundici, nō ſoluitur, nec de animalibus, nec de poſſeſſionibus, nec de pannis, nec de carnibus, nec de pane uendito, ſicut dicunt alia ſtatuta Imperialia quæ ſunt in dohanis, nec ſunt redacta in hoc uolumine. De ferro etiam, ſale, pice, & azario ſoluitur maius ius. Item mercatores uenientes ad locum, ubi eſt fundicus, debent exonerare merces in loco fundici, alibi non, quia perderent merces, niſi fundicarius id concedat, quia debet concedere, ex antiquo vſu, quando merces ſunt ſubtiles, aureæ, vel aliæ precioſæ, quas eſſe in fundico non eſt bene tutum. Item mercator qui ius fundici fraudauit, vel furari tentauit perdit merces, puta, recedebat, iure fundici non ſoluto, ita quod furtum iam deduxit ad actum, vt in communi diſt. l. ſi quis non dicam rapere.

De probibito officialium commercio, Aliàs, de prohibitis à quibus vniuerſi officiales abſtinere debeant. Rubrica.

COmmuniter. Et hic habent quidam rubricam de illicito officialium commercio, quæ continet ius commune, ut officiales ab hominibus iuriſdictionis ſuæ non recipiant mutuum, nec emant domos, vel alia quæcunque, niſi neceſſaria pro uictu, nec ipſi, nec familiares. C. de condict. indeb. l. 1. quod qualiter ſit intelligendum, diximus plene in 2. rubrica 2. libri feudo. ſcilicet, in titu. de feu. guardiæ. circa fi. Item non poſſunt contrahere matrimonia. C. ſi rector prouin. l. 1. ponuntur hic aliæ pœnæ. Andr.

ADDITIO. *De iſta conſtitutione vide per Par. de Put. in tracta. ſyndica. in cap. officiales, char. 36. litera C. vbi examinat hanc conſtitutionem, & rationem ipſius, & ibi an officialis poſſit tempore ſui officij in loco ſuæ iuriſdictionis bona emere, vel domos conſtruere, vel a ſubiectis munera recipere, & quæ. Et an, & quando & quæ munera poſſit recipere, vide eundem eod. tracta. in cap. an ſi tempore. char. 35. ead. litera.* Cæſar.

COmmuniter. In uer. ſponſalia. De iure autem communi ſponſalia licitè poterant fieri, ut plene no. C. ſi rect. prouinciæ. l. 1. & dic ut ibi. Barthol. de Capua.

In textu, qui præterquàm de uictui. De iure Romano officialis matrimonium contrahens non patitur pœnam, niſi quia matrimonium non ualet. C. de nuptijs. l. ſi contra. ff. de ritu nuptiar. l. qui in prouincia. l. ſi quis, niſi per uim. C. ſi quacunque prædit. poteſtate. l. vnica. vbi habes, qualiter puniatur officialis, qui per uim uel terrorem uxorem ducit in ſua prouincia, uel loco ſuæ iuriſdictionis. Petrus de Monteforte.

Noua conſtitutio.

Neceſſarias & vtiles expenſas in rebus fiſci factas per officiales regis rationales regia camera debent admittere, & computare, & non facere dubium, quod doceant de mandato, quia hac conſtitutio dat eis mandatum, hoc dicit. vel ſic, qui de ſua pecunia expendit in reb. fiſci neceſſariè, & vtiliter ſine ſpeciali mandato, recuperabit a regio ærario, vel tenetur rationalis excomputare in ſuo ratiocinio. h. d. Matthæus.

† *Aliàs, Idem.*

† IMPER. FREDER.

VT officialibus procuratoribus noſtris quibuſlibet propter expenſarum defectum negligendi res noſtras non ſit occaſio, uel meliorandi cauſa non deſit, volumus & mandamus, vt ad requiſitionem ipſorum omnes prouentuum noſtrorum actores pro reparandis caſtris, & domibus noſtris plantandis & colendis uineis, ſeu quibuſlibet alijs poſſeſſionibus noſtræ Curiæ procurandis, ſufficientem pecuniam ſubminiſtrent. Cæterum ſi ad requiſitionem ipſorum actores noſtri eis petitam pecuniam ſubminiſtrare noluerint, mandato celſitudinis noſtræ nullatenus expectato, uolumus ut Caſtellani uel Procuratores ipſi pecuniam de prouentibus adminiſtrationis ſuæ, vel de ſuo proprio in neceſſitates, vel utilitates noſtras confidenter expendant, ne occaſione mandati noſtri, quod ſuper hoc a nobis non habent, aut diſpẽdia uereantur, quin expenſam ipſis de ærario noſtro reſtitui faciamus: vel in ratiocinio ſuo per rationales noſtros excomputetur eiſdem.

Noua conſtitutio.

Prohibentur officiales grauare fideles ad portãdum pecuniam ad Curiam, vel aliter ſeruiendum: nec debent ipſorum animalia capere expenſis & mercede animalium non ſolutis, contrafaciens expenſas & mercedem ſoluet de ſuo eiſdem & tantundem Curiæ. h. d. Lallus de Th.

† *Aliàs, Idem.*

† IMPER. FREDER.

OMnes officiales * noſtros abſtinere præcipimus a grauaminibus, quæ noſtris fidelib. hactenus inferebant, mittendo ipſos interdum pro deferenda pecunia ad ærarium noſtrum, ſeu pro quibuſlibet alijs Curiæ noſtræ ſeruitijs, interdum ipſorum animalia capiendo, & nec ipſis perſonis ſtatutis per Curiam noſtram expenſas, nec pro vecturis animalium mercedes ſimiliter diffinitas aliquatenus exoluebant. Quod qui fecerint, de bonis ſuis expenſas, & mercedes eiſdem hominibus, & Curiæ noſtræ tantundem exoluere compellantur.

De officio Caſtellanorum & ſeruientium.

TITVL. XCI.

Qui non compleuit diem in carcere, nihil ſoluit pro liberatione, qui compleuit ſoluit medium Tarenum, contrafaciens punitur in nonum. h. d. Lallus de Thuſcia.

REX GVLIEL.

CAſtellani, [a] * & ſeruientes ab incarceratis, qui eodem incarcerationis die, quacunque hora extiterint liberati, nihil omnino recipiant. Si autem in eodem carcere noctem incarceratus * fecerit, non pluſquam dimidium Tarenum pro liberatione ab incarcerato ipſo volumus poſtulari.

De eodem.

IMPER. FREDER.

SI quis Caſtellanorum, vel ſeruientium vltra id, quod ab incarceratis ipſis recipere regia conſtitutione permiſſum eſt receperit: in nonuplum id, quod iniuſtè perceperit, fiſco noſtro componat. Et ſimplum quod a prædictis ſic iniuſtè receptum eſt, ipſius omnimodo reddendo.

• ADDITIO. *Ad de modernos in cap. Regni, grauamina, nume. 37. Nota iſtam conſtitutionem decentem quòd etiam quod quis pro ſeruitio publico, ſeu eius animalia mittuntur debet ſolui ſalarium competens, quod nota pro officialibus hodiernis mittentibus aſſociantes carrugium. vide cap. quæ hominibus noſtri regni. & cap. quòd nullus officialis, quàm ſubofficialis.* De Bottis.

De officio Caſtellanorum & ſeruientium. Rubrica.

[a] CAſtellani. Incarceratus, qui diem in carcere non compleuit, nihil ſoluit pro liberatione ſua: alias ſoluat dimidium Tarenum. ſi plus Caſtellanus exigit, in nonnuplum reddit.

• ADDITIO. *Vide Modernos in c. regni Caſtellanos, nu. 44. fol. 73.* De Bottis.

• ADDITIO. *Si carceratus de nocte non extiterit, ſed de die tantum in carcere, nihil ſoluit carcerum cuſtodibus: ſi de nocte grana 10. vide cap. regni de non capiendo vaſallos a dom. cap. 2. vide cap. item ſtatuimus, quòd preſonerij. & cap. magiſtro Iuſtitiario. & quod dicitur in hac conſtitutione habet locum, ſi per mille noctes ſtaret.* De Bottis.

De eu-

ANDRÆAS DE ISERNIA.

Noua Conſtitutio.

VT *de officialibus.* Hæc lex poſita eſt ſupra de offi. magiſt. in l. capitaneorum. §. ut officiales. de verbo ad uerbum: & ſatis eſt vtile, ut pro cultura dentur expenſæ: Non enim ſine expenſis fructus de terra percipiuntur, quæ fiunt in arando, ſeminando, & huiuſmodi, & nullus ideo caſus interuenire poteſt, qui impediat deductionem earum. ff. ſolu. matrimon. l. diuortio. §. impendia. ver. fructus. familiæ erciſc. l. fundum qui. Permittit inſuper, quod ſi officialis ſuus, actor, ſeu adminiſtrator non habeat pecuniam, expendat in hoc de ſuo proprio: nam reſtituet ei, vel eam ſibi in ſuo ratiocinio computabit. Andr.

ADDITIO. *Hanc conſtitutionem dicit And. in fi. conſtitutionis, Capitaneo. eſſe §. illius conſtitutionis, & ibi illam legebat. ponitur tamen hic propter ordinem ſeruandum.*

Noua Conſtitutio.

O*Mnes officiales.* Inhibet grauamina ſubditorum ſpecificando, ut nõ mittat ſubditos ad Curiam, niſi cum pecunia Regis: nec capiant animalia ſubditorum, niſi prius ſoluant mercedem pro vecturis: & punit ſi contra fiat. Omnia hæc & alia continentur in c. Regis Caroli. & hoc melius clarificatur inf. l. proxi.

ADDITIO. *Vide cap. Regis Caroli, quòd nullus officialis, quod prohibet aliquem mitti proprio ſumptu pro ſeruitio Curiæ.* Cæſar.

O*Mnes officiales.* No. contra officiales regni, qui capiunt animalia pauperum, vt portentur res ipſorum officialium, & non ſoluunt, & loquitur illa conſtit. de ſalarijs & expenſis: nam bene poſſunt capere. Pro declaratione huius conſtitutionis uide cap. quæ hominibus regni noſtri, &c. quod nullus officialis, quàm ſubofficialis. Ioan. Grillus.

Omnes. No. contra officiales regni, qui capiunt animalia pauperum, vt portent res ipſorum officialium, & non ſoluunt, & loquitur conſtit. de ſalarijs & expenſis: nam bene poſſunt capere homines, & eorum animalia, dummodo ſoluant, ut de appa. & exe. ſal. l. ſic, in fi. Barth. de Capua.

In tex. a grauaminibus. Dic quòd grauamen eſt, quia ipſi officiales non ſoluebant vecturas animalium, mercedes, & expenſas hominum, quos pro ſeruitijs curiæ mittebant: & non intelligas quod grauamen ſit in mittendo homines pro ſeruitijs curiæ, vel capiendo animalia, quia hæc eis conceduntur, quia ſtatutæ ſunt expenſæ, ut inf. de app. & eo. ſal. l. ſic, in fi. tam pro vecturis animalium, quàm pro expenſis ſeu laboribus hominum mittendorum pro ſeruitiis curiæ, ut hic dicitur. Prætereà conſtit. punit officiales non ſoluentes uecturas animalium, & alia ſupra dicta in expenſis, & mercibus tantummodo, & non in alio, ut hic dicitur. ergo de grauaminibus expenſarum tantum loquitur. Barth. de Capua.

De officio Caſtellanorum, & ſeruientium. Rubrica.

C*Aſtellani.* De hoc quod dicit iſta l. eſt cap. ſpeciale Regis Caroli I. vel II. quod incipit, magiſtro Iuſtit. poſitum ſub rubr. de non capi. Vaſal. a Dominis.

C*Aſtellani.* In tex. in uer. nocte una uel pluribus, quia pro nocte vel noctibus pretium non recipitur, ſed pro liberatione hodie conſtitutio iſta eſt confirmata per c. regni, de non capiend. vaſal. a domi. cap. 2. Barth. de Capua.

Et vide c. Regni, pro declaratione huius conſtit. c. regni, Item ſtatuimus quod præſonerij. & c. magiſtro Iuſtit. Ioan. Grillus.

De eodem.

S*I quis Caſtellanorum.* Si fiat contra tenorem ſuperioris proxime l. punitur contrafaciens, ſcilicet in nonuplum, & ſimplum reddetur læſo.

Noua

De cuſtodia captiuorum. *Rubrica.*

a CVſtodes. In hac conſtitutione, & ſequenti, ſi cuſtodis negligentia incarceratus aufugit, punitur cuſtos in carcere per annum. Si dolo, punitur capite, vt ff. de cuſto. reo. l. fin.

• ADDITIO. *Vide ad materiam huius conſti. Thom. Gram. in voto 29. & ibi qua pœna venit puniendus ſubſtituès cuſtodem, cuius culpa carceratus aufugit.* De Bottis.

† *Aliàs, de cuſtodibus.*

b *Antiqua iura.* Vt ff. de cuſt. reo. l. milites, & l. fin. C. de cuſto. reo. l. penul. in quibus ll. plene de hoc.

De ſeruientibus, exeuntibus, &c. Rub.

† *Aliàs, Idem.*

c CVlpam. Caſtellani prohibentur ſe immiſcere negotijs ciuitatum, & ſeruiẽtes ſui ſub pœna quinquaginta auguſtalium, cũ non debeant ſe immiſcere officio impertinẽti, vt arg. C. de epiſc. & cler. repetita. Item ſeruientes nõ debẽt exire extra caſtrũ ſine licentia Caſtellani, nec vltra quatuor ſimul ſub pœna quatuor auguſtalium, pauperes luunt in corpore ad opera publica per medium annum. concordan. ff. de pœnis. l. prima, §. primo.

d *Reputantes.* Vt dicit regula iuris, culpa eſt. & no. in prima parte conſti. huius, quod non debet quis officium ſibi commiſſum extendere vltra mandatum, & tangere de officio alterius, vt C. de off. procon. & leg. l. vlt. & de appa. præ. an. l. 2. & de numerarijs in prouincijs. l. fi. lib. 10. & eſt ratio ſatis pulchra, ne dum hic ſibi inuicem, &c. vt C. de exec. & exact. l. 2. in fi. lib. 12. nam promiſcuis actibus rerum turbantur officia, vt C. de teſtamen. hac conſultiſſima, & de aſſeſſor. nemo. & de poſtul. quiſquis. & ſic fiſcalis confunderetur ratio, quod vitatur, vt C. de compen. l. 1. Alibi etiam legitur, quòd non debet quis fungi duplici officio, & occupantur vniuerſa commoda, nihil reliquis relicturus.

ADDITIO. *Adde l. fi. C. de proxi. ſac. ſcrin. ca. domui. & capite, ſingula. 89. diſtinct.* Superantius.

De cuſtodia † captiuorum.

TITVLVS XCII.

Noua conſtitutio.

Cuſtos cuius negligentia euaſerint captiui, bonis omnibus publicatis, per annum debet in carcere macerari: ſi vero per fraudem iuxta antiqua iura pœna capitali punitur, hoc dicit. Lallus de Thuſcia.

† IMPER. FREDER.

CVſtodes,[a] * de quorũ cuſtodia captiui per negligentiam ipſorum euaſerint, bonis ſuis omnibus publicatis, per annũ ſquallore carceris decernimus macerari: vt carcerem incarcerati ipſimet non deſerant, qui in carceratis cuſtodiendis alijs negligentiam commiſerunt. Hi autem, qui per fraudem incarceratos abire permiſerint, iuxta [b] antiqua iura capitali ſententia feriantur.

De ſeruiẽtib. exeuntib. extra caſtrũ ſine licẽtia ſui Caſtellani.

TITVL. XCIII.

Caſtellani prohibentur ſe immiſcere negotijs ciuitatis, & ſeruientes ſui ſub pœna duorum auguſtalium. Item ſeruientes non debent exire extra Caſtrum ſine licentia Caſtellani, nec vltra quatuor ſimul, ſub pœna quatuor auguſtalium. & ſi ſeruiens non habet aliquid, deputetur ad opera publica per medium annum. h. d. Lallus de Thuſcia.

†IMPER. FREDER.

CVlpam [c] non immeritò [d] reputantes, aliquem immiſcere ſe rei ad ſuum officium minimè pertinenti, præſenti conſtitutione inuiolabiliter prohibemus magiſtris Caſtrorum, Caſtellanis, & ſeruientibus eorũdem, vt extra Caſtrorum ſita, ſine ſpeciali conſcientiæ noſtræ mandato, de nullo negotio Terræ * ipſius in qua Caſtrũ ſitum eſt, ſe aliquatenus palàm intromittere.

Vnde verſus: Pluribus intentus minor eſt ad ſingula ſenſus, vt C. de proxi. ſacr. ſcrin. l. hac parte. libro duodecimo. & dic vt ibi in gloſſa ordinaria. Quicquid ergo agit officialis egrediendo commiſſionis limites, nihil ualet tanquam actum ab incompetenti, vt C. ſi a non compe. iu. l. prima, per totum. & ff. manda. l. diligenter. in principio, de arbit. Pedius. in fine. cum enim ſuos excedat terminos, meritò exceditur a nõ ſuis, vt C. de edic. diui Adria. tollen. l. fina. & ad fin. & de his, quæ vi metus cau. ge. ſunt. l. tertia. & datur etiam priuatis licẽtia reſiſtendi officiali huiuſmodi quatenus excedit, vt C. de iure fiſc. prohibitum. libro decimo. & de met. deuotum, & de execu. & exactio. l. contra. libro duodecimo, nam eo ipſo ſuſpectus habetur, quòd ſe ingerit non commiſſis, ut ff de procura. quæ omnia. §. primo. immo, quando in certis capitulis facta eſt commiſſio, ſuper alijs intelligitur interdicta, vt C. de procur. l. maritus. in fine, cum ſuis ſimilib. ibi no. in gloſ. ordin. & puniendus eſt iſte talis officialis, qui ſe immiſcet rei impertinenti, ut C. de aquæductu. l. ſi quis per diuina. lib. 11.

† *Aliàs, Idem.*

• ADDITIO. *Vide Moder. in c. regni, Caſtellanos, nu. 35. & 36. & Scribentes ibid. nu. 26. 27. fol. 72.* De Bottis.

a *Sine*

ANDRÆAS DE ISERNIA.

Noua conſtitutio.

CVſtodes. Punitur negligentia publicatione bonorum, & pœna annalis carceris. Sed quid ſi hic cuſtos vellet ſuſtinere pœnam quam fugiens de carcere pati debebat, ſi fuiſſet conuictus de crimine, quo tenebatur, an euitet pœnam huius conſtitutio? ſatis videtur, quòd poſſit hoc dicere, quod ſit audiendus: nam cum eſt in dolo, punitur capitaliter, vt ſequitur in fi. quod intelligitur, ſi ſic erat ille fugiens aliàs puniendus, vt not. ff. de cuſto. reo. l. milites, & l. fin. ergo ſic erit quando per negligentiam, vt non ſit deterioris conditionis, quàm ille, qui eſt in dolo, ff. de noxa. l. non ſolum. Item quia cuſtos dicet ſemper, domine, dolo feci eum fugere, & ſic ſemper patietur eandem pœnam. Sed forte cum ius Romanum imponat aliam pœnam, & aliam hæc conſtitu. videtur, quod ſit in electione iudicis, quam velit infligere, argum. ff. de eſtra. l. 1. §. 2. dicet enim iudex, cum non conſtet de dolo tuo, confiteris illud in eluſionem pœnæ huius legis, hoc volo præſumere in minus, argumen. ff. de ſuſpect. tuto. l. hæ enim cauſæ. Primum videtur fortius, quia probatio per confeſſionem eſt inualida, ſicut per teſtes. ff. de inoffic. teſta. l. qui de inofficioſo. maxime quando doloſitas eſſet in animo: vnde non arguebatur, quòd prece, vel precio. Et ſic difficile eſſet probare aliter, quam per confeſſionem. ff. de inter. act. l. 1. quia prodeſſet hoc ipſi cuſtodi puniendo, quando fugiens erat in carcere propter leue delictum, quo conuictus exilio temporali, vel interdictione rei certæ puniretur, vt ff. de iniur. l. fin.

ADDITIO. Cuſtodes. *Quid ſi erat iniuſte carceratus, & liberari debebat ſaltem ſub cautione, vel ſine, ſi non adhibuit diligentiam cuſtos, et aufugit, an puniatur per hanc conſtitutionem pro eo, ſicut pro condemnando de proximo ad ſupplicium? Et quid ſi incarceratus erat ibi gratia correctionis forte a patre poſitus, vel ſeruus a domino? Et quid ſi conſtabat de abſolutione fugientis. Et quando, & in quibus officialis dicatur negligens, vel non. Et quid ſi erat carcerarius ordinarius, & officialis nõ conſulens de eo appoſuit alios cuſtodes, an teneatur de fuga carcerarius? Et cautelam pro officiali, vt ſaluet cuſtodem & ſe, vide per Pari. de Put. in tract. ſyn. c. officiales, & c. carcer. litera C. fol. 29. & an & quando generaliter cuſtos teneatur de fuga, vel excuſetur, & de eius diligentia, & quando per caſum fortuitum, vel miraculoſe quis euaſit? vide eundem ibidem, c. an ſi plures. vbi de hac conſtitutione, & qualiter iſta corrigit ius commune. & ibi plures caſus excuſantes cuſtodes & ponentes illos, & ibi qui ſunt diligenter cuſtodiendi, vel non. Et quod in dubio ſemper præſumitur pro culpa cuſtodis, & de alimentis carceratorum ibidem. c. an carcerarius. Et an & quando poſſit cuſtos liberare carceratum impune, ibid. c. licet dicatur. Et alios caſus de fuga vide in cap. qualiter auten. ibidem, eadem litera.* Cæſar.

CVſtodes. Quæro, Camerarius, ſiue magiſter iuratus aſſignauit quendam captiuum quibuſdam, & mandauit eiſdem ad pœnam vnciarum auri decem, vt ipſum captiuũ deberent Iuſtitiario aſſignare. Modo iſti ſoluerũt captũ, & ſic ſolutus compoſuit coram Iuſtitiario, an illi teneantur ad pœnam prædictam? Pro & contra dici poteſt. Sed videtur, quod non teneantur, & vt quaſi caſus in l. 1. §. quæſitum. ff. de aqua quoti. & æſti. & vide l. 2. ff. de condi. & demon. in fi. ibi, nam ſi facta, & C. qui veniam æta. l. fi. & de nup. l. ſancimus. P. de Montef.

In tex. per fraudem, vt puta pecuniæ corrupti, vel amore, vel ſcienter hoc fecimt.

In tex. antiqua iura. Qualiter autem puniantur frangẽtes carcerẽ & fugientes, vide ff. de eſtracto. l. 1. in princ. & l. in eos. ff. de cuſto. reo.

In tex. captiui. Sed quid ſi captiuus aufugit fractis carceribus? dic quod habetur pro confeſſo de crimine illo, pro quo tenebatur carceratus. l. in eos. ff. de cuſto. reo. & ibi per Bar. & Cyn. & vide l. milites. ff. de cuſto. reo. & ſic no. pro domino Comite. Pet. de Monteforte.

De ſeruientibus exeuntibus extra caſtrum ſine licentia ſui Caſtellani. *Rubrica.*

CVlpam. Non debet Caſtellanus, vel ſeruiens egredi fines ſeu terminos ſibi commiſſos, nec exire caſtrum vltra quatuor ſimul & cum licentia Caſtellani punitur etiã competenti pœna, & eſt bene gloſſata, vide rationes & concordantias in glo.

CVlpam. In tex. ibi, ſine licentia. Facit tex. l. ſi quis decurio. C. de decurio. quæ allegatur quod famuli non debent recedere nõ petita licentia a dominis. Barth. de Capua.

re audeant, vel occultè. Si quis autem de prædictis contrafecerit, ab officio ipſo remotus, pœna quinquaginta auguſtalium fiſco noſtro inferenda, mulctetur. Seruientibus etiam expreſſius inhibemus, vt extra Caſtrum non exeant [a] ſine licentia * ſpeciali Caſtellani. & cū ipſos de Caſtellis ob aliquā cauſam exire contigerit: plures quàm quatuor inſimul poteſtatem non [b] habeant exeundi. Seruientes autem contra prædicta temere attentantes pœna quatuor auguſtalium puniri volumus: aut ſi non habēt de peculio aliquid, per dimidiū annum ad opera publica deputari cenſemus.

Noua conſtitutio.

Ciuiles exceſſus Caſtellanorum per magiſtros Camerarios regionum, criminales verò per Iuſtitiariū, etiā ipſorum durantib. officijs audiātur, & emēdentur. h. d. Lallus de Th.

† IMPER. FREDER.

CAſtellanorum ciuiles exceſſus per magiſtros Camerarios regionum: Criminales verò per prouinciarum Iuſtitiarios, durantibus etiam ipſorum Caſtellanorum officijs, audiri volumus, & ſecundum iuſtitiam emendari.

De apparitorib. & eorū ſalario.

TITVL. XCIIII.

Baiulus reum futurum citari faciat per apparitores ſuos, qui iurent de veritate dicenda, & habebit vnum, duos, vel tres ad plus pro qualitate loci, & ſoluetur apparitori ab actore pro qualibet citatione infra terram granum auri vnum, extra ciuitatem pro quolibet miliare granum vnum, & erit qualibet citatio Baiuli peremptoria continens terminum tertij diei computatis diebus facta citationis, & quo ſiſtere debet infra terram, ſi extra terram quarti, vel quinti, vel demum octaui diei, ſi extra prouinciam menſem vnum. h. d. Lallus de Thuſcia.

† IMPER. FREDER.

IN ciuilibus [c] cauſis Baiulos, & iudices regni noſtri formam huiuſmodi uolumus obſeruare, uidelicet, ꝙ ad petitionem agere uolentis, Baiulus reum futurum citari faciet per apparitores ſuos, qui iurent de ueritate dicēda, de quibus unū, aut duos, tres, aut plures, aut prout qualitas loci exiget, habere debebit. Apparitori autem pro qualibet citatione, infra ciuitatem, aut locū faciēda, granum auri ab actore præbeatur: extra ciuitatē, aut pro quolibet miliari granū unum: * Et erit quælibet citatio Baiuli peremptoria, continens terminū tertij diei in ciuitate cōputatis die citationis, & die quo ſiſti debebit in iudicio. Extra ciuitatem vero ſi citādus in eadē prouincia fuerit, quarti, aut quinti, aut demū octaui. Extra prouinciā uerò mēſis vnius prędictis dieb. ſimiliter cōputatis. His quæ per ſacras noſtri nominis ſanctiones in ci

a *Sine licentia.* Facit ad hoc quod non poſſit diſcedere ſine licentia, C. de Decu. l. ſi quis decurio uel propriæ rei. & de epiſc. & cler. ſi qua per calumniam. in fi. & ar. C. de colo. Tra. l. unica. lib. 10. & ff. de re mili. l. non omnes. §. 1. & l. qui commeatus. & C. de comm. l. 2. & per totū, lib. 12. & C. de re mili. l. tribuni. & l. nemo. & de princ. agen. in re. l. 1. lib. 12. cum ſuis ſimi. Nec enim in cuſtódia deſides eſſe debent a Caſtris aberrātes, vbi eos cóuenit aſſiduè morari, & frequentes eſſe, & ſe quotidiano exercitio ad cuſtodiam preparare, vt C. de dome. & prote. l. pen. in fi. & de re mili. milites. & ad idem C. de offic. præfe. præt. Affri. l. in nomine domini. §. ſi ergo prædictum eſt. Et no. contra uagabundos, vt C. de aduo. di. iu. l. 2. & de proca. l. 2. lib. 12. & de epiſco. & cler. l. generaliter. & in Authent. quo. oportet epi. §. non aliter. Et ad id quod ſequitur ut plures quam quatuor non licétientur ſimul exire, eſt ar. bonum, ut C. lib. 12. de ero. milit. anno. l. per hanc. §. ſuper his. vbi dicitur, quód nō debet dari commeatus ſimul pluribus, quam triginta militibus. Et no. quòd non eſt ſolummodo puniendus ſeruiens contrafaciens, ut hic: verum etiā Caſtellanus, qui dederit licētiam incompetenter: puta, eo tēpore quo omnes ſeruientes debent eſſe præſentes, forte propter incurſum hoſtium ibi exiſtentium, uel aliam expedientem cauſam, vel ſi licētiauerit ſimul plures, quam quatuor, vt in prælleg. l. 1. de commeatu. Et cum non ſit in Caſtellano ibi certa pœna ſtatuta, relinquo eam arbitrio iudicantis, ut in l. hodie. ff. de pœnis, &c.

† Aliàs, Idem.

● ADDITIO. *Facit tex. in l. ſi quis decurio. C. de decurio.* De Bot.

b *Habeant aliquid.* Nota quód in defectu pœnæ pecuniariæ ſuccedit corporalis, † ut hic, & C. de ſeru. fugi. quicunque. & ff. de iuriſdictio. omn. iudi. ſi quis id quod. §. primo. & de offic. præſid. l. illicitas. ad fin. & de in ius uocan. l. fina. & ſupra de prohibi. porta. armo. l. 1. in fi.

† ADDITIO. *Intellige quod dicit hæc gloſ. quando eſt vilis perſona, ff. de pœn. l. capitalium. §. non omnis.* De Bottis.

† Aliàs, Idem.

De apparitoribus & eorum ſalario. Rub.

c IN *ciuilib. cauſis.* Curiæ noſtræ. ut ſupra de offic. Magi. Iuſtitia. literas, in prin.

● ADDITIO. *Non tamen poſſet petere pro reuerſione, vt per Parid. in tract. ſindic. in uer. index. in fi. ex hoc dicitur quidam ꝙ in regno omnis citatio ſit peremptoria, etiam ſi nō dicatur. & hæc conſtitutio docet iudicem, quòd hanc citationem faciat fieri ſub peremptorio, vt in conſt. edictorum ordinem. ibi, citatio fiat una pro omnibus, quæ peremptoriū continebit. imo ſufficit præcedenti die pro ſequenti, ut no. in conſtitutione, deliberationis.* De Bottis.

a Vel

ANDRÆAS DE ISERNIA.

Noua conſtitutio.

C*Aſtellanorum.* Nota durantibus officijs, quia non ſunt omnes magni magiſtratus. ff. de iniur. ne magiſtratibus. & de iud. l. pars literarum.

C*Aſtellanorum.* In ver. Durantibus. Idem eſt in Baiulis, quia minores magiſtratus ſunt, ut ff. de iniu. l. ne magiſtratus, & ſupra de offi. Camera. l. 1. in gl. Barth. de Capua.

De termino, infra quem citati ſe debeant præſentare.

Noua conſtitutio.

I*N ciuilibus cauſis.* Et hic habent quidam rubricam, & loquitur in citatione Baiuli, quia aliud in magiſtro Iuſtitia. & Iuſtitiario, ut in fi. dicitur, inf. de literis cita. l. edictorum. & l. ſeq. Et quidem quātum ad tempus hoc corrigi videtur, quia prima die futurus reus eſt citandus, inf. de dilat. & excep. l. dilationes. ſed ibi dicit gl. quod iſta corrigit illam, & iſta ſit noua, & illa ſit uetus.

Peremptoria. Dicunt quidam, quod illud eſt ſpeciale in citatione Baiuli, ut eius citatio eo ipſo ſit peremptoria, etiam ſi non dicatur per literam iſtam, ſed in aliorum citationibus debet ipſa citatio peremptorium continere. d. l. edictorum. Alij exponunt hanc literam, erit citatio Baiuli peremptoria, quia Baiulus debet dicere, Cites talem peremptorie, ut ueniat die tali, cum non ſit ratio diuerſitatis, quare aliud ſit hic, & aliud ibi, & ſic idem ius debet eſſe. ff. de verbo. obligatio. l. a Titio. Et in ambigua uoce legis, ſicut eſt iſta litera, quæ ad utranque poſitionem uolui poteſt, ſumetur intellectus uitio carens, quo non videtur carere, ſi dicimus Baiulum intellexiſſe peremptorie, cum id uoce non expreſſerit. ff. de ſupell. leg. l. Labeo. nam iure ſcripto certo modo peruenitur ad peremptorium. ff. de iudi. l. ad peremptorium. Et oportet quod iudex dicat, Cito te peremptorie. Alias non intelligitur hoc uerbum, ut no. per Innoc. extra de accuſat. cap. ad petitionem. in 2. glo. & hæc opin. uerior eſt, ut dictum eſt in d. l. edictorum. Primi dicunt quòd hic legiſlator uoluit abbreuiare lites, ut patet per omnes conſtitutiones, & ideo uoluit hic, & in d. l. edictorum, quòd citatio contineat peremptorium eo ipſo quòd præcedit citatio, quia dicit quòd erit una pro omnibus. ſi verò non eſſet peremptoria, eſſent multæ, ut d. l. ad peremptorium, cum ll. ſequent. ¶Videmus autem in citationibus Magnæ Curiæ Vicariæ, & Præſidum prouinciarum, aliorumque officialium contineri, quòd citet peremptoriè, & ideo non videtur ab hac interpretatione uſus conſueti & ſoliti debere recedi. arg. ff. de legi. l. minime. Primi reſpondent, quod ea quæ cauſa dubitationis tollendæ exprimuntur, non lædunt ius commune. ff. mand. l. qui mutuam. ff. de regu. iur. l. quæ dubitationis.

Extra prouinciam. Sed quomodo citat extra territorium? † ff. de iuriſd. omn. iud. l. fi. Dic duobus modis. Primo citandus eſt extra prouinciam, ſcilicet per illum iudicem, in cuius iuriſdictione degebat ad requiſitionem Baiuli, in Auth. ut nulli iudi. §. ſi uero quis. Et ideo ſatis citat Baiulus quando ad ſui requiſitionem hoc fit, ſicut ibi, ſi te condemnauero, id eſt, condemnari fecero. ff. de his qui no. infa. l. furti. §. mandati. ¶Secundo modo, ut prædictum uerbum, extra prouinciam, referatur ad uerbum, fuerit, quaſi dicat, ex quo in domo ſua non inuenitur: quia eſt extra prouinciam, citatio contineat unū menſem, nam ſufficit citatio facta domi, ubi habitat ſpecialis familia citati, ut l. citationis. quæ ſequitur d. l. edictorum.

† ADDITIO. *Adde eundem And. in conſtit. edictorum. & hanc formam dicit Maranta obſeruari, in ſuo Speculo aureo, 6. par. verſi. venio ad ſecundum. ubi hoc limitat, vt ibi per eum.* De Bottis.

I*N ciuilibus.* In ver. tertij diei. Imò ſufficit præcedenti die citari pro ſequenti, vt no. in conſt. deliberationis. Barth. de Cap.

Noua

a *Vel iuſtitiarij*. Vt infra de literis citatorijs. l.edictorum. l. citationis literæ.

• Additio. *Nota hic ad intellectum pragmatica de ſeruitijs præſtandis, quia ſi capitur animal ſine homine, minuitur ſalarium hominis: & nimirum, quia robur hominis, ætas & opportunitas temporis in operis præſtandis attenditur, vt dicit tex. in l.ſi non ſortem: §. libertus. ibi, namque plerumque. ff. de condictio. indeb. & hoc eſt, quod diſponit ca. Regni, grauamina, dum de ſeruitijs præſtandis per homines & per animalia loquitur de ſalario dando per Curiam. & in c. q nullus. & no. quòd prag. illa quando ſtatuit ſalarium, loquitur de homine cum animali proprio, & ſic ſi capitur animal alterius & ille cum proprio conducit animal alterius, non debet habere ſalariũ grani unius.* De Bot.

† *Alias, Idem.*

tationib. per magiſtrum Iuſtitiariũ Curiæ noſtræ, [a] vel Iuſtitiarij regionũ ediximus, ſuo robore duraturis.

Noua conſtitutio.

† IMPER. FREDER.

SIc noſtra ſeruitia perfici uolumus, ut occaſione ipſorum fidelium noſtrorum aliquis contra iuſtitiã non grauetur. Ideoq; præſenti cõſtitutione decernimus: ut nullus officialis, ſi ipſe equos habeat occaſione ſeruitiorum, vel nuntiorum noſtrorum cõpellat aliquem equum, uel iumentum, aſinum, uel quodcũque vehiculum alicui commodare, ſed pretio pro ſeruitijs noſtris locet. Quod ſi non habet licentiam, habeat aliqua compellendi animalia pro ſeruitijs noſtris precio unius Tareni auri, * per diem cum homine, vel ſine homine pro dimidio Tareno locare. Cæterum ſi locata animalia per manifeſtã ductoris negligentiam, uel quod ipſa vltra ſtatutam dietam per malitiam duxerit, mori contigerit, iuxta æſtimationem trium, uel quatuor bonorum proborũ virorum fidelium, per quos priuſquam locatio fiat, æſtimationem locandi vehiculi uolumus fieri, & per Curiam noſtram domino precium reſarciri iubemus. Nullus etiam officialis compellat aliquem equos ſuos uendere, niſi precio Curiæ noſtræ, quos & per quatuor bonos uiros uolumus ęſtimari.

Vt nullus officialis cogat aliquem ad oſtendendum titulum ſuæ poſseſsionis, & quòd nullus occupet.

TITVL. XCV.

Procuratores Cæſariani non quærant ab aliquo titulum ſuæ poſſeſſionis, ſed ſi quod ius putat habere regia Curia priuilegium fiſci ſeruans fideliter proſequatur, & ſi quis ſcienter occultauerit rationes, & iura regia, condemnatur in quadruplum omnium fructuum a die ſententiæ perceptorum. hoc dicit. Lallus de Thuſcia.

IMPER. FREDER.

AB [b] officialibus * noſtris fidem exigimus & induſtriam expectamus. Cuiuſdam tamen ſuperſtitioſæ ſolicitudinis cauſam ab ipſis vidimus remouendam per quam zelo ſolicitæ fidei, quam non habent, fideles noſtros indebitis vexationibus interpellant, quærendo ab eis titulum poſſeſſionis ſuæ, & cauſam, cum nihil per Curiam noſtram de ſpeciali, vel communi iure contra pacificos poſſeſſores * proponatur ab eis: vel propoſitum approbetur: niſi quòd occaſione dominij generalis, quod in rebus, & iuribus omnium ſubiectorũ noſtrorum habemus, ſpeciales ab eis rationes exigunt. Volentes igitur talium verſutijs obuiare: uexationes huiuſmodi fidelibus noſtris illatas, uel in poſterum inferendas præſenti conſtitutione noſtra, Deo propitio valitura, perpetuò prohibemus. Sed ſi quas rationes, & iura Cæſariani noſtri Curiam noſtram in re cuiuſlibet poſſeſſoris habere confidunt, priuilegiis fiſci noſtri ſeruatis, illa fideliter & ſolicitè proſequantur. Nihilominus fidelibus noſtris omnibus ſub pœna fidelitatis, qua nobis tenentur, aſtrictè mandamus, ut rationes & iura noſtra de cætero non occultent. Sed nullus alijs delatoribus expectatis ipſi ſe deferant. Procuratorum noſtrorum ignauiam forſitan ſua diligentia recludant, & fidelitate compenſent. Cæterum ſi quis in poſterum iura noſtra ſcienter, quadam occultatione ſuppreſſerit, [c] in quadruplum omnium fructuum, a die ſententiæ perceptorum, poſſeſſores huiuſmodi condemnamus.

Vt nullus officialis cogat aliquem &c. Rubrica.

b AB *officialibus noſtris. Dominij generalis*. Nota, quòd aliud ſonat ius generalis dominij, & aliud ius communis dominij. Generalis dominij nihil proprium uendicatur, ſed ſola quædam iuriſdictio, & protectio. ſed iure communis dominij dicitur eſſe quid proprium, donec contrarium appareat, ut patet in conſtitutio. ſi dubitatio, &c. & hoc per hanc cõſtitutionem colligitur.

• Additio. *Vide Modern. in cap. regni, grauamina, nume. 37. 38. 39. cum ſequen. & num. 41. & Afflict. in conſtit. omnes officiales. vbi de hac conſtitutione, & hic Lallum de Thuſcia.* De Bottis.

• Additio. *Vide Andr. in l. Imperialem. §. præterea ſi in feudalibus, de prohibita alien. per Freder. & Iaſon. in l. prima. C. unde cogna.* De Bottis.

c *In quadruplum*. Vt infra de re deman. l. dignum fore.

Noua

ANDRÆAS DE ISERNIA.

Noua conſtitutio.

S*Ic noſtra ſeruitia.* De eadem materia eſt, ſicut eſt ſuperior proxima. Nam officialis habens equum non debet compellere ſubditum commodare animal, ſed ſuum proprium debet mittere. Si uerò nõ habet, poteſt compellere animalia ſubditorum ſoluta mercede unius Tareni per diem homini cum animali, ſine homine mediũ Tarenum. hodie ſunt grana 13. & tertia homini ſine animali grana 7. minus tertia. Item ſi negligentia vel malitia ducentis, animal moriatur vel deterioretur, diſting. ſuper eum, quia ſi duxit animal ultra locum ad quem conductum fuit tenetur. ff. commo. l. cum. & l. fi.

Noua conſtitutio.

A*B officialibus noſtris.* Hæc eſt bona conſtit. contra Cęſarianos procuratores, & aduocatos fiſci, qui dicunt omnia, quæ ſunt in Regno, Regis, ſi poſſeſſor titulum non oſtendit. Dicit enim uerũ non eſſe, quia non cogitur poſſeſſor titulum ſuæ poſſeſſionis oſtendere. C. de peti. hære. l. cogi. Et dicunt Moderni lib. 11. de conduct. domus Auguſt. l. 1. omnia quidẽ patrimonialia Cæſaris, & fiſcalia ſunt Principis, & bona ſubditorũ Burgenſatica libera in Principis iuriſdictione conſiſtunt. C. de quadr. præſcrip. l. fi. & dictum eſt plene ſupra, in prologo. & hoc eſt, quod dicit hic litera, ratione dominij generalis: quod in bonis ſubditorum habens generale dominium eſt iuriſdictio: quia cum ſit ſummus magiſtratus ius decernendi, & ſubmouendi habet in bonis ipſis. ff. de verb. ſign. l. pupillus. §. pen. Inde dicebat Apoſtolus, Qui me iudicat dominus eſt, prima ad Corinth. 4.

Additio. *Adde tex. in c. aliorum. 9. q. 3.*

Et

Et pſalmiſta, Cognoſcetur dominus iudicia faciens. multum facit hæc conſtitutio ad ea quæ dicuntur inf. l. 3. in conſtit. ſi dubitatio. protectionem inſuper habet in bonis prædictis non obſtante errore Martini. Item mandat quod nullus ſcienter ſubtrahat, aliàs ſupprimat: vel occultet iura fiſcalia & ponit pęnam.

Volentes. Et hic quidam habent rubricam, vt boues domiti non pignorentur: & idem dicitur de aratris, vel armis, ut in fine conſtitutio. huius, ideſt de campis proſciſſis & gratis & pratis ad ſeminandum, ſeu ad ſemen. Intelliguntur autem iſta, niſi debitor aliud non haberet: ſicut declarat capitulum Incliti Regis Caroli Secundi, quod incipit, boues. Nam tunc debitor fiſcalis etiam perſonaliter aſtringeretur. ff. ad legem Iuliam pecu. l. ſacrilegium. in fi. C. lib. 10. de exacto. tribut. l. nemo. & priuati, niſi cederet bonis. C. qui bonis ced. l. 1.

Additio. *An dominus poſſit cogere vaſallum oſtendere titulum feudi, vide And. in conſti. ſi dubitatio, & Dec. conſi. 264. in ver. 17. Saly. & alios in l. cogi. C. de peti. hæred. vbi de mand. & Alex. in conſi. 6. in 1. vol. per totum. & in conſi. 20. in 4. vol. & an eccleſia teneatur docere de titulo, cum illum acquirat ſine traditione? vide no. in l. fi. C. de ſacroſan. eccle. & per Barba. in conſi. 11. in 2. uol. colum. 7. & 27. cum ſeq. incipit illud.* Cæſar.

A*B officialibus.* In tex. redimant, id eſt, fideles noſtri, & dic redimant, id eſt, ſuppleant, & uide ſuper hoc c. regni, itẽ ſtatuimus. & facit tex. in c. 1. §. ſimiliter. qui ſucce. te. & ff. de iu. fiſci. l. eſt & decretum, & ibi, compeſcere ſcilicet, fideles noſtri. Pet. de Monteſ.

De ten-

† Aliàs, hic eſt rubrica: De numero officialiũ et infra q̃d tẽpus eorũ adminiſtratio duret.

† Noua conſtitutio.

In regno vnus eſt magiſter Iuſtitiarius, & in ſingulis prouincijs regni vnus debet ordinari Iuſtitiarius, & vnus Iudex, & vnus actorum notarius, & vnus magiſter Camerarius: & in ſingulis ciuitatibus vnus per magiſtrum Camerarium debet ordinari Baiulus, & vnus Iudex: & omnia iſta officia durant tantùm per vnum annum, niſi aliud ipſe Rex ſtatuerit ex cauſa. Officium verò notariatus durat ad vitam: & in ciuitatibus debet eſſe certus numerus notariorum, & iudicum ad contractus ſecundum taxam poſitam in hac conſtitutione. h.d. & ſq. ad finem tota iſta longa conſtitutio. Matth.

IMPER. FREDER.

OCcupatis [a] nobis circa totius reipubl. noſtrę curas delicioſum nihil, aut modicũ cogitantib. non ſunt laborum additamẽta, ſed requies: qua de componendo ſtatu regni noſtri Siciliæ cogitamus, vt potè, cùm inter cætera, quæ iuribus noſtris paternę ſucceſſionis relique rit debitum, vel fortunæ felicitas, acquiſitionib. poſtmodum aggregauit. Regnum Siciliæ præ cæteris, velut electum quoddam viridarium inter agros, cura præcipua colere diſponamus, ad illud potiſſimè ſatagentes, vt eradicatis in totũ amaritudinis [b] fructibus, & nociuis, in eo pacis & iuſtitiæ robora affluãt, & prouidè nutriantur, vt ſit admirãtibus omnib. ſimilitudinis ſpeculũ, inuidia Principum, & norma Regnorum: cùm ſtatum pacificũ populorum iuſtitia roboret, & ordo decoret. Id ordinatum fore præuidimus iuſtitiam ordinare, quã copiosè mandauimus regni noſtri fidelibus miniſtrari: Vt non tã ordo, quàm copia ſacrum & prouidum noſtræ voluntatis propoſitũ præconizet. Ad cuius conſummationẽ cura perſpicua laborantes, neceſſariũ duximus, officialium omnium, per quos iuſtitia colitur, & culta petẽtibus miniſtratur, taxare tempus officij, & numerum præfinire: ne vel cõfuſio numeri plurib. præſtet præda materiã, vel infinitas temporis graſſandi licentiã tribuat longiorẽ. Statuimus igitur, vt per prouincias ſingulas, quæ certis Iuſtitiariatuum & Camerariatuũ terminis limitantur, non plures, q̃ vnus Iuſtitiarius, & vnus magiſter Camerarius ordinetur: quorum Iuſtitiarius quilibet iudicem vnum continuum, & notarium vnum actorum * habebit. In ciuitatib. ſingulis vnum tantummodo Baiulum, & iudicẽ vnũ, qui cauſarũ cognitionib. præſint, iuxta præmiſſam noſtræ manſuetudinis formã, per magiſtrum Camerariũ, & tres iudices, qui geſta conficiãt, per noſtram excellẽtiam volumus ordinari; Ciuitatib. Neapolis, Meſſanæ, & Capuæ tñ exceptis, in quibus propter contractuum multitudinem quinq; iudices, & octo notarij creabuntur: ita q̃ nullus magiſter iudex aliquatenus ſit in Regno. Horum officialium * omnium tẽpora præter notarios, qui vbiq; terrarum perpetui ſtatuantur, [c] anni circulo præcipimus terminari: niſi vel eminens adminiſtrationis induſtria, vel ſubſtituendi defectus nobis aliqñ, quib. ſolùm ordinationem Iuſtitiariorum vbicunq; fuerimus, reſeruamus, temporis ſpatium de neceſſitate, prout ſuaſerit prorogandum.

† Noua conſtitutio.

Nouus officialis ſyndicabit veterem, & tẽpus ſyndicationis erit quinquaginta dierũ, intra quod procedetur ad querela, & per diligentẽ inquiſitionẽ: & ſi in dolo, vel fraude, vel in culpa reperiatur, vltra quod tenetur ad reſarciẽdum damnum paſſo punietur arbitrio Regis: et ſi reperiatur aliquis, qui iniuſte querelã expoſuit, puniatur arbitrio iudicis: & iuſtiſſimi & boni, & uigilantiſſimi officiales ſunt digni laude, & debent præmijs decorari. hoc dicit. Matthæus.

† IMPER. FREDER.

VOlumus, [d] & præſentis legis edicto ſancimus, vt iuxta for-

---

Noua conſtitutio.

[a] OCcupatis nobis. *Perpetui*. Id eſt, dum viuunt, ſic ff. pro ſocio. l. 1. Et nota quod de iure Romano officiũ iſtud tabulariorum durabat triennio tantùm, ut C. de numer. & act. l. 2. in fi. lib. 12.

[b] *Fructibus*. Concord. ad hoc quod dicit Boetius de cõſolatione Philoſop. metro 5. de agro ſeminando, vt bene fructificet, prius auferantur malæ herbæ, metricè ſic: Qui ſerere ingenuum volet agrum. Liberet arua prius fruticib. Falce rubos filicẽque reſecet, Vt noua fruge grauis Ceres eat.

* ADDITIO. *Si vnus eſt dominus feudi, alter baiulationis, officium magiſtri baiulationis ſpectat ad illum, qui baiulationẽ habet, iuxta tex. in c. quoniã contra, in princ. ext. de probat. & videtur ſentire hic And. cuius verba in ver. Notarius, ita emendari debẽt, Notarius ad contractus creatur perpetuus, ad acta iuſtitiæ ad annũ ſicut iudex, &c.* F. Iord.

* ADDITIO. *Sed an finito anno poſſit Iudex ſubſcribere ſe inſtrumẽto confecto tempore ſui officij? & an notarius poſſit inſtrumentum exemplare, ſi ad aliud officium aſſumptus eſt? Barthol. de Capua ſing.* 140. Fab. Iord.

[c] *Anni circulo*. No. † q̃ officiales durant tãtum per annum.

ADDITIO. *Adde l. defenſoribus cum gl. C. de defenſorib. ciuita. & per Io. de Pla. in l. neminem. in 2. no. C. de ſuſcept. & Archi. lib. 10. Et quid de officiali poſito ad bene placitũ, an equiparetur perpetuo? vide gloſſ. in verbo, electionem. in clem. 2. de reſcri. lib. 6. Cyn. & Bal. in l. quiſquis. C. ſi cer. pet. Bar. in l. de pupillo. in §. ſi quis ipſi pratori. ff. de no oper. nunt.*

† ADDITIO. *No. ex hac glo. iuncta conſtit. quæ loquitur etiam de magiſtris actorum, q̃ iſti magiſtri actorũ debẽt ſtare ſindicatui.* De Bot.

Nam neque eos, qui placuerint, grauare iuſtitiæ eſt: neq; eos q̃ diſplicuerint, tenere prudentiæ eſt: debet. n. officialis finito anno reddere rationem.

ADDITIO. *Adde l. cùm quidam. ff. de admin. tut. l. 1. C. ut omnes iud. glo. & Docto. in c. aduerſus. de imm. eccl.*

Vt facilius ſi quis in furto fuerit deprehenſus recenter quærat integrare iacturam, & ſic interim, donec ſe liberauerit a uinculo rationis, & ſatisfecerit fiſco non eſt ad officium eligendus, ut de ſuſcep. l. nemini. lib. 10. Et dic plene, vt ibi. Sed hoc videtur ſtatutum non in fauorem, uel honorem officialis, ſed fiſci, vt ff. de uac. & excuſ. mu. l. vlt. §. conductores.

Noua conſtitutio.

[d] VOlumus. *Reſarcire*. Cum pœna quadrupli fiſco applicãda eſt, vt s. de offi. mag. Iuſt. l. apud. & dic vt ibi.

De exordijs iudiciorũ. No. ergo q̃ citatio, † vel vocatio ad iudiciũ eſt de proceſſu, & ordine iudiciario, vt in hac conſtitutione, & duab. ſeq. & in conſtitutione noua, in ciuilibus, quæ debet eſſe poſt legem ſeq. & infra de dilatio. ex iu. præce. bre. l. dilationes. ibi, vt pridie reus futurus, &c.

† Aliàs, eſt hic rubri. Quãto tẽpore officialis dẽt ſtare in ſyndicatu?

ADDITIO. *Adde in §. omnium. Inſtit. de pœ. tem. lit. g. gl. in verbo, citationes, in ca. quoniam contra. de prob. glo. in ver. formam, in cap. prudentiam. de officio deleg. Arch. in c. placita 15. q. 4. Dom. in cap. ſtatuta. in §. cùm verò. de reſcriptis in 6. Doct. in rubr. C. de in ius uocando. Pau. de Caſt. in l. 1 ff. eod.*

† Aliàs, Idem.

† ADDITIO. *Io. And. in decreto, 15. q. 4. placita ſecularia. Lanfran. in c. quoniam contra. de prob. contra allegat.* De Bottis.

Et quod

ANDRÆAS DE ISERNIA.

De tempore, & numero officialium.

Noua Conſtitutio.

OCcupatis nobis. Per pulchra verba, & bene dictatã eſt, ſicut & plures præcedẽtes. Primo dicit, quòd in officio quolibet unus tantùm debet eſſe, nam unus Iuſtitiarius, unus magiſter Camer. unus Baiulus, in hoc eſt contra ſup. de offi. Baiu. l. ſæpe. unus iudex, & unus notarius ad faciendam iuſtitiam: ſed ad contractus plures, ad hoc 7. q. 1. in apibus, & 1. q. 6. c. ſcitote. non vult magnũ iuſtitiariũ in Regno.

¶ Secundo limitat tẽpus: quia vult officia eſſe annalia: & remouet perpetuos iudices, ſicut prætores per ſingulos annos. C. de offi. præt. l. fi. Sed iure Romano defenſores biennio hodie in Auth. de defenſo. ciuitat. §. interim. olim quinquennio, vt C. eo. tit. l. 4. & olim incipiebat annus officij in Calendis Ianuarij. ff. de condi. & demonſtr. l. Publius. Notarius ad contractus creatus perpetuus, ad acta iuſtitiæ ad annum, ſicut iudex: quia hic conbinatur, iudicem & notarium unum actorum. In iudice ut non ſit perpetuus, concor. in l. iudices. Andr.

Magiſter actorũ debet eſſe annalis.

ADDITIO. *Ad hanc conſtitutionem, maximè in fi. videas ſupra c. Regis Roberti, importuna. aliàs, ſanè, char. 176. & c. Reginæ Ioan. item quod prædicti officiales. & aliud c. Regis Roberti, ſcire uos nolumus. infra char. 80. Et uide caſum, in quo quis non poteſt eſſe amplius officialis, infra in conſtitutione, eos tantum. char. 57.* Cæſar.

OCcupatis. In textu, in ciuitatibus ſingulis. Vide q̃ nouum inducit hæc conſtitutio: corrigit enim conſtitutionẽ, in locis Demanij. vbi ponit q̃ ſint tres iudices, hic ponit q̃ ſit vnus: Item quod vnus ſit Baiulus in quacunque ciuitate: & ſic corrigit ſupra de numero Baiulorum. l. ſæpe contingit. quod nota. Pet. de Monteſ.

Noua Conſtitutio.

VOlumus. Remouet ius commune. C. ut omnes tam ciui. quàm milit. l. 1. ſed per cap. in planicie. pro quolibet anno debet ſtare per quadraginta dies, vel pro rata temporis, & nihilominus poſſunt

accuſari

Et quod ſit de proceſſu, patet apertè extrà de probationibus. cap. quoniam contra falſam. Nam omne iudicium a citatione incipit, vt Inſtitutionibus de pœna temere litigãtium. §. omnium. & ita cùm ſit principium eſt potiſſima pars iudiciarij ordinis, vt ff. de origine iur. l. 2. Et propterea citatio nõ debet fieri die feriato, vt C. de fer. l. dies feſtos. & l. 1.

Additio. *Adde Cyn. in l. in minorum. C. in quibus cauſis in integrum reſtitutio non eſt neceſſar. Bart. in l. cùm filius. in §. vlt. ff. de ver. oblig. in cap. placita. 15. quæſt. 4. Doct. in cap. fin. de ferijs. Bald. in capite, bona memoria. il 2. de elect. Bart. in tracta. de citatione. in 7. q.*

Nec in diem debet cadere feriatum, vt ff. ſi quis in ius vocat. non ierit. l. 2. in fi. licet uideatur contra ff. de noui ope. nun. l. 1. §. itẽ nũtiatio. & de adulter. miles. §. ſexaginta. ſed ibi ideo conceditur de diebus feriatis: quia eſt tale factum, in quo non eſt neceſſe adire prætorem pro tribunali ſedẽtem: & ita poteſt expediri diebus etiam feriatis, ut C. de fer. actus.

† *Aliàs, eſt rubr. De electione officialiũ.*

Additio. *Materiam iſtius conſtitutionis examinat Paris de Put. in tractatu ſyndi. cap. viſo. char. 13. litera A. uide cap. Regis Caroli, item ſtatuimus, & aliud Regis Roberti, veterem. & aliud, ſimili modo. & uide Par. vbi ſuprà in cap. an officialis. & in cap. & modo. Cæſ.*

† *Aliàs, Idem.*

Additio. *Adde c. idem importuna, & c. ele-*

mam iuris antiqui, poſt finitũ officiũ Iuſtitiarij & Camerarij degradati cum officialibus ſuis, per quinquaginta dies apud ſucceſſores cõtinuè cõmorentur: infra quos omnibus de iuriſdictione ſua licentia libera tribuatur defectum ipſorũ in publicum producendi. Quod circa mandata noſtra vel fiſci noſtri commoda ſeu priuatorũ iura fraudulẽter, aut perperam proceſſiſſent. Nec minus cõtra ipſos inquiſitiones iuxta ſolitum morem, cum omni diligentia fieri mandamus, & demũ ſi per inquiſitionis officium, vel delationes aliquorũ officialis inuentus fuerit culpabilis, aut doloſus, prætèr dãna, quæ per ipſum nobis, aut ſubditis integrè volumus reſarciri, tranſgreſſionis ſuę pœnam, quã noſtra ſentẽtia dictauerit, ſubſtinebit. Nec illud omittimus, quin ſicut maleficos & iniuſtos, querelarum vocibus accuſari, & cẽſuræ noſtræ vigore coerceri mandamus, ſi iuſtiſſimos, & vigilantiſſimos iudices publicis acclamationibus collaudari, & munificẽtiæ noſtræ præmijs decorari velimus.

† *Noua constitutio.*

Studium Regis eſt eligere in iudices viros literatos, & ſapientes: & præferre in officio concernente iuſtitiam maiorem idoneũ minus idoneo: & iudex & notarius conſicientes falſa acta, puniuntur pœna mortis, qui iudices tenentur iudicare ſecũdum iura iſtarum conſtitutionum: & vbi non loquitur conſtitutio ſecundum conſuetudines validas, non contra aliquam regni conſtitutionem, ſed ipſis deficientibus, ſecundum ius commune in loco publico, vbi ſolitum eſt ius reddi, & non in locis priuatis. hoc dicit. Matthæus.

† IMPER. FREDER.

IVdices * vbiq; locorum remotis perpetuis hactenus ordinatis, vt eſt dictum, annui viri illuſtres, & fideles, & iuriſperiti, ſi vnquã in regno reperiantur idonei decernãtur.

Quod ſi competitores habeant forſitan promouendi, de vtriuſq; meritis teſtimonio ſuorum cõciuium & examinatione ſolicita doceatur: ita q in officiali promouẽdo diſeretio, & in remoto iuſtitia conſeruetur. De notariorum,* & iudicum manib. in cõficiẽdis publicis documẽtis veritas intemerata procedat: in quib. ſi falſitas fuerit, vel corruptela probata, nõ mutilationis manus, vt olim, ſed decapitationis ſupplicium vltimum temerarius patiatur. Iudices ſm formam conſtitutionũ noſtrarum, & iura cõmunia, & cõſuetudines approbatas, quæ conſtitutionib. non reſiſtunt, de puriſſima conſcientia, cauſas audiant, vt tamẽ ipſas, nec alibi, q̃ apud Baiulos ciuitatum in curiæ noſtrę prætorio, vbi conſueuerũt iura decerni, vel apud aliũ, q̃ qui iuriſdictioni præeſt, diſcutiãt, & audiant quæſtiones. q. n. iudicib. ſupradictis ordinarijs iuriſdictiones cõcedimus infra annum, non ſic accipi volumus, vt apud ipſorum prętoria, ex litigantium fortè conſenſu, quæſtiones accipiant; ſed in præſentia officialiũ, & Baiulorum noſtrorum ipſas examinẽt, & fine debito ſtudeant terminare.

De in ius vocando. Aliàs de exordijs & præparatorijs iudiciorum.

TITVL. XCVI.

Citato cui cõpetit exceptio reuocãdi domũ ſtatuitur per iudicẽ, qui eum citare fecit, peremptoria dilatio competens ſecundum diſtantiam loci, & tẽpora hic expreſſa ad comparẽdum: & ſi cõparuerit, & non docuerit de iſto impedimẽto, contumax reputabitur: h. d. M.

† IMPER. FREDER.

SI[a] quem * noſtrorum fidelium ad proclamandũ de aliquo coram magiſtro Iuſtit. Curiæ noſtræ, vel regionum Iuſtitiarijs neceſſi-

electionem. & de notario addente aliquid in margine protocolli vide Alexan. conſil. 53. vol. 7. & de omiſſione notarij, vide Boer. dec. 116. F. Ior.

Additio: *Vide Capic. dec. 253. & Gram. deciſ. 27. & ibi quid in actuario falſificante acta. & quid ſi ſtatutum eſt nullum. ibid. & an extendatur ad mandantes.* De Bottis.

De in ius vocãdo. Rub.

SI *quem noſtrorum.* Si aduerſariũ meũ uolo cõuenire in Curia Iuſtitiarij, uel magiſtri Iuſtitiarij, & ipſum illic inuenero, diſtinguitur, aut erat ibi ex cauſa neceſſaria, quæ nõdũ erat finita: & tunc habet ius reuocandi domum, con cord. ff. de iudic. l. 2. §. exequi. Aut ex cauſa voluntaria, & tunc nõ habet ius reuocãdi domũ. Nec. n. abſentib. ex volũtaria cauſa ſubuenitur, ut ff. ex quib. cauſis ma. & qui data. ſed cũ conceditur ei prædictũ ius domum reuocandi, datur ei terminus peremptorius, q dictę Curię, in qua inuẽtus fuerit ſe præſentet: & eſt terminus talis: ut deducto tẽpore, qđ labitur in eundo, & redeundo, ſi diſtabat per octo dies a Curia domus ſua, poſſit morari domi per ſex dies: ſi per 9. dies diſtat, poſſit morari per octo: ſi lõgius, poſſit morari per duodecim. Et no. qđ tẽpus eũdi, & redeũdi cõputatur pro abſentia neceſſaria, ut ff. quibus ex cauſis maiores. l. itẽ hi.

† *Aliàs, Idem.*

Additio: *Ad materiam huius conſtit. uide Didacum Couar. c. 5. pract. qq.* De Bot.

Addi-

ANDRÆAS DE ISERNIA.

Quod ſi nõ fiat, non minus ualet citatio. C. de legi. l. qđ fauore. nã non eſt de ſubſtãtia, & ſic ualet ſine eo. ff. de uẽtre inſpiciẽdo. l. 1. §. ſi. alias contra. ff. de tranſac. l. cum hi. §. ſi prætor. & ſi non fiat, agat citatus cõtra citatorẽ, proinde arg. C. de iud. l. ſancimus. nã in criminalibus non exigitur, ut ad notitiã perueniat uocati, ut no. ff. de requi. reis. l. 1. Multo fortius in ciuili. & in criminali, ut no. de acc. l. 4. & qui accuſ. non poſ. l. 3. nam ſemper ſufficit, q citatio fiat domi, ut hic plene in gl. ¶ Quod autem dr̃ hic, in qua uxor eius, uel filij, uel eius ſpecialis familia cõmoratur, reſpexit frequentiam, ad quã iura adaptantur. ff. de leg. nã ad ea. cõiter ſic contingit, q abſentes tales perſonas relinquunt in domo. Si ergo citatio eſt facta alibi, & alibi relinquit familiã, de quo cõſtat, citatio non ualebit. Sed ſi nõ relinquit aliquẽ in domo, ſufficit citationem fieri in domo, ubi cõſueuit habitare, qñ erat præſens, ſm omnia iura, q̃ dicunt ſufficit citatio facta domi, aliàs quilibet effugeret iudiciũ, dum ſciret, uel opinaretur ſe debere citari, recederet, nullo derelicto in ſua domo, cũ deberet relinquere procuratorẽ, ut in c. dilectus. & ſic ſufficit dare inſtantiam. 1. quæſtio. 1. ſicut urgeri. Si uerò reliquerit, & eſt mortuus in abſentia cauſa probabili, ſicut ſtudiorũ, & ex cauſa uolũtaria eſt dña, ut ff. ex quib. cau. ma. l. necnõ. de in integ. reſtit. l. fin. in diſtinct. abſentiarum in glo. ¶ Quod vero dicit ſub publico teſtimonio, uel pſentia duorũ, &c. vř q ſufficiat iudex, aut tabellio, qui dr̃ perſona publica. C. de epiſc. & cle. l. orphanotrophos. C. de falſis. l. ſi quis Decurio. ¶ Itẽ qđ dicit, uel duorum, &c. vř determinare, ut nõ ſtetur dicto citatoris, aut nuncij † iurati, niſi fiat coram duob. uel trib. teſtibus, & hinc ſumitur forma literæ citatoriæ, qua mandatur, ut reſcribat diẽ citationis, corã quib. & quicquid inde fecerit is, & ſic utimur, ut ſi reus condẽnatus maxime dicat ſe non citatum, probetur per teſtes, qui interfuerunt: ſed ſi non refertur, non credatur citatori, uel nuncio iurato, ut ff. de rebus eorum, l. magis. §. ne tamen. extra de appel. cum parati. in glo.

† Additiones. *An credatur nuntio: & an ſi nuntius retulit in ſcriptis ſe perſonaliter citaſſe, demum dicit quòd errauit, ſi ſtetur primo vel ſecundo dicto, uide Boleg. in conſi. 52. col. 2. & omnino Guid. Papa in deciſ. 628. de quibus verbis mentionem fecit Luc. de Penna in l. 1. C. de decur. lib. 12. vbi late proſequitur.* De Bottis.

¶ *Et an credatur nuncio dicenti ſe citaſſe aliquem, vide Rom. conſi. 497. & latè per Iaſ. in §. quadruplu. Inſtit. de act. & quòd relatio nuncij debet eſſe clara. Alex. conſi. 2. col. 3. Et quando eius relationi credatur, & quando dicto officialis, Luc. de Penna in l. 1. C. de decur. & ſtatio. lib. 12.* Fabius Iordanus.

Alicubi extra Regnum de maximis factis creditur nuncio Curiæ. In Regno oportet ſeruari formam huius conſtit. quia etiam in terra

vbi eſt

Si verò domus [a] non aperiatur citare volēti, literas citatorias in limine domus poni iubemus: ſub teſtimonio ſupradicto, & ex tūc triginta, vel ſexaginta dierū tēpus, quod in ſe literæ continent continuū numeretur. Quæ omnia per eum, cui fuerit cōmiſſa citatio, volumus expediri, & ſeriatim citanti reſcribi. Illa in poſterū dubietate ſummota, ꝙ is, cui facienda citatio extiterit denunciata, mandatum ipſum, tam per ſe, quàm per alium fide dignū, cui ſpecialiter hoc commiſerit, exequatur: [b] cum hic, [c] non vt iudex cauſæ, [d] ſed vt quilibet miniſter alius ad faciendum aliquid aſſumatur, nec cauſæ cognitionē hoc cōtineat, quod mandatur, vt [e] per libellum non valeat expediri. Quæ omnia volumus in poſterū obtinere, ſiue ciuiliter quis, ſiue criminaliter impetatur. Prædictis autē modis, vel quolibet prædictorum citatus, ſi per ſe non compareat, nec ab alio legitimè defendatur, vel pro ipſo legitima excuſatio [f] proponatur a iudicibus [g] contumax reputetur.

a *Non aperiatur.* Concord. ff. quod vi, aut clam. l. vim facit. in princ. extra de dolo, & contum. c. vltimo, & dic, ut ibi.

b *Cum hic.* Ille uero, cui commiſſa eſt citatio, poteſt alteri citationem huiuſmodi demandare: Andr.

c *Non vt iudex.* Iſta uidetur potius ratio in contrarium. nam is cui a Principe, uel a Papa aliquod miniſteriū ſiue factum committitur, & ſic nō ut iudex, uel cognitor, ſed magis ut quidam executor facti aſſumitur, ſubdelegare, & ꝑ alium expedire nō pōt. Quando uero iuriſdictio ſine cauſæ cognitione a Papa, uel a Principe alicui demādatur, is utiq; ſubdeleget. primo enim caſu eligitur perſonæ induſtria, a qua non eſt aliquatenus recedēdum, ut extra de offi. & pot. iud. deleg. c. vlt. & ibi de hoc. Et ad id. C. de exac. trib. l. miſſi opinatores, lib. 10. & ff. de ſolu. l. inter artifices, de oper. liber. l. operæ in rerum. dic ergo, quod hoc factum, ſcilicet, de citando non exigit magnam induſtriam, & eſt tale, quod poteſt per alterum expediri, vt arg. C. de caducis tollen. §. ſinautem in faciendo. & ff. de duob. re. l. nemo. Sed dubium erat, cum citatio facienda demandaretur ab alio, quàm a Principe, non videbatur poſſe ſubdelegari, ut C. de iudi. l. a iudice.

d *Sed vt quilibet.* Id eſt, uilis. ſic exponitur. ff. qui ſatiſdare cogantur. l. ſi uero pro cōdēnato. §. qui pro rei qualitate. quaſi dicat illud eſt uile miniſterium, quod eſt commiſſum, vbi. l. non exigitur induſtria, & ſic poteſt is cui eſt cōmiſſum expedire per aliū. alias ſecus, ut ſupra, proxi. no. Item hic ſicut declarat litera, ſine mādatū, ſecus ſi iuſſio, uel ꝓceptū, ut no. ff. de offic. præſi. l. ſæpe. & l. ſeq.

e *Per libellum.* Id eſt per ſcripturam. ſ. a. n. quæ cauſæ cognitionē &c. quæ no. ff. de reg. iu. l. omnia. de quibus ſi plenam ſequi uis doctrinam, repete quæ no. ff. de rei vēd. l. omnia quæcunque cauſæ, &c. ſecundum Accurſi. & ad id. ff. de off. Procon. & leg. nec quicquam. §. ubi decretum.

f *Proponatur.* Et probetur. ſupra. l. proxi. in fi.

g *Contumax.* l. proxi.

De pœna

ANDRÆAS DE ISERNIA.

vbi eſt Curia fit citatio per ſeruientem Curiæ qui refert ſe citaſſe coram talibus. Abſurdum eſſet, quod um ſeruientium, qui conſueuerunt eſſe leues perſonæ, in una magna re ſoli credatur, ſed publica perſona habetur pro duabus, unde non ſoli publicæ perſonæ creditur, quia eſſet contra l. iuriſiurandi. C. de teſt. ſed citatori & ipſi. Vbi vero negaret reus ſe citatum, poterit legitimis modis probare contrarium, ut ſi per plures teſtes probaret ſe illo die, quo citatus, ponitur fuiſſe abſentem. C. de contrahen. ſtipu. l. optimam.

Nec ab alijs legitime defendatur. Concord. ſupra l. proxi. in fine. ¶ Sed quid ſi miſit procuratorem inſufficientem, puta, quia in procuratorio non continebatur, ꝙ fideiuberet pro eo de iudicato ſoluēdo ſub hypotheca quod eſt neceſſe, vt Inſti. de ſatiſ. §. ſed hodie? teneret quidem iudicium cum tali procuratore, & fieret executio contra dominum. ff. de procu. l. ſi procuratores. §. per contrarium. Sed ut cautius ſit actori induxit hoc nouum Iuſtini. ut ſatiſdet dominus ſub hypotheca. Et ideo ſi uelit actor, reputabitur reus contumax, quantū ad hoc, ut fiat miſſio, ut in d. §. Sed an tunc poſſit aut debeat huic remitti condemnatio ad tertiam partem mobilium, quæ eſt Curiæ, ut ĩ. l. proxi. iudicatum fuit ꝙ ſic, nam legitime defenderetur in principali ſi uellet actor, & teneret iudicium, ſicut prædictum eſt. Si ergo eligit potius fieri miſſionem ad Curiam & iudicem, nō contēpſit. ut tanꝙ contumax, perdat tertiam. Mulcta quidem, quæ iudici acquiritur, habet locum qñ contempſit uenire, non aliter, ut no. ff. ſi quis ius di. nō ob. l. 1. in fi. glo. quæ incipit, hic no. &c. nec eſt in culpa citatus ſi non diſputauit de apicibus iuris. ff. man. l. ſi fideiuſſor. §. quodam. cū etiam magis iuriſperiti & experti notarij plures in hoc errent, & tunc interpretandum erit in bonam partem argu. eius quod no. ff. de verb. obli. ſtipulatio iſta. de teſte, qui dicit uidiſſe Titium poſſediſſe, quia reducitur ad id quod valeat, eo ꝙ peritiſſimi definire poſſeſſionem non ſunt auſi, & iuris error in damnis non nocet. ff. de iuris & fac. igno. l. error. Item principale, ſicut eſt cōdemnatio partis, poteſt eſſe ſine acceſſorio, ſicut eſt condemnatio Curię, argu. ff. de vulg. & pupill. ſubſt. l. ex pupillari. non econtra. ff. de reg. iur. cum principalis. hoc ſatis bene dr̃, ſed multi extendunt, ut condemnatio Curiæ fiat tunc tātum, qñ contumax eſt in delicto, vt quia perſonaliter inuentus non uenit. ſecus ſi ficte fuit contumax, ut quia citatus in domo, ꝙ ad eum non peruenit, uel habebat cauſam, licet iniuſtam non ueniendi, hic non contēnit, quia ignorat. ff. loc. ſi ignorans. Innuitur per Azo. in ſum. ſi quis ius di. non ob. & no. Roſr. eo. tit. §. item quare. ſed hoc in cōtrarium ſeruatur propter iudiciorum rigorem ſeruandum, cum ſufficiat citari in domo, ut neceſſe habeat relinquere procuratorem, vt in c. cum dilectus. & licet habeat iuſtam cauſam non eundi, debet ire, uel mittere procuratorē hoc allegaturus, unde ficte contumax eſt in dolo præſumpto omittens ea quæ leges præcipiunt. Glo. determinat in contrarium ĩ. eo. l. rei uendicatione conuentus. Et illud dicit eſſe verius, quia contumacia eſt delictum, quia neſciuit ſe citatum, licet ſit negligens non relinquendo procuratorem, etiam in diſſoluta negligentia & in lata culpa, & lata culpa dolus non eſt, licet ſit ſimilis dolo. ff. depoſi. l. ꝙ Nerua. ff. depo. l. ſi fideiuſſor. in prin. vbi ſi ſciuiſſet, debuiſſet ire, uel mittere allegaturus id. Et dic in d. l. rei vendicatione.

Contumax reputetur. Nunquid poſt terminum cōparens purget moram? dic ꝙ ſic re integra C. de tranſact. l. nec intentio. ff. de op. leg. l. mancipiorum. in fi. &, ut in poſſ. leg. ſi pecuniæ. tñ reſtituet expēſas, quas fecit aduerſarius a die, quo fuit contumax, niſi probet ſe iuſta cauſa abfuiſſe. C. de iudi. ſancimus. ff. ſi quis cau. & ſi poſt tres. in glo. & extra de procura. c. 2. in glo. Idem dic in defenſore excuſante, ſeu excuſatore, poſt terminū re integra, ſ. quantum ad condemnationem probare poſſit legitimum quid, quare in termino ſtatuto non uenit ille, quem defendit, uel excuſat, quia ſi poſſet principalis, poterit & defenſor. C. lib. 10. de proximis ſacrorum ſcriniorum. l. in ſacris. ff. ſoluto matr. l. alia. cum concord. & tunc ad expenſas nō tenebitur, ſicut nec principalis. ſi autem longe poſt terminum ante cōdemnationem dicit eum non poſſe nunc uenire, ſoluat expenſas, ſicut & ipſe reus principalis ſolueret, ut dictum eſt. licet ergo dicatur hic, ſ. l. proxi. in fi. in termino ſibi dato, & infra terminum, &c. non excludit quin poſſit, ſi res ſit integra. Nō ob. ff. rem ra. ha. l. bonorum, ubi ĩ. tēpus quo poſſet peti debet haberi ratum, quia & hic infra tēpus venit, ſ. anteꝗ condemnetur: ſecus eſſet in actore, ſi eius procurator eſſet inſufficiēs, etiam in peremptorio die, quia poſtea ei non ſupplebitur, cum ſit iā circunductum peremptorium. ff. de iudi. l. & ſi poſt. in reo habet locū d. l. bonorum, & ſic conceditur reo, quod non actori. arg. C. de dila. ſi qñ. ff. de do. excep. l. pure. §. fin. & ſubtiliter colligitur. C. de temp. in integ. reſtit. l. petendæ. Reo conceditur re integra, vt dictum eſt, dūmodo expenſas & intereſſe actori ſoluat a die contumaciæ, quia ius eius non dēt fieri deterius. d. l. & ſi poſt tres. Iudex tñ poteſt reū contumacem die peremptorij vltima hora condemnare, quod dic, ut dr̃ extra de offi. deleg. conſuluit. In contractu totus dies † eſſet ſoluētis. Inſtit. de uerb. oblig. §. omnis. & de inuti. ſtip. §. ſi. Poteſt etiam expectare & gratiā in tempore facere. C. quō & quando iu. l. 1. peremptorium circunducitur morte rei, ſicut actoris. ff. de re iud. in ſum. §. ſi. & tunc ſi transfertur iudicium in hæredem, citatur ex integro, ſicut & in contractu interpellatur hæres iterum. C. de in. emp. l. pen. in glo.

† Additio. *No. ex verbis And. quod ſi dantur duæ vel tres dies ad comparendum, poterit condemnari vltima hora diei, & ſic non expectare lapſum termini totius.* De Bottis.

C*itationis literæ.* Nunc quæritur. his dieb. proximis eſt de facto tractatum, quidam accuſatus eſt de morte Sēpronij, & propter ſui contumaciam ad tertiam partem bonorum mobilium condēnatus, reliquis bonis eius vſq; ad anni circulum annotandis. & quia crimen prædictum fuit euidens atq; notorium, iudex contumaciā puniens, in exemplum, motu ſuo domus fecit dirui, in quib. erat ſolitus dictus contumax habitare, quod frequenter iudices motu proprio faciunt, ut ff. commu. diui. l. ſi is cum quo. Elapſo uero anni ſpatio a tēpore condemnationis eiuſdem, cum prædictus iudex inſtāte parte contra accuſatū ipſum uellet procedere ad foriudicationis ſententiā proferendam, citari fecit eundem, quæ citatio in prolatione dictæ ſententiæ per ſupradictū ritum curiæ opportune requiritur. citator autem cum inueniſſet domum dirutam accuſati, ac neminem ibi habitantē ipſum iuxta præſentis conſtitutionis edictum citare nequiuit, quæritur qualiter ſit procedendum ulterius in citatione prædicta?

Con.æ-

De pœna contumaciæ in ciuilibus cauſis.

TITVL. XCIX.

Hodie ſublatis pœnis antiquis Iuſtitiarij, pro contumacia ante litem conteſtatam, non imponit pœnam niſi tertiæ partis bonorum mobilium, ſiue cauſa ſit ciuilis, ſiue criminalis, ſiue contumax ſit pauper, ſiue diues. Baiuli verò pro contumacia non puniunt contumacem, niſi in vno auguſtali in vno menſe. hoc dicit. Matthæus.

† IMPER. FREDER.

POenam [a] * nouem vnciarum auri, & tertiæ, quæ in contumaces hactenus in iudicijs obtinebat, á noſtra republica proſcribentes, Contumacem cuiuſcũq; conditionis ſit, conuentum ciuiliter, vel criminaliter [b] accuſatum, tertia parte bonorum mobilium noſtro ærario inferenda, in poſterũ mulctari [c] cẽſemus. Sic .n. & iudiciorum vigor augebitur, & perſonarum compe tens diſcretio [d] inducetur. Plerunq; etenim contingebat aliquem vilẽ, & pauperem in prædictis nouẽ vncijs condemnari, qui non tantum aliquando, aut amplius non habebat, in quo mulcta prædicta, nedũ fines modeſtiæ, ſed ſeueritatis etiã terminos excedebat. Contingebat interdum nobilem aliquem, & in facultatib. opulentum, pœnã ipſam eludere, dum nihil ferè diminui de patrimonio prouidebat, ſed quota detracta mobilium ęqualẽ pro qualitatib. perſonarum contumacibus pœnam imponit. Ciuilibus autem cauſis coram Baiulis agitandis citatus contumax, pro qualibet contumacia, & per quemlibet mẽſem, quo in ipſa durauerit, auguſtalem vnum curiæ noſtræ perſoluat.

Duplici pœna affligitur contumax in actione perſonali, quia cõdemnatur ad tertiã partem bonorum mobilium, Secundò, quia mittitur reus in poſſeſſionem ſuorum bonorum ſtabilium pro menſura debiti ex primo decreto. h.d. vel ſic, conuentus actione perſonali, & condemnatus ad tertiam partem bonorum mobilium pro contumacia, patitur etiam primum decretum, quod exequitur pro bonis Burgenſaticis, & in ſubſidium bonis feudalibus. h.d. Matthæus.

† IMPER. FREDER.

COntumacẽ [e] ciuili, & † perſonali actiohe cõuẽtũ [f] ex noua

† *Aliàs, Idem.*

† *Aliàs, vel.*

De pœna contum. in ciuilib. cauſis. Rub.

a POenam. Pœna cõtumacis eſt ĩ tertia parte mobilium, & hac ratione cõtemptus alia pœna imponitur. ff. ſi quis ius di. non ob. quia aduerſarius in poſſeſſione rerũ ipſius mittitur pro menſura, &c. ut infra proxima conſtit. in auth. ei qui iurat. C. de bo. author. iu. poſſ. l. cum proponas. tunc demum mittitur in poſſeſſionẽ feudalium, ſi feudales res poſſidet contumax, cum paganica non ſufficiunt, vt hic. & hæc pęna locum habet ante litis conteſtationem.

† *Aliàs, Idem.*

Pœnam. Loquitur hæc conſtitutio de citationibus, quæ fiunt per Iuſtitiarium. De citatione uerò Baiuli qualiter fiat? loquitur cõſtitutio noua, in ciuilibus. hic debet eſſe poſita, quæ noua cõſtõ corrigit l. 1. de dilatio. & de except. l. dilationes. ubi dicit pridie antea futurus reus citari debet, &c. ibi no.

* ADDITIO. *Vide Aff. in conſtit. grandis, num. 5.* De Bottis.

b *Accuſatum tertia.* Sed nunquid iudex, uel Baiulus poterit indicere pœnam maiorem tertia parte bonorũ mobilium? & rectè quæro, quia delegatus, cui minus licet poſſit hoc facere, vt infra de proba. l. in pecuniarijs. alias, de an. teſt. l. 1.

c *Cenſemus.* Nunquid reliqua bona annotantur? videtur quod ſic, vt infra de pœ. contu. in crimin. cauſa. Sed credo, quòd illa loquitur in criminaliter accuſato. & in hoc differt hic titulus ab illo.

d *Inducetur.* Punitur contumax ad tertiã partem bonorum mobiliũ: quod intelligo, cum eſt contumax coram Iuſtitiario, uel magiſtro Iuſtitia. nam coram Baiulo aliter punitur, ut in fi. ſequitur, & ſupra de offi. Ba. l. ad officium. in fi. Item contumax patitur miſſionem in poſſeſſionem, vt infra l. prox.

e COntumacem. Dic vt ſuprà l. prox. & hoc quando aliquis eſt contumax ante lit. conteſt. in quo caſu fit miſſio tantum: poſt litem uero ſerua l. ſeq.

f *Ex noua.* Supra l. proxi.

a *Antiquis*

ANDRÆAS DE ISERNIA.

Circa quod dicendum vr probabiliter, ꝙ cum modus citationis per conſtitutionem iſtam inductus de citãdo in propria domo ſeruari nõ poſſit, quia domus eſt diruta, ſeruabitur modus legis antiquæ, ut fiat citatio per edictum publice propoſitũ, ſeu præſcriptum, ſicut fiebat per leges antiquas, ut in Auth. de litigioſis. §. omnem. colla. 8. arg. ff. de inſtit. actio. l. ſed & ſi pupillus. §. proſcriptum. & ff. de ſeruis fugitiuis. l. 1. in fi. aliàs incipit lex, in publicum. Et hoc probat arg. efficax præſentis conſtitutionis, vt infra ſequitur, quòd ſi domus non reperiatur citare uolenti, literas citatorias in limite domus poni iubet. Dicimus autem ponendum citationis edictum in locis frequentioribus ciuitatis, vnde homines communius, frequentius, & vſitatius trãſeunt, argum. bonum & expreſſum. C. de defenſoribus ciuitatum. l. iubemus. Eſt etiam regulariter, quod quoties beneficio noui iuris nõ valet vti, debet recurri ad ſubſidium veteris conſtitutionis, argumentum bonum. ff. de reg. iur. l. quoties. Barthol. de Capua.

In verbo, Exequantur. No. ad quæſtionem de facto Neap. Quidã Dux commiſit Iuſtitiario terræ Hydruntis, ut faceret citari quendam Baronem ſuper quæſtione feudali per ſe, vel per alium Iuſtitiarium. commiſit citationem alijs, ille vero citauit prædictum Baronem, & fecit relationem Duci, & non Iuſtitiario. dubitabatur nunquid talis relatio valeret? & determinatum fuit per ſapientes Neapol. quòd ſic. & hoc probatur. ff de hære. inſt. l. impuberem. §. qui codicillos. & Laſſe toto. eo. tit. Barth. de Capua.

In uer. Aſſignetur. Sed hodie hę lr̃æ citatorię principales nõ aſſignãtur, ſed earũ copia principali perſonæ, ſi vult eam. Bart. de Cap.

In verbo, Volumus. Sed quid ſi ille qui debet citari, ſit magna perſona, ita ꝙ dubitatur ire ad ipſum citandum? dic ꝙ ſufficit ꝙ ponatur citatio in loco uicino, ſeu in eccleſia uicina illi citando. ita Andr. de Iſernia, 10. colla. de mili. vaſallo, qui cõtumax eſt. Imò plus, ꝙ ſtatur verbo citantis, vt no. ibidem. & eſt caſus extra de foro compet. c. 3. & ibi per Ioan. Andr. Nicolaus Ruffus.

In textu, domi. No. ꝙ ſi citandus non inuenitur, debet fieri domi, & ad hoc, ut ualeat citatio facta domi, quando citatus perſonaliter nõ inuenitur, quæ ſint neceſſaria, dic ut per Archid. extrà de elect. c. 1. in gl. ſuper ver. nunc circa primum. Petrus de Monteforte.

In tex. §. ſi vero. Super hoc vide, quod no. in c. cauſam. §. quòd ſi forſan. in Cle. de elect. Petrus de Monteforte.

In gl. ille uero ibi, demandare. de quo dic extra, de offi. deleg. c. ſi. per Inno. ubi no. ꝙ ſic, & uide ibi. Sed uidetur, ꝙ non poſſit: quia certum miniſterium ei commiſſum eſt, vt extra, de offi. deleg. cap. quoniam. uiſi mandatum eſſet eidem quod citet per ſe, uel per alium ſimilem, extra, de dolo & contu. c. vlt. ſed de iure ciuili, exequutor ambaſſiatam ſibi commiſſam alij exequutori delegare non poteſt. arg. C. de exact. tribu. l. miſſi opinatores. lib. 10. Barth. de Capua.

Hic etiam quæritur, quid ſi aliquis habet domũ, in qua habet familiam, vt hic dicitur; & apothecam in qua continuo laborat, vbi erit citandus? dic, vt extra ordinem, no. in l. in lege cenſoria ff. de uerbor. ſignific. Barthol. de Capua.

In tex. denunciatio domui fiat. Si uerò citandus non habeat domũ, quia fortè ex crimine eius eſt diruta, ſeruetur modus legis antiquæ; ut fiat citatio per edictum publice propoſitum, ut Auth. de litig. §. omnem. & ff. de inſti. l. ſed ſi pupillus. §. proſcriptum. & de ſeruis fug. l. 1. alias, in publicum. pro hoc infra in limine domus: & intellige in locis frequẽtiorib. arg. C. de defen. ciuit. l. iubemus. Eſt. n. regulare, qđ quoties beneficio noui iuris aliquis uti non põt, recurritur ad ſubſidiũ ueteris conſtõnis. arg. ff. de reg. iur. l. quoties duplici. Bar. de Cap.

De pœna contumaciæ in ciuilibus cauſis. Rubr.

POenam nouem vnciarum. Baiulus citat prima die ante cõparitionem, infra de dila. l. 1. & punit in uno auguſtali tñ per menſem cõtumacem iure Romano ter in anno. C de modo mul. l. ſi. Et habet locum hoc in mulcta infligenda a iudice. ſecus de pęna legis. C. de ſer. fug. l. quicunque. Superiores Baiulo, ut Iuſti. & magiſter Iuſti. citant per alia interualla pro locorum diſtantia. ſ. eo. edictorum, & cõdemnant ad tertiam mobilium. Poſſet etiam maiorem imponere pœnam citato, ar. ĩ. de audien. teſti. in pecuniarijs. & hoc innuit glo. quę pœna utrum exigatur ſine alia condemnatione, non uidetur, quia nec tertia mobilium loco eius pœnam maiorem infligit. arg. ſi quis teſt. liber eſſe iuſ. fu. l. 1. §. hæc actio. Dic tamen, ut ſupra. l. edictorum. cir. fi. Et ſi citauit ſub maiori pœna quam debeat, citatio ualet: ſed non pœnæ impoſitio. ff. de admi. tu. l. tutor qui repertorium. §. ſolent. Et iudices in ſumma adminiſtratione conſtituti. ſ. habentes merum Imperium poſſunt citare ſub pœna omnium bonorum, in arduis dicunt Moderni. C. lib. 10. de ſu. fiſ. l. certa. de decu. ſi ad magiſtratum. nam & poſſunt confiſcare principaliter, non ex conſequentia criminis, ſecundum Io. & Azo. C. ne ſine iuſ. iudi. lic. confiſ. l. 1. Sed hoc, aut corrigitur hodie, aut in deſuetudinem abijt, quia contrarium uidemus ſeruari, dum ſcilicet alias pœnas infligunt iudices criminoſis. Diximus plene in tit. quæ ſunt reg. ſuper uer. inceſt. nup. & habet locum etiã in cauſa appellationis contumacia contracta, dictum eſt infra in conſtit. appellationum tempora. infra de appel.

COntumacem. Hæc l. loquitur ante lit. conteſtatam & non de miſſione feudalium, quando alia condemnatus non habet: ſed

tunc

cõſtitutione noſtra, tertiã † mobiliũ partem mulctatum [a] antiquis iuris regulis inhærentes, ante litem conteſtatam miſſionẽ ✠ in bonis pro menſura debiti declarati, quod ab ipſo exigitur, pati cenſemus. Si tamen contumax hæreditariarum rerum, & feudalium poſſeſſor extiterit, in poſſeſſionem hęreditariarum primitus, deinde [b] feudalium actorem inducendum eſſe cenſemus.

De pœna contumaciæ poſt litẽ conteſtatam in † ciuili actione.

TITVLVS C.

Si ciuili perſonali actione conuentus poſt litis conteſtationem ſit contumax, ſi de cauſa liquet procedetur ad diffinitiuam, a qua contumax non poteſt appellare, ſi non liquet, interponitur primum decretum, ſicut ante litem conteſtatam, & ſi probetur infra an. de eius latitatione, vel vera contumacia, quia dixit, nolo venire, interponetur ſecundum decretum quòd dicta bona, in quibus miſſus fuit in poſſeſſionem ex primo decreto, vendantur, et ſi nõ probatur de latitatione, nec quod citatus dixit, nolo venire, poſt annum, interponetur ſecundum decretum, exceptis bonis feudalibus, in quibus non poteſt interponi ſecundum decretum ſine ſpeciali mandato Regis. Et iudex poteſt ipſum contumacem, data commoditate, capere, et detinere carceratum tanto tempore, quanto ſtetit contumax, aliter facta venditio eſt ipſo iure nulla. hoc dicit. Matthæus.

† IMPER. FREDER.

SI [c] quis * poſt litem ſuper perſonali actione in ciuili iudicio cõteſtatam contumax fuerit, ſiquidẽ iudici ex his, quæ coram eo acta ſunt, poſſit de cauſa liquere, ad diffinitiuam ſententiam contra contumacem, vel pro eo, prout qualitas quęſtionis exegerit, procedatur ei, qui prædictis modis contumax fuerit, quos [d] noua noſtri nominis conſtitutio introduxit, appellationis remedio iuxta [e] diuorum Principum prædeceſſorum noſtrorum placita denegando. Si verò ex his, quæ acta ſunt ad diffinitiuam ſen-

a *Antiquis iuris.* C.de indi.l.properandum.§.cum autem ante miſſionem. Adijciunt hic iudices, quando pronunciant contra contumaces de huiuſmodi miſſionis cauſa rei ſeruandæ, donec reus affectus tædio ueniat in iudicio reſponſurus. Quæ additio bona eſt, quando reus eſt contumax in act. perſonali: nam ibi incompetenter aptantur uerba illa, cauſa rei ſeruandæ, ideſt debiti ſeruãdi, ut patet in Auth. de exhi. & intro.re.§.ſi uero non adminiſtra.ad fi.col.5.& ff.ex qui.cau. in poſ.ea.l. ſimiliter. & illa uerba, donec tædio affectus, &c. in perſonali tantum act. locum habent. cũm enim ſecundum ueram opi. huius, miſſus in poſ. in perſonali non poſſideat, ſed tantum cuſtodiat, nec reus qui huiuſmodi patitur miſſionẽ deijciendus, ſiue deponẽdus ſit de poſ. ſed ambo ſimul, ſcilicet actor & reus in poſſeſſione perſiſtant, erit actor ſic miſſus oneroſus & tædioſus conuento, ut ſi conuentus uadat in cameram domus ſuę actor ſequatur eum, & ſic in quacunq; parte rei, in qua paſſus miſſionẽ conuẽtus eſt, & actor ſimul proſequitur eum, ita quod conuentus tædio, ſic affectus comparebit, & reſpondebit actori. Aliàs donec reſpondeat inuitus actor non dimittet eum in pace, ut hoc patet, ff.ut in poſ.leg.l.is cui.in princ. ubi prædicta uerba, donec affectus tædio, ſumuntur. In reali autem actione: prædicta adiectio eſt prorſus incongrua. nã cum ibi petatur, quod eſt ſuum, & non quod eſt ſibi debitum, ut ff de au.& arg.l.Quintus Mutius.§.argen.& l.ſcribit, in princ. non poteſt dici, q actor mittatur in poſſ. cauſa rei ſeruandæ, ideſt debiti ſeruandi, ſed mittatur in poſſeſ. rei petitæ, ſimiliter cum eſt in reali miſſus, ſtatim poſſideat, & conuentus, qui miſſionem patitur deſinat poſſidere, licet poſſeſſionem recuperare ualeat infra annum, & ita in poſſeſſione ambo in ſimul non conſiſtant. Nam poteſt dici actor conuento tædiũ facere, & ſecundum ſignificationem illorum uerborum, donec affectus, &c. iam reus poſſet recuperare poſſeſſionem quandocunque etiam poſt annum: nam illud uerbum, donec, multum ſe extendit, & perpetuitatem denotat, ut patet. ff. de alimen.& cib.leg. Caio Seio. §.1.

b *Feudalium.* Venditionem autem feudalium ſolus Imperator permittit, ut infra l.proxima.

† *Aliàs, pro qua libet contumacia uirium auguſtalis pęnam mulctatum.*

✠ Miſſio in poſſeſſionẽ bonorũ debitoris ex primo decreto.

† *Aliàs, in ciuilibus cauſis.*

De pœna contumaciæ poſt litem conteſtatam, &c. Rub.

c *SI quis poſt.* Dixit ſupra de pœna contumaciæ ante litem conteſtat. nunc poſt litem conteſt. Et quidem ſi citatus prędictis modis, puta, uel perſonaliter, uel domi, ut ſupra, qualiter citatio ad fi.de abſ.l.citationis literæ. & ſic loquitur de uero & ficto contumace, qui ſi lite cõteſtata non ueniat, ſi liquet de cauſa, proceditur ad diffinitiuam ſententiam, & condẽnatus contumax non appellat. concor. C. de iudi. l.properandum.§. cum autẽ, & hic, & ibi expreſſum eſt, quod ficte contumax non appellat, & ſic credo ſecũdum Azo. licet Docto. contradicant. ff.de iudi. poſt edictũ. Si vero non liquet de cauſa, aut ille contumax latitat, & fit miſſio, & venditio. concor. ff. de bo.aut.iu. poſſ. Fulcinius.§.1. aut non latitat, & fit ſtatim miſſio & venditio poſt annum, quod credo ius nouum eſſe, cum cõtra latitantẽ non fiat venditio, ut l.Fulcinius. Feudalia vero nõ debẽt vẽdi ſine principis ſciẽtia.

† *Aliàs, Idem.*

ADDITIO. *Adde in c.imperialem. de prohib.feu.ali. per Frede.in vſib.feu. Bal.in c.1.§. & decedenti, qui feu.da.poſ. Bal.in l.licet.C.de liber.cau.c.cum ſeculum, & ibi Doct. de iu.patro. & ibi Abb.in 1.no. Doct.in c.ad noſtram, de empt. & vendi. & an feudatarius poſſit vendere annuos redditus, per Bal.in c. cum eccle. in 5 .col.de conſt.ver.nunquid feudatarius.* Superantius.

Si vero quis eſt expreſſe contumax patietur pœnas, quas patitur expreſſe contumax, hoc amplius, quia ſi iudex velit, re ipſa, citabit eum, & faciet eum malo ſuo velle venire, concor. optimè l.conſentaneum. C.quõ & qñ iu. Et in pœnam ſuę contumaciæ ſtabit in carcere quouſq; duret inſtantia cauſæ. Sed hic quæro, ſi ante litem conteſtatã ſit aliquis contumax & latitat, nunquid patietur venditionẽ? nihil dr̃ de hoc in hac conſtitutione, nec præcedenti. vnde ſeruabo ius antiquũ, vt fiat vẽditio, vt C.de bo.au.iu.poſ.l.cũ proponas.& ibi no.

* ADDITIONES. *Vide Hip.ſing.377. & in ſing.72. & 118.* F.lor.

¶ *Ad hanc conſti. vide quid no. Spec. in tit. de contum. §.nunc. & plenius in §. ſequitur. verſ. ſi verò agitur.* De Bottis.

d *Noua.* Quæ eſt in conſti.l.citationis literæ.

e *Diuorum.* ff.de iud.l.& poſt.§.fi. Placita. ſi ſit contumax in non veniendo, ſecus ſi ſit contumax in non exhibendo, in non reſtituendo: tunc uendi non poſſunt ſine mãdato principis. infra l.proxi. facit. ff.de re iud.commodis. C.quæ res pigno.ob.poſſ.l.præmiorum. Qualiter fiat miſſio in perſonali, & qualiter in reali, dicit hæc glo.

De

ANDRÆAS DE ISERNIA.

De pœna contumaciæ poſt litem conteſtatam in ciuili actione. Rub.

SI *quis poſt litem*. Bene compoſita eſt hęc l.& rationabiliter eſt bene gloſſata.

Venditionem impetrabit. Etiam ſi ſit contumax, debet ante litem, ſed poſt impetratam uenditionem, ſi non fiat uenditio, dominus audietur poſt 30.annos. dicit etiam glo. delegatus poteſt citare uerbo, ſed re & uerbo, non. Item expreſſe contumax incarceratur etiam ante litem conteſtatam, & in his conſiſtit fere tota glo.

Animo ſubterfugiendi. Hoc probabit per illos, qui audierunt reũ abſentantem ſe dicentem, quòd ideo recedit, vt dicitur in gl.l.Fulcinius.§.quid ſit latitare. ff. ex quib.cau.in poſſ.eat.

Feudalia ex decreto noſtro. An ſecundum decretum dabitur a iudice ſine præcepto Imperatoris? loquitur enim hæc lex de venditione feudalium, quæ non poteſt fieri ſine principis mandato: quando vero patitur ſecundum decretũ, in hoc non innouatur: ergo non prohibetur ſtare. C.de teſta.l.ſancimus. de appel.l.præcipimus.in fi.& in eo impetrando non ſeruabitur annus: ergo eadem ratione ſecundum illud, quod ſtatuitur, in glo.ff.de dam.inſec.l.ſi finita.§.Iulianus. ſed eadem ratio eſt in ſecundo decreto, quæ eſt in venditione: quia vtrobique perdit dominium is, cuius fuit, & ad nouum dominum tranſit feudum: & ratio diuerſitatis nõ videtur. Item ſi velit ſibi adijci, & inſolutum dari ordine poſito in §.ſi pignora.l.ait prætor. ff.de re iudic. l.a diuo Pio. quia loco venditionis eſt illa adiectio. C.de euictio.l.ſi prædium. vnde in feudalibus contrahetur pignus iudiciale per iudicem in ſubſidium, vbi condemnatus non habet alia bona. ff.de re iudic.l.commodis. ſed non vendentur, vel adijcientur ſine mandato regio: quia non poſſunt alienari ſine Regis mandato & aſſenſu, vt infra de feud.& re feuda.l.conſtitutionem. Miſſio ergo † in feudali indiſtincte in ſubſidium permittitur, vt hic, & ſupra l.proxima. & habebit eã miſſus in vita debitoris feudatarij: nam eo mortuo redibit ad filios, ſi non ſunt hęredes patris, quando feudum eſſet ex pacto & prouidentia: ſecus ſi eſſet hæreditarium, in quo filij eſſent hæredes. ff.de peti. hæred.l.& non tantum. Filius hęres tenetur, ſicut pater. C.de rei vendic.l.cum a matre.& in titu.an agnatus, &c. vel ad dominum, ſi ei acquiritur, ut notatur in ſumma, utrum feud. poſſ. capi in cauſa feudi.

† ADDITIO. *Vide Brunum in conſil.18. col.5. Loffred. conſil.14. nu.73. cum ſeq. ac Iacobi.in tract.feud.in ver. & dicti, col.fi. Adde, quòd in feudo titulato non fit miſſio ex primo decreto, Affli.in conſti. ſine reali, nu.3. Adde Tiraq. de retrac.lignag.§.1.glo.7.nu.49.50.* De Bott.

Venditio verò per ſecundum decretum, & alienatio perpetuo non fiet ſine principe, vt hic, qui videbit utrum debitum ſit contractum propter dominium, aliàs, dominum. vel ſi onus feudi: putà, ut dominum adiuuaret, vel pro ſeruitio faciendo contraxit debitum, vel pro

ſeu-

tentiã procedi nõ poſſit: ſm ordinẽ proximũ [a] conſtõnis noſtræ, in poſſeſſionẽ bonorũ cõtumacis promodo debiti declarati miſſione ſecuta liceat petitori iudicẽ cõpetentem, q̃ edictũ citationis emiſit adire: & de aduerſario ſuo, qui ad iudiciũ venire contẽpſit, latitationẽ probare, videlicet, q̃ ſe ſpecialiter aio, & propoſito ſubterfugiendi iudiciũ abſentauerit, quo probato venditionẽ rerũ hęreditariarũ a iudice, quas pro pręd icta contumacia poſſidebat, poterit impetrare. Quod ſi de latitatione probare actor nõ velit fortè, nec poſsit, ſed abſentiam tm̃ contumacis incuſat: tunc vſq; ad annũ integrũ [b] a die cõmiſſæ cõtumaciæ ipſum præcepimus expectari: quo trãſacto [c] venditionẽ hæreditariarum rerũ a iudice, quas ob aduerſarij ſui contumaciã prædicto modo poſſederit, [d] impetrabit. In feudalib.* aũt cũ hęreditaria nõ ſuperſunt, ſiue cõtra latitantẽ ſtatim latitatione probata, ſiue poſt annũ contra cõtumacẽ tantũmodo diſtrahendis, noſtrę celſitudinis conſcientiã & mandatũ ſi nobis hoc mandare placuerit,* requiri [e] cẽſemus, ita ut prædicta feudalia ex decreto noſtro tantũmodo, non alterius iudicis diſtrahãtur. Eadem cẽſura, quę cõtra latitantes inuenta eſt, de venditione bonorũ latitatione probata cõtinuò faciẽda ſeruanda cõtra euidentẽ & expreſſum [f] contumacẽ, qui ad iudiciũ apertè dicat ſe venire omninò nõ velle, ita vt nihilominus, ẽt ſi [g] iudex viderit cõmodè fieri poſſe per eundẽ, re ipſa, & perſonaliter venire ad iudiciũ [h] cõpellatur. Captus aũt per iudicẽ modo prædicto in contẽptus ſui pęnã in tm̃ debet [i] cuſtodiæ carceris mancipari, quãdiu inſtantia [k] cępti iudicij, quo impetitur, perſeuerct. Contra pręd ictã aũt formam venditionẽ tam rerum hæreditariarum, quàm feudalium, per obreptionem vel gratiam impetratam, ipſo iure nullam eſſe cenſemus.

De fide nobilium & ignobiliũ ſuper declaratione debiti faciẽda.

TITVL. CI.

Ad effectum obtinendi primum decretum pro menſura debiti declarati, id eſt petiti in actione perſonali ſufficit, quod probetur debitum proprio iuramento actoris vſq; ad ſummam hic contentam ſecundum varietatem conditionis perſonarum, vltra verò dictas ſummas fiat probatio per inſtrumenta, vel per teſtes prout vult ius cõmune. h.d. Matt.

† IMPER. FREDER.

QVæſtiones [l] * iuris peritorum ſuper declaratione debiti faciẽda competẽti moderamine de-

tunc enim ſi præſens condẽnatus ſit: Quãti in litem iurauerit actor, quia non exhibuit, non reſtituit, appellare poteſt, vt de ap. l. creditor. §. iuſſus. quod dic, ut in ſum. de appel. §. item & uincit.

a *Conſtitutionis noſtræ.* Per l. ſuperiorẽ, ꝓ x. reo, ciuili & pſonali actione cõuento abſente p contumaciã lite non conteſt. poſt pęnã tertiæ mobiliũ impoſitã, quæ curiæ lucro cedit mittẽdus erit actor in poſſeſſionẽ bonorũ rei iuxta menſurã debiti declarati, hoc idẽ dicit faciendũ hæc. l. poſt lit. conteſtatã, ſi non eſt liquidũ de cauſa, & quod hic dr crediderũt Doct. noſtri ante tempora huius. l. ſicut no. C. de iudi. l. properandũ. §. ſin autẽ reus. in gl. quæ incipit. ſ. reũ. Et hoc tamen eſt liquidũ, &c. hoc ibi apte colligitur in corp. Auth. de ex. & intro. re. coll. 5. §. ſi uerò ẽt qdã iurẽt. ibi .n. ſi rectè intelligaẽ nõ erit dubitatio, an poſſit hoc facere iudex poſt litẽ conteſt. ¶ Sed an poſſit hoc facere iudex delegatus ante litem cõteſtatam? videbatur actor deſtitui auxilio, ſicut ibi dẽ dr colligi. Colligi ẽt poſſunt pdicta in ſum. de iudi. §. ſi uerò præſens actor. & §. reus igitur abſens, ſm Azo.

b *A die.* Si fuerit ordinarius, qui edictũ miſit, alioquin ad delegãtem eſt recurrendũ, ut C. de iud properandum. §. ſin aũt reus. quod dicit, ut in ſum. de exhi re. §. excuſatio. ſm Azo. §. ſpecialiter. idẽ & ſi ex alia cauſa ſe abſentauerit, tñ & hoc ſubſit, ut ff. ex qui. cau. in poſſ. ea. Fulcinius. §. ſi quis in poſſ. in fi. in uer. ergo.

c *Venditionem.* Sed ante impetratã uenditionẽ quæritur uſque ad quantum tẽpus dñs audiatur? Rñde ibi poſt 30. annos eum audiri. nõ enim poſſidet actor, niſi eſſet ſibi adiudicata pro debito, uel niſi diſtraxiſſet. ſecus aũt in actione reali. qđ dic, ut in ſum. ubi in rẽ act. ſm Az.

d *Impetrabit.* Statim ann. integrũ. Iure ciuili non erat diffinitum in hoc caſu, quod dic, ut i ſum. de bo. auth. iud. poſ. §. miſſionẽ. & in ſum. de exi. re. in po. §. poſt miſſionẽ. §. quęret aliquis. §. trãſactio in perſonalib. In realib. uero ſerua ĩ. de rei uend. quæ continet ius cõmune.

• ADDITIO. *Vide latè per D. Frecc. in limit. conſtit. Diuæ memoriæ. fol. 109. num. 8.* De Bottis.

• ADDITIO. *Ergo aſſenſus eſt gratia, & patet in ſi ſibi, vel gratiam. aſſenſus ergo eſt decretum, & ſolus Princeps interponit.* De Bottis.

e *Cenſemus.* Quia nullo modo alienari poſſunt ſine licentia Imperatoris, ut infra de iure rerum re. l. conſtitutionem. G.

f *Contumacem.* No. quod latitans & expreſſe contumax æquiparantur. ad hoc etiam facit. ff. de fideicom. li. l. ſi cum ſeruum. §. hæc autem verba. & l. ſi legatario. §. fin.

g *Iudex uiderit.* Ordinarius. quid in delegato. Nũquid citabit? vr, q̃ non, vt C. de bo. auth. iu. poſ. cũ proponas. ſed cõtra in Auth. de litig. §. omnẽ vero. coll. 8. ubi .n. eſt cõceſſa citatio iudici delegato. ſed ſpeciale eſt in legato a Principe ſm quoſdã. vel melius diſtingue. Citatio alia re & uerbo. Alia fit verbo tm̃. ¶ Prima non concedit delegato, quia iubere capere. &c. Secũda conceditur. De pedaneo dic, ut in ſum. de arbi. §. producitur. G.

h *Compellatur.* Vt ff. de iniur. l. iniuriarũ. §. ſi qs.

i *Cuſtodia.* Iure Long. interdicitur beneficium ei, qui non vult iuſtitiã facere, quouſq; iuſtitiã faciat in Longo. de offi. iudic. §. de uniuerſali.

k *Cœpti iudicij.* Subaudi, maxime, quia nõ cępto iudicio fit citatio & re, & uerbo. Cum .n. certis pſonis detur priuilegiũ ne uocetur re & uerbo, patet in alijs legẽ cõem eſſe contrariam, & hoc probaẽ. C. de offi. di. iu. l. 1. qđ dic, ut i ſum. de in ius uoc. §. qualiter. Vel forte quod hic di de incarceratione, hẽt locum tm̃, cępto iudicio. Nam magis delinquit, qui eſt contumax tm̃ cępto iudicio, q̃ ante, ſic .n. dicit, aut deterior nãque dolus eius agnoſcit, qui interruptã iterũ litem deſerit, q̃ qui ſemel cœptã dereliquit, ut in Authen. de hęgio. coll. 8. §. ſi uero apud iudicem. licet enim ibi loquaẽ de eo, qui ſecunda vice ſe abſentauit: verba tamen ibi poſita ad præmiſſum caſum poſſunt aptari. quod dic, ut in ſumma de iudic. §. & ſunt hic duo. & §. ſi ante lite conteſt. G. † *Aliàs, Idem.*

De fide nobilium & ignobilium ſuper declar. &c. Rubrica.

l QVæſtiones. Contra contumacem ante lit. conteſt. fit miſſio pro menſura debiti declarati, ut ſupra dictũ eſt. Super hoc conſueuit dubitari. Qualiter cõſtabit de debito, ut ſic debitum declaretur, & vſque ad certã quantitatẽ, quæ litera dicit, crediẽ ſacramento actoris ultra illam debet plenè cõſtare, ſed per auth. ei qui iurat, ſemper ſummarie cognoſcitur, præſtito iuramento calumniæ ab actore, ut ff. de exhi. theſau. & hæc omnia quæ prædicta ſunt in hac conſtit. & tribus præcedentib. obtinẽt in perſonali actione. De reali dicitur in ſeq.

• ADDITIO. *Ad hanc conſtit. vide Bal. in rub. C. de manumiſſ. uindic. vbi etiam ſi ex forma ſtatuti denegaretur defenſio reo, tam e actore nõ probante reus abſoluitur. quod dictũ pro ſing. refert Barth. Veronen. cautela 343. & Cotta in verbo, actore.* De Bottis.

a *Communis*

ANDRÆAS DE ISERNIA.

maritanda ſorore, uel amita, ad quod tenetur de feudo, infrà de ſucceſſ. l. in aliquib. Et iſtis ſimilibus caſibus Rex debet conſentire † alienationi: & iudex ſecundum decretum interponere. Sed ſupra dicitur contrarium, argumento eorum quę notantur in ſumma, in ſequen. titu. vtrum pignus iudiciale contrahatur de feudo.

† ADDITIO. *Vide Beneuent. in c. Imperialem. fol. 14. litera S. & plurib. ſeqq. vbi ponit, quæ dicantur onera feudi, & quæ feudatarij. & fol. 13. litera L. & ſeq. declarat And. hic. & vide omnino eundem, fol. 49. litera R. & fol. 50. litera O, & ſeq. vbi declarat hanc materiã diſputando q. ſi obligato feudo cũ aſſenſu poſſit inde ſequi vẽditio ſine alio aſſenſu. & quid ſi Rex nõ conſentiat, an habeatur pro præſtito, vel teneatur ad intereſſe. vide Beneuent. vbi ſupra, fol. 14. litera E.* De Bottis.

In alijs debitis pro facto feudatarij nõ tenebiẽ Rex conſentire alienationi ppetuæ: licet in vita feudatarij ſic, ſicut prædictũ eſt: alioquin in poteſtate eſſet cuiuſlibet feudatarij alienare feudũ ſine cõſenſu Regis, recipiendo mutuũ, & emendo inde Burgenſaticũ, vel baratando, ſi tunc feudũ perderet caperetur perpetuò in cauſa iudicati, & nunquam feudum domino aperiretur, aliàs acquireretur, & lex prædicta prohibens alienationem feudorum circumueniretur, quod eſſe non debet. ff. de tuto. & curato. da. ab his. l. ſcire. §. oportet. ideo dicitur in l. commodis. placuit interdici. in vita ergo ſua loquitur. De hoc etiam plenè dixi in 10. colla. de inueſtitura de reb. alien. fac. §. quid ergo.

De fide nobilium & ignobilium, &c. Rubrica.

QVæſtiones. Nouum ius ponit & utile.

Sacramenta ipſius. Vtimur corporaliter tangendo librum licet litera non dicat.

ADDITIO. *Adde glo. in verbo, corporali, in cap. vt circa. de elect. lib. 6. glo. in ver. tacta. in clem. 1. de hære. glo. in ver. tactis, in clemen. 1. de iureiur.*

in

a *Communis iuris*. No. quod de iure communi eandem uim obtinent tam fides inſtrumentorum, quam depoſitiones teſtium, ut hic. & C. de fide inſtrumen. in exercendis. & ſimiliter de iure communi debent eſſe teſtes omni exceptione maiores, ut hic, & C. de contrahen. & committen. ſtipul. optimam.

ADDITIO. *Adde glo. in ver. idoneos, Inſti. de inuti. ſtipulat. gloſ in ver. maiores in cap. 1. de conſ. & affi. Bar. in l. admonendi. ff. de iureiu. Alexan. de Imo. conſil. 18. incip. viſo proceſſu cauſa vertentis. in 1. vol.* Sup. *De reſignanda poſſeſſione, &c. Rubr.*

b R*Ei vendicatione*. Quę domino datur. ff. e. l. in rem priorem. Et contra poſſeſſorem, vt C. de al. iu. l. 2. vel eum qui dolo deſijt poſſidere, vt ff. eo. qui petitorio, & l. ſi nau tem. §. ſed & his. de reg. iur. qui dolo. & l. parem. & dic iſto caſu dari vtilē rei vendic. vt ff. de noxa. l. electio. §. ſed his.

Rei vendicatione. In reali actione punitur cõtumax ante litem conteſtatam in tertia parte mobilium. Item patitur miſsionem in poſſeſsionem rei petitæ, & per curſum anni efficitur actor irreuocabilis poſſeſſor: concor. C. de præſcr. 30. an. ſi quis emptione. Lite conteſt. ſi non liquet de cauſa, ſtatim fit poſſeſſor irreuocabilis, ut C. ubi in rem act. l. 2. Sed ſi liquet, idem quod in perſonali, ut ad diffinitiuam ſententiam procedatur, vt l. properandum. §. ſin autem reus. & ſatis patet quod hæc conſtit. continet ius commune.

cidentes, ſancimus. Si quando declaratio debiti, pro cuius menſura miſſio in poſſeſſionem bonorum contumacis eſt facienda petatur, mixtam conſideratioñe habere uolumus perſonarum, necnon etiam & quantitatis in iudicio declarandæ. Nam ſi quidem Comes fuerit qui quantitatem ipſam debeat declarare, ſacramento ipſius Comitis tantum, vſque ad quantitatem centum vnciarum auri credatur. Baroni autem de quinquaginta vncijs. Simplici militi, de vigintiquinque. Burgenſi autem bonæ opinionis, & diuiti de libra auri una.

Alijs autem vſque ad tres uncias iurantibus tantum, nulla alia in poſterũ probatione quæſita volumus eſſe credendum. Vltra autem prædictas ſingulas quãtitates ab actoribus [a] communis iuris probatio exigatur per authentica inſtrumenta, uidelicet, per teſtes fide dignos, & omni exceptione maiores.

casu, quia ſi abſens citatus non uenit, & mittitur actor in poſſeſsionem, reus rediens reſarcit damnum actori, ut in Auth. de exhi. & intro. re. coll. 5. §. ſi uerò etiam quidam. Vel melius magis parcendum eſt alicui circa pœnam, quæ præſtatur Curiæ, cum ſit pœna reſpectu vtriuſque, ſcilicet ſoluentis & recipientis, ut ff. ſi quis in ius uoca. non ierit. l. ex quacunque. §. 1. quam circa pœnam, quæ præſtatur parti, quæ eſt pęna reſpectu ſoluẽtis tantum actor enim nihil lucratur, ſi damnũ ſibi, quod paſſus fuerat, reſarcitur: & melius eſt fauere retẽtioni, q̃ aduẽtitio lucro, vt ff. de re. g. iu. l. nõ dẽt actori. G.

d *Tertia partis*. Hæc pœna tertię partis, quę hic dicitur, infligitur illis cõtumacib. qui cõueniũtur in magna curia, vel corã Iuſti. illi enim, qui cõueniuntur coram Baronibus, vel Baiulis puniũtur in uno auguſtali pro qualibet contumacia, vt ſupra de pęna contu. l. 1. Miſſionem tñ patitur in vtroque caſu, vt ſup. ti. 1. 2. & 3.

e *Cauſa cuſtodiæ*. Quod dicit cauſa cuſtodiæ, nõ debuit dixiſſe, quia ſtatim poſſidet miſſus in realitatē, ſi ſuperior iudex dicat, ſicut hæc conſtitutio impunè dicit, nihilominus mutata forma iuriſdictionis poſſidet: miſſus etiam tunc, quod dic vt plenè no. Roff. in libellis de bon. author. iu. poſ. §. ſed nunquid, circa fi. libelli. 1. in tra. de offic.

De reſignanda poſſeſſione, & de rei vendicatione.

TITVL. CII.

Conuentus rei vendicatione, ſi eſt contumax ante litem conteſtatam poteſt pro actore interponi primum decretum, & mitti in poſſeſſionem rei petitæ reuocabilem infra annum, ſi comparet contumax, & purget contumaciam: ſed ſi eſt contumax, & poſt litem conteſtatam, & non liquet de cauſa, mittitur in poſſeſſionem rei petitæ, & eſt uerus, & perpetuus poſſeſſor, ſi verò liquet de cauſa, debet ferri ſententia iuſtitia mediante. hoc dicit. Matthæus.

† IMPER. FREDER. *† Aliàs, Idem.*

REi [b] vendicatione cõuentus lite nondũ in iudicio conteſtata, ſi [c] cõtumax fuerit præter prędictã pęnam [d] tertię partis mobilium Curiæ noſtræ debitã: Item miſsionem in poſſeſsioñe rei petitæ aduerſario aſsignandam [e] cauſa cuſtodiæ

c *Contumax*. Eſt autem contumax, qui peremptoriè citatus præſentiam ſui facere contemnit, vt ff. de re iud. contumacia.

ADDITIO. *Adde Barto. in l. conſentaneum. C. quomodo & quando iud. Barto. in l. ſi finita. ff. de dam. inf. Innoc. in c. calumnia. de pœ. Anto. de Butr. in c. 1. de iud.* Superantius.

Et tunc iſta duo locum habent, ſcilicet, pœnæ impoſitio, & miſsio in poſſeſsionem. Vbi vero is, qui non uelit uenire, non contemnit: quia abſens eſt: vel quia præſens, habet tamen cauſam, licet iniuſtam quare non ueniat, & ita non dedignatur uenire contemnendo iudicem, uel actorem, ſatis eſt aduerſariũ eius mitti in poſſeſsionem alia pœna ceſſante, vt ff. de in ius uoc. l. ſatis. & no. hoc. ff. ſi qs ius dic. nõ ob. l. 1. §. ult. ſed forte iure Auth. utrũque locum habet in utroque

casu,

Cauſa cuſtodiæ. No. cõtra ſententiã dñi Io. & domini mei, qui dixerũt miſſum in poſſeſſioñe reali actione ſtatim poſſidere, ut in ſum. C. vbi in rē actio. circa fin. & in ſum. de bon. author. iudic. poſſid. §. ubi autem maior. hic enim dicit, quòd in reali actione fit miſſio in poſſeſſionem cauſa cuſtodiæ: ergo non poſſidet, qui ſic mittitur. ff. ut in poſſeſ. l. ſi duo. §. creditores. & de acqu. poſſeſ. l. poſſideri. §. ult. mihi uidetur, q; non per prædictas ll. nec per iſtã mutetur ſententia prædictorum. quod enim dicitur, quod miſſus in poſſeſſionem cauſa cuſtodiæ non poſſidet, tunc uerum eſt quando perſonaliter agitur, uel ad factum, quod continet incertum, ut ff. de uerb. obl. l. ubi autem. §. qui id quod. Vel aliquid certum, perſonali tñ actione, ut apparet per exēpla, quę in legibus prędictis ponuntur: & eſt ratio, quia quando perſonaliter agitur, non fit quæſtio de dñio, uel poſſeſsione alicuius rei certæ. Pro his. n. nõ agitur perſonali actione. ff. de act. & obl. l. actionũ genera. & ideo non põt puniri reus in amiſſione poſſeſſionis, de qua

nulla

ANDRÆAS DE ISERNIA.

de iureiur. glo. in c. 1. §. item ſacramenta. de pace iuram. firman. in vſib. feud. Card. Zabar. in c. ego N. de iureiur. Abb. in c. eis quæſtionibus. de teſtib. Doct. in c. ſi. de iuram. calum. Doct. in c. quoties cordis oculus. 1. q. 7. Et quid de illis, qui iurant non tactis euangelijs, vel reliquijs, cruce, & ſimilibus, vel ſuper animam ſuam, an valeat tale iuramentum? vide per Innoc. in c. & ſi Chriſtus. de iureiur. Spec. in tit. de iureiuran. in §. 1. verſ. in ſum. Doct. in c. fraternitatis, de frigi. & male. Io. de Fantu. in c. in ſynodo. 35. q. 6. & gl. in ver. ſacroſanctis ſcripturis, in l. generaliter. in §. pen. C. de reb. cred. Pau. de Caſt. in l. teſtium. in 2. not. C. de teſtib. tex. in c. preſbiter ſi a plebe. ibi, euangelio coram poſito. 2. q. 5. & in cap. qua de cauſa. ibi, ante corpus ſancti Apollinaris. ea. cau. & q.

Excipere tamen perpetuo poteſt, ſi de principali crimine accuſetur, nec in hoc curſus anni præiudicat, ut ff. de requiren. reis. l. annus. in fi. niſi eſſet foriudicatus, quia tunc pro confeſſo habetur, ut infra titu. 2. l. pœnam. Et habet locum hæc conſtitutio in reo abſente ante litem conteſtatam. Quid ſi poſt litem conteſtatam eſt contumax, qualiter punietur? Hæc conſtitutio non determinat, ut infra de deſiſten. ab accuſ. l. accuſatorem. ſcilicet, quia ibi loquitur in accuſatore abſente poſt litem conteſtatam, & punit cũ in tertia parte mobilium. qualiter ergo punitur, quia ad diffinitiuam ſententiam procedi non poteſt, ut dicit l. properandũ. C. de iudi. quæ locum habet in ciuili, nam ſecus in criminali, ut C. de requiren. reis. l. 1. & no. ff. de requiren reis. l. 1. in princi. & 2. reſpon. & C. de accuſat. l. abſentem. Reſpon. uidetur quod teneatur ad centum auguſtales, ut infra de deſiſten. ab accuſa. l. ſæpe contingit. Vel uidetur, quod poſſit ad diffinitiuam procedi, ſi liquet de crimine præſertim ſi ipſo tempore prolationis ſententiæ ſit contumax, confeſſo iam facinore, id eſt probato plene, ita quod ſola ſententia reſtabat, ut C. de adul. l. adulteram. & l. quamuis. Vel melius dici poteſt, quod hæc conſti. locum habeat in contumace poſt li. conteſta. nam iure Romano annotatio bonorum habebat locum in utro-

utroque caſu, tam in accuſato contumace ante li. conteſt. quàm in contumace poſt litem conteſtatam, ut in præalleg. l. 1. C. de requir. reis. & idem per omnia erat in utroque caſu, ut notatur in præallegata. l. abſentem. ff. de pœnis. in glo. ordinaria, quæ incipit, ſi tale crimẽ, &c. unde id, qđ nouiter hoc iure adiectũ eſt de banno, & foriudicatione, ut hic, & infra eodem pœnam. ſimiliter obtinet in utroque caſu prædicto, ſcilicet, tam ante litem cõteſtatam, quam poſt, cum omnibus manifeſtũ ſit oportere ea, quæ adiecta ſunt ualere, in quib. interpretatis legib. ſit locus, ut in Authẽ. de filijs ante dotal. inſtru. natis. circa fi. colla. 3. Lex uero præallegata, ſæpe cõtingit. quę loquitur de pœna centum auguſtaliũ, loquitur in alio caſu, ut ibi patet. ¶ Etiam magis punireur contumax ante lit. conteſtat. quàm poſt litem conteſtatam: quod eſſe non debet, cum magis delinquat contumax poſt li. conte, quàm ante litem conteſtatam, ut in ſumma Azo. de iud. §. ſi autem lite cõteſt. deterior namq; dolus eius cognoſcitur, &c. ut in Auth. de litig. prope fi. coll. 8. & ita ſi conſtitutio locũ habet ante li. conte. multo fortius poſt li. conte. ut argu. C. quo, & qũ iu. conſentaneum. imo hæc cõſtitutio generaliter loquitur, nec diſtinguit ante lit. uel poſt. nec etiam dicere poſſumus, q́ in crimine capitali diffinitiue damnemus abſentem, quãtumcunq; liqueat de crimine: quia præalleg. l. adulteram. non dicit, quod damnetur, ſed quod recipiatur inter reos, & in præalleg. l. quamuis. non loquitur in accuſato, ſed in accuſatore abſente, ſecundum Roſr. in libellis criminaliũ, in ti. qualiter rei contu. pu. §. ſi autem fecerit contra, ut ibi not.

c *Annotatis*. Aliás, annotationis. Et no. q́ annus ille computatur ex quo annotatio huius publice innotuit, nec requiritur, ut aliter perueniret ad notitiam annotati, ut hic, & ff. de requir re. l. 1. §. præſides. & l. annus. licet Azo uideatur aliter ſentire, ſ. quod a tempore ſcientiæ computetur, ut in ſumma eo. tit. de requir. re. circa medium.

d *Habeat liberos*. Vel parentes, † uſq; ad tertium gradum, ĩ. de pœna for. l. foriudicatorum, & dic, ut ibi, & in l. ſed ſi quando aliquid, &c.

† Additio. *An autem foriudicatus habeat uſumfructum bonorum, quæ reſeruantur filiis. & an ex eis debeat ali, vide Tiraquel. de retrac. lignag. §. 1. glo. 9. nu. 70. cum ſeqq.* De Bottis.

Sed no. q́ in hoc articulo mitius, q̃ ius commune agit hæc conſtitutio, cum de iure cõi, licet bona dãnatorum ſeruentur liberis & parentibus uſq; ad tertium gradum, in Auth. ut nul. li. hal eri lo. ſer. § ult. non tñ bona taliter annotata pp contumaciam eorum, prædictis aliqualiter ſeruentur. niſi reus huiuſmodi moreretur ĩ annum, ut ff. de requi. re. l. 1. in fi & C. de requir. re. l. 1. uel niſi reus ille ab iſta annotationis ſententia appellaſſet, & cauſa appellationis pendente fuiſſet mortuus, ut C. ſi pendente appellatione mors interuene. l. 1.

* Additio. *An tales forbanniti antequàm foriudicentur, poſſint impune offendi. Bal. in l. ſi mora. col. 1. in fi. tenet quod non. ſequitur Iaſ. in l. ſi plagij, 1 not. de uerb. oblig. & Fels. in cap. quæ in eccleſiarum. col. 2. verſ. primus caſus. de conſtitu. de quo vide Cottam in uerbo, Bannitus.* De Bottis.

* Addi-

ANDRÆAS DE ISERNIA.

l. potior. Remiſſio ergo bãni trahitur retro, ſicut repudiatio legatarij. ff. de lega. 1. l. ſeruum filij §. 1. de manumiſſ. l. 2. ad legem Aquiliam. nam ſicut. ſi certum petatur. perinde. Nam multo magis ſi fuiſſet res aliena confirmaretur, ex quo effectus eſt dominus. ff. de act. emp. l. ſi quis alienam, de uſucap. l. cum vir. ad Trebel. l. filiam fratribus. Adde quæ dicta ſunt infra eodem. l. clementiæ. ¶ Item quid ſi accuſator moritur infra annũ, an lapſu anni perdentur bona annotata? nam quando moritur accuſatus expreſſum eſt quod non, ff. de requir. reis. l. 1. §. fi. Idem uĩ qñ moritur accuſator, quia accuſatio abolita eſt, & nomẽ accuſati deletur de numero eorum. ff. de accu. libellorum, §. fi. accuſatione ergo finita fruſtra de pœna agitur, ar. ff. ſi quis cautionib. l. 2. nec ẽt tunc poſt annum peteret̃ foriudicari, ut dictũ eſt ĩ. l. pęnã.

Additio. *An iſta conſtitutio grandis, habeat locum in non facto legitime contumace? vide apoſtillam domini Alex. ad Bartol. in l. 1. §. & paruı. ff. quod ui aut clam. & ad materiam And. de Iſer. infra de milite. vaſ. qui contu. in fi. Et quis poſſit bannire, & deportare? per Alexan. plene in conſi. 36. in vol. 1. Et de intellectu iſtius conſtitutionis, dum loquitur de annotatione bonorum. vide Alexan. in conſ. 77. in 4. volum. & quando bannitus alias teneatur comparere ſaltem per procuratorem? per Gand. in ſuo tract. criminalium, in ſuo tit.* Cæſar.

Con-

Conſtitutio Regni, Grandis utilitas. Ibi, hac igitur edictali. Nota, quod licet uideatur, quod lite non conteſtata non poſſit ſententia diffinitiua proferri, tamen contrarium eſt verum, quia licet poteſtas, & iudex poſſit ſuam iuriſdictionem defendere pœnali iudicio, ut ff. ſi quis ius dicenti non obtemp. l. 1. & maxime ſecundum Azo. no. quod lite non conteſtata procedi poteſt contra abſentem ad condemnationem, ad imponendum pœnam relegationis, & infra, ut de pœn. l. abſentem. & C. de accuſa. l. abſentem. ultra autem relegationem in abſentes pœnæ non inferuntur, ut patet in præalleg. legibus. & ff. de requiren. reis. l. 2. hoc enim bannum, & condemnatio, quæ ſequitur, pœnæ deportationis loco ſuccedit: cum ipſæ pœnę hodie non ſint in uſu, ut no. glo. Inſti. quib. mod. ius pa. pote. ſol. §. relegati. & hoc bene conſuetudo ſeruat. Barth. de Capua.

In tex. ibi, volumus annotari. Sed quid ſi accuſatus ſit contumax ante litem conteſtatam, & non habet bona quæ poſſint annotari, qualiter procedetur contra eum? reſpõdeo quod forte indicetur ſibi mulcta per illud edictum, ſi quis ius dicenti non obtem. Et prodeſt hoc: quia licet ſit pauper, ſi poſtea capietur, luet pœnam in corpore. ff. de pœn. l. 2. Barth. de Capua.

Nota ex iſta conſtitu. in fi. quod loquitur iſta conſti. in bannito. ſecus er-

• ADDITIONES. *Adde quod iſte talis bannitus poterit ex hac ſola contumacia torqueri, iuxta tamen qualitatem perſonę, Bal. in l. 1. num. 13. C. de hered. inſtit. Cotta in ver. Bannitus in contumaciam.* De Bottis.

¶ *Quid in officiali contumace pro delicto, an eo comparente infra annum recuperet officium, vide And. de Iſer. in conſtit. clementiae, inf. verſi. quid ſi extrahatur a banno. & ibi Afflict. nu. 17. tamen in continuo ſuae Maieſt. qui cõtumax ob delictum fuerat militia ſpoliatus, cũ comparuiſſet infra annum, & petyſſet ſibi militiam reſtitui, iuxta tex. in l. 1. §. deſertor. C. de deſer. lib. 12. & in l. penult. ff. de re milit. non potuit obtinere in regio collaterali cõſilio alias pro actorum Magiſtro mag. Curiae Vicariae qui ob contumaciam fuerat ſuſpenſus ab exercitio officij, cum comparuiſſet, decretum eſt ibidem, quod reſtituatur etiam fructus.* Fab. Iordanus.

nam incurrit. Humanitate * tñ antiquis legibus annotato ſeruata a noſtra celſitudine volumus non negari, vt eis, ſcilicet, infra annum praedictum redeuntibus bona recuperare liceat annotata: tertia tantum parte mobilium in omnem euentũ apud noſtram Curiam remanente, vt impunitam fore cõtumax ſuam contumaciam non laetetur.

Vt vniuerſitas accuſata. Et mulieres coniugatae in criminalibus cauſis poſſint ordinare procuratorem.

TITVL. II.

Siue vniuerſitas accuſetur capitaliter, ſiue ipſa accuſet, poterit in iudicio comparere vſque ad finem cauſae per ſuum ſyndicum legitime conſtitutum, & haec deciſio extenditur ad mulieres coniugatas, vt in capitali iudicio per procuratores earum agitetur iudicium, ſed diffinitiua debet proferri contra ipſas principales, ſubaudi praeſentes. hoc dicit. Matthaeus.

Vt vniuerſitas accuſata. Et mulieres coniugatae, &c. *Rub.*

a GEneralia. Permittitur vniuerſitati accuſatae, vel accuſanti, ſyndicum ordinare in criminalibus cauſis. Item permittitur mulierib. ſiue accuſatis, ſiue accuſantibus in caſibus, in quib. poſſunt accuſare, puta, quia proſequuntur ſuam, vel ſuorum iniuriam. De iure ciuili hoc nõ reperiebatur, imo reperitur regula in contrarium. ff. de publi. iudi. l. pe. §. ad crimen, & ff. an per alium cauſae app. l. 1. In quibuſdam tamen permittitur, vt C. de iniurijs. l. 1. Et haec conſtitutio mota fuit circa vniuerſitatem † propter difficultatem.

† ADDITIO. *Adde quod vniuerſitas eſt citanda in parlamento, aut arenga, & ſi non vult congregari prout tenetur, tunc executor, vel nuncius debet legere in platea citationem vel mandatum. ita Luc. in l. in prouincialium, col. 2. de erog. mil. anno. lib. 12. qui de vniuerſitate, & qua poena ſint puniendi, vide Luc. in l. 3. col. 2. & ſeq. C. de exact. libro 12. vbi per multas columnas examinat hoc: & et an facta exactione pecuniaria poſſit etiã exigi corporalis. vide, quia pulchrè.* De Bottis.

Nam de facili uniuerſitas non poſſet coadunari, ſicut nec conſentire, ut ff. de acquir. poſſ. l. 2. ad finẽ. In muliere propter illam rationẽ, quae eſt. C. de procur. ſi maritus, & notatur in hac conſti.

• ADDITIO. *Quaero an haec conſtitutio habeat locum in muliere maritata, nõ autem ducta ad domum viri. & cõmuniter tenetur, quòd ſic, pro quo addo quod decidit Bal. in l. 1. ibi. ſecundo quaero. C. vnde vir, & vxor. Sed an ſi mulier eſt maritata, & ſic habet priuilegium huius conſtitutionis, demum anteaquam cauſa finiatur, deſinit eſſe maritata, vtrum amittat hoc priuilegium. & videtur quod ſic, per l. 1. C. in quib. cau. reſt. in integ. non eſt neceſſ. & quod ibi not. econtra videtur quod non, per l. Titia, §. vſuras. ff. de leg. 2. & quod ibi no. Sed caſus videtur quòd non, l. fin. C. de intur. vbi*

† IMPER. FREDER.

GEneralia a iura * cõdentes tam in cauſis, quae contra ſingulares perſonas, quàm in his, quae contra vniuerſitates mouentur interdum noſtrae celſitudinis ſtudium excitamus. In criminalibus igitur cauſis, & capitalibus accuſationibus, quas contra vniuerſitates locorum a priuatis perſonis, vel vniuerſitatibus contra vniuerſitates alias, vel priuatas perſonas moueri con-

† *Aliàs, Idem.*

ANDRÆAS DE ISERNIA.

cus ergo ſi reus fugiſſet, de quo non loquitur haec conſtitu. ſtabimus ergo iuri communi, argumen. C. de appellat. l. praecipimus, in fi. ff. de act. & oblig. l. quoties. tunc enim eius bona eſſent occupanda a fiſco, & nunquam a fugitiuis recuperanda. ff. de bonis libert. l. ſi in libertinum. nam aliud eſt abeſſe, aliud in fuga eſſe. ff. ad l. Flaui. de plag. l. 2. in princi. Abeſſe enim videtur qui a iudicio abeſt. ff. de dam. infec. l. 4. §. abeſſe. fuga autem reddit dominum ſuſpectum, & facit eum pro confeſſo, & condemnato haberi, vt in Authen. de exhiben. reis. §. ſi vero. col. 5. & §. ſuper hoc nulli iudici. & §. ſi vero, ut iudi. ſine quoq. ſuffra. §. neceſſitate. de omni agro deſerto. l. locorum. argu. contra de curatore. l. diuus. in glo. quaſi, &c. de reb. cred. l. 1. in fi. de poen. l. abſentem. C. de accuſ. l. abſentem. ad leg. Iul. de adul. l. ſi quidam. l. quamuis. Ad primum facit, quia qui ſubterfugit confitetur, extra de reſcri. c. nullus. nam fuga facit hominem liberum pro ſeruo haberi, & qui ſe ſcit liberum, deinde quòd fugit agit, vt hoc ipſo, quòd in fuga ſit pro ſeruo agere videatur. ff. de lib. cau. l. ſi autem, in fi. & arg etiã eorum, quae no. in Longob. de malef. & crimi. l. fi. in gl. quae incipit. neceſſe habet. ibi, quaeritur ſi de crimine, &c. Et aliàs dicit, ꝙ donec quis pertinaci animo latet, poteſt bonis omnibus ſpoliari. C. de iu. fi. l. certa. & decurio. l. ſi ad magiſtratum, vide conſti. humanitatem. in glo. ſane.

In gl. fi. in fi. No. appellari a ſententia annotationis, quod eſt notabile. Sed quõ iſte reus appellat, nonne eſt contumax damnatus qui nõ appellat? C. de app. recip. l. 1. Reſponde: in contrarijs fuit contumax vere, hic ficte, quia appellat. ff. de iudic. l. praetor. §. fin. Eſt enim dr̃ia inter veros & fictos cõtumaces. l. diuus. ff. de in integ. reſt. l. diuus. ff. ex quib. cau. in poſſ. ea. l. Fulcinius, in fi. vel dic, quod hic iudice ſedente pro tribunali, vt in d. l. diuus. vel dicta. l. loquitur in diffinitiuis, in quibus contumax damnatus appellare prohibetur, ut dictis legib. hoc an locum habeat in interlocutoria, ubi contumax damnatus appellat iure permittente, & vt l. 2. quae hic allegatur. ſi pendente app. mors interue. aliàs contumax ille qui de diffinitiua non appellat, nec ab interlocutoria appellare poteſt. & praedicta una litera non eſt vera, ſed improbatur ex praemiſſis. primam rõnem, & ultimam puto verã praeſertim cum iure iſto huiuſmodi interlocutoriae quoad condemnationem tertiae partis mobilium, & quaedam alia trahant ad ſe executionem, & vim habeant diffinitiuae, a qua appellatio non admittitur. C. de appel. non reci. l. 2. & interlocutoriae vim diffinitiuae habentes concurrunt, no. ff. de re iud. l. quod iuſſit. Barth. de Capua.

In tex. fiſci noſtri commoditatibus acquirantur. Quid ſi bannitus infra annũ non veniens, bona omnia quae habet, teneat ab aliquo Comite, vel Barone, nunquid iſta publicantur fiſco, vel redeant ad Comitem, uel Baronem? & in caſu quo reducerentur ad Comitem, uel Baronem, nunquid in vita banniti ſint, & eſſe debeant penes fiſcum? reſponde per ea quae no. per And. de pace tenẽda. l. ſi quis hominem, uer. ſi uerò uiolator pacis. & in conſtitu. Regni, poſt mortem. de mor. banni. nuntian. Imperato. & quod no. in conſti. ſi quando. §. ſanè.

In tex. in ver. annotari. i. quod bona deſcribantur per publicum. dicit gl. in l. 1. ff. de requir. re. ſuper uerbo, annotandus. & debent ſub ſigillo poni ne diminuantur, ſecundum gl. & in l. fi. ff. de requir. re. dixit enim ibidẽ And. de Barulo, quod bona omnia debent ſequeſtrari, argumento eorum quae no. in l. reo criminis. ff. de ſol. Pet. de Monteſ.

Vt vniuerſitas accuſata, & mulieres coniugatae in criminalibus cauſis omnes poſſint ordinare procuratorem. *Rubr.*

GEneralia iura. Vniuerſitas in criminibus facit ſyndicum. hodie per conſtitutionem nouam, quando citantur multi † de eodem crimine faciunt ſyndicum.

† ADDITIO. *Et quando accuſantur plures de eodem delicto ultra numerum denarium poſſunt comparere per procuratorem. ita reperitur prouiſum per Carol. II. & in lib. Barattucij in archiuio, lib. 12. c. 61. & ibid. par. 1. c. 152. idem dicitur de officiali qui reperitur in officio, vt non cogatur comparere de perſona.* Fab. Iordanus.

Communis uſus multos appellat, ultra quinque vel ſex, licet multi dicantur duo, Inſti. de iure perſo. in fi. ſecundum diuerſitatem tractatuum accipietur numerus, quia pauci aliquando dicuntur xl. extra de cle. excom. c. latores. Aliquando plures centum & xvij. ff. de orig. iur. l. 2. §. deinde cum poſt aliquod, & de indi. cum poſt. Aliquando dicuntur pauci 33. milia. 45. diſt. c. diſciplina.

ADDITIO. *Adde c. quod autem 23. q. 3. glo. & Doct. in c. inquiſitionis. de accuſ. glo. in c. cupientes. in §. caeterum. de elect. in l. ſenatus. ff. de donatio. cauſa mortis.*

Aliqñ ultra octo dr̃ multitudo numeroſa, quae nil habet honeſtũ. in Auth. de refer. §. 1. in fi. ¶ Item ſtatuitur qđ mulieres coniugatae in cauſis criminalib. ſi accuſẽt, vel accuſentur, poſſint litigare per maritos, & alios procuratores. Rõ eſt matronalis pudor & verecundia, vt in gl.

Suam vel ſuorum iniuriam proſequendo. Nunquid idẽ in alijs criminibus, vbi mulier accuſat etiam ſuã uel ſuorum iniuriam non proſequendo. ff. de accu. l. mulierem, ad l. Iul. de ambitu. l. fi. in fi. ad l. Iul. maieſt. l. in quaeſtionib. accuſabit ne per procuratorem? dicũt Moder. quod ſic, † cum ſit eadem ratio. ff. de verb. oblig. a Titio.

† ADDITIO. *Adde, quòd etiam de iure communi poteſt vniuerſitas inſtituere in cauſa criminali, vt in l. tam collatores, de re milit. lib. 12. & ibi per Luc. ubi allegat hanc conſtitutionem.* De Bottis.

iur. vbi vxor Illuſtr. tandiu gaudet priuilegio, quandiu viuit eius vir. Sed certè dicerem quòd iſta mulier potiatur priuilegio. moueor primo per tex. in l. ſi filius. ff. de verb. oblig. ſcilicet quòd initium alicuius actus ſpectatur, vt tenet And. in proxi. praeced. conſti. ibi, ſed pone, quod alienanit. nam origo rei inſpicitur, l. clam poſſidere. ff. de acquir. poſſ. Secundò moueor: nam ratio quæ militat in coniugata, viget in non maritata, vt patet in l. maritus. C. de procura. vbi licet prima ratio ceſſet, ſecunda tamen remanet. ergo ſufficit. §. affinitatis, Inſti. de nuptijs.

Rurſus quæro, qualiter formetur inſtrumentum procurationis. dic vt ipſum crimen, & perſona, quæ debet accuſari clarè & ſingulariter in ipſo procuratorio exprimantur, deturq́; ſibi ſpeciale mandatum iurãdi corporaliter in animam ſuam, ideſt conſtit. quòd ipſe conſtituens credit ipſum crimen expreſſum verum eſſe, & ſe illud poſſe probare. ita Luc. in l. tam collatores. 6. col. C. de re mil. lib. 12. vbi quærit, an aduerſarius vniuerſitatis poſſit ſe per procuratorem defendere. & dicit, quod non. & quid ſi citatur tempore vindemiarum, aut meſſium, an excipiet de ferijs. dicit quod non. vide, quia pulchrè.

An vocatus ad præſtandum fideiuſſoriam cautionem de non offendendo, poſſit, ſi eſt contumax bannitus, iuxta formam huius conſtitutionis, & præcedentis, vide Capic. deciſio. 141. De Bottis.

tingit [a] altercationem iuriſperitorum in perpetuum decidentes. Syndicum, * quemadmodum in ciuilibus cauſis, permittimus, & præcipimus etiam ordinari, iuris ciuilis rigore in perpetuũ quieſcente, quod [b] in publicis iudicijs procuratorẽ fruſtra interuenire debere præſcripſerat: nam cum difficultate, & impoſſibilitate quadam interueniẽte, dum vniuerſitas tota per ſe ſine ingenti periculo conuenire, vel conueniri nõ poſſit, de neceſſitate oportebat inferri, quòd maleficia cõtra ipſam, vel ab ipſa commiſſa impunita manerẽt, quod nec honori noſtro, nec ſubiectorum noſtrorum commodis dignoſcitur expedire. Huiuſmodi etiam noſtræ humanitatis gratiam ad mulieres coniugatas extendimus: vt in criminalibus, & capitalib. cauſis per maritos, & alios quos voluerint, procuratores legitimos, & ſufficiẽter inſtructos, ſi hoc elegerint, valeant in iudicijs comparere: ſiue ipſæ accuſent, ſuã aut ſuorum iniuriam proſequẽtes, ſiue ab alijs accuſentur. Sententia tamen in criminalibus, tam in præſenti, quàm in caſu præſcripto contra ipſas principales perſonas effectum debitum ſortiatur.

a *Altercationem.* Quæ no. ff. de publi. iud. l. accuſare. §. ad crimen.

* Additio. *Adde, quòd idem ſtatuitur in capitu. Regis Roberti incipien. item ſtatuimus ſingularibus perſonis. nu. 10.*

b *In publicis.* ff. de public. iudic. l. accuſatores. §. huius etiam noſtræ humanitatis. & eſt ratio propter matronalem pudorem, & uerecundiam. C. de procura. l. ſi maritus. & de his, qui ven. ætã. impe. l. omnes. §. fœminæ.

De for-

ANDRÆAS DE ISERNIA.

Reſpexit ergo hic frequentiam, † quia frequentius mulier accuſat ſuam, uel ſuorum iniuriam proſequendo, & raro aliter fit. ff. de legib. l. nam ad ea. de vſucap. l. iuſto.

† Additio. *Et pro hoc adduco: nam quando lex loquitur in aliquo caſu ratione frequentioris vſus, quia ita ſit ſolitum magis frequenter fieri, non per hoc negat quin idem ſit in alio caſu omiſſo. ita vult gl. no. in clem. 1. in verbo, præſidentes. de reſcrip. & ibi D. Ant. & Card. & Imola ad hoc notant. alia eſt in l. 1. C. de his qui ad eccleſ. confug. in gl. 1. & glo. in auth. caſſa, in ver. per Italiam. C. de ſacroſan. eccleſ. & glo. in l. vnica. in ver. ſponſa. C. de rap. virg. Bal. & Doct. in l. 1. §. ſi quis ruſticus. de pace tenen. hoc idem firmat And. in conſti. quam plurimum, 2. col. & latius Corſet. in ſuis ſing. in verbo, frequentia. col. 33.* De Bottis.

¶ Item nunquid cõiuncta perſona mulieris accuſabit eius nomine præſtita cautione, ſeu ſatiſdatione de rato, vel defendet perſonam accuſatam ſine mandato? Non videtur, quia ſpeciale mãdatum exigitur in criminibus. ff. de procu. l. non ſolum, § fi. Item hoc eſt priuilegium, & ſic exigit ſpeciale mandatum. ff. de minorib. l. illud. §. ſi talis. & l. pater. in princ. quod autem coniunctis perſonis agere permittitur, non facit eos procuratores. ff. iudi. ſolui. l. 3. §. 2. ¶ Sed quid ſi mulier coniugata, vel uniuerſitas faciunt procuratores, † vel ſyndicum. An hic procurator, vel ſyndicus faciẽt alium procuratorem & ſyndicum poſt litem conteſtatam, vel ante, ſi hoc mandatum ſit? Reſpõdeo quod ſic, quia generaliter leges loquuntur. ff. de appel. l. ad executionem. §. fin. C. de procur. l. procuratoribus. ff. de ſeruit. ruſti. præd. l. cum eſſent. eſt enim hic legitimus procurator, &c.

† Additio. *Credo tamen, quòd facta ſubſtitutione alterius procuratoris, quòd iſte primus non debet amplius ſe intromittere, vt eſt tex. in c. is. cui. de procur. in 6. quo ad iſtum propoſitum allegat Pau. de Caſt. in l. ſi vero procuratori. §. ſunt quidam. in fi. ff. de ſolut.* De Bottis.

G*eneralia iura.* In fi. ibi, cognatus. Sed an eo ipſo, ꝙ eſt maritus admittatur, vel eſt neceſſe, ꝙ conſtituatur procurator? vr ꝙ ſic, ff. de mino. l. in cauſæ, in prin. Sed impropriè ibi ponitur, ut innuit uerbum, alios, qđ habet implicare ſimiles caſus. ſed in contrariũ eſt ueritas, ut no. ff. de proc. l. non ſolum. Iõ ait in ſacra pagina, ubi dr̃, Chriſtus ſuſpenſus eſt, & cum eo alij duo latrones. ergo vr ꝙ Chriſtus fuerit latro, qđ eſt falſum. In contrarium uidi determinari de facto per illum. §. ſi talis fuit. de mino. vbi dr̃, ꝙ in petendo per procuratorem reſtitutionem in integrum, exigitur ſpeciale mandatum. c. per tuas. ext. de in integ. reſti. pro eo ꝙ in integrum reſtitutio eſt contra ius cõe, ita & hæc conſtitutio, quæ vult quod admittatur procurator in criminali. Non obſt. ꝙ hic dicit, per maritos, quia conſiderauit quod frequentius fit. ſ. maritos defendere uxores, ut C. de procu. l. maritus. Itẽ no. hic mulierem cõiugatam poſſe per alium cauſam criminalem agere, ut hic. ſic & pupillus, ut ĩ. de reſti. reipu. Item quæro, an iſtud priuilegium quod datur mulieri coniugatæ, detur aduerſæ parti? & vr quod ſic, ut in l. fi. C. de fruct. & lit. expen. & in l. petendæ. C. de temp. in integ. reſt. Sed dic ꝙ nõ, ut in l. fi. C. de iniur. ibi, nullus alius audiat, &c. & per l. qui populum. C. de popul. act. non obſt. l. petendæ. quia ibi loquitur in dilatorib. quæ ſunt cões. uel poteſt dici, ut no Dy. extra, de reg. iur. in c. in iudicio nõ eſt exceptio, in fi. Sed quæro, quid ſi lite conteſtata efficiatur uidua, an poſſit amplius litigare per procuratorem? dic quod non, ut ff. de adul. l. adulterium, §. fin. in fi. ad quod facit l. ſi quis tres tutelas. ff. de excuſatio. tuto. Sed quid ſi ante erat uidua cum accuſabatur, iudicio pendente maritata eſt, an poſſit litigare per procuratorem? dic quod non, ut in l. tutor petitus, in princ. ff. de excuſa. tuto. Sed quid de ſponſa? dic quòd ſic, ut no. in l. an eo iure. ff. de ritu nup. Petrus de Monteforte.

In §. fin ibi, ſententiam tantum, &c. Concordat de iure communi; quando mulier conuenitur & defenditur per procuratorem, quod actor debet petere in libello, ut damnetur ipſa mulier, & non procurator, ut in glo. in l. fi. C. de iniur.

In glo. 1. ibi, non reperiebatur. Immo reperiebatur iudicio meo, ut uoluit glo. in l. ſi quando. C. de iniur. Petrus de Monteforte.

Generalia. Nota, quòd uniuerſitas poteſt accuſare, & accuſari per procuratorem, uel ſyndicum in criminalibus cauſis, ut in l. cum collatores. C. de re mili. lib. 12. & erit in uniuerſitate accuſata, pœna pecuniaria, ut C. de decurio. l. quinque. lib. 10. Barth. de Capua.

In uerbo, ſyndicosque. Similiter in pupillo, qui ſiue accuſet, ſiue accuſetur, etiam in crimine publico, per tutorem, uel curatorem agit, & defendit, ſi ſuam iniuriam proſequatur, ut infra, de reſti. mino. l. minorum uera, circa medium. Barth. de Capua.

In verſ. coniugatas tam primo quam ſecundo. Sed quid in ſponſa? uidetur quòd non. l. quoties. ff. qui ſatiſd. cog. Sed dicas, aut tractatur de fauore ſponſæ, aut de odio. primo caſu habetur pro maritata, & eodem utitur priuilegio, ut c. non ſine. de bonis quæ libe. fallit in tacita hypotheca quam ſponſa non habet, ſicut alia maritata, ut ff. de priui. cre. l. 2. Secundo caſu nõ habetur pro maritata, nec gaudet priuilegio, quia odia ſunt reſtringenda. facit ratio huius conſt. propter pudorem maritatæ. C. de procur. l. maritus. Barth. de Capua.

Item ſecus in non coniugatis, & eſt ſpeciale propter zelotipiam uiri. Nicol. Capoſc.

In tex. ſyndicos. No. hic quod vniuerſitas poteſt facere ſyndicum, uel actorem in cauſa criminali, ut hic, propter difficultatem. & ita etiam dicit hic glo. tamen de iure ciuili etiam reperitur, quòd poteſt in cauſa criminali, ut no. C. de re mili. l. fi. lib. 12. circa medium. & C. de decurio. l. quinque. lib. 10. & de cuſto. anno. l. ante. circa medium. lib. 12. tamen quicquid ſit de iure ciuili, vbi vniuerſitas uellet conſtituere ſyndicum, in iſto caſu ad agendum non poſſet. & ita no. in l. 2. C. qui accuſ. non poſ. per Cy. Io. Criſp.

In tex. coniugatas. Quæro hic, utrum uidua quæ non tranſiuit ad ſecunda uota, habeat, & teneat priuilegia, & dignitatem primi uiri? dic quòd ſic, vt ff. de ſena. l. 1. & l. fœminæ. & in Authen. de nup. §. ſoluto. in princip. Sed uerum eſt, quando per priuilegium Principis habet hoc mulier, vt in l. fi. ff. de ſena. & facit ad hoc in Auth. de nup. §. non tamen permittimus. ubi eſt tex. cum glo. quæ non dicit aliud. Ex quo potes colligere, an iſta conſtitutio habeat locum in uidua. & dic, quòd ſi tranſit ad ſecunda uota, perdit priuilegium primi uiri, & retinet ſecundi mariti.

In prima gl. ibi, nec conſentire. & melius quàm alibi. ff. de reg. iur. l. aliud. §. refertur. & ibi omnino gl. bona: & quando delinquat vniuerſitas,

De forbannitis & foriudicatis. *Rubrica.*

De forbannitis & foriudicatis.

TITVLVS III.

Bannitus ob maleficium ſi per annum postquam bannitus eſt in contumacia perſeuerauit, foriudicetur ab eodem præſide vel ſucceſſore, & foriudicatus in anno pro confeſſo habetur de crimine, & a quolibet veluti hoſtis publicus poteſt occidi, & offendi, & occidenti foriudicatum vel capienti bannitum datur præmium. ꝙ ſi ipſe occidens vel capiens fuerit in banno vel foriudicatione, ab ipſo banno vel foriudicatione, eximuntur: ſecus ſi foriudicatus bannitum cepit, & vbi non bannitus vel foriudicatus ceperit foriudicatū, habeat pro Barone 24. pro Burgēſi 12. pro ruſtico ſex. Sed ſi quis nolit occidere, repræſentet eum Iuſtitiario qui bannum emiſit, licet enim quis debeat remitti ad forum delicti. ſed ſi propter diſcrimina viarum non poſſit remittere, conſulat maieſtatem regiam vel eius vicarium, & receptatores foriudicatorū & bannitorū, ſi requiſiti fuerint, pœna ſimili puniātur, ſed in vniuerſitate receptāte ſeruatur iudicio Principis. h.d. Lallus de T.

† IMPER. FREDER.

POenam [a] * eorum, qui in contumacia perſeuerant, dignis diſpendijs proſequi cupientes, ſtatuimus. Si quis infra annum * a die

a POenam. Hæc conſtitutio crudeliter exaſperat bannitos ob maleficia. Vt ſi per annum poſtquam bannitus fuit in contumacia perſeuerauerit, foriudicetur ab eodem iudice, qui eum banniuit, & foriudicatus pro confeſſo dānato hr̄ de crimine, & quaſi extra limina iudicij poſitus: nulla remedia excuſationis vel appellationis hēt, ſed a quolibet, velut hoſtis publicus pōt occidi, ſicut alibi. C. ut liceat uni. ſine au. iu. l. 1. nec timeat pœnam imò præmiū habet, qui talē occideret, ut de pręmio patet in litera. Sed ſi quis foriudicatū captū occidere noluerit, repręſentet eū Iuſtitiario regionis, qui eū mittat punicēdum illi Iuſtitiario, qui bannū emiſit. Debet. n. quis remitti ad locū delicti, ut ff. de accu. l. hi q. in fi. ſi pp diſcrimina uiarū nō poſſet remittere, cōſulat maieſt. Imperatoris, vel eius vicariū. Simili pœna puniunt receptatores eorū. Et no. ꝙ hæc conſtit. continet ius nouū, imò corrigit antiquum. ſ. ꝙ quantuncūque tpe in cōtumacia perſeuerauerit annotatus, licet poſt annum bona pdat irreuocabiliter, vt s̄. de requi. re. l. 1. & s̄. in criminalib. cauſis, tn̄ non hr̄ pro confeſſo, imo perpetuo ſibi ſua defenſio pmittitur, ut ff. de req. re. l. annus. in fi. Bannitus aūt an poſſit offendi impune? in conſt. iſta in multis locis innuitur. ꝙ intelligas cū determinatione ſequētis cōſtit. & ibi dicam dr̄iam inter foriudicatū, & bannitū. Corā ſucceſſore officiali debere fieri, qđ corā pdeceſſore faciendū erat. ſic & ff. de iudic. mortuo. C. de iudic. properandū. §. ſin. aūt. & in Auth. ut nulli iud. §. & hoc vero iubemus. coll. 8.

ADDITIO. *Super iſta conſtitutione vide per Barto. in conſil. 107. viſis omnibus ſtatutis, & an iſta cōſtitutio habeat locum in eo, qui fuit minus legitimè citatus? Alex. in l. 4. §. condemnatū. ff. de re iu.* Cæſar.

ADDITIO. *Intelligerē ego hanc conſt. quādo adeſſent probationes de delicto, alias ſola cōtumacia nō operaretur, quia poſſet probari cōtrariū, quia eſt probatio priuilegiata. vide Caccial. in repet. l. admonēdi, col. 13. ff. de iureiu. qui allegat Pet. de Anch. & Ant. de Prato veteri.* Piſan.

ADDITIONES. *Vide c. regni, de foriudicatione, car. 15. Clericus cōtumax reputatur per mag. Cur. Vicariæ uigore ritus nō poteſt, ſi perſiſtit in contumacia foriudicari, ſi poſtea uero cōſtet eū fuiſſe clericū. Bal. in l. generaliter. 1. col. C. de epiſ. & cler. Bal. in l. non uidetur. ff. de iudi. Nellus in trac. Bānitorū. in 2. par. primi tēporis, q. 2. Iaſ. in l. 3. §. ſi ſeruus. ff. de acq. poſſ. & in l. 2. ff. ſi quis in ius uoc. nō ier. Minor nō poteſt foriudicari. Bal. in l. clarū. de author. præſt. & in l. 1. col. 16. de cōfeſ. verſ. iuxta hoc quæro: Sed in Italia contrarium ſeruatur. Boer. deciſ. 63.* M. Ant. Pulu‍er.

† *Aliâs, Idem.*

¶ *Et an talis foriudicatus poſſit teſtari, vel hæres inſtitui. Rober. Maran. in l. is pōt. nu. 126. cū ſeq. ff. de acq. hær. & ibid. n. 124. an fiſcus poſſit occupare hæreditatē paterna filio bannito delatā. Sed vide bonā cautelam inſtituēdi bannitū & rebellem per Cæpol. in cau. 122. quā ſequitur Cotta in uer. Spurius legitimū. & an poſſit contrahere, & in iudicio agere. Gul. Bened. in repet. c. Rayn. in uer. & vxorē. 5. dec. nu. 279. & an poſſit præſtare aſſenſum ratione directi dominij, vel ſi eius cōſenſus requiritur ex diſpoſitione ſtatuti in cōtumacia alterius, vide latè per Tiraq. de ll. cōnubial. lib. gl. 6. nu. 31. ad 45. & adde an reddatur ſibi ius reſpectu bonorum, vide Claud. Seiſel. in l. ut vim. nu. 11. & 12. in 1. lectu. ff. de iuſt. & iure. An autem minor reſtituatur aduerſus lapſum anni. vide Boer. deciſ. 63. per totam. & ibi, an recuperet bona. An Princeps poſſit remittere ſententiam foriudicationis inuito eo pro lata eſt, uide Luc. de Pen. in l. ſi apparitor. col. 1. C. de cohar. lib. 12.* Piſanellus.

ADDI-

ANDRÆAS DE ISERNIA.

ſitas, & qualiter teneatur, & conueniatur, & quæ ſit pœna, dic ut plene no. per Innoc. in c. grauem. de ſen. excom. Pet. de Monteſ.

In gl. & eſt ratio ibi. l. oēs. §. fœminas. Ego dico, ſalua reuerentia gloſſæ: iſta non eſt bona ratio, quia ita pudor, & uerecundia eſt in uidua, ſicut in uirgine: immò plus in virgine, q̄ in maritata: & tn̄ illę nō poſſunt in criminalib. litigare per procuratorem, ut hic. Vnde iudicio meo illa fuit ratio propter zelotypiam viri, ſi cogeretur ſua cōſors intereſſe iudicijs, vel uirorū conuentibus. Rationem tn̄ gloſſæ tenent hic Bar. de Capua, & And. quia gl. dicit de matrimoniali pudore, pro ut loquitur tex. in l. maritus. alleg. in gl. Nicol. Capoſcroſa.

¶ Adde ꝙ ſunt & alia 24. priuilegia mulierum, ut no. Spec. in ti. de dona. inter uir. & uxor. circa fi. Io. Criſp.

¶ Et circa hanc conſtit. uide cap. regni, quod incipit, ſtudioſè, in ti. de ſynd. conſtit. Io. Criſp.

¶ Sed quæro, quid ſi mulier maritata, quæ cępit litigare per procuratorē, pendente iudicio perdat uirū, an procurator remouebitur, & per ſe principaliter litigabit? vr̄ ꝙ non remoueatur procurator: quia vidua mulier retinet uiri domicilium, & dignitatē prioris uiri, per eū ſibi attributā, vt ff. ad munic. l. filij. §. uidua. C. de priui. ſchola. l. quoties. lib. 12. & dr̄ in priori matrimonio manere, donec nubat ſecundo, vt in Auth. de nupt. §. ſoluto. C. de bo. mater. l. omnem. not. C. de erogat. milit. anno. l. per hanc. lib. 12. pro quo l. fœminę. ff. de ſenatorib. in fi. Item quia iura fauēt mulieribus, ne in publicū, maxime in iudicio trahantur, pp fragilitatē ſexus, & matronalē pudorem, C. de procur. l. maritus. de offic. diuerſ. iudic. l. nemo iudex. C. de his qui ueniā ætatis. l. 2. facit quod not. ff. de ui & ui arm. l. ad perſonas. In contrariū facit, quia ceſſante cauſa priuilegij, ceſſare debet ipſum priuilegiū. C. de reſti. mil. l. fi. ff. de leg. 2. l. Titia Seio. §. uſuras. ff. de teſtam. mulit. l. tribunus. Sed his legib. poſſet rn̄deri, quod non vr̄ per dictas leges primo allegatas priuilegij cauſa ceſſare. Allegant quidam pro determinatione huius quæſt. l. adulteriū. §. fi. ff. de adult. in qua procedebatur contra prius nuptā, non obſtante ſn̄ia abſolutoria pro adulterio lata, quę prima facie iuſta præſumenda eſſe debet. & C. de offic. ciuil. iud. l. 2. & no. ff. de iniu. l. iniuriarū. §. is qui. ff. de reg. iur. l. non uī. §. qui iuſſu. pro quo facit: quia conſtitutio loquitur tm̄ in nupta, & cū hæc conſtitutio ſm̄ aliquos peritos ſit ſtricti iuris, non eſt protrahenda, ut l. conſtitutionib. ff. ad municip. & l. ſi uero. §. de uiro. ff. ſol. mat. pro hac parte. ff. de reg. iur. l. in omnibus. Sed quid ſi mulier non maritata in cauſa criminali cœpit per ſe litigare, & pendente iudicio cepit uirū, nunquid poſſit per procuratorem amodo litigare? ꝙ uī, quia lex hoc priuilegiū ſibi tribuit: & eſt caſus fauorabilis, cùm mulieres propter matronalem pudorem nō ſint ad iudiciū trahendæ, ut s̄. prox. q. dixi. & ſic extēdenda, vt in l. cum quidā. ff. de lib. & poſth. & quia beneficia Principum largam recipiunt interpretationem, & ſunt extēdenda, vt ff. de conſt. Princ. l. beneficiū. extra, de donat. c. cū dilectus. Et pro hoc quia dignitas certo iudicio iudici ſuperueniens eius iuriſdictioné auget. C. de appel. l. præcipimus, ad fi. & pro hoc eo. ti. ſi doctor, in fi. ff. de excu. tut. l. non ſolum. §. ſi libertus. de teſta. tutel. l. quæro, in fi. de cura. aliàs tute. & ratio. diſtrah. l. ſi tutor. §. ſi duob. In contrariū faciūt iura dicentia, ꝙ cauſa priuilegij ſuperueniens lite pendente non prodeſt, ut probatur. ff. de iuriſd. om. iud. l. cū quædam. l. ſi quis poſt. ff. de exc. tutor. l. tutor petitus. in prin. de pœn. l. 1. de quæſt. l. 1. §. ſi ſeruus. pro hac parte allegant quidā d. l. adulteriū. §. ſi eo tēpore. Pro prima parte facit l. nō diſtinguemus. §. ſi ſacerdotio. ff. de arbit. ad hoc faciūt iura tractantia, an ex iure ſuperueniēte iudicio pendente litiganti ius tribuatur? Super quo uide. ff. de pigno. actio. l. ſi rem alienam. §. fin. l. ſi mādauero. ff. mand. ff. de iud. l. licet. & quod ibi no. ff. de inoſ. teſt. l. ſi non mortis. §. fi. ad exhib. l. tigni. §. ult. ad leg. Aquil. l. a Titio, & l. ſeq. ff. de acquir. poſſ. l. 1. §. idem ſcribit Neratius. ff. de pecul. l. quæſitū. & quod ibi no. Item iura quæ dicunt actum uitiari ſi peruenit ad eū caſum a quo incipere non pōt, ut in l. quia. ff. ad leg. Aquil. cum ſi. Bar.

Sed quæro, quid ſi maritata, ſed nondū traducta, an gaudeat priuilegio huius conſtitutionis? tenetur communiter ꝙ ſic, uide quod no. per And. in conſt. Re. ſtatuimus. de offi mag. iuſt. Petrus.

In tex. in uer. marito. Videtur innuere ꝙ maritus ut procurator uxoris hoc agat, arg. huius literæ. & C. de præſcr. 30. ann. l. ſi quis emptionis, in prin. Arg. contra, quia ut cōiuncta perſona agit: nā quoties ex edicto prætoris alicui permittitur agere, nō eſt procurator. ff. iudi. ſol. l. 3. §. 1. ſed illa in ciuili, aliud in criminali. arg. qui accuſa. nō poſſ. l. 2. & ideo credo ꝙ admittitur procurator uxoris in criminali. quia cōſtitutio hęc reduci debet ad ius cōe, ar. l. ex facto. in prin. ff. de vulg. & pup. nā maritus quoties vult pro uxore, ut procurator interuenire, bene poteſt, ut in l. maritus. C. de procurator. Barth. de Cap.

De forbannitis & foriudicatis. *Rubrica.*

POenam eorum. Hodie per conſtit. incliti Regis Caroli II. quæ incipit, ſiue quis ſit. tolluntur duo magna dubia modernorum. Primum eſt ꝙ foriudicatio non habet locum in omni crimine, ſed in illis tantum, in quibus eſſet pœna mortis naturalis, aut deportatio, uel membri abſciſſio, aut carcer perpetuus. Secundum dubium eſt, quia foriudicatio habet locum, ſiue ſit forbannitus per accuſationem

* ADDITIO. *Indiſtinctè loquitur non facta mentione eius, qui eũ accuſauit, vnde ſufficit ſi foriudicetur poſt lapſum annum editi a banniente, ſiue impetitione accuſatoris. vnde eſt quòd in magna curia in ſententia foriudicationis non citat foriudicandum. & eſt ratio, quia contumacia ſemel contracta perdurat, vt ff. de vſur. l. cum pater. & Barth. de Capua. in l. Titia. ff. de lega. 2. Quid ſi tẽpus anni minuatur per iudicẽ, an dicatur foriudicatus ſi non comparet inquiſitus taliter quòd incidat in pœnam huius conſtit. vide Affl. in c. 1. quo tempo. miles. col. 6. 7. vbi loquitur de anno & die dato vaſallo ad denunciandum mortem. Adde quòd eo reuertente infra annum poterit abſq; alijs indicijs torqueri propter eius contumaciam. ita Hippolyt. ſing. 117.* Piſanellus.

banni editi numerandum, coram magiſtro Iuſtit. vel Iuſti. qui eum banniuerat minimè comparuerit, vel etiam coram ſucceſſore eiuſdẽ, bonis ſuis, vt præſcriptum eſt infiſcatis, poſt ipſius anni decurſum * eundem [a] foriudicari debebit, nulla omninò licentia poſtea remanẽ-

a *Foriudicari debebit.* Argum. quod primo debeat requiri. C. de requi. re. l. 1. cum n. non ſolus lapſus anni faciat eum foriudicatum, ſed neceſſaria ſit ſententia foriudicationis, ut patet per hæc verba, foriudicari debet, &c. & plene no. ĩ. ead. l. circa fin. uidetur forbannitus hic poſt annum primo citandus, & poſt ſi fuerit contumax, per ſententiã foriudicandus, nec aliàs valeat foriudicationis ſententia, ut C. quomodo & quando iud. ea quæ. C. de accu. l. abſentem. Nam & pro libertate, quæ eſt res fauorabilis data contra abſentem non citatum ſententia non teneret, ff. de fideicom. lib. l. cum vero. §. hoc ſe. conc. ad eos. Nec uidetur ſufficere prima citatio, per quam accuſatus ille uocatus extitit, de qua loquitur. C. de exhi. re. l. 2. §. ex lõginquo. ad quã uocationem ſeu citationem, uidelicet cum fuit contumax, fuit dãnatus ad tertiam partem bonorum mobilium & annotatis bonis reliquis forbannitus, ut ſuperius in l. grandis, quia illa prima citatio & contumacia ſuum effectum iam habuerunt, ſcilicet de prædicta pœna tertiæ partis annotationis, & banni. Non ergo iuri eſt conſonum, quod ſolum prima citatio adhuc alium operetur effectum, ſ. de pœna foriudicationis inferenda, & ideo non ſine myſterio poſt primam citationem annotatione ſecuta, quia non comparuerat citatus accuſatus abſens: & tandem citandus eſt iterum de iure Romano, vt in cauſa compareat, & ita quod ſibi ſeu publice innoteſcat factam iam eſſe annotationem bonorum, & ex tunc adhuc expectatur per annũ, ut ueniens bona recuperet, aut non ueniens demum poſt annum tũ in bonis præiudicium patiatur, quorum vt dictum eſt annotatio tamdiu ante præceſſit, ut ff. de requi. re. l. 1. §. præſides, & §. ſed Papinianus, & ſic intelligit hoc Azo in ſum. de req. re. vbi plene de hoc. quãtò fortius igitur citandus eſt abſens in foriudicationis ſententia, per quam abſens periculum mortis incurrit, cuius comminatio ſeu monitio nulla præceſſerat. Et poſtquàm nulla fit expectatio nec aliqua defenſio reſeruatur, vt hic ſtatim ſequitur: & ſine dubio fortius, nam hic magis conſulendum eſt, ubi maius periculum intenditur. ſupra. n. de bonis, hic de crimine & contra ſalutem hominis agitur, vt ff. de Car. edi. l. 1. §. ſed & ſi quis, & in Auth. de teſti. §. & quoniam ſcimus. in fi. coll. 7. & C. de appel. addictos. Item ſupra maior mora poteſt imputari abſenti, tanquam poſt primam citationem iudex propter contumaciam annotauerat, quod, ſcilicet, amiſſurus erat bona, ſi non veniret. Et tamen nihilominus iterum poſt citatur, quàm hic, ubi contra hunc abſentem nihil adhuc de foriudicatione iudex fuerat comminatus, vt arg. ff. de iudi. l. peremptorium, & ff. de admin. tutor. l. tutor qui repertorium. §. ſi deponi. & ff. vbi pup. educ. deb. l. 3. circa fin. Item cum fuit annotatus, & poſt ſecundam annotationem vſque ad annum poſſit ſe purgare, multo cautius procedendum eſt hic in foriudicatione quæ eſt immutabilis, & poſt quàm omnis admittitur copia conquerendi, vt arg. C. de appella. l. ne cauſas, & ibi de hoc in gl. ord. Præterea in cauſis ciuilibus, quãdo peruenitur ad ſecundum decretum, quia abſens poſt primum decretum in contumacia perſeuerat, vt ff. de damno infec. dies. §. ſi forte. nihilominus iterum abſens citatur, ut no. Doct. noſtri. ff. de dam. inf. ſi finita. §. Iulianus ſcribit. in gl. ord. quæ incipit, quærĩt, quid dicatur, &c. & ibi etiã dicitur, q; ſi huiuſmodi abſens nõ inueniretur præſentialiter, debet denũciari domi, & in uico præconizari, ſi quis uellet eum defendere, ſimiliter poſt miſſionem in poſſeſſionem abſentis contumacis, quando proceditur ad venditionem, eo perdurante in contumacia, & fraudationis cauſa latitante iterum abſens citatur, & etiam cognati, affines, † & amici publicè requiruntur præconizando, uidelicet, in uico, ſi quis uellet eum defendere, vt ff. ex qui. cau. in poſ. ea. l. hoc autem. §. 1. & ita multo magis in cauſis criminalibus, quæ ſunt multo grauiores, quam ciuiles, ut ff. de pœnis. in ſeruorum. in fine.

† ADDITIONES. *Sed quid ſi foriudicandus habet plures affines, vel agnatos, an ſinguli ſint citandi, vide glo. in d. l. hoc autem. §. 1. & ſi habet cognatos & alios coniunctos magis ſtrictè, videtur quòd etiam minus ſtricti vocantur per eandem glo. dum dicit quòd etiam liberti euocandi ſunt. Verum illa glo. poſſet intelligi, quando non habebat alios magis ſtrictos coniunctos. Item poſſet eſſe quòd vnus poſſet allegare aliquas rationes alijs incognitas per tex. ibi. Et an minor poſſet foriudicari ad mortem. vide Bal. in l. clarum. C. de author. praeſtan. vbi dicit quòd non.* Marc. Ant. Puluerinus.

¶ *De quo Bal. in l. 1. num. 65. C. de confeſſ. & Boer. in deciſ. 63. & ibi quid in membere.* De Bottis.

Iterum citandus eſt abſens ad foriudicationis ſententiam, per quã adimitur ius abſenti, ſicut & in ciuilibus per ſecundum decretum. Et bene dico, multo magis, ut arg. C. de agent. in reb. l. ex eo. §. quod multo magis. lib. 12. Et hanc formam, ſcilicet, ad ſimilitudinem ciuilium cauſarum multi iudices Iuſtitiariorum ſeruant in foriudicatione, q; videlicet, poſt annum primo faciunt citari bannitum domi, & requiri publice per cognatos, & affines & amicos banniti, faciendo, ſcilicet, præconizari in platea, & maxime in uicinia domus banniti. Si quis ex cognatis, affinibus, vel amicis ſuis vellet ipſius abſentiam excuſare, vel pro eo fideiuſſores offerre idoneos Curiæ de parendo iuri, & iuſtitia facienda ſecundum formam Curiæ, & demum bannito non comparente, nec ueniente aliquo, ut dictum eſt pro eo, procedunt contra bannitum ad ſententiam foriudicationis. Et eſt ad prædicta, q; ſecunda uice ſit citandus bannitus in foriudicatione, arg. bonum, vt in Auth. de ecc. titulis §. ſin autem, & de ſanc. epiſc. §. presbyteris, Authent. colla. 11. Nos autem in Magna Curia ſeruamus contrarium, nec poſt annum facimus plus citari bannitum, niſi quòd tẽpore ferendæ ſententiæ facimus eum per apparitorem Curiæ requiri in Curia tribus uicibus, una uoce clamando, uidelicet, eſt ne talis præſens in Curia, uel alius pro eo aliquid legitimum allegans: Et ſic

nemine

ANDRÆAS DE ISERNIA.

nem ordinariam, ſiue ex officio iudicis inquirentis. Tertium dubium deciditur in glo. videlicet, ad cuius petitionem fiat foriudicatio, an ab illo, ad cuius accuſationem fuit forbannitus, an a quolibet de populo? Et licet in gl. non terminetur, ſatis videtur primum eſſe uerius, nam foriudicatio fit per contumaciã. Qualiter de contumacia commiſſa in perſona vnius conquereretur alius? res. n. inter alios acta, &c. Conſtat, quòd non eſt foriudicatus per lapſum anni, ſed opus eſt ſententia. Sed ſi condemnari debeat, & accuſator † non compareat, circumductum videtur edictum in perſona eius, & ex integro debet litigari. ff. de iudi. l. & poſt. unde ſi comparuiſſet bannitus poſt annum & accuſator nõ: Alius ſi uellet accuſare ſtatim, ſine alia citatione diceret, ob aliam, ſiue ob hanc cauſam ueni. ſi ergo abeſt vterq; oportet quod alius accuſet, nam & ubi accuſator impeditur, uel moritur, alius ex integro repetit non in eadẽ inſtantia. ff. de accuſa. libellorũ, in fi. Dependet enim foriudicatio a bannitione, quia niſi prius banniatur, nunquam foriudicatur. Vnde, & ſi in eodem eſſet finita inſtantia, ageret ex integro. d. l. libellorum. §. quod ſi libelli. Quanto magis ubi alius proponere uellet?

† ADDITIONES. *No. quòd vltima mora accuſatoris nocet, & per conſequens licèt bannitus fuerit contumax, & accuſator non, ſi bãnitus comparuit & accuſator non, non poterit foriudicari. vide pulcrũ dictum ad hoc Innoc. in cap. calumniam. de pœn. de quo meminit Alex. conſ. 72. col. 3. in princ. uol. 3 ubi ſcripſi.* De Bottis.

¶ *Et quòd non poſſit quis foriudicari niſi pro crimine, pro quo venit imponenda pœna mortis, deportationis, abſciſionis membri & perpetui carceris. vide c. Caroli I. in lib. Barattucij, in Archiuio. par. 2. c. 137.* Fabius Iordanus.

Item quomodo finiet, qui non incœpit? hoc enim tantum in hærede, & domino cuius procurator ceſſat, inuenietur, vt inſtantia transferatur, & procedatur ex eadem inſtantia. no. ff. de iniur. l. ſed ſi unius. §. filius, in glo. & licet inſtantia tranſeat, citatio noua fiet, no. in ſimili. ff. de iudi. l. edictum.

ADDITIO. *An poſſit ex confeſſione ficta de qua hic, aſſequi contra hæredem non ſequuta ſententia condemnatoria vel declaratoria? vide omnino Franc. de Cur. in conſi. 59. qui dicit quòd non.*

Item mutatione perſonæ mutatur conditio cauſæ, de qua agitur. ff. de acq. hæred. per procuratorem. C. lib. 10. de impo. lu. deſcrip. l. 1. ſecundum hoc non procedit quæſtio, ſi accuſatus ſit mortuus ante foriudicationem, procedit tamen quęſtio ſecundum aliam allegationem gloſſæ, ſed erit eadem reſponſio. Quia ſi accuſatio finita eſt per mortem accuſantis & abolita, nec non rei, ut alius, qui vult poſſit ex integro accuſare. ff. de accuſ. l. libellorum. § penult. C. ſi reus uel accuſa. mor. fue. l. fina. in glo. Adde quod dictum eſt ſupra l. 1. in fi.

¶ Fit autem foriudicatio † per illum qui banniuit, aut per ſucceſſorem eius, ut dicit litera.

† ADDITIO. *Vide per Iaſ. in l. licet Imperator. de leg. 1.* De Bot.

¶ Et

¶ Quando

re, ſe ſuper principali cauſa criminis defendẽdi: Sed perinde * habeatur, ac ſi confeſſus de crimine, de quo accuſatus fuerat, eſſet per diffinitiuam ſententiã condemnatus. Sic foriudicatus habebitur, prout in aliquibus noſtri imperij partib. nuncupatur, quaſi foris omnẽ aditum iudicij conſtitutus. Interim † ſibi iudicij limina præcludentur:

† Aliàs, Intãtũ.

nemine reſpondente, nec aliquid pro eo legitimum allegante, ſtatim foriudicationis ſententiam promulgamus, ad quod mouemur ex eo, ꝗ cum iam ſemel citatus, fuerit contumax, illa ſemel contracta cõtumacia ſemper durat, ut ff. de vſu. cum pater. & de leg. 2. l. Titia. §. Seio teſſeras. & hoc eſt quod dicitur in prin. huius l. pœnam eorum qui in contumacia perſeuerent, &c. & ſic tollitur prima allegatio partis contrariæ de ſententia lata contra abſentem non contumacem. Nam iſte bannitus, qui ſemel in principio fuit citatus contumax: poſteà quolibet die vſq; ad annum perdurat taliter contumax, ut eſt dictum. Imo eſt contumacior, qui ſaltem vltima die anni adeſſe neglexerit, vt C. vt intra certum tempus quęſt. termin. l. 1. Nec poſt annum poteſt de immaturo præiudicio temporis breuitatem accuſari, ut C. de Decur. l. quamuis prouiſum, in fi. lib. 10. Nec obſt. etiam alia allegatio partis aduerſæ, ꝗ prima citatio & cõtumacia, quæ iã ſuũ effectũ habuit, ſcilicet, bannitionis, amiſſionis tertiæ partis, & annotationis bonorũ, non pôt alium diuerſum effectũ operari, ſcilicet, foriudicationis effectum. Quia iſte ſecundus effectus contingit ex conſequentia prioris, ut ar. ff. de mi. denique. §. ſcio. & C. ad Velle. l. ſi mulier. Simile eſt uidere in actione quod me. cauſa, & in alijs actionibus arbitrarijs, in quibus duæ feruntur ſententiæ. prima videlicet ſuper re, ſecunda ſuper pœna: nec huiuſmodi condemnatus in prima, ad ſecundam ſententiam plus citatur: quia, ſcilicet, ſententia ſecunda eſt cõſecutiua & executiua prioris, ut ff. quod me. cau. ſi cum exceptione. §. hæc autem actio. & quod ibi no. in glo. or. & de appell. l. creditor. §. iuſſus. & Inſti. de actio. §. præterea. & quod ibi no. in glo. ord. ¶ Item non ob. ꝗ de iure Romano dr̃, quando citatus ꝑ contumaciam paſſus eſt annotationem, adhuc iterum poſt ipſam annotationem citandus eſt: illa. n. eſt una opin. Sed alia opin. eſt ꝗ poſt annotationem iterum non citetur, vt in glo. ordi. l. 1. & 2. de requi. re. Item ibi poſt lapſum anni nulla fit citatio ſm omnes, ſed incontinẽti poſt annum bona in fiſcum deferuntur: & etiam quod plus eſt ſine ſententia &c. Item non ob. ꝗ in cauſis ciuilib. qñ peruenitur ad ſm decretum, vel ad uenditionem, proceditur, iterum citatur abſens, & etiam requiruntur cognati, & affines, & amici. Quia ibi non eſt certus numerus conſtitutus, poſtquàm proceditur ad ſm decretum, uel ad uenditionẽ, ſed relinquitur tẽpus arbitrio iudicis, vt no. in præal. l. ſi finita. §. Iulianus in ea glo. quæritur quid dicatur &c. & ita rationabiliter opus eſt ibi interpellatione. Sed in caſu noſtro præfixus eſt annus, ut in prin. huius l. Et ſic non eſt neceſſaria alia requiſitio: quia ipſa dies interpellat, ut C. de iure emphy. l. 2. ad fi. & C. de contrah. & commit. ſtipul. magnam, & quod ibi no. in glo. ord. Ergo & alius terminus a iure ſtatuitur, & poſt eius lapſum ſine alia requiſitione proceditur, vt in Auth. de litig. §. ſi uero propoſitis, coll. 10. in Auth. de hære. & fal. §. ſi quis vero, coll. 1. Item non ob. illa tria contraria arg. in Auth. ut liceat matri, & aui. & in Auth. de eccl. tit. & in Auth. de ſanctiſſ. epiſc. quia ibi ideo bina exigitur requiſitio, quoniam ſtatim ibi pœna infligitur, hic uerò poſt annum ſecure ſine citatione aliqua iudex ad foriudicationem procedit: cum enim banniti contumacia ſit notoria, quia publice innotuit, & iam publice eſt diuulgatus bannitus, ut ſupra, eod. ea. l. grandis. adeo quod ipſe etiam ſe contumacem fuiſſe negare non poteſt, vt infra, prox. ſubijcit, & argu. C. de pęn. qui ſententiam. in fi. non eſt ammodo plus citandus, imò abſens & irrequiſitus foriudicationis ſententia feriendus eſt, ut argu. extra de appel. cum ſit Rom. in fi. & argu. ff. de do. præle. l. 1. in fi. Non quod neceſſe habeat iudex omnino ita procedere, nam poteſt ita procedere, & poteſt etiam de æquitate poſt annũ iterum primo citat bannitum, ut arg. ff. de iudi. l. nonnunquam. & l. poſt edictum, in princip. Vnde patet, quod vtraque opinio eſt bona tam prima, quæ nititur æquitate, quàm ſecunda, quæ continet ueritatem, & quòd in foriudicatione neceſſaria eſt ſentẽtia, vt dixi, quandocunq; & quotieſcũq; poſt annũ ueniret bannitus per ſe vel per alium offerens idoneos fideiuſſores de parendo iuri, & iuſtitia faciẽda: dummodo ante ſententiã ueniat auditur, & purgat ſuam cõtumaciã. Et ſic exercemus in magna Curia, ut arg. ff. de Carb. edicto. l. antep. Quinimo, & ſi poſt prolatam ſententiam foriudicationis, adhuc iudice ſedente pro tribunali ueniret, audiretur, ut ff. de in integrum reſtitutione. l. diuus. licet negari non poſſit, quòd bannitus poſt annum ueniens grauetur infamia facti, ſcilicet, apud bonos & graues, ut C. de requirendis reis. l. in pecuniarijs. §. in criminali.

* Additiones. *Pone quòd foriudicatus toleratur per ſuperiorem in ciuitate, nunquid poſſit impune offendi. dic quòd non, ita ſingulariter voluit Saly. in l. nulli. C. de iudi. quem ſequitur Alex. conſi. 1. vlt. col. vol. 2. & latius Marſilius in ſing. 76. Et an acta facta a foriudicato ſint nulla parte non opponente, vide Iaſ. in conſi. 166. & 168. uol. 2. vide ſi condemnatus per contumaciam, quia non dedit fideiuſſores de non offendendo, incidat in has pęnas, Capic. deciſ. 141.*

Adde, quòd ſi inquiſitio eſt incepta. vide Bald. in l. 2. §. quòd ſi actor. C. de iur. cal. & Cottam in ver. mendax. & vide omnino Hippolyt. in ſingu. 72. ubi latè de materia. & ponit aliqua quæ poſſunt opponi poſt bannum iſtud ad impediendam executionem. & adde quòd debet conſtare de delicto per veras probationes: ſecus ſi per falſas, vt per Boer. deciſ. 62. nu. 8. 9. & adde ꝗ inquiſitio debet eſſe valida: quia ſi eſſet nulla, non haberetur contumax pro confeſſo. ita Doct. relati per Arnon. in ſoliloq. 53. De Bottis.

¶ *Adde, quòd ſi demum comparuit foriudicatus, nil poteſt opponere, nec appellare, vel ſupplicare, vt ſubdit, & ex hoc corruit doctrina Bart. in l. 3. in fi. ff. de iudic. qui dicit quòd ſi bannitus confitetur ſe eſſe illum, prout in banno: tamen ſi oppoſuerit exceptionem, quæ ſi oppoſita eſſet ante bannum, iſ ſe bannitus non fuiſſet coactus ſuſcipere iudicium, quòd tunc iudex debet declarare bannum nullum. vide tamen ad intellectum huius conſtitut. quæ pulcrè poſuit Marſil. in ſing. 72. & per hæc verba, perinde no. eſt quòd eiſdem regulis, modis, qualitatib. & conditionibus eſt procedendum contra iſtum foriudicatum per contumaciam, quemadmodum cõtra confeſſum & condemnatum. ita no. Ang. in l. ſi finita. §. ſi quis metu. de dam. infec. quem ſequitur Soc. conſ. 62. col. 6. volum. 2.* Piſanellus.

¶ *An autem inducatur confeſſio aliorum delictorum, vide Bal. in l. ſi aduerſarius. C. de fide inſtrum. & in l. 1. nu. 13. C. de hered. inſtit. Sed quid ſi fuerit impeditus infra annum iuſto impedimento, uide Modernos in c. regni, ſiue quis. nu. 24. fol. 144.* De Bottis.

* 1 Addi-

ANDRÆAS DE ISERNIA.

¶ Quando verò fiat, quia poſt annum, qui computatur a die banni, id eſt manifeſtati, & publicati, ex quo per literas ad magiſtratus factas publice innotuit. ff. de decre. reipubl. l. alias, de requi. re. l. annus. & l. 1. §. præſides. Ex eo enim tempore numerantur anni, quibus præſcribitur fiſco, ſi bona non petierit. d. l. annus. in fi. Vnde iudices Magnæ Curiæ nunquam foriudicant, nec bona infiſcant bannitorũ, excepta tertia mobilium, niſi de publicatione banni conſtet per publica documẽta, uel alias legitime, & ex tunc computant annum, & bene, ut dictum eſt: nam Azo dixit in ſum. illius tituli, ꝗ ille annus non currit, niſi ſcienti, & a tempore ſcientiæ, quamuis in §. præſides. gloſſetur, ꝗ currit annus a tempore, quo innoteſcere potuit per bãni publicationem. Et hoc non eſt contra præmiſſa, ſi publicatum eſt bannum ex more. Item uerbum edicti multas habet ſignificationes, vt dicit Hoſtien. Grammaticaliter accipimus illam quæ humanior eſt, & pro reo. ff. de pęn. l. ſi præſes. Vnde & in ambigua uoce legis, &c. de legi. l. in ambigua. Per publicationem huiuſmodi, ſcit, uel ſcire debet, quæ paria ſunt. ff. pro emptore. l. qui fundũ. §. ſeruus. ſicut ſcire poſſe & ignorare non debere. ff. de fideiuſſo. l. ſi Titius & Seia, in princ. ꝗ per hoc debeat ſcire, eſt. ff. de exerci. l. ſed ſi publice. §. proſcribere.

Quod uero dicunt quidam ſufficere uociferari in Curia, ut quilibet habeat eum pro forbannito, ſicut quotidie fit, non ſufficit, quia uox præconis paucis innoteſcit. ff. de in integr. reſtit. l. diuus. Et ſic per literas debet conſtare, ut Azo dixit, uel alias legitimè, vt dictum eſt. ¶ Nunquid autem in foriudicatione debeat iterum citari? glo. plenè examinat pro & contra: & dic quòd æquius eſt quod ſic. ſed uerius eſt quod non. Ego ſemper vidi citari, Vnde ſecundum utranque poſitionem, cum debeat foriudicari, ſi compareat quis & dicat bannitum fuiſſe abſentem tempore banni, & citationis antecedentis, audiri debet, dummodo reſtituat damna, & expenſas a die banni factas per accuſatorem, & habebit terminum ad denunciandum bannitum, quod ueniat, diximus ſupra tit. 1. l. edictorum. ¶ Poterit autem iudex † reſtringere accuſatorem, ut probet non per ſacramentum ſuum, ſed aliàs legitime, vt & ibi dictum eſt.

† Additio. *Defenſio non poteſt in totum tolli, ſed bene poteſt arctari tempus ad ſe defendendum. vide Bart. in l. facultas, & ibi Iuc. col. 2. C. de iure fiſci, lib. 10. & Luc. de Pen. in l. ſi apparitor, col. 7. C. de cohort. lib. 12. uide Claudium in l. ut vim, col penult. de iuſt. & iure.* De Bottis.

Secus ſi diceret bannitum nunc eſſe abſentem, quia cum fuerit in contumacia, perdurat, niſi purgetur. ff. de uſuris. l. cum pater. de leg. 2. Titia. §. uſuras. Et ex quo erat bannitus ſcire debuit, quod poſt annum poterat ad foriudicationem procedi. Vnde perinde eſt, ac ſi ſciuiſſet, ut ff. ſi cert. pet. l. quod te. nec debebat ſe abſentare, niſi purgaret contumaciam: & probantur præmiſſa in verſi. in tantum ſibi, &c. ¶ Quod autem tentauerint aliqui dicere, quod foriudicatio habet locum tantum in uero contumace, non in ficto, ut ſi citatur

quòd ſe contumacem etiam fuiſſe negare non poſsit, qui nec per ſe tã to tempore cõparuit, nec per alium prætendentem legitimam cauſam ſuæ abſentiæ, & probantem, extitit excuſatus. Nulla ſibi appellationis ſeu ſupplicationis remedia *¹ foriudicatus ſupereſſe cognoſcat.

Quo ad omnia ferè *² pro mortuo habeatur, & hoſtis publicus reputetur, ſicut ab omnib. offendatur impunè. Adeo ꝙ ſi ipſum *³ occide

• 1 ADDITIO. *Limita niſi foriudicatus uellet docere ꝙ ex falſa cauſa & contra veritatẽ fuit foriudicatus. ita eleganter declarat Luc. de Pen. in l. 6. col. pen. C. de cohar. lib. 12. & poſuit poſt Ang. Alex. in l. qui Romæ. §. duo fratres, col. 23. verſi. & ſubdit, de verb. oblig.* De Bottis.

• 2 ADDITIO. *Adde ꝙ talis bannitus non debet habere legitimã. Bal. in l. ſi qua pœna, 2. q. ff. de his, qui ſunt ſui vel alieni iur. & propterea fiſcus eius nomine petere non poteſt. Alex. conſil. 75. 4. col. verſ. confirmo prædicta. 1. uol. Ideo dicebat Bart. in l. ſi adulterium. §. liberto. ff. de adult. quòd perdit iura agnationis & filiationis. de quo uide latè Guil. Bened. in repet. cap. Raynutius, in ver. in eodem teſtamento relinquens, lo primo, nu. 140. An autem occidens bannitum extra territoriũ debeat præmiari, uide Hippol. in l. fi. nu. 5. ff. de iuriſd. om. iud. & an puniatur. ibi, num. 2. & 31. an hoc ſtatutum valeat, quòd quis poſſit impunè occidi, ſi eſt contumax. & an cõprehendatur occidens patrem vel fratrem. & quid ſi poſſit fieri ſtatutum in contumace pro cauſa ciuili, vel criminali ubi non veniret imponẽda pœna mortis & in occidente ſeipſum, & multa alia, vide per Dec. in c. quæ in eccleſiarum. num. 14. de conſtit. & quid ſi plures occidunt bannitum, an omnes conſequantur præmium. Doct. in l. qui filiab. §. 1. ff. de leg. 1. & in l. hoc articulo ff. de hered. inſtit. Guil. Bened. in c. Raynutius. in uer. & uxorem. in 5. deciſ. nu. 47. 48. vide Fely. in d. c. quæ in eccleſiarum. de conſt. ubi latè in quibus caſib. quis non poteſt occidere bannitum. & Cacialup. in repet. l. omnes populi. ff. de iuſt. & iu. Si quis ignoranter occidit bannitum, an poſſit petere præmium conceſſum occidentib. vide Bal. in l. ſi quis heredem. nu. 7. C. de inſt. & ſubſtit. & an odioſus bannito poſſit illum occidere. Gul. Bened. in d. c. Raynut. in ver. mortuo. lo primo, nu. 167.*

• 3 ADDITIO. *An pater poſſit occidere filium bannitum, & quid econtra. Alex. poſt Bar. in l. ſi adulterium. §. liberto ff. de adult. & quid ſi iſte talis bãnitus eſt occiſus extra regnum, an talis homicida poſſit puniri per Iudicem loci. Bald. in Margarita in ver. excommunicatus repellitur, tenet quòd ſic, & idem ſi in eccleſia intra Regnum. ſequitur Paul. de Caſt. conſi. 86. primum quæſitũ, ad finem. ubi plus dicit, ꝙ talis bannitus efficitur inteſtabilis ubique locorum, poſtquam eſt condemnatus per iudicem loci. Sequitur Cotta in uer. bannitus ad mortem. Hippol. in l. fi. nu. 2. ff. de iuriſd. om. iud. & an bannitus, qui toleratur in ciuitate poſſit impunè offendi. Salic. in l. nulli. C. de iud. tenet quòd non: de cuius dicti veritate vide Cottam in uer. bannitus. qui & ibi adducendo Alexan. in cõſi. 114. uol. 1. dicit, quod ſi uxor interficit virum ſuum bannitum, qui tamen erat deletus de banno ob gratiam ſubreptitiè impetratam, non tenetur. & an iſta conſtitutio permittens bannitum poſſe occidi, ſit fauorabilis, vide Fely. in c. non dubium. col. fi. de ſent. excom. & in c. regni, ſiue. fol. 145. nu. 12. & an poſſit venenari. vide Cottam in ver. homicidium. in fi. & Capol. conſi. 34. ubi quid ſi proditoriè occidatur, an conſequatur præmium. de quo Hippol. ſing. 16. & uide omnino modernos in c. regni, frequens, in fi. ubi latè ponunt materiam capientium maleſactores. & an foriudicatus pro delicto. de quo non ueniret imponenda pœna mortis, poſſit occidi, vide Scrib. in c. regni, ſiue quis. nu. 8. cum ſeqq. fol. 144. & quid in occidente bannitum proditoriè, vel ob inimicitiam particularem, vide late per Girard. ſing. 14. & quid in conſcio eiuſdem criminis occidente bannitum, vide Gul. Bened. in cap. Raynutius. in uer. & uxorem. 5. deciſ. num. 48. & ibi quid de eo qui tenebatur ratione officij capere maleſactorem, an debeat præmiari, de quo etiam per modernos in cap. regni. ... Quæro, an bona foriudicati poſſint deprędari, uide Tiraquel. de retract. conuentio. §. 1. in glo. 5. num. 12. an bannitus poſſit impunè occidi ab ignorantib. ipſum bannitum. & an mediante pecunia. & quid ſi eſt cancellatus ignorantibus occidentib. uel ſibi eſt facta gratia, non tamen eſt facta regularis cancellatio. & quid ſi toleratur in ciuitate, vide omnino de his omnibus Dec. conſ. 327. per totũ, & Aymon. conſil. 3. nume. 11. & ibi, an poſſit occidi per alium. An autem ſit peccatum occidere talem bannitũ. vide Tiraqu. l. 9. nu. 4. de legib. connub. & quid ſi ante bannum fecit pacem & fuit facta promiſſio de nõ offendendo, an poſt bannum poſſit occidere. vide Dec. in conſil. 352. num. 9. an autem occidens bannitum virtute huius cõſtit. incurrat infamiam facti, vide Claud. Seyſ. in l. ut uim. in prima lect. nu. 14. ff. de iuſt. & iu. & an de proximo foriudicandus poſſit impunè occidi, vide Hippol. ſing. 106. & an bannitus poſſit occidi extra territorium. Hippol. quod ſic in ſing. 124. & ibi. an conſequatur præmium talis occidens. & quid in bannito carcerato. Bal. in l. libertas. ff. de ſtatu hom. Hippol. ſing. 150. ubi quod non poteſt occidi impunè. An foriudicatus pro periurio poſſit puniri pœna mortis. Barth. de Catua, in addit. in l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de infamib. dicit quòd ſic, quod nõ credo in tali leui delicto. cogita tamen.*

Nota quòd bannitus poteſt impunè offendi, imo meretur præmium, ut in verſi. ſed in. & quod valeat ſtatutum hoc permittens, tenet Alex. in conſi. 114. vol. 1. ubi ſcripſi in dicto conſi. Alex. 114. ſtant ſcripta hæc verba. ſtatutum permittens bannitum poſſe occidi valet & tenet, Bar. in l. 2. quando lic. ſine iudic. adeo quod occidens bannitum qui erat rebannitus per ſubreptionem, vel non erat cancellatus de libro non tenetur, niſi eſſet publica fama de rebannitione, Pau. in l. ſi duo. de acq. hered. & vide Alex. in conſi. 65. vol. 3. ubi latius quàm hic conſuluit ſtatutum valere & rebannitum non tamen cancellatum poſſe ab ignorante impunè offendi, vide Bal. in conſi. 9. ad euidentiam, vol. 3. in nouo, qui format quæſtionem, quando per pecuniam fecit interficere eum qui a prædeceſſore iudice habebat fiduciam. Sed quæro de quæſtione, Baro foriudicauit quendam promittẽs præmium capienti: pone, quòd aliquis occidit vel cepit bannitum exiſtẽtem in terra alterius Baronis, vel in terminis huius cõſtitutionis bannitus erat Romæ vel extra regnum, an erit occidens impunis aut præmium reportare debeat? & certum eſt quòd epiſcopus non poteſt excommunicare ſubditos committentes furtum extra diœceſim. c. fi. de conſt. in ver. & extra iuriſdictionem non eſt parendum. l. fin. de iuriſdict. om. iud. contrarium tamen determinauit ſolus Bald. in quodam conſi. de quo meminit Marſil. ſing. 124. quod not. ad euadendum amicum interficientem bannitum extra ſuam patriam. vide Iaſ. in d. l. fin.

No. ꝙ ſi quis ob contumaciam fuerit bannitus, ꝙ poteſt occidi: & ex hoc corruit ſingul. dictum Bal. in l. ſi mora, in 1. col. ad fin ff. ſol. mat. ubi voluit ꝙ tale ſtatutum non procedit ubi quis eſſet ob contumaciam bannitus, clariſſime poſuit Cotta in ver. ſtatuta. ſequitur hic Andr. 2. col. & nunquid habeat locum in proditorie occidente, & an fiſcus debeat reficere expenſas factas in capiẽdo bannitũ. vide Pet. Girard. in ſing. 14. alias 142. & Corſet. in ſing. in ver. expenſa. in fi. col. 30. & vide hic Andr. in fi. Bal. in c. domino guerrã in ti. hic finit lex. vide quid ſi occidens fuit corruptus pecunia, & alia. Dec. in cõſ. 327. De occidẽte de prox. foriudicandũ, & an ſit odioſum vel fauorabile, per Iaſ. cõſ. 133. vol. 1. De Bot.

• ADDI-

ANDRÆAS DE ISERNIA.

citatur domi † hoc non uidetur verum, nam aliàs nunquam quis foriudicaretur: nam ſtatim commiſſo delicto abſentaret ſe, ut non inueniretur in domo, & ſufficit dare inſtantiam. 1. q. 1. ſicut vrgeri.

ADDITIO. *Et an iuſta confeſſio dicatur ficta, vel uera, de qua hic vide omnino Franciſ. de Cur. in d. conſi. 59.* Cæſar.

† ADDITIO. *Citatio domi ſufficit, ut tenet And. hic, ſed Ang. in conſi. 8. tenet quod fictus contumax non poteſt mulctari, & citatus domi dicitur fictus contumax. l. ab eo, & ibi Pau. de Caſt. C. quom. & quando iud. Bart. in l. fi. de in integr. reſtit. Bart. & Ang. in l. conſenſu. in fine, ff. de appell.*

Sufficit, ſecundum omnes, citatio facta domi, & probat dictus verſic. intãtum ſibi, & c. ibi, qui nec per ſe tanto tempore comparuit, nec per alium præcedente legitima cauſa ſuæ abſentiæ. Dicunt verò quidam, quod hæc conſtitutio eſt contra ius naturale, quo cuilibet datur ſua defenſio: & ideo iure Romano ſemper auditur ſe defendens de crimine. ff. de requir. re. l. 1.

ADDITIO. Defendens. *Vide Bart. in conſil. 107. Viſis omnibus. vbique exceptiones admittantur.* Cæſar.

Hoc verum eſſet, ſi omnino negaret defenſiones, arg. Actuum 25. ibi, non eſt conſuetudo Romanis, &c. vt in ſuperioribus dictũ eſt. Sed limitare, & arctare tẽpus ad ſe defendendũ, hoc non prohibetur, imò conceditur: nam dantur nouem menſes etiam ex vltramarina prouincia ad ſe defendẽdum. C. de dilat. l. 1. & hic indulgetur annus, pro quo eſt. C. de precib. Imper. offer. l. quoties. quod debet eſſe finis litiũ. ff. pro ſuo. l. fi. Videtur aũt dura hæc conſtitutio: quia dicit foriudicatum haberi poſt lapſum anni, ac ſi fuiſſet confeſſus & condemnatus: ſed hi appellant. ff. de appel. l. creditor. §. iuſſus, in glo. ¶ Appellatio verò foriudicato negatur, vt hic in litera, ſed dicẽdum eſt, quod hoc facit contumacia, per quam contemnit & ſpernit iudicem, & prætoris maieſtatẽ, arg. ff. de iuriſdict. om. iud. l. ſi familia. Contemptus † hic facit eum haberi poſt lapſum anni, ſicut ſi eſſet confeſſus & condemnatus, & ei ſimilis: non tamen uere fuit confeſſus: & ſic nihil eſt idẽ, cui id ipſum ſimile eſt. ff. depo. l. quod Nerua.

ADDITIO. Contemptus. *Tu dic quòd hoc etiam fundatur de iure diuino, ut qui non obedierit Principi, morte moriatur. c. 2. extra, de maior. & obed. & dicam infra.*

† ADDITIO. *Vide Hippol. ſing. 12. & purgatur nullitas proceſſus. Hippol. ſing. 387.*

Plus autem punitur ſimilis confeſſo, quàm cõfeſſus verè, propter contumaciam, arg. C. quorum appellat. non recipiun. l. 1. unde inſpicitur cauſa contumaciæ, propter quam eſt confeſſo ſimilis, arg. ff. de donat. l. qui id quod. Et quia habetur pro condemnato, quando capitur

foriudicatus

rit aliquis, nullam proinde calumniam vereatur, ſed præmiũ * a gratia ſerenitatis noſtræ expectet. Ad hoc, videlicet, [a] vt ſi occiderit, aut acceperit [b] bannitum, vel foriudicatum: Siquidem ipſe bannitus, aut foriudicatus fuerit, qui [c] bannitum aut foriudicatum prædictis modis offenderit, aut detexerit latitãtem: bannitionis vel foriudicationis pœnam, quam incurrerat, in prǽmium ſuæ fidei, & probitatis [d] euitet. Secus autem ſi foriudicatus bãnitum tm̃ ceperit: quo caſu, quia eum, qui minori vinculo tenebatur, offenderit, maiorem pœnam, foriudicationis ſententiam ſcilicet, non euitet.

Sed in caſu preſenti, pro Comite, quem ceperit aliquis, qui foriudicatus, vel bannitus non fuerat, centum auguſtales: Pro Barone, quinquaginta: Pro milite ſimplici, 25: Pro Burgenſi, duodecim: Pro ruſtico, ſex, de liberalitate noſtri culminis conſequetur. Offenſionis, vel occiſionis etiam (vt dictum eſt) capienti licentia [e] non negata. De licentia namq; legis offenditur, qui ſubterfugiendi iudicium legis præcepta contempſerit. Quòd ſi fortè motus clemẽtia, qui foriudicatum ceperit, offendere vel occidere noluerit eundem, ſed ipſius mortẽ iudici, cuius ad audientiam pœnam fugiendo, promeruit, reſeruare voluerit, Iuſtitiario qui ipſum banniuerat, [f] aſſignet eundem. Quòd ſi alij Iuſti. vel etiam magiſtro Iuſtit. aſſignatus fuerit: vel ſi ipſe magi. Iuſtitiarius, aut Iuſti. eum receperit, remittatur * ad eum Iuſtit. ſub fida cuſtodia puniẽdum, qui in ip-

● Additio. *Ex his verbis credo quòd nec ſit infamis infamia facti, vt per Claud. in l. vt vim. 2. col. de iuſt. & iure. Quinimo nec quo ad Deum peccat. ita Luc. in l. deuotum, col. 3. C. de meta. lib. 12.* De Bottis.

a *Vt ſi occiderit.* Scilicet, foriudicatum: de quo ſupra proxi. l. locutus eſt. quod autem ſequitur, aut cepit, ſcilicet, bannitum & foriudicatum, ſicut potuit. & hoc ideo, quia foriudicatum licet occidere: bãnitum & forbannitum non, niſi capere & detegere: ſicut euidenter ex hac litera percipitur. Itẽ manifeſte apparet hoc ex eo, ꝙ dicit, bannitus minori uinculo teneri, quam foriudicatus. Itẽ minorẽ dicit eſſe pœnã foriudicationis, quam bãnitionis: ergo propter bannum uel forbãnum non imponitur pęna mortis, quia illa maior eſſe non poteſt. ff. de pœ. capitalium l. reſpon. & l. vltima. Item in euidẽti eſt ratio, quare foriudicatũ licet occidere, non bannitum: foriudicatus enim pro damnato habetur, nec datur ei ſuper principali cauſa criminis licentia defendendi ſe, ut hic dicit. Bannitus uero, cum nec damnatus ſit, nec pro damnato habitus, non poſſet ei pœna imponi, maxime capitalis, vt C. de pœ. qui ſententiam.

b *Bannitum.* Redde ſingula ſingulis, ſcilicet, vt ſi bannitum ceperit, & foriudicatum occiderit.

c *Bannitum.* Redde ſingula ſingulis, ſcilicet, vt ſi bannitum ceperit, aut ceperit, vel etiam occiderit foriudicatum, quod maius eſt, & foriudicatus ceperit uel occiderit foriudicatum, non autem bannitum, ne ſit contra quod ſequitur: ſecus, &c.

d *Euitet.* Vt arg. ff. de re mili. non omnes. §. fi. & facit ff. ad legem Iuliam de amb. l. 1. circa medium. cum concord. ibi no.

e *Non negata.* Maximè ſi aliter eum capere nõ poterat, armorum forte fiducia reſiſtente, vt C. de his qui ad eccleſ. confugiunt. l. 3. & dic vt ibi not. extraordin. Et nota, quòd licet per hãc legem poſſit offendere, vel occidere: Melius tamen facit, ſi eum non occidat, ſed Curiæ eum præſentet, ne notam geminæ ſuſpicionis incurrat, de qua dicitur C. de maleſic. & ma. l. vltima.

f *Aſſignet.* Qui occidere poteſt, multò magis contumelia iuris poterit afficere, vt ff. de adulter. l. nec. §. ius promulgauit. Sic ergo ſentẽtia eſt neceſſariã, cum aliquis petitur foriudicari, ut hic, & ſuprà ead. l. §. ſecus autem. & accuſator debet accuſare contumaciam banniti, & petere quòd foriudicetur, ut infrà eadem l. ubi dicit, foriudicationis poſſit ſententiam impartiri, & ſuprà eod. ti. 2. l. grandis. ibi, & accuſatores arguere, &c.

● Additio. *Bal. in c. 1. ext. de offic. deleg. dicit quòd delegatus ab alio quàm a Principe, non poteſt mulctare, nec forbannire.* De Bottis.

a *Impetrari.*

ANDRÆAS DE ISERNIA.

foriudicatus nõ damnatur vlterius, ſed mittitur ad ſupplicium. Idem dicunt multi in proditore manifeſto, ut non damnetur per ſententiã, ſed mittatur ad ſupplicium, quia ſua mente punitus eſt. C. ad leg. Iul. maieſt. l. fin. Idem dicunt in omnibus caſibus, vbi denegatur appellatio, qui ſunt. ff. de appel. l. conſtitutiones. C. quorum appel. non re. l. 2. Melius dicitur proditores † & alios damnari debere.

† Additio. *No. ꝙ licet proditor amittat dominium ipſo iure, requiritur tamen ſententia pro rebus & poſſeſſione. & intellige, vt in c. ſuper apud Tranum. Adde quod ſemper quando perduntur bona, requiritur ſententia. ita Luc. de Pen. in l. fi. C. de iure fiſci. lib. 10.* De Bottis.

Nam licet dicatur, ꝙ facinorum cogitatione, & conſcientia delictorum multò prius, quàm damnatione amiſit dominiũ. ff. qui & a quibus. l. quæſitum. tamen ſequitur, quòd per condemnationem amiſit, & ſic condemnari debet, ut in Auth. ut nulli iud. §. fi. in fi. ibi, in maieſtatis crimine condemnatus eſt, ſic C. lib. 10. de peti. bono. ſub. l. 1. ſua ergo mente punitus eſt, quia ex tunc perdit dominium ipſo iure, ut dicit Azo in ſum. Vnde ibi bona non alienat, nec manumittit. d. l. quæſitum. ſententia tamen neceſſaria eſt pro rebus. no. in Auth. de inceſt. nup. §. 1. Poſt mortem etiam datur ſententia pro bonis, & dãnatur memoria defuncti, Inſtit. de hære. quæ ab inte. deſe. §. per cõtrariũ. Confeſſus etiã de crimine damnatur. ff. de cuſt. re. l. ſi cõfeſſus.

Sed ſi ex abrupto confitetur quis de crimine coram iudice interrogante ſine libello criminoſus non dãmnatur diffinitiuè, ſed mittitur ad ſupplicium, per ea quæ dicit Azo in ſum. de confeſ. In ciuili datur præceptum in confeſſos huiuſmodi, per l. ſi debitori, quæ loquitur in ciuili, ſed in criminali indiſtinctè loquitur d. l. ſi confeſſus. De rigore tamen iuris non uidetur damnandus is, qui ex abrupto confitetur, cum non præceſſerit accuſatio. Vbi non eſt lis conteſtata, non proceditur ad diffinitiuam. C. de his qui ad ecc. confu. l. præſenti. in glo. ff. de au. & ar. leg. l. Titiæ. ubi dicitur quòd li. conteſtata prætor pronunciauit. Per lit. conteſt. obligatur, in Auth. de exhi. re. §. illud quoque. ubi uero in figura iudicij lit. conte. fateretur, damnandus eſſet. C. de pœ. qui ſententiam. Et ſic poteſt intelligi. ff. ad l. Iul. maie. l. 4. in fi. ibi, confeſſum in iudicio reum, ac per hoc in uincula coniectũ, ſcilicet, vt damnetur. Tutius tñ dicitur ſemper damnandus: † quia non ſic mandatur hominem mori, ſicut ſolui 10. denarios: nam ubi maius periculum &c. ff. de Carb. edic. l. 1. §. ſed & ſi quis. C. de appel. l. addictos. Et qui mori debet audiat ſentẽtiam, ut poſſit appellare, ſi uelit, quia legum adminicula, &c. C. de ſent. præfec. præto. l. 1.

† Additio. *Et ſic tenet quòd confitens maleficium debet per ſententiam condemnari. idem tenet Io. de Platea in l. locorum. col. 2. C. de omni agro deſer. lib. 11.* De Bottis.

Vel alius etiam appellaret pro eo. ff. de appel. non tantum. Illi tamen, qui non condemnant, ſed ad ſupplicium mittunt, debent notificare illi, quomodo mandant illum ad ſupplicium duci, ut poſſit appellare, ſi uelit: nam & a præcepto appellari poteſt. † C. de re iudi. l. 3. ff. de min. l. ait prætor. § non ſolũ. Et ſi hoc in ciuili, multo fortius in criminali. Quid in criminibus ubi ſine accuſatore proceditur, quæ no. ff. de adult. l. 1. §. ſi publico. Si iudex inuenit crimen per inquiſitionem, an pronunciabit? Videtur enim quòd non, prædicta ratione, quia non eſt lis conteſtata. Dic quòd ſi de crimine conſtat ſine aliqua cauſæ cognitione: puta, dũ adducitur latro apud iudicem, uel aliàs reus confitetur.

Additio. *Quid ſi non conſtat contra bannitum, an poſſit exequi? Albe. in l. raptores. C. de epiſ. & cle. quòd exequitur.* Cæſar.

† Additio. *Adde Imol. in l. fi. § iuſſus. col. pen. de appel.* De Bot.

Aut dum iudex examinat teſtem, inuenit uariantem & falſum, uel producentem falſam ſcripturam, quibus caſibus ex officio punit. C. de teſti. l. nullum. & de proba. iubemus. ſine ſententia mandet precepto ſuo mutilari manum periuro, uel pœnam aliam debitam inſligi, quia hic non fuerunt partes iudicis. ff. ad l. Aqui. l. proinde. in fine. Sed ſi cum cognitione cauſæ conſtaret de crimine: fecerat enim iudex inquiſitionem, reus delatus dederat defenſiones ſuas, eſt conuictus in forma iudicij, licet non ſit lis conteſtata, tamen habẽtur hæc actitata pro lit. conteſtat. uel quaſi, ar. in Auth. ut omnes obe. iud. §. ſi uero, & quod ibi no. in glo. pro quaſi conteſtatione eſt. C. ubi in rem act. l. 2. & tunc pronunciauit condemnando: quia ſic dicitur. C. de epi. & cle. l. ſi quis. in hoc eſt ar. ff. de confir. tuto. l. 4. ibi, idoneus pronunciatur &c. ¶ Stando enim ſic in iudicio, quaſi obligatur. ff. de pecu. l. 3. §. idem ſcribit. Hæ enim ſunt partes iudicis, de quibus dicitur in d. l. proinde ſcilicet, actitare, & ſimilia. Quid ſi foriudicetur ante annum, an poſt anni lapſum foriudicatio cõfirmatur? quod uidetur, quia ſi iudex in plus condemnat, ualet. ff. de his qui no. inſa. l. quid ergo. §. pęna grauior. ſed plus dicitur etiã in tempore. Inſtit. de actio. §. plus. ¶ Itẽ ſi iudex interponat ſm decretum ante tempus, ſi quidẽ contra minorẽ, minor reſtituitur. ff. de dam. infec. l. ſi finita. §. nõ ſtatim. & §. ſi fortè. ergo ualet ſñia, quia ſi eſſet ipſo iure nulla, reſtitutio nõ haberet locũ. ff. de min. l. in cauſæ. Si contra maiorẽ appellabit maior, ubi minor reſtituitur. ff. de minori. l. præſes. ergo ualet ſñia, quia ſi eſſet ipſo iure nulla, non eſſet neceſſariũ appellari. ff. de app. l. ſi expreſſim.

a *Impetrari*. Non ergo ipſe erat iure foriudicatus poſt excurſum anni, vt quidam dicunt, vt probatur hic, & ſupra eo. circa prin. ibi, per bannitorem eundem foriudicari debebit: nec enim neceſſarium eſſet impetrari licentiam foriudicationis, ſi eſſet ipſo iure foriudicatus poſt annum, ut C. de theſaur. l. 1. Sed quæro, a quo poterit impetrari? & videtur quod a quolibet de populo, quia cũ quilibet poſſit eum capere, quod magis eſt, vt ſupra ea. l. poſuit, multò magis poterit petere, vt foriudicetur. ff. de reg. iur. l. non debet. & quod magis ſit capere, quàm petere vt foriudicetur, patet ex eo, quod facilius permittitur vocare aliquem in ius verbo, quàm re, vt C. de offi. diuer. iud. l. 1. & ff. de in ius voc. plerique. & l. ſatis. & l. ſed & etiam. & l. ſed his. in ſum. C. de in ius voc. plerique. §. qualiter. Vel forte dici põt, q foriudicatio nõ poſſit peti, niſi ab aduerſario, & quia ei debita eſt vindicta, vt C. ad Turpillia. l. vlt. & quia certa ſunt iudicia publica, inter q̃ hoc nõ numeratur, vt ff. de publ. iudic. l. 1. & 4. & Inſti. eo. §. ſi quidẽ. & § ſi aũt. C. qũo & quan. iudex. ſi vt proponis. & l. cõſentaneũ & de accuſat. ſi accuſatorib.

b *Simili pœna*. Vt ſi aliquis receptauerit bannitũ, & eũ non exhibuerit requiſitus, bannitur: ſi receptauit foriudicatum, foriudicetur: ſed nũquid talis pœna ipſo iure infligitur, an per ſniam? credo per ſniam.

• Addi-

ſum bannitionis, & foriudicationis ſententiam promulgauit. Foriudicari autem bannitus debebit per Iuſtit. qui bannitionis & foriudicationis pœnã edixit, vel ſi ad ipſum Iuſtitiarium ex locorum fortè diſtãtia non poſſit facilius haberi recurſus, authoritatem iſtã noſtræ præeminentiæ reſeruamus, vt a nobis, vel ab eo, cui vices noſtras † propter abſentiam fortè noſtrã gerendas commiſerimus, foriudicationis poſſit ſententiam [a] impetrari, vt tamen ad ordinarium (vt dictum eſt) recurſus primitus habeatur. [b] Simili pœna * bannitionis, aut foriudi-

† Aliâs, in regn.

• Additio. *Vide ad iſtum §. Doct. in l. 2. ff. de recept. And. de Iſer. & Bald. in c. 1. §. receptator. de pace iur. firm.*

Vide ad materiam huius conſtit. Pet. Duen. in Reg. 68. vbi ponit 9. amplia. & 10. limit. Et habetur quaſi tota materia & declaratio, quando poſſint banniti offendi, & quando non. Et ſi debentur bannito alimenta a patre, vel filio, vel vxore. Vide omnino ibi, & per And. in conſtitut. patres pro filio, ſupra primo lib. Et an mulier pregnans bannita poſſit impunè occidi, Bal. in l. Imperator, in 2. lect. ff. de ſtatu hom. dicit quod ſic. Quid ſi promittens non offendere bannitum ſub pœna conuentionali ipſum occidat, an teneatur ad pœnam conuentionalem. Bald. in l. 1. C. quando lic. ſine iud. vind. Alber. Brun. in ſuo Repert. in ver. pax, in princ. & in verſi. occidens eum. & de ſtatutis dantibus præmia præſentantibus bannitum, vide latiſſimè Alber. Brun. ubi ſupra in ver. præſentare. Et limita non habere locũ in filio, & vxore occidente, nec in extraneo adſiſtente ſecum filium forbanniti, Areo. caut. 5. An requiratur ſententia foriudicationis ad hoc vt occidens foriudicatum conſequatur præmium huius Conſt. vide Aff. hic. no. 12. qui tenet quod ſic. An autem debeat verificari hæc ſententia, vide Bart. omnino in l. inter omnes, §. recti, de fur. De Bottis.

a *Occultatores.*

ANDRÆAS DE ISERNIA.

Additio. Appellabit. *Et an poſſit ſupplicare foriudicatus? Alex. conſi. 77. 3. 2 olum. & an pendente appellatione poſſit offendi, & quid ea deſertat Alex. conſi. 36. 4. 2 olu. verſi. confirmatur.* Cæſar.

Et quod fieri non debuit. Factum tamen tenet. ff. de interdi. & rele. l. relegatorum. §. ad tempus. quãdo appel. ſit. l. 1. §. biduum. In quo generaliter Doct. diſtinguũt, q ſi lex ſtat in finibus prohibitionis expreſſe, vel tacite, habet locum dicta regula, ſecus ſi vltra procedat, dicens factum contra legem nullum eſſe. C. de legibus. l. non dubium. Verius dicitur q non, propter regulam l. quod ab initio. ff. de reg. iu. & per prædictam l. non dubium, & in Auth. de non alie. §. vult enim. Talia quidem tempora a legibus præfinita iudex non minuit. C. de appell. auth. hodie. in glo. unde intra annum annotationis bonorum fiſcus bona banniti occupare non poteſt. ff. de requi. reis. l. 1. in fi. & l. annum. C. eod. tit. l. 1. & 2. ¶ Expreſſe ergo prohibetur quod infra annum non fiat, ergo ſi fiet contra legem mandatum nullum erit, d. l. non dubium. C. lib. 12. de agr. & cenſi. l. quemadmodum. Tempus autem non eſt modus tollendæ, vel inducendæ obligationis: pro quo eſt ff. de actio. & oblig. l. obligationum. §. placet. Et vitiatur res ſi peruenit in eum caſum, a quo incipere non poteſt. ff. ad leg. Aquil. quia in eum. ¶ Vtrum autem Rex Regni poſſit ſtatuere, † vt ante annum fiat foriudicatio? dic q ex cauſa delictis inualeſcentibus per multiplicationem poſſit, pro communi bono, vt malorum coerceatur audacia, loco, & tempore conuenienti legem poſitiuam contrariam ponere per communem regulam legis, digna vox. C. de legibus, & Inſtitutionibus, quibus modis teſtamenta infirmentur §. fin.

† Additio. *Vide Luc. in l. diua memoria, col. fi. C. de decur. lib. 10. vide q. tactam per And. in c. 1 col. fi. quo tempore miles.* De Bottis.

Dummodo det moderatum tempus ad defendendum ſe, aliàs eſſet exhaurire, & defenſiones omnino tollere, quod eſſe nõ debet, d. l. quoties. Item videtur eſſe nolle reum defendi, & eum arctare in tempore, in quo non ſe poſſet defendere commodè. Sicut idem eſt nolle vendere, & immenſum precium poſtulare. ff. de leg. 3. non dubium. & ſi Rex hoc ſtatuit de bonis non remouet, vt ſi reus non veniat, vt ante annum perueniat ad fiſcum, quia lex priuato commodo condentis poni non debet, 4. diſtinct. c. erit. ad quod eſt c. fratre. alias, fact æ. & ff. de pœn. aut facta. §. fin. de extraord. crimi. l. 1. & l. ſaccularijs. §. ſunt quædam. ¶ Sed ſi in particulari bannito citato propter enorme delictum vellet eum Princeps foriudicare poſt tres menſes, quos ad defendendum conſtituit, argum. d. l. 1. de dilationibus. illud videtur rationabiliter obſtare, quod abſens reus bannitus receſſit, quãdo non erat ordinatum per Principem foriudicationem fieri ante annũ, ſperauit in iure communi, q vſq; ad annum haberet poteſtatem cõparendi, & ſe purgandi, non debuit diuinare, q Princeps in eo faceret nouum ius. arg. ff. ad leg. Aquil. ſi putator. damnabitur mortis ſententia qui ignorabit, cum & ſi poſt ſententiam, lex alia promulgaretur, non trahitur retro, in Auth. vt cum de appellatio. cognoſcitur. §. 1. Lex erit huiuſmodi ordinatio Principis. arg. C. de legi. l. ſi leges autem inſtituuntur, cum promulgantur. 4. diſt. c. leges. Et ſi dicatur debebat ſcire Principem poſſe tollere legem etiam in particulari, q ad præterita trahitur, ſi Princeps id dicat. C. de legibus. l. leges. ſi debuit ſcire Regem id poſſe, non debuit ſcire Regem id velle, cum Rex non frequenter, aut raro id faciat, multò plus, ſi nunquam feciſſet. Debemus quidem intelligere illud, quod ius intelligit. ff. de ſeruit. l. ſi cui. de ritu nupt. l. quamq̃. ſed iura non intelliguntur in aliquo inſolito, nec aptantur ad rara ff. de vſuca. l. iuſto, de legi. l. nam ad ea. inueſtem eſſet tunc ignorantem obligari pœnis. C. lib. 10. de tab. l. generali. nec offendit qui ignorat. ff. loc. ſi ignorans. Leges quidẽ debent eſſe æquales, & æqualiter omnib. tribuere ſecuritatem. ff. de pœn. l. capitalium, §. ad ſtatuas. iniuſtus Rex non poteſt. arg. 22. q. 1. c. faciat. cuius proprium eſt, iuſtitiam facere. 23. quæſt. 5. c. regũ. Itẽ forte confidebat reus abſens ſua innocentia, timens iram iudicis, & potentiam inimicorum, his caſibus, & ſi proceſſiſſet foriudicatio reperta innocentia Princeps remittere deberet condemnationem ſeu foriudicationem. ff. de quæſt. l. 1. §. fin. de pœn. l. diui fratres. in fine.

Hoſtis publicus reputetur. Hic impune occiditur. ff. de ſicar. l. 3. §. fin. & ſic ſi ſcio foriudicatum, teneor eum indicare, ſicut hoſtem publicum, & proditorem, in Auth. vt hic. matri & auiæ. §. ſi verò contra imperium. In poteſtate eſt illius, qui capit foriudicatum, velit eum occidere, aut Curiæ aſſignare. Ratio eſt, quia iam damnatus eſt.

Additio. *Et quomodo intelligatur ſtatim permittens occidere bannitum? Alex. conſi. 167. in 3. vol. vbi quid ſi bannitus erat clericus, vel obtinuerat gratiam, & non erat cancellatus ab actis.* Cæſar.

In alijs criminoſis, ſi poſſit capere, non debet occidere. ff. ad legem Aquil. l. ſed & ſi quæcunque. in princ. ¶ Quid ergo ſi capiens foriudicatum ſuſpendat eum in arbore? negari non poteſt eum occidiſſe, quia ſatis occidit, qui ſtrangulat. ff. ad Syllania. l. 1. §. occiſorum. Sed ſi ſuſpenſor diceret ſe habere merum imperium, & tanquam iudex, cùm non eſſet, hoc fecerit, vſurpans, quod ſuum non eſt, tunc teneretur, etiam ſi non occidiſſet, ſed leuius puniſſet, diximus ſuprà de homicid. l. terminum. ¶ Nunquid Comes foriudicatus capiendo vnum foriudicatum non Comitem liberetur? Videtur quòd debeat capere foriudicatum ſimilem ſibi, alioqui vnus Comes magnus vir, ſi hau di, foriudicatus procurabit foriudicari vnum ruſticum, quem poſteà capiet, & liberabitur: Tollenda eſt occaſio malignandi, Inſtit. vi bonorum raptor. §. ſed nedum. Sed conſtitutio hæc ſimpliciter loquitur, non faciendo diſtinctionem in foriudicato capto, an ſit eiuſdem conditionis, qua & capiens. Omnes. n. habentur pro mortuis, & hoſtes publici ſunt. Comes per foriudicationem perdidit dignitatis honorem. C. vbi ſenatores vel clar. l. 1. Et pœnæ ſunt potius demolliẽdæ, quàm exaſperandæ. ff. de pœnis. l. interpretatione. Sic conſueuerunt facere inquiſitores Hæreticorum, & Patarenorum, quando hæreticus hæreticum capit, aut detegit: arg. ff. de re milit. l. non omnes, §. fin. & ad leg. Iul. de ambi. l. 1. §. 1. & de recept. Patarenorum. l. 1 in fi. ¶ Quod autem dixit, aut detegit latitantem, vel per eum ſteterit, quo minus, &c. intelligendum eſt cum effectu, vt Curia ceperit eum latitantem, vel per eum ſteterit, quo minus cepit, cùm poſſet. Nam ſi Curia eſſet negligens mittere & capere; ad quid tenetur? C. de his qui lat. l. 2. ſatis eſſet huic detegenti. arg. ff. de verb. ſign. l. adeo. in fi. & l. ſeq. §. ſi præſes. Secus ſi dicat quis Curiæ: Talis foriudicatus eſt Romæ, vbi Curia de iure capere non poteſt, quia extra fines Regni, vel in alio loco infra fines Regni, vbi de facto ire non poteſt ad capiendum eum. Oportet, quod inſtruat iudicem detegens, vt detectio

non ſit

cationis in receptatores, aut [a] occultatores eorum, qui tales [b] occultaſſe dicantur, proculdubio imminente, ſi reos huiuſmodi exhibere non curauerint requiſiti. Quòd ſi uniuerſitas [c] aliqua hoc fecerit, noſtro iudicio [d] reſeruetur, vt ex qualitatibus perſonarum, & locorum ipſorum, in vniuerſitatem ipſam Iuſtitia præuia procedatur.

a *Occultatores.* Nunquid hoc idem erit contra receptatores † aliorũ ſuorum, vel homicidiariorum, & ſimilium, vt receptatores ipſorum ſimili pœna puniãtur, ſicut hic dicit, & per hoc ſit immutatum, quod dicitur. ff. de receptat. Credo quòd non, quia hæc conſtitutio ſpecialiter loquitur in receptatoribus bannitorum, ſicut hic dicitur: ſic ſpecialiter loquitur in receptatoribus, & complicibus ſiue fautorib. Patarenorum, & contra eos ſpecialiter pœna ſtatuitur ſup. de rec. Pa. conſti. 1. Si ergo ſpecialiter loquitur, non debet toti generi derogare, vt ff. de pœnis. ſanctio legum. & quod non mutatur, &c. vt ff. de appel. præcipimus. Si enim in his caſibus lex ſpecialiter loquatur, remanet in alijs ius commune, vt ff. ad municip. l. 1.

† ADDITIO. *Qua pœna tenetur hodie receptans bannitum, vide per cap. Ducis Calabriæ, quod incip. creſcit culpa.* De Bottis.

b *Occultaſſe.* Ad idem C. de his qui latrones vel alijs criminibus reos occult. l. 2. & C. de falſa moneta l. 1.

Requiſiti. Ex hoc uerbo poteſt colligi, quod non tenentur vltro & ſponte offerre, cùm debeãt requiri, & probatur hoc. ff. ex qui. cau. ma. l. ait prætor. §. hæc aũt teſt. & l. ergo. & ff. ex qui. cau. in poſ. eatur. l. hoc autem. §. 1. & ita eſt contra C. de his qui latro. uel alijs cri. reos. l. 1. & 2. Sed dic illud eſſe generale, vt ex rubrica colligitur, & ex textu, legem vero iſtam reſtringe in ſuo caſu.

c *Aliqua.* Concord. ſup. de ma. clandeſt. l. 1.

d *Reſeruetur.* Quid ergo erit ſi vniuerſitas receptauit, nunquid Iuſtitiarius de hoc cognoſcet, an Princeps? Reſpon. credo quod Iuſtitiarius poteſt de hoc cognoſcere vſque ad ſententiam, deinde totum proceſſum mittat ad Principem: nam Iuſtitiarijs videtur iniũctum, vt ipſi referant, per conſtitu. infra eod. cordi. & non debet referri aliquid, quod ad inſtructionem indigeat, vt C. de rela. l. 1. Sic ergo de neceſſitate ipſe Iuſtitiarius cognoſcet vſque ad ſententiam, ſicut dixi, & in caſu ſimili loquitur conſtitutio, vt Iuſtit. cognoſcat vſque ad ſententiam: deinde referat totum proceſſum ad Curiam, vt Rex iudicet, ut ſupra de officialibus reprobatis, præſides.

De re-

ANDRÆAS DE ISERNIA.

non ſit verbalis tantùm. arg ff. ad leg. Iul. maie. l. in quæſtionibus, & quod quiſq; iur. l. 1. § hæc autem verba. Locus. n. latitationis detectus debet eſſe idoneus, quantum ad capiendi facultatem, arg ff. ſi de nox. cauſa agatur. l. 1. qui ſatiſdare cogantur. l. 2. Et arguere non ſolũ eſt accuſare, ſed etiam conuincere. ſic C. mand. ſi maritus. de accuſ. ſi quis homicidij. ff. ad Syllan. l. ſi quis. §. ſi ſtipulatus.

In receptatore. Quærit glo. vtrum ſit idem in receptatoribus aliorum criminoſorum?

ADDITIO. *Vide pragmaticam Regis Catho. vbi habes limitationes per me.* Cæſar.

Sed hæc non facit ad hoc: quia loquitur quando receptantes requiſiti non exhibent reos, quos receptant: ſed ſi receptatus non reperitur, habet locum ius commune: de quo dic vt diximus ſuprà de recept. Pataren. ¶ Cum autem dicit ſimili, ſed non tanta. Vel ſimili. i. eadem, ut notatur. ff. de recepta. l. 1. & hoc ſi receptator fuit ſciens, non aliàs, vt ibi notatur. ¶ Sed quomodo accuſabitur receptator, ſi receptatus occiderit hominem, an teneatur l. Corn. de ſicarijs? non videtur, ſicut & in Commentarienſi. C. de cuſtodia reor. l. ad Commentarienſem. in glo. ſed receptans & occultans proditorem nõ tantum puniuntur. ff. de pœn. l. Metrodorum. Hodie autem per conſtitutionem nouam regis Caroli I. quæ incipit, nuper apud Tranum poſt quod cap. ſucceſſit cap. regis Roberti contra receptatores, quod incipit, licet contra receptatores eſt eadem lex & pœna, ex quo reſultat, quod qui poſſet accuſare proditorem, poſſet & receptatorem: & idẽ in foriudicato, qui hoſtis publicus reputatur.

Quòd ſi uniuerſitas. Dicit gl. & bene, q. Iuſtitiarius de hoc cognoſcet, & cauſam inſtructam mittit ad Principem, pro quo eſt C. vbi ſe. uel cla. l. quoties. de dig. l. ſi grauius. lib. 10. & de exhib. re. l. 1. ¶ Sed quod dicit, remittit pœnã bannito ſi capiat bannitum, videtur intelligi de pœna criminis, ut ab ea liberetur. ff. de re mili. l. nõ omnis. §. fin. ad leg. Iul. maieſt. quiſquis. in fi. & C. de fal. mone. l. 1 §. & accuſatorib. Sed nimis eſſet magnũ præmium. poſſet. n. eſſe, q. capiens eſſet nocens, & nõ captus. vnde ſatis erit remitti pœnam banni. Nã litera dicit pœnam bannitoris, &c. non dixit pœnã criminis. Pœna banni inter alia erat infamia ſaltem de facto. C. de requir. reis. l. fin.

ADDITIO. *Adde an bannum infamet, vide per Saly. l. ea quidem. C. de accuſ.*

Sic remittitur infamia ambitioſis ff. ad l. Iul. de ambi. l. 1. §. pro quo eſt. ff. de cuſt. reor. l. in eos. § fi. ¶ Conſtitutio hæc quamuis ſit per quam dura, ſeruatur. ff. qui & a qui. l. proſpexit. durities eius apparet per præmiſſa. Quia cõtumaciæ imponitur hæc pœna, nõ crimini. Nõ eſt proportionata pœna culpæ, quod eſſe deberet: nam pro quantitate peccati debet eſſe plagarum modus. Deuteron. 25. C. de pœnis. ſancimus. propter crimen probatum nõ eſſet pœna mortis, qñ accuſaretur q. vulnerauit, & non occidit. Item mandat cõſtitutio occidi foriudicatum per quemcunque, cum & ſi damnatus eſſet de crimine ad mortem per iudicẽ, deberet ire tute ad locũ ſupplicij. C. de appell. l. addictos. & ſic tenetur de occiſo pro vulnerato ad mortem, vt viuere non poſſet, ſicut de alio homine. ff. ad leg. Aquil. ita vulneratus. in princ. quamuis non videatur dari damnum perituris ædib. ff. quod ui aut clam. l. ſi alter. §. eſt & alia. & 2. Reg. 1. de Saul percuſſo ad mortẽ, vt non poſſet viuere poſt ruinã, & occidi ſe petente per ſeruũ Amalechitam, quia Dauid mandauit interfici occiſorem Saul. Item reputat eſ. hoſtem publicum. qui ſunt illi, qui contra Principem vel rempu. hoſtili animo animantur. ff. ad leg. Iul. maieſt. l. fin. C. de bonis lib. l. 1. ſed non eſt animari contra Principem, qui ad mandatũ Principis ad iudicium nõ venit, cum frequenter non ex cõtemptu, ſed timore potentiæ aduerſarij, uel iræ iudicis, quis latitat. Et ſi ex contẽptu latitaret, eſſet culpa in nõ faciendo, & omittẽdo uenire ad iudiciũ, quæ nõ eſt ita grauis, ſicut in cõmittendo cõtra Principẽ, per ea, quæ dñr in gl. ff. ad Syll. l. 2. ¶ Hodie qui receptat hoſtem publicũ, punitur eadẽ pœna, etiã in bonis per conſtitutionem Regis Caroli, quæ incipit, ad vindictã. ¶ De iure Romano. no. ff. de pœnis. l. Metrodorum. Nã tenetur capere quilibet uidẽs eum: & ſi nõ capit, vel non clamat, vt capiatur, punitur grauiſſimè in perſona, & reb. Hæc similiter dura eſt, vt exponat ſe priuatus captioni alterius, vel clamori, qui timeret ne ille eum occideret. Et hoc q. de facto põt occidi quis intuẽdum eſt, vt ff. quod me. cau. nec timore. Princeps ſuis ſtipẽdijs dẽt capere malefactores: ideo. n. habet tributa. & redditus regni, vt ſeruet & faciat ſeruari iuſtitiam, ad Rom. 13. Lex debet eſſe rationabilis. 2. diſtin. conſuetudo. non priuato commodo ponentis. 4 diſtinct. erit.

ADDITIO. *Adde quòd ſi lex eſt irrationabilis & nutritiua peccati, perdit nomen legis, & appellatur peſtis, ſecundum Felin. in cap. ad noſtram. in vlti. no. de probat.*

Vbi commode poſſet, iuſtum eſſet, nõ autem ſe morti deberet exponere, etiam vaſallus propter dominum, in tit. quib. modis feudum amitt. in princ. dixit gl. & plene diximus de hoc in tit. de pace tenen. l. ſi quis hominem. Et ſic eſſet intelligenda dicta conſtitutio, maximè, quia dicit, vbi poſſet eos capere, poſſet, i. commode. ff. de verb. ſig. l. Nepos Proculo. in fi. & in l. proſpexit, qui & a quib. nil graue eſt, niſi quia differtur manumiſſio donec ſciatur, qui ſunt torquendi: nam & abſentes poterant participaſſe conſilium occiſionis cum præſentibus, moratoria non curantur. C. de precibus Imperat. offeren. l. quoties. vnde bonus Princeps ſi uideat, quod ſine offenſione non potuit capere, vel clamare, non puniet. & ſic ex perſona condemnatio moderabitur, argum. de negotijs geſtis. l. Pomponius.

P*Oenam eorum.* Indiſtinctè loquitur non facta mentione eius, qui eũ accuſauerit: vnde ſufficit, ſi foriudicetur poſt lapſum annũ edicti & bannimenti ſine petitione accuſatoris: inde eſt, quod magna curia in ſententia foriudicationis non citat foriudicandorum accuſatores: arg l. cum pater. de leg. 2. & l. Titia. Barth. de Capua.

Ibi, foriudicari debebit. Hoc intellige ſecundum quod loquitur c. Regis Caroli II. quod incipit, ſiue quis ſit forbannitus. ibi, vt præſcriptum eſt. ſuprà in conſti. grandis. § eos.

¶ Ibi, ad aliquid indicij. De iure communi foriudicatus poteſt eſſe in iudicio ad opponendũ exceptionem, & ad defendendum, in l. hi quoq;. ff. de in ius voc. in gl. magna. in fi. ibi, & no. quod in foriudicatione, hoc eſt etiam de iure cõi, vt in l. cum ancillis. C. de inceſt. nupt.

In gl. in ver. occiderit. ibi, foriudicandum non capere. Hoc modificatur in conſtit. ſeq. quæ videtur iubere quòd poſt duos menſes poſſit offendi, vt ibi patet.

¶ In glo. in ver. occultatores. ibi, pari pœna. Dic quòd ſic, vt in c. licet receptatores i. contra receptatores. Pet. de Monteſ.

In glo. magna ibi, in quibus duæ feruntur ſententiæ. No. hic argumentum, quod lata ſententia in cauſa principali, & condemnato reo uel actore in expenſis, non citatur vlterius damnatus ad uidendum taxationem expenſarum: ſed taxatur in abſentia, & fit executio poſt dies decem, & non poteſt appellari. Pet. de Monteſ.

In ver. foriudicari. Sed quæro, pater meus uolens accuſare de inſultu cum armis per te facto in perſonam ſuam, fecit te citari, fuiſti contumax, & bannitus, mortuo patre, modo ego filius ago, & peto te poſt annũ foriudicari ſm tenorẽ huius cõſtitutionis, quæritur an poſſim? & vr̃, q. non, arg. ff. de accuſat. l. libellorum. ad fi. & C. ſi reus uel accuſ. mor. l. fi. quod an ſit uerum, inquire per te. Barthol. de Capua.

Super

† *Aliàs, Vt liceat bãniſto infra duos mẽſes redire, & ſe Iuſtitiario aſſignare.*

De redimendis captiuis.
Rubrica.

a CLementia. Bannitus infra duos menſes a banni tempore computandos poteſt ſecurè comparere in iure, nec aliquis poteſt impune eum offendere, poſt illud tempus impune offenditur. Nam cũ infra duos menſes tantum prohibetur offendi, de cætero permittitur impetrata tamen ſecuritate Iuſtitia. poteſt comparere iuri, & ſuam innocentiam excuſare,

† *Aliàs, Idem Aug.*

præſtita tamen prius idonea cautione & reſeruatis expenſis actori. Eſt ergo differentia inter bannitum & foriudicatum, quia ille poteſt offendi impunè, iſte vero poſt duos menſes. Item nec poteſt ſecuritatẽ habere. Item ille non auditur volens excuſare ſuam innocentiã, vt ſ. prox. cõſtit. ſed hic ſic ẽt poſt duos mẽſes, & meritò plus ille punitur, quia creſcente cõtumacia creſcere debet & pęna, vt C. de pat. pot. l. 3. & iſta cõſt. ſicut ſuperior, continet ius nouũ.

ADDITIO. *Adde c. at ſi clerici, & c. cũ nõ ab hom. de iud. c. quoniã, vt lite nõ cõteſt. Car. Zab. in c. pręterea. 1. no. de iu. pa. & cõtumacia facit litem haberi pro cõteſt. quando pars non vult litẽ conteſtari, ſecũdum Bart. in l. ſcire oportet. in §. ſufficit. ff. de excu. tut. Inn. in c. ſtatuimus. de elect. dic ꝙ hoc debet intelligi vbi nõ requiritur vera litis cõteſtatio, ſed quaſi, vt in l. 2. C. vbi in rẽ act. Sup.*

De † redimendis captiuis.

TITVLVS IIII.

Bannitus infra duos menſes a die banni, non poteſt perſonaliter capi, ſed ſtat ſecurus per dictos duos menſes, quibus elapſis poteſt capi de perſona, & ſi capitur non auditur in ſuis defenſionibus niſi refectis damnis, & expenſis ſuo aduerſario taxandis per iudicem, præſtito prius iuramento eius aduerſario: ſed ſi non capitur, & vult purgare ſuam contumaciam, faciat, prout hic dicitur in tex. hoc dicit in effectu. Matthæus.

† IMPER. FREDER.

CLementiæ [a] * imperialis veſtigijs inhærẽtes, præſentis legis authoritate, bannito cõcedimus poteſtatẽ, infra duos mẽſes a die bãnitionis continuo numerandos, abſq; alicuius offenſione, liberè, & authoritate propria magiſtri Iuſtit. vel Iuſtitiarij qui eũ banniuerat, ſe cõſpectui pręſentare. Omnib. regni noſtri fidelib. expreſsius inhibẽtes, vt infra prædictum tẽpus in perſona, vel rebus ipſum offendere nõ præſumãt, qui cõtrafecerit, pro qualitate delicti, perinde puniatur, ac ſi quẽlibet aliũ, qui ſubiectus banno non eſſet per iniuriã offendiſſet. Poſt prædi-

* ADDITIO. *Vide cap. quod incipit, ſiue quis, de foriud. ante rub. de bonibus aratorijs.*

a Receptis

ANDRÆAS DE ISERNIA.

Super ver. defendendi. Poſſunt tamen ſententiam foriudicationis dicere nullam, ar. de re iud. l. 4. §. condemnatum. Barth. de Capua.

Sed quid ſi officialis non habet ſufficientem familiam ad capiendum? dic quòd poteſt implorare brachium ſubditorum: facit l. ſi uiro. de adulter. Barthol. de Capua.

Pœnam. Vide c. regni, ſi foriudicatus. Petrus de Monteforte.

In tex. ſi quis. No. hic ex infraſcrip. tex. in bonis eiuſdem confiſcatis, quòd a die banni editi numeratur annus, etiam quo ad bona: & ad hoc concordat conſtitutio regni, Grandis. circa fi. Marinus.

In tex. & probantem. No. quod excuſatio quæ opponitur pro aliqua perſona, debet probari. Sed nunquid ſacramento opponentis, an legitimo modo? dic ut ſuprà de lite. citat. conſtit. 1. in extraord. ibi, ſignata. Idem eſt in exceptione hoſtica, quæ opponi & probari debet, ut infrà de excep. hoſt. l. 1. in princ. Marinus.

In tex. cognoſcat. Sed nunquid Imperator poſſit remittere foriudicato propter iſta uerba? dubitatur: ſed dic, ut no. extra ordinem, in Auth. de non alien. §. ad hoc. Petrus de Monteforte.

In glo. mag. Iſta gl. nihil facit, niſi quia diſputat an bannitus poſt annum ſine noua citatione poſſit ex priſtina contumacia, ſententialiter foriudicari: & in fine concluditur, quod de iuris rigore poteſt: de æquitate tñ eſt iterum citandus ad ſñiam foriudicationis. Marin.

In gl. qui. ibi, & petere ꝙ foriudicetur. No. ꝙ accuſator debet accuſare contumaciam banniti, & petere quòd foriudicetur: quia ſecundum ueram opinionem poſitam in gl. ſequente, & ſuprà in gl. foriudicatio non poteſt peti, niſi ab aduerſario, ut in eadem ſequenti glo. ponitur. & no. hic glo. quòd ſententia eſt neceſſaria ad foriudicationem. Barthol. de Capua.

In gl. 1. No. caſum in quo filius nõ dẽt alere patrẽ: nec ẽcõtra. Mar.

Quæro nunquid foriudicatus poſſit procuratorem ordinare ad dicendum ſententiam foriudicationis nullam? gl. eſt ordinaria. 3. q. 6. c. hoc quippe. Item contra abſentem proceditur ad ſñiam foriudicationis, & ꝙ ubicunq; quis abſens poteſt damnari, ibi põt per procuratorem defendi. l. ſeruum. §. publice. ff. de procu. Item quia grauatur, ꝙ abſens condemnatur, quod eſt contra. l. abſentem. ergo in hoc releuetur, quòd poſſit procuratorem ordinare, arg. l. cum qui. ff. de iureiur.

In tex. ab omnibus offendatur impune Sed nũquid occidens foriudicatum, iam per officialem captum, puniatur? uidetur quod non: quia lex uidetur hoc permittere, ac ſi non puniatur, arg. C. de adult. l. Gracchus. ff. eod. l. miles. §. fin. Contra quod ſic: quia ideo permittitur offendi foriudicatus, quia non poteſt per eius abſentiam publica vindicta fieri, quo capto uidetur huius permiſſio reuocata. ff. de fideiuſſo. l. ſtipulatus. ff. in diem addict. l. ſi venditor. §. ſed etſi. de fi. commiſ. l. per emptorem. & quia ceſſante cauſa, &c.

Dic ꝙ eſt puniendus, arg. ff. de iu fiſ. l. cuncto. §. id autem. ff. de pęn. l. aut facta. §. quiſquis. pro quo eſt expreſſum. C. de malef. & mathe. l. fi. Item quia quamuis permittat lex hoſtes occidi, vt ff. ad l. Cornel. de ſic. l. 3. §. fi. tamen poſtquam capti ſunt, non licebit, ff. de ſta. homi. l. libertas. §. ſerui. Inſti. de iure perſo. §. 1. Barth. de Capua.

Sed quæro iuxta prædicta, an quemlibet foriudicatum liceat occidere, utpote foriudicatum in actione iniuriarum? Videtur quod ſic: quia hæc conſtitutio generaliter loquitur. Videtur diſtinguendum: aut foriudicatur de tali crimine, quo damnatus fuiſſet ad mortem, aut non: ſed pecuniariam vel fuſtium tantum: & tunc non. ſed foriudicatio tunc operaretur ut habeatur pro conuicto, per hanc l. ſed non impune occidetur: quia hoc abſurdum eſſet, argumen. ff. de publicis iudi. l. infamem. ff. de his qui notan. infam. l. quid ergo, in fine. Alij primum reputant uerius: quaſi ratione contumaciæ non criminis hoc eueniat, ſicut apparet in bonis annotatis, quæ non recuperat quandocunque ueniens, poſt annum, & oſtendat ſe inculpabilem. C. de requiren. reis. l. fin. & ff. eo. l. fin. Item hæc conſtitutio vult pro hoſte publico haberi, & hoſtis publicus dicitur qui crimen læſæ maieſtatis committit. l. quos nos. ff. de uerbor. ſignifi. qui mori debet. C. ad l. Iul. maieſt. l. quiſquis.

Nota ex iſta conſti. & no. per glo. in ea, quod contumacia eſt delictum, quia cum tex. iſte non loquatur, niſi de cõtumacia, ergo de hoc delicto intellexit glo. & idem facit quod no. per Cyn.

Bannitus pro delicto poteſt impune offendi. Nunquid pro contumacia bannitus poſſit impune offendi? Hæc gl. eſt in arg. quod ſic: & eodem modo glo. quæ eſt in l. ſi filius. ff. de interr. in glo. quæ incipit, primo ibi, dum dicit. hic autem delictum eſt, ſcilicet contumacia, ſi taceat. Et pro iſta opinione bene facit, quia ſi quis eſt uere cõtumax, dicitur etiam in dolo, ut in l. non poteſt videri dolo carere. ff. de reg. iur. ſed dolus de ſe eſt delictũ, ut probat tex. in l. item exigit. ff. de dolo. in fi. & eſt tex. iuncta glo. in l. 1. §. apud Seruium. in glo. quæ incipit, alia ſpecialia. ff. depoſiti. probat tex. in l. quoties. ff. de act. & oblig. ibi dum dicit, in doli crimen inciderit. & eſt etiam glo. in l. in honorarijs. §. ſed cum reſciſſa. ff. de act. & oblig. facit optima glo. in l. 1. ff. de fideiuſ. tuto. De quæſt. hac no. per Cyn. C. de crimi. ſtellio. in Republica. & nihil boni dicit, facit ad prædicta lex, omne delictum. ff. de re militа. niſi reſpondeatur, quod ſit ibi ſpeciale in milite. facit l. cum quo. ff. commu. diuid. Franciſcus de Piſis.

In glo. in ver. vt ſi occideret. Contrarium no. ſupra, in prima gl. in fi. & in conſtit. ſequenti, in prima glo. ſed iſta reputatur uerior.

In gl. in uer. occultatores. Et ſic no. de hac gl. quod ius conſtitutionum iſtarum non trahitur de ſimilibus ad ſimilia: nam ſapientes regni dixerunt, & ſemper dicũt, quod conſtitutiones iſtæ ſunt ſtricti iuris, & non protrahendæ, ut no. And. in conſti. proſequentes. in gl. quæ incipit, quid in agendo, &c. & facit in prima glo. proxima ex hoc uerbo. Iuxta hanc glo. quæro, quid ſi aliquis receptauit bannitos, foriudicatos, & eos non exhibuit, quia non fuit requiſitus, an teneatur de receptatione? videtur quod non, quia ita demum tenetur ſi requiſitus detrectauit eos exhibere, ut hic: ergo ſi non fuit requiſitus, non tenetur, arg. a cõtrario & quod in uno permittitur, in cæteris prohibetur. Dic quod non tenetur pœna huius conſtitutionis. ſ. banni, vel foriudicationis, ſed pœna receptationis: nam aliud eſt ſcienter receptare, quo caſu tenetur quis ſupplicio corporali, ſi requiſitus exhiberi detrectet, ut hic: & aliud ſuſcipere, & non offerre, quo caſu diſpendio facultatum pro qualitate perſonæ, & iudicis exiſtimatione plectitur. C. de his qui latro. l. 1. & 2. Vnde cum iſta conſtitutio proſequatur quando exhibere detractat, ut hic dicitur, in caſu iſto derogat. l. præalleg. in eo quod hæc conſtitutio imponit maiorem pœnam, ſcilicet banni, & foriudicationis, conſtat quod alius caſus de receptatione remanet in ſuo ſtatu. C. de app. l. præcipimus. Barth. de Capua.

De redimendis bannitis. Rubrica.

Noua Conſtitutio.

C*Lementia Imperialis.* Offenſione, ſcilicet facti, ut etiam non capiatur. Poſt duos menſes poteſt offendi & capi, qui ſi ſe defendat poterit de facto offendi. ff. ad l. Aquil. l. & ſi quicunque, in princi. ſic intelligitur gl. 3. l. proxi. ¶ Sed nunquid ſine mandato iudicis priuatus capiet bannitum poſt duos menſes? non videtur. C. de exhib. reis. l. fi. & videmus eſſe formam in Curia, per quam conceduntur literæ volentibus capere poſt duos menſes, niſi eſſet de caſibus not. in d. l.

Nec

ctum verò temporis ſpatium, liceat bannito intra reliquam partem anni denunciare cuicunq; officiali noſtræ Curiæ & officium quodcunq; gerenti, cuius oportunitatem maiorem habere potuerit, & cui magis elegerit nunciare q; paratum ſe offerat accuſatori ſuo in iudicio reſpondere, & per cuius officialis literas hæc omnia Curiæ noſtræ, vel Iuſtitiario, qui eum bannitum bannierat, nuncietur, ſub expenſis tñ banniti prædicti, & ſic poſteà per magiſtrum Iuſtit. vel Iuſtitiariũ literis ſecuritatis obtentis, ac ei, qui prædicta ſibi denunciauerit deſtinatis, [a] receptis prius ſub certa pęna, de facienda iuſtitia fideiuſſoribus idoneis a bannito per officialem prædictum, qui nunciauerat omnia ſupradicta; quorum nomina, & fideiuſſionis formam per eundem magiſtrum iuſtitiæ reſcribẽtur, vel in defectu fideiuſſorum ſub fida cuſtodia bannitus præfatus ſecurè redeat ad iuſtitiam faciendam, dum tamen antequam eius defenſio admittatur accuſatori ſatisfaciat in expenſis, & damnis omnibus eiuſdẽ vitio contumaciæ eius inflictis:

a *Receptis prius*. Sed pone quòd bannitus eſt extractus a banno fideiuſſoribus poſitus ſecundum formam huius cõſtitutionis, & in termino ſibi pfixo, iuxta formam Curiæ, intra quẽ debeat in Curia comparere reſponſurus accuſatori, non comparet, accuſatore comparẽte vel inſtante contra eum taliter contumacem, quo modo procedi poteſt? Reſpon. poterit iterum banniri, & damnari ad tertiam mobilium, annotatione reliquorum bonorum propter iſtam ſecundam contumaciam, licet fideiuſſores præſtiterit, ut argum. expreſſum. ff. quibus ex cauſis in poſſeſ. eatur. l. 2. in prin. vbi abſens poſtquam dedit fideiuſſores de iudicio ſiſti patitur miſſionem, & fideiuſſores, etiam dati per eum tenentur ad pœnam, in qua ſe obligauerunt, vt argum. expreſſum. C. ad ſenatuſconſ. Turp. l. ſi pro eo. quæ lex expreſſe determinat hanc quęſtionem. Et ſic ſeruamus in Magna Curia.

De exhi-

ANDRÆAS DE ISERNIA.

Nec eſt intelligendum de offenſione iuris, illa non habet iniuriam. ff. de iniur. l. iniuriarũ. §. 1. ut ſi eſſet caſus vbi a princ. veniens reus non traderetur fideiuſſoribus, ſed incarceraretur, ſi bannitus eſſet, & veniret infra duos menſes caperetur a iudice, nam caperetur etiam ſi bãnitus eſſet, infra in conſtit. humanitate. Bannum ergo latum propter contumaciam non dabit ſibi immunitatem. ff. de inter. & re. l. relegatorum. §. fi. de noxalib. l. non ſolum. C. de pa. po. l. 3. vnde non debet ſibi negari quin exeat de banno. tamẽ cum comparebit capietur, quia & ſi a princ. fideiuſſores dediſſet, cum inciperet conſtare, incarceretur, non obſtante quòd dederit fideiuſſores. C. de cuſtod. reo. l. 2 & ſic ſeruamus. ¶ Idem multo maiori ratione poſt duos menſes, vt colligitur ex litera infra, vel in defectu fideiuſſorum &c. qui poteſt eſſe in facto & in iure. ſic extra de reſcri. c. ſciſcitatus. Vel quia non poteſt dare, vel non debent recipi, etiam a princ. erit in cuſtodia antequam habeat literam ſecuritatis, ſic repetitur quod ex cauſa datum eſt, ſi cauſa non ſequatur, ſiue ſequi non poſſit. C. de cond. ob cauſam. ſi mulier, cum concor. ibi in glo.

Et ſic poſtea per magiſtrum Iuſtit. & per Iuſtit. Referas ſingula ſingulis, ſcilicet, per magi. Iuſti. quando mag. Iuſtitia. banniuit: ſi abſque literis illis capiatur bannitus poſt duos mẽſes ex vinculis cauſam dicat, vt hic. & ff. ad Syllania. l. lege Corne. ſed ſi ſtatim poſt bannũ capitur bannitus, quare non dicit cauſam ex vinculis ſicut fugiens, vt d. l. lege Cornelia? Reſpondeo quia infra duos menſes nullus poteſt eũ capere, vel offendere de benignitate huius conſtitutionis. ¶ Et benignitas hæc deſcendit ex eo, q; aliquando eſſet bannitus non iuſte, ſed rite, vt ſi citatus fuiſſet in domo ſolitaria & non perueniſſet ad eius notitiam, hoc enim ſufficit. ff. quæ ſenten. ſine appel. re. l. 1. §. 1. Item cum debuit in domo relinquere qui ſibi referret, vt in c. dilectus. Hic rite bannitur, non iuſtè: quia licet ſit fictus contumax, non eſt verè contumax. Et non contemnit qui ignorat. ff. loc. ſi ignorans. Voluit ergo hæc conſtitutio vt poſt bannum haberet duos mẽſes, infra quos deberet ſcire conditionem, aliàs condemnationem ſuam. & ſi caperetur ante duos menſes, deberet liberari cum fideiuſſore, poſt non, quia ſi non auditur, qui ignorat uires facultatum ſuarum. C. de reſcin. vend. quiſquis multo minus, qui conditionẽ ſuam per tantum tẽpus ignorat: ſi vero citatus in perſona contempſit venire, bannitur, & in bãno ante duos menſes capitur, maxime vbi de graui crimine foret bannitus. Videtur multis quod ex vinculis cauſam dicat, vt in d. l. lege Cornelia, quia fugiens eſt, & in certo non eſt locus coniecturę. ff. de ver. obl. l. continuus. §. cum ita. de leg. 3. l. ille. & hæc conſtitutio in princ. non prohibet quin poſſit capi per magiſtratum: ſed dicit q; nõ debet offendi in perſona vel rebus, & q; punitur, qui eum offendit per quod videtur loqui in priuato, hoc verum vř, ſed rigoroſum. Alij æquius dicunt, vt hæc conſtitutio in principio indiſtinctè loquatur de quolibet bannito, quia legiſlator clementiam in hoc elegit, pro quo eſt C. de indi. l. placuit, & cum in fauorem bannitorum ſit lata, fauores ſunt ampliandi. ff. de libe. & poſthu. l. cum quidam. unde ſi infra duos mẽſes veniret & cõpareret non caperetur, ſi daret fideiuſſores. ¶ Quid ſi bannitus non poſſet dare fideiuſſores, venit ad iudicem & ponit ſe in carcerem, an debet ei dare literam extractionis a banno. & remitti annotatio bonorum infra annum, ſicut ſi fideiuſſorem dediſſet? Reſpondeo ſic: quia fecit id quod plus eſt, arg. ff. quemad. ſerui. amit. l. is cui. de in litem iuran. l. cum furti. ¶ Quid ſi capiatur & ſit in carcere banniẽtis, an ſit idem? videtur quod non, quia debet uoluntarie redire, non neceſſario. arg. ff de publi. l. Cæſar. & de dam. infec. l. damni infecti quidam. 1. reſpon. Quæ caſu eueniunt non voluntarie eueniſſe videntur. ff. de condit. & demon. l. 2. in fi. de leg. 3. quæſitum. §. fin. Et qui voluntarie redit, oportet quod ſe purget, & contumaciam ſuam, ſatiſdando de iudicio ſiſti. nam aliquando fuit contumax, vt di-

citur

citur in §. ſi verò quidam. in Authen. de exhi. re. in glo. non ergo debet eſſe melioris conditionis ille qui per vim ducitur, quàm qui voluntarie redit. ff. quod ui aut clam. l. ſeruus. de noxa. non ſolum. Poſſet etiam hic de carcere fugere, & attenditur quòd euenire poteſt. ff. de neg. geſt. l. diuortio. Nam maius periculum eſt in cuſtodia perſonæ quàm in cuſtodia rerum, & pignorum. no. ff. de re iud. l. in eo. §. 1. Alij dicunt quòd idem, vt remittatur annotatio eo ipſo, quia in dubijs pęnæ ſunt demolliendæ. ff. de pęn. l. interpretatione. cum capitur priuſquam redit, plus eſt capi realiter de perſona quam per ſe redire liberè. Nam uocatio realis ad iudicem eſt pluſquam verbalis, ideo non conceditur, niſi ex cauſa. ff. de in ius uocan. l. ſed & is. Plus etiam eſt incarcerari, vt ſtet iuri, quam ſi fideiuſſores præſtiterit, idcircò ſatisfieri videtur, ſicut ſi daret pignora, qui deberet ſatiſdare. ff. de conſtit. pecu. l. promiſſor. §. fin. ¶ Et præſumi debet quod Commentarienſis ſit diligens in cuſtodiendo eum, quia quilibet præſumitur idoneus ad id, ad quod deputatur. ff. de re milit. non omnes. §. a Barbaris, nec præſumi debet de fuga, quia cauſam aduerſamq; fortunã, &c. de verbor. oblig. inter ſtipulantem. §. ſacram. hic timor de fuga eſſet, ſic in uoluntarie redeunte, ſicut in iſto, nec non & in omnibus caſib. quando incarceratur. Sed cum liberè poſſet ire bannitus infra duos menſes, nunquid exercebit iudicaturam interim ſi iudex erat? Nam ſi non perditur ciuitas, dignitates non pereunt. ff. de cap. dimi. l. amiſſionem. §. fin. & l. ſeq. Verius dicitur contrarium: quia per bannum incurrit infamiam † facti. C. de requiren. re. l. fin. & patet infra l. proxima. quæ dicit eos notatos, alias dicit infames, & diximus ſupra, eo. tit. l. 1. Hæc autem infamia facti repellit a dignitate. C. ex qui. cauſ. infa. irrog. l. nulla. de dignit. l. 2. ff. ad legem Iuliam. de ui priua. l. 2. C. de Decur. l. infamia. lib. 10.

† ADDITIO. *Quòd bannitus infamis ſit, tenet Bald. in auth. ei, qui. alias quicunque, de epiſc. & cle. vbi dicit quòd per bannum efficitur quis infamis infamia facti. ex hoc enim inoleuit quòd feudatarius contumax priuatur iuriſdictione Caſtri. & idem tenuit Bal. in conſi. 136. nihil commune, vol. 1. in antiquis. & latè Capic. deciſ. 131. & ita practicatur.* De Bottis.

Quid ſi extrahatur a banno infra annum, an reaſſumet iudicaturam? ſecundum illos, qui dicunt abolitam infamiam, ſic, de quo dictũ eſt ſupra, l. 1. pro quo eſt, ff. de excuſa. tuto. l. non ſolum. §. fin. Sed hoc caſu, cum propter infamiam ſit remotus, perpetuo carebit dignitate. C. de ſuſcep. & archa. l. ſi aliquid, lib. 10. de dignita. l. iudices. de epiſc. & cler. l. placet. in fi. de offic præfec. præto. l. ſi quis. Primi reſpõdent, quod hic non eſt infamis infamia iuris, ſed de facto, quæ eſt abolita, quia cauſa redit ad non cauſam, nec propter delictum, in officio fuerat bannitus, imò non conſtat de maleficio, ſicut in dictis legibus ſatis videtur. Alij autem de cauſis remotis reaſſumunt. ff. de iudi. ſi longius. in princ. non vt de nouo videatur cauſari, quia dignitas erat: ſed ſine effectu, infamia prædicta durante, vel alias ludibrioſa & crebra eſſet, arg. C. de cura. furio. l. cum alij.

CLementia. In glo. ſecunda, in princ. De iſta quæſtio. dico eſſe caſum in c. ad exprimendam. extra, de offic. ordina. Petrus.

Ibi, qui eum bannitum bannierat. Carolus II. &c. Ne contumacium culpa, per quam citati pro tempore ſe abſentant, per excogitata diffugia relinquantur impune, dum per unũ banniti iudicem, per aliũ a banno huiuſmodi ſe extrahi procurant: præſenti noſtra edictali prouiſione ſtatuimus, & fidelitati veſtræ mandamus, vt nullum bãnitum ſub alio iudice pro quacunque occaſione uel cauſa exterius a banno extrahere, niſi mandatum nostrum hoc expreſſe quinimmo bannitum talem ab alio ad eum, qui ipſum banniſſe dignoſcitur, remitti, alioquin extractionem eius factam decernimus irritam, & volumus & iubemus, quæ debetur contemptoribus regalium edictorum.

Sacramēto accuſatoris ipſius, cum taxatione iudicis, declarandis.

De exhibendis † malefactoribus & ſuſpectis.

TITVLVS V.

Mandat Imperator Iuſtitiario, q nomina bannitorum, & forindicatorum nunciet magna Curia per ſuas literas, & idem cùm extrahunt aliquem de banno infra annum, idem præcipit de infamatis per ſententiā, vel ipſo facto. Idē de reis vel ſuſpectis, per inquiſitionem, ad hoc q cognoſcantur infamati ab alijs. h. d. Hodie Iuſtitiarius debet facere quatuor ſcripta, cum nominibus, & cognominib. bannitorum, & forindicatorum continētia, tempus, & cauſam bannitionis ſeu forindicationis, quorum vnum mittat ad cameram Regiam, aliud ad magiſtrum Iuſtitiarium, aliud ad magiſtros rationales, reliquo penes ſe retento. Iuſtitiarius contrafaciens præter pœnam centum unciarum punitur vt periurus, vt in cap. Regis Caroli II. cap. mandamus etiam. Item quod infra decem dies nocenties Iuſtitiarijs circumſtantibus, & infra eoſdem dies præparet nuntium admittendum, & ſignificandum magna Curia ſub pœna prædicta, & Iuſtitiarius qui ſciuerit aliquē bannitum alterius iuriſdictionis in ſua iuriſdictione morari, ſtatim capiat, & Regia Curia ſcribat, vt in cap. dicti Regis Caroli II. cap. ſtatuimus. Lallus de Thut.

† IMPER. FREDER.

CORdi [a] nobis eſt per vniuerſas partes & ſingulas regni noſtri, viros bonæ opinionis agnoſcere, & non ignorare notatos.

De exhibendis malefactoribus &c. Rubr.

a CORdi nobis. Mādat Imperator Iuſtitiario, vt nomina bānitorum, & forindicatorum per ſuas literas ad magnam Curiā debeat nūtiare, & cum extrahent aliquem de banno infra legitimum tēpus, id eſt, anni. Item præcipit de infamatis per ſententiā, uel ipſo facto. Idem & de reis, vel ſuſpectis inuentis per inquiſitioné, & hoc dicit Imperator, Volumus.

ADDITIO. *Adde quid importat verbum, Volumus? vide glo. in verbo, volumus. in clem. vnica. de offi. vic. & glo. in ver. volumus. in clem. vnica. de rerum permuta. gloſſ. in ver. volumus: in clem. 1. de conſ. glo. in ver. reſpondemus. in cap. vlt. de verb. ſign. lib. 6. Cardin. Zabar. in cap. 1. de conſeſ. & Abb. in cap. ſedes, de reſcript.* Superantius.

Vt cognoſcamus, & determinemus notatos ab alijs. ad hoc concord. ratio. ff. de iniur. eum qui nocentem. adde quòd hæc conſtitut. male ſeruatur.

† Aliàs, de notificādis bānitis, & forindicatis. Aliàs de ſcribendis, et exhibendis malefactoribus et ſuſpectis.

† Aliàs Idem Ang.

a Nuper

ANDRÆAS DE ISERNIA.

In §. poſt prædictum verò temporis ſpatium. Conſueuit dubitari, an bannitus ex vna cauſa, poterit iterum banniri ex aliqua alia cauſa? Diſtingue, aut elapſum eſt bimeſtre tēpus, & tunc quia non pōt commode comparere, non poteſt banniri iterū, argu. l. ſed & milites. §. ſed ignominia. ff. de excuſat. tutor. Aut elapſum non eſt, & tunc poteſt, quia licite poteſt comparere, vt hic. Et ſi opponis ad primum, ergo delictum remanebit impunitum, & dabitur ſibi præmium: dic quod non eſt mirum, quia alias hoc inuenio, vt in d. §. ſed ignominia. & vide ff. ex quib. cauſ. in poſſ. eatur. l. cum legati. Barth. de Capua.

Sed an bannitus ad petitioné creditoris, deinde creditor vult ei dimittere bannū, an iudex debeat eū exbannire ad petitioné creditoris? Concluſio eſt, q aut per ſolum bannū ipſe ſolus bannitus ſit oneroſus creditori, & nō alij, & valet remiſſio, & iudex dēt remittere bannum, vt l. 1. §. inde quæritur. ff. de oper. no. nunt. aut ipſe bannitus ſit oneroſus alij q̄ creditori: verbi gratia, quia ſibi ſuit datus terminus ad ſoluendū vſq; ad decē dies, & ſi nō ſolueret, priuaretur officio, vel ſolueret certā pęnam, & tunc non pōt exbanniri ad petitioné ſolius creditoris: quia quæſitū eſt ius curiæ, vt in l. id qđ noſ. ff. de reg. iur. Aut ſumus ī. terminum, & tunc ſolus creditor poterit prorogare, ſed nō ex toto tollere cum omnib. cauſis & dependentibus ſuis: arg. l. 2. §. 1. ff. de iud. & idem in ſententia excommunicationis: & idem in iuramento, vt per Inn. in c. 1. de appella. & in c. 1. de remit. P. de Mont.

In tex. hanc conſtitutioné, & aliam ī. proximam. Quæritur vtrum iudex, vel capitaneus poſſit facere banniri, quod quicunq; ceperit talem malefactoré, habeat decē de pecunia fiſci? Et poſt multa concludè, q licet principaliter non poſſit diſponere de pecunia fiſci, tñ in conſequentiā permitti poterit. Nam ſibi permittitur, imo dēt purgare prouinciā malis hominib. vt in l. congruit. ff. de offic. præfec. vrbis. ergo dēt ſibi permitti omnis expenſa ad puniendū. & in l. 1. ff. ad Syllanianum. loquitur q non poterit diſponere ſimpliciter, & abſolute: ſecus in conſequentiā, vt dictum eſt. Itē ſecus in pecunia nondum incorporata in patrimoniū fiſci: quæ eſt illa, quæ venit ex condemnationib. anteq̄ tradatur ærario, vt in l. diuus. ff. de bon. dam. Et ſi malū, ſeu maleficium eſſet magnū, poſſet diſponere etiā de pecunia fiſci, cū conſenſu procuratoris eius, ſm dominum Arg. contra Guliel. in l. iuri operam. §. ſi autem. ff. de iuſtit. & iure. & iura fatentur omnia, & iſtud tene menti perpetuo, q quicunq; etiā non habens mandatū a iudice, ceperit aliquem malefactoré, & tradiderit curiæ: qui ſi in eo capiēdo aliquid expendit, q illud pōt recuperare ab officiali, vel fiſco, vt habes caſum in arg. in l. mulier. ff. de captiuis. qui caſus non eſt alibi, ſecundum Ruyn. ibi. Ita dicit dominus Nicolaus Capoſtroſa in d. l. iuri operam. §. nam vt eleganter. ver. præmiorum. Pet. de Monteſ.

Item practicaui pluries, q dato exbannito in manibus curiæ & officialis, feci reperiri bannum, & feci confiteri coram officiali, quòd eſt ille talis qui reperitur exbannitus, & condemnatus pro tali crimine, tali tempore: & poſteà fuit contra ipſum executorie proceſſum, ſecundum Bart. in l. diuus. ff. de cuſt. reo. Pet. de Monteſ.

Et circa hanc conſtitutionem vide cap. Regni, quod incipit, Contumaciam. Ioannes Criſp.

In tex. in ver. bannito. Bannitus qui vult purgare ſuam contumaciam, poteſt: verùm debet ſtare in carcere tanto tempore quanto fuit in banno, iuxta limitationem no. in cap. Regni, incipien. ſiue quis ſit forbannitus. vbi vide.

In tex. concedimus poteſtatem. Sed quid ſi aliquis eſt iudex, & bannitur, an deſinat eſſe iudex? videtur q non, ſaltem infra duos mēſes, cum ſecure poſſit eſſe in ciuitate, vt hic. nam ſi non perditur ciuitas, dignitas non perditur. ff. de ca. dimi. l. amiſſioné. §. fin. l. 1. §. ſed certe. Imo deſinit nam conſtat eſſe infamem de facto ipſum bannitum. C. de req. re. l. fi. adeò quòd poſt impetratas literas ſecuritatis, remanet nota infamiæ: licet culpa, ſeu pœna remittatur. C. de gener. abolit. l. fi. C. de ſent. paſſ. l. generali. nam infamia priuat aliquem dignitate habita, & habenda. ff. ad leg. Iul. de vi priua. l. 1. ff. de iud. l. cùm prætor. §. fi. de decur. l. infamia. lib. 10. ff. de dignit. l. 2. ex quibus cauſ. infa. irrog. l. nulla. ¶ Sed quid ſi impetret literas ſecuritatis, an remaneat in dignitate? videtur quod ſic, vt in tutore remoto. ff. de excu. tutor. l. non ſolùm. §. fin. ſed contrarium puto: cùm enim propter infamiam ſit remiſſus, perpetuò dignitate carebit. C. de ſuſcept. & arcar. l. ſi aliud. de dig. l. quoties. Barth. de Capua.

De ſcribendis & exhibendis ſuſpectis malefactoribus. Rubr.

CORdi nobis eſt. Non ſeruatur hodie hæc lex. Sed glo. ponit duo notabilia. Primum quod ſi agatur cauſa coram Principe, † non curatur de ordine iudiciario: poteſt enim velle cauſam agi, ſicut placet ei: nam ſi committit alij cognoſcendam ſic abſque ordine iudiciario, multò fortius & ipſe taliter cognoſcet, & illa quæ pertinent ad eum, adminiſtrat, ſicut vult, dicit glo. C. de cri. ſac. l. 2. Hæc poſitiua ſunt, quæ tolluntur eo ipſo quod ſcienter contrarium agit. ff. de excu. tut. l. ſed & hoc reſcripto. in fi. Secundum eſt, quòd iudices iudicant ſecundum acta.

† ADDITIO. *Princeps cognoſcit iuris ordine non ſeruato, tamen requiritur citatio, ponit Iaſ. in l. certum, 6. col. C. vnde legi.* De Bottis.

Non enim creditur iudici. C. de arbit. l. ne in arbitris. §. 1. Sic & iure canonico, extrà de probat. c. quoniam contra falſam, in fine. Iure Longobardorum ſtatur commemorationi iudicis. in Lōgobar. de debito, & gaud. ſi quis ammodo. ¶ Quid ergo † ſi acta ſunt perdita? iure Romano reincipiet cauſam, & conficiet noua acta ad inſtar inſtrumenti amiſſi, Authen. de mandat. Principum. §. reges. C. de diſcuſſ. hæredi. l. 2. lib. 10. ff. de adminiſtratio. tutorum. l. chirographis. Interrogabit ergo teſtes a principio.

† ADDITIO. *Adde Pau. de Caſt. in l. teſtium, colum. pen. C. de teſtibus, & vide glo. in cap. ſtatutum. 2. q. 6. vbi habes in quibus caſibus poteſt iudex teſtis eſſe. Vide Iaſ. in l. prætor ait. §. prætor ait, col. 1. ff. de edendo.* De Bottis.

Sed ſi poſteà reinueniat prima acta, quibus ſtabitur? videtur quòd primis, quia interim partes potuerunt loqui cum teſtibus, de quo rationabiliter eſt timendum, vt notatur in ſimili. C. de probatio. authent. qui ſemel. Non obſtat, quod poſteriora derogant prioribus. ff. de iure codicillorum. l. diui. §. licet. C. de pact. l. pacta nouiſſima. Quia ibi teſtator, & contrahentes uoluerunt a primis recedere. Et ſic ſtatim ſunt irrita. hic ſecunda ideo facta fuerunt, quia prima non apparebant. cum ergo nunc appareant, quaſi cauſa ceſſante, ceſſabunt ſecunda acta. C. de epiſ. & cler. generaliter. ¶ Quid ſi iudicatum ſit ſecundum ſecunda, poſtea acta reperiuntur prima contraria ſecundis? dic quòd prætextu nouiter repertorum non retractabitur, vbi eſſet iuratum & ſententiatum. ff. de regu. iur. l. Imperatores, de iureiuran. l. admonendi.

CORdi nobis eſt. In glo. in ver. monumenta. circa med. No. quod de iure Longob. credetur ſoli iudici, pro quo vide. l. quoties. §. 1. ff. de prob. & Innoc. in c. quoniam, extra de prob. & Andr. de Iſer. in conſtit. iuriſperitorum, circa princ.

Sed quæro circa princip. huius conſtitut. an ſi notarius omiſit ſolennitatem iſtius conſtitutionis inuietur bannum? dic quod ſic. Petrus de Monteforte.

In tex. ſcriptas. Nota modum ſcribendi literas, & ſubſcribendi & ſigillandi, contra bannitos, & uide ſuper conſt. Domini Ducis, quod Iuſtitiarij debeant nunc. c. 1. & de banni. & forindic. fiat ſcrip. cap. 1. Petrus de Monteforte.

De fiſco

a *Nuper edita.* Quæ eſt ſ. de forban.& foriudic. l.pęnã corũ.in prin.

1 ADDITIO. *Adde, de archiuo vide glo. in Clemen. 1.in fi. de iureiur. & an reperta in archiuo publico probent? vide in authent. ad hac. C. de fide inſtrumentor. Doct. in cap. ad audientiam. de præſcr. Ioan. de Fan. in cap. peruenit. 30.q.1.* Superantius.

maximè, quia me authore tractata ſunt, quia contra me acta retracta ſunt. Vel dic in ciuili & criminali cauſa exhibentur fiſco. Sed in pecuniaria hoc ipſo, quòd non exhibet inſtrumenta, creditur ea ſubtraxiſſe fiſco, vt de pœna furti teneatur, quod in criminali non eſt, & hoc obtinet de iure Romano. de iure Longobardorum rememoratio iudicis habetur loco actorũ. ſicut enim iure Romano ſtatur ſcripturæ actorum, quam iudex coram ſe ſcribi, & cõponi fecit: ſic iure Longobardorum ſtatur rememorationi iudicis. reliqui autem, qui interfuerũt non recipiuntur ad veritatem dicendam, vt irrememoratores, ſed vt teſtes, & ideo quandoque iurare debent. Vnde dicit. l. ſcio, qualiter iudex qui iudicauit rememorauit, & boni homines teſtificati fuerunt, vt in Lombarda de debi. & gau. ſi quis animodo. Illud autẽ ſcire oportet, ꝙ iudex vti poterit priuilegio iſto in illis caſibus, in quibus, vt iudex interfuit, & hoc dicit litera, qualiter iudex qui iudicauit. & ad id congruit, quod iure Romano dicitur, vt ille videatur in iure cõfeſſus, qui cõfitetur coram iudice, cum iudicandi cauſa iudex ſedet, vt ff. de interroga. actio. l. voluit, in fi.

2 ADDITIO. Vel conſcientia. *Adde ꝙ terminus conſcientia importat arbitriũ boni viri, et non liberam volũtatem, ſecũdũ Bal. in l. fi. in fi. C. de iure dotium. Bal. in l. nulli. C. de epiſ. et cle. Doc. in c. ſtatutum. in §. aſſeſſorem. de reſcript. lib. 6.*

b *Vel conſcientia.* Collige ergo hic, ꝙ quando aliqua cauſa tractatur in præſentia domini Regis, & de conſcientia ipſius, non attenditur iudiciarius ordo.

ADDITIO. *Adde tex. in c. ad petitionẽ, ad fi. de accuſa. Innoc. in ca. in cauſis. de re iud. Bald. in c. 1. de forma fidelitatis, in vſib. feud. Idẽ Bal. in c. 1. ſi de inueſt. lis oriatur. in vſibus feudorum.*

Siue iudicij ſtrepitus, vel alia iuris ſolẽnitas, ſed perinde habetur & valet, ac ſi acta cuiuſcũque iudicis intercederẽt, & hoc eſt quod dr, ff. de conſtit. pecu. l. 1. §. quodcunque, ubi dicit. Vel de plano interlocutus eſt, &c. Immo oẽm aliam iuris ſolẽnitatẽ ſuperare vr, vt C. de teſtib. l. omniũ. & ad idem. ff. de manumiſ. l. apud. in fi. & C. de don. inter vir. & vxor. l. pe. & C. de donat. l. ſancimus. circa prin. & ff. de bonis quæ liber. cũ mulier. & de quadri. præſcriptio. l. fin. ad fi. & in Auth. vt non fi. pigno. prohibi.

Ideòq; omnibus Iuſtitiarijs noſtris per diuerſas prouincias conſtitutis præſentis conſtitutionis noſtræ programmatę nuntiamus eiſdem ſub interminatione gratiæ noſtræ firmiter iniungentes, vt quoties ipſos contigerit, aliquos ob ipſorum contumaciam banniri facere: banniti nomen atq; cognomen, banni editi cauſam, formam & tẽpus Curiæ noſtræ per eorũ literas notarij manu ſcriptas, ac iudicis, qui aſſederit, ſubſcriptione ſignatãs, nec non ſigillorum ſuorum impreſſione munitas, mora qualibet, & occaſione ceſſanti bus, debeant nunciare. Eadem etiam obſeruãdo quoties aliquos in eorum contumacia perdurantes foriudicauerint, iuxta [a] nuper editæ noſtræ conſtitutionis tenorem. quod ſi fortè de banno bannitos infra legitima tempora duxerint extrahẽdos, hoc ipſum per eorũ literas ſub forma præſcripta confectas, noſtræ Curiæ nũcietur. Simili forma per omnia obſeruanda, ſi qñ per diffinitiuas ſententias infamiæ macula notauerit aliquos, aut ipſo iure, vel pœnæ macula pronunciauerit eſſe notatos. Nos etiam magiſtro iuſtitiæ magnæ Curiæ noſtræ firmiter dedimus in mãdatis, vt de his ſpecialiter ſpecialia acta conſcribi faciat, quib. bannitorum, vel foriudicatorum, vel quomodolibet notatorũ nomina, & eorũ etiam filios, ſi quos per inquiſitionẽ a ſe, uel a Iuſtitia. factã reos, aut ſuſpectos inuenerit, ſcribi faciat & in archiuo [1] nſæ Curiæ fideliter cuſtodiri. Vt quoties de alicuius fama, vel exigente iudicij ſtrepitu, [2] vel [b] cõſciẽtia ſerenitatis nſæ quęrente, fuerit fortè tractatum, non tã per probationes extrinſecas, quæ moram iudicijs, & difficultatem inducunt, quàm per [c] monumenta publica curiæ noſtræ, & ordinariorum noſtrorum firmata, probatio efficax, & dilucida poſſit aſſumi.

c *Monumenta.* Quę aliter dicuntur acta, id eſt ſcripturæ, quæ factæ ſunt de his, quæ in iudicio ſunt cõceſſa, vel teſtificata, vel quoquomodo acta & peti poſſunt exhiberi, vel condictione ex lege, vel officio iudicis, vt C. de edendo. l. 2. His tamen actis non puto haberi fidem niſi inter eos, qui iudicio interfuerint, inter quos cauſa eſt acta, eorundemque ſucceſſores, ſiue ciuilis ſit cauſa, ſiue criminalis, vt præalle. l. 1. & ff. de iureiuran. nam poſtea. §. vlt. & l. idem eſt. Contraria tamen poſſint induci argu. ff. de crimine expilatæ hæreditatis. l. res, & famil iæ erciſcundæ. l. hærede. §. idem ſcribit. Sed intellige illa cum prædicta determinatione. Nec ob. quod legitur ff. de iure fiſci. l. 2. §. diuus. quia ibi non loquitur in actis, ſed in alijs inſtrumentis pertinentibus ad criminalem cauſam, quæ exhiberi pecuniariter non intereſt. & ideo non ſit exhibitio in criminali cauſa maximè, aliàs contra, ſcilicet, in actis, vel in ciuilibus, maxi-

Monumenta publica. Id eſt acta, vt C. de re iudic. l. geſta, & de donatio. l. donationes. quæ quidem ſunt teſtib. potiora, vt ff. de proba. l. cenſus.

De fiſco ſuccedẽte foriudicatis.

TITVLVS VI.

Si foriudicatus habeat bona ſtabilia, & mobilia, & non habeat filios, nec parentes, tunc fiſcus regius habebit omnia dicta bona. Sed ſi parentes vſq; ad tertium gradum habeat, parentes ſuccedunt præterquam in feudis de nouo quæſitis per ipſum filium poſtea foriudicatũ, in quib. parentes non ſuccedunt. Si verò foriudicatus filios habeat, & dictis filijs fuit conceſſum feudum, vel aliàs iuſto tit. feudũ de nouo acquiſiuerunt dicti filij, quo ad dictum feudum nihil nocet foriudicatio patris. Si verò foriudicatus habeat vnũ filium, & habeat bona ſtabilia Burgenſatica, tũc de illis bonis fiet diuiſio inter fiſcum, & illum filium pro medietate. Si autem habeat duos filios, fiet diuiſio bonorum prædictorum in tres partes, duæ erunt duorum filiorũ, & tertia pars erit fiſci. Et idem ſi plures filij ſint, vt fiſcus ſemper ſit loco vnius filij. Et fiſcus habet electionem: vtrum velit ipſam partem ſibi tangentem in corpore, vel in æſtimatione. h. d. Matthæus.

De fiſco ſuccedentẽ foriudicatis. Rubr.

† IMPER. FREDER.

† *Aliàs, Idem.*

FOriudicatorum [d] * bona veluti [e] damnatorũ, ſi liberos, vel pa-

d *FOriudicatorum.* Et bona foriudicatorum, & aliorũ damnatorũ acquiruntur fiſco, ſi careat foriudicatus liberis, & parentibus vſque ad tertium gradum. Imò & ſi habeat parentes & non filios, in feudalibus ſolus fiſcus ſuccedit. Si verò habeat filios diuiduntur bona inter filios, & fiſcum in uirilem. & ſic no. quod ſeruatur filijs legitima ſua. concor. infra de bo. dam. l. fi. dic, vt ibi, & hoc in paganicis. In feudalibus verò dic, vt infra proxi. conſtitut. bona ſcilicet immobilia, nam mobilia tam foriudicatorum, quàm damnatorum ſemper & indiſtinctè applicantur fiſco, vt patet in l. proxi. vbi dicitur quemadmodum & alia bona noſtra, &c. Et concor. de fur. ca. in aſſi. l. Baiulus ſi furem, in fi.

* ADDITIO. *Ex eo quòd in hac conſtitut. diſponitur quòd bona foriudicatorum deueniant ad filios, no. in ſimili Bal. quòd filij efficiuntur ſui iuris, in auth. inceſtas, C. de inceſt. nupt.* De Bottis.

e *Damnatorum.* Vt C. de bon. proſcrip. auth. bona. & bonam facit ſimilitu-

ANDRÆAS DE ISERNIA.

De fiſco ſuccedente foriudicatis. Rubrica.

FOriudicatorum bona. Iſtæ leges ſunt rationabiles, & innituntur iure Romano, nec fiſcus fuit auarus, vel cupidus, quia filijs exiſtentibus vocatur ad partem, alia pars remanet filijs, & ſic erit in dominio filiorum; hac l. transferente dominium in eoſdem, qui agent propterea rei vendicatione ſi non poſſident. nam & iudex diuidendo dominium transferret. Inſtit. de offic. iudic. §. fin. ¶ Alij dicunt quod erit ſucceſſor filius patri in ſua portione, quia l. cum ratio. circa prin. ff. de bonis damnatorum, dicit, ex ea ſucceſſione, &c. Sed non eſt bonus intellectus. Nam quod dicit ex ea ſucceſſione, id eſt, ex illis bonis paternis, vbi ſucceſſiſſet in totum, ſi pater non fuiſſet damnatus, habet portiones conceſſas, ſcilicet a lege, quia lex reſeruat eas ipſi. C. eod. l. fin. Ex damnatione & ſupplicio ſit ſeruus. ff. de pœ. l. qui vlt. & l. quidam. qui non habet hæredem, nec corrigitur, niſi in ſuperuenientibus poſt pœnam. C. de donatio. inter virum & vxorem. authent. ſed hodie. quamuis largo ſumpto uocabulo etiam ſingularis emptor dicitur ſuccedere. ff. de iureiurando. l. etiam. Primum ergo eſt verius. vt filius & fiſcus in portionibus ſuis ſtatim habeant dominium, quia lex reſeruat eis. Et ex legis poteſtate dantur illis perſonis, vt fiſco & filijs. ff. de teſtibus. l. eius qui. §. 1. in glo. & cum lex dat facit accipientis. ff. de verborum obligatio. l. ubi autem. §. fin. Item filius erat quaſi dominus in uita patris, vt in princip. dictæ l. cum ratio. & de liberis & poſthumis. l. in ſuis. mortuo ergo patre, naturaliter continuatur dominium. ff. de acquiren. poſſeſ. l. cum hæredes. ex quibus

Foriudicato patre ſtatim filio acquiritur dominium.

rentes vſque ad tertium [a] gradũ nõ habeant, fiſci noſtri cõmodis volumus applicari, niſi feuda ſint ex cõceſſione noſtra, vel alio iuſto titulo acquiſita, in quibus [b] aſcendentes liberis non ſuccedunt. Si autem liberos ante bannũ editum, aut foriudicationẽ emiſſam, vel iam natos habeant, vel conceptos, perſona foriudicati liberis connumerata pro rata & numero liberorum ad bona ipſa fiſcum noſtrũ volumus aduocari, ita videlicet, quod ſi vnicum filium tantum habeat [c] bona prædicta inter fiſcum & ipſum pro æqualibus portionibus diuidantur: ſi autem duos filios habeat, fiſcus noſter in tertia admittatur, & ſic per conſequens, ſi plures ſint liberi, eadẽ cenſura ſeruetur, electione noſtræ Curiæ ſeruata, vtrũ partem bonorum ipſorum habere voluerit, vel æſtimationem ipſius partis, ſi æſtimatio offeratur.

ſimilitudinem ad dãnatos, vt ff. de bonis liber. l. ſi in libertinum. in fi.
a *Gradum*. Aſcẽſiue & deſcenſiue & incluſiuè.
b *Aſcendentes*. Sequitur ergo, ꝙ in auitis ſuccedunt aſcendentes, & expreſſum eſt infra ea. l. ſeq. §. ſanè. Item colligitur, quòd mater ſuccedat in feudis, quia dicit abſolute aſcendentes: mater enim patri aſſimilatur, vt in Auth. de non elig. ſecundis nuptijs. §. colligentes. Item quia dicit, quòd parentes, & ſic etiam de matre. vt ff. de libe. agnoſc. ſi quis a liberis. §. idem in liberis, & de legatis præſtandis contra tabulas, bonorum poſſeſſione petita. l. 1. §.
gene-
generaliter. Item ſi frater excludit cõmunem parentem, ergo vbi non eſt frater ſuccedit parens infra de ſuc. feu. l. ut de ſuc. Item non eſt mirum, dicimus parentes ſuccedere in auitis, & nõ in acquiſitis, quia & alibi eſt ſimilis differentia inter feuda auita & acquiſita, ut in l. præalleg. Auita cum nullo modo facto nouo, ſed quodam ordine naturali obueniunt, ut ff. de liber. & poſthum. filius. §. 1. & §. liberis, ſcilicet forma dictatorum.
c *Bona prædicta*. Non feudalia. in feudalibus ſeruatur lex ſequens.

De pœna

ANDRÆAS DE ISERNIA.

quibus cauſis maiores. l. cũ miles. ſic & eo mortuo ciuiliter per damnationem in parte, quæ ſibi ſeruatur per legem. hoc idem habet. Et ſic ſi non poſſidet dicemus eum uendicare a poſſeſſore per rei uendicationem, quæ datur domino. ff. de rei vendicatione. l. in rem. Idem in fiſco, ut pro ſua parte uendicet. C. de bonis damnatorum. l. fi. dicit fiſco vendicante, & cum diuidant fiſcus & filius, d. l. fi. & in hac conſtitutione ſunt domini. Nam iudicium diuiſorium non datur, niſi dominis, qui habent rem communem. ff. commu. diuid. l. 1.

Aſcendentes filijs non ſuccedunt. Dicunt quidam, quia tali conditione conceſſa, vel acquiſita erant, ut aſcendentes † non ſuccederent, quod poteſt fieri. C. de iure emphyteutico. l. fin. §. his tantum. nam aliàs ſuccederent infra. l. proxi. §. ſane. Sed illa loquitur in feudo antiquo. Aut in feudo nouo communiter intelligitur hæc conſtitutio, vt aſcendentes non ſuccedant. ſic in titu. de natu. ſucce. feu. in princ. & eſt ratio, quia actus viuentium imitantur naturam: argumento. ff. de adoptio. l. adoptio. ſed natura indicat filium patri ſuccedere, non econtra: quia tunc turbatur ordo. ff. de inoffi. teſtam. l. nam & ſi. ff. vnde lib. l. ſcriptio. in fi. qui ergo conceſſit feudum filio, intellexit ſicut natura, vt filius non pater ei ſuccedat, & videtur expreſſum. ff. ſi quis omiſ. cau. teſtam. l. Iulianus. in fi. niſi eſſet dictum, vt aſcendentes ſuccederent, ſicut in fratre, vt in titu. infra de feud §. cum verò. hoc plenius dictum eſt in titu. de natu. ſucceſ. feu. prædicta ratio concludit etiam in feudis antiquis. Et ideo dic, ut diximus plene in l. vt de ſucceſſionibus.

† Additio. *Aſcendentes non ſuccedunt in feudo nouo filijs eorum. & qualiter iſtud intelligatur, vide per eundem in cap. 1. col. 2. de natu. ſucceſ. feudi.* De Bottis.

Vel æſtimatione partis. Hoc neceſſarium erit in re indiuiſibili. ¶ De quo plene dicitur in titu. de duobus fratribus, de nouo beneſ. inueſt. cap. 1.

Niſi ſint feuda, in quibus. Hanc literam exponit glo. infra l. vt de ſucceſ. in fi. & ibi tractatur de ſucceſſione aſcendentium, & collateralium in feudo, repete quæ hic ſunt omiſſa.

F*Oriudicatorum bona*. Conſueuit iuxta hanc conſtitutionẽ quęri, an parentes ſuccedant liberis in feudalibus? & videtur primo quòd ſic: quia iure communi mutua eſt hinc inde ſucceſſio, ut ff. de inoffic. teſtam. l. nam & ſi parentibus. Item quia hic in principio huius conſtitutionis dicit, Foriudicatorum bona, veluti damnatorum vendicari à fiſco, ſi liberos, vel parentes non habeant, vſque ad tertium gradum. Item quia hic excipit, niſi feuda ſint filijs damnati ex conceſſione principali, vel alio iuſto titulo acquiſita: in quibus aſcendentes non ſuccedunt: ergo in alijs auitis, ſiue antiquis ſuccedunt, & manet firma regula, vt in Authen. de non alienan. §. ſin autem. Item quia conſtitutio infra, vt de ſucceſſionibus. admittit ad ſucceſſionem fratres collaterales, ſiue ex vtroque parente, ſiue ex altero, & ſorores in capillo, expulſo etiam communi patre ſuperſtite: ergo ſi pater repellitur ex ſucceſſione per fratres & ſorores, eis non exiſtentibus, videtur admitti: quia ille eſt expulſus, qui poſſeſſionem habuit, ut C. de contrahen. emptio. l. fin. & ſic ille videtur excluſus a iure, cui ius competit, vel poteſt competere, quia non poteſt videri habere deſijſſe, qui nunquam habuit. ff. de regu. iur. l. nemo. in fi. Sic non dicitur competere ius, quod nunquid fuit, vel competijt, vt ff. quibus mod. vſufr. l. 1. primo reſponſo. & de condition. & demonſtration. l. Titia vſusfructus. ¶ Contra videtur quòd non, quia de iure communi feudorum aſcendentes non ſuccedunt deſcendentibus, ut in capit. 1. de nat. ſucceſ. feu. & patet in capit. 1. de gradibus ſucceſ. in feud. & in alio titulo, qui feuda dare poſſ. el primò. Ergo cum non admittantur expreſſe per conſtitutiones Regni, remanent excluſi de iure communi antiquo: cum non reperiatur correctum de iure nouo: & ſic remanet ius commune in ſuo antiquo ſtatu, ut in Auth. quib. mod. natur. effician. ſui. §. tribus. & C. de appellationib. l. præcipimus. ¶ Et quod hic dicitur, ſi liberos, vel parentes non habeat: & ſic a contrario ſenſu admittit eos: quaſi dicat, ſi habeat parentes, admittat. & quod dicitur in dicta conſtitut. vt de ſucceſſionibus, quòd collaterales ſuccedunt excluſo communi parente, hoc eſt, ut dicti argumenti, quaſi dicatur, ſi excluditur, ergo aliàs admittitur: reſponde, quòd argumentum a contrario ſenſu non admittitur, quando eſt contra communem intellectum & ſenſum. C. de epiſcop. & cleric. l. conuenticulam. cum ſimilib. prout eſſet in caſu noſtro: nam eſſet contra iura communia feudorum, vt ſupra dixi. Nec obſtat hæc conſtitutio prædicta ratione, & alia efficaciori, & euidentiori: hæc enim conſtitutio inducit nouum vnum contra leges veteres, & ſpeciale, ſcilicet, quòd bona foriudicatorum, veluti damnatorum, fiſco vendicentur: quod eſt contra regulam iuris: quia bona damnatorum non fiunt lucro iudicibus, neque fiſco: ſed perueniunt ad deſcendentes, & aſcendentes vſque ad tertium gradum, vt in Authen. vt nulli iud. §. 1. & in auth. bona damnatorum. C. de bon. dam. licet per contumaciam poſt annum perdantur bona, etiam ſtorum iure, vt ff. de requi. re. l. anni ſpacium, vt hic perduntur propter condemnationem. Vnde quia hoc nouum inducitur per hanc conſtitutionem contra ſucceſſores, qui erunt ſucceſſores foriudicato. Imperator conditor huius conſtitutionis, ne videretur rapax, & inhians alienæ fortunæ, vel ſubſtantiæ, quod eſſet contra Imperialem modeſtiam, & humanitatem, quæ proprie debet inhærere principibus, vt C. de donatio. inter virum & vxor. l. fin. in fi. & de muner. l. profeſſor. lib. 10. ſic parentes ad ſucceſſionem in feudalibus auitis, ſiue antiquis, in quibus plus iuris habent ſucceſſores, quàm in alijs, vt ff. de interdict. & releg. l. 3. quod de iure communi non eſſet: quia grauantur per hanc conſtitutionem ſucceſſores: quia in caſu foriudicationis publicantur bona, quæ aliàs eſſent peruentura ad eos. Et releuantur in hoc: quia parentes ad ſucceſſionem feudalium admittuntur, qui aliàs non admitterentur: & eadem ratione admiſit Imperator per hanc conſtitutio. liberos foriudicati in viriles portiones cum fiſco. Et vltra reſponſionem traditam ad dictam conſtitutionem, ut de ſucceſſionibus, inquantum dicitur, collaterales admitti excluſo parente: reſponde, quòd ſano modo intelligendum eſt, quia de iure communi excluditur, nam aliquando dicitur deſinere quod non incipit, ut ff. quemadm. vſufruct. caue. l. 3. §. deſinere. & aliquid dicitur perdi, quod non habetur. 33. quæſt. 2. §. ex his. & facit text. in l. prima, C. quando non pet. par. Alias ſi talis ſubauditur intellectus a contrario ſenſu, induceret correctionem iuris communis, quod non eſt dicendum, per iura vulgaria, ut ſupra dixi.

Et ſi diceretur, quòd imò maior eſt ratio quare potius ſuccedere debeant parentes in feudalibus, quàm tranſuerſales: nam videmus quòd parentibus filiorum debetur hæreditas: & tamen fratribus regulariter non debetur hæreditas, niſi turpi perſona inſtituta, ut ff. de inofficio. teſt. men. Et quia in ordine ſuccedendi prima cauſa eſt filiorum, ſecunda parentum, & tertia collateralium, ut in Authent. de hæred. quæ ab inteſta. defer. §. primo. Et tamen videmus totum contrarium in feudalibus: quia admittuntur collaterales excluſis parentibus, ut in capit. 1. §. cum vero. qui feud. dare poſſ. & in dicta conſtitutio. vt in ſucceſſionibus. in verſiculo, ex collaterali. Sed ad hoc poteſt reſponderi, quòd feuda quæ de iure ciuili militia nuncupantur, ab Imperiali munificentia habuerunt initium, ut in Authent. de exhiben. reis. §. optimum. Imperatores concedentes potuerunt apponere in conceſſionibus eorum. l. quam voluerunt. argumen. ff. de pactis dotalibus. l. ob res. §. fina. & in capit. 1. in fine. in quibus cauſis feud. amit. Et poteſt eſſe condentium ratio, quia

deſcen-

De pęna foriudicatorũ & Balio dando filijs eorũdem. Rub.

a *SI quando aliquem.* Si foriudicatus ſeudum, & liberos in pupillari ætate habeat, fiſcus accipiet curam, ſeu Balium ipſius feudi, ſicut ſi mortuus eſſet pater eorum, eis effectis puberibus, & foriudicato uiuente accipit fiſcus uirilem partem fructuum, & pro ea parte ſeruitia non præſtant filij. Nam ut pecunia, ſic & labor diuiſionem recipit, vt ff. de au. & ar. leg. l. Seiã. §. 1. mortuo foriudicato reintegratur feudũ filijs. Sed ſi liberos non habeat, aut habeat feudũ a fiſco, & ad fiſcũ redit, vt ſupra proxi. conſtit. Aut ab aliquo Comite, vel Barone, & ad eum redit. ſed cũ habeat feudum a Comite, uel Barone foriudicatus, in uirilem partem fructuũ, quæ deberet foriudicato cõtingere ſpectat ad fiſcum.

† *Aliàs, Idem.*

• Additio. *Quid in filijs foriudicatorum nõ habentium bona feudalia, an prouideatur de tutore. vide Bal. in auth. inceſtas nuptias. C. de inceſt. nupt.* De Bottis.

De pœna foriudicatorum, & Balio dando filijs eorundem.

TITVLVS VII.

Si foriudicatus habeat feudum & liberos in pupillari ætate, fiſcus accipit curam & Baliam ipſius feudi, ſicut ſi mortuus eſſet pater ipſorum, & eis effectis puberibus etiam foriudicato viuente, accipit fiſcus uirilem partem fructuum, & pro ea parte ſeruitia non præſtant filij: ſed ſi filios non habeat, ſi feudum habeat a fiſco, ad fiſcum redit, ſi a Comite, vel Barone, ad ipſos redit, ſed cum habeat feudum a Comite, vel Barone foriudicatus, virilem partem fructuum quæ deberet foriudicatum contingere habebit fiſcus. hoc dicit. Lallus de Thuſcia.

† IMPER. FREDER.

SI [a] quando * aliquem foriudicari contigerit, qui liberos habẽs, inueniatur feudale aliquid poſſidere, ſi quidem liberi eius, vel eorum aliqui in pupillari [1] ætate cõſiſtant, qui protectione Balij indigere noſcãtur, ipſorum Balium cum adminiſtratione bonorum eis contingentium curia noſtra ſuſcipiat: quemadmodum in caſu mortis Balium ipſum habere deberent, eis autẽ pubertatis tempus excedentibus & in [b] tutelam propriam veniẽtibus, fructus partis illius, quæ viuentem patrem, licet pro mortuo habitum, ſecundũ prædictum modũ dinumeratione liberorum attenta, ſi res acquiſita de feudo foret diuidua, contingere debuiſſet patre ipſo adhuc ſuperſtite Curiam noſtram percipere volumus & habere, pro ea tantũ parte de ſeruitio nobis pro feudo ipſo debito diminuto, pro qua Curiam noſtram fructus percepiſſe cõſtabit. Patre autem foriudicato naturæ debitum [c] exoluẽte, pars illa, cuius fructus Curia noſtra perceperit ad integritatem feudi liberè reuertatur. Sanè ſi foriudicatũ a Comite, vel Barone feudũ habere contigerit, ipſo parentes, vel liberos nõ habente, feudum ad eum, a quo ipſe foriudicatus tenebit, ſine contradictione aliqua, redire debere cenſemus. Fructus tamen partis cõtingentis foriudicatum de eo, quod ab illo tenetur, ſi liberos habeat, pro numero liberorum foriudicato uiuente fiſcus percipiat.

1 Additio. *Adde qua dicatur pupillaris ætas. vide in l. licet, & ibi Ang. in 1. not. ff. de teſta. milit.* Superantius.

b *Tutelam.* Scilicet pubertatem, & ſuam poteſtatem, ſeu defenſionem, vt ff. de leg. 3. l. cũ filioſam. ubi ſunt uerba iſta in propriam tutelam, &c. ſic & multipliciter exponuntur.

c *Exoluente.* Arg. bonum ad hanc conſtitutionem, ut tantum uiuente foriudicato, & nõ poſt mortem eius, fiſcus vt eſt dictum percipiat fructus. ff. de leg. 3. peto. §. prædium. Et ad id quod dicitur in fine, ibi nullum fiat præiudiciũ Comiti, uel Baroni, facit quia ius quod habet feudatarius tantum publicatur, arg. bonum. ff. de dam. infec. cum qui. §. ſi de uectigalibus, & l. hoc amplius. §. fina. in glo. & de publica. & uectig. interdum. §. idem. & de adulte. ſi poſtulauerit. §. iuberi, & optime dicitur extra de hæret. cap. excommunicamus. §. monitum. & adde iura, quæ notan. infra de mor. banni. de lit. poſt mortem, in glo. patet, &c.

a *Quemadmo-*

ANDRÆAS DE ISERNIA.

deſcendentes, & collaterales habiliores ſunt ad ſeruandum feuda, quàm aſcendentes, in quibus plus deficit ætas. & ꝙ aſcendentes non ſuccedant in feudis, uidi in conſiliũ ſapientium determinari de facto. Barthol. de Capua.

In textu, non ſuccedunt. Facit de feud. cle. qui inueſt. cap. ſucceſſionis. Marinus.

In textu ibi, offeratur. Pro hoc C. de uendi. rerum fiſc. l. 1.

In glo. 1. Nota ꝙ damnato patre, filijs ſeruatur legitima. Et an ex delicto patris perdat feudum filius hodie? dic, ut in iſta conſtit. & ſupra prox. conſtit. ſi quando. Marinus.

In gl. Sequitur. No. ꝙ in feudis auitis mater ſuccedit. Marinus.

In gl. bona. No. ꝙ bona mobilia damnatorum indiſtincte fiſco applicantur, ut etiam in conſt. ſi quando. in fi. Marinus.

De pœna foriudicatorum, & Balio dando filijs eorum. Rubrica.

SI *quando.* Sane, vel parentes. Loquitur in feudo antiquo, quia in nouo parentes non ſuccederent, ut ſupra l. proxi. feudum antiquũ non tam dicitur iure ſucceſſionis ad parẽtes peruenire, quàm ad eos reuerti. ff. de liberis & poſthumis. l. filio. Et intelligunt periti Regni in feudo antiquo ſuccedere aſcendentes & collaterales. Etiam ſi non ſunt coniuncti ab illo latere, unde feudum peruenerat † ad defunctũ, hoc eſt, etiam ſi non fuit primo acquiſitum per illum, qui fuit agnationis communis, quod eſt neceſſarium de iure feudor. in tit. de gradib. ſucceſſio. in feu. c. 1. & dicunt, quòd conſtitutiones Regni non ſequuntur illos uſus, quos poſuit liber ille, ut patet infra de ſucceſ. cog. & hab. l. vt de ſucceſſionibus. Sicut de ſucceſſione filiæ quæ iure illo excluditur, & in multis alijs, & pronunciatum fuit, ut uidi tam in principali, quàm in cauſa appellationis pro fratre conſanguineo tantum uẽdicante feudum ſororis mortuæ quod fuerat matris eiuſdem ſororis, ſicut in d. cap. plenius diximus. & iſtæ conſtitutio. indiſtinctè loquuntur. diſtinctio principij huius. l. multum facit ad id, quod diximus in tit. ſi uaſallus feudo priuetur, cui deferatur. circa fi. ꝙ etiam in feudo paterno commiſſa iniuria in dominum agnatis nocere non debet uiuo iniuriante & culpante, donec uiuit delinquens ſit domini, eo mortuo ſit agnatorum. ff. de iure fiſci. l. Statius. §. fi. & quod notatur. C. de epiſ. & cler. auth. ingreſſi. in glo.

† Additio. *Hoc declara, vt in conſuet. Pariſien. §. 16. in glo. 1. numer. 13.* De Bottis.

¶ Item no. in fi. huius l. quòd bona mobilia damnatorum pertinent ad fiſcum ſecundum generalem uſum Regni, quo etiam bona Burgenſatica vaſalli Comitis, uel Baronis delinquentis, & damnati quia ſunt libera, nec tenet ea a Comite, vel Barone, licet ſint in iuriſdictione eius, perueniunt ad fiſcum ratione, ſcilicet maioris dominij, ſicut & mobilia.

Additio. *Vide Andr. infra conſtitutione, vt de ſucceſ. circa princip. & qualiter & quando, & quibus ſeruandus debeat, vel poſſit delinquens feudo priuari? Andr. in conſtitutione, ſi vaſal. infra de fideiuſſion. vbi de quota parte. & infra in conſtitutione ob filiorum, vt pater, &c.* Cæſar.

Sed aliud eſt in eo feudo, uel alia re, quæ tenetur a Comite, uel Barone, & hoc eſt quod ſequitur infra, ſuo uolumus præiudicio generari. Iſtam materiam plene tractauimus in ti. de pace tenenda. & eius uiola. l. ſi quis hominem. §. ſi uero uiolator pacis. Ideo non repetitur hic. Semper excipitur feudum quaternatum, quod tenetur a Comite, uel Barone, cuius cõceſſio pertinet ad Regem, inf. l. 3. in conſtitutione, poſt mortem.

SI *quando aliquem foriudicari contigerit.* In textu, ibi, cum adminiſtratione. Nota quòd ad fiſcum pertinet dare Balium, quando datur pupillis habentibus feudum, ut infra de iure balij, in gloſ. hic. Marinus.

In tex. quemadmodum. Videtur hic dicere, quòd bona damnatorum ſunt Curiæ, ut hic, cum principio præcedentis cõſtitutionis, & ſic uidetur cõtra in Auth. ut nulli iud. §. fi. quæ eſt. C. de bo. proſcrip. Sed ius Longobardorum concordat cum hac conſtit. ut in Longob. de his qui ad mor. in l. 1. & no. Carolus in Longobar. de homi. lib. l. ſi quis ipſum, & dic, ut ibi. Marinus.

Sed hodie eſt correctum per cap. regis, quod incipit, humanitatis quoque, &c. Petr. de Monteſ.

In tex. foriudicatus, Id eſt, habens filios. & ſic no. quòd uſusfructus quem habet pater in bonis feudalibus filij, ſpectat ad fiſcum, propter delictum patris. Marinus.

Hodie accidit in perſona Comitis Pitigliani in cõmitatu Nolæ. In glo. bene. in fi. Ad hoc facit. ff. de legat. ſecundo, l. penul. §. prædium. & quod no. 10. col. ſi vaſal. de feud. ab aliquo inſt. fue. l. 1. feu. cap. 1. Marinus.

In uer. bona mobilia. No. bona mobilia damnatorum publicari, & ſic corrigitur authent. bona damnatorum, & uide quod no. in conſtitutione regni, poſt mortem, & per Andr. ibi, & de pace tenen. cap. 2. in glo. in uer. quemadmodum, circa medium. Vide ad hoc quod no. per Andr. in titu. de feu. guard. collat. 3. qui hanc l. ſtatum allegat, & de pace tenen. cap. 2. & ſi uaſal. feu. priue. cui deſer. 2. col. Pet. de Monteforte.

uente, Curia noſtra percipiat ſecundum modum ſuperius declaratũ : [a] quemadmodum & alia bona mobilia * [b] damnatorum, ſecundum generalem aſſiſiam regni noſtri ad curiam noſtram ſpectant. Sed Comiti, vel Baroni, a quo feudum tenetur, nullũ omnino volumus præiudicium generari.

De vxoribus foriudicatorum, & parentibus.

TITVL. VIII.

Vxor vel mater foriudicati occaſione foriudicationis nullam moleſtiam pati debent a fiſcalibus ſuper dotibus & donationibus propter nuptias quarta, vel dotarijs conſtitutis, & debitis, ſed integrè habeant: dummodo ipſi foriudicato nullam praſtent ſubuentionẽ. Et ſi contrafecerint, quia d. gratia eis conceſſa videntur abuti, d. gratia priuabuntur per ſententiam: & bona prædicta, & eorum iura fiſco applicantur. h. d. Matthæus.

† IMPER. FREDER.

POena [c] carere volentes innoxios, & punire nocentes, generali lege ſancimus, foriudicatorum vxores, & matres in earũ rõnibus, dotibus .ſ. donationib. propter nuptias, & quarta, atq; dotarijs occaſione foriudicationis, aut dãnationis prædictæ, nullã omnino moleſtiã ſuſtinere: ſed eas integrè habeãt, & omni inquietatione ſecuras: [d] ita tamen vt perſonæ prædictæ, & etiã foriudicatorum filij, ſeu parentes, foriudicato, quem egere volumus [e] non ſuſtentationẽ ab aliquo poſtulari de bonis ipſius eiuſdẽ pietatis nſæ lenitatis ſeruatis, in nullo penitus prouidere præſumant. Quod ſi fecerint, gratia, qua videntur abuti, ipſos priuari cenſemus: & bona ipſa noſtro ærario applicari.

a *Quemadmodũ*. Bene æquiparat fructus reb. mobilib. in hac parte, vt ff. de requir. reis. l. vlt. circa fin. Item q interim donec moriatᷓ foriudicatus, repellatur Comes, vel Baro a petitione feudi, qđ idẽ foriudicatus ab ipſo Comite, vel Barone tenebat: argumentum eſt bonum. ff. de iu. fiſci. l. Statius. §. Corn.

a ADDITIO. *An fructus pendentes dicantur bona mobilia. vide Tiraquel. de retract. lignag. §. 1. in glo. 7 num.* 37.38. De Bottis.

b *Damnatorũ*. Et etiã defunctorum, vt j. de ſucceſſ. no. in fe. l. 2.

De vxoribus foriudicat. & parent. Rubr.

c POena. Propter foriudicationem filij, vel viri mater, vel vxor iura dotalia non perdit: concord. C. ne vxor

vxor pro marito. l. 2. Caneant tamen ne parentes, vel filij, vel vxores prędictorum foriudicatorum de bonis eis conceſſis principalis clemẽtia, alimenta præſtent eis. Et ſic nota caſum, in quo filius non debet alere patrem. † Alij. Idem.

ADDITIO. *Adde an teneatur alere patrẽ bannitum? vide per Bartol. in l. ſi quis a liberis. ff. de liberis agnoſcen.* Superantius.

Et econtrà, & eſt ratio, vt ff. depoſi. bona fides. regulariter, & de iure communi, contrà ff. de liber. agnoſcend. l. ſi quis a liberis.

d *Ita tamen*. Facit ff. de requiren. reis. l. vlt. in fi.

e *Non ſuſtentationem.* Concordat conſtitutio noua, patres. quæ eſt j. & dic, vt not. infra proxima conſtitutione.

Vt pa-

ANDRÆAS DE ISERNIA.

De vxoribus foriudicatorum, & parentibus. Rubrica.

POena carere. Videtur loqui hæc conſtitutio de bonis, in quibus vxores, & matres ius habent, ſ. in dotibus, & donationib. propter nupt. in quarta & dotario. Sic. n. dicit, in earum rõnib. &c. quod quidẽ eſt de iure cõi. C. ne vx. pro ma. per totum. Licet circa finẽ dicat, q ſeruat eis illa bona ex lenitate pietatis imperialis. deinde dicit gratia, qua vr̃ abuti, ſi eſt iuſtitia, non eſt gratia. Vult tamen, q de iſtis bonis non ſuſtententur damnati, & liberi eorum, aliàs priuantur bonis. ¶ Hęc ſumptum eſt ex ti. de pa. te. l. ſi quis hominem. Nec mirum, quia ſi contumaci bannito interdicitur, vt non ſoluatur etiam quod ſuum eſt, ne fuga eius fiat inſtructior. ff. de requi. re. l. fi. multo fortius poterit prohibere legiſlator, ut aliquis coniunctus, vel extraneus non faciat ſubſtentamentũ crimino ſo & damnato, & ſm vulgarẽ loquitur, quia facit gratiam matrib. & vxorib. de iurib. eorum, habito reſpectu ad id, quod de facto fiebat ante hanc legem, quia officiales infiſcabant omnia. ¶ De alijs bonis ſubſtentationẽ præbere non vr̃ prohibitum, vt dictum eſt s. de offi. Iuſt. l. pater pro filijs. quæ non vr̃ habere locum in proditore, aut ex quocunq; crimine foriudicato, quia hoſtis publicus reputatur, s̃. eo. l. pœnam eorum. Alij dicunt & forte melius, q etiam bannitus poſt duos menſes non debet ali', nec ſubſtentari a quocunque: Nam male meritus egeſtate laborare publicè intereſt, vt alij maleſici terreantur exemplo. ff. depoſi. l. bona fides, circa princ. ff. de inof. teſt. l. teſtamento. eorum rigor publicę diſciplinæ in exemplum plerunq; proponitur, vt pœna vnius ſit metus multorum &c. C. ad l. Iul. repet. l. 1. & cum Princeps ſit caput reipublicæ, & pater ſubditorum. C. de inoff. teſta. l. ſi quis in ſuo. abſurdum erit, vt filius, id eſt, ſubditus diligat illum, quem pater, id eſt, Princeps pro bono publico habet odio. membra debent cum capite conformari. 91. diſt. c. ſi inimicos. Et turpis eſt pars, quæ ſuo non congruit vniuerſo. extra de ſpon. c. vlt. cum concor. Quilibet autem homo eſt pars patriæ, ſeu reipublicæ, dicit Seneca in 2. de ira. 7. Sed an vxor cohabitabit cum viro foriudicato, vel proditore? iure ciuili debet ob cauſam hanc a viro diuertere. C. de rep. l conſenſu. circa princ.

ADDITIO. *Vide per me ad pragmaticam Reg. Cath.* Cæſar.

Hodie in matrimonialib. cauſis ſtatur iuri canonico, quo Chriſtus voluit nulla de cauſa, nullo de crimine matrimonium ſolui, excepta cauſa fornicationis, quantumcunque ſit criminoſus alter coniugum. Et tenetur cohabitare, etiam ſi eſſet hæreticus, niſi quando cum contumelia creatoris, extra de repudi. cap. 2. & c. gaudemus. 32. q. 1. §. coniugio. & c. omnes accuſatos, & in ſumma de diuortijs. §. fin.

ADDITIO. *Adde quid ſi eſſet excommunicatus? vide in c. quoniam multos. 11. quaſt. 3. & in c. reſponſo. & in c. cum voluntate. de ſentent. excommunicat.*

Non ergo punitur mulier ſequendo virum proditorem & cohabitando; ſi delicto non conſentit, nec etiam alendo de alijs bonis, quia ſi vixit ea, valet. Nam præbemus alimenta omnibus, qui in ſeruitio noſtro ſunt. ff de ædil. edic. l. itaque. de oper. lib. ſicut patronis. ¶ Sed an teneatur capere, vel denunciare, ut capiatur, uel clamare, ſicut dicit conſtitutio, ad uindictam. Regis Caroli I. & in §. ſi uero contra imperium, in Authent. ut liceat matri & auiæ? Non videtur,

videtur, ex quo canon præcipit cohabitationem, & indiſſolutionem carnalis copulæ, eſſet proditio, ſi caperet, uel faceret capi. Iura intelligenda ſunt ciuili modo. ff. de ſerui. l. ſi cui. Nam & hoſti fides ſeruari debet. 23. q. 1. noli.

ADDITIO. *Adde in quo caſu fides ſit ſeruanda non ſeruanti. in l. quamuis. ff. ad Turp. & per Card. Zabar. in c. cum inter R. in 5. oppo. de electio.*

Nec inuenitur de coniuge, quòd debeat denunciare factionem viri, vel vxoris, ſicut de patre & filio, nam licet lex ciuilis dicat non eſt amor qui vincat paternum.

ADDITIO. *Adde l. ſi pater. C. de ſponſ. & in l. iſti quidem. ff. quod metus cauſa.*

Chriſtus dicit, non eſt amor qui vincat coniugalem dilectionem. Quia dimittet homo patrem & matrem, & adhærebit vxori ſuæ, & erunt duo in carne vna. Geneſ. 2. Marci 10. ſic ſunt vna caro. ff. de ritu nupt. l. 1. & indiuidui ſunt ex diffinitione nuptiarum. Inſti. de pa. po. in princ.

ADDITIO. *Adde c. debitum. de bigamis. & in c. gaudemus. de diuortijs. & originaliter Matth. 19. & ad Epheſi. 5.*

Non extendetur durities huius, & dictæ cõſtitutionis ad uindictã. Et §. ſi vero contra Imperium ad alias perſonas extenditur, in quibus eſt alia ratio, quæ pactum reformat. C. de tranſact. l. interpoſitas. non enim multum offendit ea, quæ neſciuit, nec conſenſit crimino ſo viro receptãdo, & cohabitando iure Rom. ff. de pœ. l. Metrodorum. Etiam alij conuicti de receptatione mitius punientur. ff. de rece. l. 2. Secus ſi aleret & ſubſtentaret ad animandum eum ad id, quod tenetur nedum inſit enormibus, imò in quibuſlibet tenetur. ff. de fur. l. is qui opem. Nam fert opem, qui ad peccandum nos adiuuat. 14. quæſt. 6. ſi res. Sed ſi ſciat virum velle ſic delinquere enormiter ad actum procedendo, quomodo non denunciat, cum imperium Deum ſequatur, in Auth. de fide inſtru. §. 1. & ideo oportet magis obedire, Actuum 4. Regula, culpa caret qui ſcit, licet prohibere non poteſt. ff. de re. iur. habet locum in alijs, quàm in Deo & Principe. reſponſum eſt ſupra, quia cũ per iuſſum Cano. & Dei non debeat uirum propterea dimittere, non debet eum prodere. Debet tñ quantum poteſt retrahere eum a peccando. In alijs, qui tenentur iuuare alios, intelligitur ſi poſſunt commode, ut diximus de pace tenenda. l. ſi quis hominem.

POena carere. Ibi, foriudicatorum. Quæro an bannitus faciat procuratorem? arg. quòd ſic, in l. Papinianus. ff. de mino. Sed Speculator dicit, quòd bannitus perpetuo non facit procuratorem. in tit. de procurato. Petrus de Monteforte.

In tex. quartam. Sed an eo ipſo quòd eſt foriudicatus, mulier debeat habere quartam, uel debeat expectare mortem, & interim fiſcus teneat? quod uidetur, quia peti non poteſt, niſi ſoluto matrimonio, vt infra de do. co. l. 1. Sed hic matrimonium non ſoluitur. ff. de bonis damna. l. ſed ſi. de condi. & demonſt. l. intercidit, & ſupra conſtitut. pœnam. Item pro hoc l. ex capite. §. inſulam. ff. de verb. oblig. per hoc ſupra proxima conſtitutio. ibi, patre autem, &c. & quod ibi no. In cõtrarium facit hæc litera, quòd uxor & mater debeant habere dotes, & donationes propter nuptias. R.S.

Vt pater

Vt pater foriudicati ex delicto filij non teneatur. Rub.

a OB *filiorum*. Si foriudicatus fuerit filiusfamilias, pater non punitur in bonis, quia ex alieno delicto, &c. quod dic, ut C. de inofficio teſtamen. ſi quis ſuo patre mortuo, ſi non habeat alios filios ſuccedit fiſcus: ſi habeat, habet fiſcus partem foriudicati. Item in crimine læſæ maieſtatis ſeruātur iura communia.

Ob filiorum. ff. de iudic. tam ex contractibus. C. ne filius pro patre. l. 1. & in Lombar. de ven. no. ſiue rei. l. quicunque.

b *Ex delicto filij*. Iam mortui, idem ſi uiueret, quia pater pro eo non tenetur, ſicut nec maritus pro uxore, ut C. ne uxor pro ma. l. 1. niſi eis exulib. vel fugitiuis neceſſaria ſubminiſtreſſo. Et niſi in crimine læſæ maieſtatis, licet eos redimere poſſit pecunia, ſi egentes puniri deberent, ut dicit conſti. noua, quæ incipit, patres. quæ debet hic eſſe, ſed ponitur in titu. ſupra, ne patr. pro fil. vel econtra fratres pro fratribus teneantur.

† *Aliàs, Vt pater foriudicati nihil ex delicto filij poſſit condēnari.*

† *Aliàs, Idem.*

Vt † pater foriudicati ex delicto filij non teneatur.

TITVLVS IX.

Pater pro filio delinquente, eius vita durante, nullam debet ſuſtinere pœnam: ſed poſt eius mortem ab inteſtato, ſuperſtite filio foriudicato ſuccedit fiſcus in eius portione, quam haberet, ſi non eſſet foriudicatus. Si vero filius delinquat in crimine læſæ maieſtatis, ſeruetur ius commune. h. d. Matth.

† IMPER. FREDER.

OB filiorum [a] culpas innocentes patres arceri non tam iniuſtum, quàm impium reputantes, præſentis noſtræ pietatis decreto decernimus, patrem ſuperſtitem [b] ex delicto filij in nullo [c] prorſus [d] affligi, vel puniri debere. Mortuo verò patre, ſi liberos alios præter foriudicatum [e] non habeat, bona, quæ ei ex ſucceſſione patris mortui deberent deferri, fiſci noſtri iuribus vendicentur. Si autem liberos alios habeat; ſi quidem res tales ſint, quæ diuidi poſſint, hæreditariæ, vel feudales in parte contingente, foriudicato pro numero liberorum fiſcus noſter ſuccedat: ſi quidem fratrem foriudicatus, vel ſororem denique in capillo non habeat, in bonis ipſis fiſcum noſtrum eſſe decernimus ſucceſſorem, omnibus, quæ ſuper criminibus læſæ maieſtatis veteres iuris authores, tam cōtra ipſos reos, quam ſucceſſores eorum ſpecialiter induxerūt, in ſuo robore duraturis.

c *Prorſus affligi*. Licet pater non conueniatur, neque teneatur nomine filij, niſi, ut hic notatum eſt: ſi tamen filiusfamilias conueniatur, aut concipitur libellus nomine filij, reſpondebit pater, ut C. de bonis maternis. l. 1. ¶ In aduentitia tamen hæreditate filiofamilias delatā trimembris fit diuiſio, ſcilicet, an pater & filius conſentiant, an tantum pater, an tantum filius, ut C. de bonis quæ liber. l. fin. In his enim qui ſub tutela, uel cura ſunt diſtingue, ut maior infante poſſit, uel ipſe cōmunici authoritate tutoris, niſi ſit abſens, uel ipſe tutor, uel curator. Quando uerò eſt minor infante, tutor tantum, ut ff. de admin. tut. l. 1.

d *Affligi, vel puniri*. Quod hic dicit affligi, uel puniri, ſic intelligas pro actu puniri per ſententiam. Sicut enim filius pro patre non conuenitur, niſi ſolis dictis modis, ſi pro eo interceſſerit, uel ei ſucceſſerit, ſiue ſit paterfamil. in poteſtate conſtitutus. C. ne fil. pro pat. l. ne contra, ff. de minorib. l. 3. §. nec eo mouemur. Excipitur in caſu, ut in cauſa primipilari: nam ſi liberi etiam non extarent hæredes, tenerentur ex perſona patris, ut C. de primipi. l. fin. lib. 12. Ita nec pater pro filio emancipato, uel libertus pro patrono conuenitur, niſi ſolis, ut dictum eſt modis. Si autem aliquem ex prædictis, uel omnino extraneum aliquis pro aliquo vi exegerit, uel etiam rem aliquam, ut pignus habiturus, ceperit. hoc eſt quod dicit lex, ſecundum formam pignorationis exegerit, idipſum quicquid ſit in quadruplum inde paſſo reſtituet, nec non actionem, pro eo quod talia præſumpſit, ut in Authen. ut non ſi. pi. §. 1. & 2. collat. 6. Si uerò filius ſit in poteſtate, ex contractu conuenitur pater ſolitis modis, uel tributoria, vel de peculio, vel quod iuſſu, uel de in rem uerſo, quæ omnia dic, ut Inſtit. quod cum eo. Ex delicto verò pater pro filio non conuenitur, ſed ipſe filius conuenitur, vel accuſatur, ut hic. & ff. de noxa. l. quoties, & l. ſi condemnatus. quod dic, ut Inſtit. de noxa. §. inſtituuntur. & Inſtitu. de act. §. ſeruus. Et non ob. quod legitur in Lombarda, de non ſucceſ. ibi enim non tenebatur pater defendere filium tāquam tutor legitimus. Erat enim filius emācipatus, & ſic pater erat ei tutor legitimus, ut Inſt. de le. pa. tu. quod ex eo apparet, quod dicitur in contrarium fuiſſe celebratum contractum inter patrem & filium nō valet, niſi filius eſſet emācipatus, ut ff. de contrahen. empt. inter patrem. & C. de prob. ſine poſ. Item poſt mortem patris dicit admittēdum legitimum propinquum, qui iuſtè ei tutor eſſe videtur.

e *Non habeat*. Scilicet foriudicatus, qui debeat ſuccedere patri ſuo defuncto, qui ſi habeat fratres fiſcus admittitur ad bona patris foriudicati pro numero liberorum, ut ſupra poſuit. Si uerò non habeat fratrem, vel ſororem in capillo, nec etiam ſuperſint alij, qui numerantur ſupra l. foriudicatorum, & l. ſequen. tunc fiſcus uocatur in totum, ut hic, & ſupra eod. l. 1. ¶ De ſorore uerò in capillo non ideo ponit, quia ſuccedit patri. frater enim excludit ſororem a ſucceſſione communis patris iure Longob. vt in Lombar. de ſuc. l. 1. & l. ſi quis Longobardus ſine filijs, & in de ſucceſ. feu. l. 3. Sed illud ideo, quia ſoror in capillo dotanda erat de bonis patris a fratre, ut ff. de adminiſtratione tutorum, cum plures. §. cum tutor. infra de ſucceſ. in feu. l. penult. & l. fin. de feu. & re. feu. fratribus. & fiſcus non vocatur in totum ſorore in capillo ſuperſtite. Sed tanto minus habebit de bonis, quantum ſoror habere deberet in dotem pro modo facultatum, & ſecundum paragium, ut ff. de iure dotium. ſiue generali. & l. cum poſt. la ſeconda. §. generi. infra de ſucceſ. in feu. l. 3. Cum enim bona peruenerint ad fiſcum ex delicto cum onere ſuo tranſeunt, ut in Lombarda, de his qui ad patr. uenire contemp. l. cuiuſcunque hominis proprietas.

De his

ANDRÆAS DE ISERNIA.

Vt pater foriudicati ex delicto filij non teneatur. Rub.

OB *filiorum culpas*. Fiſci noſtri iuribus vendicentur. Intellige, quod pater foriudicati ipſo filio foriudicato viuente erat mortuus inteſtatus. Nam ſi pater † faceret teſtamentum, & filium foriudicatum exhæredaret, iuſta eum cauſa eſſet. in Authen. ut cum de appel. cog. §. cauſas autem. non eſt dicendum fiſcum ſuccedere. Idcirco notabiliter dicit bona, quæ deferri fiſco deberent. Sed ſi pater non exhæredauit, alij et filij non poſſent cōqueri. C. de inof. teſt. l. omnimodo. Item filius foriudicatus ciuiliter mortuus naturaliter viuebat in morte patris ſui. & ideo fiſcus habet partē iſtius foriudicati naturaliter viuentis, ut licet patri ſuccedere non poſſit, pars tamen eius fiſco debetur exemplo deportati. qui hæres non poteſt inſtitui, eius tamen portio datur fiſco. C. de hære. inſtit. l. 1. ff. de leg. 3. l. ſi deportati.

† ADDITIO. *Adde Rober. Maran. in l. is poteſt, nu. 124 ff. de acqui. hæred.* De Bottis.

¶ Et ſi dicatur eū patri ſuccedere, aufertur ab eo tanquam ab indigno, & datur fiſco. Et tunc quia propter eius delictum non eſt capax, non fit locus alijs ſuccedentib. patri ab inteſtato, ſed fiſco. C. de his, quibus vt indi. l. hæreditas. in gl. ſecus ergo ſi hic filius foriudicatus, uiuo patre, eſſet mortuus naturaliter, vel per ſupplicium: nam tunc fiſcus † nihil hēret poſt mortem patris, quia & ſi hæres eſſet huius foriudicati filij, fiſcus nō ſuccederet illi, cui poſſet ſuccedere ipſe foriudicatus, ſi viueret, quia ius ſuccedendi non tranſit ad alium extraneum hæredē, et ſi mortuus eſſet hic foriudicatus ante apertum teſtamentū patris.

† ADDITIO. *Fiſcus non ſuccedit ex perſona rebellis. vide Loffred. in conſi. 32. col. 3. & Gram. conſil. 7. in criminal.* De Bottis.

Idem ſi ab inteſtato, antequàm ſciret. C. de his qui ante apertas tab. l. 1. C. de iure deliber. l. quoniam. & diximus plene in quæſtione filij maioris viuentis iure Francorum in feudo mortui uiuo patre, ex delicto proditionis, quia ex delicto ſecundo genitus habet feudū non fiſcus. in tit. quæ ſit prima cauſa amit. beneficij. in §. præterea, ſi uaſallus. Item in feudo tunc filius foriudicati, uel proditoris habet illud non fiſcus. quia nepos ſuccedit auo ex ſua perſona. Inſti. de exhæred. lib. §. poſthumorum. ff. de in ius uocan. l. adoptiuum, in fi. de ſenatoribus. l. emancipatum. §. fi. facit ſupra l. 2. §. patre autem. ¶ Et ſic intelligendum quod dicitur hic in fi. de ſorore in capillo, quia ſi frater foriudicatus mortuus fuit, uiuo patre, ſoror eius erit hæres in totum, & fiſcus in nihilum. Si uero poſt mortem patris foriudicatus moriretur, totum habebit fiſcus. Et ſoror in capillo habebit a fiſco dotem ſecundum paragiū. ¶ Nam cum ſuo onere fiſcus habebit bona. C. ad l. Iul. de vi priua. l. tutores. ff. ſol. mat. l. ſi marito. in princ. &c.

OB *filiorum culpas*. In glo. non habeat. No. quòd bona tranſeunt ad fiſcum cum onere dotandi ſororem in capillo fratris foriudicati. Sed quid ſi feudatarius qui de feudo antiquo alimenta præſtabat, deceſſerit ſine liberis, an fiſcus teneatur ad illa alimenta præſtanda? dicas quod ſic, ut ff. de ali. & cib. leg. l. 2. in fi. Barth. de Capua.

In glo. quod hic. ibi, item nec pater. No. hic, caſus in quibus pater pro filio, & contra conuenitur, & in quibus non. & uide ſuper hoc c. regni. item prædicti admiratij. Petrus de Monteforte.

In glo. foriudicatus. ibi, patris. No. quod ſoror in capillo ſuccedit patri, & excluditur propter fratrem, dummodo eam maritet de paragio. Marinus.

Idem

Circa

De his, qui fideiuſſores dare poſſunt, ne incarcerentur.

TITVLVS X.

Accuſatus, vel delatus pro crimine capitali, dando fideiuſſores de ſtando iuri, non carceratur, & ſi eſt carceratus, debet liberari, & extra carceres ſe defendere per rationes hic contentas. Fallit in 10. caſibus hic contentis, & ſi non habet fideiuſſores, ſuas defenſiones faciat in carceribus. Et ſi accuſator deſiſtat carcerabitur, & punietur pœna legitima, carcerati pro cauſa capitali eorum expenſis cuſtodiuntur, & ſi ſunt pauperes, expenſis regia Curia, & pro quolibet cuſtode ſoluantur grana 13. & vnum pro alio Iuſtitiarius non debet detinere in carceribus. h.d. Matthæus.

† IMPER. FREDER.

HVmanitate [a] * nobis ſuggerente ſancimus, quòd ſi quando accuſatus, vel delatus ſuper criminalibus & capitalibus cauſis, fideiuſſores dare paratus ſit, ſi pro qualitate criminis & perſonæ, nec minus facilitate conueniendi ſufficientes & idonei reputentur, tradi militibus q; ſquallore carceris macerari nõ volumus accuſatum: niſi crimen adeò, vel confeſſione ſua, vel ipſa [b] flagranti deprehenſione ſit euidens, aut publicè facta inquiſitione ſit publicum, aut notorium habeatur, vt iam conſtet reum ad nihil aliud inficiari propoſita, niſi vt pœnam differat, quam leuis & infamatæ perſonæ temeritas, & propoſitæ qualitas accuſationis expoſcit. Ab huius autem noſtræ ſanctionis * humanitate præcludimus accuſatos, vel delatos criminis ma-

De his qui fideiuſſores dare poſſunt, ne incarcerentur. Rubr.

a HVmanitate. Tria dicuntur principaliter in hac conſtitutione. Accuſatus de quolibet crimine non debet ſuſtinere ſquallorem carceris, ſi poteſt dare fideiuſſores idoneos. concor. ff. de cuſt. reo. diuus. Fallit in crimine notorio. Item in crimine læſæ maieſt. non notorio. Et quare prædicti retineantur in carcere, redditur ratio in litera. Item dicitur, q; ſi accuſatus ſit in carcere defectu fideiuſſorũ, & accuſator non procedat in cauſa, punitur tanquam deſertor accuſationis, quæ pœna eſt infra conſt. 2. Tertiò dicit Imperator, q; contra illos, qui capti ſunt de cõſcientia noſtra nolumus, quod cognoſcatur ſine uoluntate noſtra, quia interdũ liberamus eos, & cauſa correctionis ponimus eos in carcerem, & multos propterea vidimus emẽ datos dum uexatio eis præbuit intellectum, nam &c. C. de emend. propin. l. 1. Humanitate. ¶ Ex litera præſenti ſumitur quod frequenter in cauſis allegatur, q; ſi aliquis accuſatus de aliquo crimine præſtitit fideiuſſores & poſtea conuincatur quòd poteſt poni in carcere, ut probatur. C. de exhi. re. l. 2. in princ. & C. de cuſto. re. l. ſi quis in ea. Et maxime quando confeſſus eſſet de crimine, vt' de cuſt. reo. ſi confeſſus. licet uideatur cõtra. C. de appel. eos. §. ſuper his, & l. minimè. in fi. Humanitate. dic, ut ff. eod. l. diuus Pius, & l. ſi confeſſus.

† *Aliàs, Idem.*

● ADDITIO. *Vide duo cap. regni, item caueant, & Capic. deciſ. 154. & ibi quando quis dicatur carceratus. Adde quòd ſi ſtatutum diſponat quòd carceretur accuſatus, tamen nobili accuſato poteſt dari totum palatium pro carcere, vel etiam ciuitas. Ang. in l. pen. ff. quod met. cau. cum alijs adductis per Cottam in verbo, carceres. & ibi qualiter intelligatur iſta nobilitas, Gramm. deciſ. 14. omnino uidendus. uide latè per modernos in cap. regni, ſubditorum, num. 104. in cap. ſtatuimus, vt nullus. fol. 76. vide et Capic. deciſ. 30. vbi an inquiſitus de crimine falſi liberetur fideiuſſorib. de quo etiam per modern. in cap. regni, vt qua ab excellentia. fol. 89. nume. 2. & vide cap. regni, ab illo inchoandum. & ibi ſcrib. vbi latiſſime, fol. 129. Adde quòd licet aliàs ex forma ſtatuti detentus ex cauſa capitali non debeat fideiuſſoribus relaxari, tamen ſi de proximo eſſet liberandus, puta quia facta publicatione cõſtat de innocentia, poteſt tunc fideiuſſoribus relaxari. ita Doct. relati per Tiraquel. poſt ll. connub. num. 7. fol. 127. quem vide. Adde quòd ubi contra aliquem eſt formatus proceſſus qui reperitur nullus, debet a carceribus liberari, nec interim donec proceſſus cõualidetur, poteſt detineri. ita dicit Tho. Gram. in voto 31. in fine.*

Quid ſi extaret ſtatutum, quòd pro aliquo delicto imponatur pœna pecuniaria, qua ſi non ſoluatur, imponatur corporalis, an interim debeat inquiſitus liberari ſub fideiuſſoribus. vide deciſ. Pedem. 13. per totã, qua tenet quòd ſic. Quid de iure communi, vide Hippol. de Marſ. in rubr. de fideiuſſorib. nume. 210. & 211. vbi dicit quòd fideiubens pro accuſato de vulnere, ſi ſequitur mors, non tenetur de occiſo. & nu. 219. dicit quòd licet aliàs quis non debeat relaxari fideiuſſorib. tamen ſi facta publicatione proceſſus apparet ipſum eſſe abſoluendum, poteſt liberari fideiuſſoribus.

Vide de modo carcerandi per Capic. in deciſ. 154. Adde quòd non tenet fideiuſſio præſtita per laicum pro clerico litigante coram iudice ſeculari l. ubi lex. ff. de fideiuſ. Sed quid ſi fuit liberatus fideiuſſorib. demum ſunt indicia ad torturam contra eum, an ſtatim ſit carcerandus, vel debeat expectari publicatio teſtium. dic quòd eſt carcerandus. & ita latè firmat Luc. in l. quoties, 1. col. cum ſeq. de dignit. lib. 12. De Bottis.

b *Flagranti.* Simile uerbum. C. de epiſco. & cleri. l. raptores. & de rapt. uirg. l. 1.

● ADDITIO. *Vide Andr. in tit. quæ ſint regalia. in verbo, & bona committentis. in addit. incip. aduertendum eſt. & Capic. deciſio. 130. num. 12. 13.* De Bottis.

a *Subtraxe-*

ANDRÆAS DE ISERNIA.

Circa hanc conſtitutionem, in quibus caſibus puniuntur filij ex delicto patris, & de poteſtate patris in filium, & de ratione uide in conſtitutione, Patarenorum. & ibi gl. & glo. conſtit. inconſutilem. ſuper uer. per omnia. Marinus.

In tex. ibi, decreto decernimus. Satis expreſsè hic probatur, q; pater non tenetur pro filio condemnato ſoluere condemnationem, nec legitimam ante vitam ſuam aſſignare. de quo uide. l. noxali. cum duabus ſeq. hic alleg. & quod no. ff. ſol. ma. l. ſi filiofamilias. ff. ad leg. Aquil. l. in lege. de bon. damnator. l. quinque. C. de bonis damna. l. 3. ut no. hoc plenè per Specu. in tit. de ſenten. execut. §. ſequitur. uerſi. quid ſi filiusfamilias. Petr. de Monteſ.

De his qui fideiuſſores dare poſſunt, ne incarcerentur. Rub.

HVmanitate. Ponit regulam, & caſus exceptuatos a regula. Eſt hic etiam in principio literæ, quædam additio noua uolens, ut homines leuis conuerſationis & uitæ per famam publicam non recipiantur cum fideiuſſoribus. Aut ſi per inquiſitiones de eis factas fuerunt accuſati, aut delati: eſt intelligendum, ſi accuſatio, vel delatio huiuſmodi pendebat, & non erat finita: Sed ſi abſoluta ſit. Item ſi forbannitus propter ſuam contumaciam accuſetur, non recipientur fideiuſſores: quod ſic intelligendum eſt, quicquid dicat gl. inuoluens ſe. Apulus in Apulia accuſatus de aliquo crimine coram Iuſtitiario Apuliæ, fuit contumax, & ſic bannitus: deinde de alio crimine accuſatur Neapoli in magna Curia, non recipiuntur fideiuſſores ab eo, qui eſt bannitus, & permanet in banno, multò fortius ſi coram banniente: Nam licet res inter alios acta, &c.

ADDITIO. *Adde Salyc. in l. ſi is qui. in 1. notabili. C. de liber. cauſa. intellige quo ad plenum præiudicium, vt in l. ſi duo patroni. in princip. ff. de iureiur.*

Tamen contempſit Curiam, quæ eadem eſt in omnibus officialibus Regni. Et ſic contumacia ſemel contracta, ſemper durat, niſi purgetur. ut l. cum pater. ff. de uſuris. Et qui ſemel fuit contumax in una cauſa, fugiendo, idem præſumetur in alia. ff. de accuſationib. l. ſi cui. §. iiſdem. ¶ Leuis etiam cõuerſationis & uitæ erit in alijs, quàm vnde accuſatur: ſecus ſi de illo banno extractus erat, quia non dicitur forbannitus. ff. de ædili. edicto. l. quod ita. & per ea, quæ dicta ſunt ſupra. l. grandis. & l. pœnam. & l. clementiæ. Non enim omnis, qui accuſatur reus eſt. C. de accuſatio. l. fin. Quandocunque tamen bannitus ueniat, recipietur cũ fideiuſſoribus: ſecus ſi capitur in fuga, ut hic no. ¶ Item ſi de eodem crimine, de quo fuit bannitus, denuò accuſetur coram banniente, vel alio, ſi uenit cum fideiuſſoribus etiam poſt annum, tamen ante forjudicationis ſententiam recipietur, & non carcerabitur: ſecus ſi capitur in fuga. ¶ Item dicit gl. quod abſens non fugiens, non capitur: arg. ff. ad leg. Fal. de plag. l. 2. in princ. Sed in alia materia loquitur lex illa: vnde innuit gl. q; fiet contumax, ſi poſt bannum capitur, non dicet cauſam ex uinculis, arg. ſupra de pœ. cont. inci. ca. l. ſi quis poſt litem. circa fi. Quod intelligendum eſt, ſi capitur infra duos menſes, ut dictum eſt ſupra d. l. clementiæ. Sed in caſib. exceptuatis eſt aliud, ſicut eſt crimen maieſtatis contra perſonã Principis, uel collateralium, dicit additio noua, quæ eſt hic circa literam. Pro quo eſt l. quiſquis. C. ad leg. Iul. maieſt. Item ſi confitetur de crimine † reus. Et ſi fatetur extra iudicium etiam faciet indicium ad tormenta. ff. de adult. l. capite quinto. in glo. & melius de ædil. edi. l. quoties. §. fina.

† ADDITIO. *Vide Luc. in l. quoties. col. 2. C. de dignit. lib. 12.* De Bottis.

¶ Item ſi captus ſit in flagranti. Ad quod eſt ſupra de officio Iuſtitiarij, non per Calendas. Item ſi conſtaret per inquiſitionem, tunc et ſi a principio dediſſet fideiuſſorem, incarcerabitur, quando incipit cõſtare, ne fugiat. C. de cuſt. reo. l. 2. ¶ Et ſi reus mittatur ad iudicẽ cum litteris mittentis etiam ſi non ſunt præſentes accuſatores, detinebitur in carcere, donec accuſantes ueniant, ut in eorum præſentia procedatur, probatur Actuum 25. ¶ Quis dicitur captus in flagranti, & a quo poſſet capi, ſi a quocunque, diximus in d. cõſtitutio. Iuſt. non per Calend. & ff. de fur. l. 2. in princ. ¶ Sed qualis proceſſus ſit habendus

contra

a *Subtraxerint*. Argumen. bonum ad hoc. ff. ad Syllan. l. lege. §. 1. b *Forbanniti*. Sane intellige, ſicut uerba declarant, quando quis fuiſſet iterum in alio caſu, quam iſto, de quo non impetitur ſorbannitus: ex iſto enim caſu, de quo nunc accuſatur, licet quia non comparuit fuerit forbānitus, nihilominus eſt fideiuſſoribus idoneis committendus, dummodo ante forjudicationis ſententiam veniat per ſe, vel per alium afferens ſatiſdationem idoneam de parendo iuri & iuſtitia facienda, ut ff. de requiren. reis. l. 1. §. ſi prouinciæ præſidem, & ſupra, infra quod tempus ſe repræſentari licet. l. clementiæ. Secus verò ſi bannitus huiuſmodi non veniret per ſe, vel per alium, ſed caperetur in fuga, quia tunc ſine dubio non eſſet fideiuſſorib. committendus, ut ff. ad Syllania l. lege. §. præterea. Et ſic ſeruamus in magna Curia, & facit optimè contra huiuſmodi fugitiuum, in Authent. ut nul. iudi. §. ſi quis uerò accuſatus, collat. 9. & ff. de bon. liber. ſi in libertinum. in fine. Et benè dixi, caperetur in fuga. ſi enim abeſſet, ſecus. aliud eſt enim abeſſe, aliud in fuga eſſe, ut ff. ad l. Faui. de plagiarijs. l. prima.

Additio. *Adde quis dicatur abeſſe. vide per Dom. in ca. ſi delegatus. in 2. no. de offic. deleg. lib. 6.* Superantius.

iestatis contra perſonam noſtram, ſeu noſtrorum collateralium ſatagentes: quos velut ſuſpectos interdum nos ipſi ante ſupplicium carcerari cuſtodia ſpecialiter, & expreſsim detineri mandamus: vel Iuſtitiariorum noſtrorū aliquis hoc iniungat, cum vel perſonæ leuitas, & immanitas criminis iſtud exegerit, quòd contra ſalutem noſtram aliquem attentaſſe dicatur. Quòd ſi fideiuſſorum committeretur cuſtodiæ, non tanti haberet fideiuſſores relinquere pœnæ, quanti quòd pro commiſſo facinore pęnam debitam poſſet euadere, aut non commiſſum aliquando facinus, quod eſſet acerbius, confirmaret: vel niſi leuis conuerſationis, & vitæ per publicam famam, vel inquiſitiones de eis aliquando factas, accuſati fortè extiterint, aut delati, aut aliquando quòd ſui copiam [a] ſubtraxerint [b] forbanniti. * Prædictis autem ceſſantibus de regulari, & communi iure ſufficientium fideiuſſorum fidei committi decernimus accuſatos, vt nō incarcerentur

Accedit etiam ad prædicta ſupra de pœna contuma. in ciui. cauſis. l. ſi quis poſt lit. in ſi. vbi dicit, captus, aut per iudicem, &c.

* Additio. *No. hunc tex. qui dicit, quòd aliàs bannitus fideiuſſoribus committi non debet. intellige. ſi Iuſtitiarius vel officialis ex cauſa aliqua hoc iniungat, vt ſupra in uer. uel Iuſtitiariorum noſtrorum aliquis lege iniungat. nō ergo ex neceſſitate officij tenetur Iuſtitiarius ipſum ponere in carcerem fideiuſſoribus non receptis, ſed ſi vult, ff. de iudi. l. non quicquid. ſi ergo Iuſtitiarius viderit eū, qui licèt aliàs fuerit bannitus committendus fideiuſſoribus committet, & derogabit, prout ſibi videbitur. & hoc dicit iſte tex. ſi bene inſpicitur.* De Bottis.

a *Propterea.*

ANDRÆAS DE ISERNIA.

contra huiuſmodi captos? Dicunt quidā, q̧ eo ipſo q̧ inuentus eſt in flagranti eſt conuictus, & punitur ſtatim ſine aliqua ſnīa, ſic innuitur in gl. de rap. virg. §. 1. ſuper ver. conuicti interficiantur, pro quo vr̄ facere, ff. de ritu nup. l. palam. §. quæ in adulterio. ubi deprehenſio ſolā ſine ſnīa notat deprehēſum. Alij dicunt q̧ iudex interrogabit captū ſi deliquit. Et ſi fatetur, planum eſt, q̧ damnabitur, ſicut quilibet cōfeſſus, ff. de cuſt. reo. l. ſi confeſſus. ſi neget dicunt torquēdum ſtatim C. de cuſt. reo. l. 3. in princ. ubi ponitur de capto per officiales in notorio, & dicit litera ſtatim debet quæſtio fieri. Contra quos † eſt. C. de defenſo. ciui. l. defenſores. quæ dicit mitti ad præſidem huiuſmodi captos in flagranti cum illis, a quib. fuerant accuſati. Ideo non placet eorum poſitio, nam & ſi iudex non pro tribunali ſedens comprehendiſſet, cum multis aliquē in flagranti, & captus negaret facinus, tunc ſine examinatione fieri nō poſſet. 2. q. 1. Deus omnipotens. §. quādo.

† Additio. *Vide Luc. in l. 1. col. 2. C. de petit. bono. ſubla. lib. 10. vbi tenet, quòd non poteſt punire, ſine accuſare. vide examinatam hanc theoricam per Luc. in l. 2. C. de fertil. lib. 12.* De Bottis.

¶ Diſtinguendum eſt ergo, aut eſt captus in flagrāti per officiales, aut alios ad hoc deputatos per Curiam, & tunc ſine accuſatione per inquiſitionem procedetur. C. de accu. l. ea quidē. 4. q. 3. §. aliqn̄. ¶ Cuiuſmodi ſit hæc inquiſitio, ſtatim dicetur. Aut eſt captus in flagranti per priuatos, non officiales, & tunc oportet qd̄ accuſetur, ut l. defenſores, p̄p regulam quæ eſt. ff. de mune. & hono. l. reſcripto. §. ſi qs accuſatorem. quia ſine accuſatore nemo punitur, & hoc iure diuino vr̄ factum per Chriſtum, Io. 14. ubi deprehēſam in adulterio dimiſit, quia non habuit accuſatores. Eo ſaluo, q̧ ēt ſi priuati, uel conſanguinei cepiſſent in flagranti notorium criminoſum, qui in conſpectu populi, uel multorum crimen perpetraſſet, q̧ ēt ſine accuſatore punitur: nā euidentia perpetrati ſceleris accuſatore non eget, extra de accu. euidentia. ut quia oēs admiſſum ſcelus proclamāt. eo. tit. c. tua. in gl. Vel erat notorium toti populo, aut maiori parti, ut dicit gl. in l. ea quidē, & per Inno. de cohab. cler. & mulierum. c. tua. & ff. de adul. l. 1. §. ſi publico. in fi. dicit gl. in notorium ſine accuſatore procedi. Licet intelligat de notorio. l. ea quidem. Sed eadem eſt rō in pręditto notorio, qn̄ in conſpectu multorum eſt captus in flagranti. Vbi ergo † iudice pro tribunali ſedente, deliquerit quis, perinde eſt ac ſi probatum eſſet per teſtes, tunc ſtatim iudex poſſet punire, ut no. in d. §. quando. 2. q. 1.

† Additio. *Vide Corſ. in ſing. ſuis in ver. delictū col. 23.* De Bot.

¶ Sed & tunc ſi diceret, percuſſi ad meam defenſionem, poſſet eſſet quod alij viderunt, q̧ ad defenſionem, & quòd uiderunt prius percuſſum eum, & iudex non uidit, argu. ff. de teſti. hæredes. in princ.

Additio. *Adde an quis poſſit percutere ad ſuam defenſionem? vide per Doct. in c. ſignificaſti. el 2. de homi. Doct. in cle. ſi furioſus. eo. tit.*

Bonus iudex ſtatim de hoc quærat a circunſtantib. & ſi uideat, q̧ ad morandum & fruſtrādum hoc dicat, deneget. Et ponat cauſam in actis, quare non admittit. ſ. quia uidit ipſe, & certus eſt per alios, qui interfuerunt, quia non ad defenſionem fecit, quia nō fuit prouocatus ab offenſo, & ſi fuiſſet prouocatus uidiſſet, ſicut in ſi. no. ff. de iti. actuque pri. l. 1. §. ſi. in ſi. magnæ gl. Nō. n. debet admittere fruſtratoria. C. de fal. l. ſatis aperte. Aliàs iuris adminicula denegare non dēt. C. de ſen. præſe. præt. l. 1. Si iudice nō ſedente p̄ tribunali in conſpectu ſuo & multorū, multo magis, qn̄ in conſpectu non iudicis, ſed populi, uel aliorum officialium miniſtrorum. ſ. delictum commiſſum eſt, & captus, uel non ſit in flagranti, ſi quidem eſt notorium permanens. †

Additio. *Adde glo. & ibi Ant. de But. in repet. c. veſtra. de cohab. cler. & mulie.*

† Additio. *Nota ex hac doctrina, quæ ponitur in col. præced. ibi, quia ſine accuſatorem, quòd licet in adulterio non poſſit inquiri ex officio, tamen fallit, vbi adulterium eſſet notorium, de quo per Afflict. deciſ. 176. nu. 2. & ibi qualiter inducatur notorium tam in criminali quā in ciuili, & an poſſit condemnare ex confeſſione in iudicio incidenter facta, vide Gram. deciſ. 31. vbi latè.* De Bottis.

Vt quia tenebat publice adulteram in domo, ex hoc ſine alia examinatione, uel probatione damnabitur. 2. q. 1. de manifeſta. ſic loquitur, de cohab. cler. & mulie. ca. fin. de appel. cum ſic, in ſi. c. peruenit. cū ſimilib. In tali notorio dicitur, quòd nulla poteſt tergiuerſatione celari. d. §. cum olim. Et quod negare non poteſt flagitium eſt, argum. C. de pœn. qui ſententia. Exempla huius notorij ponuntur per Innoc. in d. c. tua. Si ſit notorium factu interpolati, ut quia notorium erat eū vſurarium, de quo loquitur extra de uſur. c. cum in tua diœceſi. Vel facti tranſeuntis in conſpectu, ſcilicet, multorum, ut populi, tale crimen inficiari poteſt criminoſus, ut in d. glo. Innoc. in c. tua. & expreſſum eſt in §. quando. Procedetur ergo ad inquiſitionem in his notorijs, maxime ſi ſit captus in flagranti, hoc modo. Nam in notorio facti interpolati exigitur ſemiplena probatio, ut in c. cum in tua. extra de vſur. Sufficit ubi eſſet notorium per famam, quòd eſſet uſurarius, ut poſſit excommunicatus denunciari. Sed ut infligatur pœna corporalis ex delicto oportet, quod probationes ſint luce clariores. C. de probat. l. ſciant cuncti. Quando ergo captus in flagranti crimine præſentabitur per officiales miniſtros, qui ceperunt, uel conſanguineos, uel priuatos in præmiſſo caſu. Quando in conſpectu populi deliquerat, & omnes ſcelus admiſſum, alias commiſſum fere proclamant. 2. q. 1. ſcelus. Vel cum inquiritur in prædictis notorijs, non capto in flagranti criminoſo, iudex ſtatim quærat ab eo ſi commiſit id crimen. Quod ſi confitetur, damnabitur. Et hæc confeſſio dicitur ex abrupto † fieri, ut dicit Azo in ſumma, de confeſſis. Si neget, tunc uidente ipſo capto teſtium iuramenta, & dicto ſuo expoſito ei, quòd ex quo inficiatur ſcire uult iudex ueritatem, quare ſit captus, & ſi commiſit crimen propter quod captus eſt ſibi præſentatus, examinet teſtes capientes, ſcilicet & alios.

† Additio. *Vide ſupra in conſti. ſi damna clandeſtina.* De Bot.

Quia quantumcunque ex officio inquirat & procedat, oportet q̧ ſit conuictus, aut confeſſus, vt C. de epiſc. & cler. l. ſi quis in hoc genus. Et ſi hoc conſtet per depoſitiones teſtium, dicat capto publicando ei depoſita, quod teſtes hoc dixerunt, hoc clamat populus, & dicat ſibi in faciem teſtium. † Et vt vix ipſe, quæ commiſit negare ſufficiat, ut C. de pen. in l. qui ſententia. in ſi. Et oportet quod teſtes duo dicant deliquiſſe in conſpectu populi, vel multitudinis coadunatæ.

† Additio. *In præſentia teſtium & partis, vide deciſ. Rotæ 372. in nouis.* De Bottis.

¶ Nec ſufficeret primum tantum probare, vt no. Innoc. in d. glo. c. tua. ſi poſt hæc confiteaē, procedat tanquā contra confeſſum, & contra con-

a *Propterea*. Reddit cauſam, quare non poterant. Quid ſi poterant, ſed noluerunt tunc dare fideiuſſores, nunquid ſi nolunt ſatiſdare, audiantur? arg. quod non. ff. qui ſatiſdare cog. de dic. §. plane. Econtra quod ſic, arg. ff. de operis noui nuncia. l. prætor ait. §. ſi aliquando. Pro prima parte facit illud generale, quod iuſte, alias iniuſtus iudex hanc inconſtantiam recuſabit, ut ff. de procurat. l. in cauſæ. cum ſuis ſimilibus. Pro ſecunda parte facit. ff. de collat. bono. l. nonnunquam. ubi prętor variátem admittit. Tu dic quod admittendus eſt iſte volens nunc ſatiſdare, per præallegatæ legis argumentum expreſſum: quia huiuſmodi conſtitutionis beneficium debet eſſe manſurum, ut in Authen. conſtit. quæ de digni. §. illud. Non obſtat præallegata. l. de dic. §. planè. Quia ibi punitur dolus, & contumacia hæredis, qui tenebatur cauere legatario, ut ibi not. Item non obſtat litera iſta, dare non poterant, &c. quia ſubaudio, maxime. Et iſtud ſubaudio, vt beneficiũ huiuſmodi conſtitutionis, benigne & large interpretemur, ut ff. de legib. & ſenatuſ. l. benignius. & ff. de conſtitu. prin. l. beneficium. ¶ Et habes ad hoc optimam legé quaſi expreſſam, ut ff. ut in poſ. lega. l. ſi pecuniæ. in fi. & argu. ff. qui ſatiſdat. cog. ſi fideiuſſor. §. fina. & facit etiam ad præmiſſa. ff. de cuſtod. & exhiben. reor. l. 2. §. ſolet. & arg. etiam bonum. ff. de colla. bon. l. 1. §. iubet. in uer. ſed ſi per contumaciam, &c. Et eſt ratio: quia non ſemper eſt facile inuenire fideiuſſores,

a propterea quòd accuſati ſunt tantum, qui in nullo forſitan deliquerunt: & incarcerati, etiam qui incarcerationis tempore fideiuſſores idoneos dare non poterant, datis fideiuſſoribus liberentur. Contingebat enim aliquando, quòd ob timorem carceris accuſati etiam innocentes ſe a iudicijs ſubtrahebant, & pœnæ nocentium, qui carcerali cuſtodia tenebantur, differebantur interdum, dum cauſam in vinculis non dicebant: contingebat hoc ſæpæ propter accuſatorũ abſentiam,

ANDRÆAS DE ISERNIA.

tra conuictum. nam non requiritur in his ordo iudiciarius. 2. quæſt. 1. quæ Lotharius. & §. in manifeſtis. & in Auth. vt iud. ſine quoq. ſuffra. §. neceſſitatem. Si verò non confiteatur, & aliud non dicat; poterit torquere eum captum in flagranti, contra quem teſtes depoſuerunt, quod deliquerat in conſpectu tot. Nam & ſi certum ſit per teſtes de crimine, vt ſciat iudex alias circunſtantias † torquet. ff. ad Syllan. & ſi percuſſor. & l. prius. ad exhi. l. fi. Et ſi tortus induratus nõ fateretur, vel iudex nollet torquere, cõdemnare poſſet ſi fuit conuictus per teſtes.

† Additio. *Vide Capol. conſi. 32. pen. col. ſequitur Bal. in c. ad noſtram. col. fi. de proba. & Hipp. Marſ. in ſing. 108. & ego vidi ita ſeruari in magna Curia Vicaria in perſona Nicolai Cephari de Turri Graci, qui ob eius duritiam renuit confiteri: tamen quia notorium erat, fuit laniatus.* De Bottis.

Si autem vult ſe defendere, quod ad ſui defenſionem, vel q; alius fuit, qui occidit, vel deliquit: vel vult teſtes reprobare, quia inimicos ſibi, vel aliud rationabile dicere velit, audietur, vt patet in l. ea quidem. ibi, verum ſi falſis criminibus, &c. Non negatur quin alios accuſet, ſi velit. Et proponetur ordinarium iudicium, vt accuſatio, vel extraordinarium, vt inquiſitio. ff. de mino. l. in cauſæ. Et tunc oportet, quòd lis conteſtetur, & omnia ſolenniter fiant, vt in glo. Innoc. in d. c. tua. Si vero non appareat accuſator, inquirat, vt dictum eſt, quando in flagranti capitur, quod plus eſt, imò quando fugit quis, ex non ſcripto procedetur, ſine iuris ordine, per Auth. vt iudi. ſine quoq. ſuffrag. §. neceſſitatem. Et tunc ſi accuſatio fiat, proderit accuſatori capto in flagranti, quia ex vinculis cauſam dicet per hanc conſtitutio. nam in fugiente capto, idem eſt de iure communi. ff. ad Syllan. l. lege Cornelia. Non autem ſufficiet probari crimen per capiẽtes tantum, quia habentur loco accuſatoris. Sunt enim cauſa, quare per officiales proceditur: quia deprehenderunt in flagranti, videntur quodammodo in cauſam ſuam deponere, & ſic teſtimonium eorum non videtur validum. ff. de teſti. nullus. ¶ Non tamen videtur eorum teſtimonium reſpuendum, quia in cauſa denunciationis, eſt idem denunciator, & teſtis, & hoc no. extra de ſimon. c. licet Hely. §. cum autem, de teſti. c. in omni. 4. q. 3. c. 1. in glo. Non enim ex hoc quod ceperunt delinquentes in flagranti, videtur delinquentem offendere. Quia cum licet de iure ſic capere, ut ſupra dictum eſt, iuris executio non habet iniuriam. ff. de iniur. l. iniuriarum. §. 1. pro quo eſt argum. ff. ſolu. matrim. in his. 1. reſpon. Vbi imputatur ad culpam occiſo, ſi ipſe occiſus culpauerit & cauſam præbuerit mortis ſuæ, nec imputatur occidenti. Si ergo non eſſent alij teſtes, quàm illi, qui reum ceperunt in flagranti, dummodo aliud non obſtet eis per quod a teſtimonio aliàs poſſent repelli, videtur ſtandum dicto eorum, quia edictum de teſtibus eſt prohibitorium.

Additio. *Adde l. 1. ff. de teſti. Abb. in 1. in 2. not. eo. tit.*

Iſti propter hoc non repelluntur, vt dictum eſt, & quia non cauetur, vt repellantur, ergo admittuntur. ff. de teſti. l. 1. nec eſt anguſtandum, ut probationes cadant. C. de re. cre. generaliter. de hære. l. quoniam. ff. de teſti. curent. quia quod legitime fit, non meretur pęnam. C. de adult. Gracchus. videtur expreſſum Danielis, 12. vbi illi pręsbyteri, qui exarſerunt in Suſannam, denunciauerunt quod deprehenderunt eam in adulterio, & teſtes fuerunt, & ad eorum teſtimonium condemnata fuit ad mortem: niſi quia falſitatem eorũ reuelauit Dominus per Danielem. Circa hoc inuigilet ſolicitudo iudicis, qui debet modis omnibus inquirere veritatem, in Auth. de tabel. in prin. & qui magis ſcire poteſt quanta fides, &c. ff. de teſtib. l. 3. §. 1.

Humanitate. Ibi, niſi crimen adeo, &c. No. tex. quòd confeſſus de crimine, & deprehenſus in flagranti crimine, & ille contra quem conſtat publicum, ſeu notorium crimen commiſiſſe, non audiuntur, volentes euitare pęnam carceris dando fideiuſſores. de qua materia vide plene in c. ab illo inchoandum. extra de cohab. cler. & mulie. c. tua. de notorio iuris & facti. ¶ Sed quando dicatur quis fore captus in flagranti crimine? vide per D. And. in conſti. Iuſtitiarij non per calẽdas. § flagrantia. ¶ Ibi, aut publice. Hoc videtur corrigi per c. Regni, quod incipit, de inquiſitione. §. 1. in fi. Dicas q; hic erat publicum & notorium, ibi notorium. ¶ Ibi, collateralium noſtrorũ, &c. Ex hoc videtur, quod in alijs caſibus, quibus committitur crimen læſæ maieſtatis, qui numerantur in l. 2. & 4. ff. ad leg. Iul. maieſt. conſtitutio iſta non habeat locum, cum ſit ſtricti iuris. l. aſſumptio. ad munic. & concordat cum iſta conſtitutione cap. quod incipit, ad audientiam noſtram. ¶ Ibi, copiam iudicij ſubtraxerint forbanniti. Hoc ſano iudicio intelligendum eſt, quando iſti forbanniti permanſerunt in banno, ab ipſa bannitionis ſententia non extracti: & eſt ratio, quia mora contracta ſemper durat. ff. de leg. 2. l. Titia. §. Titia. & l. non poteſt. §. vſuras. ff. de vſu. Quinimò creſcit potius contumacia, ſi non purgatur ff. de pœn. l. relegatis. in fi. & C. de pat. pote. l. filius. Tanto enim ſunt grauiora peccata, quanto diutius inueniuntur eſſe commiſſa, extra de conſue. c. fi. de ſimo. cap. cum in eccle. Vnde illi, qui inueniuntur banniti per ſententiam alicuius iudicis, perſeuerantes in banno, & contumaciæ contumaciam ſubiungentes, & poſtea delinquunt, ſi volunt dare fideiuſſoriam cautionem de parendo iuri, & iuſtitiam faciendo de delicto poſterius commiſſo, non admittuntur ad fideiuſſoriam cautionem, quin primò carceri mancipentur. Sed ſi tales banniti per iudicem bannientem purgent contumaciam ſecundum formam conſtitutionis Reg. exemptique fuerunt legitimè, vt dicit conſtit. Imperialis, quæ incipit, Clementiæ. & alia, cordi. & alia regis, quæ incipit, conſtitutio culpæ. abſurdum eſſet dicere quòd non admittantur ad fideiuſſoriam cautionem: & includerentur carceri propter contumaciam contractam, qua fuerunt per rebannitionem liberati, & illis fuit purgata. Finita enim cauſa principali, ſeu primaria, nullum ex ea poſtea retinetur veſtigium. ff. de adopt. l. 3. ſicut clare videtur in ſententia excommunicationis. 11. q. 3. c. nullus. & c. certum. cuius excommunicationis effectus ſeparat actionem fidelium. 11. q. 3. cap. euidentem. & tamen excommunicatus poſt abſolutionem ſuam reducitur in priſtinum ſtatum authoritate eccleſiæ, vt bene colligitur ibi. q. 2. c. vox ſanctorum. & c. iuratos. arg. 3. q. 3. c. beatus. & poteſt colligi 11. q. 3. c. epiſcopus. Nam & eius obligationis, cuius effectus ceſſauerat per excommunicationem, abſolutione poſtmodum interueniente, fit redditio in priſtinum ſtatum. ¶ Sicut apparet in vaſallis abſolutis a ſacramento fidelitatis propter dominum excommunicatum, quo abſoluto ſtatim reducentur ad priorem obligationem ipſius, ſicut no. 11. q. 3. c. Iulianus. Et poteſt alijs probationibus apertè probari: conſtat enim q; peccatum diuidit, ſiue ſeparat bonũ a Deo, ſicut ſcribit Iſaias 18. Peccati viam diuiſerunt inter vos. & Sapientiæ peruerſæ cogitationes ſeparant a Deo. Et tamen per diſpenſationem ſacerdotis peccator confeſſus reducitur in priſtinum ſtatum: alias ſi ſenatus in priſtinum ſtatum addixerit, perinde eſt, ac ſi nunquã morboſus fuiſſet. ff. de ædil. edic. l. quod ita ſenatum. Præterea iſta extractio a banno, ſeu rebannitio eſt quædam ſpecies reſtitutionis, quæ reducit bannitum in priſtinum ſtatum: ſicut per dictas regni conſtit. liquido probatur. Hoc autem proprium eſt reſtitutionis, quia reducit omnia in priſtinum ſtatum. ff. de mino. l. quod ſi minor. §. reſtitutio. & C. de repu. l. vnica. q; ſi natura banni cauerit expreſſe, reſtit. & rebannitio abolet, & extinguit. C. de ſen. paſ. l. fi. in fi. ideo quia tantum ad reſtitutionem indulgentia valet, quantum ad executionem ſententia valuit, vt quia deportationis ipſum per ſe nomen omnium rerum ſpoliatio eſt: ita indulgentia, reſtitutio bonorum, & dignitatis: uno nomine, amiſſorum omniũ eſt recuperatio. & expreſſius de huiuſmodi rebannitione deciditur, de mu. & hon. l. & qui orig. nem. §. ſi in metallum. vbi dicitur quod in metallum damnatus ſi reſtitutus eſt, habetur perinde ac ſi damnatus non fuiſſet. ¶ Iſté reſtituta per Principem a turpitu-

qui ad victoriam ſibi abundè ſufficere credũt, quòd aduerſarius ſuos faciunt carceri mancipari. Illud etiam præſenti adiungimus ſanctioni, vt ſi quando accuſati, vel delati propterea in carcere teneantur, quòd fideiuſſores dare non poſſint & ſe defendere ſint parati, [a] ſoluti vinculis in iudicio præſententur: nec ex uinculis cauſam dicant, & deinde poſt inſtantiam ſoluti iudicij ad vincula reducantur. Accuſatores inſtanter accuſationem uolumus proſequi inſtitutam, a qua ſi fortè in odium incarcerati deſtiterint, vt ſupplicio carceris aſfligatur, deſiſtentiæ pœnam noſtris conſtitutionibus ſtabilitam ipſos decernimus ſuſtinere. Cuſtodiantur * autem in Curia Iu-

ſores, & maximè idoneos, ut in Authent. de depoſi. & denunc. inqui. in fine, coll.8. & frequẽtius contingit ſatiſdationem ex inopia non præſtari, quàm ex malitia denegari, ut ff. ſoluto matrimon. ſi conſtante. §. quoties. ubi dicit, quod quidẽ hodie magis uſitatum eſt, &c. Et ideo danda eſt dilatio ad fideiuſſores inueniendos: & interim, qui fideiuſſores dare debet, expectandus eſt, ut ff. de collat. bonor. l. 3. §. fi.

a Soluti. Concordat. ff. de quæſtionibus. l. vnius. §. cognitiurum. Interdum tamẽ ſeruus ex uinculis cauſam dicit, vt ff. de cuſtodia & exhibitione reorum. l. 2. ad Senatuſcon. Syllania. l. lege. §. præterea, &c.

* Additio. *Quæro, an poſſit Baro cogere vaſallos ad cuſtodiam carceratorum. vide moderniores in cap. regni, grauamina, nume. 95.* Iacob. Anellus de Bottis.

a So- De eo

ANDRÆAS DE ISERNIA.

a turpitudine vitæ, quam habuerat totaliter mundatur ab omni macula contracta: & aboletur eius infamia, vt ne vocabulo quidẽ inhoneſtarum mulierom valeat nominari. C. de nup. l. imperiali. Sed inſtatur ad hoc, & videtur ꝙ rebannitio non habeat effectũ reſtitutionis plenę: quia licet bannitus ſit a banno extinctus, ſiue rebãnitus reddatur in priſtinum ſtatum, vt prædictum eſt: tamen tertiam partẽ bonorum mobilium quæſitam propter contumaciam fiſco, bannitus eã non recuperat, ſed remanet ipſi fiſco quæſita, in pœnã commiſſæ contumaciæ, ut in conſti. grandis. in fi. de pœ. contu. Ad quod dicendum eſt, ꝙ extractio a banno, ſeu rebannitio, quæ fit ex lege, ſeu conſti. reſtituit bannitum ad integrum ſtatum perſonæ, & ad bona aduocata, non ad tertiam partem bonorum mobilium, quam perdidit per contumaciam, quam bannitus amittit ex ipſius conſtitutionis poteſtate: quia contumax bannitus propter ſui contumaciam punitur, ut in d. conſti. grandis. Reſtituitur ergo bannitus ad ſtatum, & ad formã, qua de facto grauatus erat propter banni ſententiam. C. de requi. re. l. fi. ad bona aduocata, non autem confiſcata, vt præmiſſum eſt: hęc quidẽ reſtit. reintegrat famam, quæ eſt reſtitutio, quæ mitior & plenior debet eſſe, quam reſtit. hominis, ut arg. ff. de arbi. Celſus. ad quod accedit extra de elec. c. diligentia. ¶ Et hoc quidem contingit in excommunicato, cuius eſt bona, & conueniens ſimilitudo ad iſtum caſum, ꝙ abſolutus a ſententia excommunicationis, recuperat iura quæ perdiderat ex ipſa. Sed prouentus percepti interim durante ipſa ſententia excommunicationis contractæ, non recuperat, ut C. de re mi. l. ſtipendia. & l. cum allegas. niſi ad illos prouentus eſſet de ſpeciali indulgentia reſtitutus, ut ff. de re mil. l. deſertores. §. is qui. & no. Goffr. in ſum. de ſent. excom. §. tollitur excommunicatio. in princ. Sic poſtquã bannitus non recuperat per rebannitionem tertiam partem mobiliũ per contumaciam commiſſam per eum: patet, ꝙ durum & graue foret, ſi bannitus regrauaretur poſt rebannitionẽ, quòd fideiuſſores dare non poſſit: ſufficit enim, ꝙ ſit punitus ex ſua contumacia in tertia parte mobilium bonorum, quam commiſit: arg. bonum de vulg. & pup. l. ex facto. §. Iulianus. ibi enim ſatis punitus eſt in eo, ꝙ contra legem facit. nec eſt ẽt æquum ꝙ duplici genere grauaretur. ff. de do. præle. l. pe. & ad Treb. l. cogi. § inde quæritur. ¶ Præterea per demonſtrationẽ oſtenditur non poſſe procedere, niſi per inconuenientiam, ut reus extractus a banno non admittatur ad fideiuſſoriam cautionem. ¶ Pone Titium accuſatum, conuictum de furto, & condemnatum pœna quadrupli, uel ad abſciſſionẽ manus, propter Auth. ut nul. iud. §. quia uero. & poſtea ipſum reſtitutum: certum eſt, ꝙ per talem reſtitutionem reducitur ad priſtinum ſtatum, & eius habilitatur infamia, ut ff. de pecu. l. 1. §. deinde. & §. de qua igitur. ergo damnatus ipſe accuſatus de alio crimine, rationabiliter admittendus erit ad præſtandã fideiuſſoriam cautionem, ſi nõ repugnat natura criminis: quia quilibet admittitur ad præſtandam cautionem, qui non prohibetur. ff. de actio. rer. l. diuus. & in hac conſti. Sed iſte accuſatus de furto ſit per ſolam contumaciam bannitus: licet poſtea ſit extractus a banno, ſeu rebannitus, ſi non reciperetur ad præſtationem fideiuſſoris foret inconueniens, & iniuſtum. plus enim concederetur conuicto & damnato poſt habitam reſtitutionem, quam accuſato, & bannito tantum, vt patet per extractionem a banno, quæ eſt reſtitutio regalis: cum tamen accuſatio reũ non faciat, ut C. de acc. l. fi. ¶ Ex hoc etiam aliud abſurdum & inconueniens ſequitur, ꝙ aliquis ſemel bannitus de aliquo crimine etiam leui, ad præſtationem fideiuſſoriæ cautionis non admitteretur: & condemnati, & puniti tribus, aut quatuor delictis, ſi poſtea reſtituti eſſent, admittentur, poſito quippe hoc quod non oportet, ut C. de reſcin. ven. l. ætas. Certum eſt autem ex proprietate legis & conſti. ꝙ ſit iuſta & æqua. 4. diſt. erit autem lex. & colligitur in Auth. de non elig. ſec. nuben. §. ult. colla. 1. Ad iuſtitiam. n. pertinet adęquare partes inęquales per etymologiam. Iuſtitia. n. proprie dr̃ adæquatio partiũ inæqualium, de iniuſtis iuſtas faciẽdo, ꝙ idem ſonat, ad æquo, adæquas, ſicut no. egregius Doct. S. Thom. de Aquino, in 2. 2. q. 58. Vnde conſequenter venit, ꝙ hæc conſti. non eſt lex, ſiue conſti. quia non iuſta, plus puniens de crimine non conuictum ad contumaciam, & reſtitutum, q̃ nocentem damnatum, & reſtitutum. pœna. n. proportionanda eſt delicto ſeu culpæ, ut deſcribitur Deut. 29. c. ibi, Qua menſura peccat, erit propagatus. & ff. de leg. 1. l. fi. ¶ Præterea dicit Aug. de lib. arbi. ꝙ lex non eſſe vĩ, ſi iuſta nõ fuerit. Ergo patenter oſtẽditur, ꝙ hęc conſti. non eſſet cenſenda lex. lex autem eſt conſti. ad rationabilem intellectum: ſic in iſtud, & inæqualiter traherentur, ꝙ reus bannitus, & condemnatus non hr̃ pro damnato, ſeu cõuicto, ut ff. de decu. l. diuus. unde magna abſurditas. l ꝙ poſt extractionem a banno, ſeu poſt eius rebannitionem remaneat in numero reorum, & maiorum criminum, maieſtatis & hæreſis, & tanquam conuictus, utpote confeſſus, in flagranti crimine deprehenſus, ſicut dixit hæc conſtit. non recepta cautione in carcere teneatur. Durius quidem eſſet, ꝙ poſt purgatã contumaciam detineretur. quod reuera eſt a iudice reſpiciendum, ut ff. de incen. rui. nau. l. pe. purgat namque moræ culpam, abolet pœnam, & tollit, periculumq; euitat. facit. ff. de peric. & com. rei vend. l. illud. ff. de ver. obl. l. ſi ſeruus. §. ſequitur. & l. interdum eo. tit. & ff. de ſol. l. ſi decem. §. Stichum. Et idem credimus, ubi eſt aliquis bannitus bis vel ter, aut pluries, dum tamen ab omnibus bannis extractus ſit per iam dictas rationes, quæ ſic habent locum in pluribus bannitionibus, & rebannitionibus, ſicut in una re. ff. de admi. tu. l. ſi duo. in fi. & de uer. obl. l. quid ſi. ¶ Habet enim hæc conſt. locum in bannitis in banno durantibus, & in contumacia, uel contumacijs iam contractis, ut ſupra dictum eſt. Petrus de Monteforte.

Sed nunquid ſi officialis tempore ſui ſyndicatus accuſatur criminaliter, tenetur præſtare fideiuſſoriam cautionem, ſecũdum formam huius conſtitutionis? Volunt quidam dicere, ꝙ hæc conſtitu. eſt ius nouũ: & corrigit iura uetera, & generaliter & indiſtinctè dicit, quod quilibet accuſatus criminaliter tenetur, ergo indiſtinctè, & generaliter eſt intelligẽda: ſi. n. aliud voluiſſet de officiali, dixiſſet. Sed quia tacuit, hr̃ pro omiſſo, ut ar. C. de cad. tol. l. 1. §. ſi uero. & ſic dñt, ꝙ hæc conſti. corrigit legem, ut oẽs cauſæ ciuiles iuratoriæ cautioni cõmutantur. Quod uerum non eſt, ſi ſubtiliter aduertas: nam hæc conſtit. idem dicit, & continet, qđ iura uetera, & ſic non corrigit, ſed concordat, ut clare patet in l. 1. & l. diuus. de cuſt. reo. & legum correctio eſt euitanda, ut l. eorum. de exhi. re. §. tribus. C. de inoff. teſt. l. 1. ¶ Pręterea quod non eſt uerum, ꝙ per hæc corrumpantur iura uetera: tñ nequaquam corrigent legem illam. C. ut oẽs cau. tam ciui. q̃ crimina. ſpeciale priuilegiũ conceſſit officiali: nam clauſula generalis non extendetur ad ea, de quibus ſpecialiter eſt prouiſum, ut ff. de pœn. l. ſancto. & de alim. leg. l. alimenta. §. baſilicæ. ¶ Pręterea lex communis ſit pertinens non tollit priuilegium, niſi de eo faciat ſpecialem mentionem, ut extra de exce. c. cum. & de re iud. c. cum inter monaſte. & ſecundum hoc, ut omnes cauſæ tam ciuiles, &c. cõtinetur priuilegium, ſcilicet, ut admittantur iurator. cautio. & ſic debet per legem communem, ac ſi de ipſo mentionem non faciat ſpecialem: & ſic hodie officialis accuſatus criminaliter tempore ſyndicationis non debet fideiuſſores præſtare, ſed iuratoriæ cautioni remitti. Cæterum quod dicitur hic, ſane intelligas, quando tales forbanniti contumaciam contumacia cumulant: & hoc ideo eſt, quia mora ſemel contracta durat, ut ff. de uſuris. l. cum pater & l. Titia Seio. §. uſuras. ideo quia ubi non purgatur, ſemper excreſcit, ut ff. de pec. l. in legatis. ¶ Sed ſi banniti fuerunt, purgataque fuit contumacia, a banno extracti, ſeu rebanniti indubitanter recipiendi ſunt ad fideiuſſionem, ſi natura criminis nõ repugnat, ut in carcerem ſint trahendi: tales enim extracti a banno, & rebanniti pro non bannitis habentur, tanquam reſtituti ex legis poteſtate, ut ff. de munc. & hono. l. & qui originem. §. ſi in metallum. & C. de nupt. l. 1. & de ſenten. paſ. l. fi. Et de hoc dic, ut plene notaui in quadam apoſtilla poſita in princ. huius libri. Eſt enim præcedens, quę incipit, No. tex. &c. Barth. de Capua.

¶ Quæro an fideiuſ. de iudicio ſiſti debeat poſſidere immobilia, & ſtabilia: dic ꝙ ſic, ut colligitur Inſti. de replic. §. fin. Et quod plus eſt, dẽt poſſidere ea in loco iuriſdictionis, ut no. gl. ſing. in l. fi. C. de prin. agen.

ſtitiarij incarcerati ſub expenſis ſuis, vel ſi nimium pauperes ſint, ſub expenſis Curiæ. In vtroque caſu cuilibet cuſtodi per diem, 13. Grana, ſecundum aſſiſiam Curiæ, tribuantur, vt in captiuorum cuſtodijs, ſicut hactenus, homines non grauentur. Eorum tamen cauſas, quos de conſcientia noſtra capiet, detineri mandamus, inconſultis nobis examinari non uolumus, nec decidi. Maluimus enim aliquando reum criminis carceri detineri, quam perdere. & vidimus aliquos iuſtè captos, & deinde miſericorditer liberatos, poſtea factos bonos & frugi, dum ipſis uexatio præbuit intellectum. Ab illo potiſſimè Iuſtit. noſtri prorſus abſtineant, vt vnum pro alio, velut patrem pro filio, vel econuerſo, ſeu fratrem pro fratre, vel quamcunque coniunctam perſonam pro reo, fideiuſſores forſitan non præſtante, carceri non intrudant.

ANDRÆAS DE ISERNIA.

agen.in reb. ¶In tex.ibi,niſi crimé,&c.ſ.cóſeſſione ſua per eú facta in iure. ¶Sed quis dr̃ confeſſus in iure?dic ut no.ſup.in cóſt.ord.in fi.gl. mag.& in l.1. C.de cófeſ.in gl.mag.circa prin.in qua ſi perdurauit,tenebitur ex ea: nec ad fideiuſſoriã cautioné admittitur,arg.eius quod no.in conſt.ſi dãna.alias ſi non perdurauerit,nó tenetur. ff.de quæſt. l.1.§.diuus.& §.ſi qs ultro.ideo crederem ad fideiuſ.cautioné admitti, vt ll.prædictis. ¶Sed quid ſi non perdurando in ea uellet probare contrarium,an ad talem probationem admittatur? certe ſic, ut ff.ad leg.Aqu.l.inde Neratius.§.fi.& l.hoc apertius.& l.proinde.1.reſpon. ¶Et proinde eſt,q quis debet in confeſſione durare, ad hoc ut condemnetur ex ea. Ideo arguendo dico, q ad hoc,ut quis ad fideiuſſoriam non admittatur,debet in ſua confeſſione durare: alias ſi nó perdurat in ea,ſed vellet probare contrarium, bene admitteretur,ut dixi: & per conſequens probato contrario admittatur ad fideiuſſoriam cautionem. ¶Item circa hunc tex. quæro, an ſi in caſu non conceſſo admittitur reus fideiuſſoriæ cautioni, teneatur fideiuſſor præſentare eum? Credo quod ſic: licet ſit argumétum contra in corpore Auth. ſcenicas non ſolum ſi fideiuſſores. in prin. collat.5. ¶ Sed an illuſtribus ſit hodie ſublatum priuilegium quod habent,ſcilicet, q accuſati de quocunque crimine, non teneantur dare fideiuſſores,ſed tantú debeant remitti iuratoriæ cautioni? Reſpondeo, q non: quia quod nó mutatur,quare ſtare prohibetur? l.ſancimus. C.de teſta.& de appel. l.præcipimus.in fi.& in conſtit.iſta nihil in contrarium ſtatuitur huic caſui: & caſus ille poſitus eſt. C.de dig.l.quoties.lib.12. ¶In tex.ibi, notorium. Quæro,quid ſit euidens, uel notorium? dic q euidens, vel notorium eſt quod ſe ingerit oculis hominum,& celari nó poteſt. 2.q.1.cap.in manifeſtis. Et eſt manifeſtum quod euidenter uidetur. ¶ Et quod in notorio delicto non ſit neceſſarius accuſator, probatur extra de accuſa. c.euidentia. In prædictis etiam accuſator, vel teſtis, vel ordo iudiciarius non obſeruatur, ut extra de iureiu.c.ad noſtram. ſententia tamen eſt neceſſaria, ut extra de diuort. c.porro. Item in notorijs non eſt admittenda appellatio,ut extra de vſur.cap.quã pernicioſum. ¶Item quæ manifeſta ſunt,probatione nó indigent,ut no. ff.de offic.procurato.l.nec quicquam.§.de plano.& in iſta gl. Sed quæro,quot modis dicitur notorium? dic tribus,ſcilicet, per ſententiam, per confeſſionem factam in iudicio,& quando euidentia rei tergiuerſatione celari non poteſt, ut extra de cohabit.cleric.& mul.c.contractus in glo.ſua. ¶Et quid ſit euidens, uel notorium,uide Inno.in ca. tua.eod.titu. ¶ In uerbo,ab huius etiam arreſtationis. No.ex hoc verſic.ſex caſus, in quibus non admittitur quis ad fideiuſſoriam cautionem: & alius eſt, quando quis non põt dare fideiuſſores idoneos pro qualitate criminis,& perſonæ: quia tunc non admittitur ad fideiuſſoriam cautionem. ¶In gl.quando.§.& incarcerari. No.q ſi aliquis eſt poſitus in carcere,quia non potuit dare fideiuſſorem, & poſtmodum vult dare, q auditur,& debet liberari. Petr.de Monteſ.

In §.illud. circa medium. No. quod ex hoc textu trahitur, quod quotidie fit in Curia,quod cum captiui exiſtunt in præſentia Curiæ, & opponunt defenſiones eorum in iudicio, uel aliquo interrogante, quod ſoluuntur catenis & uinculis, & poſtea iſti reducuntur ad eas ſtatim. ¶ In textu ibi, a qua ſi forte,&c. Iſte textus uidetur innuere, quód ſi accuſator noluerit proſequi accuſationem,quod iudex debet finire eam ex ſuo officio, & punire accuſatorem.& hoc eſt expreſſum in capitulo, ſpectat ad præſidem. & eſt regis Roberti. ¶In §.cuſtodiantur. De iure communi, allegatur glo. in l.cum quem temere. ff.de iudicijs. quód non teneor dare alimenta ei, quem feci incarcerare. Sed parum facit alleg.l.5. C.de eroga. mil.anno.lib.12. quód debeam dare ei alimenta. Item an iudex poſſit denegare alimenta incarcerato, vt confiteatur? & omnino ſic, ut no. in l.item apud Labeonem.§.quæſtionis. ff.de iniurijs. In glo.in uer.forbanniti,in fine. No quod danda eſt dilatio ad inueniendum fideiuſſorem. Sed nunquid danda ſit dilatio ad inueniendum aduocatos? dic quod ſic,vt in l.ait prætor.in fi.ff.ex quibus cauſis maio. & maxime ſi eſt abſens iuſta de cauſa,ut extra, ut lite non conteſt.cap.1.& 2. in glo. ubi dicit, quod graue eſt habere alium aduocatũ quam primum, ut ibi plené. Sed ſi malitioſe petit, &c. non eſt danda, ut extra, de dolo.c.prout. Petrus de Monteſ.

Iſta conſtit.declaratur per cap item caueant iuſtitiarij.& cap.item iuſtitiarij delatos.& cap ab illo inchoandum. & catem ſtatuimus q nullus. In tex.ibi,& capitalibus cauſis. Quæ dicantur capitales cauſæ,habes.ff.de publ.iud.l.2. & no.infra in conſtit. quæ incipit, in pecuniarijs, iuxta finem.

Ibidem,capitalibus. Vbi pœna corporalis imponitur, ſecus in pecuniaria,vt ff.de procur.l.ſed & hæ.§.1.& l.ſeruum.§.propter.& ſupra,de uſurarijs. in conſtitutione,vſurariorum, in penul.glo.

Dixerunt quidam magiſtri & ſolennes Regnicolæ: aliqui dicunt quod fuit quidam dominus Argentinus de Neapoli, tempore Reginæ Ioannæ primæ,formaliter,in l.1.ff.de cuſtodia reorum. Quod de iure conſtitutionum regni quicunque paratus eſt dare idoneam fideiuſſoriam cautionem, pro qualitate delicti, & qualitate perſonæ,aut facultate conueniendi, accuſatus de quocunque crimine non debet detineri in carcere, exceptis certis caſibus, ut puta in crimine læſæ maieſtatis,& in crimine notorio, & in capto in flagranti, & in confitente delictum. vel alias ubi conſtaret, ut patet hoc in conſtit.regni, humanitate. Verum hodie ſecundum c.regni, ab illo inchoandum, vbi procederetur contra aliquem per uiam inquiſitionis,uel accuſationis,in his criminibus in quibus imponitur pœna ciuilis mortis, uel naturalis,vel membri abſciſſionis: ſi conſtat ante publicationem, poteſt detineri delatus,uel accuſatus,verum ſi facta publicatione cóſtat de innocentia delati, vel accuſati,datis nouis fideiuſſoribus liberaretur,& hoc per dictum c.ab illo inchoandum. Quanquam alias conſtare non dicatur,niſi poſt concluſionem, vt notat Innoc.in c.ſignificauit.de teſtib. Et quod dixi, vbi conſtaret de delicto, intelligo ſecundum ritum magnæ curiæ,ſcilicet per unum teſtem. Nec reus facta publicatione liberaretur, etiam ſi conſtaret de innocentia eius; niſi facta concluſione in cauſa, ſecundum ritum, & obſeruantiam magnæ curiæ Vicariæ,quæ in hoc derogat d.c.ab illo inchoandum. Et idem forſitan eſſet,quod haberet locum detentio,quando probarentur tanta indicia, quod quis eſſet exponendus quæſtionibus, & tormentis, per l.ſi quis hominé. ff.de poſt. quod intelligo de his criminibus, vbi veniret imponenda pœna ultra relegationem,per c.Regni,quod incipit, tormenta. Argentinus.

In tex.ſuper criminalibus. Quod determinatur per c.Regni, ab illo inchoandum.& ibi dicitur,in quibus caſibus,ſeu criminibus conuictus ſit in carcere ponendus. Petr.de Monteſ.

In tex.publico. Hoc videtur corrigi per capitulum primum, infra de inqui. niſi dicas quod hic erat notorium, & publicum, ibi non. Pet. de Monteforte.

In tex.leuis conuerſationis, & uitæ. Hoc uidetur corrigi per c.1. infra,de inquiſi. Pet. de Monteſ.

Et no.quod ſi plures accuſantur,unus poteſt fideiubere pro alio, vt probatur in l.omnes.§.in hac autem Regia.C.de epiſc.& cle.ibi vicarijs fideiuſſoribus,& ibi Sergius de Neapol.& no.Dyn. ff.de tu.& curat.da.ab his.l.Romanus Aquilius.& plene per Spec.in ti.de ſatiſd. §.dicto.uer.quid de ſcholaribus.

In tex.ſuſpectas. Quæro,an officialis tpe ſyndicatus criminaliter accuſatus teneatur præſtare fideiuſſores ſm formam huius conſtitutionis? Dicunt aliqui q ſic,& conſequenter q hæc conſtitutio corrigit.l.1. C.ut omnes tam ci. quam cri.iud. Nam ſi aliud voluiſſet de officiali,aliud dixiſſet.C.de cad.toll.l.1. Dic contra.nam hæc conſtitutio idé continet,quod ius uetus,vt patet. ff.de cuſt.reo. l.1.& l.diuus. & legum correctio eſt euitanda. Præterea poſito, q corrigeret ius vetus,quod non eſt verú,non corrigeret legem illam quæ ſpeciale priuilegium cócedit officiali. nam generalis clauſula nó exténditur ad ea,de quibus ſpecialiter eſt prouiſum.ff.de pœnis l.ſanctio legum. ff.de ali.& ciba.leg.l.alimenta.§.baſilicæ. Præterea ius commune,ſeu lex cóis ſuperueniens non tollit priuilegium,niſi de eo ſpecialem faciat mentionem.extra,de reſcrip.c.cum ordinem. & de re iud.c.monaſterium.Cum ergo d.l.1.det priuilegium officiali,non tolletur per hanc conſtit.communem: ergo iuratoriæ cautioni committetur, & non habebit neceſſe inuenire fideiuſſores. Barth. de Cap.

Et uide ad hoc quod no.ſup.de offic.reproba. l.duram.in gl.quid aſit ſi aliqui. In tex.accuſatore inſtante. No.quod hodie locũ non habet l.fallaciter.C.de abolitio.quia poſtquã reus paſſus eſt uincula ab accuſatione,amplius aliter non habet locú abolitio,vtroque etiã poſtulante,niſi ex iuſta cauſa,vt in fi. conſtit. ac etiam pœna deſiſtentis tenetur,ſi deſiſtat,vt hic no.gl.per eãdem conſtit. Barth.de Cap.

Deo

De eo qui poſt crimen adulterij &c. Rub.

a Q*Vi poſt.* Iſta cōſt. concor. ff. de adul.l.ſi vxor, in fi.

De deſiſtentibus ab accuſatione. Rub.

b A*Ccuſatorum.* Si qs accuſator poſt citationē factam, & reo in termino cōparente ſine abſolutione deſiſtat, punitur in ſexta parte mobilium fiſco, & aduerſario in expenſis de iure noſtro. An incidat in Turpillianum ante litem conteſtatam deſiſtens? eſt opinio. Dic tñ quod ſic ex ſententia, non ex verbis, vt no.ff. ad Turp.quæſitum.

† *Aliàs, idem. Aug.*

c *Aliquem citari.* Loquitur ergo hæc conſt. ante litem: ſequens verò poſt litem conteſtatam:& loquitur lex iſta & ſequens in contumace, ſed vltima loquitur in tranſigente.

• Additio. *Intellige in quocunq; termino reus compareat, & idem in accuſatore, vt no.in c. actor.ext.de dolo & contum.lib.6.* De Bottis.

De accuſatore poſt litem conteſ.&c. Rub.

† *Aliàs, idem.*

d A*Ccuſatorem.* Dixit ſupra de accuſatore deſiſtēte ante litem, nunc poſt litem, & grauius punitur, quia in tertia parte mobiliū. Si iterū citatus non cōpareat, in centū auguſtalibus. & eſt ratio quare pluſquā ſuperior punitur, quia plus delinquit qui cęptam litē deſerit, quā qui nunquā venit, vt in Authen.de litig.§. oēm.& ideo in pręcedēti caſu ſola ſententia incidit in Turpil.in l.quęſitum. & hoc eſt ex ſententia

De eo qui poſt crimen adulterij intentatum, vxorem recipit.

TITVLVS XI.

Si maritus accuſauit vxorem ſuam de adulterio, & lite pendente eam recepit, ſub audi eam, vt vxorem tractando, videtur deſtitiſſe a lite, & poſtea ipſam litem proſequi non poteſt. hoc dicit. Matthæus.

† IMPER. FREDER.

QVi [a] poſt crimē adulterij intentatum vxorem acceperit, deſtitiſſe videtur. Ideoq; ſuſcitare quæſtionem vltra non poterit.

De deſiſtentib. ab accuſatione.

TITVLVS XII.

Si accuſans impetrauit a iudice citationem contra accuſatum, & in vltimo peremptorio termino contento in citatione accuſator non comparuit in iudicio, ſed comparuit accuſatus, & accuſauit contumaciam accuſatoris, iudex debet condemnare ipſum accuſatorem ad ſextam partem bonorum ſuorū omnium mobilium fiſco applicandorum, & ad reſtitutionem omnium expenſarū factarum per ipſum accuſatum, quæ expenſæ cum iuramento ipſius accuſati taxabūtur per iudicem, quia poſt citationem impetratam nō eſt licitum accuſatori deſiſtere, niſi de licentia domini regis, quam deſiſtentiam ex iuſta cauſa rex non denegat. h.d. Matthæus.

† IMPER. FREDER.

ACcuſatorum [b] temeritatem antiquis legumlatorib. odio ſam tanto magis nos ipſi perſequimur, quanto in noſtra Repu. ipſam magis inuenimus abūdare. Hac igitur conſtitutione ſancimus, Vt ſi quis a Curia noſtra, vel Iuſtitiario regionis [c] aliquem citari petierit, citatus tanquàm obedientiæ filius, in peremptorio ſibi dato * cōpareat accuſatori ſuo legitimè reſpōſurus, accuſatore in accuſati diſpendiū & in deluſionē Curiæ noſtræ minimè comparente, accuſatorem in ſexta parte mobilium bonorum mulctari cenſemus, expenſis nihilominus accuſato ſacramento ſuo, cum taxatione iudicis declarandis, integrè reſtitutis: quæ omnia per eum, qui reum ipſum coerceri mandauerit, perfectæ executioni mandentur. Abolitionem namque accuſator ſi voluerit ab accuſatione deſiſtere a nobis poterat impetrare, quam iuſta de cauſa petitam noſtra ſerenitas non negaſſet.

De accuſatore poſt litem conteſtatam publicè non comparente.

TITVLVS XIII.

Lite conteſtata, in accuſatione criminali, ſi accuſans non comparet in termino ſibi præfixo a iudice ad aliquem actum faciendum in lite, ob eius contumaciam punietur in tertia parte bonorum ſuorum mobilium. Et ſi iterum citetur ad proſequendam accuſationem, ſi fuit contumax punietur pœna centū auguſtalium. Idē ſi expreſſè renunciauit poſt litem accuſationis inſtituta. h.d. Matthæus.

† IMPER. FREDER.

ACcuſatorem, [d] * poſt litem ſuper criminali accuſatione in iudicio conteſtatam, ſi in termino peremptorio ſibi dato non veniret, accuſationis ſolennia impleturus: tertia parte bonorum mobiliū decernimus eſſe mulctandum. Et ſi in delicto alio ſibi denuò deſtinato inchoatam accuſationem detractauerit exequi, contumaciam contumaciæ aggregando, quia ſecundum [e] veterum legum ſcita, [f] deſtitiſſe videtur, in centum auguſtales condemnetur: quam pęnam loco quinq; librarum auri, in quibus deſiſtentes [g] hactenus damnabantur, ſuccedere debere cēſemus. Eadem mulcta fortius * obtinente, ſi accuſator expreſſim accuſationi [h] renunciauerit inſtitutæ.

tentia & ex verbis, vt ff.ad Turp. l.1.§.ſi quis poſt. cuius pœna eſt, vt no.ff.de præuar.l.3.

• Additio. *Ad hanc conſtitut. vide cap. regni, ad audientiam. et ibi Scribentes, fol. 176.* De Bottis.

e *Veterum ſcita.* Vt C. qui accu. non poſ. ſi ea. quæ crimen intendit.

f *Deſtitiſſe.* Vt ff. ad Turp. l.ab accuſatione. §.deſtitiſſe.

g *Hactenus.* Ex ſe.con. Turpillia. ff. de præuari.l.3.§.fi. Item notantur infamia deſiſtentes. vt C. ad Turpil. l. 2.§. fin. & not. C. de accu.l. accuſationem. quod locum habet in publico iudicio. Secus in priuato crimine, puta ſtellionatus, vel expilatæ hæreditatis, vel furti, vel iniuriarum: tunc enim ceſſat Turpill. ſed tantum iudicis officio culpa accuſatoris coercebitur, ut ff.ad Turpill. l.ſi quis.§.ſtellionatus. & l.in priuato.

† *Aliàs, idem.*

• Additio. *Vide de hac dictione. l.2. in fi. ff.ne quis eum.* De Bot.

h *Renunciauerit.* Et ideo fortius, vt ſupra proxi. poſuit, quia expreſſa nocent, ut de re. iur. expreſſa. quod dic, vt ibi no. & ff. de cond. & demonſt. l. nonnunquam. Quandoque tamen plus ualet tacita promiſſio, quàm expreſſa, ut ff.de procurato.l. filiusf.§.milites. & tacita prohibitio quā expreſſa, ut ff.de ſo.uero. §.& alia. & ff. de uerb. obl.l. ſi ſtipulatus ſum. §. item ſi mihi, aut Titio. Sic maior eſt uera contumacia & expreſſa, quam præſumpta, vt ſupra de

ANDRÆAS DE ISERNIA.

De eo qui poſt crimen adulterij intentatum vxorem recipit. Rubrica. Idem.

Q*Vi poſt crimen.* Non curant legiſlatores punire deſiſtētem in hoc crimine: quia rari ſunt accuſatores tales, & ſi eſſent frequētes, idem deberet eſſe, quia Principes iubent in alijs præferri omni lucro concordiam maritalem. C.de inſti.& ſubſti. ſub cond.fac.l.reprehendenda.& ſic ſeruare debent in ſe id quod iubent in alijs.arg ff.de cond.indebi.frater a fratre.de pactis, l.cum in eo.& propterea alij nō accuſabunt.ff.de adult.l.miles.§.volenti.& §.ſed liceat.Nam concordantia matrimonia turbari non debent.ff.de lib.exhi.l.1.in fi.

De deſiſtentibus ab accuſatione. Rubrica.

A*Ccuſatorum.* Hæc lex & ſequens corrigunt pœnam Turpill.ita ante litē conteſtatam, vbi deſiſtens non tñ peccat, nec tenetur ex verbis Turpill.ſed ex ſententia, idcirco in ſexta parte bonorū punitur accuſator non cōparens ante lit. conteſt. & ad ſumptus reo cōparenti, & quia pęna ſuccedit loco Turpil.habebit locum: ubi & Turpil.iure Romano. Sed iure Romano mulier accuſans & nō ueniens in termino non incidit in Turpil.l.mulier.& l.1.§.accuſatorem, pro quo eſt in Auth.de fil.ante do.inſtru.nat.circa fi.& fi.ſi quis teſt.liber eſſe iuſ.fu.l.1.§.hæc actio. Erit ne ergo impunita mulier? dic quod tenebitur reo ad ſumptus, vt hæc conſtitutio dicit. Sumptus non debentur per Turpil.C.qui accu.non poſ.l.qui crimen. Item poſſet repelli ab accuſatione ipſa, quoniam renunciare videtur, vt d.tit.in l.ſi ea tamen. Vbi uocatus erat accuſator per iudicem, vt veniret ad cauſam agendam, niſi iudex denegaret iuriſdictionem ex cauſa. ff.ex qui.cau. ma.l.ſed & ſi per prætorem.§.ait prætor. Pro præſtatione ſumptuum facit.ff.de iudi.cum quem temere. ¶ Item no quod ex quo nō venit in termino, deſtitit, vt in fi.huius conſtit. ibi, ſi volebat deſiſtere &c. iure Romano ſimiliter deſiſteret, ſi citatus accuſator non veniret ad proſequendum accuſationem. Et eſſet pęna pluſquam Turpill.quia extraordinaria pœna.d.l.qui crimen.& ff.de pęn. abſentem. §.penul. Vnde in hoc, ſcilicet, in pęna corrigitur ius commune, quo eſſet pęna Turpil. & extraordinaria, ſic & ſi non ueniret ad peragendum infra tempus a iudice ſtatutum. ff.ad Turpil.l.ab accuſato.§.2. & d.l.ſi ea. Sic & poſt litem conteſtatam eſt correcta pęna Turpil. infra. l.proxi. ¶ In ciuili non inuenimus pęnam actori non comparenti, quæ fiſco detur, dictum eſt ſupra de exor.& præpa.iudi.l.ſponte.

De deſiſtentibus ab accuſatione. Aliàs de accuſatione poſt litem conteſtatam, &c. Rubrica.

A*Ccuſatorem.* Solennia impleturus. Ergo loquitur hæc conſtitutio infra tempus biennij. Nam poſt biennium inſtantia expiraſſet, & ſic implere accuſationem non poſſet, ſed haberet lo-

pra de exord. & præpa. iud. l.ſi quis poſt litem,circa fi. quod dic, vt in ſum. quomodo & quando iud. §.de his autem. Sed quare dicit, fortius, cum eadem ſit pęna? Reſpondeo: quia quis præſumitur deſtitiſſe.

ADDITIO: *Adde qualiter puniatur. vide per Bart. in l. miles. ff. de adul.* Superantius.

Quia nõ uenit in certo termino: reuerſus probare poterit ex iuſta cauſa abſuiſſe, vt ff. de mino. l. & ſi ſine. §. fin. & C. de accuſ. ſi accuſatoribus. Sed in expreſſa renunciatione nó eſt ita: quia in rebus certis non eſt locus coniecturis. de uerbor. oblig. l. continuus. §. cum ita. & in Auth. de reſtitu. & ea quæ pa. §. vtrum. in fine.

ADDITIO. *Adde in regula, in obſcuris. ff. de regulis iuris. glo. in l. arbitrio. ff. de arbitr. in regula, inſpicimus, de regulis iuris. lib. 6. Cardin. Zabar. in cap. fin. de conſuetu.* Superant.

Nec obſtat, quod dicitur in Authentica, vt cum de appellatio. cognoſcat. §. hoc præſertim. quia ibi non conſtabat de contumacia eius, &c.

† Aliàs, Idem Aug.

† Aliàs, vinculũ.

† Aliàs, accipiât.

De pœna calumniæ contra calumniantes ſtabilita.

TITVLVS XIIII.

Dicitur iudex transgreſſor legis, ſi recipit accuſationem criminalem, vel denunciationem criminis ſine obligatione de probando: & licet accuſator poſtea non probet, nõ propterea præſumitur calumniaſſe: ſed tunc dicetur calumniaſſe, quando apparet, quod ſit in euidenti calumnia, vel fuerit temerarius accuſator. h. d. Matthæus.

† IMPER. FREDER.

P[a] Oenam [b] * calumniæ contra calumniantes antiquis ſanctionib. prouide ſtabilitam, & de conſuetudine quadam abolitam innouantes: Vniuerſis iudicibus, ad quorum cognitionem criminales cauſę ſpectare noſcuntur, iniungimus: Vt ad accuſandum, vel etiam deferendum accuſatores, vel delatores aliquos non admittant, niſi primitus cingulum † inſcriptionis arripiât † accuſatores, vel etiam deferentes, quo ſe ad pœnam obligent per calumniam non probantes, quam expoſcunt, accuſatis, aut delatis infligi. Iudices autem huiuſmodi iudicijs præſidentes nulli omnino gratiæ, vel potentaui deferẽtes, accuſatores, vel delatores, quos [c] in euidẽti calumnia deprehẽderint, eadem pœna condemnent, quam accuſatis imponi, ſi intẽtata probaſſent, obiecti criminis qualitas requirebat: ita tamen, vt non ex hoc ſolo, q̀ accuſantes, vel delatores in probatione defecerint, calumniantes ipſos eſſe præſumant: ſubeſſe namque poteſt cauſa probabilis, propter quã ſperatas probationes inducere nequeat accuſator, vel fortè delator: Sed (vt dictum eſt) calumniam euidentem exigimus, vt accuſator temerarius arguatur. Quantò enim durius nocentes proſequimur, tantò libentius abſoluimus innocentes.

De pœna calumniæ contra calumniantes ſtabilita. Rubrica.

a P*Oenam*. Hæc conſtitutio punit accuſatores calumniantes ad ſimilitudinem ſupplicij, concor. C. de accuſat. l. 1. & ad Turpill. l. 1. Corrigit tamen in aliquo ius commune, quia non quilibet, qui non probat, calumniari præſumitur, vt in hac conſtit. ſed debet eſſe in euidenti calumnia. Sed de iure ciuili, qui non probat, &c. vt C. de aduocatis diuerſo. indic. l. 1. In quibuſdam erat ſpeciale, quod hic ponitur pro iure generali, quod dic, ut ff. ad Turpil. l. 1. §. 1.

b *Pœnam calumniæ*. Conſtitutio iſta corrigit l. C. de aduoc. diuer. iud. l. 1. quia qui non probat crimen, quod intendit, non præſumitur calumniari, niſi ſit in calumnia euidenti, & ponit de hoc exemplũ infra de dilationibus. l. ſi ciuiliter agens.

* ADDITIO. *Ad hanc conſtit. vide Moder. in c. regni, ſubditorũ, nu. 143. cum ſeq. vbi an valeat accuſatio ſine inſcriptione. & Affl. in conſtit. accuſatorũ temeritatẽ, col. 3. & in conſtit. peſſimam, col. 3. & in conſtit. præſenti lege, in prima. et confirmatur hæc conſtit. infra, c. accuſatorum temeritas.* De Bottis.

c *In euidenti*. De euidenti calumnia † ponas exemplũ optimum, qñ accuſatus reaccuſauit, & non probauit, ut apertè dicitur infra de dilatio. ſi ciuiliter agens. quod eſt notatu dignum: & argumẽtum optimũ. ff. de quæſt. l. 1. §. cũ quis latrones. in fi. §. ubi dicit, neq; enim inualidũ argumentum, &c.

† ADDITIO. *Nota, quòd euidens calumnia videtur, ſi reaccuſat. Sed contra videtur, quia indulgetur ei, qui retorquet crimen, vt de bonis liber. l. qui tum maior. & ad Syllan. l. 3. §. vtrum. & dicitur eſſe in euidenti calumnia, qui mentitur. l. 1. §. ſed ne paſſim. ff. de quæſt.* De Bottis.

De pœna

ANDRÆAS DE ISERNIA.

cum pęna. C. ut intra certum tempus crimi. &c. l. 1. Et loquitur hæc conſtitutio poſt litem conteſtatam, & ideo plus punitur accuſator cõtumax. Et hæc pęna remittitur mulieri accuſanti, quia eſt loco Turpil. ſcilicet, condemnatio centum auguſtalium. ¶ Sed an hæc mulier hoc caſu condemnetur ad tertiam? videtur quod ſic: quia condẽnatio tertiæ non ſuccedit loco Turpil. ſed propter aliam contumaciam infligitur. Condemnatio autem ſextæ ſuprà l. proxi. eſt loco Turpil. non ergo producendum ad ſimile, quod de Turpil. dicitur. ff. de legi. l. quod verò. Nam de illa non inuenimus, quòd remittatur mulieri, ſicut de pęna Turpil. & ſi idem voluiſſet in ea, legiſlator dixiſſet. C. de cad. tollen. §. 1. circa fi. ¶ Vnde non condemnabitur ad ſextam ante litem conteſtatam, quia eſt loco Turpil. ſed poſt litem conteſt. ad tertiam ſic: illa ratione, quia ſufficit remitti pęnam centum auguſta. quæ eſt loco Turpil. Et quia plus deliquit improbam accuſationem proſequendo, arg. C. de plus pe. l. 1. C. de his qui. ut indi. l. aliam.

A*Ccuſatorem*. No. ex gl. 1. quòd plus punitur qui cęptam litem deſerit, quàm qui nunquam venit. Petrus de Monteſ.

In tex. ibi, mulcta fortius. in fi. De hac dictione vide in l. 2. in fi. & quod ibi no. ff. ne quis in ius voc. vi exim. Petrus de Monteſ.

No. q̀ accuſatoris non cõparentis contumacia in termino perẽptorio ante litem conteſtatã punitur in ſexta parte bonorum mobilium, & in expenſis parti accuſatæ. Poſt verò litem conteſtatam punitur in tertia parte bonorum mobiliũ, vt in conſtit. ſeq. Barth. de Capua.

Et loquitur in curia magiſtri Iuſtitiarij, & ideo tanquam odioſa reſtringenda, vt non loquatur quando in curia Baiuli quis citatur, & non comparet actor. Barth. de Capua.

No. quod debet intelligi in criminali, ſed in ciuili actor non deberet condemnari, niſi in expenſis tantũ reo, ut per And. hic, & in cõſt. ſponte. & ideo non habet locum in curia Baiulorum, ſi reus citatus comparet in termino ſibi dato, actore non comparente: nam non tenebitur hac pœna ſextæ partis bonorum mobilium, quia loquitur in curia magiſtri Iuſtitiarij tantùm: quia conſtitutio eſt ſtricti iuris, ut ff. ad municip. l. conſtitutionibus. Petrus de Monteſ.

De materia huius conſtitutionis & ſequentis de iure communi, uide Spec. in tit. de accu. §. hoc tractandum.

In tex. in peremptorio ſibi dato compareat. Sed pone, actor comparuit primo die tridui præfixi in citatione, reo non comparente: deinde in ultimo tridui reus comparet, actore non comparente: dic quòd in ſimilibus eſt citatio circumducta, & tenetur actor reo in expenſis: argumento. ff. de iudi. l. & poſt. pro quo authen. qua in prouincia. & authentica, qui ſemel. & eſt opus alia citatione, vt in d. l. & poſt. In criminali accuſator incidit in pœnam huius conſtitutionis, & circumducitur citatio, & eſt alia neceſſaria, per l. & poſt. & facit quod notatur in c. conſuluit. per Inn. debuit enim accuſator inſtare toto triduo: argum. C. de commer. lib. 12. & in vulgato. §. verſum. Andræas de Capua.

In tex. quinq; librarum auri. Sed quot aurei faciunt libram? dicas quòd 72. vt C. de ſuſcept. & arcar. l. quoties. Solidus debet eſſe, qui valeat aureum, ut no. gl. in l. quicũque. C. de ſer. fug. Barth. de Cap.

De pœna calumniæ contra calumniantes ſtabilita. Rubrica.

P*Oenam calumniæ*. Hęc lex corrigit omnia iura dicentia illum, qui non probat in accuſatione, præſumi calumniatum eſſe. Nam non præſumitur, niſi ſit in euidenti calumnia. Ponit glo. exemplum de accuſatore accuſante, infra de dilationib. l. ſi ciuiliter agens. Poſſet etiam poni exemplum in accuſatore dicente, dabo reo magnam brigam, licet non probem: argum. de eo, quod notatur in gl. in l. Fulcinius. §. quid ſit latitare. ff. ex quibus cauſis in poſſeſ. eatur. Hodie maximè etiam ad expenſas non condemnatur victus victori, ſi iuratum fuerit de calumnia in lite, in Auth. ut iudi. §. oportet. & diximus ſuprà de condem. expen. & fruct. l. diuorum noſtrorum. & imponit pœnam iudici tranſigenti, & remittenti pœnam calumniæ.

P*Oenam calumniæ*. In uerbo, præſumant. Vt ipſum ad pœnam talionis condemnent: & ſic hæc conſtit. corrigit l. 1. C. de aduoc. diuerſ. iudic. vt hic notatur. non autem corrigit alia iura, quæ dicunt victum victori condemnandum in expenſis, vt in l. properandum. C. de iudi. cum ſimi. quod quidam dicebant ex eo, quòd ille vincitur, & vinci dicitur qui non probat. Sed malè dicebant, ut infrà de condem. expenſ. & fruct. l. diuorum noſtrorum. nam cum illa ſit poſt iſtam, tex. ibi mandat victori condemnari in expenſis: ergo hic non videtur prohibuiſſe: argumento eius quod notatur. C. de vſur. authen. ad hæc. in fine gloſſæ magnæ. & ſic hodie uictus victori in expenſis damnatur, tam in ciuili, ut in l. properandum. quàm in criminali, ut C. qui accuſ. non poſſ. l. qui de crimine. & de hoc uide And. de Iſer.

In gl.

† *Aliàs, de his q poſt citationẽ ſe abſentãt ſine licẽ. curię.*

De pœnà colludentium. *Rubrica.*

a S*Æpe contingit*. Si accuſatus non ueniat in termino cõſtituto, puniẽ in centũ auguſtales, ut in fine huius cõſtitutionis, quã pęnã ſimul ſecum cõicabit accuſator ſi de communi voluntate nõ venerit accuſatus. Et ſic no. quòd quos idẽ facinus ęquat, & inquinat, pœna par feriat, ut C. de epiſc. & cler. ſi quenquam.

b *Contingit*. Scilicet de perceptione fruc. ſuprà conſtit. vlt.

c *Pro æqualibus*. Iuxta illud, eos quos pares facinus coinquinat ęquat.

d *Alter eorum*. Scilicet, accuſator poſt litẽ conteſtatam, vt ſ. l. accuſatorem, poſt litẽ, verſi. 1.

Lite non cõteſt. in criminali iudicio &c. Rub.

† *Aliàs, Idem.*

e P*Oſt citationem*. In criminib. de quib. poſſit tranſigi, quia cõtinent pœnam ſanguinis, poſſunt & accuſator & accuſatus trãſigere poſt citationem emiſſam anteq̃ aliqua partium cõpareat in iudicio, & hoc gratuito, nõ gratuito nõ poſſunt impune, niſi occaſione damni dati aliquid accipiat accuſator: ſed poſtquã aliqua pars in iudicio comparuerit, tranſigentes puniuntur in decem auguſtales. Si lis fuerit cõteſtata puniũtur in 24. auguſtales. Nec obſtat quod de tali crimine licebat trãſigere, quia incidit nihilo minus in Turpil. vt no. C. de accu. l. accuſationem. Sed tranſactio de iure communi tenet, vt in l. tranſigere. ſed hoc eſt in voluntate Curiæ in alijs criminibus in quib. non licet tranſigere ſortiatur ius commune,

De pœna † colludentiũ. Aliàs, ſi accuſator & reus dolo, vel fraude, dato ſibi termino a iudicibus non comparuerint.

TITVLVS XV.

Si accuſator & accuſatus poſt litem conteſtatam in termino ſtatuto a iudice non cõparent adinuicem colludentes, & prorogãtes terminum a iudice ſtatutum, iudice ignorante: vt prolongẽtur lites, vtroſq; iudex per ſententiam, ſubaudi præmiſſa citatione, q̃ veniant ad dicendũ cauſam, quare non inciderint in pœnam centum auguſtaliũ. Et dato eis termino ad ſe defendendum, ſi non allegẽt cauſam iuſtam, & probabilem, quia non comparuerunt in termino: & ſi nihil ſufficiens allegent, & probent, condemnet ad pœnam prædictam centum auguſtalium: videlicet quinquaginta per vnum, applicandam vtilitati regij fiſci: quam pœnam centum auguſtalium alter eorum, ſcilicet accuſator ſoluet, ſi poſt litem conteſtatam in termino ſtatuto a iudice non comparuerit, & accuſatus ſit. hoc dicit. Matthæus.

† IMPER. FREDER.

S*Æpe* [a] cõtingit [b] accuſatorẽ cũ accuſato colludere, vt non in totum ab accuſatione diſcedant, ſed vt terminum iudicij prorogẽt ſine licentia Curiæ neutro ad iudicium veniente, quem terminum ante vel ipſi ſponte receperant, vel quẽ ipſis authoritas iudicialis indulſit. Nolẽtes igitur lites fieri aliquorũ machinationibus immortales, ſtatuimus, vtrunq; accuſatorem & accuſatum [c] pro æqualibus portionibus eandem pœnam in caſu præſcripto ſubire centum auguſtalium, ſcilicet, noſtris vtilitatibus applicandum, quam [d] alter eorum ſubire deberet, ſi in ſtatuto ſibi termino proſecuturus accuſationem non veniſſet ad Curiam.

Lite non conteſtata in criminali iudicio, an poſſint actor & reus inter ſe componere, non dato tamen aliquo vel retento?

TITVLVS XVI.

In glo. 1. in verbo, principales perſonas. Sed quæro, an hæres, & fideiuſſor poſſint dicere, ignoro, an debeant negare, vel confiteri? & videtur ꝙ ſufficiat, ſi dicant, ignoro, cum hæres & fideiuſſor iuſtam habeant ignorátiæ cauſam, vt in l. qui in alterius. ff. de reg. iu. & cauſa nó videatur mere propria, quia non ſuo nomine ad eos damnum, & emolumentum pertinet. ff. quan. app. ſit, l. 1. Contra quod debeant negare, vel confiteri, nam licet ex facto alterius conueniantur, ipſi principaliter litigant & cóueniuntur. Et quemadmodum ſua eſt, & principales perſonæ debent negare, vel confiteri, vt hic: ergo hæres, & fideiuſſor idem facere debent, ſicut hæc conſtitutio dicit, a qua non eſt diſcedendum, vt in l. proſpexit. qui, & a quibus. & non aliter, & quia non diſtinxit. Item cauſa dicitur propria tam principaliter, q̃ ſecundario. C. de teſt. l. omnibus, in glo. Item patris, & filij, hæredis & teſtatoris, vna dicitur perſona C. de impub & alijs ſubſtit. l. ſi. in Auth. de iureiur. a morien. præſt. in prin. Item omnia iura teſtatoris tranſeunt in hæredem. ff. de acq. poſſ. l. cum hæredes. §. 1. & ff. de diuer. & temp. præſcrip. l. cum hæres. & ff. de reg. iur. l. in omnibus. Item culpa & vitia teſtatoris comitantur ſucceſſorem. C. de acqu. poſſ. l. vitia. Præterea iſta non ita conueniunt in fideiuſſore, quemadmodum in hærede: cum fideiuſſor ex ſuo facto, & obligatione teneatur. Nam qui fideiubet, cogitat de ſoluendo. ff. de cond. indeb. l. indebita. Barth. de Cap.

In tex. mobilium. Nouum eſt, quod inducit hæc conſtitutio, quòd vbi de crimine agitur ciuiliter, ſi conuentus non poſſideat immobilia, & fuerit pauper vel vagabundus, debet in carcere detineri, donec durat inſtantia cauſæ, quod de iure communi non inuenitur. & intelligitur litera iſta, quando agebatur iniuriarum, vel de alio maleficio ciuiliter: Quia Baiulus non cognoſcit criminaliter, vt in conſti. locorum Baiuli. Et no. caſum quod carcer dum cuſtodit, non eſt de mero Imperio. Barthol. de Capua.

In tex. per Baiulum carceris cuſtodiæ. No. Baiulos carcerem habere poſſe. Sic ſupra, de pęna contumaciæ in ciuili cau. l. ſi quis poſt litem. Sed quomodo hoc, cum carceratio ſit de mero imperio? ut. ff. de in ius vocan. l. 2. & vide quod no. And. in conſtit. locorum Baiuli, in ſi. Petrus de Monteforte.

In ſi. Hanc conſtitutionem intelligo non habere locum in muliere, quæ ſi non inuenerit fideiuſſorem, ſufficit quod iuret ſecundum ius commune, prout no. in c. per tuas. de don. int. vir. & vxo. & iſto caſu maſculinum non concipit fœmininum, quia odioſa. Barth. de Cap.

De exceptionib. & dilationib. proponendis in iudicio. *Rub.*

E*Xceptiones dilatorias infra triduum.* Non quòd reus poſſit dicere dato ſibi libello, peto triduum ad proponendas dilatorias. Imò ſtatim debet reſpondere, vt ſupra. l. proxi. Sed ſi obijcit dilatorias ſtatim poteſt, vt hic. Et ſi lapſum eſt tempus triduanum non poteſt, quia dicit infra triduum, &c. & non dicit quod expectetur vſque ad triduum, ſi velit dilationem aliquam opponere debet etiam omnes ſimul proponere, vt in glo.

ADDITIO. *Circa exceptiones in iudicio proponendas, vide pragmaticam, ſi reus exceptiones. & præcedentem omnino. Et de dilationibus aliam ſequentem poſt prædictas, & de dilationibus per calumniam petitis pragmaticam, ſi quis petierit. & in omnibus per me.* Cæſ.

Et verbotenus, etiam ſine ſcriptis, ſicut omnes alias exceptiones, exceptis duabus, quæ in ſcriptis debent proponi, ſicut exceptio non numeratæ pecuniæ, & non numeratæ dotis. C. de non nume. pecu. l. pen. in ſi. ¶ Iure Canonico ſemper in ſcriptis, ut c. quoniam cótra falſam, extra de proba. ¶ Quid ſi ignorauit ſibi competere dilatoriam, an proponat eam poſt litem conteſtatam? Dic ſeruari ius commune, vt poſſit, vt no. C. de iur. & facti ignor. l. error. nam hæc Conſtitutio

arctauit

cenſemus: in quibus ſi de eis incontinenti conſtare non poſſit, ſed dilationem requirat is, qui eas obijcit, [a] ſacramento prius, ſi hoc iudex decreuerit, præſtito, quòd non tantum cauſa differendi, vel fruſtrandi iudicij, ipſas cōuentus opponat: ſed q̄ eas ad leuamen cauſæ ſuæ ſe probare poſſe confidit. Ad probandum eidem octo dierū terminus * concedatur: niſi reus in longinquis ꝓbationes ſe habere iurauerit, quo quidē caſu cōſideratis locorum diſtantijs, cauſarum qualitatibus & conditionibus perſonarum, terminus longior debebit, & poterit indulgeri. Et ſi in eorum probatione reus defecerit [b] in omnes expenſas [c] ſacramento actoris, cum taxatione iudicis declarādas ab eo occaſione prædictæ dilationis factas [d] ipſum decernimus condemnari.

dic in ſumma de litis conteſtat. & in ſumma de litig. in princip.

a *Sacramento.* No. q̄ ſuper hac exceptione iuratur de calumnia. Et nihilominus poſteà iurabitur in tota cauſa. Nec obſtat q̄ ſemel iuratur in litem: quia illud eſt verum, quādo illud ſuper quo petitur iurari, pōt contineri & includi ſub primo iuramento, quod hic non erat: quia ante litem obijciebatur talis exceptio, poſt litem aūt iterū iuratur, interdum, ut cū petitur quarta productio: ut C. de probationibus, auth. vbi ſemel. quę eſt in corpore Authen. de teſtib. in prin. Ad primum aūt quod dixi, & hoc eſt expreſſum arg. ff. ad exhib. l. theſaurus. Item no. q̄ multò fortius i exceptione perēptoria iurat obijciens, q̄ non calumniæ cauſa opponit, vt inf. de ſac. præſ. ab eo qui opponit exceptionem peremp. op. l. 1.

• ADDITIO. *Sed an cōputabitur dies, in quo proponitur exceptio. reſpon. non, vt de excep. cap. pia. in 6.* De Bottis.

b *In omnes expenſas.* Facit extra de reſcr. c. cæterum. & c. ult. & extra de dolo & contu. c. ex litteris. & c. ſi. Et harum expenſarū fit condemnatio incontinenti, q̄ actor defecerit in probatione huius exceptionis, vt ff. de iud. eum qui temere. & C. de iud. ſancimus. no. in præalleg. c. cæterum. aliàs regulariter fit expenſarum condemnatio in fi. litis conteſt. vbi plenè tractatur hæc materia, extra de pœn. c. calumniam. & c. audaciam. Sed expenſæ factæ ante lit. cōteſt. petuntur per libellum factum officio iudicis, ut ibi no.

c *Sacramento.* Idē in peremptoria exceptione, vt ĩ. de ſacr. præſt. l. 1.

d *Ipſum.* Scilicet, reū petentē dilationem, & nihil de ea probantem.

De exceptione hoſtici ponenda. Aliàs eſt, de eodem. Rub.

e HOſtici. Si quis iturus ſit ad exercituū, vel iam iuerit: ſiue conueniatur ab eo, qui non eſt in exercitu, ſiue iam erat conuentus cum ad exercitum iuit, habet hoc beneficium, ut opponat hoſticam exceptionem, ut differat iudicium incipiendum, vel iam inceptum, quia eſt in exercitu, & abeſt cauſa reipub. arg. ad hoc. C. ex qui. cau. maio. l. 1. cum ſi. Sed hoc eſt verum, niſi agens ſit eiuſdem conditionis cum iſto: quia tunc nil Iudæus Iudæo, & quod vni concedimus, &c. ut C. qui potiores in pignore habeantur. l. fin. & ita priuilegiatus non excludit alium priuilegiatum. arg. ff. ex qui. cau. l. fin. Hoc beneficium datur bannitis † militantibus. Vt ſi conueniantur a nō militantibus repellāt eos, vel ſi ipſi conueniant alios militares non repellantur ab eis.

De exceptione hoſtici ponenda. Aliàs eſt, de eodem.

TITVLVS XX.

Si quis iturus ſit ad exercitum, vel iam iuerit, ſi conueniatur ab eo qui non eſt in exercitu, ſiue iam erat conuentus, cum ad exercitum iuit, habet beneficium hoſtica exceptionis, vt quindecim diebus antequam iter arripiat, et quindecim poſt reſpondere non cogitur, niſi agens ſit eiuſdem conditionis cum iſto, dum tamē quilibet militet ſuis expenſis, & armis, ita quod eorum conditio ſit æqualis. & hoc beneficium datur bannitis militantibus, qui ſecuri debent eſſe in exercitu, vt ſi non conueniantur a militibus, repellant eos, vel ſi ipſi conueniant alios militantes, non repellantur ab eis, foriudicatis non datur hoc beneficium, quia conueniri nec agere poſſunt, & hac conſtit. non extendatur ad ea de quibus in exercitu contrahuntur, vel committuntur, h. d. Lallus de Thuſcia.

† IMPER. FREDER.

HOſtici [c] * exceptionē, quam in iudicijs noſtris frequentius audiuimus, determinare volen

† ADDITIO. *Vide And. in c. 1. §. hæc de ſtatu cōtra lib. eccl.* De Bot.

Foriudicatis non datur, quia nec conueniri nec agere poſſunt, ut ſupra, a limine iudicij expulſi. Hoſtici. iſtud verbum aſſumptū eſt ext. ff. de re mili. l. fi.

• ADDITIO. *Ad hanc conſti. vide tex. in l. ſi maritus. §. legis Iuliæ. de adulc. Et no. quòd die x. Septemb. 1556. in cauſa inter mag. Catherinam Caracciolam cū Illuſt. Comite Populi, in qua petebatur, quòd teſtes, qui interfuerunt in donatione facta per magnif. Fabritium Cantelmum d. Catherina, reciperētur ad futuram rei memoriam, citato d. Illuſt. Comite per quem fuerit oppoſita exceptio hoſtica, fuit decretum per Sac. Conſilium referente mag. Spinola iudice mag. Cur. Vicariæ, quòd teſtes recipiantur, quibus receptis ſuperſedeatur ſtante excep. hoſtica oppoſita, Actuarius . . . . . vide de excep. hoſtica Frecciam, dum tractat de officio Admirati, nu. 15. vbi an ſeruiens in mari gaudeat hac exceptione. quid in ſeruientibus per ſubſtitutum, & quid in litigante per procuratorem: & an contra mulierem petentem dotem, uide ibi. vide capit. Regis Roberti I 1. car. 19. & Capic. in tract. feu. in c. feud. excep. §. hoſtici. & in deciſ. 76 & 172. An hac exceptio competat ſpolianti. vide Affliс. deciſ. 84. an competat uxori illius, qui eſt ſubmonitus, Capic. in d. deciſ. 76. & 172. & an competat pro delicto commiſſo poſt ſubmonitionem, Iſer. in auth. habita, nu. 12. C. ne fil. pro patre. quam legis poſt tit. de ſtatu. contra liberta. eccleſia.*

In regiſtro antiquo, quod tenet Dominus Antonius Baratturius fiſci aduocatus

† *Aliàs, Idem.*

ANDRÆAS DE ISERNIA.

arctauit ſcientes, vt infra triduum a die dati libelli dilatorias proponat, quæ iure Romano propoſitæ ante litem conteſtatam probari poterant poſt litem conteſtatam. C. de probat. l. exceptionem. non enim eſt veriſimile, quod tollat iura de ignorantibus loquentia. C. de inoff. teſta. l. ſi quando. Iure tamen Canon. diffinitum eſt, extra de excep. c. paſtoralis. Et hoc ſi probabiliter ignorauit, vt in facto alieno, puta ſi factum erat pactum de non petendo a teſtatore vſque ad certum tempus. Hæc heredes poterāt ignorare. ff. de reg. iur. l. qui in alterius.

In omnes expenſas. Sic in eo, qui deficit in probatione peremptoriæ, infra tit. 1. l. ſi exceptio. ſed ſi defenſor dicat citatum fuiſſe abſentem excuſando eum, & detur ei terminus ad probandum, ſi non probat, condemnabitur ad expenſas. arg. C. lib. 12. de proximis ſacrorum ſcrinior. l. in ſacris. §. quæ omnia. ff. de dam. infe. l. qui bona. §. vlt. & dictum eſt ſupra de exor. & præpa. iudi. l. edictorū. in fi. ¶ Sed nunquid poterit dici huic excuſatori, ſatiſdato de ſoluendo expenſas, ſi non probas? dicunt quidam q̄ non, per arg. a ſufficienti partium enumeratione, quia cum certæ cautiones inueniantur. ff. de præt. ſtipu. l. 1. & 3. & de rei vend. l. ſi poſt. de pign. act. l. creditor, cum ſimi. hæc non inuenitur, ergo &c. ſimilis modus argumentandi eſt. ff. de his qui ſunt ſui vel alie. iur. l. patre furioſo. de lib. & poſth. l. ſi filius. ¶ Alij contra quod eſt verius, quia nullus idoneè defendit, ſi nō ſatiſdat, ff. de procu. l. non cogendum. §. qui alium, & qui excuſat allegando abſentiam defendere dicitur. eo. tit. l. ſeruum. §. publicè, quæ ſatiſdatio committetur in expenſis, ſicut aliàs dicitur de procuratore quādo dominus non habet ratum. ff. rem ra. hab. l. ſi ſine. §. cum autē. & §. Marcellus. ¶ Iure Canonico ad has expenſas is, qui deficit in probatione dilatoriæ nō cōdemnatur, niſi ſit in manifeſta malitia. Si tamen iurauit q̄ non animo calumniandi proponat, ut no. ext. de dolo & cont. c. finem litibus.

EXceptiones. In glo. 1. circa medium. Nota quòd obtentum dilatoriæ exceptionis impedit litis conteſta. donec probetur. In gl. 2. Nota q̄ omnes exceptiones dilatoriæ debent offerri ſimul inf. triduū. In gl. in verbo, Sacramento. Nota q̄ ſuper except. dilat. iuratur de calumnia, idem in exceptio. peremptoria, ut in fi. huius conſtit. Sed vtrum condemnabitur in expenſis, ſi non probatur in peremptoria, ſicut dilatoria, ut hic in tex. Dic q̄ ſic, vt in conſti. ſi exceptio peremptoria, infra, de iur. litiga. Pet. de Monteſ.

In tex. infra triduum. No. quòd exceptio dilatoria debet proponi infra triduum, a die oblati libelli, in ciuili, vel criminali. Sed pone q̄ libellus datus fuit, & ſuper eo diſputatum eſt per 10. dies, vtrum exceptio dilatoria competens opponi poſſit. & quidam valens Doctor dixit quod ſic, per l. contra. C. de inoffi. teſta. l. in cauſæ cognitione, ſecunda. ff. de mino. Barth. de Capua.

Sed an tempore libelli oblati dictas exceptiones, quas inf. triduum poterat opponere, teneatur nominare. dic quòd ſic. arg. ff. de excuſa. tut. l. ſcire oportet. & de excep. c. paſtoralis. Marin.

In tex. obijcit ſacramento prius. No. formam ſacramenti, ſecundum quam iurat conuentus qui dilatoriam exceptionem obijcit, ſcilicet, quod non animo differendi iudicium ipſam opponit: ſed ad releuamen ſuæ cauſæ facit, & confidit ſe probare. Idem eſt in peremptoria, quòd iuratur in cauſa ſecundum formam prædictam, vt in gl. huius conſtitutionis, quæ incipit, no. quòd ſuper hoc. & inf. de excep. malicio. oppo. l. ſi exceptio. Barth. de Capua.

In tex. octo dierum terminus concedatur. Sed nunquid iſte terminus poſſit abbreuiari per iudicem? credo quòd ſic: per id quod no. in Auth. de exhi. §. ſcimus. in glo. nunquid, &c.

De exceptione hoſtici ponenda. Aliàs eſt, de eodem. Rubr.

HOſtici exceptionem, &c. Hæc exceptio competit eunti, vel moranti in exercitu, qui tenebatur ſeruire: dicit enim, citatus & ſummonitus. Secus videtur ſi ſponte iret ad exercitum, cum non teneretur: niſi coactus, ſeu miſſus per Curiam, etiam ſi ſtipēdia haberet a Cu-

aduocatus extat litera tenoris ſequentis, videlicet: Robertus, &c. Ioanni de Haya militi Cancellaria mag. Cur. Vicaria Regenti, & iudicibus d. mag. Curia dil. ētis Conſiliarijs familiaribus, & fidelibus, &c. habuit ve ſtra expoſitio facta nobis, quòd Matthæus Manſella de Salerno miles fidelis noſter citari fecit in ipſa Curia certos fideiuſſores apud eum praſtitos per Rogerium de Morra militem fidelem, et dilectum noſtrum, qui dicto Matthęo teneri dicitur in certa petitione, & quantitate: & quia mandatum eſt ipſi Rogerio ex celſitudinis noſtra parte, ut armis & equis decenter munitum ſe inſtanter in Calabriam cōferat ad confortationem fidelium & impugnatione horribilis obſtaculum repreſſiuum petij a vobis, ut contra fideiuſſores eoſdē per eum apud d. Matthæum praſtitos differatis procedere quouſque idem Rogerius in prædictis militaribus expeditionibus occupetur, ut ſicut hoſtica exceptio ſibi competit, ſic & eius propterea fideiuſſoribus prębeatur. Super qua dubitatione vobis ingeſta noſtram inde conſcientiam conſultaſtis. Nos verò conſultationi veſtra duximus reſpondendum, quòd d. Rogerio eunte pro dictis iam ſeruitijs, vel ad eundum oportunè parato præſtanti propter qua prædicta exceptio ſibi ſine dubitatione tribuitur per conſequens eius memoratis fideiuſſoribus concedenda: exceptiones quidem qua principali reo competunt & ſi dilatoria fuerint ſiue legales, ſiue pactionales exiſtant datis pro ipſo reo fideiuſſoribus rationabiliter indulgetur. datum, vt ſupra per omnia die 28. Ianuarij . . . . . & in eodem lib. c. 96. diſponitur q̄ iſta conſtitutio nō habeat locum cōtra viduā pauperem ſpoliatā ab eo, qui adobā ſoluit & principaliter fundatur fauore vidua paupercula. De Bot.

a *Citauit*. Id eſt, citari fecit, ut ſuprà de lit. cita. l. 1. in fine.

tes, Statuimus, ſi quando ſubmonitus ad exercitum citatus extiterit exceptionem prædictam per ſe, vel per alium coram eo, qui ipſum [a] citauit opponat, qua oppoſita & probata, quindecim diebus antequam iter arripiat, & quindecim poſtquā reuerſus fuerit, [b] immunitatem reſponſionis habebit, ita q̄ nullus per ſe, uel per procuratorem, quem teneatur [c] relinquere, reſpondere cogatur. quod inuiolabiliter obtinere cenſemus, etiam cum litis conteſtatione ſecuta ſubmonitione facta reū reipublicæ cauſa prædicto modo abeſſe debere contingit. Si tamē ambæ partes, actor, ſcilicet & reus in exercitu inueniantur, exceptionē hoſtici alter alteri opponat, dum tamen non is, qui voluerit alterum in exercitu conuenire munitus ſit in exercitu competentibus equis, & armis, & alijs omnib. opportunis, & neceſſarijs, quæ opportunitas & neceſſitas moris exercitalis inducunt. Illo etiam non omiſſo, ut ſi cōuentus in exercitu per ſe, & ſuis expenſis militat is, qui eum impetit, vt aduerſarium poſſit hoſtici exceptione priuare. Eodem modo & ſuis expenſis militare debebit, ne alterius tædio, ſub cuius expenſis & neceſſarijs fuerit in exercitu ſuſtentatus: eum, qui cum expenſis ſuis nobis laudabiliter ſeruit impugnet: quæ omnia per Mareſcalcum noſtrum, vel per alium, qui exercitui de mandato noſtro pro tēpore præerit, cui omnes, qui ad exercitū venerint abſq; diſcretione aliqua vo-

b *Immunitatem*. Eandem immunitatem credo habere omnes remiges & nautas euntes ad exercitum, omnes enim milites ſunt, ut ff. de bonor. poſſeſ. ex re milit. l. 1. §. in claſſibus.

c *Relinquere*. Non tenetur relinquere procuratorem. Sed an ſi ante hoſticam exceptionem litigauit per procuratorē, teneatur per procuratorem cauſam exercere: videtur quod ſic a contrario ſenſu: quia in hoc non indulget beneficium hæc cōſtitutio, quando ante creauerat procuratorē, optima l. ad hoc ff. de procurato. l. hæreditas. & l. ſequen. Cōtrarium ſeruatur in magna Curia, argu. contra. C. de proxi. ſacr. ſcrin. ubi de hoc notaui in commento. & de agent. in rebus. l. fin. in princip. Item ſi ſeruit per alium, † quia miſit alium loco ſui ad exercitum, an habeat hanc immunitatem de exceptione hoſtica? Reſpondetur ſicuti notaui plene in dicto commento. C. lib. 12. de co. re. mil. l. 2.

† Additio. *Hodie corrigitur per cap. Regis Roberti, quod incipit ſi Comes.* De Bottis.

1 Addi-

ANDRÆAS DE ISERNIA.

ret a Curia. Videtur enim data opera hoc facere, ſcilicet, ut non conueniatur, vel accuſetur interim. ff. ex quib. cauſis maio. l. his qui data opera. Ex onere quod quis libenter ſubijt, non conſequitur priuilegium: immo perdit, ut ibi in gl. Si ergo fuerat ante citatus, & præuentus fuit a iudice: & ſic reſpondebit, aliàs eſſet contumax. ff. de iudi: ſi quis poſtea. Si verò eo in exercitu taliter commorante, citetur in domo, niſi excuſetur, quòd eſt in exercitu, ſtatim damnabitur: Nec habebit reſtitutionem, ſicut abſens cauſa reipublicæ. ¶ Totus titulus, de legationibus. ff. loquitur quando princeps mittit, & ſi excuſetur, habebit terminum pro locorum diſtantia, ſupra de exordijs & præparatorijs iudi. l. edictorum. Secus ergo ſi Curia miſiſſet, & ſtipendiaſſet ipſum, forte quia ſtrenuus erat, & cogebat eum ad hoc, non affectantem, nec dantem operā: & ſic poteſt intelligi. C. de procura. l. qui ſtipendia. C. qui accuſ. non poſ. l. non prohibetur. ſufficit ſi non dolo malo abeſt. ff. ex quib. cau. maio. l. item hi. Hodie videmus largius dari hoc priuilegium, ſcilicet, omnibus exeuntibus & commorantibus in exercitu. Et extenditur ad remiges, & nautas, ut hic in glo. Sed certè & illi coguntur per Curiam. Vbi autem ambo actor & reus ſunt ſubmoniti in exercitu, alter alteri non opponit, quia nil Iudæus Iudæo. & ſequitur bona diſtinctio, de eo qui ad expenſas alterius eſt in exercitu. Quod facit pro ſtipendiarijs, ut non habeant priuilegium, niſi miſſi & coacti per Curiam. Et habet hoc priuilegium ſummonitus ad exercitum, ſiue perſonaliter vadat, ſiue mittat ſubſtitutum, ut hic in glo. & ff. de leg. l. ſi filius. C. lib. 10. de Decur. l. neminem. & l. nullus qui. in fi. arg. contra. ff. de excuſ. tuto. l. ſi. Sed ibi non erat exceptio ſic fauorabilis. Subſtitutus verò & miſſus per ſummonitum non habet priuilegium. ff. de leg. l. vicarius. & l. filius. argumentum contra. lib. 11. de collegiatis. l. 1. in fi. de aquæductu. l. pœnalis. §. ult. ff. de vacatione munerum. l. legato. §. Comites. dicunt Moder. lib. 10. de Comiti. rei milita. l. 2. Pone ergo quod lite conteſtata dato termino ad probandum reſtantibus decem diebus tantum de termino, ſummonitus eſt, poſtquam redijt de exercitu, & elapſis. 15. diebus habebit ad probandum decem dies tantum, qui tunc reſtabant, quia dilatio legalis non debet eſſe ei damnoſa. ff. de iudi. l. 2. §. donec. qui bonis cedere poſſunt. l. ſi. ¶ Sed utrum ipſo iure currant poſt 15. dies prædictos, uel per beneficium reſtitutionis in integrum: nam in contractib. non ſubducitur tempus, quo fuit abſens pro eo, & contra eum, & ipſo iure currit: ſed reſtituitur. C. de reſtit. milit. quo tempore. & l. fin. In iudicijs videtur quòd iure non currat tempus, donec abeſt cauſa reipublicæ. C. de dolo. l. 3. & hoc eſſet melius pro aduerſario. ¶ Econtra videtur, quod per reſtitutionem, quia ſi feriæ repentinæ indicantur dilatione pendente data a iudice, dilatio currit, ſed fit reſtitutio. ff. ex quibus cauſis maio. l. ſed & ſi per prætorem. §. ſi feriæ. & no. C. de ferijs. l. 1. & hoc erit melius pro eo, qui & ſi vnus tantum dies reſtaret de termino illius diei, fieret tantum reſtitutio. d. l. ſed & ſi per prætorē. §. quoties. Tunc ergo ſolicitus ſit aduerſarius, ut ſtatim lapſis 15. diebus faciat redeuntem citari, ut ueniat ad procedendum, & ſi citatus opponat de illis x. diebus, reſtituantur ei. In ſeruitio itaque trium menſium, quod debetur pro feudo per ſummonitum non computantur illi dies, qui dantur ad componendas ſarcinulas. ff. ex quibus cau. maio. ait prætor. §. ſi ſimpliciter. C. de exhib. reis. l. 2. quia tantum habet dies 15. antequàm iter arripiat. ¶ Sed quæro, quando, & a quo tempore cōputantur tres menſes feudatario ſeruienti: Vtrum a tempore, quo primum receſſit de domo uocatus per Curiam, ut ad exercitum uadat, uel a tempore quo cœpit ſeruire, & eſſe in exercitu? Videtur † quòd a tempore, quo a domo receſſit ut tempus eundi ad dominum pro ſeruiendo computetur ipſi domino. ff. de operis liber. l. quod niſi. verſi. ſed ſi dies, &c. & a tempore, quo primum de domo profectus eſt. ff. ex quibus cauſis maio. l. qui mittuntur. §. ſimiliter. Sic de tempore, quo domum reuertitur, eodem titu. l. ſi cui. §. tandiu.

† Additio. *No. quòd tempus acceſſus numeratur in ſeruitio, de quo Guido Papa deciſ. 217. Aduerte, quod habens feudum planum, & de tabula ſeruit & per dies 40. ad expenſas & eques domini, niſi aliter ſe inueſtitura habeat, Freccia. fol. 241. nu. 25.* De Bottis.

¶ In regno Siciliæ computatur a tempore, quo facit monſtram: quia tunc ſcit curia eum eſſe paratum ad ſeruiendum, etiam cum litis conteſtatione. Numquid poſt concluſionem ſi tunc ſubmoneretur de iure, ſi poſt concluſionem nihil poterat facere, puta, reſtitutionem petere, uel aliquid tale, non dabitur dilatio. C. de adul. quamuis. ff. de euicto. l. ſi rem. §. fin. extra de procura. cap. auditis. de iudic. c. fin. Verum quia hæc conſtitutio indiſtinctè loquitur, indiſtinctè ſeruatur: cum ſit fauorabilis exceptio, & ſic amplianda. ff. de liber. & poſthum. l. cum quidam. nam poſſet cedere, etiam ſi nihil haberet in lite facere, extra de elect. dudum. in fine. ¶ Item an actor opponat, quod non tenetur proſequi litem, cum ſit ſubmonitus? videtur enim quod loquatur in reo: quia dicit, citatus extiterit: ſed & reus poſt litem conteſtatam tenetur, ſi abſit cauſa reipublicæ iure Romano. ff. de legat. eundem. aliàs, tantundem. hoc corrigitur hic: quia dicit, quod non tenetur procuratorem relinquere. Et quicquid ibi dicat glo. etiam iure

Romano

lumus pręſentari, probari debebūt. Tamen ſi eorū amborū cōditio ſit æqualis, vt ambo, ſ. alienis expenſis in exercitu cōmorentur, alter alteri tenebitur rn̄dere. Vt tn̄ occaſione tam inchoati, q̃ inchoandi litigij, ēt ſi peremptorium fuerit emiſſum a ſeruitio ſpeciali, quod ei per nos, vel p̄ præfatū Mareſcalcū noſtrū in exercitu fuerit iniunctū: is, qui citatus eſt nullatenus auocetur. Bannitos [1] & forbannitos, etiā ſecurè [a] in exercitu, & abſq; alicuius offenſione volumus commorari. Adeò ēt, vt dū in exercitu ſint, priuilegiū habeant cōe cum cæteris, q̄ a nemine valeant cōueniri. Banniti tantúmodò, non foriudicati ab accuſatorib. ſuis, & his qui eodē modo muniti equis, & armis, ſ. in exercitu fuerint, [b] infra annū, iuxta pridē a nobis ſtatutū modū, poterunt cōueniri. In foriudicatis autē idcirco hoc non cōcedimus: quia cū ipſis nulla ſit reſeruata defenſio, nō eſſet aliud eos cōueniri, permittere, q̃ ſuſpendi mandare. Saluis per oīa his, quæ in exercitu cōtrahuntur, aut committuntur, ad quæ pręſentem nō extendimus ſanctionem, ſed iuxta exercitalem ritum volumus terminari.

De litis conteſtatione in criminali vel in ciuili ab aduerſario proſequenda.

TITVLVS XXI.

Si ciuiliter agens ab aduerſario criminaliter accuſatur, vel criminaliter accuſans ab aduerſario ſuo ſimiliter de maiori crimine impetatur, nō impeditur litis conteſtatio. ſed in vtroq; iudicio ſimiliter proceditur: euidens enim videtur calūnia illius, qui voluit prius ſuum aduerſarium accuſare, quàm accuſaretur ipſe. Eadem menſura ſeruanda eſt in quibuſlibet alijs præiudicialibus, dūmodo ſuper principali cauſa diffinitiua ſententia proferatur: in emergentib. tamē quæſtionibus de incōpetentia iudicis, de dilationibus dādis, & teſtibus repellendis, & ſimilibus primitus terminandis. h. d. Laſſus de Thuſ.

† IMPER. FREDER.

SI [c] ciuiliter * agens ab aduerſario criminaliter accuſetur, vel

[1] Additio. Bannitos. *Adde q̄ de iure bānniti: non tenentur ire ad exercitum, tanquam hoſtes patriæ, ſecundū Bal. in c. dilectus. il primo, de reſcript.* Super.

a *In exercitu.* Nec. n. in exercitu capi d̄ iure poſſunt, ſicut poterāt extra exercitū, arg. ſup. de pę. contumac. in ciuilib cauſis. l. pęnā. aliàs, de forbānitis & foriudicatis. l. 1. §. 1. circa fi. vt ſupra dictū eſt in alijs, cū habeat cōe priuilegiū, ut ſup. poſſit, ut hic ponit.

b *Infra annum.* Innuere uidetur, q̄ poſt annum banniti, vel forbanniti non poſſunt in exercitu conueniri, ſicut infra poſiut in foriudicatis: vt ita ex tranſcurſu anni uideantur foriudicati, ſuper quo dic ut notatur ſupra de pœna cōtumaciæ in ciuilib. cau. l. pœnam. aliàs, de forban. & foriudicat. l. 1. circa finem.

De litis conteſt. in crimin. vel in ciuili, &c. Rubrica.

c SI *ciuiliter*. De iure communi, ſi accuſo te de minori crimine, tu reaccuſas me de maiori, antequàm nomē tuum ſit receptum inter reos, impedit̄ accuſatio mea & prius i tua proceditur, ut C. qui accu. nō poſ. l. 1. qđ ius corrigitur hic, ut in utraq; ſimul procedatur. Idem eſt, ſi ago ciuiliter, & re conuenis me criminaliter, & ſic corrigit̄ lex C. de or. iud. l. fi. ¶ Secūdò dr̄, q̄ ſi agis contra me, & ego dico te ſeruum meū, per obiectū iſtius præiudicialis exceptionis non impeditur accuſatio tua: ſed de utraq; cognoſcet̄, & ſufficit de principali tm̄ pronūtiari: quia tūc ſuper incidēti per cōſequens pronūtiari vr̄, in hoc concor. per omnia. C. de ord. iudi. l. 1. ¶ Super emergētibus autē pronuntiandū eſt, ut ſi dico iudicem incompetentem, vel falſum teſtem, vel dilationē dandā, & hoc eſt de iure cōi, licet nō ſit expreſſum, vt hic in prææallegata l. † *Aliàs, idem.*

Si ciuiliter. Præſens cōſt. derogat legi. C. de ord. iud. in l. quoniā. & C. qui accu. nō poſ. l. 1.

* Additiones. *Adde quod per hanc conſt. videtur corrigi illud quod vult Cyn. & Bal. in l. 1. C. qui accuſa. non poſſ. Bal. in l. ſi quis teſtib.*

ANDRÆAS DE ISERNIA.

Romano corrigitur: quia in quacunque parte iudicij ſit indefenſus abſens cauſa reipublicæ, ſit reſtitutio. C. ex quib. ca. maio. l. 1. Si reſtituitur, ad quid iudex procedet. ff. ad Velleia. aliquando. de dam. infec. l. ſi finita. §. ſi fortè. Quare autem de actore eſt eadem cum illa, utrum actor infirmus teneatur mittere procuratorē. ff. ſi quis caut. l. 2. Nam vtrobique eſt iuſta cauſa: ut quia ſummonitus, uel infirmus etiā poſt litem cōteſtatam non tenetur litem, ſeu cauſam proſequi. ff. de diuer. & temp. præſcr. l. 1. Nam ante litem conteſt. in poteſtate ſua eſt, quando agat. ff. de do. excep. l. pure. §. fi. & tunc etiam ſi ex iuſta cauſa eſſet abſens, totum tempus abſentiæ de præſcriptione ſubduceretur. Item compellitur agere poſt litem conteſt. vt in auth. qui ſemel. & ſic obſtat ad cauſam agendam, vt ibi dicitur, ſic etiā dicimus reum eſſe actorem in exceptione. vbicūque ergo iuſta de cauſa impeditur agere, vel conueniri, habet locum, quod dies iudicij ſit diffuſus.

Bannitos. Semper intellige q̄ ſummoniti coguntur ire ad exercitū: quia ſic dicit hæc cōſtitutio in prin. Ad primordiū ergo dictū poſterius refertur. C. lib. 10. de impo. luc. deſcr. l. 1. in fi. & tota debet intelligi, ſicut principiū loquitur. ff. de iur. & fac. ig. l. regula. §. pen. Niſi coactū ſtipendientur per curiam ſine dolo malo eorum. Quoties enim ex neceſſitate, non ex voluntate, abſentes fuerint, ſufficiet, vt d. l. ſed ſi per prętorem. §. fin.

Saluis his, quæ in exercitu contrahuntur, vel committuntur. Nā legatus non habet priuilegiū, ſi deliquit poſt legationē. ff. de iudi. l. non aliàs. §. legati. ſic feudatarius ad exercitū ſi delinquat, poſt ſummonitionē, non habet hanc hoſticā exceptionē. ff. de iud. l. 2. §. omnes. nam & ſtipulatio damni infe. non extenditur ad domos poſtea quæſitas. ff. de dam. infe. l. damni. §. ſi is. Nec legatū ad quæſita poſt. ff. de leg. 2. ſi ita ſcripſiſſet. & de leg. 3. l. Iulianus. §. fi. Nec filij nati tutori poſt tutelā proſunt ad excuſationē. ff. de excu. tut. l. 2. §. amplius. & l. tutor petitus. nec arbiter cognoſcet de illis quæ poſtea ſuperuenerūt. ff. de arb. l. de his. ſic ff. ſi quis cau. l. ſed & ſi quis rei. §. illud. vbi in delicto cōmiſſo poſtquam ſatiſdedit, non habet exceptionem, ſecus in commiſſo ante. ff. de cuſto. reo. l. 2. §. fi. Fruſtra enim legis auxilium inuocat, qui committit in legem. ff. de mino. l. auxilium. Et priuilegium perdit, qui abutitur eo. C. de Iudę. l. Iudęos. Si verò contrahat poſt legationem, aut poſtquàm ſummonitus eſt ad exercitum, diſtinguitur vtrum in domo, vel in prouincia ſua, an Romæ, vel in alia prouincia, quàm ſua, d. l. 2. §. item ſi extra prouinciam. ſecundum omnem intellectum. ¶ Commiſſa verò, vel contracta, dum ſunt in exercitu, terminabuntur iuxta ritum exercitalē, qui habet certas ſuas leges, pro quo eſt C. de conſti. pecu. l. 2. §. fi. ad l. Rhodiam de iactu. l. deprecatio. qui ritus ſi deficit, recurritur ad prædictū ius Romanum, ut ſup. de offi. Iuſtit. l. præſenti. & l. puritatem.

HOſtici exceptionem. Sed nunquid feudatarius, qui non ſeruit in capite, ſed ſub Barone, habebit exceptionem huiuſmodi? Reſpondeo ſic, quia ſeruientibus in exercitu datur illud beneficium: vt dicit conſtitutio hæc. Non ergo refert per quos fiat ſeruitium, ut C. de libe. & eorum liber. l. 3. in fi. Et ſicut habet beneficiū ipſius conſtitutionis feudatarius in capite, ita & ille qui ſub eo ſeruit, arg. ff. de vi & vi arm. l. fi. & hoc clare videtur determinari in fi. iſtius conſtitutionis, vbi dicit q̄ banniti etiam feudatarij, habēt beneficium, q̄ non poſſunt cōueniri durante exercitu: quia propter ſeruitium exercitus ipſius conſtitutionis beneficium conceditur. ¶ Nunquid emphyteuticarius qui ſoluit adhoamentum, habet beneficium ipſius conſtitutionis? Reſpondeo ſic: quia regia curia recipiendo pecuniam pro adhoamento, videtur vti ſeruitio, pro quo ipſum adhoamentum datur, ut ff. de vſufruc. lega. l. quia qui pretio. & ff. comm. diuid. l. quamuis. §. 1. & ita ſeruatur de facto. Barth. de Cap.

In tex. ibi, citatus extiterit. Sed nunquid qui ſoluit adhoamētum, habeat exceptionem hoſticam? Reſpondeo ſic, vt ff. de vſufruc. leg. l. quia qui pretio. & ita ſeruatur in regno. ¶ Sed quæro: aliquis ſenex debet ire ad bellum, poterit ſeruire per ſubſtitutū, quia miſit filium, nunquid ſi modo pater eius conueniatur poterit opponere exceptionem bellicam? videtur q̄ non: quia hoc videtur conceſſum ipſi propriè, arg. ff. de minorib. l. vlt. Ecōtrario q̄ ſic: quia qui per alium, &c. & dicas, q̄ ſic, per finem huius conſtitutionis. Barth. de Cap.

Hæc cōſtitutio declaratur per capitulum regni, quod incipit, inter belli diſcrimina. dicens, q̄ in cauſa, vbi poteſt procurator interuenire, quantuncunque perſonaliter valeat feudatarius tenetur per procuratorem reſpondere: & q̄ ſi ſeruit per ſubſtitutum, vel ſoluit adhoam, nō gaudet priuilegio. Sed eſt quædam apoſtilla D. Bartholomæi de Capua, quæ dicit, q̄ ſi ſoluit pecuniam, & ſic adhoam, habet hoc priuilegium: quia videtur Rex ſeruitio vti: arg. ff. de vſufruc. l. quia qui pretio. ff. comm. diuid. l. item quamuis. §. 1. & ita ſeruatur. Pet. de M.

Declara hanc conſtitutionem, q̄ debet comparere per procuratorem: & de excuſatione abſentiæ etiam illo caſu, vide capitulū regni, Poſt commiſſum: & vide capitulum regni, Comes. Pet. de Mont.

In tex. per ſe, vel per alium. Nota hic exceptionem hoſticā opponi poſſe per principalem, & alium. Idē eſt in exceptione abſentiæ: vt in cōſt. regni, citationis literę. Sic ēt in dilatorijs: quod hodie ſeruat̄ ſecus: quia nō opponūtur hodie, niſi per principales perſonas. Marin.

De litis conteſtatione in criminali, vel ciuili, &c. Rub.

SI *ciuiliter agens*. Corrigit l. primam. C. qui accuſare non poſſ. & de ordin. iudic. l. fina. ſed non corrigit l. neganda. C. qui accuſare non poſ. & ff. de public. iudic. Lis qui reus. ¶ Poſtquam in primo fuit lis conteſtata, ſecundum gl. contra quod eſt litera, dum dicit, litis

ſtib.C.de teſtib.in fi. idem Bal.in l.fi.in fi.C.de fide inſtru.vbi volunt quòd pendente cauſa falſitatis debet ſuperſederi in principali, licèt ſit præiudicialis ad cauſam principalem, quia hic diſponitur quòd procedatur pari paſſu.vide omnino Conſ.Ab.16.2.vol.in præſenti quaſt. M.Ant.Pul.

¶ *Et an pendente cauſa falſitatis debeat ſuperſederi in cauſa ciuili, vide omnino Affl. in deciſ.103.& 229.& Capic.deciſ.25. Quæ autem dicantur præiudicialia, vide Aym.conſi. 79. nume.7.* De Bottis.

criminaliter accuſans ab aduerſario ſimiliter de maiori crimine impetatur, non vt olim [a] litis conteſtationem, vel proceſſum iudicij volumus impediri, ſed abſque præiudicio aliquo, [b] in vtraque cauſa ſimiliter procedendum eſſe cenſemus, etiã ſi crimen maieſtatis fuerit obiectum: & in vtroque iudicio ſecundum quod iuris eſt, & cauſarum quãtitas exegerit, procedatur.[c] Euidens enim videtur eſſe accuſantis nequitia, & fruſtratio [d] manifeſta, quòd non prius aduerſarium ſuum voluerit accuſare, vel de maiori crimine conuenire, nec etiam crimen, quod maieſtatem [1] noſtram læſerit zelo fidelitatis accenſus proponere voluerit quàm eſſet ab eo qui iura, vel iniuriam ſuam proſequitur, in iudicio laceſſitus.

Eadem cenſura ſeruanda in quibuſlibet [e] præiudicialibus alijs, etiam ſi tales ſint, ex quibus probatis nullum retro iudicium redderetur: dummodo petitorum iuris varietate deciſa ſuper principali cauſa tantummodo diffinitiua cõdemnationis, vel abſolutionis ſententia [f] proferatur.

In emergentibus tamen [g] quæſtionibus veluti ſuper incompetentia iudicis [h] allegata, aut ſuper dilationibus dandis, vel ſuper perſonis teſtium, qui interdum a dicendo teſtimonio repelluntur, & ſimilibus quæſtionibus terminandis, in quibus communis iuris altercatio conquieuit, præſenti lege nihil volumus innouari.

a *Litis conteſtationem.* Probatur ex hoc, quod lex iſta loquitur in illis caſibus, in quibus olim accuſatio de maiori crimine ſecũdo loco propoſita poterat præiudicare accuſationi primitus inſtitutæ: quod contingebat ſecundum veteres leges, quando nomen rei non erat receptum inter reos, ut ff. ad leg.Iuliam de adult. ſi maritus.§.preſcriptiones.& not.in ſumma, de accuſationib. §. liberationes. ſic reſtat in illis caſibus, in quibus olim non poterat præiudicari accuſationi primę per ſecundam, ſcilicet, poſt litem conteſtatam. nec hodie præiudicatur, cum lex iſta noua nõ loquatur in illis: quod enim non mutatur, &c. ſicut ergo non poterat olim reus accuſare accuſatorem ſuum poſt litem conteſtatam etiam de maiori crimine: ita etiam nec hodie poterit, ſecundum dominum G.

b *In vtraque.* Corrigitur lex prima C.qui accuſ.non poſſ.l.prius. & l.neganda. Sed certè lex, neganda. non corrigit l.is qui.ff.de publi. iudi.quia in alio caſu loquitur.ſed ſola lex, prius.hic corrigitur.

c *Euidens.* Bene ſic dicit, ut argu.optimum. ff.de quæſtionib.l.1.§. cum quis latrones. in fi.§.vbi dicit, neque enim inualidum argumentum,&c.ff.ad Syllan.ſi quis in graui.§.utrum is ſolus.cum concor. ibi no.licet ſit argumentum,contra quod ignoſcendum videretur ei, qui primò petitus retorquet crimina in petentem, & ſic iam prouocatus voluit vlciſci, vt ff.de bon.libe.l.qui cum maior.§.ſi libertus. de iure fiſci.l.2.in princ.

Additio. Euidens. *Adde quid dicatur euidens, vide per Barto. in l.prætor. ff.de noui operis nunt. Abb. in c.licet cauſam. in 11. not. de probat.* Superantius.

d *Manifeſta.* Nocent ſibi ad hoc ut accuſatio maioris criminis non præferatur minori,ſimile ad hoc.C.ad l.Corne.de fal.l.ſatis.

1 Additio. *Maieſtatem, imò eſſet puniẽdus qui tamdiu conticuit quod ad Principis ſalutem ſpectat, vt ff.de pęn.ſi quis forte.*

e *Præiudicialibus.* Sunt autem præiudiciales, quæ nominantur Inſtit.de actio.§.præiudiciales. & aliæ ſimiles, ut ſi ſit excommunicatus vel infamis, vt no.Roffr.extra de ord.cog.c.1.in glo.nam & rei vendicatio appellatur præiudicialis, quando præiudicat rem.ff.de priuileg. credit.l.Imperatores.

Præiudicialibus. Ergo ſiue per exceptionem ſiue per actionem ſecundo loco principaliter prępoſita tractetur de præiudicio non faciendo alicui quæſtioni,non differtur actio primo propoſita ratione alicuius præiudicij,quod timetur, ſed ſimul proceditur in vtraque, vt hic dicit, & hoc indicat hic articulus, quibuſlibet, qui hic ponitur: complectitur enim omnia præiudicialia, ut ff. de hær. inſtit. l.hoc articulo. Et ita lex iſta corrigit omnes leges, quæ dicunt actionem & accuſationem primo propoſitã differendã eſſe propter actio. præiudicialẽ, vel accuſationem ſecundo loco propoſitam, uel ſi hoc idem petatur per exceptionẽ. Tractatur enim de præiudicio non faciendo alij quęſtioni. ¶ Aliquando per except.ut cum agit aliquis communi diuidũdo pro re, quæ negatur communis, vel agitur fami.er.& negatur cohæres,& in ſimilibus,ut ff. de excep. l.fundum Titianum. & l. ſed ſi ante. & l.fundi.& famil.erc.l.1. quod dic, ut in ſum. † fam.er. §.agitur autẽ hęres,& communi diuidun.circa princ. ibi, nec in his caſib. diſtingue.

† Additio. *Eſt ſumma Azonis.C.fam.erciſc. vbi dicit eſſe ſuperſedendum.* De Bottis.

¶ Item per actio. præiudicialem ſecũdo loco propoſitam præiudicatur actioni primo loco propoſitæ, & de hoc dic vt in ſum.de ord.§.ſi autem quæſtiones motæ, quæ omnia per l.iſtã, vt dictum eſt corriguntur.

¶ Si autem ciuiliter agẽti, vel criminaliter accuſanti nihil pręiudicij opponatur, remanet in ſuo loco.de iud.q. prior. & C.qui accuſ.non poſ.l.1. & l.neganda.

f *Proferatur.* Quia per conſequens uidetur ſuper incidenti pronunciatum, ut iſta plenè no.in proœ. Decretalium.

g *Quæſtionibus.* Quæ ſequuntur ut iudex incompetens,&c. Et prõpriè emergentes † dicuntur, quæ emergunt in cauſa poſt litem conteſtatam. Incidens vero dicitur quæ reo competit ante litem conteſtatam, ut puta res iudicata, tranſactio, & ſimiles.

Additio. *Adde quid dicatur incidens, vide in cap.1. de ord.cognit.glo.& Docto. in cap.quæ vſitata. de reſtit. in integ. Cardin.Zabar. in cap.veniens il ſecondo, de teſti.idem, cap.de prudentia.in 1.not.de donat. inter vir. & uxor.*

† Additio. *Emergens, incidens, vide Loffred. conſil.6. colum. penul.* De Bottis.

h *Allegata.* Ex hac lege manifeſte apparet, quòd quęſtio ſuper incompetentia iudicis eſt emergens, id eſt, cum quæritur an iudex a quo uocatur aliquis eſt competens. Sententia ergo lata ſuper iſta emergenti eſt interlocutoria, quod dic ut in ſumma de ſententiis & interloc.§.eſt ſententia interlocutoria, & in ſumma de iu.§.ſit autem inquiſitio. ergo non appellatur ab ea, ut C. de iudic. l.apertiſſimi. Item ſi non eſſet emergens idem reſponderi deberet. † ¶ Hæc enim non eſt quæſtio principalis, cum ſuper ea principaliter iudex aditus non ſit, ergo eſt incidens, hoc poſito quòd non ſit emergens: nullæ enim ſunt aliæ exceptiones emergentes, quod dic ut in ſumma de ordi.iud.§.ſi autem quæſtiones. ¶ Sed in incidenti ſecundum Docto. noſtros non pronunciatur, vt ibidem dicitur: quomodo ergo appellabitur, ſiue pronunciabitur, & hoc manifeſtius liquet in quæſtione non competentis iudicis, quia in ea iudex non pronunciat, ſed intuetur, vel exiſtimat vel cognoſcit, vt probatur hoc. ff.de iudic. l.2.§ ſed ſi dubitetur.& l.ſi quis ex aliena.& ff.ad municip.l.de iure.

† Additio. *No. quòd ſi pronuntiatur aliquem eſſe iudicem competentem, non appellatur, concord.ext.de reſcript.c.paſtoralis.contra no. glo.in auth.habita, C.ne fil.pro pat.* De Bottis.

De accu-

ANDRÆAS DE ISERNIA.

litis cõteſt.vel proceſſum iudicij uolumus impediri.ex quo dicit proceſſum iudicij, videtur lis conteſtata: ante enim nõ dicitur iudicium, dum cauſa diſcutitur, extra de uerbor.ſignif.c.forus. Item corrigit de ord.iud.l.1.& 2.ff.de except.l.fundum.& l.fundi. Et omnes leges de præiudicialibus loquentes. Item dicit in emergenti debere pronuntiari, non de incidenti: ſic C.de ord.iud.l.1. ¶ Et dicit glo. quæ ſit emergens,& quæ ſit incidens.

Additio. *Adde Bald. in l.non ignorat. C. qui accuſ. non poſſ. & per Doctores in c.1.de ord.cog.*

Et dicit litera, q̃ exceptio de incompetentia iudicis ſit emergens, & in ea iudex pronuntiat.& appellatur ab huiuſmodi ſententia,ut gl. in auth.habita.in fi.gl. ¶ Quando autem in ea ſit pronuntiandũ,& ſi non pronuntiatur, an ualeat iudicium? diximus plene in d.authen. & in penult.gl.in auth.habita. per ea quæ notat Innoc.extra de uerbor.ſign.c.ex parte.& de reſcrip.c.ſuper literis. ¶ Materiam iuris communis iſtius conſtitutionis, & ſequentis bene gl.recitat.

Si *ciuiliter agens.* In princ. An accuſatus pendente accuſatione poſſit ſuum actorem de pari crimine accuſare? vide Specul. in tit.de accu.§.1.ver.item qui eſt accuſatus. ¶ In glo.in uer.litis conteſt.Arg. ad hoc eſt, ſi quando receptũ eſt nomen inter reos: & ita ponit exemplum in §.præallegato.& in l.adulteram. C.de adul.licet Dyn.aliter ponat in allegata l.adulteram. ¶ Glo.iſta uidetur ſentire quod nomẽ rei dicatur receptum inter reos, ſtatim lite cõteſtata. Sed falſum eſt, ut no.Dy. ff.de adult. l.miles.§.1. Nam tunc dicitur receptum inter reos, cum ſcriptum eſt in libro reorum: lite ergo conteſtata nondum recipitur inter reos. Vide ibi Dyn.

Reaccuſari

De accuſato coram Iuſtitiario. Aliàs, ſi pendente quæſtione ante Iuſtitiarium a maiori vocetur.

TITVLVS XXII.

Si quando contingat, quod accuſatus de crimine capitali coram iuſtitiario prouincia, pendente dicta cauſa, ſecundo loco accuſetur coram magiſtro iuſtitiario, id eſt, in magna curia vicaria, de alio crimine pari, vel minori, vel de caſtro vel de feudo quaterno, ne iuſtitia impediatur, primo debet diffiniri cauſa accuſationis capitalis pendens coram iuſtitiario prouincia, qui debet per ſuas literas certificare magnam curiã vicaria de ſtatu cauſa & qualitate perſonarum: & hoc ſi accuſatus per proceſſum factum corã iuſtitiario prouincia, non veniat moriendus: ſed ſi per dictam accuſationem factam coram iuſtitiario prouincia veniat moriendus, debet ipſa cauſa, in qua fuit citatus per magnam curiam vicaria comparere, & per ipſam prius terminari, licet ſit ſecunda: ſed ſi cauſa, in curia vicaria erit maior prima coram iuſtitiario prouincia pendente debet prius cauſa ſecunda coram magna curia vicariæ terminari, ſemper excipitur cauſa de crimine læſa maieſt. vt ſi per magnam curiã vicaria citetur, debet comparere, non obſtante, ꝙ coram iuſtitiario pendet cauſa de crimine capitali, quia in illa prius debet procedi. h.d. Matth.

† IMPER. FREDER.

Contingit [a] interdum aliquem de crimine capitali coram regionum Iuſtitiario accuſatum pendente cauſa ipſa, [b] per magiſtrum Iuſtitiarium Magnæ Curiæ noſtræ citari, de pari crimine, vel minori, aut etiam de quæſtione ciuili Caſtrorum, vel aliorum feudaliũ, quorum cognitio ſpecialiter ad Curiam noſtram ſpectat, ſicque prærogatiua maioris auditorij cauſa, * quæ aliquando coram Iuſtitia. vſque ad calculum diſfinitiuæ ſententiæ iã deuenerat, [c] neceſſariò [d] prorogatur, nec innocens abſoluendus detegitur, nec puniendus debita pœna damnatur. Sancimus itaque priorem cauſam corã Iuſtitia. motam terminari debere, quæ omnia, ſcilicet qualitas, & in quantum ſit in quæſtione proceſſum, per literas Iuſtitiarij magiſtro Iuſtitia. pateſiat. Ac tunc demum ſi hoc euentus prioris iudicij patiatur, puta, quòd ex priori ſententia nõ ſit mortuus accuſatus, quo caſu iam pœnam aliam ſufferre non poteſt, ſed citatus ad Curiam noſtram venire debebit. Cæterum ſi de maiori crimine per magiſtrum Iuſtitia. citabitur accuſatus, priuilegio maioris

† Aliàs, idem.

De accuſato coram Iuſtitiario. Aliàs ſi pendente quæſtione ante Iuſtitiarium a minori vocetur. *Rubrica.*

a *Contingit*. Si quis accuſatus coram Iuſtitia. de pari vel minori crimine, vel de quæſtione feudali citetur coram magiſtro Iuſtitiario non poteſt differre litem inchoatam coram Iuſtitiar. niſi crimé de quo agitur, apud magiſtrum Iuſtitiarium eſſet maius. ¶ Hæc diſtinctio non cadit in crimine læſæ maieſtatis, nam eo crimine prius accuſatus coram Iuſtitiario ibi debet perſiſtere. Et nota quòd de iure communi indiſtinctè poteſt citatus corã maiori auditorio deſerere inchoatam litem, ut ff. de re iudica. l. contra publicam. §. fin.

b *Per magiſtrum Iuſtitiariũ*. Quid aũt ſi coram eodem iudice plures accuſant unum? Reſpondeo, ſi de eodem crimine ſimul accuſant, eligendus eſt vnus idoneior, ut ff. de accuſatio. ſi plures. ſi autem de diuerſis criminibus deſcẽdentibus ex diuerſis factis, vel ex vno, poſſunt, vt C. de accuſatio. qui de crimine.

Interim tamen dum neceſſe habet reſpondere pro uno, non accuſetur pro altero, ut ff. de cuſto. reorum. l. 1. §. fin. Item quid ſi ante litem conteſtatam coram Iuſtitiario citetur accuſatus per magiſtrum Iuſtitiarium ſuper crimine minori, uel pari? Reſpondetur, ſi ille qui ſecundo loco accuſat proſequitur ſuam iniuriam uel ſuorum, quia talis accuſatio cenſetur maior, & concurrit cum priuilegio maioris auditorij, præfertur primæ, ut in eadem l. ſubijcit. & probatur. C. qui accuſare non poſſunt l. neganda. quod intelligo niſi primus accuſator ſuam, uel ſuorum iniuriam proſequeretur: alioquin quod ſecundo daretur priori denegaretur, quod eſſet abſurdum, ut C. qui potio. in pigno. habe. l. vltima.

† ADDITIO. *Quæro, ſi Archiepiſcopus vocat epiſcopum, & deinde Rex vocat epiſcopum illum, cui magis debet obedire. dic vt per Bern. & Innocen. in ca. cum parati, de appellatio.* De Bottis.

c *Neceſſariò*. Quod nõ eſt neceſſarium ad hoc, quod cauſa coram Iuſtitia. terminetur, niſi cũ priuilegium maioris auditorij cum iudicij maioritate concurrit, vt infra ſubijcit, & hoc innuit, & ſupra. l. proxi. poſuit ibi cauſam, quæ aliquando &c. Item ubi ſubijcit, ſancimus itaque priorem cauſam coram Iuſtitia motam terminari debere, ergo & ſi vſque ad ſententiã ſit proceſſum in prima accuſatione, &c.

d *Prorogatur*. Qui. n. ad maius auditoriũ uocatus eſt, ſi litem inchoatam deſeruit, contumax non uidetur, ut ff. de re iudi. contra pupil. §. finali. quòd hic ſub quadam diſtinctione immutat. Grillus.

a Conuicti

ANDRÆAS DE ISERNIA.

Reaccuſari poterit. Quod hodie credo poſſe eodem die, uel ſequenti. Nam cum poſſit accuſatus ſuas exceptiones opponere, ergo reaccuſ. arg. ff. de adul. l. 1. §. extraneos. & l. ſi maritus. §. præſcriptiones. quod no. in l. 1. C. qui accuſ. non poſſ.

In glo. in ver. allegata. No. quod ſententia lata ſuper incompetentia iudicis eſt emergens, & dicitur interlocutoria, a qua non appellatur. Petrus de Monteforte.

Hæc conſtitutio tollit ſatis de iure communi, & de cauillationibus aduocatorum. Marinus.

In glo. quæſtionibus. ibi, incompetentes. Salua reuerentia gloſſæ, videtur quod iſta exceptio poteſt eſſe incidens, & emergens: nam incidens eſt, quando ante litem conteſtatam opponitur, ut no. infrà, de except. l. 1. in princ. & ſuprà in gl. proxima. non poteſt eſſe emergens iſta exceptio. quando litis conteſtatio per errorem facta eſt. ff. de iud. l. 2. & ſic poteſt intelligi iſta glo. Barthol. de Capua.

In glo. ex hac. in fine. Et hoc quando contentio eſt inter partes, vtrum ſpectet ad iuriſdictionem iudicis, vel ne, quia tunc debet cognoſcere an ſua ſit iuriſdictio. Secus quando inter partem & iudicem, vt nota. per Innoc. in cap. ex parte, de verborum ſignificat. Petrus de Monteforte.

Item aduerte: nam iſta conſtitutio tollit, & corrigit l. is qui reus. ff. de publicis iudicijs. & l. prius. C. qui accuſare non poſſunt. ſiue loquamur in crimine præiudiciali, ſiue in crimine maiori: quamquam obſeruantia magnæ Curiæ, & ordinatio regni de his qui prius curiam adiuerint, obſeruet: quòd ſi ego denuntio te, tu non potes alio die denuntiare me, nec aliquem de familia mea. & ſi denuntias alio die ex interuallo, proceditur primò in denuntiatione mea: licet ego tenear præſtare fideiuſſoriam cautionem me præſentandi, finita tua prima denuntiatione. quanquam vbi denuntiationes fierent vno die, licet diuerſis horis, in utraque proceditur ſimul & ſemel. & ita obſeruat magna curia, cuius ritum, & obſeruantiam totum Regnum ſeruare debet, vt dicit Andr. in conſtitut. regni, ſi quis in poſterum. & in conſtit. intentionis, ſecundum Argentinum in l. is qui reus. ff. de publicis iudic. Pamphilus Mollus.

De accuſato coram Iuſtitiario. Aliàs, ſi pendente quæſtione ante Iuſtitiarium a minori vocetur. *Rubrica.*

Contingit interdum. Hæc conſtitutio corrigit. † ff. de re iudic. l. contra pupillum. §. fin. Oportet enim quod concurrat maioritas iudicum, & aliquando maioritas criminis, ut quando ſuam uel ſuorum iniuriam proſequitur.

† ADDITIO. *Vide And. in conſtit. vſurariorum.* De Bottis.

Conuicti & damnati. Arguit glo. quòd non ipſo iure perdantur bona in crimine maieſtatis. C. lib. 10. de petitionibus bonorum ſublatis. l. prima. Sed Azo in ſumma, titu. vnde vi, dicit contrarium. ¶ Neceſſaria autem eſt ſententia propter poſſeſſionem aduocandam, & vt conuincatur reus, & propter fructus medij temporis. ff. pro ſocio. l. cum duobus. §. idem reſpondit. in Authen. de inceſt. nupt. §. 1. maximè poſt mortem. Inſtitut. de hæred. quæ ab inteſt. §. per contrarium. ff. qui & a qui. l. quæſitum. ¶ Quod autem dicit uitam amittunt cum bonis, dicit glo. quòd corriguntur iura ciuilia, quæ non ſemper admittunt bona in crimine maieſtatis. Sed in duobus capitulis tantum hoc malè dicitur, quia litera dicit crimine læſæ maieſtatis, de quibus conuicti, &c. quaſi dicat in illis criminibus maieſtatis vbi perduntur vita & bona. Abſurdum enim eſſet vt hoc verbo indiſtinctè prolato tollantur omnia iura diſtinctionem præmiſſam facientia, cum non tollantur, niſi quando expreſsè dicitur in Auth. quibus modis natur. efficiuntur ſui. §. tribus. ¶ Et in leuioribus hoc intellexit iſte legiſlator, ſcilicet, quando incarcerentur rei, ſupra, de his qui ſid. dare poſſunt. l. humanitate. vbi excipiendos reos maieſtatis ſubiunxit contra perſonam noſtram, vel collateralium noſtrorum.

Contingit. §. Cæterum. An uocatus ad maius iudicium teneatur dimittere procuratorem ad minus? tex. in l. contra pupillum, videtur quòd non, dum dicit quòd non eſt contumax ſi deſerit cauſam. Contrarium tenent Doct. per l. ad cognitionem. ff. ex quibus cauſis in poſſeſſionem eatur. Sed quid ſi vocatur ad æquale, an erit contumax deferendo primum. dic, quòd ſic per l. 2. §. fin. de cuſtod. reorum. & de his duabus quæſtio. no. Iac. de Are. in l. plerique. ff. de in ius voc.

auditorij cum maioritate iudicij concurrente, niſi coram priori iudice, vſq; ad diffinitiuam ſententiam ſit peruentum, citatus, ſi contumax videri noluerit, coram magiſtro Iuſtitia. ſe præſentet.

In omnib. ſuperioribus crimina læſæ maieſtatis excipimus de quib. [a] conuicti, & damnati vitam cum bonis [b] amittant, in quibus quouis alio capitali crimine corã Iuſtitia. accuſati, vel citati per ſuperiorẽ iudicẽ ad euitandũ contumaciæ pœnã, ſui copiã facere non detractent.

a *Conuicti & damnati.* Videtur ergo hic quòd non ipſo iure, ſiue ipſo facto, amittantur bona † in crimine læſæ maieſtatis, ſed per ſententiam. Et ſic ſunt contra multa iura, ut ff. qui & a qui. ma. li. no. fiunt. l. quæſitum. vbi dicit q̃ prius ex ipſa ſcientia & cogitatione delictorũ, quàm damnatione ius dandæ libertatis amiſit. C. ad l. Iul. maieſtat. l. quiſquis. §. emãcipatio. Vbi dicit, quo primum memorati de ineunda factione ac ſocietate cogitauerunt, &c. l. vlt. vbi dicit, nam ex quo ſceleratiſſimum quis cõſiliũ ceperit, exinde quodãmodo ex ſua mẽte puniẽdus eſt. Et uideas ſuper hoc quæ no. in Authen. de inceſtis & inutil. nupt. circa princ. & glo. ordi. ſed nũquid ipſo iure, &c. ad idem ff. de donatio. l. donationes. in fi. quæ omnia iura ſunt reſtaurata p ius nouiſſimũ Authenticorum, vt in Authen. vt nulli iudi. §. vlt. Reſpondetur, non eſt neceſſaria hæc ſententia, qua bona publicentur, ſcilicet, ut a tempore ſententiæ bona amiſſa dicantur.

† Additio. *Vide cap. bona damnatorum, vbi patet non requiri ſententiam ferri.* De Bottis.

Nam etiam ante a tempore commiſſi criminis, ipſo facto bona intelliguntur amiſſa, & ſic loquuntur iura prædicta: ſed bene eſt ſententia neceſſaria † ad conuincendum crimen, & declarandum hoc crimen eſſe commiſſum, vt ſic retro a tempore commiſſi criminis declarẽtur bona fuiſſe amiſſa, ſic debet intelligi. C. lib. 10. de iure fiſ. l. quęres. in princ. & ff. de accuſatio. l. ex iudiciorum, vbi & alia ſimilia excepta crimina notantur in glo. ordina. ¶ Et prodeſt hoc q̃ bona intelligãtur retrò fuiſſe amiſſa tempore delicti, licet a tempore latæ ſentẽtiæ auferãtur, propter fructus medij temporis qui fiſco debẽtur. ff. de ijs quib. ut indig. l. eum qui. in princ. propter alienationes medio tempore factas in irritum reuocandas, ut in præalleg. l. donationes.

† Additio. *Et ſic requiritur ſententia, quod hodie non eſt verum per c. regni, bona damnatorum.* De Bottis.

b *Amittant.* Ex hoc loco corriguntur iura ciuilia, quæ dicunt non ſemper damnatum criminæ læſæ maieſtatis, perdere bona, niſi delinquatur in Principem, vel rem publicam eorum, vt ff. ad l. Iul. maieſt. l. eorum. & l. fin. & no. C. de bon. lib. l. 1. hic enim ſimpliciter dicit, q̃ bona perduntur ſequuta condemnatione ex illo crimine.

Additio. *Adde Bal. in c. 1. de pace tenenda. in v. ſibus feudorum, & per Bal. conſi. 70. incip. vbi Chriſtus. 18. col. verſi. & ideo Bal. in 4. vol.*

Sed an illud crimen finiatur morte, vel non, nil innouatur per l. iſtam. vnde ſtabo prædic. l. quæ vult in duobus caſib. non finiri morte, & damnari memoriam defuncti. In alijs ergo, ſicut olim, ita hodie morte finitur, quia quatenus non eſt ius antiquum immutatum, non prohibetur ſtare, vt C. de appel. l. præcipimus. in fine.

De litis conteſtatione non retardanda exceptionis obiectu. ... *Rubrica.*

c Exceptione. Si ago petitione hæreditatis, quia ſum hæres ex teſtamento, vel ab inteſtato. Vel ago actione perſonali cõtra debitores hæreditarios, & illi dicunt me non eſſe filium, non agnatũ, non hæredem defuncti, illa exceptio non impedit litis conteſtationẽ, ſed in proceſſu probabit, ſi poteſt, &c. ratio, quia cum ſit peremptoria, nõ debet impedire lit. conteſt. fallit in tribus exceptionibus, ut no. ff. de condi. indeb. eleganter. §. ſi quis poſt. & extra de conteſt. lit. in decretali noua, & ſic ita continet ius commune.

Exceptione. Caue tibi ne decipiaris per legem iſtam: habet. n. iſta conſtitutio locum in his caſib. qui ponuntur hic & forte in exceptione peremptoria, quæ poteſt opponi & probari quandocunq; ante ſententiam, ſcilicet, poſtq̃ actor iam probauerit intentionem, ut C. de exceptio. ſi quidem. & C. ſententiam reſcindi non poſſe. l. perẽptorias. & de præſcript. lon. temporis. l. emptorem ¶ Item in dilatoria, quæ eſt dilatoria ſolutionis, uel ex pacto, vel ex lege, quæ licet opponi debet, tñ in principio cauſæ, & ſub conditione, ſi actor probauerit intentionem ſuã, vt in præalleg. l. ſi quidem. de except. Probatur tñ, cum actor monſtrauerit, quod aſſeuerat, vt C. de probationib. exceptionẽ. In exceptione verò dilatoria, quæ eſt dilatoria iudicij, lex iſta locum non habet illa. n. ſi quis ſciat eam ſibi competere, debet opponi, & probari in principio, & ſuper ea dem debet pronũtiari: † *Aliàs, Idem.* alioquin ſi cõtrafecerit ſcienter aliquis, perpetuò ſilere debebit, vt C. de except. l. penult. & ff. de dila. & except. l. ſi ciuiliter. quod dic ut in ſumma, de probationib. §. probari autẽ debet cauſa pendente, &c. colligitur hoc euidentiſſime in hac lege: loquitur n. quando quis per exceptionem propoſitã nitebatur differre iudicium, non penitus declinare. nẽpe differunt hæc inter ſe, ut C. de precibus Imper. offerendis. l. 2. ¶ Item hæc lex loquitur in exceptione, quæ põt probari poſt litem conteſtatam, quod non põt locum habere in declinatoria iudicij, ut C. de except. l. penul. & vlt. quæ ut dictũ eſt, debet opponi & probari, & etiam ſuper ea pronuntiari ante litem conteſtatam, vt ff. de varijs & extraordin. cognitio. l. 3. in princ. ¶ Itẽ attende, q̃ hæc conſtitutio non habet locũ in quibuſdã ſpecialib. exceptionibus, vt pacti cõuenti, † ſiue tranſactionis, iuriſiurandi, & rei iudicatę, quæ illico ante litis conteſtationem ſunt probandæ, & impediunt litis conteſtationẽ, vt ff. ad exhiben. l. 3. & §. idẽ ſcribit. in fi. ff. de cõdic. indeb. eleganter. §. ſi quis poſt tranſactionem, extrà de exceptionib. c. exceptionis obiectu, quæ eſt noua Decretalis Innocentij IIII. in quibus eſt rõ ſpecialitatis, propter litium finem, qui eſt iã factus per rẽ iudicatam, ff. de re iudica. l. 1. Vel per iuſiurandum, ut ff. de iureiurãdo. l. 1. Vel per pactum, ut C. de tranſactionibus l. fratris. & ibi extraordi. no. vel alijs pluribus modis, quos uide per te.

† Additio. *Quod hic dicitur de exceptione pacti conuenti, quòd habeat impedire litis conteſtationem, intellige ſecundum Innoc. pacti cõuenti. ſ. de non agendo: ſecus in pacto de non petendo, quod non impedit litis conteſtationem ſecundum eum in c. exceptionis, ext. de lit. conteſt. & ibi aſſignat rationem diuerſitatis.* De Bottis.

* Additio. *Vide omnino Luc. de Penna in l. 1. in fi. C. de dignit. lib. 12.* De Bottis.

d *Filiationis.* Duob. modis poteſt intelligi quod hic dr̃. Vno ſic, ut iſta quatuor, ſ. exceptio filiationis, generis, ſiue gẽtis, & q̃ hæres non ſit, qui agit, dicãtur poſita gratia exempli: & idẽ ſit in alijs. arg. ff. ad leg. Corn. de falſis. l. ſi quis obrepſerit. ¶ Alij dicũt, vt in iſtis quatuor tantum obtineat, q̃ hic dicitur, in alijs vetera iura ſeruentur: quia in his caſibus, quib. nouæ leges non loquuntur, priſca iura ſeruantur, vt C. de inoffic. teſtam. quod nuper. &, quando libel. Principi datus faciat lit. conteſta. l. 2. & in Auth. coll. 3. de filijs ante dotal. inſtrum. natis. & hoc manifeſte probatur ſup. ead. l. ſi ciuiliter. in fi. dicit. n. quæſtiones ſuper incompetentia iudicis, & ſuper dilationib. & ſimilibus primitus terminãdas. & idem facit ſupra ea. l. 1. in fi. l. except. & l. hoſtes. in princ. ¶ Ego ſic intelligo, vt omnes reliquæ exceptiones non impediant litis conteſtationẽ, niſi dilatoria exceptio, i. declinatoria iudicis tantum, quæ debet opponi & probari ante litem conteſtatam.

Filiationis. Contrarium expreſſum C. qui accuſ. non poſſ. l. non ignorat.

De litis conteſtatione non retardanda exceptionis obiectu.

TITVLVS XXIII.

Si contra agentem, vel criminaliter accuſantem opponitur per reum, quod agens vel accuſans non eſt filius, nec de genere, nec gente eius, cuius vigore agit, vel accuſat: iſtæ exceptiones non impediunt litem conteſtari, ſed debent ad merita proceſſus tempore ferendæ ſententiæ reſeruari: quia iſtæ non ſunt exceptiones dilatoriæ, ſed peremptoriæ. hoc dicit. Matthæus.

† IMP. FREDER.

Exceptione [c] * filiationis, [d]

ANDRÆAS DE ISERNIA.

In glo. in verbo, damnatur. in princip. Pro hoc uide cap. Regis Caroli, quod incipit, bonum, ubi eſt expreſſum quòd non ſit neceſſaria ſententia diffinitiua. Adde quod no. Dy. in l. Imper. de iure fi. & Andr. de Iſer. in conſtit. vſurariorum.

In glo. fin iuxta finem. Sed qualiter damnatur memoria? dic iſto modo. Pronuntio talem feciſſe contra imperium, & ideo bona in fiſcum inferri, nam per hoc damnatur memoria, ut no. Inſtitut. quæ ab inteſt. § per contrarium. Petrus de Monteforte.

De litis conteſtatione non retardanda exceptionis obiectu. Rubr.

Exceptione filiationis. In quatuor exceptionibus loquitur, quæ ſunt propriæ intentionis. Excludunt enim id, per quod intentio actoris probetur, dum agit ſicut filius, & excipitur, quòd non eſt filius, & ſic de alijs tribus. Vnde recte corrigit. l. non ignorat. C. qui accuſare non poſſunt. & differunt a peremptorijs. Quia illæ perimunt actionem, ut ſi filius Titij petat decem, quæ mutuauit pater ſuus: & debitor opponat excipiendo, quod ſoluit. C. de probationibus. l. 1. Solutione eius quod debetur, tollitur omnis obligatio: Inſtitut. quibus modis tollitur obligat. in princ. ¶ Sed ſi excipiat quod non eſt filius, excludit agentem, non actionem, ſi vere debitor erat. Vtraque autem dicitur exceptio, id eſt, excluſio, ſiue excludat intentionem ſiue actionem. ff. de except. l. 2. ¶ Quandoque vero ipſe actor ſe excludit. Vt ſi dicat in libello, peto a te fundum, quem tenes ex donatione regia, nam per hoc poſſeſſor eſt ſecurus. C. de quad. præſcrip. l. fi. tenendo q̃ lex illa locum habet ſecun Rege, ſicut in Principe Roma-

ignorat. nam ibi mater non admittitur ad proſequendam mortem filij, & ad accuſationem proinde inſtituendam, niſi primo doceat quod fuerit mater.

a *Generis*. Qualiter hoc intelligatur, no. ff. de proba. l. 1.

b *Gentis*. Intellige hoc, vt ff. de ædil. edi. q̃d ſi nolit. §. qui mãcipia. & C. de ord. iud. l. 1. ibi, ſtatu tui generis, &c.

De proceſſu iud. Rub.

L Ite legitimè. Hęc conſt. corrigit ius commune: vult enim vt tam actor intentionem ſuam, quam reus ſuam exceptionem proponat infra biduũ poſt litem conteſt. poſtea non auditur, & probabũt infra terminũ qui erit in arbitrio iudicis, ut in fi. huius conſtit. & argu. ff. de in. deli. l. 1. ¶ Et ſic per hanc conſtit. corrigit. C. ſent. re. non poſ. l. peremptorias. ¶ Si vero quis agat vel conueniatur per procuratorem, debet infra prædictum tempus offerre illas, quas nouerit, aliàs reſeruet procuratorẽ cõſcientiæ principalis, ita tamen quod infra terminũ datum ad probandum in alijs poſtea ſuperuenientes proponat: & ideo aliud in procuratore, quia iuſtam habet cauſam ignorãtiæ in facto alieno, vt ff. pro ſuo. l. fi.

[a] generis, ſiue [b] gentis, & quòd hæres non ſit, qui actionem, vel accuſationem intendit tam in ciuilibus quàm in criminalibus cauſis conteſtationem litis continuò faciẽdam nolumus retardari: ſed eis propoſitis, in cauſa principali nihilominus procedat, eo quòd ipſas opponit ad probationem: admiſſio cuius probationis, euentus iudici qualiter in cauſa procedere debeat, demonſtrabit.

De proceſſu iudicij.

TITVLVS XXIIII.

Lite legitimè conteſtata, & ſacramento de calumnia irremiſſibiliter præſtito, actor &

● ADDITIO. *Vide ad materiam huius conſtitut. Capic. deciſio. 81. & 82. & 90. & dicit Luc. de Penna in l. ſi tem pora. nu. 1 C. de fi. inſtru. & iure haſta fiſc. lib. 10. quòd ſi procurator poſt biduum producat articulos, aſſerens in eis poſita peruenisse ad ſui notitiã ex conſcientia principalis, nec exprimit quod ad eũ de nouo peruenerunt, nõ debet audiri. Et quid ſi procurator eſt abſens conſtitutus ibi. & plus dicit* ꝙ *debet talis procurator iureiurando aſſerere illa talia de nouo ſuperueniſſe.* De Bot.

reus ſimul omnia quę ad probationes ſeu adminiculum ſua probationis faciũt, per ſe vel aduocatos proponant in ſcriptis eo die vel ſequenti, vlterius non audiẽdi, niſi perſona minoris aut mulieris priuilegium vel cauſa aliqua ſuperueniens allegetur, quod ſi iudicium fiat per procuratorem, ipſe procurator proponet quæ principali parti competere non ignorat. cæterum ſi ignorantiam forte prætendat, iura ſua principalis perſonæ conſcientiæ poterit reſeruare, dum tamen ponat, & probet infra terminum datum ad probandum. hoc dicit. Lallus de Thuſcia.

† IMPER. FREDER.

LIte [c] legitimè * cõteſtata ſacramentum [1] de calumnia volumus ab vtraque parte pręſtari iuxta diuales veterum principũ ſanctiones: quo irremiſſibiliter ſubſecuto

† *Aliàs, Idem Ang.*

1 ADDITIO. Sacramentum de calumnia. *Adde an hoc ſacramentum poſſit præſtari antequam*

ANDRÆAS DE ISERNIA.

pe Romanorum. 12. q. 2. quicunque militum, & dictum eſt ſupra in Prologo, tunc ipſe excludit ſeipſum. ff. de inoffi. teſta. l. poſthumus. §. ſi quis ex his. nec tenet eius intentio, ſicut quando proponitur actio inepta. ff. ſi menſ. falſ. mod. dixe. l. 1. §. 1. non ergo fiet litis conteſtatio. ad quid enim procedit lis, quæ non tenet, vel debet irritari, quod falſum eſt, arg. ff. ad Velleia. l. aliquando. iudi. ſol. ex iudicati. nemo ſine actione experitur. ff. de admin. tuto. l. quoties. §. item ſi temporali. de nego. geſt. ſi pupillus. §. videamus. loquela taliter proponentis manifeſtat, quod ſua non procedat intentio: ſicut ex verbis edicti apparet, cui detur. ff. de libe. exhib. l. 1. in prin. Sic & tenor ſtipulationis oſtendit etiam euictionem commiſſam. C. de euiction. l. cum tibi. ſic excludit ſeipſum, vt ff. quan. appel. ſit l. 1. §. alium. Sic. ff. de inoffi. teſta. l. 1. & 2. Sed ſi in uerbis libelli nihil tale dicatur, ſed ſimpliciter, peto fundum, quem poſſides: Tu verò excipis, quòd tenes ex donatione Regia: An impeditur litis conteſtatio? non videtur, quia hæc cõſtitutio cauſa exempli enumerauit iſta quatuor, vt allegatur in gl. Alio modo intelligitur, vt in iſtis quatuor tantum loquatur: in alijs peremptorijs ſeruabuntur vetera iura, ſicut glo. proſequitur de alijs quatuor, ſicuti pacti conuenti, rei tranſactæ, rei iudicatæ, & etiam iuriſiurandi, conſtat ꝙ impediunt, vt ſit finis litium, eadem ratione vt non inquietetur poſſeſſor, niſi oſtenderit priuilegium quomodo Rex donauit, ut d. l. fi. ¶ Sed poſſet eſſe quod in priuilegio contineretur Regem donaſſe, ſaluo iure alterius, quod per inſpectionem priuilegij apparebit, extra de priuil. c. porro. Immo & ſi priuilegium eſſet purum & liberum, replicare poſſet actor, ꝙ poſſeſſor renuntiauit priuilegio, vel Rex reuocauit donationem iuſta de cauſa: & ſic videtur quod non impediat litis conteſtatio, quã nulla peremptoria impedit exceptis quatuor. ¶ Alij ſubtilizant, quia peremptoria dicitur a perimendo: nam & id perimitur, quod eſt: nam nullum annullari non poteſt, vt ff. de iniu. rup. & irri. teſta. l. nam & ſi. quod non eſt, perimi non poteſt, cum dicit reus, poſſideo ex donatione Regia, nõ perimit actionem proponentis, quæ nulla ſibi competit. C. de quadri. præſcrip. l. 2. in fi. Et dicunt ꝙ non magis hæc eſt exceptio, quam quoddam beneficium d. l. fin. quod debet eſſe manſurum, & omnis diminutionis extraneum, in Auth. cõſt. quæ de dig. §. illud. Diminueret verò, ſi cogeretur litigare, cum interſit ſumptibus, & litibus non vexari. ff. de minor. l. minoribus. & d. l. fin. Non debent circumueniri alia iura. ff. de tutor. & curator. dat. ab his. l. ſcire. & maxime ſi excipiens non prolongat. Quia ſtatim facit inde fidem per priuilegiũ purum & liberũ, dicens, hodie conſtat, & c. ff. vt in poſſeſſio. legatorum. l. ſi is a quo. §. ſi de teſtamento. Sed certe peremptoriam exceptionem eſſe negari nõ poteſt: quia actio competens vero domino pro re ſua perimitur, quando Rex donat, & contra priuilegium non poſſet actor replicare, vt ſupra dictum eſt, alioquin non eſſet vere peremptoria, quia ſi exciperetur de ſolutione, diceretur, quòd nõ perimitur, quia iam perempta erat ſolutione eius quod debetur.

Exceptionem. Quaſi dicat, ſi non excipiatur non debet quæri, quia ex allegatis proceditur: reus enim in excipiendo eſt actor. ff. de exceptionibus. l. 1. ſed inuitus non cogitur agere, & imputet reus ſibi, qui non repulit agentem ſuo nomine, cum poſſet: nam ex uerbis ſuis non excludebat ſeipſum ille, qui agebat ſuo nomine, vt ſupra dicitur, ſi excipitur ante litem, oportet probari poſt litem. ¶ Item ſi non excipiatur ante litem, poteſt opponi poſt litem, quod non eſt mirum, quod probatur eo ipſo, ꝙ illa non probat ſe matrem. ſic C. qui mil. non poſſunt. ſuper ſeruis. quia omnes iſtæ quatuor ſunt negatiuæ, ſed poſt biduũ lite conteſt. non excipiet, quia non poteſt dicere reus, ignoraui te nunc eſſe matrem, cum ex propoſitione agẽtis hoc diceretur, ſecus ſi reus poſt biduum diceret ꝙ eſt filia alterius, vel quia occiſus habet aliam matrem, & vellet probare per teſtes, dicens & iurans ſe hoc infra biduum ignoraſſe, quia probabilis eſt hæc ignorãtia per ea, quæ dicta ſunt ſupra eo. titu. l. 2. & infra proxi. Vbi vero excipitur, & nõ probat ſe matrem, nõ valebit iudicium, & hoc eſt quod ſequitur, euentus iudicij, &c. ſecus ſi ageret quis nomine alieno, vt tutor, adminiſtrator, & ſimiles. Hos enim oportet quòd probent † ſe eſſe tales, qui pro alio poſſint agere. C. ſi tutor vel curator interuenerit. l. 2. alioquin nullum erit iudicium, licet a principio, vel in aliqua parte non ſit exceptum, quia agitur de præiudicio alterius. C. de procura licet. Putamus tamen quod iudex ex officio ſuo, etiam ſi aduerſarius non excipiet, poſſit ſupplere, & repellere ab accuſãndo illam, quã iura volunt non recipi, niſi ſuam vel ſuorum iniuriam proſequatur, ne conuentui virorum irreuerenter ſe ingerat. C. de procuratorib. maritus. de contrah. ſtipu. l. optimam. ff. de poſtul. l. quos prohibet, vt hic propter honorem ſexus, ſicut. ff. ſolu. matri l. alia. §. eleganter. & propter honorem tribunalis, quod iudex ſuo ingenio debet augere. ff. de offi. Præſidis. l. obſeruandum, vt mulieres non interſint iudicijs, niſi propter ſuam, vel ſuorum iniuriam.

ADDITIO. *Adde Card. Zabar. in c. ſi ſtatus. in 3. q. de reſcrip. idem Card. in c. noſtra. in 14. & 15. q. de procurat.*

† ADDITIO. *Vide Luc. in l. 2. col. penul. C. de delat. lib. 10. Et dicit And. quòd nomine alieno agens debet probare ſe eſſe talem, prout ſe nominauit. idem & tenet Alex. in conſi. 72. col. 2. in prin. col. 3. ſentit tamen, quod quamuis non fuerit exceptum in aliqua parte iudicij, quòd proceſſus erit nullus. Sed aduerte: nam reperio, quòd Barbat. in cap. ex parte decani, de reſcrip. conſuluit, quòd ſi quis litigauit per procuratorem, & in fine cauſæ opponitur de mandato, quòd proceſſus tenet, de quo meminit Ant. Corſet. in ſing. in verbo, procurator &c.* De Bottis.

Regulariter non ſupplebit de facto iudex. C. de errore aduocatorum. l. 1. ¶ Si igitur non fuit negatum per reum, aut exceptum eam non eſſe matrem vel filium, valebit iudicium ſuo nomine actũ etiam non probato quòd eſt mater, vel filius, ex quo aduerſarius non negauit, nec excepit, multo fortius quando circa finem iudicij, probato crimine, hoc obijceretur, vel exciperetur. C. de adulterijs. l. quamuis. Nam crimina vndecunque claruerint, punienda ſunt. 24. quæſt. 3. cap. cccc.

De proceſſu iudicij. *Rubrica.*

L*Ite legitimè conteſtata*. Secus ſi non legitime, vt apud incompetentem iudicem, vt C. ne de ſtatu defunct. l. ſi pater.

Irremiſſibiliter. An tacite poſſit remitti vſus iudicij? tenet ꝙ ſic. multo plus protelari vſque ad finem ſentẽtię, quia ſi poteſt in totum, poteſt in parte, arg. ff. de pact. iuriſgentium. §. adeo.

ADDITIO. *Adde l. qua de tota. ff. de rei vend. c. cognouimus. 12. q. 2. c. le. ne Ro. in 1. reſpon. de elect. & gl. in c. maioribus. de prab.*

quam ſit in cauſa concluſum? vide glo. fi. in c. ex literis. de iureiur. Doct. in c. 1. de iura. calu. lib. 6. Bar. in l. 1. & 2. §. ſed quia veremur. C. de iura. cal. Et an hoc ſacramentum de calumnia detur in materia feudali? vide per Ia. Aluar. in c. 1. in §. quibus etiam caſibus, in 1. col. verſi. & iſta talis regula fallit. de controuer. recti feudi. in vſib. feud. Superant.

● Additio. *Sed an ſit danda copia iſtorum articulorum et examinationum partib. vide per Innoc. in c. per tuas. ext. de teſtibus.* De Bottis.

principalis actoris, aut accuſatoris perſona, ſimul omnia, quæ ad probationem, ſeu adminiculum ſuæ probationis faciunt, per ſe, vel per aduocatum ſuum * offerat, aut eodem die vel ſequenti ad plus [a] pro-

a *Proponat.* Huiuſmodi propoſitiones ex parte actoris vocantur intētiones, ex parte conuēti, defenſiones, ſiue exceptiones, vt patet C. de exceptio. ſi quidem. in prin. & l. defenſiones. & ff. de proba. l. in exceptionib. in princ. Actor. n. ad reum impugnandum intendit ſuæ gladio actionis. Et ecōtra reus ad actorem excludendum ſe clipeo exceptionis defendit, ut patet Inſti. de excep. in princ. vbi ēē hoc, & in ſum. Azo. & ff. de excep. l. 2. & infra hoc ſubijcit, defenſiones omnes ſibi de facto, &c. Et ita in plerisq; locis imperij nuncupantur. Alibi tam ex parte rei quam actoris appellantur capitula, & hoc nomen bene aſſumitur & probatur per iura, ut C. de temp. appell. l. per hanc. & de re. cre. l. generaliter. §. ſi autem is. & §. nullo tamen ex hoc. & ff. de re mili. l. 1. Alibi vocantur in iure aſſertiones, ut C. de appella. in offerendis. in fi. in præalleg. l. per hanc, & ad id. ff. de probat. ei incumbit. ¶ Sed in regno dicimus articulos ex vtraque parte, & hoc nomen ſimiliter ex lege defendit, vt patet. ff. de leg. & ſe. con. non poſſunt. & de præſcrip. verb. naturaliter. §. 1. in fi. §. vbi dicit, explicitus eſt iſte articulus, &c. ff. de hæredib. inſtituendis. hoc articulo. & de conditio. & demonſtratio. l. 3. in fi. vbi dicit, quod hic articulus, tunc, &c. ſed quocunq; vtamur nomine, non eſt vis: controuerſia nominis pertinacib. derelicta, vt C. de conſtituta pecunia. l. 1. ad fi. vt tamen contra loci conſuetudinem nō loquamur. Et huiuſmodi articuli probari debent ab offerente eos, altero de duobus modis, qui regulariter & communiter introducuntur a iure. Vel per viuam vocē teſtium, vt in Auth. de teſt. per totum. teſtium dico) duorum uel trium, vt C. lib. 11. de naufragijs. l. quoties. al. quid eſt. n. quod non abunde, &c. ff. de teſtib. l. vbi numerus. iuxta illud, In ore duorum uel trium ſtat omne verbum. licet in quibuſdā ſpeci. lib. caſibus plures requirantur, vt no. in præallega. l. vbi. & no. de teſti. teſtiū. Vel per vocem mortuam publici inſtrumenti, ut ff. eo. & in Auth. de fide inſtrumentor. per totum. & uterq; modus in prædictis parē obtinet poteſtatem, ut C. de fide inſtru. in exercendis. licet uideatur contra in Auth. de inſtru. cau. l. fin. §. ſi uero aliquid tale. coll. 6. vbi dicitur, q̄ dignior & ualidior ſit uiua vox, quām mortua. Sed certe ibi non eſt ſola viua vox ex una parte, & ibi bene gloſſatur, & dicit quando teſtes vincant inſtrm directo, & quando per obliquum. & qualiter inſtrumentum non recipit cōtra ſe probationē aliquam. & in quib. caſibus probatur per mortuam vocem tātum, nec locū probatio viuæ vocis habeat, ut in gloſſa ordinaria ibi ſignata, q̄ incipit, q̄ prius debent facere, &c. & in legibus ibi alleg. & notantur etiam hi caſus. C. de pact. l. pactum quod bonæ fidei. & adde de epiſcopis & clericis. l. ſi quis per calumniam. ¶ Item eſt alius caſus in iſta conſtitutio. ſcilicet, in proceſſu iudicij. dicit. n. hic, quod tam actor, quam reus proponat in ſcriptis. & ſic in iudicijs requiruntur ſcripturæ. Debent enim vniuerſa acta iudicij ſcribi per iudicem, tabellionem, vel in defectu tabellionis per duos viros idoneos & fideles, quorum unus ſcribat, & alter ſubſcribat, quæ in ſubſcriptione ſua recognoſcat omnia. ſic vera eſſe, & omnibus ſe interfuiſſe, ſicut ſocius ſuus ſcripſit, & hoc probatur. ff. de teſtibus. l. curēt. & extra de probatio. cap. quoniam contra falſam, vbi pleniſſime de hoc in apparatu Innoc. & Ber. vt ſic facilius per ſcripturam negotia explicentur, & rerum probatio ſalua fiat, vt in præallega. l. curent. & ff. de pignoribus. contrahitur. Item eſt & tertius modus præter prædictos duos, qui loco probationis ſuccedit, ſcilicet, per interrogationes & confeſſiones, quas litigatores faciunt inter ſe. Vel ad poſtulationem partis aduerſæ. Vel ſecundum quod mouet æquitas iudicantem. de quibus dicitur infra de interrogationibus in iure faciēdis. l. partes. Et iſtarum certe quædam ſunt quæ fiunt ante litem conteſtatam ad litem videlicet ordinandam, de quibus loquitur. ff. de interrogato. actio. l. 1. & per totum, & dic, vt ibi. Aliæ fiunt poſt litem conteſtatam, videlicet, ad litem decidendam, de quibus loquitur. ff. & C. de confeſſis. per totum. & hic tertius modus introductus eſt in exoneratione probationum, vt ff. de interrogatorijs actio. l. 2. & 3. & in Authen. de his qui ingrediuntur ad appellatio. §. fin.

ponat in ſcriptis. [b] Vlterius autem de communi iure nullatenus audietur. Niſi perſonæ minoris, aut mulieris priuilegium, vel cauſa alia ſuperueniēs allegetur. Reus ſimiliter principaliter cōuētus, * aut accuſa-

b *Vlterius.* Et ſic per hanc legem corrigitur. C. ſententiam reſcindi non poſſe. peremptorias. vbi permittitur vſque ad ſententiam.

● Additio. *Quid ſi omiſſa poſitione infra biduū, an poſſim ponere in cauſa appellationis, vide Andan cōſtit. iuriſperitorū. in ſi.* De B.

a *Defenſio-*

ANDRÆAS DE ISERNIA.

Hæc conſtitutio vult præſtari ſacramentum calumniæ ſecundum ſanctiones Principum, ſecūdum quas remittitur tacite. C. de iureiur. propter calum. l. 2. §. ſed quia ueremur. Et ſic annectit duorum veſtigijs inhærentes, ut ſupra de condem. expen. & fruct. Si ſimpliciter dixiſſet, tunc lex deberet aliquid operari. ff. de lega. 1. l. ſi quando. ¶ Nunquid habeat hoc locum in cauſa appellationis, vbi quandoque datur libellus, lis conteſtatur, & iuratur de calumnia? dictum eſt ſupra. l. 1. ut actor, appare præſentia. debet inſtare. infra de app l. 1. §. illud. ¶ An is habeat neceſſe infra duos dies offerre in ſcriptis omnia, quib. vult uti? Dic quod non, quia nec in principali poſt publicationem probatorum tenetur offerre infra biduum articulos reprobatorios. Idem in alijs articulis principalis cauſæ. nam eſt odioſa conſtitutio hæc coarctans exceptiones peremptorias, & ſic contra rationem iuris communis. Hæc non producentur ad ſimile. ff. de legibus. quod vero. Vnde videmus in vſu, quod iudex præfigit terminum ad præmiſſa, & ad ponendum quicquid ſibi de facto competit, quia cum nō ſit dies limitatus, eſt in arbitrio iudicis. ff. de iure delibe. l. 1. ¶ Sed ſi in cauſa appellationis agatur per procuratorem poteſt reſeruare ſibi cōſcientiam principalis, quia hic eſt fauor, in ſuperiori eſt odium. ff. de liberis & poſthumis. l. cum quidam. & ſic ſeruatur in quotidiano vſu iudiciorum, † qui poteſt allegari pro iure. C. de fideiuſſoribus. l. fin. in fine, ſicut mos iudicij. C. de iure fiſci l. fin. Illas vero peremptorias, quas ignorauit ſibi competere proteſtetur, proponet poſt biduum, ſicut iure communi poſt aperturam, ut dictum eſt in ſimili ſupra eod. l. 2. & patet in litera, niſi noua cauſa, &c.

† Additio. *Vide de ſtilo Sacri Palatij, Dec. in conſil. 699. 1. col. conſil. 79. in ſi.* De Bottis.

¶ Et habet locum quod infra terminum probet, tam per teſtes, quām per inſtrumenta, ſecūdum gl. quia cum detur terminus ad probandum generaliter: etiam inſtrumenta poſt terminum non poſſunt offerri, ſaltem vt producantur infra terminum, ut ſignentur per actorum notarium, ſicut videmus fieri, pro qua præſentatione eſt. ff. de militari teſtamen. l. ex militari. de bonorum poſſeſ. ex militari teſtamen. l. 3. in fi. ¶ Alijs videtur, & ſic habet ſe conſuetudo, quæ varia eſt in diuerſis iudicijs, quod ſecus ſit in inſtrumentis, quæ ſecundum omnia iura poſt aperturam producuntur, ſiue ſit in cauſa concluſum. C. de probatio. auth. qui ſemel. extra de fide inſtrument. c. cum Ioannes eremita. quia generaliter loquendo ad obiata probanda non eſt ueriſimile, quod uoluerit corrigere omnia iura prædicta. C. de inofficio. teſtamen. l. ſi quando. cum non mutetur de inſtrumento, non prohibetur ſtare. C. de teſtamen. l. ſancimus. vt ſpeciale quod de inſtrumento dicitur, deroget generali dicto illius legis. ff. de lega. 3. vxorem. §. ſcheſſimo. de verb. oblig. l. doli. ¶ Multi ſeruant primum dictum, quia conſtitutiones iſtæ factæ ſunt ad lites abbreuiandas, vt patet in fine huius conſtitutionis. ¶ Quid ergo ſi habet reus inſtrm, quo continetur, q̄ ſoluit, præſentat, & facit illud ſignari manu notarij, quod ſufficit. ff. de iure fiſci. l. ſi in fraudem. §. ualet non tamen facit poſitionem ſeu articulum, quomodo ſoluit? Dic q̄ ſatis vr offerre illud, quod in inſtrumento continetur, ſi intra biduū obtulit inſtrm, arg. ff. de pericu. & cōmo. rei vend. l. quod ſi neque. Et ipſo facto hoc oſtenditur, licet non uerbis. ff. de repudi. l. fin. de legi. l. de quibus. in fi. & argum. ff. de pact. l. 2. vbi reddendo inſtrumentum remittitur debitum, quod poſſet per inſtrumentum probari.

De communi iure. Sed de ſpeciali ſic, vt ſi dicat ſe fuiſſe abſentem cauſa reipublicæ, vel alia iuſta cauſa. ff. ex quibus cauſis maio. l. 1. in fine. ¶ Quid ſi actor poſuit articulos infra biduū, & nō dixit, offert, & vult probare, an præiudicet ſibi, quia litera dicit hic, quod ea quæ vult probare debet offerre? dic quod non præiudicat, nam dicendo ſolum (ponit hoc) manifeſtat uoluntatem ſuam, quod ideo ponit, ut probet. Ad quid enim poneret, niſi probaret, maxime affirmatiuam? C. de probatio. l. actor. Negatiua conſueuit poni, ut probetur per confeſſionem partis aduerſæ. ff. de dona. quidam in iure. C. de erro aduocat. l. 2. verba ergo ſua oſtendunt ſuam uoluntatem, ſic ff. de libe. exhib. l. 1. & dictum eſt in ſimili ſup. l. proxi. ¶ Facto quidē q; ſine uerbis oſtenditur hoc. C. de re iudica. l. abſolutionem. cū concor.

Niſi minoris. Quid ſi minor ſit procurator alterius, & non det articulum infra biduum? dic q̄ non reſtituitur principalis propterea. & imputet ſibi, qui talem procuratorem eligit. ff. de procuratoribus. l. minorem. de minor. l. cum manda. ¶ Item quid ſi ſiet litis cōteſtatio, ſicut in vſu videmus, ſaluis rationibus & exceptionibus ſuis, an hoc operabitur,

a *Defenſiones omnes*. Lex ſupra titu. de exceptio. l. exceptiones. dat remedium circa dilatorias, hæc circa peremptorias. quod totum ſit gratia dirimendarum litium, ut ibi dixi. Andræ.

b *Simul*. Id eſt coniunctim, ut ff. de re mili. l. quærebatur. §. 1. Et ſemel. illud ſemel accipe ſcilicet antequam labatur prædictum ſpatium: ſcilicet, biduum. vt no. plene ſup. de exceptioni. exceptiones. & ſic accipitur ſimul. ff. ad Tertullianum. l. 1. §. ſi nemo.

• ADDITIO. *No. quod aduocatus poteſt præſentare articulos & exceptiones pro parte clientuli ſui in curia. de hoc no. Archid. in c. ſi iudex. in ſi. gl. ibi plene. ext. de ſent. excom.* De Bottis.

c *Infra prædictum*. Hic ſtricte accipiendum eſt in teſtibus, non in inſtrumentis, quæ poteſt utraque pars, & poſt terminum & poſt publicationem atteſtationum exhibere, uſque ad ſententiam diffinitiuam, ante tamen quam ſit in cauſa concluſum, ut extra de fide inſtr. c. cum dilectus. 1. reſpon. & C. de proba. authen. qui ſemel. Aliàs inuenio hoc cancellatum. Sed cũ detur terminus ad probandum generaliter, ut hic patet. & ſic ſeruatur de facto, & inſtrumenta non poſſunt poſt terminum proferri, ut argum. lib. 10. de iu. ſit. iuſtas. Et ſic ſeruat magna Curia. & no. C. de prol atio. authen qui ſemel. Item etiam poſt publicationem teſtes alij produci poſſunt ad reprobationem, ut no. prę alleg. authen. qui ſemel. & legitur extra de teſti. c. præſentium. ubi plene de hoc. & c. licet, ubi plene de hoc.

• ADDITIO. *No. quòd procurator tenetur infra biduum poſt litem conteſtatam ponere. & articulare omnia iura, quæ ſcit principali competere: illa verò quæ ignorat, cum peruenerint ad eius notitiam infra terminum datur ad probandum, ponere, & probare tenetur. Pone quod procurator poſt biduum aliqua ponit aſſerens ea perueniſſe ad ſui notitiã ex conſcientia principalis, nec addit quòd de nouo peruenerunt: dic quòd tunc non auditur, quia hæc conſtitutio requirit duo, ſcilicet quod perueniat, & quod de nouo perueniat. ita pulchrè declarat Luc. de Penna in l. ſi tempora, col. 1. cum ſeq. de fide inſtrum. lib. 10. quem uide.* De Bottis.

De exce-

tus [a] defenſiones oẽs ſibi de iure cõpetẽtes in iudicio pponere ſtudeat [b] ſimul, & ſemel, aut in ſcriptis per ſe, vel per aduocatum * ſuũ in prędicto ſpatio Curiæ dare procuret. Eũdemq; terminũ ad oblata probãda recipiant ambæ partes. Quòd ſi per procuratores, aut defenſores in his, in quib. interuenire poſſunt, cauſæ agãtur ea iura procurator alleget, aut defenſor illas defenſiones opponat, quę principali parti competere non ignorat. Cæterum ſi ignorantiam forte prætendat iura ſua principalis partis conſcientiæ poterit reſeruare. Vt tamen [c] infra prędictũ terminum, quem ambæ partes ad probãdum acceperint procurator * tã ea, quæ primò oppoſuit probet, quàm ea, quę per dominum poſtea ad ipſius ſcientiã peruenerunt. Terminum autem ad probandũ in omnib. ſupradictis, & alijs, quæ iudiciorũ natura requirit, quantum ſine cauſæ periculo, & rerum diſpendio fieri poteſt, per iudices, qui cognitionibus pręſident, in cauſis omnibus breuiari iubemus.

ANDRÆAS DE ISERNIA.

operabitur, ut det articulum poſt biduum? dic quod non, quia & ſi expreſſe dixiſſet, proteſtor quòd poſſim dare articulũ poſt biduum, non valeret proteſtatio, reſeruat ius, non auget ff. nau. caupo. ſtabu. l. 1. in princ. de acqui. hæred. l. pro hærede. & ſi expreſſe non poſſet, ſic dicendo, multo minus ſi tacite, dicendo verba quæ id ſonent. C. ſoluto matrim. l. 2.

Eundemque terminum. Iure Romano ad probandũ dantur plures dilationes, cum cauſæ cognitione, probato iuſto impedimẽto, quare in prima non produxit teſtes, & cum ſacramento: vel ſecundũ opi. quæ approbatur in glo. datur una dilatio, & ſic ſunt plures productiones cum cauſæ cognitione, no. in Auth. de teſtib. § quoniam verò. & §. ſi quando. & d. auth. qui ſemel. & ff. de fer. l. ſi. ¶ Tamen etiam iure Romano poteſt iudex certum terminum præfigere, & limitare teſtes producendos, vltra quos non producantur poſtea not. C. qui accuſ. non poſ. l. ſi ea. & patet extra de proba. cap. licet. Sed hæc conſti. ſemper limitat, ſicut iudex poſſet etiam limitare, ut ſemel detur terminus ad probandum, & poſt eum non plus producat, ut infra in ver. vt tamen. ſed infra terminum producet teſtes, quos, quot, & quoties volet. ¶ Sicut videmus in vſu, niſi per beneficium † reſtitutionis poſtea audiatur. ſufficit autem quod iurent infra terminum, quia poſtea recipientur, etiam die feriato, per ea quæ dicit gl. C de fer. l. 1. cum omni tempore poſſint teſtes examinari: nã ex quo iurat die non feriato, videtur tunc recipi, ut d. l. ex militari. & de bo. poſ. ex teſt. mil. l. 1. in ſi.

† ADDITIO. *Ego multa ſcripſi in conſi. Alex. 42. penul. colum. volum. 3.* De Bottis.

Sed infra quantum tempus poſt lapſum terminum, infra quem iurauerunt, iudex recipiet? non eſt tempus in hac l. diffinitum: & ſic videtur quòd ſemper. C. de diuer. reſcrip. l. falſo. dum tamen non poſt biennium: arg. C. de temp. in integ. reſti. l. petendæ. nec prope finem triennij: arg. ff. de euic. ſi rem. §. quolibet. Sed ad ſemeſtre tempus prope. C. de iudi. l. properandum. §. 1. Dic quòd iudex poſſet ſtatuere tempus ad hoc, & terminum, vt no in d. l. ſi ea. Sed ſi non ſtatuat, videtur ineſſe modicum tempus, infra quod recipiat, quod magis intellectu, &c ff. ex quib. cau. maio. l. ab hoſtibus. §. ſed quod ſimpliciter. de ſol. l. quod dicimus. & l. ratum. ad leg. Falcid. l. 1. §. item ſi ita. Sed verius eſt, quod quandocunque, re integra, veniant: arg. ff. de opt. leg. l. ſi pecuniæ. C. de tranſact. l. nec intentio. nam & poſt lapſum terminum ad hoc datum audiretur per paucos dies, ſi ius actoris non eſſet deterius: Hoc vltimum multis non placet, quando ad hoc habuit terminum. ff. de re mili. l. 3. §. ſi ad diem, contra quos eſt quod dixit glo. in titu. 2. in pecuniarijs. ¶ Rem integram dicimus vſque ad aperturam proceſſus, vt in Auth. de teſtib. §. quoniam verò. & §. ſeq. vbi poſt recepta & aperta teſtificata non licet vlterius producere, niſi ex cauſa. ¶ Quid ergo, ſicut fuit de facto, iudex non ſtatuit terminum, infra quem teſtes iurati deponerent, poſt lapſum terminum ad probandum datum ſtetit, qui debebat producere per plures dies, requiſitus forte vel non a iudice, ſi ſtatuiſſet terminum, planum eſſet, ſi non ſtatuit, ſed mandauit teſtes & eorum dicta haberi pro publicatis, renitente illo qui debebat producere, & nil legitimum allegãte, qualiter iudex deberet plus expectare, poſt publicationem ſic factã, antequàm haberet copiam, & ſic antequàm teſtificata didicerit, vult producere illos teſtes iuratos, qui modo venerſit, vtrũ poſſit? videtur quod ſic, maxime ſi per ſe, aut aduocatum ſuum iuret, quod teſtificata nõ didicerit, ut in præalleg. auth.

ADDITIO. *Adde, quod non creditur teſti non iurato ſecũdum Bal. in c. teſtibus. de teſti. & Abb. in c. tuis quæſtionibus. de teſtib. Et quid ſi teſtis primo depoſuit teſtimonium, & poſtea iurauit, nunquid ſufficiat? vide per Cyn. in l. iuriſiurandi. C. de teſtib. & ibi Bal. & Saly. Ioan. And. & Ant. de But. in d. c. de teſtibus. & ibi Abb. Bal. in c. fraternitatis. in 3. no. de teſti. Arch. in c. omnes. 22. q. 2. Et in quibus caſibus credatur teſti non iurato? Dic primo, vbi agitur de informatione ſuper fama vel ſuper notorio, ſecundum Ant. de But. in c. cum in iua, ad ſi. de ſponſa. Secundò, vbi agitur de informatione famæ prouehendi ad dignitatem, vel repellendi, ſecundum Abb. in c. 1. in pen. col. de poſtu. Præla. Tertiò in ſacerdote ſuper pœnitentia, de quo per Archi. in c. in capite. 50. diſt. & per Archi. & Dominicum in c. ipſi Apoſto. 2. q. 7. Quartò, quando ſtatutum vellet, quod dictum teſtis non iurati probaret ſecundum Ludo. Rom. conſi. 110. incip. viſo puncto. Quintò, creditur ad probandam conſuetudinem introductam a populo ſecundum Ant. de But. in c. fin. verſi. venio ad ſecundum principalem, de conſue. Et an credatur religioſo non iurato? vide per Doct. in c. nuper. de teſtibus. Et an teſtimonium religioſi ſine iuramento inducat præſumptionem? vide per Bar. in l. ſolam. circa princ. C. de teſtib. Iaſ. eum ſequitur in repet. l. admonendi. ff. de iureiur.* Sup.

Dic quod debuit eſſe ſollicitus ad producendum, & frequenter inſtare, vt iudex eos reciperet. argu. de app. appellationum tempora, & ſollicitus infra diem producere, qui interpellauit. C. de iure emphy. l. 2. §. ſi. de contrah. ſtip. l. magnam. qui quidem dies, & ſi non expreſſim, ineſt tacite, ſcilicet, modicum, ut ſupra dictum eſt, & ſic perinde eſt ac ſi expreſſim ineſſet, vt ſit in mora, niſi infra illum diem inſtet. no. glo. ff. ſolu. matri. l. ſi in cauſa. ¶ Prædictum iuramentum prodeſt, probato iuſto impedimento, quare non produxit. Aut negligenti non ſubuenitur ff. ex quib. cau. ma. l. non enim. quæ in frau. cre. l. pupillus. ¶ Vbi vero iudex tenetur recipere, & nõ recipit, quantuncunque procedit in cauſa etiam ad publicationem, nihilominus poſtea recipiet. extra de teſti. c. ſignificauerunt. ſed ibi appellauerat. ¶ Iure Romano ab hoc grauamine non poſſet appellari, quia veniret emendandum in cauſa appellationis, nec ab hac diffinitiua dependet quod eſt neceſſe, ut a grauamine appelletur. C. de iureiur. l. generaliter. § ſin autem. vnde quod iuſſit uetuitve prætor, &c. ff. de re iud. quod iuſſit. nõ immutaret, ut ibi in gl. ¶ Iure Canonico ipſe idem reuocat grauamen. ¶ Quid ergo erit? dic quod habebit auxilium repoſitum ſibi in cauſa appellationis, vt d. §. ſin autem. Quid ſi non poſſet appellari, vt in momentanea poſſeſſione?

ADDITIO. *Adde quæ dicatur poſſeſſio momentanea. vide glo. 10. vbi Cyn. in l. 1. C. ſi de mom. poſſ. app. & gl. in c. ad ſedem. de reſt. ſpol.*

Non videtur quod pro tanto ſentẽtia ſit nulla, vel proceſſus, quia contra ius litigatoris, ergo agendum cõtra iudicem ad intereſſe, & eo non exiſtente ſoluendo, fiat reſtitutio in integrum. arg. C. de iudi. l. properandum. §. ſin autem. in glo. & §. ſi.

Quid per procuratorem. In facto alieno toleratur ignorantia. ff. pro ſoc. l. fin. & ſic excogitatur fraus, quia quilibet litigat hodie per

De exceptionibus malitioſè oppoſitis. *Rubrica.*

a *Si exceptio.* Si iudici videtur, quòd exceptio peremptoria, vel replicatio, quæ obijcitur, ſit friuola, exiget ab opponente ſacramentum calumniæ: & ſic de iure communi ſufficit ſemel iuratum. C. de iura. calum. in auth. ibi no. quod ius in hac parte corrigitur.

De exceptionibus malitioſè oppoſitis.

TITVLVS XXV.

Si reus opponit exceptionem peremptoriã, vel actor replicationem, vel triplicationem: & iudici videbitur ex qualitate perſonæ vel cauſæ, quòd malitioſè, vel friuolè opponitur, vel replicatur, vel triplicatur: & petitur terminus ad probandum, iudex non debet cõcedere dictum terminum, niſi primò ille, qui hoc petit, iuret, quòd non opponit, vel non replicat, vel non triplicat malitioſè, ſed eã pro firmo credit verè poſſe probare: & ſi iurauit, iudex dabit terminum ad probandum: & ſi poſteà non probauit in termino, iudex in prima taxatione expenſarum condemnabit ipſum ad expenſas. hoc dicit. Matthæus.

† IMPER. FREDER.

SI [a] exceptio peremptoria, replicatio, vel triplicatio etiam opponatur, quæ ex qualitate perſonæ opponentis, vel cauſæ, iudici [b] malitioſa, vel friuola videatur, nõ prius obijcientem ad eam probandam

Vel dic, vt ibi no.& l.1. & 2.in princ.eo.tit. & ſi nõ probauerit, qui eam propoſuit, damnatur in expenſis partis aduerſæ. concor. C.de iudic.ſancimus.

b *Malitioſa.* Hæc cõſtitutio eſt cõtra ius cõmune, quo ſufficit ſemel iurare in cauſa, vt C.de iuram.calum. hoc ſacramẽtum. Niſi dicas oppoſitã hanc exceptionem, vel replicationem ante litem uel oppoſitam,& poſt litem conteſtatam. Et huiuſmodi ſacramentum eſt aliud, ſcilicet, de malitia, quod præſtatur etiam perſonaliter poſt litem conteſt. licet iam iuratum ſit de calumnia pro tota cauſa, ut ar. in Auth. de teſti. §. quia verò. collat. 8. quæ ſunt poſteriores, quam illa, de his qui ingre. ad app. & C. de fi. inſtru. l. fi. & extrà de teſt. ca. præſentium. Præſtatur enim modo ſi iudici uidebitur huiuſmodi ſacramẽtum de malitia ſpecialiter ſuper huiuſmodi excep. ad maiorem cautelam, ut extrà de reſt. ſpol. literas. circa fi. quia cùm propoſitum hominis de facili mutetur: & poteſt eſſe, quòd modo calumniaretur, licet tunc quis præſtitit ſacramentum calumniæ pro tota cauſa, non fuiſſet calumniatus, ut ff. de dam. infec. l. qui bona. §. ſi quis plus. namque timetur huiuſmodi ſacramentum ſpecialiter prgſtitum ſuper ſpeciali capitulo, quàm quod generaliter eſt actũ pro tota cauſa, vt arg. extrà de hær. c. ſi aduerſis. & 23. diſtin. quanquam. arg. ff. nau. cau. ſtab. l. 1. in prin. ſicut & plus valet ſpecialis ſubſcriptio, quã generalis, ut ff. ad leg. Cor. de fal. diuus. 1. rñ. Et ſpecialis cautio, ut ff. ſi quis cau. ſed ſi quis. §. quæſitũ. & ad idẽ. ff. de iniur. l. itẽ apud Labeonem. §. hoc edictum. Et no. differentias inter ſacrm calumniæ. & de malitia, ut no. in ſum. Goſ. extra de iura. calum. c. differentur autẽ.

† *Alibi.* *Idem.*

• Addi-

ANDRÆAS DE ISERNIA.

procuratorem, ut poſt biduum det articulos, ponendo infra biduum quomodo iuſtam habet cauſam ignorantiæ. ¶ Sed nunquid iſti fraudi poſſit obuiari? dicunt quidam quòd ſic in uno caſu, quando. ſ. eſt principalis præſens, cum procurator ſuus dabat articulos infra biduum, poteſt eſi tunc conſultare procurator, & ceſſat ratio quæ hic ponitur de reſeruando conſcientiæ principalis, & ſic ceſſabit edictum. ff. de repu. quod ait. §. 1. de ſer. l. 1. §. hoc interdictum. ¶ Contrarium pronunciatum fuit, quia conſtitutio generaliter loquitur, ergo generaliter intelligitur. ff. de alea. l. 1. Non enim eſt fraus vti adminiculis legis, quæ ſeruari publice intereſt. C. de ſen. præfec. præt. l. 1.

Poterit reſeruare. Proteſtando, quòd ſi qua de nouo, &c. prout hodie eſt in vſu, quia ſi non proteſtatur, quod ignoret, videtur dicere ſe ſcire. & ideo præiudicaret ſibi, ſine proteſtatione. Nam ſcire † vſ & tanquam ſciens non audietur, quaſi ſit uerisſimile principalem plene informaſſe procuratorem ſuum. ¶ Proteſtatio ergo reſeruat ius in futurum. ff. de religio. & ſumpt. fune. l. at ſi quis. §. ſed interdum. de acquir. hæredi. pro hære. Vnde quod dicit, poterit reſeruare, id eſt, debebit, ſic. ff. de dam. inſec. l. qui bona. §. denique.

† Additio. *Intelligo, dummodo principalis fuerit in loco iudicij: ſecus ſi conſtituit procuratorem abſentem, Luc. in d. l. ſi tempora, nu. 3. verſ. item quia præſumptio.* De Bottis.

L*ite legitimè.* In principio. Quid ſi articuli non ſunt oblati incontinenti, an valeat proceſſus? dic quòd ſic, vt no. Archi. extra de teſtibus. c. pretium, lib. 6. & dic, vt ibi. In tex. ibi, minoris aut mulieris. De iſto tex. fuit ſemel altercatum inter ſocios, an ſcilicet, ipſo iure, vel per reſtitutionem ſuccurratur ipſi mulieri? & dic quòd beneficio reſtitutionis, vt voluit gl. in conſtit. obſcuritatem. in gl. 3.

In gl. mag. circa fi. ibi, uiros idoneos. Concordat Innoc. in c. poſt ceſſionem. & Specul. in tit. de lit. conteſt. §. illud. ver. debet.

In gl. in ver. prædictum. Sed nunquid poſitiones poſt ipſum terminum fieri poſſint? vide Specu. in titu. de dilatio. §. videndum reſtat. verſi. item quid ſi dat. & in tit. de poſiti. §. 3. & dicas quòd nõ per partem, ſed per iudicem, ſuo officio, non ad partis inſtantiam, per c. cum Ioannes, extra, de fide inſtrumen. & 30. q. vlt. c. iudicantem. licet quidam contra, vt in d. ver. no. per l. iudices. C. de iudi. & ff. de accuſa. l. ſi eadem: Petrus de Monteſorte.

Lite legitime conteſtata. in ver. ad plus. No. quòd articuli dantur infra biduum, & ſi non dantur, poſſunt teſtes teſtari ſuper libello, ſeu tenore ipſius, vt no. Archid. de teſt. c. pretium. §. teſtes. in glo. quæ incipit, articulos. & ſic ſeruat magna Curia. Nico. Ruffus.

In ver. niſi pri. Hæc conſtitutio expreſſe innuit, quòd in criminalibus beneficium reſtitutionis in integrum concedatur, quod eſt notabile. Barthol. de Capua.

In glo. ſtricte. ibi, poſt terminum contrarium. Notatur in conſtit. probationum, & in conſtit. prædeceſſorum. in fi. Barth. de Capua.

Quæro, ſi obtuli exceptiones infra biduum, quæ tunc temporis competebant, ſi poſtea reprobas teſtes, an alios poſſim offerre? & videtur quòd non, quia debui infra biduum opponere, quas ſi non oppoſuiſti, poſtea opponere non debeo, nam exceptio dilatoria ante lit. conteſt. opponitur, & ſi non opponitur, poſtea opponi non poteſt, ut ff. de procura. l. Pompo. §. rati. cum ſi. Contra quod eſt verum quòd poſſit opponi: nam ſi procurator lite conteſta. interuenerit, etiam lite conteſtata, potero opponere excuſationem, ut C. de conſor. eiuſd.

lius.

litis. l. 2. facit. l. fin. C. ſi a non competenti iudice. facit l. contra maiores. C. de inofficioſo teſtamento. & ſic fuit de facto iudicatum in Regia Curia. Barthol. de Capua.

Sed quid ſi conteſtatus ſum litem, & cum deberem offerre in iure infra biduum, ſecundum conſtitutio Regni, &c. exceptiones meas nõ feci, obtulit tamen quidam amicus meus me ignorante, & poſt hoc lapſum eſt biduum, nunquid potero ratum habere, vt perinde ſit acſi ego obtuliſſem? dicas quòd non. argum. ff. ad Trebel. l. Sęuola. §. fi. & l. ſeq. vbi dicitur, quòd retrofacta trahuntur ad præſens, argumentum ad Mace. l. fi. in fi. quæ dicit ratihabitionem retrotrahi. Io. Bacca.

In tex. in ver. proponat. Quæro nunquid hoc habeat locum ubi ex officio proceditur? dicitur quod non, cum conſtitutio iſta ſit ſtricti iuris, argum. l. conſtitutionibus. ff. ad municipa. Item quia loquitur in iudicio ordinario, quòd patet, quia dicit, lite legitime conteſtata, quæ fit in iudicio ordinario. l. rem non nouam. C. de iudi. & ſupra, de dilati. l. dilationes. & quia dicit, actoris uel accuſatoris, conuentus, & accuſatus, quæ uerba cauſam ordinariam reſpiciunt. extra, de accuſa. capi. forus cum ſi. Item eſt contra ius: quia alias peremptoriæ uſque ad ſententiam poſſunt opponi, ut in l. exceptiones. cum ſi. & ſic reſtringenda. cap. odia. de reg. iur. in 6. Nicol.

In tex. cæterum. No. quòd procurator poteſt reſeruare vel offerre iura in termino ſibi dato ad probandum. hoc uerum abſente principali, ſecus ſi eſſet præſens. arg. l. 1. C. de errore aduocatorum, quia primo caſu poteſt habere ignorantiæ cauſam, ſecundo non, ſecundum Andræam de Cap. qui dicit ita obtinuiſſe in Curia Vicariæ huius Regni. Vnde prædictus Andr. de Capua dedit tale conſilium, quòd incõtinenti, quòd aliquis conſtituit aliquem procuratorem, abſentet ſe a loco iudicij: alioquin ſi principalis eſſet præſens, procurator non poſſit illud beneficium implorare. Barthol. de Capua.

In glo. hic ſtricte. ibi, & ſic ſeruatur in magna Curia Vicariæ. No. quòd de ritu magnæ Curiæ eſt, quod poſt terminum peremptoriũ, etiam ante concluſionem cauſæ inſtrumenta non producuntur. Contrarium eſt in cap. cum dilectus. de fide inſtrumentorum. & contrarium no. in conſtit. Regni, probationum defectum. in glo. prædeceſſorum, in fine. Barthol. de Capua.

De exceptionibus malitioſè oppoſitis. *Rubrica.*

S*i exceptio peremptoria.* Communiter hoc uocatur ſacramentum in cauſis de malitia repellenda, & communiter arbitrio iudicis. Item no. quòd condemnatur in expenſis qui non probat, ſic in dilatorijs, ſupra eo. tit. exceptiones.

S*i exceptio.* In gloſſa in verbo, credat. ibi, quandoque de credulitate. regulariter contra, ut C. de teſt. l. teſtium. & in §. præallegato. & in eis not. & in titu. l. de teſtibus. §. 1. verſi. item quòd depoſuit.

In eadem glo. in princ. Et tantum operatur ipſa confeſſio de credulitate, quantum confeſſio ueritatis in principali, ut extra de iureiur. cap. ex literis, & not. Spec. in titu. de poſi. §. 6. uer. tamen certum eſt. Petrus de Monteſorte.

In glo. nota ſacramentum. No. ex iſta glo. quòd quando quis citatur, ut teſtificetur, ut principalis, & legalior, antequam examinetur, poteſt petere, vt detur ſibi copia iurium aduerſarij, ſuper quibus debet interrogari, ut conſulat aduocatum, de quo cogita. Barthol. de Capua.

De inter-

* ADDITIO. *Concordat & facit cap. 2. de iuram. calum. in 6.* De Bottis.

a *Credat.* No. ſacramentum de credulitate in facto proprio, quod poteſt probabiliter igno rari vt hic, & ſupra tit. 2. l. 2. & in Authent. coll. 6. vt hi qui ob. ha. ſe per. re. mi. §. vt auté. teſtes etiam qui de facto alieno deponunt, quandoq; de credulitate dicunt, ut ff. de vent. inſpi. l. 1. reſpon. 1. & in Auth. de hæredi. & fal. §. ſi vero abſunt. coll. 1.

b *Ad terminum.* In quantum ire poſſit vbi eam probare crediderit, & reuerti poſſit, ut in Lombard. de præiudi. act. l. 1. Et extra de dolo & cont. cap. fin. & ibi de hoc, ſecundum Ber.

† *Aliàs, Idem.*

c *Ad expenſas omnes.* Vt extra de do. & contum. cap. finem litibus. & ibi de hoc, ſecundum Bern.

De interrogandis litigatorib. a iudice. Rub.

d PArtes *in iudicio.* Iudex etiam ante litem cont. & poſt, quoties æquitas eum mouerit, poteſt interrogare partes. concor. ff. de inter. actio. quoties. Itẽ ſi iudex habeat aliquã partium ſuſpectam, ne reſpondeat falſum, non debet ei deferre iuramẽtum. Nam non debet eſſe author periurij, vt C. ſi aduer. ven. l. 1.

† *Aliàs, de fide inſtrumẽtorũ factorũ tẽpore inuaſoris Regni.*

e *Iudicem.* Sed iure Romano poteſt partem interrogare aduocatus, ut ff. de inter. acti. ſi fine, in princ. l. Itẽ aduocatus offerat articulos iudici pro clientulo, ſi vult. ſic ſupra de proceſſu in litem. in princip. Clientulus autem reſpondeat cum conſilio aduocati. Aduocatus tamen non poteſt eum de facto inſtruere, vt ſupra de offi. aduo. l. 1. ſed canó dicit quòd poteſt reſpondere aduocatus pro indiſcretis, non pro alijs. extra de iud. paſtoralis. & ibi de hoc plene.

† *Aliàs, Idem.*

f *Ad ſacramenti.* Scilicet, de veritate dicenda, vt de proba. cum de indebito. §. in omnibus.

admittat, q̃ ſacramentum præbeat corporale. * Quòd non malitioſè, nec cauſa tm̃ prorogandi iudicium eas opponat, ſed ꝙ ipſas pro firmo ſe [a] credat poſſe probare, quas poſteà ſi non probauerit [b] ad terminũ ſibi datum, opponentem [c] ad expẽſas omnes ſacramento partis cũ taxatione iudicis declarandas, condemnandum eſſe cenſemus.

De interrogandis litigatoribus a iudice.

TITVLVS XXVI.

Quotiens ratio & æquitas mouerit iudicem poteſt ipſe partem litigantem interrogare in facto, tam ante litem conteſtatam, quã poſt: & pars poteſt dicere, quod vult reſpondere cum conſilio ſui aduocati, & ſi iudex habeat partem ſuſpectam, quod non reſpondeat verum, dabit ſibi iuramentum quod dicat veritatem. hoc dicit. Matthæus.

† IMPER. FREDER.

PArtes [d] in iudicio litigantes, tã ante litem conteſtatam, quàm poſt, prout iuris rõ & æquitas [e] iudicem mouerit, de facto interrogari poſſe decernimus, & interrogatus per ſe, vel per alium cũ aduocatorum conſilio reſpondere poteſt.

Plerunq; etiam vel pro qualitate perſonę, vel cauſę, vel ſi iudex, ꝙ falſum rñdeat ſuſpectũ habeat; Reſpõdentem [f] ad ſacramẽti religionem adducere eum poſſe cenſemus.

De † fide inſtrumentorum & teſtium.

TITVLVS XXVII.

Caſſantur & annullantur omnia inſtrumenta de donationibus, & quibuſcunq; contractibus, in quibus nominatur nomen alicuius hoſtis, vel proditoris regis, & cuiuſlibet inuaſoris regni. Et mandat illa igne cremari, & ſi non ſunt combuſta, & reperiantur, iubet, quòd eis nulla in iudicio vel extra fides adhibeatur, hoc dicit. Matthæus.

† IMPER. FREDER.

INſtrumenta [g] * de donationib. aut conceſſionibus, vel quibuſcunq; contractib. in quibus nomen alicuius hoſtis, vel proditoris noſtri, & generaliter cuiuſlibet inuaſoris Regni noſtri, ſcriptum ſit, caſſa & inania reputantes, nullam ex eis volumus in iudicijs, vel extra iudicia probationem aſſumi, ſed ea igni cremari mandamus.

De † *reuocatione priuilegiorũ.*

TITVL. XXVIII.

Hac conſtitut. mandat reuocari priuilegia & inſtrumenta continentia nomina inuaſorum regni, & proditorum, & inſtrumenta facta a iudicibus, & tabellionibus creatis ab eis, & præcipit reuocari inſtrumenta infra certum tempus. h. d. Lallus de Thuſcia.

† IMPER. FREDER.

PRiuilegia, [h] * & inſtrumenta proditorum noſtrorum, aut inuaſorum Regni noſtri, quorumlibet nomina continentia, & quæ a iudicibus factis ab eis, aut tabellionibus ſcripta, & ſubſcripta inueniuntur vſque ad annum a die inſinuationis conſtitutionum noſtrarum, declarari & renouari decernimus, ac appoſitione noſtri nominis roborari nulla ex inſtrumentis prædictis ex præſenti iuſſione noſtra non declaratis † in iudicijs,

De fide inſtrumentorum & teſtium. Rubr.

g INſtrumenta. Hæc conſtitutio caſſat inſtrumenta facta per hoſtem, vel inuaſorem Regni. concor. C. de epiſ. & clericis l. decernimus.

† *Aliàs, de reaſſumptione inſtrumentorũ facienda ſub noĩe iuſſis Regis.*

* ADDITIO. *Vide Affl. in conſtit. cum circa iuſtitia. num. 5. & Luc. de Penna in l. in ſacris, la 3. col. 2. C. de proxim. ſacro. ſcrin. ubi ponit quòd nomen debet apponi per notarios regni tempore tiranni in teſtamentis, ſeu inſtrumentis.* De Bottis.

† *Aliàs, Idem.*

De reuocatione priuilegiorum. Rubr.

h PRiuilegia: Hæc conſtitutio mãdat renouari priuilegia conceſſa ab inuaſoribus & inſtrumenta facta a iudicibus creatis ab eis, & tabellionibus.

* ADDITIO: *Adde Affl. in deciſ. 77. ubi latè de materia. Vide in regiſtro, quod tenet D. Barattucius fiſci aduocatus, litera m, per quã Dux Calabriæ Vicarius Regis Roberti declarat quòd detur fides inſtrumentis confectis per notarium factum per Fredericum occupantem regnum Siciliæ, eſt a car. 134. in c. 132.* De Bottis.

† *Aliàs, declarandis.*

De pri-

ANDRÆAS DE ISERNIA.

De interrogandis litigatoribus a iudice. Rubrica.

Arbitrio Iudicis cõmittitur, qñ dbeat examinari princ. palis.

PArtes *in iudicio*. Et hoc arbitrio iudicis committitur, ut quoties viderit expedire interrogari de facto, & interrogati poſſunt habere conſilium aduocatorum ſuorum in reſpondendo, nam & ipſe aduocatus poteſt interrogari. ff. de adulterijs. l. ſi poſtulauerit. §. quæſtionem. Non tamen aduocati de facto debent partes inſtruere, ſed ipſæ partes debent hoc inſpicere. C. de eden. l. 1. & no. C. de iureiurando propter calumniam. l. 2. in princip. ¶ Tenetur etiam pars reſpondere aduocato aduerſarij. no. ff. de interrogato. act. l. ſi fine. in princip. Item & iudex coget iurare reſpondentem. Sed ſi iurat falſum, & iurauit ſcienter periurando, nunquid punitur? dic, ut diximus ſuprà de extraor. & præpa. Ledictorum. circa fi. & in tit. de conſuetu. recti ſeu. §. ſacramentum.

PArtes *in iudicio*. Ibi, reſpondentẽ. Quod ſi dubitat de eo quod interrogatur, an detur ſibi dilatio ad deliberandum, no. Spec. in tit. de poſi. §. 5. verſ. quid ſi talis ſit reſponſio. & §. 6. quid ſi is qui interrogatur? Sed ſi præſens interrogatus iuſſus a iudice non reſpondet, imò reſpondere recuſat abſque rationabili cauſa, ſeu contumaciter ſe abſentat, habetur pro confeſſo, vt extra, de confeſ. c. ſi poteſt. Secus ſi citatus, vt veniret reſpondere poſitionibus venire non vult & contumax fuit, quia tunc non habetur pro confeſſo, ſed proceditur contra eum tanquam contumacem, vt in d. c. in fi. & ibi no. in prima & quinta glo. per Ioan. Andr. vel faciet iudex eo caſu illum iteratò citari, comminando quòd niſi veniet, habebit poſitiones pro confeſſatis. & tunc ſi non ueniet in termino, pronunciat eum pro confeſſo haberi, ut no. Specul. in tit. de poſi. §. 3. ver. ſed videtur quòd aduocatus. circa finem.

In glo. in verbo, iudicem. No. ex iſta glo. quòd licet clientulus debeat reſpondere de conſilio aduocati, tamen aduocatus non poteſt eum de facto inſtruere. Item no. quòd aduocatus poteſt reſpondere pro ignorantibus. quod facit pro mulieribus, quando conueniuntur: hoc eſt cap. paſtoralis, extra, de iudic. Petrus de Monteforte.

In glo. in verbo, iudex. ibi, ne reſpondeat. Intellige veritatem, immo cum toto iuramento videt, ſeu cognoſcit eum aptum ad deierandum, & ſic intellige gloſſam iſtam, ne contradicat textui. Barthol. de Capua.

Hanc conſtitutionem etiam intellige, ſi partes ſint maiores 14. an. nam paruuli qui ſunt ſine ætate rationabili, ante 14. annum non poſſunt compelli iurare. 22. q. 5. c. paruuli. Barthol. de Capua.

De fide & authoritate inſtrumentorum. Rubrica.

INſtrumenta. Illa quæ fiunt tempore Tiranni non valent, C. de epiſcopis & clericis. l. decernimus.

De reuocatione priuilegiorum. Rubrica.

PRiuilegia. Illa quæ ſunt facta per iudices & notarios tempore Tirannorum, propter vtilitatem publicam, non ex toto caſſantur, ſicut facta ab illis, qui credebantur eſſe iudices & notarij, & non ſunt, argumento. ff. de offic. Præſid. l. Barbarius. de teſt. l. ad teſtium. & vult Imperator ea reuocari, poſtea ordinat, ſicut vult.

De iure

aut extra iudicia fide in poſterum aſſumenda.

De † priuilegijs a Curia Capuana tempore turbationis indultis.

† *Aliàs, de priuilegijs a curia Capuana reuocatis.*

TITVLVS XXIX.

Omnia priuilegia conceſſionum facta a prædeceſſoribus in regnis vtriuſque Siciliæ diuerſis perſonis, & ab ipſomet Imperatore Freder. antequam factum fuiſſet parlamentum in Curia Capuana, quæ poſt dictum parlamentum non ſunt confirmata, per ipſum Imperatorem, necnon omnia priuilegia poſt dictam Curiam Capuanam celebratam, conceſſa tempore turbationis Regni, tam ab ipſo Imperatore, quàm a Duce Spoleti conceſſa, qui Dux erat conſanguineus ipſius Imperatoris, & aſpirabat ſubdole contra ordinationem Papæ Innocentij ad regimen Regni, reuocat, caſſat, & annullat, & præcipit hac conſtitutio, quod dicta priuilegia, & conceſſiones reuocata non retineantur. & ſi aliqua reperiantur teneri per aliquem, puniantur in æſtimatione eius, quod conceſſum fuit, quod debet fiſco Imperiali applicari. hoc dicit. Matthæus.

† IMPER. FREDER.

CVm [a] conceſſiones, [b] & priuilegia omnia tam a diuis Auguſtis parentibus noſtris, quam a nobis ante Curiam Capuanam indulta, quæ per nos poſt eandem Curiam confirmata non eſſent: necnon ea, quæ proximæ turbationis tempore, poſt transfretationem noſtram vſque ad feſtum Purificationis beatæ Virginis a nobis, aut Rainaldo Duce Spoleti conceſſa fuerint, mandauerimus reuocari, edicto præſentis legis edicimus prædictis priuilegijs, & conceſſionibus nullam omnino fidem haberi, ſed maliuolum eorũ propoſitum, qui ipſa [c] poſt prohibitionem noſtram retinent, proſequentes, iubemus, prædictos omnes in tanta æſtimatione damnari [d] noſtræ Cameræ applicanda, quanta id, quod conceſſum fuerat dignoſcitur extitiſſe.

De priuilegijs a Curia Capuana tempore turbationis indultis. *Rubrica.*

a *CVm conceſſiones*. In hac conſtitu. imponit pœnam vtentibus priuilegijs non renouatis, ſed antiquis conceſſis a parentibus ſuis, & a ſe ipſo ante Curiam Capuanam, & parum ualet hæc conſtitutio, quia eſt de præterito tempore, ipſa etiã non dat formam futuris negocijs. ¶ Cum cõceſſiones. multi dicunt, quod hęc cõſtitutio eſt contra ius, quia donationi iam perfectæ non potuit lex apponi, uel conditio, cuius defectu perfecta donatio reuocetur, ut C. de actio. & obligat. ſicut. & de condi. ob cau. ſi repetendi. Nam ex quo dominiũ acquiſitum non reuocatur ex principis voluntate, uel reſcripto, ut C. de iur. & haſt. fiſcal. l. penulti. & de agri. & cẽſi. l. originarios. & de omni agro deſerto. quicunque. in princip. Ego tamen dico, quod hæc conſtitutio poteſt lege expreiſe iuuari. Nam princeps in conceſſionibus iam perfectis, &, quod plus eſt, in alijs iure priuato quæſitis, poteſt conditionem apponere, cuius defectu perditur perfecta conceſſio, & acquiſitum dominium utile reuocatur, vt C. de omni agro deſerto, qui fundos. Et quod priuilegia iam indulta reuocentur per legem patet. C. lib. 10. de indi. l. 1. & C. de inceſt. & inuti. nup. l. fin.

Cum conceſſiones. Nemo poteſt per hanc conſtitutionem reuocare priuilegia, in quibus continetur fiſci vtilitas, quæ non ſint poſt Curiam Capuanam confirmata. non enim credẽdum eſt, quod princeps uiam elegerit ad impugnandum, ut C. de ince nup. l. 3.

b *Et priuilegia*. Facit ſupra de fide & auth inſtru. l. 1.

c *Poſt prohibitionem*. Alia pœna imponitur retinentibus res ipſas, ut infra de iure re. l. dignum. & forte ſicut ibi dicit de reb. ita dicendum eſt in inſtrumentis, ut ea reſtituere debeant inrequiſiti.

d *Noſtræ Cameræ*. Obſtare videtur ratio. l. quæ aſſignatur ſupra de illici. por. arm. l. vlt. quia ſi ex eo quod quis illicite facit, nullum commodum reportat, nec pœnas ſubire debet. Ad idem etiam facit quod eſt. ff. ad l. Corn. de ſal. l. impuberem. §. & ſi ei ſeruo. Item nihil intereſt ſit redditum inſtrumentum, ſit cancellatum uel non, ſi uires eius uacuatæ ſunt, ut C. de ſolutio. l. pecuniæ. & legis inductæ primæ oppoſitioni ſic reſpondeo, omnia illicita puniuntur, ſed tamen illicitorũ adhibetur diſtinctio. † quædam enim & ſi dicantur illicita, non tamen puniuntur, quia adeo leuia ſunt delicta, ut non curauerit lex punire, in quibus a pœna excuſat leuitas criminis, ut C. de relig. l. militis. C. de his, qui ut indi. l. non oportet. C. de pigno. l. creditores. ff. de ſep. uiol. l. prætor. §. non propter. ff. de fur. l. ſi libertus, & de pœn. reſpiciendum. §. furta. ¶ Dicuntur ergo illa delicta illicita a iure nõ admiſſa. Si verò fuerint illicita, ut prohibeantur tanquam leuia, uel grauiora, ſeu grauiſſima ſine dubio puniuntur.

† *Aliàs, Idem.*

Additio. *Adde Barto. in l. non ſolum. in §. ſi mandato. verſic. circa ſecundum. ff. de iniur.* Superantius.

Semper autem intelligo puniendum, & graue eſſe delictũ lege non concedente, niſi lex nominatim eſſe puniendum dicat, ut in præallegatis legibus, & probatur hoc C. ad leg. Iuliam repet. l. 1. ff. depoſiti. bona fides. ff. de doli exceptio. ſi procurator, ff. ad leg. Iuliam de adult. ſi poſtulauerit. §. filij. ¶ Secundæ obiectioni facilis eſt reſponſio: non enim intereſt quo ad libertatem debitoris, ſi ſolutio plene probetur, ut in præalleg. l. 1. C. de ſolut. dicitur, intereſt, tamen quo ad delictum: deliquit enim retinendo inſtrumenta, uel priuilegia rerum, quæ per hanc legem ſunt infirmata, quaſi res in ipſis contentas videatur inuito principe retinere: ſicut econtrà, tradendo inſtrumenta, res in ipſis contentas videtur quis tradere, ut C. de dona. l. 1. Sicut ergo propter ueram uiolentiam tenetur priuatus ad medietatem æſtimationis, ut C. de uio. in rebus immob. illã. l. 1. ità hic propter quaſi uiolentiam, quià cauſa realis eſt, tenetur ad duplum, ſcilicet, ad totam æſtimationem, ut in iure Longobar. de ſcandalis. l. omnes uerò reales cauſæ. G.

In qui-

ANDRÆAS DE ISERNIA.

De iure tamen ſcripto dicunt multi quod nõ valent. ff. de reb. eor. quæ ſub cur. vel tut. l. qui neque. de iureiuran. l. iuſiurandum. §. pupillo, in glo. quia debent tabelliones confirmari ſaltem per Regem, ut in authen. de defen. ciuita. §. quod interim. Qui confirmat dat. ff. de verb. ſignif. l. lege obuenire.

Additio. *Adde Alber. de Roſa. in l. 1. C. de cad. tol. & per Bart. in tractatu de Tyranno.*

Alij dicunt quod propter neceſſitatem debent valere, ſi alias erãt idonei, quamuis creati a Tyranno, argu. C. de teſti. l. 1. Quia non debent decipi qui communi opinioni crediderunt. C. de Lati. liber. tol. l. 1. §. ſed cum domini. ¶ Sicut dicitur fuiſſe ſeruatum de inſtrumentis factis tempore principis Manfredi. Facta Tyrannorum debent reuocari non ſubditorum non peccàntium. Nam neceſſitas non habet legem, ff. de offic. Con. l. 1. C. de bon. quæ lib. l. fin. §. ſi autem patre. ibi, propter hominum & rei neceſſitatem, &c.

Additio. *Adde glo. in l. 1. C. de oper. liber. c. quod non eſt. de reg. iur. in 6. glo. in c. quoniam multa. 48. diſt.*

Pro quo eſt quod dixi infra l. in cauſa depoſiti. glo. ¶ Odio alterius alius grauari non debet. C. de inoffic. teſta. l. ſi quis in ſuo. Argumen. contra, quia pro peccato vnius tota prouincia interdicitur. extra de ſponſa. non eſt. de offic. deleg. c. ſane. quia ſi unus populus rebelletur iniuſte ſuo domino adhęrens Tyranno, de hoc deberet puniri, & non habebit immunitatem.

De priuilegijs a Curia Capuana tempore turbationis indultis. *Rubrica.*

CVm *conceſſiones*. Hic eſt quædam glo. applaudens, quòd Imperatores potuerint facere Curiam Capuanam, quam nos certo modo damnamus, & leges hic inductæ non faciunt pro allegante, ſicut materiam hanc plenè diximus in tit. de capi. qui cur. ven. §. fin. vide ibi plene. ¶ Item quomodo portat pœnam ille, qui retinet huiuſmodi priuilegia vacua, cùm ex ſua detentione nullum commodum conſequatur. Quia priuilegia caſſata ſunt contra rationem, quæ ponitur ſupra de eo qui defen. po. in iu. l. prima, in fi. Reſpondet glo. quòd propter contemptum generaliter tenetur ad rei æſtimationem, ſcilicet, propter quaſi uiolentiam, colorat glo. quaſi excuſando Legiſlatorem. Nam ubi de iure non poſſet reuocare uel irritare quod donauit & fecit, quomodo ponat pœnam poſtea tenentibus, a quibus non poteſt rationabiliter reuocare. ¶ Bene dixit Seneca primo de clemen. nullus princeps eſt innocens, non habent hi qui eorum facta diiudicent. Dicit glo. ſuper Pſalmo illo, Tibi ſoli peccaui. Niſi poſſet iuſte reuocare poſſet pœnam talem imponere, ut infra l. 3. in conſtitutione, dignum.

CVm *conceſſiones*. In glo. multi. ibi, in princip. Immo ubi contractus perfectus eſt rei traditione, ſolo conſenſu etiam vtriuſque contrahentium diſſolui non poteſt, niſi retro re tradita, ut ff. de rei vendic. l. ſi qua. & l. ſequen. & C. quando liceat ab ampt. diſced. l. 1. & 2. & ff. de contrahen. empt. l. ſed & Celſus. § fin. & in l. ab emptione, ff. de pac. Et faciunt hęc contra reuocationes quas facit dominus Rex poſtquam donauit in feudis. tamen videtur, quod Rex habeat poteſtatem donandi alij etiam, inuito feudatario, dummodo prouideat ſibi de competenti excambio, vt in cap. ſi uero contingeret. de pac. iur. firm. & forte eſt ratio, quia feudatarius nullum habet dominium in feudo, ut not. videtur, de capi. Corrad. capit. primo, §. præterea. Barthol. de Capua.

De audientia

In quibus caſibus audientia teſtium committatur. Et de pœna contrauenire volentium. Et de dolo eius, cui audientia committitur.

TITVLVS XXX.

In ciuilibus præterquam in feudis quaternatis audientia teſtium delegari poteſt in criminalibus cauſis, & feudorum prædictorum debent teſtes in Curia præſentari, niſi teſtes valetudinarij, qui ſine ipſorum periculo Curiæ præſentari non poſſunt, ubi iudicibus electis a partibus vel datis a Curia committetur, quod recipiens eos tantum quos ad Curiam viderunt venire non poſſe: contra quos auditores probationes in contrarium non admittuntur, ſi pars receptos ſenes, & viuentes fortè concedat. & ſi pars in termino dato ad probandum in probatione defecerit per defectum teſtium vel iudicis coactoris petat terminum prorogari, non aliter audiatur, quam ſi tãtum infra dictum terminum hoc alleget, quod infra dictum terminum iudex, vel coactor alius dari poterit: tunc altera parte vocata ex iuſta, & neceſſaria cauſa, prorogatio termini impetratur. is autem cui commiſſa eſt audientia teſtium, ſi doloſus aut negligens fuerit, condemnatur Curiæ in tertia parte mobilium, & parti læſæ in communem æſtimationem, pœna teſtibus irroganda, niſi fuerit ſub certa maiori pœna mandatum: & hoc in ciuilibus vendicat ſibi locum. in criminalibus dicta tertia parte mobilium ſoluta, & teſtes, & iuuatis auditores parti læſæ in ſumptibus litis cum taxatione iudicis condemnentur cauſa principali, non obſtante lapſu termini ſuo ordine peragenda, eodem etiam obtinente in ciuilibus cauſis, ſi teſtes aut coactores eorum non ſoluendo fuerunt, ut per reſtitutionis beneficium cauſæ ſuccurratur. h.d. Lallus de Thuſcia.

† IMPER. FREDER.

IN pecuniarijs[a] * litibus omnib. præterquam in quæſtionib. Caſtrorum,[b] & feudorũ, quæ ſpecialiter in Curia nr̃a tractãtur, audientiã teſtiũ[c] permittimus[d] delegari.

In quibus cauſis audientia teſtium committatur. *Rub.*

a IN *pecuniarijs*. Conſtitutio iſta ſatis poteſt dici, quod contineat ius commune, & vult, quod audientia teſtium poſſit in ciuilibus quæſtionibus non feudalibus delegari. concor. in ciuilibus. C. de fide inſtrumen. iudices. in criminalibus, ſecus, & in feudalibus: concor. in Auth. no. in præalleg. l. niſi teſtes nõ poſſint venire ad locum iudicij, quia ſunt valetudinarij, vel ſenes, tunc datur auditor, ut recipiat teſtes, qui ad locum iudicij uenire non poſſunt. Quos hic auditor decreuerit modo poſſe venire non poterit contrarium probare, quod eſt ne lites ex litib. &c. ut C. de fruc. & lit. expen. terminato. Item ſi per dolum teſtium, uel partis aduerſæ factum eſt, quod actor non probauit in termino dato, ac declarato aduerſæ parti prorogatur terminus, quod eſt ideo quod alteri, &c. ut ff. de alienat. iudic. l. 1. Item punitur auditor, cuius dolo factũ eſt, quo minus probaret, & teſtes ſi eorum dolo factum eſt, ut præſtent indemnitatem parti læſæ, concor. C. de teſti. ſi quando. in fi. & ſi non ſit ſoluendo, in ſubſidium datur læſæ parti reſtitutio contra aduerſarium, quod eſt illa ratione, ne ex alieno dolo lucrum ſentiat, ut ff. quod me. cau. in l. ſi cum excep. & facit. ff. de eo, per quem fa. erit. l. fi.

• ADDITIONES. *Vide omnino And. de Iſer. in tit. ſi de inueſti. inter dom. & vaſal. lis, vel quaſt. oria. 2. col. in fi. ubi multa de audientia teſtium commiſſa in cauſa feudali alteri, quàm iudici. & quid ſi pars non contradicit, quod valet commiſſio. & multa alia ad intellectum et limit. iſtius conſtit. vide And. hic, & Doct. in l ſi. ff. de fer. & Fel. in c. licet, de probat. & quæ addidi in regia prag. incip.* M. A. Puluer.

¶ *Et an audientia teſtium ſuper attentatis lite pendente poſſit committi. vide Rot. in deciſ. 220. & quid in cauſa de angaria & perangaria, vide Moder. in c. regni, grauamina, nu. 24. & quid ſi pars habeat teſtes ſuſpectos, an poſſit petere, quod veniant in loco iudicij ad deponendũ, vide Capic. deciſ. 90. An arbitri poſſint committere audientiam teſtium, vide Afflict. in conſtitu. Iuſtitiarios, in ſi. Ad materiam huius conſtit. Iacob. in l. 3. §. item Diuus. & §. teſtes ff. de teſtibus. vbi multa ponuntur, & inter alia ſi tenetur parere cui committitur audientia, & ſi teſtes ſunt extra regnum & alia. De iure cõmuni an poſſit audientia teſtium cõmitti, & quando, vide Barb. in c. conſtitutus. nume. 5. extra de fideiuſſ. et nu. 8. ponit an index, cui cõmittitur, & teneatur parere committenti, ſi non eſt ſubditus, cuius expenſis teneantur venire teſtes, vide additio. quam habeo ad Capic. deciſ. 90.*

Quid ſi teſtes ſunt extra regnum, vide Aret. conſil 82. in ſi. & Afflic. in conſtitu. inquiſitiones generales, num. 2. Et ibi an Princeps poſſit committere audientiam teſtium in criminalibus, Afflict. ibid. vbi multa. Et an in fauorem fiſci fiat commiſſio audientiæ teſtium, vide Salicet in l. apud eloquentiſſimum. C. de fide inſtrum. De Bottis.

† *Alias, Idem.*

b *Et feudorum*. Scilicet, magnorum, quæ ſcripta ſunt in quaternionibus duhanæ, ut ff. de offic. mag. Iuſtit. l. 1. in fi.

c *Permittimus*. Si iudex viderit expedire, quod dic ut in ſumma de teſtibus. §. producendi autem ſunt teſtes. ſecundum Azon.

d *Delegari*. Sic loquitur & l. C. de fide inſtru. iudices. & auth. apud eloquentiſſimum. & extra de teſti. c. ſi quis teſtium.

• ADDI-

ANDRÆAS DE ISERNIA.

De audientia teſtium in ciuilibus & criminalibus cauſis. *Rub.*

IN *pecuniarijs*. Bene gloſſata eſt hæc conſti. ¶ Sed teſtes qui producuntur ad repulſam non committuntur. Item iudex tunc eligit, quando partes non concordant. ¶ Item ſi quæſtio ſit inter Regiã Curiam & alium, non eligit ſola Curia, ubi alia pars parata eſt eligere. ¶ Item ſenes ad teſtimonium non coguntur, ut ad Curiam uadant. ff. de teſtib. l. in iti. ſed recipientur in domo eorum. extra de teſtib. c. ſi quis. ¶ Item proteſtatio, quod non ſtat per partem, fiet coram iudice litis, uel coram probis uiris, quando non poſſet haberi copia eius. Itẽ ex iuſta cauſa ſit prorogatio termini: non tamen ultra metam politã. C. de dilatio. l. 1. Deinde ponit glo. quæſtionem, quam bene examinat. Vtrum poſt lapſum termini peremptorij ad probandum datum, poſſit iudex recipere teſtes quos habet producens, altera parte contradicente, quando non erat iuſta cauſa impedimenti alias non eſſet quæſtio? Et dic quòd licet de iuris rigore non poſſit, tamen de bono & æquo non multum poſt terminum recipere poteſt teſtes, ſi uideat producentem non malitioſe geſſiſſe ſe, quia iudex poteſt in multis facere gratiam, & in hoc concordat Cardinalis, & Innocen. quod eſt bene no. pro eo, quod diximus de teſtibus iuratis intra terminum, ſupra tit. 2. l. item. ¶ Item ſi ſtetit per iudicẽ, uel teſtes, tenentur ipſi ad intereſſe parti læſæ. Et quod aliud eſt in criminali, quàm in ciuili. ¶ Item no. quod hæc conſtitutio habet locum in ordinarijs. Nam delegati non poſſent delegare, quia cõmittitur iuriſdictio. quando committitur teſtium examinatio, ſeu receptio, non miniſterium tantum, niſi eſſent delegati a principe, uel ab illo, qui poſſent alij delegare. notat Innocen. de re iudic. cum Bertoldus. Sed ſi committit ille, qui nõ poteſt committere, & pars non contradicit, ualet, notat ipſe extra de teſtib. cum cauſam. Hoc plene examinatum eſt in titulo, ſi de inueſtitura inter dom. & uaſal. quæſtio oriatur. c. 1. Vbi etiam plene eſt dictũ, ſi iudex habeat ſuſpectos teſtes in cauſa ciuili, quod non cogitur committere, non ſic, ſi habeat ſuſpectos ſenes, & ualetudinarios. Nec coget iudex dare nomina teſtium ſenum & valetudinariorum, vide plene ibi. ¶ Quid ſi iudex in cauſis criminalibus & feudalibus commiſit alij teſtium receptionem, an ualeat? Videtur quod non contra prohibitionem iſtius, & multarum legum, quia ſufficit legiſlator, &c. C. de legi. l. non dubium. illud quod contra legem fit, eſt habendum, ac ſi factum non eſſet, in Authen. de non alienan. §. ult. ipſe enim debet recipere, ut ſi uacillet, torqueat, quod alius non poſſet, quia in quemcunque committatur iuriſdictio, merum & mixtum Imperium non tranſeunt. ff. de offic. procon. l. ſi quid erit, de offic. eius cui man. eſt iuriſdict. l. 1. & 2. ¶ Econtra videtur quod ſic, quia multa fieri prohibentur, quæ facta valent. ff. de inter. & releg. l. relegatorum. §. ad tempus, quando appellandum ſit. l. 1. §. biduum.

ADDITIO. *Adde l. non dubium. C. de legib. l. patre furioſo. ff. de his, qui ſunt ſui, vel alie. iur. c. quemadmodum. de iureiur. & in c. ad apoſtolicam. de regular.*

Nam & ſi non potuit fieri, non debet decipi authoritate iudicis, vt ſaltem valeat tuitione prætoris, & ſic non ipſo iure, ff. quod fal. tuto. autho. l. 1. §. fin. & l. interdum, & l. nouiſſime. ff. de mino. l. an prætor. § permittitur. Quod uero dicitur, quia non poterit torquere hic auditor, uerum eſt ſed quando inueniet teſtem uacillãtem, mittet eum torquendum ad iudicem, qui commiſit, in Authen. de defen. ciuita. §. audient. maxime ſi partes conſentiant. Nec obſtat quod not. C. de iuriſdict. omn. iudic. l. 1. quia non committitur merum imperium, ut dictum eſt, ſed redigere tantum in ſcripturam id, quod teſtes dicunt, & capere vacillantem. ¶ Sed ſecundum primum intellectum, ſi non valet, & publicentur teſtes, quid faciet actor, vel reus, qui non poſſent vltra producere? dic quod agent contra iudicem, qui commiſit, quia per imperitiam fecit litẽ ſuam, † de quo tenetur, Inſti. de obl. eſt quaſi male. in prin. Et hoc in cauſis feudorum, ubi ſi iudex nõ eſt ſoluendo, fiet reſtitutio contra aduerſarium. ff. de eo, per quem fac. eſt. l. fin.

† ADDITIO. *Vide quot modis iudex facit litem ſuam, per Luc. in l. 2. col. 2. C. de muner. lib. 12.* De Bottis.

¶ Sed in cauſis criminalibus hoc intereſſe non veniret, nam accuſator punietur, ex quo nõ probauit, ad ſimilitudinem ſupplicij, quo reus ad pœnam propoſiti criminis, & ſic uidetur quod ex hac iuſta cauſa producantur teſtes, non obſtante lapſu termini, argumen. in fi. huius conſtitutionis. Et non obſtat quod didicit teſtificata, quæ non ualent, & ſic perinde debent haberi, ac ſi facta non fuiſſent. hæc enim paria ſunt non fieri, & coram incompetente fieri. C. ne de ſtatu defun.

• Additio. *Sed an partes poſſint concordari, quòd committatur, vidi practicatum, quòd ſic. tamen Bald. conſil. 382. pro parte cuiuſdam eccleſiæ. vol. 3. in nouis, tenet contrarium.*

Sed an ad inſtantiam fiſci committatur, reperio in regiſtro Caroli II. quod habet D. Ant. Baraſtucius, fiſci aduocatus, car. 98. in c. 37. & c. 88. ſequentes ordines, videlicet, Carolus II. &c. Magiſtro Iuſtitiario regni Siciliæ, vel eius Locūtenenti, & iudicibus magnæ Curiæ Vicariæ, fidelibus ſuis, &c. Olim vobis cōceſſimus literas ſubſcripta poſt ſalutem per omnia ſeriei. Peruenit ad maieſtatis noſtræ audientiam, quòd ex defectu probationum ex depoſitionibus teſtium imminente plures fiſci noſtri cauſæ pereunt non abſque noſtræ Curiæ detrimento. Volentes igitur in hac parte indemnitati ipſius noſtræ Curiæ prouidere, fidelitati neſtræ ſub obtentu noſtræ gratiæ firmiter diſtrictè præcipimus, vt in omnibus cauſis, quæſtionibus, & litib. tangentibus fiſcum noſtrum Iuſtitiario regionis, & vbi bona perſona notæ opinionis, & approbatæ famæ de curia noſtra, vel aliunde, de qua ſit meritò confidendum teſtium audientiam committatis, pro certo tenentes, quòd ſi aliter feceritis, proceſſus omnes per vos contra præſentem ordinationem noſtram fiendos ex nunc decernimus irritos, & inanes. Datum Neapoli, &c. Quia verò contingit interdum in caſibus commiſſionis audientiæ huiuſmodi teſtium Iuſtitiarium ipſum in remotis abeſſe ac proinde ipſam audientiam retardari, uobis concedimus & mandamus, vt quemadmodum audientiam ipſam eratis Iuſtitiario commiſſuri, ſic eam capitulo ciuitatis aut loci, vbi vos reſidere contigerit, vel vicinæ inuicem dicti Iuſtitiarij, necnon & huiuſmodi perſonæ bonæ, notæ opinionis & approbatæ famæ, vt ſupra, committere valeatis ipſa prima ordinatione noſtra a nullatenus obſiſtente. Datum Neap. per Barthol. de Capua, &c. anno Domini 1304. die 17. Octobris 3. Indictione. Carolus, &c. Magiſtro Iuſtitiario regni Siciliæ, & iudicibus magnæ Curiæ Vicariæ, vel eius Locumtenenti, fidelibus ſuis, &c. Olim noſtras vobis conceſſimus literas ſubſcripta poſt ſalutem per omnia ſeriei. Peruenit ad maieſtatis noſtræ audientiam, &c. vt ſupra vſque ad finem primæ literæ. Datum, &c. Verum quia expedire contingit interdum audientiam huiuſmodi teſtium pro celeriori expeditione cauſarum Capitaneo regionis, aut alicuius terræ, ſeu loci, uni bonæ perſonæ, notæ opinionis & approbatæ famæ per vos poſſe committi, vobis quòd audientiam ipſam poſſitis committere, ſiue Iuſtitiario regionis, & vti bonæ perſonæ ſimiliter notæ opin. & approbatæ famæ, vel Cap. regionis eiuſdem aut alicuius terræ ſeu loci, & vni bonæ perſonæ ſimiliter, prout & quando vobis videbitur inuicem committere valeatis ipſa prima ordinatione nullatenus obſiſtente plenariā authoritatē præſentium ex certa noſtra ſcientia cōmittimus, & concedimus per te ſtatē. Datum, vt ſup. etc. De Bottis.

In criminalibus * autem, & [a] prædictis ciuilibus cauſis, teſtes in Curia noſtra præcipimus præſentari. Niſi teſtes adeò ſenes, & valitudinarij ſint, quòd ſine ipſorum periculo curiæ præſentari non poſſint, [b] quo quidem caſu ipſorum audientia iudicibus electis [c] a partibus, vel datis a Curia committatur qui eos tantū teſtes recipient, quos ad Curiam viderint venire non poſſe. Contra quos auditores, ſcilicet,

a *Prædictis.* Caſtrorum & feudorum.

b *Quo quidem caſu.* Et hæc uera ſunt, quia audientia † teſtium ſenium, videlicet, & valetudinariorum committitur in prædictis caſibus. Sed tamen ſuper articulis tantum & exceptionibus oblatis in principali. ¶ Super articulis uerò & exceptionibus oblatis ad repulſam teſtium hincinde productorum, nunquam committitur audientia, etiam in caſibus prædictis, & ita ſeruant iudices Magnæ Curiæ. Item hæc uera ſunt, ut ſuccedat officium Curiæ in dandis iudicibus, vbi partes ſunt diſcordes per legem antiquam. ff. qui ſatiſdare cogan. l. de dic. in princ. Sed melius. ff. de admin. tuto. l. 3. § fina.

† Additiones. *No. quòd per hanc glo. ſimiliter fuit commiſſa audientia teſt. in cauſa impugnationis inſtrumentorum productorum per Reuerendiſſ. Epiſcopum Ruberum contra Rainaldum de Lazaro per D. Colucium Coppula Auditorem Comitis Ruborum cum voto D. Ant. Ianuarij, in fi. Ianuarij 1518. Magiſter actorum notarius Iacobus Anellus Florentinus in Curia Archiepiſcopali Neapolitana. Adde quòd ſacrum Conſilium conſueuit quòd quando ille cui conceditur terminus ad impugnandum vult examinare vnum, vel duos teſtes, aut plures exiſtente in diuerſis prouincijs ita quòd eſſet neceſſe mittere plures examinatores, & vnus non poſſet omnes examinare, quia diuerſis vijs ruunt, tunc conſueuit committere audientiam teſtium, non obſtante iſta gl per l. mediterraneæ, de anno. & tribut. & ita fuit practicatum in cauſa Moſulæ, Magiſter actorum Annibal Famatius.* M. A. Pulucrinus.

¶ *Quid ſi plus expenderetur quàm ſit ualor cauſæ, vide Barto in l. mediterranea. C. de anno. & tribus lib. 10. & Fely. in c. nonnulli. in princ. extra de reſcript. & Aret. conſi. 82. in fi.* De Bottis.

c *A partibus.* Cuius erit electio partium, ut eligant, an iudicis. Credo quod

ANDRÆAS DE ISERNIA.

ſun. l. 1. extra de iud. at ſi clerici. Vnde dabitur reſtitutio, quaſi ſteterit per iudicem qui commiſit. ff. de mino. l. 1. ¶ Magna Curia conſueuit ſic facere. præſentatis teſtibus † in curia coram iudicibus, & iuratis per eos, committunt receptionem & examinationē alicui de Curia: quod valet, quia dicit litera in Curia præſentari, & per eū uidentur recepti, apud quem iurant. ff. de bon. ex teſta. milit. l. 1. in fi. & d. §. ult. Ritus iudicij ſeruari debet. C. de iureiur. l. fi. ff. de leg. l. minimè. ſicut etiam ſeruabunt aliæ Curiæ inferiores. Inſt. de ſatiſd. in fi.

† Additio. *Vide an teſtis debeat in Curia præſentari, Capic. in deciſ. 90.* De Bottis.

¶ Sed an receptio iuramenti teſtiū committetur? videtur q non prædicta ratione, quia videntur recipi apud eum, penes quem iurauerunt. Nam eſt ſubſtantiale. C. de teſti. l. iureiurando. quod committi non poteſt. ff. de tranſactio. cum hi. §. ſi prætor. ¶ Vnde verius dicitur contra, quod ſic ſeruat uſus. Quia litera dicit, in Curia præſentari, pro quo eſt argum. C. de iureiur. l. generaliter. §. iiſdem præſentibus. q iurent, ſubſtantiale eſt: ſed quod apud eundem iurent, non: nec intereſt aduerſarij coram quo iurent, unde tanquam leue non curatur. ff. de uent. inſpi. l. 1. in fi. Et qui per alium recipit &c. non poteſt conqueri de eo, quod non intereſt ſua. ff. de procu. l. non cogendum, in fi. maxime ſi pars non contradixit, quia & in totum poteſt remitti de eius conſenſu, ut in l. iuriſiurandi. in glo. ¶ Conſentit autem, quando non opponit. arg. C. de excep. l. fin. ¶ Idem enim eſſet, ſi non contradiceret, quia in inuitum redduntur iudicia. ff. de uerbor. oblig. inter ſtipulantem. §. 1. ¶ Quid ſi erant in carcere illi, contra quos teſtes producuntur, quia ita qualitas criminis exigebat? Et iudex committit audientiam teſtium ſenium, & infirmorum; An poſſit dicere captiuus, mittatis me, quia uolo perſonaliter intereſſe iuramentis teſtiū? Dic q ſi iudex † dubitabat de fuga eius, arctabit eū, vt faciat procuratorē ad hoc; q ſi nō faciet, recipientē in contumaciā eius: Nā non debet inſtrui ad fugam. ff. de exhib. reis. l. fi. & qui pp odiū ſunt in carcere, arctantur ad hoc. ff. de minorib. l. Papinianus exuli. ex quib. cau. maior. ſed & ſi ſic. Et propter fauorē arctatur q̄nque. C. de proc. l. pe. rlr non cōpellitur. ff. de minoris. ſed ſi unius. §. idē. & aliàs ſine partis præſentia iuratur, quando mulier eſſet honeſta, in Authen. ut litI. in. in prin.

† Additio. *Vid. Barto. in l. pen. § ad crimen, col. 4 uerſ. Secundo quæro, de publ. iudic.* De Bottis.

¶ Sed quid ſi iudex † vellet mittere, quia non timeret de fuga, cum expenſis rei pro cuſtodia in uia mittet: argum. dicti. §. iiſdem præſentibus.

† Additio. *Hanc opin. tenet Bar. in l. ad perſonas. ff. de iureiur. licet aliqui teneant contrarium, vt latè per Pomat. in addit. ad Barto. in d. l. ad perſonas.* De Bottis.

Per defectum teſtium. Iſtæ cauſæ ſuperuenerunt poſt receptionem termini, & ideo fit prorogatio. Nam per cauſas, quæ erant quando terminus fuit datus, non fieret prorogatio, ut ſi dicat ſe habere teſtes abſentes vltra mare, vel ſimile, quia etiam erant ultra mare, quando datus eſt terminus. Quem recipiendo renūtiare videtur illis, quę tūc cōpetebant. ff de vacat. muner. l. prætor. §. ſi poſt cauſam, de dam. infecto. l. qui bona. § de illo. Niſi de nouo peruenſſent † ad eū, & iurarent, extra de exceptio. cap. paſtoralis.

† Additio. *Vide omnino Iaſonem in repet. l. admonendi, 8. colum. ff. de iureiuran.* De Bottis.

Item ſi teſtes erant tunc infirmi, quia debuit petere committi audientiam eorum. Sed ſi teſtis ſanus citatus, & veniens ad curiam infirmetur, & terminus labatur, nec neglīgētia poteſt de hoc producenti imputari, fieret prorogatio ex hac iuſta cauſa: nam non negligenti tempus non currit, de anna. exceptio. l. 1. in fi. C. de inoffic. teſtam. contra maiores. Quod dic vt ff. ſi quis cautionib. l. 2. ibi, morbus iubet iudicij diem eſſe diffiſum. Loquitur etiam de teſte: quia eadem eſt ratio, ſicut in principali, & eius procuratore. C. qui pet. tutores l cum a matribus. de appellationib. præſes. & argum. ff. de accuſationib. l. libellorum. in fi. ad Turpillia. l. ait prætor. §. 1. Sed ratione ætatis non fieret. ff. de minoribus. l. auxilium. argum. contra. ff. quod cuiuſque uniuerſit. nomine. l. 1. §. quibus.

In tertia parte mobilium. Quid ſi pars, pro qua teſtes ſunt citati, velit eos per coactionem condemnari, ni nquid per curiam fiet condemnatio ad tertiam, uel ad pœnam impoſitam? pone quòd die, quo debuerunt teſtes uenire, pars non inſtitit, uel non fuit præſens, an procurator propterea poſſit accuſare? Videtur quod ſic, nā cum non uenit ad diem, incidit in pœnam, quam pars in curiæ præiudiciū etiam expreſſe remittere non poſſet: argum. ff de pactis. l. fin. & de bon. poſſeſ. contra tabul. l. ſi poſt mortem. §. fin. Dic quod fiſco nunquam acquiritur, niſi pars inſtet, & contumaciam accuſet. Nam mulcta non

¶ Sed

do quod tunc index eligat, quando partes nolunt eligere, argu.ff.de leg.1.huiuſmodi.in fi.& ff.de admin.tuto.l.3.ad fin quaſi illa dictio, ſiue, notet ordinem, ut ff.de leg.2. cum pater.§.penul. Et ſic apparet quod vbi eſt quæſtio inter Regem & alium, non debet Curia eligere ſola iudices, vbi alia pars parata eſt eligere, & quia lites debent ſine ſuſpitione procedere, & quia obſeruandum, &c. ut ff de iudicijs. obſeruandū. Et quod ſit electio iudicis vbi ſunt partes diſcordes, probatur expreſſe. C.de iudi.l.ſi.§.electione. & ff.de iureiur.l.iuſiurandum.

a *In contrarium.* C.de iudi.l.fin.

b *Coactoris.* Qui teſtes cogere debet. Sed an ſenex cogetur ferre teſtimonium? videtur q non, vt ff.de teſti. inuiti. de iu.immu.l.maiores.& de excu.mu.l.2.& hoc ſecundum.l. . . .

Additio. *Adde Hoſt. & Ant.de But.in c.1.de teſti.cogen. Doct.in c.dilectorum eo.tit.* Superant.

Sed ſecundum Canones dic eos compelli, vt extra de falſis.c.1.de iudi.c.nouit.& arg.ad hoc.ff.de vaca.mu.l.2 §.corporis.

c *Infra prædictum.* Bene dicit infra prædictum,&c.vt ff.de appellare.

per electionem partium, vel a Curia approbatos probationes [a] in cōtrarium nullatenus admittãtur, videlicet, ſi pars receptos teſtes ſanos, & iuuenes ſore contendat. Sanè ſi in termino ad probandum dato pars, quæ probare debuerat, in probatione deficiat per defectum teſtium, qui ſibi venire promiſerant, vel ipſius iudicis, aut [b] coactoris alleget nequitiam: atque propterea terminum exigat prorogari. Non aliter ad hoc ipſum audiri decernimus, quàm † ſi [c] infra prædictum

† *Aliàs, eſt tantum.*

la.re.l.ſicut.in fi.& de noui oper.nunt.de pupillo.§.ſi quis ipſi prætori.& C.de non nume.pecu.ſi intra,& l.in contractibus.§.vlt.& de condi ex lege.l.vlt. & C.de his qui per me.iu. non appella.l.2. in fi. & de anna.except.ut perfectius, & ff.de excuſat.tuto. ſcire oportet.§.ſufficit, in ver.ſcire autem, & verſi. oportet autem. ¶ Vnde cum per iudicem ſteterit, nullum ſibi exinde præiudicium circa lapſum terminum generetur, ut in Auth. ut ſpon.largi.§.illud. & argum.ff.de dam.infec.l.ſi finita.§.eleganter. ex quibus cauſis maiores. ſed & ſi per prætorem.§.ait prætor. ¶ Imò cum per ipſam partem non ſteterit quominus probet infra terminum, perinde habetur ac ſi probauerit infra terminum ante dictum, ut ff.de reg.iur. in omnibus cauſis.& de ſta.lib.ſi peculium.§.cum ſeruus. ſibi enim nil obijci poteſt, ut ff.de conditio.& demonſtra.l.Titio ſundum. & l.ſi Titius ſtatuas. quia fecit quod potuit & non ceſſauit, vt arg.ff.de excuſa.tuto. ſi cum ipſe inſtitueret, de minorib. intra. & C. de inoffic. teſtamen. contra maiores,& C.de anna.excep.l.1.in fi. & in Authen. de appellat. circa princip.

a Hoc

ANDRÆAS DE ISERNIA.

cta non imponitur danda fiſco, niſi actoris interſit. ff.ſi quis in ius uocatus non ierit. l.2. & in glo. Vnde ſi principalis pars non veniſſet ad diem, & ſic eſſet circumductum edictum.ff.de iudi.l.& poſt edictum. nunquā fiſco aliquid acquireretur: quia hæc pœna debetur fiſco conſecutiue, non principaliter, & ſic ſi principaliter non procedit, nec id quod ex eo ſequitur.ff.de regu.iur. l.cum principalis. Vnde videmus quod condemnatio tertiæ partis mobilium in contumacem non fit, niſi quando actor comparet ad diem. Quando condemnatio fit principali, tunc fit fiſco de tertia. Nam non ſunt duæ petitiones, ut una fiat ſine alia, immo vna, ſcilicet eius, qui agit. Et quia ſequitur condemnatio fiſco propter contumaciā, & principali non procedente nō procedat alia. ff.de eo quod certo loco.l.centum. C. depoſi.l.4. Idem ſi remittat actor, nam fruſtra de pœna, &c.ff.ſi quis cautionibus.l.2. in princ. ¶ Antequàm acquiratur fiſco, poteſt principalis remittere.ff.de oper.noui nuntia.l.1.§.vnde quæritur. Ipſe tamen punietur, ſicut dicitur ſupra de calum.poſt citationem. Quid autem ſi venit pars in termino, & nihil dicat, in cuius tamen eſt præſenſe? Reſpondeo, non ſufficit venire ad iudicem, ſed debet proteſtari.ff.de excuſat.tutor.l.ſcire. §.ſufficit. Vnde oportet, quod dicat, ego veni propter talem cauſam, & inſiſto. Sed ſi pars venit, & accuſat in termino, & procurator fiſci non accuſat, an ſufficit? Reſpondeo, niſi principaliter peteretur hæc pœna per curiam, oportet quod procurator eius accuſet contumaciam, ſicut priuatus quia fiſcus eodem iuris ordine vtitur. C.de dilationibus.l.penult.& de conductor. & procur. ſiue exact.præd.fiſca. & domus Auguſtæ.l.1.at hoc non principaliter, ſed conſecutiue dictum eſt. Cum ergo non ſint duæ principales petitiones, ſcilicet actoris, ad cauſam, & fiſci ad pœnam: Sed vna, ſcilicet actoris ad cauſam, in qua ſi aduerſarius eſt contumax, conſequitur fiſcus pœnam, ſufficit principalem adeſſe & inſtare. per d.l.centum. & l.4 & ſic cum principalis non comparet, non ſufficeret procuratorem fiſci inſtare, vt ſupra dicitur pro quo est ff.de penu lega.l.2.& ita cum principalis adeſt, ſufficit quantum ad acceſſorium, & pœnam, quæ conſecutiue debetur. ff. de penu legata.l.2 nam quod fit in principali, fit in conſecutiuo.ff.de pactis dotalibus.l.inter.§.cum inter. C. de iure dot.l.etiam. Nam & redhibito ſeruo principaliter vendito, redhibetur acceſſorius, etiam ſi non ſit vitioſus.ff.de ædil.edicto.l.proinde.§.fin. ¶ Contrahitur ergo cōtumacia quantum ad fiſcum de pœna propter principalis inſtantiam. ¶ Sed an ſtatim poſt terminum fiet cōdemnatio fiſco, & an poſt dies ex interuallo, puta, die Lunæ in termino pars iacuit, & eſt in cauſa proceſſum, procurator fiſci non petijt pœnam tunc, ſed die Iouis, aut quia ignorauit contumaciam tunc cōtractam, aut ſi ſciuit, fuit negligens? Videtur diſtinguendū, utrum ex interuallo, an ſtatim non diuertendo ad alios actus, per l.1.ff quod vi aut clam.l.fin.in fine, de incendio ruina naufr.l.ſi qs ex naufragio.§.1.ſicut in veniēte & recedente, qui habetur cōtumax. C.de decurio.l.ſi quis decurio. Vel dic q illud magiſtraliter dictū eſt de eo, qui venit & illicentiatus recedit, qui nō eſt ita fortiter cōtumax, ſicut qui nō venit. Nā qui venit, adimplet mandatum iudicis: ſed facit contra mādatum legis dicentis, quod non recedat ſine licentia, d.l.ſi quis decurio. At qui non venit, ſpernit mandatū iudicis, & ſic durius agitur cū miniſtro legis, quam cū lege: & hoc no ff de arb.l Celſus. Propterea cū eo, qui cōtra legem fecit, quia mitius agi debet cum eo adhibetur temperamētum, vt ſi receſſit ſine licentia, ſtatim poſſit contumax reputari, non ex interuallo.

Additio. *Adde c.certum.11.q.3.& in c.1.de iudi.*

At in eo, qui non venit, cum ſemel fuerit contumax, ſemper durat contumacia, niſi purgetur: ſufficit enim ſemel moram fieri, vt perpetuo debeatur.ff.de legat. & fideicom.2.l.Titia.§.vſuras. ff.de vſuris.l. cum patri. Et quanto plus per plures dies expectatur, tanto plus euidentior fit contumacia ſua: quia ſemel inter initia facta perſeuerat. ff.quod vi aut clam. l.3. §.illud. Vnde ſi procurator fiſci ſciuit hunc contumacem, & non petijt ſtatim eum condemnari, non poteſt dicere contumax, ſuiſſe negligens, quia non poteſt imputari culpa vnde lucrum ſenſit.ff.de iure dotium. cum in fundo.§.quod ſi mulier. Et quia contumax fuit in dolo, quod non venit: ſed procurator fuit in culpa, quia non ſtatim petijt, dolus præponderat culpæ.ff.ad legem Aquiliam. l.item ſi obſtetrix. §.fina. ſi fuit procurator ignorans, non debet eſſe deterioris conditionis, quàm ſciens. ff.de noxalibus. l.non ſolum. Nec eſt mirum, ſi accuſatio contumaciæ per principalem operatur ſibi & fiſco: nam id quod eſt facti, ſicut ſolutio. ff.de curatore furioſi.l conſilio.§.fin.poteſt parere diuerſos effectus non contrarios. ff.de ſolutionibus.l.in numerationibus.§.fin.ſecus ſi eſſent contrarij, eod.titu.l.qui hominem.§.vltimo. ſed & contrarios poſſet parere diuerſis reſpectibus.ff.de inoffic. teſtamen.l. Papinianus.§.ſed nec impuberis. ſic & hic per miniſteriū alterius, & ex facto contumacis committitur pœna fiſco contra eum, argumen.ff.quod vi aut clam.l.3.in fine primi reſponſi. ¶ Sed an habeat locum hæc conſtitutio, & ſimiles imponentes pœnam non venientibus ad iudicium in termino, ſupra de calum.l.ſæpe contingit. cum inferioribus legibus in eo, qui venit, & illicentiatus recedit? Videtur quòd ſic, d.l.ſi quis decurio. & l. ſcire oportet.& quia videtur eadem ratio, ergo idem ius.ff.ad legem Aquiliam.illud, de verbo.obligatio.l.a Titio. non enim liceat teſtibus ante terminum recedere. C.de teſtibus.l.ſi quando. Contra videtur, quia pœnæ imponuntur non venienti ſicut dicit hæc litera. videlicet, venire detrectent. de recedente non loquitur, & ſic omiſit: Nam ſi idem voluiſſet in eo, dixiſſet. C.de cadu.tollen.l.1.§.1. nec extendetur, cum ſit odioſa.ff.de libe.& poſthum.l.cum quidam. ¶ De non veniente tantum intelligitur. ff. de verborum obligatio. ſi minor. ¶ In recedente, de quo non loquitur nec directe nec vtiliter ad eum conſtitutio extendetur. ff. ſoluto matrimon. ſi verò. §. de viro. ¶ Primum verius per l. ſi quis Decurio. Et ſic videmus ſeruari. Quia ante litem conteſtatam forbanniuntur hi, qui veniunt, † & illicentiati recedunt, cum hac tamen diſtinctione, ſi citatus fuit ad aliquod certum capitulum, vt ad publicandos teſtes, eo facto, ad quod citatus eſt, ſi recedat, non putamus eum contumacem, ſicut elapſo tempore, quod datur ad permanendum, ſi ſine licentia receſſiſſet, d.l.ſi quando. nam eo facto non intereſt aduerſarij plus morari, & ſic pœna non committitur. ff. ſi quis in ius vocatus non ierit. l.2. & ſupra dictum eſt.

† Additio. *Vide Luc. in l.ſi appariter. 2.colum. C. de Cartula. lib.12.* De Bottis.

Eo verò caſu non facto, vel ſi citatus ſimpliciter ad procedēdum, in omnibus litis capitulis videtur citatus, ſecundum Innocen. extra de officio lega.capit.conſuluit. recedens ſine licentia erit contumax, cum illo temperamento, vt procedatur ſtatim non ex interuallo, ut dictum eſt per l ff.quod vi aut clam.l fina. in fine. ¶ Ponit iudex certam pœnam non venienti ut ueniat, an etiam imponet vt reſtituat? Conteſtis enim dabit iudex præceptum ut ſoluant per l ſi debitori. ff.de iudi. ponet ne tunc pœnam ut intra terminum, & diem ſoluat?

At

quia

a *Hoc alleget*. In Curia coram indice: Videlicet qui commiſit audientiam teſtium, vel minus coram probis uiris, ſi non poſſet tam cito ire ad iudicem conſtitutum forte in loco remoto, ut argum. ff. de noui oper. nunc. de pupillo. §. ſi quis ipſi. & de Decu. l. honorem. in fi. & de adulter. denunciaſſe, in princ. & C. de iudi. l. cum ſpecialis, & ff. de nau. fœno. l. Labeo.

terminum [a] hoc alleget, quòd infra eundem diem iudex, vel coactor alius dari poſcatur, tunc poſtquàm [b] parti alteri fuerit per cognoſcentes literas intimatum, [c] ex iuſta cauſa, & neceſſaria

b *Parti alteri*. Debet enim innoteſcere parti aduerſæ, ut in Auth. de tempo. non ſo. pe. ſuper dot. §. ſi autem in iudicio. coll. 7. & cauſa cognita indulgeri, ut C. de dila. a procedente. & huiuſmodi termino prorogato, altera pars ſimiliter uti poterit, ut C. de temp. in integ. reſt. l. petendæ, in fi.

c *Ex iuſta cauſa*. Id eſt, ex prædicta cauſa, quæ eſt infra terminũ proteſtata, quod uidelicet, non ſtat per eam: ſed per iudicem ſiue teſtes, quæ quidem ſatis eſt iuſta, ne ex culpa alterius damnum ſentiat litigator, vt ff. de aliena. iud. mut. cauſa fa. l. 1. in princ. & C. de acquir. poſſeſſ. l. fin. & de reg. iur. non debet, & ff. de no. oper. nun. de pupillo. §. ſi plurium res. cum ſi. quoniam non debet damno afficere culpa temeritatis alienæ, ut C. unde vi. meminerint.

Idem enim eſſet, ſi aliqua iuſta impedimenti cauſa ſubeſſet, facta inde proteſtatione infra iam datum terminum: ſi fieri potuit, vel non facta, ſi non potuerit fieri. nam plus quàm ſemel debet dilatio tribui pro ſingulis cauſis impedimenti, ſcilicet, & hoc propter litigantium vtilitatem, ut C. de fer. & dilat. l. ultima. & l. oratione. in prin. & in Authen. de teſtib. §. ſi uero decedens. & arg. ff. ſi quis cautio. l. 2 §. ſi quis in iudicio. Alias ſine iuſta cauſa non debet amplius, quam ſemel dari dilatio, nec aliqua prorogari, vt C. de dilationib. l. 1. in fi. eſt enim dilationum materia amputanda, ut C. de temp. & reparat. appl. l. 2. in prin. Et ideo dilationes huiuſmodi ſunt arbitrariæ moderandæ, & breuiandæ, ſicut iudici uidetur conſiderata locorum diſtantia & temporis qualitate: non autem ultra legalem metam, quæ eſt C. de dilat. ſiue pars. & ff. de iudic. nonnunquam. ¶ Sed quæro hic, ecce terminus peremptorius † ad probandum datus eſt lapſus, nec ſubeſt iuſta cauſa impedimenti aliqua, quin litigator probare debuit infra ipſum terminum.

† Additio. *Vide Bertran. conſi. 269. uolum. 1. & Capic. deciſ. 81. & 90 & quando terminus eſt peremptorius ſi allegetur impedimentum, an ſufficiat iuramentum, per Laur. Silu. conſil. 19. col. 3. & Guid. Papa deciſ. 64.* De Bottis.

¶ Modicum poſt terminum forte, videlicet, ante publicationem teſtium, & antequam teſtificata didicerit: unus ex litigatoribus non petendo nouam dilationem ad producendum teſtes. Sed habens teſtes paratos petat inſtanter à iudice ipſos recipi ſuper articulis ſuis. Nunquid iudex poteſt, vel debet eum audire, & teſtes ipſos recipere altera parte contradicente; Et videtur quod non, ne leges fiant ludibrio, vt C. de bo. quæ lib. l. fina. §. ubi autem puerilis ætas. & de cur. fur. cũ alijs, in fi. & ne Imperium iudicis fiat eluſorium & inane. ff. de iudic. ſi prætor. in prin. & nequid in loco publ. l. fin. Iudex nãque non audiat ammodo

ammodo hũc dilationis atque iudicij fruſtratorem, ut ff. de appel. re. eius qui. & de procur. l. vlt. in prin. & ex qui. cau. maio. ſed ad eos. Iam enim non eſſet inter deſides & vigilantes differẽtia, quod eſſe non debet, vt C. de anna. except. vt perfectius. quia ius ciuile vigilantibus ſcriptum eſt, ut ff. de his quæ in fraudem. l. pupillus. in fine, & ff. ex ex quibus cauſ. maior. l. non enim. & de edendo. l. veluti.

Additio. *Adde l. pupillus. ff. de priuil. credi. glo. in proœ. Inſt. cap. imputari. de fide inſtrum. Azo in ſum. titu. de bo. auth. iudic. poſ.*

Reſpondeat itaque ſibi iudex, te non admitto, quia ſera prece tibi deſideras ſubueniri, ut C. de iur. & fac. ignor. l. 2. & ſic tuam ſeram interpellationem placuit non admitti, vt C. lib. 11. de naufr. l. ſi quis. ¶ Et ſuæ facilitati ac negligentiæ imputet, cum non oporteat ſic per ſingula momenta aduerſarium onerari, ut ff. ut in poſſ. legat. l. ſi is à quo. §. fin. Sed ſufficit ſemel, aliàs non eſſet litium finis. Item argumenta ſunt ualida pro hac parte. ff. de pact. tale pactum. §. qui prouocauit & C. de tranſactionibus. ſi ſuper poſſeſſione. Quid plura? per lapſum termini tacite renuntiare videtur productioni teſtium, ut arg. C. qui accuſare non poſſunt. ſi ea. ¶ Et ſic poſtquàm renuntiauit, ad id redire non poteſt, ut C. de iureiur. l. ſi quis iuſiurandum, & in Authen. de trien & ſemiſſe. §. de ſucceſſionibus. ita in collationibus, verſ. hoc autem dicimus. collat. 3. niſi probationibus actor, &c. & extra de teſtib. c. intimauit c. de teſtibus. & c. cum ueniſſet. quæ iura uelle uidentur, quod poſtquam renuntiatum eſt teſtibus, ſeu probationibus, vlterius teſtes produci non poſſint, ſicut nec poteſt quis redire ad litem, cui renuntiauit, ut C. de pact. l. poſtquàm. ſic non eſt dandus regreſſus ſuas remittentibus actiones, vt ff. de ædili. edicto, qualiter. §. ſi venditor. ſicut non poteſt quis recurrere ad hęreditatem repudiatam, vt C. de repud. hæred. l. hæres ſi cum maior. Neque ad bonorum poſſeſſionem poſt repudiatam, ut C. de repud. hon. poſ. l. 1. & l. fina. Nec ad exceptionem, cui renuntiatum erat, ut C. de epiſco. & cler. l. ſi quis in conſcribendo. cum licitum ſit cuilibet renuntiare iuri ſuo, ut C. de pact. l. ult. & ff. de minor. ſi iudex. & quod eſt ſemel repudiatum, nunquam conceditur re integra, ut C. de condit. inſert. l. ultima. ¶ Ex aduerſo uidetur quòd ſic: quoniam purgari in iudicio præcipuè mora poteſt, etiam ſi ſit dies appoſita, vt C. de fideiuſſoribus. ſancimus. & ff. ſi quis cautio. & ſi poſt tres. & de arbi. ſi cum dies. §. fina. & l. Celſus. Niſi intereſſet parti alterius propter moram ſcilicet, quòd ius ſuum deterius propterea factum eſſet, id eſt, deperiſſet, licet forte ſua intereſt circa expenſas, vt in præallegata lege continetur. ¶ Item rebus exiſtentibus integris, & in eodem ſtatu manentibus ad iam omiſſa recurritur, & poſt terminum etiam quis auditur, ut ff. de optio. lega. l. mancipiorum. & C. de repud. hæred. l. ultima. cum ſimil. Nec debet ſibi nocere, ſi paulò ſerius uenit, ut C. lib. 12. de fundis patri. l. 2. & argumentum bonum ff. ſi quis teſtamen liber eſſe iuſſ. l. 1. §. generaliter. & l. fin. Nempe licitum eſt in iudicio pœnitere, vbi non eſt parti alteri captioſum, ut ff. de interrog. actio. l. de ætate. §. Celſus. In caſu autem quæ-

tem quæ-

ANDRÆAS DE ISERNIA.

quia l. ſi debitori. dicit cum competenti cautela, illa eſt magis competens, quæ magis timetur, extra ut lite non conteſt. c. quoniam frequẽter. in fi. ſatis poteſt dici quòd ſic, ubi uiderit iudex hominem litigioſum, & difficiliter credebat eum parere, & ſoluere: nam ff. de appell. l. creditor. §. iuſſus. dicit quòd tenetur ad intereſſe, ſi nõ ſoluat ſecundum iudicis præceptum. Ex quo uidetur, quòd poſſit pœnam imponere iudex, eo quod probare intereſſe difficile eſt. ff. de præto. ſtipu. l. fin. moderate tamen ſecundum conditionem ſoluentis, & quantitatem, quam iubet ſoluere, ut faciat ſicut vir bonus. ff. de neg. geſt. l. Pomponius. & ff. de act. & oblig. l. fin. ¶ Item quid ſi ueniat ante condemnationem? dic quod non condemnatur. ff. ut in poſſeſ. lega. l. ſi pecuniæ. de opt. leg. l. mancipiorum. Item infra quantum tempus non ueniens poterit ad hanc pœnam condemnari? Videtur uſque ad 30. annos exemplo omnium perſonalium, ſiue dicas officio iudicis, ſiue condictione ex hac conſtitutione. C. de conſtit. pecu. l. 2. Verius eſt, ut infra tempus quo inſtantia cauſæ durat, ſcilicet, triennio in ciuili, biennio in criminali, & etiam minus, ſi minus erat, dicendum eſt de triennio, vel biennio. Et eſt ratio, quia tunc hoc officium non eſt principale, vt habeat locum. ff. de alimen & ciba. leg. l. ſeruos. ſed deſeruit actioni, & accuſationi propoſitæ: non enim principaliter, ſed conſecutiue deberetur hæc pœna, ut dictum eſt, unde expirante cauſa, expirabit hoc officium. d. l. centum. & depoſi. l. 4. pro quo eſt d. l. cum principaliter. C. de uſuris. l. eos. ¶ Poſſet tamen non abſurdum dici, ut hæc pœna poſſit peti condictione ex hac conſtitutione, etiam inſtantia finita, ſicut mulcta iudicis, quando non obtemperatur quæ petitur actione in factum deſcendente ex illo edicto, ſi quis ius dic. non obtem. no. in d. titu. l. 1. & no. Roffred. in libellis ſuis. ſi quis ius, &c. & tunc illa condictio durat vlteriori tẽpore, quàm cauſa principalis.

¶ Sed

¶ Sed nunquid pœnalis ſtipulatio iudicio ſiſti committatur contra reum, licet actor in iudicio dato termino non comparuit, nec reus venerit ad iudicium? Dic quod ſic, ut no. ff. ſi quis in ius uoca. non ie. l. 2. in vlt. gloſ.

Omnem damni æſtimationem. Nunquid ſi omiſit quærere de alio articulo facta publicatione quæret? Videtur quod non, ſed agetur contra examinatorem ad intereſſe, videtur corrigi, extra de teſti. c. per tuas. ſed infra de teſti non producendis, iterum dicit glo. quòd iterum à teſte quæreretur, & dictum eſt ſupra. l. lite. Et principium huius conſtitutionis loquitur quando fuit negligens in citando, uel doloſus, quando poſuit ſanos eſſe infirmos, hic etiam verſicu. is tamen, &c. dicit doloſus, aut negligens. ¶ Legum autem dicentium quæri à teſte id, de quo non fuit interrogatus, correctio uitanda eſt. C. de inoffic. donationib. l. 1. de inoffic. teſtam. ſi quando. ff. de pecu. qui generaliter.

Additio. *Adde l. illam. C. de coll. l. ſancimus. C. de teſti. & in cap. cum expediat. de elect. lib. 6.*

In criminalibus. Secus uidetur iure Roma. ut ſi teſtis non curat uenire, non expectat iudex ultra terminum lapſum, teſtes coercentur per iudicem captis pignoribus, & mulctis impoſitis. ff. de tabu. exhiben. l. 3. §. exigere. & cogentur etiam perſonaliter. hoc enim ſignificat verbum coercere, de concuſ. l. prima. Si autem non inueniuntur teſtes, iudex procedet quantum liquet de cauſa: unde ſi probatum ſit Titium accuſatũ occidiſſe hominem, & dicat Titius quod ad ſui defenſionem occidit: quod offerret probare per Petrum & Ioannem teſtes, qui non ueniunt, nec uolunt teſtimonium dicere, & non curant pœnas impoſitas nec prætoris remedia, cõdemnabitur Titius, quia delictum probatum non debet eſſe impunitum. ff. ad leg. Aquil.

l. ita

a prorogatio termini poterit b impetrari. Is tamen, cui commiſſa eſt audientia, ſeu coactio teſtium prædictorum, ſi in commiſſo ſibi officio doloſus, aut negligens inuentus fuerit, Curiæ noſtræ in tertia parte mobilium condemnetur, & nihilominus parti læſæ

tem quæſtionis noſtræ nil intereſt partis alterius, niſi forſan aliquantulum in expenſis, & adhuc ſunt omnia integra in ſtatu primo, nec aliqua captio partis alterius erit, cum nondum ſint dicta teſtium publicata. Nec teſtificata ad partis notitiam deuenerunt. Hæ tamen expenſæ, quas propter moram huius partis altera fecit, ſibi iudicis officio præſtabuntur, ut C. de iud. l. ſancimus. & de bonis autho. iudi. poſſiden. authent. ei qui iurat. Amplius eſto, quod renũtiaſſe intelligatur, talis renuntiatio nõ nocebit. Nam in probationibus publica & frequens verſare debet utilitas, ne videlicet veritate occultata, & falſitate expreſſa, qđ facile plurima hominum calliditas adinuenit, ut animæ periclitentur, vt in Authen. de teſti. §. 1. in princ. ff. de teſtib. l. 1. in principio. Legeſque probationibus multum fauent, ne coerceantur, ſed potius abundantia ſit ipſarum, ut C. de hæret. & Manich. quoniam. in fi. & de rebus credit. generaliter. in princip. & in Authen. de teſtib. §. & quoniam ſcimus dudum. ¶ Vnde priuata renuntiatione tolli non poteſt illud ius publicum probandi, ut ff. de pactis. l. ius publicum. & ut notatur plene hoc in Authen. vt ſine prohi. matres debit. & credit. tute. ge. min. §. quia verò. multa habemus in glo. ordin. quæ incipit, ut ſi quando obligauit ſe pro pupillo teneatur, aliàs non, &c. ¶ In hac quæſtione videtur dicendum, ſaluo conſilio meliori, quod poteſt iudex, ſi ſibi videtur talem litigatorem procedere non malitioſe, eum audire, & etiam poſt terminum ſuos teſtes recipere, dummodo non multum poſt terminum veniat litigator, ut argumen. ff. de verborum oblig. ſi quis ita permiſerit. §. Seia. & ff. de cuſto. & exhi. reorum. l. 2. circa finem. Quod totum ad iudicis cognitionem remittendum eſt, ut in eo. §. Seia. dicitur. & eſt argumentum. ff. de iure deliberan. l. 1. in fi. & ff. de teſtib. quæſitum. & ad hoc expreſſum eſt in Authen. de teſtib. §. ſi uero deducens. ubi dicit, non tamen per longum interuallum, &c. quod iudicis erat arbitrio, ut ibi ſubiungit, expreſſa etiam renuntiatio, quod plus eſt, quàm tacita, ut ff. de adulter. l. ſi maritus. §. ſi negauerit. Non nocet in teſtibus producendis: ſed nocet quarta productio, & didiciſſe teſtificata, ut in Authen. de teſtibus §. quia verò. ubi de hoc, & notat dominus Azo in ſumma de teſtibus. §. vbi autem ſemel produxit teſtes. ¶ Et ad hanc ſententiam teſtium accedit dom. Card. in ſumma ſua ſuper Longobar. de teſti. l. ſi quis cum altero, circa princip. & dom. Innocen. in apparatu ſuo, extrà de teſtibus, cap. cum veniſſet. in glo. ordinaria, quæ incipit, nota quod poſt renuntiationem teſtium factam, &c. ¶ Et hæc eſt ſententia de bono & æquo, licet iuris rigor contrarium ſuaderet, ut ff. de verborum oblig. l. ſi ſeruum. §. ſequitur. ¶ Et prædicta accipe, niſi hic litigator, qui modo uenit, iam teſtificata didicerit, ſicut dixi, ſeu modo quartam productionem fecerit, cum trinas productiones ante lapſum terminum iam feciſſet. quo caſu ad iſtam quartam non debet admitti, niſi primo præſtito ſacramento, quod teſtificata non fuerit percunctatus, ut in Authen. de teſtibus. §. ſi verò deducens. de teſtibus. cap. in cauſis. & c. vlt. ¶ Ne mireris, quod iudex poſt terminũ peremptorium gratiam facit parti: hoc enim ſibi permittit ęquitate ſuadente, ut extrà de offic. & pot. iudic. delega. cap. conſuluit. & ff. de iudic. nonnunquam. & l. poſt edictum. in princip. quam iudex ſemper habere debet præ oculis, ut ff. de eo quod cer. loc. quod ſi Epheſi. in fine. eo maxime quod iudex debet ad ueritatem indagandam intendere modis omnibus, quibus poteſt, ut ff. ſi quis cau. cum. in princip. & C. de eden. is apud quem. Porro tanta poteſtas datur iudici circa iudicia, ut poſſit etiam in præiudicium partis alterius parcere contumaci, ut C. quomodo & quando iudex. l. 1. no. per B. in præallegato cap. conſuluit. Nam non quicquid iudicis poteſtati committitur, neceſſitatem imponit. ff. de iudi. non quicquid. & de offic. præſid. ſæpe. Proceſſus namque iudicij iudicialis eſt authoritatis, & in poteſtate ac motu iudicis ſitus eſt, ut C. de iudic. properandum. §. 1. de accuſat. qui explicandi. ¶ Indubitanter igitur poteſt iudex, ſi ſibi æquum videbitur, teſtes recipere, etiam poſt elapſum terminum peremptorium, vt eſt ſuperius plene dictum, maxime ubi poſt terminum mora modica interceſſit, & ubi teſtes ſunt præſentes, ita quod non expediat noua dilatio, ſicut poſui in problemate quæſtionis, etiam probatur. ff. loc. ſi in lege. §. colonus. & de arbit. l. item ſi unus. §. ſi multo. & de iudic. ſi debitori. quæ iura dicunt nõ curandum de modica mora, ut ff. ut in poſ. l. ſi is a quo. in prin. & ad Trebel. ille a quo. §. teſtamento. & ad exhib. l. 3. §. ibidem. quæ iura loquũtur, quando probationes in promptu paratæ ſunt, ut extra de reſti. ſpol. c. literas. circa fi. ¶ Tolerabilius enim & melius eſt, quod iudex peccet in dilationibus, quàm in ſententijs, ut argumen. ff. de uar. & extraordinar. iudic. l. penult. in fine. & C. de iudic. Authen. iubemus. & argumen. C. de precib. Imperat. offeren. quoties. Quamuis ſine dubio poſſit imputari litigatori cur non infra terminum teſtes produxit, ut argumen. ff. ad exhiben. l. tigni. §. ſi quis cum iudicij, &c.

a *Prorogatio*. Non videtur hic nouus terminus dari, ſed uetus prorogari, ut arg. ff. de precar. ſed ſi manente. & de arb. ſi cum dies. 1. reſp.

b *Impetrari*. Primo termino nondum tranſacto, alioquin nondum prorogaretur primus terminus, ſi eſſet alius terminus, ut ff. de preca. l. ſed ſi manente. ff. de arbit. ſi cum dies. in fi. 1. reſpon. ff. quando dies leg. ced. l. 4. ff. de leg. 1. ab omnibus. §. cum quidam.

a *In omnem*

ANDRÆAS DE ISERNIA.

Lita vulneratus. in fine. ſibi imputet accuſatus, ſi teſtes † fugerunt, uel nolunt uenire, quia ipſe debet videre, quomodo probet defenſiones ſuas, non iudex. C. de edẽ. l. 1. Nec enim conſtabat iudici, quod illi teſtes ſciant, quod ad ſui defenſionem factum eſt: dicet accuſator, quod accuſatus fecit eos fugere, non debet dari via malitijs. C. de indic. vid. tollen. l. 2. ¶ Vel ſi ſciret iudex, ſecundum probata tamen procedere debet, rigor iudiciorum eſt ut frequenter puniatur, qui non commiſit ſi ſit probatum: patet in eo, qui confeſſus eſt hominem occidiſſe, qui viuit. Nam punitur ſi non doceat, quod uiuit. ff. de interrog. act. qui ſeruum. ad l. Aquil. inde Neratius. §. fin. punietur etiam nihilominus & ipſe perpetrator homicidij. d. l. quod ſeruum, & ſic punitur qui deliquit, & qui non deliquit. Nouum ergo induxit hæc conſtitutio, ut in criminali cauſa iudex teſtes cogat uenire poſt terminum ſemel citando eos, poſt terminum lapſum, ut ſi ueniant recipiantur, non obſtante lapſu termini, ſcilicet, primi. Sed ſi non veniant, iudex non expectabit vlterius teſtes: quia alias non eſſet finis litium, & procuraret accuſatus caute quod non ueniant teſtes. ¶ Quod ergo dicitur hic, non obſtante lapſu termini, ſcilicet primi, ff. de uerborum ſignificationib. l. boues. §. hoc ſermone. de conditio. & demonſtrat. hæc conditio. nam infinitas debet vitari, etiam ſi dixiſſet, rurſus poſt terminum. ff. de lega. 3. fideicom. §. ſi quis decem. ſecus ſi dixiſſet, quotiens terminus labetur. ff. de fideiuſſo. l. ſi ita. quibus modis vſusfruct. amit. l. ſicut. de eden. l. uelut. pro quo eſt. ff. de bon. autho. iud. poſſ. l. fin. §. fin.

† ADDITIO. *Pondera ergo, quod ſi carceratus non poteſt ſuper cauſa criminali ſuos producere teſtes, & fuit elapſus terminus, quod ſibi præiudicat, & non reſtituitur. quod limita, niſi aliter videretur iudici, puta quia uerè videbit eum impeditum defectu procuratoris, vel aduocati, aut aliàs non valuit inducere iura ſua, & ſe defendere. ita Luc. quem omnino videas, in l. ſi. in fi. C. de erogat. milit. anno.* De Bottis.

IN *pecuniarijs*. §. eodem, in fine. Quæro an teſtis poſſit compelli ratificare dictum ſuum? Dic vt in l. certum. in principio, ff. de confeſſis. Petrus.

In glo. in verſi. quo quidem. quæ ordinaria eſt, dicitur quod audientia teſtium ſenum, uel ualitudinariorum in prædictis caſibus commiſſis, & ſuper articulis, & exceptionibus delatis in principalibus, nunquam admittitur, nec repulſa in prædictis caſibus: & ita ſeruat magna curia, quod ſeruari debet per alias curias, ut hic dicit And. Sed poteſt dici, quod ſenum, & ualetudinariorum poteſt committi, per l. iudices. & authen. apud eloquentiſſimum. C. de fide inſtrumen. & ibi per Bald. & tex. in hac conſtitutio qui expreſſe vult, quod in omnibus cauſis ciuilibus poſſit committi examinatio teſtium. & poſtea ſubdit in tex. in criminalibus autem, &c. & glo ſuper ver. prædictis caſibus, exponit caſtrorum, & feudorum, non ſe refert ad alias ciuiles inhibitio, quod non admittatur: ergo remanet regula generalis in cauſis ſpecialibus, criminalibus, feudalibus, & caſtrorum. Nec obſtat conſtit. nihil cæterum: quia eſt uerum, quod illud quod ſeruat magna curia, ſeruari debet per iudices inferiores quo ad litis deciſionem, non quo ad litis conteſta. nec quo ad litis ordinationem, ut no. Andr. in conſti. ſi quis in poſterum, & in hac conſti. & ſic dictus ritus, ſeu obſeruantia non obſtat. Petrus de Monteforte.

In uer. probationes. In contrarium quæro, factum eſt inſtrumentum, ſcripti ſunt teſtes, modo uenit unus de teſtibus, & negat ſic fuiſſe negotium, ſicut ſcriptum eſt in inſtrumento: quæritur utrum inſtrumentum ſic ſumptum, præſumatur ſuſpectum? eſt caſus. ff. quemadmodum teſta. aper. l. 4. in fi.

Item quæro, nunquid ſi duo teſtes depoſuerunt in actis, publicatis iam dictis teſtium, duo ueniunt, & dicunt non ita depoſuiſſe ſicut eſt in actis, quæritur an credendum ſit? hæc quæſtio determinatur per ius commune. extrà de teſtibus. cap. pretium. §. fin. uide hoc not.

Item quæro, nunquid teſtes debeant interrogari ſecundum tenorem inſtrumenti in quo ſe ſubſcripſerunt, an debeant ſignari tantum? & certe l. 1. ff. quemadmodum teſta. aper. innuit, quod ſignari tãtum, ut colligitur in Auth. de hær. & fal. §. ſimiliter. cum ſi. & hoc quia memoria hominis labilis eſt, & quia difficile eſt recordari de eo, quod

^a omnem damni ^b æſtimationem ſatisfacere teneatur. Eadem pœna* teſtibus irroganda, ſi per cogētem admoniti venire detrectent, niſi certa pœna ab eo, cui hoc commiſſum fuerit teſtibus ſit indicta, quæ prædicta pœna ſit ^c maior: quo caſu pœna impoſita exigetur. Hæc in ciuilibus cauſis vendicant ſibi locum: In criminalib. autem, in quibus aliquando, videlicet, cum quis capitaliter accuſatur, æſtimatio cauſæ haberi ^d non poteſt, pœna tertiæ partis mobiliū omnino Curiæ noſtræ ſoluta, teſtes aut iudices impetratos parti læſæ in viaticis, & ſumptibus litis ſacramento ſuo, cum taxatione iudicis declarandis, volumus eſſe damnandos. Principali cauſa nihilominus, ^e non obſtante ^f lapſu termini, ſuo ordine peragenda. Eodem etiam obtinente in ciuilibus cauſis, ſi teſtes, aut coactores eorū non ſoluendo fuerint, vt parti læſæ per reſtituendæ cauſæ beneficium ſuccurratur.

a *In omnem damni æſtimationem.* Concor. de teſti. l. ſi quando. in fi. fecit enim litem ſuam, vt ff. de var. & extraor. cog. l. fi. Inſt. de oblig. quæ ex quaſi delic. naſc. in princ. ¶ Et dic damni, ſcilicet tam expenſarum, quam etiam litis, ſi pars læſa damno litis afficitur, ut ſi non fuit ſibi prorogatus terminus: quia forte infra terminum non fuit proteſtata. Vel quia iudex noluit prorogare, licet pars fuiſſet proteſtata. Nec poterit iſte talis coactor propter delictum & culpam ſuam obijcere parti, quòd infra terminum proteſtari neglexit, vt in glo. ordi. ſuper ſimili. ff. ad legem Aquiliam. l. in lege Aquil. ſi deletum. in glo. quæ incipit, Imò videtur, &c. & l. Stichum aut Pamphilum. in gloſ. quæ incipit, innuit, &c. ¶ Et qa culpa partis non attenditur, nec nocet in propria cauſa ſua, vt ff. ſolu. matri. l. etiam. §. licet. Sicut culpa actoris attenditur & punitur in cauſa aliena, ut ff. ſolu. matri. ſi conſtante. §. ſi maritus. Non ergo culpa partis abolet culpam, quæ præponderat coactoris, vt ff. ad l. Aquiliā. item ſi obſtetrix. in fi. ¶ Similiter non poterit talis coactor opponere, quādo iudex noluit prorogare de iniuria iudicantis, vt pars potius cōqueratur de iudice, qui ipſam non audiuit, vt ff. de euict. ſi per imprudentiam. in prin. & ff. de eden. l. argentarius. §. ſed an hoc procedat. Nā hanc iniuriam pars recipit propter factum coactoris ipſius, ut ff. de fideiuſſ. l. exceptione. & no. in glo. ord. ff. de neg. geſt. nam & ſeruus. §. 1. in glo. quæ incipit, ſcilicet, mandati, &c. ipſe namq; coactor extitit huius rei, vt in Auth. vt lice. mat. & auiæ. §. ſi quolibet modo mulier.

b *Æſtimationem.* Non dicas totius cauſæ, vel litis, ſed expenſarū, quas fecit in probatione facienda, uel prorogatione termini impetranda: hic enim, quando impetratur prorogatio termini, cauſa non amittitur, alioquin prorogatio termini eſſet nulla. Cum vero intra terminum nō impetratur prorogatio, & in termino non probatur, tunc cauſa ciuilis amittitur, ſi teſtes aut coactores ſoluendo ſunt, & in eo caſu tenentur ad omnem æſtimationem totius cauſæ, vt in fine huius legis dicitur. Vbi aſſignatur differentia inter criminales quæſtiones, & ciuiles. Criminalis enim quæſtio propter lapſum termini non amittitur, & ob hoc æſtimari non poteſt, quando agitur ad capitalem pœnam. Teſtes aut iudices damnantur ad tertiam mobilium, & in uiaticis, & ſumptibus litis. G.

* Additio. *Not. quòd iſte tex. probat, quòd vbi a lege imponitur una pœna, & a iudice in illo caſu comminatur alia pœna, quòd exigitur pœna impoſita a iudice. Credo tamen, quòd hoc ſit in electione iudicis per id, quod dicit And. in conſtit. cuſtodes. nam non ſit nouatio, vt declarat Bar. in l. 1. ff. vi bonorum rapt. & ſatis hic colligitur, quia tex. dicit, quòd exigatur maior pœna, quaſi quod ſi eſſet impoſita minor, non eſſet hoc mandatum. Verum per exactionem vnius non poterit alia exigi. & pondera glo. hic quòd iudex in negotio ſibi commiſſo poteſt alterare pœnam legalem.* De Bottis.

c *Maior.* No. cum, cui aliquid eſt commiſſum poſſe ad exequendum id indicere pœnam etiam vltra legem. G.

d *Non poteſt.* Si ergo æſtimatio cauſæ haberi poteſt, quando criminaliter agitur, ut quia ex eo crimine imponitur pecuniaria pœna, ut in l. Iulia. de vi pri. & in defenſa impoſita. & fin. ut C. ad leg. Iuliam de vi priua. l. tutoris. ſupra de illi. por. ar. l. pe. Cauſa debet amitti, & agi contra iudices ſiue teſtes, ſicut dicitur in ciuilibus in fine huius l. cum eſſet cauſa, ꝑpter aliud dicebatur in criminali. ¶ Cum vero agitur ad capitalem pœnam, cauſa non amittitur, & ita eſt in ciuili, quando terminis prorogatio impetratur: quia utrobique non amittitur cauſa, & agitur cōtra iudices, vel teſtes ad uiatica, & ſumptus litis, ut hic, & ſupra eo. §. ſanè. & ita ſubtiliter inducit omni modo fere ſimilitudo i hac l. inter quæſtiones ciuiles, & criminales. Nota propterea, quod tribus modis imponitur capitalis pœna. Cum quis damnatur ad mortem. Quando amittit libertatem. Item cum amittit ciuitatem: quolibet enim iſtorum trium capitalis pœna dicitur imponi, ut ff. de publ. iudi. l. 2. ¶ Principali. Sic conſtrue, principali cauſa nihilominus peragetur non obſtante lapſu termini.

e *Non obſtante lapſu.* Hoc ſane intellige, niſi videlicet, teſtium publicatio facta eſſet, quo caſu amodo propter falſi timorem teſtes ſuper eiſdem articulis recipi non deberent, ut infra de appellat. l. iuris peritorum.

f *Lapſu.* Nota diligenter, quòd in criminali aliud dicit hic, quàm dixerat ſuperius in ciuili. ibi enim dixit prorogationem fieri poſſe.

Additio. *Adde an habebit locum per viam inquiſitionis? vide Bald. in l. prima, de ſicarijs, & eundem Bal. in cap. P. & G. de offic. delegati.* Superantius.

Quod locum habet primo termino non elapſo, ut ibi diximus: hic vero dicit lapſum termini non obſtare, ergo admittitur ad probandum termino iam elapſo. Quod intelligo, cum uolenti probare non poteſt aliquid imputari, ut in Authen. collat. 9. ut ſpon. largi. §. hoc quoque. Steterat enim per iudices ſiue teſtes, ut hic dicit. Nec mirum, quod etiam iure ueteri latior via probandi eſt in criminali, quàm in ciuili, ut ff. de ferijs. l. ultima. & hoc ideo, ne maleficia remaneant impunita, ut ff. ad l. Aquil. item Mela. §. ſi plures. & Lita vulneratus,

Additio. *Adde glo. in ver. canonicas. in cap. 1. de poſtula. prælat.* Superantius.

Et quia magis ratio ſuadet pœnas ob maleficia ſolui, ut ff. de fideiuſſo. ſi a reo. §. vltimo. & quia crimina nocentium expedit eſſe nota, ut ff. de iniur. l. eum qui nocentem. Item qui criminaliter accuſat plus oneratur in probatione, quàm qui ciuiliter agit, quia dilucidius in cauſa criminali, quàm in ciuili eſt probare intentionem ſuam, quod dicit in ſumma de probatio. §. item appellatione actoris, & in ſumma de actio. §. poſtmodum. & ideo non mireris ſi in alio releuetur, vt admittatur facilius ad probandum, ut ff. de iureiur. cum qui. G.

d Non | De legibus

ANDRÆAS DE ISERNIA.

iam diffinitum eſt. ff. de acquir. poſ. l. peregre. immo ſufficit, ſi ſignum recognoſcit, & dicat, illud ſignum eſt meum, quod uerum eſt, quod inſtrumentum continet. Barth. de Capua.

Quæro, qualiter publicatur inſtrumētum? Reſpōdeo: quia ille qui vult publicum facere venit coram iudice, & dicit: domine, ego habeo tale inſtrumentum & timeo perdere, uolo illud publicari, & tunc tabellio coram teſtibus accipiet inſtrumentū, & ſcribet ſic hoc eſt exemplum cuiuſdam inſtrumenti, ſic incipientis, Anno Domini, &c. & totum ibi ponet per ordinem inſtrumentum: & poſtea in fine dicat, ego talis tabellio mandato iudicis exemplaui, & exemplatum vidi, & legi, una cum iudice, & duobus notarijs, & teſtibus infraſcriptis: & quia ipſum inuenimus concordare per omnia cum originali, in quo nullæ erant raſuræ, uel cancellaturæ: idcirco mandato iudicis ſuum robur huic exemplo accommodantis me ſubſcripſi. Similiter alij duo tabelliones ſe ſubſcribent, dicentes, viſo, & diligenter lecto, & audito hoc una cum iudice, & notario ſupraſcripto, & infraſcrip. teſtibus, quia ipſum comperimus concordare cum originali, in quo non erant raſuræ, idcirco mandato iudicis ſuum robur accommodantis me ſubſcripſi. & tale exemplum probabit ſicut originale. Barth. de Capua.

In tex. delegari. Sed iuxta hoc pone: Iudex ordinarius commiſit audientiam teſtium, ubi poterat committere, antequam iudex cui audientiam teſtium fuerat commiſſa, cœpiſſet exequi mandatum, & examinare teſtes, iudex committens fuit amotus ab officio, & alius ordinatus: poſt hæc iudex cui commiſſa fuerat examinatio, examinauit, quæritur an valeat dictum illorum teſtium ſic receptorum? & videtur quod non, argumen. l. & quia. ff. de iuriſdict. om. iudic. facit l. edictum. ff. de iudi. Sed dicendum eſt, quod valeat: nam cum primus iudex remouetur, non videtur ceſſare iuriſdictio delegati ab eo, ut no. Innoc. in c. licet. de offic. deleg. Item cum hæc conſtitutio permittat delegari, videtur ipſe fuiſſe delegatus Imperatoris, non iudicis. l. apertiſſimi. C. de iudic. Ioan. Grillus.

In glo. per defectum. circa fi. No. ex iſta glo. quod ubi ſic de facili præſentia iudicis haberi non poteſt, & cauſa vrgeat, quod coram eo proteſtatio fiat: tunc in eius defectum coram probis uiris fiat. Marin.

Dicunt aliqui, quod in cauſa appellationis ciuili non poſſit committi audientia teſtium, argumen. l. ad hæc. C. de iudic. ubi dicitur, quod iudex appellationis debet cauſam per ſe audire. & glo. ibi dicit quod totam, nec mediam committit, & ſic nec audientiam teſtium, cum ſit de medijs, pro quo eſt in Auth. ut defuncti ſeu fun. §. illud. verſi. & curſus. & quod ibi no. & hoc ſatis nouum, & inauditum. & ſic uidi in Curia Vicariæ.

Quæro, an is cui commiſſa eſt audientia teſtium, poſſit alij demandare?

dien- | mandare?

De legibus † paribilibus ſublatis.

TITVLVS XXXI.

Per hanc conſtit. tollitur illa vulgaris conteſtatio, quam habent ruſtici, & laici: nam cum conueniuntur, dicunt ſe non feciſſe, & de hoc uelle accipere ferrum calidum. h. d. Lallus de Thuſcia.

† IMPER. FREDER.

LEges,[a] quæ a quibuſdam ſimplicibus ſunt dictę [b] paribiles, quæ nec rerum naturam reſpiciũt, nec veritatem attendunt; Nos qui [c] veram legum ſcientiam perſcrutamur, & inſpicimus, errores a noſtris iudicijs ſeparamus, præſentis noſtri nominis ſanctionis edicto in perpetuum inhibentes omnib. Regni noſtri iudicibus, Vt nullus ipſas leges paribiles quæ abſconſæ a veritate deberent potius nuncupari, aliquibus fidelibus noſtris indicet, ſed communibus probationibus ſint contenti, tam antiquis legibus, quàm noſtris conſtitutionibus introductis. Eorum etiam ſenſum, non tam corrigendum duximus, quàm deridendum, qui naturalem candentis ferri calorem tepeſcere: immò (quod eſt ſtultius) frigeſcere nulla iuſta cauſa ſuperueniente confidunt, aut qui reum criminis conſtitutum ob conſcientiam læſam tantum aſſerũt ab aquæ frigidæ elemento [d] non recipi, quẽ ſubmergi potius aeris competentis retentio non permittit.

De pugnis ſublatis.

TITVLVS XXXII.

Hac conſtitutio tollit probationẽ per duellum, vt mos erat antiquitus, ſed per legitimas probationes veritas conuincatur, & limitat numerum teſtium, & qualitatem ipſorum, videlicet, quod nullus angarius, vel villicus, ſeu quicunque villanus, qui in villis & caſalibus habitat, & nullus vilis conditionis contra Comites, aut Barones, aut contra ſimplices, milites capitales accuſationes, vel de perſona conditione, v.puta, de homagio aut de omnibus bonis ſeu maiori parte eorum, ſeu etiam de vno caſtro conuentos in teſtes poſſint induci, ſed contra eoſdem inducãtur milites tantùm, & Burgenſes bonæ & honeſtæ opinionis in ſubſcripto numero, videlicet contra Comitem duo Barones, vel quatuor milites, octo Burgenſes, & idem in milite prout inferioris gradus ſe habet conditio, inducantur in teſtes pauciores numero prædicto, nullam omnino fidem inducant, excepto crimine maieſtatis, in quo eſt accuſatorum & teſtium conditio exæquata, & iſto priuilegio gaudent milites, qui honorem dignitatis militaris, & onus decenter obſeruant in equis, & armis, & alijs militaribus ſignis, quibus Barones & milites condecet decorari. h. d. Lallus de Thuſcia.

† IMPER. FREDER.

PRoſequentes [e] * beniuolũ noſtræ voluntatis propoſitũ, quo

---

† *Aliàs, paribil.*

De legibus paribilibus ſublatis. Rubr.

a LEges. Per conſtitutionem iſtam tollitur illa vulgaris probatio quam habent prę manibus laici. Nam cum conueniuntur dicunt ſe non feciſſe, & de hoc accipere ferrum calidum, & talem legem uocabant Paribilem, quod apparet utrũ lę ſerit, uel non, qui ferrum calidum accepit, & continet hæc conſtitutio ius commune, ut extra de pur. vulg. per totum. († *Aliàs, Idem.*)

b *Paribiles*. Quòd ſecundum eos manifeſte apparebat per has leges de reatu vel innocentia alicuius. Paribiles leges habentur, & prohibentur, quià fabricante paribiles Diabolo ſunt inuẽtæ, & Deus tentari videtur in his, vt extra de purgatione vulg. cap. ultimo. ſecunda quæſtione quinta, cap. Mennam. aliàs, menam.

c *Veram*. Vt ff. de iuſtitia & iure l. prima, circa princi. Et ideo alibi dicitur quòd princeps eſt philoſophia plenus, ut C. de his quibus, ut indignis. l. penulti. ¶ Et alibi, eſt quidem res ſanctiſſima ciuilis ſapientia, &c. vt ff. de uarijs, & extraordina. cognitionibus. l. prima. §. proinde.

d *Non recipi*. Submegebantur enim in aqua frigida tribus uicibus antiquitus.

De pugnis ſublatis. Rubrica.

e PRoſequentes. Moris erat antiquis, vt actor, vel accuſator poſſet probare per duellum intentionem ſuam, & deijcere teſtes, quod hic remouet, & dicit, quòd quicũque vult opponere probet teſtibus, vel alijs legitimis modis, concordat, C. de actio. & obligationibus. negantes. & de prohibita ſequeſtratione pecu. l. unica. cum ſimilibus. Ideo limitat uerum numerum teſtium & qualitatem ipſorum contra nobiles accuſatos, ut non uiles teſtes admittantur, ſed nobiles, & maioris numeri tam cõtra homines maioris dignitatis, quàm mediocris. ¶ Fallit in crimine læſæ maieſtatis, in quo omniũ, &c. vt C. eod. l. nulli. ¶ Item dicit illos milites hanc prædictam prærogatiuam habere, qui uerè militarem honorem obſeruant, argum. C. de ſacroſanct. eccleſiis. placet. in fi. ¶ Tollit quandam cõſtitutionem, per quã aliquis poterat teſtes contra ſe productos per duellum reprobare. († *Aliàs, Idem.*) Grillus.

* ADDITIO. *Vide Cottam in ver. perduellionis. & ibi quid ſi duo promiſerunt ſub pœna tali die venire ad iudicandum controuerſias cum armis. ſi vnus ipſorum non uenit, an incurrat pœnam? & an conuictus per pugnam in cauſa criminali debeat mori, vide Bal. in l. fin. C. de probat.* De Bottis.

De pu- … a *Paucis*

ANDRÆAS DE ISERNIA.

mandare? & quid ſi conſenſus partium interuenit? uide per Innocen. extra, de teſtibus cap. cum cauſam quæ. ſuper uer. tempore. per Specu. eod. titu. §. qualiter. uer. hoc autem ſcias &c. Ioan. Andr. in cap. 1. de offic. deleg in clement.

Item ſcias quòd in criminalibus, etiam ubi notabiles perſonæ producuntur in teſtes, mittitur ad eas examinator, ut no. extra, de iudi. c. mulieres. per Ioan. And. & clarius per Archid. in c. pretium. ſuper ver. productos, de teſtibus. Petrus de Monteſ.

De legibus paribilibus ſublatis, aliàs de prohibitione legis paribilis. Rubrica.

LEges. Quæ a quibuſdam dicuntur Paribiles, quia apparenter demonſtrabant nocentiam, vel innocentiam, ſic eſt iudicium ferri candentis, & aquæ feruentis, ut in titulo, de pace tenen. cap. ſi miles pro pace.

De pugnis ſublatis. Rubrica.

PRoſequentes. *Seu quicunque villanus, qui in villis ſeu caſalibus habitat.* Oportet ergo, quòd qui habitat in uillis, & caſalibus, ut repellatur a teſtimonio, ſicut uillanus, id eſt, uilia opera faciat: nam & nobiles burgenſes poſſent in uillis & caſalibus habitare: ſicut econtra in ciuitate habitãt ruſtici & uillani, qui ruralia & uilia opera exercent. Vnde non loco, ſed qualitate diſcernuntur. C. de prædijs minorum. l. ſi prædium. ff. de legat. 3. l. ſeruis urbanis. Pagus dicitur uilla, vnde dicitur Paganus: quia illa quæ acquirit in pago, uilla, ſeu domo, non in militia acquirit. ff. de regulis iuris. l. ius noſtrum. in gloſſa. de cenſibus. l. forma. de annuis legatis. l. Caius. Vicus dicitur viæ cuſtos. ff. de legat. 1. l. ſi hæres. §. uicis. Colonia eſt uilla. Et vrbs eſt Colonia, probatur, ff. ad municipal. l. eius qui. §. ſi loca. l. ſi in lege. §. coloniæ. & dicta l. ſeruis vrbanis. uerſicu. mulionis. dicit, quòd ruſticus facit opus ruſtre, & ſequitur in §. quòd ex urbanis mancipijs rure natus eſt nutriendus in uillis. immò ruſtici appellantur, qui ſunt in agris, eodem titu. l. ſi chorus. & C. de agricolis & cenſit. l. domini prædiorum. Omnia hæc dicuntur ad differentiam Ciuitatis, C. de epiſco. & cler. l. nulli. §. quòd ſi in uico. & de naturalibus liberis. l. 3. ¶ Dicitur ciuitas, quia cingitur muro. ff. de uerborum ſignificat. l. 2. de penu legata. l. nam. §. quòd ſi ita: & dicitur municipium. ff. ad municipal. l. 1. in princip. ¶ Item dicitur oppidum ab ope. ff. de verborum ſignificat. l. pupillus, §. oppidum. unde licet ciuitas ſit, quæ habet epiſcopum, ut probatur in dicta l. nulli. quia uicus ſub ciuitate eſt, ut ibi dicitur, & ff. ad municip. l. qui ex uico.

ADDITIO. *Adde Bart. in l. 1. C. de metropo. lib. 11. Bart. in l. ſi. in 2. col. ff. de collegijs illicit. in l. hæres. in §. meus. ff. de leg. & fideicom. 1. Bar. in tractatu, qui ſint rebelles, in verbo, Lombardie. Bal. in l. reſcripta. C. de precib. Imperat. offeren. Innoc. in cap. cum ab eccleſiarum. de offic. ordinarij. Archidiaco. in cap. ſtatutum. in verbo, ciuitatibus, de reſcriptis, lib. 6. Ioan. Andr. & Doctores in cap. ſi ciuitas. de ſenten. excommunic. lib. 6. & an ciuitas poſſit eſſe ſine epiſcopo? vide tex. in cap. vrbes. in c. in illis. c. illud. 80. diſt. c. felix. & in cap. multis. 16. q. 1. Barb. in c. 1. in 1. not. de offic. ordin.*

Tamen ſi ſit locus muris circundatus, vt Caſtrum aliquod, habebitur loco ciuitatis, vel verius Vrbis, vt d. §. oppidũ. nam in l. ſi hæres. §. vicis. gloſſatur q. Villa, Vicus, Caſtellũ ſunt, quæ nulla ciuitatis dignitate honorantur. ¶ Hoc ergo attenditur, vtrũ ſit muris circundatum, & firmatum, hoc propriè appellatur oppidũ, quod appellatur ciuitas. ff. in proœ. §. illud. & no. in d. l. 1. ad municipales. Incola dr̃ aduena, d. l. pupillus. Item agricola, id eſt, agrorum cultor. ff. de fluminib. l. 1. in prin. ¶ Item territorium vno modo dr̃, vel Rus, vniuerſitas agrorum inter fines ciuitatis, & tñ extra mœnia ciuitatis, vt in l. pupillus. §. territorium. & ſic omne quod eſt extra vrbis mœnia, niſi ſint continentia ædificia, erunt ruralia, vt in l. ſi prædium. ¶ Item & Burgenſes dicti

pugnas a noſtra republica, præterquàm in quibuſdã [a] paucis admodum caſibus præexceptis præuidimus ſubmouere, ingerẽte ſe caſus præſentis materia, circa Frãcos, qui perſonarum ſuarũ, plurimumque rerum ſuarum omniũ, aut maioris partis earum fortunã in monomachiam, quæ duellũ vulgariter dicitur, reponebant, quid de eis celſitudo noſtra prouiderit, ſtatuẽdũ cõſtitutioni præſenti manifeſtiſſimè declarãtes. Prædictũ igitur probationis modũ per pugnã, videlicet, quo iure Francorũ viuẽtes hactenus vtebãtur, tã circa principales perſonas, eam ſibi inuicem offerendo, quam circa perſonas teſtiũ inuicem productorum: tam in ciuilibus, quàm in criminalibus cauſis de cætero volumus eſſe ſublatũ. Sed ſi Francus aliquis a Franco, vel etiã Longobardo ſuper aliqua quæſtione ciuili vel etiã criminali extiterit impetitus, per probationes teſtium, vel inſtrumentorum & ſimiliũ, per quos poſſet plenè probari veritas, conuincatur. Probationes verumtamen teſtium pro perſonarũ qualitatibus, videlicet, & cauſarum volumus eſſe ammodò pinguiores. Cõſtituentes in primis, * quòd nullus Angarius, vel Villicus, ſeu [b] quicunque Villanus, qui in villis & caſalibus habitat, & poſtremo nullus uilis cõditionis contra Comites, aut Barones, aut etiam ſimplices milites capitaliter accuſatos, vel de perſonę conditione, vtpote, de homagio, aut de omnibus bonis, ſeu maiori parte eorum, vel etiam de vno Caſtro conuentos, in teſtem poſſit induci, [c] aut inductus contra prædictos fidem aliquã in iudicijs [d] vel arbitrio, vel extra iudicia in contractibus, ſeu quaſi contractibus fidem aliquã faciat, ſed perinde habeatur, ac ſi non eſſet inductus. Sed contra prænominatas perſonas, milites tantummodo & burgenſes bonæ & honeſtæ opinionis inducantur in teſtes, contra quos nulla omnino pugna de cętero offerri valeat ab eiſdem. Numerum etiã teſtium in prædictis perſonis, & cauſis volumus eſſe maiorem, videlicet: Vt [e] contra Comitem criminaliter accuſatum, vel de ſtatu perſonæ, aut de omnibus bonis ſuis, vel de maiori parte bonorum, ſeu etiã de caſtro conuentum, duo Comites fidem faciant, vel quatuor Barones aut octo milites, & ſic per conſequentiã 16. Burgẽſes probationem plenam inducant. Et ſic gradatim contra Baronem duo Barones, aut loco duo-

a *Paucis admodum*. Qui notantur ſupra de uiolent. meretri. illat. conſtitutione tertia.

* ADDITIO. *Vide omnino Grammat. in deciſ. 34. nume. 6. Et an hoc priuilegium extendatur ad vxores Comitum, vide Tiraquel. poſt ll. connub. nume. 54. fol. 133. & Aſſitc. hic, an ſententia lata per depoſitiones iſtorum ruſticorum valeat, vide Aſſi. in capit. 1. §. ſi quis hominem. 2. no. num. 22. de pace tenen.*

Nunquid habeat locum in Comitibus & Baronibus innuiſcentibus, ſe latrocinijs, & depredationibus vel receptantibus prædictos. dic quòd non. ita Luc. in l. 3. col. 2. C. de veteran. lib. 12. vide Gram. in deciſ. 104. & in deciſ. 34. nu. 6. An habeat locum, quando modicam portionem habet, exercet tamen in Caſtro mercantiam, vide Luc. in l. ſuper. col. 1. C. de mancip. & colo. lib. 11. Vtrum autem hæc conſtitutio volens quòd contra Comitem vel Baronem criminaliter accuſatum, vel conuentum de omnibus bonis, vel maiori parte non poſſint induci teſtes niſi eiuſdẽ conditionis, vel inferioris, adhibito numero, vt hic, habeat locum non ſolum quando conuenitur petitorio, ſed etiam poſſeſſorio, Luc. in l. 1. col. 3. C. de reis poſtu. lib. 10. tenet quòd ſic, quem videas, quia latè diſcutit intellectum huius conſtitutionis. De Bottis.

b *Quicunque Villanus.* Bene exprimunt hic, qui dicantur ruſtici, † vel uillani: qui in uillis, &c. ſicut Ciues dicũtur qui habitãt in ciuitatib. ut patet in Auth. de arm. in. coll. 6. cir. me. ibi, aut ciuitatẽ habitantib. ciuibus, aut uillas incolẽtibus ruſticis, & ibi plene de hoc. ¶ Illi vero q habitãt in oppidis, nõ ſunt uillani, nec ciues, ut patet ff. de ope. no. nun. l. 1. §. ſi uero. ¶ Sunt tñ Burgenſes, & ſic admittũtur ad teſtimoniũ, ut j. patet. & adde quod no. extraord. ff. de reb. eo.

† ADDITIO. *Dicas q ex artificio cognoſcetur & conditione, quis ſit nobilis & villanus: nã ſi nobile artificiũ habet, dicitur nobilis, ſi mediocre, dicitur burgenſis: ſi vile, villanus, ff. de oper. libe. l. liberto operarum. & eo. tit. l. interdum. & quod not. ext. de cler. non reſid. in eccl. c. conquerente nobis. in glo. quæ incipit, hac ſufficientia. & in l. humilem. C. de inceſt. nup. & hoc facit pro eo, quod habetur ſupra de illic. port. arm.* De Bot.

c *Aut inductus.* Nam qui prohibetur induci, is inductus fidem nõ facit, ut argu. ff. de quæſtio. l. 1. §. ſi quis dicatur. & l. diuus. §. ex quibus. & C. de quæſtio. l. 1. §. item ſeruus.

d *Vel arbitrio.* Super prohibita diminutione feudorũ, & rerũ feudaliũ arbitriũ eſt nulliũ, ut j. de iuribus rerum regaliũ. l. conſtitutionem.

e *Contra Comitem.* No. quot & quales teſtes cõtra Comitẽ admittant. Itẽ nota q illa cõſtit. fauet nobilibus, ſic & in alio fauetur eis. ſ. de off. Iuſtit. l. ut uniuerſis.

a *Mat-*

ANDRÆAS DE ISERNIA.

ſunt in regno. Vocantur Burgenſes ciues vel homines, qui non in caſalibus, vel villis habitant, vt hac conſtitutione ſm leges. Burgus eſt collegium ſeu corpus, & vniuerſitas hominum. C. de fund. reipublicę. l. eos qui. ¶ Propriè dr uillicus cõſeruator ſeu percepter fructuum. ff. de inſtit. l. ſi cum villico. hic appellatur colonus. C. quod cum eo. l. fi. qui degit in villa. ¶ Sed inquilinus in ciuitate. ff. de acq. poſſ. l. res pignori. ſed ff. de leg. 3. patronus. §. Sempronio. ponitur villicus, id eſt, viæ cuſtos. ibi, ſub cura villici, &c. †

† ADDITIO. *Vide Capic. in deciſ. 118. in fi. & Moder. in cap. Regni, grauamina, nu. 14.* De Bottis.

¶ Angarius non erit teſtis propter vilitatem perſonæ ſuæ, tenetur enim ad perſonalia opera ſine ſumptu. Perangarius cum ſumptu. ff. de mune. & hono. l. fi. in prin. C. de epiſc. & cler. l. 2. in fi. ſic in omnibus, qui ſequuntur hic in litera, ut propter vilitatem perſonæ repellantur a teſtimonio cõtra nobiles. Nam æqualitas attendi debet in iudicio, & ſpecialiter, vt teſtes ſint æquales & litigatores, argumentum. C. de hære. quin. abſurdum eſſet, ut uilis perſona contra hominẽ honeſtum, & dignum teſtificetur: uilitas uitæ ſuæ operatur multum contra eos. de adulte. l. quæ adulterium. & in teſte conſideratur conditio eius, an ſit plebeius. ff. de teſtibus. l. 3. in prin. ¶ Sed inter ſe vilis cõtra vilem, in defectum, quãdo per alios probari non poſſet, bene erit teſtis, quia vt Iudæus Iudæo. d. l. quoniam. Vnde villicus ſatis uile facit officiũ, quia eſt in iure ad colligendos fructus, ad quod eſt ſequens litera.

Et poſtremo nullus leuis conditionis, &c. Ad primordium tituli poſterior formatur euentus. C. de impu. lu. deſ. l. 1. in fi. ff. de iur. & facti ignor. l. 1. §. ven. ¶ Et ideo antiqui aduocati Regni ſemper in articulis reprobatorijs, obiecerũt, quod eſt uillanus, angarius, vel ad perſonalia ſeruitia obligatus, deſignando miniſterij uilitatem, ut dicit litera, ſeu quicunque, &c. nam dictio, ſeu, auget. ff. de auro & arg. leg. l. ſi quis.

ADDITIO. *Adde quòd iſta dictio aliquando ſtat disiunctiue, vt in l. cum quidam. C. de verb. ſignif. aliquando ſtat correctiue, vt in c. 1. in §. porro. de ſta. reg. lib. 6. vbi Arch. Bar. & Bal. in l. cum quidam. de verbo. ſignif. Bal. in l. generali. C. de ſacroſ. ecc. Bal. in c. inter cæteras. de reſcrip.*

Quaſi dicat, Non tantum ſi vilis conditionis ſit, ſed ẽt ſi in caſalibus habitat, ſupple, uilia opera faciendo. ¶ Vilis dr, qui de uili perſona natus eſt. C. de inceſt. nup. l. humilem. ¶ Et non dr ſimpliciter quicunque in caſalibus habitet, ſed quicunque villanus, qui dr a uili genere miniſterij. ¶ Vel reſpexit frequentiam, quia frequenter hi villani qui ruſtica faciunt, habitant in uillis. ff. de legib. l. nam ad ea. de uſucap. l. iuſto. ¶ Item loquitur ſm vulgarem, & cõem modum loquendi, quo vocamus villanos ruſticos, & vilia opera facientes, pro quo communi uſu loquendi eſt ff. de acqui. rer. dom. l. inſulam. in fi. de verb. ſignif. l. anniculus. ¶ Ex communi vſu nomina exaudiuntur. ff. de ſupellecti. lega. l. Labeo. ſic conſuetudo loquẽdi. ff. de leg. 3. ſi ſeruus plurium. in fi. cum concord.

De vno Caſtro conuentos. Quid in agente Comite vel Barone vel milite: an habeat locum hæc conſtitutio, ut reus in exceptione, quia elidit intentionem agentis, numerum hunc teſtium exigatur habere? quod videtur, quia reus in exceptione actor eſt, ſicut in replicatione & triplicatione. ff. de excep. l. 2. ¶ Item is, qui conuenitur dicitur uendicare. C. de Carb. edic. l. 1. ſecundum unum intellectum. Et agere dicitur, qui defendit, & econtra. ff. de eden. l. 1. C. eod. l. qui accuſare. Item eadẽ ratio eſt in actore, ſicut in reo. ¶ Pone Baronem agentem de uno Caſtro probaſſe per ſolennem numerum duorum, vel trium teſtium, reus Baro, vel alius probat Caſtrum eſſe ſuum per 25. villanos, qui alias non ſunt teſtes prohibiti, nonne eſt eadẽ ratio, q non ſit probatum? ergo idem ius. ff. de fonte. l. 1. & eadem æquitas. C. de conſt. pec. l. fi. & ad l. Falc. l. vlt. eo maximè q in fauorem nobilium eſt hęc conſtitutio, qui debet prorogari non arctari. ff. de lib. & poſth. l. cũ quidam. ſatis vr hoc æquum, pro quo facit, quod conſtitutio, ut uniuerſis, obſeruatur in Magna Curia, tam in actore, quam in reo, ut ibi notaui gl. ęquũ. ¶ Sed ſapientes Regni dixerũt ſemper, & dicunt, quod conſtitu-

rum Baronum quatuor milites, & vice quatuor militũ, octo Burgenſes. Et idẽ in milite, prout inferioris gradus ſe habeat conditio, inducatur in teſtes. Pauciores aũt numero in perſonis prædictis, & cauſis nullam oĩno fidem inducãt. Et contra prędictos, aut plures nulla oĩno pugnę probatio vendicet ſibi locũ. In omnib. tñ prædictis crimen læſæ [a] maieſtatis excipimus, in quo oĩum [b] accuſatorum [c] & teſtiũ ſit conditio exæquata. Militaribus tñ priuilegijs in omnib. ſupradictis, & alijs cauſis & caſibus, in quibus prærogatiuæ militum aliquid indulgetur eos tantummodo milites vti volumus, qui honorem dignitatis militaris, & onus decenter obſeruãt in equis, & armis, videlicet, & alijs militaribus ſignis, quibus Barones, & milites condecet [d] decorari. Conſuetudinem autem, quę in quibuſdam Regni partibus obtinebat, per quam hi, qui Franci nõ ſunt, ſed iure communi cenſentur, teſtibus cõtra ſe productis in quocunque iudicio poſſint pugnam offerre funditus extirpamus.

Sed perſonarũ, & cauſarũ diſtinctione ſeruata, in eorũ cauſis iuxta nouæ conſtitutionis nr̃æ ſtatuta iuſtitia præuia, & ęquitate ſeruata ad diffinitiuam ſententiã procedatur.

a *Maieſtatis*. Si de ipſo accuſetur Comes, Baro, vel miles. Nam miles proditor pro hoſte habetur, non pro milite, ut ff. de re mili. l. proditores. quæ concor.

b *Accuſatorum*. Nam infames & ſimiles, qui ius accuſandi non habent, non admittuntur hic ad accuſandum.

Additio. *Adde Bar. & Bal. in l. cũctos populos. C. de ſum. Trin. & per Abb. in c. teſtimoniũ, de teſti. & an poſſit ſi eſt electus de concordia partium? vide per Bal. in c. Imperatorũ, in ulti. col. de iur. cal. & an talis infamis poſſit teſtificari cõtra teſtem infamẽ? vide per Ang. in l. in arenam. C. de inoſ. teſt. in prin. idẽ Ang. in l. quoniam. de hære. & talis infamis eſt & regularis etiam ſi ſit infamis infamia iuris, & facti, ut in ca. qui in aliquo. & ibi Arch. § 1. diſ. idem Archi. in §. notandum. 2. q. 3. c. tantis Daniel. 8 1. diſ. c. teſtimoniũ. de teſti. c. inter dilectos. de exceſſ. præla. c. omnipotens. de accuſat. & in l. 1 C. de infam.* Super.

Sic & qui ius habẽt accuſandi, ut ff. ad l. Iul. maie. famoſi. in princ. & hic. ¶ Ita accuſator & accuſatus pcedentib. indicijs torquent̃, nec excuſant̃ a tormẽtis alicuius priuilegio dignitatis, uel nobilitatis, ut C. ad l. Iul. maie. l. 3. & 4. de qõnib. l. Decuriones. in fi. ¶ Idẽ. ſ. q torqueãtur ẽt nobiles, & dignitatem hñtes ſtatuit̃ in malefico & mathematico exiſtente in comitatu Principis, ut C. de malef. & mathe. l. & ſi excepta. ¶ Item ẽt in crimine ſimoniæ, ut not. C. ad l. Iul. maieſt. nullus. ¶ Item ẽt qñ aliquis de conſciẽtia Principis, tormẽtis ſubijcit̃, ut colligit̃ ex eadẽ l. nullus. ¶ Idem ẽt in crimine falſi, & in crimine priuati carceris, ut not. in glo. ord. C. de decur. l. omnes iudices. & in prællega. l. & ſi excepta. Idem ẽt qñ nobilis pductus in teſtẽ eſſet uarius, uel aliter ſuſpectus, ut C. de teſti. l. nullũ. Item ẽt forſã dici poſſet, qñ miles eẽt de latrocinio ſuſpectus: nec. n. ignoſcendũ eſt militi, cui obuiari oportet, vt latroni, ut C. qñ liceat unicuiq; ſine iud. ſe uindicare. l. 1. in fi. & ad id, C. lib. 12. de deſer. l. q relictis. Accuſatorum & teſtiũ: qui tam accuſatores, q̃ teſtes oẽs indifferẽter ẽt infames admittunt̃, ut ff. ad l. Iul. maie. l. famoſi. & C. ad l. Iul. maie. l. nullus. & hæc uera sũt, q infames admittũtur in teſtes ĩ hoc crimine, ſcilicet cũ tormentis, vt ff. de qõnib. l. de minore. 1. reſp. & de teſtib. ob carmen. notat dominus Azo in ſum. de teſtib. §. poſſunt. in fi. 1. col.

c *Et teſtium*. Omnes enim etiã uiles perſonæ, & aliàs prohibitæ hic admittuntur ad teſtificandũ. Et cum res exegerit, hic omnes torquentur, ut ff. de quæſtio. l. de minore. §. 1. de teſtib. l. ob carmen. §. ſi ca.

d *Decorari*. Facit infrà de nouatio. milita. conſti. prima.

In qui-

ANDRÆAS DE ISERNIA.

conſtitutiones † iſtæ ſunt ſtricti iuris, & non producunt̃ ad ſimilia, & ad conſequentia. ff. de legi. l. q vero. Itẽ non diſcedit̃ a verbis, niſi conſtet de contraria intentione conſtituentis. ff. de exercit. l. 1. §. igitur. & de leg. 3. l. non aliter. Itẽ de conuento & accuſato loquit̃, & ſic de eo tm̃ intelligemus. ff. ſol. mat. l. ſi vero. §. de viro. de verb. obl. l. ſi minor. Itẽ non continet ius cõe hæc conſtitutio, imò priuilegiũ, quia Villanus, & quilibet pauper, non ppea reprobatur, niſi alias ſit ſuſpectus. Inſtit. de ſuſpec. tut. §. ſuſpecti. ¶ Et qđ dictum eſt ſupra, q æqualitas conſiderat̃ in pbando, ut quales ſunt litigatores, ſint teſtes. ¶ Hæc æqualitas non conſiderat̃ in iudicijs: ſed q non ſit infamis & aliàs prohibitus. imo continet odium hæc conſtitutio, quia anguſtat, & arctat pbationes. d. l. qñ. ff. de teſti. curent. C. de vſu. pub. i. ſi q̃ debẽt reſtringi. d. l. cũ quidã. Nam ſi legis huius lator uoluiſſet, q idẽ eſſet in agente, ſtatuiſſet. Et qa nõ ſtatuit, hẽatur p omiſſo. C. de cad. tol. l. 1. §. pe.

† Additio. *Vide Thom. Grammat. in deciſ. 28. col fi. & deci. 47. col. pe. & pro iſta opin. vide Dyn. in c. in argumentum. de reg. iur. Pro 2. oppoſit. facit verbum, impetitur. quod ad ordinariam refertur actionem, ut ſupra in conſtitut. Citationis litera, &c. Ideo Rex Robertus fecit ſubſcriptam declarationem, Robertus, &c. Ioannis de Laya militi regenti magna Curia Vicaria Sicilia hoſtiario & Cambellano, ac iudicib. eiuſdem Curia conſiliarijs familiaribus fidelibus ſuis, &c. Nobilis viri Ioannis Ruſſi de Calabria Comitis Catanzari Conſiliarij familiaris & fidelis noſtri oblata culmini noſtro petitio continebat, quod cum ipſe teneret & poſſideret per ſe, & alios ſuo nomine & Frãciſcę de Liſmard vxoris ipſius medietatem terra Pacẽti & Roccbę Vinguebert quartam partem Layne & ſextam partem Pizzorbarij de Iuſtitiariatu Aprutij citra flumen Piſcaria cum hominib. vaſallis iuribus & pertinentijs ſuis omnibus communiter & pro indiuiſo cum Simone de Sangro milite, nonnulli familiares eiuſdem Simonis armis muniti prohibitis eundem Comitem tunc in frontera Calabria in noſtris ſeruitijs commorante in poſſeſſione dictarum terrarum & iurium deſtituerunt authoritate propria violenter de quadam domo, quam Comes idem in d. Terra Pacenti tenebat modo prædicto uncias auri 12. in pecunia, & alias res mobiles valentes uncias auri 20. ſimiliter per violentiam abſtulerunt, ac ipſarum terrarum bonorum & iurium prædicta violentia poſſeſſio ad Simonem peruenit, eundemq; qui eam tenet & poſſidet, & eidem Comiti reſtituere contradicit in eius præiudicium manifeſtum in eadem petitione, ſubiuncto, quod difficile d. Comiti quin potius impoſſibile quodam modo fore dignoſcitur deſtitutionem ſeu ſpoliationem probare prædictam per Baronũ, militum, & Burgenſium numerum, quem regni conſtitutio ſtatuit, cum Comes, Baro aut miles de maiori parte bonorum vel de caſtro uno tantum conuenitur prouidere ſibi ſuper hoc difficultatis obſtaculo, ne ſub prætextu obumbrationis huiuſmodi veritas obumbrata ſubiaceat tam iuſtè quam æquitati propitia dignaremur. Nos igitur, &c. noſtri conſilij ſuper hoc habita examinatione ſollicita prouiſa penſantes, quòd de ipſo deſtitut. modo apud multos noſtro conſilio per quoddam vulgatum notorium & aliter etiam eſt conſcientia informata & ſpoliationis cauſa de iure ſpecialis priuilegij fauore fulcitur. quodque dictus ſolennis teſtium numerus per ipſam conſtit. exigitur, vbi de maiore parte bonorum vel vno caſtro contra Comitem, Baronem, uel militem quo agitatur, per quod cauſa deſtitutionis eiuſdem in appellatione bonorum claudi rationabiliter non videtur, eo quod bonorum appellatio, dum bona fide poſſeſſa continet mala fidei & violenter accepta de propria ſignificatione vocabuli non includit, & rei ac poſſeſſionis violenta præcipue diuerſa fore æſtimatio dignoſcitur fi. ſelitati noſtra præſentium tenore mandamus, quatenus vocato d. Simone, & alijs ſi qui fuerint euocandi ſummariè, & de plano, ſine ſtrepitu & figura iudicij, oblatione libelli, et conteſtatione litis nobis de ſpoliatione prædicta conſtiterit per teſtes & probationes legitimas ab obſeruatione communis iuris inductas prædicta conſtitutionis in caſu præſcripto ſpecialitate remota poſſeſſionem dictarum terrarum, bonorum, & iurium d. Comiti cum fructibus, & omni cauſa reſtitui celeriter faciatis, ne veritatis aſſiſtentia ſub modio lateat & illicita deſtitutionis iniuria ſub anfractu probationis difficilis, non procedat illo vel illis ex vobis iudicibus duobus ſaltem qui præſentes extiterint executioni præſentium vacantes aliorum abſentia non obſtante. Datum Neap. per Barth. de Capua, anno Domini 1317. die vero 24. Ianuarij 15. indict. regnorum noſtrorum anno 8. exemplatum a regiſtro originali, car. 43. cap. 87.* De Bottis.

Eſt exæquata conditio. Dicit hic quædam gl. quòd ſi Princeps ex ſua conſcientia mandat priuilegiatos torqueri, tollit tũc priuilegium huius conſtitutionis. & iuris poſitiui tola ſua ſcientia tollit poſitiuam legem, ſicut ſi diceret, non obſt. l. ff. de excuſat. tuto l. idem Vlpianus. §. fi. Si enim legem redactã in corpore iuris tolleret, generaliter tolleret, & ſpeciale priuilegium tunc vni conceſſum. ff. de pact. iuriſgentium. §. adeo. hoc bene dicitur, quia hæc poſitiua tollit, quando vult. Ex hoc dicunt quidam & male, quod Princeps † poteſt mandare hominem liberum torqueri nõ pręcedentibus indicijs, naturali ratione iura naturalia non tolluntur, de hoc dicitur. C. ſi contra ius vel vt. publi. in glo. Peccaret ergo ſic mandando, & ſic non poteſt dicere. ¶ Poteſtate enim abſoluta non debet vti, niſi cum cauſa, diximus in titu. quæ ſunt reg. tũc cor Regis nõ eſt in manu Dei, quia factus eſt Rex, vt faciat iuſtitiam rectam. 25. q. 1. reſeruatis. Rex antequam puniat debet inquirere exemplo Dei, qui dixit, deſcendam, &c. extra de accuſ. qualiter ad pœnam peruenitur per tormenta, quæ eliciunt confeſſionem voluntariam, & ab inuito extorquetur.

† Additio. *Princeps non poteſt quem mandare torqueri abſque indicijs. vide Capic. in deciſ. 132. nu. 3. vbi an excuſetur iudex tormentans quem ſine indicijs de mandato Regis. vide etiam Meder. in c. regni.*

In quibus caſibus pugna locum habeat. † *Rubrica.*

a MOnomachiam. Licet generaliter duellum ſit prohibitum: & eſt ratio, ut in princip. huius conſtitutionis, tamen in duobus caſibus permittitur. In morte clandeſtina ſiue per venenum, ſiue alio modo, & in crimine læſæ maieſtatis, ita tamé, vt non ſit a bello inchoandum: Sed ubi accuſatur qui occidit. Primo videat accuſator ſi poteſt probare per teſtes. Vel iudex videat, ſi poteſt inuenire ueritatem per inquiſitionem ſuo

In quibus caſibus pugna locum habeat?

TITVL. XXXIII.

Licet regulariter prohibitum ſit duellum, & eſt ratio, vt in princ. huius conſti. in duob. caſib. permittitur, in morte clandeſtina ſiue per venenum, ſiue alio modo, & in crimine læſæ maieſtatis, ita tamen quòd non ſit ab illo inchoandum, ſed vbi accuſatur qui occidit, primo videat accuſator, ſi poteſt probare per teſtes, vel iudex videat ſi poteſt inuenire veritatem per inquiſitionem ſuo officio, nam quandiu locus eſt ordinario auxilio, &c. ſi legitima probatione deficiāt, præcedentib. indicijs peruenitur ad bellū, ſed ſi accuſator primo elegit per teſtes, ſi deficiat, abſoluitur reus nec bellū admittitur. h. d. Lallus de Thuſ.

† IMPER. FREDER.

MOnomachiam, a quæ vulgariter duellum dicitur, pau-

ANDRÆAS DE ISERNIA.

ſubditorū. nu. 128. cum ſeq. & Gram. omnino in noto 32. vide etiam Parid. de Puteo in tract. ſyndic. inc. de repetit. tortura. col. fin. De Bottis.

¶ Quod dī in pœna prohibita dici dēt in eo, per qđ peruenitur ad id. ff. de ſponſa. oro. nam ſi confiteaī vbi nō dēt torqueri, confeſſio nō ꝑiudicat. ff. de qō. diuus. §. ex quib. Et dēt hoc conſtare, ꝙ iniuſte mandet, de quo dictū eſt plene ī. de iniur. Curialib. illatis. l. vt participato.

Militaribus tamen priuilegijs. Quis ſit Comes dicitur in tit. quis dicatur Dux, Comes, vel Marchio, quia poteſt eſſe nomen dignitatis, ſine Comitatu, de quo non loquitur hic, ſed de Comitibus terram & Comitatum habentibus, qui non diuiduntur regulariter, in l. imperialem. §. præterea, & in tit. de feu. Marchiæ Du. & Co. ¶ Quis ſit Baro, diximus plene in titu. de ca. qui cur. ven. ¶ Quis ſit miles, dicitur in glo. ff. ex quib. cau. maio. l. fin. ¶ Quis ſit militaris vir, diximus ſupra a quibus Co. & Ba. iudi. l. uniuerſis. ¶ Et no. quia dicit eos tātummodo milites, &c. Vnde nō dabitur hoc priuilegium filio militis, qui non eſt miles, quantumcunque militariter viueret, quia de milite tantum dicitur per totam hanc conſtitutionem, ſecus ſi priuilegium daretur nobili, tunc ex ordine ſanguinis porrigitur ad filium, & ſic non ob. C. lib. 12. de priuilegijs eorum, qui in ſacro palatio. l. 1. & dictum eſt in prędicto tit. de capitaneo qui Curiam vendidit ¶ Filio Comitis & Baronis dabitur, quia mortuo patre eſt Comes & Baro, niſi nolit, & viuo patre dicitur Comes filius Comitis, & Baro filius Baronis. Sicut de Hermigillo filio Regis, dicit Grego. quòd eſt Rex patre viuente. 25. q. 1. ca. cœpit. ¶ Comitatus, Baronia, ſicut & feudum ſine facto extrinſeco venit ad filios, parētibus mortuis: niſi nollent, ſicut hæreditas. ff. de acquiren. poſſeſſ. cum hæredes. ¶ Hęreditas tamen eſt nomen uniuerſi iuris, Comitatus, Baronia, Feudum eſt nomen uniuerſitatis facti, ſicut grex. ff. de rei vendicat. l. vendicatio. ¶ Sed militia patris cum morte ſua finitur. & ſi ſit miles filius nō habet militiam patris, ſed ſuam, quam ipſe ſibi quæſiuit adhibendo neceſſaria ad militiam, quæ dicuntur in glo. ff. ex quib. cau. maio. l. fi. alias pe. ¶ Quid ſi ex officio procedatur de crimine contra militem & huiuſmodi perſonas in caſibus, qui no. ff. de adulte. l. 1. §. ſi publico. vel de mandato Principis ſpecialiter inquiritur de maleficio. ¶ Vel ſi teneret Caſtrū occupatum. ¶ Vel per generalem inquiſitionem Iuſtitiarius inuenit militem deliquiſſe per tres teſtes: Nunquid ſufficit, an exigatur hic numerus teſtium; dicunt multi periti quod ſufficit: quia conſtitutio hæc de accuſato & conuento loquitur, & eſt odioſa: nō enim fit fraus legi, nec circumuenitur lex alia via quando datur intellectus legi conſonans iuri communi. Nam lex eſt naturæ naturantis Dei, ſcilicet, ꝙ in ore duorum vel trium teſtium ſtat omne verbum: facilis ergo dari debet intellectus, ut res redeat ad naturam ſuam. ff. de pactis. l. ſed ſi vnus. §. in ſpecie. Iſti ſunt proni ad puniendum delicta, quod iura volunt, & proſequuntur nobiles. Alij proſequuntur, & fauēt in eis, dicūt in præmiſſis caſibus idem eſſe, quod hæc cōſtitutio dicit: quia in principio generaliter dicit tam in ciuilibus, quam in criminalibus cauſis, & ſic debet intelligi tota conſtitutio, & poſtea ſequitur, quod nec in iudicijs vel arbitrarijs, uel extra iudicia, vel arbitria iudicib. vel arbitris fidem faciat, &c. ¶ Generaliter enim dictum, generaliter intelligitur. ff. de aleato. l. 1. Cum ergo dixit accuſatum vel conuentum, reſpexit frequentiam, nam raro tempore factarum conſtitutionū procedebatur per inquiſitionem, ut patet ſupra de offic. Iuſtit. l. hi qui. §. de ſpecialibus. Item quia in prædictis officium habetur pro accuſatore. ff. de ali. & cib. lega. l. ſeruos. ¶ Idem eſt quod ita foriudicatur quis ſi fuerit bānitus per officium ex inquiſitione, ſiue per accuſatorem, per conſtit. incliti Regis Caroli II. Et ideo quando fit inquiſitio, & ſciēs non deponit, nec accuſat, poſtea non auditur, ſupra de off. Iuſtit. l. inquiſitiones generales. ſic eſſet ſi alius accuſaret. ff. de accu. l. ſi cui. §. ſi ijſdem. Repete quæ dicta ſunt circa hoc in cōſtitutione, ut uniuerſis.

P*Roſequentes.* §. probationes. Et ſic contra clericos laici teſtes eſſe non poſſunt in criminali, extra, de teſtib. c. ueniens, lo 1. & 2. q. 7. laicos. &c. ſi per totum. & no. Spec. in tit. de teſtib. §. 1.

Sed an illud quod hic dicitur in Comite, habeat locum in Rege, & alio maiore vltra Comitem? dic quod aut loquitur de maiore ultra Comitem, qui non induxit priuilegium, & inducere non poteſt, nec tollere iam inductum, vt eſt in regno iſto Princeps vel alius filius Regis: aut de eo qui poteſt. Primo caſu non habet locum conſtit. quia eos nō expreſſit, & ideo excluſiſſe uidetur. cum ſit ſtricti iuris, in quo nil omiſſum uenit. l. conſtitutionibus. ff. ad municip. Secundo caſu ſic, & eſt ratio, quia Rex ſiue Imperator priuilegium quod concedit ſubditis, videtur ſibi reſeruare, ut in auth. pignoration. hāt. §. illud In tex. & glo. circa medium. Nota infames admitti ad teſtificandum in crimine læſæ maieſtatis cum tormentis. Sed quid ſi aliqui non poſſunt eſſe teſtes: quia non idonei, uel quia infames, tamen multi, an admittātur, & habeatur eis fides? dic quòd ſic, vt quod deficit fidei, ſuppleat numerus, per glo. no. in l. teſtium. §. eiuſdem ff. de teſtibus. Sed an iudex poſſit recipere teſtem inhabilem ad ſui informationem? dic quod ſic, ut eſt glo. in l. etiam. ff. de proba. & uide Innoc. in cap. cui. extra de ſponſali. Petrus de Monteforte.

Nota quod quatuor ſunt conditiones perſonarum, quæ non poſſunt ferre teſtimonium contra Comites, Barones, & ſimplices milites In primis conditio hominis angarij, ſecundo hominis villici, tertio hominis uillani, quarto hominis uilis conditionis: & ſi protulerūt eorum teſtimonium non valet: immo habetur, ac ſi producti non eſſent, tam in cauſa criminali, quàm ciuili: dum tamen ſit ciuilis de omnibus bonis, uel maiori parte bonorum, uel de uno caſtro. Si tamen cauſa ciuilis eſſet de minima parte, non maiori, credo quod teſtes prædicti poſſent produci contra eos, argumen. a contrario ſenſu. Barthol. de Capua.

Quæſtio fuit Neap. diſputata, utrum conſtitutio iſta, quæ certum numerum requirit teſtium contra Comitem, & Baronem ſi accuſetur, habet locum in inquiſitione, ſi contra eum inquiratur? dic quod ſic: quia idem effectus ſequitur ex accuſatione, qui ſequitur ex ipſa inquiſitione, ſcilicet ſententia abſolutoria, vel condemnatoria. Vnde conſiderato effectu, idē eſt ſi inquiraī contra eū, ſicut ſi accuſeī: quia hæc conſti. eſt inducta in fauorē nobiliū, ſicut eſt de nobili, cōtra l. 1. & ibi ēt no. & priuilegiū qđ fauorem continet ampliatur: ſicut patet in priuilegio dotis, qđ hēt locum tam in maritata uxore, ꝙ in ſpōſa, vt patet. ff. de priuileg. cred. l. 2. in fi. & ibi no ¶ Non ob. ꝙ conſtitutio iſta continet edictū, quia contra ius cōe introducta. cum in ore duorū, vel trium ſtet oē verbū. l. ubi numerus. de teſtib. quia hic magis conſideraī rō illa ſ. fauor nobilium, ſi bene cōſidereī. & facit, & eſt quaſi caſus in l. ea quidem. C. de accuſ. ¶ Secūda fuit qō, an illud qđ in hac conſtit. dī de caſtro hēt locum nedū qñ agitur de proprietate caſtri, ſed ēt de poſſeſſione tm̄, & multa poſſent pro & contra allegari. Sed certe idem, nam appellatione fundi, ēt poſſeſſio cōtineī. nam ſi dico, vendico fundum. i. fundum rōne poſſeſſionis. ff. de rei vendi. l. quædā. Et concordat ext. de ſeque. c. 1. vel quia difficilis eſt probatio ꝓprietatis, & de facili poſſet dñij amiſſio ſequi, & iō conſtō iſta large interpretaī hic. Qñ vero conſtitutio, ꝙ eſt ſtricti iuris, recipiat extenſionē, uel declarationem, dic ut no. in l. ſi furioſi, C. de nup. Barth. de Cap.

¶ Et vide etiam hic c. nouum Caroli II. Principis Salerni, quod incipit, item ſtatuimus. & aduerte, quod citius condemnatur Epiſcopus, quàm Comes, vt hic vides, quia Epiſcopus per duos teſtes. 2. q. 5. c. 1. & 2. ſed Comes non, ut hic vides. Barth. de Capua.

¶ In tex. milites No. ꝙ milites habēt priuilegiū, ut hic. ſic in Auth. de mand Princ. § ſi quidem. in gl. hic no. Item no. dignitatem habere omnis in ſe, & honorem. ſic. ff. qđ me. cau. l. 2. & de col. bo. l. 2. §. ſed an. & de conſti. Princ. l. 1. §. 1. ¶ Quæro iuxta iſtam conſtitutionem, an ſi probeī per unum Comitem, uel ꝑ duos Barones, & ſic de alijs, ita ꝙ in alio caſu faceret ſemiplenam probationē, faciet, ut per hoc poſſit deferri iuramentum? videtur ꝙ non, per hanc conſtitutionis literam, ad idem. ff. de fideiuſ. l. Græce. §. illud. ſecundum opinionem Ioannis. Sed vī contra. C. de teſti. l. iuriſiurandi, in fi. & hæc faciunt ad illam opinionem Ioannis, & contrariorum in d. §. illud. Barth. de Capua.

In quibus caſibus pugna locum habeat. † *Rubrica.*

M*Onomachiam.* Hæc lex non ſeruatur, † & merito propter rationes quas petiit in princ. omni pene iure duellum eſt prohibitum. 2. q. 5. monomachiam. extra de cle. pugnan. in duello. c. 1. & 2.

ADDITIO. *Adde l. 1. C. de gladiato. lib. 11. Cyn. & Bal. in l. argentes. C. de act. & oblig. Bal. in l. ex hoc iure. ff. de iuſt. & iure. Bal. in l ſi. C. de proba. Bal. in l ſi penes C. nepoſi. Doct. in c. olim. de reſti. ſpol. Et in extrauagan. Ioan. 22. incip. quia in futurorum.* Superantius.

† ADDITIO. *Vide Luc. in l. 1. C. de gladiat. & Petrum in conſil. 20.*

cis quibuſdam caſibus exceptis, inter Barones Regni noſtræ ditioni ſubiectos, in perpetuum volumus locum non habere: quæ non tam vera probatio, quàm quædam diuinatio, dici poteſt, quæ naturæ non conſonat, a iure communi deuiat, æquitatis rationibus non conſentit. Vix enim aut nunquam duo pugiles inueniri poterant ſic æquales vt vel in totum non ſit alter altero fortior. Vel in aliqua parte ſui vigore maiori, & potiori virtute, vel ſaltem ingenijs alter alterum non excedat. Ab huius autem ſanctionis humanitate præcludimus homicidas, qui beneficio, vel quolibet genere [a] furtiuæ mortis aliquem alium extinxiſſe dicuntur, in quibus etiam a pugnæ probatione non permittimus inchoari. Sed per probationes ordinarias, ſi ſuperſint aliquæ, procedi primo debere iubemus, & denique officio Curiæ [b] ſubtili prius [c] inquiſitione præmiſſa, ſi per probationes aliquas, vel [d] per inquiſitionem [e] plene non poterit facinus comprobari, tunc demum ad pugnæ iudicium indicijs præcedentibus deſcendatur, quæ omnia per officium iudicis prouidè cognoſcentis uolumus explicari, vt inquiſitionis probata cautè & diligenter diſcutiat. Et ſi probatum non inuenerit (vt eſt dictum) offerendi pugnam licentiam tribuat accuſanti [f] nullo ex eo, quod ipſe ex officio ſuo fecit, accuſatoris iuri præiudicio generato. Si tamen accuſator in crimine prius offerat ſe probare per teſtes, & ſi in eorum probatione deficiat, tunc inquiſitionis, & pugnæ probatione minime locum habente, reus qui nocens non conuincitur, & præſumitur innocens, abſoluatur. Quod ius inter omnes tam Francos quàm Longobardos, & in cauſis omnibus uolumus eſſe commune. Satis enim militibus, & nobilibus Regni noſtri probationum impugnationes [g] prouidimus, & alijs etiam, qui poterunt pugnam offerre, prout nouella conſtitutione noſtra euidentius eſt ſtatutum. Crimen etiam læſæ maieſtatis excipimus, in quo infraſcriptis capitulis pugnæ iudicium [h] reſeruamus. nec mirum ſi læſæ [i] maieſtatis reos, homicidas furtiuos, atque ueneficos pugnæ ſubijcimus, non tam iudicio, quàm terrori, non quòd in ipſis noſtra ſerenitas iuſtum æſtimet, quod iniuſtum in alijs reputauit, ſed quòd in eorum pœnam, & aliorum exemplum, publicè in conſpectibus hominum ſub tremenda probationis ſpecie tales conſtitui uolumus homicidas, qui occultas atque furtiuas inſidias vitæ hominum (quos ſola poteſt creare diuina potentia) parare minimè timuerunt. Eos enim † extra omnes [k] modeſtiæ terminos ſtabilimus, qui aduerſus [l] ſecuritatem noſtram, per quam omnibus alijs præſtatur ſecuritas, moliri aliquid non verentur.

† Aliàs, hominis.

ſuo officio. Nam quamdiu locus eſt ordinario auxilio, &c. vt ff. de mino. in cauſæ. Si legitimæ probationes deficiant præcedentibus indicijs peruenitur ad bellum. Sed ſi accuſator primo elegit per teſtes, ſi deficit, abſoluitur reus, & bellum non admittitur. Nam non debet redire ad id quod ipſo facto renunciandum putauit. argumen. C. de iureiuran. l. antepenul. argum. contra ff. de teſtamen. mili. l. 3. Vltimo redditur ratio quare in his caſibus locus eſt duello. Nam fit ei in pœnam peccantium & aliorum exemplum, ut C. ad legem Iuliam repetundarum. l. prima. Et quamuis ſit iniuſtum etiam his caſibus bellum admittere; tamen & aliàs committitur iniuſtũ, ut euitetur iniuſtius, ut ff. ad legem Aquiliam, item Mela. in fi.

a *Furtiuæ mortis.* Quęritur quæ ſit mors furtiua? Reſpon. ut no. in Lombar. de hom. libe. homi. l. vltima. ſecundum Ber.

b *Subtili prius.* Non intelligas priuſquã perueniatur ad teſtiũ probationes, quia ſi illæ offerantur, nec inquiſitio, nec pugna locum habet, vt hic no. ſed intellige priuſquam perueniatur ad probationem indiciorum & pugnæ. Quamdiu enim incertum eſt utrum facinus plenè per inquiſitionem probetur, nec de indicijs quęritur, nec ad pugnam peruenitur. ¶ Et hoc indicat articulus iſte, Tunc, qui ſignificat extremitatem perfecti temporis, & perfectæ rei, ut ff. de conditionib. & demonſtratio. l. 3. § fina. ff. de vulga. & pupilla. ſubſtitu. l. ſubſtitutionem, circa finem. aliàs etiam ex inquiſitione facta ad plenam probationem, ſi plene non probetur per eam, indicia tamen aſſumuntur, ut ſupra de homi. & dam. & ſi damna. ibi enim nemo accuſabat, ſed ex ſola inquiſitione procedebatur.

c *Inquiſitione.* Quæ fieri non debet, niſi conſtet aliquem eſſe occiſum, ut ff. ad Syllania. l. 1. § ſi quis non metu.

d *Per inquiſitionem.* Hoc intelligas in diuerſis caſibus. Si .n. obtulerit ſe quis probaturũ per teſtes, ſiue probet, ſiue in probatione deficiat, inquiſitio locum non habet, nec pugna, ut inf. ea. l. ponit. ibi, ſi tamen accuſator prius ſe offerat in crimine ſe probaturũ per teſtes, &c.

e *Plenè.* Ex hoc patet, quod indicia non debent ex inquiſitione aſſumi, cum fiant ad plenam probationem facinoris, ut hic dicit, quia indicia non habent locum, niſi conſtiterit non eſſe plenè probatum facinus per inquiſitionem, ut ſtatim ſubijcitur.

f *Nullo ex eo.* Ergo nec reo præiudicatur in aliquo, ſi crimen non probetur per inquiſitionem, ut ff. de regul. iur. non debet alteri. Probanda ſunt ergo indicia poſt inquiſitionem.

g *Prouidimus.* Supra in proxima conſtitutio. noſtra, ubi &c. & ſupra eodem, l. proſequentes.

h *Reſeruamus.* Credo, præcedentibus indicijs. Sicut in morte abſconſa ſupra dictum eſt, quaſi quod dictum eſt in principio, uideatur in ſequentibus repetitum. Et quia initium conſtitutionis &c. ut ff. de iu. & fac. ignoran. l. regula, in fi.

i *Maieſtatis reos.* Nota quod hic iungitur crimen læſæ maieſtatis, & homicidij furtiui. ſic & infra eodem ibi, reos etiam extra omnes, &c. Et ex hoc poteſt dici, quòd ſicut in homicidio furtiuo, ita & in crimine læſæ maieſtatis præcedentibus indicijs peruenitur ad pugnam.

k *Modeſtiæ.* Per literam iſtam dicimus, quod in crimine læſæ maieſtatis procedi poſſit per inquiſitionem.

l *Securitatem noſtram.* Patet hic ex eo quod legitur. ff. ad legem Iuliam maieſtatis. l. penul. quod loquitur in crimine perduellionis, in quo locum habet pugna, ſicut hic dicit: non autem in alio crimine læſæ maieſtatis. quod dic, ut ibi, & in ſumma ad legem Iuliam maieſtat. circa princ. G.

d Per

De cauſa

ANDRÆAS DE ISERNIA.

fil. 20. quid ſit de iure Romano, vide quod no. in l. qua actione. § ſi quis in colluctatione, ad legem Aquiliam, & Inſtit. de hæredit. ab inteſt. § per contrarium, in glo. ideo dicitur, &c. & in l. cum filius. § fina. ff. de legat. 2. de vſu verò feudorum, in quatuor caſibus, ut no. de pace tenen. cap. ſi quis hominem. De Bottis.

Verum quia ex legibus abrogatis argumenta ſumuntur, propter rationes quas continent. ff. ad Trebellian. l. ſecunda. Sumitur hoc notabile ad tormenta & ſacramentales, ut demum indicijs præcedentibus habeat locum. De quo plenè diximus in titu. de con. inter dominum & vaſallum de inueſtitu. feu. capitu. primo. Quando locum habebat hæc conſtitutio accuſabat de morte abſconſa, vel læſæ maieſtatis, proteſtando & reſeruando pugnam, indicijs præcedentibus, ubi non poſſet probare per communes probationes, nec per inquiſitionem plene conſtaret, quod gloſ. plene proſequitur.

Mono-

M*Onomachiam.* In prin. De iure Romano non eſt prohibitum duellum. ff. ad leg. Aquil. l. qua actione. in § attamen. Sed quid ſi pugnam prius obtulit, & ea nondum facta, illam reuocauit, & uelit ad probationem ordinariam redire, an poſſit? dic quod ſic, argum. C. de iureiuran. l. antepenul. Petrus de Monteforte.

In uerſic. in alijs reputauit. Sed certe litera iſta uidetur innuere oppoſitum: nam ſupra dicit litera, crimen læſæ maieſtatis, &c. & ſic videtur quod in quolibet crimine, & crimine læſæ maieſtatis habeat locum hæc conſtitu. uer. ibi, eos, implicat alium caſum in crimine perduellionis. vnde non videtur procedere hæc glo. Reſpondeo dicendum, quod licet litera in primo loquatur generaliter in crimine læſæ Maieſtatis, tamen in uer. ibi, eos, ponitur idem generaliter, aliàs idem quaſi hoc caſu uendicet ſibi locum duellum, quæ non reſtringit præcedens dictum generaliter, argum. ff. de leg. 2. l. cum pater. § dulciſſimis. cum ſim. Barthol. de Capua.

De cauſa

De exceptionibus malitioſè oppoſitis.

TITVLVS XXV.

Si reus opponit exceptionem peremptoriã, vel actor replicationem, vel triplicationem: & iudici videbitur ex qualitate perſonæ vel cauſæ, quòd malitioſè, vel friuolè opponitur, vel replicatur, vel triplicatur: & petitur terminus ad probandum, iudex non debet cõcedere dictum terminum, niſi primò ille, qui hoc petit, iuret, quòd non opponit, vel non replicat, vel non triplicat malitioſè, ſed eã pro firmo credit verè poſſe probare: & ſi iurauit, iudex dabit terminum ad probandum: & ſi poſteà non probauit in termino, iudex in prima taxatione expenſarum condemnabit ipſum ad expenſas hoc dicit. Matthæus.

† IMPER. FREDER.

SI [a] exceptio peremptoria, replicatio, vel triplicatio etiam opponatur, quæ ex qualitate perſonæ opponentis, vel cauſæ, iudici [b] malitioſa, vel friuola videatur, nõ prius obijcientem ad eam probandam

† *Aliàs. Idem.*

De exceptionibus malitioſè oppoſitis. *Rubrica.*

a *SI exceptio.* Si iudici videtur, quòd exceptio peremptoria, vel replicatio, quæ obijcitur, ſit friuola, exiget ab opponente ſacramentum calumniæ: & ſic de iure communi ſufficit ſemel iuratum. C. de iura. calum. in auth. ibi no. quòd ius in hac parte corrigitur. Vel dic, vt ibi no. & l. 1. & 2. in princ. eo. tit. & ſi nõ probauerit, qui eam propoſuit, damnatur in expenſis partis aduerſę. concor. C. de iudic. ſancimus.

b *Malitioſa.* Hæc cõſtitutio eſt cõtra ius cõmune, quo ſufficit ſemel iurare in cauſa, vt C. de iuram. calum. hoc ſacramẽtum. Niſi dicas oppoſitã hanc exceptionem, vel replicationem ante litem uel oppoſitam, & poſt litem conteſtatam. Et huiuſmodi ſacramentum eſt aliud, ſcilicet, de malitia, quod præſtatur etiam perſonaliter poſt litem conteſt. licet iam iuratum ſit de calumnia pro tota cauſa, ut ar. in Auth. de teſti. §. quia vero. collat. 8. quæ ſunt poſteriores, quam illa, de his qui ingre. ad app. & C. de fi. inſtru. l. fi. & extrà de teſt. ca. præſentium. Præſtatur enim modo ſi iudici uidebitur huiuſmodi ſacramẽtum de malitia ſpecialiter ſuper huiuſmodi excep. ad maiorem cautelam, ut extrà de reſt. ſpol. literas. circa fi. quia cùm propoſitum hominis de facili mutetur: & poteſt eſſe, ꝙ modo calumniaretur, licet tunc qñ præſtitit ſacramentum calumniæ pro tota cauſa, non fuiſſet calumniatus, ut ff. de dam. infec. l. qui bona. §. ſi quis plus: namque timetur huiuſmodi ſacramentum ſpecialiter pręſtitum ſuper ſpeciali capitulo, quàm qđ generaliter eſt actũ pro tota cauſa, vt arg. extra de hær. c. ſi aduerſis. & 23. diſtin. quanquàm. arg. ff. nau. cau. ſtab. l. 1. in prin. ſicut & plus valet ſpecialis ſubſcriptio, ꝙ generalis, ut ff. ad leg. Cor. de fal. diuus. 1. reſ. Et ſpecialis cautio, ut ff. ſi quis cau. ſed ſi quis. §. quæſitũ. & ad idẽ. ff. de iniur. Itẽ apud Labeonem. §. hoc edictum. Et no. differentias inter ſacrm calumniæ. & de malitia, ut no. in ſum. Goſ. extra de iura. calum. c. differentur autẽ.

● ADDI-

ANDRÆAS DE ISERNIA.

procuratorem, ut poſt biduum det articulos, ponendo infra biduum quomodo iuſtam habet cauſam ignorantiæ. ¶ Sed nunquid iſti fraudi poſſit obuiari? dicunt quidam ꝙ ſic in uno caſu, quando .ſ. eſt principalis præſens, cum procurator ſuus dabat articulos infra biduum, poteſt eſſe tunc conſultare procurator, & ceſſat ratio quæ hic ponitur de reſeruando conſcientiæ principalis, & ſic ceſſabit edictum. ff. de repu. quod ait. §. 1. de ſer. l. 1. §. hoc interdictum. ¶ Contrarium pronunciatum fuit, quia conſtitutio generaliter loquitur, ergo generaliter intelligitur. ff. de alea. l. 1. Non enim eſt fraus vti adminiculis legis, quæ ſeruari publice intereſt. C. de ſen. præfec. præt. l. 1.

Poterit reſeruare. Proteſtando, quod ſi qua de nouo, &c. prout hodie eſt in vſu, quia ſi non proteſtatur, quod ignoret, videtur dicere ſe ſcire. & ideo præiudicaret ſibi, ſine proteſtatione. Nam ſcire † vt & tanquam ſciens non audietur, quaſi ſit uériſimile principalem plene informaſſe procuratorem ſuum. ¶ Proteſtatio ergo reſeruat ius in futurum. ff. de religio. & ſumpt. fune. l. at ſi quis. §. ſed interdum. de acquir. hæredi. pro hære. Vnde quod dicit, poterit reſeruare, id eſt, debebit, ſic. ff. de dam. infec. l. qui bona. §. denique.

† ADDITIO. *Intelligo, dummodo principalis fuerit in loco iudicij: ſecus ſi conſtituit procuratorem abſentem, Luc. in d. l. ſi tempora, nu. 3. verſ. item quia præſumptio.* De Bottis.

L*ite legitimè.* In principio. Quid ſi articuli non ſunt oblati incontinenti, an valeat proceſſus? dic quod ſic, vt no. Archi. extra de teſtibus. c. pretium, lib. 6. & dic, vt ibi. In tex. ibi, minoris aut mulieris. De iſto tex. fuit ſemel altercatum inter ſocios, an ſcilicet, ipſo iure, vel per reſtitutionem ſuccurratur ipſi mulieri? & dic quòd beneficio reſtitutionis, vt voluit gl. in conſtit. obſcuritatem. in gl. 3.

In gl. mag. circa fi. ibi, uiros idoneos. Concordat Innoc. in c. poſt ceſſionem. & Specul. in tit. de lit. conteſt. §. illud. ver. debet.

In gl. in ver. prædictum. Sed nunquid poſitiones poſt ipſum terminum fieri poſſint? vide Specu. in titu. de dilatio. §. videndum reſtat. verſi. item quid ſi dat. & in tit. de poſiti. §. 3. & dicas quòd nõ per partem, ſed per iudicem, ſuo officio, non ad partis inſtantiam, per c. cum Ioannes, extra, de fide inſtrumen. & 30. q. vlt. c. iudicantem. licet quidam contra, vt in d. ver. no. per l. iudices. C. de iudi. & ff. de accuſa. l. ſi eadem. Petrus de Monteforte.

Lite legitime conteſtata. in ver. ad plus. No. quòd articuli dantur infra biduum, & ſi non dantur, poſſunt teſtes teſtari ſuper libello, ſeu tenore ipſius, vt no. Archid. de teſt. c. pretium. §. teſtes. in glo. quæ incipit, articulos. & ſic ſeruat magna Curia. Nico. Ruffus.

In ver. niſi pri. Hæc conſtitutio expreſſe innuit, quòd in criminalibus beneficium reſtitutionis in integrum concedatur, quod eſt notabile. Barthol. de Capua.

In glo. ſtricte. ibi, poſt terminum contrarium. Notatur in conſtit. probationum, & in conſtit. prædeceſſorum. in fi. Barth. de Capua.

Quæro, ſi obtuli exceptiones infra biduum, quæ tunc temporis competebant, ſi poſtea reprobas teſtes, an alios poſſim offerre? & videtur quòd non, quia debui infra biduum opponere, quas ſi non opposuiſti, poſtea opponere non debeo, nam exceptio dilatoria ante lit. conteſt. opponitur, & ſi non opponitur, poſtea opponi non poteſt, ut ff. de procura. l. Pompo. §. rati. cum ſi. Contra quod eſt verum quòd poſſit opponi: nam ſi procurator lite conteſta. interuenerit, etiam lite conteſtata, potero opponere excuſationem, ut C. de conſor. eiuſd. litis. l. 2. facit. l. fin. C. ſi a non competenti iudice. facit l. contra maiores. C. de inofficioſo teſtamento. & ſic fuit de facto iudicatum in Regia Curia. Barthol. de Capua.

Sed quid ſi conteſtatus ſum litem, & cum deberem offerre in iure infra biduum, ſecundum conſtitutio Regni, &c. exceptiones meas nõ feci, obtulit tamen quidam amicus meus me ignorante, & poſt hoc lapſum eſt biduum, nunquid potero ratum habere, vt perinde ſit acſi ego obtuliſſem? dicas ꝙ non. argum. ff. ad Trebel. l. Sceuola. §. fi. & l. ſeq. vbi dicitur, quòd retrofacta trahuntur ad præſens, argumentum ad Mace. l. fi. in fi. quæ dicit ratihabitionem retrotrahi. Io. Bacca.

In tex. in ver. proponat. Quæro nunquid hoc habeat locum ubi ex officio proceditur? dicitur quod non, cum conſtitutio iſta ſit ſtricti iuris, argum. l. conſtitutionibus. ff. ad municipa. Item quia loquitur in iudicio ordinario, quòd patet, quia dicit, lite legitime conteſtata, quæ fit in iudicio ordinario. Item non nouam. C. de iudi. & ſupra, de dilati. l. dilationes. & quia dicit, actoris uel accuſatoris, conuentus, & accuſatus, quæ uerba cauſam ordinariam reſpiciunt. extra, de accuſa. capi. ſorus. cum fi. Item eſt contra ius: quia alias peremptoriæ uſque ad ſententiam poſſunt opponi, ut in l. exceptiones. cum fi. & ſic reſtringenda. cap. odia. de reg. iur. in 6. Nicol.

In tex. cæterum. No. ꝙ procurator poteſt reſeruare vel offerre iura in termino ſibi dato ad probandum. hoc uerum abſente principali, ſecus ſi eſſet præſens. arg. l. 1. C. de errore aduocatorum, quia primo caſu poteſt habere ignorantiæ cauſam, ſecundo non, ſecundum Andræam de Cap. qui dicit ita obtinuiſſe in Curia Vicariæ huius Regni. Vnde prædictus Andr. de Capua dedit tale conſilium, quòd incõtinenti, ꝙ aliquis conſtituit aliquem procuratorem, abſentet ſe a loco iudicij: alioquin ſi principalis eſſet præſens, procurator non poſſet illud beneficium implorare. Barthol. de Capua.

In glo. hic ſtrictè. ibi, & ſic ſeruatur in magna Curia Vicariæ. No. quòd de ritu magnæ Curiæ eſt, quod poſt terminum peremptoriũ, etiam ante concluſionem cauſæ inſtrumenta non producuntur. Contrarium eſt in cap. cum dilectus. de fide inſtrumentorum. & contrarium no. in conſtit. Regni, probationum defectum. in glo. prædeceſſorum, in fine. Barthol. de Capua.

De exceptionibus malitioſè oppoſitis. *Rubrica.*

S*I exceptio peremptoria.* Communiter hoc uocatur ſacramentum in cauſis de malitia repellenda, & communiter arbitrio iudicis. Item no. quòd condemnatur in expenſis qui non probat, ſic in dilatorijs, ſupra eo. tit. exceptiones.

S*I exceptio.* In gloſſa in verbo, credat. ibi, quandoque de credulitate. regulariter contra, ut C. de teſt. l. teſtium. & in §. præallegato. & in eis not. & in titu. l. de teſtibus. §. 1. verſi. item quòd depoſuit.

In eadem glo. in princ. Et tantum operatur ipſa confeſſio de credulitate, quantum confeſſio ueritatis in principali, ut extra de iureiur. cap. ex literis, & not. Spec. in titu. de poſi. §. 6. uer. tamen certum eſt. Petrus de Monteforte.

In glo. nota ſacramentum. No. ex iſta glo. quòd quando quis citatur, ut teſtificetur, ut principalis, & legalior, antequam examinetur, poteſt petere, vt detur ſibi copia iurium aduerſarij, ſuper quibus debet interrogari, ut conſulat aduocatum, de quo cogita. Barthol. de Capua.

De inter-

admittat, q̃ ſacramentum præbeat corporale. * Quòd non malitioſè, nec cauſa tm̃ protogandi iudicium eas opponat, ſed ꝙ ipſas pro firmo ſe [a] credat poſſe probare, quas poſteà ſi non probauerit [b] ad terminũ ſibi datum, opponentem [c] ad expẽſas omnes ſacramento partis cũ taxatione iudicis declarandas, condemnandum eſſe cenſemus.

De interrogandis litigatoribus a iudice.

TITVLVS XXVI.

Quotiens ratio & æquitas mouerit iudicem poteſt ipſe partem litigantem interrogare in facto, tam ante litem conteſtatam, quã poſt: & pars poteſt dicere, quod uult reſpondere cum conſilio ſui aduocati, & ſi iudex habeat partem ſuſpectam, quod non reſpondeat verum, dabit ſibi iuramentum quod dicat veritatem. hoc dicit. Matthæus.

† IMPER. FREDER.

PArtes [d] in iudicio litigantes, tã ante litem conteſtatam, quàm poſt, prout iuris rõ & æquitas [e] iudicem mouerit, de facto interrogari poſſe decernimus, & interrogatus per ſe, vel per alium cũ aduocatorum conſilio reſpondere poteſt.

Plerunq; etiam vel pro qualitate perſonę, vel cauſę, vel ſi iudex, ꝙ falſum rñdeat ſuſpectũ habeat; Reſpõdentem [f] ad ſacramẽti religionem adducere eum poſſe cenſemus.

De † fide inſtrumentorum & teſtium.

TITVLVS XXVII.

Caſſantur & annullantur omnia inſtrumenta de donationibus, & quibuſcunq; contractibus, in quibus nominatur nomen alicuius hoſtis, vel proditoris regis, & cuiuſlibet inuaſoris regni. Et mandat illa igne cremari, & ſi non ſunt combuſta, & reperiantur, iubet, quòd eis nulla in iudicio vel extra fides adhibeatur, hoc dicit. Matthæus.

† IMPER. FREDER.

INſtrumenta [g] * de donationib. aut conceſſionibus, vel quibuſcunq; contractib. in quibus nomen alicuius hoſtis, vel proditoris noſtri, & generaliter cuiuſlibet inuaſoris Regni noſtri, ſcriptum ſit, caſſa & inania reputantes, nullam ex eis volumus in iudicijs, vel extra iudicia probationem aſſumi, ſed ea igni cremari mandamus.

De † renocatione priuilegiorũ.

TITVL. XXVIII.

Hac conſtitut. mandat reuocari priuilegia & inſtrumenta continentia nomina inuaſorum regni, & proditorum, & inſtrumenta facta a iudicibus, & tabellionibus creatis ab eis, & præcipit reuocari inſtrumenta infra certum tempus. h. d. Lallus de Thuſcia.

† IMPER. FREDER.

PRiuilegia, [h] * & inſtrumenta proditorum noſtrorum, aut inuaſorum Regni noſtri, quorumlibet nomina continentia, & quæ a iudicibus factis ab eis, aut tabellionibus ſcripta, & ſubſcripta inueniuntur vſque ad annum a die inſinuationis conſtitutionum noſtrarum, declarari & renouari decernimus, ac appoſitione noſtri nominis roborari nulla ex inſtrumentis prædictis ex præſenti iuſſione noſtra non declaratis † in iudicijs,

De pri-

* ADDITIO. *Concordat & facit cap. 2. de iuram. calum. in 6.* De Bottis.

a *Credat.* No. ſacramentum de credulitate in facto proprio, quod poteſt probabiliter ignorari vt hic, & ſupra tit. 2. l. 2. & in Authent. coll. 6. vt hi qui ob. ha. ſe per. re. mi. §. vt autẽ. teſtes etiam qui de facto alieno deponunt, quandoq; de credulitate dicunt, ut ff. de vent. inſpi. l. 1. reſpon. 1. & in Auth. de hæredi. & fal. §. ſi verò abſunt. coll. 1.

b *Ad terminum.* In quantum ire poſſit vbi eam probare crediderit, & reuerti poſſit, ut in Lombard. de præiudi. act. l. 1. Et extra de dolo & cont. cap. fin. & ibi de hoc, ſecundum Ber. (*† Aliàs, Idem.*)

c *Ad expenſas omnes.* Vt extra de do. & contum. cap. finem litibus. & ibi de hoc, ſecundum Bern.

De interrogandis litigatorib. a iudice. Rub.

d PArtes in iudicio. Iudex etiam ante litem cont. & poſt, quoties æquitas eum mouerit, poteſt interrogare partes. concor. ff. de inter. actio. quoties. Itẽ ſi iudex habeat aliquã partium ſuſpectam, ne reſpondeat falſum, non debet ei deferre iuramẽtum. Nam non debet eſſe author periurij, vt C. ſi aduer. ven. l. 1.

† Aliàs, de fide inſtrumẽtorũ factorũ tẽpore inuaſoris Regni.

e *Iudicem.* Sed iure Romano poteſt partem interrogare aduocatus, ut ff. de inter. acti. ſi ſine, in princ. l. Itẽ aduocatus offerat articulos iudici pro clientulo, ſi vult. ſic ſupra de proceſſu in litem. in princip. Clientulus autem reſpondeat cum conſilio aduocati. Aduocatus tamen non poteſt eum de facto inſtruere, vt ſupra de offi. aduo. l. 1. ſed canõ dicit quòd poteſt reſpondere aduocatus pro indiſcretis, non pro alijs. extra de iud. paſtoralis. & ibi de hoc plene. (*† Aliàs, Idem.*)

f *Ad ſacramenti.* Scilicet, de veritate dicenda, vt de proba. cum de indebito. §. in omnibus.

De fide inſtrumentorum & teſtium. Rubr.

g INſtrumenta. Hæc conſtitutio caſſat inſtrumenta facta per hoſtem, vel inuaſorem Regni. concor. C. de epiſ. & clericis l. decernimus.

† Aliàs, de reaſſumptione inſtrumentorũ facienda ſub nomine iuſti Regis.

* ADDITIO. *Vide Afflict. in conſtit. cum circa iuſtitia. num. 5. & Luc. de Penna in l. in ſacris, la 3. col. 2. C. de prox. ſacro. ſcrin. vbi ponit quòd nomen debet apponi per notarios regni tempore tiranni in teſtamentis, ſeu inſtrumentis.* De Bottis.

† Aliàs, Idem.

De renocatione priuilegiorum. Rubr.

h PRiuilegia. Hæc conſtitutio mãdat renouari priuilegia conceſſa ab inuaſoribus & inſtrumenta facta a iudicibus creatis ab eis, & tabellionibus.

* ADDITIO. *Adde Affl. in deciſ. 77. ubi latè de materia. Vide in regiſtro, quod tenet D. Barattucius fiſci aduocatus, litera m, per quã Dux Calabriæ Vicarius Regis Roberti declarat quòd detur fides inſtrumentis confectis per notarium factum per Fredericum occupantem regnum Siciliæ, eſt a car. 134. in c. 132.* De Bottis.

† Aliàs, declarandis.

ANDRÆAS DE ISERNIA.

De interrogandis litigatoribus a iudice. Rubrica.

PArtes in iudicio. Et hoc arbitrio iudicis committitur, ut quoties viderit expedire interrogari de facto, & interrogati poſſunt habere conſilium aduocatorum ſuorum in reſpondendo, nam & ipſe aduocatus poteſt interrogari. ff. de adulterijs. l. ſi poſtulauerit. §. quæſtionem. Non tamen aduocati de facto debent partes inſtruere, ſed ipſæ partes debent hoc inſpicere. C. de eden. l. 1. & no. C. de iureiurando propter calumniam. l. 2. in princip. ¶ Tenetur etiam pars reſpondere aduocato aduerſarij. no. ff. de interrogato. act. l. ſi ſine. in princip. Item & iudex coget iurare reſpondentem. Sed ſi iurat falſum, & iurauit ſcienter periurando, nunquid punitur? dic, ut diximus ſuprà de extraor. & præpa. I. edictorum. circa fi. & in tit. de conſuetu. recti ſeu. §. ſacramentum.

Arbitrio iudicis cõmittitur, quã debeat examinari principalis.

PArtes in iudicio. Ibi, reſpondentẽ. Quod ſi dubitat de eo quod interrogatur, an detur ſibi dilatio ad deliberandum, no. Spec. in tit. de poſi. §. 5. verſ. quid ſi talis ſit reſponſio. & §. 6. quid ſi is qui interrogatur? Sed ſi præſens interrogatus iuſſus a iudice non reſpondet, imò reſpondere recuſat abſque rationabili cauſa, ſeu contumaciter ſe abſentat, habetur pro confeſſo, vt extra, de confeſ. c. ſi poteſt. Secus ſi citatus, vt veniret reſpondere poſitionibus venire non vult & contumax fuit, quia tunc non habetur pro confeſſo, ſed proceditur contra eum tanquam contumacem, vt in d. c. in fi. & ibi no. in prima & quinta glo. per Ioan. Andr. vel faciet iudex eo caſu illum iterato citari, comminando quòd niſi veniet, habebit poſitiones pro confeſſatis. & tunc ſi non ueniet in termino, pronunciat eum pro confeſſo haberi, ut no. Specul. in tit. de poſi. §. 3. ver. ſed videtur quod aduocatus. circa finem.

In glo. in verbo, iudicem. No. ex iſta glo. quòd licet clientulus debeat reſpondere de conſilio aduocati, tamen aduocatus non poteſt eum de facto inſtruere. Item no. quòd aduocatus poteſt reſpondere pro ignorantibus. quod facit pro mulieribus, quando conueniuntur: hoc eſt cap. paſtoralis, extra, de iudic. Petrus de Monteforte.

In glo. in verbo, iudex. ibi, ne reſpondeat. Intellige veritatem, immo cum toto iuramento videt, ſeu cognoſcit eum aptum ad deierandum, & ſic intellige gloſſam iſtam, ne contradicat textui. Barthol. de Capua.

Hanc conſtitutionem etiam intellige, ſi partes ſint maiores 14. an. nam paruuli qui ſunt ſine ætate rationabili, ante 14. annum non poſſunt compelli iurare. 22. q. 5. c. paruuli. Barthol. de Capua.

De fide & authoritate inſtrumentorum. Rubrica.

INſtrumenta. Illa quæ fiunt tempore Tiranni non valent, C. de epiſcopis & clericis. l. decernimus.

De renocatione priuilegiorum. Rubrica.

PRiuilegia. Illa quæ ſunt facta per iudices & notarios tempore Tirannorum, propter vtilitatem publicam, non ex toto caſſantur, ſicut facta ab illis, qui credebantur eſſe iudices & notarij, & non ſunt, argumento. ff. de offic. Præſid. l. Barbarius. de teſt. l. ad teſtium. & vult Imperator ea reuocari, poſtea ordinat, ſicut vult.

De iure

aut extra iudicia fide in poſterum aſſumenda.

De † priuilegijs a Curia Capuana tempore turbationis indultis.

† Aliàs, de priuilegijs a curia Capuana reuocatis.

TITVLVS XXIX.

Omnia priuilegia conceſſionum facta a prædeceſſoribus in regno vtriuſque Siciliæ diuerſis perſonis, & ab ipſomet Imperatore Freder. antequam factum fuiſſet parlamentum in Curia Capuana, quæ poſt dictum parlamentum non ſunt confirmata, per ipſum Imperatorem, necnon omnia priuilegia poſt dictam Curiam Capuanam celebratam, conceſſa tempore turbationis Regni, tam ab ipſo Imperatore, quàm a Duce Spoleti conceſſa, qui Dux erat conſanguineus ipſius Imperatoris, & aſpirabat ſubdole contra ordinationem Papæ Innocentij ad regimen Regni, reuocat, caſſat, & annullat. & præcipit hæc conſtitutio, quòd dicta priuilegia, & conceſſiones reuocata non retineantur. & ſi aliqua reperiantur teneri per aliquem, puniantur in æſtimatione eius, quod conceſſum fuit, quod debet fiſco Imperiali applicari. hoc dicit. Matthæus.

† IMPER. FREDER.

† Aliàs, Idem.

CVm [a] conceſſiones, [b] & priuilegia omnia tam a diuis Auguſtis parentibus noſtris, quam a nobis ante Curiam Capuanam indulta, quæ per nos poſt eandem Curiam confirmata non eſſent: necnon ea, quæ proximæ turbationis tempore, poſt transfretationem noſtram vſque ad feſtum Purificationis beatæ Virginis a nobis, aut Rainaldo Duce Spoleti conceſſa fuerint, mandauerimus reuocari, edicto pſentis legis edicimus prædictis priuilegijs, & conceſſionibus nullam omnino fidem haberi, ſed maliuolum eorū propoſitum, qui ipſa [c] poſt prohibitionem noſtram retinent, proſequentes, iubemus, prædictos omnes in tanta æſtimatione damnari [d] noſtræ Cameræ applicanda, quanta id, quod conceſſum fuerat dignoſcitur extitiſſe.

De priuilegijs a Curia Capuana tempore turbationis indultis. Rubrica.

a CVm conceſſiones. In hac conſtitu. imponit pœnam vtentibus priuilegijs non renouatis, ſed antiquis conceſſis a parentibus ſuis, & a ſeipſo ante Curiam Capuanam, & parum ualet hæc conſtitutio, quia eſt de præterito tempore, ipſa etiā non dat formam futuris negocijs. ¶ Cum cōceſſiones. multi dicunt, quod hęc cōſtitutio eſt contra ius, quia donationi iam perfectæ non potuit lex apponi, uel conditio, cuius defectu perfecta donatio reuocetur, ut C. de actio. & obligat. ſicut. & de condi. ob cau. ſi repetendi. Nam ex quo dominiū acquiſitum non reuocatur ex principis voluntate, uel reſcripto, ut C. de iur. & haſt. fiscal. l. penulti. & de agri. & cēſi. l. originarios. & de omni agro deſerto. qui cunque. in princip. Ego tamen dico, quod hæc conſtitutio poteſt lege expreſſe mutari. Nam princeps in conceſſionibus iam perfectis, &, quod plus eſt, in alijs iure priuato quæſitis, poteſt conditionem apponere, cuius defectu perditur perfecta conceſſio, & acquiſitum dominium utile reuocatur, vt C. de omni agro deſerto, qui fundos. Et quod priuilegia iam indulta reuocentur per legem patet. C. lib. 10. de indi. l. 3. & C. de inceſt. & inuti. nup. l. fin.

Cum conceſſiones. Nemo poteſt per hanc conſtitutionem reuocare priuilegia, in quibus continetur fiſci vtilitas, quæ non ſint poſt Curiam Capuanam confirmata. non enim credēdum eſt, quod princeps uiam elegerit ad impugnandum, ut C. de inc. nup. l. 3.

b *Et priuilegia.* Facit ſupra de fide & auth. inſtru. l. 1.

c *Poſt prohibitionem.* Alia pœna imponitur retinentibus res ipſas, ut infra de iure re. l. dignum. & forte ſicut ibi dicit de reb. ita dicendum eſt in inſtrumentis, ut ea reſtituere debeant iniquiſiti.

d *Noſtra Camera.* Obſtare videtur ratio. l. quæ aſſignatur ſupra de illici. por. arm. l. vlt. quia ſi ex eo quod quis illicite facit, nullum commodum reportat, nec pœnas ſubire debet. Ad idem etiam facit quod eſt. ff. ad l. Corn. de fal. l. impuberem. §. & ſi ei ſeruo. Item nihil intereſt ſit redditum inſtrumentum, ſit cancellatum uel non, ſi uires eius uacuatæ ſunt, ut C. de ſolutio. l. pecuniæ. & legis inductæ primæ oppoſitioni ſic reſpondeo, omnia illicita puniuntur, ſed tamen illicitorū adhibetur diſtinctio. quædam enim & ſi dicantur illicita, non tamen puniuntur, quia adeò leuia ſunt delicta, ut non curauerit lex punire, in quibus a pœna excuſat leuitas criminis, ut C. de relig. l. militis. C. de his, qui ut indi. l. non oportet. C. de pigno. l. creditores. ff. de ſep. uiol. l. prætor. §. non propter. ff. de fur. l. ſi libertus, & de pœn. reſpiciendum. §. furta. ¶ Dicuntur ergo illa delicta illicita a iure nō admiſſa. Si vero fuerint illicita, ut prohibeantur tanquam leuia, uel grauiora, ſeu grauiſſima ſine dubio puniuntur.

Additio. *Adde Barto. in l. non ſolum. in §. ſi mandato. verſic. circa ſecundum. ff. de iniur.* Superantius.

Semper autem intelligo puniendum, & graue eſſe delictū lege non concedente, niſi lex nominatim eſſe puniendum dicat, ut in præallegatis legibus, & probatur hoc C. ad leg. Iuliam repet. l. 1. ff. depoſiti. bona fides. ff. de doli exceptio. ſi procurator, ff. ad leg. Iuliam de adult. ſi poſtulauerit. §. filij. ¶ Secundæ obiectioni facilis eſt reſponſio: non enim intereſt quo ad libertatem debitoris, ſi ſolutio plene probetur, ut in præalleg. l. 1. C. de ſolut. dicitur, intereſt, tamen quo ad delictum: deliquit enim retinendo inſtrumenta, uel priuilegia rerum, quæ per hanc legem ſunt infirmata, quaſi res in ipſis contentas videatur inuito principe retinere: ſicut econtrà, tradendo inſtrumenta, res in ipſis contentas videtur quis tradere, ut C. de dona. l. 1. Sicut ergo propter ueram uiolentiam tenetur priuatus ad medietatem æſtimationis, ut C. de uio. in rebus immobilia. l. 1. ita hic propter quaſi uiolentiam, quia cauſa realis eſt, tenetur ad duplum, ſcilicet, ad totam æſtimationem, ut in iure Longobar. de ſcandalis. l. omnes uerò reales cauſæ. G.

In qui-

ANDRÆAS DE ISERNIA.

De iure tamen ſcripto dicunt multi quod nō valent. ff. de reb. cor. quæ ſub cur. vel tut. l. qui neque. de iureiuran. l. iuſiurandum. §. pupillo, in glo. quia debent tabelliones confirmari ſaltem per Regem, ut in authen. de defen. ciuita. §. quod interim. Qui confirmat dat. ff. de verb. ſignif. l. lege obuenire.

Additio. *Adde Alber. de Roſa. in l. 1. C. de cad. tol. & per Bart. in tractatu de Tyranno.*

Alij dicunt quod propter neceſſitatem debent valere, ſi alias erāt idonei, quamuis creati a Tyranno, argu. C. de teſti. l. 1. Quia non debent decipi qui communi opinioni crediderunt. C. de Lati. liber. tol. l. 1. §. ſed cum domini. ¶ Sicut dicitur fuiſſe ſeruatum de inſtrumentis factis tempore principis Manfredi. Facta Tyrannorum debent reuocari non ſubditorum non peccantium. Nam neceſſitas non habet legem, ff. de offic. Con. l. 1. C. de bon. quæ lib. l. fin. §. ſi autem patre. ibi, propter hominum & rei neceſſitatem, &c.

Additio. *Adde glo. in l. 1. C. de oper. liber. c. quod non eſt. de reg. iur. in 6. glo. in c. quoniam multa. 48. diſt.*

Pro quo eſt quod dixi infra l. in cauſa depoſiti. glo. ¶ Odio alterius alius grauari non debet. C. de inoffic. teſta. l. ſi quis in ſuo. Argumen. contrà, quia pro peccato vnius tota prouincia interdicitur. extra de ſponſa. non eſt. de offic. deleg. c. tanc. quia ſi unus populus rebelletur iniuſte ſuo domino adhęrens Tyranno, de hoc deberet puniri, & non habebit immunitatem.

De priuilegijs a Curia Capuana tempore turbationis indultis. Rubrica.

CVm conceſſiones. Hic eſt quædam glo. applaudens, quòd Imperatores potuerint facere Curiam Capuanam, quam nos certo modo damnamus, & leges hic inductæ non faciunt pro allegante, ſicut materiam hanc plenè diximus in tit. de capi. qui cur. ven. §. fin. vide ibi plene. ¶ Item quomodo portat pœnam ille, qui retinet huiuſmodi priuilegia vacua, cùm ex ſua detentione nullum commodum conſequatur. Quia priuilegia caſſata ſunt contra rationem, quæ ponitur ſupra de eo qui deſen. po. in in. l. prima, in fi. Reſpondet glo. quòd propter contemptum generaliter tenetur ad rei æſtimationem, ſcilicet, propter quaſi uiolentiam, colorat glo. quaſi excuſando Legislatorem. Nam ubi de iure non poſſet reuocare uel irritare quod donauit & fecit, quomodo ponat pœnam poſtea tenentibus, a quibus non poteſt rationabiliter reuocare. ¶ Bene dixit Seneca primo de clemen. nullus princeps eſt innocens, non habent hi qui eorum facta diiudicent. Dicit glo. ſuper Pſalmo illo, Tibi ſoli peccaui. Niſi poſſet iuſtè reuocare poſſet pœnam talem imponere, ut infra l. 3. in conſtitutione, dignum.

CVm conceſſiones. In glo. multi. ibi, in princip. Immo ubi contractus perfectus eſt rei traditione, ſolo conſenſu etiam vtriuſque contrahentium diſſolui non poteſt, niſi retro re tradita, ut ff. de rei vendic. l. ſi qua. & l. ſequen. & C. quando liceat ab empt. diſced. l. 1. & 2. & ff. de contrahen. empt. l. ſed & Celſus. § fin. & in l. ab emptione, ff. de pac. Et faciunt hęc contra reuocationes quas facit dominus Rex poſtquam donauit in feudis. tamen videtur, quod Rex habeat poteſtatem donandi alij etiam, inuito feudatario, dummodo prouideat ſibi de competenti excambio, vt in cap. ſi uero contingeret. de pac. iur. firm. & forte eſt ratio, quia feudatarius nullum habet dominium in feudo, ut not. videtur, de capi. Corrad. capit. primo, §. præterea. Barthol. de Capua.

De audientia

In quibus caſibus audientia teſtium committatur. Et de pœna contrauenire volentium. Et de dolo eius, cui audientia committitur.

TITVLVS XXX.

In ciuilibus præterquam in feudis quaternatis audientia teſtium delegari poteſt in criminalibus cauſis, & feudorum prædictorum debent teſtes in Curia præſentari, niſi teſtes valetudinarij, qui ſine ipſorum periculo Curiæ præſentari non poſſunt, vbi iudicibus electis a partibus vel datis a Curia committetur, quod recipient eos tantum quos ad Curiam viderunt venire non poſſe: contra quos auditores probationes in contrarium non admittuntur, ſi pars receptos ſenes, & viuentes fortè concedat, & ſi pars in termino dato ad probandum in probatione defecerit per defectum teſtium vel iudicis coactoris petat terminum prorogari, non aliter audiatur, quàm ſi tantum infra dictum terminum hoc allegat, quod infra dictum terminum iudex, vel coactor alius dari poterit: tunc altera parte uocata ex iuſta, & neceſſaria cauſa, prorogatio termini impetratur. is autem cui commiſſa eſt audientia teſtium, ſi doloſus aut negligens fuerit, condemnatur Curiæ in tertia parte mobilium, & parti læſæ in omnem æſtimationem, pœna teſtibus irroganda, niſi fuerit ſub certa maiori pœna mandatum: & hæc in ciuilibus vendicat ſibi locum. in criminalibus dicta tertia parte mobilium ſoluta, & teſtes, & iudices auditores parti læſæ in ſumptibus litis cum taxatione iudicis condemnentur cauſa principali, non obſtante lapſu termini ſuo ordine peragenda, eodem etiam obtinente in ciuilibus cauſis, ſi teſtes aut coactores eorum non ſoluendo fuerunt, ut per reſtitutionis beneficium cauſæ ſuccurratur. h.d. Lallus de Thuſcia.

† IMPER. FREDER.

IN pecuniarijs[a] * litibus omnib. præterquam in quæſtionib. Caſtrorum,[b] & feudorũ, quæ ſpecialiter in Curia nr̃a tractãtur, audientiã teſtiũ[c] permittimus[d] delegari.

In quibus cauſis audientia teſtium committatur. *Rub.*

a IN *pecuniarijs*. Conſtitutio iſta ſatis poteſt dici, quod contineat ius commune, & vult, quod audientia teſtium poſſit in ciuilibus quæſtionibus non feudalibus delegari. concor. in ciuilibus. C. de fide inſtrumen. iudices. in criminalibus, ſecus, & in feudalibus: concor. in Auth. no. in præalleg. l. niſi teſtes nõ poſſint venire ad locum iudicij, quia ſunt valetudinarij, vel ſenes, tunc datur auditor, ut recipiat teſtes, qui ad locum iudicij uenire non poſſunt. Quos hic auditor decreuerit modo poſſe venire non poterit contrarium probare, quod eſt ne lites ex litib. &c. ut C. de fruc. & lit. expen. terminato. Item ſi per dolum teſtium, uel partis aduerſæ factum eſt, quod actor non probauit in termino dato, ac declarato aduerſæ parti prorogatur terminus, quod eſt ideo quod alteri, &c. vt ff. de alienat. iudic. l. 1. Item punitur auditor, cuius dolo factũ eſt, quo minus probaret, & teſtes ſi eorum dolo factum eſt, ut præſtent indemnitatem parti læſæ, concor. C. de teſti. ſi quando. in fi. & ſi non ſit ſoluendo, in ſubſidium datur læſæ parti reſtitutio contra aduerſarium, quod eſt illa ratione, ne ex alieno dolo lucrum ſentiat, ut ff. quod me. cau. in l. ſi cum excep. & ſacr. ff. de eo, per quem fa. erit. l. fi.

• ADDITIONES. *Vide omnino And. de Iſer. in tit. ſi de inueſti. inter dom. & vaſal. lis, vel quæſt. oria. 2. col. in fi. ubi multa de audientia teſtium commiſſa in cauſa feudali alteri, quam iudici. & quid ſi pars non contradicit, quod valet commiſſio. & multa alia ad intellectum et limit. iſtius conſtit. vide And. hic, & Doct. in l. ſi. ff. de fer. & Fel. in c. licet, de probat. & quæ addidi in regia prag. incip.* M.A. Puluer.

¶ Et an audientia teſtium ſuper attentatis lite pendente poſſit committi. vide Rot. in deciſ. 220. & quid in cauſa de angaria & perangaria, vide Moder. in c. regni, grauamina, nu. 24. & quid ſi pars habeat teſtes ſuſpectos, an poſſit petere, quod remant in loco iudicij ad deponendũ, vide Capic. deciſ. 90. An arbitri poſſint committere audientiam teſtium, vide Afflict. in conſtitu. Inſiſtentes, in fi. Ad materiam huius conſtit. Iacob. in l. 3. §. item Diuus. & §. teſtes ff. de teſtibus, vbi multa ponuntur, & inter alia ſi tenetur parere cui committitur audientia, & ſi teſtes ſunt extra regnum & alia. De iure cõmuni an poſſit audientia teſtium cõmitti, & quando, vide Bald. in c. conſtitutus nume. 5. extra de fideiuſſ. et nu. 8. ponit an iudex, cui cõmittitur, & teneatur parere committenti, ſi non eſt ſubditus, cuius expenſis teneantur venire teſtes, vide additio. quam habeo ad Capic. deciſ. 90. † *Aliàs, Idem.*

Quid ſi teſtes ſunt extra regnum, vide Aret. conſil 82. in fi. & Afflic. in conſtitu. inquiſitiones generales, num. 2. Et ibi an Princeps poſſit committere audientiam teſtium in criminalibus, Afflict. ibid. vbi multa. Et an in fauorem fiſci fiat commiſſio audientiæ teſtium, vide Salicet in l. apud eloquentiſſimum. C. de fide inſtrum. De Bottis.

b *Et feudorum.* Scilicet, magnorum, quæ ſcripta ſunt in quaternionibus dohanæ, ut ff. de offic. mag. Iuſtit. l. 1. in fi.

c *Permittimus.* Si iudex viderit expedire, quod dic ut in ſumma de teſtibus. §. producendi autem ſunt teſtes. ſecundum Azon.

d *Delegari.* Sic loquitur & l. C. de fide inſtru. iudices. & auth. apud eloquentiſſimum. & extra de teſti. c. ſi quis teſtium.

• ADDI-

ANDRÆAS DE ISERNIA.

De audientia teſtium in ciuilibus & criminalibus cauſis. *Rub.*

IN *pecuniarijs*. Bene gloſſata eſt hæc conſti. ¶ Sed teſtes qui producuntur ad repulſam non committuntur. Item iudex tunc eligit, quando partes non concordant. ¶ Item ſi quæſtio ſit inter Regiã Curiam & alium, non eligit ſola Curia, ubi alia pars parata eſt eligere. ¶ Item ſenes ad teſtimonium non coguntur, ut ad Curiam uadant. ff. de teſtib. l. iniuiti. ſed recipientur in domo eorum. extra de teſtib. c. ſi quis. ¶ Item proteſtatio, quod non ſtat per partem, fiet coram iudice litis, uel coram probis uiris, quando non poſſet haberi copia eius. Itẽ ex iuſta cauſa fit prorogatio termini: non tamen ultra metam poſitã. C. de dilatio. l. 1. Deinde ponit glo. quæſtionem, quam bene examinat. Vtrum poſt lapſum termini peremptorij ad probandum datum, poſſit iudex recipere teſtes quos habet producens, altera parte contradicente, quando non erat iuſta cauſa impedimenti. alias non eſſet quæſtio? Et dic quod licet de iuris rigore non poſſit, tamen de bono & æquo non multum poſt terminum recipere poteſt teſtes, ſi uideat producentem non malitioſè geſſiſſe ſe, quia iudex poteſt in multis facere gratiam, & in hoc concordat Cardinalis, & Innocen. quod eſt bene no. pro eo, quod diximus de teſtibus iuratis intra terminum, ſupra tit. 2. l. item. ¶ Item ſi ſtetit per iudicẽ, uel teſtes, tenentur ipſi ad intereſſe parti læſæ. Et quod aliud eſt in criminali, quam in ciuili. ¶ Item no. quod hæc conſtitutio habet locum in ordinarijs. Nam delegati non poſſent delegare, quia cõmittitur iuriſdictio, quando committitur teſtium examinatio, ſeu receptio, non miniſterium tantum, niſi eſſent delegati a principe, uel ab illo, qui poſſent alij delegare. notat Innocen. de re iudic. cum Bertoldus. Sed ſi committit ille, qui nõ poteſt committere, & pars non contradicit, ualet, notat ipſe extra de teſtib. cum cauſam. Hoc plene examinatum eſt in titulo, ſi de inueſtitu. inter dom. & uaſal. quæſtio oriatur. c. 1. Vbi etiam plene eſt dictũ, ſi iudex habeat ſuſpectos teſtes in cauſa ciuili, quod non cogitur committere, non ſic, ſi habeat ſuſpectos ſenes, & ualetudinarios. Nec coget iudex dare nomina teſtium ſenum & valetudinariorum, vide plene ibi. ¶ Quid ſi iudex in cauſis criminalibus & feudalibus commiſit alij teſtium receptionem, an ualeat? Videtur quod non contra prohibitionem iſtius, & multarum legum, quia ſufficit legiſlator, &c. C. de legi. l. non dubium. illud quod contra legem fit, eſt habendum, ac ſi factum non eſſet, in Authen. de non alienan. §. ult. ipſe enim debet recipere, ut ſi uacillet, torqueat, quod alius non poſſet, quia in quemcunque committatur iuriſdictio, merum & mixtum Imperium non tranſeunt. ff. de offic. procon. l. ſi quid erit, de offic. eius cui man. eſt iuriſdict. l. 1. & 2. ¶ Econtra videtur quod ſic, quia multa fieri prohibentur, quæ facta valent. ff. de inter. & releg. l. relegatorum. §. ad tempus, quando appellandum ſit. l. 1. §. biduum.

ADDITIO. *Adde l. non dubium. C. de legib. l. patre furioſo. ff. de his, qui ſunt ſui, vel alie. iur. c. quemadmodum. de iureiur. & in c. ad apoſtolicam. de regular.*

Nam & ſi non potuit fieri, non debet decipi authoritate iudicis, vt ſaltem valeat tuitione prætoris, & ſic non ipſo iure, ff. quod fal. tuto. autho. l. 1. §. fin. & l. interdum, & l. nouiſſime. ff. de mino. l. ait prætor. § permittitur. Quod uero dicitur, quia non poterit torquere hic auditor, uerum eſt: ſed quando inueniet teſtem uacillãtem, mittet eum torquendum ad iudicem, qui commiſit, in Authen. de defen. ciuita. §. audient. maxime ſi partes conſentiant. Nec obſtat quod not. C. de iuriſdict. omn. iudic. l. 1. quia non committitur merum imperium, ut dictum eſt, ſed redigere tantum in ſcripturam id, quod teſtes dicunt, & capere vacillantem. ¶ Sed ſecundum primum intellectum, ſi non valet, & publicentur teſtes, quid faciet actor, vel reus, qui non poſſent vltra producere? dic quod agent contra iudicem, qui commiſit, quia per imperitiam fecit litẽ ſuam, † de quo tenetur, Inſti. de obl. eſt quaſi male. in prin. Et hoc in cauſis feudorum, ubi ſi iudex nõ eſt ſoluendo, ſiet reſtitutio contra aduerſarium. ff. de eo, per quem fac. eſt. l. fin.

† ADDITIO. *Vide quot modis iudex facit litem ſuam, per Luc. in l. 2. col. 2. C. de muner. lib. 12.* De Bottis.

¶ Sed in cauſis criminalibus hoc intereſſe non veniret, nam accuſator puniretur, ex quo nõ probauit, ad ſimilitudinem ſupplicij, quo reus ad pœnam propoſiti criminis, & ſic uidetur quòd ex hac iuſta cauſa producantur teſtes, non obſtante lapſu termini, argumen. in fi. huius conſtitutionis. Et non obſtat quòd didicit teſtificata, quæ non valent, & ſic perinde debent haberi, ac ſi facta non fuiſſent: hæc enim paria ſunt non fieri, & coram incompetente fieri. C. ne de ſtatu defun.

In criminalibus * autem, & a prædictis ciuilibus cauſis, teſtes in Curia noſtra præcipimus præſentari. Niſi teſtes adeò ſenes, & valitudinarij ſint, quòd ſine ipſorum periculo curiæ præſentari non poſſint, b quo quidem caſu ipſorum audientia iudicibus electis c a partibus, vel datis a Curia committatur qui eos tantũ teſtes recipient, quos ad Curiam viderint venire non poſſe. Contra quos auditores, ſcilicet,

* Additio. *Sed an partes poſſint concordari, quòd committatur, vidi practicatum, quòd ſic. tamen Bald. conſil. 382. pro parte cuiuſdam eccleſia. vol. 3. in nouis, tenet contrarium.*

Sed an ad inſtantiam fiſci committatur, reperio in regiſtro Caroli II. quod habet D. Ant. Barattucius, fiſci aduocatus, car. 98. in c. 37. & c. 88. ſequentes ordines, videlicet, Carolus II. &c. Magiſtro Iuſtitiario regni Siciliæ, vel eius Locũtenenti, & iudicibus magnæ Curiæ Vicariæ, fidelibus ſuis. &c. Olim vobis cõceſſimus literas ſubſcripta poſt ſalutem per omnia ſeriei. Peruenit ad maieſtatis noſtræ audientiam, quòd ex defectu probationum ex depoſitionibus teſtium imminente plures fiſci noſtri cauſa pereunt non abſque noſtra Curia detrimento. Volentes igitur in hac parte indemnitati ipſius noſtra Curia prouidere, fidelitati ueſtra ſub obtentu noſtra gratia firmiter diſtrictè præcipimus, vt in omnibus cauſis, quaſtionibus, & litib. tangentibus fiſcum noſtrum Iuſtitiario regionis, & vbi bona perſona nota opinionis, & approbata fama de curia noſtra, vel aliunde, de qua ſit meritò confidendum teſtium audientiam committatis, pro certo tenentes, quòd ſi aliter feceritis, proceſſus omnes per vos contra præſentem ordinationem noſtram fiendos ex nunc decernimus irritos, & inanes. Datum Neapoli, &c. Quia verò contingit interdum in caſibus commiſſionis audientia huiuſmodi teſtium Iuſtitiarium ipſum in remotis abeſſe ac proinde ipſam audientiam retardari, uobis concedimus & mandamus, vt quemadmodum audientiam ipſam eratis Iuſtitiario commiſſuri, ſic eam capitulo ciuitatis aut loci, vbi vos reſidere contigerit, vel vicina inuicem dicti Iuſtitiarij, necnon & huiuſmodi perſona bona, nota opinionis & approbata fama, vt ſupra, committere valeatis ipſa prima ordinatione noſtra a nullatenus obſiſtente. Datum Neap. per Barthol. de Capua, &c. anno Domini 1304. die 17. Octobris 3. Indictione. Carolus, &c. Magiſtro Iuſtitiario regni Siciliæ, & iudicibus magnæ Curiæ Vicariæ, vel eius Locumtenenti, fidelibus ſuis, &c. Olim noſtras vobis conceſſimus literas ſubſcripta poſt ſalutem per omnia ſeriei. Peruenit ad maieſtatis noſtra audientiam, &c. vt ſupra vſque ad finem prima litera. Datum, &c. Verum quia expedire contingit interdum audientiam huiuſmodi teſtium pro celeriori expeditione cauſarum Capitanio regionis, aut alicuius terra, ſeu loci, uni bona perſona, nota opinionis & approbata fama per vos poſſe committi, vobis quòd audientiam ipſam poſſitis committere, ſiue Iuſtitiario regionis, & vti bona perſona ſimiliter nota opin. & approbata fama, vel Cap. regionis eiuſdem aut alicuius terra ſeu loci, & vni bona perſona ſimiliter, prout & quando vobis videbitur inuicem committere valeatis ipſa prima ordinatione nullatenus obſiſtente plenariã authoritatẽ præſentium ex certa noſtra ſcientia cõmittimus, & concedimus poteſtatẽ. Datum, vt ſup. etc. De Bottis.

a *Prædictis.* Caſtrorum & feudorum.

b *Quo quidem caſu.* Et hæc uera ſunt, quia audientia † teſtium ſenium, videlicet, & valetudinariorum committitur in prædictis caſibus. Sed tamen ſuper articulis tantum & exceptionibus oblatis in principali. ¶ Super articulis uero & exceptionibus oblatis ad repulſam teſtium hincinde productorum, nunquam committitur audientia, etiam in caſibus prædictis, & ita ſeruant iudices Magnæ Curiæ. Item hæc uera ſunt, ut ſuccedat officium Curiæ in dandis iudicibus, vbi partes ſunt diſcordes per legem antiquam. ff. qui ſatiſdare cogan. l. de die. in princ. Sed melius. ff. de admin. tuto. l. 3. § fina.

† Additiones. *No. quòd per hanc glo. ſimiliter fuit commiſſa audientia teſt. in cauſa impugnationis inſtrumentorum productorum per Reuerendiſs. Epiſcopum Ruberum contra Rainaldum de Lazaro per D. Colucium Coppula Auditorem Comitis Ruberum cum voto D. Ant. Ianuarij, in fi. Ianuarij 1518. Magiſter actorum notarius Iacobus Anellus Florentinus in Curia Archiepiſcopali Neapolitana. Adde quod ſacrum Conſilium conſueuit quòd quando ille cui conceditur terminus ad impugnandum vult examinare vnum, vel duos teſtes, aut plures exiſtentes in diuerſis prouincijs ita quòd eſſet neceſſe mittere plures examinatores, & vnus non poſſet omnes examinare, quia diuerſis vijs ruunt, tunc conſueuit committere audientiam teſtium, non obſtante iſta gl. per l. mediterranea, de anno. & tribut. & ita fuit practicatum in cauſa Moſula, Magiſter actorum Annibal Famarius.* M. A. Puluerinus.

¶ *Quid ſi plus expenderetur quàm ſit ualor cauſa, vide Barto in l. mediterranea. C. de anno. & tribut. lib. 10. & Fely. in c. nonnulli. in princ. extra de reſcript. & Aret. conſi. 82. in fi.* De Bottis.

c *A partibus.* Cuius erit electio partium, ut eligant, an iudicis. Credo quod

ANDRÆAS DE ISERNIA.

ſun. l. 1. extra de iud. at ſi clerici. Vnde dabitur reſtitutio, quaſi ſteterit per iudicem qui commiſit. ff. de mino. l. 1. ¶ Magna Curia conſueuit ſic facere. præſentatis teſtibus † in curia coram iudicibus, & iuratis per eos, committunt receptionem & examinationẽ alicui de Curia: quod valet, quia dicit litera in Curia præſentari, & per eũ uidentur recepti, apud quem iurant. ff. de bon. ex teſta. milit. l. 1. in fi. & d. §. ult. Ritus iudicij ſeruari debet. C. de iureiur. l. fi. ff. de leg. l. minimè. ſicut etiam ſeruabunt aliæ Curiæ inferiores. Inſt. de ſatiſd. in fi.

† Additio. *Vide an teſtis debeat in Curia præſentari, Capic. in deciſ. 90.* De Bottis.

¶ Sed an receptio iuramenti teſtiũ committetur? videtur ꝙ non prædicta ratione, quia videntur recipi apud eum, penes quem iurauerunt. Nam eſt ſubſtantiale. C. de teſti. l. iureiurando. quod committi non poteſt. ff. de tranſactio. cum hi. §. ſi prætor. ¶ Vnde verius dicitur contra, quod ſic ſeruat uſus: Quia litera dicit, in Curia præſentari, pro quo eſt argum. C. de iureiur. l. generaliter. §. iiſdem præſentibus. ꝙ iurent, ſubſtantiale eſt: ſed quod apud eundem iurent, non: nec intereſt aduerſarij coram quo iurent, unde tanquam leue non curatur. ff. de uent. inſpi. l. 1. in fi. Et qui per alium recipit &c. non poteſt conqueri de eo, quod non intereſt ſua. ff. de procu. l. non cogendum, in fi. maxime ſi pars non contradixit, quia & in totum poteſt remitti de eius conſenſu, ut in l. iuriſiurandi. in glo. ¶ Conſentit autem, quando non opponit. arg. C. de excep. l. fin. ¶ Idem enim eſſet, ſi non contradiceret, quia in inuitum redduntur iudicia. ff. de uerbor. oblig. inter ſtipulantem §. 1. ¶ Quid ſi erant in carcere illi, contra quos teſtes producuntur, quia ita qualitas criminis exigebat? Et iudex committit audientiam teſtium ſenium, & infirmorum; An poſſit dicere captiuus, mittatis me, quia uolo perſonaliter intereſſe iuramentis teſtiũ? Dic ꝙ ſi iudex † dubitabat de fuga eius, arctabit eũ, vt faciat procuratorẽ ad hoc: ꝙ ſi nõ faciet, recipientur in contumaciã eius: Nã non debet inſtrui ad fugam. ff. de exhib. reis. l. fi. & qui ꝓꝑ odiũ ſunt in carcere, arctantur ad hoc. ff. de minorib. l. Papinianus exuli. ex quib. cau. maior. ſed & ſi ſic. Et propter fauorẽ arctatur quiſque. C. de proc. l. pe. alr non cõpellitur. ff. de iniurijs. ſed ſi unius. §. idẽ. & aliàs ſine partis præſentia iuratur, quando mulier eſſet honeſta, in Authen. ut liti. iu. in prin.

† Additio. *Vide Barto. in l. pen. § ad crimen, col. 4 verſ. Secundò quæro, de publ. iudic.* De Bottis.

¶ Sed quid ſi iudex † vellet mittere, quia non timeret de fuga, cum expenſis rei pro cuſtodia in uia mittet: argum. dicti. §. iiſdem præſentibus.

† Additio. *Hanc opin. tenet Bar. in l. ad perſonas. ff. de iureiur. licet aliqui teneant contrarium, vt latè per Pomat. in addit. ad Barto. in d. l. ad perſonas.* De Bottis.

Per defectum teſtium. Iſtæ cauſæ ſuperuenerunt poſt receptionem termini, & ideo fit prorogatio. Nam per cauſas, quæ erant quando terminus fuit datus, non fieret prorogatio, ut ſi dicat ſe habere teſtes abſentes vltra mare, vel ſimile, quia etiam erant ultra mare, quando datus eſt terminus. Quem recipiendo renũtiare videtur illis, quę tũc cõpetebant. ff de vacat. muner. l. prætor. §. ſi poſt cauſam, de dam. infecto. l. qui bona. § de illo. Niſi de nouo peruenijſſent † ad eũ, & iurarent, extra de exceptio. cap. paſtoralis.

† Additio. *Vide omnino Iaſonem in repet. l. admonendi, 8. colum. ff. de iureiuran.* De Bottis.

Item ſi teſtes erant tunc infirmi, quia debuit petere committi audientiam eorum. Sed ſi teſtis ſanus citatus, & veniens ad curiam infirmetur, & terminus labatur, nec negligẽtia poteſt de hoc producenti imputari, fieret prorogatio ex hac iuſta cauſa: nam non negligenti tempus non currit, de anna. exceptio. l. 1. in fi. C. de inoffic. teſtam. contra maiores. Quod dic vt ff. ſi quis cautionib. l. 2. ibi, morbus iubet iudicij diem eſſe diffiſſum. Loquitur etiam de teſte: quia eadem eſt ratio, ſicut in principali, & eius procuratore. C. qui pet. tutores l. cum a matribus. de appellationib. præſes. & argum. ff. de accuſationib. l. libellorum. in fi. ad Turpillia. l. ait prætor. §. 1. Sed ratione ætatis non fieret. ff. de minoribus. l. auxilium. argum. contra. ff. quod cuiuſque uniuerſit. nomine. l. 1. §. quibus.

In tertia parte mobilium. Quid ſi pars, pro qua teſtes ſunt citati, velit eos per coactionem condemnari, nunquid per curiam fiet condemnatio ad tertiam, uel ad pœnam impoſitam: pone quòd die, quo debuerunt teſtes uenire, pars non inſtitit, uel non fuit præſens, an procurator propterea poſſit accuſare? Videtur quod ſic, nã cùm non uenit ad diem, incidit in pœnam, quam pars in curiæ præiudiciũ etiam expreſſe remittere non poſſet: argum. ff de pactis. l. fin. & de bon. poſſeſ. contra tabul. l. ſi poſt mortem. §. fin. Dic quod fiſco nunquam acquiritur, niſi pars inſtet, & contumaciam accuſet. Nam mul

ſta non

per electionem partium, vel a Curia approbatos probationes [a] in cōtrarium nullatenus admittātur, videlicet, ſi pars receptos teſtes ſanos, & iuuenes ſore contendat. Sanè ſi in termino ad probandum dato pars, quæ probare debuerat, in probatione deficiat per defectum teſtium, qui ſibi venire promiſerant, vel ipſius iudicis, aut [b] coactoris alleget nequitiam: atque propterea terminum exigat prorogari. Non aliter ad hoc ipſum audiri decernimus, quàm † ſi [c] infra prædictum

do quod tunc iudex eligat, quando partes nolunt eligere, argu. ff. de leg. 1. huiuſmodi. in fi. & ff. de admin. tuto. l. 3. ad fin quaſi illa dictio, ſiue, notet ordinem, ut ff. de leg. 2. cum pater. §. penul. Et ſic apparet quod vbi eſt quæſtio inter Regem & alium, non debet Curia eligere ſola iudices, vbi alia pars parata eſt eligere, & quia lites debent ſine ſuſpitione procedere, & quia obſeruandum. &c. ut ff. de iudicijs. obſeruandū. Et quod ſit electio iudicis vbi ſunt partes diſcordes, probatur expreſſe C. de iudi. l. fi. §. electione. & ff. de iureiur. l. iuſiurandum.

a *In contrarium.* C. de iudi. l. fin.

b *Coactoris.* Qui teſtes cogere debet. Sed an ſenex cogetur ferre teſtimonium? videtur q non, vt ff. de teſti. muni. de iu. immu. l. maiores. & de excu. mu. l. 2. & hoc ſecundum l. . . . . . .

Additio. *Adde Hoſt. & Ant. de But. in c. 1. de teſti. cogen. Doct. in c. dilectorum eo. tit.* Superant.

Sed ſecundum Canones dic eos compelli, vt extra de falſis. c. 1. de iudi. c. nouit. & arg. ad hoc. ff. de vaca. mu. l. 2 §. corporis.

c *Infra prædictum.* Bene dicit infra prædictum, &c. vt ff. de appella. re. l. ſicut. in fi. & de noui oper. nunt. de pupillo. §. ſi quis ipſi prætori. & C. de non nume. pecu. ſi intra, & l. in contractibus. §. vlt. & de condi. ex lege. l. vlt. & C. de his qui per me. iu. non appella. l. 2. in fi. & de anna. except. ut perfectius, & ff. de excuſat. tuto. ſcire oportet. §. ſufficit, in ver. ſcire autem, & verſi. oportet autem. ¶ Vnde cum per iudicem ſteterit, nullum ſibi exinde præiudicium circa lapſum terminum generetur, ut in Auth. ut ſpon. largi. §. illud. & argum. ff. de dam. infec. l. ſi finita. §. eleganter. ex quibus cauſis maiores. ſed & ſi per prætorem. §. ait prętor. ¶ Imò cum per ipſam partem non ſteterit quominus probet infra terminum, perinde habetur ac ſi probauerit infra terminum ante dictum, ut ff. de reg. iur. in omnibus cauſis. & de ſta. lib. ſi peculium. §. cum ſeruus. ſibi enim nil obijci poteſt, ut ff. de conditio. & demonſtra. l. Titio fundum. & l. ſi Titius ſtatuas quia fecit quod potuit & non ceſſauit, vt arg. ff. de excuſa. tuto. ſi cum ipſe inſtitueret, de minorib. intra. & C. de inoffic. teſtamen. contra maiores, & C. de anna. excep. l. 1. in fi. & in Authen. de appellat. circa princip.

† *Aliàs, eſt tantum.*

a *Hoc*

ANDRÆAS DE ISERNIA.

cta non imponitur danda fiſco, niſi actoris interſit. ff. ſi quis in ius uocatus non ierit. l. 2. & in glo. Vnde ſi principalis pars non veniſſet ad diem, & ſic eſſet circumductum edictum. ff. de iudi. l. & poſt edictum. nunquā fiſco aliquid acquireretur: quia hæc pœna debetur fiſco conſecutiue, non principaliter, & ſic ſi principaliter non procedit, nec id quod ex eo ſequitur. ff. de regu. iur. l. cum principalis. Vnde videmus quod condemnatio tertiæ partis mobilium in contumacem non fit, niſi quando actor comparet ad diem. Quando condemnatio fit principali, tunc fit fiſco de tertia. Nam non ſunt duæ petitiones, ut una fiat ſine alia, immo vna, ſcilicet eius, qui agit. Et quia ſequitur condemnatio fiſco propter contumaciā, & principali non procedente nō procedat alia. ff. de eo quod certo loco l. centum. C. depoſi. l. 4. Idem ſi remittat actor, nam fruſtra de pœna, &c. ff. ſi quis cautionibus. l. 2. in princ. ¶ Antequam acquiratur fiſco, poteſt principalis remittere. ff. de oper. noui nuntia. l. 1. §. vnde quæritur. Ipſe tamen punietur, ſicut dicitur ſupra de calum. poſt citationem. Quid autem ſi venit pars in termino, & nihil dicat, in curia tamen eſt præſens? Reſpondeo, non ſufficit venire ad iudicem, ſed debet proteſtari. ff. de excuſat. tutor. l. ſcire. §. ſufficit. Vnde oportet, quod dicat, ego veni propter talem cauſam, & inſiſto. Sed ſi pars venit, & accuſat in termino, & procurator fiſci non accuſat, an ſufficit? Reſpondeo, niſi principaliter peteretur hæc pœna per curiam, oportet quod procurator eius accuſet contumaciam, ſicut priuatus quia fiſcus eodem iuris ordine vtitur. C. de dilationibus. l. penult. & de conductor. & procur. ſiue exact. præd. fiſca. & domus Auguſtæ. l. 1. at hoc non principaliter, ſed conſecutiue dictum eſt. Cum ergo non ſint duæ principales petitiones, ſcilicet actoris, ad cauſam, & fiſci ad pœnam: Sed vna, ſcilicet actoris ad cauſam, in qua ſi aduerſarius eſt contumax, conſequitur fiſcus pœnam, ſufficit principalem adeſſe & inſtare. per d. l. centum. & l. 4 & ſic cum principalis non comparet, non ſufficeret procuratorem fiſci inſtare, vt ſupra dicitur pro quo eſt ff. de penu lega. l. 2. & ita cum principalis adeſt, ſufficit quantum ad acceſſorium, & pœnam, quæ conſecutiue debetur. ff. de penu legata. l. 2 nam quod fit in principali, fit in conſecutiuo. ff. de pactis dotalibus. l. inter. §. cum inter. C. de iure dot. l. etiam. Nam & redhibito ſeruo principaliter vendito, redhibetur acceſſorius, etiam ſi non ſit vitioſus. ff. de ædil. edicto. l. proinde. §. fin. ¶ Contrahitur ergo cōtumacia quantum ad fiſcum de pœna propter principalis inſtantiam. ¶ Sed an ſtatim poſt terminum fiet cōdemnatio fiſco, & an poſt dies ex interuallo, puta, die Lunæ in termino pars inſtetit, & eſt in cauſa proceſſum, procurator fiſci non petijt pœnam tunc. ſed die Iouis, aut quia ignorauit contumaciam tunc cōtractam, aut ſi ſciuit, fuit negligens? Videtur diſtinguendū, vtrum ex interuallo, an ſtatim non diuertendo ad alios actus, per l. 1. ff quod vi aut clam. l. fin. in fine, de incendio ruina naufr. l. ſi qs ex naufragio. §. 1. ſicut in veniēte & recedente, qui habetur cōtumax. C. de decurio. l. ſi quis decurio. Vel dic q illud magiſtraliter dictū eſt de eo, qui venit & illicentiatus recedit, qui nō eſt ita fortiter cōtumax, ſicut qui nō venit. Nā qui venit, adimplevit mandatum iudicis: ſed facit contra mādatum legis dicentis, quod non recedat ſine licentia, d. l. ſi quis decurio. At qui non venit, ſpreuit mandatū iudicis, & ſic durius agitur cū miniſtro legis, quam cū lege & hoc no. ff de arbi. l. Celſus. Propterea cū eo, qui cōtra legem fecit, quia mitius agi debet cum eo adhibetur temperamētum, vt ſi receſſit ſine licentia, ſtatim poſſit contumax reputari, non ex interuallo.

Additio. *Adde c. certum. 11. q. 3. & in c. 1. de iudi.*

At in eo, qui non venit, cum ſemel fuerit contumax, ſemper durat contumacia, niſi purgetur: ſufficit enim ſemel moram fieri, vt perpetuò debeatur. ff. de legat. & fideicom. 2. l. Titia. §. vſuras. ff. de vſuris. l. cum patri. Et quanto plus per plures dies expectatur, tanto plus euidentior fit contumacia ſua: quia ſemel inter initia facta perſeuerat. ff. quod vi aut clam. l. 3. §. illud. Vnde ſi procurator fiſci ſciuit hunc contumacem, & non petijt ſtatim eum condemnari, non poteſt dicere contumax, fuiſti negligens, quia non poteſt imputari culpa vnde lucrum ſenſit. ff. de iure dotium. cum in fundo. §. quod ſi mulier. Et quia contumax fuit in dolo, quod non venit: ſed procurator fuit in culpa, quia non ſtatim petijt, dolus præponderat culpæ. ff. ad legem Aquiliam. l. item ſi obſtetrix. §. fina. ſi fuit procurator ignorans, non debet eſſe deterioris conditionis, quàm ſciens. ff. de noxalibus. l. non ſolum. Nec eſt mirum, ſi accuſatio contumaciæ per principalem operatur ſibi & fiſco: nam id quod eſt facti, ſicut ſolutio. ff. de curatore furioſi. l. conſilio. §. fin. poteſt parere diuerſos effectus non contrarios. ff. de ſolutionibus. l. in numerationibus. §. fin. ſecus ſi eſſent contrarij, eod. titu. l. qui hominem. §. vltimo. ſed & contrarios poſſet parere diuerſis reſpectibus. ff. de inoffic. teſtamen. l. Papinianus. §. ſed nec impuberis. ſic & hic per miniſteriū alterius, & ex facto contumacis committitur pœna fiſco contra eum, argumen. ff. quod vi aut clam. l. 3. in fine primi reſponſi. ¶ Sed an habeat locum hæc conſtitutio, & ſimiles imponentes pœnam non venientibus ad iudicium in termino, ſupra de calum. l. ſæpe contingit. cum inferioribus legibus in eo, qui venit, & illicentiatus recedit? Videtur quod ſic, d. l. ſi quis decurio. & l. ſcire oportet. & quia videtur eadem ratio, ergo idem ius. ff. ad legem Aquiliam. illud, de verbo. obligatio. l. a Titio. non enim liceat teſtibus ante terminum recedere. C. de teſtibus. l. ſi quando. Contra videtur, quia pœnæ imponuntur non venienti ſicut dicit hæc litera. videlicet, venire detrectent. de recedente non loquitur, & ſic omiſit: Nam ſi idem voluiſſet in eo, dixiſſet. C. de cadu. tollen. l. 1. §. 1. nec extendetur, cum ſit odioſa. ff. de libe. & poſthum. l. cum quidam. ¶ De non veniente tantum intelligitur. ff. de uerborum obligatio. ſi minor. ¶ In recedente, de quo non loquitur nec directe nec vtiliter ad eum conſtitutio extendetur. ff. ſoluto matrimon. ſi verò. §. de viro. ¶ Primum verius per l. ſi quis Decurio. Et ſic videmus ſeruari. Quia ante litem conteſtatam forbanniuntur hi, qui ueniunt, † & illicentiati recedunt, cum hac tamen diſtinctione, ſi citatus fuit ad aliquod certum capitulum, vt ad publicandos teſtes, eo facto, ad quod citatus eſt, ſi recedat, non putamus eum contumacem, ſicut elapſo tempore, quod datur ad permanendum, ſi ſine licentia receſſiſſet, d. l. ſi quando. nam eo facto non intereſt aduerſarij plus morari, & ſic pœna non committitur. ff. ſi quis in ius vocatus non ierit. l. 2. & ſupra dictum eſt.

† Additio. *Vide Luc. in l. ſi apparitor. 1. colum. C. de Cartula. lib. 12.* De Bottis.

Eo verò caſu non facto, vel ſi citatus ſimpliciter ad procedēdum, in omnibus litis capitulis videtur citatus, ſecundum Innocen. extra de officio lega. capit. conſuluit. recedens ſine licentia erit contumax, cum illo temperamento, vt procedatur ſtatim non ex interuallo, ut dictum eſt per l. ff. quod vi aut clam. l. fina. in fine. ¶ Ponit iudex certam pœnam non venienti ut veniat, an etiam imponet vt reſtituat? Confeſſis enim dabit iudex præceptum ut ſoluant per l. ſi debitori. ff. de iudi. ponet ne tunc pœnam ut intra terminum, & dicet ſoluat? quia

a *Hoc alleget*. In Curia coram iudice: Videlicet qui commiſit audientiam teſtium, vel minus coram probis uiris, ſi non poſſet tam cito ire ad iudicem conſtitutum forte in loco remoto, ut argum. ff. de noui oper. nunc. de pupillo. §. ſi quis ipſi. & de Decu. l. honorem. in fi. & de adulter. denunciaſſe, in princ. & C. de iudi. l. cum ſpecialis, & ff. de nau. fœno. l. Labeo.

terminum [a] hoc alleget, quòd infra eundem diem iudex, vel coactor alius dari poſcatur, tunc poſtquàm [b] parti alteri fuerit per cognoſcentes literas intimatum, [c] ex iuſta cauſa, & neceſſaria

b *Parti alteri*. Debet enim innoteſcere parti aduerſæ, ut in Auth. de tempo. non ſo. pe. ſuper dot. §. ſi autem in iudicio. coll. 7. & cauſa cognita indulgeri, ut C. de dila. a procedente. & huiuſmodi termino prorogato, altera pars ſimiliter uti poterit, ut C. de temp. in integ. reſt. l. petendæ, in fi.

c *Ex iuſta cauſa*. Id eſt, ex prædicta cauſa, quæ eſt infra terminũ proteſtata, quod uidelicet, non ſtat per eam: ſed per iudicem ſiue teſtes, quæ quidem ſatis eſt iuſta, ne ex culpa alterius damnum ſentiat litigator, vt ff. de aliena. iud. mut. cauſa fa. l. 1. in princ. & C. de acquir. poſſeſſ. l. fin. & de reg. iur. non debet, & ff. de no. oper. nun. de pupillo. §. ſi plurium res. cum ſi. quoniam non debet damno afficere culpa temeritatis alienæ, ut C. unde vi. meminerint.

Idem enim eſſet, ſi aliqua iuſta impedimenti cauſa ſubeſſet, facta inde proteſtatione infra iam datum terminum: ſi fieri potuit, vel non facta, ſi non potuerit fieri. nam plus quàm ſemel debet dilatio tribui pro ſingulis cauſis impedimenti, ſcilicet, & hoc propter litigantium vtilitatem, ut C. de fer. & dilat. l. ultima. & l. oratione. in prin. & in Authen. de teſtib. §. ſi uero decedens. & arg. ff. ſi quis cautio. l. 2. §. ſi quis in iudicio. Aliàs ſine iuſta cauſa non debet amplius, quàm ſemel dari dilatio, nec aliqua prorogari, vt C. de dilationib. l. 1. in fi. eſt enim dilationum materia amputanda, ut C. de temp. & reparat. appl. l. 2. in prin. Et ideo dilationes huiuſmodi ſunt arbitrariè moderandę, & breuiandæ, ſicut iudici uidetur conſiderata locorum diſtantia & temporis qualitate: non autem ultra legalem metam, quæ eſt C. de dilat. ſiue pars. & ff. de iudic. nonnunquam. ¶ Sed quæro hic, ecce terminus peremptorius † ad probandum datus eſt lapſus, nec ſubeſt iuſta cauſa impedimenti aliqua, quin litigator probare debuit infra ipſum terminum.

† Additio. *Vide Bertran. conſi. 269. volum. 1. & Capit. deciſ. 81. & 90. & quando terminus eſt peremptorius ſi allegetur impedimentum, an ſufficiat iuramentum, per Laur. Silua. conſil. 19. col. 3. & Guid. Papa deciſ. 64.* De Bottis.

¶ Modicum poſt terminum fortè, videlicet, ante publicationem teſtium, & antequam teſtificata didicerit: unus ex litigatoribus non petendo nouam dilationem ad producendum teſtes. Sed habens teſtes paratos petat inſtanter à iudice ipſos recipi ſuper articulis ſuis. Nunquid iudex poteſt, vel debet eum audire, & teſtes ipſos recipere altera parte contradicente; Et videtur quod non, ne leges fiant ludibrio, vt C. de bo. quæ lib. l. fina. §. ubi autem pueriliſ ætas & de cur. fur. cũ alijs, in fi. & ne Imperium iudicis fiat eluſorium & inane. ff. de iudic. ſi prætor. in prin. & nequid in loco publ. l. fin. Iudex nãque non audiat ammodo

ammodo hũc dilationis atque indicij fruſtratorem, ut ff. de appel. reeius qui. & de procur. l. vlt. in prin. & ex qui. cau. maio. ſed ad eos. Iam enim non eſſet inter deſides & vigilantes differẽtia, quod eſſe non debet, vt C. de anna. except. vt perfectius. quia ius ciuile vigilantibus ſcriptum eſt, ut ff. de his quæ in fraudem. l. pupillus. in fine, & ff. ex ex quibus cauſ. maior. l. non enim. & de edendo. l. veluti.

Additio. *Adde l. pupillus. ff. de priuil. credi. glo. in prom. Inſt. cap. imputari. de fide inſtrum. Azo in ſum. titu. de bo. auth. iudic. poſ.*

Reſpondeat itaque ſibi iudex, te non admitto, quia ſera prece tibi deſideras ſubueniri, ut C. de iur. & fac. ignor. l. 2. & ſic tuam ſeram interpellationem placuit non admitti, vt C. lib. 11. de naufr. l. ſi quis. ¶ Et ſuæ facilitati ac negligentiæ imputet, cum non oporteat ſic per ſingula momenta aduerſarium onerari, ut ff. ut in poſſ. legat. l. ſi is à quo. §. fin. Sed ſufficit ſemel, alias non eſſet litium finis. Item argumenta ſunt ualida pro hac parte. ff. de pact. tale pactum, §. qui prouocauit & C. de tranſactionibus. ſi ſuper poſſeſſione. Quid plura? per lapſum termini tacitè renuntiare videtur productioni teſtium, ut arg. C. qui accuſare non poſſunt. ſi ea. ¶ Et ſic poſtquàm renuntiauit, ad id redire non poteſt, ut C. de iureiur. l. ſi quis iuſiurandum, & in Authen. de trien. & ſemiſſe. §. de ſucceſſionibus. ita in collationibus, verſ. hoc autem dicimus. collat. 3. niſi probationibus actor, &c. & extra de teſtib. c. intimauit. c. de teſtibus. & c. cum ueniſſet. quæ iura uelle uidentur, quòd poſtquam renuntiatum eſt teſtibus, ſeu probationibus, vlterius teſtes produci non poſſint, ſicut nec poteſt quis redire ad litem, cui renuntiauit, ut C. de pact. l. poſtquàm. ſic non eſt dandus regreſſus ſuas remittentibus actiones, vt ff. de ædil. edicto, qualiter. §. ſi venditor. ſicut non poteſt quis recurrere ad hereditatem repudiatam, vt C. de repud. hæred. l. hæres ſi cum maior. Neque ad bonorum poſſeſſionem poſt repudiatam, ut C. de repud. bon. poſ. l. 1. & l. fina. Nec ad exceptionem, cui renuntiatum erat, ut C. de epiſco. & cler. l. ſi quis in conſcribendo. cum licitum ſit cuilibet renuntiare iuri ſuo, ut C. de pact. l. ult. & ff. de minor. ſi iudex. & quod eſt ſemel repudiatum, nunquam conceditur re integra, ut C. de condit. inſert. l. ultima. ¶ Ex aduerſo uidetur quod ſic: quoniam purgari in iudicio præcipuè mora poteſt, etiam ſi ſit dies appoſita, vt C. de fideiuſſoribus. ſancimus. & ff. ſi quis cautio. & ſi poſt tres. & de arbi. ſi cum dies. §. fina. & l. Celſus. Niſi intereſſet parti alterius propter moram ſcilicet, ꝙ ius ſuum deterius propterea factum eſſet, id eſt, deperiſſet, licet forte ſua intereſt circa expenſas, vt in præallegata lege continetur. ¶ Item rebus exiſtentibus integris, & in eodem ſtatu manentibus ad iam omiſſa recurritur, & poſt terminum etiam quis auditur, ut ff. de optio. lega. l. mancipiorum. & C. de repud. hæred. l. ultima. cum ſimil. Nec debet ſibi nocere, ſi paulò ſerius uenit, ut C. lib. 12. de fundis patri. l. 2. & argumentum bonum. ff. ſi quis teſtamen. liber eſſe iuſſ. l. 1. §. generaliter. & l. fin. Nempe licitum eſt in iudicio pœnitere, vbi non eſt parti alteri captioſum, ut ff. de interrog. actio. l. de ætate. §. Celſus. In caſu autem quæ-

ANDRÆAS DE ISERNIA.

quia l. ſi debitori. dicit cum competenti cautela, illa eſt magis competens, quæ magis timetur, extra ut lite non conteſt. c. quoniam frequẽter. in fi. ſatis poteſt dici quod ſic, ubi uiderit iudex hominem litigioſum, & dificiliter credebat eum parere, & ſoluere: nam ff. de appell. l. creditor. §. iuſſus. dicit quòd tenetur ad intereſſe, ſi nõ ſoluat ſecundum iudicis præceptum. Ex quo uidetur, ꝙ poſſit pœnam imponere iudex, eo quod probare intereſſe difficile eſt. ff. de præto. ſtipu. l. fin. moderate tamen ſecundum conditionem ſoluentis, & quantitatem, quam iubet ſoluere, ut faciat ſicut vir bonus. ff. de neg. geſt. l. Pomponius. & ff. de act. & oblig. l. fin. ¶ Item quid ſi ueniat ante condemnationem? dic quod non condemnatur. ff. ut in poſſeſſ. lega. l. ſi pecuniæ. de opt. leg. l. mancipiorum. Item infra quantum tempus non ueniens poterit ad hanc pœnam condemnari? Videtur uſque ad 30. annos exemplo omnium perſonalium, ſiue dicas officio iudicis, ſiue condictione ex hac conſtitutione. C. de conſtit. pecu. l. 2. Verius eſt, ut infra tempus quo inſtantia cauſæ durat, ſcilicet, triennio in ciuili, biennio in criminali, & etiam minus, ſi minus erat, dicẽdum eſt de triennio, vel biennio. Et eſt ratio, quia tunc hoc officium non eſt principale, vt habeat locum. ff. de alimen. & ciba. leg. l. ſeruos. ſed deſeruit actioni, & accuſationi propoſitæ. non enim principaliter, ſed conſecutiue deberetur hæc pœna, ut dictum eſt, unde expirante cauſa, expirabit hoc officium. d. l. centum. & depoſi. l. 4. pro quo eſt d. l. cum principaliter. C. de uſuris. l. eos. ¶ Poſſet tamen non abſurdum dici, ut hæc pœna poſſit peti condictione ex hac conſtitutione, etiam inſtantia finita, ſicut muſcta iudicis, quando non obtemperatur quæ petitur actione in factum deſcendente ex illo edicto, ſi quis ius dic. non obtem. no. in d. titu. l. 1. & no. Roffred. in libellis ſuis. ſi quis ius, &c. & tunc illa condictio durat vlteriori tẽpore, quàm cauſa principalis.

¶ Sed

¶ Sed nunquid pœnalis ſtipulatio iudicio ſiſti committatur contra reum, licet actor in iudicio dato termino non comparuit, nec reus venerit ad iudicium? Dic quod ſic, ut no. ff. ſi quis in ius uoca. non ie. l. 2. in vlt. gloſ.

Omnem damni aſtimationem. Nunquid ſi omiſit quærere de alio articulo facta publicatione quæret? Videtur quòd non, ſed agetur contra examinatorem ad intereſſe, videtur corrigi, extra de teſti. c. per tuas. ſed infra de teſti. non producendis, iterum dicit glo. ꝙ iterum a teſte quæreretur, & dictum eſt ſupra. l. lite. Et principium huius conſtitutionis loquitur quando fuit negligens in citando, vel doloſus, quando potuit ſanos eſſe infirmos, hic etiam verſicu. is tamen, &c. dicit doloſus, aut negligens. ¶ Legum autem dicentium quæri à teſte id, de quo non fuit interrogatus, correctio uitanda eſt. C. de inoffic. donationib. l. 1. de inoffic. teſtam. ſi quando. ff. de pecu. qui generaliter.

Additio. *Adde l. illam. C. de coll. l. ſancimus. C. de teſti. & in cap. cum expediat. de elect. lib. 6.*

In criminalibus. Secus uidetur iure Roma. ut ſi teſtis non curat uenire, non expectat iudex ultra terminum lapſum, teſtes coercentur per iudicem captis pignoribus, & mulctis impoſitis. ff. de tabu. exhiben. l. 3. §. exigere. & cogentur etiam perſonaliter. hoc enim ſignificat verbum coercere, de concuſ. l. prima. Si autem non inueniuntur teſtes, iudex procedet quantum liquet de cauſa: unde ſi probatum ſit Titium accuſatũ occidiſſe hominem, & dicat Titius quòd ad ſui defenſionem occidit: quod offerret probare per Petrum & Ioannem teſtes, qui non ueniunt, nec uolunt teſtimonium dicere, & non curant pœnas impoſitas nec prætoris remedia, cõdemnabitur Titius, quia delictum probatum non debet eſſe impunitum. ff. ad leg. Aquil.

l. ita

tem quæſtionis noſtræ nil intereſt partis alterius, niſi forſan aliqua utulum in expenſis, & adhuc ſunt omnia integra in ſtatu primo, nec aliqua captio partis alterius erit, cum nondum ſint dicta teſtium publicata. Nec teſtificata ad partis notitiam deuenerunt. Hæ tamen expenſæ, quas propter moram huius partis altera fecit, ſibi iudicis officio præſtabuntur, ut C. de iud. l. ſancimus. & de bonis autho. iudi. poſſiden. authent. ei qui iurat Amplius eſto, quod renũtiaſſe intelligatur, talis renuntiatio nõ nocebit. Nam in probationibus publica & frequens verſare debet utilitas, ne videlicet veritate occultata, & falſitate expreſſa, q͛d facile plurima hominum calliditas adinuenit, ut animæ periclitentur, vt in Authen. de teſti. §. 1. in princ. ff. de teſtib. l. 1. in principio. Legeſque probationibus multum fauent, ne coerceantur, ſed potius abundantia ſit ipſarum, ut C. de hæret. & Manich. quoniam. in fi. & de rebus credit. generaliter. in princip. & in Authen. de teſtib. §. & quoniam ſcimus dudum. ¶ Vnde priuata renuntiatione tolli non poteſt illud ius publicum probandi, ut ff. de pactis. l. ius publicum. & ut notatur plene hoc in Authen. vt ſine prohi. matres debit. & credit. tute. ge. min. §. quia vero. multa habemus in glo. ordin. quæ incipit, ut ſi quando obligauit ſe pro pupillo teneatur, alias non, &c. ¶ In hac quæſtione videtur dicendum, ſaluo conſilio meliori, quod poteſt iudex, ſi ſibi videtur talem litigatorem procedere non malitioſe, eum audire, & etiam poſt terminum ſuos teſtes recipere, dummodo non multum poſt terminum veniat litigator, ut argumen. ff. de verborum oblig. ſi quis ita permiſerit. §. Seia. & ff. de cuſto. & exhi. reorum. l. 2. circa finem. Quod totum ad iudicis cognitionem remittendum eſt, ut in eo. §. Seia. dicitur. & eſt argumentum. ff. de iure deliberan. l. 1. in fi. & ff. de teſtib. quæſitum. & ad hoc expreſſum eſt in Authen. de teſtib. §. ſi uerò deducens. ubi dicit, non tamen per longum interuallum, &c. quod iudicis erat arbitrio, ut ibi ſubiungit, expreſſa etiam renuntiatio, quod plus eſt, quàm tacita, ut ff. de adulter. l. ſi maritus. §. ſi negauerit. Non nocet in teſtibus producendis: ſed nocet quarta productio, & didiciſſe teſtificata, ut in Authen. de teſtibus §. quia verò. ubi de hoc, & notat dominus Azo in ſumma de teſtibus. §. vbi autem ſemel produxit teſtes. ¶ Et ad hanc ſententiam teſtium accedit dom. Card. in ſumma ſua ſuper Longobar. de teſti. l. ſi quis cum altero, circa princip. & dom. Innocen. in apparatu ſuo, extrà de teſtibus, cap. cùm veniſſet. in glo. ordinaria, quæ incipit, nota quòd poſt renuntiationem teſtium factam, &c. ¶ Et hæc eſt ſententia de bono & æquo, licet iuris rigor contrarium ſuaderet, ut ff. de verborum oblig. l. ſi ſeruum. §. ſequitur. ¶ Et prædicta accipe, niſi hic litigator, qui modo uenit, iam teſtificata didicerit, ſicut dixi, ſeu modo quartam productionem fecerit, cum trinas productiones ante lapſum terminum iam feciſſet. quo caſu ad iſtam quartam non debet admitti, niſi primo præſtito ſacramento, quod teſtificata non fuerit percunctatus, ut in Authen. de teſtibus. §. ſi vero deducens. de teſtibus. cap. in cauſis. & c. vlt. ¶ Ne mireris, quod iudex poſt terminũ peremptorium gratiam facit parti: hoc enim ſibi permittit æquitate ſuadente, ut extrà de offic. & pot. iudic. delega. cap. conſuluit. & ff. de iudic. nonnunquam. & l. poſt edictum. in princip. quam iudex ſemper habere debet præ oculis, ut ff. de eo quod cer. loc. quod ſi Epheſi. in fine. eo maxime quod iudex debet ad ueritatem indagandam intendere modis omnibus, quibus poteſt, ut ff. ſi quis cau. cum. in princip. & C. de eden. l. is apud quem. Porro tanta poteſtas datur iudici circa iudicia, ut poſſit etiam in præiudicium partis alterius parcere contumaci, ut C. quomodo & quando iudex. l. 1. no. per B. in præallegato cap. conſuluit. Nam non quicquid iudicis poteſtati committitur, neceſſitatem imponit. ff. de iudi. non quicquid. & de offic. præſid. ſæpe. Proceſſus namque iudicij iudicialis eſt authoritatis, & in poteſtate ac motu iudicis ſitus eſt, ut C. de iudic. properandum. §. 1. de accuſat. qui explicandi. ¶ Indubitanter igitur poteſt iudex, ſi ſibi æquum videbitur, teſtes recipere, etiam poſt elapſum terminum peremptorium, vt eſt ſuperius plene dictum, maxime ubi poſt terminum mora modica interceſſit, & ubi teſtes ſunt præſentes, ita quod non expediat noua dilatio, ſicut poſui in problemate quæſtionis, etiam probatur. ff. loc. ſi in lege. §. colonus. & de arbit. l. item ſi unus. §. ſi multo. & de iudic. ſi debitori. quæ iura dicunt nõ curandum de modica mora, ut ff. ut in poſ. l. ſi is a quo. in prin. & ad Trebel. ille a quo. §. teſtamento. & ad exhib. l. 3. §. ibidem. quæ iura loquũtur, quando probationes in promptu paratæ ſunt, ut extra de reſti. ſpol. c. literas. circa fi. ¶ Tolerabilius enim & melius eſt, quod iudex peccet in dilationibus, quàm in ſententijs, ut argumen. ff. de uar. & extraordinar. iudic. l. penult. in fine. & C. de iudic. Authen. iubemus. & argumen. C. de precib. Imperat. offeren. quoties. Quamuis ſine dubio poſſit imputari litigatori cur non infra terminum teſtes produxit, ut argumen. ff. ad exhiben. l. tigni. §. ſi quis cum iudicij, &c.

[a] prorogatio termini poterit [b] impetrari. Is tamen, cui commiſſa eſt audientia, ſeu coactio teſtium prædictorum, ſi in commiſſo ſibi officio doloſus, aut negligens inuentus fuerit, Curiæ noſtræ in tertia parte mobilium condemnetur, & nihilominus parti læſæ

a *Proregatio*. Non videtur hic nouus terminus dari, ſed uetus prorogari, ut arg. ff. de precar. ſed ſi manente. & de arb. ſi cum dies. 1. reſp.

b *Impetrari*. Primo termino nondum tranſacto, alioquin nondum prorogaretur primus terminus, ſi eſſet alius terminus, ut ff. de preca. l. ſed ſi manente. ff. de arbit. ſi cum dies. in fi. 1. reſpon. ff. quando dies leg. ced. l. 4. ff. de leg. 1. ab omnibus. §. cum quidam.

a *In omnem*

ANDRÆAS DE ISERNIA.

l. ita vulneratus. in fine. ſibi imputet accuſatus, ſi teſtes † fugerunt, uel nolunt uenire, quia ipſe debet videre, quomodo probet defenſiones ſuas, non iudex. C. de edé. l. 1. Nec enim conſtabat iudici, quod illi teſtes ſciant, quod ad ſui defenſionem factum eſt: dicet accuſator, quod accuſatus fecit eos fugere, non debet dari via malitijs. C. de indic. vid. tollen. l. 2. ¶ Vel ſi ſciret iudex, ſecundum probata tamen procedere debet, rigor iudiciorum eſt ut frequenter puniatur, qui non commiſit ſi ſit probatum: patet in eo, qui confeſſus eſt hominem occidiſſe, qui viuit. Nam punitur ſi non doceat, quod uiuit. ff. de interrog. act. qui ſeruum. ad l. Aquil. inde Neratius. §. fin. punietur etiam nihilominus & ipſe perpetrator homicidij. d. l. quod ſeruum, & ſic punitur qui deliquit, & qui non deliquit. Nouum ergo induxit hæc conſtitutio, ut in criminali cauſa iudex teſtes cogat uenire poſt terminum ſemel citando eos, poſt terminum lapſum, ut ſi ueniant recipiantur, non obſtante lapſu termini, ſcilicet, primi. Sed ſi non veniant, iudex non expectabit vlterius teſtes: quia alias non eſſet finis litium, & procuraret accuſatus caute quod non ueniant teſtes. ¶ Quod ergo dicitur hic, non obſtante lapſu termini, ſcilicet primi, ff. de uerborum ſignificationib. l. boues. §. hoc ſermone. de conditio. & demonſtrat. hæc conditio. nam infinitas debet vitari, etiam ſi dixiſſet, rurſus poſt terminum. ff. de lega. 3. fideicom. §. ſi quis decem. ſecus ſi dixiſſet, quoties terminus labetur. ff. de fideiuſſo. l. ſi ita. quibus modis vſusfruct. amit. l. ſicut. de eden. l. ueluti. pro quo eſt. ff. de bon. autho. iud. poſſ. l. fin. §. fin.

† Additio. *Pondera ergo, quod ſi carceratus non poteſt ſuper cauſa criminali ſuos producere teſtes, & fuit elapſus terminus, quod ſibi præiudicat, & non reſtituitur. quod limita, niſi aliter videretur iudici, puta quia uerè videbit eum impeditum defectu procuratoris, vel aduocati, aut alias non valuit inducere iura ſua, & ſe defendere. ita Luc. quem omnino videas, in l. ſi. in fi. C. de erogat. milit. anno.* De Bottis.

In *pecuniarijs*. §. eodem, in fine. Quæro an teſtis poſſit compelli ratificare dictum ſuum? Dic vt in l. certum. in principio, ff. de confeſſis. Petrus.

In glo. in verſi. quo quidem. quæ ordinaria eſt, dicitur quòd audientia teſtium ſenum, uel ualitudinariorum in prædictis caſibus commiſſis, & ſuper articulis, & exceptionibus delatis in principalibus, nunquam admittitur, nec repulſa in prædictis caſibus: & ita ſeruat magna curia, quod ſeruari debet per alias curias, ut hic dicit And. Sed poteſt dici, quod ſenum, & ualetudinariorum poteſt committi, per l. iudices. & authen. apud eloquentiſſimum. C. de fide inſtrumen. & ibi per Bald. & tex. in hac conſtitutio. qui expreſſe vult, quod in omnibus cauſis ciuilibus poſſit committi examinatio teſtium. & poſtea ſubdit in tex. in criminalibus autem, &c. & glo ſuper ver. prædictis caſibus, exponit caſtrorum, & feudorum, non ſe refert ad alias ciuiles inhibitio, quòd non admittatur: ergo remanet regula generalis in cauſis ſpecialibus, criminalibus, feudalibus, & caſtrorum. Nec obſtat conſtit. nihil cæterum: quia eſt uerum, quod illud quod ſeruat magna curia, ſeruari debet per iudices inferiores quo ad litis deciſionem, non quo ad litis conteſta. nec quo ad litis ordinationem, ut no. Andr. in conſti. ſi quis in poſterum, & in hac conſti. & ſic dictus ritus, ſeu obſeruantia non obſtat. Petrus de Monteforte.

In uer. probationes. In contrarium quæro, factum eſt inſtrumentum, ſcripti ſunt teſtes, modo uenit unus de teſtibus, & negat ſic fuiſſe negotium, ſicut ſcriptum eſt in inſtrumento: quæritur utrum inſtrumentum ſic ſumptum, præſumatur ſuſpectum? eſt caſus. ff. quemadmodum teſta. aper. l. 4. in fi.

Item quæro, nunquid ſi duo teſtes depoſuerunt in actis, publicatis iam dictis teſtium, duo ueniunt, & dicunt non ita depoſuiſſe ſicut eſt in actis, quæritur an credendum ſit? hæc quæſtio determinatur per ius commune. extrà de teſtibus. cap. pretium. §. fin. uide hoc not.

Item quæro, nunquid teſtes debeant interrogari ſecundum tenorem inſtrumenti in quo ſe ſubſcripſerunt, an debeant ſignari tantum? & certe l. 1. ff. quemadmodum teſta. aper. innuit, quod ſignari tãtum, ut colligitur in Auth. de hær. & fal. §. ſimiliter. cum ſi. & hoc quia memoria hominis labilis eſt, & quia difficile eſt recordari de eo, quod

ᵃ omnem damni ᵇ æſtimationem ſatisfacere teneatur. Eadem pœna * teſtibus irroganda, ſi per cogẽtem admoniti venire detrectent, niſi certa pœna ab eo, cui hoc commiſſum fuerit teſtibus ſit indicta, quæ prædicta pœna ſit ᶜ maior: quo caſu pœna impoſita exigetur. Hæc in ciuilibus cauſis vendicant ſibi locum: In criminalib. autem, in quibus aliquando, videlicet, cum quis capitaliter accuſatur, æſtimatio cauſæ haberi ᵈ non poteſt, pęna tertiæ partis mobiliũ omnino Curiæ noſtræ ſoluta, teſtes aut iudices impetratos parti læſæ in viaticis, & ſumptibus litis ſacramento ſuo, cum taxatione iudicis declarandis, volumus eſſe damnandos. Principali cauſa nihilominus, ᵉ non obſtante ᶠ lapſu termini, ſuo ordine peragenda. Eodem etiam obtinente in ciuilibus cauſis, ſi teſtes, aut coactores eorũ non ſoluendo fuerint, vt parti læſæ per reſtituendæ cauſæ beneficium ſuccurratur.

a *In omnem damni æſtimationem*. Concor. de teſti.l. ſi quando.in ſi.fecit enim litem ſuam, vt ff.de var.& extraor.cog.l.ſi.Inſt.de oblig. quæ ex quaſi delic.naſc. in princ. ¶Et dic damni, ſcilicet tam expenſarum, quam etiam litis, ſi pars læſa damno litis afficitur, ut ſi non fuit ſibi prorogatus terminus: quia forte infra terminum non fuit proteſtata. Vel quia iudex noluit prorogare, licet pars fuiſſet proteſtata. Nec poterit iſte talis coactor propter delictum & culpam ſuam obijcere parti, quòd infra terminum proteſtari neglexit, vt in glo. ordi. ſuper ſimili.ff. ad legem Aquiliam.l.in lege Aquil. ſi deletum. in glo.quæ incipit, Imò videtur,&c.& l.Stichum aut Pamphilum.in gloſ. quæ incipit, innuit, &c. ¶Et qa culpa partis non attenditur, nec nocet in propria cauſa ſua, vt ff. ſolu.matri.l.etiam.§.licet. Sicut culpa actoris attenditur & punitur in cauſa aliena, ut ff.ſolu.matri.ſi conſtante.§.ſi maritus Non ergo culpa partis abolet culpam, quæ præponderat coactoris, vt ff.ad l. Aquiliã. item ſi obſtetrix. in ſi. ¶Similiter non poterit talis coactor opponere, quãdo iudex noluit prorogare de iniuria iudicantis, vt pars potius cõqueratur de iudice, qui ipſam non audiuit, vt ff de euict.ſi per imprudentiam.in prin.& ff.de eden.l.argentarius.§.ſed an hoc procedat. Nã hanc iniuriam pars recipit propter factum coactoris ipſius, ut ff.de fideiuſſ.l.exceptione.& no.in glo.ord.ff.de neg.geſt. nam & ſeruus.§.1. in glo.quæ incipit, ſcilicet, mandati,&c.ipſe namq; coactor extitit huius rei, vt in Auth.vt lice.mat.& auiæ.§.ſi quolibet modo mulier.

b *Æſtimationem*. Non dicas totius cauſæ, vel litis, ſed expenſarũ, quas fecit in probatione facienda, uel prorogatione termini impetranda: hic enim, quando impetratur prorogatio termini, cauſa non amittitur, alioquin prorogatio termini eſſet nulla. Cum vero intra terminum nõ impetratur prorogatio, & in termino non probatur, tunc cauſa ciuilis amittitur, ſi teſtes aut coactores ſoluendo ſunt, & in eo caſu tenentur ad omnem æſtimationem totius cauſæ, vt in fine huius legis dicitur. Vbi aſſignatur differentia inter criminales quæſtiones, & ciuiles. Criminalis enim quæſtio propter lapſum termini non amittitur, & ob hoc æſtimari non poteſt, quando agitur ad capitalem pœnam. Teſtes aut iudices damnantur ad tertiam mobilium, & in uiaticis, & ſumptibus litis. G.

* Additio. *Not. quòd iſte tex. probat, quòd vbi a lege imponitur una pœna, & a iudice in illo caſu comminatur alia pœna, quòd exigitur pœna impoſita a iudice. Credo tamen, quod hoc ſit in electione iudicis per id, quod dicit And. in conſtit. cuſtodes. nam non ſit nouatio, vt declarat Bar. in l.1.ff.vi bonorum rapt. & ſatis hic colligitur, quia tex. dicit, quòd exigatur maior pœna, quaſi quòd ſi eſſet impoſita minor, non eſſet hoc mandatum. Verum per exactionem vnius non poterit alia exigi. & pondera glo. hic quòd iudex in negotio ſibi commiſſo poteſt alterare pœnam legalem*. De Bottis.

c *Maior*. No. cum, cui aliquid eſt commiſſum poſſe ad exequendum id indicere pœnam etiam vltra legem. G.

d *Non poteſt*. Si ergo æſtimatio cauſæ haberi poteſt, quando criminaliter agitur, ut quia ex eo crimine imponitur pecuniaria pœna, ut in l.Iulia.de vi pri.& in defenſa impoſita.& ſin.ut C.ad leg.Iuliam de vi priua.l.tutoris.ſupra de illi.por.ar.l.pe. Cauſa debet amitti, & agi contra iudices ſiue teſtes, ſicut dicitur in ciuilibus in fine huius l.cum eſſet cauſa, ꝓpter aliud dicebatur in criminali. ¶Cum vero agitur ad capitalem pœnam, cauſa non amittitur, & ita eſt in ciuili, quando termini prorogatio impetratur: quia utrobique non amittitur cauſa, & agitur cõtra iudices, vel teſtes ad uiatica, & ſumptus litis, ut hic, & ſupra eo.§.ſane.& ita ſubtiliter inducit omni modo fere ſimilitudo i hac l.inter quæſtiones ciuiles, & criminales. Nota propterea, quod tribus modis imponitur capitalis pœna. Cum quis damnatur ad mortem. Quando amittit libertatem. Item cum amittit ciuitatem: quolibet enim illorum trium capitalis pœna dicitur imponi, ut ff.de publi.iudi.l.2. ¶Principali. Sic conſtrue, principali cauſa nihilominus peragetur non obſtante lapſu termini.

e *Non obſtante lapſu*. Hoc ſane intellige, niſi videlicet, teſtium publicatio facta eſſet, quo caſu amodo propter falſi timorem teſtes ſuper eiſdem articulis recipi non deberent, ut infra de appellat.l.iuris peritorum.

f *Lapſu*. Nota diligenter, quod in criminali aliud dicit hic, quàm dixerat ſuperius in ciuili. ibi enim dixit prorogationem fieri poſſe.

Additio. *Adde an habebit locum per viam inquiſitionis? vide Bald. in l.prima, de ſicarijs, & eundem Bal. in cap. P. & G. de offic. delegati*. Superantius.

Quod locum habet primo termino non elapſo, ut *ibi* diximus: hic vero dicit lapſum termini non obſtare, ergo admittitur ad probandum termino iam elapſo. Quod intelligo, cum uolenti probare non poteſt aliquid imputari, ut in Authen. collat.9. ut ſpon.largi. §. hoc quoque. Steterat enim per iudices ſiue teſtes, ut hic dicit. Nec mirum, quod etiam iure ueteri latior via probandi eſt in criminali, quàm in ciuili, ut ff.de ferijs.l.ultima. & hoc ideo, ne maleficia remaneant impunita, ut ff. ad l.Aquil. item Mela.§.ſi plures. & l.ita vulneratus,

Additio. *Adde glo. in ver. canonicas. in cap. 1. de poſtula. prælat*. Superantius.

Et quia magis ratio ſuadet pœnas ob maleficia ſolui, ut ff. de fideiuſſo.ſi a reo.§.vltimo.& quià crimina nocentium expedit eſſe nota, ut ff. de iniur. l. eum qui nocentem. Item qui criminaliter accuſat plus oneratur in probatione, quam qui ciuiliter agit, quia dilucidius in cauſa criminali, quam in ciuili eſt probare intentionem ſuam, quod dic ut in ſumma de probatio. §. item appellatione actoris, & in ſumma de actio. §. poſtmodum. & ideo non mireris ſi in alio releuetur, vt admittatur facilius ad probandum, ut ff.de iureiur.eum qui. G.

ANDRÆAS DE ISERNIA.

iam diffinitum eſt.ff.de acquir.poſ.l.peregre. immo ſufficit, ſi ſignum recognoſcit, & dicat, illud ſignum eſt meum, quod uerum eſt, quod inſtrumentum continet. Barth. de Capua.

Quæro, qualiter publicatur inſtrumẽtum? Reſpõdeo: quia ille qui vult publicum facere venit coram iudice, & dicit: domine, ego habeo tale inſtrumentum & timeo perdere, uolo illud publicari, & tunc tabellio coram teſtibus accipiet inſtrumentũ, & ſcribet ſic hoc eſt exemplum cuiuſdam inſtrumenti, ſic incipientis, Anno Domini, &c. & totum ibi ponet per ordinem inſtrumentum: & poſtea in fine dicat, ego talis tabellio mandato iudicis exemplaui, & exemplatum vidi, & legi, una cum iudice, & duobus notarijs, & teſtibus infraſcriptis: & quia ipſum inuenimus concordare per omnia cum originali, in quo nullæ erant raſuræ, uel cancellaturæ: idcirco mandato iudicis ſuum robur huic exemplo accommodantis me ſubſcripſi. Similiter alij duo tabelliones ſe ſubſcribent, dicentes, viſo, & diligenter lecto, & audito hoc una cum iudice, & notario ſupraſcripto, & infraſcrip. teſtibus, quia ipſum comperimus concordare cum originali, in quo non erant raſuræ. idcirco mandato iudicis ſuum robur accommodantis me ſubſcripſi. & tale exemplum probabit ſicut originale. Barth. de Capua.

In tex. delegari. Sed iuxta hoc pone: Iudex ordinarius commiſit audientiam teſtium, ubi poterat committere, antequam iudex cui audientiam teſtium fuerat commiſſa, cœpiſſet exequi mandatum, & examinare teſtes, iudex committens fuit amotus ab officio, & alius ordinatus: poſt hæc iudex cui commiſſa fuerat examinatio, examinauit, quæritur an valeat dictum illorum teſtium ſic receptorum? & videtur quod non, argumen.l.& quia.ff.de iuriſdict.om.iudic. facit l.edictum. ff.de iudi. Sed dicendum eſt, quod valeat nam cum primus iudex remouetur, non videtur ceſſare iuriſdictio delegati ab eo, ut no. Innoc. in c.licet.de offic.deleg. Item cum hæc conſtitutio permittat delegari, videtur ipſe fuiſſe delegatus Imperatoris, non iudicis.l.apertiſſimi. C.de iudic. Ioan. Grillus.

In glo. per defectum. circa ſi. No. ex iſta glo. quòd ubi ſic de facili præſentia iudicis haberi non poteſt, & cauſa vrgeat, quod coram eo proteſtatio fiat tunc in eius defectum coram probis uiris fiat. Marin.

Dicunt aliqui, quod in cauſa appellationis ciuili non poſſit committi audientia teſtium, argumen.l.ad hæc. C. de iudic. ubi dicitur, quod iudex appellationis debet cauſam per ſe audire. & glo. ibi dicit quod totam, nec mediam committit, & ſic nec audientiam teſtium, cum ſit de medijs, pro quo eſt in Auth. ut defuncti ſeu fun.§. illud.verſi.& curſus.& quod ibi no.& hoc ſatis nouum, & inauditum. & ſic uidi in Curia Vicariæ.

Quæro, an is cui commiſſa eſt audientia teſtium, poſſit alij demandare?

De legibus † paribilibus ſublatis.

TITVLVS XXXI.

Per hanc conſtit. tollitur illa vulgaris conteſtatio, quam habent ruſtici, & laici: nam cum conueniuntur, dicunt ſe non feciſſe, & de hoc uelle accipere ferrum calidum. h. d. Lallus de Thuſcia.

† IMPER. FREDER.

LEges,[a] quæ a quibuſdam ſimplicibus ſunt dictę[b] paribiles, quæ nec rerum naturam reſpiciũt, nec veritatem attendunt; Nos qui[c] veram legum ſcientiam perſcrutamur, & inſpicimus, errores a noſtris iudicijs ſeparamus, præſentis noſtri nominis ſanctionis edicto in perpetuum inhibentes omnib. Regni noſtri iudicibus, Vt nullus ipſas leges paribiles quæ abſconſæ a veritate deberent potius nuncupari. aliquibus fidelibus noſtris indicet, ſed communibus probationibus ſint contenti, tam antiquis legibus, quàm noſtris conſtitutionibus introductis. Eorum etiam ſenſum, non tam corrigendum duximus, quàm deridendum, qui naturalem candentis ferri calorem tepeſcere: immò (quod eſt ſtultius) frigeſcere nulla iuſta cauſa ſuperueniente confidunt, aut qui reum criminis conſtitutum ob conſcientiam læſam tantum aſſerũt ab aquæ frigidæ elemento[d] non recipi, quę ſubmergi potius aeris competentis retentio non permittit.

De pugnis ſublatis.

TITVLVS XXXII.

Hac conſtitutio tollit probationẽ per duellum, vt mos erat antiquitus, ſed per legitimas probationes veritas conuincatur, & limitat numerum teſtium, & qualitatem ipſorum, videlicet, quòd nullus angarius, vel villicus, ſeu quicumque villanus, qui in villis & caſalibus habitat, & nullus vilis conditionis contra Comites, aut Barones, aut contra ſimplices, milites capitales accuſationes, vel de perſona conditione, vtputà, de homagio aut de omnibus bonis ſeu maiori parte eorum, ſeu etiam de vno caſtro conuentos in teſtes poſſint induci, ſed contra eoſdem inducãtur milites tantùm, & Burgenſes bonæ & honeſtæ opinionis in ſubſcripto numero, videlicet contra Comitem duo Barones, vel quatuor milites, octo Burgenſes, & idem in milite prout inferioris gradus ſe habet conditio, inducantur in teſtes pauciores numero prædicto, nullam omnino fidem inducant, excepto crimine maieſtatis, in quo eſt accuſatorum & teſtium conditio exæquata, & iſto priuilegio gaudent milites, qui honorem dignitatis militaris, & onus decenter obſeruant in equis, & armis, & alijs militaribus ſignis, quibus Barones & milites condecet decorari. h. d. Lallus de Thuſcia.

† IMPER. FREDER.

PRoſequentes[e] * beniuolũ noſtræ voluntatis propoſitũ, quo

† Aliàs, paribil.

De legibus paribilibus ſublatis. *Rubr.*

a LEges. Per conſtitutionem iſtam tollitur illa vulgaris probatio quam habent prę manibus laici. Nam cum conueniuntur dicunt ſe non feciſſe, & de hoc accipere ferrum calidum, & talem legem uocabant Paribilem, quod apparet utrũ lę ſerit, uel non, qui ferrum calidum accepit, & continet hæc conſtitutio ius commune, ut extra de pur. vulg. per totum.

† Aliàs, Idem.

b *Paribiles*. Quòd ſecundum eos manifeſte apparebat per has leges de reatu vel innocentia alicuius. Paribiles leges habentur, & prohibentur, quia fabricante paribiles Diabolo ſunt inuẽtæ, & Deus tentari videtur in his, vt extra de purgatione vulg. cap. ultimo. ſecunda quæſtione quinta, cap. Mennam. aliàs, menuam.

c *Veram*. Vt ff. de iuſtitia & iure l. prima, circa princi. Et ideo alibi dicitur quòd princeps eſt philoſophia plenus, ut C. de his quibus, ut indignis. l. penulti. ¶ Et alibi, eſt quidem res ſanctiſſima ciuilis ſapientia, &c. vt ff. de uarijs, & extraordina. cognitionibus. l. prima. §. proinde.

d *Non recipi*. Submegebantur enim in aqua frigida tribus uicibus antiquitus.

De pugnis ſublatis. *Rubrica.*

e PRoſequentes. Moris erat antiquis, vt actor, vel accuſator poſſet probare per duellum intentionem ſuam, & deijcere teſtes, quod hic remouet, & dicit, quòd quicũque vult opponere probet teſtibus, vel alijs legitimis modis, concordat, C. de actio. & obligationibus. negantes. & de prohibita ſequeſtratione pecu. l. unica. cum ſimilibus. Ideo limitat uerum numerum teſtium & qualitatem ipſorum contra nobiles accuſatos, ut non uiles teſtes admittantur, ſed nobiles, & maioris numeri tam cõtra homines maioris dignitatis, quàm mediocris. ¶ Fallit in crimine læſæ maieſtatis, in quo omniũ, &c. vt C. eod. l. nulli. ¶ Item dicit illos milites hanc prædictam prærogatiuam habere, qui uere militarem honorem obſeruant, argum. C. de ſacroſanct. eccleſiis. placet. in fi. ¶ Tollit quandam cõſtitutionem, per quã aliquis poterat teſtes contra ſe productos per duellum reprobare. Grillus.

† Aliàs, Idem.

* ADDITIO. *Vide Cottam in ver. perduellionis. & ibi quid ſi duo promiſerunt ſub pœna tali die venire ad iudicandum controuerſias cum armis. ſi vnus ipſorum non uenit, an incurrat pœnam? & an conuictus per pugnam in cauſa criminali debeat mori, vide Bal. in l. fin. C. de probat.* De Bottis.

ANDRÆAS DE ISERNIA.

mandare? & quid ſi conſenſus partium interuenit? uide per Innocen. extra, de teſtibus cap. cum cauſam quæ. ſuper uer. tempore. per Specu. eod. titu. §. qualiter. uer. hoc autem ſcias &c. Ioan. Andr. in cap. 1. de offic. deleg in clement.

Item ſcias quòd in criminalibus, etiam ubi notabiles perſonæ producuntur in teſtes, mittitur ad eas examinator, ut no. extra, de iudi. c. mulieres. per Ioan. And. & clarius per Archid. in c. pretium. ſuper ver. productos, de teſtibus. Petrus de Monteſ.

De legibus paribilibus ſublatis, aliàs de prohibitione legis paribilis. Rubrica.

LEges. Quæ a quibuſdam dicuntur Paribiles, quia apparenter demonſtrabant nocentiam, vel innocentiam, ſic eſt iudicium ferri candentis, & aquæ feruentis, ut in titulo, de pace tenen. cap. ſi miles pro pace.

De pugnis ſublatis. Rubrica.

PRoſequentes. *Seu quicunque villanus, qui in villis ſeu caſalibus habitat.* Oportet ergo, quòd qui habitat in uillis, & caſalibus, ut repellatur a teſtimonio, ſicut uillanus, id eſt, uilia opera faciat: nam & nobiles burgenſes poſſent in uillis & caſalibus habitare: ſicut econtra in ciuitate habitãt ruſtici & uillani, qui ruralia & uilia opera exercent. Vnde non loco, ſed qualitate diſcernuntur. C. de prædijs minorum. l. ſi prædium. ff. de legat. 3. l. ſeruis urbanis. Pagus dicitur uilla, vnde dicitur Paganus: quia illa quæ acquirit in pago, uilla, ſeu domo, non in militia acquirit. ff. de regulis iuris. l. ius noſtrum. in gloſſa. de cenſibus. l. forma. de annuis legatis. l. Caius. Vicus dicitur viæ cuſtos. ff. de legat. 1. l. ſi hæres. §. uicis. Colonia eſt uilla. Et vrbs eſt Colonia, probatur, ff. ad municipal. l. eius qui. §. ſi loca. l. ſi in lege. §. colonus. & dicta l. ſeruis vrbanis. uerſicu. mulionis. dicit, quod ruſticus facit opus rureſtre, & ſequitur in §. quod ex urbanis mancipijs rure natus eſt nutriendus in uillis. immò ruſtici ap-

pellantur, qui ſunt in agris, eodem titu. l. ſi chorus. & C. de agricolis & cenſit. l. domini prædiorum. Omnia hæc dicuntur ad differentiam Ciuitatis, C. de epiſco. & cler. l. nulli. §. quòd ſi in uico. & de naturalibus liberis. l. 3. ¶ Dicitur ciuitas, quia cingitur muro. ff. de uerborum ſignificat. l. 2. de penu legata. l. nam. § quòd ſi ita. & dicitur municipium. ff. ad municipal. l. 1. in princip. ¶ Item dicitur oppidum ab ope. ff. de verborum ſignificat. l. pupillus, §. oppidum. unde licet ciuitas ſit, quæ habet epiſcopum, ut probatur in dicta l. nulli. quia uicus ſub ciuitate eſt, ut ibi dicitur, & ff. ad municip. l. qui ex uico.

ADDITIO. *Adde Bart. in l. 1. C. de metropo. lib. 11. Bart. in l. ſi. in 2. col. ff. de collegijs illicit. in l. hæres. in §. meus. ff. de leg. & fideicom. 1. Bar. in tractatu, qui ſint rebelles, in verbo, Lombardia. Bal. in l. reſcripta. C. de precib. Imperat. offeren. Innoc. in cap. cum ab eccleſiarum. de offic. ordinarij. Archidiaco. in cap. ſtatutum. in verbo, ciuitatibus, de reſcriptis, lib. 6. Ioan. Andr. & Doctores in cap. ſi ciuitas. de ſenten. excommunic. lib. 6. & an ciuitas poſſit eſſe ſine epiſcopo? vide tex. in cap. vrbes. in c. in illis. c. illud. 80. diſt. c. felix. & in cap. multis. 16. q. 1. Barb. in c. 1. in 1. not. de offic. ordin.*

Tamen ſi ſit locus muris circundatus, vt Caſtrum aliquod, habebitur loco ciuitatis, vel verius Vrbis, vt d. §. oppidũ. nam in l. ſi hæres. §. vicis. gloſſatur q. Villa, Vicus, Caſtellũ ſunt, quæ nulla ciuitatis dignitate honorantur. ¶ Hoc ergo attenditur, vtrũ ſit muris circundatum, & firmatum, hoc propriè appellatur oppidũ, quod appellatur ciuitas. ff. in proœ. §. illud. & no. in d. l. 1. ad municipales. Incola dr̃ aduena, d. l. pupillus. Item agricola, id eſt, agrorum cultor. ff. de fluminib. l. 1. in prin. ¶ Item territorium vno modo dr̃, vel Rus, vniuerſitas agrorum inter fines ciuitatis, & tñ extra mœnia ciuitatis, vt in l. pupillus. §. territorium. & ſic omne quod eſt extra vrbis mœnia, niſi ſint continentia ædificia, erunt ruralia, vt in l. ſi prædium. ¶ Item & Burgenſes dicti

pugnas a noſtra republica, præterquàm in quibuſdā [a] paucis admodum caſibus præexceptis præuidimus ſubmouere, ingerēte ſe caſus præſentis materia, circa Frācos, qui perſonarum ſuarū, plurimumque rerum ſuarum omniū, aut maioris partis earum fortunā in monomachiam, quæ duellū vulgariter dicitur, reponebant, quid de eis celſitudo noſtra prouiderit, ſtatuēdū cōſtitutioni præſenti manifeſtiſſimè declarātes. Prædictū igitur probationis modū per pugnā, videlicet, quo iure Francorū viuētes hactenus vtebātur, tā circa principales perſonas, eam ſibi inuicem offerendo, quam circa perſonas teſtiū inuicem productorum: tam in ciuilibus, quàm in criminalibus cauſis de cæterò volumus eſſe ſublatū. Sed ſi Francus aliquis a Franco, vel etiā Longobardo ſuper aliqua quęſtione ciuili vel etiā criminali extiterit impetitus, per probationes teſtium, vel inſtrumentorum & ſimiliū, per quos poſſet plenè probari veritas, conuincatur. Probationes verumtamen teſtium pro perſonarū qualitatibus, videlicet, & cauſarum volumus eſſe ammodò pinguiores. Cōſtituentes in primis, * quòd nullus Angarius, vel Villicus, ſeu [b] quicunque Villanus, qui in villis & caſalibus habitat, & poſtremo nullus vilis cōditionis contra Comites, aut Barones, aut etiam ſimplices milites capitaliter accuſatos, vel de perſonę conditione, vtpote, de homagio, aut de omnibus bonis, ſeu maiori parte eorum, vel etiam de vno Caſtro conuentos, in teſtem poſſit induci, [c] aut inductus contra prædictos fidem aliquā in iudicijs [d] vel arbitrio, vel extra iudicia in contractibus, ſeu quaſi contractibus fidem aliquā faciat, ſed perinde habeatur, ac ſi non eſſet inductus. Sed contra prænominatas perſonas, milites tantummodo & burgenſes bonæ & honeſtæ opinionis inducantur in teſtes, contra quos nulla omnino pugna de cętero offerri valeat ab eiſdem. Numerum etiā teſtium in prædictis perſonis, & cauſis volumus eſſe maiorem, videlicet: Vt [e] contra Comitem criminaliter accuſatum, vel de ſtatu perſonæ, aut de omnibus bonis ſuis, vel de maiori parte bonorum, ſeu etiā de caſtro conuentum, duo Comites fidem faciant, vel quatuor Barones aut octo milites, & ſic per conſequentiā 16. Burgēſes probationem plenam inducant. Et ſic gradatim contra Baronem duo Barones, aut loco duo-

a *Paucis admodum.* Qui notantur ſupra de uiolent. meretri. illat. conſtitutione tertia.

* Additio. *Vide omnino Grammat. in deciſ. 34. nume. 6. Et an hoc priuilegium extendatur ad vxores Comitum, vide Tiraquel. poſt ll connub. nume. 54. fol. 133. & Aſſlic. hic, an ſententia lata per depoſitiones iſtorum ruſticorum valeat, vide Aſſl. in capit. 1. §. ſi quis hominem. 2. no. num. 22. de pace tenen.*

Nunquid habeat locum in Comitibus & Baronibus immiſcentibus, ſe latrocinijs, & deprædationibus vel receptantibus prædictos. dic quòd non. ita Luc. in l. 3. col. 2. C. de vetera. lib. 12. vide Gram. in deciſ. 104. & in deciſ. 34. nu. 6. An habeat locum, quando modicam portionem habet, exercet tamen in Caſtro mercantiam, vide Luc. in l. ſuper. col. 1. C. de mancip. & colo. lib. 11. Vtrum autem hæc conſtitutio volens quòd contra Comitem vel Baronem criminaliter accuſatum, vel conuentum de omnibus bonis, vel maiori parte non poſſint induci teſtes niſi eiuſdē conditionis, vel inferioris, adhibito numero, vt hic, habeat locum non ſolum quando conuenitur petitorio, ſed etiam poſſeſſorio, Luc. in l. 1. col. 3. C. de reis poſtu. lib. 10. tenet quòd ſic, quam videas, quia latè diſcutit intellectum huius conſtitutionis. De Bottis.

b *Quicunque Villanus.* Bene exprimit hic, qui dicantur ruſtici, † vel uillani: qui in uillis, &c. ſicut Ciues dicūtur qui habitāt in ciuitatib. ut patet in Auth. de ... coll 6. cir. me. ibi, aut ciuitatē habitantib. ciuibus, aut uillas incolētib. ruſticis, & ibi plene de hoc. ¶ Illi vero q habitāt in oppidis, nō ſunt uillani, nec ciues, ut patet ff. de opc. no. nun. l. 1. §. ſi uero. ¶ Sunt tñ Burgenſes, & ſic admittūtur ad teſtimoniū, ut j. patet. & adde quod no. extraord. ff. de reb. eo.

† Additio. *Dicas q ex artificio cognoſcitur & cōditione, quis ſit nobilis & villanus: nā ſi nobile artificiū habet, dicitur nobilis; ſi mediocre, dicitur burgenſis; ſi vile, villanus, ff. de oper. libe. l. liberto operarum. & eo. tit. l. interdum. & quod not. ext. de cler. non reſid. in eccl. c. conquerente nobis. in glo. quæ incipit, hæc ſufficientia. & in l. humilem. C. de inceſt. nup. & hoc facit pro eo, quod habetur ſupra de illic. port. arm.* De Bot.

c *Aut inductus.* Nam qui prohibetur induci, is inductus fidem nō facit, ut argu. ff. de quæſtio. l. 1. §. ſi quis dicatur. & l. diuus. §. ex quibus. & C. de quæſtio. l. 1. §. item ſeruus.

d *Vel arbitrio.* Super prohibita diminutione feudorū, & rerū feudaliū arbitriū eſt nullū, ut j. de iuribus rerum regaliū. l. conſtitutionem.

e *Contra Comitem.* Nota quot & quales teſtes cōtra Comitē admittant. Itē nota q iſta cōſtit. fauet nobilibus, ſic & in alio fauetur eis. ſ. de offi. Iuſtit. l. ut uniuerſis.

a *Mate-*

ANDRÆAS DE ISERNIA.

ſunt in regno. Vocantur Burgenſes ciues vel homines, qui non in caſalibus, vel villis habitant, vt hac conſtitutione ſm leges. Burgus eſt collegium ſeu corpus, & vniuerſitas hominum C. de fund. reipublicę. l. ... ¶ Propriè dr uillicus cōſeruator ſeu perceptor fructuum. ff. de inſut. l. ſi cum villico. hic appellatur colonus. C. quod cum eo. l. fi. qui dicitur in villa. ¶ Sed inquilinus in ciuitate. ff. de acq. poſſ. l. res pignori. ſed ff. de leg. 3. patronus. §. Sempronio. ponitur villicus, id eſt, viæ cuſtos. ibi, ſub cura villici, &c. †

† Additio. *Vide Capic. in deciſ. 118. in fi. & Moder. in cap. Regni, grauamina, nu. 14.* De Bottis.

¶ Angarius non erit teſtis propter vilitatem perſonæ ſuæ, tenetur enim ad perſonalia opera ſine ſumptu. Perangarius cum ſumptu. ff. de mune. & hono. l. fi. in prin. C. de epiſc. & cler. l. 2. in fi. ſic in omnibus, qui ſequuntur hic in litera, ut propter vilitatem perſonæ repellantur a teſtimonio cōtra nobiles. Nam æqualitas attendi debet in iudicio, & ſpecialiter, vt teſtes ſint æquales & litigatores, argumentum. C. de hæret. qñ. abſurdum eſſet, ut uilis perſona contra hominē honeſtum, & dignum teſtificetur: uilitas uitæ ſuæ operatur multum contra eos. de adulte. l. quæ adulterium. & in teſte conſideratur conditio eius, an ſit plebeius. ff. de teſtibus. l. 3. in prin. ¶ Sed inter ſe vilis cōtra vilem, in defectum, quādo per alios probari non poſſet, bene erit teſtis, quia nil Iudæus Iudæo. d. l. quoniam. Vnde villicus ſatis vile facit officiū, quia eſt in rure ad colligendos fructus, ad quod eſt ſequens litera.

Et poſtremo nullius uilis conditionis, &c. Ad primordium tituli poſterior formatur euentus. C. de impu. lu. deſ. l. 1. in fi. ff. de iur. & facti ignor. l. 1. §. pen. ¶ Et ideo antiqui aduocati Regni ſemper in articulis reprobatorijs poſuerūt, quod eſt uillanus, angarius, vel ad perſonalia ſeruitia obligatus, deſignando miniſterij uilitatem, ut dicit litera, ſeu quicunque, &c. nam dictio, ſeu, auget. ff. de auro & arg. leg. l. ſi quis.

Additio. *Adde quod iſta dictio aliquando ſtat disiunctiuè, vt in l. cum quidam. C. de verb. ſignif. aliquando ſtat correctiue, vt in c. 1. in §. porro. de ſta. reg. lib. 6. vbi Arch. Bar. & Bal. in l. cum quidam. de verbo. ſignif. Bal. in l. generali. C. de ſacroſ. ecc. Bal. in c. inter cæteras. de reſcrip.*

Quaſi dicat, Non tantum ſi vilis conditionis ſit, ſed ēt ſi in caſalibus habitat, ſupple, uilia opera faciendo. ¶ Vilis dr, qui de uili perſona natus eſt. C. de inceſt. nup. l. humilem. ¶ Et non dr ſimpliciter quicunque in caſalibus habitet, ſed quicunque villanus, qui dr a uili genere miniſterij. ¶ Vel reſpexit frequentiam, quia frequenter hi villani qui ruſtica faciunt, habitant in uillis. ff. de legib. l. nam ad ea. de uſucap. l. iuſto. ¶ Item loquitur ſm vulgarem, & cōem modum loquendi, quo vocamus villanos ruſticos, & vilia opera facientes, pro quo, communi uſu loquendi eſt ff. de acqui. rer. dom. l. inſulam. in fi. de verb. ſignif. l. anniculus. ¶ Ex communi vſu nomina exaudiuntur. ff. de ſupellecti. lega. l. Labeo. ſic conſuetudo loquēdi. ff. de leg. 3. ſi ſeruus plurium. in fi. cum concord.

De vno Caſtro conuentos. Quid in agente Comite vel Barone vel milite: an habeat locum hæc conſtitutio, ut reus in exceptione, quia elidit intentionem agentis, numerum hunc teſtium exigatur habere? quod videtur, quia reus in exceptione actor eſt, ſicut in replicatione & triplicatione. ff. de excep. l. 2. ¶ Item is, qui conuenitur dicitur uendicare. C. de Carb. edic. l. 1. ſecundum unum intellectum. Et agere dicitur, qui defendit, & econtra. ff. de eden. l. 1. C. eod. l. qui accuſare. Item eadē ratio eſt in actore, ſicut in reo. ¶ Pone Baronem agentem de uno Caſtro probaſſe per ſolennem numerum duorum, vel trium teſtium, reus Baro, vel alius probat Caſtrum eſſe ſuum per 25. villanos, qui alias non ſunt teſtes prohibiti, nonne eſt eadē ratio, q non ſit probatum? ergo idem ius. ff. de fonte. l. 1. & eadem æquitas. C. de conſt. pec. l. fi. & ad l. Falc. l. vlt. eo maxime q in fauorem nobilium eſt hęc conſtitutio, qui debet prorogari non arctari. ff. de lib. & poſth. l. cū quidam. ſatis vr hoc æquum, pro quo facit, quod conſtitutio, ut uniuerſis, obſeruatur in Magna Curia, tam in actore, quam in reo, ut ibi no. in gl. ęquū. ¶ Sed ſapientes Regni dixerūt ſemper, & dicunt, quod conſtitu-

a *Maieſtatis*. Si de ipſo accuſetur Comes, Baro, vel miles. Nam miles proditor pro hoſte habetur, non pro milite, ut ff. de re mili.l. proditores. quæ concor.
b *Accuſatorum*. Nam infames & ſimiles, qui ius accuſandi non habent, non admittuntur hic ad accuſandum.

ADDITIO. *Adde Bar.& Bal.in l.cūctos populos.C.de ſum.Trin.& per Abb.in c.teſtimonium, de teſti.& an poſſit ſi eſt electus de concordia partium? vide per Bal.in c. Imperatorū. in ulti.col. de iur.cal.& an talis infamis poſſit teſtificari cōtra teſtem infamē? vide per Ang.in l.in arenam. C.de inof.teſt.in prin.idē Ang.in l.quoniam.de hære.& talis infamis eſt irregularis etiam ſi ſit infamis infamia iuris, & facti, vt in ca.qui in aliquo.& ibi Arch.51.diſ. idem Arch.in §.notandum.2.q.3.c.tantis Daniel.81.diſ.c.teſtimonium. de teſti.c.inter dilectos.de exceſſ.prælo.c.omnipotens.de accuſat.& in l.1.C.de infam.*

rum Baronum quatuor milites, & vice quatuor militū, octo Burgenſes. Et idē in milite, prout inferioris gradus ſe habeat conditio, inducatur in teſtes. Pauciores aūt numero in perſonis prædictis, & cauſis nullam oīno fidem inducāt. Et contra prędictos, aut plures nulla oīno pugnę probatio vendicet ſibi locū. In omnib. tñ prædictis crimen læſæ [a] maieſtatis excipimus, in quo oīum [b] accuſatorum [c] & teſtiū ſit conditio exæquata. Militaribus tñ priuilegijs in omnib. ſupradictis, & alijs cauſis & caſibus, in quibus prærogatiuæ militum aliquid indulgetur eos tantummodo milites vti volumus, qui honorem dignitatis militaris, & onus decenter obſeruāt in equis, & armis, videlicet, & alijs militaribus ſignis, quibus Barones, & milites condecet [d] decorari. Conſuetudinem autem, quę in quibuſdam Regni partibus obtinebat, per quam hi, qui Franci nō ſunt, ſed iure communi cenſentur, teſtibus cōtra ſe productis in quocunque iudicio poſſint pugnam offerre funditus extirpamus.

Sed perſonarū, & cauſarū diſtinctione ſeruata, in eorū cauſis iuxta nouæ conſtitutionis nr̄æ ſtatuta iuſtitia præuia, & ęquitate ſeruata ad diffinitiuam ſententiā procedatur.

Super. Sic & qui ius habēt accuſandi, ut ff.ad l.Iul.maie.famoſi.in princ. & hic. ¶ Ita accuſator & accuſatus p̄cedentib.indicijs torquenī, nec excuſanī a tormētis alicuius priuilegio dignitatis, uel nobilitatis, ut C. ad l.Iul.maie.l.3.& 4.de q̄onib.l. Decuriones in fi. ¶ Idē.ſ.q̄ torqueātur ēt nobiles, & dignitatem hn̄tes ſtatuiī in maleficio & mathematico exiſtente in comitatu Principis, ut C.de malef.& mathe.l.& ſi excepta. ¶ Item ēt in crimine ſimoniæ, ut not.C.ad l.Iul.maieſt.nullus. ¶ Item ēt qñ aliquis de conſciētia Principis, tormētis ſubijciī, ut colligiī ex eadē l.nullus. ¶ Idem ēt in crimine falſi, & in ęrimine priuati carceris, ut not.in glo.ord.C.de decur.l.omnes iudices. & in prælle-ga.l.& ſi excepta. Idem ēt qñ nobilis p̄ductus in teſtē eſſet uarius, uel aliter ſuſpectus, ut C. de teſti.l.nullū. Item ēt forsā dici poſſet, qñ milites eēt de latrocinio ſuſpectus: nec.n.ignoſcendū eſt militi, cui obuiari oportet, vt latroni, ut C.qñ liceat unicuiq; ſine iud.ſe uindicare.l.1. in fi. & ad id, C. lib.12. de deſer.l.q relictis. Accuſatorum & teſtiū: qui tam accuſatores, q̄ teſtes oēs indifferēter ēt infames admittunī, ut ff. ad l.Iul.maie.l.famoſi.& C. ad l.Iul.maie.l. nullus.& hæc uera sūt, q̄ infames admittūtur in teſtes ī hoc crimine, ſcilicet cū tormentis, vt ff.de q̄onib.l.de minore.1.reſp.& de teſtib.ob carmen. notat dominus Azo in ſum. de teſtib.§.poſſunt. in fi.1.col.
c *Et teſtium*. Omnes enim etiā uiles perſonæ, & alias prohibitæ hic admittuntur ad teſtificandū. Et cum res exegerit, hic omnes torquentur, ut ff.de quæſtio.l.de minore.§.1.de teſtib.l.ob carmen.§.ſi ea.
d *Decorari*. Facit infra de nouatio.milita.conſti.prima.

In qui-

ANDRÆAS DE ISERNIA.

conſtitutiones † iſtæ ſunt ſtricti iuris, & non producunī ad ſimilia, & ad conſequentia.ff.de legi.l.q̄ vero. Itē non diſcediī a verbis, niſi conſtet de contraria intentione conſtituentis.ff.de exercit.l.1.§.igitur.& de leg.3.l.non aliter. Itē de conuento & accuſato loquiī, & ſic de eo tm̄ intelligemus.ff.ſol.mat.l.ſi vero.§.de viro.de verb.obl.l.ſi minor. Itē non continet ius cōe hæc conſtitutio, imò priuilegiū, quia Villanus, & quilibet pauper, non p̄pea reprobatur, niſi alias ſit ſuſpectus. Inſti.de ſuſpec.tut.§.ſuſpecti. ¶ Et qd̄ dictum eſt ſupra, q̄ æqualitas conſideraī in p̄bando, ut quales ſunt litigatores, ſint teſtes. ¶ Hæc æqualitas non conſideraī in iudicijs: ſed q̄ non ſit infamis & aliàs prohibitus. imo continet odium hæc conſtitutio, quia anguſtat, & arctat p̄bationes.d.l.qm̄.ff.de teſti.curent.C.de viu.pub.l.fi.q̄ debēt reſtringi.d.l.cū quidā. Nam ſi legis huius lator uoluiſſet, q̄ idē eſſet in agente, ſtatuiſſet. Et qa nō ſtatuit, hēatur p̄ omiſſo.C.de cad.tol.l.1.§.pe.

† ADDITIO. *Vide Thom.Grammat.in deciſ.28.col fi.& deci.47. col.pe.& pro iſta opin. vide Dyn.in c.in argumentum.de reg.iur. Pro 2. oppoſit.facit verbum, impetitur. quod ad ordinariam refertur actionem, ut ſupra in conſtitut. Citationis litera, &c. Ideo Rex Robertus fecit ſubſcriptam declarationem, Robertus, &c. Ioanni de Laya militi regenti magnæ Curiæ Vicariæ Siciliæ hoſtiario & Cambellano, ac iudicib.eiuſdem Curiæ conſiliarijs familiaribus fidelibus ſuis, &c. Nobilis viri Ioannis Ruffi de Calabria Comitis Catanzarii Conſiliarij familiaris & fidelis noſtri oblata culmini noſtro petitio continebat, quod cum ipſe teneret & poſſideret per ſe, & alios ſuo nomine & Frāciſię de Liſmard vxoris ipſius medietatem terræ Paceti & Rocchę Vngueberti quartam partem Layne & ſextam partem Pizzoferrarij de Iuſtitiariatu Aprutij citra flumen Piſcariæ cum hominib.vaſallis iuribus & pertinentijs ſuis omnibus communiter & pro indiuiſo cum Simone de Sangro milite, nonnulli familiares eiuſdem Simonis armis muniti prohibitis eundem Comitem tunc in frontera Calabriæ in noſtris ſeruitijs commorantē in poſſeſſione dictarum terrarum & iurium deſtituerunt authoritate propria violenter de quadam domo, quam Comes idem in d. Terra Paceti tenebat modo prædicto uncias auri 12. in pecunia, & alias res mobiles valentes vncias auri 20. ſimiliter per violentiam abſtulerunt, ac ipſarum terrarum bonorum & iurium prædicta violentia poſſeſſio ad Simonem peruenit, eundemq; qui eam tenet & poſſidet, & eidem Comiti reſtituere contradicit in eius præiudicium manifeſtum in eadem petitione, ſubiuncto, quod difficile d. Comiti quin potius impoſſibile quodam modo fore dignoſcitur deſtitutionem ſeu ſpoliationem probare prædictam per Baronū, militum, & Burgenſium numerum, quem regni conſtitutio ſtatuit, cum Comes, Baro aut miles de maiori parte bonorum vel de caſtro uno tantum conuenitur prouidere ſibi ſuper hoc difficultatis obſtaculo, nē ſub prætextu obumbrationis huiuſmodi veritas obumbrata iuſtitiæ tam iuſtę quàm æquitati propitia dignaremur. Nos igitur, &c. noſtri conſilij ſuper hoc habita examinatione ſollicita prouiſa penſantes, quòd de ipſo deſtitut. modo apud multos noſtro conſilio per quoddam vulgatum notorium & aliter etiam eſt conſcientia informata & ſpoliationis cauſa de iure ſpecialis priuilegij fauore fulcitur. quodque dictus ſolennis teſtium numerus per ipſam conſtit.exigitur, vbi de maiore parte bonorum vel vno caſtro contra Comitem, Baronem, uel militem quo agitatur, per quod cauſa deſtitutionis eiuſdem in appellatione bonorum claudi rationabiliter non videtur, eo quod bonorum appellatio, dum bona fide poſſeſſa continet mala fidei & violenter accepta de propria ſignificatione vocabuli non includit, & rei ac poſſeſſionis violentæ præcipue diuerſa fore æſtimatio dignoſcitur fidelitati noſtræ præſentium tenore mandamus, quatenus vocato d.Simone, & alijs ſi qui fuerint euocādi ſummariè, & de plano, ſine ſtrepitu & figura iudicij, oblatione libelli, et conteſtatione litis nobis de ſpoliatione prædicta conſtiterit per teſtes & probationes legitimas ab obſeruatione communis iuris inductas prædictæ conſtitutionis in caſu præſcripto ſpecialitate remota poſſeſſionem dictarum terrarum, bonorum, & iurium d.Comiti cum fructibus, & omni cauſa reſtitui celeriter faciatis, ne veritatis aſſiſtentia ſub modio lateat & illicita deſtitutionis iniuria ſub anfractu probationis difficilis, non procedat illo vel illis ex vobis iudicibus duobus ſaltem qui præſentes extiterint executioni præſentium vacaturis aliorum abſentia non obſtante. Datum Neap.per Barth.de Capua, anno Domini 1317.die vero 24.Ianuarij 15. indict. regnorum noſtrorum anno 8. exemplatum a regiſtro originali, car.43.cap.87.* De Bottis.

Eſt exæquata conditio. Dicit hic quædam gl. quòd ſi Princeps ex ſua conſcientia mandat priuilegiatos torqueri, tollit tūc priuilegium huius conſtitutionis, & iuris poſitiui ſola ſua ſcientia tollit poſitiuam legem, ſicut ſi diceret, non obſt.l.ff.de excuſat.tuto l.idem Vlpianus. §.fi. Si enim legem redactā in corpore iuris tolleret, generaliter tolleret, & ſpeciale priuilegium tunc vni conceſſum.ff.de pact.in ingentium.§.adeo.hoc bene dicitur, quia hæc poſitiua tollit, quando vult. Ex hoc dicunt quidam & male, quod Princeps † poteſt mandare hominem liberum torqueri nō pręcedentibus indicijs, naturali ratione iura naturalia non tolluntur, de hoc dicitur.C.ſi contra ius vel vt.publi.in glo. Peccaret ergo ſic mandando, & ſic non poteſt dicere. ¶ Poteſtate enim abſoluta non debet vti, niſi cum cauſa, diximus in titu. quæ ſunt reg. tūc cor Regis nō eſt in manu Dei, quia factus eſt Rex, vt faciat iuſtitiam rectam. 25.q.1.reſeruatis. Rex antequam puniat debet inquirere exemplo Dei, qui dixit, deſcendam, &c.extra de accuſ. qualiter ad pœnam peruenitur per tormenta, quæ eliciunt confeſſionem voluntariam, & ab inuito extorquetur.

† ADDITIO. *Princeps non poteſt quem mandare torqueri abſque indicijs.vide Capic.in deciſ.132.nu.3. vbi an excuſetur iudex tormentans quem ſine indicijs de mandato Regis.vide etiam Meder.in c.regni,*

In quibus caſibus pugna locum habeat? Rubrica.

a MOnomachiam. Licet generaliter duellum ſit prohibitum: & eſt ratio, ut in princip. huius conſtitutionis, tamen in duobus caſibus permittitur. In morte clandeſtina ſiue per venenum, ſiue alio modo, & in crimine læſæ maieſtatis, ita tamé, vt non ſit a bello inchoandum: Sed ubi accuſatur qui occidit. Primo videat accuſator ſi poteſt probare per teſtes. Vel iudex videat, ſi poteſt inuenire ueritatem per inquiſitionem ſuo

In quibus caſibus pugna locum habeat?

TITVL. XXXIII.

Licet regulariter prohibitum ſit duellum, & eſt ratio, vt in princ. huius conſti. in duob. caſib. permittitur, in morte clandeſtina ſiue per venenum, ſiue alio modo, & in crimine læſæ maieſtatis, ita tamen quod non ſit ab illo inchoandum, ſed vbi accuſatur qui occidit, primo videat accuſator, ſi poteſt probare per teſtes, vel iudex videat ſi poteſt inuenire veritatem per inquiſitionem ſuo officio, nam quandiu locus eſt ordinario auxilio, &c. ſi legitima probationes deficiat, præcedentib. indicijs peruenitur ad bellũ, ſed ſi accuſator primo elegit per teſtes, ſi deficiat, abſoluitur reus nec bellũ admittitur. h. d. Lallus de Thuſ.

† IMPER. FREDER.

MOnomachiam, [a] quæ vulgariter duellum dicitur, pau-

ANDRÆAS DE ISERNIA.

ſubditorũ. nu. 128. cum ſeq. & Gram. omnino in noto 32. vide etiam Parid. de Puteo in tract. ſyndic. inc. de repetit. tortura. col. fin. De Bottis.

¶ Quod dr̃ in pœna prohibita dici dẽt in eo, per qđ peruenitur ad id ff. de ſponſa. oẽo. nam ſi confiteaĩ vbi nõ dẽt torqueri, confeſſio nõ ꝑiudicat. ff. de qõ. diuus. §. ex quib. Et dẽt hoc conſtare, ꝙ iniuſte mandet, de quo dictũ eſt plene ĩ. de iniur. Curialib. illatis. l. vt participato.

Militaribus tamen priuilegijs. Quis ſit Comes dicitur in tit. quis dicatur Dux, Comes, vel Marchio, quia poteſt eſſe nomen dignitatis, ſine Comitatu, de quo non loquitur hic, ſed de Comitibus terram & Comitatum habentibus, qui non diuiduntur regulariter, in l. imperialem. §. præterea, & in tit. de feu. Marchiæ Du. & Co. ¶ Quis ſit Baro, diximus plene in titu. de ca. qui cur. ven. ¶ Quis ſit miles, dicitur in glo. ff. ex quib. cau. maio. l. fin. ¶ Quis ſit militaris vir, diximus ſupra a quibus Co. & Ba. iudi. l. uniuerſis. ¶ Et no. quia dicit eos tãtummodo milites, &c. Vnde nõ dabitur hoc priuilegium filio militis, qui non eſt miles, quantumcunque militariter viueret, quia de milite tantum dicitur per totam hanc conſtitutionem, ſecus ſi priuilegium daretur nobili, tunc ex ordine ſanguinis porrigitur ad filium, & ſic non ob. C. lib. 12. de priuilegijs eorum, qui in ſacro palatio. l. 1. & dictum eſt in prædicto tit. de capitaneo qui Curiam vendidit ¶ Filio Comitis & Baronis dabitur, quia mortuo patre eſt Comes & Baro, niſi nolit, & viuo patre dicitur Comes filius Comitis, & Baro filius Baronis. Sicut de Hermigillo filio Regis, dicit Grego. quod eſt Rex patre viuente. 25. q. 1. ca. cœpit. ¶ Comitatus, Baronia, ſicut & feudum ſine facto extrinſeco venit ad filios, parẽtibus mortuis niſi nollent, ſicut hæreditas. ff. de acquiren. poſſeſſ. cum hæredes. ¶ Hæreditas tamen eſt nomen uniuerſi iuris. Comitatus, Baronia, Feudum eſt nomen uniuerſitatis facti, ſicut grex ff. de rei vendicat. l. vendicatio. ¶ Sed militia patris cum morte ſua finitur, & ſi ſit miles filius nõ habet militiam patris, ſed ſuam, quam ipſe ſibi quæſiuit adhibendo neceſſaria ad militiam, quæ dicuntur in glo. ff. ex quib. cau. maio. l. fi. alias pe ¶ Quid ſi ex officio procedatur de crimine contra militem & huiuſmodi perſonas in caſibus, qui no. ff. de adulte. l. 1. §. ſi publico. vel de mandato Principis ſpecialiter inquiritur de maleficio. ¶ Vel ſi teneret Caſtrũ occupatum. ¶ Vel per generalem inquiſitionem Iuſtitiarius inuenit militem deliquiſſe per tres teſtes: Nunquid ſufficit, an exigatur hic numerus teſtium; dicunt multi periti quod ſufficit: quia conſtitutio hæc de accuſato & conuento loquitur, & eſt odioſa: nõ enim fit fraus legi, nec circumuenitur lex alia via quando datur intellectus legi conſonans iuri communi. Nam lex eſt naturæ naturantis Dei, ſcilicet, ꝙ in ore duorum vel trium teſtium ſtat omne verbum: facilis ergo dari debet intellectus, ut res redeat ad naturam ſuam. ff. de pactis. l. ſed ſi vnus. §. in ſpecie. Iſti ſunt proni ad puniendum delicta, quod iura volunt, & proſequuntur nobiles. Alij proſequuntur, & fauẽt eis, dicũt in præmiſſis caſibus idem eſſe, quod hæc cõſtitutio dicit: quia in principio generaliter dicit tam in ciuilibus, quàm in criminalibus cauſis, & ſic debet intelligi tota conſtitutio, & poſtea ſequitur, quod nec in iudicijs vel arbitrarijs, uel extra iudicia, vel arbitria iudicib. vel arbitris fidem faciat, &c. ¶ Generaliter enim dictum, generaliter intelligitur. ff. de aleato. l. 1. Cum ergo dicit accuſatum vel conuentum, reſpexit frequentiam, nam raro tempore factarum conſtitutionũ procedebatur per inquiſitionem, ut patet ſupra de offic. Iuſtit. l. hi qui. §. de ſpecialibus. Item quia in prædictis officium habetur pro accuſatore. ff. de ali. & cib. lega. l. ſeruos. ¶ Idem eſt quod ita forindicatur quis ſi fuerit bãnitus per officium ex inquiſitione, ſiue per accuſatorem, per conſtit. incliti Regis Caroli II. Et ideo quando fit inquiſitio, & teſtes non deponit, nec accuſat, poſtea non auditur, ſupra de off. Iuſti. l. inquiſitiones generales. ſic eſſet ſi alius accuſaret. ff. de accu. l. ſi cui. §. ſi ijdem. Repete quæ dicta ſunt circa hoc in cõſtitutione, ut uniuerſis.

P*Roſequentes*. §. probationes. Et ſic contra clericos laici teſtes eſſe non poſſunt in criminali, extra, de teſtib. c. ueniens, lo 1. & 2. q. 7. laicos. &c. ſi per totum. & no. Spec. in tit. de teſtib. §. 1.

Sed an illud quod hic dicitur in Comite, habeat locum in Rege, & alio maiore vltra Comitem? dic quod aut loquitur de maiore ultra Comitem, qui non induxit priuilegium, & inducere non poteſt, nec tollere iam inductum, vt eſt in regno iſto Princeps vel alius filius Regis: aut de eo qui poteſt. Primo caſu non habet locum conſtit. quia eos nõ expreſſit, & ideo excluſiſſe uidetur, cum ſit ſtricti iuris, in quo nil omiſſum uenit. l. conſtitutionibus. ff. ad municip. Secundo caſu ſic, & eſt ratio, quia Rex ſiue Imperator priuilegium quod concedit ſubditis, videtur ſibi reſeruare, ut in auth. pignoration. ſiãt. §. illud In tex. & glo. circa medium. Nota infames admitti ad teſtificandum in crimine læſæ maieſtatis cum tormentis. Sed quid ſi aliqui non poſſunt eſſe teſtes quia non idonei, uel quia infames, tamen multi, an admittãtur, & habeatur eis fides? dic quòd ſic, vt quod deficit fidei, ſuppleat numerus, per glo. no. in l. teſtium. §. eiuſdem ff. de teſtibus. Sed an iudex poſſit recipere teſtem inhabilem ad ſui informationem? dic quod ſic, ut eſt glo. in l. etiam. ff. de proba. & uide Innoc. in cap. cui. extra de ſponſali. Petrus de Monteforte.

Nota quod quatuor ſunt conditiones perſonarum, quæ non poſſunt ferre teſtimonium contra Comites, Barones, & ſimplices milites In primis conditio hominis angarij, ſecundo hominis villici, tertio hominis uilleni, quarto hominis uilis conditionis: & ſi protulerũt eorum teſtimonium non valet: immo habetur, ac ſi producti non eſſent, tam in cauſa criminali, quàm ciuili: dum tamen ſit ciuilis de omnibus bonis, uel maiori parte bonorum, uel de uno caſtro. Si tamen cauſa ciuilis eſſet de minima parte, non maiori, credo quod teſtes prædicti poſſent produci contra eos, argumen. a contrario ſenſu. Barthol. de Capua.

Quæſtio fuit Neap. diſputata, utrum conſtitutio iſta, quæ certum numerum requirit teſtium contra Comitem, & Baronem ſi accuſetur, habet locum in inquiſitione, ſi contra eum inquiratur? dic quod ſic quia idem effectus ſequitur ex accuſatione, qui ſequitur ex ipſa inquiſitione, ſcilicet ſententia abſolutoria, vel condemnatoria. Vnde conſiderato effectu, idẽ eſt ſi inquiraĩ contra eũ, ſicut ſi accuſeĩ: quia hæc conſti. eſt inducta in fauoré nobiliũ, ſicut eſt de nobili, cõtra l. 1. & ibi ẽt no. & priuilegiũ qđ fauorem continet ampliatur: ſicut patet in priuilegio dotis, qđ hẽt locum tam in maritata uxore, ꝙ in ſpõſa, vt patet. ff. de priuileg. cred. l. 2. in fi. & ibi no ¶ Non ob. ꝙ conſtitutio iſta continet odiũ, quia contra ius cõe introducta, cum in ore duorũ, vel trium ſtet oẽ verbũ. l. ubi numerus. de teſtib. quia hic magis conſideraĩ id illa ſ. fauor nobilium, ſi bene cõſidereĩ. & facit, & eſt quaſi caſus in l. ea quidem. C. de accuſ. ¶ Secũda fuit qõ, an illud qđ in hac conſtit. dr̃ de caſtro hẽt locum nedũ qñ agitur de proprietate caſtri, ſed ẽt de poſſeſſione tm̃, & multa poſſent pro & contra allegari. Sed certe idem, nam appellatione fundi, ẽt poſſeſſio cõtineĩ. nam ſi dico, vendico fundum. i. fundum rõne poſſeſſionis. ff. de rei vendi. l. quædã. Et concordat ext. de ſeque. c. 1. vel quia difficilis eſt probatio ꝓprietatis, & de facili poſſet dñij amiſſio ſequi, & id conſtĩ iſta large interpretaĩ hic. Qñ vero conſtitutio, ꝙ eſt ſtricti iuris, recipiat extenſioné, uel declarationem, dic ut no. in l. ſi furioſi, C. de nup. Barth. de Cap.

¶ Et vide etiam hic c. nouum Caroli II. Principis Salerni, quod incipit, item ſtatuimus. & aduerte, quod citius condemnatur Epiſcopus, quam Comes, vt hic vides, quia Epiſcopus per duos teſtes. 2. q. 5. c. 1. & 2. ſed Comes non, ut hic vides. Barth. de Capua.

¶ In tex. milites No. ꝙ milites habẽt priuilegiũ, ut hic. ſic in Auth. de mand. Princ. §. ſi quidem. in gl. hic no. Item no. dignitatem habere onus in ſe, & honorem. ſic. ff. qđ me. cau. l. 2. & de col. bo. l. 2. §. ſed an. & de conſti. Princ. l. 1. §. 1. ¶ Quæro iuxta iſtam conſtitutionem, an ſi probeĩ per unum Comitem, uel ꝑ duos Barones, & ſic de alijs, ita ꝙ in alio caſu faceret ſemiplenam probationé, faciet, ut per hoc poſſit deferri iuramentum? videtur ꝙ non, per hanc conſtitutionis literam, ad idem. ff. de fideiuſ. l. Græce. §. illud ſecundum opinionem Ioannis. Sed vr̃ contra. C. de teſti. l. iuſiurandi, in fi. & hæc faciunt ad illam opinionem Ioannis, & contrariorum in d. §. illud. Barth. de Capua.

In quibus caſibus pugna locum habeat. † Rubrica.

MOnomachiam. Hæc lex non ſeruatur, † & merito propter rationes quas ponit in princ. omni pene iure duellum eſt prohibitum. 2. q. 5. monomachiam. extra de cle. pugnan. in duello. c. 1. & 2.

ADDITIO. *Adde l. 1. C. de gladiat. lib. 11. Cyn. & Bal. in l. negantes. C. de act. & oblig. Bal. in l. ex hoc iure. ff. de iuſti. & iure. Bal. in l. ij. C. de proba. Bal. in l. ſi penes. C. depoſi. Doct. in c. olim. de reſti. ſpol. Et in extrauagan. Ioan. 22. incip. quia in futurorum.* Superantius.

† ADDITIO. *Vide Luc. in l. 1. C. de gladiat. & Peranum in conſil. 20.*

ſuo officio. Nam quamdiu locus eſt ordinario auxilio, &c. vt ff. de mino. in cauſæ. Si legitimæ probationes deficiant præcedentibus indicijs peruenitur ad bellum. Sed ſi accuſator primo elegit per teſtes, ſi deficit, abſoluitur reus, & bellum non admittitur. Nam non debet redire ad id quod ipſo facto renunciandum putauit. argumen. C. de iureiuran. l. antepenul. argum. contra ff. de teſtamen. mili. l. 3. Vltimo redditur ratio quare in his caſibus locus eſt duello. Nam fit ei in pœnam peccantium & aliorum exemplum, ut C. ad legem Iuliam repetundarum. l. prima. Et quamuis ſit iniuſtum etiam his caſibus bellum admittere; tamen & aliàs committitur iniuſtũ, ut euitetur iniuſtius, ut ff. ad legem Aquiliam, item Mela. in fi.

a *Furtiua mortis.* Quæritur quæ ſit mors furtiua? Reſpon. ut no. in Lombar. de hom. libe. homi. l. vltima. ſecundum Ber.

b *Subtili prius.* Non intelligas priuſquã perueniatur ad teſtiũ probationes, quia ſi illæ offerantur, nec inquiſitio, nec pugna locum habet, vt hic no. ſed intellige priuſquam perueniatur ad probationem indiciorum & pugnæ. Quandiu enim incertum eſt utrum facinus plenè per inquiſitionem probetur, nec de indicijs quæritur, nec ad pugnam peruenitur. ¶ Et hoc indicat articulus iſte, Tunc, qui ſignificat extremitatem perfecti temporis, & perfectæ rei, ut ff. de conditionib. & demonſtratio. l. 3. § fina. ff. de vulga. & pupilla. ſubſtitu. l. ſubſtitutionem, circa finem. aliàs etiam ex inquiſitione facta ad plenam probationem, ſi plene non probetur per eam, indicia tamen aſſumuntur, ut ſupra de homi. & dam. & ſi damna. ibi enim nemo accuſabat, ſed ex ſola inquiſitione procedebatur.

c *Inquiſitione.* Quæ fieri non debet, niſi conſtet aliquem eſſe occiſum, ut ff. ad Syllania. l. 2. §. ſi quis non metu.

cis quibuſdam caſibus exceptis, inter Barones Regni noſtræ ditioni ſubiectos, in perpetuum volumus locum non habere: quæ non tam vera probatio, quàm quædam diuinatio, dici poteſt, quæ naturæ non conſonat, a iure communi deuiat, æquitatis rationibus non conſentit. Vix enim aut nunquam duo pugiles inueniri poterant ſic æquales vt vel in totum non ſit alter altero fortior. Vel in aliqua parte ſui vigore maiori, & potiori virtute, vel ſaltem ingenijs alter alterum non excedat. Ab huius autem ſanctionis humanitate præcludimus homicidas, qui beneficio, vel quolibet genere [a] furtiuæ mortis aliquem alium extinxiſſe dicuntur, in quibus etiam a pugnæ probatione non permittimus inchoari. Sed per probationes ordinarias, ſi ſuperſint aliquæ, procedi primo debere iubemus, & denique officio Curiæ [b] ſubtili prius [c] inquiſitione præmiſſa, ſi per probationes aliquas, vel [d] per inquiſitionem [e] plene non poterit facinus comprobari, tunc demum ad pugnæ iudicium indicijs præcedentibus deſcendatur, quæ omnia per officium iudicis prouidè cognoſcentis uolumus explicari, vt inquiſitionis probata cautè & diligenter diſcutiat. Et ſi probatum non inuenerit (vt eſt dictum) offerendi pugnam licentiam tribuat accuſanti [f] nullo ex eo, quod ipſe ex officio ſuo fecit, accuſatoris iuri præiudicio generato. Si tamen accuſator in crimine prius offerat ſe probare per teſtes, & ſi in eorum probatione deficiat, tunc inquiſitionis, & pugnæ probatione minime locum habente, reus qui nocens non conuincitur, & præſumitur innocens, abſoluatur. Quod ius inter omnes tam Francos quàm Longobardos, & in cauſis omnibus uolumus eſſe commune. Satis enim militibus, & nobilibus Regni noſtri probationum impugnationes [g] prouidimus, & alijs etiam, qui poterunt pugnam offerre, prout nouella conſtitutione noſtra euidentius eſt ſtatutum. Crimen etiam læſæ maieſtatis excipimus, in quo infraſcriptis capitulis pugnæ iudicium [h] reſeruamus. nec mirum ſi læſæ [i] maieſtatis reos, homicidas furtiuos, atque ueneficos pugnæ ſubijcimus, non tam iudicio, quàm terrori, non quòd in ipſis noſtra ſerenitas iuſtum æſtimet, quod iniuſtum in alijs reputauit, ſed quòd in eorum pœnam, & aliorum exemplum, publicè in conſpectibus hominum ſub tremenda probationis ſpecie tales conſtitui uolumus homicidas, qui occultas atque furtiuas inſidias vitæ hominum (quos ſola poteſt creare diuina potentia) parare minimè timuerunt. Eos enim † extra omnes [k] modeſtiæ terminos ſtabilimus, qui aduerſus [l] ſecuritatem noſtram, per quam omnibus alijs præſtatur ſecuritas, moliri aliquid non verentur.

† *Aliàs, hominis.*

d *Per inquiſitionem.* Hoc intelligas in diuerſis caſibus. Si. n. obtulerit ſe quis probaturũ per teſtes, ſiue probet, ſiue in probatione deficiat, inquiſitio locum non habet; nec pugna, ut inf. ca. l. ponit. ibi, ſi tamen accuſator prius ſe offerat in crimine ſe probaturũ per teſtes, &c.

e *Plenè.* Ex hoc patet, quod indicia non debent ex inquiſitione aſſumi, cum fiant ad plenam probationem facinoris, ut hic dicit, quia indicia non habent locum, niſi conſtiterit non eſſe plene probatum facinus per inquiſitionem, ut ſtatim ſubijcitur.

f *Nullo ex eo.* Ergo nec reo præiudicatur in aliquo, ſi crimen non probetur per inquiſitionem, ut ff. de regul. iur. non debet alteri. Probanda ſunt ergo indicia poſt inquiſitionem.

g *Prouidimus.* Supra in proxima conſtitutio. noſtra, ubi &c. & ſupra eodem, l. proſequentes.

h *Reſeruamus.* Credo, præcedentibus indicijs. Sicut in morte abſconſa ſupra dictum eſt, quaſi quod dictum eſt in principio, uideatur in ſequentibus repetitum. Et quia initium conſtitutionis &c. ut ff. de iu. & fac. ignoran. l. regula, in fi.

i *Maieſtatis reos.* Nota quod hic iungitur crimen læſæ maieſtatis, & homicidij furtiui. ſic & infra eodem ibi, reos etiam extra omnes, &c. Et ex hoc poteſt dici, quòd ſicut in homicidio furtiuo, ita & in crimine læſæ maieſtatis præcedentibus indicijs peruenitur ad pugnam.

k *Modeſtiæ.* Per literam iſtam dicimus, quod in crimine læſæ maieſtatis procedi poſſit per inquiſitionem.

l *Securitatem noſtram.* Patet hic ex eo quod legitur. ff. ad legem Iuliam maieſtatis. l. penul. quòd loquitur in crimine perduellionis, in quo locum habet pugna, ſicut hic dicit: non autem in alio crimine læſæ maieſtatis. quod dic, ut ibi, & in ſumma ad legem Iuliam maieſtat. circa princ. G.

d *Per*   *De cauſa*

ANDRÆAS DE ISERNIA.

ſil. 20. quid ſit de iure Romano, vide quod no. in l. qua actione. §. ſi quis in colluctatione, ad legem Aquiliam, & Inſtit. de heredit. ab inteſt. §. per contrarium, in glo. ideo dicitur, &c. & in l. cum filius. §. fina. ff. de legat. 2. de uſu uerò feudorum, in quatuor caſibus, ut no. de pace tenen. cap. ſi quis hominem. De Bottis.

Verum quia ex legibus abrogatis argumenta ſumuntur, propter rationes quas continent. ff. ad Trebellian. l. ſecunda. Sumitur hoc notabile ad tormenta & ſacramentales, ut demum indicijs præcedentibus habeat locum. De quo plene diximus in titu. de con. inter dominum & vaſallum de inueſtitu. feu. capitu. primo. Quando locum habebat hæc conſtitutio accuſabat de morte abſconſa, vel læſæ maieſtatis, proteſtando & reſeruando pugnam, indicijs præcedentibus, ubi non poſſet probare per communes probationes, nec per inquiſitionem plene conſtaret, quod gloſ. plene proſequutur.

Mono-

M*onomachiam.* In prin. De iure Romano non eſt prohibitum duellum. ff. ad leg. Aquil. l. qua actione. in §. attamen. Sed quid ſi pugnam prius obtulit, & ea nondum facta, illam reuocauit, & uelit ad probationem ordinariam redire, an poſſit? dic quod ſic, argum. C. de iureiuran. l. antepenul. Petrus de Monteforte.

In uerſic. in alijs reputauit. Sed certe litera iſta uidetur innuere oppoſitum: nam ſupra dicit litera, crimen læſæ maieſtatis, &c. & ſic uidetur quod in quolibet crimine, & crimine læſæ maieſtatis habeat locum hæc conſtitu. uer. ibi, eos, implicat alium caſum in crimine perduellionis. vnde non uidetur procedere hæc glo. Reſpondeo dicendum, quod licet litera in primo loquatur generaliter in crimine læſæ Maieſtatis, tamen in uer. ibi, eos, ponitur idem generaliter, aliàs idem quaſi hoc caſu uendicet ſibi locum duellum, quæ non reſtringit præcedens dictum generaliter, argum. ff. de leg. 2. l. cum pater. §. dulciſſimis. cum ſim. Barthol. de Capua.

De cauſa

De cauſa depoſiti. *Rubrica.*

a IN *cauſa depoſiti*. Non poteſt probari depoſitum per duellum, vt olim. Siquis vult caute deponere obſeruet ſolẽnitatem huius conſtitutionis. Alia ſolennitas traditur tam magna, vt hic, in Authen. de fide inſtrumentorum. §. ſi quis vult. collat. 6.

In cauſa depoſiti. Nolegẽ iſtam. Nã licet Iuſtinianus doceat caute deponere, vt in Auth. de ſi.inſtrum. §. ſi quis vult caute deponere, hic tamen docet cautius. vnde ſi cõtra fiat, quod nõ caute factum eſt pro non facto habetur. ff. de his q̃ in teſtamento delẽtur. l. 1. circa princ.

† De depoſito.

b *In qua olim.* Vt in Longobar. qualiter quis ſe defendere debeat. l. ſi quis per ſe. quæ corrigitur per hãc legẽ q̃ lex imperialis eſt Et ex hoc probatur q; leg. Imperatorũ tenentur. alioquin hæc lex ſuperflua erit.

† Aliàs, Idem.

De cauſa † depoſiti.

TITVLVS XXXIIII.

Depoſitum factum in quantitate pecuniæ non poteſt probari per oblationẽ duelli prout olim erat permiſſum, ſed debet probari per tres teſtes ad minus omni exceptione maiores, ſi eſt infra libram auri, ſi eſt vltra librã auri, debet probari per publicum inſtrumentum confectum per notarium, qui non dicat ſe mandato iudicis interfuiſſe, & cum interventione triũ iudicũ ad contractum, & ſe ſubſcribentiũ inſtrumento, vel cum deſcriptione nominis iudicis, et triũ teſtiũ, aliter depoſitũ in quantitate negatũ nõ poteſt probari. h. d. M.

† IMPER. FREDER.

IN a cauſa depoſiti, b in qua olim pugna locum habebat, pugnæ prorſus interdicimus facultatem, ſed vt de ea dubietas oriri non poſſit: Sub tali c cautela volumus depoſitum ammodo celebrari, videlicet; Vt in depoſito, cuius quantitas infra vnam libram auri ſubſiſtit, tres 1 teſtes fide digni, & omni exceptione maiores debeant intereſſe. d Vltra librã autẽ auri ſi cõſiſtat depoſitum, debet fieri e publicum inſtrumentum f per manus tabellionis, qui interſit ipſi depoſito, non g qui iuſſione iudicis inſtrumentum feciſſe ſe dicat, & trium iudicum in depoſitione præſentiũ

c *Cautela.* Vt in Authen. de inſtru. cau. §. ſi quis igitur. collatio. 6.

1 ADDITIO. *Adde glo. 1. in verbo, idoneos. Inſtit. de inuti. ſtipu. glo. in verbo, maiores. in cap. 1 de conſang & affin. Bart. in l. admonendi. de iureiu.* Superantius.

d *Vltra libram.* Quid ſi depoſitum ſit de libra auri, & non plus, nec minus? Reſpondeo ſic eſſe dicendum, ac ſi eſſet infra libram auri. arg. ff. de ædil. edic. l. 1. §. ſi inter. Econtra ac ſi eſſet vltra, vt ff. de in li. iuran. l. penul. & dic plene, ut no. ſupra de inſtru. ſol. eo. l. inſtrumẽtorum robur. ¶ Item ad id, quod dicit de tribus teſtibus fide dignis, eſt ſimile in Auth. vt liceat matri & auiæ. § hoc autem, coll. 8.

e *Publicum.* Alias regulariter contra ſ. de fide inſtru. cõſtitutio. ult.

f *Per manus tabellionis.* Nunquid ſi fiat depoſitum in loco, vbi non inuenitur iudex, vel notarius. Minime credo, quod ad hunc articulũ mens huius conſtitutionis non extenditur, ut arg. ff. de teſt. mili. l. vlt. & C. de teſti. l. ult. ¶ Itẽ quid ſi aliquis ſit in vna ciuitate, vbi bñ inueniũtur iudices & notarij, verum tñ qui vult deponere latitat propter periculum perſonæ, ut puta, quia de crimine perduellionis accuſaẽ, nunquid ſeruabit ſolennitatem huius conſtitutionis? Credo q; non. argumẽtum. ff. de exercit. l. 1. in fi. 1. reſpon. & argum. ff. depo. l. 1. §. merito. Barth. de Cap.

g *Iuſſione iudicis.* Item quid ſi depoſuit quis vltra libram auri in ciuitate, vbi habuit copiam iudicis, & notarij, & nõ ſeruauit ſolennitatẽ huius cõſtitutio. an ſubuenatur ſibi aliquo auxilio? Videtur quod nullo modo, quaſi non deficiat ius, ſed probatio, ut ff. de teſta. tut. duo. cum enim exigitur a iure probatio per ſcripturam, per teſtes illa probatio fieri non poteſt, vt C. ſi min. ſe ma. dixerit. l. vlt. & Auth. de trien. & ſe. §. quod ſæpe. & C. de fide inſtrumen. l contractus, & in Auth. ut liceat matri & auiæ. §. qui uero dudum. & ſibi imputet, qui pro nouo beneficio uetus elegit grauamen, vt ff. de iure deliberandi. l. vlt. §. cum gemini. In hac quæſtione dico q; deponenti ſuccurrendum eſt, ne ſine cauſa res remaneat penes illum depoſitarium, & cum aliena iactura locupletur, ut ff. de cõdictione indebiti. l. nam natura. ¶ Sed qua actione? Reſpon audacter actione in factũ quæ deſcendit ex æquitate illius l. quia pecunia mea ad te peruenit, & ſine cauſa eſt penes te, peto eam mihi reſtitui, ut ff. ſi cert.

ANDRÆAS DE ISERNIA.

De cauſa depoſiti. Aliàs de depoſito. *Rubrica.*

IN *cauſa depoſiti*. Si ſit depoſitum vltra libram debet fieri inſtrumentum, & vt iudex notarij & teſtes interfuerint depoſito. Pone q; non interuenit inſtrumentum: depoſitarius confitetur in iudicio, vel extra cum cauſa, an ſufficit? videtur q; non, quia hæc conſtitutio certam exigit probationem, ſcilicet, per inſtrumentum, ergo alias vr reijcere. ff. de iudi. l. cum prætor. Item circumſcriberetur mens huius l. per aliam uiam, quod eſſe non debet. ff. de tutorib. & curatorib. datis ab his. l. ſcire. ¶ Verius dicitur, q; ſic, quia confeſſus † in iure pro iudicato habetur. ff. de confeſſis l. 1. & in hoc nullum eſt dubium. ſic cum ago contra te depoſiti, tu confitearis. Idem ſi probo te confeſſum fuiſſe extra iudicium cum cauſa. ff. de probatio. l. cum de indebito. §. fin. vnde tantum ualet probare per confeſſionem partis, quantũ per teſtes. ff. de inoffic. teſtam. l. quoniam de inofficioſo. ff. ſoluto matrimonio. l. Titia. Item per confeſſionem probatur depoſitum. ff. depoſiti. l. Publia. § fin. & l. Lucius. Hæc n. conſtitutio limitauit, & arctauit probationem faciendam per teſtes, ut infra libram interſint tres: Vltra iudex & notarius & tres teſtes. Non arctauit probationẽ, quæ fit per confeſſionem, nec extendenda prohibitio, niſi in caſu ſuo, cum hæc prohibitio ſit odioſa, & anguſtans probationes. ff. de teſtibus. l. curent. C. de iureiurando l. generaliter, & ſic reſtringenda ff. de liberis & poſthumis. l. cum quidam, & quæ contra iuris rationem, &c. ff. de legib. quod contra.

† ADDITIO. *Vide omnino Neapodanum in conſuet. Neap. incip. inſtrumentum, in titulo de inſtru. confect. unde tantum valet probatio teſtiu, quantum confeſſio. l. in exercendis, de fideiuſ. ſed an de iure communi depoſitum poſſit probari per teſtes. do caſum iuncta glo. quòd ſic in l. 1. C. de edendo, iuncto textu, in authent. ſi quis vult cauſa deponere. C. eodem.* De Bottis.

¶ Sed tunc quæritur, an in tali confeſſione extra iudicium de depoſito ultra libram auri ſint neceſſarij quinq; teſtes? Videtur expreſſum. C. de teſtib. l. teſtium, & in auth. rogati, ſecundum ſententiam Ioan. q; duo tantum ſufficiunt. Item, quia non requireretur inſtrumentum de tali confeſſione, quod contineat quinq; teſtes, ſicut debet cõtinere inſtrumentum depoſiti, licet æquitas & ratio ſit in cõtrarium, & opinio Azo. ibi poſita. quia ſi exigitur inſtrumentum cũ certo numero teſtium in depoſitione, multo magis, uel pari ratione & in cõfeſſione, & ubi eadem ratio, &c. ff. ad leg. Aquil. l. illud. de verb. obli. a Titio. niſi dicas hanc conſtitutionem odioſam, & propterea nõ trahendam ad ſimilia. Quid ergo ſi agatur directa depoſiti ultra libram, ſufficiat ne probari, q; conuentus confeſſus fuit? de iure ciuili videtur quòd ſic, d. l. Publia. in fi. ſed per conſtitutionem iſtam, ex quo agit, quia depoſuit, oportet probare per inſtrumentum, ſecus ſi ageret vtili ex eo contractu propter confeſſionem, tunc ſufficeret per cõfeſſionem probari, nam de confeſſione nihil dicitur in hac conſtitutione, & ſic nec directo, nec utiliter ad eam trahẽda eſt. ff. ſoluto matrimonio. l. ſi vero. §. de viro. Sed quid ſi depoſiti vltra libram, & ſtipulatus ſum reddi mihi ipſam pecuniam, conſtat, q; actio depoſiti fingitur nõ nata, & agitur certi condictione ex ſtipulatu, quia ſtatim facta eſt. ff. de noua. l. cum enim. An ergo ſi agam ex ſtipulatu, ſufficit probari per teſtes? non puto, quia tunc illa actio ex ſtipulatu debet ſequi naturã, quam a principio habet actio depoſiti, in cuius locum ſubrogatur, ſeu ſuccedit actio ex ſtipulatu. ff. ſi certum petatur. l. certi condictio. in gl. pro quo eſt ff. ſi quis teſta. liber eſſe iuſ. fuerit. l. 1. §. actio. ſi quis caut. l. ſi cum. §. qui iniuriarum. Nam hic dicitur certi condictio ex depoſito, ut ff. ſi certum petatur. l. 2. §. ex uerbis. & l. ſi quis certum. Idem videtur q; ſit nouata depoſiti actio ratione præmiſſa. Item quædam glo. dicit hic, quòd non facto inſtrumento depoſiti ultra libram poteſt ſuccurri deponenti, ut agat contra depoſitarium actione in factũ de bono & æquo deſcendente ex illa æquitate, quia pecunia mea ad te peruenit, peto mihi reſtitui. ff. ſi certum petatur. l. ſi me & Titium, ut non locupletetur cum aliena iactura. & dicit quod in hoc damnificatur deponens ſine inſtrumento, quia oporteat eum probare de dominio, ſed ſi ageret directa depoſiti, & probaret per inſtrumentum, non poſſet ei opponi, quod non ſuit dominus. Hæc non videtur ſufficiens ratio, quia pro tanto circumſcribitur hæc conſtitutio per aliam viam. Item quia ſpectamus originem, † quare datur actio: certũ eſt enim depoſitum fuiſſe potius, vnde cauſa & origo depoſiti inſpicitur, quam poteſtas actionis & iudicij & condictionis de bono & æquo, argumentum. ff. de donatio. l. qui id quod. de acquir. poſſeſſ. clam poſſidere, in princ. Sed facit, quia pluries ad id quod per unam actionem non poteſt exigi iura dant aliam.

† ADDITIO. *Vide Lud. Rom. in conſ. 517. 3. col. & Alex. in conſ. 103. 5. colu. Franc. Curtium in conſi. 80.* De Bottis.

Nam indebitum ſolutum ex cauſa iudicati non repetitur per condictionem indebiti. C. de condictione indebiti. l. 1. ſed per condictionem ſine cauſa. ſic. ff. mand. ſi fideiuſſor. §. in omnib. in glo. quando ex cauſa lucratiua perueniſſet ad eum, vel dolo ſuo. ff. de condictione ſine cauſa. l. ſi fullo. in fi. & commoda. Item mihi. in princ. pro quo eſt ff. ad ſenatuſc. Velleianum. quamquam, in fi. hoc autẽ ex lucro habet: & locupletari de alieno iniquum eſſet. Sic & poſt biennium non repetitur condictione indebiti. vnde quod cõfeſſus quis ſuit ſe debere, ipſe tutelæ

ſi cert.pet.ſi me & Titium.licet enim, ut depoſitum non poſſit peti, tamen peti pōt, vt res mea,quæ penes te eſt ſine cauſa. Video enim, ꝙ tranſactio de alimentis,non valet ſine prætore, vt ff.de tranſact.cū hi. Et tamen ſi facta ſit tranſactio ſine prætore,illud quod datum eſt proficit ad alimenta . nec poteſt dicere alimentarius , tranſactio fuit facta ſine prætore , non imputabo mihi qđ datum eſt cauſa talis tranſactionis in alimẽtis, vt ff. de tranſact. l.poſt.§. vlt.¶Item quia ſi acceptilatio ſit inutilis ratione rei, tamen uim habet pacti nudi , ut ff.de pactis.l.ſi vnus.§.vlt. ¶Item licet quod agitur inter reos,non valet,vt quia deficit contractus , tamen ſi ex pecunia mea peruenit liberatio ad te,ago contra te,ne lucreris cum mea iactura, vt ff.ad Velle.quāquam, & argum.ff.de diſtractione pignorum. reſcriptum.§.fin.& ff.ſi cert.pet.ſi cum ſeruum , & cum ſine cauſa res ſit penes eum condici poteſt ab eo. ff.de condictione ob turpem cauſam. l.perpetuo . Non obſtat ꝙ deponens ſuit in culpa omittendo ſolennitatem huius conſtitutionis,quia cum depoſitarius qui nunc ex ipſo conuenitur,eo ipſo quod conuentus depoſitum non reſtituit,ſit in dolo,vt ff.depoſi.l. 1.§.fin.& §.eſt autem dolus, qui præponderat culpæ , vt ff.ad legem Aquiliam.Item ſi obſtetrix.§.fin. ¶Si tamen opponas,iam ergo mẽs conſtitutionis huius non ſeruabitur , quæ uoluit, quod depoſitũ non poſſet aliter probari,quam per ſcripturam,& ſic circumſcribetur lex per viam aliam, quod eſſe non debet , vt ff.de curato. & tuto. dat.ab his.l.tertre, & ff.de ſponſa.l.oratio.Reſponde non decipitur,imo ſeruatur,& ſatis damnificatur hic deponens.Si enim feciſſet inſtrumentum huius conſtitutionis, ſecundum ſolennitatem, & ageretur directa via depoſiti ex contractu, depoſitarius nullam poſſet deponenti controuerſiam dñi referre,vt ff.de iudicijs. l.non a iudice.§.1.& ff.de pign. actio. l.ſi pignore, §.ſi prædo. at nunc qñ deponens petit rem ſuam, quæ ſine cauſa eſt penes illum depoſitarium , oportet eũ probare de dominio.ita.n.dicet, cum res mea ſit penes te, & cogitur verbũ meũ , ſiue tuum,dominiũ ſignificat , ut ff.de leg.3. l.ſeruos autẽ ſuos.& ita ſatis punitur in eo,ꝙ ſolennitatem huius cōſtitutionis,prætor pretermiſit. Ego aũt dum cōſultus fuiſſem ſup hac quæſtione dedi cōſiliũ , dum ſic incidiſſet de facto, vt cum depoſitarius amouiſſet rem , & ſic furti tenetur,vt de acqui.poſſ.l.3.§.pen. vt ageretur furti contra hũc depoſitarium , & peteretur reſtitutio rerum ex officio , vt argum. in Auth.de man.princi. §.quod ſi delinquentes coll.3.& ff.de concuſ.l. 1.& ff.finium regundorum.l.& loci.§.ſi dicantur.& eſt hoc magis tutum propterea,cũ cauſa ſit criminalis,& teſtes ſi vacillẽt, poterũt torqueri.ff.de quæſtionib.ex libero.& principales etiã poterũt torqueri, ſi præſumptiones probarentur contra eos, vel etiam eſſent infames , vt C. de quæſtio. l.milites . & l.1.quod in cauſa pecuniaria non fieret , ut prædicta l.ex libero. niſi in caſu , ut C. de naufrag. l.quoties. Bartholomæus de Capua.

ſubſcriptione ſignatum, vel ſi vnus iudex tantum interſit , ſimul cum eo debent intereſſe tres teſtes, [1] qui ſpecialiter vna cum iudice & [2] tabellione prædictis ſe in inſtrumento ſubſcribant.

1 ADDITIO . *Adde tex. in cap.relatum. il.1.de teſti.Canoni. in c. nouit , de indi. & in c. ſi peccauerit.2.q.1. originaliter Deuteronomij. Matth.18.& ad Corinth.14.*

2 ADDITIO . Et tabellione. *Adde quod æquiparatur duob.teſtib. Bald.in l.1. in §.fin.ff.de verb.oblig. Bald. Inſtitutio.eod.tit. Alber.in l. cum plures. C.de probationib. Spec. in tit. de teſte, in §.reſtat.verſi. Sed quæro. Card.Zabarel.in cap.quoniam contra.de probatio. Idem Card.in cap.cum Ioannes.de fide inſtrumentorum .* Superantius.

De pro-

ANDRÆAS DE ISERNIA.

futuræ numerationis,ſed ſine cauſa condicet.C.de non numerata pecunia.l.cum fidem.¶Sed uideamus quomodo poteſt hoc eſſe,nā condictio de bono & æquo eſt certi condictio generalis,quæ eſt duplex : vna natiua naſcens ex contractu uel maleficio,vel quaſi, vt l.certi cōdictio.in princ. Alia datiua,quando nullo contractu,vel quaſi,nec maleficio,vel quaſi præcedente,cum nō habeat,vnde naſcatur, datur de bono & æquo a lege,illa ratione,quia res mea, vel mihi debita ad te peruenit . Vel quia iniuſte res mea tenetũr a te,ut l.ſi me & Titium. ff.ſi cert.pet.& l.ſi eum.de cōdictione ob turpem cauſam.l.perpetuo. Et datur a lege,quia iniuſte tenes,vt dicit Roffred. in tit. de certi cōdictione generali,in fi.primæ colum. Si agatur prima, ſcilicet,natiua, fruſtra agit,quia debet exprimere qua de cauſa res peruenit ad eum, vt in glo.l.certi condictio.per §.& actiones. l.an eadem.§.actiones.ff. de exceptione rei iudicatæ. Si exprimit, quia depoſuit, loco actionis depoſiti,dabitur illa certi condictio generalis.Et ſic obſtat in ea quicquid obſtaret,ſi depoſiti ageretur.ff.de iureiuran.duobus.§.exceptio. & dicto.§.qui iniuriarum.& de hoc plene in glo.l.certi condictio. Sic de legis interpretatione in Auth.de filijs ante dotalia inſtrumenta natis.in fi.¶Si ageretur ſecunda,ſcilicet,natiua dicit Roffred.quod datur reſpectu poſſeſſionis,quia poſſidet,& tunc planum eſt,ſed difficilis erit probatio, quia poſſidet pecuniam depoſitam , & licet teſtes dicant , quia peruenit ad eum cauſa depoſiti non obſtat : nam non agit , quia depoſitum recepit,ſed quia peruenit ad eum , & ſine iuſta cauſa,quod tenet,& ad hoc faciunt iura prædicta de condictione ſine cauſa , quæ datur ad repetendum id, quod ex cauſa iudicati ſolutum eſt, non tamen eo ipſo, quod peruenit. Et quod ſemel poſſedit præſumetur poſſidere.C.de probatio. l.ſiue.ff de acquirenda poſſeſſio.l. ſi quis in.§.differentia . Vnde oportet,quod dolo deſijt poſſidere,ſicut in reali , quæ datur quia poſſedit.ff.de rei vendicatione. l.ſi autẽ. §.1.uel probet eum in culpa vel mora. eod.tit. l.item ſi verberatum. § fin.& l.vtique. Vel probet eum locupletatum ex tali prouentione. ff.ſi cert.pet.l.ſi eum. Abſurdum uidetur , quod in hac etiam ſuccũbat,ſi in hoc probando deficiat,nam non dicitur locuples,quia in depoſitum ſuſcepit pecuniam, niſi conuertat in ſuos vſus, & tũc furtum committeret.ſi enim vendidit ſeruum, & precium recepit,dicitur locuples. Item nota iſtam conſtitutionem tunc locum habere, quando depoſitum fuit ſignatum , & in hoc non eſt dubium , alias permittat vti a principio , vt ſi vellet vteretur , depoſitum eſt, ſed ſi utitur tunc eſt factum mutuum , & de mutuo agitur. ff.ſi certum petatur.l.quòd ſi ab initio. Si autem ex poſt facto permittat vti,ſtatim eſt mutuum. eod.tit. certi condictio.§.fin. Si vero non ſignatam pecuniam depoſuit,eo ipſo permittere uidetur, quod poſſit vti ſed depoſitum eſt, & depoſiti agitur inſpecto mutuo.ff.depoſi.l.1.§. idem Pomponius quærit. Itaque ſi vſus eſt, tenetur depoſiti ad tantundem, quia egreditur tunc terminos ſuos.eod.tit.l. Lucius.l dies ſponſaliorum.§.fin. Item curet cautus aduocatus quomodo proficetur id,quod proponitur:quia ſi præcedit poſitio, & non poſſet probari , perinde eſt in effectu , ac ſi non præcederet : ſicut idem eſt nolle vendere & immenſum precium poſtulare. ff.de leg.3. l.non dubium. ¶ Item quid ſi deponantur vaſa argentea vel panni ſerici,quorum valor ſit vltra libram auri, an habeat locum hæc conſtitutio ? Videtur quod ſic , quia pecuniæ appellatione hæc omnia continentur. ff.de verb. ſign. l.pecuniæ. C conſtit.pec.l.2.

ADDITIO . *Adde an comprehendantur omnes res mobiles, in l.litigatores.in §.1.ff.de arbi.Bart. in l.mouentium. ff.de verb.ſignifi. Ange. in l.ſingularia ff.ſi certum petatur.Pau.de Caſt.in l.depoſiti. in §.peculio. in princ.ff.de peculio.*

Et in prædictis rebus conſiſtit depoſitum. ff. depoſi. l.1. §.ſi quis argentum , & §.ciſtam . ſed non negatur eſſe depoſitum , nec de hoc quæritur, immo vtrum ſit tunc communis probatio ? quod uidetur quia litera dicit , cuius quantitas intra libram auri ſubſiſtat , & ſic videtur quòd de auro uel pecunia loquatur . Nam pecunia æſtimat omnes res , ſed res non æſtimant pecuniam. ff.de fideiuſſo.l.ſi ita. de verb.ſignifi.l.proprie. in fi. quãuis quantitas dicatur etiam in pondere.vt d.§.ſi quis argentum.in fine.Sed ibi adiunctum verbum ponderis id facit . Simpliciter vero dicendo , quantitas intra libram auri, referri videtur ad pecuniam, & ſic cum ſit odioſa non producetur ad ſimilia,per ea quæ dicta ſunt ſupra: nam & ſi deponeretur æſtimata, & precium , & valor æſtimationis eſſet ultra libram auri , idem videtur quòd ſi ſit æſtimata , ut precium reddatur, tunc eſt emptio.ff. de iure dot.l.quoties,de præſcrip.verb.l.naturalis.§.1.Si vero,vt ſciatur an deteriorata reddatur , ut C.de iu.dotium. l.ſi inter depoſitum eſt, & ad res non æſtimationem agetur. Vbicunque autem non petitur pecunia depoſita,vel agitur ex mutuo, ſicut quando ex poſt facto conuenit, vt vteretur, communis erit probatio . Quia hæc conſtitutio eſt contra ius commune anguſtans probationes,argumentum cōtra.ff.de donatio.qui id quod,cum concordan.ſed ibi eſt fauor,ut donator de ſua liberalitate non ſentiat incommodum : hic odium. dicta l.cum quidam .

IN *cauſa depoſiti* . In ver. ultra libram , in princip. Similis glo. & quæſtio eſt in conſtitutio. quæſtiones, ſupra de ſacra. Baiul.præſt. Item circa hanc conſtitutionem quæro: ſocius poſuit librum in camera ſocij,ipſo ſciente,& non contradicente,& liber perditur, an teneatur? etiã dic ꝙ ſic,ut in l.Pomponius.§.fin.ff.nau. caupo.ſtabul.& in l.ſi ego.§.dotis.de iure dotium.Dyn. Petrus de Monteforte.

Quid ſi depoſitarius confitetur depoſitum, ſed dicit ſolennitatem huius conſtitutionis non fuiſſe adhibitam ? unde iura addicta in ſimili.10.colla.qui teſtes ſint neceſſ.ad proba.inueſt.per glo.& Andream. ¶Sed quid ſi depoſitarius eo caſu, quo non reperitur ſcriptura , agit depoſiti, aſſerens ſe inſtrumentũ depoſiti perdidiſſe, vult de amiſſione inſtrumenti,& de depoſito probare per teſtes , an audiatur ? & videtur quod ſic: argum.C.de teſtibus.l.teſtium. in fi. & quod ibi ſcripſi: & facit quod not. C.de probationib.l.cum inſtrumentis, & emãcipationem . & de iure emphyteutico.l.fin.in princ.& uide quod notatur per Spec. in tit. de inſtrum. edit.§.poſtquam.uerſi.vbi.& §.reſtat.verſi.illud. Petrus de Monteforte.

De reci-

De probationibus & teſtibus ante litem conteſtat. producendis. Rubrica.

a PRobationum. Si quis timens ſe conueniendum, habeat teſtes: de quorum receſſu, vel valetudine dubitet, poteſt lite non conteſtata eos producere, præſente parte aduerſa, vel contumaciter abſente, & in hoc concor. ius cõmune, vt i Auth. coll. 7. eo. tit. §. & hoc vero. & extra vt li. non cõteſt. c. quoniam frequẽter. Additur tñ aliquid de iure nouo, vt receptio iſtorũ teſtiũ valeat tantum infra annum.

a ADDITIO. *Adde quòd in caſu huius conſtit. non ſufficit pars citari in domo, niſi latitaret, vt declarat Tiraq. de retrac. lignag. §. 9. in glo. 2. num. 5. & 7. poſt Aſſl. hic. Adde quod non tantum ſi timetur de morte teſtium, vel abſentia diuturna, ſed etiam ſi timetur, ne propter lõgam moram teſtes fidem varient, quia de facili poſſunt obliuiſci. de quo per Doct. maximè per Soc. in ca. quoniam frequenter. nu. 11 extra vt lite non conteſta. An autem ſi tempore litis reperiantur dicti teſtes, requiratur repetitio. ibi, nu. 12. verſ. poſtremò. & ad materiã huius conſtit. vide Capic. in deciſ. 123. nu. 6. & an poſſint examinari tẽpore feriarum, etiam in honorem Dei. Bal. in conſi. 168. confirmatis conſtit. 2. vol. in antiquis, tenet quòd ſic. An autem poſſint examinari ſuper articulis impertinentibus, vide Rotam in deciſ. 323. in nouis. aliàs in tit. de teſtibus, deciſ. 21. & Pariſ. in cap. fraternitatis. de teſtib. nu. 68. Ad eandem quæſtio. probationem vide latè quæ conſuluit Siluanus in conſil. 3. colum. 6. cum ſequen.* De Bottis.

† *Aliàs, Idem.*

b *Et longa abſentia.* Sic ff. ad l. Aquil. l. 3. & l. Aquil. ſi deletum. & ff. ad Carbo. l. 3. §. duæ cauſæ. in Auth. de teſti. §. pen. extra vt li. non conteſtata, cap. quoniam frequenter.

De probationibus & teſtibus ante litẽ conteſtat. producendis.

TITVLVS XXXV.

Teſtes valetudinarij vel ſenes de quorum proxima morte timetur, vel longa abſentia timeatur, poſſunt produci præſente tamẽ aduerſario ſi eius præſentia poſſit facile haberi, vel eo ſe per contumaciam abſente reſeruato abſenti contra perſonas, & dicta teſtiũ iure opponendi, quorũ depoſitio valet infra annũ & non vltra, cum litis conteſtatio non interceſſerit, nec præſens fuerit aduerſarius, vel non fuit vocatus. h. d. Lallus de Thuſcia.

† IMPER. FREDER.

PRobationum a * incurſib. competenti remedio ſuccurrentes: Permittimus, lite etiam nondum in iudicio conteſtata, teſtes valetudinarios & ſenes, de quorum proxima morte futura timetur, vel eos de quorum peregrinatione, b & lõga abſentia dubitatur, ab eo, qui ſibi per depoſitiones eorum cauere deſiderat, poſſe produci, c præſente tamen eo, qui aduerſarius futurus ſperatur, ſi eius præſentia facilis, aliàs de facili d poſſit haberi, vel eo ſe per contumaciã abſentãte, e omni iure ei, qui præſens non fuerit cõtra perſonas & dicta productorum teſtium reſeruato. Quorum depoſitionum vigorem intra annum tantum valere diſponimus, & f non vltra annum extendi, cum litis conteſtatio non interceſſerit: nec præſens fuerit aduerſarius, vel abſenti parti denuntiari potuit, vt receptioni teſtium intereſſet.

c *Præſente.* Vt in Auth. de teſti. §. ex hoc verò. colla. 6. C. de aduo. diuer. iudi. l. laudabile. C. de teſti. l. ſi.

d *Poſſit haberi.* Innuit contrariũ eſſe dicendũ, ſi eius præſentia de facili nõ poſſit haberi. argumentum .n. à contrario fortiſſimum eſt, vt ff. de offi. eius cui man. eſt iuriſdi. l. 1. §. huius rei. ff. de pact. dotalib. inter ſocerũ. §. cũ inter patrem.

e *Omni iure ſeu proteſtatione.* Et quando locum habeat, dic vt no. in Lombar. de teſti. l. 2. ſecundum Ka.

f *Non vltra annum.* Collige tria eſſe neceſſaria, vt ſm hanc l. depoſitio teſtium ſit annalis, cum litis conte. non interceſſit. Et cum aduerſarius non fuit præſens. Vel abſenti parti denũciari potuit. ¶ Alias .n. depoſitio teſtium perennem probationem induceret. in his .n. caſib. in quib. leges nouæ non loquuntur, priſca iura ſeruantur, vt C. de inoff. teſt. quæ nuper. & quando li. princ. da. l. 2. & in Auth. coll. 3. de filijs ante do. inſtru. na. quod dic vt in ſum. de proba. §. probari autem debent cauſa pendente. hoc .n. curare debemus vt rerum probatio ſalua ſit. ff. de teſtib. l. curent. & in Auth. de teſtib. §. penul. G.

Quæ pro-

ANDRÆAS DE ISERNIA.

De recipiendis teſtibus. *Rubrica.*

PRobationum. Ab eo qui ſibi, ſcilicet, actore: † reus enim ſemper & indiſtinctè ante litem conteſtatam producit teſtes, etiam valetudinarios, & ſenes, & infirmos, vel futuros abſentes, tam ab actore, quam reo, cum non ſit in poteſtate ſua, quando conueniatur, vt notatur in Authen. de teſtibus. §. pen. in glo. ff. de doli except. l. purè, §. fin. Dum tamen citet eum, quem ſperat futurum actorem, ut dicit glo. Sed hæc cõſtitutio generaliter loquitur, vt teſtes valetudinarij, ſenes, uel abſfuturi recipiantur, tam ab actore, quam a reo: & ſic etiam eſt in Authen. de teſti. §. penult. licet glo. in princ. hic innuat de reo. Et iſti teſtes publicantur, extrà ut lite non conteſt. quoniam frequenter. §. ſunt & alij.

† ADDITIO. *Quid in reo, vide per Abb. in c. ſignificauit, & c. Albericus. extra de teſtibus.* De Bottis.

¶ Item reus facta citatione per actorem poſſet probare ante litem conteſtatam, & abſolui diffinitiue: quod non eſt in actore. C. quomodo & quando iud. in Auth. qui ſemel. ff. de probatio. l. circa. Hoc verũ eſt niſi in illis caſibus, ubi actor compellitur agere, qui notantur C. ut nemo inuitus agere. l. 1. tunc ceſſat ratio, quia nõ eſt in poteſtate ſua, &c. cum poſſit cogere ut agat, ceſſabit & lex. ff. de repud. l. quod ait lex. ſi autem actor ille futurus non eſſet citatus, non haberet locum quod hic ſequitur. Actor vero regulariter lite non conteſtata nõ producit teſtes niſi ſenes, & illos, qui dicuntur hic in litera, & ſi timeret ne efficiantur eius inimici, vel ut poſſent obliuiſci de eo, quod tunc habent in memoria, uel aliter ſit veriſimile, quod ille timeat, ne ipſos teſtes habeat tempore litis conteſtatæ. Non tamen procedetur ad ſententiam ex eis, niſi agat, & lite conteſtata producat in probatione huiuſmodi teſtes ante litem conteſtatam receptos, vt dicto cap. quoniam, & in alijs caſibus, qui ibi notantur in glo. ſicut in electione & matrimonio, inquiſitione, & debito ſub conditione: & vbi per reum ſtaret, quominus actor poſſit litem conteſtari.

† ADDITIO. *De hac publicatione vide Aſſl. hic in rub. & quando ſit debeant citari omnes, quorum intereſt, vt dicit Felin. in c. Alber. de teſtib. relatus per Celſ. in addit. ad Bald. in authent. ſed ſi quis. C. de teſtibus.* De Bottis.

¶ In hæreditate iacente ceſſat hæc ratio, quia non poſſet conueniri: ſed expectatur hæres, donec adeat. Vel datur curator bonis. ff. de cur. bonis dan. l. 2. Item hic in ciuili, quia in criminali non recipiuntur teſtes ante litem conteſtatam ab actore, quia non damnatur abſens, niſi in caſu C. de pœnis. l. ne diu. hic habet remedium ſuum, ut requiratur reus, qui ſi ſit contumax, forbannitur, & damnabitur ad tertiam mobilium, & poſt annum forindicabitur. At in exceptionibus ante litem conteſtatam propoſitis indiſtinctè recipiuntur teſtes, vt ibi notatur.

Per contumaciam abſentis. Et tunc valent perpetuo.

Omni iure & qui præſens non fuerit. Scilicet nec contumax. Vnde ſi fuerit præſens uel contumax, ualeret perpetuo, reſeruato quod poteſt dicere contra teſtes. Si nec præſens, nec contumax. Aut potuit denũciari ei & citari, quia eius præſentia de facili poterat haberi, & tunc nullo modo ualent: imputet ſibi, qui potuit denunciari facere, & citari de facili, & non fecit, ſicut innuit litera. Nam & in reo producente dicitur. in Auth. de teſtibus. §. pen. in glo. quia citandus eſt ad hoc actor, multo fortius quando actor producit, ut citetur reus, qui de facili poterat citari. Si autem de facili non poterat citari, nec poterat eius haberi præſentia, & ſic de facili denunciari non poterat futuro reo. Puta, Gallicus diſrobauit Titium Neapoli, & ſtatim receſſit in Galliam, non debet tunc retardari receptio teſtium, de quorũ morte, uel abſentia diuturna ſperatur, donec denuncietur & citetur diſrobator. quia dum expectaretur, vt citentur teſtes, poſſent mori, uel abeſſe. arg. ad hoc. ff. de iudi. l. ſi longius. §. 2. ibi, ne dum pater expectatur impunita ſint maleficia: ualebunt tunc infra annum vtilem, incipientem a die quo potuit experiri contra reum: dummodo infra annum a die receptionis teſtium huiuſmodi denunciet aduerſario receptionem talem factam ante litem conteſta. Alias uidetur tacere in fraudem, ut in proceſſu temporis exceptiones legitimæ ad repellendum teſtes, vel aliæ locum habere non poſſint, vt in c. quoniam frequenter. §. 1. & licet de hac denunciatione, quod receptio ſit facta, nõ dicat hæc conſtitutio, intelligi tamen debet per c. quoniam frequenter. unde hoc ſumitur: quod eſt rationabile: nã in eo, ubi deficit lex ciuilis, ſeruatur ius canonicum rõnabile, qñ omne quod ratione conſiſtit eſt lex. 1. diſtin. conſuetudo. non ergo erit neceſſaria hæc denunciatio præſenti, & expreſſe cõtumaci, quia ſciuerunt non eſt opus certiorari. ff. de actio. emp. l. 1. in ſi. ficto contumaci ſic, quia citatio ad quẽ nõ venit, non habuit ſuum effectum, fecit enim recipi teſtes. oportet quod denuncietur ei eſſe receptos propter rationem prædictam, multo fortius quando recepti ſunt in abſentia eo, quod eius præſentia de facili haberi non poterat.

PRobationum. No. iſtam conſti. & circa materiam eius ſic dicas, quod aut loquitur in actore uolente producere teſtes ſenes, & ualetudinarios, de quorum obitu timetur de proximo, & etiam ab

futures

Quæ probationes in cauſa homagij exigantur. *Rubrica.*

a PRobationum defectum. Si Baro uendicet aliquem in ſuum ua ſallum, probet uaſallagium altero de duobus modis uel per priuilegia, vel inſtrumenta, qualiter fuit conſtitutum homagium, vel ſaltem quod ipſe uaſallus, vel eius prædeceſſores præſtiterunt ſacramentum homagij uendicanti, vel ſuis prædeceſſoribus, argu. ad hoc. ff. de vſur. cum de in rem verſo. Secus in conſti. aſcripticij, vbi de uno confeſſo, vel pacto nõ ſufficit, ſed aliud deſideratur argumẽtum, quod dic, ut C. de agric. & cenſ. lib. 11. cũ ſcimus. Aut ergo Baro plene probat id, & obtinet, vaſallo non probante, ut hic in fi. Aut non plene & uaſallus obtinet, ff. de regu. iur. inter pares.

• ADDITIO. *Ad hãc conſtit. vide Capic. deciſ. 118. nu. 10. poſt Parid. in tract. ſind. in tit. de exce. Baron. §. 1. pen. col. & latè Guil. Bened. in c. Raynutius. in ver. & vxorẽ. 5. deciſ. nu. 245. cum pluribus ſeqq.* De Bot.

Quæ probationes in cauſa homagij exigantur.

TITVL. XXXVI.

Si Baro vendicet aliquem in ſuum vaſallum, probet altero de duobus modis, vel per priuilegia, vel per inſtrumenta, qualiter fuit conſtitutum homagium, vel ſaltem quòd ipſe vaſallus, vel eius prædeceſſores præſtiterunt ſacramentum homagij domino vendicanti, vel ſuis prædeceſſoribus ex tempore felicium Regum, & quod vt vaſallus ei ſeruierit in omnibus, & per eum in curia ſua conuentus iuſtitiam fecerit conquerentibus, & quod terram ab eo tenuit a tempore prædictorũ regum vſque ad ea tempora, nec alius recommendatus præſumat potius quàm vaſallus: prædictis autem omnibus, vel aliquo prædictorum ceſſantibus conuentus immediatè maieſtati Regiæ communi dominio relinquatur in omnibus, prædictis tantum in dubio pro liberalitate præſumitur. hoc dicit. Lallus de Thuſcia.

† IMPER. FREDER.

PRobationum[a] * defectũ in cauſis, quas ſuper homagijs mouere contigerit, competenti munimine fulcientes, ſtatuimus. Si quando aliquis fuerit ab aliquo de homagio impetitus, ipſe autem hominem noſtrum[b] immediate ſe eſſe contendat: Siquidem per priuilegia prædeceſſorum noſtrorum, aut noſtra, vel alia legitima & authentica[c] inſtrumenta, ſiue per teſtes fide dignos, & omni exceptione maiores, qui forte conceſſioni interfuerint, probare poſſit, qualiter petitor, aut prædeceſſores ſui hominis petiti dominium, vel[d] prædeceſſorum ſuorum adepti fuiſſent.

Si nullas exceptiones conuentus

b *Immediate.* Ergo negabat ſe eſſe hominem petitoris, quod probatur eo ipſo, quod infra dicit, petitorem probaſſe, ergo facta erat litis conteſtatio per negationem: aliter enim probatio non haberet locum, quod dic ut in ſum. de teſtib. §. producuntur autem teſtes. licet enim negauerit reus & probauerit actor: Poteſt tamẽ reus exceptionem opponere, ut hic dicit. Et ex hoc forte dici poteſt correcta conſuetudo Tranenſium, quæ non permittebat negantem cõfiteri, & excipere, concord. iuri Longobar. qualiter quis ſe defendere debeat. l. ſi pro quacunque cauſa.

EOrum *fraudibus.* Vide cap. Caroli ſecundi, quod incipit, conuentus. in uer. ꝙ ſi poſt litem motam. Sed nunquid ſit neceſſaria litis conteſtatio, ut incidat in crimen litigioſi? dic quod non, ſed libellus expedit quod ſit oblatus, ut in Authent. de litigio. §. 1. in glo. non eſt neceſſe. Pamphilus.

De condemnatione expenſarum & fructuum. *Rubrica.*

DIuorum *Principum.* Vt C. de iud. l. ſancimus, &c. Require ſupra in fi. primi lib. char. 132. & omnia ſcripta ſuper ipſa l. diuorum, hic pone, & ibi deleantur.

DIuorum *Principum.* Ibi, victos. Fallit in caſu ſpecialiſſimo, vbi victor victo in expenſis condemnatur, ut in Authen. de defenſo. ciuita. §. & iudicare. ibi, omni litis ſubdi diſpendio. Quæro, dicitur hic, quòd ſi iudex non condemnat uictum uictori in expenſis, quòd debet ſoluere de ſuo proprio, ut hic, & C. de iudi. l. properandum. §. ſin autem alterutra. & ibi Cy. ponit, an ſi ſoluit, recuperet a uicto? pro iſta q. uide tex. in l. miſſi. C. de exacto. trib. & quod no. Spec. in titu. de expen. §. nunc uidendum. Sed quæ erit forma condemnationis expenſarum? no. Spe. in tit. de ſen. §. poſtremo. ver. item ſcias. & clarius in Speculo de exceptio. §. uiſo quod ſi reus probare. ¶ Sed an pars debeat citari ad condemnationem expenſarum? dic, ut in c. conſtitutum. de procura. & uide Inn. in c. audientis. extra de procura. Petrus de Monteforte.

De ſalario

De ſalario pro ſcripturis ſententiarum.

TITVLVS XLVII.

Pro viribus ſententiæ in Curijs Baiulorum non ſoluitur niſi centeſima pars æſtimationis in litem deductæ, quam ſoluere debet ille, qui habuit ſententiam in ſui fauorem, vel ab eo qui voluerit in ſcriptu habere ipſam ſententiam. Et diuiditur inter Baiulos, & iudices, & actorum notarios pro portionibus. Et poſtea ipſas expenſas victor recuperabit a victore, ex quo fuit condemnatus in ſententia. h.d. Matthæus.

† IMPER. FREDER.

PRo ſcripturis, & ſcriptoribus ſententiarum, recipiant Baiulus, iudex, & notarius centeſimam partem ęſtimationis rei in litem deductæ: pro iuribus eorum æquis inter eos portionibus diuidendam, & ſuis vtilitatibus applicandam, quam ab actore vel reo recipiet, qui ſententiam ipſam, ad ſui cautelam voluerit in ſcriptis habere. Salarium autem prædictum inter eas expenſas computari cẽſemus, quas præſtandas fore præſcripſimus a victo victori.

De appellationibus.

TITVLVS XLVIII.

Si quis appellat ad Principem, habet ſpatium quinquaginta dierũ ad apoſtolos præſentandos, quos ſufficit magiſtro Iuſtit. vel iudicibus magnæ Curiæ præſentari: ſi autem appellat a minoribus ad alios iudices maiores, tunc prædictum tempus eſt in arbitrio eius iudicis a quo appellatur, dummodo non excedat prædictum tempus quinquaginta dierum, & ſi poſt præſentatam appellationem appellator ſine licentia iudicis ad quem appellauit diſceſſerit, & non proſequatur, quaſi nunquam appellauerit, rata ſententia permanebit h.d. Tallus de Thuſcia.

† IMPER. FREDER.

APpellationum [a] * tempora, per quas diffinitiuę ſententię ſuſpenduntur certo dierum [b] ſpatio iuſſimus limitari, ſtatuentes, in quacunque parte Regni ſententia extiterit per quoſcunque officiales ſeu iudicęs quoſcunque prolata, delegationis iure, vel ex officio ordinario cognoſcentes, a qua fuerit ad

De appellationibus. *Rubrica.*

a *Appellationum.* Si quis appellat ad Principem, habet ſpatium quinquaginta dierum ad apoſtolos præſentandos, quos ſufficit magiſtro Iuſtit. vel iudicibus magnæ Curiæ præſentare. Si autem appellet ad alios iudices, tunc prædictum tempus eſt in arbitrio eius iudicis, a quo appellatur: dummodo non excedat dictũ tempus quinquaginta dierum. de iure vero communi non erat in hoc tempus taxatum, ſed ſemper erat in arbitrio iudicis a quo appellatũ eſt, vt C. de appellatio. l. ſi præſes. & ibi nota. ¶ Item ſi appellat, & nõ proſequitur appellationem, perinde habetur ac ſi nõ appellaſſet. con cor. C. de temp. appella. l. illud.

• ADDITIONES. *Vide Alex. in l. ſi. C. qui admit. Ant. de But. & alios in c. dilecto. de app. Bart. in l. cum procuratori. §. ſi dominus. ff. de no. oper. nunc. & addit. ad eum. vbi tangunt, ſi appellaui viua voce prima die. & deinde infra decem dies appellaui in ſcriptu, quo tempore currit dilatio quinquaginta dierum.* M. Ant. Puluerinus.

† Aliàs, Idem.

¶ *Adde quòd ſi non obſeruatur modus inductus per hanc conſtitutionem, quòd appellatio deſeritur, ut per Lud. Rom. in conſil. 2. viſis mihi. Limita non habere locum in interlocutoria. Maran. fol. 92. & 193.* Iacob. Anellus de Bottis.

b *Spatio.* Quinquaginta dierum. Sed an dies interpoſitæ appellationis computetur inter hos quinquaginta dies. & lex videtur dicere, quod nec dies interpoſitæ appellationis: nec etiam quinquageſimus dies, id eſt, vltimus computetur, ſecundum vnam expoſitionem illius l. vt ff. ſi quis cau. l. 1. vt ſic proceſſus iudicij appellationis repræſentari poſſit infra quinquaginta dies alia vltima die, & facit pro hoc ff. de actio. & oblig. l. Arrianus. ¶ Sed contra puto, & dico diem appellationis interpoſitæ computandum inter hos quinquaginta dies: ſic enim erat olim iure veteri in biduo & triduo interponendæ appellationis, vt a die latæ ſententiæ computaretur, ut ff. quando appel. ſit. l. 1. §. biduum. ſic & hodie iure nouo Auth. vt decem dierũ ſpatium interponendæ appellationis a die recitationis ſententiæ computetur, ut in Auth. colla. 3. de appel. circa principiũ. ¶ Immo plus dico, ſcilicet, quod computatio fiat de momento ad momentum, vt ſi appellatio fuit interpoſita hora tertia: poſſit poſtea in hac die vſq; ad horam tertiam iudici appellationis repræſentari proceſſus, & ſic ſuppleat ſibi in quinquaginta primus dies, quod deſuit in primo, videlicet, in die interpoſitæ appellationis, argu. ad hoc ff. quando appe. ſit. l. 1. §. quod in ſententijs. & argu. ff. de mino. l. 3. §. minorẽ. & in præalleg. auth. vbi dicit, a die recitandæ ſententiæ, &c. & ſic videtur innuere tempus ab hora ſententiæ numerari. Quod puto verum, & quod dies interpoſitæ appellationis, & etiam vltimus quinquageſimus ſint inter hos dies numerãdi: facit peroptime ſupra de appa. l. prima. vbi dicit triduum dari in qualibet citatione infra ciuitatem facienda computato in dicto triduo die citationis, & die quo citatus debet ſe in iudicio præſentare. ¶ Hæc omnia, quæ dicta ſunt de temporibus præſentandi iudicij, & appellationis interpoſitæ dicantur de temporibus appell. interponendæ, ut tempus decem dierum, infra quod hodie iure nouiſſimo poteſt appellari, a die recitationis ſententiæ numeretur, vt in præalle. l. & Auth. de app. in princ. colla. 4. & fiat computatio de momento ad momentum, ut ſuperius eſt relatum. And.

† Aliàs, Idem.

a *Quinqua-*

ANDRÆAS DE ISERNIA.

De ſalario pro ſcripturis ſententiarum. *Rubrica.*

PRo *ſcripturis.* Auth. Correcta eſt, ut dictum eſt ſupra l. proxi. ad quod eſt, ut ſit ſublata c. in planitie S. Martini, quod incipit, Item ſtatuimus, quod ſiue in magna Curia.

De appellationibus. *Rubrica.*

APpellationum *tempora.* Hæc bene gloſſatur & de cõmuni materia. Dicit tamen glo. quod tempus aliàs terminus datus de iure communi. ſ. 30. dierum ad petendum apoſtolos, & proceſſum nõ mutatur, pro quo eſt. quia hæc conſt. reſtringit tempora app. ¶ Sed ſi poſſet petere apoſtolos poſt 30. dies qui dantur a iure communi, eſſet prorogare, non cõſtringere Item ſtatuitur tempus ad præſentandum proceſſum iudici appellationis, non ad petendũ apoſtolos. & ſic cum de tempore petendi non mutetur, ſtabitur iuri communi: quia quod non mutatur, &c. C. de ap. ar. l. præcipimus. in ſi. non eſt præſumẽdum voluiſſe tollere tot iura, quæ loquuntur de petendis apoſtolis infra 30. dies, argumẽ. C. de inof. teſt. ſi qñ. Legis correctio vitanda eſt, de inof. do. l. 1. & d. l. præcipimus. in ſi. nec præſumuntur tunc correctæ etiã ex identitate rationis legis correctæ. vnde oportet, quod expreſſe corrigatur. Et dr̃ expreſſe lex per aliam corrigi, qñ eſt ſibi directo contraria, ut no. in conſti. ea quæ, in primo li. conſti. Regni. Et tunc exponetur proceſſum iudicum. ſ. petitum infra 30. dies, & cum inſtantia. ſ. ſæpius. ff. de lib. di. l. 1. vt ſæpius dicat actum binum, arg. ſupra. C. de epiſ. au. l. 3. Sed ſi lex non dixiſſet ſæpius, de primo actu tantum intelligerẽ. ff. de ver. ſig. l. boues §. 1. Verba debent aptari materiæ de qua quis loquitur. ff. de leg. 3. l. fideicommiſſa. §. ſi quis. x. de eden. veluti. ſufficeret ergo tunc bis peti. ¶ Quid ſi eodem actu dicat, peto & iterum peto? non videtur ſufficere, quia plura eodem impetu facta pro vno reputantur. ff. ad l. Aquil. l. illud. §. ſi. Deinde ponit glo. alium intellectum, quod ille. ſ. terminus 30. dierũ includitur in ipſo termino a lege ſtatuto ad præſentandum, & ſic infra 50. dies quandocunque poſſit petere, & præſentare. pro quo eſt, quia proceſſum iudicij non petitum infra 30. dies quomodo præſentabit infra 50. dies, ſi poſt trigeſimum non poſſit petere? Simpliciter dixit hæc conſtitutio noua, & poſterior, quod pręſentaret proceſſum infra quadraginta dies, non dixit, ſi ſuit petitum infra 30. arg. C. de cad. tol. l. 1. §. pe. ff. de publi. l. de precio. expreſſiſſet ſi voluiſſet tempora appellationum, ſicut illa de petendo. ¶ Et hęc de præſentando grauant appellationem in uno, quod præſentet infra 50 dies, cum haberet ſex menſes, vel ad arbitrium iudicis, quod longius poterat eſſe. C. eo. præſes. in glo. & l. ſi quis appellatio. Item hic iudex præfigit non ſimpliciter arbitrio ſuo, ſed pro locorum diſtantia, & congrue dicitur, quòd releuatur in alio, ſcilicet, ut poſſit quandocunque præſentare. ff. de iureiuran. cum qui. ſed hic ſufficeret appellare, & præſentare proceſſum intra terminum, nec eſt curandum de petitione apoſtolorum: quia breue tempus datur ad præſentandum, quod non erat de iure Romano: & ſic antiquitus ſeruabatur, & videtur verius. At vbi deberet petere apoſtolos, ſi iudex non det, proteſtetur: aliàs videtur deſerere appellationem. C. eod. iudicibus. & l. quoniam nonnulli. ff. de lib. dimiſ. l. 1. Licet ipſe iudex dare debeat non petenti. C. eo. l. eos. in ſi. ſed ſi non dat, punitur, in Authen. ut nul. iu. §. illas. quæ pœna iudicis non dantis non excuſabit non petentem, quin cauſam videatur deſerere, argumen. ff. de adulter. l. 1. §. ſi publico. ibi, ipſum onerat, nõ mulierem excuſat. ¶ Sed quid ſi præſentauit poſt terminum, † & pars conſentiat, ut habeatur pro pręſentato infra terminum? Reſpondeo, non valet: quia cauſa finita erat per deſertionem, & extincta appellatio: & ſic ſententia erat rata, ut d. l. quoniam. Habetur appellans ac ſi renunciaſſet, etiam in termino dato a iudice, qui accuſ. non poſſ. l. ſed & ſi poſt renuntiationem, cauſa reſtaurari non poteſt. C. de pac. l. poſtquam.

† ADDITIO. *Vide Luc. de Penna, in l. 3. col. 1. C. de primipi. lib. 12.* Iacob. Anellus de Bottis.

¶ Et ſen-

a *Quinquaginta dierum.* Simile ſpatium 50. dierũ datur ad proponẽdas excuſationes a tutela vel cura, ut ff. de excuſ. tut. ſcire oportet. §. 1. & Inſtit. de exc. tu. §. qui autem ſe excuſare uolunt. cum ſim. *Quinquaginta dierum.* Inſtit. de excu. tu. §. qui autem. ff. de excuſat. tut. l. quinquaginta. cum concord. ibi poſitis.

• Additio. *Etiam ſi appellauerit prima die poſt ſententiam, ut per Alex. an. in l. ſi. nume. 7. C. quo admitti. Etiam vide quod ſeruatur de ſtilo ſacri Palatij, deciſ. Affitc. 50. & 79. ſcilicet quando fuit impedimentum, non potuit haberi copia, diceremus non currere tempus, ſicut dicimus in cap. ex ratione, de appel. & c. fina. eo. tit. per Imol. quia etiam ſi hac conſtitu. hoc non dicat, ſunt ſeruandæ leges antiquæ, ut dicit glo. ſupra in conſtitutione, conceptione, in uer. filiationis, facit l. 1. in ſi. C. de anna. except. & quòd tempus non currat impedito, uide tex. in c. quia diuerſitatem. ubi Abb. in 3. not. de conceſ. præb.* De Bottis.

audientiam noſtri culminis appellatum [a] quinquaginta dierũ * ſpatium a die appellationis interpoſitæ habeat appellator: [b] infra quod proceſſum iudicij, & appellationis noſtræ curiæ præſentet. Et ut omnis omnino allegandæ difficultatis occaſio in poſterum conquieſcat, appellationes ipſas magiſtro Iuſtitiario, [c] ſeu iudicibus magnæ curiæ noſtræ ſufficiat præſentari. Cæterum ſi ad alios maiores iudices a minorum ſententia fuerit appellatio interiecta, qui nobiſcum in Curia cõmorantur, tunc pro locorum diſtantijs, & cauſarum qualitatib. necnon & perſonarum pronunciationibus iudicibus præſentandum [d] appellationum tempora præſtitui volumus appellanti, [e] dummodo prædictorũ quinquaginta dierum ſpatium non excedat indulta dilatio. Quæ omnia in ipſo apoſtolorum * tenore uolumus contineri. Illud etiam præſenti coniungimus ſanctioni, ꝙ ſi poſt appellationem præſentatam, appellator ſine licentia iudicis, ad quem appellauit, diſceſſerit, nec inſtanter inſtet, ut reſponſum debitũ conſequatur, quaſi

b *Infra quod.* Terminus datus a iure communi ad petendum apoſtolos, & proceſſum, uidelicet triginta dierum, ut C. de appellat. l. iudicibus. non mutatur hic: quod dic ſecundùm Azo. in ſum. de appel. §. libello autem. & C. de appel. l. eos qui. §. pen. & l. quoniam non nulla, in præalleg. l. iudicibus. & ff. de li. di. l. una. Niſi diceres quod ille terminus triginta dierum includatur in iſto termino a lege ſtatuto ad præſentandum, ut ſic infra quinquaginta dies quandocunque poſſit petere præſentare. G.

c *Seu iudicibus.* Quinimmò executoribus litium, ut in Authent. ut ſpon. lar. §. hoc quoque ſancimus.

d *Appellationum tempora.* Et ita committitur arbitrio iudicantis quantum tempus ſtatuat appellanti ad præſentandum proceſſum iudici appellationis, ut C. de appel. l. præſes. & ibi de hoc extra de appellatio. cum Romana. & cap. oblatæ. Tamen hic additur, quia terminus ille nõ debet excedere ſpatium, quinquaginta dierum, ut hic. & ſi non ſtatueretur a iudice aliquis terminus, haberet appellator ſpatium quinquaginta dierum inductum per hanc l. ſicut hic inuenitur.

e *Dummodo.* Et ita ſpatiũ huiuſmodi quinquaginta dierũ eſt meta, ultra quam nõ licet progredi, ſed infra bene poteſt ſubſiſti, ſicut in meta triennij, inſ. quam poteſt durare inſtantia ciuilis iudicij, & meta biennij infra quam durat inſtantia iudicij criminalis, ut patet C. de iudic. properãdum, in princ. & ut infra certum tempus cri. quæſtio ter. l. ulti. Et ſicut in præſcript. 30. & 40. an. dicitur, ut C. de præſcript. 30. uel 40. an. ſicut in rem, & l. omnes. ſed econuerſo in ſpatio 50. dierum, ꝙ datur ad proponendas excuſationes a tutore uel curatore, ut in præalleg. l. ſcire oportet. §. aliud. ubi dicitur, quòd nunquam datur minus ſpatium quinquaginta dierum, ſed excedere bene poteſt, ut ibi patet.

• Additio. *Sed apoſtoli, cuius expenſis ſint dandi. vide Luc. in l. in ſacris. col. 5. C. de prox. ſacr. ſcrin. lib. 12.* De Bottis.

a *Appella-*

ANDRÆAS DE ISERNIA.

¶ Ex ſentẽtia & appellatione interpoſita & proſecutione appellationis debito tempore ſortitur iuriſdictionem appellationis iudex, non ex conuentione litigantium ſola: & ideo pactum tale non ſuſcitabit quod extinctum erat. ff. de pact. l. ſi unus. §. ſed ſi pactum conuentum. Proficiet tamen pactum ad nouum contractum, quod hic non eſt, quia ſola conuentio priuatorum non dat iuriſdictionem. C. de iuriſd. omni. iudic. priuatorum. nec nuda voluntate naſcetur iuriſdictio, & actio, argum. ff. de nego. geſt. Pomponius. Nam actio extincta non reſuſcitatur. ff. de ſolut. l. qui res. §. aream. maxime odio litium. d. l. poſtquam. argum. contra, quia actionem ineptam non poteſt quis facere aptam, ff. ad exhib. l. Iulianus. §. Celſus. Et hoc prodeſt ad multa, ut ſi poſt terminum ad probandum datum partes conſentiant, ut teſtes habeantur pro productis infra terminum: quia nõ poſſunt partes mutare iuris formam. ff. de oper. libe. cerdonem. de admini. tut. l. quidam decedẽs. ad leg. Falc. quod de bonis. §. 1. de pac. ius publicum. Sed infra terminum partes poſſunt terminum prorogare cum cõſenſu iudicis, & diceretur vnus terminus. ff. de procur. l. ſed ſi manẽte, de arb. ſi cum dies. §. 1. Conſtitutio ſupra lite legitime conteſta. dari dicit unum terminum. Et ſic non obſtat quod dictum eſt ſupra l. in pecuniarijs, quod partes poſſunt conſentire, vt ſtetur dicto vnius: quia ibi erat validum dictum eius, hic omnino inualidum, ex quo appellatio erat deſerta, quia nõ præſentauit proceſſum infra terminum, multò magis ſi poſt deſertam appellationem, vt ſi poſt lapſum termini pars litiget: & non opponat id, quia non propterea præiudicabit ſibi quia vbi expreſſum non nocet, nec tacitum, arg. ff. ad munic. l. Lucius. §. pen. C. ſol. mat. l. 2. extra de arb. cũ tempora. ¶ Item ſi non præſentauit infra terminum, vel eſt lapſum tempus ad proſequendum appellationem, an pronunciabitur de hoc? Reſpondeo non, imo iudex appellationis ſignificabit hoc iudici principalis cauſæ ut ipſe hoc ſibi cognito mandet executioni, d. l. quoniam nonnulli. Et no. in l. eos, in prin. in glo. ne forte &c.

Non inſtanter inſtet. ¶ Debet ergo appellator proſequi cauſam appellationis ſtatim, cum præſentauit appellationem, hoc eſt, quod dicit ut reſponſum debitũ conſequatur, ſcilicet, de appellatione, quam fecit, ſit iuſta vel nõ, quod ex proſecutione apparebit, hoc eſt officium iudicis appellationis pronuntiare ſententiam iuſtam vel iniuſtam, in d. l. eos, in prin. non poteſt intelligi reſponſum debitum, ſcilicet, vt iudex dicat, bene veneritis, ſed reſponſum ſuper eo, de quo adijt iudicem. Et ſic tenetur non tantum ad proceſſum, ſed proſequi quod iure Romano vocatur, introducere cauſam appellationis, & tunc proſequitur quando citari fecit appellantem ad proſequendum iure Romano, non cogitur appellator niſi quando eſt in confinio temporis anni, vel biennij. C. de temp. appel. auth. ei qui. verſ. appellatore, & in Auth. de his qui ingredi. ad appel. vnde illa ſumitur. ¶ Iure canonico diffinitur, ut illud tẽpus poſſit præueniri, non quod debeat prorogari. extra eo. tit. c. oblatæ. ¶ Quid ergo ſi præſentato proceſſu iudici appellationis receſſit appellator de licentia iudicis appellationis, nõ tamen inſtetit: an habeatur ac ſi non prouocaſſet? Reſpondeo, iudex male fecit, quia debuit dicere iuſta potius, quàm licentiare, & ſic facit litem ſuam. per quod tenetur parti læſæ ad intereſſe. ff. de iudi. l. ſi filius. Inſtit. de obli. quæ ex quaſi male. in prin. etiam ſi per ignorantiam, quæ culpæ debet annumerari. ff. loc. l. ſi quis fundum. §. ſi quis vitulos. Non tamen habetur ac ſi non appellaſſet is, qui licentiatus per iudicem receſſit, quia hæc litera exigit duo, ſcilicet, ut recedat ſine licentia, & ut non inſtet, ergo alterũ nõ ſufficit. ff. de iti. act. priu. l. 3. §. hoc interdictum, vt non decipiatur per iudicem, arg. C. de his qui veni. ætat. impe. l. 1. Authoritas iudicis facit licitum, quod alias erat illicitum, arg. ff. quod fal. tu. auth. l. 1. in ſi. poteſt parcere contumaci. C. quomodo & quando iud. l. 1. ff. de iudi. non quicquid. ¶ Quid ſi non recedat de Curia iudicis appellator, non tamen inſtet proſequendo cauſam appellationis? Idem videtur eadem ratione, quia duo ponit iudex, tamen arctat eum præfigendo diem, quo incipiat proſequi in vtroque caſu. Item & ſi iudex hoc non faciat, appellans tamen poteſt petere ut procedatur non per hanc conſtitu. quia hoc non dicit, nec iure Romano, quia prope finem temporis, ut eſt dictum, licet mos gerendus ſit reo. ff. de probat. l. circa. in fine tamen biennij hoc ſit in principali. C. quomo. & quando iu. in authen. qui ſemel. Innoc. dicit quod iudex abbreuiat hoc tempus. extra de appellat. cap. cum appellationibus. dummodo nimium non præcurrat, ut in cap. oblatæ. Iuriſtæ habent hoc pro opinione, ſed non approbatur in d. §. appellatore. d. authen. ei qui. in gl. quæ incipit, ei qui appellat. in verſic. & etiam ante ratio magna eſt. ¶ Et quoties Iuriſtæ ſunt in diuerſis opin. & una canonizatur, proſequuntur opin. canonizatam, ut eſt uidere. ff. de iudi. l. ſi de ui. extra de cauſa poſſeſ. & proprie. in cap. paſtoralis, quia non dedignantur leges ſacros canones imitari, ut in Authen. ut cler. apud propri. epiſc. §. penult. ¶ Quid ſi præſentauit proceſſum, & impetrauit citationem inſtanter inſtando, ſi non procedat ultra, ita quod aduerſarius non ſit citatus: habebitur ne ac ſi appellatum non fuiſſet? videtur quòd ſic, ſi accipimus inſtare eſſe proſequi cauſam appellationis, pro quo ff. de in ius voc. Libertus. Imo ſi fecit citari, & citatio non tenuit, quia facta die feriato, vel alias circunductio edicto. ff. de iudi. l. & poſt. non videtur per illos actus inſtare, quia ante litem conteſta. vel ante illos actus, qui pro lite conteſta. habentur, non dicimus inſtare, ſed inſtare velle. ff. rem ra. hab. l. amplius. & uerba cum effectu accipienda

a *Appellauerit*. Nec videtur enim veniſſe, qui diſcedit, ut ff. de rei ven. l. is qui ſe obtulit. in fi. ¶ Nec ſufficit accedere ad iudicem, ſed oportet venientem inſtanter de ſuo facto teſtificari: aliter ſimilis eſt ei, qui nunquam acceſſit, ut ff. de excu. tu. ſcire oportet. §. ſufficit. an ver. ſcire autem, &c. nec etiam ante debet diſcedere, quam a iudice ante deſiderio proficiſcendi licẽtiam cõſequatur, ut C. de Dec. l. 10. ſi quis De curio, vel propriæ rei cauſa. Nec videtur quid facere, qui partem indiuiduam facit. C. qui teſta. fac. poſ. l. furioſum.

b *Ipſo iure*. Vt ff. de app. l. expreſſim, & ſamil. ercis. l. quædã. in fi.

nunquàm [a] appellauerit, rata ſententia permanebit. Niſi [b] ipſo iure nulla a iudice ſuperiore dicatur.

De cauſis in iudicio citò dicendis.

TITVL. XLIX.

Vult hæc conſtitu. quòd iudices intendant abbreuiationi litium, vnde mandat, ut poſt dicta teſtium publicata biduum detur aduocatis ad diſputandum, & pars vel aduocatus, qui vltra biduum profert, tenetur alij ad expenſas, poſt concluſionem pronunciet iudex, quando vult infra decendium a die concluſionis numerãdum. h. d. Lallus de Thuſ.

† IMP. FREDER.

VNiuerſos [c] * & ſingulos iudices regni noſtri volumus cũ voto noſtro concurrere: Vt cauſas in eorum examine ventilatas citò decidant, aduocatorum allegationibus, qui [d] filateria ſua perorando dilatant, niſi quatenus deſideratæ inſtructionis neceſſitas exegerit,

De cauſis in iudicio citò dicendis. Rubr.

c VNiuerſos. Imperator vult, vt iudices intẽdant ad deciſiones litium. Vnde mãdat, ut poſt dicta teſtium publicata biduum tñ detur aduocatis ad diſputandum. Pars vel aduocatus ultra biduum cauſam transferens tenetur alij ad expenſas. Poſt concluſionem pronunciat iudex, quando poteſt. Et notantur hæc in Authen. de iudic. iubemus.

Vniuerſos. Iſta conſtitutio melius ſtaret ſupra de proceſſu iudicij.

● ADDITIO. *Huius conſtitutionis meminit Luc. de Pen. in l. an heis, qui fiſco. C. de conuen. fiſci debit. lib. 10. vbi videas.* De Bottis.

d *Filateria*. No. contra Aduocatos parabolanos & Oratores prolixos, qui vt appareant ſcioli, verborum inculcationibus ſe dilatant, de quibus loquitur Euãgelium, dilatant filateria ſua, & magnificant fimbrias: amant enim primos recubitus in cœnis, & primas cathedras in ſynagogis, & ſalutationes in foro, & uocari ab hominibus Raby. & Salomon, In multiloquio non deeſt peccatum. nã ubi multitudo, ibi confuſio: & dum quis effuſo ſermone ſe iactat, in promptum incidat in ſui periculum, vt de do. promiſ. l. vlt. in fine. ¶ Multitudo quidem reſtringitur, vt C. de proxim. ſac. ſcri. l. comperimus. lib. 12. nam oneroſa eſt, & nil habet honeſti. Virtus vero in uno dicens ex multis cõſiſtit, vt in Auth. de refer. circa princip. Quia nihil, quod immẽſum eſt, bonum eſt, ut in Authen. de mediu. or. cler. & ut deter. ſit nu. cle in princip. Multitudo enim eſt legibus & canonib. inimica, vt extra de præben. c. quia in tantum. & dic ut ibi, & C. de nouo Cod. confir. in princ. & extrà de reſcrip. in decretali noua Innocen IIII. inc. præſentium. ubi pleniſſime de hoc. ¶ Breuiter autem dicenda dicere commodius eſt, ut ff. de off. præfec. præt. l. 1. nam in prin. Nam ſcriptum eſt, Breuis oratio penetrat cęlum, & alibi, Gaudent breuitate Moderni. Quid enim verbis ſuperfluis [illegible] opus

ANDRÆAS DE ISERNIA.

pienda ſunt. ff. ne quis eum qui in ius voca. ui exi. l. fin. de verbor. ſignificatio. nomen. in fi. & hoc cum actus huiuſmodi nulli ſunt. ff. de condit. & demonſtr. l. hęc conditio. Secus ſi eſſet validum id, quod incœpiſſet, puta, citatus eſt appellatus, & comparuit appellatore non comparente, tunc agetur cauſa ex una parte d. l. fi. §. illud. ¶ Et quantum ad pœnam huius conſtit. vitandam inſtare dicitur primo actu valido. ff. de verb. ſignifi. l. bonæ fidei. §. hoc ſermone. principium enim eſt potiſſima pars eius quod agitur. ff. de orig. iur. l. 1.

Rata ſententia. Et nihilominus damnabitur, quando fecit citari appellatum, aut appellans citatus eſt ad proſequendum & non comparuit appellat, aut comparuit, ſed ſine licentia receſſit, tanquam contumax in principali cauſa ad tertiam mobilium condemnatur ſupra de pœn. contu. in ci. ca. l. pœnam. & ſi ambo receſſerunt condemnandi ſunt in decima parte litis. eo. titu. ſæpe contingit. nam indiſtincte loquuntur, non diſtinguendo in cauſa principali & appellationis, & ſic indiſtincte intelliguntur, quia eadem ratio eſt in cauſa appellationis ſcilicet, quia iudicem eludunt, & cauſam prorogant, ergo idem ius. ff. ad leg. Aquil. illud. de verbo. obligatio. l. a Titio. In caſu iſtius litteræ non condemnaretur, quando præſentauit proceſſum, ſi non inſtet & recedit. non enim ſpreuit iudicem, quia non fuit vocatus, ſed ob negligentiam, quare non inſtetit puniri debet, quia ſententia rata manet, tunc iudex appellationis non habet, quid facere vltra. ¶ Nunquid coniuncta perſona pro appellatore ſine mandato inſtabit ſatiſdando de rato, ut ſententia non maneat rata, ſicut ſi non appellaſſet, argu. ff. de procura. l. ſed & hæ. & l. Pomponius. non diſtinguit in cauſa principali, vel appellationis? Dicunt quidam, cauebitur de rato inquantum eſt actor, quia appellat. C. de appel. l. ii qui. ſicut reus in exceptione. ff. de probatio. in exceptio. nec non de iud. ſoluendo ſubeundi, quia fuit condemnatus & conuictus reus a principio. unde ſicut fuit reus in principali, ita in appellatione. quia eadem eſt ratio. C. de procura. ita demum. nec mirum, quia & alias utraque præſtatur cautio ff. de procurat. non ſolum. §. eſt & alius, & l. ſi defenſor. §. fin. ut quia eſt actor & reus uterque præſtat. Verius eſt ut tantum præſtet de iudicato ſoluendo. ff. de appel. reci. l. 2. in fi. plo. nam cum in cauſa principali defenditur per alium, defendetur & in cauſa appellationis. ff. ne per alium cauſa appellationis. l. 2. in fi. & facit ff. de appel. l. ex cõſenſu. §. filium, & appellare poteſt coniuncta perſona, ut d. l. 1.

A*ppellationum*. No. tex. ibi, ſuſpenduntur. Alibi dicitur, quod appellatio ſuſpendit, alias extinguit pronuntiatum. l. 1. §. diuus. ad Turpil. & de appel. l. expreſſis. & vide Goff. in ſumma de offi. deleg. §. finitur per appellationem. Et hoc verum, niſi appellatio fuerit fruſtratoria, ut no. gl. in c. cupientes de elect. lib. 6. ver. appell.

In tex. ibi, ſpatium quinquaginta dierum. Quærit glo. an dies interpoſitæ appellationis computetur inter hos 50. dies; argum. pro, & contra: & finaliter dicit quod talis dies computatur, ſicut computantur dies citationis ſententiæ in 10. ad appellandum. Ideo dicit glo. quod tempus appellationis ſententiæ currit de momento ad momentum, ut ſi appellatio fuerit interpoſita hora tertia, debeat repræſentari iudici ad quem, hora tertia, argum. ff. quan. appel. ſit. l. 2. §. in ſummis. & §. dies. & ff. de minor. l. 3. §. minorem. ¶ Sed an poſſit abbreuiari tale tempus? & quid ſi partes conſentiunt appellationi? per Cyn. in auth. ei qui C. de temp. appel. in vlt. quæſt. & ſi contra tempus ſtatutum a iure appellans non petat, aut iudici ſe repræſentet, remouetur ab appendo, & pœnam appellationis ſuſtinet. 2. q. 6. cap. ab eo. ¶ Quid ſi ſi erit impeditus appellans in hos 50. dies, impedimento iuris vel facti, quod auxilium dabitur ei? dic reſtitutionis in integrum, ut in ſimili de tem. actuque pri. l. 1. §. ſi quis autem. ¶ Sed quantum tempus ſibi reſtituetur? vide glo. in c. ſi electio quæ. de elect. lib. 6. in glo. fin. ver. hoc, non ergo.

In tex. ibi, inſtanter inſtet. Sed nunquid appellans poſſit ſe pœnitere? dic quod ſic, ut de appel. l. ſi quis libellos, parte non contradicente. & de temp. appel. l. per hanc. vide in conſtit. officiorum. ¶ Et quis exequatur ſententiam, a qua ſuit appellatum? vide in l. a diuo Pio de re iudi. ¶ Et no. quod ſuccumbens in cauſa appellationis condemnatur in expenſis, de quo per Cyn. in l. generaliter. C. de iureiuran. & de appel. c. ut debitus. & c. cordi in fi. lib. 6 & 2. q. 6. c. forma apoſtolorum diuiſionum. vide eiuſdem quæſt. §. forma. ¶ De libello meræ appellationis, vide in c. Raynaldus. extra de teſt. ¶ Forma vero conteſtationis ponitur per Egid. in ver. qualiter ſit lis conteſta. ¶ Forma ſententiæ ponitur in c. Raynutius. & in c. Rayn. extra de teſt. & in l. reos. de app. per Cy. 5. q. & vide in c. appellationis. de iur. cal. lib 6. Barth. de Cap.

¶ An in cauſa appellationis poſſint teſtes ſuper nouis articulis principalibus produci? dic quod non, vt in conſtit. iuriſperitorum. licet de iure communi eſſet altercatio in l. per hanc, de temp. appe. per tex. & ibi Inno. Hoſt. & Bernar. in c. fraternitatis. de teſtib. & in c. cum Ioannes, eremita. de fi. inſtru. & in cle. 2. de teſtib.

In tex. ibi, quaſi nunquam appellauerit. & remittitur ad iudicem, a quo appellatum: & damnatur in expenſis, vt extra eo. c. ſecundum §. quod ſi app. Et habebitur pro deſerta, & damnabitur in expenſis, ut in c. reprehenſibilis eo. tit. in glo. punitur. & c. ſeq. & tunc iudex debet ſeruare ordinem, vt dicitur per Doct. in l. 1. ſi app. pend. ¶ Et ad hanc conſtit. vide And. in tit. quo tempo. miles. c. ſancimus.

In glo. ſecunda, in fi. Et quod fiat computatio de momento ad momentum in appellatione, nc glo. in l. 1. §. dies. ver. quid ergo. ff. quando appel. ſit. Petrus de Monteforte.

Appellationum. In ver. iudicibus. Sed nunquid ſufficit præſentare notario actorum? videtur quod non: vt hic, & C. de aſſeſ. l. 1. vbi dicitur quod notarius non habet, niſi ſcribere, facit C. de iure fiſci. l. 2. in fi. lib. 10. In contrarium videtur veritas, quod ſufficiat: immo non ſolum notario, ſed & famulo iuſtitiæ, vt in Auth. vt ſponſ. larg. §. quoniam. Et nota quod hic ſunt ſtatuti quinquaginta dies ad præſentandum proceſſum in cauſa appellationis coram iudice appellationis: ſed de iure communi dantur duo menſes appellanti ad præſentandum, ut in Authen. de iud. §. de appellatione. Barth. de Cap.

Vt infra duos dies poſt publicationem concludatur in cauſa. Rub.

V*Niuerſos*. Bene gloſſatur, & multa vtilia dicit glo. de verboſitatibus in cauſis. Et quomodo iudex interrumpit aduocatum quærendo non malitioſe, ſed conferendo cum eo ad ſuam inſtructionem,

nullatenus [a] indulgentes, ſed poſt dicta teſtium [b] publicatorum in iudicio, & ex eis rubricas aſſumptas, in qualibet cauſa duorum dierum ſpatium tantum habeant aduocati ad diſputandum de iure, & concludendũ in cauſa. Quorum ſegnitiẽ ſi iudex cauſæ forte reperierit euidentem, expẽſas omnes, quas parti propter tarditatem ipſorũ aſſlixerint, cum integritate perſoluant. Quòd ſi per aduocatos forte non ſteterit, ſed per partes, quæ concludere forte nõ volunt, expenſas omnes ſimiliter pars [c] concluſionem & renunciationem differens, aduerſario ſuo [d] in vtroq; caſu ſacramento partis cum taxatione iudicis manifeſtandas, exoluat. Partib. autem concludẽtib. iudices ad deciſionem cauſæ ſecundum Deum, & iuſtitiam inſtãter intendant: quib. propter cauſarum multitudinem certum pronũtiandi tẽpus nequimus diffinire: ita ꝙ infra [e] decẽ dierum ſpatiũ a die concluſionis numerandum ſalubri noſtræ conſtitutionis prouiſione iudicib. præſtitutum cauſam ſtudeãt ſententiali calculo terminare.

De pœna iudicis, qui malè iudicauit.

TITVLVS L.

Pœna iudicis malè iudicantis fraudulenter, & per dolum eſt, quia priuatur officio irrecuperabiliter, & efficitur infamis, & priuatur omnibus ſuis bonis per ſententiam. Si autem per ignorantiam malè iudicauit, punitur arbitrio regis. h.d. Matthæus.

REX ROGER.

SI [f] iudex fraudulenter atq; doloſe contra leges ſñiam protulerit, ab authoritate iudiciaria irrecuperabiliter cadat, notetur infamia, reb. ſuis omnib. publicatis. Quòd ſi

opus eſt, ut C. de do. l. fi. & de præſcrip. uer. l. uerborum. & concor. ff. de don. cau. mor. l. ſenatus. §. 1. de fal. ſi quis obrepſerit. & ſic mandat Iuſtinianus, ne uerboſis aſcriptionibus quis utatur, ſed compendioſa narratione negotium explanetur, & C. de app. l. ampliorem. Cum multo melius ſit pauca idoneè effundere, quam multis inutilibus homines prægrauare, ut C. de vet. iure enu. l. tanta. §. ſi quid autem in tanta. Et melius eſt agere pauca, & caute, quàm multis intereſſe periculoſe, ut in Authen. de tabel. §. 1. Bene ergo lex dicit multitudinem egenam, & breuitatem opulentam, ut in præalleg. l. tanta. & in præallega. §. ſi quid autem. circa fine. Copia enim facit inopiam, ut in proœmio Digeſt. §. nos vero. Et multa intelligentur ex paucis, ut in Auth. de conſang. & affi. circa princip. collatio. 6. ¶ Quæ omnia prędicta comprobant morẽ Gallicorum, qui ſermonis diligũt breuitatem. Sed non poſſunt ſemper homines ſub breuitate loqui propter naturam facti ardui, uel intricati, ut in Authent. de non alienan. aut permu. re. eccle. §. lex itaque ſub breuitate. iuxta illud Horatij: Dum breuis eſſe laboro, Obſcurus fio. ¶ Vnde dicat quis quod cauſa deſiderat, & neceſſaria uerba ponat, C. de poſtul. l. quiſquis. & de prec. Imper. offer. l. ultima. ¶ Iſta ſunt argumenta pro teſte, vt non ſit uerboſus, vnde Cato, Contra uerboſos noli contendere uerbis. Et alibi dicit lex, taceat retẽtionum uerboſitas, ut C. de rei vxor. act. l. 1. §. taceat. Et alibi tolluntur ambages verborum, ut C. de arbit. l. ne in arbitris. ad finem.

a *Indulgentes.* Et ita iudex finem imponit, prout ſibi uidetur, aduocato multum dicenti, ut ff. de his quæ in teſt. del. proximè. circa finem. licet uideatur contra C. de poſtu. l. quiſquis. §. penul. vbi dicit, eouſque orare liceat, quouſque maluerit, &c. immò & hic lex certum præfigit terminum diſputandi, ut infra patet, quòd aduocati debent intereſſe publicationi & diſputationi, quæ per eos fieri habent, ut hic, & ad hoc in Authen. de teſt. §. ſi uero deducens, & ff. de adulter. ſi poſtulauerit. §. quæſtioni. ¶ Licet aduocati partium non debeant intereſſe in deliberationibus iudicij, ut in præalleg. l. proximè. §. Antoninus Cæſar. & C. de offi. ciui. iu. l. 1. Sed & alij aduocati ſic, ut ff. de publ. iud. l. cuſtodias. ¶ Item collige in hac conſtitut. quòd diſputatio eſt de proceſſu, quia ſcilicet, aduocati partium debent in cauſa ſuper efficacia probatorum diſputare de iure, ut hic. Et ſumptus eſt eis dandus, Authen. de teſtibus. §. ſi uero deducens. & §. illud tamen. & §. ſi uero iudici. & §. penult. ubi dixit, quæcunque uero cum petierint, & ad diſputandum de eis, &c. Et no. quod diſputare ſonat propriè in iuris diſceptatione, ut ff. mand. ſi fideiuſſor. §. quædam.

b *Publicatorum.* No. ergo quòd publicatio atteſtationum & in iudicio actitatorum eſt de proceſſu & ordine iudiciario, ut hic patet, & colligitur. C. de eden. is apud. ſecundum antiquum intellectum, qui fit ibi in glo. or. & C. ut lite pend. l. ſecunda. & in Authent. de teſti. §. quia uero. & ideo ambæ partes ſpecialiter ſunt citãdæ ſub certo peremptorio termino ad publicandum, ut patet extra de off. & pote. iud. deleg. c. conſuluit.

c *Concluſionem & renuntiationem.* Et, pro, id eſt, renuntiationẽ allegationibus, & omnibus probationibus: ſic exponitur, &, pro, id eſt, in Authent. de nupt. §. primo ſi quidem nuptiæ. & C. ſi de mo. poſ. fuit appel. lege prima. ¶ Et nota quòd hæc concluſio in cauſa, ſiue renuntiatio ad ſententiam eſt de proceſſu, ſiue de ordine iudicij, vt hic patet, & ſumitur in Authent. de teſti. §. quia uero multi, &c. C. de iudic. authent. iubemus. Et legitur extra de cau. poſ. & prop. cap. paſt. & de fide inſtrumentor. cap. cum dilectus. extra de procur. cap. auditis. ſed in præalleg. §. quia uero multi. non loquitur de vltima & finali concluſione, quæ fit in tota cauſa. Sed de quadam concluſione, quæ fit in certa parte iudicij, uidelicet, renuntiatione productioni teſtium, ut ibi patet: hic uero & in alijs præallegatis iuribus loquitur de concluſione, quæ fit in tota cauſa, id eſt, renuntiatione, quæ fit omnibus allegationibus de iure & facto.

d *In vtroque caſu.* Non ergo præfigitur hic terminus concludendi, unde dic ut in Auth. ut cum de app. cog. collat. 8. §. 2.

e *Decem dierum.* Bene ſtatuitur hoc ſpatium decem dierum: quia infra hoc tempus poteſt pleniſſime deliberari, ut in Authen. de app. §. 1. collat. 4.

De pœna iudicis, qui malè iudicauit. *Rubrica.*

f *SI iudex.* Punitur hic iudex qui dolo iudicauit. Item punitur in minori pœna, quando per ignorantiam deliquit, alia pęna imponitur,

ANDRÆAS DE ISERNIA.

nem, quod alteri non licet parti. ff. de legat. 3. Offidius. & imponit finem dicendorum aduocato, quando vult. Dicit enim quòd diſputatio, quæ propriè eſt in diſceptatione iuris, eſt de proceſſu, intelligitur, ſi inter partes diſputetur, aliàs non eſt ſubſtantialis, quia non numeratur inter illa, extra de probatio. cap. quoniam contra falſam. Idem dicit de publicatione glo. licet non contineatur in dicto cap. quoniam. quod exprimatur de concluſione, ſi fiat concluſio, uel ſi partes præſentes petant ferri ſententiam: & feratur aliter non concluſo, putamus valere: quia ſi non expreſſe, tacite renuntiauerunt, & non refert uerbis, uel factis, &c. ff. de legibus. l. de quibus. in fine. Renuntiat enim quis ipſo facto, extra de offic. de leg. cum ſuper abbatia. in gloſſa. ff. de pactis. l. tale pactum. §. qui prouocauit. C. de iure dot. l. 2. & de re iudic. abſolutionem. Idem ſi citatus, vt ueniat renuntiaturus, & concluſurus, & ſit contumax uel nolit præſens concludere: dum tamen iteratò citetur ad ſententiam audiendam. C. de iudic. authen. iubemus. In glo. idcirco, in l. prolatam. ponit glo. publicationem eſſe de ordine iudicij, ſed non concluſionem. Item iuramentum calumniæ, quod eſt ſubſtantiale, poteſt tacite omitti. C. de iureiuran. propter calum. l. 4. §. ſed quia. multo fortius omittetur, quod non eſt ſubſtantiale: illa non curantur. ff. de uentre inſpicien. l. 1. in fine. Propterea ſi iudex in ſententia ſua dicit eſſe concluſum, cum concluſio non appareat in actis: & ſibi non creditur de iure Romano. C. de arb. l. ne in arbitris. non erit ſententia ipſo iure nulla propter hoc mendacium: quia non eſt de ſubſtantialibus, ut dictum eſt ſupra. ff. de tranſactio. l. cum hi. §. ſi prætor. & §. in cauſa. ¶ Secus ſi mendacium in ſententia eſſet de ſubſtantialibus. ff. de excuſat. tutorum. l. qui teſtamento. nam ibi abſoluit propter cauſam, quæ nata non erat. quod ergo dixit eſſe concluſum, non uitiabitur, ſicut ſi dixiſſet, Arma uirumque cano. ff. de verborum obligat. l. quæ extrinſecus. Item ſecus ſi uitium eſſet ratione perſonæ adiunctæ. d. c. cum ſuper abbatia. arg. contra. ff. quod fal. tuto. auth. l. 1. §. 1.

VNiuerſos. ibi, publicatorum. Quæro an in publicatione teſtiũ uel actorum ſit neceſſaria partium præſentia? dic quod non, ut notatur in l. geſta. C. de re iudic. ¶ Sed an debeat pars citari? dic quòd ſic, ut in l. ſolam. ſecundum unam lecturam. C. de teſtibus.

In glo. publicatorum. in fine. Sed quid ſi aliqua partium fuit contumax in uno actu, nunquid citari debeat in alio actu? & dic quod ſic, ut C. de iud. auth. iubemus. & ibi no. ubi aliquis erat contumax citatus ad renuntiandum (qui actus eſt de proceſſu, ſeu ordine, ut in ſeq. glo. no.) & tamen citatur ad diffinitiuam ſententiam audiendam, licet uideatur notari contrarium, C. quomodo & quando iud. l. tres. Bartholomæus de Capua.

De pœna iudicis, qui malè iudicauit. *Rubrica.*

SI iudex. Nota caſum, ubi publicantur bona, quando iudex doloſe male iudicat. Et loquitur in ciuili, ut dicit gloſſa. ¶ Iure Ro-

nunquàm [a] appellauerit, rata ſententia permanebit. Niſi [b] ipſo iure nulla a iudice ſuperiore dicatur.

De cauſis in iudicio citò dicendis.

TITVL. XLIX.

Vult hæc conſtitu. quòd iudices intendant abbreuiationi litium, vnde mandat, ut poſt dicta teſtium publicata biduum detur aduocatis ad diſputandum, & pars vel aduocatus, qui vltra biduum profert, tenetur alij ad expenſas, poſt concluſionem pronunciet iudex, quando vult infra decendium a die concluſionis numerādum h.d. Lellus de Thuſ.

† IMP. FREDER.

VNiuerſos [c] * & ſingulos iudices regni noſtri volumus cũ voto noſtro concurrere: Vt cauſas in eorum examine ventilatas citò decidant, aduocatorum allegationibus, qui [d] filateria ſua perorando dilatant, niſi quatenus deſideratæ inſtructionis neceſſitas exegerit.

a *Appellauerit*. Nec videtur enim veniſſe, qui diſcedit, ut ff. de rei ven. is qui ſe obtulit. in fi. ¶ Nec ſufficit accedere ad iudicem, ſed oportet venientem inſtanter de ſuo facto teſtificari: aliter ſimilis eſt ei, qui nunquam acceſſit, ut ff. de execu. tu. ſcire oportet. §. ſufficit. in ver. ſcire autem, &c. nec etiam ante debet diſcedere, quam a iudice ante deſiderio proficiſcendi licẽtiam cõſequatur, ut C. de Dec. li. 10. ſi quis De curio, vel propriæ rei cauſa. Nec videtur quid facere, qui partem indiuiduі facit. C. qui teſta. fac. poſ. l. furioſum.

b *Ipſo iure*. Vt ff. de app. ſi expreſſim, & famil. ercif. l. quædā. in fi.

De cauſis in iudicio citò dicendis. *Rubr.*

c *VNiuerſos*. Imperator vult, vt iudices intẽdant ad deciſiones litium. Vnde mãdat, ut poſt dicta teſtium publicata biduum tũ detur aduocatis ad diſputandum. Pars vel aduocatus ultra biduum cauſam transferens tenetur alij ad expenſas. Poſt concluſionem pronunciat iudex, quando poteſt. Et notantur hæc in Authen. de iudic. iubemus.

Vniuerſos. Iſta conſtitutio melius ſtaret ſupra de proceſſu iudicij.

● ADDITIO. *Huius conſtitutionis meminit Luc. de Pen. in l. in his, quæ fiſco. C. de conuen. fiſci debit. lib. 10. vbi videas.* De Bottis.

d *Filateria*. No. contra Aduocatos parabolanos & Oratores prolixos, qui vt appareant ſcioli, verborum inculcationibus ſe dilatant, de quibus loquitur Euãgelium, dilatant filateria ſua, & magnificant fimbrias: amant enim primos recubitus in cœnis, & primas cathedras in ſynagogis, & ſalutationes in foro, & uocari ab hominibus Rabi. & Salomon, In multiloquio non deeſt peccatum. nã ubi multitudo, ibi confuſio: & dum quis effuſo ſermone ſe iactat, † in promptum incidat in ſui periculum, vt de do. promiſ. l. vlt. in fine. ¶ Multitudo quidem reſtringitur, vt C de proxim. ſac. ſcri. l. comperimus. lib. 12. nam onероſa eſt, & nil habet honeſti. Virtus vero in modico, non ex multis cõſiſtit, vt in Auth. de refer. circa princip. Quia nihil, quod immẽſum eſt, bonum eſt, ut in Authen. de monſtr. ut cler. & ut deter. ſit nu. cle in princip. Multitudo enim eſt legibus & canonib. inimica, vt extrà de præben. c. quia in tantum. & dic ut ibi, & C. de nouo Cod. confir. in princ. & extra de reſcrip. in decretali Innocen. IIII. inc. præſentium. ubi pleniſſime de hoc. ¶ Breuiter autem dicenda dicere commodius eſt, ut ff. de off. præfec. præt. l. una. in prin. Nam ſcriptum eſt, Breuis oratio penetrat cœlum, & alibi, Gaudent breuitate Moderni. Quid enim verbis ſuperfluis opus

† *Alia, Idem*.

ANDRÆAS DE ISERNIA.

pienda ſunt. ff. ne quis eum qui in ius voca. ui exi. l. fin. de verbor. ſignificatio. nomen. in fi. & hoc cum actus huiuſmodi nulli ſunt. ff. de condit. & demonſtr. l. hæc conditio. Secus ſi eſſet validum id, quod incœpiſſet, puta, citatus eſt appellatus, & comparuit appellatore non comparente, tunc agetur cauſa ex una parte d. l. fi. §. illud. ¶ Et quantum ad pœnam huius conſtit. vitandam inſtare dicitur primo actu valido. ff. de verb. ſignif. l. bones. §. hoc ſermone. principium enim eſt potiſſima pars eius quod agitur. ff. de orig. iur. l. 1.

Rata ſententia. Et nihilominus damnabitur, quando fecit citari appellatum, aut appellans citatus eſt ad proſequendum & non comparuit appellat, aut comparuit, ſed ſine licentia receſſit, tanquam contumax in principali cauſa ad tertiam mobilium condemnatur ſupra de pœn. contu. in ci. ca. l. pœnam. & ſi ambo receſſerunt condemnandi ſunt in decima parte litis. eo. titu. ſæpe contingit. nam indiſtinctè loquuntur, non diſtinguendo in cauſa principali & appellationis, & ſic indiſtinctè intelliguntur, quia eadem ratio eſt in cauſa appellationis ſcilicet, quia iudicem eludunt, & cauſam prorogant, ergo idem ius. ff. ad leg. Aquil. illud. de verbo. obligatio. l. a Titio. In caſu iſtius literæ non condemnaretur, quando præſentauit proceſſum, ſi non inſtet & recedit. non enim ſpreuit iudicem, quia non fuit vocatus, ſed ob negligentiam, quare non inſtetit puniri debet, quia ſententia rata manet, tunc iudex appellationis non habet, quid facere vltra. ¶ Nunquid coniuncta perſona pro appellatore ſine mandato inſtabit ſatiſdando de rato, ut ſententia non maneat rata, ſicut ſi non appellaſſet argu. ff. de procura. l. ſed & hæ. & l. Pomponius. non diſtinguũt in cauſa principali, vel appellationis? Dicunt quidam, cauebitur de rato inquantum eſt actor, quia appellat. C. de appel. l. hi qui. ſicut reus in exceptione. ff. de probatio. in exceptio. nec non de iud. ſoluendo ſubaudi, quia fuit condemnatus & conuictus reus a principio. unde ſicut fuit reus in principali, ita in appellatione. quia eadem eſt ratio. C. de procura. ita demum. nec mirum, quia & alibi utraque præſtatur cautio. ff. de procurat. non ſolum. §. eſt & alius, & l. ſi defunctus. §. fin. ut quia eſt actor & reus utrunque præſtat. Verum eſt ut tantum præſtet de iudicato ſoluendo. ff. de appel. recι. l. 2. in fi. glo. nam cum in cauſa principali defenditur per alium, defenderetur & in cauſa appellationis. ff. ne per alium cauſa appellationis. l. 2. in fi. & facit ff. de appel. l. ex cõſenſu. §. filium, & appellare poteſt coniuncta perſona, ut d. l. 1.

APpellationum. No. tex. ibi, ſuſpenduntur. Alibi dicitur, quod appellatio ſuſpendit, alias extinguit pronuntiatum. l. 1. §. diuus. ad Turpil. & de appel. l. expreſſis. & vide Goff. in ſumma de offi. deleg. § finitur per appellationem. Et hoc verum, niſi appellatio fuerit fruſtratoria, ut no. gl. in c. cupientes de elect. lib. 6. ver. appell.

In tex. ibi. ſpatium quinquaginta dierum. Quærit glo. an dies interpoſitæ appellationis computetur inter hos 50. dies; argum. pro, & contra: & finaliter dicit quòd talis dies computatur, ſicut computatur dies citationis ſententiæ in 10. ad appellandum. Ideo dicit glo. quod tempus appellationis ſententiæ currit de momento ad momentum, ut ſi appellatio fuerit interpoſita hora tertia, debeat repræſentari iudici ad quem, hora tertia, argum. ff. quan. appel. ſit. l. 2. § an ſummis. & § dies. & ff. de minor. l. 3. §. minorem. ¶ Sed an poſſit abbreuiari tale tempus? & quid ſi partes conſentiant appellationi? per Cyn. in auth. ei qui. C. de temp. appel. in vlt. quæſt. & ſi contra tempus ſtatutum a iure appellans non petat, aut iudici ſe repræſentet, remouetur ab agendo, & pœnam appellationis ſuſtinet. 2. q. 6. cap. ab eo. ¶ Quid ſi fuerit impeditus appellans in hos 50. dies, impedimento iuris vel facti, quod auxilium dabitur ei? dic reſtitutionis in integrum, ut in ſimili de iem. actu. que pri. l. 1. §. ſi quis autem. ¶ Sed quantum tempus ſibi reſtituetur? vide glo in c. ſi electio quæ. de elect. lib. 6. in glo. fin. verbo, non ergo:

In tex. ibi, inſtanter inſtet. Sed nunquid appellans poſſit ſe pœnitere? dic quod ſic, ut de appel. l. ſi quis libellos, parte non contradicente. & de temp. appel. l. per hanc. vide in conſtit. officiorum. ¶ Et quis exequatur ſententiam, a qua fuit appellatum? vide in l. a diuo Pio de re iudi. ¶ Et no. quod ſuccumbens in cauſa appellationis condemnatur in expenſis, de quo per Cyn. in l. generaliter. C. de iureiuran. & de appel. c. ut debitus. & c. cordi. in fi. lib. 6. & 2. q. 6. c. forma apoſtolorum dimiſſorum. vide eundem quæſt. §. forma. ¶ De libello meræ appellationis, vide in c. Raynaldus. extra de teſt. ¶ Forma verò conteſtationis ponitur per Egid. in ver. qualiter fit litis conteſta. ¶ Forma ſententiæ ponitur in c. Raynutius. & in c. Rayn. extra de teſt. & in l. eos. de app. per Cy. 5. q. & vide in c. appellationis de iur. cal. lib. 6. Barth. de Cap.

¶ An in cauſa appellationis poſſint teſtes ſuper nouis articulis principalibus produci? dic q̃ non, vt in conſtit. iuriſperitorum. licet de iure communi eſſet altercatio in l. per hanc, de temp. appe. per tex. & ibi Inno. Hoſt. & Bernar. in c. fraternitatis. de teſtib. & in c. cum Ioannes, eremita. de fi. inſtru. & in cle. 2. de teſtib.

In tex. ibi, quaſi nunquam appellauerit. & remittitur ad iudicem, a quo appellauit: & damnatur in expenſis, vt extra eo. c. ſecundum. §. quod ſi app. Et habebitur pro deſerta, & dãnnabitur in expenſis, ut in c. reprehenſibilis eo. tit. in glo. punitur. & c ſeq. & tunc iudex debet ſeruare ordinem, vt dicitur per Doct. in l. 1. ſi app. pend. ¶ Et ad hanc conſtit. vide And. in tit. quo tempo. miles. c. ſancimus.

In glo. ſecunda, in fi. Et quod fiat computatio de momento ad momentum in appellatione, no. glo. in l. 1. §. dies. ver. quid ergo. ff. quando appel. ſit. Petrus de Monteforte.

Appellationum. In ver. iudicibus. Sed nunquid ſufficit præſentare notario actorum? videtur q̃ non: vt hic, & C. de aſſeſ. l. 1. vbi dicitur quod notarius non habet, niſi ſcribere, facit C. de iure fiſci. l. 2. in fi. lib. 10. In contrarium videtur veritas, q̃ ſufficiat: imo non ſolum notario, ſed & famulo tabellionis, vt in Auth. vt ſpon. larg. §. quoniam. Et nota quòd hic ſunt ſtatuti quinquaginta dies ad præſentandum proceſſum in cauſa appellationis coram iudice appellationis: ſed de iure communi dantur duo menſes appellanti ad præſentandum, ut in Authen. de iud. §. de appellatione. Barth. de Cap.

Vt infra duos dies poſt publicationem concludatur in cauſa. Rub.

VNiuerſos. Bene gloſſatur, & multa utilia dicit glo. de verboſitatibus in cauſis. Et quomodo iudex interrumpit aduocatum quærendo non malitioſe, ſed conferendo cum eo ad ſuam inſtructionem,

nullatenus [a] indulgentes, ſed poſt dicta teſtium [b] publicatorum in iudicio, & ex eis rubricas aſſumptas, in qualibet cauſa duorum dierum ſpatium tantum habeant aduocati ad diſputandum de iure, & concludendũ in cauſa. Quorum ſegnitiẽ ſi iudex cauſæ forte reperierit euidentem, expẽſas omnes, quas parti propter tarditatem ipſorũ afflixerint, cum integritate perſoluant. Quòd ſi per aduocatos forte non ſteterit, ſed per partes, quæ concludere forte nõ volunt, expenſas omnes ſimiliter pars [c] concluſionem & renuntiationem differens, aduerſario ſuo [d] in vtroq; caſu ſacramento partis cum taxatione iudicis manifeſtandas, exoluat. Partib. autem concludẽtib. iudices ad deciſionem cauſæ ſecundum Deum, & iuſtitiam inſtãter intendant: quib. propter cauſarum multitudinem certum pronũtiandi tẽpus nequimus diffinire: ita ꝙ infra [e] decẽ dierum ſpatiũ a die concluſionis numerandum ſalubri noſtræ conſtitutionis prouiſione iudicib. præſtitutum cauſam ſtudeãt ſententiali calculo terminare.

De pœna iudicis, qui malè iudicauit.

TITVLVS L.

Pœna iudicis malè iudicantis fraudulenter, & per dolum eſt, quia priuatur officio irrecuperabiliter, & efficitur infamis, & priuatur omnibus ſuis bonis per ſententiam. Si autem per ignorantiam malè iudicauit, punitur arbitrio regis. h. d. Matthæus.

REX ROGER.

SI [f] iudex fraudulenter atq; doloſe contra leges ſñiam protulerit, ab authoritate iudiciaria irrecuperabiliter cadat, notetur infamia, reb. ſuis omnib. publicatis. Quòd ſi

opus eſt, ut C. de do. l. fi. & de præſcrip. uer. l. uerborum. & concor. ff. de don. cau. mor. l. ſenatus. §. 1. de falſ. ſi quis obrepſerit. & ſic mandat Iuſtinianus, ne uerboſis aſcriptionibus quis utatur, ſed compendioſa narratione negotium explanetur, & C. de app. l. ampliorem. Cum multo melius ſit pauca idoneè effundere, quam multis inutilibus homines prægrauare, ut C. de vet. iure enu. l. tanta. §. ſi quid autem in tanta. Et melius eſt agere pauca, & caute, quam multis intereſſe periculoſe, ut in Authen. de tabel. §. 1. Bene ergo lex dicit multitudinem egenam, & breuitatem opulentam, ut in præalleg. l. tanta. & in præallega. §. ſi quid autem. circa fine. Copia enim facit inopiam, ut in proœmio Digeſt. §. nos vero. Et multa intelligentur ex paucis, ut in Auth. de conſang. & affi. circa princip. collatio. 6. ¶ Quæ omnia prędicta comprobant morẽ Gallicorum, qui ſermonis diligũt breuitatem. Sed non poſſunt ſemper homines ſub breuitate loqui propter naturam facti ardui, uel intricati, ut in Authent. de non alienan. aut permu. re. eccle. §. lex itaque ſub breuitate. iuxta illud Horatij: Dum breuis eſſe laboro, Obſcurus fio. ¶ Vnde dicat quis quod cauſa deſiderat, & neceſſaria uerba ponat, C. de poſtul. l. quiſquis. & de prec. Imper. offer. l. ultima. ¶ Iſta ſunt argumenta pro teſte, vt non ſit uerboſus, vnde Cato, Contra uerboſos noli contendere uerbis. Et alibi dicit lex, taceat retẽtionum uerboſitas, ut C. de rei vxor. act. l. 1. §. taceat. Et alibi tolluntur ambages verborum, ut C. de arbit. ne in arbitris. ad finem.

a *Indulgentes*. Et ita iudex finem imponit, prout ſibi uidetur, aduocato multum dicenti, ut ff. de his quæ in teſt. del. proximè. circa finem. licet uideatur contra C. de poſtu. l. quiſquis. §. penul. vbi dicit, euſque orare liceat, quouſque maluerit, &c. immò & hic lex certum præfigit terminum diſputandi, ut infra patet, quòd aduocati debent intereſſe publicationi & diſputationi, quæ per eos fieri habent, ut hic, & ad hoc in Authen. de teſt. §. ſi uero deducens, & ff. de adulter. ſi poſtulauerit. §. quæſtioni. ¶ Licet aduocati partium non debeant intereſſe in deliberationibus iudicij, ut in præalleg. l. proximè. §. Antoninus Cæſar. & C. de offi. ciui. iu. l. 1. Sed & alij aduocati ſic, ut ff. de publ. iud. l. cuſtodias. ¶ Item collige in hac conſtitut. quòd diſputatio eſt de proceſſu, quia ſcilicet, aduocati partium debent in cauſa ſuper efficacia probatorum diſputare de iure, ut hic. Et ſumptus eſt eis dandus, Authen. de teſtibus. §. ſi uero deducens. & §. illud tamen. & §. ſi uero iudici. & §. penult. ubi dixit, quæcunque uero cum petierint, & ad diſputandum de eis, &c. Et no. quod diſputare ſonat propriè in iuris diſceptatione, ut ff. mand. ſi fideiuſſor. §. quædam.

b *Publicatorum*. No. ergo quòd publicatio atteſtationum & in iudicio actitatorum eſt de proceſſu & ordine iudiciario, ut hic patet, & colligitur. C. de eden. l. is apud. ſecundum antiquum intellectum, qui fit ibi in glo. or. & C. ut lite pend. l. ſecunda. & in Authent. de teſti. §. quia uero. & ideo ambæ partes ſpecialiter ſunt citãdæ ſub certo peremptorio termino ad publicandum, ut patet extra de off. & pote. ind. deleg. c. conſuluit.

c *Concluſionem & renuntiationem*. Et, pro, id eſt, renuntiationẽ allegationibus, & omnibus probationibus: ſic exponitur, &, pro, id eſt, in Authent. de nupt. §. primo ſi quidem nuptiæ. & C. ſi de mo. poſ. fuit appel. lege prima. ¶ Et nota quòd hæc concluſio in cauſa, ſiue renuntiatio ad ſententiam eſt de proceſſu, ſiue de ordine iudicij, vt hic patet, & ſumitur in Authent. de teſti. §. quia uero multi, &c. C. de iudic. authent. iubemus. Et legitur extra de cau. poſ. & prop. cap. paſt. & de fide inſtrumentor. cap. cum dilectus. extra de procur. cap. auditis. ſed in præalleg. §. quia uero multi. non loquitur de vltima & finali concluſione, quæ fit in tota cauſa. Sed de quadam concluſione, quæ fit in certa parte iudicij, uidelicet, renuntiatione productioni teſtium, ut ibi patet: hic uero & in alijs præallegatis iuribus loquitur de concluſione, quæ fit in tota cauſa, id eſt, renuntiatione, quæ fit omnibus allegationibus de iure & facto.

d *In vtroque caſu*. Non ergo præfigitur hic terminus concludendi, unde dic ut in Auth. ut cum de app. cog. collat. 8. §. 2.

e *Decem dierum*. Bene ſtatuitur hoc ſpatium decem dierum: quia infra hoc tempus poteſt pleniſſime deliberari, ut in Authen. de app. §. 1. collat. 4.

De pœna iudicis, qui malè iudicauit. *Rubrica.*

f SI *iudex*. Punitur hic iudex qui dolo iudicauit. Item punitur in minori pœna, quando per ignorantiam deliquit, alia pęna imponitur,

ANDRÆAS DE ISERNIA.

nem, quod alteri non licet parti. ff. de legat. 3. Offidius. & imponit finem dicendorum aduocato, quando vult. Dicit enim quòd diſputatio, quæ propriè eſt in diſceptatione iuris, eſt de proceſſu, intelligitur, ſi inter partes diſputetur, aliàs non eſt ſubſtantialis, quia non numeratur inter illa, extra de probatio. cap. quoniam contra falſam. Idem dicit de publicatione glo. licet non contineatur in dicto cap. quoniam. quòd exprimatur de concluſione, ſi fiat concluſio, uel ſi partes præſentes petant ferri ſententiam: & feratur aliter non concluſo, putamus valere: quia ſi non expreſſe, tacite renuntiauerunt, & non refert uerbis, uel factis, &c. ff. de legibus. l. de quibus. in fine. Renuntiat enim quis ipſo facto, extra de offic. de leg. cum ſuper abbatia. in gloſſa. ff. de pactis. l. tale pactum. §. qui prouocauit. C. de iure dot. l. 2. & de re iudic. abſolutionem. Idem ſi citatus, vt ueniat renuntiaturus, & concluſurus, & ſit contumax uel nolit præſens concludere: dum tamen iteratò citetur ad ſententiam audiendam. C. de iudic. authen. iubemus. In glo. idcirco, in l. prolatam. ponit glo. publicationem eſſe de ordine iudicij, ſed non concluſionem. Item iuramentum calumniæ, quod eſt ſubſtantiale, poteſt tacite omitti. C. de iureiuran. propter calum. l. 4. §. ſed quia. multo fortius omittetur, quod non eſt ſubſtantiale: illa non curantur. ff. de uentre inſpicien. l. 1. in fine. Propterea ſi iudex in ſententia ſua dicit eſſe concluſum, cum concluſio non appareat in actis: & ſibi non creditur, de iure Romano. C. de arbi. l. ne in arbitris. non erit ſententia ipſo iure nulla propter hoc mendacium: quia non eſt de ſubſtantialibus, ut dictum eſt ſupra. ff. de tranſactio. l. cum hi. §. ſi prætor. & §. in cauſa. ¶ Secus ſi mendacium in ſententia eſſet de ſubſtantialibus. ff. de excuſat. tutorum. l. qui teſtamento. nam ibi abſoluit propter cauſam, quæ nata non erat. quod ergo dixit eſſe concluſum, non uitiabitur, ſicut ſi dixiſſet, Arma uirumque cano. ff. de verborum obligat. l. quæ extrinſecus. Item ſecus ſi uitium eſſet ratione perſonæ adiunctæ. d. c. cum ſuper abbatia. arg. contra. ff. quod fal. tuto. auth. l. 1. §. 1.

VNiuerſos. ibi, publicatorum. Quæro an in publicatione teſtiũ uel actorum ſit neceſſaria partium præſentia? dic quod non, ut notatur in l. geſta. C. de re iudic. ¶ Sed an debeat pars citari? dic quòd ſic, ut in l. ſolam. ſecundum unam lecturam. C. de teſtibus.

In glo. publicatorum. in fine. Sed quid ſi aliqua partium fuit contumax in uno actu, nunquid citari debeat in alio actu? & dic quod ſic, ut C. de iud. auth. iubemus. & ibi no. ubi aliquis erat contumax citatus ad renuntiandum (qui actus eſt de proceſſu, ſeu ordine, ut in ſeq. glo. no.) & tamen citatur ad diffinitiuam ſententiam audiendam, licet uideatur notari contrarium, C. quomodo & quando iud. l. tres. Bartholomæus de Capua.

De pœna iudicis, qui malè iudicauit. *Rubrica.*

SI *iudex*. Nota caſum, ubi publicantur bona, quando iudex doloſe male iudicat. Et loquitur in ciuili, ut dicit gloſſa. ¶ Iure Romano

ponitur, C. de pœna iudi. & ff. de iudic. ſi filius. & ibi no. quas leges non dico tolli per iſtam, immò ex hac & ex illis agi poteſt, ut ff. de actio. quoties. & hæc lex in ciuili loquitur. G.

De eodem.

a IVdex. Hæc lex punit iudicem delinquentem in criminali: & facit ff. de ſicar. l. 1. §. 2. & l. lege.

† Aliàs, Idem.

ignorantia iuris in ſententia oberrauerit, pro ſimplicitate animi manifeſta pro noſtræ voluntatis arbitrio puniatur.

De eodem.

Punitur pœna capitis iudex, qui aliquem ad mortem condemnauit, accepta pecunia. hoc dicit. Matthæus.

† REX ROGERIVS.

IVdex [a] ſi accepta pecunia reum aliquem criminis & mortis fecerit, periculo capitis ſubiacebit.

Noua conſtitutio.

Quatuor dicta continet hæc Conſtitutio. Primum eſt, quòd crimen corruptelæ officialis regij, eſt crimen publicum, id eſt, quod omnibus datur licentia accuſandi, vel deferendi officialem, & donatorem, vel promiſſorem, de donatione vel promiſſione facta officiali: & durat uſque ibi. Promiſſa pecunia. Hic ponitur ſecundum dictum, quòd ſi facta accuſatione, vel denunciatione de corruptione facta officiali per promiſſionem pecuniæ, conſtabit iudici per legitimam probationem, ita quod accuſati vel denunciati ſint conuicti de dicta corruptione, accuſans vel denuntians præmiabitur: Et eius præmium erit quod officialis condemnabitur ad ſoluendum dicto accuſatori vel denunciatori tantum, quantum fuit promiſſum dicto officiali: & durat uſque ibi. cæterum. Hic ponitur tertium dictum, quid ſi illud, quod fuit datum vel promiſſum officiali, non eſt certum, qualiter puniatur officialis? & reſpondet hic litera, quod conſiderata qualitate cauſæ & perſonarum punietur arbitrio iudicantis: & durat uſque ibi, verùm ſi promiſit. Hic ponitur quartum & ultimum dictum, videlicet, quòd ſi promiſſor, vel dator pecuniæ officiali pro corruptione diſtulit denunciare regiæ curiæ infra tres dies dictam donationem vel promiſſionem factam dicto officiali, incidit in pœnam illam: quia in tantundem debet ſe componere cum regia curia, quantum ab eo fuit actum vel promiſſum: & durat uſque in fi. Matthæus.

IMPER. FREDER.

Noua conſtitutio.

b COrruptela. Pecunia, &c. Cũ illo cõtumace hic idẽ quod dictum eſt ſ. prox. cõſt.

De pro-

COrruptelæ [b] crimen præſenti ſanctione publicum omnibus eſſe decernimus: Vt accuſandi, vel deferendi quoſlibet de donatione vel promiſſione corruptos, quibuſlibet libera licentia concedatur promiſſa pecunia de corruptione legitima probatione conuictis in præmium detur deferentibus, vel accuſantibus corruptelas, videlicet ut ſi certum quid officialem aliquem in corruptela ſui recepiſſe, uel pollicitum admiſiſſe conſtiterit, denuncians uel accuſans, accuſatione vel denunciatione probata, tantundem ab officiali recipiat, quantum ſibi promiſſum fuiſſe conſtiterit, vel ab ipſo receptum. Cæterum ſi incertum ſit quid ſibi promiſſum extiterit, vel receptum, pœnam pollicitationis incertæ, pro qualitate perſonarum, & cauſæ, arbitrio permittimus iudicantis. Verum ſi promiſſor, aut dator infra triduum denunciare data vel promiſſa diſtulerit, tantundem quantum ab eo datum, vel promiſſum conſtiterit, fiſco noſtro componat.

De pœna illorum, qui iudices † corrumpunt.

† Aliàs, officiales

TITVLVS LI.

Hæc conſtitutio loquitur de pœna corrumpentis iudicem. Matthæus.

† IMPER. FREDER.

† Aliàs, Idem.

LItigator autem, qui iudicem dando corruperit, vel corrumpere promittendo voluerit, ſi etiam bonam cauſam habeat in ipſa ſuccumbat: hoc idem in eiſdem magiſtro Iuſtitiæ & Iuſtitiario, ſi contra prædictam prohibitionem noſtram receperit aliquid, volumus obſeruari. Et ut in talibus quælibet omnibus delinquendi materia ſubtrahatur, edicimus, Vt officialis, cui in corruptelam ſui promiſsionem fieri contigerit promittentis nomen, & promiſsi etiam quantitatem, & modum nobis, vel alicui, per quem ad nos notitia facti perueniat, ſtudeat nunciare.

ANDRÆAS DE ISERNIA.

mano eſt confiſcatio bonorum in criminali. C. de pœna iudic. qui male iudi. authen. nouo iure, &c.

De eodem.

IVdex ſi accepta pecunia. Hic ſpecialiter magis punitur condemnans hominem ad mortem recepta pecunia: quia & ipſe occiditur. ff. de ſicar. l. 1. Idem & ſi recipit pecuniam, ut damnet, eadem l. uer. qui magiſtratus. Item & qui falſum teſtimonium dicit contra accuſatum crimine publico, ead. l. uer. qui falſum. & hoc ideo, quia uidetur occidere, qui cauſam mortis præſtitit, eod. titu. l. ult. & patet Danielis 13. in fine. ubi illis duobus præsbyteris factum eſt id quod Suſannæ fecerunt inferri.

Noua Conſtitutio.

COrruptela crimen. De eadem materia eſt. Et ſtatuit quod ſit crimen publicum. Dat etiam præmium accuſantibus ſeu deferentibus. Sed ſi dans uel promittens non accuſauerit, uel detulerit infra tres dies, punit eum. poſſunt ergo ſe deferre & præmium habere, pro quo eſt argum. C. lib. 10. de his qui ſe defe. l. 1. ff. de iure fiſ. l. edictum. Item pro tarda denunciatione eſt argum. C. ad leg. Iuliam maieſt. l. quiſquis. in fi.

COrruptela crimen. In tex. decernimus, ut accuſandi. No. quod crimen corruptelæ eſt publicum, & competit cuilibet de populo. In fi. no. quod ſi ille qui corrumpit aliquem officialem pecunia, uel promiſſione aliqua, eundem officialem non denunciauerit infra triduum, de corruptione quam facit, poſteà denunciare non poteſt: Imo tenetur ſoluere tantundem fiſco.

De pœna illorum, qui iudices corrumpunt. Rubrica.

LItigator. Proſequitur corruptelam officialium, & hic æquiparat promiſſionem dationi. ſic C. de teſtibus. l. ſi quis teſtibus. in fi. infra l. proxima. & C. de pœna iudic. qui ma. iu. l. prima, & ſecunda, & in Authent. ibi poſita, quæ incipit, ut litigantes iurent. etiam iure Romano officialis non debet capere eſculenta, & poculenta, niſi quæ conſumuntur infra dies proximos. ff. de offic. præſid. l. plebiſcito. & quæ non excedant multam quantitatem. ff. de offic. conſul. obſeruare. §. fina. ¶ Sed nunquid poteſt recipere pecuniam pro eſculentis & poculentis, quæ non excedant multam quantitatem, vſque ad concurrentem quantitatem eorum, quæ poſſunt conſumere infra dies proximos? uidi enim magnum officialem ſic facientem. Et uidetur quòd ſic, quia hæc pecunia ſuccedit loco rei, ſcilicet eſculenti, & poculenti, pro quibus datur. & ſic eodem iure erit hæc pecunia, ſicut eſſent eſculenta, & poculenta prædicta, quæ recipere potuiſſet, argumen. ff. de pet. hæred. ſi rem & precium. in fi. ff. de legat. 3. l. Imperator, in fi. cum l. ſequen. nam ſolui poteſt vnum pro alio creditore uolente. ff. de conſtit. pec. l. 1. §. eundem, & poteſt mulier rem dotalem quæ prohibita eſt alienari, permutare vſque ad concurrentem quantitatem, ſi utile ſit ſibi. ff. de iure do. l. ita conſtante. & l. ſequen. ¶ Contrarium puto, quia hoc eſt introductum in odium ſeruandæ cauſa honeſtatis ſeruandæ, vt nihil recipiant, niſi poculenta & eſculenta, ergo ad ſimilia, nec ad pecuniam trahi debet argum. ff. de libe. & poſthu. l. cum quidam. eſſet enim quodammodo fraus, & lex per aliam viam circumueniretur, ut cum non poſſit recipere pecuniam directo, faciat per obliquum, ſcilicet, nomine xenij, quod eſſe non debet. ff. de tuto & cura. da. ab his. ſcire. & per hoc inuitarentur plerunque ad delinquendum colore prædicto quæſito, argum. ff. de pact. commun. l. conuenire. & res mali exempli eſſet, argum. ff. de pœ. ſi quis a iud. §. qui abortionis. Item leges prædictæ de eſculentis & poculentis tantum loquuntur, non ergo debent extendi ad aliud: quia id quod in uno permittitur, in alio prohibetur. C. de procur. l. maritus &c. & eſt hęc tertia ratio, quare ſit prohibendum in eius ſimili ſcilicet, in pecunia, ne odium, fraus, & color quæri poſſit, ut dictum eſt.

LItigator. Ibi, ſuccumbat. De iure communi punitur pœna falſi, l. 1. §. qui iudicem. ff. de falſis. Petrus de Monteforte.

De proba-

De probationibus in appellationibus producendis. Rubr.

a Iuriſperitorum. Magna fuit altercatio inter Doctores, an poſſint in appel. cauſa teſtes produci ſuper eodem articulo, ut no. in l.per hanc. & ibi eſt uera opin.quòd ſic. Quæ opinio hic reprobatur, ut nullo modo in eodem articulo poſſint iterum teſtes produci, poſtquam quis didicit teſtificata. concor. in hoc ius cano. extra de teſti. c.fraternitatis. & ibi de hoc. ſed in cauſa appel. in eo articulo, in quo nō produxit teſtes in principali, poſſunt ita demum produci, ſi doceat, ſe primo iuſte impeditum, & propterea nō potuiſſet teſtes producere in cauſa principali. ¶Vlt. dicitur quod in cauſa appell. debet procedi utraque parte præſente, vel parte appellata contumaciter abſente. concor. C.de temp.app.l.1.§.illud. appellante vero abſente non proceditur: quia ſentētia eſt ex tunc firma, ut in præalleg. ll.

• Additio. *Vide Capic.deciſ.15. & Guid.deciſ.585. vbi limitat, & omnino Fely.in cap.cum Ioannes eremita. de teſtib. vbi an & quando poſſit in cauſa appellationis probari omiſſum in cauſa principali. an autem in cauſa appellationis poſſit articulari, quòd teſtes producti in cauſa principali aliter dixerint quàm ſcriptum fuerit per Notarium. vide Aym.Crauet. conſ.74.nume 4.5. An ſi in cauſa principali ſit articulatum quòd valebat puta centum, poſſit in cauſa appellationis articulari quòd valebat quinquaginta, vide Alexan. conſ.64. incip. viſa conſultatione. volum.2.nume.7. & Guido. Papæ in deci.585. & quid ſi producti ſunt articuli, ſuper quibus teſtes non depoſuerunt in prima inſtantia, vide Bald. in l.1.ſi de inueſt. inter dom. & vaſal. & Fely. in capit. fraternitatis. de teſtib. vide aliquas limitat. per Couar. lib.pract. qq.cap.18. nume.6. vide Capic.deciſ.62. in princip. vbi ponit quod in repulſa repulſa poſſunt fieri articuli concernentes id, quod deductum eſt in termino, quod nota.* Iacob. Anellus de Bottis.

De probationibus in appellationibus producendis.

TITVLVS LII.

Poſtquā quis didicit teſtificata, nullo modo ſuper eodē articulo poſſunt teſtes iterum produci, ſed in cauſa appellationis in eodem articulo in quo non produxit in principali teſtes, poteſt ita demum producere, ſi doceat ſe primo iuſtè impeditum non potuiſſe teſtes in cauſa principali producere. Vltimo dicit ꝙ in cauſa appellationis debet procedi vtraque parte præſente vel vocata, vel contumaciter abſente, appellatore verò abſente non proceditur, quia eſt ex tunc firma ſententia. hoc dicit. Lallus de Thuſcia.

† IMPER. FREDER.

Iuriſperitorū a † altercationes b determinare volētes, ſancimus: Si quando teſtes in principali cauſa producti fuerint, & etiā publi-

† Aliàs, Idem.

b *Altercationes.* Quæ ſunt. C.de teſt.auth.at qui ſemel.in glo. niſi ad reprobationē &c. & opinio, quæ ibi approbata eſt, hic reprobatur.

a *Super*

ANDRÆAS DE ISERNIA.

De probationibus in appellationibus producendis. Rubr.

Iuriſperitorum. Tria ponit l.per hanc. C.de temp.app. quorum vnum tantum corrigitur per iſtam conſtit. alia duo ſtant in ſuo robore. Dicebat enim non probatum probabo per teſtes, non obſtante quòd publicatæ fuerint, & apertæ atteſtationes in cauſa principali ſecundum opin. approbatam. dic. l.per hanc. Hoc corrigitur, quia eſt timor falſi & ſubornationis teſtium: ſed per inſtrumenta potero probare in cauſa appel. etiam vetera, quia ceſſat timor, & hoc eſt ſecundum dictum, in quo non corrigitur. l.per hanc. nam producuntur in principali poſt aperturam, vt no. in auth. qui ſemel. de teſti. in glo. niſi eſſet in cauſa concluſum, extra de fi.inſtru. cum dilectus. Item & poſt concluſionem, ſi iuſta cauſa moueat iudicem, puta, ſi vidiſſet aduerſarium impediuiſſe ut non producerentur inſtrumenta, vel ea ſubtraxiſſet, vel ſimili cauſa dicit Ber. in c.paſtoralis. in fi. de cau.poſſ.& propr. ¶Similis cauſa poſſet eſſe, ſi oſtendit iudici inſtrumenta: non tamen fuerunt in actis aſſignata. hoc caſu poſſet iudex de facto ſupplere, ut dicit Io.30.q.vlt.iudicantem. in vlt.gl. ¶Addit tamen in fine ſi parti non noceat, aliàs non creditur iudici, niſi quatenus conſtat. d.c.quoniam. ¶Hoc in Regno eſſet aliter, vbi uiuitur iure Longob. quo ſtatur commemorationi iudicis, vt in Longobar. de debi.& gua. ſi quis amodo. & ſic hoc caſu producentur inſtrumenta non obſtante concluſione, & dabitur copia inde parti, ut verè dicere poſſit contra inſtrumenta. In alijs membris licet aliàs eſſet concluſum illa non tanguntur, arg. C.de re.cre. generaliter. §.nullo. ¶Quid tunc ſi committit iudex receptionem teſtium? Et coram iſtis producantur inſtrumenta, ſatis eſſet eis commiſſum recipere probationes. At ſi commiſit, & limitauit de teſtibus? videtur de inſtrumentis prohibuiſſe. ff.de iudi. cū prætor. C.de proc. maritus. ¶Poſſet dici, licet iuris rigor obſtet, quod de æquitate, quæ debet mouere iudicem poſſit, vt in d.c.paſtoralis. in fi. ¶Nam & teſtimonia teſtium continentur in inſtrumento. de fi. inſtru. l.1. quia parem vim obtinent in litibus. C.eo.l.in exercendis, vt ſi videat hunc producentem ſimplicem, arg. ff.de proba. cum de indebito. l.1. ¶Iuris ignari credunt ſufficere coram eis oſtendere inſtrumenta quæ ignorantur, quia iuris ignorantia nō debet nocere in damno. ff.de iur. & fac.ignor. l.error. Rigor dicit debuiſſe conſulere peritiorem & aduocatum ſuum. ff.de bono.poſſeſ. l.in bonorum. de ædil. edic. quòd ſi nolit. §.qui mancipia. ¶Æquitas tamen præualet, quam ſemper iudex præ oculis debet habere. ff.de eo quod cer. lo. l.quod ſi Epheſi. §.vlt. C.de iudi. l.placuit. & d.c.paſtoralis. Item dicebat non oblatum offeram, † ſi dependet ex veteribus, & hoc eſt tertium, quod ſimiliter non corrigitur.

† Additio. *No. quia ſentit quòd eſt probādum aliquid circa prius petita, non autem vt aliquid de nouo petat. & ita clarius declarat Fely. in c.ſignificauerunt. col.4. de excep.* De Bottis.

¶De præcedentibus ponuntur per Moder. multa exempla, quorū vnum tantum proponere contentus ero. ſic. ff.ad l.Aquil. ita vulneratus. in fi. Petij a te decem, quæ tibi mutuaui, probaſti in principali pactum de non petendo, & fuiſti abſolutus, appellaui, in cauſa appellationis poſſum probare, quòd feciſti mihi poſtea pactum de non petendo. Dependet autem, quia pacta nouiſſima debent ſeruari. C.de pac. l.pacta nouiſſima. vltimum autem pactum dependet a primo: quia vltimum non dicitur, niſi reſpectu primi. ff.de reb.dub. qui duos, & rupto primo teſtamento rumpitur ſecundum dependens. ff. de his qui. vt ind. poſt legatum. §.principale. non econtra. ff.de vulg.& pup. ſub. l.ex pupillari. Item exemplum, ſi principale probatū eſſet, quod promiſſio de qua agitur fuit facta per metum, in cauſa appellationis probabo quod incepit ſoluere. C.quod me. cauſa, l.2. ¶Sed an poſſit dependere ex oblatis aduerſarij, vel oportet depēdere ex oblatis meis? Reſpondeo etiam aduerſarij, ut in omnibus exemplis, quæ ſumūtur, vt ff.de cura furi. l.conſilio, §.1. & in dicto exemplo de pacto de non petendo, ut patet extra de fi.inſtru. c.cum Ioannes. & quia poſſum ex oblatione aduerſarij, qua utitur fundare intentionē meā. C.de eden. l.quemadmodum. in fi. arg. contra, quia de ſuo iure non de alieno &c. ff.ſi vſusfruc.pe. l.uti frui. in princ. Sed ſatis eſt, quia ex quo poſitum eſt per aduerſarium cum per eum ius ſit mihi quæſitum. ff.de contra ta. ſi poſt mortem. §.fin. ¶Et no. quòd dependens debet aliud dicere, quàm id a quo dependet: ſicut aliud debet eſſe quod excipitur, & aliud id a quo fit exceptio. ff.de lega.1. Titiæ textores. depo. l.quod Nerua. Nam ſi idem non recipietur. Item oportet quod iſtud a quo dependet ſit validum: nam ab inualido dependere non poteſt, quia rupto principali, rumpitur dependens, ſiue acceſſorium. arg. C.de codi. l.1. & d.l.ex pupillari. & de min.rup. te. l.nam & ſi. in fi. de re iu. cum principalis. arg. contra de libe. & poſthum. l.& ſi pepercerit. in fi. Item oportet quòd dependeat a confirmato: nam a negato non poteſt aliquid dependere, cum negatio nihil ſit. C.de probatio. l.actor. ¶An in cauſa appellationis poſſit reprobare teſtes † productos in principali cauſa, quos tunc debuit reprobare? dic quod non: niſi in caſu falſitatis, per ea quæ no. & dicuntur. C.de fi.inſtru. l.fi. in fi. extra de proba. c.1. extra de excep. c.1. in glo. ¶Dilatoriam autem vel declinatoriam omiſſam in principali, non opponet in cauſa appellationis. C.de procurat. ita demum.

† Additio. *Adde Affl. in deciſ.266. & Capic.deciſ.157. vbi latè. & Afflic. ibi ponit, quid ſi fuit petita repulſa in cauſa principali & non fuit conceſſa, an poſſit peti in cauſa appellationis. & determinat quòd ſic.* De Bottis.

Quod ſi nulls teſtes. Ideſt, ſi non omnes, quos producere debuit, & non produxit iuſta de cauſa impeditus, & ſic utimur, nam eadem eſt ratio: & ratio diuerſitatis reddi non poteſt. Nihil enim eſt actū, cum quid ſupereſt, &c. C.ad Syllan. l.pen. & ff.de tribu. l.idem. ff.de reg.iu. l.minus. ¶Et no. ꝙ hanc eandem diſtinctionem faciunt aliqui in articulis, ut ſi in principali infra biduum non dedit iuſta de cauſa impeditus, det in cauſa appellationis: colligitur ex conſtitutione, lite legitimè conteſt. ſupra de proceſ.iudi. ibi, vel noua cauſa &c. quia ſi poſſet tunc in principali, poterit propter iuſtum impedimentum in cauſa appellationis, quæ quo ad multa cenſetur eadē, ut in l. ita demum. ¶Haberet ſiquidem reſtitutionem ex generali clauſula, ſi qua iuſta cauſa mihi videbitur. ff.ex qui.cau.ma. l.1. in fi. ¶Quia ſi hæc diſtinctio fit in teſtibus, fiet & in articulis, per quos peruenitur ad dandos teſtes. ff. de ſpon. oratio. ideo enim ponitur, ut probetur. C.de proba. l.ad probationem. ¶Si verò iuſtum impedimentum non probet, non ponet nouum: nec probabit in cauſa appellationis niſi ſit dependens ex veteri, ut ſupra dictum eſt. ¶Item no. in fi. huius conſti. quòd declaratur id, quod dicitur. C.de temp.app. l.fi. §.illud. quod ex una tantum parte proceditur in cauſa appellationis, ſcilicet, abſente citato & contumace. Nam in principali hoc non poſſet. C.ſi per vim vel alio modo. l.fi. habet locum etiam in criminali, vel ſi agatur cauſa nullitatis: de quo diximus plene in titu. de inueſti. inter dom. & vaſal. ſi quæ ſtho ori. 1.cap. Andr. de Iſern.

cati[a] ſuper eodē articulo à producente vel ab aduerſario teſtes * ammodo produci non poſſe propter [b] falſi fabricandi materiā,[c] propter cuius timorem poſt publicationem teſtium teſtes produci denuò iura in principalibus iudicijs vetuerunt. In appellationibus etiam [d] remouentes. Quod ſi nulli teſtes fuerint in cauſa principali producti, Ita demum in appellationū iudicijs eos appellanti producere liceat, ſi is, qui terminum ad probandum in principali cauſa receperit, iuſta ex cauſa, impeditum ſe doceat, propter quam ſperatos teſtes producere nequiſſet. Alioquin ad probandum denuò nullatenus admittetur. Præſenti etiam ſanctioni illud edicimus aſcribendum, ſi quando in cauſis appellationum probationes [e] inducendæ ſunt vel interrogationes & conceſſiones fieri deſiderantur. in eis ambæ partes neceſſario ſint præſentes, ut eis, quominus cōſtitutis cauſa plenius inſtruatur.

Quod ſi in termino peremptorio pars appellata citata non venerit, nihilominus appellatore præſente, altera parte contumaciter abſente, ad confirmationem ſentētiæ ſecundū ius & iuſtitiā [f] procedatur.

a *Super eodem*. Corrigitur in hac conſtit. l. per hanc. quæ eſt. C. de temp. & repa. ap. quādo videlicet ſuper eodē articulo. Sed ſi producantur ſuper nouo articulo cōnexo, tunc l. per hāc. ſtat in ſuo robore, & nō corrigitur. Item in cauſa appellationis poſſunt inſtrumēta proferri: & ſuper veteri c. ſiue ſint in principali cauſa producti teſtes: ſiue non ſuper eo, ut patet in l. per hāc. quę in hoc ſimiliter ſtat in ſuo robore, nec corrigitur hic, nec ſubeſt timor falſitatis inſtrumētis, qui ſubeſt in teſtibus. Et no. Inn. extra de teſt. c. cum dilectus. dicit non poſſe ſuper nouis, ergo ex capitulis connexis produci poſſunt teſtes, & ſic concor. extra de teſtib. fraternitatis. Et dic ut ibi no. quod hæc concluſio in cauſa

cauſa ſiue renūciatio ad ſententiā eſt de proceſſu, ſiue de ordine iudi. ut hic patet, & ſumitur in Auth. de teſt. §. quia vero multi &c. & C. de iudi. auth. iubemus. Et legi ī extra de cau. poſſ. & propr. c. cū dilectus. extra de proc. c. auditis.

* Additio. *Intelligo ut per Marian. in repe. cap. fraternitatis. car. 6. verſi. & in praedictis ego facio. ext. de teſt.* De Bot.

b *Falſi*. Sic. ff. de eden. l. 1. §. 2.

c *Propter eius timorem*. Vt ff. quemad. teſt. ape. l. 2. §. diē. & in Auth. de teſt. §. quia vero multi.

d *Remouentes*. Concor. C. de fideiuſ. l. fin.

e *Inducenda*. Quod eſt in caſu ſuperius expreſſo.

f *Procedatur*. Facit C. de appellationib. ampliorem, in princ.

ANDRÆAS DE ISERNIA.

I*Vriſperitorum*. In tex. in fi. cum glo. 1. in fi. No. hic, quod parte appellata cōtumaciter abſente, poteſt procedi in cauſa appellationis, ut hic in tex. in fi. ſecus autem parte appellante abſente, ut hic in glo. & idem in cauſa nullitatis, ut hic per And. Sed an ſit recipienda appellatio vel ne, ſine cognitione cauſæ appellationis, ſi iuſta ſit appellatio ita vel ne, & fiat ſine cauſæ cognitione, & parte non vocata? dic

dic quod ſic, ut no. per Innoc. in cap. paſtoralis officij. de offi. delega. An in cauſa appellationis ſit dandus libellus, & facienda litis conteſtatio, vide glo. in conſtitu. Reg. dilationes, in glo. mag. circa fi. quæ tenet quod ſic. Sed Marinus ibi in quæſtione quæ incipit, ſed nunquid in cauſa appellationis. dicit quod ſufficit quòd de facto ſit lis conteſta. Pamphilus Mollus.

Finis Secundi Libri Conſtitutionum Regni Siciliæ.

De iuribus rerum regalium, & de perſonis, &c. Rubr.

a Scire *volumus.* Hæc conſtitutio prohibet poſſeſſiones rerum regalium alienari non poſſe in totum, vel in partem. Et ita patet, quòd non tantum prohibet de re ſingulari, vt infrà de præſcriptio. l. conſuetudinem. in fine. verum etiam de toto feudo, ſeu quota parte feudi, vt infrà de reuo. feu. l. prima, & ſecunda. Item attende hic, quòd ſicut ſit prohibitio de toto feudo, ita de diminutione feudi, ut argumen. bonum. ff. ad leg. Falcid. quod de bonis. §. vltimo.

1 Additio. *Adde quod habetur in toto titulo de rebus eccleſ. non alienand. & diffuſè per Lauren. de Rodul. in repet. cap. ſine exceptione. 12. q. 2.* Superantius.

De vaſallis, aliàs; de villanis non ordinandis. Rubrica.

b A*ſcriptitios.* Hæc conſtitutio, & ſequens nō ſunt multum de pane quærendo. Prohibet enim hæc conſtitutio clericari aſcriptitios ſine domini uoluntate, vt in caſu, qui eſt in litera. Sed aliud de iure cōmuni. C. de epiſco. & cler. authen. aſcriptitios. & hoc eſt in his aſcriptitijs, qui ſunt glebæ perſonaliter aſcripti: ſecus in villanis, qui non perſonaliter, ſed

† *Aliàs, de vaſallis nō ordinādis ı ordine eccleſiaſtico.*

INCIPIT LIBER TERTIVS.

De iuribus rerum regalium, & de perſonis quibuſlibet ſeruilis conditionis a clericali officio remouendis.

TITVLVS I.

Rex Rogerius declarat Principib. Comitib. Baronib. Archiepiſcopis, Epiſcopis, & Abbatibus, hanc legem generalem per eum conditā, videlicet, quod quicunque tenet aliquid magnum ſiue paruum de regalib. regis, vllo modo non poteſt regalia ipſa alienare, donare, vel vendere in totum. vel in partem minuere, aut permittere quòd dicta regalia ſubtrahantur, aut quòd aliquod damnum regia curia patiatur. h. d. Matthæus.

REX ROGERIVS.

Scire [a] volumus Principes noſtros, Comites, Barones, Archiepiſcopos, vniuerſos Epōs, & Abbates, Quòd quicunq; de regalib. nr̄is magnum, vel paruum quid tenet, nullo modo, nullo ingenio poſſit ad nr̄a regalia pertinens alienare, [1] donare, vel vendere in totū, vel in partē minuere, vnde iura nr̄a regalia minuantur, aut ſubtrahantur, aut dānum aliquod patiantur.

De vaſallis, † aliàs, de villanis non ordinandis.

TITVLVS II.

Prohibētur aſcriptitij clericari, ſine domini voluntate, niſi in caſu, vt hic: ſecus in villanis, qui ſunt perſonaliter aſtricti, ſed de rebus ſeruire debent. h. d. Lallus de Thuſcia.

IMPER. FREDER.

Aſcriptitios [b] ſine volūtate, & aſſenſu eorum, quorum iuri ſubditi ſunt, & poteſtati, nullus epiſcoporum ordinare præſumat. Hi quorum [c] aſcriptitij ſunt, ſi quod præmium ob licentiam ordinandi, vel conſecrandi ſuſcepiſſe conuicti fuerint, ius aſcriptitium perdant, & qui dederit pecuniā ab ordinę motus fiſco noſtro, cum rebus omnibus ius vendicetur. Ne tamen ſiniſtrum aliquod aliquando poſſit noſtris conſtitutionib. obuiare, ſi fortè in rure, vel in vico eccleſia conſtituta aſſignatos habuerit [2] ſacerdotes, quibus decedentib. ſunt aliqui ſubrogādi, & pertinaces domini ruris, vel vici ſuper aſcriptitijs fieri ſubrogationem negauerint: præſertim cū ex ipſis aſcriptitijs perſona idonea ſacerdotio ab Epiſcopo expectetur: dignum clementiæ noſtræ videtur, atq; iuſtiſſimum ad iuſtam petitionem eccleſię aſcriptitiorum dominum iure cogendum. Filij verò aſcriptitij ordinati ad aſcriptitiorum conditionem redeant, omni occaſione remota.

De his, qui debent accedere ad ordinem clericatus.

TITVLVS III.

Aliqui erant in hoc errore, qui dicebant, quòd nullus villanus poterat ordinari ad ordinem clericatus: Iſte error tollitur per iſtam cōſtitutionem ſub iſta diſtinctione, videlicet, quòd aut villanus erat obligatus ad ſeruitia perſonalia in perpetuum, vel erat aſcriptus glebæ: & tunc non poterat aſſumi ad ordinem clericalem: aut erat villanus tantum obligatus ad annuam præſtationem, vel ad aliquod ſeruitium pro aliquo tenimento, vel terra, quam tenet in beneficium, id eſt, in feudum ab aliquo domino: & iſte poteſt accedere ad ordinem clericalem, etiam inuito domino, dummodo in manibus domini renunciet ea, quæ tenet in feudum a domino. hoc dicit. Matthæus.

REX ROGERIVS.

ERrores [d] * eorum, qui villanos quoſlibet ſine licētia domino-

ſed de rebus ſeruire debent, vt in ſequen. conſtitutione.

c *Aſcriptitij.* Loquitur de aſcriptitijs, an poſſint clericari?

2 Additio. *Sacerdotes certo numero cogendum, vt patiantur aſcriptos ſuos ordinare, & facit in Authenti. de ſanc. epiſc. §. aſcriptitio. & C. de epiſco. & cleric. quiſquis.*

De his, qui debent accedere ad ordinem clericatus. Rubr.

d E*rrores.* Nota de vaſallis, qui ſeruire tenentur gratia rerum, an poſſint clericari ſine uoluntate dominorum? Et colligitur hic argumen. in fine huius conſtitutionis, quòd clericus non poſſit habere feudum, & dic de hoc plene, vt in tit. qui. ex cauſ. vaſal. feu. amit. §. item amittit, ſi clericus efficiatur. §. de nouo tamē clericus. Item collige hic in fine, quod vaſallus poteſt renunciare feudum etiam domino inuito, vt in 10. collat. ſi vaſallus contra conſtit. Lo. bona alien. l. prima. & dic de hoc pleniſſime, ut in ſumma feud quibus ex cau. vaſal. feud. amit. §. præterea ſi refutauit vaſallus, &c. Vel diſtingue, vt not. in glo. ordina. in prædicta 10. coll. tit. de Ca. qui cur. vendi. l. vlt. in glo. quæ incip. puta aliquod certum ſeruitium, &c.

* Additio. *Afflict. in deciſio. 275. nume. 37.*

à *Prius*

ANDRÆAS DE ISERNIA.

De iuribus rerum regalium, & de perſonis quibuſlibet ſeruilis, & vilis conditionis a clericali officio remouendis. Rubrica.

S*cire volumus.* Quæ ſunt regalia, dicitur in titulo, quæ ſunt regalia: nam eſt nomen generale, fiſcalia, & patrimonialia comprehēdens, quæ omnia regis dicuntur, & ſunt. C. de quadriennij præſcript. l. fin. ff. de legat. 1. apud Iulianum, §. vltimo.

Additio. *Adde, quid veniat appellatione regalium? vide in c. 1. quæ ſint regalia. in vſibus feud. & in c. generali, & ibi Archid. & Ioan. And. de elect. lib. 6.*

Comprehendit enim illa, quæ excadunt Curiæ, ſeu fiſco, ſicut ſunt bona committentium crimen læſæ maieſtatis, vt in dicto titulo. Hæc nullus ſine Regis voluntate debet tenere, aut alienare, quia ſic in rebus priuatorum, vt contrà domini voluntatem nil fiat in bonis eorum. C. de pactis. l. fin. in fine, de rebus alien. non alienand. per totum titulum.

De vaſallis, aliàs, de villanis non ordinandis. Rubr.

A*ſcriptitios.* Hæc conſtitutio concordat cum iure communi, C. de epiſcopis, & clericis. quiſquis. in Authenti. de ſanctiſſimis epiſcopis, §. aſcriptitios. Quod vero dicitur in fine huius conſtitutionis, quòd ordinati debent redire ad conditionem priſtinam. Aliud eſt de iure Canonico, etiam in ſeruo ordinato præter domini voluntatem in presbyterum, vel diaconum, vel ſubdiaconum, quinquageſimaquarta diſtinctione, cap. ex antiquis. & cap. ſi ſeruos, & per totam ipſam diſtinctionem: quod dic plenè extrà de ſeruis non ordi. cap. 1. in glo. Et no. quod dicit fiſco noſtro. Reges enim habent fiſcum, vt in l. 1. in principio libri Longobardi. & de hoc dictum eſt ſuprà in prologo.

Additio. *Adde qui dicantur habere fiſcum? vide glo. & Bartol. in l. item veniunt. in §. ait ſenatus. ff. de petitio. hæredita. Bartol. in l. prima, C. de bon. vac. l. 1. Bald. in §. fin. de pace iuram. firman. in vſibus feudorum.* Superantius.

De his, qui debent accedere ad ordinem clericatus. Rubr.

E*rrores eorum.* Hæc conſtitutio parum valet, quia ordinati contra prohibitionem iſtius conſtitutionis iure Canonico non reuocantur, vt dictum eſt ſuprà proximè. ¶ Clericus non poteſt feudum habere, quia nō poteſt ſeruire Domino in prælio, propter quod datur feudum: immo factus clericus perdit feudum, quod ante habuit, in titu. ſi de feudo fuerit controuer. qui clericus. ¶ Sed renunciare feudum non poterit vaſallus domino. Nec dominus poteſt ab eo feudum auferre ſine cauſa vel culpa. Dictum eſt plene in titu. de Capit. qui cur. vend. in fine.

a *Prius tamen his.* Argumentum bonum ad hoc ff. ſi ſer. uend. ſi forte. §. etiam.

a Additio. *Vide Aff. in deciſ. 321. & Capic. deciſ. 10. & 31.*

b *In eorum manibus.* Hoc uerbum ſonat aliàs, quòd non poſſet quis ſolus per ſe ſeudo ſine domini uoluntate renuntiare, ut notatur in glo. ordinaria. ff. de origine iur. l. ſecunda, & §. cum placuiſſet. & de officio præſid. l. legatus.

De iure ſuo Curiæ obſeruando. Rubr.

c Dignum. Hæc conſtitutio inutilis eſt: punit enim detentores rerum regalium, qui non reſtituunt vſq; ad tempus, quod iam præterijt. cõſtitutio ſequens punit detẽtores hominum ad fiſcum ſpectantium, & grauiori pœna, quàm in rebus dixerit, & eſt ratio, ut in princ. ſequen. conſtitutionis.

d *Ex certa ſcientia.* No. quod ex certa ſciẽtia eſt argumentum. ff. de bonorum poſſeſſio. l. ſeruus. ita uidelicet, quod expreſſim dicatur in

rum ad ordinẽ clericalem accedere Regia conſtõne dicunt eſſe prohibitũ, interpretatione beneuola corrigẽtes: Decernimus, eos tm̃ villanos prædicta cõſtõne intelligimus fore prohibitos clericari, qui perſonaliter intuitu perſonæ ſuæ, ſ. ſeruire tenentur, ſicut ſunt aſcriptitij, & ſerui glebæ, & hmõi alij: Qui verò reſpectu tenimenti, vel alicuius beneficij ſeruire debẽt, ſi voluerint ad ordinem clericatus accedere, liceat eis ſine uolũtate etiã dominorum, a prius tñ * his, q̃ tenent a dominis ſuis, b in eorum manib. reſignatis.

De iure ſuo curiæ obſeruando.

TITVLVS IIII.

Si Rex huius Regni tuetur iura ſubditorũ, quantòmagis tueri debet iura propria, ne ab alijs occupẽtur? & ideo ſtatuit hac, vt omnes ciuitates, Caſtra, caſalia, & uillæ, & quicquid in eis ſunt intus & extra, quæ ſunt in Demanio Regis, vel in præteritũ cõſueuit eſſe de Demanio Regis, & per alios tenẽtur, debeant in manus Regis immediatè reſignari, nec aliquis præſumat occupare, vel ſupprimere redditus, & ſeruitia debita Regiæ curiæ: et ſi aliquis aliquid, quod ſit de Demanio Regis tenuerit ſine priuilegio Regũ prædeceſſorũ ex certa ſcientia, vel cum priuilegio prædeceſſorum, Regum, & ſine confirmatione Regis regnantis, & fuerit requiſitus, vt dicta iura demanialia reſtituat, & reſignet in manus Regiæ Curiæ, & nõ reintegrauerit, debet condẽnari in quadruplũ cum reſtitutione fructuũ, & totius vtilitatis. h. d. vſq; in fin. Matth.

IMPER. FREDER.

Dignum c fore credimus, & cõſentaneum rationi, vt nos, qui iuſtitiæ ſolio præſidemus, & conſtanter atque perpetuò iura ſua quibuſlibet cõſeruamus, rationum noſtrarum non ſimus immemores: ſed eas ab alijs temeritate quadam, & (vt ita loquamur apertius) illicita præſumptione detentas ad dominium noſtrum atq; Demaniũ reuocemus. Huius igitur legis edicto inuiolabiliter obſeruando Regni noſtri Siciliæ omnibus fidelibus noſtris edicimus, Vt omnes ciuitates, Caſtra, munitiones, Caſalia, Villas, & quicquid in eis intus, aut foris eſſe Demaniũ vel de Demanio conſueuit, in noſtras manus integrè debeant reſignare. Redditus etiam & ſeruitia nobis debita detineri ab aliquib. amodo, vel ſupprimi prohibemus: ſcituris firmiter cuiuſcũq; conditionis hominib. Regni noſtri fidelib. vniuerſis. Quòd qui de prędictis tenuerit aliquid, de quo non habeat priuilegiũ diuorũ Regum Rogerij, & Gulielmi I. aut II pdeceſſorũ noſtrorũ: ante oraculũ nr̃æ celſitudinis ſpeciale a nobis d ex certa ſciẽtia impetratum, vel indultũ a prædeceſſoribus noſtris diuis parentib. noſtris, & ex a certa ſcientia

in priuilegijs, quòd ex certa ſcientia concedit, ut ff. de excuſatio. tutorum. l. ſed in hoc, in fi. quæ eſt optima lex ad hoc.

Ex certa ſcientia. Poſſunt hæc, quæ hic dicũtur probari per ea, quæ no. ff. ſi quis cau. l. ſed & ſi quis, §. fina. uide quod ibi in ſecunda gloſ. nota. Nam ibi no. utrum ex certa ſciẽtia, &c. & not. ff. de rebus eorum, qui ſub tutela. l. prima, in fine. & l. ſecunda.

¶ Item quantum differat ſpecialis cõceſſio, vel confirmatio a generali, & quid operetur, vtrunq; probatur ff. ad leg. Corneliam de fal. l. 1. §. inter. & l. diuus. §. plane. & ff. de iniur. l. illud.

a Additio. Ex certa ſcientia. *Quid importat hæc clauſula? vide per glo. & ibi Ioan. de Imola in clemen. 2. de reſcript. glo. in verbo, ex certa ſcientia, in clemen. 1. de iudic. Bal. & Ioan. de Imola in l. quidam conſulebant. ff. de reg. iu. & per Bart. in extrauaganti, ad reprimendum. in verbo, legibus non obſtantibus.* Superant.

Nona

ANDRÆAS DE ISERNIA.

De iure ſuo Curiæ obſeruando. Rubrica.

Dignum. Ex certa ſcientia. Tunc eſt hoc, quando concedens neſciebat † eſſe de Demanio id, quod donabat. Sed quando ſciebat eſſe de Demanio id, quod donabat, non eſt neceſſe dicere hæc verba, ex certa ſcientia. ff. de tribu. l. 1. §. ſcientiam. Vnde ſi priuilegium diceret, donauimus tibi talem rem Demanij noſtri, ſufficit. ff. de excuſatio. tutorum. l. idem Vlpianus, quicquid glo. dicat hic, & argum. eorum, quæ no. in glo. C. ſi contra ius, vel utilitatem publicam. l. fina. Imò ſi hoc non diceret priuilegium, videtur hoc poſſe probari per teſtes, quod Princeps donans hoc ſciebat. Quia parem vim obtinent teſtes, inſtrumenta, & ſcriptura, niſi vt in exceptuatis. C. de fide inſtrumentorum. in exercendis. Et magis creditur viuæ voci, quam mortuæ, in Authent. de fide inſtrumentorum. §. ſi vero.

† Additio. *Vide And. in cap. 2. quemadmo. feu. ad fil. pertin.* Iacob. Anellus de Bottis.

¶ Sed quid ſi vna ciuitas, Terra, vel Comitatus per excadentiam deuenit ad fiſcum, an ſi donet rem Demanij excadentiæ, oportet, quod ſit ex certa ſcientia? non videtur, quia in Demanio Curiæ loquitur hæc conſtitutio. ¶ Excadentiam totam etiam Baro poſſet donare cum antiquo ſeruitio, infra tit. 2. l. 1. in fi. ergo & partem, quia in toto pars continetur. ff. de reg. iur. in toto. de excep. rei iud. l. ſi quis cũ totum. ¶ In donatione excadentiæ non inuenitur cautum, quod debeat ſcire. Item imputet ſibi quod vires facultatum ſuarum, & conditionem pignorauit. C. de reſcindenda uendi. l. ſi quis. Item, licet poſt quam bona ſunt incorporata omnino ſunt Principis. Differentia tñ eſt inter res Demanij, & alia bona Curiæ, ſicut innuit hæc conſtitutio: ſic inter fiſcalia & patrimonialia. C. de quadri. pręſcrip. l. fin. ¶ Sed certè poſtquàm per excadentiam peruenerint, ſunt de regalib. ut dictum eſt ſupra, li. 1. & habebit ea Curia, ſicut habebat ille, cui ſucceſſit, niſi declararet ea velle aliter habere. Rei n. ſuæ quilibet eſt moderator & arbiter. C. man. l. in re mandata. argum. contra. ff. de ſeruituti. vrba. prædio. l. ſi quis ædes. ¶ Item ſi poſt alij donauit excadentiam, cum primo alij donauerat rẽ Demanij excadentiæ, quõ poteſt cum antiquo ſeruitio, cũ ſubtracto Demanio, neceſſario diminuatur ſeruitium, infra de præſcript. l. conſuetudinẽ. in fine: Reſpondeo, dedit Demanium ſub ſeruitio. Quod diminuitur in uno, ſeruatur in alio: vel ſi dedit † ſine ſeruitio, quod põt, ſi dicat, non obſtãte lege, vt dictum eſt in d. l. 2. in tit. 1. quæ intitulatur de ſeudo & rebus ſeuda. non alienandis. Vel imputet ſibi, qui poſtea recepit excadentiam cum antiquo ſeruitio, quæ iam erat diminuta, ſi expreſſit antiquum ſeruitium. Si uero ſine ſeruitij expreſſione, deberet quantum accedit, detracto eo, quod deberetur pro re Demanij alienata ſine ſeruitio.

† Additio. *Ex his verbis infert Paris de reinteg. feud. c. 4. ver. quæ bona. quòd poteſt Baro, ne vaſalli recedant, concedere demanialib. quia ſi grauatur ſeudum in vno, augetur in alio, ne uaſalli recedant, & in cap. 14.* De Bottis.

¶ Item nota quod Demania poteſt etiam Rex alienare de certa ſciẽtia iure Canonico, etiam ſi non diminuatur honor coronæ, extra de iureiurando. cap. intellecto. cap. Honorij, quod ſuadet non donare Demania: non potuit prohibere quando non in graue præiudicium Coronæ, ut dicit Innoc. in d. cap. intellecto. Hoſtien. etiam dicit extra de uoto, cap. licet. q primogenitus ſuccedens in regno tantum debet dare ſecundo genito fratri ſuo pro vita, vt remaneat ipſi primogenito, vnde poſſit viuere & facere, ſicut Rex, ne ab alijs contemnatur, 12. quæſt. 3. pauper. nec etiam pater hoc poſſet, quia legitima primogenito in Regno eſt totum regnum, vt ipſe dicit ibi: ſed hoc in alienatione neceſſaria, quia & de ſuo proprio frater tenetur alere fratrem. C. de alendis liberis. l. 1. in glo. multo fortius in voluntaria. ¶ Vbi autem immoderate donaſſet † Demania in graue præiudicium coronæ, & donatio vltimo facta redderet donationem immenſam, ab omnibus fieret reuocatio, quia per ultimum actum cognoſcitur, vt infirmetur aut confirmetur præcedens, ut no. in ſimili. C. de inoffic. teſtam. l. 1. in magna gl. Et hoc tollit opinionem omnium antiquorum peritorum regni dicentium, Demania non poſſe alienari, quaſi deputata ad viuere Regum, ut non grauent ſubditos, ſicut bona titulata & de menſa, & ſicut panes ciuiles, de petitionib. bonorũ ſublatis. l. fin. §. 1. C. lib. 10. de fund. patri. l. omnes. & in tit. Epiſcopum uel Abbatem. cap. 1.

† Additio. *Vide eundem Parid. de reinteg. feu. c. 34.* De Bottis.

¶ Iſtam materiam, utrum poſſint donari Demania a Rege, vel ab Imperatore: Item utrum poſſint donare hominem, & uaſallum Demanij, in quo uidetur loqui ſequens conſtitutio, perſonas. Item utrum fructus Demanij poſſint donari: Item quæ ſint Demania; Item utrum Demania poſſint præſcribi: Item vtrum Princeps poſſit

diminuere

Nona conſtitutio. *Rubrica.*

a PErſonas. Alia eſt enim conditio hominũ, alia cæterarum rerũ, vt ff. de lega. 1. dñs. §. cum alicui perſonas. ff. de vſu. in pecudum.

● ADDITIO. *Vide c. regni, prædeceſſorum. & ibi. Scribentes.*

b *Fauori.* ff. de alienatione iudicij mutãdi cã facta. l. 3. §. ſi q̃s detẽtus.

c *Cenſemus.* Et ſic pariter punitur detinens & detentus, ut C. ne iu. ad vllum. obſe. deuo. l. 2. in fi. l. 11.

De reuocatione feudorum, &c. Rubr.

d COnſtitutionem. Hæc conſtitutio prohibet alienationẽ rerum feudalium, quæ tenentur a fiſco in feudũ, & contractus ſuper rebus feudalibus, niſi fuerint a Principe confirmati. Item prohibet trãſactionem, & eſt ratio, quia fungitur vice, &c. ut ff. de tranſactionib. cùm hi. §. ſed ſi lis. Item prohibet compromitti pro eis: & eſt ratio, ſicut in omnibus magnis cauſis, in quibus certi iudices ſunt deputati, argumento. ff. de arbit. l. non diſtinguemus. §. Iulianus. Item dicit in fine de locatione excadentium: & concord. huic ſequens conſtitutio.

Conſtitutionem. Quę eſt ſuperius de iuribus rerum regalium. l. contractus. nec etiam in vltima voluntate, vt l. ſequen. Nam cùm prohibetur alienatio, prohibetur & teſtamenti factio, ut C. de ſecun. nupt. ſi quis prioris. & ff. de lega. 2. peto. §. fratre licet argumento contra ff. de alienat. iudi. mut. cau. facta. l. ex hoc edicto. §. ſed hæredem.

† *Aliàs, Idem.*

noſtra confirmatum, & vſq; ad feſtum Natiuitatis proximum in manus noſtras vel ordinatorũ noſtrorum, irrequiſiti etiam non reſignauerit, quadruplum etiam fructuũ, vel reddituũ, ſeu cuiuſcunq; vtilitatis: quod detentis ſic iniuſtè perceperint, proculdubio Curiæ noſtrę cum integritate perſoluant.

De eodem.

Nona conſtitutio.

Si detinentibus res demaniales domini Regis impoſita eſt pœna, multo fortius debet imponi pœna detinentibus perſonas liberas ſubditas domini Regis, cum per hoc non tantum prouidetur intereſſe regio, quam libertati, cũ de iure omnes ſubditi regis liberi cenſentur. & ideo ſtatuit hac conſtitutio quòd caueant Nobiles, nec audeant detinere aliquem Comitem vel Baronem Demanialem, vel Baroniam aliquam, quæ ſit de Demanio Regis, & ſi contra fiat, detentus, qui non reuelauit Regis Curiæ, punietur pœna publicationis bonorum omnium, & detentor ſciens, in æquiualenti dictorum bonorum ipſius detenti punietur. hoc dicit. Matthæus.

† IMPER. FREDER.

PErſonas a * rebus alijs præferẽtes, quanto eas precioſiores habemus, tanto ipſarum detentorib. quæ ad Demanium noſtrum immediate ſpectare noſcuntur, pœnã imponimus duriorem. In hoc. n. non tam nobis proſpicimus quàm liber

ſpeciali, quia ſpecialiter hoc eſt inductum, ut veniat contra ſactum ſuum, regulariter contra. ff. de adoptionib. l. poſt mortem. Item & dominus feudi reuocabit. nec opponetur ei, quod alius eſt Dominus vtiliter. ¶ Sed an ſtatim facta alienatione, ſi non reuocabit feudatarius alienās, & reuocet Dominus, & agat. & infra quod tēpus? ¶ Et vtrum iudex poſſit ſtatuere tempus hoc. ¶ Item ſi poſt hoc tempus dominus reuocet, & vellet alienans reuocare, ſimiliter quis, & quando eſt potior, plene diximus in d. tit. de vaſal. qui contra conſtitutionem Lotharij feu. alienauit. c. 1. ¶ Item quid ſi domino ſciente, & non contradicente vaſallus alienauit, an ſibi dominus præiudicet? & dic, ut in gl. in titu. de prohi. feu. alien. per Lothar. cap. 1. ¶ Non tamen præiudicabit alienanti, quin reuocet iure proprio, niſi dominus conſenſerit, & licentiam tribuerit per hanc conſtitutionem, ut ibi plene diximus. ¶ Item vtrum hodie feudatarius det in feudum † cum alienare non poſſit? Hoc iure feudorum conceditur. d. l. imperialem. §. callidis. de capi. Corra. §. præterea, & de le. Corra. §. ſi mulier, & qualiter olim feu. poterat alie. cap. 1.

† Additio. *Non infeudat. idem dicit in ca. 1. ver. vel aliquid. de prohib. alie. per Lothar. & in ca. 1. ver. de manſo. ult. col. in princ. de controuer. inueſt. Quid in feudatario eccleſia. vide Iaco. in tract. feu. in ver. in feudum. in ℘ & in verbo, ita etiam, col. 2.* De Bottis.

¶ Item per conſtitutionem iſtam prohibetur alienatio, per quam diminuitur feudum, vel commutatur: ergo ſi non minuitur, videtur quod concedatur, argumen. a contrario ſenſu, quod eſt fortiſſimum. ff. de off. eius cui man. eſt iuriſd. l. 1. §. huius rei. Et quia qui prohibuit in uno, in alio videtur conceſſiſſe. de iudi. l. cū prætor. ¶ Verius videtur, quod prohibeatur † per hanc conſtitutionem. Nam commutatio eſt tam rei, quam perſonæ, licet dicat litera, de rebus feudalib. commutandis. Satis commutatur, quando de una perſona in aliam commutatur ſeu transfertur: hoc non eſt prohibitum iure feudorum, de lege Corra. §. profecto. & §. præcedenti. ¶ Hęc, ſicut poſterior generaliter loquitur, ut prohibita ſit omnis alienatio, nam quantum ad dominum feudi intelligitur diminui, quod eſt etiam in melius contra ſuam uoluntatem commutatum, ff. de vſu, & ha. l. ſi. eſt contentus de tua perſona, ut ſis ſuus vaſallus, non ſic eſt contentus de alio, etiā meliori dato. Nec ſequitur hæc cōſtitutio ius feudorum, quod patet in tranſactione, quæ hic improbatur, iure alio conceditur, ut in tit. ſi de feu. fuer. contro. cap. ſi vaſallus. & de contro. inter vaſal. & alium de beneficio. ¶ Debet aliquid operari hæc conſtitutio, ut etiam alienationes alias conceſſas improbet, ſicut eſt datio in feudum, per quam feudum conceditur de uno in alium, nam & verba aliquid operantur. ff. de leg. 1. l. ſi quando. & quod det in feudum non cauetur iure illo, niſi conſuetudine, non lege Imperatoris alicuius, imò prohibetur generaliter per conſtitutionem Imperialem. Lex Cor. de benefi. & terris tributis. l. in nomine, dicit de alienatione domini non faciēda ſine voluntate vaſalli, ſic quo tempore miles. l. 2. quæ ſumitur in d. l. in nomine, & de lege Corra. §. ex eadem le. de vaſallo, quod poſſit in feudum dare, non dicit, vbi eſt illa conſuetudo, ibi ſeruetur, in Regno Siciliæ nō eſt. Et ſi eſſet, uidetur tolli per hanc conſtitutionem. ¶ Si do tibi in feudum, vt habeam te in vaſallum, quomodo dabis alijs me inuito, cum ego non poſſum proprietatē alienare inuito vaſallo, vt d. l. in nomine. non vr̄ æquum, nec rationabile, & expreſſum uidetur hac conſtitutione, in fi. vbi excadentias tantum locat feudatarius.

† Additio. *Et attenta hac ratione nec in emphiteuſim dari poteſt feudum, vt latè ſequitur Iacob. in d. tract. feud. in d. ver. ita etiam. col. 3. ubi limitat.* De Bottis.

¶ Item nunquid hæc conſtitutio † corrigat id, quod dicitur de alienatione feudi? Patet in princ. de aliena. in agnatum, qui erat alias ſucceſſurus, quod ualet ſine conſenſu domini, quaſi ſit magis refutatio, ut in tit. per quos fiat inueſti. §. ſed & res. & ita utimur in Regno, quia rationabile, quod ſpecialiter non exprimitur relinquitur regulis ueterum legum. C. de appella. præcipimus. in fine. Generale non derogat ſpeciali. ff. de pęnis. l. ſanctio legum. Legum correctio eſt uitanda. C. de inofficio. do. l. 1. quia non corriguntur niſi quando expreſſim dicitur, ut in Auth. quibus modis naturales efficiuntur ſui. §. tribus.

† Additio. *Vide Iacob. in d. tract. feud. in ver. & cum pacto de non. col. 5. & And. in c. 1. §. fratri vero. de alie. feu. vbi ſcripſi.* De Bottis.

Et poſteriores leges diſtinguūtur per priores. ff. de legib. l. non eſt nouum, & l. ſequen. qui ſatiſdare cogantur. l. ſciendum. de lit. conteſta. auth. offeratur. In quantum refutatur † agnato, ualebit ſine conſenſu domini, alia pacta non, per conſtitutionem illam, ut diximus in tit. de eo qui finem fecit agnatis. c. 1.

† Additio. *Nota iſta verba And. quòd valet refutatio in ſucceſſurum, nec requiritur aſſenſus: alia vero pacta non. Et ex his dicebā quod donatio, quæ fit hodie per patrem filio, quando ducit vxorem cum reſeruatione vſusfructus in vita patris, non tenet ſine aſſenſu, quia diuiditur vſusfructus a proprietate. & ſic iſtud pactum non tenet, nec ſuſtinetur donatio, quia non erat intentio patris donare ſine reſeruatione vſusfructus, & feudatarius non poteſt vſumfructum conſtituere & diuidere feudum, vt habetur in locu hic no. per Iacob. & ſic intelligitur de alijs pactis, quæ non tangunt ſubſtantiam feudi.* De Bottis.

¶ Item, nunquid feudum poſſit diuidi ſine conſenſu domini; diximus plene in d. §. præterea ducatus, quia nō poteſt, ſi per diuiſionem fiet dominus, qui non erat, ut quando uiuitur iure Francorum, ſecus ſi uiueretur iure Longobardorum. Vnde inalienabilia alia, ſicut bona minoris & eccleſiæ diuiduntur. ¶ Item utrum uaſalli diuidantur? plene dictum eſt in. §. præterea ducatus. ¶ Et quando vnus haberet maiorem partem, quam alius, præiudicabit diuidenti niſi ultra dimidiam eſſet deceptus, ut in l. rem maioris pretij C. de reſcindenda venditione. & niſi præiudicaret reipublicæ, ut ſi dominus minoris partis non poſſet facere ſeruitium, inde ipſum contingens & alius non faceret plus de ſeruitio niſi pro medietate, non pro illo, quod plus habuit. Dicitur. n. hic in glo. quod alienationes & præſcriptiones tenent, qñ non præiudicaret reipublicæ. Sed quando pars maior aperietur domino, & per mortem, uel alio modo deuoluetur, præiudicabit ipſi domino. Nec in hoc curret præſcriptio domino quanticunque temporis poſtquam ad eum deuoluitur, vt in titu. de inueſtitura de re. alien. & de capi. Corra. §. præterea, & conſtitutione, Imperialem, in princ.

Excadentias autem. Item † quod in nullo debita ſeruitia minuantur. Idem in Principe, ut det rem ei in antiquo & conſueto ſeruitio, & ſi diminuetur ex certa ſcientia, non ualeret, niſi diceret, non obſt. nec lege, de hoc dictum eſt plene in dicto. §. præterea ducatus, circa finem. ¶ Item nota quod dicitur hic in fine glo. quòd contractus, inſtrumenta, & priuilegia feudorum poſſunt reuocari ſi ſunt antiqua, ſine conſenſu regio: quia non conferunt plus iuris quàm habent authoritatis.

† Additio. *Dicit And. quòd Baro abſque aſſenſu poteſt excadentialia concedere, ideſt quæ ſolita ſunt concedi, vt ſunt feuda plana & de tabula: nam ſecus eſt in quaternatu, vt ipſe dixit in conſtit. poſt mortem. & in c. 1. vbi ſcripſi. ver. Regis, qui feudum da. poſ. Dum autem dicit de rege diminuente ſeruitium, vide quæ dixit idem And. in c. 1. §. ſimiliter. colum. 3. de Capit. qui cur. vend. vnde de ſolitis concedi per Iaſ. in conſi. 227. 3. col. vol. 2.* De Bottis.

C*onſtitutionē diuæ memoriæ*. Ibi, iure proprio, id eſt, iure ſpeciali: ſic ponitur ff. de iuſt. & iure. l. omnes populi. & eſt ſpecialitas in hoc, quod alienans uenit contra factū ſuum: ſic C. de agric. & cenſi. l. quemadmodū. lib. 11. contra regulā, quę ponit ff. de adopt. l. poſt mortem. non autem propria authoritate: quia illud non licet, vt ff. quod met. cauſa. l. extat. & ad leg. Iul. de vi priua. l. creditores. ¶ Sed quid ſi aliqua bona feudalia fuerint data in pignore in caſu conceſſo a lege, vel Principe, an iſte creditor illa quæ alienata ſunt illicite, de huiuſmodi poterit alienata reuocare? vidi dubitare: Sed dicendum eſt pro veritate, quòd ſic, quia prædia eccleſiæ indebite alienata reuocāt œconomi primo loco, & poſt ipſos Parochiani, & patroni, ut C. de ſacroſan. eccl. l. iubemus nulli & ibi no. Sicut prædia decurionum indebite alienata, quæ retrahuntur per quoſlibet, ut C. de prædijs decurio. l. ſi quis. lib. 10. & eſt ad hoc, de reb. eccl. non alienan. cap. ſi quis presbyterorum. Conſtat. n. quod creditor, cui res ſubripitur, agit condictione incerti, ut ff. de condict. furt. l. Ariſto. Barthol. de Capua miles.

In §. eiſdem. ibi, reuocare. Sed an teneatur ad reſtitutionem pretij; dic quod ſic, ſi bonæ fidei fuerit emptor, aliàs non, ut de prohi. alienat. feu. per Freder. l. Imperialem. §. 1.

In tex. ibi, delata. Quęro, an dominus poſſit cognoſcere inter duos vaſallos aliàs litigantes de feudo, quod ad ipſum pertinet? forte ſic: de prohi. alie. feu. per Fred. l. pen. & quod ibi nota. ¶ Nec obſtat iſta conſtit. quia loquitur, cum tractatur de diminutione feu. ſcilicet quia alter dicit non eſſe feudum, ut ſupra patet: & facit ad id quod dixi extra de iudi. c. cæterum. & de fo. compe. c. licet. & c. ex tenore.

In gl. licentia. ibi, conſenſus. De iure communi requiritur conſenſus Comitis, & conſenſus Principis concedentis principaliter, ut no. glo. in l. ſi quis hac. §. pen. ff. qui & a quib. & facit l. in concedendo. de aqua plu. arcen. Sed quid ſi duo contendunt ad inuicem ſe eſſe dominos eiuſdem feudi, pendente iudicio res aliqua ſpectans ad feudum, venditur, cuius uoluntas debet exequi? dic utriuſque, vt uoluit Innocent. ample in cap. cæterum. extra de iudic. & facit d. l. in concedendo. Petrus.

Sed ſi poſſeſſio rei feudalis peruenerit ad emptorem, uel creditorem, poteſt emptor, uel creditor uti retentione: donec ſoluatur ſibi pretium: licet uenditio uel pignoratio non ualeat: ad hoc alleg. do. Barth. de Cap. l. ſi pupillorum. in fi. ff. de reb. cor. Pet. de Monteſ.

In glo. nullam omnino. ibi, Sed quid ſi tenet ab alio Barone? No. quando feudum tenetur a Barone, ſi alienatur, ſufficiat conſenſus Baronis. Sed contrarium audiui, quod tenet And. de Iſernia, & communis obſeruantia eſt, quod utrunq; requiratur: de quo dic per And. de Iſer. de prohib. alien. feu. per Fred. l. imperialem. circa principium, Regis ſcilicet & Baronis. Petrus de Monteforte.

In eadem, in principio. An valeat teſtamentum uel legatum feudi in proximum conſanguineum, non ſucceſſurum? dic quod non, ut in cap. 1. de ſucceſ. feu. & c. 1. §. donare. qualiter olim feud. alien. poter. & in c. 1. in verbo, anima iudicare. de prohi. alien. feu. per Fred. Oldr. in conſi. 162. alias 236. incip. perlectis & diligenter inſpectis omnib. ſcripturis. Sed ipſe idem in conſi. 144. incip. in q. propoſita. quod prohibitio teſtandi

¶ Item

tio teſtandi

tio teſtandi de feu. poſita in d. cap. Imperialem, cum ſimilib. debet intelligi prorſus in extraneo, non autem in coniuncta perſona teſtatoris. nam illa poteſt inſtitui, aut ei legari ſine aſſenſu ſuperioris, argu. l. uoluntas. C. de fideicom. & in l. per eum. §. quindecim. & §. Iulianus. de leg. 3. Nam ſi feu. alienatio tenderet in augmentum ſeruitij, quia fieret ei qui melius ſeruiret, ualet ſine aſſenſu principis: & non haberet locum hæc conſtitutio, ut tenet And. de prohib. feu. alien. per Freder. 3. col. & in tit. de Cap. qui cur. uen. in c. 1. §. præterea. & hic in ſequenti col. ¶ Si venditor feudi promiſit ſe facturum, & curaturum, quod dominus conſentiat, an ualeat tale pactum? Andr. in ti. de prohi. alie. per Loth. in uerbo, commentum excogitare. Diome. Maric.

¶ Habeo debitorem inſtrumentarium, qui per pactum hypothecat mihi bona feudalia conſenſu regio, cedo omnia iura mihi competentia contra illum Titio, an uidear concedere poteſtatem capiendi propria authoritate mihi conceſſa in inſtrumento? dic quod ſic, per Bart. in l. 1. §. fi. de noui operis nuntia. ubi uide omnino Ludo. ¶ Sed an ad hoc, ut ceſſionarius poſſit ſe iuuare ex iure ceſſo ſuper feudalibus, requiritur quòd in ceſſione interueniat aſſenſus? dic quod ſi quidem erat mihi hypothecata cum poteſtate capiendi propria authoritate, & illa uendendi, uel alienandi, & in ſolidum retinẽdi, ut communiter apponitur in inſtrumento, & non requiritur nouus aſſenſus in ceſſione, quia ſatis eſt, quod rex conſentiat poteſtatem dare in capiẽdo, & retinendo, uel uendendo: uidetur enim rex conſenſiſſe generaliter, quod nõ ſolum illa bona feudalia ſint hypothecata mihi, & per me capi poſſunt, ſed etiam quòd per me poſſint alienari. faciunt nota in cap. Imperialem. de prohibita feu. alienat. per Freder. Quando aſſenſus eſt conceſſus generaliter alienandi, poteſt fieri alienatio cuicunque: ſecus ſi ſit conceſſus ſimpliciter, ut in talem alienetur, quia Seio non poteſt alienari. ¶ Si uerò non ſit ita ampla poteſtas uendendi data, tamẽ hypotheca mea uallata Regio aſſenſu, adhuc puto quod ceſſionarius intentans actiones utiles ex ceſſione, non habet eam fundare ſuper obligatione, & hypotheca fundata in perſonam ſuam, ſed perſonam certam, & petere adiudicare ſibi, ut declarat Bar. in l. 1. poſt glo. de actio. & obligat. Tertio non intentat actionem, quia non præſupponit obligationem, ſeu hypothecam acquiſitam ſibi ex ceſſione, & debet contractus ualere tanquam non transferens in eum dominium, neq; hypothecam, aut obligationem, ſed ſimpliciter actionem hypothecariam datiuam, non faciendã tamen ſuper obligatione exiſtente in perſona ſua, quia ille contractus ſuper feudo non ualeat per quem transfertur dominium, hypotheca, aut aliud ius in feu. ut hic per Andr. ¶ Vnde concludo, quòd ceſſionarius poterit petere aſſiſtentiam ex poteſtate, & hypotheca capiendi mihi competenti, & petet ſibi feudum adiudicare, & procedit iudiciũ: ſed in adiudicatione dantis fienda ſibi requireretur regius aſſenſus nouus, cum in princ. Rex conceſſit, ut adiudicatio fieret mihi, & non illi, unde conſenſus non extẽditur ad illud, ſed requiritur nouus aſſenſus, ſicut dicitur in adiudicatione quæ ſit ex ſecundo decreto, ut no. Andr. in conſtitutio. ſi quis poſt litem. & in c. 1. de inueſti. de re alie. facta. Et fuit de facto in ſacro Conſilio. Diomedes Mariconda.

¶ Quid ſi mulier habens feudum cum aſſenſu Regis, quod obligatur pro dote, & renunciauit in manibus debitoris poſſidentis feudum huic iuri hypothecæ, an ualeat renunciatio ſine aſſenſu Regis? fuit reperta apoſtilla D. Barthol. de Cap. dum eſſet quæſtio de facto in hac conſtit. & in l. 4. §. fin. de manu. vind. qui tenebat per illum tex. quod tenebat talis renuntiatio ſine aſſenſu: quia tendit ad feudi liberationem. In contrarium adducebatur And. hic, dum dicit quod in remiſſione iurium contrahitur in feudo, quia hoc donare eſt, ar. l. ſi mulier. de condic. ob cau. & ad d. §. fin. reſpondebat, quod ibi minor non erat prohibitus generaliter omnem contractum facere, ſed ſolum manumittere ſine prætore. Ideo ſi cõſenſit debitori manumittenti ſeruum pignoratum ſibi, non videtur ipſe manumittere, ideo valet actus ſine prætore. Sed in caſu noſtro lex prohibet omnem contractum, per quem feudum, aut diminuitur, aut commutatur. Et per hanc renuntiationem ius mihi quæſitum, ſcilicet, hypotheca commutatur, ſcilicet de me in debitorem, ſeu poſſeſſorem feudi, cui remitto hypothecam. Tandem res fuit per alia media determinata, cogita. Nec illud placet, quod prima remiſſio valeat, quia tendit in liberationem feudi, & ſic in augmentum eius, quia nullum eſt augmentum feudi, ſiue ſit hypothecatũ, ſiue nõ: pariter enim iura ſua poſſunt diſtingui: quod Andr. hic intellexerat de iuribus regalibus. Sed Barthol. de Capua loquitur de iure hypothecæ, & ſic de actione hypothecaria, quæ eſt in rem ſcripta, ſicut perſonalis quæſita remiſſa, non dicitur remiſſum aliquod ius feudi, ſed actio, ſeu ius ad rem, ſeu feudum a non domino pro hypothecaria. cogita, quia fuit in facto, in caſtro Paduli. Diomedes Mariconda.

Fuit dubitatum in ſacro Conſil. quid ſi rex requiſitus noluit conſentire, an habeatur pro conſentiente, vel an contractus valeat? uidetur, quòd ſic, ſi ſine cauſa recuſat cõſentire: ſicut dicit Bar. in l. ſi cum dotem. §. eo autem tempore. ſol. mat. verſ. quem de ſtatuto quod mulier, uel minor nõ poſſint contrahere ſine licentia ſuorum conſanguineorum, cum alijs authoritatibus ibi per me adductis. Ad idem facit conſil. Alex. 107. 2. volum. quòd ſi hæres prohibitus eſt alienare ſine conſenſu uxoris, ſi uxor requiſita noluit conſentire ſine iuſta cauſa, iudex poteſt impertire licentiam per rationes, de quibus ibi. facit Do. And. hic, dũ dicit, quod vaſallus non poteſt in feudum alij dare, quia ſi do tibi in feudum, ut habeam te in uaſallum: quomodo tu dabis alium me inuito? quod verbum etiam ſonat, quòd ſine ulla cauſa poſſum denegare aſſenſum, & ſufficiat pro ratione uoluntas: quia mutare vaſallum domino inuito eſt iuſta cauſa denegandi aſſenſum. Pro hac parte allegabatur And. in conſtit. ſi quis poſt litem, ubi dominus ſecundum And. cogitur conſentire quando alienatio ſit ex neceſſitate feudi, & propter onus feudi, propter dotes ſororis, vel filij, vel propter ſoluendum ſeruitium domini. Ergo in contrarium eſt regula, ubi alienatio ſit ex uoluntate, & ex alijs cauſis iuſtis. Idem And. in c. 1. de inueſt. de re alie. facta. quod quando vaſallus eſt grauatus Principi, non præſumitur quod Princeps ſit grauatus, quia non eſt de honeſtate. & ita credo eſſe dicendum. Diomedes Mariconda.

Scias quod prima reuocatio non poteſt fieri, niſi prius ſit requiſitus rex, ut aſſentiat, uide omnino quæ no. dicit Luc. de Penna in l. nulli. de fun. patrimo. lib. 11.

An autem iſta reuocatio poſſit fieri per hæredem? uidetur quòd non: quia ius reuocandi nõ tranſit ad hæredem; dicit Bar. in l. qui Romæ. §. Flauius. circa fi. de verb. oblig. quod maxime uidetur procedere in dote, per l. ſi quis. de iure dot. Et vidi alias fuiſſe conſultum, quod generalis renuntiatio non extenditur ad obligationem dotis, vel alimentorum, per tex. & ibi no. Bar. in l. libertis. § poſt huius. ff. de alimen. & cibar. leg. & Bal. Nouellus in tract. de dote, & ſimiliter non comprehendit obligationem iuratam, per id quod no. glo. in cap. cum non debeat. cum ſimil. de elect. & ita fuit iudicatum in cauſa Comitiſſæ, cum Comite Vgenti, in Sacro Regio conſilio anno 1499. Diomedes Mariconda.

An autem ſi petatur reſciſſio contractus, debeat pretium reſtitui? Alber. in c. 1. §. notandum. qui feu. dare poſ. uide Bal. in l. electio. C. ſi aduer. fiſcum. Item ad hoc ut iſta reuocatio fieri poſſit, requiritur, quòd quis offerat ſeu tradat illud quod habuit ex illo contractu, quem vult reuocare, dicit Bal. in l. fin. in 3. q. C. de contrahen. empt. Diſplicentia enim retraditionem deſiderat, & non dicitur diſplicere id quod poſtea retinetur, & ita per id dictum, audiui aliàs per Regni peritos fuiſſe iudicatum. Aliqui tamen dicebant, quod licet non fiat iſta oblatio, ſeu retraditio, tamen non propterea poteſt dici quod reuocatio ſit nulla, quinimo valet. Sed non poterit conſequi rem, quam ipſe vendidit ex primo cõtractu quem reuocauit, niſi ipſe transferat id quod habuit ex eodem contractu. Quæ verba habent magnam honeſtatem. Sed uerba Bal. loquuntur proprie in diſplicentia, & ſic in reuocatione, unde cogita. Et ad prædicta facit glo. in cap. ſi auditus, in fine de appel. in 6. quod ubi grauamen fuit reale, & reuocatio debet fieri realis: ſi verbale, reuocatio debet fieri verbalis: ita Bal. allegãs illum tex. in l. acceptam, in prima oppo. in fine. C. de vſur. Sed in ſacro Regio conſilio fuit iudicatum, quod ſufficit reuocatio uerbalis, & quod non requiritur aliqua oblatio, in cauſa Nardi Comi. anno 1499. ſecundo Martij.

Ad quod facit, quod is qui contractum reuocat, videtur habere intentionem, quod omnia reducantur in priſtinum, & per conſequens tacite videtur offerre, velle reſtituere quod accepit. Accedat prædictis quod dicitur in l. ab emptione. de pact. quod non poteſt fieri reſolutio contractus verbo, quando interuenit traditio, ſed requiritur actus retro ſimilis, facit quod voluit Alber. in c. 1. §. notandum, qui feud. dare poſſunt. Qui petit reſcindi contractum, debet pretium reſtituere, & vide quod no. Pau. de Caſt. in l. 2. & in l. ſi ante. C. de pac. inter emp. & vend. Diomedes Mariconda.

In tex. licentia. Sed nunquid ſufficiat tacitus conſenſus Principis? vr quod ſic, ut in c. 1. in gl. ipſorum. de prohib. feu. alie. per Lotha. arg. eius quod no. in c. 1. §. præterea. quib. mod. feu. amit. Barth. de Cap.

Sed aduerte, quia And. ibi tenet contrarium, quod requiritur expreſſus aſſenſus hodie in Regno, & idem videtur tenere in c. Imperialem, in princ. 6. col. de prohi. feu. alie. per Fred. Petrus de Montef.

Item ſi vaſallus vendit, & redimit incontinenti, modico interuallo intercedente, etiam incidit in pœnam caducitatis, ut eſt expreſſum in c. quid iuris, ſi poſt alien. feu. Barth. de Capua.

Sed aduerte, quia hodie in Regno pœna caducitatis non habet locum, & in hoc corrigitur ius commune per conſtitutionem iſtam, per quam alienans ſine aſſenſu non perdit feudum, ſed poteſt reuocare, & contra factum ſuum uenire. Barth. de Capua.

Item habes hic, quod ſi contractus rei feudalis fuit de conſenſu Principis, valet. quod eſt ſano iudicio intelligendum, ubi alienans non habeat filios, uel alios, ad quos eo mortuo iure ſucceſſionis poſſet peruenire. Nam ſi haberet, requireretur eorum conſenſus, ut in cap. primo, §. præterea quibus modis feud. amit. nam ſine eorum conſenſu alienatio, uel contractus non teneret, ut in cap. 1. de alienat. feu. pater. Sed quid de vaſallo, an poſſit alienari ſine eius conſenſu? dic quod ſic, ut no. in glo. in verbo, inſtantiam, in conſtitutio. probationum defectum. Bartholomæus de Capua.

De eodem. *Nona conſtitutio.*

a H*Ac edictali.* Multi uolunt credere, q. ſi feudum vel res feudalis, & qualitercunque ſeruitijs obligata relinquatur tali perſonæ quæ ſuccederet ab inteſtato, ut infra de ſucceſ. in feud. no. l. 1. tale relictum valeret, etiam ſine conſenſu Principis, cum & ſi non relinqueretur, nihilominus haberet ab inteſta. ſicut teſtamentum imperfectum valet inter liberos, qui aliàs ab inteſtato ſuccederent, ut C. de teſta. hac conſultiſſima. §. ex imperfecto. & ſimilis ratio ponitur. C. de operis liber. l. 1. in fi. arg. bonum ad hoc expreſſum. C. de impo. lu. deſcri. l. 1. §. 1. lib. 10. & ff. de hæred. inſt. l. ſi ſeruo fideiuſ. Nam cum ſibi defertur, etiã ſi nullum eſſet relictum factum, multo fortius debet relictum tenere, licet nõ ſit cõſenſu Principis roboratum, ut argum. C. de rei vxor. act. l. 1. & argu. expreſſum. C. de inceſt. nupt. ſi quis inceſti. & no. idem in gl. ord. in ſimili caſu, ſcilicet, in aſcriptitio, & cenſito. C. qui. cauſ. co. cendo. an. accu. l. 2. lib. 12. in colono conditionali, ut C. de agricol. & cenſi. cum ſatis. l. 1. lib. 11. Item uolunt quidam dicere, quòd feudum poſſit tranſire cum uniuerſitate.

† Aliàs, Idem.

ADDITIO. *Adde Iac. Alua. in cap. 1. §. præterea ducat. ut. in 1. col. de prohi. feu. alie. in 2 lib. feud.* Superantius.

Si forte quis hæres inſtituatur in bonis, inter quæ ſit feudum, argum. ff. de re mili. milites. §. fina. & de decur. l. decurio. & de fun. domi. l. prima, & ff. de contrahen. emptio. in medicis, cum ſimilibus. & ſic ſentit glo. ordin. in ſimili. C. non li. hab. metro. bona ſua ad ali. tranſ. l. prima, in glo. ſi fundo, &c. lib. 11. ¶ Item quidam dicunt quòd vaſallus etiam ſine licentia Principis poſſit in conuaſallum, & in eum, qui eſt ulus conditionis, & ſub eodem dominio aſtrictus, feudum alienare. argumen. eiuſdem l. C. non lic. hab. metro. bono. ſua ad alium tranſ. l. prima, libro 11. & de emptio. ſa. a villa vel angar. l. ad ſubiectorum, in fi. cum enim non mutetur perſonæ conditio, nec ſtatum rei conuenit immutari, ut C. de impo. luc. deſcri. l. 1. §. cæteri. lib. 10. Item crederem, quod licet non poſſit uſuſfructus feudi † alienari, qa hæc conſt. prohibet alienationẽ, ut C. de reb. alie. nõ alie. l. ſi. tamen fructuũ perceptio alienari poſſit, forte vſq; ad certũ tempus & ſine conſenſu Principis, ut arg. Inſti. de uſu & hab. in fi. 1. reſp. & ff. de peri. & com. rei uen. neceſſ. no. §. ſi non. n. videtur ius vẽdi, quod nõ poſſit, ut ar. ff. de iure do. ſi vſuſfructus alij, extraneo, &c. & ſic tota die Barones dãt & locãt caſtra in gabellam, arg. ad id. ff. de leg. 2. l. codicillis, § inſtituto, & quod ibi no.

De eodem.

Nona Conſtitutio.

Nullus Comes, Baro, vel miles, vel quilibet alius tam laicus quam clericus rem qua eſt in ſeruitijs Regiæ Curiæ qualitercunque, obnoxia, vel rei ipſius, redditus, vel ſeruitia Regiæ Curiæ præſtare debet per cõtractum inter viuos, vel in vltima volũtate in totum, vel in partem, neque in alium transferre præſumat: & ſi forte aliter fiat, per hoc redditus, vel ſeruitia debita Regiæ Curiæ non minuantur, quia alienatio tranſijt: cum ſua cauſa, id eſt, cum ipſis ſeruitijs, & redditibus, hoc dicas. Matthæus.

† IMPER. FREDER.

HAc [a] edictali lege in [1] perpetuũ valitura omnib. regni noſtri fidelibus expreſſius inhibemus, Vt nullus Comes, Baro, vel miles, vel etiã quilibet alius, uel clericus, res qualicũque noſtro ſeruitio obligatas, de quibus redditus & ſeruitia Curiæ noſtræ debeãtur, quocunque alienationis titulo inter uiuos, vel in vltimis volũtatibus in alium pro parte * vel in toto trãsferre præſumat, vel etiam commutare, unde ſeruitium ipſum, aut redditus Curia noſtra [b] perdat.

† ADDITIO. *Vide Parid. de puteo, ſeu. c. 8. nu. 14.* De Bottis.

1 ADDITIO. In perpetuum. *Adde gl. in verbo, perpetuũ. in c. fundamenta. de elect. lib. 6. l. 1. ff. pro ſocio. & in l. in perpetuũ. ff. de proc.* Sup.

ADDITIO. *Nec quod redditus non alienetur in feudo, nec pro parte, nec pro toto. ſed an perdatur, vide Parid. in tract. de reintegr. feu. c. 40.* De Bottis.

b *Perdat.* Non eſt hęc ſola ratio, quæ ponitur in fi. huius conſti. ſed eſt & illa, quia nõ poteſt inuito mihi uaſallus agnoſci, ſicut nec ſocius. ff. pro ſocio, qui admittitur. & expreſſum eſt in 10. coll. de fratribus de nouo beneficio inue. l. 2.

† Aliàs, Idem.

De reuocandis tranſeuntibus ad alienam habitationem.

TITVLVS VI.

Hac cõſtitutio imponit pœnam Baronibus occupantibus homines demanij, & compelluntur infra tres menſes, ſi ſunt in eadem prouincia, ſi extra prouinciã, infra ſex: & qui ſcienter receperit, aut receptos alterius ſcitos ignoranter contempſerit, reddere requiſitus punitur in vna libra auri. & toto intereſſe ſic etiam prouidetur, q. homines Baronum, vel prælatorum, vel militum, qui dominis ſuis de perſonalibus ſeruitijs tenentur infra prædictum tẽpus requiſiti redire ad Terras dominorum ſuorum detenteres, ut ſupra, tenentur in vna libra auri. h. d. Lallus de T.

† IMPER. FREDER.

QVisquis [c] [a] de burgẽſibus, aut villanis ad noſtrũ demanium

De reuocandis tranſeuntib. ad alienam habit. Rubrica.

c Q*Viſquis.* Hæc cõſtit. imponit pœnã Baronib. & Prælatis, & alijs hominib. nobilibus, & occupãtibus homines de demanio: & dicti homines ĩ. tẽpus infra ſcriptũ reuocantur ad demanium. concordat C. de manc. & colon. patrim. lib. 11. l. ſi. E contra prouidet Baronibus, & alijs militib. contra occupantes illorũ uillanos: minor ſi pena, quàm ĩ. pena eſt: qa ſup. eſt pena unius libræ auri, hic mediæ libræ.

ADDITIO. *Ad hãc cõſt. vide Parid. de Puteo, in tract. ſind. in rub. de exceſ. Baro. & Aſſi. in deciſ. 265. nu. 51. & Capic. in dec. 118. nu. 9. & c. regni, item ſtatuimus. & eundem Capic. deciſ. 168. Mod. in c. regni, granatorium nu. 3. 7. cũ ſeq. & omnino in c. regni, item ſtatuimus, quod ſi vaſalli, fol. 117. & ibi, quomodo compellantur vaſalli ad redeundum. & an poſſint eius bona propria authoritate ſequeſtrari. Quid ſi ſunt male tractati a Barone. vide Io. Lup. in repet. rub. de don. inter vir. & uxo. fol. 27 num. 5. vide ad hanc materiam Gram. in conſi. ciuili 12. & 13. vide Bar. & alios, in l. 1. §. per hanc de rei uendic. ubi de uilla, & homino, quæ*

ANDRÆAS DE ISERNIA.

Item aduerte: nam aſſenſus Regis in præiudiciũ ipſius Principis, ſubſequi poteſt ad validandum contractum, non tamen in præiudiciũ tertij, ut no. Inno. in c. Imperialem. in prin. per And. de Iſer. de prohi. feu. alie. per Fed. & not. eo. c. §. item quia. Petrus de Monte.

Item intellige ſine diminutione in toto vel in parte, ut de prohi. feu. alien. per Freder. l. 1. verſ. hac edictali. & pro aſſenſu Regio præſtatur quinquageſima de iure, ſecundum Azo. in ſumma de iure emphy. Petrus de Monteforte.

De eodem. *Noua conſtitutio.* *Rubrica.*

H*Ac edictali.* Intelligit glo. l. illam in feudo, & tunc eſt plana, quia etiam eccleſiæ non poteſt relinqui propter rationem, quæ ponitur in titu. de alien. feu. cap. 1. ſcilicet, quia nunquam eſſet reuerſurum ad dominum, cum eccleſia ſemper ſit, & nõ moritur. Idem in alijs bonis, quæ quis tenet a fiſco ad annuum redditum, vel ſeruitium: quia lex hæc generaliter loquitur, & eadem eſt ratio: quia non poteſt alia reddi. ff. de verborum obligatio. l. a Titio. Secus ſi ale bonis aut prædio meo † promitterem fiſco decem annua, & obligarem ei propter prædium: nam vendam cui voluero, ſaluo reddito decem, quæ fiſco debentur. ff. de contrahen. emptio. l. fina. in fine. & hoc dicitur in fine huius conſtitutionis, vnde redditus vel ſeruitia, quæ minuuntur, cum ſuo onere tranſibunt, & cum ſua cauſa. cod. titu. l. alienatio.

† ADDITIO. *Loquitur hic And. in promittente & obligante prædium pro decem ſub natura emphyteutica. cui adde Spec. in tit. de loca. §. nunc aliqua. verſ. 118. quæritur. & verſi. 86. quæritur. & Hoſtien. in ſumma in tit. de loca. §. fin. no. quod quando ſubmittitur aliqua res ad* [illegible] *quinquepro centenario, poteſt alienari domino irrequiſito. vide Soc. conſ. 267. col. 2. in princ. vol.* [illegible] De Bottis.

¶ Quod aũt hic dicit gl. q. teſtamentũ in eos, qui ſunt alias ſucceſſuri valeat in feudo: eſt contra id quod dicitur in tit. de ſucceſ. feu. in princi. nulla ordinatione defuncti, &c. Et diximus ſupra. l. prox. in neceſſitatibus non dicitur quis liberalis. ff. de lega. 2. l. nunm ex familia. ff. de alimen. leg. l. item legatam. Nec procedent alia, quæ dicit glo. ut uaſallus poſſit uendere feudum. nam generaliter eſt prohibitum, ut ſupra l. proxi. nec eſt ſimile de metroco & aſcriptitio, qui ſunt domini rerum ſuarum, ſicut dicit glo. in quib. cau. colom, &c. Sed feudi dominus eſt directo ille, a quo tenetur, etiam ſi filius habet feudum non a patre, ſed principis prouidẽtia. ff. de adopt. ſi arrogator. de leg. 2. cum patronus. & in tit. ut agnatus, &c. c. 1. niſi eſſet feudum hæreditarium. ff. de pet. hæred. l. & non tantũ. Et in ſpecialibus caſib. loquitur, non hic. habit. Metrocom. & ut infra eo. ad ſubiectorum.

H*Ac edictali lege in perpetuum.* In glo. magna in fi. Illud poteſt intelligi in feudo, ſed in alijs bonis, vnde debetur redditus, ut in hac conſtitutione, tunc poſſent alienari, ſaluo reddito: ut hic in fine huius conſtitutionis. Et pro hoc C. de loca. prædior. ciuilium. l. prædium. & in Authent. de mandatis Princip. §. & non permittatur. & ff. de legat. 1. l. nihil. & de uſufructu legato. l. fundi Trebatiani. & in ipſis loquitur hæc conſtitutio. Superior verò in feudalibus, Bartholomæus de Capua.

De reuocandis tranſeuntibus ad alienam habitationem. Rub.

Q*Viſquis de burgenſibus.* Reuocat ad demanium Imperator vaſallos ſuos. Et hoc eſt fauore hominum Principis: quia ſi habitarent

pertinētibus [a] tēporibus retroactis ad eccleſiarū loca, Comitū, ſeu Baronum, vel aliorū quorumlibet, quacūque occaſione tranſierit incolatu ſeu habitatione noſtri demanij derelicta [b] infra tres menſes, ſi in eadem prouincia fuerint: & ſi extra prouinciā fuerint, infra ſex menſes, poſt requiſitionem ordinatorū noſtrorum ad terram demanij, quam deſeruit, redire præcisè cū tota familia compellatur. Quicūque aūt huiuſmodi homines receperint ſcienter, aut receptos ab initio forſitan ignorāter contēpſerint reddere requiſiti, librā vnam auri puriſſimi cameræ noſtrę cōponant: & receptū nihilominus cū omni cōmodo, quod inde admiſerint, curiæ noſtræ reddere cōpellantur. [c] Æqua ēt lance ſancimus, vt eccleſiarū homines, Comitū, Baronū, vel militum, qui tamē dominis ſuis de perſonalibus ſeruitijs [d] minimè teneantur, ſi à tempore noſtræ felicis coronationis ſe ad Terras noſtri demanij, ſeu aliorū quorumlibet tranſtulerint, ab eodem temporis ſpatio trium vel ſex menſium, ſcilicet, a tempore requiſitionis emiſſæ redire ad Terrā dominorum ſuorum mora qualibet & occaſione depoſitis, cōpellantur. Prælatus ſeu Comes, Baro, vel miles, ſeu quilibet alij [e] ſupradictorū † hominū detentores ſi ſcientes extiterint, vel ignorātes, & ipſos non reddiderint requiſiti poſt tēporis ſpatiū ſupradictum in dimidiam libram auri puriſſimi ſentiāt ſe fore damnandos, cuius medietas noſtro ærario, reliqua medietas damnū paſſis volumus applicari.

† *Aliàs, ſubſcriptorum.*

De hominibus demanij affidatis non tenendis.

TITVLVS VII.

Hac cōſtitutio bona eſt, ſi bene ſeruaretur, dicit gl. prohibet enim quod nullus nobilis vel alius habeat affidatos in terris demanij, vtputà, quia dicit debilis potenti, defendas me, & dabo tibi tantum annuatim, vt fit Romę, & vbi tyrāni habent locum, hodie potiſſimè in regno in deſtructione, & perditione illorū, qui cōſcripſerunt mores regni Andrea, & prohibentur, quia defenſio Principis omnib. ſufficit, & ſi quis tales receperit, nulla præſcriptione iuuatur qui contempto ſacramento fidelitatis fiſcalia vſurpant, niſi de ſuo iure per priuilegium debita ſolennitate uallatum oſtenderit, contrafaciens poſt menſem a die inſinuationis huius conſtitutionis punitur in decem libris auri, quod ſi iterato contrafecerit, punitur publicatione bonorum. Item contrafaciens punitur pœna capitis. h. d. Lallus de Thuſcia.

† IMPER. FREDER.

CVm [f] vniuerſis * & ſingulis Regni noſtri fidelibus credamus in tantum ſufficere præmi-

---

ſo, qui poſſunt vēdicare vaſallos, & omnino Bal. in prælud. feud. nu. 13. & ibi, quod ſi vult cedere bonis antequā ſit iudicatū munus. De Bot.

a *Temporibus retroactis.* In villanis eccleſiarū, Comitum, vel Baronum reſtringitur hoc ad tempus coronationis, ut inf. ead. l. §. æqua. & ita non eſt per omnia æqua lance, ut ibidem notaui.

b *Infra tres mēſes.* Nō ponit infra quod tempus burgenſes, vel villani poſſint, uel debeāt reuocari: ſed inf. quod tempus debent reſtitui poſtquàm fuerint requiſiti.

c *Æqua lance.* Quoad temporis ſpatiū, nō quo ad pœnam, ut infra ea. l. ponit.

Additio. *Adde tex. in c. omnis, 45. diſt. & tex. in capitulo, cùm æterni. de re iudic. lib. 6.*

d *Minime.* Alias eſt ſeruitus, & non eſt minime: & tunc eſt plana. Minimè abſurdū uſ innuere uerbum minime nūc: nam multò fortius tenētur redire † illi, qui ſunt aſtricti perſonalib. ſeruitijs, ut C. de agric. & cenſi. l. coloni. cum l. ſeq. & de decurio. generali. cum ſim. ¶ Vel uerbū minime, fuit hic poſitum uitio ſcriptoris. ¶ Vel exponas minimè, id eſt parū: quaſi dicat, q illi uaſalli tenētur ratione perſonæ. ſic uerbū, minus, exponitur uno modo. ff. de iudi. l. & poſt edictum. ubi exponitur minus contumax, id eſt, modice cōtumax. & in Auth. de non alienan. §. licet autem dam. licet alias exponatur p non, ut ff. de acq. poſſ. l. minus. ¶ Et multis locis idē inuenire laborioſum eſt potius, q ſubtile.

† Additio. *Pro hoc uide c. Roberti in lib. Barattucij in Archiuio regię Siclę, vbi datur ius Baronibus reuocandi eorū vaſallos, qui alio emigrauerūt, etiam quòd illi vaſalli nō teneantur ad ſeruitia perſonalia, vt ibi, cap. 119. quod eſt ſatis pulcrum.* Fab. Iordanus.

e *Subſcriptorum.* Scilicet, vaſallorum aliorum Baronum requiſiti. ¶ No. detentores ignorantes debere requiri, ut hic. Scientes debent reſtituere etiam irrequiſiti, ut ſupra, ut nul. occur. re. do. l. 1. licet uideatur quod circa rem alienam, quam tenetur aliquis reſtituere, non debeat eum ignorantia excuſare, ut ff. loca. & conduc. l. item quæritur. §. ſi falſo & eſt hoc ſecundum euidentem rationē, quia cùm non permittitur alicui ignorare res ſuas, uel qualitatem rerum ſuarum, ut ff. de act. emp. l. tenetur. 1. reſpon. & C. de rei uen. quiſquis. Omnes enim ſcire debēt, quod ſuum non eſt hoc ad alios modis omnibus pertinere, ut C. unde ui. l. cùm quærebatur. G.

De hominibus affid. non tenendis. Rub.

f CVm *vniuerſis.* Hęc conſtitutio ſancta eſt, ſi benè ſeruetur: prohibet enim, ut nullus nobilis, uel alius habeat affidatos in terris demanij, putà, dicit homo debilis potenti, defendas me, & dabo tibi quolibet anno tot ſeruitia, ut fit in Lombardia: hoc prohibetur hic. Quia defenſio Imperatoris omnibus ſufficit. ¶ Si quis tales receperit nulla temporis præſcriptione iuuatur: concor. C. de agric. & cenſi. quē admodū. Et punitur cōtrafaciēs, & grauius qui ſemper deliquit in hoc, quam qui ſemel, cōcor. C. de epiſc. audien. l. 3.

† *Aliàs, Idem.*

Cum vniuerſis. No. per cōſtit. iſtā nulli licere affidatos habere. G.

Cum vniuerſis. Per principium huius conſtitutionis probatur q defenſa non poteſt imponi pro parte Comitum vel Baronum, licet Barones hoc ius uſurpent, cum ſufficiat omnibus clypeus regiæ maieſtatis, & probatur ſuperius de impo. defen.

Additio. *Vide c. regni, prædeceſſorū, & ibi Scribentes.* De Bot.

a *Vel*

ANDRÆAS DE ISERNIA.

habitarent † in terra Baronis, ſubueniret eis in quinque caſibus, vt infra in conſtitutione, quamplurium.

† Additio. *No. quòd habitans in terra Baronis tenetur ad adiutorium, etiam quòd non habeat feuda, vt tenet idem And. in c. 1. §. ſi de pace iur. firm. uide Alb. cōſ. 103. & Capic. deciſ. 118. col. pen.* De Bottis.

Idem ſtatuit de hominibus feudatariorum, & eccleſiarum transferentium ſe ad terras demanij. Sed hoc uidetur contra libertatem eorum. Nam & libertus, qui debet perſonales operas, poteſt habitare ubi vult, nec cogitur cum patrono habitare. C. de operis libertorum. l. penult. Dic quod & ſi liberto † dictum eſſet in manumiſſione, vt non diſcederet a patrono, non poſſet recedere. ff. de conditionib. & demonſt. Titio. §. Titio. Sed cùm dominus terram vaſallo dat, & concedit, hac conditione dat, ut de terra non diſcedat: & ſi non exprimat hāc conditionem, quia communiter conſuetum eſt ſic dari: pro cauto habendum eſt. ff. ſi cer. petat. cùm quid. ff. commodati. ſi is qui. §. ſi. Secus ſi aliter conſtaret de contrario: cùm durum eſſet contra hanc legem aliquid dicere, niſi quod expreſſum eſſet demanij.

† Additio. *Limita non habere locum, quando vaſallus, qui non eſt obligatus ad ſeruitia perſonalia, vellet dimittere terram, quia poteſt diſcedere, Capic. in d. deciſ. 118. nu. 3.* De Bottis.

QVisquis *de Burgenſibus.* In textu in verbo, ſcienter. Vide quia in illis tenentibus homines demanij, diuerſæ pœnæ ſtatuuntur, hic ſtatuitur una. Diuerſa ſtatuitur in proxima conſtitutione & diuerſa alia in conſtitut. ad ſubiectorum. Sed prædictæ conſtitutiones loquuntur in diuerſis caſibus. Barth. de Capua.

Hoc eſt hodie clarius determinatum per capit. Regis Caroli, deſiderijs hactenus. & capitulum, item ſtatuimus, quod ſi uaſalli eccleſiarum eis ad perſonalia ſeruitia obligati, & magis diſtinguitur per cap. Papæ Honorij, edita pro bono ſtatu Regni quæ incipiunt, Iuſtitia, & pax. ubi ſic dicitur: Ad nouas coniurantias uaſalli Baronum, uel aliorum ire non compelluntur inuiti, ſed nec uoluntarij admittantur, ſi ſint aſcriptione ſimiles ſuæ fortunæ, vel ratione perſonæ, non tamen rerum ſeruitijs perſonalibus obligati: ſi uerò ratione rerum tantummodo huiuſmodi ſeruitijs teneantur ad eaſdem coniurantias tranſire uoluerint, res ipſas dominis ſuis ſine contradictione dimittant. ¶ In alijs capitulis eiuſdem Papæ Honorij, quę incipiunt, Dilectus filius nobilis uir Carolus claræ memoriæ Caroli Regis Siciliæ primogenitus, &c. dicitur ſic: item licet idem Princeps ſtatuerit aliqua de vaſallis eccleſiarum eis ad perſonalia ſeruitia obligatis, ſi forſan a terris, in quibus morari debent aufugerint, per prælatos, & perſonas eccleſiaſticas reuocandis: Nos tamen dicimus diſtinguendum, ut ſi ratione perſonæ ad huiuſmodi ſeruitia teneantur, poſſint, ſi receſſerint, legitimè reuocari: ſi uerò tenentur rerum tantummodo ratione, & recedere uoluerint, res ipſas eccleſijs, & perſonis eiſdem omni modo dimittere compellantur. Petrus de Monteforte.

De hominibus affidatis non tenendis. Rubrica.

CVm *vniuerſis.* Hæc conſtitutio bona eſt, ſi ſeruaretur. Item in terris demanij non poteſt quis habere recommendatos, niſi habeat priuilegium à Principe. Sed extraneum priuilegium eſſet

nentię noſtræ fauorem, vt aduerſus quorumlibet impetus valeant clypeo noſtræ defenſionis defendi. Graue non immeritò ferimus, & moleſtè, quòd aliqui ad aliorum patrocinia tranſeuntes, a nobis, & officialibus noſtris in eorum præſertim iudicijs protegi ſe poſſe diffidunt. Nolentes igitur hæc ſub diſſimulatione tranſire, & quæ in noſtram perpetrantur iniuriam, ęquanimiter tolerare: præſentis legis edicto firmiter inhibemus, vt in terris demanij noſtri nulli omnino liceat affidatos [a] vel recommendatos habere, vel dudum non ſine offenſa noſtræ celſitudinis habitos retinere: niſi de habitis a quocunque tempore retroacto, vel in poſterum habendis a nobis, vel diuis Regibus, vel Auguſtis prædeceſſoribus noſtris priuilegium, vel ſcriptum debita ſolennitate munitum oſtendat. [b] Præſcriptionem etenim aliquam eis prodeſſe non volumus, qui fidei debito, ſacramento contempto, quo [c] non vſurpare fiſcalia, [d] ſed defenſare tenentur homines ad noſtrum demanium pertinentes, vel qui ſi ab eis recepti non eſſent, in noſtro demanio remanſiſſent, quantolibet tempore tenuerint. Quiſquis autem temerario auſu recipere aliquos tentauerit in poſterum, vel retinere receptos poſt menſem a die inſinuatæ ſanctionis iſtius, decem libras auri puriſſimi fiſco noſtro componat. Quòd ſi iteratò alios, vel eoſdem affidatos ſuſceperit, vel etiam commendatos bona ſua omnia mobilia, & immobilia publicentur. Iterum ſi temeritatem eādem reiterare tentauerit: volentes acerbius proſequi [e] conſuetudinem delinquēdi, puniri decernimus ſupplicio capitis contemptorem: contraria conſuetudine, quæ hactenus in quibuſdam locis Regni noſtri obtinuiſſe dicitur, omnino ſublata.

De probatione per inſtrumenta publica ſuper quæſtione homagij.

TITVLVS VIII.

Nobilis aliquis habuit fortè affidatos in merè demanio, & ideo fiſcus reuocat in ius demanij: ſi ille dicit vaſallos eſſe ſuos, in dubio præſumitur, quod ſint de demanio: & ſic ad fiſcum pertineant, unde incumbit onus probandi poſſeſſori: vel ſi dicat eos datos in uaſallos ſibi, hoc probet per priuilegia, ut hic dicitur, vel probet quod dicti homines iurauerunt tanquam vaſalli ſibi, vel prædeceſſoribus ſuis, & dicti homines teneant feudum ab eo nobile, propter quod ſeruitia præſtent. hoc dicit. Lallus de Thuſcia.

† IMPER. FREDER.

SI [f] dubitatio aliqua ſuper hominib. oriatur, q eos Cæſariani nſi

a *Vel recommendatos*. Tales habere prohibitum eſt: quia in fraudem publicæ functionis creditur eſſe factum, & in præiudicium aliorum, vt hic, & arg. in Auth. de man. Princ. §. patrocinia. coll. 3. & eadem ratione prædia aliorum non poſſumus recommendata habere, & in eis potentiorum titulos ponere, vt C. de his qui pœ. no. l. 1. & omnes contractus, ut aliena prædia, vel homines recipiāt, qui ſunt a iure prohibiti. Et nedum contrahentes, ſed etiam notarij, qui interſunt talib. cōtractibus puniuntur, ut C. ut ne ad ſuum pa. l. fi. lib. 11. Eadem ratio ne prohibetur potētior aduocatus, ut C. ne li. po. l. 1. & ar. C. de exac. trib. l. 1. licet videaſ contra in Lomb. de his, qui in po. alte. ſe ſubdu. l. ſiſte tit. lib. 3.

ADDITIO. *Adde, qui dicuntur recommendati? vide per Bart. in l. cunctos populos. C. de ſummа Trini. Bart. in l. non dubium. ff. de exce. Bart. in extraua. ad repri. Bal. in auth. & omnino. C. ne vx. pro mar. Bal. in rubrica de fi. inſtru.* Sup.

b *Præſcriptionem etenim*. Nota hic præſcriptionē etenim, &c. eſt expreſſum, quòd demaniū Regis nullo tpe pſcribi pōt, ut no. in l. 1.

c *Non vſurpare*. Hoc idem obtinet iure Lombardorum; quia qui hoc ſacramentum contemnit, reputatur pro infideli: & punitur ſecundum regis uoluntatem, vt in Lombar. ſi actor reg. re. l. 2. & vlt. G.

d *Sed defenſare*. No. hic unū de capitulis ſacramenti fidelitatis. G.

e *Conſuetudinem*. Nota binum actum inducere conſuetudinem, ſic C. de epiſ. aud. nemo. in fi.

De probatione per inſtrumenta publica ſuper quæſtione homagij. Rubrica.

f SI *dubitatio*. Nobilis aliquis habuit forte aliquos affidatos de demanio: & ideo fiſcus reuocat in ius demanij. ille dicit vaſallos ſuos eſſe: in dubio præſumuntur, quòd ſint de demanio: & ſic ad fiſcum pertineāt. quaſi de iure communi dominus præſumatur, quia qui ſemel eſt dominus, &c. vt C. de proba. ſiue poſſidetis. Vnde incumbit onus probandi poſſeſſori. Vel ſi dicat eos ſibi datos in vaſallos, probet hoc per priuilegia, ut hic dicitur, nam qui ſolennitatem allegat, &c. vt ff. de procur. quæcunque, in fi. Vel probet, quod dicti homines iurauerint tanquā vaſalli ſibi, vel prædeceſſoribus ſuis, & quod dicti homines teneant feudum ab ipſo nobili; propter quod ipſos ſic longo tempore cum ſacramento poſſederit, & quòd feudum ab eo tenuerit, poſſeſſus, arg. ad hoc. C. de agric. & cenſ. ſcimus. in princ.

Si dubitatio. Lex iſta differt a lege, quæ eſt ſupra, de proba. in cauſis ho. l. vni. illa. n. loquitur de probatione faciē da a petitore tam ſuper vero dominio, quàm ſuper dominio aliter præſumpto. hic autē ſuper his, quæ probari debēt a poſſeſſore. Sic igitur notabis caſum præſentis legis, aut aliquis poſſidet feudū in ciuitate, vel caſtro demanij, & ad ipſum feudū dicit aliquos hoies ptinere: aut poſſidet illos homines, quos aſſerit eſſe ſuos. In primo caſu, ſi de uero dñio contendit, probare debet omnia, q continentur in 1. reſponſo prædictę unicę legis de quaſi dñio, uel pręſumpto, quia poſſeſſio feudi ad quod dicit homines pertinere, multū facit pro eo. ¶ Debet tñ tria probare. Primo. ſ. q tempore felicium Regū cū prædeceſſorib. ſuis, qui ipſum feudum retinuerunt, iurauerint homines. Secūdo, quod de feudo ipſo aliquid tenuerūt. Et tertio, quod hodie aliquid teneant. † *Aliás, idem.* In ſecundo caſu, quando plus eſt ipſos homines poſſidere, de quib. eſt quæſtio. ſ. quòd prædictis temporibus homines ipſos, ipſe uel anteceſſores ſui tenuerunt: & ſecundo, quod eiſdem temporibus ab ipſis, uel prædeceſſoribus ſuis de feudis, uel hæreditagio ſuo tenuerint aliquid homines, de quibus eſt quæſtio. & hoc intelligas in probatione quaſi dominij præſumpti. In probatione autē ueri dominij obtinent, quæ ſuperius dicta ſunt, probationib. autem prædictus oneratur poſſeſſor communi iure dominij pro Imperatore prima facie faciente.

Si dubitatio. Dic circa conſtitutionem iſtam, ut no. ſupra de prob.

a *Communis*

ANDRÆAS DE ISERNIA.

hoc, & contra omnem formam. Et ideo non obſtat, quod diximus ſuprà titulo primo. l. perſonas. ¶ Vltimò uult dicere, quod habeat priuilegium quomodo aliqui habitantes in terra demanij erant ſui uaſalli. ¶ Poteſt ergo dare uaſallum ſuum Princeps alij, quod eſt contra naturalem rationem, ut adijciat hominē liberum ſeruituti, quę erit, ut teneatur Baroni, & cui datus eſt in quinque caſibus ſubuenire, ut ſupra l. proxima. de quo dictum eſt plene in §. præterea ducatus. & ſuprà l. perſonas. ¶ Quod autem dicit litera, ut nō obſtet præſcriptio, eſt illa ratione, quia res ſingularis feudi non poteſt præſcribi, infrà de præſcript. conſuetudinem. in fine. ¶ Vel illo errore dicendum, quòd demanium non præſcribitur. ¶ Quod qualiter uerum ſit, dicemus in conſtitutione, ſi dubitatio. in fine. Ponit etiam graues pœnas contrafacientibus. Andr.

CVm *vniuerſi*. Ibi, affidatos. Pro iſta conſti. uide ca. prædeceſſorum noſtrorum, infra de occup. & eſt Caroli I. Barth. de Cap.

In textu, citò decidant. Sed de tempore finiendi tam in ciuilibus, quàm in criminalibus, uide conſtitutionem, omnes Baiuli. & ut Iuſtitiarij aud. & decid. cap. 2.

In tex. de iure. No. ex ordine literæ, quòd prius debet fieri diſputatio, quam concludatur in cauſa: nam poſt concluſionem non poteſt, nec debet fieri diſputatio. Vnde dicit Inno. in c. paſtoralis. de cau. poſ. & propri. quod tunc proprie dicitur in cauſa concluſum, cùm nec de iure, nec de facto aliquid aliud dici poſſit. ¶ Sed hodie uidemus quotidie diſputationem fieri poſt concluſum in cauſa. Sed dicas, quod ita eſt, quia communiter in concluſione ſolet dici, ſaluis allegationibus iuris, & diſputatione proceſſus. Petrus de Monteforte.

De probatione per inſtrumenta ſuper quæſtione homagij. Rubr.

SI *dubitatio*. Multiplex eſt dubitatio, declarat quod dixit ſupra l. proxima, & quaſi nihil addit, ſed debet unuſquiſque contentus eſſe de iure ſuo, nec debet uſurpare quod alienum eſt. Hic ille, qui non cōuenitur a procuratore Curiæ poſſidet uaſallum feudi ſui, quod habet in terra demanij, & ideo differt a conſtitutione probationum defectuum, ſupra: qualiter procedatur in cauſa homagij, ut gloſ. dicit. Nam cum teneat Princeps totam terrā demanij communi iure fundata eſt intentio Curiæ, quod omnes habitantes in ea teneat, ut in c. omnes baſilicæ. 16. quæſt. 7. & ff. de offic. præfe. ur. l. 1. §. cum urbem. ¶ Ponit glo. quæſtionem, quam ſubtiliter proſequitur eo ipſo, quod dico Caſtrum, dico feudum eſſe, ſupra de offic. Iuſtit. l. 1. in fine. Idem ſi dico terram, Burgum, Villam, Oppidum, uel ſimile: Inter quæ eſt dña, ut diximus in l. proſequentes. ſup. de teſti. contra Comi. & Baro.

DDD Et dico

a *Communi iure*. Nam de iure communi fundata eſt intentio Regis, ſcilicet, quod ſint de demanio ſuo, ex quo ſunt conſtituti in demanio ipſo vel in territorio ipſius demanij, vt 16. q. 7. c. omnes baſilicæ, extra de præſcrip. c. auditis, & c. cum olim. & c. cum non liceat, cum ſi. niſi contra probetur per priuilegium, vel aliter, ut ſequitur de exceptione, ut arg. ff. de ma.

ad nſm demanium pertinere contendant. Poſſeſſores, aut qui feuda in ciuitatibus tenent, vel hæreditagia poſsident, ipſos ad feuda, vel hæreditagia ſua aſſerant

teſt. ſi peculium, in principio. communi iure domini pro nobis prima facie faciente.

b *Faciente*. Multi praue intelligunt literam iſtam dicentes, cum procurator fiſci petit caſtrum, vel feudum aliquod ut quaternatum ab aliquo poſſidente: eo ipſo, quod conſtat id quod petitur eſſe feudum quaternatum, & exinde debere ſeruitium Regiæ Curiæ, fundatam eſſe intentionem Curiæ, ut niſi poſſeſſor de iure ſuo probauerit, licet per Curiam nihil amplius ſit probatum, debeat ad reſtitutionem feudi Curiæ condemnari cōmuni iure domini prima facie faciente pro Rege, id eſt dicere ſecundum eos, cum Rex ſit communis, & generalis dominus totius regni, ergo omnia feuda quaternata conſtituta in regno intelligantur prima facie Regis eſſe, donec poſſeſſor ad ſe probauerit pertinere. Sicut omnes baſilicæ, quæ ſunt in diœceſi intelliguntur prima facie, donec probetur contrarium, eſſe epiſcopi illius diœceſis, ut 16. q. 7. cap. omnes baſilicæ. Sed ipſi neſciunt quid loquuntur. Nam pari ratione poſſent hoc idem dicere de rebus omnibus etiam burgenſaticis ſitis in regno, & ſic recidunt in reprobatam opinionem M. qui amore, uel timore dixit, & male, omnia Principis eſſe etiam quo ad proprietatem, ut no. in gl. ord. in l. bene a Zenone. circa princip. & propterea quædam alia conſtitutio prodita eſt contra prædictorum errorem, per quam prohibentur procuratores fiſci vexare ſubiectos illa ratione ſola, videlicet, occaſione dominij generalis, ut ſupra de ſeruit. non exe. extra caſtrum ſine li. ab officialibus noſtris. Illud autem vnde ipſi fundant iſtum errorem, ſcilicet quia feudum eſt quaternatum, & exinde debetur ſeruitium regiæ Curiæ, retorquetur potius in caput ipſorum: dicendo enim feudum eſſe, dicis rem ipſam alij fuiſſe per Regem conceſſam in feudum, & ſic in alium fuiſſe translatum, cum feudum ſit beniuola actio tribuens gaudium capientibus, &c. ¶ Vel feudum eſt illud beneficium quod alicui ex beniuolencia traditur, ut in libro feudo. in quib. cau. feud. amit. l. prima, in fine, 1. reſpon. & ita niſi procu. Regiæ Curiæ, qui modo petit huiuſmodi rem a poſſidente, probet factum ſeu cauſam legitimam interceſſiſſe, per quam res talis poſtea reciderit ſeu reperuenerit ad Regiam Curiam, abſoluendus eſt poſſeſſor, quia actor non probauit. Nam ſicut, quod noſtrum eſt ſine facto noſtro ad alium transferri non poteſt, ut dicit regula iuris, id quod noſtrum, nec transfertur dominium ſi cauſa legitima non præcedat, ut ff. de acquirendo rerum domi. nunquam. 1. reſponſo. ita pari ratione res non transfertur, neque res tranſit in eum, a quo ſemel diſceſſit, ſi factum aliquod, & cauſa iuſta non interueniat retro agens, ut argumen ff. pro derelicto. l. prima, in fine. & ff. de regul. iuris. l. nihil tam naturale, & l. omnia quæ inter. & l. fere quibuſcunque, & C. quando liceat ab emptio. di. l. prima in fine. ¶ Similiter dicendo deberi ſeruitium exinde Curiæ Regis, dicis ergo rem non eſſe ſuam, cum ſua res nemini ſeruiat, ut ff. ſi vſusfruc. pe. l. uti frui. in principio. & de ſeruit. vrban. prædio. l. in re communi, & ita per iſtam viam fiſcus perperam, & male tractatur. ¶ Sed ne videar allegare contra Regem, do pro eo aliam irrefragabilem rationem, retento eodem themate, quod feudum eſt quaternatum, & exinde debetur ſeruitium Regiæ Curiæ. Certum eſt, quòd in feudis quaternatis, de quibus debetur ſeruitium Regiæ Curiæ, dominus Rex habet directum dominium: utile uero habet feudatarius, ſicut dicitur in emphyteuta ſuperficiario, & illo, qui conduxit a domino ad modicum tempus, ut C. de fun. pa. l. poſſeſſorem, in fi. lib. 11. & ff. ſi ager

vecti. vel emphy. pe. l. 1. in fi. & l. 2 & de rei vendi. l. ſuperficiario, & l. prætor. de oper. noui nuntia. l. in prouinciali. §. penult. & de pigno. act. l. tutor. §. fi. ¶ Vel dominus Rex habet proprietatem, feudatarius vero vſumfructum perpetuum pro ſe, ſcilicet, & hæredibus ſuis, qui ad ſucceſſionem feudi admittuntur, ut in libro feudor. in quibus cauſis

pertinere, huiuſmodi formam volumus obſeruari: Vt omnes omnino ad noſtrum demanium pertinere noſcātur a communi iure domini pro nobis prima facie b faciente

feud. amit. in fine. 1. reſpó. & ita ſiue dicas feudatarium habere vſumfru. ſiue utile dominiū, Dominus Rex hēt proprietatem feudi, quamuis nudam. Vnde ratione iſtius ſui directi dominij, ſeu nudæ proprietatis, licet a feudatario non poſſet rē petere, poteſt tamen eam vendicare, & aduocare, etiam cum extantib. fructibus ab iſto extraneo poſſeſſore, etiam bonæ fidei, qui ſcilicet nihil aliud de iure ſuo oſtendit, niſi quod poſſidet, ut ff. de ſuperfici. l. 1. §. quod autem ait prætor. & de uſufruc. l. ſi fur deceſſerit, & no. in glo. ff. de rei uendi. l. fructus, in fi. & l. ex diuerſo. in princ. & per l. ff. ſi ſer. vendi. l. loci corpus. §. competit. poſſeſſor ergo ſi vult ſe tueri, debet oſtendere, & probare, quare teneat feudum, uel conceſſionem ſibi factam, vel longæuam poſſeſſionem ſuam, & anteceſſorum ſuorum, uel aliam iuſtam cauſam, & uia iſta, pari ratione vendicat ſibi locum in inferioribus dominis, ut Comitibus, Baronibus, & militibus circa feuda, quę tenentur ab eis, de quibus eis ſeruitium debetur. ¶ Sed nunquid in præmiſſo caſu poſſeſſor poteſt ſe tueri contra fiſcū præſcriptione 30. ann. quæ locum habet in feudo, ut infra de præſcriptio. l. conſuetudinem, cum priuilegium ſit fiſci, ut contra eum centenaria præſcriptio requiratur, ut in præalleg. tit. de præſcrip. l. quadragenalem? Reſpondeo ſic: uerus enim feudatarius, a quo, ut dixi, fiſcus non aduocat, ſine dubio vinceret fiſcum, tam agendo, quàm excipiendo. Nam hic eſt caſus, ubi utile dominium præualet directo, ut in præalleg. l. ſi ager vecti. in fi. & l. ſeq. de ſuperfi. l. 1. §. quod autem ait. ubi dicit, plane ſi aduerſus, &c. & ad idem, C. de uſufru. acceptam, in fi. & ff. de procura. in cauſæ. in fi. & l. ſeq. de pig. act. ſi conuenerit, in fi. ¶ Iſte autem poſſeſſor, qui ſic poſſidet feudum 30. ann. vinceret ipſum feudatarium, tam in agendo, quam in excipiendo, ut in præalleg. l. conſuetudinem. ergo & fiſcum in agendo, nedum in excipiendo uincere debet. Nam ſi vinco vincentem te, &c.

Additio. *Adde auth. licet. C. de natur. lib. c. dilectus. de offi. deleg. cap. originis. 11. q. 1.* Superantius.

Multo magis, & te vincere poſſum, vt ff. de diuer. & temp. præſcri. l. de acceſſionibus, & de præmiſſis facit, C. de præſcrip. 30. ann. l. ſi quis emptionis. §. ſi verò. ubi dicitur, quod ſi ego rem tuam poſſideo 30. annis, & ita te agentem contra me repuli præſcriptione iſta 30. ann. ſi quidem res iſta poſtea perueniret ad alium tertium, tu primus dominus poſſes vendicare ab ipſo tertio, non obſtante, quòd ego præſcripſeram tibi. Niſi & iſte tertius poſſeſſor ſimiliter 30. ann. poſſederit, poſtquàm ego a poſſeſſione cecidi, quia tunc tutus eſt contra me, & contra te. Non obſtat, quod dictum eſt de centenaria præſcriptione, quia illud fiſci priuilegium, locum habet in iam acquiſitis fiſco, id eſt, in incorporatis, & in fiſci patrimonium redactis, ut argumen. de iure fiſci. l. fiſcus, penul. reſponſo. & pleniſſimè notaui, infra in præalleg. l. quadragenalem. Sed in caſu quæſtionis noſtræ ſecus eſt. Nam ſecundum terminos quæſtionis hoc ſolum pro fiſco ponitur, quod id, de quo agitur, eſt feudum, & debetur in ſeruitium regiæ Curiæ, & ita dicendo feudum, dicis potius id eſſe extra patrimonium fiſci, & corpus rerum fiſcalium, cum id dicatur eſſe feudum, quod alteri ex beneuolentia traditum eſt, ſicut ſupra latius dixi, niſi ſubiungetur, adhuc pro parte fiſci una de cauſis, per quam feudum iſtud ad eum redierit, & quod poſtea incorporatum fuerit ex ipſa cauſa, de quibus cauſis habes. ff. de iure fiſci. l. 1. & de huiuſmodi incorporatione habes. C. de bon. pro. ſi quis intra. & de bon. vacan. l. 3. & l. fin. libro 10.

Imò

ANDRÆAS DE ISERNIA.

Et dico ſeruitium tantum mihi deberi, ergo dico rem nō eſſe meam, cum res ſua nemini ſeruiat. Non refert per æquipollentiam loqui: dicam Caſtrum demanij, tunc per adiunctum, mutatur naturam eius cui adiungitur, ff. pro ſocio. ſed ſi adijciatur, de vino triti. & ol. lega. l. fin. Si verò diceret procurator Curiæ, de tali Caſtro demanij deberi ſeruitium regiæ Curiæ, eſſet oppoſitum in obiecto, quia ſunt contraria: nam dicendo Caſtrū demanij, dicit illud eſſe Curiæ, ſed adiungendo deberi Curiæ ſeruitium tantum, dicit Curiam non eſſe dominum. Vnde Curia agens probando, quod eſt Caſtrum, vel feudum quaternatum, fundata eſt intentio, non quia prima facie omnia præſumuntur regis, quæ ſunt in Regno: ſed quia dominus feudi, nudę proprietatis tantum vindicabit, etiam ſi eſſet Comes, vel Baro, non fiſcus. Imò & ſi agens confitetur eſſe feudum, dicet conceſſiſſe in feudum, non tamen ſibi conuento, ſcilicet a quo aduocat, quia non eſt credendum actorem dicere id per quod ſeipſum excluderet, ff. de

milita.

milita. teſtamen. l. 3. Ipſe conuentus habet probare de iure ſuo, non de alieno debet contendere, ff. ſi vſuſf. pe. l. uti frui. in principio. & debet probare ſibi conceſſum ab eo, qui opponit, ff. de aqua quotidia. & æſti. l. prima, §. ait prætor. niſi tueatur ſe præſcriptione. ¶ Item ſi ſit poſitum, & probatum, quod alij dedit in feudum, uel poſitum tantum, non prodeſt conuento, quia non poteſt excipere de iure tertij. Nam feudatarius habet utile dominium, dominus directum, in titulo de inueſtitu. de re alie. fa. in principio. Non eſt uſufructuarius tantum, quia in hærede ſuo non eſſet idem vſusfructus, ſed alius, ff. de verborum obligationib. l. ſtipulatio iſta §. ſi quis ita. & C. de vſufruc. l. antiquitas. Nam ſi ſic eſt in vſufructu. ff. de vſufruc. l. arboribus. §. primo. conſtituto a contrahentibus, idem erit in conſtituto a lege, argumen. C. de fide. l. fin. in fine. Dicitur ergo vſufructuarius, quia commoditate fructuum gaudet, quia poteſt alij concedere, non cedere vſumfructum, vt Inſtitu. eo. §. item finitur. ff. de peric. & commo.

rei uen.

Imò ſi verum amamus, etiam ſi fiſcus probaret aliquam de illis cauſis, dummodo non probaret incorporationem ſubſecutam fuiſſe, etiã minores præſcriptiones, quàm tricennales, repellerent eum, ut ecce ſi feudum factum eſſet uacans præſcriptione quadriennij a tempore denunciationis decennij, ſi uelis ante determinationem, aliàs, denunciationem computare tempus præſcriptionis a tempore, ſcilicet, quo cœpit eſſe vacans, & ſic ad fiſcum pertinens, repelleret eum, ut C. de quadrien. præſcrip. l. 1. in princ. & ff. de iure fiſ. l. 1. §. diuus. & de diuer. & temp. præſcriptio. l. intra. & ideò in alijs præſcriptionibus, quę in ſuis caſibus locum habent ſuper huiuſmodi quærendis, vltra viginti annos extenduntur, vt patet ff. de diuer. & tempo. pręſcrip. l. in omnibus, vbi numerantur in glo. ordina. & de hoc ſimiliter notaui infra in præalleg. l. quadrigenalem. & ita in illo caſu eſt deterioris conditionis fiſcus, cui 20. ann vel minori tempore præſcribitur in quærendis, vt no. in glo. ordi. C. lib. 10. de iure fiſ. primo reſponſo. Nec obſtat præmiſſis, quòd fiſcus habet directum dominium in feudo, & ſic ratione directi dominij nullo modo deſijt dominij feudum incorporatum eſſe. Nam præſcriptio non obijcitur ad tollendum, ſeu ad eneruandum iſtud directum dominium, quod ſemper remanet, & retinetur poſt præſcriptionem 20. 30. 40. & centum an. & mille, ſicut ante præſcriptionem, ut infra l. male agitur. & hoc patet ex ipſa præſtatione ſeruitij, quod ſoluitur de ipſo feudo Regiæ Curiæ, ut in præalle. l. male. & in l. plures apochæ. cui præſtationi ſeruitiorum nullo tempore præſcribi poteſt, vt in l. competit, & infra in præalleg. conſtit. conſuetudinem. ad fi. & C. ne rei do. vel templorum. l. 2. & 3. Sed obijcitur huiuſmodi præſcriptio. quaſi poſſeſſor per eam ius ſibi in feudo quæſiuerit, ut ab eo auocari non poſſit. Simile eſt reperire alibi, quod præſcriptio non obijcitur actioni, ſed obijcitur præſcriptioni, & gratia ei impedit actionem, licet ſi directo obijceretur actioni, ipſam non tolleret, vt ecce præſcriptio 10. vel 20. anno. per quam præſcribitur ipſa res, impedit actionem perſonalem pro vſufructu competenti, quæ aliter non tollitur, niſi ſpatio 30. anno. vt C. de vſufru. l. corruptionem. Item apparet in caſu tali. Aliquis ui uel metu compulſus uendidit rem ſuam Titio, qui Titius uendidiſſet poſtea eandem rem Sempronio, ut iſte ſecundus emptor præſcriptione longi temporis ſe tueatur, & impedit perſonalem actionem, quod metus cauſa: Aliàs ſi obijceretur de directo ipſi actioni præſcriptio non tolletur, niſi ſpatio 30. anno. & ſic caſus ponitur. C. de his quæ ui metuſue cauſa geſta ſunt. l. ſi neque. ¶ Adhuc tamen allegemus pro fiſco, & uidetur quod omnia iura prædicta, quæ loquuntur contra fiſcum de præſcriptione 30. annorum & alijs minoribus præſcriptionibus, loquantur in rebus prorſus alienis nouiter fiſco obuenientibus, ut in qualibet ipſarum legum patet. Secus autem ſi in feudis, in quibus cum directum dominium ſemper apud Regem remanſerit, ut eſt dictum, ſuperueniente amodo cauſa, ex qua feudum fiſco defertur, non eſt neceſſe feudum, propter utile dominium uendicari. Non enim nunc acquiritur dominium utile, ſed potius non amittitur, ut de colla. bon. l. 1. §. ſi is qui bona. & ideo dominium vtile debet cenſeri quæſitum potius, quam quærendum, & poſtliminij cuiuſdam ſimilitudine Rex antiquo iure, & recto, uidetur huiuſmodi vtile dominium habuiſſe, ut argumento. ff. de caſtrenſi peculio. l. proponebatur, circa princip. & l. hæreditariæ. §. pater. nec eſt opus noua incorporatione propter iſtud utile dominium, ut argumenta pulcherrima ſunt. ff. de hæred. inſtitu. l. ſi ei homo. §. ſi Titius ex ſemiſſe. & de acquiren. hæred. l. ſi ex parte. in princip. & argumen. ff. de pecu. l. peculium. §. ſi hæreditas, & ff. de bonorum poſſeſſione ſecundũ tabulas. l. 2. §. ſi duo. & ff. ad Treb. l. Papi. tractat. & l. ſi hæres inſtitutus. in princip. & quod ibi nota. & eſt euidens ratio: nam illo caſu utile feudi dominium conſolidatur & redditur formæ ſuæ, & dicitur in priſtinam cauſam redire, potius quàm de nouo uenire, cum utique omnia feuda ſunt publica ex regali munificentia prouenientia, ut in Authen. de exhibendis reis. §. optimum, & ſic facilius & citius reuertitur ad ius primum, vt argumen. ff. de lib. & poſthum. filio quem. & l. filius. §. fina. & quibus modis pignus, vel hipotheca ſoluitur. l. voluntate. §. vlt. & de bonorum poſſeſſione ſecundum tabulas. l. qui ex liberis. §. teſtamento & de pact. ſi vnus ex argen. §. quod in ſpecie, & de iure dot. l. ſi his. §. quod dicitur. & de impen. in re. do. fac. l. quod dicitur neceſſarias. Imo & perinde habetur, ac ſi nunquam ſeparatum fuiſſet, argum. ff. de legat. 2. l. Lucius, in princip. nec ex parte fiſci, alius nouus requiritur actus ad illud dominium vtile. Nam magis accreſcit rei, ſcilicet, directo domino, quàm perſonæ, ut no. in præalleg. l. Papin. tractat. & ibi in glo. Quære ſuper hoc multa ſimilia, & contraria argumenta. Cum etiam ſit appenditio ſui prioris dominij, cui applicatur, vt argumen. ff. de acquir. poſſeſ. l. ſi quis hæredes. 2. reſponſo. & ita illius dominij remanentis caractores, ſiue reliquiæ multum operantur, vt argumen. ff. de his qui ſunt ſui vel alie. iur. l. patre furioſo, ad finem. & de quæſtionibus. l. vnius. §. ſeruus. Simile quidem eſt videre in vſufructu, qui ſtatim quod finitur, ad proprietatem redigitur, & conſolidatur ei; nec alius actus ex proprietarij parte ibi requiritur, ut C. de vſufructu. l. ſi pater, in principio, & ff. de iure dotium. cum in fundo. & ſicut vſuſfructus ſeparatus a proprietate formalis dicitur, mox uero cum finitur, alteratur & caſualis reuertitur, vt patet ff. ſoluto matrimonio. l. vſuſfructus in dotem. & notatur plene in ſumma Azo. Inſtit. de vſufructu. reuertitur in quantum ad proprietatem ipſam reintegrans, & plenam faciens olim nudam: & ideo pars dominij dicitur, ſcilicet, integralis, vt ff. de vſufructu. l. 4. & notatur ff. de verborum ſignificatione. l. recte. ita dominium quod ſeparatum dicitur vtile, ſtatim quod finitur & deficit, alteratur, & in alia figura reuertitur ad directum: vt de vtroque uidelicet vnum recipiamus reintegratum dominiũ cum effectu: non enim poſſet eadem res eodem tempore duplici iure cenſeri, ut ff. de vſucapio. l. cum qui ædes. in fine. & argumentum bonum ad hãc alterationem, quod ſcilicet, mutatione perſonæ deſinit eſſe vtile. ff. de acquirenda vel amittenda hæreditate. l. ſi pupillus. in fine. & quod ſi alteretur qualitas, eadem tamen ſubſtantia remanet ſemper. ff. de iudicijs. tam ex contractibus. & de hæredibus inſtituendis. l. 3. §. qui fideicom. & optima eſt ſimilitudo de vſufructu. Nam, ut ſupra dixi, feudatarius, vſufructuarius dicitur: ſi ergo incontinenti quod iſtud vtile dominium dederit, nec nomen vtile retinet, ſed iungitur & confunditur illi primo dominio. & congregantur in vnum ſtatum & formã ſimilem recipit cum eodem, vt argumen. C. de inofficioſo teſtamento. l. vltima. in fine. & ff. de auro & argento lega. l. cum aurum. in fine. vnde ſicut vtile primum dominium ſemper remanſit in patrimonio fiſci. ita iſtud vtile recedit, & in illius eſſentiam transformatur. Ne autem videamur fiſcum diligere tantum quod erremus: quia etiam in quæſtionibus dubijs reſpondentes facile contra ipſum, delinquere non putamus, ut ff. de iure fiſci. non puto. Non recedimus a prima ſententia. Nam omnes leges, & rationes dictæ, recte accipiuntur in his, quæ ſunt iuris, vtpote rerum dominijs, in quibus non eſt magnũ mirum ſi ſtatim quod res deuoluuntur ad fiſcum ipſo iure, ſine facto alio. ipſorum dominia fiſci iuribus applicantur. Iſtud enim in fiſco aliter obtinet, etiam ſuper rebus alienis omnino: quod ſi ad fiſcum nouiter deuoluantur, transfertur dominium in fiſcum ipſo iure ſine traditione, & rei apprehenſione aliqua, ut ff. de public. & vectigal. l. commiſſa & de iure fiſci. l. 1. §. an bona. & l. Imperator. & C. de ſacroſan. eccleſijs. l. inter dominium. In incorporatione uero, quæ plurimum facti habet, ſcilicet, apprehenſione rei, ſiue poſſeſſionis, non ſic poſſumus dicere, quod ſicut dominium, ita poſſeſſio acquiratur fiſco ipſo iure, ſine actu aliquo, videlicet, corporis interueniente, ſimul cum animo, ut ff. de acquirenda poſſeſſione. quemadmodum, & l. cum hæredes. in principio. quod ex eo patet, quod præſcriptio in talibus rebus fiſco ipſo iure acquiſitis, ut diximus, currit contra fiſcum, ut ff. de iure fiſci. l. 1. §. diuus. & §. præſcriptio. vnde probatur, quòd fiſcus non poſſidet: quod ſi poſſideret, non curreret ſibi præſcriptio, ut in l. male agitur. ſed poſſidet alius, qui pręſcripſit: cuius præſcriptio nulla eſſet, ſi non poſſediſſet, ut ff. de uſucapio. l. ſine poſſeſſione.

Et ratio

ANDRÆAS DE ISERNIA.

rei uen. l. quòd ſi pendente in fine, de iure dot. ſi uſuſfructus. ¶ Deinde quærit glo. ſi hic conuentus poſſedit triginta annis, an ſufficiat ei contra fiſcum? & dicit quod ſic, quia uinceret ipſum feudatarium, cui datum ſuit in feudum, ergo & fiſcum, per regulam, ſi vinco vincẽtem te, &c. Hæc erit difficilis probatio, quia ut præſcribat contra priuatum, requiritur probatio præſentiæ aduerſarij in Regno, ut in conſtit. conſuetudinum, & ſic habet probare feudum fuiſſe illius, contra quem præſcripſit, & etiam præſentiam eius. Alias remaneret vera prima poſitio, quia fiſcus ratione nudæ proprietatis, & directi dominij aduocabit a poſſeſſore. ¶ Feuda quidem de publico ſunt, ut no. in conſtit. quadrigenalem. Et dicet actor, dedi in feudum, non tibi poſſeſſori, vnde contra te ſum liber, & niſi probes tibi conceſſum. ff. ſi ſeruitus vendicetur. l. loci. §. competit. Et niſi probet illa, quæ dicit conſtitutio, conſuetudinem, ſcilicet, nobis conſuetudo, ut non pręſcribatur ullo tempore, concordat cum iure communi feudorum. de cap. Corra. cap. 1. & l. Imperialem. §. 1. vel in centenaria, ut in conſtitut. quadrigenalem. nec erit neceſſe tunc fiſco probare cauſam quare cecidit, aliàs excadit feudum. Et incorporationem, ut ſequitur in glo. quia agit ratione dominij directi, contra eum, qui non oſtendit conceſſum ſibi, nec præſcripſiſſe contra priuatum, uel fiſcum. Vnde conuentus, qui confitetur, vel qui probat eſſe feudum, aut probet ſi vult abſolui, quod alterius fuit hoc feudum, & contra eum præſentẽ præſcripſit, aut non innititur ſoli præſcriptioni, quia tunc centenaria, ſed innitendo, quia conceſſum fuit ſibi & anteceſſoribus ſuis, & ſi non probet conceſſionem, ſed poſſeſſionem tricennalem, uincet. Notatur de conſuetudine recti feudi. in princ. ſi de feudo fuerit controuerſia inter do. & agna. vaſ. ſi quis per triginta annos. imo ſicut hic in gloſſa, cum fiſcus dicit feudum, & ſic datum, oportet probari per fiſcũ cauſa, per quam redijt, & incorporatum fuit, alias in acquirendis præſcribitur fiſco triginta annorũ. Et quia præſcriptio non opponitur ad eneruandum,

Et ratio eſt in promptu: cum.n.huiuſmodi poſſeſſio plurimum facti habeat, nullo iuris artificio, nullo priuilegio fingi poteſt, ut poſſeſſio ſic intelligatur acquiſita, niſi fuerit animo & corpore apprehẽſa, vt ff. ſi quis teſtamento liber eſſe iuſſus fuer.l.1.§.Scæuola.& ex quib.cauſis maiores in integrum reſtituan.denique,& de acquir. vel omitten. poſſeſ.cum hæredes. §. 1.& l. qui uniuerſas. §. quod per colonum. Nã nulla lege fieri pót, ut ſit factum quod nó eſt: vel econtra, quod factũ habeatur pro nó facto, ut dicit regula iuris, verum eſt. & in Auth.de æqualita. dotis & donationis ante nupt. §.quæ igitur. collat. 7.& ff.de captiuis & poſtlimin. reuer.l.in bello §.factæ.& prædicta tanguntur in glo.ordinaria.ff.pro ſocio. cum duob.§.idem reſpon.ſocius qui ceſſantis. in glo.quæ incipit, nũquid ipſo iure, &c.ff.quod cuiuſq; vniuerſitatis nomine.l.ſicut. in fi.in glo.ſic erat,&c.& alibi etiam eſt ſimilis differentia inter commixtionem,& vnionem,ſ.iuris & facti, vt ff.de ſeparationib.l.1.§.præterea.& quod ibi notatur. nec rectè ſapit, qui diceret dominium directum uel vtile incorporari, ſeu incorporatum eſſe, uel remanſiſſe: nam cum dominiũ habeat magis iuris, quàm corporis, nullo modo acquiri poteſt incorporatio in dominio, vt patet ff.de bon poſſeſ.l.bona autẽ. §.hæreditatis autem. licet.n.dominium dicatur eſſe rerũ, quæ ex corpore ſunt, & ex traditione ſiue poſſeſſione, quæ eſt facti & corporis cenſentur, de acquir.vel omit.poſſeſ.l.1.circa princ. & C.per quas perſon.nobis obligatio acquiratur.l.1.ipſum tamen ius dominij eſt incorporeum, nec recipit actum corporeum, vt ff.de rer.diui.l.1.§.quidam. & patet optime ff.ſi quis omiſſa cauſa teſtam.ab inteſt.vel alio modo hæred.poſſid.l.quamuis. Sed adhuc miraberis, ſicut dictũ eſt, fiſco dominium eſt ipſo iure quæſitum, etiam incorporatione, ſeu apprehẽſione aliqua non ſecuta: ergo in rem actio ſibi datur, vt ff.de rei vendi. l.in rem actio. in princ.& in alijs multis legib. quas longum eſſet referre: & ideo breuitati ſtudendo, vide per te.& ita qũo dici poteſt, ut ipſi in rem actioni 20.ann.ſpatio præſcribatur, vt poſſeſſor titul.non alleget, ſed potius durare deberet hæc actio vſq; ad 30.annos, ut de præſcriptione 30.ann.l.ſicut in rem.in princ.Ro.non mireris, ſi deterior in hac parte eſt fiſci conditio, quam priuati, quia vnum eſt pro fiſco, q videlicet, ſine traditione ſibi dominium quæritur, contra legẽ cõem: nam traditionib.& vſucapionib. &c.vnde non eſt diſſonum, ſi ſit aliud contra eum, quod ſcilicet, huiuſmodi rei vendicatio hic ſuos excedat terminos, meritò exceditur a non ſuis, vt C. de edicto diui Adriani tollen.l.fin.& C.quod metus cau.l.3.& ff.depoſiti.Lucius.

quos [a] poſſeſſor [b] per priuilegia, vt [c] noſtra lex ſanxit, aut per emptionalia publica, & authentica [d] inſtrumenta ad ſe non probauerit pertinere, [e] vel felicium Regum tempore [f] prædeceſſorum noſtrorũ prædeceſſoribus [g] ſuis, qui [h] feudum ipſum retinuerunt, [i] iurauerint, & de feudo ſuo retinuerint,& hodie inueniatur de feudo ipſo aliquid pro certo tenere. [k] Duo [l] igitur ſunt [l] neceſſariò requirenda, ad

a *Poſſeſſor*. Multi innituntur cõſtit.præſenti, q poſſeſſor cogitur dicere titulũ ſuæ poſſeſſionis contra.l.C.de petit.hæred.cogi.& q probatio incũbit reo, actore etiã non probante, contra.l.C.de rei vendi.res aliena.cũ multis ſi.Vnde dicunt ipſi q hoc eſt ſpeciale in fiſco, vt arg. pro eis.ff.de iure fi.l.2.§.diuus Adrianus.de eden.ne quiſquã.Sed ipſi male dicunt. Nam etiã in fiſcalib.cauſis non cõpellitur poſſeſſor dicere titulũ ſuę poſſeſſionis. Sed delator, qui cauſam fiſci agit, probare tenetur, vt ff.de iure fiſc.eſt decretum. Et hęc conſtiõ ponit ius cõe. Eſt.n.hic præſumptio iuris cõis pro fiſco, cuius nomine agebatur, per quam fiſci intentio eſt fundata prima facie, videlicet, q hi hoies ſint ſui,& ad Demaniũ ſuũ pertineant, ex quo ſunt in ſuo Demanio, ſeu Demanij territorio cõſtituti, ut 16.quæſt.7.c.oẽs Baſilicæ. Nã in tacito pars eſt, ut ff.de excep.rei iudica.l.ſi quis. & de reg.iur. l.ſemper in generalib.argum.ff.de leg.3.l.ſi chorus, in prin.& propter hanc præſumptionem transfertur probatio in conuentum. Simile optimum,& expreſſum.C.de probatio.ſiue poſſidetis. & ff.de dam.infec. ſi prius.

Poſſeſſor. Hoc pertinet ad poſſeſſionem ueri dominij.

b *Per priuilegia*. No.qualiter probeť vaſallagiũ, cũ quæſtio infertur a fiſco contra Barones, qui contendunt ſuos eſſe vaſallos. Andreas.

c *Noſtra lex*. Quæ eſt ſupra, de probatio.l.fi.

d *Inſtrumenta*. Vel per teſtes, omni exceptione maiores, qui conceſſioni interfuerunt, ut ſupra de proba.in cauſis homi.l.1.

Inſtrumenta. Nõ repetit hic, uel per teſtes omni exceptione maiores, qui cõceſſioni interfuerũt, ſicut dixerat in illa l. s.de proba.l.fi.de qua facit hic mentionẽ.

ADDITIO. *Adde gl. in ver. idoneos. Inſtit. de inutil. ſtipul. glo. in ver. maiores. in c.1.de cõſang. & affin. Et g Bar. in l. ad monẽdi. ff. de iurei.* Sup.

Et ſic poſtquam ſpecialiter nó eſt hic expreſſum, vť neglectũ, vt ff. de iniurijs.l.itẽ apud.§.hoc edictum, nec ſine myſterio: nã hic qõ eſt inter priuatum,& fiſcum de iure rerum regalium, quarum conceſſio † dicitur fuiſſe a regibus facta, quæ probari non poteſt per teſtes, ſed requiritur ibi ſcriptura per l.expreſſam. ff.de excuſatio. tutorum. ſed in hoc, in fi.ſicut in quolibet mandato Principis, ut C.de mandatis Principum.l.1.& ſicut no. Azo in ſum.ipſius tit. ¶Generaliter.

ADDITIO. *Adde l.1 & ibi Doct.C.de man.prin.* Superantius.

† ADDITIO. *Vide Affl.dec.ſ.243.Fel.in rub de conſt.z bi an gratia Principis probetur per teſtes.& gl.in cõſuet.Pariſ.§.7 gl.1.nu.16.* De B.

Requiritur ſcriptura in omni mandato Principis, fiat, vel non fiat gratia adminiſtrationis gerendæ,& maximè quando mandatum continet fauorem alicuius, ſicut eſt in caſu noſtro, qſi conceſſio facta dť a Rege fuiſſe, quo caſu requiritur etiam ſubſcriptio Quæſtoris, vt in Auth.ut diuinæ iuſſiones ſubſcriptionem habeãt, glo.quæſto.coll.8. & quod ibi no.in glo.ordinaria, quæ incipit, priuilegium in quo, &c. ¶ Et aliàs dicitur, quod non debemus reſpicere niſi ſcripturã oſtendat, vt in Auth.de mandatis Princ.§.ſi quis autem.¶ Et ſi bene aduertas, vbicunq; ſit in iure mentio de mandato, & conceſſione, ſeu liberalitate Principis, ſubiungitur ibi de priuilegio, annotatione, ſeu pragmatica ſanctione, ſacris literis, vel apicib. ſiue affatib. ſiue formis, i. huiuſmodi ſcripturis, quaſi dicat quia per ſcripturã talia debent conſtare.& facit ad præmiſſa s.l.proxi. & ſupra de iure regalium.l.dignũ. in quib.expreſſè dicitur, quod non poteſt quis in talib. ſe tueri, niſi p priuilegium, vel ſcripturam debita ſolẽnitate munitam. Nec obſtat prædictis Auth. in medio litis non ſi.ſacr. for.1. reſpon. & in Auth. vt litig. iu. §. vlt. vbi procedit & valet mandatum Principis ex ſcripto, vel ex non ſcripto. Nam illa iura loquuntur in mandato iuriſdictionis, quod videlicet, ſit per Principem in commiſſionib.ſingularũ cauſarum, ut ibi patet, & no. in prealleg. tit. vt diuinæ iuſſiones. in præallega.glo.ordinaria. ¶Item nec obſt.ſupra, de probatio.l.fin. vbi adijcit etiam de teſtibus, quia ibi erat quæſtio inter duos priuatos.

e *Vel felicium*. Per hoc probať quaſi dñium uerũ uel præſumptũ. G.

f *Prædeceſſorum*. Scilicet Regis Rogerij, Regis Gulielmi I.& II. vt ſupra in proxi.charta de reb.Dema.aſſi.l.dignum, &c.& legas cum hac l.conſtitution. quæ eſt ſupra de probatione homagij.l.probationum defectum, quæ ſimiliter de hac materia loquitur. G.

g *Suis*. Scilicet illius qui poſſidet vaſallos. G.

h *Feudum*. Scilicet illius qui poſſidet. G.

i *Iurauerint*. Scilicet, homines, ſeu uaſalli, de quibus eſt quæſtio.

k *Duo igitur*. Illud igitur; non eſt illatiuum, ſed inchoatiuum ſecundi caſus. G.

1 ADDITIO. Igitur. *Adde quòd iſta dictio quandoq; ponitur inceptiuè, non illatiuè, vt in l.ius ciuile.in § fi.de iuſt.& iu.& l.1.ff.de cõdictione ob turp.cauſam. l.fructus. ff.ſolu.matr. & per Cardin. Zabar. in capite, damnamus. in ſi.1.oppo.de ſum.Trin.* Superantius.

l *Neceſſariò*. Subaudi deficientibus priuilegijs, uel emptionalibus inſtrumentis. And.

a *Tenent*.

ANDRÆAS DE ISERNIA.

uandum, ſeu tollendum directum dominium fiſco competens: Sed obijcitur, vt poſſeſſor per eam ius, quod ſibi in feudo quæſiuerit, ab eo aduocari non poſſit, ſic 21.quæſt.4.c.volumus.in gloſſa,& cap, nemo.& quod ibi dicitur, eſt contra. ¶Item glo.improbat,& bene, illos, qui dicunt poſſeſſorem cogi oſtendere titulum ſuæ poſſeſſionis fiſco, de quo etiam dicitur per Modernos, C.lib.11.de conduct.domus Auguſtæ.l.1.¶Item nota id, quod dicit glo.vt conceſſio † rerum regalium non probetur niſi per priuilegium, ſic ſupra tit.2. l.dignum fore credimus. Secus in alijs rebus fiſcalibus, ſupra, qualiter procedatur in cauſa homagij l.1.

† ADDITIO. *Vide Parid.de reinteg. feud.c.27.nu.7.* De Bottis.

¶Item in fine dicit, q demanium nullo tempore præſcribitur: pro quo eſt ſupra tit.1.l.cum vniuerſis. Multum fecerunt fiſcales illi noſtri gloſſatores, quia ſolum de priuilegio poſuerunt. Idcirco excludunt alias probationes: hoc nó videtur bene dici, quia quod poteſt tribuere priuilegium Principis, idem tribuit præſcriptio temporis, cuius non eſt memoria, tunc iure conſtituti habetur. ff.de aqua quotidiana & æſti.l.hoc iure.§.aquæ ductus, extra de verb.ſign.ſuper quibuſdam. §.præterea.de cenſi.cap.innouamus. in glo. ff.de aqua plu.arcen. l.1. in fine & C.quæ ſit longa conſuetudo. l.1.in glo. ¶Hæc ſunt paria, priuilegium,& vetuſtas: vt idem ſit ius in vno, quod in alio: vnde vno poſito, poſitum intelligitur & reliquũ, etiam ſi taceatur. C.de diuer. reſcrip.l.1.& ſi vnus ex plurib.l.1.& 2. ¶Item in hominibus demanij tantum dixit, nulla præſcriptione, &c.in l.cum vniuerſis. non dixit in alijs rebus demanij: ſi voluiſſet, idem in alijs rebus, quando dixit de priuilegio conſtitutionis, dignum fore credimus potuiſſet repetere, quod non obſtantibus præſcriptionibus: quia non dixit, omiſit. C.de caduc.tollen l.1.in fine. ff.de verborum obligationib.l.quicquid aſtringendæ. ſic argumentatur glo.ſupra proxime, quando dicit, quod conceſſio rerum regalium non probatur niſi per priuilegium, & maximè

re

ſi ſuſtu-

a *Tenent*. Id eſt, præſumuntur tenere ut recommendatos uel affidatos potius q̃ uaſallos, niſi probent, ut dictũ eſt per priuilegia, vel emptionalia inſtrumenta, uel iſta duo, quæ hic dicuntur, ut ſup. de probationibus. l. prob. . . . circa fin. quod quidẽ, ſcilicet, in terris demanij recommendatos uel affida habere prohibitum eſt ſub certa pœna, ut ſup. l. prox.

b *Tenuerint*. Quæ tenuta ſine poſſeſſione probatur per ſacramentorũ præſtationẽ, vt ſup. proxime dixit, ubi dicit, iurauerint, &c. Et no. hic q̃ poſſeſſio vaſſallorum accipitur, ſiue apprehenditur per receptionem ſacramentorum ab eis.

c *Cenſeantur*. No. ergo q̃ certi ſunt modi inducti a iure ad probãdum contra ius demanij, qui ponũtur hic, & ſupra l. prox. & ſupra de probationib. l. fi. & ĩ. de iurib. rer. regal. l. dignũ. inter quos modos non numeratur præſcriptio: unde patet, q̃ in demanijs nullius tẽporis præſcriptio obijcitur, ſimilis argumẽtatio fit ff. de act. & obl. l. obligationum ferè. §. placet. & de his qui ſunt ſui uel alie. iur. l. patre ſurioſo. Item expreſſum eſt ſupra l. prox. ibi, præſcriptione etenim aliquam.

hoc vt homines, quos aliqui in ciuitatibus, & caſtris noſtri demanij [a] tenent, affidatorũ vel recõmendatorũ iure ad noſtrũ demanium nequeãt aduocari, uidelicet q̃ prædictis prędeceſſorũ noſtrorũ temporibus, homines ipſos, ipſi vel anteceſſores ſui [b] tenuerint, & quæ in eiſdem tẽporibus, vel ab ipſis vel prædeceſſoribus ſuis de feudo, vel hæreditagio ſuo tenuerint aliquid, ꝓpter quod homines ipſorũ meritò [c] cẽſeantur.

De hominibus non tenendis ratione terræ vel feudi.

TITVLVS IX.

Quoniam interdum prætextu liciti illicitum attentatur: ideo ſtatuit hac cõſtitutio, quod nullus vaſallus domini regis poſſit ſeſe obligare ad præſtãdum in perpetuum aliqua ſeruitia perſonalia. etiam ſi a perſona eccleſiaſtica, vel ſeculari, receperit rem aliquã ſtabilem in feudum quantumcunque illa obligatio fuerit ſolemnitate vallata: quia vaſallus regis non poteſt ſine regio aſſenſu ſe obligare ad præſtandũ ſeruitium perſonale Baroni, nec alicui perſonæ in perpetuum. ex quo dominus rex eſt dominus perſonarum: bene tamen potuit ſe obligare ad præſtandum pecuniam, vel rem aliquam pro ſe, & hæredibus in perpetuum pro re, quam accepit in emphyteuſim, vel in feudum. h. d. Matth.

† IMPER. FREDER.

QVia [d] * frequenter ſub prętextu liciti illicitum attentatur, viam omnem, & materiam fraudib. præcludentes, Decernimus, nemini licere occaſione alicuius ter-

De hominibus non tenendis, &c. Rubrica.

d QVia frequenter. Hæc cõſtit. prohibet ne nullus poſſit ſe obligare in perpetuũ, uel uaſallũ cõſtituere occaſione alicuius feudi, & ita credo q̃ hæc cõſtitutio locum habeat in tẽporibus retroactis, id eſt, in illis, q̃ habuerũt huiuſmodi homines a tempore Regis Gulielmi.

Quia frequenter. Nullus de demanio ſuã poteſt per ſonã eccleſiaſticæ, vel ſeculari perſonæ obligare perſonam. reddititus tamen in pecunia promittere poteſt G.

• ADDITIO. *Vide Luc. de Pen. in l. ſi quis. ult. col. C. de agric. & cenſit. & Fel. in c. dilecti. de maior. & obed. & moder. in c. regni, gramamina, nu. 27.* De Bottis.

† *Alias idem . . .*

De ho-

ANDRÆAS DE ISERNIA.

ſi ſuſtuliſſet id, quod erat par priuilegio. Secus ſi priuilegium nõ ualeret. quia tunc nec talis præſcriptio, quæ uetuſtas dicitur, ut no. in gl. C. lib. 10. de aquæductu. l. diligenter. in mo uidetur, q̃ centum annis præſcribatur Demanio, intra conſtit. quadrig. quæ poſterior eſt iſta: unde non eſt nouum, ut prior, &c. de legib. l. non eſt nouum.

ADDITIO. *Adde quod iſta præſcriptione centenaria gaudet eccleſia Romana, ut in c. cùm nobis. & in capite, ſi diligenti. de præſcript. glo. 1. in c. 2. eod. tit. lib. 6. glo. in verbo, legitimum, in c. cùm dilecti. de confirmatione vtili vel inutili. Archid. in c. 2. 16. q. 4.*

Sed dicas q̃ generi per ſpeciem derogatur. ff. de uerb. oblig. l. doli. de pœnis l. ſanctio legum. Derogabit in hominibus demanij, non in alijs, niſi fortè poſſet dici propter ſpecialem dignitatem hominum. ff. de ædil. edi. l. iuſtiſſime. de uſuris l. in pecudum. Item quamuncũque dicat, nulla, nihilominus in hac conſtitutione, Si dubitatio aliqua, ponit unam præſcriptionem, ſcilicet, qñ hic homo iurauit, & longo tempore fuit poſſeſſus a ſe, & prædeceſſoribus ſuis. ¶ Tenuit & tenet aliquid ab ipſo: ſicut ergo exceptuatur unũ ius prælatũ ordinatæ debet dici exceptuatũ id, quod ſimile eſt priuilegio: quia nõ eſt uerſimile, q̃ Princeps per hæc uerba, nulla præſcriptione, &c. noluiſſet tollere ius, quod æquiparatur priuilegio talis præſcriptionis. C. de inoffic. teſtam. l. ſi quando. cum talis præſcriptio habeat locum plus in alijs pręſcriptionibus, quia uocatur uetuſtas dictis ll. de aqua pluuia arcenda. ¶ Demania ſunt publica quia fiſcalia ſunt publica. Fiſcus, Populus Romanus, & Reſpublica Rom. idem ſunt ff. de bo. poſſ. non eſt an. . . gendum. & no. in d. conſt. quadrige. Et quæ prætermiſſa uidentur contraria inter ſe, epilogus eorum hic eſt, quod ſi conſtat eſſe Caſtrum, quod quidem non poteſt occultari, quia Caſtrum eſt locus muris circundatus, ut dictum eſt, ſup. in conſtitutio. proſequentes, uel conſtet quod feudum petitum eſt quaternatũ, aut quia poſſeſſor hoc confitetur, † dominus uendicabit ratione nudæ proprietatis, & poſſeſſor onerabitur probatione, ut probet ad ſe pertinere: ſed ſi nõ conſtat per probationem agentis, uel confeſſionẽ conuenti, & feudũ petitum ſit actoris, actor dicendo eſſe feudũ, dicit illud eſſe extra patrimonium ſuũ, quia feudum eſt beneuola actio, &c. oportet quod probet feudũ eſſe ſuum, & ſic habere directi dominium, ratione nudæ proprietatis agit, onus probandi eſt ſibi agentis. Et confeſſo quod dedit in feudum, oportet quod probet cauſam quare feudum eſt ad ipſum reuerſum. Imo quantum ad ius petitoris probando, quod feudũ eſt ſuum & quod alij feudum dederat ratione nudæ proprietatis aget & onerabitur poſſeſſor, ut probet ſe habere utile.

; ADDITIO. *Et ſic no. quod bona feudalia, vel eſſe de feudo, probantur per confeſſionem tenentis. vide per Bertr. and. conſi. 182. verſ. ad quod ſub correctione, vol. 1. & de de confeſſione in feudo, quæ poſuit Geffr. conſi. 44. col. 7. & Parid. de reinteg. feu. cap. 40. & c. 32.* De Bottis.

Quantum vero ad ius conuenti poſſeſſoris Aut innititur præſcriptioni tantum, & tunc probando, q̃ præſcripſit contra illum, cui datum fuit feudum, prætextu triginta annos uincet, per regulam, ſi vinco uincentem te, &c. Sed ſi dicat ſe habere a fiſco, non ſufficeret triginta, ſicut quando ſimpliciter dicit, quod eſt ſuum: Imo centenaria requiritur. ¶ Aut innititur donationi, quam probet per poſſeſſionem triginta annorum, tunc ſufficit, quia præſumitur contractum præceſſiſſe, ſicut in ſimili no. C. de iure emph. yt. l. fin. aliud enim eſt inniti ſoli poſſeſſioni præſcriptæ: aliud donationi, cũ præſcriptione, ſeu conſuetudine præſcriptæ cũ titulo donationis, nota. 18. quæſt. 2. c. ſi. in glo. per Innocen. de cauſa poſſeſ. cap. cum Eccleſia. in fi. ¶ Hæc autem allegatio longæui temporis in nudis tantum, & præſtationibus annuis, & in ſeruitutibus locum habet, ut no. ff. de uſur. cum de in rem uerſo. Sed ſi dicam te rem vendidiſſe, vel donaſſe, nunquã præſumetur contractus rei ex longæua poſſeſſione tricennali. Dictum vero capitulum, ſi quis per triginta. dicit præſumi inueſtitum ex poſſeſſione tricennali, & contractum emphyteuticum præceſſiſſe non tantum ex poſſeſſione, ſed ex præſtatione ſeruitij, & cenſus & iuris emphyteutici, aut impoſiti canonis. C. lib. 11. de fundis patrimonialibus. l. fi. de præſcript. 30. anno. l. competit.

SI dubitatio. [f] Pro iſta conſtitutione uide Andræ. de Barulo in l. 1. C. de conductoribus, & procuratorib. prædiorum fiſcalium. & domus Auguſtæ. lib. 11. in fi. libri. Pet. de Montef.

¶ In gl. in uerbo. facientem, ubi de probatio, per inſtrumenta, ibi, communi iure dominij. No. gl. per hanc conſtitutionem determinari uſq; ad finem ſui, duas utiles quæſtiones in iſto Regno frequentari ſolitas. Prima in feudatarijs, videlicet, an procurator fiſci ſi de feudo moueatur controuerſia, uel quæſtio, probet feudũ quod poſſidet ad ſe pertinere, contra formã iuris communis. Secunda an præſcribi fiſco poſſit de ipſo feudo, ſeu de quibuſuis alijs rebus, & quãto, & quando, & a quo tẽpore fiſcus ſuccedẽs priuato ſuum priuilegiũ ſortiatur, ut in l. fiſcus. ff. de iu. fiſ. & quando uidetur fieri confiſcatio ſeu incorporatio, vt in l. fiſcus. de iu. fiſ. & in l. ſi vacantia. eo. tit. Pet. de Montef.

¶ In gl. magna: prope mediũ. ibi, incorporationẽ ſubſecutã. Sed vi ſemper feudum eſſe incorporatum Dño, & ipſum poſſidere, nã proprietas ſemper apud dominum eſt, ut in c. ſin. de inueſtit. de re aliena facta. in fi. Et qui ſolam proprietatem habet, poſſeſſor intelligitur, ut in l. ſciendum. ff. qui ſatiſd. cog. §. itẽ qui. vel dicit, quod poſſidet, quãtũ ad illud, ut conteſt ſatiſdationẽ de iudicio ſiſti, ut ibi, uel poſſideat ciuiliter tantũ, non aliter, ut no. C. ubi in rẽ act. l. 2. Barth. de Cap.

¶ In glo. inſtrumenta uel per teſtes: ibi, ſed in hoc. ad hoc facit. C. de diuerſis officijs. l. probatorias. lib. 12. ſed uidetur contra in multis locis, ubi probatio feudi probatur per pares Curiæ, & in defectum ipſorum, per alios teſtes. Sed forte ibi loquitur de conceſſione aliorum dominorum, qui feudare poſſunt, non in cõceſſione Imperatorum, & Regum. Bartholomæus de Capua.

¶ Circa hoc autem uide Bal. in l. humanum. C. de legib. & ſecundum illud dictum fuit obtentum in magno conflictu in Sacro Regio conſilio. Petrus de Menteforte.

¶ In glo. in uerb. o, tenuerunt. No quod receptio, ſiue apprehenſio poſſeſſionis uaſallorum probatur per ſacramentorum præſtationem ab eis præſtiti. Contra uidetur notari in conſtitutione quæ incipit, Comite uel Barone, in 1. glo. Barth. de Capua.

De hominibus non tenendis ratione terræ vel feudi. Rubr.

QVia frequenter. Non poteſt homo Demanij ſic ſe facere vaſallum alterius, ut perſona ſit obligata, recipiendo feudum ab eo. Sed ſi

ræ, uel feudi, quod teneat, vel recipiat a Comite, Barone, ſeu milite, vel perſona eccleſiaſtica, aut etiã ſeculari, conuentione qualibet quauis iuris ſolennitate vallata, perſonam propriam aliquibus ſeruitijs obligare, & ſic ſub occaſione huius ad alterius commendationem, ſeu dominium conuolare, ſed tantum redditus in pecunia, vel rebus alijs, pro eo, quod receperit, agnoſcat. Nos etenim qui ſumus domini perſonarum abſq; noſtrę ſerenitatis aſſenſu, perſonas ſeruitijs perpetuis, aut conditionib. nolumus obligari.

De hominibus Baronum poſsidentib. terram hominis demanij.

TITVLVS X.

Vaſalli Baronum poſſunt emere, & vendere bona burgenſatica ſine eorum conſenſu. Et in illis bonis non habent ius ſuccedendi tanquam ad bona vacantia, ſicut habẽt in bonis feudalibus, quæ tenentur ab eis. Itẽ fiſcus, cui obuenerunt bona vacantia poterit illa concedere, prout ſibi placuerit. Et baiulo, qui tenetur reddere rationem de geſtis, & adminiſtratis per eum eſt interdicta alienatio bonorum ſuorum, donec ſit reddita ratio, vel ſteterit per eum, cui reddi debet, h.d. M.

† IMPER. FREDER.

SI quando [a] contigerit aliquos [b] eccleſiarũ homines Comitũ, ſeu Baronum, aut militum, ſiue etiã angarij ſint, ſiue etiam uillani ſimpliciter, aut cuiuſcunque conditionis eſſe noſcantur, hæreditagia, vel partem eorum ab hominib. noſtri demanij, aut quibuſlibet alijs, qui ea in terra demanij, aut pertinentijs eius poſſideant, comparare, aut aliter acquirere ſub ea conditione emptorem habere comparanda, vel comparata diſponimus, ſub qua vẽditori ſe tenebat, videlicet vt proinde domino ſuo in nullo penitus teneatur, & ſine ipſius licentia & mãdato ea eis vendere, donare, aut [c] qualitercũq; alienare inter viuos, vel vltima voluntate liceat, quæ ſine ipſius licentia iure licito comparauit. Et ſi contigerit talem emptorẽ ab inteſtato decedere, hi ad ſucceſſionem eius veniãt in prædictis, qui alias poſſent ad ſucceſſionem eiuſdem ex deſcendenti vel aſcendenti, aut collaterali linea ab inteſtato venire. Quod ſi de prædictis * [d] nullus omnino ſuperſit in eo, qđ de feudo tenet ab eo, dominus feudi ſuccedat. In hæreditagijs autem defuncti, quolibet iure quæſitis fiſcum noſtrũ eſſe decernimus ſicut & in omnib. alijs bonis vacantibus,

De hominibus Baronum poſſidentib. &c. Rub.

a SI *quando.* Si vaſallus emat aliqua a non vaſallo, de illis emptis poteſt facere, quod vult, & alienare inter viuos, & in vltima uoluntate, & ab inteſtato ad ſuos hæredes tranſmittit, his deficientibus, in his acquiſitis ſuccedit fiſcus, qui eſt vltimus ſucceſſor, vt ff. de iure fiſci, l. 1 §. 1. In feudo quod hic vaſallus habet, ſuccedit dominus. ſi autem iſte vaſallus, qui ſic emit fuerit baiulus dñi, non poterit alienare q̃ſita, niſi prius reddita rõne.

Si quando. Vaſalli, qui emũt in locis demanij iure licito alienant, & ad ſuos ſucceſſores tranſmittunt, nec ſeruire pro illis emptis, ſuis dominis tenentur.

b *Eccleſiarum.* Argum. accedit ad id quod dicitur in hac cõſtitutione, in fi. C. de epiſcopis & clericis. l. ſi quis presbyter. Nota quod quis poteſt habere res duplici iure, vt hic patet, & ff. de pecu. l. hinc quæritur. §. poteſt. licet ſit argum. contra. ff. de vſucapio. cum qui ædes, in fi. & adde quod extraordi. ibi notaui. Interdũ etiã eadẽ perſona duplici iure eodem tempore cẽſetur vt filiusfamil. ut ff. de caſtrenſi pecul. l. pater militi. §. ſi ſeruus peculij.

† *Aliàs, Idem.*

c *Qualitercunque alienare.* ¶Innuitur ergo hic quod uillanus & vaſallus qualiſcunque non poſſit tenutam, ſeu feudum alienare ſine licentia Domini, a quo tenet eum.

• ADDITIO. *Amplia iſtum tex. habere locum etiam in fellonia commiſſa a vaſallo Baronis contra Baronem, vel Regem, vt ad eum Baronem feudum deuoluatur, non autem Regi. ita And. in c. 1. §. ſiquis hominem. de pace tenen. de quo latè Aff. deciſ. 282. nu. 12.* De Bottis.

d *Nullus omnino.* Nota ex hac l. fiſcum eſſe ultimum ſucceſſorem, & tunc ſuccedere, cum nullus ſupereſt ex deſcendenti linea, vel aſcendenti linea, uel collaterali, ut hic dicit & concord. iure Romano. C. lib. 10. de bonis vacan. l. vacantia. repete etiam hic quæ notata ſunt de offici. reipublicæ. l. ultima. & hoc eſt valde notandum propter Longobardos, qui dicunt cognatos non ſuccedere, ſed fiſcum.

• ADDI-

ANDRÆAS DE ISERNIA.

Sed ſi faciat ſeruitium, † vel redditum pro feudo, & terra recepta, perſona remanente libera, quam nõn tanget ille, qui dedit, ſi recipiẽs deficiat in reditu vel ſeruitio, ponet manum ad terram & feudum. Rex.n. eſt dominus perſonarum tantum. ¶Poteſt tamen quis vendere ſe ad pretium participandum. ff. de ſtatu homi. l. liber homo. cum concord. quæ iura non tolluntur per hanc, quæ loquitur in ſuo caſu tantum, ſcilicet, quando recepit terram a Comite uel Barone.

† ADDITIO. *Vide Capic. deciſ. 118. col. fin.*

De iuribus Baronum poſſidentib. terram hominis demanij. Rub.

SI *quando.* Qualitercunque modo. Dicit glo. quod eſt no. † quòd vaſallus ſeu uillanus qualitercunq; non poſſit terram, vel tenimẽtum, quod tenet a domino ſine ſua licentia alienare, etiam ſi tenimẽtum hoc non ſit feudum, uel in honore militari datum.

† ADDITIO. *Ad intellectum huius conſtit. & materiam vide Frec. fol. 238. num. 5. & an in alienatione ſufficiat tacitus aſſenſus. ibi. nu. 6. & vide Barthol. de Beneuento in repet. c. imperialem, fol. 39. col. 4. litera e, & fol. ſeq. ponit, an contractus ſit nullus. & quid ſi datur in dotem, & an ſufficiat Baronem requiri, iuxta terminos l. ſi. C. de iure emphit. adde Parid. de reinteg. feu. c. 43.* De Bottis.

¶Item innuit glo. quod cognati ſuccedunt, & præferuntur fiſco vltimo ſucceſſori, ſcilicet, quando non ſupereſt aliquis ex deſcendenti linea, vel aſcẽdenti vel collaterali, ut litera dicit, quod intelligitur de collaterali, ſcilicet, etiam cognatorum, imò extraneorum quantum ad conſanguinitatem, vt vxor, & adoptiuus, ut no. in l. vacantia. Per iſtã literam ergo non excludit fiſcus cognatũ, vxoré, & alios: Sed per aliã uiam dicunt aliqui excludi, & cognatos & uxorem per Curiã regiã. Nam ius Longob. † præponitur Romano in Regno, ſup. de offic. mag. ca. puritatem. idem ius non cognouit agnatos in Lõgobard. de ſucceſſio. ſi quis ſine hærede. de prohi. nup. l. 3. & 4. & 5. de debi. & gua. l. ſi mundum. Cognati autem uincunt vxorem. C. vnde vir & vx. fiſcus & Curia regia vincet vxorem per regulã. l. de acceſſionib. ff. de diuer. & tempo. præſcrip. Et dicunt quod ex quadã conſuetudine & obſeruantia cõtraria contrariũ obtinet, quia in multis partib. Regni vbi ſeruaẽ id ius Lõgobar. videmus cognatos & uxoré obtinere ſucceſſioné, nec fiſcum petere de conſuetudine, dicit l. de quib. in fi. ff. de legib. & Inſtitutionibus, in proœmio. §. igitur. & diximus in præambulis.

† ADDITIO. *Vide ad intellectum huius conſtit. & eorum, quæ dicit hic And. per Iacobi. in tract. de reid. col. 4. vbi per multas qq. examinat de ſucceſſione domini in bonis vaſalli.* De Bottis.

Sed ſi hæc conſtitutio ſic intelligatur collateralium, ſcilicet, etiam cognatorum, Conſtitutio vincit ius Longob. Fiſcus per hanc non excludit cognatos, ſed nec dicet de cognatis expreſſim, ſed tacite, quia dicit, ſuccedunt qui aliàs poſſunt ad ſucceſſionem venire. Iure vero Longob. non veniunt cognati, quod ius iuri Romano præponitur, de hoc dictum eſt ſupra, de offi. mag. ca. l. præſenti. & plenius in tit. quæ ſunt rega. ſuper verbo, bona uacantia. ¶Item no. quod Baroni & militi bona baiulorum ſuorum obligata ſunt, & burgenſatica, quæ tenet in Terra demanij, quia non poſſunt ea vendere, vel alienare, niſi prius ſatisfaciant dominis.

SI *quando contigerit.* Communis poſitio eſt, quod §. iſte intelligatur tantum in feudis, ſeu tenimentis ruſticanis: vt in eis ſicut in alijs burgẽſaticis circa ſucceſſionem ſeruetur ius commune. pro quo facit, quia horum feudorum non vere dicitur infeudatio, ſed quædã locatio, ſeu perpetua conceſſio, ut ſupra in conſtitutione, conſtitutionem. §. excadentias. ibi, locare permittimus. non dixit infeudare. pro quo C. loca. l. viam veritatis. & de locatione prædiorum ciuilium. l. prædia. & ita intelligit glo. hunc §. in conſtitutio. vt de ſucceſſion. circa princ. in glo. ex generali præfatione.

¶In alijs autem feudis planis, militaribus, ex quib. debetur adoha, ſeu militare ſeruitium Comitibus, & Baronibus, a quibus tenetur, quãdo per Regiam maieſtatem in Regno indicitur militare ſeruitiũ, ſeruentur iura communia feudorum, quæ etiam in Regno ſeruantur, ut in dicta conſtitutione glo. magnæ, in fi. & no. per Andræam in prologo ſui operis, 10. coll. licet glo. & Dominus Andræ. in dicta conſtitutione, ut de ſucceſſio. verſ. in omnibus. & in iſta conſtitutione, & in tit. quæ ſint regal. in verbo, bona vacantia. intelligant hunc §. etiam in dictis feudis. In alijs autem feudis quaternatis remaneat ius nouũ dictæ conſtitutionis, vt ibi nota. Quod non eſt veriſimile dicta iura canonica uelle abrogaſſe, cum ſit odioſum, & ſic non protrahendum, vt in l. quod verò, de leg. & ſic leges nouæ per veteres diſtinguantur vt in iuribus vulgaribus. Petrus de Monteforte.

In textu, poſtquam aut ad fiſcum noſtrum. Nota quod Rex ſibi bona excadentia locat ſub illis conditionibus, redditibus, & ſeruitijs, ſub quibus ſibi placuit, pro hoc, conſtitutio, vt de ſucceſſionibus, in fi. licet

vltimum ſucceſſorem. Poſtquàm autem ad fiſcum noſtrum peruenerint res prædictæ, per nos prout noſtræ maieſtati, & ſub quibus conditionibus, uel redditibus, & ſeruitijs placuerit, poterunt collocari. A tenore autem huius ſacratiſſimæ ſanctionis excipimus baiulos dominorum, qui res ipſas adminiſtrandas ſuſceperint, quos non prius huiuſmodi acquiſita alienare volumus, aut quolibet modo transferre, quàm de adminiſtratione ſua ſatisfaciant dominis, vel per eos ſteterit, quominus ſatisfactionem recipiant requiſiti.

De recommendatis vel reuocatis non detinendis.

Noua conſtitutio.

TITVLVS XI.

Nullus recommendatos vel ad Curiam Principis reuocatos, audeat retinere, ſed ipſos ſine difficultate aſſignet: contrafaciens punitur publicatione bonorum mobilium, & prouidet reuocatis, & dominis, vt ipſi reuocati poſſint & compellantur bona quæ tenebant ab eis, vendere alijs vaſallis domini, & dominus compellat alios vaſallos emere iuſto pretio, hoc dicit. Lallus de Thuſcia.

† Aliàs, Idem.

† IMPER. FREDER.

AD ſubiectorum *[1] noſtrorum inuidiam non conuenit reuocare, ſi priuatis aliquãdo commodis noſtris intendimus, ſi iura noſtra non patimur ab alijs vſurpari. Hinc eſt, quod prælatis Eccleſiarum, Comitibus, Baronibus, ſeu quibuſlibet alijs noſtris fidelibus firmiter inhibemus: quod nullus recommendatos, vel ad noſtram Curiam reuocatos in poſterum audeat retinere, ſed ipſos in ciuitatibus noſtri Demanij baiulis, vel alijs officialibus noſtris, ſine difficultate aſſignent, vel ad loca ipſis reuocatis deſtinata remittant. Quod ſi huius conſtitutionis noſtræ quiſpiam violator temerarius extiterit, vel eidem fraudem fecerit, bonorum ſuorum omnium immobilium † publicatione damnetur. Cæterum ne prælati, Comites, vel Barones, ſeu quilibet alij detentores, occaſione præſentis conſtitutionis, contra iuſtitiam in poſſeſſionibus aggrauentur, quas reuocatos ab ipſis tenere contigerit, dummodo alibi commorantes poſſeſſionibus ipſis liberè perfruantur. Et ne reuocati prædicti per nos poſſeſſionum ſuarum emolumento priuentur, dum ipſis vti non permittatur a dominis, vel vti nequiuerint, ad remotiora forſitan loca tranſlati: vtriſq; diſcreta prouiſione *[2] prouidimus, ut rigore iuris communis in hac parte ſopito reuocati, poſſeſſiones eaſdem hominibus alijs vaſallis priſtini detentoris diſtrahere compellantur, & domini vaſallos ſuos emere iuſto pretio diſtrahendo compellant.

† Aliàs, mobiliũ.

De non opprimendis vaſallis a dominis.

TITVLVS XII.

Nullus dominorum vaſallos ſuos contra iuſtitiam opprimat, nihil ab eis contra conſtitutionum tenorem auferat, contrafaciens punitur vaſallo victori in expenſas, & duplum ablati Curia Regia ſoluat, & vaſallus impetens dominum de prædictis calumniosè, victori domino condemnetur in expenſis. hoc dicit. Lallus de Thuſcia.

† IMPER. FREDER.

PRæſenti *[3] conſtitutione decernimus, Vt nullus dominorum vaſallos ſuos contra iuſtitiã opprimat, vel ab eis contra conſtitutionẽ noſtram illicitũ auferat. Quod qui fecerit, expenſas vaſallo ſuo victori reſarciat, & ablati duplum Curiæ noſtræ componat. Vaſallus autem qui dominum ſuũ occaſione prædicta contra iuſtitiã impetere calumniosè tentauerit, in expenſis victori dño condemnetur. Sic n. vtriq; conſulimus, dum nequitiã domini, & vaſalli calumniam condemnamus.

De dotario conſtituendo in feudis, & Caſtris.

TITVLVS XIII.

Comes, vel Baro, vel feudatarius poteſt cõſtituere dotarium vxori ſuæ ſuper feudis, vel in pecunia ſine Regio aſſenſu, dummodo non conſtituat dotarium ſuper Caſtro, a quo ſumpſit nomen Comitatus, vel Baroniæ. hoc dicit. Matthæus.

REX ROGERIVS.

SI[a] quis Baro uel miles uxorem duxerit, & tria feuda habuerit, liceat ei unũ dotarium uxori ſuę de tribus feudis [b] conſtituere. Si autẽ pauciora habeat ſecundum qualitatem, & quantitatem feudorum, dotarium ei in pecunia conſtituere permittimus. Cæterùm ſi plura tribus habeat, pro portione, quæ ſuperius ſtatuta eſt habita, dotarium ipſum conſtituere licebit.

Comes autem, vel Baro, qui caſtra tenet, de caſtris ipſis dotarium conſtituere poterit, [c] dum tamen

* 1 ADDITIO. *Vide c. regni, prædeceſſorũ. & ibi Scrib.*

* 2 ADDITIO. *No. q videtur decidere, q ſi vaſalli recedunt a terra Baronis, quòd poſſint cogi ad vendendum bona alijs vaſallis. vide Parid. in tract. de renunc. feu. in c. quare dominum.* De Bottis.

* 3 ADDITIO. *Hãc conſtit. legit And. in primo lib. poſt conſtit. diuorum noſtrorum.* De B.

† Aliàs, Idem.

De dotario conſtituendo in feud. & caſtr. Rub.

a SI *quis Baro.* ¶ Licet ſupra de feudorum contractibus infringendis prohibuerit alienationem & cõtractum feudi, hic in caſu permittit, puta, ut det in dotarium vxori ſuæ. cõcord. C. de adminiſtratione tutor. l. lex quæ. cum hac tamẽ determinatione, vt de tribus feudis det vnum, & nũquã det illud quod eſt nomen Baroniæ uel Comitatus, ut Comes Caſertæ, non poſſet dare Caſertam, ſed aliud Caſtrũ. ¶ Si quis Baro. No. de dotario, quale poſſet conſtitui. quod dic, ut inf. l. licentiam. Andræ.

Nota contra vaſallos indebite querulantes de minor.

b *Conſtituere.* Hæc corrigitur infra. l. 2.

c *Dum tamen.* Nota, q caput Baroniæ, ſeu Comitatus uelut principalis magna gaudet prærogatiua. ut hic. ¶ Et ab illo capite aſſumſit nomen, & denominantur alia Caſtra, ſeu Caſalia dependentia, & adiacentia ad illam Baroniam. Sic enim & ſecundum iura ciuilia inſpicitur caput hominis uelut principale, & dignius, cum p caput cognoſcamur, nam ille locus tantũ efficitur religioſus, vbi caput ſepultum eſt & nõ ubi alia membra, cum vnius

ANDRÆAS DE ISERNIA.

§. licet aliud in alijs Baronibus, & Comitibus, vt in conſtitutione, conſtitutionem, §. excadentias. uel dic, ut ibi no. per Andræam. Petrus de Monteforte.

In glo. in uer. qualitercunque. Argumentum contra, quod poſſit uendere ſaluo iure dominij. ff. de contrah. empt. l. fin. §. fina. de leg. 2. l. nihil proponi, in princip. C. de locatione prædiorum ciuilium. l. fin. C. de fund. patrimonialibus. l. 1. pro hoc. C. locati. l. nemo prohibetur. iuncta conſtitu. conſtitutionem §. excadentias. de pace iuramento firmanda. cap. 1. §. ad hæc qui allodium, & ibi hoc ſentit Andræ. Quia liberis hominibus non interdicitur alienatio rerum ſuarũ, ut ibi: uide plenè per Specu. in tit. de feu. §. quoniam. verſi. 19. ubi dicit inter alia inſpici conſuetudinem, uide ibi, & in uerſic. 21. aliàs 30. Petrus de Monteforte.

In textu. in fiſcum noſtrum. Facit text. in capit. ex præſumptuoſe. & conſtitutio, dohanæ ſupra, de officio ſecreti. Petrus de Monteforte.

De recommendatis, vel reuocatis non retinendis. Rubrica.

AD *ſubiectorum.* De eadẽ materia eſt, ſicut ſuperior. Ex no. caſum in fi. huius conſtõnis, ubi quis cogit̃ emere & uẽdere, & ad hoc facit liber decimus, ne liceat habitare Metrocomiæ. l. 2. & dicit glo. ſupra l. hac edictali. Rigor iuris communis eſt contra. C. de iure deliberandi. l. nec emere. de contrah. empt. l. inuitus. ff. de donatio. hoc iure. § non poteſt.

De ſtatuendo dotario in feudis, & caſtris. Rubrica.

SI *quis Baro.* Differentia † eſt inter Baronem & feudatarium. Baro eſt, qui habet baroniam, feudatarius eſt, qui habet feudum. Baronia eſt Caſtrum, ſeu Caſtra, uel feudum habens ſub ſe feudum quaternatũ, quod alius tenet. probatur infra de conſti. poſt mortem. Feudum uero eſt de 20. uncijs in regno.

† ADDITIO. *Vide Gram. in deciſ. 34. num. 6.* De Bottis.

Et poteſt quis habere plura feuda, vt hic dicitur. Et tunc ſi ſunt quaternata, vel non, det unum alij cum conſenſu Regis, ut ſub eo, & ab eo

vnius ſepultura plura ſepulchra efficere nõ poſſit, ut ff. de religioſis, & ſumptibus fune. l. cum in diuerſis. ¶ Nam Baronia, ſiue Comitatus, licet unum corpus cẽſeatur, tamen ex diſtantibus partibus ſui corporis conſtat, ſic vni nomini ſubijcitur, ut ff. de uſucapionibus. l. rerum mixtura. §. certum. ff. de rei uendic. l. in rem. §. at in alijs.

castrum, vnde Baronia,* vel Comitatus nomen [a] aſſumpſit, in dotarium conſtituere non poſſit.

De adhibenda fideiuſſione dominorum, ſeu vaſallorum. Aliàs, de fideiuſſione domini a uaſallis.

TITVLVS XIIII.

Si vaſallum fideiubentem pro domino in cauſa criminali dominus non liberauerit, ipſo iure ipſius homagium perdit: fideiubentẽ verò in ciuili, vel etiam pro debito, ſi dominus liberare non curauerit, tenetur dominus ad omne damnum vaſalli, & datur licentia vaſallo authoritate propria pignorandi dominum, primò in mobilibus, ſecundò in hæreditarijs, & vltimò in feudalibus: & etiam mobilia vendendi poſtquam ſoluerit pro domino, & hæreditaria, poſtquam per annum a die ſolutionis, & pignorationis ea tenuerit, feudalia non ſuos fructus percipiat, econtra ſi vaſallus dominum fideiubentem pro eo in cauſa criminali liberare neglexerit, quicquid ab ipſo tenet amittat, fideiubentem verò in ciuili vel pro debito datur licentia domino vaſallum pignorandi, & ſibi prouidetur de omni damno. h. d. Lallus de Thuſcia.

IMPER. FREDER.

SI [b] dominus uaſallum ſuũ, qui pro eo in criminali cauſa fideiuſſerit, & a fideiuſſione non liberauerit, ipſo iure ipſius homagiũ admittat. Si verò in ciuili cauſa, vel pro debito ipſum fideiubentem liberare [c] non curauerit, ad omne damnum, quod proindè vaſallus incurrerit dominus teneatur, data licentia [d] pignorandi vaſallis dominos ſuos in mobilibus, aut deinde in hæreditagijs, & vltimo in feudalibus, & etiam uendendi mobilia, poſtquam pro dominis ſuis ſoluerint, & hæreditagia per annũ a die ſolutionis & pignorationis ea tenuerint, ut ex prædictorum precio ſuæ indemnitati prouideant. Feudalia tamen capta pignori obligare non poterunt, ſed ex eorum fructibus indemnitati ſuæ ſimiliter proſpicere curabunt. Econtrariò ſi vaſallus dominum pro eo in criminali cauſa fideiubentem liberare neglexerit, quicquid ab eo tenet, amittat. In quæſtione verò ciuili, ſeu pro debito, ſi dominum fideiuſſorem ſuum uaſſallus detrectauerit expedire, data plena licentia domino pignorandi ad omne damnum, quod proinde incurrerit dominus, uaſallus eius integrè teneatur.

Dum tamen caſtrum. Nã huiuſmodi Caſtrũ tenet Principatum totius Baronię uel Comitatus, ut argumentũ ad hoc C. de naturalib. liberis. l. ſi quis. circa medium ad finem legis.

ADDITIO. *Nota quòd aſſenſus ſimpliciter præſtitus non extenditur ad caput Baroniæ, vel Comitatus. vide Affl. in deciſ. 265. 2. col. Loffr. in paraphra. cap. 8. col. 3. in princip. & in conſi. 39. nu. 30.* De Bottis.

a *Aſſumpſit.* Argumẽtum bonum ff. de legatis & fideicommiſ. 2. l. peculiũ. §. quadrigena.

De adhibenda fideiuſſione domin. &c. Rub.

b SI *dominus.* Hęc cõſtitutio prouidet vaſallis, qualiter ſubueniatur eis contra dominos: cũ uaſallus pro domino fideiuſſit: & ecõtra prouidet dominis cõtra vaſallos, cũ dominus pro vaſallis fideiuſſit: & prouidet quadã ſpeciali prouiſione, ut ſua authoritate poſſit fideiuſſor ſiue vaſallus, ſiue dominus, ex quo ſoluit pignorare dominũ, vel vaſallum. quod de iure communi prohibitum eſt, ut in Auth. ne fiant pignora, & argu. ff. quod metus cauſa. l. extat. tñ hic non peccat: quia fecit authoritate legis, ſicut alij authoritate conuentionis, quæ & lex dici poteſt, vt C. de pigneratitia actione. neque. & ff. de procuratoribus. l. 1. §. ſi conuenit.

c *Non curauerit.* Cùm diu ſteterit in fideiuſſione: Tunc. n. fideiuſſor poteſt conuenire debitorem, ut liberet eum, ut ff. mandati uel contra. Lucius Titius. in hoc caſu, ſ. quando fideiuſſor agit contra debitorem antequam ſoluat faciendi cauſa; non dandi, reus tenetur, vt ff. mandati uel cõtra. ſi mãdato meo. §. quoties. ¶ Agitur. n. ad hoc, vt liberetur, ut dictum eſt, vel vt defendatur, vt ff. de fideiuſſoribus. l. fideiuſſor pro venditore. G.

d *Pignorandi vaſallis.* Fideiuſſor poteſt pignorare debitorem, ſicut & de iure Longobardo: de debit. & gua. l. ſi quis alij homini guadiam dederit. ¶ Sed quęro qñ? Reſpondeo, poſt ſolutionem, & ante ſolutionem quandoque, puta ſi damnatus ſit, aut ſi debitor cœperit dilapidare bona ſua, aut ſi ita cõuenit, ut poſſit debitorẽ arctare ad ſolutionem, & antequã ſoluat, ut C. mãda. l. ſi pro ea, alias de ordine, & regula iuris, licet nõ liceat fideiuſſores agere cõtra debitorẽ, & ſi non licet agere, multo minus pignorare, ſicut dicitur in eo, qui pignorat ante tẽpus, ut in iure Longob. de debit. & gua. l. ſi quis alij ante conſtitutum. Sciendum tñ eſt, ꝙ ſicut alij creditores neceſſe habent tertiam denũciationẽ facere creditori, ita fideiuſſor denũciare debet debitori, ut pignorari poſſit, ut in iure Longob. de debi. & gua. l. 1. & l. 2. ¶ Et eſt bene notandum, ꝙ hic ſtatuitur quidã ordo, qui ſeruari debet in rebus debitoris pignorãdis: olim autem credebãt Doctores, vt ſicut creditor habet electionem in perſonis, ut poſſit quem vult prius pignorare, debitorem ſcilicet, vel fideiuſſorem, vt in Longobar. ſpon. l. 1. & de debito. & gua. l. ſi quis fideiuſ. aut debito. ita & in rebus. ¶ Vel forte lex iſta reſtringeretur ſuo caſu inter dominum & vaſallũ, ſicut & alias ſtatuiſ inter eos in defenſis, quas inter eos imponunt, ut ſupra de defen. & quando liceat vaſallo Domino defenſam imponere. Liuriſgentium.

† *Aliàs, Idem.*

De dotibus.

TITVLVS XV.

Baro vel miles habens duo feuda quaternata, poteſt in vno eorum conſtituere dotariũ ſua vxori ſine Regio aſſenſu. & ſi vnum feudum & dimidium habet, poteſt in dimidio ipſorum feudorum conſtituere dotariũ. Et ſi vnum tantum feudum habuerit, conſtituere poteſt dotarium, id eſt, tertiariam in pecunia ſuper ipſo feudo. h. d. Matthæus.

† IMPER. FREDER.

LIcentiam [e] * Baronibus & militibus impartimur, poſſe etiã de duobus feudis dotarium conſtituere. Et ſi unum tantum & dimidium habeat, dimidium feudum ei in dotarium conſtituere licebit. Cæterum ſi vnum tantummodo non in Terra, ſed in pecunia vxori ſuæ pro qualitate feudi facultatem conſtituendi dotarium in poſterom Barones & milites ſibi nouerint fore permiſſum.

De dotibus. Rub.

e LIcentiam. Hæc conſtitu. determinat ſecundam prox. pręcedentem, vbi dictum eſt: dominus feudorum poteſt alterum de feudis pro dotario aſſignare ſorori ſuæ: hic determinat, ita demum hoc verum, ſi habeat plures quàm vnum feudum, aliter det dotarium in pecunia.

Licentiam. Illa corrigit ſecund. ſuperi. l. ſi aliquis Baro, &c. in ver. ſi autem pauciora, &c.

ADDITIO. *Vide Affl. in c. 1. §. donare. col. 9. 10. qual. feu. alie. pot.*

De dota-

ANDRÆAS DE ISERNIA.

ab eo teneatur, & erit Baro. ¶ Conſenſus † Regis quaternabit illud, quia Rex confirmans uſ donare. in Auth. de defen. ciui. §. interim. de uerb. ſignifi. l. obuenire. ¶ Sed feuda collata per regem dicuntur quaternata, quia ſcripta in regiſtris, & quaternis dohanarum dominorũ, de quo plene diximus in tit. de controuer. feudi apud pares. c. 1.

† ADDITIO. *No. quòd aſſenſus facit feudum quaternatum, ſequitur ex hoc, quòd ſi venditur res tanquàm feudalis cum aſſenſu regis præſumitur feudalis, vt per And. in ver. feudum ſi venditur.* De Bottis.

¶ De iſtis Baronibus & feudatarijs, & qui Barones habeant priuilegium, plene diximus in ti. de Cap. qui cur. vendi. §. ſimiliter. Alia plene dicuntur in glo. hic.

De adhibenda fideiuſſione dominorum ſeu vaſallorum. Rubrica.

SI *dominus vaſallum.* Pulchra conſtitutio & rationabiliter facta, & prouidet tam uaſallo, quàm domino, & bene gloſſata eſt. Sed quod dicit, ꝙ poteſt pignorare dominum uaſallus, uel vaſallum dominus: Nunquid habet locum ſi ille, qui debet pignorare neget debitum, uel dicat ſe ſatisfeciſſe, an ignorabit? Si dicas hanc legẽ loqui in ſpeciali caſu domini, ſcilicet & uaſalli, ut in ſimili uidetur dicere glo. hic, in fi. erit ſpeciale ius generaliter loquens, non diſtinguens inter confitentem & negantem. Sed verius videtur, vt non correxerit hæc conſtitutio alia iura dicentia pignorari, quando debitor confitetur, & non pignorari, quando negat, & paratus eſt facere iuſtitiam, quod dic per Carolum in Longobard. de debi. & gua. l. ſi quis liber homo. argumentum pro hoc. C. de inofficio. teſtamento. l. ſi quando. nam iura non corriguntur, niſi quando dicitur. in Auth. quibus modis naturales efficiuntur ſui. §. tribus. Andr.

De dotibus. Rubrica.

LIcentiam. Dotarium debet conſtitui, ſi non conſtituatur, non debetur. ¶ Item debet conſtitui inter uiuos, non in ultima uolũtate relin-

tate relinqui, de hoc plene diximus in tit. qualiter olim ſeu.po.alie. §.donare. ¶ Et conſtituetur hoc dotarium † pro valore feudi, id eſt pro quanto datum eſt, & proinde ſeruit, non pro quanto ualeret annuatim, de hoc plene diximus in tit.de Capi.qui cur.vendi.§.ſimiliter. Poteſt autem peti conſtitui dotarium condictione ex hac conſtitutione, etiam ſi uxor nullam dotem dederit, ut in cap.9. incliti Regis Caroli II. quod incipit, mulier. Sed in teſtamento ſi dicat, conſtituo vxori meæ dotarium, ualet, & oportet, quod ſit præſens mulier, cui acquiratur. Et ſi facta ſit per internunciũ, vel per epiſtolam, oportet quod habeat ratum ante mortem conſtituentis. Si uero inter uiuos dicat, lego uxori meæ dotarium, nihil valet. ¶ Item ſi confiteatur ſe conſtituiſſe dotarium, uel in teſtamento hoc dicat: lego uxori meę dotarium, valet, vt plene dictum eſt in d.§.donare. Sed contra hæredem viri mulier ad dotarium agit perſonali, ut tradat; uel ſi tradere non poteſt, ad intereſſe contra tertium condictione, ut dictum eſt, vel rei vendicatione, ut dicit glo.infra prima conſtitutio. Mulier, vbi dicitur, quod poſt diem uotorum. Et ſi ſine cultello plicato, ut erat mos Francorum, ante fores eccleſię poteſt conſtitui dotarium. Et diximus etiam in d.§.donare.

† Additio. *Vide Luc.in l.quicunque.col.8.in fi.C.de om.agro deſer.lib.11.vbi ponit q.an mulier poſſit petere ſibi conſtitui dotarium in feudo contiguo. vide, quia multa bona dicit quæ permittuntur ratione connexitatis, & vicinitatis. quod no.pro conſuet.Neapolitana, quæ vult quòd in diuiſione rei communis fiat licitatio. nam ſi expedit uni habere aliquam partem, quæ ſit propinqua alij rei eius, tunc illa pars debet aſſignari ei, & non eſt opus venire ad licitationem. & ita fuit obſeruatum in cauſa patris mei cum D. Paulo Piſanello fratre in diuiſione domus. commiſſarij D. Ioannes Martialis, & D. Ciccus de Loffredo, Magiſter actorum Antonius Manenſius.* Piſanellus.

¶ Sed pro re dotarij, quia non eſt domina proprietatis aget confeſſoria, & ea actione, quæ competit pro uſuſfructu. de quibus dic, ut per Azo.in ſumma de uſufruc.§.eſt autem uſuſfructus. Et poſſideat tantum mulier, ſicut in donationibus propter nupt.C.de ſecun.nup. fœminæ attento tamen utrum ſit tradita, & aliquando poſſedit mulier rem iſtam uel non, uel fuerit donata, ut habeat condictionem ex l. ſi quis argentum.C.de donatio. ſecundum uerba conſtituentis dotarium, quæ in rem.ff.de rei vendicat. qui petitorio. Sed ſi eſſet domina, licet debetur ſub die incerto mortis, facit conditionem extare, interim domina eſſet.C.commu.de leg.l.fin. ¶ Sed quid eſt hoc, quod dicit pro facultate feudi. Circa hoc attendendum, quod dotarium in vulgari & communi uſu loquentium appellatur tertiaria, maxime viuentibus iure Francorum, & in iſta conſtitutione patet, ſicut eſt quarta iure Longob. ¶ In alijs bonis in feudo eſt tertia pars, patet, ſupra in l.ſi aliquis Baro. ubi de tribus feudis dat unum in dotarium, & in hac conſtitutione, quando habet unum feudum, & dimidium, dat in dotarium dimidium feudum, de duobus dabit proportionabiliter ad eãdem rationem: nam & ſi iure non caueretur, cum caueatur, ut prædicitur, ſtaretur denominationi utentium uocabulis.ff.de ſlu.& a l.1. §.1.de acquirendo rerum dominio.l.inſulam, in fi. & ſic de uno feudo dabit in pecunia quantum ualet tertia pars feudi, hoc eſt dicere, pro facultate, ut ſi feudum totum ualet vncias centum, conſtitueret dotarium in pecunia unci.33.& tertiæ. ¶ Sed nunquid in conſtitutione dotarij ſeruabitur id, quod dicitur in donatione propter nuptias, ut videlicet illi conſtituatur, quæ dedit dotem, & inquantum dedit, tantum ei conſtituatur, tantumque lucretur, & ſi nihil dedit in dotẽ, nihil de dotario conſtituatur, & nil lucretur? Videtur quod ſic, ut C. de pactis conuentis.l.fin.& in authen. æqualitas. de donationib.ante nuptias ſi conſtante. Licet enim ſpecialiter loquatur hæc conſtitutio. nil exprimendo de dote data, & de pretio lucri. Videtur id debere intelligi, quia non videtur correxiſſe illa iura, quæ tunc tantum tolluntur, quando expreſſim dicitur. ut in Authen.qui.b.mod.naturales efficiuntur ſui.§.tribus. Verius dicitur, ut ſimpliciter intelligatur, quia in auth. æqualitas. dicit gl.quod illa per diſſuetudinem tollitur, aut intelligitur quando vterque fuit pactus de lucrando. Imo in corpore unde ſumitur illa authen. de non elig. ſecũdo nuben.§.fin. dicitur, quod ſi nulla dos data ſit, nihil conſequatur. ſcilicet, de donatione propter nup.& non de alio lucro, ſicut eſt donatio propter oſculũ, & ſicut eſt dotarium, quod conſtat non eſſe donationem propter nuptias, quia alio nomine nuncupatur. C. de codicil. l.ſi idem per iſtas conſtitu.& de mente earum ſatis uidetur, quod mulier lucrifaciat dotarium, quando perdit dotem datam in pecunia more Francorum. Vnde ſi dedit terram in dotem, quia eam non perdit, non lucratur dotarium, ſicut hic dicitur, & in declaratione, ne perittorum regni, quam quidam habent pro conſtitutione, ſed non eſt conſtitutio, & incipit, ut mulier poſſit habere dotarium ſi lucratur, quando perdit dotem. ergo ſi nullam dedit dotem, non haberet quod perderet: eius enim periculo nihil eſt, qui nihil habet.ff.de furt.l.itaque, & qui.cari.ina-io.denique, & l.ſequen. Sic non lucrabitur dotarium, cum non habeat quid perderet de dote. Sed ſi non lucratur dotarium, quando non perdit dotem, videtur idem, ut non lucretur dotarium, cum non habeat quid perderet de dote. Cum nullã dedit dotem: hæc paria ſunt quantum ad virum, & hæredes viri, non dare dotem, & datam non lucrari a viro, & hæredibus, quia minus dat, qui nihil dat.ff.de tribu. illud. ¶ Item ſi mulier perdit dotem datam in pecunia more Francorum nato filio, & perdit dotem, ergo ſi nullam dedit, nullam perdit, & ſic non lucrabitur dotarium. Hoc hodie eſt aliter per conſtitutionem incliti Regis Caroli II. quæ incipit, Mulier. quæ ſtatuit, ut cuĩ nulla dote data, vel data utrunque habeat ſoluto matrimonio morte viri, dotem & dotarium, niſi aliud ſpecialiter in hoc conuenerit. ¶ Item no. quod non habent neceſſe feudatarij conſtituere dotarium, ſed poſſunt, ſi uelint, & ſic uolunt, nec debetur mulieri, ſi non ſit conſtitutum. Nam & ſi daretur minus tertia pro dotario, valet, prout vult, ſicut minus quarta datur iure Longobar. ut in Lombarda, de his quæ a viro in uxo.dantur l.1. ¶ Vnde ſi diceret vir, conſtituo tibi in dotarium vncias decem, hoc eſt tale prædium meum valens decem, quod tibi aſſigno pro valore decem, & ſi minus valet, non tenetur ſupplere, quia non dixit in dotibus: nam in contractibus quicquid omittitur pro omiſſo debet haberi.ff.de verb.obliga.quicquid. noluit plus dare, quam prædium illud, & ſi nil uoluiſſet dare, non cogeretur, ut dictum eſt. Et illud prædium, licet dicat plus valere, illud habetur, ac ſi dixiſſet, Arma virumque cano.ff.de uerb.oblig.quicquid. niſi conſtaret de mente, quod uoluiſſet decem dare pro dotario, & credebat prędium illud tantum valere, ſeruabitur tunc id quod actum eſt.ff.de re.iur. ſemper. Cum in eodem inſtanti dicuntur duo contraria, ultimum valet, ff.de hæred.inſtit.l.ſi ita.& ſi ſunt duo, & non ſunt contraria, quorum vnum eſt pro dicente, aliud contra, non poteſt unum acceptare, quod eſt pro ſe. & aliud reprobare, quod eſt, ſcilicet, contra ſe. argu.ff. de re.co.l.1.in fi.& l.ſeq.

Additio. *Adde, & quid ſi reperiuntur duo ſtatuta contraria in eo.vol.ſtatuto.cui ſtandum eſt? dic quod ſeruandum eſt illud quod eſt iuſtius, & æquius, ſecundum Bal.in c.cum olim.de conſue. & eum ſequitur Alex.de Imo.conſ.58.inci. in præſenti cauſa.in 4.vol. & dicit Bal. in l.hac conſultiſſima. in 1.col.C.qui teſta.fac.poſ. quòd ubi reperiuntur duo iura adinuicem contraria, vel duo ſtatuta adinuicem repugnantia, quod illud præfertur, quod eſt magis ſpeciale. & illud, cuius ratio eſt magis fauorabilis, cenſetur eſſe magis ſpeciale, & ad materiam, vide per Io. And.in c.1.de iureiur.lib.6.in Nouel.*

¶ Si uero conſtituit dotariũ in decem, deinde ſtatim, vel poſt dicit, quod pro illis decem dat tale prædium valens tantundem, hoc eſt dare in ſolutum, pro illis decem. ar.ff.de pig.act.eleganter.C.de ſen.liberam. & tunc ſi mulier non recepit, planũ eſt, quia non eſt perfectus cõtractus dationis in ſolutum, nam debet eſſe placitum duorum conſenſus.ff.de pact.l.1.§.1. Vel ſi dicat, recipio pro quanto valet prædiũ, & non plus, tunc ſi dimittat vir, videtur dimittere pro quanto ualet, ex quo nõ contradixit.ff.de condi.inde.quod quis. Proteſtationes hæ conſeruãt ius ff.de neg geſt. Neſennius. & per ea, quæ no.27.diſt.c.1. in gl. Sed ſi recipit mulier, facit ſibi præiudicium, quia contractus initus perfectus fuit. Vnde datio in ſolutũ ſimilis eſt emptioni.ff.ex qui. cau.in poſ.ea.l.fi.& tunc ſi eſſet præiudicium ultra dimidium, ageretur ad recipiendum, alias reſcindendum, ſecundum Moder.C.de reſcin.ven.l.2.in maioris pretij. quæ habet locum in ſtricti iuris iudicijs ſecundum Roffr. aliàs præiudicat ſibi, niſi poſſet ſe per modum reſtitutionis in integrum iuuare, & hoc erit in qualibet contractu, diximus de his in tit.de Capa.qui cur.vend.§.ſimiliter. ¶ In primo non poſſet mulier reſtitui, quia non eſt læſa, eo quod non tenetur uir conſtituere dotarium, ſed uoluntarium eſt ad plus & minus, ſicut vult vir, & uxor, & ſupra dicitur, læſio debet probari.ff.de minor. quod ſi minor.§.teſtamento. de iureiur.l.nam & poſtea.§.ſi minor. ¶ Quando communi iure vtitur nõ eſt reſtitutio, quare nec læſio.C.de in integ. reſti.l.fi. ¶ Item ſi promiſiſſet primo conſtituere dotarium in plus, & conſtituit in minus, quæſito ſibi iure per promiſſionem talem, agretur, ut conſtituat in reſiduum, nõ eſſet reſtitutio, ex quo iure communi tuta eſt.ff.de mi.in cauſæ. niſi recipiendo ſcienter feciſſet ſibi præiudicium, tunc reſtitueretur, & eſſet læſio euidens, ut ſequitur. ¶ Item in ſecundo quando conſtituit dotarium decem, & aſſignauit pro decem prędium valens minus, per receptionem iſtam in ſolutum præiudicat ſibi, ſed reſtitueretur minor, ſicut in qualibet cõtractu: euidens enim eſt læſio eius, quia debuit aſſignare in ſolutum rem ualentem decem, & recipit rem valentem quinque. In omnibus, ubi læditur reſtituitur minor.ff.de mino.l.ait prætor.§.non ſolum. ¶ Mulier maior non haberet reſtitutionem iure communi in integrum. In regno habet in iudicijs, quando enormiter læditur, ut loquitur conſtitutio, obſcuritatem. ¶ Prædicta locum habẽt in his, quæ neceſſario non imminẽt facienda. Nam ſi in uenditione dixerit venditor, tale prædium meum, eſt annui redditus unciarum auri ſex: & uenditur pro uiginti, cum non valeret annuus redditus eius ultra quatuor, niſi aliàs eſſet empturus emptor, tenebitur quanto plus emiſſet credens ualere ſex annua, ſed ſi non eſſet aliàs empturus, nullus eſſet contractus.ff.de act.emp. Iulia §.ſi uenditor. cum concor.

L*icentiam Baronibus*. Quæro, quid ſi miles, aut Baro conſtituit uxori ſuæ dotarium in pecunia, cum non habet feuda in debita quantitate: & deceſſit legitimis hæredibus non relictis, qualiter ſubuenitur

De dotarijs conſtituendis.

TITVLVS XVI.

Soluto matrimonio morte viri qui feudũ in dotario dederit, vxor quæ remanſit domina dotarij præſtat ſacramentum fidelitatis ei qui remanſit dominus Baroniæ, ſcilicet, ut aſſecuret eum de vita, & membris, & captura perſonę, & quod præſtet ſeruitium Curię ad requiſitionem iſtius domini, ſed filius communis matrimonij non aſſecurat, & ter ſubmonita ſeruitium Curię non ſoluendo poterit diſſaſiri, multa grauamina hominibus dotarij illata a domina per dominum Baroniæ, vel feudi emendare tenetur. Item homines dotarij aſſecurant dominam ſaluo iure domini Comitis, vel Baronis ſimiliter, & dictum Comitem ſeu Baronem ſaluo iure dotarij dominę. h. d. Lallus de Thuſcia.

REX GVLIEL.

MVlier [a] quæ dotarium habuerit in terra, poſt mortem viri hæredem, vel dominum Baroniæ de dotario aſſecurare tenetur, videlicet de vita, membris, & captura corporis ſui, & quòd non quærat artem, vel ingenium: qualiter prædictum dotarium de Baronia, vel Comitatu ſubtrahatur, ſaluo per omnia mãdato ſuperioris domini.

De dotarijs conſtituendis. *Rubrica.*

[a] MVlier quæ. Hæc conſtitutio, licet verboſa, breuis tamen eſt intentionis, ſcilicet, quod ſoluto matrimonio morte viri, qui feudum in dotario dedit, uxor quæ remanſit domina dotarij, præſtat ſacramentum fidelitatis ei, qui remanſit dominus Baroniæ, ſcilicet, vt aſſecuret eum de uita, & membris, & captura perſonę, & quod præſtet ſeruitium Curię ad requiſitionem iſtius domini. Item homines dotarij præſtant ſacramentũ uxori, ſaluo iure domini Baroniæ, & econtra præſtant ſacramentum domino, ſaluo iure vxoris.

Mulier. Quæ dotarium, iure Francorum dotarium ſuccedit loco quartæ, nam iure Regni quarta debetur uxori ſoluto matrimonio, ex morte tamen viri, & uxore ſuperſtite. Item nec in eo caſu debetur uxori, niſi probetur conſtituta, data, & tradita dos. Et hoc regulariter, licet ex quadam cõſuetudine aliud obtineat in quibuſdam partibus Regni. ¶ Item dotario conſtituto demum ſoluto matrimonio, ſi mulier eligat habere dotarium, dotem repetere non poterit; & econuerſo, ſi eligat reſtitui ſibi dotem, dotarium ſibi petere non poterit: alterutro enim ipſorum debet eſſe contenta, & hoc verum eſt, niſi tempore conſtituti dotarij, hoc eſt tempore contracti matrimonij, quando dotarium conſtitutum fuit, actum & expreſſum fuit inter uirum, & uxorem, quod in caſu matrimonij ſoluti utrunque haberet: tunc enim & dotem recuperat, & dotarium retinebit. Et hoc iure Francorum. Et hoc eſt verum vbi dotarium conſiſtit in pecunia. Si verò conſiſtit dotarium prædictum in terra, niſi quo ad vſumfructum in vita ſua tantum iure Francorum, ſi dos conſiſtit in pecunia, ſi contingat diſſolui matrimonium morte viri liberis ſuperſtitibus, mulier non recuperat dotem in pecunia conſiſtentem. Idem & ſi conſtante matrimonio aliqui filij ſuſcepti fuerint, & non ſuperuixerint, quia præmortui ſunt adhuc conſtante matrimonio. Nam licet poſtea matrimonium diſſoluatur morte viri, non recuperat dotem; & ſic remanet mulier indotata, quod valde durum eſt. Secus autem ſi dos conſiſtit in ſtabilibus, quia tunc mulier in omnem euentum recuperat, & hæc vera ſunt, quod non recuperat dotem cõſiſtentem in mobilibus, ut dictum eſt, in caſu prædicto, quando mulieri conſtitutum fuit dotarium, quia dotarium prædictum ſuccedit loco dotis, & illud tantũ retinebit mulier ſub diſtinctione prædicta, videlicet, quia dotarium conſiſtens in pecunia retinebit ſibi, & quo ad plenum ius habebit, & poterit inde facere voluntatem ſuam, & tranſmittit ad ſucceſſores. ¶ Si verò dotarium prædictum conſiſteret in terra, tunc licet non recuperet dotem, illud tamen dotarium non habebit, niſi in uita ſua tantum, ſcilicet, quo ad uſumfructum. ¶ Si uero mulieri non fuiſſet aliquod dotarium conſtitutum, nec in terra, nec in pecunia, & ita non poteſt ei conſuli per retentionem dotarij, tunc indiſtincte dotem recuperat, ſuſceptis filijs, uel non ſuſceptis. ¶ Et nota, quòd quando dotarium conſtituitur, debet conſtitui in die, quo ſponſaliæ contrahuntur, & ante fores eccleſiæ. ¶ Et plus etiam ſeruabatur antiquitus, quia Barones conſtituebant dotarium cum quadam ſolennitate, uidelicet loco cuiuſdam guadiæ ſeu ſtipulæ conſtituebant per quendam cultellum cum ferro incuruato circa punctum ad modum putatorij figuratiuè, quaſi diceret, quia homo eſt firmus, & conſtans tamen incuruatur, & flectitur ad ipſum dotarium conſtituendum. Vnde ſic debent concipi uerba in inſtrumento dotarij, quòd talis Baro iure Franco-

rum

ANDRÆAS DE ISERNIA.

ſubuenitur mulieri petenti dotarium in pecunia conſtitutum? & uidetur, quod nullo modo, & nullo iure. Quia pro petẽdo dotario competit condictio ex iſta conſtitutione, cum non ſit per aliam legem cautum, aut conſtitutionem, quo genere actionis petatur, ut ff. de condi. ex lege. l. unica. & ipſa condictio eſt perſonalis, ut C. de his, quæ ſub mo. l. 1. & Inſtit. de actio. §. ſic itaque. Nam contra iſtum poſſidentem feudum mariti conſtituentis dotarium inſtitui non poteſt: quia fiſcus poſſidet ipſa feuda, tanquam dominus, ad quem reuerſa ſunt, ut ad dominum ex morte feudatarij, non tanquam ad hæredem. l. vectigali. ff. de pignor. Perſonalis enim actio non ſequitur fundum. ff. ad Trebellia. l. 1. §. ſi hæres. ff. de iudi. l. fideicommiſſum. §. tractatum. unde iſta ratione non uidetur poſſe inſtitui condictio ex lege contra quemcunque alium poſſidentem. Reſpondeo: probabiliter dicimus, ſi mulieri conſtitutum eſt dotarium in pecunia, petet illud a fiſco poſſidente feudã uiri conſtituentis dotarium, uel quocunque alio poſſeſſore per hypothecariam actionem: quæ datur uxori tam pro dote, quàm pro donatione propter nuptias, in cuius locum dotarium ſuccedit, ut C. de iure dotium. l. ubi. & notatur. C. qui potiores in pigno. habean. l. aſſiduis. Non obſtat quòd non poteſt conſtitui hypotheca ſuper feudo: cum talis obligatio ſit legalis, per conſtitutionem iſtam ante dictam, argumen ff. de rebus corum. l. ſecunda, circa principium. De iſta obligatione legali loquitur. C. de legiti. tutela. l. ult. in gloſſa. Bartholomæus de Capua.

Quæro, nunquid domina dotarij petet ſubuentionem a uaſallis, in quibus habet dotarium? videtur quod nõ, quia hæc ſubuentio, ſeu adiutorium non poteſt peti, niſi a uaſallis, ſeu hominibus ſuis, ut dicit conſtitutio regni, quamplurium. Suorum autem appellatione non continentur vaſalli, in quibus tantum habetur uſusfructus: ſicut ſunt vaſalli dotarij, prout non continentur ſerui fructuarij, ut ff. de legatis, & fideicommiſſ. 3. l. ſeruos. ſecundo reſponſo. In caſu tamen, quo peteretur ſubuentio, ſeu adiutorium a uaſallis dotarij propter ſeruitium militare præſtitum, dico, quòd domina dotarij habebit ſubuentionem a vaſallis dotarij. Quia cùm ſubueniat ratione præſtationis dicti ſeruitij, dicta mulier habebit ſubuentionem pro ipſo ſeruitio, argumen. ff. de uſufructu legato. l. quæro. ff. de uſufruc. l. hactenus. & l. ſequenti. hoc enim caſu propter naturalem rationem, & mentem, lex quæ ſtatuit lucrum, & onus ſimul collocari, ut in præmiſſis legibus, diſceditur a propria ſignificatione uerborum: ut appellatione ſuorum hoc caſu vaſalli dotarij intelligantur, argumen. ff. de auro & argento legato. l. pediculis. §. Labeo & melius. ff. de conditionibus, & demonſtratio. l. Publius. §. circa. In alijs uero caſibus dominus feudi proprietatis habebit dotarium, ſeu ſubuentionem a uaſallis dotarij, arg. ff. de leg. 3. l. ſeruos autem ſuos. Nam & ſerui fructuarij (in quibus plus habetur, quàm in vaſallis) non quærunt nobis niſi ex operibus ſuis, & re noſtra: extra iſtas uero cauſas quæritur domino proprietatis, ut ff. de acquir. rer. domin. l. acquiritur. §. de his. & de vſufruc. l. ſerui fructuarij. Vide cap. regni, dotarium. & de prog. ſucc. baro. c. 2. Barthol. de Capua.

In tex. cæterum. Sed nunquid hoc caſu feudum ſit obligatum? dic quòd ſic, ut ff. de bon. poſſ. contra tab. l. ſi. & de ali. & cib. leg. l. Lucius. Barthol. de Capua.

In textu, ſi unum. Sed an eo caſu quo Baro habet unum feudum tantũ, & conſtituit uxori ſuæ dotarium in pecunia, ſit ipſum feudum obligatum? Reſpondeo, ſic, ut tam pro dote, quàm pro donatione propter nuptias bona ſint obligata tacitè, ut C. de rei uxor. actio. l. 1. & de donatio. ante nuptias. l. ſi conſtante. & not. C. de iure dot. l. ubi. Sed illa bona quæ regulariter alienari, uel obligari non poſſunt, obligantur tacitè obligatione legali, ut notatur. ff. de pact. l. & quia. & de rebus eorum. Ergo hic videtur idem, quod pro dotario, quod æquiparatur dictæ donationi, dictum feudum ſit per legem tacitè obligatum. Petrus de Monteforte.

De dotarijs conſtituendis. *Rubrica.*

MVlier quæ dotarium x. Non eſt domina † proprietatis, patet in fine huius legis: ibi, ſaluo iure dominij Comitis, uel Baronis: ſed uſufructuaria in uita ſua, & aſſecuratur ab hoſtibus. ¶ In donatione propter nuptias eſt proprietaria, & habet hæredes filios, & ingratos exhæredat. C. de ſecundis nuptijs. l. fina. & l. fœminæ. Sed in dotario tenetur aſſecurare dominum Baroniæ, plus tamen iuris in aliquibus habet, quàm uſufructuarius, non tamen tantum, quantum vere proprietarius, quia in eo æquiparatur quarta iuris Longobar. ut diximus in tit. qualiter olim ſer. poterat alien.

† ADDITIO. *Vide Luc. de Penna in l. 1. C. quando, & quibus quar. pars. lib. 10. ubi quærit, an ſi hæc mulier moriatur ante finẽ anni transmittat perceptionem fructuum totius anni ad hæredem, cum dominus poſſit ponere cuſtodes in caſtro illo. vide ibi.* De Bottis.

Dotarium & tertiaria. Id eſt, de tertiaria fit mentio in titu. de inueſtitura de re alien. in ſi. In quarta mulier eſt domina, ſecundum, Carol. quia dedit ei vir, & dare eſt accipientis facere. ff. de uerb. obl.

ª Filios tamen communis matrimonij mulier aſſecurare non tenetur. Ad ſubmonitionem prætērea domini Baroniæ, domina quæ dotarium tenet, tantum ſeruitium curiæ tenetur præſtare. Quod ſi non præſtiterit, ter ſubmonita per dominum poterit diſſaſiri. Iniuſta etiã grauamina hominibus dotarij illata, domina per dominum Baroniæ, vel feudi emendare tenetur. Homines dotarij debent aſſecurare dominam, ſaluo iure per omnia dominij Comitis, vel Baronis. Similiter & Comitem, ſeu Baronem aſſecurare tenentur, ſaluo iure dotarij dominæ ſupradictæ.

ſuum viuens, in tali die, ante fores eccleſiæ, vbi cũ tali ipſo die cõtraxit matrimonium, conſtituit ſibi tale Caſtrum, uel tale feudum in dotarium, in quo Caſtro, & in quo feudo poteſt conſtitui dotarium ſecundum conſtitutiones, & etiam ſecundum formam, & caſus ſuperius deſcriptos, ut ipſa mulier prædictum dotarium teneat & poſſideat, ſecundum quod aliæ mulieres de Regno viuentes iure Francorũ tenent & poſſident dotaria ſua. ¶ Sed quo iure prædicta mulier petet prædictum dotariũ conſtitutum? Reſpondeo, ſi aget contra hæredem uiri, aget perſonali, ut tradat; vel ſi tradere non vult, uel non poteſt, ad intereſſe. Si verò agat contra tertium poſſeſſorem, agat contra eum rei vendicatione, aliàs ipſo iure excluſa eſt. Sed cum dotarium ſuccedit loco quartæ, quia non dicimus ſemper acquiſitum dominium dotarij mulieri, ſicut in quarta etiam ſine poſſeſſione, quia conſtituendo quartam omnium bonorum, iam contracta eſt inter eos ſocietas omnium bonorum: ſunt enim ſocij diuinæ & humanæ domus, & ſic ſine poſſeſſione & traditione facta eſt communicatio, & tranſlatio dominij prædictorum bonorum in eos mulieri, ſcilicet, pro quarta, & uiro pro tribus partibus, ut ff. pro ſocio. l. 1. & ff. de bo. liber. l. 1. & ff. re. amo. l. 1. Nam in quarta eo ipſo acquiſitum dominiũ eſt mulieri, quod ſibi a uiro eſt conſtituta, data, & tradita per verba prædicta. Nam dare eſt accipientis facere, etiam ſine poſſeſſione, cum miniſterio uiri adepta ſit poſſeſſionem, ut ff. de acquiren. poſſeſſio. l. quod meo. & ff. qui. mod. uſusfruct. ami. l. ſi mulieri. Imò illa ratio eſt, quare quartæ dominium acquiritur mulieri etiam ſine aliqua poſſeſſione, quia ſecundum ritum Lombar. in ſequenti die nuptiarum debet ire uir ad vxorem ante parentes & amicos, & cum ſcripto hoc inſtrumento demorgincab exinde confecto, & dicere vxori, per hoc ſcriptum morgincab inueſtio te de quarta omnium bonorum meorum, & ſic per conſequens tranſlatum eſt in eam quartæ dominium ſine aliqua poſſeſſione per traditionem illius ſcripti, ſicut facta traditione inſtrumentorum emptionalium ſeruorum, ipſi etiam ſerui uidentur traditi, ut C. de donatio. l. prima. ¶ Sed nunquid hodie ſufficit ſi appareat aliquod inſtrumentum ſimpliciter confectum de conſtitutione, datione, & traditione quartæ, licet non ſit in eo compræhenſa ſolennitas quòd in ſequenti die præſcriptum morgincab ſibi ſit traditum, & exinde inueſtita? Reſpondeo, ſic, quaſi præſumantur omnia ſolenniter acta: ſic etiam in dotario, ex quo etiam apparet inſtrumentum confectum de dotario, licet ſit illa ſolennitas omiſſa, quod ante fores eccleſiæ ſit conſtitutum, ſufficit ex quo habeantur aliæ ſolennitates, quæ exiguntur in matrimonio. ¶ Sed quid ſi non inuenitur traditio, tunc mulier habet rei vendicationem utilem, & non directam, ſicut diximus in donatione propter nuptias, ut no. in ſumma Azo. de donatio. ante nupt. §. petitur. Nam dotarium, & quarta parificantur donationi prædictæ, ut mulier poſſit habere dotarium, ſeu tertiariam in terra feudali ei conſtitutum. ¶ Olim iure conſtitutio. regni oportebat primo, quòd maritus conſtituens dotarium haberet feudum, & dimidium: aliàs enim in terra dotarium conſtituere non poterat, & illud non eſt innouatum. Item neceſſarius erat conſenſus domini generalis in matrimonio contrahendo, ut poſſet feudum in dotem dari, uel pro dote obligari, uel dotarium in feudo conſtitui, aliàs conuentiones omnes ſuper his habitæ nullas uires habebant. Hodie autem per conſtitutionem nouam † domini Regis non ſufficit conſenſus generalis ſuper matrimonio. Sed requiritur ſpecialis, & expreſſus conſenſus domini generalis in feudo dando in dotem, vel obligando pro dote, uel conſtituendo dotario in eo.

† Additio. *Incip. ad Maieſtatis. Et licèt And. dicat, q nõ reperiatur, ego tamẽ habeo, quã exemplaui ab antiquo regiſtro.* De Bottis.

¶ Sciendum tamẽ eſt q vbi mulier dedit certã rem feudalem in dotẽ, & eſt dotarium cõſtitutũ in terra, præmortuo viro ſuo, non põt in terra habere dotariũ, & eſt ſatis aperta ratio, & magna æquitas, quare hoc cõtingat, qa ſiue maritus habeat ex muliere filios, ſiue nullos ſuſceperit, mortua muliere maritus nil ex dote lucratur, ſed ea ad hæredes mulieris reuertitur. Vnde non iuſtum eſt in iſto caſu, quod mulier aliquid de dotario ſibi conſtituto in terra, præmortuo viro, lucretur niſi ei fuerit in pecunia vel in mobilibus conſtitutum, vel ei a ſuo uiro in quantitate relictum. In his enim caſibus cum maritus viſus fuerit tempore conſtantis matrimonij vita mulieris, quæ ſint in ſeruitio ſuo & ſubſtantia ſua, & fructus ſuſceperit de bonis feudalibus, ſtabilibus mulieris in dotem datis, licet ceſſerint oneri matrimonij, & ex his aliquid lucri ſenſerit: & maritus ipſam dotem omnino habere voluerit: non eſt iniquum, ut mulier in iſto caſu dotarium in pecunia conſiſtens, vel mobilibus, aut ſe mouentibus, conſequatur. ¶ Vbi uerò mulier dedit dotem in pecunia, vel mobilibus conſiſtentem, hic maritus per natiuitatem filiorum lucriſacit dotem, & mulier amittit eam, ſiue præmoriatur uiro, ſiue ſuperuixerit, & præciſe petit dotarium, ſiue in pecunia, vel in mobilibus, ſiue in terra ei fuerit legitimè conſtitutum: & iſto caſu non poteſt utrunque habere, ſcilicet, dotem & dotarium: niſi maritus, qui dotem lucratus fuerit per natiuitatem filiorum, ipſam ſibi in teſtamento, uel ultima uoluntate legauerit, & tunc mulier habebit eam, non tanquam dotem, ſed iure relicti: & hæc quæ dicta ſunt, locum habent in ſuis caſibus, referendo ſingula ſingulis. ¶ Sed ſi dos partim in ſtabilibus, partim in mobilibus, conſiſtet: & vt dotarium partim in ſtabilibus feudalibus, partim in mobilibus fuerit conſtitutum: illud certum eſt, quod vbi mulier nullum ſuſceperit ex matrimonio filium, & præmoritur ei maritus ſine diſtinctione aliqua, in quo conſiſtit dos, uel in quo fuerit ei dotarium conſtitutum, habet optionem, ſi uelit repetere dotem, an conſequi dotarium: vt tamen ſi etiam dotariũ habere eligat poſſit habere etiam mobilia dotis, præter pecunias, quæ de dote ſuperſunt. ¶ Et hæc omnia locum habent ſecundum conſuetudinem nobilium iure Francorum in Regno uiuentium: & ſi quidem dotarium fuerit mulieri conſtitutum in terra, mortua ea reuertitur ad baroniam, uel ad feudum, à quibus proceſſit. ¶ Si uero conſiſtat in pecunia, uel mobilibus, lucratur dotarium: veruntamen neceſſe habet mulier dotarium filijs illius matrimonij ſeruare, ſicut pater dotem, quam lucratus eſt occaſione natiuitatis filiorum: & ſi ulterius non nupſerit mulier, uel maritus ad alias nuptias non conuolauerit, locatur in loco dotis, uel dotarij in virilem portionem cum filijs eiuſdem matrimonij. ¶ Si verò ad aliud matrimonium tranſiuerint, amittant proprietatem, etiã in virili: & habebunt ſolum vſumfructum.

a *Filios*. Nedum dominus, vt hic: ſed etiam cohibuit lex caſtigatores fieri filios genitorum, ut in corpore Authen. collat. 4. de nuptijs. §. ſancitum eſt.

ANDRÆAS DE ISERNIA.

vbi autem. in fi. ſicut dat tertiariã in feudis, & ſicut quarta reuertitur ad filios illius matrimonij. C. de ſecun. nup. fœminæ. ſic & dotarium ſeu tertiaria ad feudũ ſeu Baroniam, ut hic dicitur. ¶ Habet ergo mulier in tertiaria ſeu dotario illud utile dominium, quod habebat, qui dotarium conſtituebat, ſicut quando daret in feudum, tunc nihil remanet in feudo apud illum, ſed effectus ſeu exercitium illius utilis domini, dictum eſt in ti. de cap. Corra. § præterea. tãto plus, quantò per has conſtitutiones conſtituitur, licet non teneat in feudum. alias dotur in feudum a feudatarijs. Hodie de iure iſtarum conſtitutionũ dixi, ſupra de feudis, & re. feud. non alien. l. conſtitutionem. ¶ Transfert ergo ius ſuum dando in dotarium, donec mulier uiuit, retentis ſibi his, quæ dicit hæc conſtitutio. Et quod dicit in fi ſaluo iure dominij Comitis uel Baronis futuri, quia muliere uiuẽte nõ habet, niſi quod hæc lex ſibi reſeruat, quod quidẽ ius dominij directi, uel utilis apud duos inſolidum eſſe non poteſt. Nam directum eſt Regis, ut dixi in d. §. præterea. & ſic habet plus iuris, quàm uſufructuarius. An ergo mulier, quæ dotarium habet in iure patronatus eccleſiarum præſentabit ipſa, uel dominus Baroniæ? Reſpondeo, mulier nam & fructuaria eſt in præſentatione, quia ſi deueniret ad paupertatem, deberet ali de bonis eccleſiæ ſecundum Canones. Item fructuaria eſt eo ipſo quod præſentat quem vult, argumen. ff. de vſufruc. & habit. l. fin. maxime cum teneatur ſibi ad antidora ille, quem præſentat. ff. de petit. hæred. l. ſed ſi lege. §. conſuluit. Item quia ipſa facit ſeruitium, cũ fructus † percipiat: ipſa habet etiam ſubuentionem a uaſallis terræ dotarij, quæ datur facientibus ſeruitium. ff. de vſufructu leg. l. quarto. ff. de vſufruc. l. hactenus. hæc dicentur plenius in conſtitutione, quam plurium. ¶ Et excadentias ergo ipſa locabit.

† Additio. *Qui percipit fructus, tenetur ad ſeruitiũ, & qui facit ſeruitium poteſt adiutorium petere. no. q ſi mulier locat excadentiam, num ſibi præiudicet, vide Parid. de reinteg. feud. c. & in quantum. ubi loquitur de feudatario cõcedente excadentias. & per ibi dicta poteſt decidi quæſtio, ſi tenens feudum cum pacto de retrouendendo conceſſit excadentias, ſi facta retrouenditione reſoluatur conceſſio, diceremus quòd non.* Iacob. Anellus de Bottis.

¶Sed nunquid locationes & præſentationes durabunt vſque dum ipſa mulier viuit, an perpetuò? Videtur q dũ ipſa viuit tantum: quia ſi vſuſructuarius dat vſumfructum: iſte, cui datur, habet in uita dantis tantum. ff. de periculo & commodo rei venditæ. l. quod ſi pendente. in fi. de nouationibus. l. 4. ff. de iure dotium. aliàs, de pact. dotalib. l. vſusfructus. Præterea mulier in uita ſua tantùm haberet. ergo tantùm ille, cui locat: quia non poteſt dare plus quàm ipſa habet. ff. de acquir. rer. dom. l. traditio. Et quod dicitur de præſide interdicente, & damnante, argu. ff. de pœnis. l. fi. in prin. Econtra videtur, q perpetuò. ff. ſoluto matrim. l. filio. §. ult. & quia redhibito ſeruo pignori dato non perit pignus. ff. de ædilitio edicto. l. boue. §. pignus. & quibus mod. pignus vel hypot. ſol. l. debitori. Dic quod eſt uſuſructuaria: tamen locationes deſinunt finito vſufructu. ff. loca. l. ſi quis domũ. §. 1. ſed quia habet bonorum adminiſtrationem in dotario, & plus iuris quàm uſuſructuarius, ut dictum eſt. Habet enim fructus: & fructus eſt, q poſſit locare, & facta per eam reuocari non debet, poſtquam dotarium deſinit: argum. ff. de ſenten. paſ. l. fi. & de ſatiſd. l. 1. poſito exẽplo, ſcilicet, q ſi uir locat, mulier facto diuortio, tenetur ſeruare locationem uiri, dicta l. ſi filio, in fi. aliàs poteſt nouus dominus colonum expellere. C. loca. emptorem. ¶Item ponitur in glo. quoddam notabile, quod incipit, vt mulier poſſit habere dotarium, † quæ non eſt lex, ſeu conſtitutio, ſed determinationes peritorum regni. magna pars eorum tollitur per cõſtitutionem inclyti Caroli II. quæ incipit, mulier. & l. ſequen. nam mulier habet utrunque, dotem ſcilicet, & dotarium: & etiam ſi nullam dotem dedit, habet dotarium & conſtitutum ſine Regis aſſenſu: nam ſoluitur releuium de dotario: diximus in conſtitut. poſt mortem.

† Additio. *Vide Camerarium in repet. l. imperialem, in prin. fol. 85. vbi facit mentionem de hac litera Andreas.* De Bottis.

M*Vlier qua dotarium*. Sed nunquid mulier, quæ habet dotarium, vel alius feudatarius, offeret iſtam aſſecurationem, ſeu ſacramentum fidelitatis domino feudi? vel dominus feudi requirit, & interpellabit pro aſſecuratione, & ſacramento præfatis? vt in vſibus feud. quæ fuit prima cauſa benefic. amit. c. 1. & 2. tamen infra ſpatiũ eſt requirendus & interpellandus vaſallus ad faciendum ſacramentũ, ſeu aſſecurationem pro fidelitate, poſtquàm eſt inueſtitus, ut notatur in d. c. 1. in glo. quæ incipit, ſed quod erit tempus, & ad hoc facit prædicta ratio conſtitutionis regni, quæ ſtatuit quòd ſi vaſallus ſeruitiũ, quod domino debet, ter ſubmonitus non præſtiterit domino, dominus poteſt de eo quod tenet ab eo per reſguardum diſſaſire, vt in cõſtitutione regni, de fideiuſ. do. a uaſal. l. 1. Patet igitur, quod maius cõmodum eſt reipublicæ & totius comitatus, q præſtentur ſeruitia militaria per feudatarios dominis ſuis, aſſecuratio ſeu ſacramentum fidelitatis, argum. bonum. C. locati. l. militis. Et tamen pro ſeruitijs militaribus exhibendis dominis neceſſaria eſt etiam requiſitio, & interpellatio, vt d. tex. ergo prius erit requirendus, & interpellandus vaſallus pro ſacramento aſſecurationis, ſeu fidelitatis. ¶In quãtum autem temporis ſpatium ſit requirendus uaſallus, ſeu interpellandus ad præſtandam ipſam aſſecurationem, ſeu ſacramentum fidelitatis? dic ſicut habetur in vſib. feudorum, in d. cap. quæ fuit prima cau. benefi. amit. Sed iſta non videntur procedere ſecundum regiam conſtitutionem: quia Baro non poteſt recipere ſacramentum aſſecurationis a uaſallo ſine licentia regis: vt ſ. de ſucceſſ. in feud. in conſtitutione, quæ incipit, Comite vel Barone, &c. Sic ergo inquiſitio & iuſſus huiuſmodi aſſecuratio. uidetur probabiliter dicendum, q infra annum numerandum a morte Comitis vel Baronis: vt ſupra probatum eſt in fi. regalis curiæ, etiam in mora forſitan non concedendi aſſecurationem prædictam, argum. bonum in Authen. de appel. & infra quæ tempora. §. illud. Barthol. de Capua.

In tex. ibi, per dominum poterit diſſaſiri. Sed qualiter hæc iniuſta grauamina emendare tenetur domina dotarij per dominum Baronem, nunquid coram eo, ſicut coram iudice, uel per eum, id eſt, ipſo inſtante & requirente? Et primò uidetur q debeant emẽdari coram ipſo domino cognoſcente, & iudicante. Hoc ſonare uidetur uerbum hoc, per dominum Baroniæ: Sicut dicitur peti per iudicem illud, quod authoritate iudiciaria poſtulatur, vt ff. ſi cer. pet. l. vinum, quod mutuum, circa princ. & ff. quod met. cau. l. extat. ibi, ius eſt. & tũc quoties id quod deberi ſibi putat, non per iudicem repoſcit, id eſt, authoritate iudicis. ¶Econtra videtur, quod non coram domino Baroniæ, ſed ipſo poſtulante, requirente, & aſſiſtente ſi voluerit, & ſua putauerit intereſſe, debeant iſta grauamina emendari coram iudice competenti, qui eſt Iuſtitiarius regionis. Conſtat quod iſte Iuſtitiarius eſt iudex nobilium & militarium perſonarum, ut ſupra de ſer. iud. Com. & Baro. l. ut uniuerſis. & notatur in apparatu communi cõſtitutionis, de offic. camer. l. 1. Ergo coram eodem Iuſtitiario agetur, & tractabitur cauſa de ipſis grauaminibus emendandis: arg. in Auth. de mand. Princip. §. ſic quoque 3. collat. ibi, ſi uerò cum te non adierit, &c. ¶Circa quod videtur probabiliter dicendum, q idem Iuſtitiarius ſit iudex ad emendanda iam dicta grauamina, unde alius nõ videtur adeundus: argumento bono, de his quæ in teſta. del. l. proxime. §. ſed in re dubia. ibi, uos habetis iudices ueſtros. Si verò dicta grauamina tranſeunt in ſpeciale nomen maleficij, dominus Baroniæ de illis cognoſcere non poſſet: quia non habet iuriſdictionem ſuper maleficio tanquam priuatus, quia cognoſcere non poteſt, immò puniretur grauiter, ut ff. ad leg. Iul. repetund. l. Iulia repetun. 17. q. 3. cap. quiſquis. & argum. ff. de offi. præſid. l. 3. ¶Super alijs vero grauaminibus, quæ non ſapiunt crimen, non poſſet cognoſcere dominus Baroniæ, quia eadem cognitio pertinet ad Iuſtitiarium regionis. Et rationabiliter poteſt dici, quòd cum præſens conſtitutio, mulier. quę fuit Gulielmi ſecundi, tollatur per dictam conſtitutionem Frederici, de ſeru. iud. Com. & Baro. tanquam ad hoc per poſteriorem, reſtat, quòd ipſe dominus Baroniæ, ſolum poteſt ſe interponere ad remittenda grauamina, petendo, requirendo, & aſſiſtendo, etiam ſi vaſalli grauati hoc negligant, vel omittant: quia ipſius domini intereſt ratione proprietatis. ¶ Sed inſtatur adhuc ſolertius, & uidetur quod dominus Baroniæ ſit iudex, & cognitor grauaminum, quæ inferũtur vaſallis per dominum Baroniæ dotarij. Dicit enim hæc conſtitutio, quòd mulier, quæ habet dotarium, tenetur dominum Baroniæ de dotario ipſo aſſecurare ſcilicet, de uita, membris, & captura corporis ſui, & quod non quærat artem, uel ingenium, qualiter prędictum dotarium de Baronia, vel comitatu ſubtrahatur, per quod uidetur uaſalla domini Baroniæ: vnde ſub eo conuenienda eſt pro dictis grauaminibus emendandi, quia dominus eſt ordinarius inter vaſallos ſuos: ut extra de foro compet. cap. verum. & in libro Feudorum, de prohi. feu. alien. per Fredericum. cap. Imperialem. §. præterea. ¶Sed hoc non obſtat: quia dictum ſacramentum, quod præſtat mulier domina dotarij, non eſt ſacramentum aſſecurationis, ſeu vaſallagij: Sed eſt quædam aſſecuratio mentis: & propterea non aſſecurat, niſi in tribus capitulis, ſcilicet, de uita, membris, & captura corporis ſui, & quod non quærat artem, &c. ut ſupra dictum eſt. Et hæc approbantur in uſibus Feudorum, qualiter vaſallus iurare debeat. cap. 1. §. ſi uero. At uaſallus iurat, & aſſecurat in ſex uel ſeptem caſibus, ut c. 1. & 2. de dom. a uaſal. ¶ Præterea domina dotarij præſtat ſeruitium regiæ curiæ, & nõ domino Baroniæ, vt dicit hæc conſtitutio. Et ſic nec ratione rei, nec ratione uaſallagij, ipſa domina dotarij ſubeſt domino, ſed tantum ratione tenutę, quam habet de re, in qua dominus habet proprietatem, ſicut probatur 16. q. 2. cap. poſſeſſio territorij. ¶ Præterea hæc conſtitutio dicit, quòd ad ſubmonitionem domini Baroniæ, domina quę dotarium tenet, ſeruitium curiæ præſtare tenetur, quod ſi non pręſtiterit ter ſubmonita per dñm Baroniæ poterit diſſaſiri: ſed reuera ſecundum ſanum, & cõem intellectum intelligitur, id eſt, poteſt facere diſſaſiri, ſicut exponitur ſupra mand. ſi te condemnauero, id eſt, recõmendari fecero, ut ff. de his qui notantur infamia. l. furti. §. mãdati. & ff. de adminiſtr. tut. l. 2. quæ incipit, ſi tutor condemnatus, & ſic ẽt exponitur C. de ſuſpectis tutorib. l. pietatis. ¶ Et hoc ſeruat cõis & vniuerſalis conſuetudo in Regno Siciliæ, ut ſcilicet, grauamina uaſallorum dotarij tollantur, & emendentur per Iuſtitiarios regionum, uel alium iudicem a Regia curia delegatum: & ſic uidimus ſemper ſeruari de facto. ¶Et dum quondam bonæ memoriæ dominus Petrus Natus, claræ memoriæ domini Regis Caroli II. Comes Ebuli, in qua dicebantur illata per dominam Margaritam uxorem quondam domini Petri de uilla Peruſcia uaſallis poſitis in Caſtro Materæ, cuius ꝓprietas erat domini Comitis Ebuli, quod prædicta domina Margarita tenebat pro dotario ſibi conſtituto a quondam domino Girardo de Duratio anteriore uiro ſuo, tollere uellet, & emẽdare per ſe, & officiales ſuos, nihil a Regia curia obtinere potuit, & habere; niſi quod ſcriptũ fuit per literas Regias, quæ in regiſtris curiæ ſunt inuẽtæ. Iuſtitiario Baſilicatę, vbi poſita eſt dicta terra, ut dicta grauamina faceret emẽdare: & ſi eidẽ Iuſtit. uideretur expediẽs, compelleret prædictã dominam Margaritam ad cauendũ, ut uteretur iã dicto dotario, arbitrio boni viri. Non ſunt ergo mutanda, quæ certã ſemper habuerunt interpretationem, ut ff. de legi. l. minime. Barth. de Capua.

Pro iſta conſtitutione, quæ loquitur in dotarijs, uide c. 2. quod incipit, mulier dotarium. quod eſt Caroli ſecundi, de dotarijs.

In gl. 2. circa principum. No. gl. notabilem, q quarta debetur uxori mortuo uiro, & uxore ſuperſtite: unde innuit q uxor non poteſt diſponere de quarta dum eſt in ultimis conſtituta uiuo marito. Hoc etiam teneo per iſtam glo. & ſemel quidam iudex, qui iudicauit contra, petijt a me Item no. ex ea q nunquam præſumitur quarta conſtituta, niſi probetur conſtituta. Idem tenet glo. in authen. dos data. C. de dona. ante nup. Petrus de Monteforte.

Ibi eſt proprietaria. Silicet. ſi non habet liberos, aliàs habet vſumfructum tantùm, ſi tamen abſtinet a ſecũdis nuptijs, lucratur proprietatem pro numero liberorum, vt in Authen ut fratrum filij. §. quia verò. colla. 9. & C. de ſec. nupt. auth. ſi tamen. Et concordat cum c. Regis Caroli ſecundi, quod incipit, mulier dotarium.

Ibi, plus iuris in aliquibus habet quam uſumfructum. Sed certè non uideo quid ſit illud plus iuris.

Ibi, item fructus eo ipſo. Item quia fructus iuris patronatus eſt præſentare, ut Inno. notat in cap. conſultationibus. de iure patr. & ad hoc quod notatur per Innoc. & Hoſt. in cap. in literis. de reſt. ſpol. & de iure pat. cap. ex literis.

De fratribus obligantibus partem feudi, &c. Rubr.

a FRatribus. In ſuperiori conſtitutione ponuntur caſus, quando liceat alienare feudũ pro dotario, hic dicitur, quando pro dote, & huic ſimiliter concordat lex illa, quæ intelligitur cum determinatione, ut ſi habeat ſororem ad maritandum, & habeat plura feuda, det unum in dotem: vel ſi habeat unum, obliget partem feudi pro dote, ſcilicet, in pecunia numerata conuenta, argumẽ. ſuprà proxima conſtitutione, ut matrimonium illud fiat de uoluntate filij.

Fratribus ob dotes. Nota, quòd licet generaliter ſit prohibita feudi obligatio, & alienatio, vt ſupra de iuribus rerum regal. l. ſcire uolumus, & de reuocatione

De fratribus obligantibus partem feudi pro dotibus ſororum.

TITVLVS XVII.

Si Baro habeat ſororem ad maritandum, & habet plura feuda, det vnum in dotem: aliàs ſi habet vnum, obliget partem feudi pro dote conuenta in pecunia, dum tamen, quòd matrimonium fiat de ſpeciali conſcientia Principis, ſine cuius ſcientia facta omnes conuentiones ſunt nullæ. hoc dicit. Lallus de Thuſcia.

† REX GVLIEL.

FRatribus [a] * ob dotes ſororum ſuarum, ſi mobilia, vel hæreditagia non habeant ſororib. ſuis partẽ feudi permittimus obligare: & ſi ẽt tria feuda, aut plura habeant, vnum ex eis in dotem [b] ſorori dare poſſunt. Vt tñ in oĩbus ſupradictis, quando feudum alienatur, vel obligatur, aut in dotarium conſtituitur, matrimoniũ ipſum de ſpeciali

feu. l. 1. & 2. tamen in caſu ſpeciali permittitur, videlicet, propter dotem & dotarium, ut hic, & ſupra de do. ſta. l. ſi aliquis. & l. licentiam. & argumen. bonum ad hanc ſpecialitatem in Authen. de exhiben. & introdu. reis. §. optimum quoq; eſt. Nam hoc fauore dotis defenditur, vt ff. famil. erciſc. l. Pomponius Philadelphus. ¶ Et quod regulariter etiam ſit prohibita obligatio pignoris in feudo, patet: quia quando alienatio prohibetur a lege, & pignoris obligatio, ut C. de re. alie. non alie. l. fin. & ad idem. ff. quæ res pig. obli. pot. l. eam rem. licet ſit argu. contra. ff. de pig. in quorum finibus ſimiliter per legem Freder. I. Imperialem decet, &c. expreſſe prohibetur feudum obligari, ut no. ff. de pig. l. lex vectigalis. in vlt. glo.

• ADDITIONES. *Quid in patre? a fortiori ſtatuit idem Rex Robertus per literas directas Martia de Ieſualdo, ut habeo literas extractas ab archiuo in conſti. ad pennam. iſta litera fuerunt Caroli II. in perſonam Martia, quando maritauit filiam ſuam Landulpho de Cripta. & iſte Landulphus fuit de domo Aquino Domino Cripta Minarda, & obligauit caſtrũ Rocella, quod hodie vocatur la Rocchetta, quod per Ladiſlaum de Aquino proditum fuit tempore inuaſionis Lutrech, & conceſſum Domino de Bauri, & iſta litera fuerũt incorporata per Carolum Ducem Calabria, nepotem Caroli II. filium Roberti, quando expediuit ſimiles literas pro Rogerio Saluatico, quando maritauit Blancam Florem filiam ſuam Pãdulpho Padula, & obligauit caſale Alphane, quod immediatè a Curia tenebat in feudum ſub ſeruitio feudali medij militis ſub dat. per Barthol. de Capua 1322. 17. Septemb. 6. indict. & eſt in d. regiſtro, c. 133. c. 135. Et miror, quòd Dom. Anton. de Alexandro, vir doctus & practicus, non fuerit recordatus de hoc, in conſi. 52. in 2. li. dub. inter conſ. Loffr. dum per rationes expreſſas in iſtis declaratorijs, tenet idem in patre, & an ſi non erat ætatis nubilis, & ſic pro futuro matrimonio, in regiſtro Regis Roberti, quod tenet Dominus Antonius Barattucius, fiſci aduocatus, eſt declaratio tenoris, videlicet, Robertus, &c. Nobili viro Thomaſio de S. Seuerino Comiti Marſici, dilecto Conſiliario, & fideli ſuo, &c. ſuper duobus dubijs emergentibus tibi nuper regiam Curiam conſuluiſti. Primum quidem, quãtum pro releuio Comiti, vel Baroni a ſuo feudatario debeatur. Secundum, ad quod mulier, quæ habet dotarium domino a quo illud obtinet, ſit adſtricta, ad quæ datur ſibi ſuccincta, & aperta reſponſio, quòd releuiũ medietatem fructuum vnius anni feudi continet, ſiue illud præſtandum ſit regiæ Curiæ, ſiue Comiti, vel Baroni: mulier autem tenẽs dotarium dominum feudi a quo ipſum hẽt aſſecurare tenetur, dummodo filius communis matrimonij, non extiſtat, & ſi ſit nepos ex filio, idem ſanè debet intelligi intellectu innuſta etiam grauamina hominibus dotarij illata per ipſam ſunt per dominũ feudi corrigenda. feudale quoq; ſeruitium cum debet de iure præſtari eſt per ipſum dominum feudi iniungendum. quod ſi mulier ter ſubmonita illud non præſtiterit, per eundem dominum feudi poterit per exguardum diſſaſiri, vt autem, circa huiuſmodi omnis tibi tollatur dubietas, quæ poſſit de facili circa prædicta quaſtiones dubium emergenter oriri. Subiungimus tibi, quòd uaſalli in litera dotarij aſſiſtentes cum mulieri habenti dotarium iniungitur ſeruitium militare ad congruam ſubuentionem tenentur illius rationis cenſura, quæ omnis dicti ſeruitij ad ipſam mulierem noſcitur pertinere in his autem quatuor caſibus, videlicet pro redimenda perſona, emenda terra, una vice tantum in vita Comitis, vel Baronis, pro militia filij, & filia maritanda, quòd uaſalli dotarij non mulieri habenti dotarium, ſed domino proprietatis a quo ipſum tenetur, dotarium adſtringatur. Datum, &c. eſt in ca. 99. car. 47. In eodem regiſtro, car. 158. eſt prouiſio quòd vxor poſt mortem viri ponatur in poſſeſſionem dotarij cõſtituti ſuper bonis feudalibus, & ſubduntur hæc verba: & deinde recepto prius ab hominibus, & vaſallis bonorum huiuſmodi dotarij, ſiue tertiaria pro Reuerendo Domino genitore noſtro, & nobis fidelitatis debita iuramento ac ſubſequenter ſacramento præſtito per d. Dominam Margaritam aſſecurationis debita domino bonorum feudalium prædictorum, facietis eidem D. Margarita, ſeu eius nuncio per eandem ab hominibus ipſis, iuxta vſum dicti regni aſſecurationis debita ſacramenta præſtari, ſibique intendi, & reſpondere de omnibus in quibus tenentur, & debent fidelitate regia, & noſtra, regijque alijs & cuiuſlibet alterius iurib. ſemper ſaluis, &c. Et in ca. 182. eſt alia litera, quòd mulier tenens dotarium aſſecuret proprietarium ſaluo iure dotarij, & ſeruitio regiæ Curiæ debito, car. 23.* Piſanellus.

¶ *Vide D. Frecc. fol. 113. nu. 41. quid ſi extat ſtatutum, quòd vir lucretur dotem, an habeat locum in feudis datis in dotem, vide Iaſ. in l. cunctos populos C. de ſum. Trinit. & Hippolyt. in l. fi. nu. 70. 71. de iuriſdict. in iud. Alex. conſ. 28. in fi. lib. 5.*

b *Sorori ſuæ.* Forte ex eodem patre natę: nam ex alio patre natæ ẽt ſi aliter non potuit, non dabit dotem. Nam etſi honeſte fieret ex liberalitate tñ fit, quæ ſeruanda eſt arbitrio pupilli, ut ff. de admi. tut. l. cum plures. §. cum tutor. & inſpecta prohibitione alienãdi aſſimilo Baronem pupillo, ut C. de admi. tut. l. lex, & ſuprà de re. reg. l. conſtitutionem. & eſt argumentum optimum pro prædictis in eadem. l. vlt. & infra de ſucceſſ. feu. l. vltima. ibi, coniugatis, & ibi, in bonis patris.

De aſſe-

ANDRÆAS DE ISERNIA.

Ibi, l. ſi quis domum. Hoc eſt verum, ſi ipſam rem, ſeu feudum locaſſet, ſed ſi locaſſet excadentias, non finitur: quia fructus eſt locare excadentias, ſicut fructus iur. pat. eſt præſentare. Pet. de Monteſ.

In glauſe Francorum. No. & dic, ꝙ tota illa glo. cum omnib. ſuis ſuperuacuis verbis quaſi vacat per c. Regni, mulier dotarium, ubi lucratur dotem, & dotarium dote data, liberis exiſtentibus, vel non exiſtentibus, ſiue in terra, ſiue in pecunia. Barth. de Capua.

In eadem gl. prope finem, ibi, pro dote. Sed conſtitutio noua domini Caroli declarat, quod non eſt neceſſarius aſſenſus Regis, vt in c. dotarium in terra feudali. Barthol. de Capua.

De fratribus obligantibus partem feudi, &c. Rubr.

FRatribus. Hic ponit de dote danda. & qđ dicit de ſpeciali licẽtia, non hẽt locum in dotario, ut ſ. proxime dictũ: ſed in dote ſatis mitigatum eſt per c. In planitie S. Martini. per qđ põt nobilis maritari, ſi non det feudum in dotẽ. ſed ſi eſſet in paraphernо, nõ erit pęna aliqua, quia capitulũ illud eſt multum introductũ in releuamen hoĩum Regni, ut dicit proœmium illorũ capitulorum: nec eſt locus coniecturis dandi alium intellectum in eo, ꝙ litera plane dicit. ff. de le. 3. ille. §. 1. ¶ Vtrum hodie obligẽtur feuda ꝓ dote expreſſe, uel tacite, cum ſit neceſſarius conſenſus Regis per prędictum capitulum? Satis late diximus in conſti. imperialem. §. 1. Dic ut ibi plene dictum eſt. ¶ De iure feu. dotem ſi mulier aliud non hẽret in dotem, feudum daret ſine conſenſu dñi, vt in ti. quali. olim pot. feu. alie. §. donare. & hoc Frede. Imp. ſicut patet in regiſtris ſuis, quæ ſunt in archiuo: vbi ſtatuit, ut ſi demanium feudi detur in dotem ẽt extimatum pro certa quãtitate dotis, compellatur dotans ad pecuniã: qui ſi non ſit ſoluẽdo dimittuntur apud accipientem in dotẽ huiuſmodi res feudales noĩe pignoris reſtituendæ per eum, qñ habebit pecuniam inſtr̃o alienationis. i. donationis in dotem annullato, fructibus ꝑꝑ onera matrimonij nõ computatis, ſeruitio faciendo Curię per eum, qui tenet: hoc ſatis eſt ęquũ in tali Imperatore rigido in ſuis iurib. exigendis: & debet intelligi, ẽt ſi feudum aperiatur ipſi Principi, ut legem in ſubditis poſitam ſeruet in ſemetipſo, ut plenius diximus ſupra in d. §. donare. ubi cum conſenſu † domini dans, vel obligans perpetuum erit: quia dominus confirmans donare videtur: diximus plene de hac materia in rubrica libri feudorum, ſi ſine conſenſu domini: & eſſet caſus, quo ſine eo poſſet, quando rediret ad dominum feudum, aperto eo, finitur obligatio. ff. de pig. l. lex vectigali. nec omni iure eſt prohibita obligatio feudi ſicut alienatio ſpecialis, rubrica eſt in ſumma prima feudo de hoc.

† ADDITIO. *Vult iſte tex. quòd quando matrimonium contrahitur per feudatarium cum licentia Regis, poteſt feudum dari in dotem, & alienari in maritum abſque alio aſſenſu impetrando. & licèt c. in planitie, hic allegatum, quod eſt ſupra velit, ꝙ in matrimonio non requiratur licentia, quod erat prohibitum per hanc conſti. dummodo, ꝙ non dentur feudalia in dotem ſine aſſenſu, tamen illud c. non loquitur, nec ſe extendit, quãdo matrimoniũ eſt contractũ cũ licẽtia Regis. nec intelligitur*

quod

† Alias, Idem.

De aſſecuratione dominorum a vaſallis. *Rubrica.*

a Domini *a vaſallis.* In hac conſti. ponitur forma ſacramenti, quã præſtat vaſallus domino.

Domini a vaſallis. No. de forma aſſecurationis plenè, ut in 10. col. de feud. qual. debet iura. va. l. 1. 2. & 3. ar. ad hoc. ff. de ma. in l. ét. §. ex præterito, & plene, vt in ſum. feu. quib. mo. feu. ami. §. itẽ ſi ſit aſſalitũ. & no. Roſ. in libello. de ſacr. a vaſallis.

Domini a vaſallis. In hac conſti. no. modũ aſſecurationis. Sacramẽtum vero, quod præſtat iudex, Baiulus, & Camerarius, hẽs ſ. de ſacra. prę ſtan. a Baiulis. l. 1. & no. q̃ illud ſacrm̃ aſſecurationis uocat̃ alibi ſacramentum fidelitatis, & homagij, ut patet ſupra de prob. l. probationum defectum, & dic vt ibi. ¶ Et differt a ſacramento fidelitatis, homagij, quod præſtatur Regi. Nam iſtud quod fit huiuſmodi dominis inferioribus, fit ſalua fidelitate domini Regis, ut hic in tit. Iſtud verò quod fit Regi, fit nullius alterius fidelitate ſalua. Et ideo iſtud homagium, quod fit inferiorib. dñis nõ eſt ligium, illud uero quod fit Regi dicitur ligium ſecundum quoſdam, quia quando uaſallus iurat, facit homagium Regi, mittit manus ſuas in manus Regis, ſicut quotidie videmus fieri, ut dicit no. Roff. & in Lon † pobar. de offic. in quo ſub cẽn. va. iu. Roffred. ubi tractat generaliter de ſacramento cuiuslibet vaſalli, in tracta. de officio iudicis. † *Aliàs, Idem.*

• Additio. *Vide quæ dicit Guliel. Pernus in cõſ. 24. in 1. dub. vide vnum verbum de habitantib. non vaſallis per Parid. de reinteg. feu. ca. 53. nu. 10.* De Bot.

b *Nunciare.* Accedit in Auth. ut liceat matri & auiæ. §. ſi contra imperiũ. & §. ſi quolibet. a *Saluo.*

noſtra licentia contrahatur. Aliter omnes conuentiones nullas vires habebunt.

De aſſecuratione dominorum a vaſallis.

TITVL. XVIII.

Vaſallus debet aſſecurare dominum de vita, membris & captione perſonę corporis ſui, & terreno honore, conſilium quod ei crediderit nulli reuelabit, & ſi aliquod ſiniſtrum de eo audierit, quod per ſe, vel per alium diſturbare non poſſit, ei aut alijs pro parte ipſius per ſe, vel alios quàm citius poterit, nunciare curabit, non erit in arte, conſilio, vel conſenſu, qualiter dominus terram quam habet amittat, immo ipſam defendere curabit pro poſſe contra omnem hominem, ſalua per omnia fidelitate, & mãdato, & ordinatione regia, & heredũ ſuorum. h. d. Lallus de Th.

† IMPER. FREDER.

Domini [a] * a vaſallis ſuis aſſecurari debent, videlicet, de vita, membris & captione corporis ſui, & terreno honore, conſilium, quod eis crediderint, nulli reuelẽt, & ſi aliquod ſiniſtrum de eis audierint, quod per ſe, vel per aliũ diſturbare non poſſunt, eis aut aliàs pro parte eorum, per ſe, vel per alios, quàm citius poterũt [b] nunciare curabunt, non erunt in arte, conſilio, vel conſenſu qualiter domini terram, quam habẽt, amittant, immo

ANDRÆAS DE ISERNIA.

quòd non poſsint dari feuda in dotem, quando in matrimonio adeſt licentia, ſed ſolum loquitur corrigendo reſpectu matrimonij, vt ſupra poſſit contrahi ſine licentia, ſed tunc feuda non dantur in dotem ſine aſſenſu. ergo a contrario ſenſu, quod licet in ſtatutis, vt per Andr. in conſtitu. ſi quis aliquem. ſupra in 2. lib. ſi in matrimonio adeſt aſſenſus non requiritur in dote: nam conſentiendo in matrimonio, videtur in dote conſenſiſſe, maxime, quia iſta conſtitutio loquitur nedum, quando datur in dotem, ſed quando contrahitur cum licentia, & feudum alienatur, vel obligatur, & ita medullitus vult hic And. & in c. imperialem. col. 3. de prohib. alie. per Freder. & in conſtit. honorem. & licèt loquatur iſte tex. in fratre, idem eſt in patre, cum eius ſit officium dotandi, & multo propterea fortius in ſeipſa maritanda, & ſe dotanda, ut eſt c. Regina Ioanna, quod incipit, tempore noſtri regiminis. De Bottis.

Sorori eodem patre nata. Dicit gl. vel obligetur, nam & obligatio feudalium continetur ſub nomine alienationis, vt in gl. Quandoque tamen pro dote, poteſt obligari, ſi cum licentia Regis ſpeciali fiat matrimonium. Et hoc nouum inducit hæc conſtit. ¶ Conſentire ſufficit matrimonio, quia per hoc ſine alio conſenſu obligabit feudũ pro dote, per conſtit. tñ primi Regis Caroli dicitur ſupra conſti. proxima in gl. q̃ ſpecialis conſenſus debet eſſe. Sed conſti. illa non inuenitur, vt diximus in cõſti. imperialem. §. 1. ubi, ut ꝓdicitur, hæc plene dicta ſunt.

F*Ratribus ob dotes.* Vide c. Regis Roberti, incipiens, Robertus iuſtis petentium votis, narrans quandã interpretationem Caroli, quod dr̃ in hac cõſti. habere locum ẽt in patre. deinde narrat quandã aliam prouiſionem ipſius Roberti, in qua dicit contineri pro dote, nec eſſe obſignanda bona feudalia, ẽt ſi alia non ſuperſint, ſed ſolum eſſe obligandos fructus feudi, vſque ad certum tp̃s. Sed uidi dubitari, an illud c. corrigens hanc conſti. in eo quod dicit de obligatione, extẽdatur ad id quod hic permittitur dare unum ex plurib. feudis in dotem? & vr̃ quod non, quia illud capitulum eſt correctorium huius conſti. in uno, ſcilicet in eo quod dicitur, vt permittatur obligare feudum pro dote de alio caſu huius conſti. Sed ſi detur in dotem unum ex plurib. feudis, cum non mutetur, cur ſtare prohibetur? l. ſancimus. C. de teſta. l. præcipimus. in fi. C. de appel. cum non dixit illud c. de datione in dotem ipſius feudi, ſed de obligatione feudi pro dote in patre cõſtituenda, l. cum quidam. §. non cum dicitur, de acquir. hæred. l. ſi uerò. §. de viro. ſol. mat. maxime quia non eſt eadem ratio. Nam ſi feudum obligatur pro dote in pecunia conſtituenda, ſeruitium Regis ex feudo remanet diminutum, vel ſaltem impeditum. Sed quando datur in dotẽ authoritate huius cõſtitutionis, & ſecundum hanc formam remanet eodem modo apud maritum recipientem, ſicut erat apud dantẽ dotes, nihil mutato niſi perſona, ſeruitium autem remanet ita paratum, ſicut per prius erat. Et per hæc poterit reſponderi ad rationem de parificatis, quæ poſſet fieri in contrarium, dicendo: per hanc conſtitutionem erant parificati hi duo caſus obligare fructus pro dote, & in dotem dare, ergo diſpoſitio ſuperueniens corrigens unum, videtur aliud corrigere, no. in l. ſi quis ſeruo defuncti. & l. ſi uero. de legibus. nam prima non habet eandem rationem. Præterea iſti caſus non ſunt parificati, nam obligatio permittitur in habente unum feudum, per hãc conſtitutionem, dummodo non habeat Burgenſatica. Sed dare in dotem feudum, ita dare permittitur, ſi dans dotem habeat tria feuda, vel plura, & cogita. Diomedes Mariconda.

De aſſecuratione dominorum a vaſallis. *Rubrica.*

D*Omini a vaſallis ſuis.* Ponit iuramentum fidelitatis uaſallorum, ſic in libro feud. de no. fidelit. forma. & 23. q. vlt. ca. de forma. & dicitur ſacramentum fidelitatis, & homagij, de quo dictum eſt ſuprà, qualiter procedatur in cauſa homagij. l. 1. ¶ Ponit glo. quæ ſit differentia inter homagium, quod fit Regi, quia illud dicitur ligium: Et homagium, quod fit alij Comiti, vel Baroni, & plenius dictum eſt in d. tit. de no. for. fid.

Additio. *Quæ ſit differentia inter homagium? adde Doct. in cle. paſtoralis. de re iu.*

Sed nũquid uaſallus uaſalli mei aſſecurabit me? Non vr̃, ff. de uer. ſig. l. Modeſtinus, & l. liberto. §. patronus. de li. agno. ſiquis a liberti liberto, & innuitur in gl. l. de acceſſionibus. ff. de diuer. & temp. præſcr. ſicut nec ſocius ſocij. ff. pro ſo. ſocius. Econtra q̃ ſic, quia hæres hæredis eſt teſtatoris hæres. ff. de pet. hær. l. 2. & 3. C. de hær. inſti. l. fi. §. fi. ¶ Poſſet tamen dici, quod ſi uaſallus mei uaſallus teneat ab eo id, qđ ad me non pertinet, non ſit meus uaſallus, ut in l. 1. all. Si autẽ teneat a uaſallo meo de feudo, quod ego conceſſi meo uaſallo ſit uaſallus meus de eo, quia quod ex re mea procedit, meum eſt. ff. de rei uend. l. ſolum. §. meum, ad exhib. l. de eo. §. ſiquis. nam cum in eo uincam uaſallum meum, & uaſallus meus uaſallum ſuum, ergo & ego cum, per regulam d. l. de acceſſionibus. ¶ Item ſi emphyteuta, de re quam habet a me, facit alium emphyteutam: ego dominus uendicabo ab eo, ſi non ſoluerit mihi mercedem, non tamen eſt meus emphyteuta, ut petam mercedem. C. de iure emphyt. l. 2. ¶ Item manus iniectio ſeruatur primo domino. ff. de ſer. expor. l. Lucius. cum factum ſit in ſeruo ſuo. Argu. contra, quia pactum in uenditore non habet locum in emptore. ff. de contrahen. emp. l. fi. & uidetur expreſſum, quia ſi locaui, ac cõmodaui, uel depoſui tibi rem meam, & tu Titio: Titius erit meus conductor, commodatarius, & depoſitarius. ff. de acqui. poſſ. l. qui uniuerſas. §. fin. Sed certè & tunc quando uaſallus uaſalli mei habet id, quod ego dedi in feudum uaſallo meo: non erit meus uaſallus quantum ad id, quod dicitur in l. imperialem decet ſolertiam. §. idem, & patet quia emphyteuta emphyteutæ mei non eſt meus, licet uendicem ab eo rem meam, ſicut a quolibet poſſeſſore. d. l. 2.

Additio. *Adde an vaſallus vaſalli mei ſit meus vaſallus? vide gl. fi. in c. legitur. 81. diſt. glo. in ver. exiſtente. in cle. 1. de iureiu. Bal. in c. cum dilectus. de do. & contu. Bal. in l. 1. C. commun. de leg.*

Lex, qui vniuerſas, intelligitur quantum ad retinendam poſſeſſionem per illum, cui locauit conductor meus. Sed actio locati datur nõ mihi, ſed illi cui ego locaui. ff. loca. ſi cui. nam & filius uaſalli mei non eſt vaſallus meus, ut in 5. q. Mar de Fano. ¶ Et ſic non tenetur iurare mihi in uaſallum uaſallus uaſalli mei, quia nõ cogitur habere plures dños, ut d. l. imperialẽ. §. præterea ducatus. Et ſi ſunt plures hæredes dñi, vaſalli non coguntur omnibus iurare, in tit. ſi de feu. contro. ſue. in c. omnes. in gl. ¶ Iurabit ergo proximiori domino nõ remoto, extra de foro competenti. c. ex tranſmiſſa, ubi R. de campis erat proximus dominus tenens ab eccleſia remoto domino, qui militibus tenentibus ab ipſo inhibuit ſub debito fidelitatis iuramento. Item & proximus dominus cognoſcit de feudo, & in eius defectu ſuperior remotus, ut d. §. præterea. 1. diſt. æqua eſt. ¶ Et dicitur obtineri de conſuetudine, quia quãdo Barones aſſecurantur, & Comites iurant eis, uaſalli

De

a *Saluo*. Patet ergo, quòd ſi bellum eſſet inter dominum maiorem & generalem, ideſt Imperatorem, vel Regem & dominum inferiorem, vt Comitem, uel Baronem, vaſallus Comitis debet eſſe pro maiori domino contra minorem, ut in conſue. feu. colla. 10. de no. for. fi. l. 1 in princ. & de prohi. alie. per Frede. Imperatorem. §. illud, & §. fin. & no. iſta verba, ſalua volumus & or. no. & habetur, &c. quæ frequenter apponuntur in priuilegijs, & quid operentur, habes. ff. de do. Lucius. per omnia ſic & in ſtatutis omnibus & generalis conſilij, Romana ſemper exceptuatur authoritas, ut extra, de elec. c. ſignificaſti. ſic & aliàs Imperatoris fortuna excipit, ut in Auth. de cõſul. ad fin.

Additio. *Adde quod iſta dictio, Saluo, eſt præcedentium modificatiua, vt eſt gl. in l. item Labeo ff. fam. erc. quã alleg. Ang. conſi. 289. incip. inter cætera. & tanta eſt virtus modificationis, ex dictione ſaluo, quod vbi non inuenit quid modificet, orationem præcedentē extinguit, & negationem reſoluit, & alle. in l. ſi quis filio. in §. 1. de leg. 1.* Superantius.

eam ipſis, contra omnem hominem defendere pro poſſe curabũt, a ſaluo per omnia fidelitate, mandato, & ordinatione noſtra, & hæredum noſtrorum.

De fideiuſſione dominorum a vaſallis.

TITVLVS XIX.

Vaſallus qui non fideiubet pro domino ab eo publice requiſitus, vel felloniam contra ipſum dominum, ſiuum, vel vxorem committens, vel ſi ſeruitium quod ei debet ter ſubmonitus non præſtiterit, vel rationem in curia conquerentibus de eo quod ad dominum ſpectat per ſententiam iudicis facere noluerit, dominus poteſt de eo quod tenet ab eo ipſum per exguardium diſſaſire: econtra, ſi dominus pro vaſallo ſuo qui ſit in curia criminaliter appellatus de eo quod ad regiã maieſtatem non ſpectat, fideiubere noluerit, vel ſi ipſum ſine iuſta cauſa verberauerit, uel cũ vxore ſua adulterium commiſerit, vel filiã eius inuitam deflorauerit, homagium eius amittat, & homo prædictus immediatè ad regiam curiam ſpectat. h. d. Lallus de Th.

† IMPER. FREDER.

SI b vaſallus a domino ſuo publicè requiſitus pro eo fideiu-

De fideiuſſione dominorum a vaſallis. Rubrica.

b *SI vaſallus*. In hac conſtitut. ponuntur caſus, in quibus vaſallus licite poteſt feudo † priuari a domino propter ſuum delictũ, & econtra, quibus dominus perdit uaſallum ſuo delicto. ¶Et nota quod delictum priuat aliquem honore & commodo. concord. C. ubi ſe. uel cla. l. 1. in eo tamen quod dicit, quòd ſi dominus non defendat uaſallũ criminaliter conuentum, quod dominus perdat uaſallum'. Eſt ar. contra. ff. de ſta. ho. ſi ſeruus fideiubere. ut ar. in Auth. ut cũ de appel. cog. §. quemlibet de prædictis. collat. 8. † *Alia, Idem.*

† Additio. *Et ſic hæc conſtitutio loquitur in feudis, non autem in alijs. vide Parid. de reinteg. feu. c. 8. in fi.* De Bottis.

a *Felloniam.*

ANDRÆAS DE ISERNIA.

eorum feudorum & quaternatorum quæ tenentur ab eis. Sed iurabunt ut uidetur duo capitula tantum, ſicut tenentes, & ſub iuriſdictione Comitis vel Baronis, in cap. qualiter vaſallus iurare debet fidelitatem. c. 1. ¶Sed quid eſt quod dicit in fine, ſalua per omnia fidelitate & mandato &c. Nunquid importet, quòd dominus poſſit mandare reuocari feudum, quod dat quandocunque vult, cum hæc clauſula in priuilegijs dominorum antiquitus conſueuit poni, licet hodie non ponatur, ſed tantum, iuribus alijs Curialibus, & cuiuſlibet alterius ſemper ſaluis? Non uidetur hæc eſſe, vel fuiſſe recipientis intentio, ut auferat rem ſibi donatam quandocunque vult, nam & in compromiſſo ut puniat ad arbitrium, idem dicitur ut ad arbitrium boni uiri reducatur. ff. de arb. l. penul. de ope. liber. ſi libertus. C. de do. promiſ. l. 3. extra de iureiur. Quintaualli. Audiui determinatum fuiſſe coram Imperatore, vt quando hæc clauſula ponitur in conceſſione, ſeu priuilegio, ex qualibet offenſa etiam leui perdat feudum, ut uerba aliquid operentur. ff. de leg. 1. ſi quando, aliàs non, niſi ex magna & graui offenſa, quæ numerantur in titulo, qua. feu. amit. & in tit. quæ ſit prima cau. nam & quod plus eſt, leui ingratitudine reuocatur quis in ſeruitutem. C. de obſe. liber. l. 2. cum nihil poſſit dari gratius libertate. ff. de fideicom. lib. l. & ſi alienus, in fine. nec mirum, quia res inæſtimabilis eſt libertas. Inſti. qui manu. non poſ. §. 2. Item eandem fidelitatem debet uaſallo dominus, non quòd iuret dominus ei, de quo plenè diximus in tit. de no. for. fid. in fi. & ſi de feu. contro. fue. c. domino. & an ille, qui interfecit fratrem. cap. 1. & qualiter dominus feu. priue. cap. 1.

De fideiuſſione dominorum a vaſallis. Rubrica.

SI *vaſallus a domino ſuo*. Cognitio cauſarum feudalium in regno eſt magiſtri Iuſtit. quando ſunt quaternata, & Iuſtitiarij quando non ſunt quaternata. Sed ſi dominus dicat uaſallum culpam commiſiſſe, propter quam feudum debet uaſallus perdere, ſi uerum eſſet, de quibus culpis hæc conſtitutio ponit tres. Cognitio harum culparum datur paribus, quando dominus feudi in feudo, Baronia, & Comitatu ſuo habet uaſallos pares, id eſt, uaſallos conſimiles feudatarios, ſicut eſt inculpatus, in titu. de contro. inue. inter do. & uaſ. & ſi de inueſti. contro. fue. inter do. & quid ſit inueſti. c. 1. Iſti cognoſcent ſi culpa eſt vera, & determinabunt talem uaſallum propter culpam probatam priuandũ feudo, hæc determinatio dicitur hic exguardium, & dicitur laudamentum. in tit. de feu. ſine culpa non ami. l. ſancimus, & quo tempore miles. l. 3. Si pares non habet actor, ſequitur forum rei & ſunt ordinarij iſti pares ab hac lege, & eligentur in pari numero per pares, & poterunt recuſari.

Seruitium ter ſubmonitus. Loquitur in Comite & Barone & alijs feudatarijs, non in Rege, quia dicit de eo, quod ad regiam maieſtatem, &c. ¶Item in ſubmonitionib. Regiæ Curiæ non ſeruatur trina requiſitio, ut uidemus. ¶Quæri conſueuit, ubi præſtabit ſeruitiũ uaſallus, nunquid ad uoluntatẽ domini, puta extra Comitatũ, uel Baroniã? & in hoc non eſt quæſtio, quia Comes & Baro, infra Regnũ debet ſeruire in eundo cũ Rege. de pa. iur. fir. § fin. ¶Sed nunquid extra Regnum poſſit præcipere Baronib. ut ſeruiant? Item quid ſi parum extra Regnum? ¶Item ſi Rex iniuſte cogeret Comites ad ſeruiendũ ubi & quando non debet, an dominus compellet iniuſte ſubfeudatarium ſuum? dic plene ut diximus in d. § ſed nec iuſtior, & tũc utrum victus & vectura domini ſimiliter, ibi plene dictum eſt.

Dominus poterit diſſaſire. Id eſt, petere vt diſſaſietur, † non mandabit tamen executioni hanc diffinitionem ſeu exguardium dominus, qui eſt par, ſed ſuperior, ſecundum modum. l. a diuo Pio. de re iud. Et ideo videmus in regno regiam Curiam mandare Iuſtitiario prouinciæ, vt aſſiſtat talibus Baronibus exguardantibus in tali cauſa, & ſic Iuſtitiarius erit executor. ſic C. de epiſc. audi. epiſcopale. ¶Diſſaſire eſt verbum vulgare, ſaſina eſt poſſeſſio, ideſt, ſeſina a ſedeo, vel ſto, quia ſtat in poſſeſſione, diſſaſire, id eſt, extra ſaſinam & poſſeſſionem eſſe. poteſt appellari a paribus, & ſeruabunt ordinem ſolitum libelli, conteſta. lit. iuramenti de calum. & alias ſolẽnitates no. in ſumma de cognitio. ſeu. & diximus in tit. de controuer. feudi apud pares.

† Additio. *Vide Luc. in l. 1. C. quando & quib. lib. 10.* De Bot.

Et quamuis per pares eligantur, nihilominus recuſantur. C. de iudi. apertiſſimi, de iuriſdi. om. iudi. l. nemo. Vel inquantum eligantur per pares, videlicet approbantibus, uolentib. & permittentibus Imperatoribus, Regibus, & legibus, perinde eſt, ac ſi Principes elegiſſent. d. l. apertiſſimi. & ſic poterunt recuſari, co. tit. l. fin. Non ergo dominus dicit ſibi ius. ff. quod me. cauſa. extat. in tit. de vaſal. mili. qui cõtu. eſt. c. 1. in fi. ibi, poterit deprecari, ſcilicet, facere iuſſu iudicis, ſi eius copiam habere poterit, aliàs ius ſuum perderet, niſi eſſet bannitus, & expone, ut ibi in glo. & nos pleniùs diximus ibi. ¶ Non erit dominus Iudex † in cauſa ſua.

Additio. *Caſus in quibus quis poteſt eſſe iudex in cauſa ſua vide per Doc. in l. 1. C. ne quis in ſua cauſa. Bart. in l. ſi quis forte. in §. ſi quos, de pœ. & Spec. in tit. de actore. in §. 1. ver. Item fallit. & Doct. in c. cum veniſſent. de iud.*

† Additio. *An directus dominus capiat propria authoritate feudum alienatum ſine aſſenſu. vide per Iaſ. conſi. 138. 1. col.* De Bot.

Licet iure feudi cognoſcat dominus, quãdo eſt quæſtio inter duos priuatos, per has conſtitutiões non, ſed Iuſtitiarius aut magiſter Iuſtitiarius, ut dictum eſt: Nec etiam dicendum eſt, quod dato exguardio dominus accipiat poſſeſſionem rei, & diſſaſiat vaſallum. Nam poteſt appellari: & ſi ſententia tranſiſſet in rem iudicatam, ut appellare non poſſet: non dominus, ſed ſuperior exequatur, ut prædictum eſt. Poterit ergo diſſaſire, id eſt, petere, diſſaſietur, ſic ff. de his qui notantur infam. l. furti. §. mandatum. de adminiſtrat. tutor. l. ſi tutor condemnauerit. C. de ſumma Trin. l. pietatis. Per hoc videtur, quod iudicium parium ſit de poſſeſſione tantum, ut poſſeſſio tranſeat in dominum: quia diſſaſire eſt extra poſſeſſionem, & ſaſinam eſſe, vt dictum eſt, ſtatur vulgari locutioni. ff. de acquir. rer. domin. inſulam. in fi. de verb. ſigni. l. agricolæ. & alluſioni vocabuli. ff. ſi cert. pet. l. 2. §. appellata. Hoc non eſt uerum, imò perditur proprietas in caſibus illius conſtitutionis: nam ſi contumax eſt in non præſtando ſeruitio perdit feudum: non enim eſt iuſtior cauſa, &c. in titulo, quæ ſit cauſa prima. §. ſed nec iuſtior. in quo debet ter ſubmoneri per id, quod dicitur. C. de iure emphyt. l. 2. Item cùm teneatur de iuſtitia reſpondere conquerẽtibus coram domino, qui eſt ordinarius non de feudo, quia hic eſt magiſter Iuſtitiarius, vel Iuſtitiarius. Sed in actione perſonali hoc ſpectat ad dominum, uel alia reali, ut plene diximus in l. Imperialem. §. penult. & ſupra de officio Iuſtit. cum ſimilibus. ¶Per hoc uidetur negare ſe tenere feudum ab eo, ex quo non vult coram eo conueniri, & ſic priuatur, ſicut ille, qui denegat iurare fidelitatem, dicto titulo, quæ ſit prima cauſa. §. eſt & alia ingratitudo. ¶ Videtur etiam denegare

Domi- ſeruitium,

bere noluerit, vel a felloniam 1 cōtra ipſum, filios vel vxorē cōmiſerit, vel ſeruitiū * quod ei debet ter ſubmonitus nō præſtiterit, vel rōnē pro eo in Curia ſua conquerentib. de eo, quod ad dn̄m ſpectat, per ſententiā iudicis facere noluerit, dominus poteſt de eo, quod tenet ab ipſo, ipſum per exguardium diſſaſire. Econtrario ſi dominus pro vaſallo ſuo, qui ſit in Curia criminaliter accuſatus, de eo quod b ad regiam maieſtatem non ſpectat, fideiubere noluerit, vel ipſum ſine iuſta cauſa

a *Felloniam*. De hac fellonia dic ut no. in ſumma feu. quib. mo. feu. amit. in princ.

1 ADDITIO. *Adde Bal. in c. 1. qui. mo feudum amit. in vſib. feud. & per Hoſt. & Anto. de But. in cap. cæterum, de foro compet.*

* ADDITIO. *Vide Scrib. in c. regni, item ſtatuimus, quòd Comites. fol. 118. & in c. regni, volumus, fol. 176. vbi quid ſi cœpit præſtare ſeruitium, an poſſit excuſari vaſſallus ex alia cauſa, an autem ſubmonitio generalis competat poſſidenti feudum minoris ualoris 20. vnc. D. Frecc. in cap. quid dicatur feudatarius in regno. dicit quòd non, nume. 4.* Iacobus Anellus de Bottis.

b *Ad regiam maieſtatem*. Nota regiam maieſtatem ſimilem. C. ut ne. pri. l. 1. & de le. & conſti. digna uox. ubi dicit maieſtatem regnãtis, &c. vnde nō tantum eſt maieſtas in Imperatore, ſed in rege, quod mirum eſt etiam in prætore, ut ff. de iuriſd. om. iu. l. ſi familia, & de iuſti. & iu. l. pen. in fi. Et eſt etiam in populo, ut ff. de capti. & poſtlire. l. non dubito. §. 1. & facit ſupra de cri. ſacri. l. 1. Et alias dicitur maieſtas publica, ut ff. de iniur. quod reipublicæ. Et ſic non ſolum contra Imperatorem, ſed Regem cōmittitur crimen læſæ maieſtatis, & perduellionis. ¶ Quod autem in Imperatore ſit maieſtas, liquet, ut in proœ. Inſti. in princ. & C. ad l. Iul. maie. l. fi. quæ aliter uocatur maieſtas imperialis, ut C. de leg. & conſti. l. ult. Alia maieſtas publica, ut ff. ad l. Iul. maieſt. l. 2. Alia maieſtas Principis, ut ff. ad l. Iul. maie. l. famoſi. §. hoc tamen crimen. ¶ Item quod in Deo ſit maieſtas, liquet, ut ff. de arbit. non diſtinguemus §. ſacerdotio. & patet C. de epiſco. & cleri. ſi quemquàm. & in miſſa ibi, per quam maieſtatem tuam laudant Angeli, &c. & C. de fer. l. dies feſtos, & de his, qui ad eccleſi. confu. l. 2. & de vete. iu. enucleando. l. 1.

ADDITIO. *Adde in epiſtola, inter claras. C. de ſum. Trin. & fide Cathol. & in l. 1. C. ne quis, vel a reg. & in cap. 1. de pace tenenda, in vſibus feud.*

a Verbo-

ANDRÆAS DE ISERNIA.

ſeruitium, quia dominus de tali iuriſdictione quærit ſportulas, in Authen. de iudic. § ne autem. & ſpernere dominum. ff. de arbitr. litigatores. Et qui domino non facit iuſtitiam, perdit feudum, d. tit. quæ ſit prima cauſa. §. item qui domino. ſecus ſi eſſet contumax in non reſpōdendo coram ordinario, coram quo uocatur per dominum dicentem eum culpam commiſiſſe, per quam debet perdere feudum, quib. modis feud. amit. c. 1. & 2. tunc ante litis conteſtationem dominus ponitur in poſſeſſionem recuperabilem infra annum, de mili. uaſal. cap. 1. ¶ Propter felloniam certum eſt perdi feudum, quibus modis feudum amit. c. 1. & 2. ¶ Item propter fideiuſſionem, quam non ſubijt pro domino, ob quod reputatur ingratus, ita ut a ſucceſſione repellatur, in Auth. ut cùm de appellatione cognoſc. §. ſi quilibet de prædictis, & a feudo propterea cadit in tit. quæ ſit prima cauſa. §. ſed & qui debitor. ¶ Hæc conſtitutio eſt regis Rogerij, & non eſt ſublata per conſtitutionem ſupra de officio magiſt. Iuſtit. magnæ. & de officio Iuſtit. l. 1. quæ dant cognitionem feudorum alijs, ut ſuprà dictum eſt, quia Imperator Fredericus, compilator harum conſtitutionum poſuit hāc in iſto uolumine: ſi uoluiſſet eam corrigi, non poſuiſſet: quia legiſlator punit pœna falſi eos, qui leges abrogatas allegat. ff. de falſis. l. fin. C. de Iuſtin. Cod. compo. §. falſi pœna. quod in alijs prohibuit, non eſt putandum in ſe committere. ff. de pact. cum in eo. quod quiſque iuris. l. 1. ſi ſeruitus uendi. alterius. Item expreſſe dicit ſupra in proœmio, leges prædeceſſorum Regum Siciliæ, quas decernimus obſeruari, in hoc uolumine iuſſimus eſſe transfuſas. Nec etiam pares examinabūt cauſam cum magiſtro Iuſtitiario & de eorum commiſſione pronuntient, vt in conſtitutione, vt vniuerſis. ſupra de officio Iuſtitiar. illa cōſtitutio non debet referri ad caſus iſtius, qui ſpeciales ſunt. Nam hæc conſtitutio fuit prius: & ita regulis illius, quæ nondum erat, non potuit ſubijci, in Auth. de trien. & ſemiſſe, §. ſi uerò effuſa. Et rationabiliter ſtatuit, ut dominus faciat diſſaſire per pares: non erit dominus in cauſa, ſed ſuperior exequatur, ut ſupra dictum eſt. Ante forte ſeruabatur contrarium, quia in l. Imperialem. §. firmiter. dicit, quod non ueniens ad præſtandum ſeruitium, perdit feudum, & dominus redigendi in ſuos vſus modis omnibus habeat poteſtatem, ut d. §. ſed nec iuſtior auferendi feudum, &c. per quem videbatur, quod iure ſuo poſſeſſionem feudi poſſet capere dominus. ff. de pigno. l. lex vectigalis. videtur quidem tacite inter contrahentes agi, ut non facto ſeruitio, propter quod datur, dominus reaccipiat feudum a domino vtili: uaſallus enim uidetur ipſo iure cadere propter contractum præcedentem uerum, uel præſumptum, quādo triginta annis tenuiſſet feudum: ſic exponimus, cadit ipſo iure. C. de iure emphyt. l. fin. Sed ſi contractus nō præceſſiſſet, exponeretur, amittet, ſcilicet, per ſententiam. C. vnde vi. ſi quis in tantam. Sed ſi eſſet caſus vbi dominus dominium ipſo iure perdiſſet: nihilominus poſſeſſione priuandus eſt per ſentētiam. ff. pro ſoc. cum duobus. § idem reſpondit. C. de vectig. & commiſ. l. con. Sic & in crimine maieſtatis perditur ipſo iure dominium, ſed neceſſaria eſt ſententia propter poſſeſſionem. ff. qui & a quib. quæſitum. C. lib. 10. de petitione bonorum ſubla. l. 1. Videtur conſentire, cùm promittit ſeruitium, ut eo non facto dominus reaccipiat ſibi poſſeſſionem, argum. ff. de diuer. & tempora. præſcrip. de acceſſionibus. in fine. Et quia dominus habet ciuilem poſſeſſionem, feudatarius naturalem: facilius redit poſſeſſio naturalis ad ciuilem, quàm ſi nullam haberet, non præcedente contractu. ff. de pactis. ſi unus. §. quod ſi in ſpecie. omnia hæc annullat hæc conſtitutio. ¶ Sed ſi Princeps, vel Rex uellet de culpa cognoſcere, quando indixit ſeruitium Titio feudatario: quando non præbuit, certum eſt, quod cognoſcere poſſit: quia quando Imperator eſt in Lombardia, de culpis feudatariorum Lombardiæ cognoſcit, vt in ſumma de cognit. feu. ¶ Vtrum autem poſſeſſionem feudi Rex protinus accipiet, ſeruitio non facto, abſq; alio cognitionis actu. Nam feudum propter ſeruitium non præſtitum, ipſo iure & ipſo facto perditur. Dubitatur utrum ſententia Regis ſit neceſſaria, quæ declaret ob hanc cauſam perditum eſſe feudum? quod videtur: quia in d. §. ſed nec iuſtior. dicitur, quod ſi ideo non ſeruiuit, quia nō potuit, feudum non amittit: Idcirco uidetur vocandus ad hanc ſententiam, ut ſi habeat iuſtam excuſationem, quare ſeruitium facere non potuit, audiatur: ne inde naſcantur iniuriæ, vnde iura naſcuntur. C. unde ui. l. meminerint. pro quo eſt C. ſi per vim vel alio modo. l. fi. ¶ Poſſet etiam habere alias excuſationes, vel ſi dominus recepiſſet ſeruitium: poſtea, quia per hoc renuntiaret iuri reuocandi feudum. ff. de lege cōmiſſo. poſt diem. & notatur in tit. quo tempore mil. l. 1. in glo. Contumacia ſua, quia non ſeruiuit ad diem, habuit ſuum effectum: quia feudum ipſo iure perdidit, ſi nullam iuſtam cauſam habuit. Sed contumacia in uno, non committitur in alio, ut poſſeſſionem feudi faciat perdere, prius quàm ſciatur, ſi iuſtam habuit excuſationem circa hoc vel non: ut notatur a ſimili, ubi quis citatur ad certum quid · ad alia non proceditur, niſi quis iterum citetur: argum. C. de procur. l. maritus. no. Innoc. de offi. deleg. cap. conſultationibus. ¶ Sed ſi Rex quando fecit ſubmoneri feudatarium ſuum, aliàs, feudatarios ſuos, ad præſtandum ſeruitium certo die, adiecit ſſet, vt veniat die ipſa: vel mittat excuſationem, quare venire non poteſt, vel non debet: tunc abſq; citatione alia procedere debet ad ſententiandum, & priuandum eum, & poſt ex authoritate rei iudicatæ accipiat poſſeſſionem: quia ſi citatur ſimpliciter, uidetur citatus ad omnem cauſam, uel omnem litis articulum, ſecundum Innoc. pro quo eſt argumentum, ff. de fideiuſſor. l. ſi quis pro eo. locati. l. quæro. Multò fortius ad ea, quę ſunt in citatione expreſſa: quia plus ualet quod fit in ſpecie, quàm quod fit in generē. ff. de iniur. l. item apud Labeonem. §. hoc edictum. Prima contumacia perdurabit in alio expreſſo: quæ niſi purgetur, eadem manet. ff. de vſuris. l. cum pater. de leg. 2. Titia. §. uſuram. ¶ Verbum auferendi, in §. ſed nec iuſtior, intelligitur per actum iudiciarium, ſic ff. de iure fiſci. deferre. §. fin. qui potiores in pignore habean. l. potior. primo reſpon. & quod dicitur in §. firmiter. modis omnib. ſcilicet, idoneis. ff. de mune. & hono. vt gradatim. §. 1. & quod allegatur, tacitè agi, &c. hoc eſt facti, ut non præſumatur niſi probetur. ff. ex quib. cau. ma. denique. ¶ Et ſi expreſſim ageretur, vt tunc dominus poſſeſſionem ſibi reacciperet, planum eſſet. C. de pig. l. 3. ¶ Idem ſi in his contractibus conſueuiſſet hoc apponi: quia forma conſueta præſumitur in reſcriptis, etiā ſi non exprimatur, extra de conſuetud. cap. inferior. ff. de ædil. edic. quod ſi nolit. §. quia aſſidua. Inſolita non, imò debet tunc probari: in titulo quid ſit inueſtit. §. præterea. De hoc tene quod diximus in tit. qui. cau. feu. amit. §. fin. his ceſſantibus uidetur omiſſum. ff. de uerbor. oblig. quicquid. ¶ Quid ſi dicatur, ut conſueuit, ut ueniat ad præſtandum ſeruitium tali die, ſub pœna deſtitutionis feudi, quam incurrat ipſo facto? uidetur quòd licet videatur comminatio: quia concurrit cum iure: quia & ſi non comminetur, feudum perditur: oportet quod comminatio ualeat, licet per ſe non ſit ualida, ſed quia hoc vult ius. ff. de adminiſt. tut. l. tutor qui repertorium. §. ſi depoſiti. Ea quæ intelliguntur, & ſi non exprimantur, non mutant, &c. C. de fideiuſſor. l. 3. in fi. ff. de condit. & demonſt. quæ ex tribus. de leg. 1. l. 4. Si comminatio ſtat in finibus prohibitionis, nihil operatur: ut mando tibi ſub pœna excommunicationis, quia nec per hoc eſt excommunicatus, ſi contra fiat, extra de iure patron. relatum. Sicut qui excommunicatur, non

Sola pp poſſeſſioné in crimine læſæ maieſtatis eſt neceſſaria.

mandat.

a *Verberauit*. Verberare eſt cum dolore cædere, vt ff.de iniur.l.lex Cornelia.§.inter.

Verberauit. Acriter, vel atrociter. ¶Si enim miles villanum ſuum leui pugno, aut ſerita, aut coertione percutiat, indulgendum eſt ei nec debet ipſum amittere. ¶Quid enim ſi uillanus inſolens contra dominum ſuum fiat, & nolit ei ſecundum morem ſolitum operas facere, vel in redditibus. Reſponderem meo iudicio, ſi ſine flagellis percutiat, & atrocem iniuriam non faciat, indulgendum eſt ei, vt ff.de iniur.l.non ſolum.§ quanquam. Nam ſi ſeruus fructuarius nolit operas exhibere, modica caſtigatio fructuario datur, dum tamen ſeruum non torqueat, nec flagellis cædat, ut ff. de vſufrüc.l.ſed ſicuti.§.ulti. ¶ Hæc autem locum habent, niſi uillanus cum mandato Regis veniat ad dominum ſuum: tunc enim pro leui ſerita amittit dominus hominem ſuum, ut in iure Longobardo.de ho.li.ho.l.ſi quis Longobardus qualemcunque hominem.

a verberauit, vel cum 1 vxore ſua adulterium commiſerit, vel filiam eius inuitam deflorauerit, homagium eius amittat, * & homo prædictus immediatè ad Curiam noſtram pertineat.

1 Additio. Vel cum vxore ſua adulterium commiſerit. *Adde an talis priuetur feudo, vide per Alexan. de Imola poſt Pau. de Caſtro in l. ſororem C. de his qui. vt indig. Sed gl. in cap. 1. quibus mod. feud. amitt. dicit hoc eſſe verum, ſi ſcienter: ſecus ſi ignoranter. Et de materia vide per Ioan. Andr. in additio. Specul. in rubrica, de adult.* Super.

* Additio. *Priuatur dominus iuriſdictione vaſalli verberati, vide Io. Fabrum in l. officium. C. de off. procenſ. & lega. & in §. fi. Inſtitut. de his qui ſunt ſui, vel alie. iur. vide Grammat. deciſ.* 104. Iacob. Anellus de Bottis.

De adiu-

ANDRÆAS DE ISERNIA.

mandat. ff.de his qui notan.infam.ob hæc verba. ſecus ſi ultra procedat: ut ſi addat, excommunico te, ſi non facis, extra de ſimo. ſicut. ¶Ita ſi Rex † ultra procedat ita dicendo, ut ueniant ex tunc, prout ex nunc: ſi non ueniant ſunt deſtituti. Nam & qui obligat ſe ad hoc ſub pœna d.c.1.quo tempore miles.in glo. Videtur ergo tunc ſententiandus, quia ſententia ſub conditione lata tenet, ſecundum Io. ſi cõditio non ſit extranea: vt condemno te, ſi ille cui defero iuſiurandum, iurauerit te debere. C.de ſenten.& interlocu.omni.iudic.l.cùm iudex.

† Additio. *Vide Guid. Papa in deciſ.* 538. *& And. in c.1.col.fi. quo temp.mil. & ſic fecit Rex Robertus, quando precepit vt Barones abſentes a regno reuerterentur. ideo And. dicit hic, Ita ſi Rex, &c. Adde Parid. de reinteg. feu.c.*28. De Bottis.

Secus ſi dixerit, condemno te, ſi nauis ex Aſia uenerit. ff.quando appel.l.1. De quo diximus ſupra de exordijs & præpar. in edictorũ. in fi. † Hoc in quolibet iudice, multo plus in Principe, per quod decreuit, &c. ff.de conſtit.princ.l.1. Non obſtat quòd hic fuerit abſens ſubmonitus, vt in l.cum iudex, præſens: quia edictum ſubmonitionis publice & ſolenniter, ut uidemus, proponitur. ff.quæ ſent.ſine appellat.l.1.§.idem cum ex.

† Additio. *Robertus &c. Iuſtitiario terræ Laboris, pro ſalubri cuſtodia, manutenſione ſolida, & conſeruatione proſpera pacifici ſtatus regni noſtri Siciliæ, volumus & tuæ fidelitati mandamus, quatenus ſtatim receptis præſentibus, ſingulis prælatis, Comitibus, Baronibus, militib. & feudatarijs alijs cuiuſcunq; ſtatus, dignitatis aut conditionis exiſtẽt de decreta tibi prouincia & de terris ſeu locis, quæ Capitaneos habeant bona feudalia in capite de curia noſtra tenentibus ſub pœna deſtitutionis bonorum huiuſmodi iniungas expreſſe, vt eorum quilibet vſq; ad medietatem inſtantis menſis Aprilis, armis, & equis decenter munitus præſentet ſe perſonaliter coram nobis, vbicunq; in regno fuerimus integrũ militare ſeruitium, ad quod pro bonis ipſis feudalibus Curiæ prædictæ tenetur pro ipſius regni cuſtodia, & defenſione pariter præſtiturus, viduis atque pupillis duntaxat exceptis, quos præſtare volumus ipſa militaria ſeruitia integra per idoneos ſubſtitutos, vel debitam prædictæ Cur. adoham exoluere, prout vidimus ordinandam: reliquos verò præſtare debentes prædictæ Cur. militaria ſeruitia eadem citra integrum militare ſeruitium in eod. territorio ſimiliter armis & equis decenter munitos coram nobis, vt præmittitur præcipias comparere, ita quidem quòd ij, ex eis quos dicta Curia noſtra ſufficientes elegerint & pro magis idoneis approbauerint cum ſupplemento gagiorum competentium integrum ſeruitium ipſum præſtetur cæteris alijs contributuris prædicta ſeruitia militaria, quòd ex diuerſis ipſorum ſeruitiorum minutis combinatis faciat ſeruitia militaria integra, quatenus aſcendunt eadem ſeruitia ſic minuta, vel ſoluturis adoham Curiæ prælibatæ, prout magis duxerimus eligendum diem monitionis tuæ cum forma præſentium, & quicquid de præmiſſis feceris ſub ſigillo tuo nobis fideliter reſcripturum. Dat. Neap. per Barth. de Capua &c. die* 13. *Martij* 1312. *Indict.* 10. *regnorum noſtrorum, an. III. fuit exẽplata a regiſtro D. Barattucij, car.* 103. *c.* 55. *& eſt pulchra declaratio per ea, quæ dicit And. hic, & in §. firmiter, de probab. alie. per Fred. & in §. ſed nec eſt alia. quæ ſit prima cau. & in c. omnes filij, ſi de feu. fue. controu.* Piſanellus.

¶Dic ad omnia prædicta, quod ſi non veniat ad ſeruitium faciendum, dominus authoritate propria capiat feudi poſſeſſionem, dummodo non neget ſe feudatarium, nec dicat ſeruitium præſtitum ſi poſſeſſionem interuertiſſet, negando feudum eſſe, uel illud ab eo tenere. Vel paratus eſſet ſtatim docere de ſeruitio præſtito, vel alio iuſto impedimento, & diceret antequam Dominus poſſeſſionem acciperet, ſtatim paratus ſum probare. ff. vt in poſ. lega. l. ſi is, a quo. aliud tunc eſſet ſicut dicitur in emphyteuta priuati propter contractũ præcedentem. C.de iure emphy.l.2.in glo. licet cautius eſſet quod authoritate iudicis, ut in glo. & eſt communis ſententia hæc quod poſſit. ¶Et erit caſus ubi quis ignorans priuatur poſſeſſione. ff.de dam.infec. l.ſi finita.§.quòd ſi forte. Licet conſultius faceret ſi reuocaret, uel expectaret abſentem illum. Sed ſi poſt acceptam poſſeſſionem feudi a Rege, veniat ille, & velit docere de iuſto impedimento, uel alia excuſatione legitima, audietur, & reſtituetur. d.§.quod ſi forte. ff.ex quib. cau.maio ab hoſtibus.§.ſed ſi damni. Debuit quidem per ſe, vel per alium quando iuſtam excuſam habeat proponere in termino coram vocante, & ſubmonente. ff.de iudi. ſi quis in ius voca.non ie.l.2. ¶Et hoc ſic dicere etiam in Comite, & Barone, non erat abſurdum, ex quo ſic eſt in emphyteuta priuati. d.l.2. Nõ obſtet hæc conſtitutio, de exguardo. dicens, quod poteſt petere diſſaſiri. nam non correxit iura communia, quæ dicunt, quod poteſt repellere propria authoritate quando non negat, &c. ut ſupra dicitur, vel nunquam corrigit præcedentem, niſi quando expreſſim cauetur in ea. in Auth. quibus modis naturales efficiuntur ſui.§ tribus. Vel ex verbis poteſt reſultare correctio, quod idem eſt. ff.de legi. de quibus. in fi. pro quo eſt l.fin. & l.ſi quando. C.de inoffic.teſtam. ¶Caueant tamen ſibi, quia ſi cõſtaret poſt eos perperam egiſſe, ut puta, ſi conſtaret de impedimento legitimo antequam caperet poſſeſſionem, vel quia ſatisfactum erat de ſeruitio domino, quod accipitur, quemadmodum voluit dominus. ff.de pigno.act. ſi rem.§.omnis. per hæc apparet dominum uiolentiã commiſiſſe, & priuaretur omni iure tanquam is, qui dicit ſibi ius. d.l. extat. hoc timore, ne detur Baronibus materia laſciuiendi in uaſallos, vt eos priuent authoritate propria, & fingat cauſam, vbi non eſt. Dicunt multi quod accipitur hic, poteſt, id eſt, debet, ut per exguardum hoc tantum faciunt ſic accipitur. ff.man. ſi mandauero.§.fin.& econtra, debet, id eſt, poteſt. ff.de officio proconſulis.l.3.§.poſt hæc ingreſſus. ¶Quid ſi feudatarius † venit ad diem, & fecit ſeruitium diminutum, hic non recuſauit ſeruitium, vt hic, & in §.ſed nec iuſtior. & in multis alijs locis ad caſum, quem non ponit hæc conſti. non trahitur, etiam vtiliter. ff.ſoluto matrim.l.ſi vero.§.de viro. Tunc dicunt muld teneri in quadruplum, ad id quod tacuit tanquam ſubtractor acquiſiti fiſco. C.lib.12.de iure fiſ.l.qui contractib. ff.co.ti. l.aufertur.§.pen. & expreſſa contumacia non uenientis uel recuſantis ſeruitium facere debet plus puniri, argum. ff.in quib.cau.in poſ.ea.l.Fulcinius.§.penul. in fi. Sed certe dictus.§.firmiter ponit caſum quando uocatus competenti ſpatio ſuperſedit ſeruire. Imo plus deliquit, qui fraudat Curiã dando ſcienter minus ſeruitium cum eſſet maius, quam ille qui uocatus non uenit, nam potuit non venire, quia non habuit pecuniam, nec potuit procurare in termino, quo caſu nihilominus habebat locum §.firmiter. quia difficultas probandi, vel præſtandi non exonerat. ff.de verb.obl.l.2.de leg.2.ſi pecuniam. Debuit quidem uenire aut inſolutum dare tantum de feudo, quantum ualet id quod debet. Aut alij vendere, non quòd dominus cogeretur accipere aliud pro alio. ff.ſi cer.pet.l.2. Sed ſi receperit, ſatisfactum erit ei, d.§.omnis.

Clauſula poſſeſ... donati... un, q... dæbet ti... pæe ... tionis do... natui, ... illud forte ... iterum ex die ... ſecaui.

† Additio. *Vide cap. regni, volumus, & ibi Scrib. fol.* 177. *vide de tali l. anno ſeu mandato Loffr. conſi.* 45. *nu.* 15. *& vide literam, quam exemplaui a regiſtro D. Barattucij, quæ incipit, vt infra videlicet, Robertus, &c. Regenti Curiæ Vicariæ regni Siciliæ, & iudicib. eiuſdem Curiæ Conſil. famil. & fidelib. ſuis, &c. Scire vos volumus, quòd viro nobili Romano de filijs Vrſi dilecto Conſiliario, familiar. & fideli noſtro ſcribimus in hæc verba, Robertus, &c. Nob. viro Romano de filijs Vrſi Comiti Nolano dicto Conſil. & fideli ſuo, &c. Roberti de Palma militis fideli noſtri oblata culminis petitio continebat, quod ipſe tenet & poſſidet ſub te certa bona feudalia in Nola, & pertinentijs eius ſub ſeruitio diſtincta partis vnius minoris feudi, quod vſitato communi vocabulo de Tabula nuncupatur, tenet quoque & poſſidet in caſtro Palmæ & pertinentijs eius ſub Sancia Hieruſalem, & Siciliæ Regina noſtra conſorte chariſſima certam partem feudi conditionis eiuſdem, maiorem tamen illam, quam ſub dominio tuo tenet. & cum pro parte iam dicta Regina iniunctum ſit eidem militi, vt pro ipſa exerceat vicariatus officium in abſentiã Guilelmi Scarrerij militis pro maioribus noſtris ſeruitijs abſentis in vrbe. Tu mandas eidem, vt ratione dictorum feudalium, quæ tenet ſub tuo dominio tecum in Siciliam veniat, & tibi quod debet pro bonis ipſis militare*

litare ſeruitium præſtaturus · ſuper quo cum duobus dominis ſeruire non poſſe ſe aſſerat, prouideri ſibi per veſtræ poteſtatis præſidium ſupplicauit. Quocirca fidelitati tuæ præſentium tenore mandamus, quatenus, ſi eſt ita, cum eidem Reginæ dignitas & eorundem bonorum feudalium, quæ idem miles tenet ab ipſa maior quantitas in concurrenti iuſſu facto per te ipſi militi ſint rationabiliter præferenda, tu contentus recipere a milite memorato adohamentum conſuetum & debitum pro bonis eiſdem quæ tenet ſub tuo dominio, quòd ipſe miles combinatus cum alijs feudatarijs tuis præſtet tibi dictum militare ſeruitium per idoneum ſubſtitutum, vt tecum perſonaliter veniat pro d. præſtatione ſeruitij, non impedias, vel moleſtes, & quòd Ioannis de Haya miles Vicariæ regenti Curiæ, & iudicibus eiuſdem Curiæ per alias literas noſtras man damus expreſſe, quòd ſi ſecus feceris, te ad hoc per oportuna remedia cohibeant & compeſcant, ita quòd non impediantur eiuſdem Reginæ ſeruitia, & iuris ſeruetur prouida diſciplina. Datum Neap. ſub paruo ſigillo noſtro ſecundum ordinationem nuper propter noſtram abſentiam habitam, per Barth. de Capua anno Domini 1313. die 22. Octob. 13. Indict. regnorum noſtrorum anno VI. Volumus igitur, vt ſi dictus Romanus contempſerit ſeu neglexerit efficaciter ſeruare prædicta, vos ipſum ad hoc diſtrictius iuris remedijs compellatis, dictum Robertum contra preſcripti noſtri mandati ſeriem vexari, aut inquietari quomodolibet non ſinatis. Datum vt ſupra, Robertus, &c. Regenti Curiæ Vicariæ & iudicib. &c. Scire vos volumus quod uiro nobili Romano & filijs Vrſi Comitis Nolano dilecto Conſiliario, familiario, & fideli noſtro ſcribimus in hæc verba. Robertus, &c. nobili Viro Romano de filijs Vrſi Comitis Nolano, &c. Nicolai de Molina Nic. Petri Ioannis & Iacobi fratris eius ac aliorum & talium feudatariorum tuorum morum fidelium habuit petitio facta nobis quòd ipſi tenent ſub ſuo dominio certas partes minorū feudorum, quæ de Tabula communi & uſitato vocabulo nuncupantur, pro quibus eorum aliqui tibi ſeruire tenentur de medio militari ſeruitio conditionis eiuſdem: aliqui verò diſpariter de minori. tu autem indiſtinctè mandas eiſdem quòd ipſi præſentialiter tecum in Siciliam veniant debitum tibi pro bonis ipſis feudalibus perſonale ſeruitium, præſtaturi, in cuius mandanti ſpecie queruntur ſe multipliciter aggrauari ex eo videlicet, quòd dictos feudatarios, qui debent modicas partes memorati ſeruitij oportebit copioſas expenſas facere pro emendis equis, armis & alijs oportunis, licèt ipſi ſint breui dierum ſpatio ſeruituri: quodq; ſi qui eorum fortaſſe tecum accederent probabiliter dubitare ſe dicunt ne in faciendis ſumptibus quos eis ſicut feudatarijs de Tabula dare teneris, donec debitum per eos ſeruitium tibi præſtant defectum ſubſtineant & ſubeant detrimentum. Supplicauerunt igitur feudatarij memorati ſuper his eis per authoritatis noſtræ remedium ſecundum iuſtitiam prouideri, quorum ſupplicationibus tam iuſtè quàm æquè pronius inclinati fidelitati tuæ præſentium authoritate mandamus, quatenus ſi eſt ita, cum de feudo Tabulæ quod ſub Comite vel Barone tenetur de generali & obſeruato ritu 40. dierum ſpatio cum expenſis Comitis, vel Baronis militare ſeruitium debeatur, niſi lex conceſſionis feudi aliter ſe habeat, vel conſuetudo legitima præſtationis ſeruitij aliud introducat, feudatarijs ipſis debentibus tibi pro feudo Tabulę integrum militare ſeruitium, vel dimidium ſeruitij militaris ſub pœnis legitimis mādes expreſſè vt ad exercitum noſtrum tecum veniant debitum tibi ſeruitium præſtaturi. Sed ſi dicti feudatarij ſeruire debeant infra ipſum dimidium militare ſeruitium maxime de quarta parte, vel infra, cum in eundo ad prædictum exercitum, & abinde redeundo præfixū tempus ad præſtandum idem ſeruitium propter nauigationis incertum vel laberetur in totum, aut non ſufficeret vel aſtante temperie ſecundum ventorum afflatus alias flatus iſtis temporibus imminentes ſic remaneret breuiſſimum quòd dicti ſeruitij præſtatio anguſtioſa & inutilis quodam modo æquo iudicio cenſetur & oneroſus vaſallo dominus eſſe non debet, ſed benignus, ne ſic anguſtioſis captionibus hominum indulgendum a vaſallis eiuſdem, qui tenentur infra dimidium militare ſeruitium, vt profertur recipias adohamentum in pecunia pro rata debitum, vel per feudatarios ipſos combinato ſeruitio per ſubſtitutum idoneum ſtatuto tempore proportionabiliter exhibenda: niſi forte conceſſionis lex eorundē feudorum ſe aliter habeat vel conſuetudo legitima aliud fieri debere perducat, vt ex his ipſa præſtatio militaris ſeruitij oportunitatib. tuis cedat ac commodo & euidenter æquitatis inſpectu onera ipſis feudatarijs minus congruo nocitura. Datum vt ſupra. exemplatum a regiſtro D. Barattutij, car. 109. c. 73. & 74. Pilanellus.

¶ Verius uidetur hic puniri, licet non ſit in dolo, at qui uenit & ſcienter diminuit ſeruitium, eſt in dolo: nam mentitur, & propter mēdacium debet puniri, ſic in Authen. de trien. & ſemiſ. §. illud. Secus ſi ignoranter, & probabiliter, vt quia hæres eſſet alterius. ff. de reg. iur. qui in alterius. & no. in ſimili. C. de iure emph. l. 2. Qui plus deliquit, plus debet puniri. Nam non debet eſſe melioris conditionis qui deliquit, ff. de donatio. inter vir. & vxo. l. 3. §. 1. Et ſi in eodem concurrit dolus & negligentia, plus punitur dolus. ff. ad legem Aquil. item ſi obſtetrix. in princi. loca. ſi quis domum. §. penult. decepit enim conductorem, &c. Vnde caſus omiſſus maiorem rationem habet eiuſdem pęnæ quàm expreſſus, & ſic erit idem ius. ff. de condictione ob cauſam. l. ſi extraneus. quamuis ille, qui non potuit ſeruire, & propterea

non

non venit, non perdat feudum. d. §. ſed nec iuſtior. & ſic debet intelligi hæc conſtitutio de exguardo, vt ibi diximus. Et tamen non ob hoc mutatur id quod de doloſo & mendoſo prædictum eſt. Dicit tamen, debet eum eatenus punire quatenus deliquit, videlicet, in eo quod occultauit ſcienter & fraudulenter, vt in tit. de vaſal. qui contra conſtitutio. Lotharij feu. alien. c. 1. vbi partem tantum perdit, ſi partem tantum alienauit. Nam pœna debet proportionari delicto. C. de pęn. l. ſancimus.

Additio. *Adde l. reſpiciendum. ff. de his, quib. vt indi. c. non afferamus. 24. quæſtio. 1. & glo. in ver. deliquerit, in cap. quæſiuit. de his quæ fiunt a ma. par. cap. & in cap. ſicut dignum. de homi.*

Vt patet in hærede accommodantis fidem contra leges, qui in ea tantum re non detrahet Falcidiam, de qua fidem accommodauit. ff. de his qui. vt indig. l. hæredes. Teſtator etiam legando non deliquit, ſed exhæredando ſine cauſa, ideo teſtamentum non ualet, quantum ad inſtitutionem tantum, quam facit, alia non irritantur. C. de lib. præte. authen. ex cauſa. Non obſt. l. Fulcinius. & ſimiles, quia in maiori delicto & contumacia eſt hic, qui tacuit fraudulenter. Nec obſt. ratio. l. in contractib. & l. aufertur. quia vbi ſpecialis pœna imponitur, generalis non habet locum. ff. de pœnis. ſanctio. de verb. oblig. doli. hic ſtatuitur pœna amiſſionis feudi in eo, qui temere non venit ad præſtandum ſeruitium, vt in §. firmiter. nec videtur veniſſe ad ſoluēdum, neque ſoluiſſe, qui diminutum ſcienter ſoluit. ff. de actio. empti. Iulianus. §. offerri. qui ſatiſdare cogantur. quoties. C. de diſtractione pignorum. l. quandiu. De iure ergo perdit id, quod tacuit fraudulenter, vt ſi medietatem ſeruitij tacuit, ſic medietatem feudi perdat. ¶ Sed obſt. ritus Curiæ, † vt ad quadruplum teneatur, quando diminute ſeruit. Ideo in apodiſſis, quas Curia facit de receptione adohamenti ſeu pecuniæ ſeruitij, uel quando perſonaliter ſeruit, apponitur ſemper hæc clauſula, reſeruato Curiæ, quod ſi proceſſu temporis inueniatur teneri ad aliud, uel ad maius ſeruitium in pœnam fraudis commiſſi mendacij iuxta formam iuris, & ritus Curiæ, qui ſeruatur in talibus, teneatur.

† Additio. *Paris de reinteg. feu. c. 52.* De Bottis.

¶ Alia clauſula eſt ſic, id totum cum pœna ſtatuta in talibus reſarcire Curiæ teneatur. De hoc vidi magnam altercationem ſapiētum, & iuriſperitorum ſubtiliter allegantium coram inclyto Rege Carolo II. prout de ea alibi diximus. Finaliter ipſe Dominus Rex uoluit & declarauit, ut eſſet pœna quadrupli in eo qui ſoluit diminutē adohamentum, vel facit ſeruitium diminutum ſcienter. Nunquid autem poſtquàm declaraſſet, quòd eſſet pœna quadrupli, poſſet legem condere, ut diminute ſcienter ſoluens, vel ſeruiens perdat feudum, ſicut qui non ſoluit vel ſeruiuit? In futuris conceſſionibus & infeudationibus non eſt dubium, quia poteſt: quilibet enim rei ſuæ dicit legem, quam vult. ff. de pact. do. l. ob res. de reg. iu. contractus. depoſi. l. 1. §. ſi conuenerit. In præteritis non uidetur, ſi tunc quando feudum fuit datum, erat pœna quadrupli, uidetur repetitum, & in conceſſione tacite agi, ut ſi ceſſet ſeruire, ſic, ſcilicet in quadruplum teneatur. arg. ff. de ſerui. l. ſi cui, de ritu nupt. quanquàm. niſi pro bono publico id fieret, ut ſcilicet, ad defenſionem Regis & domini promptius & celerius concurrent feudatarij: tunc etiam dominium aufertur inuitis, iuſto, ſcilicet, pretio. ff. de rei vend. item ſi uerberatum. §. 1. de euict. Lucius, de re mili. non omnes. §. fi. Si aliter lex faceret, Princeps pro ſuo commodo non uidetur poſſe, nam debet eſſe lex iuſta, poſſibilis, non pro priuato commodo condentis. 4. diſtin. c. erit. Nec obſt. ff. de pact. ſi unus. §. quod in ſpecie. ut lex talis ſit iuſta, quæ redeat de facili ad antiquam ſuam formam, quia ponitur quæſtio, quando tunc cum datum ſuit feudum erat pœna quadrupli, uel poſtea declaratū, & ſic ante fuerat. hoc n. importat uerbum, declarare. ff. ad legem Falc. l. 1. cum concor. & ſic non eſt reddi formæ, quæ nulla erat tunc, ſed abrogata erat, quando conditur ultimo lex prædicta pœna amiſſionis feudi, & ſic nullum debet ex ea remanere veſtigium. ff. de adop. l. omni. C. de Lati lib. l. 1. in princi. ¶ Item quando feudatarij † requiruntur, ut faciant ſeruitium, an poſſint dicere Curiæ, uel domino, dicas & oſtende nobis quantum debemus? videtur quod ſic, in Authen. de mandatis Principum. §. coges. de coll. §. eos. ſicut cum petitur debitum per creditorem. C. de probatio. l. 1. de non num. l. 1. & l. ſi ex cautione. niſi feudatarius eſſet certus. ff. de actio. empti. l. 1. in fi. Vel deberet eſſe certus, quæ ſunt paria. ſi certum petatur. l. quod te. vt ſi datum erat feudum ad certum ſeruitium, & habeat inde priuilegium maiorum ſuorum, uel pluries fecerat ſeruitium in proximis annis, & conſtabat per regiſtrum. ff. de proba. l. cenſus. Hæc tamen petitio nocebit feudatario, & proderit Curiæ ſeu domino, non dicit dominus quod debet ſeruitium pro valore bonorum, ſiue feudi quæ detinet, ſcilicet pro ſingulis 20. vncijs vnum ſeruitium militare, ſecundum uſum Regni, argum. dicti §. firmiter. & de cap. Corradi. §. ſimiliter.

† Additio. *Vide Parid. c. 21. c. 22. & 24. de reinteg. feu.* De B.

¶ Sic quando Dominus uaſallo diceret, oſtende mihi feudum, quod a me tenes, cum multa bona diuerſi iuris diceret ſe uaſallus habere, & ſi non poteſt oſtendere, quia feudum eſt antiquum, & nō ſunt inde teſtes, aut ſcriptura, tunc ſufficeret ſi uaſallus oſtēderet, & dicat

ea bona

De adiutorijs exigendis ab hominibus. *Rubrica.*

a QVamplurium. Quia Barones, & Prælati ſuos homines nimis excoriabant in neceſſitatibus ſuis pro ſuo arbitrio voluntatis, ideo hæc conſtitutio imponit terminos, qui præteriri non debent, quibus poſſunt a ſuis ſubditis exigere cauſa ſubuentionis, moderate tamen, qui caſus patent apertè in litera, & ſic factum eſt, ut hęc exactio moderetur, reprehenſa exactorū illicita auaritia, ut ff. de officio Præſidis. l. illicitas. §. penult. Item ualde durum erat & iniquū, nunquam & a nullo recipere. Sed paſſim accipere ab omnibus ualde uiliſſimum, ut ff. de officio proconſulis. l. ſolent. in fi. & ideo hęc media via eligitur, & effrænata cupiditas coercetur, ut ff. de teſti. l. 1. in fine. ¶ In conſtitutione ſequen. ſatis tractatur de materia eadem cum iſta. Nam ponuntur in ea duo caſus, quibus poteſt Baro exigere adiutorium a villanis, ſ. pro militia minoris fratris, & pro maritanda ſorore.

De adiutorijs exigendis ab hominibus.

TITVLVS XX.

Domini non niſi in ſubſcriptis caſibus ab hominibus eorum adiutoria petere poſſunt, videlicet pro redimenda perſona domini ab inimicis Regis detenti, pro faciendo filio milite, pro maritanda filia, vel ſorore, pro emenda terra vna vice tantum, & pro ſeruitio Regis, & Prælati petunt pro conſecratione ſua cum ad Concilium a domino Papa vocātur, pro ſeruitio exercitus, ſi quidem fuerint in exercitu, niſi etiam pro ſeruitijs Regijs, vel corredo Principis cum hoſpitatur in terris ſuis, vel recipitur ab eo: in omnib. tamen dictis caſibus moderatè ab eis adiutoriū exigant, & requirant. h. d. Lallus de Thuſcis.

REX GVLIEL.

QVamplurium [a] * Regni noſtri fidelium ad nos querela peruenit, quòd Prælati Eccleſiarū, Comites, Barones, & milites in-

Quàm plurium. Aliquando dictum eſt, quod caſus comprehēſi in hac conſtitutio. de expendis adiutorijs a vaſallis non habeant locum in Rege: cum hæc conſtitutio loquatur in Prælatis, Comitib. & Baronibus, ſed hoc non eſt verum. non enim eſt conueniens, ut his non utatur Rex Priuilegijs, quæ priuatis ab eo dantur, ut in Auth. ut non fiant pignora. §. illud, collatio. 5.

• ADDITIONES. *Quid ſi vaſalli conuenerunt vltra iſtos caſus præſtare adiutoria domino, an teneantur, vide Boer. in deciſ. 126. nu. 3. & ibi, quid in conſuetudine. Et an poſſint peti adiutoria pro uoto transmarino, ibi per totam deciſ. & ibi, an pro militia. An feudataria pro ſe ipſa honorabilibus maritanda poſſit petere adiutorium, vide Boer. dec. 130. & quid ſi adiutorium excederet quantitatem datam in dotem filia, vide unum verbū Io. Lupi in c. per veſtras. fol. 231. nu. 12. Et de don. inter vir. & uxo. ad hanc conſtit. vide Iac. de Gello in trac. de iure adohæ, a nu. 29. ad 37. vide Capic. in c. feudi domina. §. petitas. verſ. 14. & moder. in c. regni, grauamina, nu. 35. cum præced. Quid ſi Baro per quinquaginta annos non petijt habens poteſtatem & euenient caſus aliqui, in quibus poterat petere, vel caſus non euenit, quid iuris, uide Cigalud. in tract. de ſac. princ. in §. capitulum iudicum. vbi determinare videtur, quòd ſi non petijt, imputatur ſibi negligentia ſua, ut ibi latè, & ad materiam vide deciſ. Delphin. 57. Pet. de Rauen. in ſuo compēd. iur. fol. 135. in fi. & in ſuo Alphabeto, fol. 158. col. 4. in fi. & Alex. conſ. 35. 2. volum. Et quid in filia ſpuria. vide Mart. Lauden. in c. 1. in fi. an apud iud. vel eo. q. feu. ten. qui tenet quòd tenetur vaſallus, licet contra teneat Iacobi. in tract. feud. in verbo, qui quidem inueſtiti. col. pen. & vide de materia Gul. Bened. in repet. c. Raynutius. in ver. & uxorem. nu. 555. in 4. deciſ. de teſta. Oldr. in conſi. 104. & Pau. de Caſt. conſ. 20. vol. 1. & quanti æſtimandum ſit charitatiuum ſubſidium, vide Affl. deciſ. 136. & in deciſ. 265. nu. 54. vbi ponit caſus, in quibus poteſt peti adiutorium. & vide cap. Regis Roberti, quòd ad hoc ut Barones exigant adiutoriū, requiratur litera regia, de quo per Affl. in d. deciſ. 275. nu. 56. & 57. An uaſalli burgenſes teneātur præſtare adiutorium. Et adde quòd dominus dānatus de publico crimine, vel excommunicatus, non poteſt petere adiutorium. Affl. ibid. nu. 57. & no. quòd quando vaſalli rebellarent iuſtò contra dominum, non poteſt dominus petere adiutorium ab alijs uaſallis pro illis comprimendis. And. in c. 1. §. ſed non eſt alia. 10. col. quæ ſit pri. refert Capic. deciſ. 69 nu. 30. Et quòd ſi dominus duxit uxorem, vel naturam. vide Cottā in ver. Vaſalli non tenentur. & ibi, quid ſi maritat filiam ſpuriam & vide ad noſtram conſtit. Capic. dec. 184. & moder. in c. regni, grauamina. nu. 27. & in c. regni, item ſtatuimus, quòd Comites. fol. 119. & c. regni, Comites. & ibi Scrib. fol. 146. vbi quis erit index competens in quæſt. orta inter dom. & vaſallos ſuper adiutorijs exigendis. An autem ſi petatur adiutorium a vaſallo, poſſit vaſallus petere immunem a ſuo ſubuaſallo. vide Iacobi. in ver. ita quòd ipſi inueſti. nu. 6. vide omnino Nic. Boer. in deciſ. 126. vſq. ad 130. incluſiuè, & ſequentes. vbi an & quando poſſint peti adiutoria de iure. An vſuſructuarius, uxor & creditor poſſint petere adiutoria, vel domini. vide Capic. d. deciſ. 184. per totam, in quodam regiſtro antiquo, quod reperitur penes Magnificum Antonium Barattucium fiſci aduocatum, eſt declaratio ſequens regis Roberti, car. 124. in c. 114. Robertus &c. Iuſtitiario Aprutij citra flumen Piſcariæ fideli ſuo, &c. Humanorum actuum regula legis ſanctio circumſpecta ſic eſt obſeruanda tenaciter, ut eam nulla voluntas inordinata præteriat, & præſumptuoſa tranſgreſſio contra permiſſum aut vetitū non corrumpat. Sanè conſtitutio regni noſtri Siciliæ de præſtandis adiutorijs dominis a vaſallis eorum, edita ſerioſe declarat adiutoria ipſa illis præſtare debere pro redimenda perſona ſua cum ab inimicis noſtris in noſtro ſeruitio capti extiterint pro faciendo filio milite, pro maritanda filia vel ſorore, pro emenda terra vna vice tantummodò, pro ſeruitio noſtro, ſeu noſtri exercitus moderate, & in his, quæ noſtro commodo præſtantur. Quæruntur autem homines caſtri Scriuecula fideles noſtri quòd ab eorum dominus præter & vltra caſus in ipſa conſtit. diſtinctos grauantur enormiter, & multipliciter opprimuntur. Nos autem volentes dictis oppreſſis ſuccurrere & ipſis dominis in conſeruatione iuris eorum per declarationis congruæ remedium prouidere, declaramus tenore præſentium prædictis dominis adiutoria prædicta deberi etiam vbi perſonaliter militare ſeruitium non præſtantur, ſed per idoneum ſubſtitutum ſeruitij vel adohamentum in pecunia ſoluunt, aut ipſum ſeruitium eſt eis gratioſè remiſſum, vel cum credito compenſatum. Pro militia quoque eorundem dominorum, & nepotum ex primogenito, ac pro dotibus filiorum eiuſdem primogeniti eadē adiutoria ab eiſdē vaſallis dominis tribuantur. hoc. n. caſu etſi d. conſtitutio aperta diſtinctione non exprimat per interpretationis obiectū ſanus intellectus admittit. Adiecit præterea iſtorū ſupplicantiū clamoſa cōqueſtio, quod domini caſtri prædicti ingerētes ſe alienis partib. imprudenter exigūt, & cum concuſſione requirunt.*

ANDRÆAS DE ISERNIA.

ea bona eſſe feudalia, quę tenet a domino, quorum ualor proportionetur ſeruitio, quod exprimitur. De hac materia plene diximus in tit. de controuerſia inter vaſallum & feuda. de beneficio. ¶ Quid ſi ſoluens diminute petat ſe reſtitui, cum eſſet minor decem & octo annis, maior 15. an non admittatur? dic quod ſic, ut l. Imperialem decet ſolertiam § prętereà in glo. diximus ſupra de re milita. l. 1. in fi. niſi eſſet doloſus in non ſoluendo homo talis ætatis ſcienter. ff. de mino. ſi ex cauſa. §. penult. ff. manda. ſi procurator. §. dolus, & l. dolus. E contrario ponit hæc conſtitutio culpas domini, propter quas perdit homagium vaſallorum, ut ſi verberauit eum, ſcilicet, non leuiter, aut ſi leuiter, & uenit uaſallus ad dominum de mandato Curiæ, ut in Lōbarda allega. in glo. Alias leuiter verberando non, ut hic no. & infra de his qui verbera. mil. ut dignitatum. in fi. Et breuiter ex illis culpis quib. uaſallus amitteret feudum, eiſdem & dominus feudi proprietate priuatur: quod dic, ut in tit. qualiter dominus proprietate priuetur. c. ex facto. ſi de feudo controuer. fuerit. c. domino.

De adiutorijs exigendis ab hominibus. *Rubrica.*

Q*Vamplurium.* Poſita eſt hæc lex, ſicut patet ex litera, contra dominos † vaſallorum, ſcilicet, Prælatos, Comites, & Barones, & Feudatarios. In Rege dicunt quidam non loqui, quia non comprehenditur perſona loquentis, de ſenatoribus. l. 1. C. de ſolutionibus. l. inquiſitio.

† ADDITIO. *Adde quod dicit And. in tit. quæ ſint regalia extraordinaria, in 1. col. quod tenentur tunc uaſalli ſubuenire domino ſi ipſe indiget, ſecus ſi haberet unde faceret expenſas, & illud in ſuperfluis veſtibus, & alijs delicioſos expendat. Similiter tempore neceſſitatis, poſſunt imponi præſtita ſubditis per dominos & charitatiuum ſubſidium. Bal. in l. 1. in fi. C. de oper. lib. quem ad hoc allegat Iaſ. in l. admonendi, de iureiur. Et pro corona Regis uaſalli præſtant adiutorium, c. 1. in fi. de pace tenen. And. in c. imperialem. §. firmiter, in princ. de prohib. alie. per Fred. Idem And. in tit. quæ ſint reg. ſuper ver. & ex ordijs. in princ. & tenet expreſſè And. in c. 1. §. ſi. de pace iur. firm. ſ. quòd ita tenentur ſubuenire regi. Circa quæ vide Alex. conſ. 35. 2. vol. & ſum. Iaco. de Ardiz. in tit. quib. mod. feu. amit. circa fi. in verſ. & in dotem pro filia ſua, & in tit. qual. iura. deb. vaſal. in fi.* De Bottis.

¶ Alij dicunt, quod ſic, ut Rex poſſit uti priuilegijs, quæ dat ſubditis: pro quo eſt in Auth. ut nō fi. pign. §. illud. & ut proſit ſibi illud quod uoluit prodeſſe alijs. C. de naturalib. liber. l. cùm aliquis. in fi. Et hoc hodie eſt in vſu. Nam c. Honorij hos caſus ampliauit in Rege, dum hęc conſtitutio ponit unum caſum pro faciendo filio milite. ¶ Et Honorius addit pro militia ipſius Regis, ſeu fratris ſui, hoc etiam per cōſtitutionem, Comitib. in principio: ſed Honorius declarat fratris. ſ. cōſanguinei, & vterini: vel ſaltē conſanguinei, ſiue alicuius ex liberis ſuis domini feudi, ſ. non fratris. Vnde ſi pro faciendo fratre milite uellet Rex ſubuentionem, imponet eam ſecundum quantitatem ab Honorio declaratam & expreſſam, videlicet, duodecim millia unciarum in toto Regno Siciliæ. ¶ Sicilia, eſt de regno. ff. de iudic. l. inſulæ.

ADDITIO. *Adde quod eſt de patrimonio beati Petri, ut in cap. 1. 94. diſtinct.*

neceſſitatibus ſuis pro ſuæ voluntatis arbitrio ab hominibus ſuis adiutoria exigunt,& extorquent. Volentes igitur tam duræ ſubiectorũ noſtrorum oppreſſioni miſericorditer prouidere: Statuimus,dominos non niſi in ſubſcriptis caſibus tantum ab hominibus eorum adiutorium petere, videlicet in [1] redimenda * perſona domini, ſi fortè ab inimicis noſtris in ſeruitio noſtro captus fuerit, pro faciendo filio * milite, pro [2] maritanda filia * vel ſorore, [a] pro emenda terra, videlicet ea tantum vice, cum eam emerit pro ſeruitio noſtro,vel exer

rant, q corũ habeatur aſſenſus in matrimonijs, quæ inter ipſos homines contrahuntur, quòd ipſi ſine liberis decedentibus vſurpant indebitè ſucceſſionem eorum legitimis hæredibus procul reiectis. Et cum aliquis eorũdem hominum, qui dent prædictis dominis præſupt. ſpallam vnam pluribus hæredibus relictis moritur, a ſingulis ipſis vna ſpalla requiritur, licet de iure inter eos eadẽ ſpallæ præſtatio dimidatur. Super quib. noſtro præſidio deuotius implorato fidelitati veſtræ præſentium tenore mandamus tu præſes iuſtitię & vos alij ſucceſſiue futuri eiſdem dominis inhibeatis expreſſe, quòd de huiuſmodi matrimonijs, ſi directè vel per obliquum nullatenus intromittant, nec ſucceſſionem eorundem hominum vſurpare vel occupare præſumant vltra, vel præterquàm leges, conſtitutiones, capitula regni, ac conſuetudines approbatæ regni Siciliæ ſtatuant, & declarent hęredes eorundem hominum ad pręſtationem ſpallæ prædictę, vel ſimilis erogationis huiuſmodi omnes ſimul compelli non ſingulos permiſſuri, ac repreſſuri per arcta iuris remedia prædictos dominos ſi eos contrarium contigerit attentare. Sic ergo in pręd ictis omnibus, & circa prædicta prudenter, ſolerter, & efficaciter vos geratis, quòd iam dictos homines in pręmiſſis omnibus, & circa præmiſſa vltra, vel pręter per dictos eorum extraneos grauari nequeant, quàm prædicta ſuperius diſtincta contineant, & legis perinde diſcreta ſanctione determinans. præſentes autem literas poſt oportunam inſpectionem earum præſentanti, vel præſentantibus reſtitui volumus obtinere. Datum Neap. per manus Barth. de Capua, &c. anno Domini 1318. die 7. Aprilis. 1. indict. regnorum noſtrorum anno 9. Ideo no. quia in iſta declaratione dicitur pro dotibus, & ſic in numero plurali, & per conſequẽs male conſulitur d. Tho. Gram. conſil. 68. & pro iſta declaratione vide Boer. deciſ. 126. vbi poſt Afflic. format q. de pluribus filiabus. Piſanellus.

¶ An pro filia monachanda, per Boer. deciſ. 126. & an pro ſpuria, in deciſ. 127. & Boer. in deciſ. 129. De Bottis.

1 Additio. In redimenda perſona domini. Adde, quod fallit, ſi feudum eſſet minus tenue, quod non ſufficeret ad tales expenſas, ſecundum Bart. in l. Mania, in §. 1. ff. ad Trebel. Bal. in l. qui manumittitur, ff. de oper. liber. Ludo. Roma. in l. recuſare, in §. ſi quis a filio. ff. ad Trebel. Bal. in c. cum ex officij in 1. col. de præſcrip. Oldra. conſ. 234. incip. factum tale eſt, quidam miles. Superantius.

* Additio. Adde Boer. in deciſ. 126. nu. 8. cum ſeq. in fi. an poſſint peti pro filio redimendo. & quid ſi eſt detentus pro delicto, vel debito, vide eundem Boer. deciſ. 128. per totam. & an pluries peti poſſit. deciſ. 131. nu. 10. De Bottis.

* Additio. Vide Iacobi. in tract. feud. in ver. cum mero, col. 4. vide c. Regni, item ſtatuimus, quòd Comites, & c. Comites, Barones, vide in deciſ. 265. in 3. car. De Bottis.

2 Additio. Pro maritanda filia. Adde Bald. in cap. 1. in §. ſimiliter. de Capi. Corradi. in vſib. feudor. Hoſtien. in ſumma. in titulo de immuni. eccleſ. in §. 1. prima col. Specu. titu. de feu. in §. quando. verſ. & no. quod vaſalli. Alexan. de Imo. conſil. 35. incip. viſo themate. in 2. vol. Superantius.

* Additio. Quid ſi prius fuit maritata, demum vidua effecta, vult monachari, an teneatur ad adiutorium, ſi præſtiterit tempore nuptiarum. Boer. in d. deciſ. 126. nu. 12. qui allegat Io. Saxo. tenentem quòd ſic. & quid in filia naturali, vel ſpuria, vel inceſtuoſa, vide eundem deciſ. 127. An autem filia poſſit cogere patrem ad petendum adiutorium a vaſallis pro ipſa maritanda, vel poſt mortem patris, an poſſit ipſa petere. vide Boer. deciſ. 130. nume. 3. 4. An pro filio, vel ſeipſo maritando poſſit dominus petere adiutoria, vide Boer. dicta deciſ. 130. num. 14. An pro maritanda ſorore, uide Boer. dec. 129. & an pro vidua tranſeunte ad ſecundas nuptias, Boer. deci. 131. nume. 2. Quid in filia monachanda, vide Felin. in cap. in præſentia, 18. col. de proba. quem ſequitur Guliel. Benedictus in ca. Rainutius, in ver. dot. nume. 10. & Boer. dicta deciſ. 126. nu. 12. & deciſ. 131. nume. 12. In lib. penes Do. Barattucium in c. 134 car. 136. extat ſubſequens declaratio, quæ incipit. Carolus &c. Ad perpetuam rei memoriam, non res ſermoni, ſed rei ſermo debet eſſe ſubiectus, & omnium dictorum veritas ſub vna ſpetie ratione concluditur. de multis ſimilibus idem iudicium aſſumitur. Sanè præſentis interpretationis, & declarationis edicto decernimus pro ſua filia monachata & cõſecrata legitime ſubuentienẽ, & charitatiuum ſubſidium, vt canones nũcupantur, a ſuis vaſallis parentem poſſe petere, ordinatũ quidem & competẽs pro perſonarũ qualitate prouiſa, & ſumptuũ quantitate, vt ipſa charitatiua præſtatio moderamẽ ſapiat, & extorſionis amaritudinem non perducat. Cum enim regni Siciliæ generalis editio pro maritanda filia ſubuentionem a vaſallis ſuis parenti poſtulare concedat ex eiuſdem rationis fomite in monachatione, & conſecratione prædictis, videtur id rationabiliter concedendum, & quòd ipſa monaſtico cultui dedita eſt vere filia collocata in ſpirituali coniugio, & dictus eius genitor pro ea ſubit onera, quæ pro carnali matrimonio portat. Datum Neap. per Do. Barthol. de Capua, &c. die 1. Nouembr. 1322. 6. indictio. regnorum, &c. & in eodem regiſtro car. 63. c. 135. Carolus, &c. Abſit a ſeculo, ut quod pro reipub. cautela ſtatuitur, in eius regiorum fideliũ periniquæ interpretationis aſtutiam torqueatur. Sane vniuerſis Iuſtitiarijs, & officialib. alijs regijs, quibus expediens viſum fuit mandaſſe recolimus, vt vniuerſis Comitibus, Baronibus, & feudatarijs dicti regni Siciliæ certo modo mandare deberent, quòd ipſi gente, equis, & armis decenter muniti eſſent in apparatu continuo ad propulſandam iniuriam, & hoſtilem reprimendam proteruiam, ſi forte contra treguæ indicta fędera aliquis præſumptuoſius attentauerit, quæ noſtra monitione per Iuſtitiarios, & officiales eoſdem exequutioni demandata quidam ex Baronibus & feudatarijs ſupradictis ſumpta malignandi materia a vaſallis eorũ ſubuentionem propterea requirere moliantur in eorum graue diſpendium, & ſarcinam oneris grauioris. ea propter deuotioni veſtræ præcipiendo mãdamus, quatenus propter iniunctum ipſum per capitula communia noſtra prouiſione procedentis onerari vaſallos ipſos pro ſubuentione prædicta ab eiſdem Baronibus, & feudatarijs nullatenus permittatis. dicta quidem ſubuentio Baronibus, & feudatarijs ipſis tunc rationabiliter debetur, & ſoluitur, cum idem militare ſeruitium completo debito termino realiter exhibetur. Datum, &c. Nota ex hac declaratione, quòd vaſalli non poſſunt cogi, niſi præſtito ſeruitio per Barones, & ſic ex ſubmonitione facta Baronibus, quòd ſint in continuo apparatu, non debent vaſalli moleſtari interim. Piſanellus.

a Pro emenda terra. Et eſt hoc neceſſarium, quòd not. in li. Roffr. in tit. de ſacra. cuius vaſal. ibi, noua forma ſacramenti.

* Addi-

ANDRÆAS DE ISERNIA.

94. diſtinct. Doct. in clem. Romani. de iureiur. Et an ſit pars Italia? Vide per Card. Alex. in c. quis neſciat. in 3. not. 11 diſtin.

Quam contingit tertia pars quantitatis prædictæ: ex quo vult pro fratre, volet & velle debebit ſecundum quãtitatem poſitam in illo capitulo Honorij, non poterit partim approbare, & partim reprobare. ff. de adminiſt. tutor. cum quæritur. cum concor. nam per conſtitutionem, Comitibus, minus, ſcilicet, moderate pro facultatibus vaſallorum, & quantitate expenſarum: ſed poſt dicit, quòd pro maritandis ſororibus, &c. quando ſcilicet, dotabit, ut in d. cap. Honorij. & ſi faciat militem fratrem ſuis expenſis, ut in conſtit. Comitibus. capitulum interpretans, ſupplens, ſeu declarans, habet locum in his, in quibus loquitur conſti. Comitibus. quam interpretatam ſupplet, & declarat, vt in Auth. de fil. ante dot. inſtru. na. circa fi. ¶ Item dicit dominos exigere adiutoria in iſtis caſibus, per quod videtur, quod mulier dotarium habens ſit vſufructuaria. Nam dominium eſt hæredis, ſupra ti. 1. l. mulier. non videtur, quòd hæc ſubuentio in quinque caſibus mulieri detur, multò minus creditori etiam habenti in pignus feudum propter dotem, qui lucrifacit fructus propter onera matrimonij. ff. de iure dotium. l. fructus. Vnde ſi capiatur vſufructuarius feudi, vel creditor, ét vir, uel maritet, vel faciet filium militem, aut terram emat, non exigeret a vaſallis illius feudi adiutorium. Vſufructuarius nõ eſt dominus: nihil enim habet commune cum dominio. ff. de reb. cor. l. ſed ſi forte. ſimilitudinem habet cum dominio. & ideo dicitur, quod eſt pars dominij. ff. de uſufru. l. 4. ſimile in quibuſdam, ergo non eſt idem, cui id ipſum ſimile eſt. ff. depo. l. quod Neruа. quod iuſſu. l. 1. §. 1. & patet, quia Meum, Tuum, & Suum, dominium denotant, & non continetur uſufructuarius, de legatis & fideicommiſſis 3. ſeruis. imò ſi proprietarius legat ſeruos ſuos, non continentur ſerui in quibus uſusfructus eſt alienus, ea. l. in fi. & l. ſequen. Appellatione domini ſolus proprietarius continetur non uſufructuarius. ff. de reli. & ſump. fu. l. 2. §. in locis alterius. ¶ In ultimo autem caſu quando, ſcilicet, propter ſeruitium ſubuenit uaſallus non abſurde dicetur præſtari ei, qui ſeruit, ſubijt onus, quia poſſidet. C. ſine cenſu, vel re. l. fi. habeat commodum datum propter id ſeruitium. ff. de regulis iuris, ſecundum naturam. ¶ In contrario quãdo indicetur ſubuentio rei, in quo eſſet uſusfructus, eſſet onus fructuarij. ff. de uſufruc. l. quoties. Licet ergo omnis fructus pertineat ad uſufructuarium. ff. de uſufruc. l. 3. cum ll. ſequent. hoc habet proprietarius dominus, ſcilicet, a prouiſione huius conſtitutionis, quæ domino dat ſubuentionem. Vnde & ſi contrahens prouideret, & uellet donatum in ſeruo fructuario, acquiri domino proprietatis,

citus noſtri, moderatè tamẽ in his, quæ pro noſtro corredo * dãtur. De Prælatis tamen Eccleſiarum ſtatuimus, vt in his tm̃ caſib. ab hominib. ſuis adiutoriũ petant, videlicet, Pro conſecratione ſua,* Cum ad Concilium a Dño Papa fuerint vocati. Pro ſeruitio exercitus nſi, ſiquidẽ in exercitu nſo fuerint: Vel ſi uocemus eos: Vel miſerimus eos pro ſeruitijs nſis: [a] Vel corredo noſtro, cũ in terris eorũ nos hoſpitari, vel corredum ab eis recipere contigerit.

In omnib. prædictis caſibus [b] moderatè tamen Domini ab eis adiutorium exigant & requirant.

* ADDITIO. *Corredum eſt, quando Imperator tranſit per locum aliquem, debet fieri contributio in expenſis, ſeu ſumptibus eius, ut declarat Guido Papa deciſ. 57. Alex. conſ. 25. 2. vol. Sed an poſſint peti expenſa præterita, vide Laur. Silua conſi. 48.* De Bottis.

* ADDITIO. *Quod vaſalli prælatorum teneantur ad ſubſidium pro munere ſeu benedictione ipſorum, vide cap. Roberti in lib. Barattucy, in archiuo regia Sicla, par. 1. c. 116. & ibid. c. 135. diſponitur nõ poſſe a Baronib. peti ſubuentionem a vaſallis ex eo, quòd a Rege ſubmoniti fuerant ut ſtent attenti cum armis & equis niſi realiter acceſſerint ad ſeruiendum. & no. quòd in regeſtis regia Sicla patet. Reges huius regni vigore huius conſtitutionis pro matrimonio filiarum & militia filiorum ſæpius a toto regno adiutoria exegiſſe, ita quòd pro militia Caroli II. filia Caroli I. ab hoc regno exacta fuerint unciæ 57657. & ab inſula Sicilia unciæ 30000. & pro maritagio Beatricis filia eiuſdem Caroli quarta pars collectarum, quæ exigebantur ad rationem unius auguſtalis pro quolibet foculari. & pro maritagio Clementiæ neptis ex filio Caroli II. ut in d. libro, par. 2. cap. 89. & ſic deinceps tempore aliorum Regum.* Fabius Iordanus.

a *Vel corredo.* A cuius poteſtate, alias præſtatione eccleſiæ non excuſantur, ut C. de ſacroſan. eccleſi. l. nemine m.

b *Moderatè tamen.* Id eſt, ſecundum qualitatem & quantitatẽ feudi, vel bonorum, quæ tenent uaſalli a dominis: debent enim Domini moderate vti iure ſuo ut C. de emendatione ſeruorum. l. 1. ¶ Item & ſecundum quod conſuetum eſt, ut C. in quibus cauſis col. cau. cen. l. 1. & not. plene de illa materia in lib. Rot. prætor. iuxta modum facultatum, ut ff. ubi pupillus educari debeat. l. 2.

Moderatè. Qualiter intelligatur moderate, determinatur in l. proxima.

De adiu-

ANDRÆAS DE ISERNIA.

proprietatis, vel ſimpliciter donaretur, non contemplatione fructuarij, proprietarij eſſet. ff. de vſufruc. ſed & ſi quis, & argu. de vulgari & pupillari, ſed & ſi plures. §. in arrogato. ſed non minus ualet prouiſio legis, quàm contrahentis. C. de fideiu. l. fin. ff. de pignor. actio. l. nõ eſt mirum. Cum dedit hæc adiutoria † domino, excludit & fructuarium, & creditorem, quia de his non cauit, argum. ff. de verb. obl. ꝑ. l. ſi minor. C. de caducis tollendis. l. 1. circa fi. ¶ Non autem placet dici, quod fructus rei eſt fructuarij, hoc eſt fructus hominis, ſcilicet, vaſalli, qui non uidetur eſſe in fructu, ſicut nec partus hominis. ff. de uſur. in pecudum. nam & in homine dicitur eſſe vſusfructus, ff. de ſtipula. ſeruo. l. 1. §. ſi vſufructuarius. Erit ergo illa ratio, quia domino datur. ¶ Alij dicunt, & forte melius, quod mulier habet pluſquam vſuſfructum: habet enim ſe uiua in totum feudum dotarij, exceptis reſeruatis hæredi, ut d. l. mulier, plenius dictum eſt. ¶ Alij exponunt domino, id eſt, dominanti, & ſic includunt etiam creditorem, quia hæc ſubuẽtio fructus eſt, & ſi eos lucrifaciat ex pacto, uel a lege, ſuus erit: alias ſibi excomputabit in ſortem, uel utiliter, id eſt, efficaciter dabitur vſufructuario, qui non eſt dominus, ſic ff. ad l. Aquil. item Mela. §. fin. & l. ſequen. Multi habentur pro dominis, qui non ſunt domini, in tit. qui alienare licet. §. creditor. ff. de acquir. rer. dominio. l. hæreditas.

† ADDITIO. *Vide an adiutorium debeatur vſufructuario, per Capic. deciſ. 184. ubi ſcripſi, & per Caſſan. in conſi. 61.* De Bottis.

¶ Quid ſi militet patruus? eadem videtur ratio. Sed hæc conſtitutio onerosa non extenditur niſi ad caſus expreſſos, vt infra dicetur. Secus ſi maritet amitam, vel ſororem quondam patris ſui. Ad militandum patruum non cauetur iure, ſed de maritanda amita ſic ĩ. de ſucceſſio. Comitum & Baronum. l. in aliquibus. Hæc amita fuit ſoror patris maritantis, quam tenetur maritare, ſicut ſi pater viueret, vt ibi, & ſic habebit commodum, quod pro maritando pater haberet. C. de vſufruc. l. fin. §. ſed cum inſunt. Inſtitutio. de legi. patron. tute. §. 1. Vnde ad hoc poſſet dici ſoror nepotis, quia Sarra filia fratris Abrahæ, ſoror Abrahæ vocata eſt. 22. quæſt. 3. cap. quare. ¶ Attenditur origo etiam & cauſa, quia fuit ſoror patris potius, quàm poteſtas uocabuli, argum. ff. de donationib. qui id quod. ¶ Et quod dicit pro maritãda ſorore, vel filia, non limitauit perſonam maritantis, quib. hęc adiutoria debeantur. Sed potius demonſtrauit, quod illis, qui maritant ex debito, debentur. Vnde non dixit deberi fratri maritanti, ſed imperſonaliter pro maritanda ſorore, & ſic nepos maritans poteſt dicere, marito ſororem, ſcilicet, patris mei. expreſſit autem filiam & ſororẽ, quia plerunq; hæ perſonæ maritantur ex debito, ut in pluribus, & ſic iura exemplificant illa, quæ communiter accidunt, argu. ff. de legi. nã ad ea non ut uelit ſtare in finib. perſonarum ſpecificatarum. Nam gratia exempli expreſſit quæ frequentius eueniunt: innuens tacite idem eſſe in illis, quæ habent eandem rationem, argum. ff. de petit. hæred. item ueniunt. §. apiſcenda. Sic prohibitis nomine cõcupiſcentiæ omnia vitia prohibentur. extra de conſtitutio. c. 4. Repete hic, quæ dicta ſunt in conſtitutione, Comitibus, circa finem vlti. glo. ¶ Alij contra, quia conſtitutio hæc eſt onerosa & odioſa iubens ſoluere vaſallos id quod non promiſerunt, & ſic non producetur ad conſequentiam. ff. de leg. quod uero. Et pro hac parte ſunt multa iura, quæ omitto. Quia cum eſſet de hoc quæſtio coram inclito Rege Carolo II. audiui eum declarantem idem eſſe in amita. Nam licet non teneatur quis ſuum dare quando in his, quæ ſunt contra rationem iuris: eadem ratione in ſimilibus producuntur, ſi ſtatutum contra ius fundatur ſuper aliqua æquitate, exemplum C. de furtis. ſi quis ſeruo. Æquum eſt vt amitã repulſam a ſucceſſione feudi ſubueniant vaſalli terræ feudalis, a qua repulſa eſt, quia maritatur, & negare in hoc ſubuentionem, eſſet dãnum amitæ, non neptis debentis maritatæ ſecundum paragiũ, quod attenditur in dignitate, numero filiorũ, & facultatib. ff. de leg. 3. ſi ſi filiæ. ff. de iure do. cum pater. § gener. & l. quæro. Propter ſubuentionẽ ergo & ampliorẽ dotem melius nubet. & ff. de priui. cred. l. 2. Nullus libenter ducit uxorem indotatam, arg. ff. de his quæ in fraudẽ creditorũ. l. 1. in fi. de doli excepti. pure. §. ſi com. ergo propter maiorẽ dotẽ, & melius & nobilius ipſa nubet, quia ſi ſimpliciter, ad ſimplicia; & magis, ad magna; & maxime, ad maxima, ut probatur de pœnis. l. capitalium. §. ſolent, de ſer. fugit. quicunque. ubi plus punitur qui plus deliquit. & C. de epiſcop. audi. l. 3. in fi. Idcirco dicitur, quod dotis cauſa eſt præcipua propter matrimonia, per quæ repletur ciuitas liberis. ff. ſolu. matrim. l. 1.

Pro corredo. Hoc ſupra proximo appellat ſeruitium noſtrum, uel exercitus noſtri. C. de ſacroſan. eccl. l. iubemus, nullam appellat ſcilicẽ embolam. ¶ Loquitur etiam hæc conſtitutio in feudatarijs Comitibus, Baronibus, & militibus, qui non ſunt Comites, vel Barones habẽtes feuda cum hominib. quod patet, quia dixit pro ſeruitio noſtro. ¶ Item quia de homine eccleſiæ qui ſi non eſſet feudalis, Princeps nõ diſpenſaret, cũ in non feudalib. non ſubſint in aliquo temporali domino, extra de iureiur. nimis. & capi. petite diximus in tit. qualiter vaſalli debeant iurare domino fidelita. ¶ In feudo ſubeſt eccleſia domino temporali. extra de iudi. cæterum. Et ſic ſi eſſent Burgenſatici vaſalli, non de feudo: dominus non exigeret ab eis aliud, niſi quod conuenit. Debet intelligi ergo hæc cõſtitutio in hominib. feudi. In contrarium eſt, quia hic æquiparatur in glo. Rex, & Baro. Sed Rex in illis caſibus imponit Burgenſibus ſubuentionẽ, ergo uidetur ꝙ idem ſit in hominibus Burgenſib. Baronis. Sed ſi habeat homines uaſallos † Burgẽſes in ciuitate, non in feudo ſuo, illis non uidetur, ꝙ poſſit imponere, nec ab eis exigere, niſi quod promiſerunt, aut ſoliti ſunt. ¶ Et nota ꝙ quando Rex hoſpitatur in terris prælatorum, Comitum, vel Baronũ, feudatariorum, recipit corredum a dominis terrarum, quia faciunt Regi expenſas, hæc continetur inter ea quæ competunt ratione maioris dominij. ¶ Item nõ habet ſubuentionem pro maritagio, niſi qui pro neceſſitate maritant, ſecus ſi uoluntate, ut diximus in cõſtitutio. ſupra, Comitib. in fine ultimæ glo. Sed quid ſi Rex remittat ſeruitiũ Baroni, an Baro nihilominus exigat ſubuentionem a uaſallo? Dic ꝙ ſi contemplatione Baronis tantum, non prodeſt vaſallo. Sed ſi uoluerit uaſallum participem eſſe gratiæ, ſic. ¶ Et qualiter probabitur Regem id uoluiſſe, an ſufficit ſi Rex teſtificetur? plenè diximus in d. §. ſed nec iutbor. circa finem. ¶ Pro militia fratris habet, quando ſuis expenſis facit eum militem, ut in prædicta conſtitutio. Comitibus. ¶ Pro maritagio, quando maritat, vt dicto cap. Honorij.

† ADDITIO. *De burgenſatico vaſallo vide cap. regni, Comites. & verum videtur de habitantibus ſicut burgenſes in feudo Baronis. Sed an vaſalli poſſint obycere domino ſuo quod ipſe non ſoluit. vide Luc. in l. 1. C. de perfectiſſ. dignit. lib. 12.* De Bottis.

QVàmplurimum. Sed nunquid petat adiutorium Baro, uel miles pro militia ſua? videtur quod non, quia iſta cõſtitutio, quæ induxit illud nouum de adiutorio præſtando Comitib. & Baronibus, non dicit quod petere poſſit pro militia ſui ipſius. ergo remanet antiqua regula, & deciſio, per quam ipſum adiutorium petebatur. arg. quibus mo. nat. effi. ſui. § tribus. coll. 7. Caſus enim in lege nõ expreſſus, habetur pro omiſſo ff. ſolu. matr. l. ſi vero. § de viro. Hæc conſtitutio odioſa eſt, quia onerat uaſallos ad ſoluendum alienum debitum in caſib. hac conſtitutione comprehenſis, ergo reſtringenda, ut ff. de lib. & poſthu.

& poſthu.l.cum quidam. Ad quod eſt probabiliter dicendum, quod vaſalli tenentur ad adiutorium præſtandum pro militia ipſius domini, quia in legibus.& conſtitutionibus, quæ vicem ll.obtinent, vt ff.de conſti.princip.l.1.hoc eſt regulariter commune, & procedit de ſimil. ad ſimilia, vt ff.de leg.l.non poſſunt.& l.ſeq. Sed quia ſimilis ratio, immo fortior eſt, quod debeat domino præſtari adiutorium a uaſallis pro ſeipſo, quàm pro filio, quia propter quod unumquodque tale, & illud magis, ſicut dicit Philoſophus in pri.Priorum & in authen.multo magis.C.de ſacroſanc.eccle.ergo idem ius eſt ſtatuendum, ut ff.de neg.geſt.l.ex facto.in fi & ad leg.Aquil.l.illud.& ita ſeruatum eſt de facto in Regia Curia, licet aliqualiter quidam voluerint cauillari, & ſic not.Roffred. in libellis ſuis, ſub rubrica de ſacroſan. cuiuſl. vaſal. Non obſtat, quod dictum eſt, quòd caſus qui non eſt expreſſus in noua conſti.habetur propterea pro omiſſo: nam illud uerum eſt, niſi caſus omiſſus ſit in conſtit.ſic expreſſa, ut ff.de condictio.ob cau.l.ſi extraneus. Sed quia caſus de domino omiſſus ſimilis eſt expreſſo de filio, ideo fortior, ut ſuprà dictum eſt: ergo idem ſeruandum eſt in vtroque.

Item non obſtat, quod prædictum eſt hic, hanc conſtitutionem eſſe odioſam: quia inſpecta ueritate præſtatio dicti adiutorij non eſt odioſa, ſed fauorabilis, procedit enim in charitatiuo ſubſidio, ſicut per æquitatem canonicam nuncupatur, ut extra de cenſib.cap.cum apoſtolus.§.prohibemus.

Item quæro, an pro militia nepotis ex filio Comes, uel Baro petat iſtud adiutorium? reſpondeo ſic: ex ſententia legis nepos filius appellatur, ut ff.de verborum ſignificat.l.liberorum.in fine, & l.iuſta. & ad Senatuſconſultum Macedonianum. l. filium habeo. Quinimmo videtur, quod nepos ex uerbis etiam legis filius appellatur, & communiter cenſeatur, ut in dicta l. liberorum, probatur. Non potuit nepotes dulciori vocabulo, quàm filij appellare, per quod patet, quòd nepos non tantum continetur appellatione filij ex ſententia legis, ſed etiam filius communiter appellatur, ſeu uocatur: & ſic ex verbis. ergo eadem ratione petit adiutorium Baro pro nepote ex filio. Barthol.de Capua.

In textu, pro maritanda filia, uel ſorore. Ex hoc aliqui uoluerunt inferre, quòd iſtud ſubſidium debeatur pro maritagio unius ex filiabus, ſeu ſororibus, non tamen pro omnibus. ex quo textus iſte loquitur in numero ſingulari: ſed male dicunt, quia textus in conſtitutione ſequenti, Comitibus, dicit pro maritandis ſororibus, & ſic in numero plurali: & ita etiam loquitur capitulum regni, quod incipit, Pro parte uniuerſitatis. ubi tam in maritandis, quàm in dotandis filiabus, & ſororibus ſuis. & pro iſta parte, quę videtur verior, facit textus dicti capituli in ratione ſui, ibi, cum paternum ſit officium: & ibi, incongruum ergo cenſetur. ex quo ſequitur, quòd cum talis ſubuentio debeatur ex onere dotandi, quod incumbit, ita debetur pro pluribus, in quibus eadem eſt ratio, ſicut pro una: facit etiam textus in dicta conſtitutione. Comitibus.ibi, occaſione eorum.& videtur optime probari in cap.Honorij, cap.primo, quod incipit, Ideo ut omnino ceſſet.maxime ibi, vel aliqua ex filiabus, uel neptibus.& in uerbo, in prædictis enim caſibus, prout qualitas, tunc imminentis caſus exegerit, licebit collectam imponere, ac exigere a ſubiectis. ex quo textu ſatis clare datur intelligi, quod non ſemel, ſed quoties maritabit, & dotabit aliquam ex filiabus, debetur moderata ſubuentio, ſicut de alijs caſibus ſupra dicendum eſt, videlicet, pro inuaſione regni, & redemptione domini: quia toties debetur, quoties contigerit regnum inuadi, & perſonam domini captiuari. Sergius domini Vrſoni de Neapoli.

Ex quo etiam ſequitur, quòd non ſufficit, quòd maritetur, niſi etiã dotetur. Quia textus dicti capituli dicit, pro maritandis, atque dotandis. & textus dicti cap. Honorij dicit, quam, & quando eam ipſe dotabit. Sergius.

Ibi, ſeruitio noſtro. Vt in c.Comites, Barones, infra de ſubuen.uaſal.& eſt Caroli I I. dic ut ibi. Petrus de Monteforte.

Dubitatur nũquid liceat Comiti exigere ſubſidium a uaſallis ſuis pro maritagio etiam ſecundæ filiæ? & dubium facit, quia præſens conſtitutio Regni (per quam ſtatuitur, ut non niſi in certis caſibus adiutoria, & ſubſidia a uaſallis exigantur) loquitur in numero ſingulari. ſcilicet, pro filia, uel ſorore maritanda, &c.

Sed hoc non obſtãte uidetur de iure, quòd prædictus Comes poſſit dictum ſubſidium petere, & exigere pro maritagio dictæ ſuæ ſecundæ filiæ. Nam illa verba in ſingulari numero prolata, ſcilicet, pro filia, vel ſorore maritanda, non reſtringunt numerum filiarum, & ſororum, ſed ponuntur demõſtratiue, & expreſſe, ut dicit, & declarat And. de Iſer. in dicta conſtitutione regni, quàmplurium, dum formaliter dicit. Et quod dicit pro maritanda filia, uel ſorore, non limitat perſonas maritandas, quib. hæc adiutoria debentur, ſed potius demonſtratiue, quòd illis qui maritant ex debito debentur.

Et idem And. in conſtitutio. Regni, Comitibus, concludit generaliter, quòd pro maritagio omnium illarum, quas Baro, uel feudatarius tenetur dotare, ex neceſſitate legis hoc præcipientis, debetur Baroni ſubſidium a uaſallis, ſecus ſi propria uoluntate, uel mandato hominis, puta teſtatoris, dotaret, & ita intelligit dic. conſtitutionem, quamplurium, & cap. Honorij. Sed quis negabit patrem teneri ex neceſſitate legis, ad maritandum, & dotandum filias ſuas? l.fi.C.de dotis promiſſ.l.qui liberos.ff.de ritu nuptia.cum ſimil. Ergo pro maritagio debet poſſe exigere ſubſidium, & adiutoria a uaſallis. Et pro clariori demonſtratione uidemus, quòd in conſtitutione regni, & in cap.Honorij, non fit mentio niſi de filia, & ſorore. Et tamen inclitus Rex Carolus Secundus declarauit illud debere ſeruari in amita, & ſorore patris, quam nepos maritat, & dotat, ex neceſſitate conſtit. in aliquibus, ut refert Andr. in dicta conſtitutione Regni, quamplurium, & dicta conſtitutione, Comitibus, ubi etiam dicit de nepte, ut auus poſſit petere ſubſidium a uaſallis pro maritagio neptis ex filio ſecundogenito, quia eſt de genere ſuo, deſcendens ex recta linea.

Et ſic apparet manifeſtiſſime, quòd illa uerba, pro maritanda filia, vel ſorore, non ponuntur reſtrictiue, ut diſpoſitio illius locum habeat in una filia, uel ſorore, & non in alijs perſonis, ſed ponuntur demonſtratiue, ſeu exemplificatiue. Quæ exempla non arctant regulam. l. damni infec.§. Sabini.ff.de dam. infec. Et ideo in dicta conſtitutione loquitur conſtituens in ſingulari numero, in perſòna ſororis, vel filiæ, quia frequentius accidit maritare vnam ſororem, vel unam filiam, quàm plures ſimul, vel neptem, aut amitam, ut tenet expreſſè Andr. ibid.

Præterea non ſine miniſterio loquitur in ſingulari, quia ſi contingeret duas filias, aut ſorores maritare eodem tempore, non poſſet pater, uel frater dotem petere ultra unum tantum ſubſidium, uel adiutorium, ut in ca.Honorij, quod incipit, in prædictis enim caſibus.ubi ſtatuitur expreſſe, quod ſi in vno eodemque anno concurrerent duo caſus, in quibus poſſet peti adiutorium, non niſi tantum una collecta, & vnum adiutorium, ſeu ſubſidium peti debet. Quod videtur fuiſſe de mente condentis dictam conſtitutionem, quamplurium, dum locutus fuit in ſingulari numero, quaſi voluerit ſentire, quod in uno anno non niſi pro una filia, vel una ſorore adiutorium peti debet, non tamen negat quin pro alijs ſororibus, uel filiabus, amitis, uel neptibus peti poſſit, ſi diuerſis annis, & temporibus maritentur, per ea quæ dixi, cum eadem ſit ratio in una, quæ in alia. Ad quorum confirmationem multũ facit, quod quando lex loquitur in perſona vnius ſingularis, dicitur loqui vniuerſaliter, hoc eſt, quod uoluit Iaſ. in l. qui filiabus.§.primo.ff.de lega.1. Et vide aliam concluſionem ad hoc facientem in l.Gallus.§.idem credendum.ff.de liber. & poſthu.col.1. Confirmatur hoc, quia conſuetudo in Regno Siciliæ ab annis quinquaginta, eſt cœpta, & a tanto tempore cuius non extat hominum memoria in contrarium, ſic fuit interpretata illam conſtitutionem, cum notorium ſit Barones Regni pro pluribus filiabus, & ſororibus iſtud ſubſidium exegiſſe, quam conſuetudinem optimam legis interpretem eſſe nõ negamus.l.ſi de interpretatione.ff.de legib. maximè, cum ſcientibus, uel ſcire debentibus Regibus huius Regni fuerit obſeruata. Quo caſu etiam ſi eſſet contra illam conſtitutionem, deberet nihilominus ſeruari, ut dicit And. in prælud.feud.in 1.q. & Lucas de Penna in l.1.C.de ſuperind.lib.10.tenet, quod in iſtis exactionibus inſpici debet quid fuerit obſeruatum de conſuetudine, allegat tex.in l.1. C. in quibus cauſ.colo.cenſi lib.10. pro quo facit optime tex.in cap.ad hæc.de ſenten.excomm.ibi, nequaquam conſueuit, &c. ¶Et propterea Lud Rom. in conſi.84.incip.in Chriſti nomine amen. pro propoſitæ quæſtionis defenſione dicit, quod promittens ſoluere uſuras, tenetur ad eas ſecundum conſuetudinem. pro quo etiam facit quod uoluit And.de Barulo, in l miſſi opinatores. C.de exac.tribu.Bal.in l.liberti libertęque, C.de ope.libe. & l.quod ſi nolit.§.quia aſſidua.ff.de ædil.edic. Et ſecundum hanc conſuetudinem S. R. Maieſt. (quæ eſt lex viua) habita ſui ſacri conſi.deliberatione matura, pronunciauit in fauorem magnifici Cæſaris Puzuti, quòd deberetur ei ſubſidium a vaſallis, etiam pro maritagio Prudentiæ ſuæ ſecundæ ſororis, quæ quidem dicti Domini Regis pronunciatio legem facit in hac materia, & pro lege ſeruanda, vulgata.l.fi.de legib.cum ſi. Fortificatur etiam iſtud per dictam conſtitutionem Regni, Comitibus, ibi, non minus, quàm pro ſororibus maritandis. loquitur enim in numero plurali, & ſic apertè innuit, quòd pro pluribus ſororibus maritandis liceat exigere ſubſidium, ſicut pro militia fratris. Nec obſtat ſi dicatur, quia loquitur in ſororibus, non autem in filiabus: nam cum non ſit dare rationem diuerſitatis, idem ius eſt in utriſque, cum eadem ratio locum habeat.

Præterea ſi in præcedenti cõſtitutione, quamplurium, quo ad iſtã petitionem ſubſidij ſunt æquiparatæ ſoror, & filia, ſequitur, quòd conſtitutio ſequens, quæ loquitur in ſororibus, uendicet ſibi locum in filiab.l.ſi uero.§.de uiro.ff.ſol.matr.cum ſi.

Præterea negari non poteſt, quin, quo ad iſtam exactionem ſubſidij, in caſibus expreſſis in dicta conſtitutione quamplurium, Rex, & Baro, ſeu feudatarius æquiparentur, ſaltem per capitulum Papæ Honorij, ut tenet Andr. ibidem. Sed cap. Honorij loquens in Rege, loquitur de filiab. in plurali, & ita de conſuetudine obſeruauerunt Reges, quia pro plurib. filiab. exegerunt: ergo idẽ dicimus de Barone Et ſic ex pręmiſſis ſine aliqua hęſitatione reſultat firma, & immutabilis

De adiutorijs pro militia fratris.

TITVLVS XXI.

Pro militia fratris poteſt dominus a ſubditis adiutorium petere moderatum pro facultatibus hominum, & expenſarum, etiam quantitate, & ipſe dominus non minus det pro militia quàm pro dote maritandæ ſororis, & licet frater minor a familia fratris diſceſſerit, tamen quolibet tempore rediens poterit militiā petere a fratre. h.d. L.de Th.

IMPER. FREDER.

Comitibus, [a] * Baronibus, ac vniuerſis militibus Regni noſtri, qui feuda tenent, concedimus facultatem, Pro militia fratris, cum Comes vel Baro, aut miles ſuis expenſis militem fecerit, ab hominib. ſuis adiutorium exigere moderatū, pro facultatib. hominum & expenſarum etiam quantitate. Tamē pro faciendo fratre milite non minus q̃ pro ſororibus maritādis occaſione eorum, quæ a communi patre, frater maior habere dignoſcitur, ex debito teneatur. Et licet frater minor a familia fratris fratre etiā cōtradicēte diſceſſerit, dū fortè ad fortunę melioris cōpendium aſpirat, rediēs tamen quolibet tēpore militiam ſibi debitam abſq; alicuius repulſæ timore de bonis patris a fratre maiore petere [b] poterit & habere.

De adiutorijs pro militia fratris. **Rubrica.**

a *Comitibus.* Pro faciendo fratre milite. Nam ſecundum vſum eorum, qui in regno viuunt iure Francorum, maior frater ſuccedit in feudo & rebus feudalibus verum tamen ipſe frater maior tenetur ſecundum poſſibilitatem feudi & rerum feudalium præſtare alimēta, & militiam fratribus minorib. iuxta cōſuetudinem Baronū, & aliorum Nobiliū Regni. Et prædicti fratres minores tenentur facere ſeruitium Curiæ de ipſo feudo ad eorum expenſas, † equos, & arma maioris.

† ADDITIO. *Et an ſecundogenitus pro vita & militia teneatur ſoluere adoham, vide Affl. deciſ. 252. & apertè dicit hic gloſ. rectè intellecta, vt in antiquis codicibus habetur, dempta illa dictione, eorum, nā ſeruitium reſpicit feudum, vt in conſtit. conſuetudinem. in glo. 1. Primogenitus poſſidet feudum, ergo tenetur ad ſeruitium, & quia nemo tenetur proprijs expenſis ſeruire, c. cum ex officijs, de præſump. Secundogenitus cum ſeruit, debet habere expenſas a primogenito feudatario, And. in c. 1. §. circa. quis dicatur Dux, Comes, Marchio, & non ſeruire de ſuo, ergo non tenetur ſoluere adoham, quæ ſuccedit loco ſeruitij perſonalis, & pro hoc vide tex. in c. alienationis actus. circa fi. vbi contra emptorem feudi datur actio pro vita & militia, & tamen emptor tenetur ad integrum ſeruitium. Item quia vita & militia non eſt feudalis: nam debetur de commoditatibus feudi, non autem de proprietate, & eſt portio fructuum, vt per And. hic: quæ non conſideratur, niſi recollectis fructibus, & a ſolo ſeparatis, vnde non ſunt feudales, nec feudum, vt no. Bal. in c. 1. in princ. de ſucceſ. feu. & in conſi. 33. ad euidentiam. vnde pro ea adoha non debetur, vide Iacob. de Gello in tract. de adoha, qui dicit ita fuiſſe determinatum in regia Camera, & ita ſeruari.* Fab. Iordanus.

¶ Et poteſt probari iſta conſuetudo per legem: nam filij naturales repelluntur a ſucceſſione per legitimam ſobolem, debent tamen paſci a legitimis fratribus ſecundum ſubſtantiæ menſuram viri boni arbitrio, vt probatur in Auth quib. mod. nat. eff. ſui. §. omnem. colla. 7. ¶ Sed quis decernet alimenta talia filijs nobilibus? Reſpon. prætor, ſiue iudex competens, qui habet iuriſdictionem in eos, vt ff. de lib. agnoſc. l. ſi quis, per totā fere legem, & ff. vbi pu. edu. de. l. 2. ¶ Et diligenter attendas, quod prætor in decernendo debet primo inſpicere quid defunctus quondam cōis pater ſolitus fuerat miniſtrare, facta relatione ad ea, quæ habēt tempore erogationis, ut ff. de annu. legat. ſcio. §. 1. quod ſi non appareat, tunc ex facultatib. defuncti modū ſtatuere debet, ut ff. de alim. & cib. leg. l. pen. ¶ Prædicta autem alimēta non debent præſtari niſi in uita minorū. Nam alimenta cum vita finiuntur, ut C. de tranſac. l. cum hu. §. modus in fi. ¶ Eodem modo nec ſeruitium debitum ab hac ratione alimentorū prędictorū exigitur ab hęredibus prædictorū minorum, cum nulla opera tranſeat ad hæredes hæredis, vt ff. de oper. liber. cum patronus. §. 1. & ff. de verb. oblig. l. ſciendum. in fi. ¶ Ex debito ſimiliter tenetur ad alimenta, & ad mercedes præceptorum, ut artib. inſtruantur, ut ff. ubi pupillus educari de. l. qui filium. & de tu. & rat. diſtrah. l. 1. §. ſed nullus. q̃ accipe pro patrimonij facultate, vt ff. de admin. tut. cum plures. cir. fi. & l. tutor ſin d. gotiatem man prin. & in fi.

* ADDITIO. *Quæro, an pro vita, & militia poſſit fieri compromiſſum ſine conſenſu domini, vide Affl. in dec. 158. Et an vita, & militia debeatur in ſucceſſione collateralium, Capic. deciſ. 211. refert per Sacrum Conſiliū fuiſſe determinatum, q ſic. Ad hanc conſtit. vide omnino Affl. dec. 282. & mod. in c. regni alienationis actus, fol. 224. & Parid. in trac. de reinteg. feud. in c. nūc videndum, col. 2. fol. 176. vbi, an fratri clerico debeatur vita & militia, de quo Tho. Minadous in conſtit. in aliquib. & an vita & militia debeatur etiam de relevijs ſubfeudatorū, & alijs iurib. quæ conſequitur primogenitus tanquam Baro, vide gl. in cōſuet. Pariſ. §. 9. gl. 1. nu. 21. quam ſequitur Affl. hic, in 6. q. & quid ſi pater reliquit filio tertiogenito aliquid, vt non poſſit petere vitā & militiā a primogenito: an mortuo primogenito poſſit petere a ſecundogenito ſuccedēte in feudo, vide Gram. in conſ. ciui. 105. An filio clerico debeatur vita & militia, vide Affl. in c. qui clericus. 9. nu. ſi de feu. fue. cōtrouer. & Parid. in trac. de reinteg. feu. c. nunc videndum. fol. 176. & Minadois in conſtit. in aliquibus. & Capic. deciſ. 2. in fi. Si primogenitus pro aliquo anno non percipit fructus, an teneatur dare ſecundogenito vitam militiam, vide Minadois in deciſ. 10.* De Bottis.

b *Poterit & habere.* Pōt hoc probari p leg. ff. de leg. 3. his verbis. §. ſi. *De matri-*

ANDRÆAS DE ISERNIA.

concluſio, quòd dicto Comiti liceat pro dicta ſua ſecunda filia, etiam exigere ſubſidium moderatum a vaſallis, & ſubditis ſuis, & in hanc ſententiam acceſſimus, & de iure reſpondimus pro intellectu & declaratione dictæ conſtitutionis, quam plurium. Nos Michael Ricius legum Doctor, Colucius Mangionus legum Doctor, Paris de Puteo, Antonius de Palmerio ll. Doctor Antonius de Rao ll. Doctor, Ioannes Lardumus ll. Doctor Ioannes Loyſius Artaldus, Ioannes Loyſius de Ianuarijs, Pyrhus Piſanellus, & Nicolaus de Perſico.

De adiutorijs pro militia fratris. **Rubrica.**

Comitibus. Omnes qui alimenta recipiunt † ab alijs, perdunt ea ꝑ ingratitudinem. Sic etiā in omni cauſa, ex qua pōt exhæredari. ff. de liberis agnoſcendis. ſi quis a libe. §. idem Iu. ¶ Sed an ſi minor ſit locuples alet eum frater maior, quia egētib. l. mandat ſubueniri, ut C. de alen. li. pa. l. 1. & l. non cum. in gl. ergo non diuitib. quia nec cogitur ipſum inſtituere, niſi in catib. l. fratris. C. de inoffic. teſta. Sed hoc iure Romano non ſit quia uita & militia eſt loco partis hæreditariæ, a qua excluditur per primogenitum maiorem. ¶ Itē an in domo ſua maior præſtabit alimenta fratri minori, aut extra domum? dic q ubi uolet alendus ſit de iure Romano. Itē quantū dabit & quantum erit id, quod datur pro uita & militia? dic q tertiam partem, quā habiturus eſſet ſi ſuccederet in feudum ſicut plene dixi in cōſtit. in aliquib. infra de ſucceſ. Comi. & Baro. ¶ Item no. q dicit glo de cōſuetudine Francorū, quia fratres minores tenētur facere ſeruitiū Curiæ de ipſo feudo ad expēſas, & habere equos, & arma fratris maioris. Semper tn̄ maiori dēt tn̄ remanere, & tn̄ dari minori, unde poſſit uiuere, ſicut primogenitus honorifice, & dominus feudi, & quod dignitas attributa primogenito non minuatur, dic per Hoſti. extra de voto, c. licet.

† ADDITIO. *Vide Affl. dec. 43. & 138. nu. 2. Gloſ. in conſuet. Pariſ. §. 18. glo. 1. nu. 10. vide aliam lecturam Andreæ ſuper hanc conſtit. infra, in fine.* De Bottis.

Repetitio conſtitutionis, Comitibus, eiuſdem Andrææ, poſitæ ſub Rubrica de adiutorijs pro militia fratris.

Comitibus & Baronibus, &c. Ibi, uitam & militiam pręſtabit, ſeu alimenta frater maior minori. Si ſit locuples non uidetur. ff. de liber. agno. l. ſi quis a liberis. §. ſed ſi filius. & §. ſi impubes. & §. alimēta. ¶ Periti Regnicolæ † dicunt contra, & bene, quia hoc eſt onus feudi, vt arg. in fi. huius conſtitutionis, vbi vi eſſe caſus ad literam, quod excluditur a ſucceſſione minor iure Francorū loco partis ſibi debitę, a qua excluditur, quia dātur ſibi alimenta, & militia, ſicut paragium dotis ſorori excluſæ, ſubaudi datur loco partis ſibi debitæ a qua excluditur, ut ſupra in conſtitu. in aliquibus. Quod paragium debet habere etiam ſi non nubet, ut ibi diximus, iure Romano. in l. ſi quis a liberis. habuerat partem ſubſtantiæ, & quia eget ab alio locuplete alitur. Alia ergo ratio, aliud ius exigit. C. de tranſa. l. interpoſitas.

† ADDITIO. *Vide Affl. in dec. 43. & 138. nu. 2. vbi etiam quòd eſt portio feudi, de quo gl. in conſuet. Pariſ. §. 18. glo. 1. nu. 10.* De Bot.

Eadem ratione dicimus † præſtari hoc fratri minori, vbi vellet minor ipſe habitare, nec enim cogi debet præciſe, nec cauſatiuè, morari cum fratre maiore, quia nec libertus cum patrono. C. de oper. libe. l. penult. Nec dicitur præſtare hoc maior minori de ſuo, ſicut iure Romano, ſed loco partis, a qua excluditur minor. Non ideo dicitur liberalis in hoc, quia neceſſe habet alere per conſtitutionem hāc prælatus ſeu præpoſitus in feudo bonorum communium, argumento de annu. legat. l. rem legatam.

† ADDITIO. *Examinat And. an iſta vita & militia ſit præſtanda in domicilio ſecundogeniti, pro quo adde, q cōis concluſio Doctorū eſt, q quando alimenta conſiſtūt in pecunia, ita q in eis perſōdis nō requiritur*

Repe-

vitur ſumptus, prout eſſet, ſi daretur vinum, frumentum & ſimilia, & tunc alimenta debent præſtari in loco creditoris, vt no. Bart. in l. 1. pen. q. & in l. ſolent. col. 2 de alim & cib. lega. & in l. cum hi. §. vult igitur, vbi Doct. de tranſact. & debet talis vita & militia præſtari menſatim: quia quando alimenta debentur ex iuris diſpoſitione & moritu-ro, debentur de menſe in menſem, vt per Bart. & Ang. in d. l. cum hi. & in l. fin. de lib. agnoſc. & per Caccialup in repe. l. frater a fratre ff. de condict. indeb. vide Napod. in conſuet. quòd ſi aliquis. in verbo, quinque. in titu. de alim. nota quæſtionem de facto, quidam habens feudum deceſſit relictis duobus filijs, maiore qui ſuccedit in feudis iure Francorum, & minore. certum eſt enim quòd iſte minor frater debet habere vitã ſuam a fratre maiore: nunquid ergo ſi habet aliunde, vnde bene ſe alat, a modo poſſit petere alimenta a fratre. & videtur quòd non: nam ego video quod vbicunque tenetur eum alere, ſi ille non habet vnde ſe alat, vt ff. de lib. agnoſc. l. liberis. §. 1. & ff. de petit. hæred. l. hæreditas furioſi. §. 1. vnde cum iſte habeat vnde ſe alat, videtur quòd non teneatur. Econtra quòd ſic: nam ego video quòd aliquis tenetur alere fratrem naturalem, vt in Auth. quib. mod. natu. effic. ſui. §. ſiquidem. niſi ſint ſpurij, qui quidem non ſunt digni nominari filij, vt ea. Auth. §. alterius. col. 6. ergo multo magis legitimos. Sed ſapientes de regno dicunt, quòd nihilominus poteſt petere alimenta. nam illud eſt onus feudi, arg. eius, quod dicitur de ventre, qui mittitur in poſſeſſionem, quamuis habeat aliunde vnde ſe alat, tamen de hæreditate debet ſe ali, vt ff. de ventre in poſſ. mitten. l. curator. & vide de hoc vt no. in hac conſtit. & dic aut debentur alimenta propter perſonam, aut propter rem. in primo caſu ſi habet aliunde, vnde ſe alat, & tunc non debentur, vt ff. de iuſt. & iu. l. 1. § ius naturale. & ibi glo. In ſecundo caſu debentur. de hoc plenè no. hic. vide eundem And. in conſtit. dignum. Barthol. de Capua.

¶Iure Romano † alit frater de ſuo proprio, in quo Moderni dicũt, quòd extra domum ſuam non alet, niſi ipſe, vel ſui domeſtici præſtent cauſam, quare frater alendus non poteſt commode morari cum eo. argu. ff. de ſolu. vſuras. & in Auth. ut liceat matri & auiæ. §. illud. ubi attenditur quis præbuit cauſam diuortio, arg. ff. de cond. & demonſtrat. ſi quis ita. C. de nego geſt. l. alimenta. Nam & ubi debet quis alimenta Titio ſi moretur ſecum, alet etiam ſi nõ moretur cum eo ſine culpa, de alim. & ciba. Caio. in fi.

† Additio. *Vide examinata dicta Andreæ hic per Gul. Pernum conſi. 11. col pen. & fin.* De Bottis.

¶Alijs in hoc videtur & melius, ut frater, qui tenetur alere, alet vbi vult alendus, quantum, ſcilicet præſtaret in domo ſua, non plus, ſi forte pudet, & verecundatur minor ire ad domum fratris omni die ad comedendum, hæc verecundia ab eo, quod quis debet facere excuſat argu. ff. ſolu. matri. ſi cum dotem. §. ſed ſi latitet. ff. de fur. l. pen. ¶Solam militiam prætenderet ſi diceret maior, veni ut te alam in domo mea, vbi non plus peteret, quam præſtaret domi ad plus non debet cogi. ff. de pet. hæred. l. ſed & ſi lege. §. quod autem. ad exhi. ſed ſi hæreditas. §. 1. familiæ erciſcundæ. l. ex parte. 2. reſponſo. Malitijs eſt obuiandum. ff. de rei vendic. in fundo.

Additio. *Adde glo in c. plerunque. de reſcrip. Bal. in c. ſedes. eo. ti. Card. Zaba. in c. cum dilectus. in 2. q. quod met. cau.*

Æquitas iuris ciuilis vult te mihi prodeſſe, ſi tibi non nocet. ff. de euictio. in creditore. quæ mitigat rigorem, in melius commutatum dici poteſt. Sed mihi non placet. ff. de vſu & hab. l. fin. pro quo eſt. C. de iudi. l. placuit. niſi frater alens vellet continuam de alendo, ex cauſa habebat forte odium vel inimicitiam: tunc etiam ſine alimẽtis debet, ſi poteſt ſine ſuo periculo iuuare fratrem, imo extraneum defendere, diximus de pace tenenda. l. 2. per cap. dilecto. in fi. de ſenten. excomm. lib. 6. Et tunc propter hoc domus & cibaria omnibus qui ſunt in noſtro ſeruitio, miniſterio, vel officio debentur. ff. de ædil. edic. l. item ſi ſerui. in fi. de ope. libe. ſicut. Et illi, quos alimus, uerſa uice, debent noui obſequioſi eſſe. ¶Conſiderabitur ergo quis plus culpatur, alens in nolendo alere extra domum ſuam, vel alendus nolens ali niſi alibi, argum. ff. ad legem Aquiliam. item obſtetrix. in fi. ¶Item ſi dicat alens, ſum pauper, ſta mecum, id quod ſufficit uni ſufficit quaſi duobus, nam alimenta diuiſa rediguntur ad nihilum. ff. de alimen & cib. leg. l. 3. hoc habet reſponſionem præfatam, ſcilicet, quia quantum præſtat in domo, tantum & non plus dabit extra domum, illud modicum quod eſt ad illud ſolum tenebitur. ¶Item alimenta, quæ debentur in communi, & vulgari uita & militia dabuntur pro modo facultatum, ut hic dicitur in glo. ¶Audiui magnos peritos & Nobiles æſtimantes, ut maior deberet cuilibet fratrum minorum ob hoc fructus trium annorum totius feudi, in quo præfertur maior, de quo debet uitam & militiam fratribus ſuis. Et ſic ſi eſſent ſex fratres, minoribus, qui ſunt quinque dabit fructus annorum quindecim, non ſimul, & ſemel, quia interim maior egeret, ſed in concurſu quolibet anno certam quantitatem, ſeruata maiori parte, vnde poſſit, ſicut decet, viuere conſiderato onere, donec quilibet minor habeat tantum quantum ſunt omnes fructus trium annorum. Hæc æquitas non probatur iure. Princeps Monarcha Regni poſſet legem condere de hoc iuſtam & æqualem ſicut ſtatuit de minuenda tertia parte penſionis in ruinoſis. C. de ſacroſanctis eccle. authent. ſi quas ruinas.

¶Alij dicunt ſicut diximus in paragio † dotis in conſtitutione, in aliquibus, in fi. ut habeat minor tertiã partem valoris partis ſuæ quam haberet ſi ſuccederet, duæ vero partes remanent maiori, quem lex & mos voluerũt honorari prærogatiua primogenituræ. vnde ſi totum feudum valeret ducenta, & ſint duo fratres, & minor haberet centum pro dimidia, nunc pro tert. habebit 33. & tertiam pro vita & militia. Æquiparantur lex & mos, ac diſpoſitio teſtatoris, quæ pro lege ſeruatur, ut in Auth. de nup. §. diſponat.

† Additio. *Vita & militia uadit ſecundum legitimam. & ita taxatur, vt diximus, vide Capic. in deciſ. 211. num. 2. quem omnino videas.* De Bottis.

¶Sed ſi pater priuaret filium, deberet ei tertiam, ut in Authen. de triente & ſemiſſe. §. 1. nec dabit plus minori, quia pro modo facultatum tenetur. & hoc ſtatuitur, ut dicit gl. ad paragium dotis etiam pro dignitate, & parilitate, ut ibi dictum eſt. & in muliere ſeu ſorore eſt ratio, quia propter ſexus verecundiam non poteſt, nec debet pro alio laborare, ſeu alio modo acquirere, niſi filando: nam manus eius apprehendere debent fuſum, ut dicitur prouerb. vlti. ff. de donatio. inter virum & vxorem. l. ſed ſi vir lanam. de operis libe. ſicut. Naturalis pudor vult, ut non ſe paſſim oſtendat. C. de contrahen. ſtipulatio. l. optimam. At maſculus minor frater poteſt & debet laborare, & de laboribus augere ſe & bona ſua C. arbitrium tute. ſi defunctus. lib. 12. de re milit. l. contra publicam. ff. de muneribus & honoribus. l. cura. §. 1. ut dicitur in fi. huius conſtitutionis, quod abſque voluntate ſeu licentia maioris fratris recedit ab eo, melioris fortunæ compendium aſpirando: de muliere & ſorore dici non poteſt. Satis videtur æqua talis ſententia, nõ tamen vidi ſic iudicari de facto, ſed frequenter concordare iudices maiores cum minoribus ad plus & minus, ſicut ſunt perſonæ, poteſt certa diffinitio ad hoc dari, ſicut de mora. ff. de vſu. l. mora. in princip. vbi neceſſarium eſſet iudicari, & aliud non obſtaret, æquum videtur quod dictum eſt, concordare tamen eſt tutius. Nam quid aliud agebat prætor, &c. ff. de oper. noui nunti. l. 1. §. inde quæritur. ¶Eadem ratione in patre dicetur hic, ut extra domum alat, & maxime quando ſuperinduxit nouercam, quoniam fortior ratio eſt ut pater alat filium, quem genuit, quàm frater fratrem. Inde poteſtas patria dicitur gemina, quia homo, & quia pater. ff. de libe. hom. exhi. l. 3. §. ſi eum. ¶Quid ergo ſi pater de prima vxore habeat filium vel filiam, & vſumfructum bonorum maternorum, ſcilicet, primę vxoris: & ex ſecunda habeat multos filios, vel nullum, ſed de vſufructu prædicto alit ſe & alios, nihil aliud habens, an pro filia primi matrimonij, cuius eſt proprietas bonorum, unde ſe de uſufructu pater alit, teneatur relinquere vſumfructum pro dote, ſi non poteſt aliter maritari, proprietas & directum dominium, ſiue utile, ut uſusfructus, ſicut cum erat? ¶Dicit Hoſtien. dixiſſe Innocen. in tit. de cenſi. & de feudis. ſi nullus vult ducere prædictam filiam cum nuda proprietate, quod pater nedum de bonis filiæ, imo de ſuo proprio quando inopia tentus eſt, etiam ex illis dotem dare debet, quæ ad filiam pertinent. C. de do. promiſ. l. fi. §. penul. Reſpondeo, hic vſusfructus acquiſitus patri de bonis maternis a lege validior & fortior eſt, quam vſusfructus aliorum, C. de bon. quæ liber. l. fin. ipſum autem non perit morte proprietarij: ſed patris vſufructuarij. C. de bonis maternis. l. 2. ff. de periculo & commodo rei venditæ. l. quod ſi pendente. §. fin. Idem quicquid ex hoc vſufructu pater acquirit, eſt ſuum, non illorum, quorum eſt proprietas. C. de bonis quæ libe. l. cum oportet §. & ſi quidem. & ideo de hoc vſufructu alet inde ſe pater, & omnes filios, ſicut de ſuo proprio non tangendo proprietatem: nam & hic frater vel ſoror teneretur alere nedum patrem, ſi egeret, ſed etiam alios fratres egentes. C. de alend. liber. l. 2. in glo. dotaret etiam ſororem ex alio patre natam, ſi aliud non haberet, ff. de adminiſtratio. tutor. cum plures. §. in primis. in glo.

Additio. *Adde l. non omni. & ibi Cyn. C. de adminiſtr. tutor. Cyn. in l. fina. in 3. quæſt. C. de dote prælg. Abb. conſi. 12. incipien. Et vt clarè materiam. in 1. volum.*

Filiæ etiam proprietariæ pater huiuſmodi conſtituet dotem, & poterit de hoc vſufructu: quia conſiderabitur numerus filiorum, & modus facultatum. ff. de ritu nuptia. l. qui liberos. ff. de legat. & fideicommiſſ. 3. ſi filiæ. Pater non habens aliud, habet dotare de maternis filiæ, non eſt intelligendum, quod vſumfructum, quem habet, teneatur in dotem dare, vel pro dote relinquere quando non habet aliud, vnde ſe alat. Nam repeterentur ab ipſo patre bona materna: hic eſſet caſus, quòd deberet reſtituere: & non condemnaretur, niſi in quantum facere poteſt, habita ratione ne egeat. ff. de re iudica. ſunt qui & in d. l. fin. de dotis promiſſione. innuit glo. ¶De hoc ergo vſufructu relinquetur patri. vnde ſe alat, & filios cæteros. quos frater & ſoror proprietarij tenerentur ipſi alere, ut dictum eſt, debet etiam in dotes filiæ proprietariæ illud ſaltem. quod daret in ſua domo alendo eam: nam pater in egeſtate venderet filium, qui non eſt vere ſeruus.

Additio. *Adde glo. in c. 2. de pignorib. & glo. in c. quia non eſt. de regu. iur. Et an filius poſſit contra eum agere, ſi veniat ad pinguiorem fortunam? vide in l. 2. C. de patribus qui filios diſtraxer. & per Philippum in cap. cum dilecta. de reſcrip. in pen. col. verſi. fallit octauo.*

Multo fortius bona filij in tali caſu, ſi poteſt plus, ſcilicet, perſonam, poteſt minus, ſcilicet, res eius. C. de patribus, qui filios ſuos diſtraxer. l. 2. in glo. de pactis conuen. l. hac lege. argumen. 12. q. 1. præcipimus. hæc glo. cadit in conſtitutionem, Comitibus. circa medium, cadit in conſtit. in aliquibus. circa finem, cadit etiam in conſtit. quamplurium. ¶ Item nunquid dabit militiam filio fratris, & alet eum? videtur quod ſic, quia libertus filium patroni alit, ſicut patronum: & econtra patronus filium liberti, ut in l. ſi quis a liberis. §. alimenta. ff. de liber. agnoſcen. Quæ dicuntur de Pagano, habent locum in milite, eadem. l. §. a milite. per quod videtur idem eſſe in feudalibus. Verius dicitur contra: quia alimenta cum uita finiuntur. ff. de tranſactionib. l. cum hi. §. modus. & quia de filio fratris non cauetur iure, nec in conſtitutione, Comitibus, nec in cap. Honorij, de fratre tantum loquuntur, de eo tantum intelligentur, de uerborum obligationib. l. ſi minor. potuit dicere de filio fratris, quia non dixit, omiſit, eodem titulo, l. quicquid. C. de cadu. tollen. l. 1. circa finem. ¶ In deſcendentibus expreſſit etiam de matre. ff. famil. erciſc. l. ſi filiam. §. hoc amplius. nam pater tenetur alere omnes, qui continentur appellatione liberorum. ff. de uerborum ſignificatio. l. liberorum. Et econtra deſcendentes nepotes, & alij tenentur alere patrem auum, & cæteros. d. l. ſi quis a liberis. in princip. & in §. idem de liberis. ¶ Frater autem tenetur alere fratrem. C. de alen. libe. l. 1. in gl. ¶ Mos autem, & ius Francorum prætulit primogenitum grauando eum, vt det minori nato uitam, & militiam, ſicut præfert maſculum, qui debet dotare ſororem, & amitam in conſti. in aliquibus. Quod ergo dicitur de fratre, & filio, idem eſt dicendum de amita, & ſorore, ut eas dotet ſecundum paragium, non filiam ipſarum, quia in conſtitu. Comitibus, dicitur, non minus pro faciendo fratre milite, quàm ſororibus maritandis, &c. in §. alimenta, redditur ratio. Quia libertus debet obſequium filio patroni, ſicut patrono. in §. a milite. non dicitur quicquam de filijs fratris, ſed de deſcendentibus a patre. ¶ Amitæ, & ſorori debentur dotes ſecundum paragium, quia fuerunt excluſæ per morem Francorum a patre, & fratre amitæ, propter quod loco patris eorum conſtit. illa dedit eis paragium dotis, ut diximus in conſtitutione, in aliquib. ſic & fratri dedit vitam, & militiam, quam ſi ſoror, & amita & minor frater conſecuti ſunt, ſicut ipſi excluduntur, multo fortius eorum filij excludentur. ff. de regulis iur. quod ipſius. ſed ſi non fuit dotata amita, & ſoror, nec habuit militiam, frater minor natu filij, & hæredes non ex ſua perſona, ſed ex perſona ſororis amitæ, ac fratris, qui non habuerunt dotes, uitam & militiam conſequentur. Nam hoc ius petendi † per hanc conſtitut. cum dicit ex conſuetudine, ſiue more, perſonali utique actione, ex quo non habuerunt dotes, uitam & militiam tranſtulerunt in eorum hæredes communi iure. C. de acti. hær. l. 1. per totum.

Alimenta cum uita finiuntur.

Frater tenetur alere fratrē.

† ADDITIO. *Nota, quod ius petendi paragium tranſmittitur. vide Loffred. conſil. 26. & vita & militia ſentit, quod debetur etiam de præterito, nam contrariū videbatur per not. in l. de alimentis. C. de tranſact. & per Bart. in l. libertis. §. 1. de alim. & cib. & Rota deciſ. 350. ideo dixit Paul. in l. diuortio, quòd vidua, cui debentur alimenta ſi aluit ſe primo anno, non petet alterius alimenta. Sed pro opin. Andr. facit, quia iſta debentur iure alieno: nam debentur iure conſtitu. facit doctrina Bart. in rub. de condict. ex lege, ideo nimirum ſi poſſunt præterita peti, ut dicit Bar. in d. l. libertis. & Curt. conſil. 39. ubi vide.* De Bottis.

¶ Ceſſerat, & venerat dies huius debiti, ideo tranſmittit in hæredes, quia & de præteritis alimentis tranſigitur, licet non de futuris. C. de tranſact. l. de alimentis, immo & filium ex filia non tenetur auus alere, niſi ſit inops, quia ſequitur auum paternum. ff. de liber. agnoſc. l. non quemadmodum. filio ergo & filiæ amitæ ſororis, & fratris minoris, tenebitur frater, & ex pos dare dotes, vitam, & militiam, quæ debuit dari, & data non fuit ſorori amitæ, & fratri minori. Secus ſi eam habuerunt. ¶ Filiam fratris minoris natu primogenitus tenetur maritare, quia ſucceſſit in eo, quod pater eius debuit habere pro uita, & militia, hoc habebit ſi pater idemque frater minor non habuit a fratre minore natu. per quod patet, quod alia ratio eſt in amita, & ſorore excluſis habere debentibus loco patris, a qua ſunt excluſæ, paragium dotis, quam filia fratris, quæ non excluditur ex ſua perſona, ſed ex perſona fratris minoris patris eius, & ita eſt intelligendum ca. Honorij, dum dicit pro maritanda ſorore, vel aliqua ex filiabus, vel nepotibus ſuis, &c. ¶ Quid ergo ſi primogenitus ſuccedens in feudo, habens filium, ſororem, & fratrem, uiuo patre, eodemque auo, moriatur? ¶ Si dicatur filiū primogeniti debere ſuccedere loco patris, mortuo auo, non procedet quæſtio de fratre, & ſororibus, quas ipſe tenebitur maritare. Sed ſecundum aliam opin. modernorum dicentium patruum excludere filium primogeniti ſuum nepotem. ¶ Si hæc uera ſit portio ſua, an patruus hic ſuccedens debeat uitam, & militiam nepoti filio primogeniti eo excluſo, & dotes nepti filiæ fratris primogeniti? Nam patri eorum, ſcilicet, primogenito non competit hoc, quia erat ſucceſſurus ei, ſi uixiſſet tempore mortis patris, & ipſe debuiſſet uitam, & militiam minori natu, non ſibi fuiſſet debita per eū, dotem etiam nepot. debuiſſet pater ſuus: non ergo poteſt dici filium, & filiam primogeniti hic ſuccedere patre excluſo, quia nō debebatur. ¶ Filio autem fratris, & filiæ ex eorum perſona non debentur hæc, ut ſupra dicitur, etiam ſi dicatur primogenitum excluſum reduci, ut ſit ſecundo genitus, & loco ſecundi geniti, quia deceſſit uiuo patre, quāuis hoc non uideatur iure probari. Filio eius primogeniti præmortui, uiuo patre, detur & militia, quam debuiſſet pater habere. Si vero ſecundo genitus fuiſſet, & ipſe filius teneretur maritare ſororem ſuā, non patruus, de quo non cauetur, & qui dedit id quod dicit debuit maſculo fratri eius nepoti ſuccedenti, ad quod debebat habere pater eius, & dotem filiæ. Hoc autem probabiliter videtur debere dici, quia hic ſuccedens, qui fuit uere ſecundo genitus, nunc inueniens ſe primo genitum per obitum primogeniti, uiuo patre, ſicut dicitur, non poteſt nec debet allegare culpam mortis illius primogeniti, de qua ſentit lucrum, & commodum ſucceſſionis, argum. ff. de iure dot. l. cum in fundo. §. quod ſi mulier. Verum quia caſus nouus eſt lege non cōprehenſus, nec uſu determinatus recurrendū eſſet ad Principem, † vel ad eū, qui interpretari habet dubia. C. de legib. l. ſi de nouo, ut declaret, & ſuppleat, ubi uera ſit poſitio dicta, ut prędicitur, qđ debetur filio, & filiæ eius primogeniti defuncti viuo patre ſuo p patruū excludentem nepotem, qui ut excludatur a ſucceſſione, & ab eo quod patri debetur, ſi ſecundo genitus uere fuiſſet, abſurdum eſſet dicere.

† ADDITIO. *In dubijs caſibus ad Principem recurrendum eſt, vide eundem Andr. in c. 1. in prin. de nat. ſuc. feu. & per Bal. in l. cum in antiquiorib. C. de iure deliber.* De Bottis.

Nam † vbi uero ſecundo genitus mortuus eſſet uiuo patre, ſuo filio ſecundogeniti poſt patris, & aui obitum tenebitur primogenitus ad id, quod patri ſuo ſecundogenito debetur, ſi uiueret iure communi, ut C. ut ac. de hær. & contra hær. l. prima. Erat enim in ſpe hoc illi ſecundogenito præmortuo, quæ erat, ſeu eſſet in re, ſi pater communis eorum fuiſſet præmortuus. Et ſi dicatur dictum primogenitum nunc excludentem nepotem filium ſecundogeniti præmortui debere maritare filiam neptem ſuam, uel militare alium nepotem ſuum ſubuenietur ei a uaſallis ſicut ſi maritaret ſororem, & ſi militaret frater, conſtitutio, quamplurium. & cap. Honorij, non extendunt ſe ad iſtos caſus, & cum ſint odioſi exigentes a uaſallis id, quod non promiſerunt, licet uideatur eſſe eadem ratio, quia ubi eſt onus dotandi, ibi debet eſſe commodum ſubuentionem recipiendi, argum. ff. de reg. iur. ſecundum naturam. C. de fur. l. ſi quis ſeruo, in ſuis caſibus tantum habebunt locum non producentur ad ſimilia, nec uidebuntur habere iſti caſus ęquitatem, ut l. ſi quis ſeruo. C. de fur. & dixi in conſtitutione, quamplurium. Idcirco ſuperioris declaratio uidetur neceſſaria, ſicut declarauit inclitus Rex Carol II. in amita maritata, ut ſubueniant uaſalli, & in auia, ut præferatur in baliatu filij.

† ADDITIO. *Vide omnino Afflict. in cap. imperialem. §. præterea. ducatus. de prohib. alie. feu. per Freder.* De Bottis.

¶ Vbi uero Baro, uel Comes, aut feudatarius filiam filij ſecundogeniti maritaret, & dotaret, haberet ſubuentionem a uaſallis. Idem ſi promittat dotem, quia erat obligatus dare ipſe, & ſuus hæres. C. de do. promiſ. l. ſi pro te. quia eſt de genere ſuo ex recta linea deſcendens iſta, quæ maritatur. uel dos pro ea promittitur, ut dicit capitulum, Honorij. Et ſi decederet antequā haberet ſubuētionē filius eius hæres, & primogenitus, in quem transfert actionem hanc habendi ſubuentionem, habebit eam, eo quod ceſſit, & uenit dies habendi hanc ſubuentionem ff. de verborum ſignificationibus. l. cedere diem. ¶ Quamuis ſi primogenitus iſte dotaſſet hanc neptem filiam fratris, non haberet, ut dictum eſt. ¶ Sed ſi pater idemque auus huic filiæ filij primogeniti non nuptæ relinquit, vel promittit dotes inter uiuos, quando nubet, & pro maritagio, primogenitus hæres in feudo hæreditario iure tenebitur dare dotes has conſtitutas. C. de rei vendica. cum a matre. Secus ſi feudum perueniret ad eum ex pacto, & prouidentia in titu. an agna. &c. plene dicitur. Sed in primo caſu non dicetur liberalis. ff. de ali. leg. l. rem legatam, tunc non haberet hic hæres, & primogenitus ſubuentionem a uaſallis. Patri enim, relinquenti dotes, eidemque auo non fuit ſubuentio debita, quia non maritauit primogenito, & hæredi, non quia ſi ipſe ex ſe non ex præcepto teſtatoris patris, eiuſdemque aui dotaſſet, & maritaſſet non deberetur, quia non ex neceſſitate, ſed ex voluntate eam dotat, ſicut dictum eſt. Sed cum dat dotes legatas in paterno teſtamento eſt neceſſitas mandati teſtatoris, ſine qua nō tenetur ad dotes: debet enim eſſe neceſſitas legis, quæ præcipiat debere dotare, & tunc habet ſubuentionem, ut in conſtitutio. quamplurium. Si dicatur, quod præceptum teſtatoris eſt lex, in Authen. de nupt. §. diſponat, eſt æquiuocatio in nomine legis. conſtat enim quantum ad propoſitum differre legem ſcriptam, & præceptum teſtatoris, quod eſt lex: nam teſtator non poteſt præcipere dari ſubuentionem, ubi lex id non diceret, ſed lex ſcripta ſic, ut in conſtitutio. quamplurium, & ſic ſufficit dare inſtantiam. ſ. quæſtio. 1. ſicut vigeri, licet capit. Honorij, & conſtitutio, quamplurium, dicant pro maritanda, videtur debere intelligi, quod ipſi dotantes patres, idemque aui maritauerint, quod ſequitur in cap. Honorij. pro maritagio, & dicitur, quod eam ipſe dotabat, quod importat maritare, & tradere nuptui cum dote, quia ſine maritatione non erit dos, quæ ſine matrimonio eſſe non poteſt. ff. de iure dotium. l. tertia.

Nota. ... [illegible] ... ſub. ... uidetur.

Vbi uero iure Franco. ... an feudū ſit ca... & ... hæredita... in cap. 1 ... agna.

De matrimonijs contrahendis.

TITVL. XXII.

Matrimonium fieri debet poſt contracta ſponſalia, debita ſolennitate, & ſacerdotali benedictione interueniente, & publicè: aliàs tali matrimonio clandeſtino iudicato, non ſunt ex eo nati legitimi ſucceſſores, & mulieres dotes perdunt: excipiuntur viduæ, quæ ab huiuſmodi neceſſitate relaxatur. hoc dicit. Lallus de Thuſcia.

REX ROGER.

SAncimus [a] * lege præſenti, volentibus omnibus contrahere matrimonium neceſſitatem imponi vniuerſis hominibus Regni noſtri, & nobilibus maximè poſt ſponſalia celebrata ſolennitate debita, & ſacerdotali [b] benedictione præmiſſis, matrimonium [c] ſolenniter, •

De matrimoniis contrahendis. *Rubrica.*

a SAncimus. Matrimonium fit poſt contracta ſponſalia, & debita ſolennitate, & ſacerdotali benedictione præmiſſa: alias tali matrimonio clandeſtino iudicato non ſunt ex eo nati filij liberi, legitimi ſucceſſores, & mulieres dotes perdunt, concor. extra de cland. deſpõ. per totum, & hæc conſtitutio eſt in omnibus hominibus Regni generalis. ¶ In ſequenti conſtitutione ponit ius ſpeciale, ſcilicet, ut nullus Comes, vel Baro ducat uxorẽ ſine licentia Curiæ, argumen. contra in Decre quæ dicit, quod matrimoniũ debet dependere ex mera voluntate nubentis. Nam plena debet libertate gaudere, cuius eſt animus indagandus, vt extra de ſponſa. cap. benedictione & in facie eccleſiæ. ¶ Et benedicit nobilibus maxime: nam milites, ſeu habentes aliquod ciugulum dignitatis in orationis domo debent ſibi copulare uxores, interueniente alia ſolennitate, quæ deſcribitur in Authen. quib mod. natur. efficiun. ſui. §. nouimus. qua forma ſeruata inde cenſetur legitima ſoboles ex eo ſuſcepta, ut ibidem dicitur.

• ADDITIO. *Ponit Curt iun. in conſil. 52. nume. 9. 10. vide quæ ponit Grammat. conſil. 168. & conſil. 154. in ciuil.* De Bottis.

b *Benedictione*. No. hic, quod probato matrimonio contracto de communi conſenſu, illa ſolennitas nuptiarum, & ſacerdotalis benedictio præſumitur. & no. Rodr. in 2 reſpõ. de pri ui. in rem. quando quæritur, an aliquis hab. fil. in pote. in princ.

Benedictione. Et ſic in facie eccleſiæ, ut in Auth. qui. mo. nat ef. ſui. §. quantum vero in militꝰ. quę huic concor.

c *Solenniter*. Sed quid de filijs naturalibus, an hodie ſuccedant, ſecundum formam datam in ſum. de na. lib. §. ſuccedant? Reſpond. ſic quia hic loquitur de volentibus contrahere matrimonium: ergo de alijs

ANDRÆAS DE ISERNIA.

COmitibus. Sed quid ſi Baro ipſe non uadit perſonaliter ad exercitum, uel feudatarius, ſed mittit ſufficientem ſubſtitutum, an poterit petere adiutorium, uel ſubuentionem a ſuis uaſallis? Reſpon. ſic arg. ff. de legibus. l. ſi filius. Item quid ſi non uadit perſonaliter, nec mittit ſubſtitutum, ſed ſoluit adhoamentum, an poterit ipſum adiutorium petere? Reſpondeo, ſic, ff. man. l. mater cauſas. §. abeſſe, uerſ. is qui. & eſt ratio, quia in tantum uidetur abeſſe ipſi Baroni, uel feudatario, in quantũ propter dictam remiſſionem obligatus eſt eidem domino Regi ad antidora ſeu ſeruitium reprehenſiuum, ut ff. de nego. geſt. l. ſi quis mandato, & de peti. hæred. l. ſed ſi lege. §. conſuluit. Item quid ſi feudatario debebat dominus rex aliquam quantitatem pecuniæ, cum domino compenſauit propter ſeruitium ab eo debitum, an ille feudatarius petat illam ſubuentionem, ac ſi præfatum ſeruitium in pecunia præſtitiſſet? Reſpondeo ſic, ut ff. qui pot. in pig. hab. l. ſi debitor. & de libe. cauſa. l. in tantum. Barthol. de Capua.

Ibi, ſicut in omni cauſa ex qua pater exhæredare. Hoc eſt uerum in his quibus debentur alimenta pro officio pietatis, ut hic, & C. de alen lib. l. ſi. ſecus in fratre minoris ætatis, qui debet habere alimenta loco legitimæ portionis, ut ſequitur, unde non perderet illã propter ingratitudinem commiſſam contra fratrem primogenitum, ſeu maioris ætatis, cum alimenta ipſa potius a patre, & ratione paternæ hæreditatis, quam a fratre habere uideãtur, unde & illa habet, etiam ſi aliter ſit locuples, ut ibi plenius dicitur, niſi forte fuit ingratus patri, a quo feudum peruenit, & propterea fuiſſet ab eo iuſte exhæredatus, cum etiam in feudo poterit filius per ingratitudinẽ exhæredari. Ibi, extra. de noto. c. licet, quod deficit in gl. huius conſtitutionis, Comitibus. & infra in conſtitutione, in aliquibus. Petrus de Monteforte.

Solet dubitari in hac conſtitutione, quid ſi cõcordia hæc inter fratrem fiat per compromiſſum, uel tranſactionem extraiudicialem, mediantibus amicis, an valeat ſine aſſenſu ſuperioris domini feudi? ita quod ſi non valet, poſſit primogenitus, uel ſecundo genitus eam reuocare authoritate conſtitutionis, conſti. diuæ memoriæ, & quam contra eum factam ſuper re feudali, ſine aſſenſu, etiam ſi ipſe reuocans prius conſenſiſſet tali contractui? Quidam dicebant non valere ſine aſſenſu, etiam ſi ipſe reuocans prius cõſenſiſſet, ideo reuocari poſſet, quia inducit ſeruitutem uitæ, & militiæ. Idem eſt de fructib. ſeu. qui cenſentur pars feudi. Mihi uidebatur contrarium, quia non dubitatur hic, an vita, & militia debeatur, & ſic non eſt quæſtio iuris, ſed facti, ſcilicet, quantitatis debendæ fratri minori, item quantitas incerta quæ per hanc conſt. taxata non eſt, ſed eſt arbitraria. ergo non poteſt dici, quod talis concordia interdum extendat, & inducat ſeruitutem feud. vltra quam debeatur de iure. Præterea poſſent fructus in futurum minui, vel augeri, unde ratione primi dubij ſeu in contingentis poteſt ſuſtineri hæc diſpoſitio, licet prima fronte uideatur contra, & ad inæqualitatem. l. fideicommiſſ. de tranſact. l. cum Archimedorom. C. ut in poſſ. leg. & faciunt no. in l. quia. de iuriſ. om. iud. Cogita, quia And. videtur hic inclinare, quod valeat talis concordia, dum dicit, quod frequenter iudices debent concordare mætes cum minoribus, quia omne eſt: nam quid aliud agit uidere ff. de no. oper. nunc. l. 1. § unde quæritur.

Sed maius dubium eſt, quando vita, & militia nullo modo debeatur, quia tunc videtur eſſe quæſtio iuris, non facti, & talis concordia videtur inducere ſeruitutem feudo.

Poteſt dici, quod aut erat clarum, quod non debebatur, puta ſi eſt tranſactum inter fratrem poſſidentem feudum, & quendam extraneum, qui nullo iure poterat uitam, & militiam petere, & tunc non valeret talis cõcordia, quaſi induceret ſeruitutem feudo, quæ per feudatarium induci non poteſt. glo. eſt communiter approbata in cap. 1. in verbo, alienationem. de Capi. Corra. Niſi dicas, quod immo poteſt durante ſua uita imponere ſeruitutem, vt no. And. in capite primo feudor. de inueſtit. de re alie facta, maxime ſuper fructibus, de quibus poteſt ad libitum ad uitam ſuam diſponere. Sed poſt mortem ſuam non præiudicabit hæredi ſuo.

Aut erat dubium, an deberetur, licet in ueritate non deberetur: ſi ſi ſit in concordia cum fratre ſecundogenito, quod prima facie debeat habere uitam, & militiam, ſed forte ab aliquo legati in relictum ſibi a patre, & de iure ueniebat excludendus, & dictum relictum cum uita, & militia compenſandum, & tunc crederem tranſactionem ualere, ratione dubij per ſupradicta, maxime quia de fructibus, ut dixi, poteſt dici, quod non inducit ſeruitutem feu. ſed ſolum actionem perſonalem, & hoc modo debeat intelligi talis trãſactio, & ſaluari, ſicut in ſimili dicit Bar. & ſequen in l. ſtipulatio iſta. §. ſi quis ita. de uerb. obli. de illa ſtipulatione per quam promitto tibi uti tibi licere fundo meo, licet aliqui ibi teneant contra Bar. tamen quantum poteſt, ſaluanda eſt talis conuentio. Diomedes Mariconda.

Dic, quod licet de iure communi bonus uir. id eſt maior dominus feudi, hoc haberet moderari ad inſtar decimæ eccleſiæ debitæ c. ap. probatum. extra de deci. hodie in regno eſt expeditum per cap. omnes Comites. ubi Iuſtitiarius moderatur altercatione moderationis. Bartholomæus de Capua.

Sed hodie taxat, & cognoſcit magna camera Summariæ, & requiritur licentia Principis, quod imponatur uaſ. llis: ſed certe contrarium videtur innuere c. regni, item ſtatuimus. allegatum per Barth. de Capua in conſti. regni, quia. Et vide ad prædicta Barth. de Capua in conſtitutione, minoribus.

In tex. pro ſororibus. Hodie autem pro filia monachanda poteſt Baro, ſeu feudatarius ſubuentionem petere a uaſ. llis, ut in c. regni, ad perpetuam rei memoriam. Petrus de Monteforte.

In glo. magna in fi. Illa glo. facit, quod ſi frater minor vult ſtudere, quod frater maior teneatur dare expenſas in ſtudio ſecundum patrimonij facultates. Barth. de Capua.

In tex. pro militia. Sed pro ſua multo magis. Barth. de Capua.

De matrimonijs contrahendis. *Rubrica.*

SAncimus. Hæc conſtitutio facta fuit poſt c. cum inhibitio. de clan. deſpon. quod factum fuit per Innocentium III. circa annos Domini 1202. ut patet in Chronic. Rex Rogerius lator fuit huius legis longe ante. ¶ Solennitas huius tituli partim eſt de iure canonico, ſcilicet, ut matrimonia publice celebrentur.

ADDITIO. *Adde c. cum inhibitio. & ibi Doct. de cland. deſpon.*

Addunt aduocati noſtri temporis, in facie eccleſiæ. Hoc nõ dicitur hic, ſed in Auth. qui. mo. nat. ef. leg. §. quantum uero, & c. ibi in domo orationis, & c. 1. in eccleſia. Et intelligunt quidam in nobilib. tantum, & maxime, dicunt abũdare, ſic C. de inoff. teſt. l. ſi. ff. de lib. & poſth. ſed eſt quæſitum, ſecundum unum intellectum. Hoc durum eſt dicere, quia ex ipſa rubrica apparet generalitas, quod in omnib. habeat locũ.

ADDITIO. *Add. quod quando rubrica eſt generalior nigro, nec, quod excedit nigrũ, habet uirtutem legis, ſi. cum. ſi. C. de con. ſub. de ſer. obl.*

Ideo autem dicitur, maxime, vel quia notabilis erat in nobilibus, & ideo videtur negligi, niſi ſpecialiter repeteretur in eis. ff. de iniur. l. item apud. § hoc edictum.

ADDITIO. *Adde, quod iſta dictio, maximè, adiungitur verbis importantib. cauſam finale, tunc abundat, nec ſtat implicatiuè, ut eſt tex. ſingl.*

alijs non mutatur: ergo quilibet poſſet facere fraudem huic conſtitutioni, habendo liberam mulierem toto tempore vitæ ſuæ in domo: & poſſea filios ſuos inſtituere legitimos in totum hæredes. Reſpond. non poteſt, quia præſumitur, quod habuit eam in uxorem de iure, licet clandeſtinam uxorem niſi tempore, quo uiuebat, proteſtatus fuit eam habere ut concubinam, ut ff. de ritu nup. l. liberæ. & ff. de concu. l. fi. ¶ Hoc idem videtur de iure Lombardo, ſecundum Caro. poſſe dici in Baſtardis, & ex illicito coitu: quia ipſi contra ius Romanum uidentur ſuccedere, ut in Lombarda. de ſucceſ. l. 3. & 4.

& [a] publicè celebrari. [b] Alioquin [1] nouerint amodò morientes contra noſtrum regale edictum, [c] neque ex teſtamento, neque ab inteſtato ſe habituros hæredes legitimos ex clandeſtino [2] matrimonio, & illicito contra noſtram ſanctionẽ procreatos. Mulieres [d] etiam dotes à filijs nubentibus legitimè [e] debitas non habere. Rigorem cuius ſanctionis omnibus illis remittimus, qui promulgationis huius tempore iam matrimonium contraxerũt. Viduis etiam volentibus ducere virum huius neceſſitatis vinculum relaxamus.

c *Neque ex teſtamento.* Quia nec matrimoniũ nec dos intelligitur, nec filij ſunt in poteſtate patris. Imo tales ſunt quamũ ad patriã poteſtatẽ pertinet, quales ſunt, quos vulgo mater concepit.

Additio. *Adde Inſtit. de pa. po. & in l. 2. & ibi gl. & Bart. ff. de his qui ſunt ſui vel alie. iur. tex. in c. vni. extrà de infan. & lang.* Sup.

Additio. *Adde an tales ſuccedant in feudum, vel emphyteuſim, ſi pater accepit pro ſe, & filijs ſuis? vide per Bart. in l. ex facto in §. ſi quis rogatus. ff. ad Treb. Bal. in auth. ſi quas ruinas. C. de ſacroſ. eccl. Bal. in auth. quas in eccleſiarum. de conſtit. Et quid ſi tales legitimentur, an ſuccedant? vide per Bal. in d. a. quas in eccleſiarum.*

Sed quid ſi natis filijs celebrata ſit hæc ſolemnitas? certè videtur ſufficere, vt Inſti. de nup. §. fi. & C. de na. lib. cum quis, & l. nuper. Sed manifeſte videtur contra in tit. ſi de feu. fuerit controu. inter dom. l. naturales. Sed forte illa in feudalibus tantum locum habet. ¶ Item notandum eſt quod de iure Lombard. naturales uidentur ſuccedere cum legitimis in tertia minus pro numero liberorum, ut in Lombar. de ſucceſ. l. 2. Sed in commento legis eiuſdem tit. putat totum illud abrogatum hodie D. Ba. & patet in eo. tit. de ſucceſ. l. ſi quicunque.

a *Publicè celebrari.* Sic 30. q. 5. c. nullus fidelis. §. his omnibus authoritatibus. Sed iure ciuili edictum erat diſtinctio inter decoratos maximis dignitatibus, ut illi contrahant cum ſolennitate, alij ſolo affectu, ut C. de ſecun. nup. Auth. maximis decoratis, &c.

b *Alioquin nouerint.* No. de ſolennitate matrimonij: & quòd nati ex clandeſtino matrimonio non ſuccedunt ab inteſtato.

1 Additio. *De iſta dictione, alioquin, vide tex. in §. alioquin. in clem. 1. de ſent. excom. glo. in ver. alioquin. in c. poſt tranſlationem. de renun. Bal. in l. 1. ff. de cond. & demon. Saly. in l. 2. ff. ſi cer. pet. dicit, quod iſta dictio, eſt dictio ſeparatiua, & aliquando exponitur, id eſt, vt in l. nobiles. ff. de cuſt. reor. Aliquando exponitur pro ſed, aduerſatiua, vt in l. eleganter. §. ſeruus pactionis. ff. de dolo. aliquando ponitur pro vel, vt Inſti. de pub. iud. in fi.* Sup.

Nam nec patrem habere intelliguntur, cum is etiam incertus eſt. Incertus eſt enim pater, quem habere non licet. ff. de ſtatu homi. l. vulgo. & Inſti. de nup. §. ſi aduerſus. ¶ His autem repulſis quis ſuccedet? Reſpondeo illicitè genito conſtat nil poſſe relinqui, vt in iure Lombard. de prohi. nup. l. hoc autem. & l. de his. ¶ Si autem uis ſcire quid obtineat de iure? Reſpon. tam iure Codicis, quam iure Authenticorum, repete hic, quæ dicuntur in ſum. de inceſt. nupt. §. ſciendum eſt autem. & §. item de bonis. & §. hoc iure iſto. ſecundum Azo.

2 Additio. Ex clandeſtino matrimonio. *Adde Doct. in c. cum inhibitio. de clan. deſp. & per Doct. in c. Raynutium, & c. Raynaldus extra de teſtamen.*

d *Etiam dotes.* Nam & hoc eſt pœna clandeſtini matrimonij, ſ. dotis amiſſio, ut C. de repu. l. uxor. Item cum taliter nupta non ſit uxor, ut hic, nec concubina ſtuprum committitur, ut ff. de concub. l. 2.

e *Debitas.* Immo quicquid ex eo matrimonio quocunque modo datũ fuerit, ut indignæ ſublatum, fiſco uendicatur, ut C. de inceſt. nupt. qui contra. ¶ Iure autem Longobardo imponitur alia pœnã, ut in tit. de prohi. nup. l. hoc autem. Super quo dic, ut notatum eſt ibi in l. 1. ſecundum dominum Reff.

ANDRÆAS DE ISERNIA.

Ea gl. in ver. maximè, in c. ſi quis epiſcopus damnatur. 11. q. 3. & in c. cùm clim. in ver. maximè ſenex. iuncta gl. ſi. de teſti. & in c. cùm contingat iuncta gl. 1. de fo. compe. & per Io. And. Ant. de Butr. & Io. de Imo. in c. ad abolendam. de filijs presby. & per Alex. de Imo. conſi. 77. incip. Viſis dubitationibus eleganter formatis. in 2. lit. col. 2. el. 3.

Vel quia in nobilibus hoc erat ſtatutum etiam iure Romano, ut d. §. quantum. ¶ Dicunt etiam quod ſi infirmitas impediret, ut nõ poſſet ire ad eccleſiam, uel alio impedimento, uel non eſſet eccleſia in loco, ualeret, ſi fieret deſpons. tio publice coram multis. Vel ſi ſacerdos non poſſet inueniri. argum. C. de teſtibus l. fi.

Additio. *Adde quod ſponſalia, vel matrimonia contracta præſente vno ſacerdote non deſinunt eſſe clandeſtina. Et ideo eſt caſus, quod in matrimonio eſt deferendum iuramentum in ſupplementum probationis, etiam ſi ſit vnus teſtis omni exceptione maior productus. ſecundum Card. Alex. in cap. cùm inhibitio. in 2. notab. de deſpon. impub.*

Cum cauſa neceſſitatis non comprehendatur lege: & ceſſat lex, quando neceſſitas imminet. ff. de offi. con. l. 1. & 1. q. 1. §. & eſt no. Dicunt etiam hoc, quod Rex non perſonis imponit legem, ſed rebus. Nam filij legitimi ſunt, quamuis ſine hac ſolennitate hoc matrimonium ſit contractum. Sed rebus Princeps imponit pœnam, vt ſi deſit hæc ſolennitas, non ſuccedant. Hoc autem de facie eccleſiæ, & ſacerdotali benedictione ponit c. cum inhibitio. ¶ Item dicunt, quod non ſufficit matrimonium contractum publice, niſi probetur quod cum iſtis ſolennitatibus, quaſi ſint ſubſtantialia, & ideo ambo ſunt probanda. ff. de tranſac. l. cum l. 1. §. ſi prætor. de inæſtimque pri. l. 3. §. hoc interdictum. C. de teſtam. §. ſi unus. ¶ Quantum uero ad legitimationem non dicetur ſpurius, probato conſenſu publice. Partum vero non eſt de iure canonico, ut de facie eccleſiæ & ſacerdotali benedictione, per c. cum inhibitio. Hic Roffred. dicit, quod probato conſenſu ſolennitas nuptiarum & benedictio ſacerdotalis præſumitur; & loquitur ſecundum ius Romanum, quod attendit conſenſum in nuptijs, non ſolennitatem, ut patet per iura, quæ allegat. ff. de donatione inter uir. & vxor. cum hic ſtatus. §. mulier. ff. de reg. iur. nuptias. Sed conſtitutio iſta expreſſim requirit ſolennitates iam dictas. ¶ Alij dicunt & uerius, quod ſecularis Princeps nec principaliter, nec acceſſorie ſtatuere poteſt aliquid in matrimonijs. 2. q. 3. §. hic colligitur. 10. diſt. c. legem. extra de ſec. nup. §. pen. & vlt. Quamuis glo. dicat ſolennitatem debitam, ſcilicet, quæ in facie eccleſiæ, vt d. §. quantum, & hoc videtur ſtatus iudiciarius approbare ſtatuit tamen matrimonium publice approbari, alias, celebrari: quia glo. iuris ciuilis dicit in §. quantum, quod illa hodie forſitan non ſeruantur: & alibi dicitur, quòd hodie reductum eſt, quod matrimonia ſolo affectu contrahantur.

Additio. *Adde tex. in c. ſufficiat. 27. q. 2. c. cùm locum. de ſponſ. gl. vlt. in c. vlti. de ſponſa duorum.* Superantius.

In Auth. ut liuna. & auræ §. quia uero. ¶ Matrimonia fauoranda ſunt, non arctanda, ut in faciem eccleſiæ, quia hæc conſtitutio non ponit. Et ſic nec directè, nec utiliter hoc mouendum eſt. ff. ſol. matri. l. ſi uero §. de uiro. cum matrimonium ſit a Deo.

Additio. *Adde tex. in c. ſicut non omnis. in §. his ita. 32. q. 2. c. 1. de voto. lib. 6. glo. ſumma. 27. q. 1. Hoſt. in ſumma de tranſlat. præla. in §. cuius. Abb. in c. litteras. in 4. no. de frig. & mal. & originaliter Gen. 2.*

Recipienda eſt uoluntas deſponſantis quandocunque, & ubicunque uelit, ne ex anguſtijs locorum, &c. C. de in integ. reſt. l. fi. Spiritus ubi vult ſpirat: Et quæ ſpiritu Dei aguntur, non ſunt ſub lege.

Additio. *Adde tex. in cap. licet. de regul.*

Quia neſcit tarda molimina Spiritus ſancti gratia: & ſic non obſtant iura dicentia imputari ei, qui ſe poſuit in neceſſitate. ff. ſi quis cautio. l. 2. §. ſed & ſi. cum concord. quia ibi tenebatur ad iudicium temporale ire: hic non tenebatur matrimoniũ contrahere, ſi nollet. ¶ Et dicunt ſolennitatem debitam, quam ponit cap. cum inhibitio. licet lator huius legis eam neſciuerit: quia nondum erat d. c. ut in princ. dictum eſt: & ſic non poterat regulis iuris eius ſubdi, in Auth. de triente & ſemiſſe. §. ſi vero. ſed ſic debet exponi, ut ſaluetur lex ciuilis: & ciuilius eſt, quam dicere, ut corrigatur: vt dicatur de ſolennitate iuris Canonici, quo uiuimus in matrimonijs & cauſis ſpiritualibus: non de ſolennitate iuris ciuilis, quæ in cauſis prædictis non ſeruatur, ut ſic de valida ſolennitatẽ intelligatur, non de inualida. arg. de verb. obl. l. Titia. §. idem reſpondit. de lega. 1. l. ſeruo alieno. §. ſi ab impubere. de leg. 2. l. fin. §. ſcio. & ſic ſecundum primos vide in cauſis, vbi litigator poneret ſe de legitimo matrimonio natum, & teſtes dicerent eum legitimum filium talis, quia eum tenuit pro legitimo filio: aliter filiatio non probatur in patre. ff. de cond. & demon. l. Lucius. C. qui accu. non poſ. non ignorat. & de probat. non epiſtolis. & l. non nudis. ff. de proba. l. quidam. ¶ Hoc non videtur ſufficere, vt præſumatur ſacerdotalis benedictio: quia cum ſit extrinseca, aliter non præſumitur, niſi probetur. ff. de publi. quæcunque. §. ſi. Sed hoc ideo, quia cum dicit legitimam uxorem, & legitimum filium in uendicanda hæreditate parentis, uidetur dicere omnia, quæ inducunt filium ad ſuccedendum. Nam quod legitime fit, non meretur pœnam. C. de admi. tut. l. decernimus.

Additio. *Adde l. nemo. C. de ſacroſan. eccl. l. non dubium. C. de leg. & in l. Gracchus. C. ad l. Iul. de adult.*

De vxore non ducenda, ſine permiſſione Curiæ. Rubrica.

a HOnorem. Si contra fiat nullum erit matrimoniũ, ſic prohibitum vſurpatione contractum, vt C. vbi nup. ex re. pe. l. 1. cũ iuris deſit authoritas, ut C. de nup. l. vlt. Et ideo quia matrimonium contra conſtitutionem Principis eſt contractũ quicquid ex eo matrimonio eſt ſecutum, datum, vel factum forte dotis nomine vel dotarij amittitur, & fiſco ſociatur, ut C. de inceſt. & inuti. nup. l. qui contra. & C. de ritu nup. l. incæſtę. & l. dotes. & Inſtit. de nupt. §. ſi aduerſus, & uide quę notantur in præalleg. l. qui contra. & ff. de cond. ſine cauſa. auunculo. ¶ Nec filij ex tali ſuſcepti matrimonio erunt iuſti, vel legitimi, ut in preallegat. iuribus patet. ¶ Et ſic dicitur in matrimonio ſine conſenſu patris, vt ff. de ſtatu hominũ. Paulus, primo reſpon. & C. de nup. ſi ut proponas.

† Aliàs, Regis.

De vxore non ducenda ſine permiſſione Curiæ. †

TITVLVS XXIII.

Interdictum eſt per iſtam conſtit. omnib. Comitibus, vel Baronibus, vel feudatarys tenentibus caſtra, vel feuda in capite a regia curia vel ab alio, dummodo ſint feuda quaternata, vt non contrahant matrimonia pro ſe ipſis, nec audeant maritare filias, ſorores, aut nepotes, vel quaſlibet alias quas ipſi poſſunt, vel debent maritare, aut filios vxorare, cum bonis mobilibus, vel immobilibus ſine permiſſione regiæ maieſtatis. & hoc eſt ſeruandum, non obſtante conſuetudine in contrarium, quæ vigebat in aliquibus partibus regni. h. d. Matthæus.

IMPER. FREDER.

HOnorem a noſtri diadematis debitum conſeruantes, præſenti conſtitutione ſancimus vbiq; per Regnum, Vt nullus Comes, Baro, vel miles, vel quilibet alius, qui Baronias, Caſtra, vel feuda in capite a nobis teneat, vel ab alio, quæ

Hono-

Honorem. Sed quid ſi quis non habens feudũ quaternatũ, burgẽſis forte contraxit matrimonium ſine permiſſione Regis cum habente feudum aliquod quaternatum, nunquid ille talis qui feudum nõ habet punitur? & dĩ ſic, vt argum. C. qui. ex cau. ali infa. irro. l. decreto, & ff. de his qui no. infa. in §. pen. & l. liberorũ. §. notantur. in quib. legib. non tñ vxor quę ſecundo nupſerit intra annum punitur, ſed etiã iſte ſecundus maritus, etiam ſi ius ignorauit, arg. etiã ad id. C. in quibus cauſis pig. ta cõtra. l. ſi iure. & qñ mulier tu. off. ſun. po. l. 2. & in Auth. de nupt. §. ſi autem tutelam. in quibus legib. dicitur, q̃ ſi mulier, quæ tutelam cępit gerere filiorum ſecũdo nubat, antequã tutorẽ alium filijs petat, & rationem reddat eis, & omne quicquid ex adminiſtratione debet exoluat, non tñ bona ipſius mulieris, ſed etiam bona ſecundi mariti obligantur

gantur

ANDRÆAS DE ISERNIA.

Et ex quo teſtis dicit legitimum filium, non vĩ dicere, q̃ non fuerit ibi ſacerdotalis benedictio. non. n. vĩ dicere id, per quod ſuũ in dictum impugnetur. ff. de mil. teſt. l. 4. imo vĩ alterare totum id, per qđ fieri debeat, propter quod deponit: & uidetur uelle id, per quod ualeat id, quod dicit, ut in d. l. & ideo non uidetur repeti per teſtatorem id, quod faciat legatum inutile. d. §. ſi ab impubere. pro quo eſt quod no. extra qui filij ſint leg. c. ex tranſmiſſa. & de purgat. cano. accedẽs. ¶ Cautus tñ aduocatus partis alterius ſi ſciat in ueritate, q̃ non fuit ibi dicta ſolennitas, contra articulos datos, q̃ fuerit filius legitimus, det & proponat, q̃ non præceſſit ſacerdotalis benedictio: & q̃ iudex interroget teſtes, qñ deponunt, quod habitus & tentus fuit pro legitimo filio. Si uiderunt deſponſari matrem cũ benedictione ſacerdotali. ſi iudex non faciet, hoc dictum teſtis pro tanto valebit, ex quo non fuit interrogatus, per ea quæ notantur. C. de teſti. l. ſolam. Vel ergo repetet teſtem poſt publicationem, tanquam obſcure dictũ, extra de teſtib. c. cum clamor. Vel iudex tenebitur, qui fecit litem ſuam. ¶ Et habet locum ſolennitas huius conſtitutionis. Multo fortius qñ amaſiam in domo habebat: & prole inde ſuſcepta, uel non deſpõſare quis vellet: vt non habeat plus caſtitate luxuria, in Auth. de reſtit. & ea quæ parit. §. fin. ff. de noxalib. l. non ſolum. ¶ Quærit gloſſa, ſi habet locum in filijs iam natis? & dicit q̃ ſic, vt cap. naturales. ſi de feudo controuer. fuer. in uſib. feud. dicit l. qui in feudo. Imò diximus ibi, quod etiam in feudo ſuccedat filius naturalis factus legitimus per matris deſponſationem. Nam tunc tollitur omnis macula.

ADDITIO. *Adde tex. & ibi Dec. in c. tanta. qui fil. ſint legi.*

Sed c. naturales. loquitur qñ Princeps legitimauit ſimpliciter: quia ſecus ſi legitimaſſet, ut ſuccedat in feudo. Fortior quidẽ legitimatio vĩ ex deſponſatione matris facta, ſeu perfecuta, per quam concurret etiã cum fratrib. alijs legitimis, C. de na. lib. l. cum alijs. Nõ obſtat de filijs natis ex matrimonio ad morganicã. c. 1. quia id eſt irrationabile: ille ergo uſus ſeruatũ, ubi eſt. ¶ Verũ autẽ ſuccedat mater in feudo materno? dictũ eſt plenè in d. c. naturales. ¶ Alij dicũt, q̃ vbi ſunt filij legitimi, Princeps non põt legitimare naturales, quantũ ad ſucceſſionẽ. Sed ſi poſt legitimationem naturales ſuſcipiat filios legitimos ex vxore, an ſuccederet naturalis cũ eis? ibi ſimiliter plene dictum eſt.

ADDITIO. *Adde Ant. de But. Iac. Zocchum, Card. Alex. in repe. cap. per venerabilem. qui fil. ſint legi. & per Ant. de Roſel. & Lud. de Sardis in ſuis tractatibus de legitimatione.*

Item nota de filijs naturalibus, in quibus lex iſta nihil innouat, vt glo. dicit: quia ex rubrica patet loqui de matrimonijs publice celebrandis, & ex nigro. Licet autem argumentari a rubro. C. ne fideiuſ. dotium den. & de edic. diui Adria. tol. in rubr.

ADDITIO. *Adde an poſſimus ſumere argumentum ex ordine rubricæ, vide per Io. And. in c. 2. de mut. petit. & Bal. in rub. extrà de ſumma Trin. in princ.*

Non eſt ergo veriſimile correxiſſe totum quod ſtatuitur iure Romanorum de naturalibus. C. de inoffic. teſtam. ſi quando. ¶ Legum correctiones ſunt uitandæ. C. de inoff. dona. l. 1. quia quod non mutatur, &c. de teſta. ſancimus. de appell. pręcipimus. in fi. nam ſi de naturalibus etiam uoluiſſet corrigere, expreſſiſſet. C. de cad. toll. §. pen. ar. ff. de leg. 1. talis ſcriptura. Arg. contra: quia non debet habere plus luxuria, quam caſtitas. ¶ Naturalis eſt ex libidine iniuſta. C. de nat. lib. l. legem. pro quo eſt C. de reuoca. dona. l. his ſolis. in fi. Sed præcipua ratio eſt, ut euitetur tot legum correctio, quia hic Imperator in vno caſu tantum prouidit.

San-

S*Ancimus lege præſenti.* In tex. ſolennitate adhibita. Sed ſi hæc ſolennitas probari non poſſit, quid fiet? dic q̃ ſufficit probare diuturnitatem temporis: ar. ff. de ritu nupt. l. qui in prouincia, §. 1. ff. de aq. plu. arc. l. 2. in fi. ff. de uſu. l. cum de in rem uerſo. Barth. de Cap.

In gl. ibi, & ſic in facie eccleſiæ. Inn. ſic no. extra qui fil. ſint leg. c. ex tenore. Ad hoc, ut fiat matrimoniũ in facie eccleſiæ, eſt neceſſe ſeruare ſolennitatẽ, quæ eſt in c. inhibitio. Alij dicunt in facie eccleſiæ fieri, ſi uocatis amicis publicè nullius procurata celatione cõtraxit. Et forte prima opinio habet locũ, vbi interuenit cõſanguinitas, uel aliud impedimentum: vt pro hoc fil. ſint legitimi, ſi parẽtes ignorantes cõtraxerũt, ſeruata dicta ſolẽnitate, vt ibi dĩ. Secunda uero opinio locum habet, vbi non eſt aliquod impedimentum. Pet. de Monteſ.

In glo. ibi, ſolennitates iam dictas. Certe ſi bene aduertas, litera non aperit, niſi quod matrimonium publice, non clandeſtine celebretur. Petrus de Monteforte.

Sed quid ſi matrimonium aliquod celebretur tempore interdicti, qualiter erit agendum, vt matrimonium procedat, cum non poſſit interuenire ſacerdotalis benedictio? cogitabis de facto habuit compater iudex Angelus, & me interrogauit. Nico. Ruffus.

Vide quod notat circa prædicta And. in c. 1. quo tempore miles, & tex. in c. ſtatuimus. de offi. dele. in 6. & Luc. de Pen. in ver. incertis. in c. item q̃ prædicti militarij, tali tubent iuſt. nihil rei publ. nomine generalis inquiſitionis, &c. ut ſine mortalis peccati, prope principiũ, & ibi Lucas, &c. Regis Rob. quę d incipit, ad certitudinem. Diomed.

In glo. matrimonium ſolenniter. ibi, ſed quid ſi natis filijs, vide c. tanta qui filij ſint legi. Dic ut eẽs.

De vxore non ducenda ſine permiſſione Curiæ. Rubr.

HOnorem. Imo deſtructionem animæ iſtius Frederici Imperatoris prohibentis per obliquum matrimonia inſtituta a Deo in paradiſo. 32. quæſt. 2. §. his ita. Vnde talis lex non ligat in foro Dei, quia inter alia debet eſſe iuſta & honeſta, & matrimonia debent eſſe libera, nec aliqua uia etiam indirectã debent impediri, vt plene diximus in l. imperialem. §. 1. ¶ In feudis iam datis non poteſt grauamen nouum imponere feudatarius, quod in donatione feudi impoſitum non fuerit. Licet aliqui dicant quod eſt ſpeciale in fiſco, ut rei donatæ poſſit conditionem imponere, & ſic colorant Curiam Capuanam fieri potuiſſe, quod improbatum eſt in tit. de Cap. qui Curiam uen. Sed ſi in conceſſione feudi imponeretur talis conditio, vt non nuberet talibus odioſis domino, alias perdat feudũ in ipſo facto, videtur valere, arg. C. de iure emphy. l. ſi. §. 1. & arg. ff. de actio. emp. l. ſi ſterilis. §. ſed ſi ita. ¶ Perdet tunc feudum, licet matrimonium teneat, & hoc propter cauſam, quia erant odio domino: nam ſecus ſine cauſa, ut ſi ſimpliciter dicat: do in feudum tibi, ita ut non nubas ſine conſenſu meo. Vel diceret, do vt non nubas Titio, cum alij non poſſet æque nubere, uel non nubas Neapoli, cum alibi ſic bene non poſſit nubere. Hæ pactiones inducunt uiduitatem, & non ualent. ff. de condit. & demon. l. cum ita legatum, & l. hoc modo. ¶ Et ſi non ualent in ultimis voluntatibus, non valebunt etiam inter uiuos. ff. de pact. l. pactum, de pig. actio. l. non eſt nouum. Inſtit. de lege Fuſia Can. tollen. in prin. ¶ Vbi autem alij dant feudum Titio ea conditione, ne det in dotẽ pro alia, tenet pactum, propter generalitatem, quæ dicit, q̃ quilibet rei ſuæ eſt moderator & arbiter. l. in re mandata. C. mand. & poteſt induci uiduitas mulieris, ne perueniat ad alium, dummodo ad mulierem, quę accepit primo, poſtea non ſit reuerſurum, quia tunc ſi ius fieret, & non valeret. ff. de conditio. & demonſtra. l. cum ita. §. Titia, & l. hæres. §. fin.

¶ Quando

gantur pupillis eiſdem. ¶Sed in Magna Curia vidi Brugenſes eas inde traditae implores, & hoc verius. Non licet nobis id eſſe ſeuerit, pœna tñ alioquin nō ſtatuitur hic in eum, ut ff. de relig & ſumpt. fun. l. ſi quis. §.idem Labeo, & de ſep. viol. l. prætor §.non perpetuæ. & C. de alen. lib. l. mulctis. Licet ſit arg. contra ff. de adult. l. ſi poſtulauerit. §. ſi inter homo, & de manum. l. item apud. § ſi quis ſic, & faciunt ad hoc pro & contra alia generalia, omne inconſulter factū punitur. ¶Item no. q. ſecundum quoſdam nō tenet huiuſmodi matrimonij contractus ſine permiſſione Regis. Et ſecundum alios tale matrimonium cenſetur clandeſtinum, ut plene iam notaui. Sed ego non ſeparo quos Deus coniunxit, & dico matrimonium valere, vt argum. Auth. de reſt. & ea quæ pa. §. ult. non enim eſt in eo ratio ſubſtantiæ matrimonij, ſed forma, ſiue qualitas, ut arg. ff. de cond. & demonſt. l. hæc ſcriptura, & de cond. inſtit. l. qui ſub conditione. § quoties. ¶Sed quæ pœna imponetur habentibus feudum quaternatum, & taliter ſine licentia contrahenti matrimonium? Respondeo, cum non ſit certa pœna hic ſtatuta, videtur pœna extraordinaria locum habere iudicis arbitrio infligenda, ut ff. de pœnis. ſanctio legum. ita tamen quod iudex modum non excedat leuiorem vel grauiorem pœnam, quam debet irrogando, vt ff. de pœnis hodie. ¶Sed quis erit ille modus? Respondeo, dicit quidam omnium bonorum publicatio, ut arg. in l. prox. cum hæredibus, &c. Tu dic quod ſufficit, ſi feudo quaternato quod habet priuetur vno, vel pluribus. Et ſic tenetur in Magna Curia, de Regni conſuetudine approbata, ſatis enim punitur in feudo, in quo contra leges fecit, ut ff. de vulg. & pup. ſubſt. l. ex facto. ad finem. Vel dici poteſt recurrendum eſſe ad pœnam iuris Romani, ubi ſtatuitur certa pœna in eos, qui contra legem, & contra mandata & conſtitutiones Principum nuptias contrahūt, ut C. de inceſt. nup. l. qui contra, & l. ſi quis inceſti.

in quaternionibus dohanæ noſtræ inueniuntur in ſcriptis, ^a ſine permiſſione noſtra vxorē ^b ducere audeat, maritare filias, ſorores, aut neptes, vel quaſlibet alias, quaſi ipſi poſſent, aut debeāt maritare, aut filios vxorare cum immobilibus aut mobilibus huic legi conſuetudine, quæ in aliquibus Regni partib. obtinuiſſe dicitur, ^c non obſtante.

a *Sine permiſſione*. Sic & alias iure Romano in matrimonio permiſſio Principis impetratur interdum, vt ff. de ſena. l. ſi. in princ. de his qui not. infa. l. ſolet hoc in princ.

b *Ducere*. Sed quæ erit pœna contrahentium? Reſpondeo, quia nati ex tali matrimonio quaſi ex clandeſtino non ſuccedunt, ut ſupra lege proxima. eſt enim clandeſtinum matrimonium quod fit ignorante Principe, cum eius ſcientia a lege requiritur, vt hic dicitur, argumen. C. de repud. l. conſenſu quæ. eo enim ipſo eſt occultum, quod fit ſine authoritate Principis, argumen. C. lib. 10. de his quæ ex publ. coll. illata ſunt. l. quod vi aut clam. prohibere. § vltimo.

c *Non obſtante*. Vnde non valet matrimonium contra hanc legem, & quicquid ex eo ſequitur, vt in l. non dubium, ut ſupra plene notaui, licet ſit arg. contra quod teneat matrimonium, in Authen. de reſt. & ea quæ par. §. ſi.

De ſucceſ-

ANDRÆAS DE ISERNIA.

¶Quando verò reperſuēturum eſt ad mulierem, quæ accepit dotem, vt d. l. una. & d. l. hæres, non abſurde diceretur, non obſtante pacto, dari poſſe in dotem, quaſi conuentio ſit contra bonos mores, quod non valet, & contra rempublicam, quæ vult matrimonia frequentari ad augmentum ſobolis & reipublicæ, vt in l. hoc modo. & l. hæres. co. ti. ¶Et pactum etiam contra rempublicam, & contra id quod pro bono publico introducitur non valet. ff. de pac. iurisgentium. §. ſi paciſcar. & §. generaliter. ¶Intereſt autem principaliter reipublicæ eſſe dotatas mulieres ad procreandā ſobolem, & implendam liberis ciuitatē, vt dictis legib. & ff. ſolu. matr. l. 1. ¶Et etiā pactum non valet dotis, ut nubas arbitrio meo. ff. de cond. & demonſt. l. cum tale. §. reſcriptum. Et hoc indirecte inducitur per iſtas conſtitutiones, quia non conſentiet Princeps, niſi de quo valet, ſicut per experientiam videmus. Rationabiliter etiam dicimus, q. poſſit dare in dotem ſine conſenſu domini, quando non habet aliud, quod in dotem det, dummodo non faciat pactum de dote lucranda, nec det in ſolutum, ut dicitur in ſumma, utrum feudum poſſit in dotem dari, pro quo eſt C. communia de leg. auth. res quæ. C. de iure. l. fin. in fi. ¶Ideo Honorius Papa declarauit matrimonia eſſe libera cum feudo in dotem, & ſine declaratione refert ſe ad antiqua tempora, quod ſic deſinerit eſſe, non obſtantibus his conſtit. ff. de acquir. rer. dom. l. adeo. §. cum quis ad l. Falc. in l. 1. in princ. ¶Strictè ſeruabantur iſtæ conſtitutiones ante rebellionem Siciliæ. Et ideo ſic expoſita eſt, vt patet in ipſo. Poſt ſuit conſtitutio inclitæ Regis Caroli II. in libertate ſuæ Magnam, Vt poſſint nobiles matrimonia contrahere, dummodo feudum vel pars feudi, uel res feudales in dotem non dentur, & ſic mulier feudataria maritabit ſe ſine conſenſu. Contra, ſi feudum non det in dotem, ſed teneat in paraphernalis, vt diximus ſupra, in conſtitutione fratribus. Vnde tempore hoc quæritur, utrum habens partem feudi tantum poſſit contrahere ſine licentia? Et dicebatur quod ſic, quia hæc conſtitutio prohibet de habentibus feuda, & cum ſit odioſa, quia non dixit partem feudi, non intelligitur. ff. de verb. obl. l. ſi minor, & odioſa reſtringuntur. ff. de lib. & poſth. l. cum quidam.

† ADDITIO. *Nota iſta verba, quia faciunt pro tragediat. quid non præſtetur aſſenſus, quando diuiditur feudum vel alienatur tertia vel quarta pars.* De Bottis.

Non obſtat, quia pars feudi, feudum eſt. ff. de legat. 1. l. planè in fi. quæ ſequitur in feudis, quia feudorum nomina noſtra ſignificatione magis, quam naturā, &c. ff. eod. tit. quod in tertium. & ſic quamlibet partem feudi poſſumus facere feudum, ſed non de qualibet parte feudi poſſumus facere feudum. A principio enim ſtatutum fuit, quod feudum † eſſet integrum ſcilicet de uiginti vncijs. argumen. ff. de legat. 1. l. 4.

† ADDITIO. *Ex his dicit D. Frecc. in c. quis dicatur feudatarius in regno, quod diſpoſitio loquens de feudatario, non habet locum in poſſidente ſolum manerium vel res regulis. & multa alia ibi ponit notanda. An pars feudi ſpectans ad vnum ex hæredibus ex diuiſione dicatur feudum. vide glo. in conſuetud. Pariſ. in §. 2. glo. 4. nume. 20.* De Bottis.

Sed ſi ipſa mulier, quæ ſe maritabat, non habet feudum, ſed tantum actionem perſonalem ad petendam dotem, hoc non erat prohibitum, quia pater ſuus tenet hic ut feudum perdet, ſi non habet, non eſt tuo periculo. ff. de minorib. Actionem ergo perſonalem ad petendam dotem nō dicit quod perdat, nec permittitur. ff. de leg. quod uero. Secus ſi eſſet actio perſonalis ad petendum feudum, uel rem feudalem. argum. ff. ad Trebell. l. ſi legatum. § ſi quis bona. ff. de reg. iur. qui actionem, argum. ff. qui ſatiſd. cog. l. ſciendum. §. dicitur. ¶Item dicebatur etiam, quod mulier habens feudum non poterat nubere, etiam ſi feudum non daret in dotem, quia conſtitutio ſequens generaliter prohibet feuda tenentibus, ergo comprehendit etiam mulierem. ff. de verb. ſignif. l. 1. & de leg. 3. l. qui duos. Non obſtat quod continet dicitur, & ſic non concipit ſeminimum. de vent. in poſſ. mit. l. 1. Quia illud quando id verbum indiſtincte profertur ab homine, ſecus ſi a lege. ff. de iure ſiſci. ait diuus Traianus. C. vnde vi. ſi quis in tantum.

ADDITIO. *Adde quòd hoc fallit in contractibus, ſecundum Archidiac. in cap. ſi quis ſuadente. 17. q. 4. Bald. in l. Gallus. ff. de liber. & poſthumis. Ray. de Fort. & Angel. in l. res ſtatre. ff. de pact. Ioannes de Imola in l. quod autem. ff. de verborum obligat. Anto. de butr. in cap. in quibuſdam. de pæn. Ioan. de Imo. in c. poſtula. de loca. Petr. de Anchar. in clemen. prima. de baptiſ. Ludo. Roman. conſil. ... item viſa facti ſerie. Anton. de Butr. conſil. 9. incip. ... in prima column. ... conſil. 38. incip. in caſu præmiſſo. Alexand. de Imo. conſil. ... incip. ſuper eadem de quo quæritur. in ... idem Alexan. conſil. 204. incip. conſiderata in 2. column. item Alexan. conſil. ... ponderatis iis quæ in themate ... in 5. column. idem Alexan. conſil. 125. incip. attentis verbis ..., in col. ... idem Alexan. conſil. 218. incip. conſiderata verba ... teſtamenti. ... Barba. conſil. 15. incip. Clementiſſimi Dei patris. in ... idem Barb. conſil. ... incip. illud afferam in medium. vol. 4. Philip. Cornaconſ. ... ſtatutis, in 1. colum.*

Alij dicebant, quòd hæc conſtitutio introducta tenentes feuda uxores ducere, non prohibet ducere maritos, & ſic tanquam odioſa non producetur ad ſimilia, dicta l. quod vero. Sic prohibent tenentes feuda ab alijs Comitibus, uel Baronibus. Sequens conſtitutio, licet ſit litera maritia, facit tamen mentionem de alia, quæ oportet, ut oſtenditur. C. de edendo authen. ſi quis in aliquo documento. ¶Contentius Curiæ nunquid poſſit ſubſequi, quia ſequens conſtitutio, licet in fine dicit? prius dicebatur quod non poterat poſtea impetrare conſenſum, quia iam erat perditum feudum, impetrabat conſenſum quaſi ex matrimonio non facto, & ſic quaſi fraudator pœnitebat. Sed vbi expreſſit, quod matrimonium factum erat, & Rex ratihabet, ualet, quia in Regiis fauores debet prius. Sed ſicut dictum eſt in hac conſtitutio, non eſt prius, vel primum ſequens, licet ſit hæc litera nullius, de alia faciens mentionem. ¶Conſenſus autem poteſt præcedere & ſubſequi. C. de emancipat. lib. l. pen. in fi. Andr.

HOnorem noſtri. Hodie correcta eſt hæc conſt. per cap. Regni, item ſtatuimus quod licitum. Pet. de Monter.

In gloſ.

Noua conſtitutio.

Nullus ſubditus regi, qui eſt de regno, de filijs, & filiabus poteſt matrimonium contrahere cum aduenis, & exteris, qui non ſunt de regno abſque ſpeciali requiſitione, mandato, & conſenſu Regia maieſtatis, nec aliqui de regno nubere alienigenis, nec filias alienigenarum ducere in vxores, & contrarium facientes, patiuntur pœnam publicationis omnium bonorum ſuorum. hoc dicit. Matthæus.

† IMPER. FREDER.

† *Aliàs, Idem.*

CVm hæreditarium Regnum noſtrum Siciliæ, cuius præclara nobis hæreditas laudabiles mores ſuorum incolarum conſueuerit enutrire, ac proceſſu temporis habitatores ipſius ſeruitij, & fidei exhibitione claruerunt in neceſſitatibus dominorum: Sæpe iam contigiſſe dolemus, quòd poſt diuerſarum mixturam gentium paſſa eſt ex alienis moribus Regni ſyncerìtas corruptelam. Itaque ex quo homines Regni Siciliæ ſe cum alienigenarum filijs miſcuerunt, denigrata eſt puritas hominum, & excreſcente dierum malitia, & infirmitate mentium inquinata conuerſationibus, ac vſibus cæterorum veritas decreuit in populis, ab illorum fermento grex eſt fidelium maculatus. Ne timeat ergo deinceps cohabitantium in Regno diuerſitas nationum magna illatura diſcrimina, vel ad Regni magna incommoda progreſſura. Volentes hominum diuerſitatibus competens adhibere remedium, præſertim, ne in Regno noſtro gentium infirmitas nutriatur, edicto generali ſolenniter duximus ſtatuendum vniuerſis de Regno, & ſingulis inhibendo, Vt nulli liceat amodo de filijs, & filiabus Regni matrimonium cum exteris, & alienigenis, qui vel quæ non ſunt de Regno abſque ſpeciali requiſitione, & mandato ac conſenſu noſtræ Curiæ contrahere. Eo videlicet modo, Vt nec aliqua de regno nubere alienigenis audeat, nec aliqui filias alienigenarum ducere in vxores. Eos, qui contra præſumpſerint, bonorum omnium ſpoliatione mulctamus.

De ſucceſsione nobilium in feudis.

TITVL. XXIIII.

Quando moritur Comes, vel Baro, ſuperſtitibus filijs, aut nepotibus ad quos ſpectat ſucceſſio Comitatus, vel Baroniæ, non poſſunt dicti filij, vel nepotes ab hominibus Comitatus, vel Baroniæ recipere iuramentum fidelitatis ſine literis regijs, prout moris eſt, in quibus continebitur legitima regia, quod poſſit recipere iuramentum fidelitatis ab ipſis, & ſi contrarium fieret tam Baronia, quàm feudum, & omnia bona ſua mobilia, & ſtabilia publicabuntur regio fiſco. h. d. Matth.

† IMPER. FREDER.

COmite, [a] vel Barone viam vniuerſæ carnis ingreſſo, filij eorundem, aut nepotes eorum recipere ab hominib. ſacramenta non audeant, niſi prius de ſacramentis * ipſis recipiendis ab excellentia noſtra, prout moris eſt, obtentis, licentia, & mandato.

Quòd qui contrafecerit, tam Baroniam prædictam, & feudum, [b] quàm reliqua bona ſua tam mobilia, quàm ſtabilia nouerit publicanda.

De ſucceſſione nobilium in feudis. Rub.

a COmite, vel Barone. de ſacramentis. Tenent curiales, & iudices magnæ Curiæ, quòd iſta præſtatio ſacramentorum non concedatur, nec ſoleat concedi, niſi poſſeſſori. Vnde conſueuit ſcribere Imperator alicui commiſſario, vel officiali, ut ab hominibus talis caſtri, vel feudi, quod talis poſſidet ipſum iuxta Regni conſuetudinẽ aſſecurari faciat, intendi, & reſponderi de his omnibus, in quibus tenentur, & debent, & propterea ſic conſueuerunt tenere Curiales, quod licet aliquis probet ſe de demanio Curiæ habuiſſe, & recepiſſe ſacramenta ab aliquibus, non propterea videatur probaſſe ex ea ſola cauſa adeptum poſſeſſionem illius caſtri, vel feudi: cum per receptionem iuramẽtorum pateret habere tantum cauſam transferendi dominij, poſſeſſione tamen præcedente, ut dictum eſt. G.

† *Aliàs, Idem.*

* ADDITIO. *Vide ſupra conſtitu. dominum a vaſal. & quæ dicit Guliel. Perrius in conſil. 24. in primo dubio. vide Afflic. deciſ. 165. nume. 92.* De Bottis.

b *Quàm reliqua.* Hic vltra progreditur pœna, quàm requirat delictum, ſic & aliter in Auth. collatio. 5. ut non fiant pigno. & ut mi. §. quia vero hoc, & ff. de incen. rui. naufr. l. naufra. §. ſenatus. Regulariter autẽ aliud eſt, ut C. de pœnis. ſancimus. & ff. de his qui ut indign. l. reſcriptum. & l. hæres. & quorum legatorum. l. 1. §. ſi duæ. & ff. de nox. l. ſi ſeruum. §. 1. & j. de detinen. ali. am. l. ut delictu fines. in prin.

De morte

ANDRÆAS DE ISERNIA.

In gloſ. 1. dic & melius, quòd aut filij naturales fiunt legitimi per reſcriptum, & tunc in feudo non ſuccedunt, niſi exprimatur in reſcripto, ut ibi: aut per matrimonium ſubſequens, & tunc ſuccedunt, ut in Authen. de inceſt. nup. §. fin. verſ. ſi autem prima. collatio. 8. Et hab. ratione concedit literas curia Regia abbatibus Benedicti pro huiuſmodi adiutorio petendo, ſicut epiſcopus conſecratis. Diomedes.

Noua conſtitutio.

CVm hæreditarium. Hæc iniquitatem continet, ſicut & ſuperiores, ideo omnino non ſeruatur. Multum autem ſtuduit hic Imperator homines Regni non fœdari moribus, & conuerſationibus exterorum.

De ſucceſſione nobilium in feudis. Rubrica.

COmite, vel Barone. Quid ſi aliquis capiat unum caſtrum, vel uaſallum Curiæ, aut alterius, & cogat vel ſponte recipiat ab hominibus iuramenta, erit ne hæc pœna? Videtur enim, quod in ſuo tantum caſu intelligatur, quia contra ius eſt hæc pœna, quæ vltra progreditur, quòd reperiatur delictum, ut dicit gloſ. Idem videtur etiam ſi vaſalli eſſent, non feudales, ſed Burgenſatici, ut a ſponte iurantibus poſſet. loquitur enim in Comite, & Barone feuda tenentibus. Rari autem ſunt uaſalli non feudales, ad rara non extendit ſe. ff. de vſucapio. iuſto. in principio. de legibus. nam ad ea. Litera tamen dicit, quod non debet recipere, alias dicere, per quod etiam voluntarie iurantes excludit. Sed dic, quòd multo magis: quia ſi eſt huiuſmodi pœna in filio, ad quem coniunctim poſſeſſio præſens deſcendit, & cui ſola deerat adminiſtratio. ff. de liber. & poſthum. l. in ſuis. de reli. ma. cùm miles. fortius in eo, qui nullum ius tale habebat. Vbi magis exceditur, debet ſeuerius iudicari, extra de exceſ. prælato. cap. fi. in fine. Vel pari ratione idem erit. ff. ad legem Aquil. illud. Quantum vero ad non feudales vaſallos erit idem, quia recipere ſacramenta talia ſignificant quandam ſuperioritatem, & præeminentiam, hanc non concedit ſine ſua licentia Imperator, aut Rex dominus Regni, ſupra de offic. magiſt. Iuſtitiar. ea quæ ad ſpeciale decus. Et licet ſint rari hi vaſalli, eadem tamen eſt ratio in eis, quæ feudorum vaſallis. Vbi vero anteceſſoribus dominis iuraſſent non feudales vaſalli, ſeruabitur quod conſuetum eſt. Nam litera dicit, obtenta licentia, prout moris eſt, & inhibet tantùm in Comite, & Barone in feudo. ¶ Idem dicendum eſt de illis, qui promittunt, aut confitentur ſe vaſallos alterius, quod valet ſecundum Martin. de Fano: & uerum eſt certo modo, maxime ſi non vaſalli alterius: quia alij domino non præiudicaret confeſſio. Nec ergo fiſco, quando eſt homo Demanij Regis: licet ad ſeruitia confeſſata teneatur, quando non eſt præiudicium alterius domini, dictum eſt ſupra de probationum defectu. ¶ Item notà, quod litera aſſecurationis uaſalli, ut dicit gloſſa datur tenenti: nec dantur ſacramenta, niſi quod firmam poſſeſſionem, ut tutius & ſecurius teneat, poſtquàm homines, & habitatores iurauerunt ei, qui non præſumuntur immemores, &c. C. ad legem Iuliam repetun. l. fin. Iurant. n. illa ſex, incolume, tutum, honeſtum, &c. vt in epiſto. Philiberti de forma fidelita. & 22. quæſtio. vlt. cap. de forma. non ergo per hoc probat ſe dominum. ff. de decur. l. habemus. de vſufructu lega. l. uxori. §. ſeeptitium. C. unde cog. l. non hoc.

COmite, vel Barone. Quæro, utrum exbannito domino liberentur vaſalli a ſacramento fidelitatis. & dic quod ſic, per gloſſam in l. ait prætor. §. miles. ſuper ver. ſacramento. ff. de his, qui notantur infamia. & melius in gloſ. in decima collatione. hic finitur lex Corradi.

Item quæritur hic, & in l præſenti, aliàs, dohanæ, quòd ſi vaſallus Comitis, vel ruſticus militis committit crimen læſæ maieſtatis, quod perſona pertinet ad Regem, ſed bona ad Comitem, vel militem pertinent, ſecundum Carolum in Longobar. in tit. de his qui iudic. ſunt ad mor. in fi. & ita obſeruat Regia conſuetudo: quod nota perpetuo. Petrus de Monteforte.

De renun-

De morte Baronis nunciandâ Imperatori. Rubrica.

a P*Oſt mortem*. Mortuo Barone, vel milite, qui ab alio Comite, vel Barone Baroniam, vel feudum tenebat, hoc denuntiandum eſt Curiæ: ut ad mandatum Curiæ denuntietur perſona, cui iterum hoc feudum concedatur cui mandato ſtatim dominus Baroniæ, vel feudi tenebitur obedire, accepta a nouo inueſtito certa quantitate, ut eſt moris, quę decē uncias non excedat. Et hāc conſtitutionem credo habere locum, quando defunctus † deſcendentes nō reliquit: alias ſuis ſucceſſoribus eſſet dandum, ut infra in 2. proxima conſti. de ſuc. fil. con.

† ADDITIO. *And. in c. ſi. in princ. de Capi. qui cur. vend. intelligit, quando moritur ſine filijs.* De Bottis.

† *Aliàs, Idem.*

• ADDITIONES. *Ad intellectū huius conſtitut. vide lateſſimè per Camerarium in l. imperialē. fol. 69. col. 3. & ſeq. vide Guid. Papa deciſ. 164. 165. 166. & 167. & Luc. de Pen. in l. 1. nu. 2. in ſi. & nu. 3. C. de vend. re. fiſ. com. cum priu. & ibi, quid ſi Rex concedit tale feudum cum ſolito, & conſueto ſeruitio. & conſuetum ſeruitium eſt unius militis, ſi feudum eſt taliter auctum, quòd ſeruitium quinque militum deberetur: poterit ne Comes petere ſeruitium quinque militum, iuxta inquiſitionem proinde faciendam, vel debeat eſſe contentus de ſeruitio conſueto unius militis. & determinat, quòd poſſit petere ſeruitia quinque militum. & illa verba, cum ſolito, & conſueto ſeruitio, intelliguntur ut pro quibuſlibet 20. unc. debeatur unum militare ſeruitium. quod nota.*

An releuium debeat ſolui a legatario, cui cum aſſenſu Regis eſt legatum feudum. vide Aſſlic. deciſ. 248. nu. 8. An autem releuium debeatur per mortem domini. vide glo. in conſuet. Pariſ. §. 2. gl. 4. nu. 5. dum And. hic dicit, quòd releuium eſt medietas fructuum illius anni, pone, quid in illo anno colliguntur fructus plurium annorum, an medietas omnium fructuum debeatur. vide glo. in conſuet. Pariſ. §. 1. gl. 8. nu. 27. ubi dicit, quòd non. De Bottis.

¶ *Vide Bart. & Moder. in l. ſi finita. §. ſi de vectigalib. ff. de dam. infec. And. in § illud. de probib. feu. alien. per Freder. & in c. 1. §. ſi. 1. col. de Cap. qui cur. vend. & in c. 1. §. praeterea. in ſi. de Cap. Conra. Luc. de Pen. in l. 1. C. de bo. pet. ſubl. lib. 10. Et no. quòd in conceſſione feudorum in regno per c. Papa Honorij diſſeritur, quòd in feudis, quæ non tenentur immediate a Rege, diſtinguitur inter quaternata, & non quaternata, ut in quaternatis dominus immediatus illud cum onere ſeruitij conſueti concedat perſonæ idoneæ poſtea Regi præſentandæ, ut eius ſuper hoc habeatur aſſenſus: non quaternata verò reuertantur ad ipſum dominum, non ad Regem per ipſum dominum, cui voluerit concedenda etiam ſine Regis aſſenſu, ut dixit And. ubi ſupra. Bona verò non feudalia ipſe Rex confert tāquam ſibi delata ex crimine, licèt ſint in Terra Baronis, ut per And. in c. ſi vero vaſallus. de pace tenen. & Spec. in tit. de feu. §. 2. verſ. quarto. in ſi. & glo. hic in verbo, ad conceſſionem. Idem in bonis cenſualib. in quibus delinquens habet utile, & directum, etiam ſi cenſus deberetur eccleſiæ, ſecus in emphyteuſi ratione directi dominij, ut per Luc. in d. l. 1. & hic not.* Fab. Iordanus.

De morte Baronis nuntianda Imperatori.

TITVLVS XXV.

Mortuo Barone, vel milite, qui ab alieno Comite, vel Barone Baroniam, vel feudum tenebat, hoc denunciandum eſt Curiæ regiæ, ut ad mandatum Curiæ deſignetur perſona cui feudum iterum concedatur, cui mandato ſtatim dominus Baroniæ, vel feudi tenebitur obedire a nouo inueſtito certa pecuniæ quantitate, ut eſt moris, quæ decem uncias non excedat. h. d. Lallus de Thuſcia.

† IMPER. FREDER.

POſt [a] mortem Baronis, ſeu militis, qui a Comite, vel Barone alio Baroniam aliquam, vel feudū tenuerit, quæ in quaternionib. dohanæ noſtræ inueniūtur in ſcriptis: defuncti mortem per Comitem, vel Baronem, a quo prædicta tenuerit, excellētia noſtræ volumus nunciari. Et quid & quantum ſit illud, qđ defunctus ab ipſo tenebat mobilia etiam decedentis [b] ſcribi volumus ſeriatim, & ea omnia in publica documenta redacta ad noſtram Curiam deſtinari iubemus, ut ex iuſſione noſtra, quibus prędicta aſſignari debeant, iniungatur. Baroniam etiā, ſiue feudum, quod [c] ad conceſſionem [d] munificētiæ noſtrę ſpectat, ſi quando a nobis concedi

b *Scribi volumus.* Quæ deſcriptio † cùm ſit, dari debet copia reclamandi, & tunc debet enunciare cum nullo iure poſſidere, aut reclamare, vel vendicare conſtiterit, ut C. lib. 10. de bo. vac. l. vlt.

† ADDITIO. *Vide Aſſlict. deciſ. 282. nu. 12.*

c *Ad conceſſionem.* Patet ergo quòd ſi miles, uel Baro, qui tenet feudū quaternatum a Barone, uel Comite alio, uel fortè ab eccleſia dānetur ex tali crimine, quod bona ſua debeant confiſcari, utpote, ex crimine læſæ maieſtatis, feudū iſtud nō deuoluitur ad illum Comitem, vel Baronē, ſeu eccleſiam, a quo tenetur: ſed deuoluitur ad fiſcum, ut hic dicitur in caſu mortis, ut argu. ſuprà de pœna for. l. ſi quis. in princi. arg. ff. de liber. & poſthu. Gallus §. & quid ſi tantum in morte filij: cum hoc feudum, licet ab alio teneretur, quam a Rege, tamen ad ipſum Regem pertineat, ut hic, ſicut & ipſa perſona damnati: ut ſupra de bo. non te. ra. ter. feu. l. ſi quando. Secus autem eſſet, ſi feudū, quod ille damnatus tenet ab alio, quam a rege, eſſet non quaternatum: quia forte eſt aliquod paruum feudum: vel ipſe damnatus teneret ab alio, quam a Rege res aliquas in emphyteuſim, uel aliter ex quacunque cauſa: tunc enim feudum, ſeu alia bona prædicta ipſius damnati non deuoluuntur ad fiſcum, ſed ad Comitem, Baronem, vel eccleſiam, a quibus tenentur: argu. in contrarium optimum ff. de bonis libe. l. ſi in libertinum animaduerſum erit. & de bonis damnatorum. l. vlt. §. primo. & C. de bonis proſcriptorum. l. ſi filius. ubi plene notatur. C. de bonis pro[illegible] §. oportet. perſona vero damnati ſine dubio ad Regem pertinet, ut ſi[illegible] eadem, quod Rex mandet. Et ita videtur in Regno, & ſic debet intelligi, quod notat B. in ſumma Lon[illegible] de b[illegible] ad mer. cuſtod. l. 1. & de his, qui ad pla. ad conte[illegible] ius proprietas. in ſi.

d *M[illegible].* Sed illud quæritur. Pone, † quòd aliquis feudatarius [illegible] feudo propter cauſam forte proditionis in aliquibus, ad quem deuoluuntur bona mobilia eius, de quibus hic dicitur. poſt mortem militis, vel Baronis debebit fieri ſolemniter inuentarium & [illegible] radices magnæ Curiæ, & ſic præciſè tenent, quod iſte feudatarius feudum illud, ſiue quaternatum, ſiue non teneat immediate a Curia, tam ipſum feudum quaternatum, vel non teneat ille ab alio Barone, vel Comite, tūc in caſu prædicto ipſum feudum deuoluitur ad illum maiorem Baronem, uel Comitem a quo ipſum tenebat. Sed bona prædicta eius mobilia ad fiſcum pertinent.

† ADDITIO. *Quid de fructibus a feudo tali perceptis, cui applicari cenſentur, Regi aut Baroni, a quo feudum tenebatur. Beneuenta. in c. imperialem. de probib. feud. alien. per Freder. tenet, quòd Regi. fol. 17. litera O. P.* De Bottis.

a *Recepto.*

ANDRÆAS DE ISERNIA.

De renunciandâ morte Baronis Imperatori. Rubrica.

P*Oſt mortem*. Hæc corrigitur per c. Honorij, Si contingat, &c. quia non Rex, ſed Baro confert perſonæ idoneæ præſentādæ Regi & perſcrutabitur, ut videatur, quòd non ſit Regi ſuſpecta: arg. de iure emphyt. l. ſi. §. 1. alias ſufficeret præſentare tantum, ſi Rex non dicat cauſam, quare propter ſuū intereſſe non debeat fieri, ſicut de electione prælati, extra de elect. c. inter. in ſi. Sed non ſeruatur dictum c. Honorij. † certe pro tanto non quod ſit, ſed quod fieri debet intuendū eſt. ff. de offic. præſid. l. licet. Hic ſentitur, quis dicatur Baro, quia ille, a quo tenetur feudum quaternatum, uel caſtrum, diximus ſupra in l. ſi quis Baro. & in tit. de Capi. qui cur. vend. l. 1. §. ſimiliter.

† ADDITIO. *Luc. in l. 1. col. 2. C. de petit. bo. ſubl. lib. 10. tenet cum cap. Honorij. idem in cap. 1. §. Sed nec eſt alia. quæ ſit prima ca. benef. in ſi. dixit, quòd cap. Honorij non ſeruatur, niſi in quantum ſunt rationabilia. & in c. 1. col. 2. & in §. hoc quoque. 1. col. de nat. ſuc. feu. & in c. 1. in ſi. de Cap. Conrade. & in conſtit. dignum, & in conſtit. Comitib.* De Bot.

¶ Omnia caſtra ſunt feuda quaternata: ſed non conuertitur, ſupra de offic. mag. Came. l. magiſtro. & de officio Ba. l. 1. in ſi. ¶ Et feudum eſt de viginti uncijs in regno & dic ea quæ dicta ſunt ſupra in conſti. licentiam ¶ Quæ autem ſint feuda quaternata, diximus in tit. de controuer. feu. apud pares. c. 1. ¶ Feudum quaternatum † conceditur per Regem, & mobilia omnia ſunt Regis, mortuo, uel damnato iſto tenente, de hoc diximus in tit. de pace tenen. c. 2.

† ADDITIO. *Feudum quaternatum conceditur per Regem, accidentalia per Baronem. vide melius in cap. 1. verſi. Regis. qui feud. dare poſſ.* De Bottis.

¶ Condemnationes pecuniæ uaſallorum ſunt Baronis, cuius eſt vaſallus: quia eſt ordinarius: & habet feudum cum omnibus iuribus, pertinentijs, & iuriſdictionibus omnibus. Et ſic damnantur ad publicationem bonorum burgenſaticorum, & omnium, exceptis his, quæ a Barone tenentur, quæ ſunt Regis, diximus in d. cap. 4. Nam non eſt præſumendum habuiſſe mobilia de feudo, ar. C. arb. tut. l. ſi defunctus. Vnde ſicut perſona eſt Regis, ut ſuprà in conſt. quia frequenter. in ſi. erit & id, quod non eſt feudale, quod tenebat ab alio, quia res ſequuntur conditionem perſonarum: non econtra. C. de imponen. luc. deſcr. l. 1. in fine. pro quo eſt. ff. de ædil. edicto. l. ultima. ¶ Nam & ſi eſſent fructus feudi a ſolo ſeparati tranſmitterentur ad extraneum hæredem, & non eſſent domini feudi. ff. de uſufru. l. defuncta. & quod inde quæſitum eſt. C. de bonis, quæ liberis. l. cum oportet. §. & ſi quidem. ¶ Feudū quoq; nō quaternatum redibit ad dominum, a quo tenetur.

¶ Item

contigerit, vt eſt moris, literas noſtras ad eum, a quo feudum tenetur curabimus deſtinare: & quod id quod tenet ab eo, ſiue ſit Caſtrum, ſiue ſit terra plana, ei, cui nos conceſſerimus, debeat aſſignare, ſuſcepto tamen mandato noſtro, & nulla mora protracta, Comes vel Baro, illud exequi procurabit. [a] Recepto veruntamē [b] aliquo releuio, * vt eſt moris, quantitatem [c] decem vnciarum auri non excedat pro aſſignanda poſſeſſione terræ conceſſæ.

a *Recepto*. Scilicet aliquo releuio, ut ſubijcit. Et nota, quod illud quod in Regno appellatur releuium, lex uidetur appellare introitū. ff. de lega. 3. his uerbis. §. fi. ¶ Sed cui debetur iſtud releuium, an Curiæ, uel illi Baroni, per quem fit executio, & inductio in poſſeſſionē? & uidetur quod illud releuium debet concedi illi Baroni, qui exequitur, ut ita fieret relatio ad proximius dictum, ut no. ff. de iuriſd. omnium iudicum. l. ſi idē cum eodem. in fi. & ita tenebat Curia Imperialis, ſicut etiam uidi contineri in pluribus priuilegijs tempore Imperatoris indultis. Sed aliquando ſuper hoc dubium uidi interrogari per Regem iudices Magnæ Curiæ, qui reſpōderunt prædictum releuium deberi Curiæ, & non illi Baroni: & poteſt eorum reſponſio iuuari per l. ff. de contrahen. empt. l. ſi quis ſub hoc pacto, & de ſeruis expor. l. Titius. Nam ille ſubbaro ſeu minor Baro, cui aſſignanda eſt poſſeſſio per maiorem Baronem quodammodo cauſam habet a Curia, quæ ſtatuit hanc l. & ſic Curia ſiue rex potior habendus eſt, qui fuit author legis, ut in præalleg. l. dicitur, & faciunt ad hoc ea, quæ no. C. de iu. emphy. l. fi. circa princ. in glo. quæ incipit, uendere, &c.

b *Aliquo*. Et hoc eſt quod dicitur releuium, quod releuium debet eſſe ipſius Comitis, uel Baronis, a quo ipſum feudum tenetur, non regis, licet feudi conceſſio ſpectet ad Regem, ut hic aperte dicitur.

* ADDITIONES. *No. ex tex. iuncta glo. q releuium præſtatur Comiti, non Regi. Sed pone quòd Rex concedit feudum alicui ſub debito, & conſueto ſeruitio, & debitum ſeruitium erat ut pro ſingulis 20. unc. quib. feudum reddebat præſtaretur unum ſeruitium militare: demum feudum eſt auctum adeo, quòd aſcendit ad ſummam unc. 100. nunquid Baro poſſit prætendere velle releuium, & ſeruitium militare ex augmēto, & ſic habere quinque ſeruitia propter illa verba, conſueto ſeruitio, erat dicendum quòd non, quia conſuetum erat ſolum unum ſeruitium. Contrarium eſt verum, & ita firmat Luc. de Pen. ad intellectum huius conſtit. poſt Barth. de Capua in l. 1. col. 2. in princ. C. de vend. re. fiſc. lib. 10. vbi omnino videas. vide And. qui tenet contrarium in c. 1. col. 2. ibi, item procedit. de vaſal. decrep. ætat. Sed vide apoſt. Barth. de Capua in l. item ſi fundo. de uſufr. vbi diſtinguit, quòd ſi feudum augmentatur per excadentiam, augmentatur tunc ſeruitium; ſi per induſtriam, tunc ſecus, ut in l. uſufructu leg. eod. tit. Si rex concedit caſtrum pro valore 100. unc. ſi valet plus, an intelligatur conceſſum, & per And. in c. 1. §. ſimiliter: ibi ea rōne, de Capit. qui Cur. vend. & per totā illā col.* De B.

¶ *De materia releuij, & an ſi eo anno fuit ſoluta adoha, debeat ſolui releuium. Dic q eſt in electione Regis quid velit exigere, adohā vel releuium, & ita pluries fuit declaratum per Regiam Camerā, ad vtrunque n. feudatarius nō tenetur, ne duplici onere grauetur, ut dixit And. in tit. quæ ſint reg. in ver. & plauſtrorū, dum dicit q feudatarij non ſoluunt collectas, quia dicunt ſeruitiū pro feudo, & non dicūt duplici onere grauari, arg. l. nauis onuſtę. ff. ad leg. Rhod. de iac. in c. regni, porrecta cultus noſtro. & licèt aliquando fuiſſet de hoc dubitatū, & fiſcus exegiſſet: tamen poſtea pluries fuit iudicatum in Regia Camera, ex quo de fructibus illius anni nihil remaneret feudatario, unde viuere poſſet, ſi vtrunque ſolui deberet, & ita reperi fuiſſe iudicatum in cauſa Ill. Annibalis de Capua Domini Turris Francoliſij, & Domini Franciſci Martini. Idem eſſet, ſi eſſemus in diuerſis perſonis, vtputa patris & filij, vel fratris & fratris. nam ſi vnus ſoluat adoham, & eodem anno moritur, frater vel filius ſuccedens imputaret in releuio adoham eodem anno per prædeceſſorem ſolutam. Idem ſi eodem anno pater & filius morerentur, vnus poſt alium, non vnum releuium eſſet ſoluendū, prout alias fuit deciſum per Reg. Camer. in Camera in cauſa filiorū Artur Cappacoda, per rationē prædictam, ne ſolui cōtingat vniuerſos fructus illius anni. Sed quid ſi illo anno nihil perceptū eſt ex feudo, an debeatur releuium. dic quod ſic, & ſuſpicatur id quod percipi ſolet alijs annis, & ita antiquitus fuit deciſum, in cauſa Ill. Comitis Palenæ.*

Quantum debeatur pro releuio, vide cap. Rober. in lib. Barattucij, p. 1. c. 99. & uide And. in c. 1. §. ſi mulier, nu. 3. de cap. Conra. & in c. 1. §. & res, per quos fi. inueſt. & in c. 1. §. ſecundum. in fi. de feu. cog. & in c. ſancimus. 13. col. quo temp. mil. & in c. imperialem. §. præterea ſi infeudatus, & in §. illud quoque præcipimus, de prohi. feu. alien. per Fred.

An ſecundogenitus, cui debetur vita militia, contribuat in releuio. Dic quòd non, & ita fuit deciſum in Regia Camera in cauſa Petri Standarti. Fabius Iordanus.

c *Decem unciarum*. Imò uidetur quod deberet eſſe quinquageſima pars æſtimationis, ut C. de iure emphyteuti. l. fina. in fi.

De ſucceſ-

ANDRÆAS DE ISERNIA.

¶Item ſi feudum quaternatum eſſet paternum, & haberet fratrem, aut nepotem, ipſi ſuccederent, non Rex, infra tit. l. 1. ut de ſucceſſionibus. ¶ Suſcepto aliquo, ſcilicet, ab illo Comite, vel Barone, quia illius erit hoc releuium, nam ad proxima fit hęc relatio, cum grauetur, quia Rex feudum, quod tenebatur ab eo contulit alij, releuabitur in hoc, ut habeat inde vncias 10. ff. de iureiur. l. eum qui. ¶ Hic ſumitur nomen hoc releuium, quia non eſt verbum iuris, ſed eſt ab vſu & forma loquendi, quæ dant uocabula. ff. de ſupel. lega. l. Labeo. quaſi releuet, & adiuuet dominum. Vnde & filius uel alius ſuccedens, quia eſt moris ſoluit releuium, contrahentes vero non, ſicut ementes & donatarij, nec filius quando ſibi ſucceſſuro pater donaret, niſi tunc donaret omnia bona ſua. ¶Item pro noua conceſſione feudi facta per Regem non præſtatur releuium, ſicut hoc plene diximus in tit. per quos fiet inueſti. §. ſed & Rex. ¶Hoc etiam dicitur Laudimium vulgare vltramontanorum in l. Imperialem §. præterea. in glo. quia laudatur, & approbatur alienatio a domino, ſicut id quod præſtat emphyteuta, eſt quinquageſima. C. de iure emphyteu. l. fin. ¶ Soluitur etiam iure Roma. pro introitu militiæ. ff. de legat. 3. l. penult. §. fin. ¶ Sunt etiam iuriſdictiones temporales. ff. de vſufruc. lega. quæro. ¶Item hoc releuium non ſoluitur ab eccleſia. ¶Sed Baroni & Comiti pro feudo non quaternato quod teneatur ab eis ſoluitur releuium ab hærede ¶ In illis ſpectatur conſuetudo, de hoc plene dictum eſt in tit. de cap. Corra. §. ſimiliter. ¶ Et quidem ſecundum vſum Curiæ de feudo nouo ſoluitur releuiū, & eſt medietas fructuum illius † anni. ¶Quantum aſcendit ſeruitium ſtatur regiſtris. Vt ſi ſcriptum ſit feudum datum pro uiginti, ſoluet decem.

† ADDITIO. *Fuit altercatio, ſi inſpiciatur annus mortis, vel vnius ad curia electionem, & in Camera tenetur quòd ſit electio. vide in glo. in conſuet. Pariſ. § 33. in glo. 2. verſ. quęro. car. 292. Loſfr. in c. 1. §. ſed & res, per quos fiat inueſt. No. quòd aſſecuratio hominum etiam feudi non quaternati petitur a rege, & ſic ſentit quòd poſſunt haberi vaſalli ſeu feudum cum vaſallis, & non eſt quaternatum feudum, & ſic tūc fit quando ſunt caſtra, etſi a Barone teneantur.* De Bottis.

¶ Sed ſi eſt feudum antiquum quia ſuſpicatur Curia ſeruitium diminutum, & occupatum, facit inquiri Curia de ualore feudi, & recipit medietatem ualoris inuenti per inquiſitionem, præmiſſa ratione, quia in contractibus non ſoluitur releuium. ¶Mulier pro dotario nō ſoluet releuium, quando petit aſſecurationem ſecundum formā proximæ conſtitutio, mulier quæ dotarium. ¶ Hæc feuda quaternata dicuntur mobilia, alia feuda plana, vel de tabula. Diximus in titulo, de controuer. feu. apud pares. c. 1. In quaternatis tātum loquitur, in alijs denunciabitur mors ei a quo tenetur, ut in tit. quo tempore miles. l. 1. & per argu. a contrario, quod fortiſſimum eſt. ff. de offi. eius. l. 1. §. huius rei. ¶ Sacramenta tamen hominum etiam feudi non quaternati petentur a Curia Regia, ut ſupra l. proxi. non a Comite ſeu Barone, quia Rex eſt dominus perſonarum, ut ſupra dicitur. Ad quæ petenda non eſt tempus pręſcriptum, ſed ad denunciandum mortem eſt annus & dies, ut in d. l. 1. & in tit. quæ ſit cauſa prima. §. 1.

P*Oſt mortem Baronis*. In tex. mobilia etiam decedentis. Sed quæro de quibus mobilibus intelligatur, cum nedum mobilia alia, ſed omnes fructus a ſolo feudi ſeparati trāſmittantur ad extraneum hæredem feudatarij, ut in l. defuncta. ff. de vſufru. & quicquid inde quæſitum eſt. l. cum oporteret, & hic per dominum Andr. Dic quod loquitur de mobilibus paratis pro inſtructione feudi, quæ partē feudi eſſe uidemus, ut in l. 2. C. de verb. ſignifi. & uidetur colligi ex his quæ no. And. §. ſi verò violator. de pace tenenda. Pet. de Monteſ.

Nota ex iſta conſtit. & glo. 1. quod Rex habet, & poteſt concedere omnia feuda quaternata, etiam ſi ab alio, uel ſub alio Comite, Barone, vel feudatario teneantur, vt hic, arg. in Auth. de exhibend. reis. §. oportunum, & 16. quæſt. 7. c. omnes baſilicæ, concedit feudum quaternatum quod ſpectat ad Baronem ſub quo tenetur ratione utilis dominij, quod eſt contra communem regulam, qua utile dominium præfertur directo. ff. ſi ager vectig. l. 1. ff. de ſuperficiebus. l. 1. §. quod ait. Sicut eſt ſpeciale, quod fiſcus regalis ratione partis minimæ, quā habet in re, uendit totam rem. C. de commu. rerum alien. l. multum, & de vend. rerum fiſc. l. 1. alias fi. ſed militare ſeruitium, quod debetur pro ipſo feudo, præſtabitur Baroni. argumen. bonum d. l. fi. aliàs prime. de uendi. rerum fiſca. vbi dicitur quod licet fiſcus uendat rem totam, ratione partis quam habet in ea tantum, tamen pretium partis alterius quod recipit, debet reſtituere domino illius partis, & ſic tenet communis obſeruantia, & conſuetudo, quæ eſt optima legum interpres. l. ſi de interpretatione. ff. de legibus. ¶ Sed pone, q feudatarius

De ſucceſſione filiorum Comitum, & Baronum. Rubr.

a IN *aliquibus*. Hæc conſtitutio loquitur vniuerſaliter de ſucceſſione filiorum tam Baronum, vel Comitum, quàm Paganorum ſeu Burgenſium. Et ſic tam de feudalibus, quam de non feudalibus rebus, hoc ſeruatur: vt ſi decedat aliquis derelictis filijs tantum, vel filiabus tantum, ſuperſtites filij, vel filiæ ſuccedunt: ſi vero habeo filios, & filias, & ſorores non nuptas: ſoli filij ſuccedant, qui debent maritare ſorores & amitas ad paragium: & in hoc derogatur legi, ſecundũ quam æqualiter ſuccedunt filij & filiæ, ut in l. maximum. C. de li. pręt. & in l. l. 12. tab. C. de leg. hæ. In feudalib. verò ſi ſolas filias dereliquit defunctus: aut ſunt maiores, & tunc ſine ſcrupulo ſuccedant: aut minores, & tunc ſuccedant, ſed recipiunt baiulum a curia, & cùm fuerint nubilis ætatis, maritabit eas curia ad paragium.

De ſucceſſione filiorum Comitum, & Baronum.

TITVLVS XXVI.

Iſta conſtitutio ſtatuit, quòd ſtante filio maſculo, & filia fœmina deſcendentibus ex patre in bonis paternis, tam burgenſaticis, quàm feudalibus, ſuccedit ſolùm filius maſculus cum hoc onere, quòd tenetur ſorores & amitam ſecundum paragium maritare: ſed vbi pater non habet filios maſculos, nec nepotes maſculos, ſed ſolùm filias fœminas, dictæ filiæ fœminæ ſuccedunt patri in omnibus bonis burgenſaticis, & feudalibus excluſis agnatis tranſuerſalibus, verùm ſi dictæ filiæ ſunt minores, Rex dabit eis balium in feudalibus: & cùm venerint ad ætatem nubilem, quatuordecim, vel quindecim annorũ, prouidebit dare eis maritum, & maritare ſecundum paragium earum. h. d. Matth.

† IMPER. FREDER.

IN a aliquib. * Regni noſtri partibus conſuetudinem prauam audiuimus hactenus obtinuiſſe, quod in bonis Comitis, Baronis, vel militis, qui deceſſerit filijs maſculis nõ relictis, filiæ non ſuccedunt: Sed cõſanguinei quantumcunque remoti maſculini ſexus, tam balium puellarum ipſarum poſt mortem patris

a ADDITIO. *An autem fœminæ, quæ ſunt excluſæ a ſucceſſione, faciant partem, vide Doct. in l. huiuſmodi. §. ſi Titio. de leg. 1. & Capic. deciſ. 158. & 211. in fi. An autem nepotes excludantur, mortua matre dotata a ſucceſſione aui, vide Pau. de Caſt. in l. qui ſuperſtitis in fi. ff. de acq. hæred. cum alijs relatis per Capic. in deciſ. 176. nu. 13. An filia renuncians, videatur renunciaſſe contemplatione maſculorum, vide Dec. conſi. 31. & quid ſi tempore renunciationis, & mortis patris ſuperſint maſculi, deinde omnes mortui ſunt, an talis filia poſſit ſuccedere vigore conſuetudinis Neapolitanæ ad bona antiqua, vide Capic. deciſ. 190. & an talis renunciatio extendatur etiam ad extraneos hæredes, vt filiæ excludantur a bonis antiquis. vide omnino Capic. deciſ. 192. Et an maſculi legitimi excludant fœminas legitimas, & naturales, vide Pau. de Caſt. in l. cum acutiſſimi. C. de fideic. Iaſ. in l. ſi is, qui pro emptore, de vſuc. Capic. deciſ. 194. nu. 6. Dec. conſi. 275. nu. 7. & an habeat locum in filijs clericorum, Roma. ſing. 443. habes caſum. Cottam in verbo, clerici ligantur. & quid ſi frater dotauit ſororem, quæ dotem amiſit, an teneatur iterum dotare, vide Bald. in l. fi. 2. col. de dot. promiſ. & Alex in l. ſi cũ dotem. §. 1. ſol. mat. Cottam in verbo, executores, quid ſi maſculi per momentum vixerint, an fœminæ ſint excluſæ, vide Cottam in verbo, momentum, & in verbo. ſtatutum, quòd extãtib. Quid in filiab. fœminis poſſim⁹, uide Doct. relatos per Cottam in d. verbo, ſtatutum. Quid ſi non extat ſoror, ſed filius ſororis, an tunc excludantur per hanc conſtit. Bal. in l. pen. in fi. prine. C de ineff. teſt. tenet quòd non, adde alios Doct. relatos per Cottam in verbo, ſtatutum quòd frater. & an nepotis ex maſculo excludat amitam in ſucceſſione patrui, vide Capic. deciſ. 21. & quid in ſucceſſione aui. Gram. deciſ. 63. & an ſit odioſum vel fauorabile, & an extendatur ad Iudæos, Gul. Bened. in repet. c. Raynutius. in ver. duas habens filias. num. 129. & 139. cum pluribus ſeq. vbi late de materia huius conſtit. & ibi, nu. 149. an habeat locum in adoptiuis maſculis, & quid ſi extet frater Ord. Minorum, an excludat ſororem. Guli. Benedict. ubi ſupra, in ver. et uxorem. relinquens. al 1. nu. 125. & ibi, quid ſi eſt habilitatus per Papam. An autem*

† Alias idem.

ANDRÆAS DE ISERNIA.

tarius qui tenuerat feudum quaternatũ a Barone, ſeruiebat ſibi pro ipſo feudo de ſeruitio vnius militis, cum tamen idem ſit eius valoris, ut pro ipſo deberetur ſeruitium quinque militum, ſecundum generalem obſeruantiam, & ordinationem communiter in Regno Siciliç, ad rationem de annuis vncijs. 20. pro quolibet ſeruitio militari. Feudatario vero decedente ſine filio legitimo, dominus Rex illud feudũ quaternatum alteri ſuo bene merito ſub debito, & conſueto ſeruitio conceſſit. Nouus feudatarius vult ſeruire dicto Baroni de vno milite, ſicut ſeruire conſueuerat prædeceſſor. Suus Baro requirit ab eo ſeruitium pro valore annuo ipſius feudi ſcilicet, quinque militum. De hac q. fuit de facto dubitatum, ad quod uidetur primo dicendũ, quod nouus feudatarius non teneatur niſi ad ſeruitium unius militis, ſicut prædeceſſor ſuus tenebatur, quia noua conceſſio Regis ſic ſe habet, quæ ſeruanda eſt. l. 1. §. ſi conuenerit. ff. depoſiti. C. de pact. l. traditionibus. ¶ Contra uidetur, quod Baro poſſit petere ab iſto feudatario ſeruitium quinque militum, ut illa uerba ipſius nouæ conceſſionis ſcilicet, ſub debito, & conſueto ſeruitio, referantur ad præfatam generalem ordinationem communiter obſeruatam, uidelicet, ut pro ſingulis annuis vncijs 20. debeatur unum militare ſeruitium, argu. ff. de ædil. edi. l. quod ſi nolit. §. quia aſſidua. ff. de aqua plu. arcen. l. ſi prius. §. placuit. & ff. de euict. l. ſi fundum. & hoc ultimum uidetur nobis cõtinere ueritatem. Rex enim habet ius ſolum concedendi feudum, non autem ſtatuendi ſeruitium, quia illud eſt Baronis a quo tenetur feudum, ut ex ſupradictis patet, vnde non poteſt aliud ordinare in pręiudicium Baronis. arg. C. de iud. l. nemo exterus, & iuſtum eſt unicuiq; rem ſuam committere. Quid enim ſi hic feudatarius qui deceſſit, augmentauit feudum per induſtriam, vel diligentiam ſuam, vel auctum eſt feudum per excadentias, quæ peruenerunt ad illud, nonne hoc augmentum pertinebit ad Baronem, inquantum ſpectat ad ſeruitium militare: & certe ſatis uidetur quod ſic, & ſicut commodum, & augmentum totius feudi pertinet ad Regem quantum ad cõceſſionem, & illud bene Rex concedit, ſic & augmentum ſeruitij pertineat ad Baronem, ar. ff. de leg. 2. l. cum fundus. & ff. de vſufr. l. item ſi fundi §. 1. Inſtit. de legi. patro. tute. ¶ Præterea dominus Rex quando concedit feudum quaternatum ſecundo feudatario, debet ita augere cauſam Baronis, ſicut faceret de ſua, ſed quando Rex donat feudum ſuum antiquum, quod per excadentias peruenit ad manus ſuas, quod quidem non eſt in regiſtris pro certis ſeruitijs annotatum, non donat illud ſub antiquo, & conſueto ſeruitio, ſed facit inquiri de annuo ualore, & poſt inquiſitionem factam in conceſſione quam facit, diſtinguit militare ſeruitium, ponendo deberi per feudatarium pro annuis viginti vncijs ſingulis unum, & integrum militare ſeruitiũ, ergo hoc idem facere debet Rex in conceſſione feudi quaternati, cũ ſeruitium ipſi Baroni debetur, ut in caſu noſtro præmiſſo, argu. in bonum & expreſſum ff. de ſolut. l. 1. §. 1. ibi, æquiſſimum enim viſum, &c quæ videtur clara deciſio quæſtionis, & ita eſt veriſimile dominum regem in dubio præmiſſi caſus ſuam conceſſionem feciſſe, ſic agẽdo cauſam Baronis, ut ſuam. Si enim Rex concedit alicui liberam teſta. factionẽ, ut C. de inoff. teſta. l. ſi quando, conceſſio quidem Principis in dubio recipit interpretationem ſecundum ius commune. ff. de vulg. & pup. l. ex facto, in princ. Barthol. de Capua.

Ad materiã huius conſtit. uide c. Regis Rober. ſub rub. mortuo Barone quid fiet, quod incipit, in nomine domini. Petr. de Monef.

In gloſ. ibi, Sed non ſeruantur dicta capitula Honorij, quia ſuſpenſa fuerunt per Papam Nicolaum quartum ad inſtantiam Regis Caroli ſecundi: ſed dicta ſuſpenſio eſt quo ad pœnas in eis appoſitas. Ibi, omnia caſtra ſunt feuda, ſcilicet quæ ſunt feuda non poſſe eſſe caſtra ſed non feuda, ſicut habet Eccl. Salerni, Caſinenſis, & Cauenſis, & aliæ eccleſiæ in Regno. Petrus.

De ſucceſſione filiorum Comitum, & Baronum. Rubr.

IN *aliquibus*. Conſuetudinem prauam. † Et ſic tollenda eſt tanquam corruptela in Auth. ut nulli iudi. §. 1.

ADDITIO. Filiæ vero non ſuccedent. *Adde an filia ſuccedat in feudo, vide Bald. in l. 1. eod. tit. ff. de ſuis & legit. Calde. conſi. 3. in tit. de feud. incip. an fœmina. Bald. conſi. 385. incip. factum tale eſt. in 3. volum. Ange. conſi. 242. incip. punctus talis eſt. Petr. de Ancha. conſi. 174. incip. D. Lazarus. Ludo. Roma. conſi. 33. incip. viſo inueſtitura tenore. Raph. Cuma. conſi. 137. incip. conſultis & infraſcriptis. Raph. Fulg. conſi. 320. incip. nobilis de ferrate. Pau. de Caſt. conſi. 59. incip. quamquam multa ſcripta fuerint. Alex. de Imo. conſi. 30. incip. omne datum. in 1. vol. Idem Alex conſi. 10. incip. ponderatis his quæ. vol. 5. Philip. Corne. conſi. 13. incip. aperta fronte. vol. 1. Idem Philipp. conſi. 196. incip. præſentem conſultationem. vol. 2. Soc. conſ. 19. incip. pro diuiſione prædicta. in 1. vol. Idem Soc. conſi. 25. incip. viſis inſtrumentis Romanorum. in 2. vol. Franc. de Curt. conſi. 48. incip. Dux Mediolani Philippus.*

† ADDITIO. *Vide Franc. Cur. conſi. 34. penul. colum. dicit And. in cap. 1. §. ſed quia vidimus, 2. col. qui feu. dare poſ. quod per iſtam conſtitutio. nedum excludatur per maſculos a feudis, verum etiam a burgenſaticis.* De Bottis.

Sic de iure feudorum, ut in titulo de ſucceſſione feudi. §. fœminã. & de his, qui feud. dare poſſunt. §. cum uero, quod corrigitur hic, quando non habet fratrem maſculum.

Parentum ſucceſſiones. Nunquid ſit idem in matre, quod in patre quod a ſucceſſione matris filiam repellat, & filius ſolus ſuccedat? videtur quod non, quia hoc eſt odioſum, quod eſt reſtringendum. ff. de liber. & poſth. cum quidam. ¶ Et ſi idẽ voluiſſet in matre, dixiſſet, nõ dixit.

An autem fœmina vtrinque coniuncta excludatur a vaſallo coniuncto ex vno latere tantum. vide Tiraquel. de retrac. lign. §. 14. glo. 2. num. 6. Quid ſi pater in teſtamento inſtituit filios, an veniant fœminæ. vide omnino Dec. conſil. 170. & ibi quid ſi dixit, quod ſi filij morientur ſine filijs, an intelligatur de maſculis. & Alex. conſil. 47. & 106. nume. 2. Adde, quòd filia excluſa a ſucceſſione per ſtatutum, dicitur etiam excluſa a legitima. Dec. conſ. 26. nume. 4. An autem pater poſſit facere pactū, quòd filia fœmina ſuccedant, ſtantibus maſculis. vide Bar. in l. fi. C. de pact. & ibi Iaſ. An in inueſtitura poſſit rex tollere ſucceſſionem fœminarum. vide Loffr. conſil. 14. nu. 9. 10. & ratio huius conſtitutionis, & ſtatutorum excludentium fœminas per maſculos, vide per Couar. in 3. lib. variar. reſol. c. 5. nu. 5. verſ. 3. & an poſſit venire vi ſuae ſubſtitutionis facta filio maſculo, per quam fuerunt uocati proximiores. vide Alexan. conſi. 93. & vide Ioan. Neuiz. in ſilua nupt. in verbo, dimiti non eſt nuicendum. nu. 82. vbi ad hoc vt excludatur fœmina a ſucceſſione, debet eſſe dotata de bonis eius, de cuius ſucceſſione tractatur de qua latè per Dec. in conſil. 346. per totum, & Alex. in conſi. 71. nu. 5. Ratio ſtatuentium, ne bona exeant ab agnatione dotantis, quia cum dinitijs agnatio conſeruatur, Roma. conſ. 16. Curt. conſil. 9. colum. 5. iſta con-

accipiunt, quam ſucceſſionem vſurpant, & ipſas pro ipſorum diſpoſitione maritant. Quod quidem, & naturæ dignoſcitur eſſe contrarium, quæ parentum votis abſque diſcretione ſexus, tam maſculos, quam fœminas commendauit, & iuri tam communi, quam noſtro ſpecialiter derogatur. Hac igitur lege noſtra per uniuerſas partes, & ſingulas regni noſtri valitura ſancimus, Patre mortuo tam filios, quã filias puberes, aut maiores, minoresve ad parentum [a] ſucceſſionē

conſtitutio eſt in ſpecie approbata per Regem Robertum 20. Maij 1326. vt habeo in meis conſtitutionibus in pergameno. & ad intellectum, vide Loffre. conſ. 26. vbi, an iſtud paragium ſuccedat loco legitime, an transmittatur, an poſſit onus imponi, an valeat ſtipulatio fratris, & multa ibi poſuit, an paragium non petitū ab aliqua filia, non maritata transferatur ad fratrem coniunctum ex utroque latere, ſcilicet ea mortua, vel remaneat cōe diuidendū inter fratres, tam cōiunctos ex uno latere, quàm ex vtroque, uideatur Brunus in tracta. de ſtat. fœm. excluſ. 11. art. princip. verſ. nonò quæro. Renunciatio facta ab aliqua ex filiabus patri, an poſſit fratribus coniunctis ex vtroque latere, an omnibus etiam coniunctis ex vno latere, quòd proſit fratribus coniunctis ex vtroque latere, videatur deciſio Bœr. 184. & 104. quòd proſit omnibus tam coniunctis ex vno latere, quàm ex vtroque, videatur Crotus in l. re coniuncti. ver. decimò quaritur. ibi, ſecunda ſit concluſio, de leg. tertio, & in ſpecie eſt deciſio Napodani in conſil. Neapolit. ſi qua mulier. in verbo, ſuccedant. ſub titulo de mulier. hab. fil. &c.
Iacob. Anelius de Bottis.

a *Succeſſionem*. Sexus. not. ſimile. C. de liberis præteritis exhæred. l. maximum uitium.

• Addi-

ANDRÆAS DE ISERNIA.

dixit, ergo omiſit. C. de cad. tol. l. pen. Econtra uidetur, quòd ſic: quia dicit parentes. Tunc etiam idem de matre poteſt intelligi. ff. de liber. agnoſ. l. ſi quis a liberis, in prin. & §. 1. & §. ſiue parens, & de in ius vo. l. quicunque. §. parentes, & de his qui not. infa. l. parentes, ſic eſt differentia, dicat filios, uel liberos. ff. de teſta. tute. l. quid ſi nepotes. nec hæc conſtitutio eſt odioſa, quia per eam reditur ad ius antiquum, vbi idem erat, quòd filia non ſuccedebat, vt l. maximum uitium. C. de libe. præte. pro quo eſt. ff. de pact. l. ſi unus. §. pactus. ibi, quod ſi in ſpecie, & eadem eſt ratio in matre, nec diuerſitatis ratio reddi poteſt. ff. de uer. obl. l. a Titio. ad l. Aquil. l. illud. ¶ Appellatione patris, uidetur contineri mater. Sic ſoror appellatione fratris. ff. de pact. tres fratres, de uerb. ſign. l. 1. & de lega. 3. l. qui duos mulos.

Additio. *Adde Alexand. de Imo. conſil. 85. incip. animaduerſis, in 4. volum.*

Sed certe de ſucceſſione defunctorum maſculorum loquitur, quia in princ. dicit poſt mortem patris, & poſtea ſequitur, patre mortuo, & poſt, patri decedenti. quod autem dicitur, quæ parentum uotis, &c. ponitur in vim rationis, non in uim dicti huius conſti. De hoc eſt magna altercatio, & illi qui dicunt idem in matre, dicunt fratrem de bonis maternis debere dare paragium ſorori, non ſicut meram dotem, ſed tanquam portionem legitimam, ut plene ſequitur.

Super verbo quintumdecimum. Dicit gl. quod nubilis ætas, tunc incipit, quod intellige quantum ad hoc, ut teneatur maritari, ſed poteſt maritari ſoror, ſcilicet, in 12. anno. Inſti. de nup. in princ.

Additio. *Adde l. minorem. ff. de ritu nupt. & c. continebatur. &c. atteſtationes. de deſponſa. impub.*

Et ſi ante nubat, & cognoſcatur fit matrimonium, quia malitia ſupplet ætatem. extra de deſpon. impu. c. de illis. quod corrigit gl. iuris ciuilis, quæ dicit cognoſcentem teneri de ſtupro, Inſti. de nup. in princ.

Super verbo maritare. Dicit glo. quod ſi pater dedit dotem filiæ de paragio, vel frater, excluditur filia, ſiue ſoror etiam a ſucceſſione materna, ut in Longob. e. l. ſi pater filiam. Licet hæc conſtitutio nō aperiat de materna. Hæc glo. noua eſt, & non eſt in alio apparatu, & l. ſi pater filiam. non dicit hoc, immo dicit de paterna, & fraterna ſubſtantia, & in conſtitutione ſequenti, vt de ſucceſſionib. intelliguntur omnes, etiam ſororē excludi a ſucceſſione, ſi ſit dotata de bonis eius, de cuius ſucceſſione agitur, ut ibi gloſſatur per l. quoniam nouella, in fi. C. de inoffi. teſta. Item contrarium dicitur in ſimili, ſcilicet, quando nupta per patrem vult ſuccedere in feudo materno, & filiam in capillo excludere. Quod viſum eſt antiquis peritis Regni, quod ſuccedat nupta, illa ratione, quia dotata excluditur a ſucceſſione dotantis tantum, vt no. in ſeq. conſti. ſuper uerbo, excluditur. Non ergo hęc gl. bona eſt, niſi dicas filium excludere filiam ſororē ſuam etiam in ſucceſſione matris, ſi det dotem ſorori pro illis bonis. l. ſecundum paragium, licet ſit dotata de bonis patris. nam paragium eſt portio, quam habet de bonis, quod habere debet ſine aliquo onere ad exemplum debitu bonorum ſubſidij. C. de inoffi. teſtam. l. qui. Vnde non eſt uera dos, cum dos ſine matrimonio eſſe nō poſſit. at hoc paragium habet ſi alteri non nubat, arg. ff. de condit. & demonſt. l. Titia. §. ſi autem, & plenius infra ſtatim dicetur. ¶ Alij periti dicunt, quod a ſucceſſione matris non excluditur per filium, niſi in feudo, propterea, quia recipit dotem a patre, nam ſtrictius debetur filiæ materna hæreditas, quam paterna, vt no. hoc in ti. de eo, quod pater filię ne. habet relin. l. 1. in 6. de ſanctiſſimis epiſcopis. Auth. ſi qua mulier. ¶ Alij approbant, q̃ per conſtitutionem iſtam præferatur filijs etiam in ſucceſſione matris. Sed dicunt filium ſorori etiam dotatæ de bonis patris debere dare paragium de bonis matris, ſicut portionem legitimam, non ſicut meram dotem, & hoc infra plenius dicetur.

Si verò minores filia. Scilicet ſui iuris, quia ſi eſſent in poteſtate forte aui paterni, vel alterius non haberet locum Balium, quod æquiparatur tutelæ. ¶ Tutela autem eſt in capite libero. ff. de tute. l. 1. & not. infra de iure Balij in l. minoribus. Sed non videtur, cum hic habens in poteſtate etiam ſi eſſet pater excluderetur a ſucceſſione feudi, vt in proximis: ſed qui non uocantur ad ſucceſſionem, nec ad tutelam. nam ubi ſucceſſionis eſt emolumentum, ibi, &c. Inſti. de legiti. patro. tute. ſed ibi dicit, plerunque. Item loquitur, quando inuitus uocabatur ad tutelam, nec excluditur indiſtincte a ſucceſſione, ſed quando frater eſt cum patre. Item feudum æquiparamus caſtrenſibus, quia omnis militia eſt de publico, in Authen. de exhib. §. optimum. ſi autem caſtrenſia perueniſſent ad hunc qui eſſet in poteſtate aui in perſona ſua deſinerent eſſe caſtrenſia. ff. de acquir. hæred. per procuratorem. ¶ Sed etiam minori 15. anno. poſſet donari feudum a Principe. Vel ſi emeret de pecunia ſua, & Princeps confirmaret, tunc Princeps videtur donare. ff. de verborum ſignificat. l. lege. ¶ Nam ſine Principis confirmatione non valeret emptio, & omnibus his caſibus pater non habet uſumfructum. C. de bonis, quæ lib. l. cum multa. & l. cum oportet. §. excepti. ¶ Cum ergo ei, qui habet in poteſtate, nec quantum ad vſumfructum, nec quantum ad ſucceſſionem aliquid de feudo pertineat, quia non habuit Balium per Curiam. Ratio, quia Balius eſt tutor, qui non datur, niſi capiti libero, ut dictum eſt, nec enim deſinit eum habere in poteſtate, quia non habet uſumfructum, uel quia lex denegat ei ſucceſſionem. Nam & filius in poteſtate habet peculium caſtrenſe, & tutela defertur illi, qui ſuccedit, ut dicto titu. de leg. patro. tute. ad fin.

Quintumdecimum. Alia litera habet 25. dic ſupra de reſtitut. mino. l. minorum iura. in fi. ¶ Vtrum autem hęc conſtitutio habeat locum tantum ab inteſtato: nam in feudo ordinatio defuncti non ualet in tit. de feu. ſucceſ. c. 1. ¶ Sed ſi pater Burgenſis in Burgenſaticis inſtituat ſibi hæredes filium, & filiam, an valeat: hæc enim conſtitutio debet eſſet uniformis, ut loquatur tam ab inteſtato, quam ex teſtamento. Reprehenſi enim fuerunt, qui aliam obſeruationem faciebant tam in ſucceſſione fœminarū, quam maſculorum in l. maximum vitium. in princ. C. de lib. præte. & glo. videtur hoc determinare, dum dicit, videtur eſſe correctum, quod eſt in Lombarda, de eo quod pater filijs. l. 2. licet hoc dictum glo. poſſit referri tantum ad id, quod dicit d. l. 2. de patre uolente iudicare de rebus ſuis filiæ uſque ad quartam portionem. ¶ Dicendum eſt, quod huiuſmodi pater teſtator, aut uiuit iure Romano aut Longobardo. Si iure Romanorum, poſſet facere teſtamentum, & inſtituere filiam una cum filio. Nam & extraneum prorſus poſſet dimittendo legitimam filio, quæ eſt hodie tertia iure inſtitutionis, non quoquo relicti titulo, ut in Auth. vt cum de appel. cog. §. aliud. Tot iura, tot leges hoc dicentes non debemus faciliter dicere debere corrigi per generalitatem huius conſtitutionis, quæ nihil exprimit de teſtamento, arg. C. de inoffi. teſta. l. ſi quando. nam iura non

• Additiones. *Vide Alex. conſil. 29. col 2. vol. 1. vbi latè conſulit in materia huius conſti. & ſeq. vt de ſucceſſionibus, & ibi etiam limitat illud, quod ſolet dici, eo quod dotata excluditur de bonis dotantis, 3. col. in fi. ver. nec obſt. quod talis.* Marc. Ant. Puluerinus.

¶ *An autem filia maritata, & dotata a patre mortuo fratre hærede inſtituto, & ſibi dato ſubſtituto, poſſit dicere teſtamentum nullum, ex quo in ipſo fuit præterita. vide Afflict. deci. 158. & ibi habes, quòd filia fœmina eſt excluſa a ſucceſſione temporaliter, videlicet donec ſupereſt maſculus. Et quid ſi eſt præterita a patre, vide Capic. deciſ. 176. & omnino Alex. conſ. 131. 1. 2. col. vbi diſtinguit, an excludatur a ſucceſſ. cũ reſeruatione dotis, vt in hac conſti. aut excluditur in totũ, vide ibi. & conſ. 64. & quid ſi maſculus prædecedat, an fœmina excluſa a ſtatuto rumpat teſtamentum patris, in quo fuit præterita. vide Bart. in l. fi. §. 1. ff. ad Tertul. An autem talis fœmina excludatur a lucro ſibi obueniente per tranſitum ad ſecunda vota factum per matrem ſuam. vide Modernos in cap. regni, mulier quæ dotarium. n. 5. & ibi, quod ſi talis mulier renunciauit paternis.* De Bottis.

abſque ſexus diſcretione vocari. Si autem * filij maſculi vnà cum filiabus fœminis aut etiam a ſororibus patri decedenti ſuperſint, cuiuſcunque conditionis pater fuerit, Francus videlicet, aut etiam Longobardus, miles, vel Burgenſis, in ſucceſſione bonorum b præferri volumus c maſculos fœminis: Dum tamen ſorores, aut amitas, fratres, aut

a *Sororibus*. Scilicet, defuncti, & amicus filiorum.

b *Præferri*. No. quod concor. cum iure Longobar. ut filius excludat filiam in ſucceſſione paterna.

c *Maſculos*. Commodius n. eſt ita iura conſtitui, ut plerunque hæreditates ad maſculos confluerent, ut Inſt. de leg. agna. ſucc. circa princ.

a *Nepotes.*

ANDRÆAS DE ISERNIA.

corriguntur, niſi quãdo expreſſim dicitur, ut in Auth. quib. mod. nat. effic. ſui. §. tribus. ¶ Debet quilibet habere liberum arbitrium in teſtando. C. de ſacroſanc. eccleſ. l. 1. Nam nec inter viuos debet interdici alicui rerum ſuarum alienatio. ff. ſi quis a pa. fue. manu. l. 2. Sed ſi iure Longobardorum uiueret hic pater, tota ſubſtantia debetur filio non ingrato. ¶ Poteſt tamẽ tertiam partem dimittere pro anima ſua, & ſicut poteſt dare pro anima, eadem ratione poteſt dare & filiæ ſuę. Nam ſi diuideret cum filio in vita ſua, licet diuidere non cogatur, medietatem dabit filio, reliquam medietatem retinebit ſibi, quam poterit dare cui vult, dicit Carolus in dicto ut. de eo, quod pater filijs. l. 3. in fi. & de ſacroſanc. eccleſ. authent. ſi qua mulier. ¶ Item pone hoc, ſi inſtitueret filiam in tanta quantitate, quantum eſt paragium, quód a fratre ſibi debetur, valeret talis inſtitutio concurrens cum hac lege. Si aliud plus eſſet in inſtitutione, uel legato paragij, ut ſi exprimeret quantitatem, quam diceret deberi pro paragio. Sed tunc non credetur ei dicenti tantum deberi a filio ſuo, quia dicimus paragium conſiſtere in tertia parte, quam habere deberet, ut infra ſequitur. Et ideo ſi plus diceret, uel minus, nõ ſtaretur ei, & eſſet ſicut quando debitor legat creditori, quod deberet, Inſti. de leg. §. econtrario. Si tamen paragium eſſet decem, & pater inſtitueret filiam in quindecim, aut haberet pro paragio quindecim, & illa quinque eſſent de parte prædicta, quam poſſet dare, cui uellet videtur valere, ſicut ex ſuperioribus patet. Nam debet ualere omni iure, quo melius ualere poteſt, etiam ſi non valeret, ut agitur, & alio modo valere poſſet. ff. de tranſact. l. & poſt rem. §. fin. de ſer. l. ſi tam anguſti. de ſeruitu. ruſticorum prædiorum. l. via. in princ. In veteri apparatu, licet non in nouo, ſuper verbo, dumtamen ſorores, eſt gloſ. huius tenoris. Sed quid ſi fratres maſculi volunt maritare ſorores, & dare ſibi dotes, ſecundum paragium, qualiter ſubuenitur ſororibus? Dico, quod ſorores poſſunt petere partem ſucceſſionis, cum ſecundum verba conſtitutionis fratres ſub modo maritandi in ſucceſſione præferuntur eiſdem quo non impleto per eoſdem fratres filiæ non repelluntur a ſucceſſione, ut C. de his, quæ ſub modo. l. 1. ff. de annuis legatis l. liberto. §. Lucius, & de conditio. & demonſtratio. qui hæredi. cum ſuis ſi. Sed ſi fratres, quando ſorores petunt ſucceſſionem, dicant, quód volumus ipſas maritare, & dare dotes ſecũdum paragium, ſoror poteſt petere ſibi caueri de hoc adimplendo, ut ff. de lega. 3. ſi tibi legatum, & de fideicommiſſar. lib. cum in teſtamento. & not. in dicta l. C. de his, quæ ſub modo. l. prima cum modus, & conditio in hoc æquiparentur, ut ibidem no. aperte. Et ſecundum iſtam uiam cauſa iſta uentilari, & tractari, ac terminari poterit in magna Curia, ſi ex cauſa ſucceſſionis petatur feudum, ſeu pars feudi quaternati. Andræas de Barulo tenendo hanc gl. quæ fuit famoſi Doctoris, multa, quæ ſequuntur in hac glo. non habebunt locum, ſicut patebit. Videtur tamen fratrem omnino præferri, etiam in ſucceſſione ſimpliciter, & teneri ad dotes conditione ex hac conſtitutione. Nec poteſt præferri ſub modo maritandi: non enim dicit litera, dumtamen maritentur, ſed dicit dumtamen debeant maritari, videtur quidem repetendum uerbum (volumus) quod eſt ſupra ibi, præferri uolumus maſculum fœminæ. Volumus autem quod debeãt maritari, & ſic uerbum, dum tamen, proprie ſtabit cum uerbo debeãt, quia ſi dicemus, dum, importare modum, uerbum, debeant, non conueniet, quia in modo complectitur iniunctum præciſe, uel cauſatiuum, nam ſi non implet, non conſequitur relictum, uel datum propter illud, ut in dicta l. allegatur, in dicta glo. C. de his, quæ ſub modo. l. 1. cum concordan. nec poteſt accipi (dum) pro conditione, id eſt, cum, per quod fit conditio ff. de condic. indeb. l. qui promiſit. quia ibi cum, eſt aduerbium temporis futuri, id eſt, quando. ff. de uerborum obligat. l. centeſimus. § fin. dum, uidetur eſſe aduerbium temporis præſentis, & inſtantis, id eſt donec, unde ſi dicimus uolumus tantum, ſcilicet, præferri maſculum fœminæ, donec debeat maritare. Hic intellectus non eſt conſonans, neceſſario ergo videtur dici, quod uerbum, debeat ponatur in propria ſui ſignificatione, id eſt, vt compellatur frater maritare. nam importat neceſſitatem in eo, qui debet aliquid facere, uel ſerre, vel petere. C. de ſuffrag. l. 1. in fi. de reſcin. vendit. qui quis, in fi. vt naſcatur obligatio ex hac l. contra fratrem, quæ uocetur condictio ex lege. ff. de condi. ex lege. l. 1.

Additio. *Adde quid importat, vide quòd ſi mandatum eſt indifferens importat neceſſitatem, gloſ. eſt in clem. accedentes. de ſta. mona. quandoque importat beneſ. atem etiam ſi præcedit verbum omnino, quando mandatum non neceſſitas, in cap. ſi vir. & ibi gloſ. in verbo, debet. de adulter. Abb. in cap. cum locum, de ſponſ. Abb. in cap. ſina. de his, quæ fiunt a præla. Abb. in cap. intelleximus de iudi. Barto. in l. creditorer. C. de pigno.*

Et exponetur ſic litera, præferri volumus maſculum fœminæ, dum tamen, id eſt, ita, vel id quod, uel id eſt, ut debeat maritare, &c. ut totũ veniat præceptiue, & imperatiue, vel, id eſt, quod præferatur maſculus, & in hoc uocatur fœmina, & quód maritare debeat ſororem, hæc ſunt legis uirtutes. ff. de leg. l. legis virtus. ¶ Dicere, quod non veniat in uim modi, uel conditionis, ut ita demum præferatur, ſi maritet, vel, ut maritet. In hoc enim modus, & conditio paria ſunt, & filiã ad hæreditatem maternam uocari, & aſtringi pactione, quod lex improbat. C. de inofficio. teſtamen. l. ſi quando. § illi. ¶ Sed ſatis uidetur continere æquitatem gloſſa prædicta, ut mulier grauata in hoc, quod præferatur ei maſculus, releuetur in hoc, quod ſi non dotetur, non præferatur, argumen. ff. de iureiuran. l. eum qui. Hoc eſt nouum, legem aliquid præcipere adijciens modum, ut certum quid fiat & non fiat, non habeat locum, quod præcipit: unum exemplum ſufficiat. ff. ad legem Aquiliam. l. ita vulneratus, in fine. C. de ſecun. nupt. hac edictali. §. primo, in fine, ubi ſtatuit lex uirum poſſe uxori tantum relinquere, quantum vni filiorum. Ita tamen dicit litera, vt pars quarta debita filio non minuatur non valeret, quod reliquit, ſicut diſpoſuit. Si enim teſtator adijcit modum, eſt lex quia pro lege ſeruatur teſtatoris diſpoſitio, in Authẽ. de nuptijs. §. diſponat. Princeps legiſlator, qui eſt lex animata in terris, in Authen. de conſulib. in principio, eſt pater ſubiectorum. C. de inofficioſo teſtamento. l. ſi quis in ſucc. vnde faciet in utilitatem ſubiectorum, quod pater in commodum filiorum, pro quo eſt etiam. ff. de pact. l. pactum. C. de fideicommiſſ. l. fin. in fine, ſecundum Grammaticos, cum poteſt eſſe aduerbium temporis, id eſt, quando. Itẽ poteſt eſſe præpoſitio, vt uado cum ſocio meo. Item poteſt eſſe coniunctio aduinctiua, ut cum volumus ire Romam mandamus tibi, vt pares nobis equum. Item poteſt eſſe coniunctio cauſalis, ſeu cauſalis, & tunc, cum, pro quia. Primo modo accipitur in dicta l. centeſimus. in fine, alijs modis in diuerſis partibus corporis iuris, quas curioſus lector inueniet. Sed, dum, ſemper eſt aduerbium temporis, & poteſt eſſe præſentis temporis, & præſentis, & futuri, ut, dum lego proficio, dum legi profeci, dum legam proficiam, & ſic ſemper accipitur pro donec prolatũ ſimpliciter, ſed ſi cum componatur, cum tamen, quidam dicunt, quod eſt una dictio, ut in Ouidio. attamen ipſe ueni. ¶ Alij dicunt, quod ſunt duæ dictiones, quia profertur in accentu longo, & graui, non producto, & corrupto. Exponitur ergo dum, pro donec, id eſt, in tantum, ut ſit expreſſiuum futuri temporis, id eſt, uolumus præferri, tamen in tantum, quod debeat maritare. &c. Et tunc non poteſt accipi illud, dum, pro, cum, quia cum, facit conditionem, ergo accipietur pro modo, id eſt, pro vt, quia ſi prohibemur in uno, permittitur in alio. ff. de iudi. l. cum prætor. ¶ Item ſi accipitur pro conditione, multo fortius erit vera glo. illa, quia non implendo conditionem illam frater non præfertur.

Additio. *Adde c. ex tuarum. de 2 ſu pal. 2. Et per Doct. in c. non poteſt de præben. in 6.* Superantius.

¶ Totum hoc eſt diſputare de lana caprina, ſcilicet, de ſubtilitate verbi, quæ relinquitur pertinacibus. C. de conſtitu. pe. l. ſecunda. conſtat enim quod non ſimpliciter, & pure profertur maſculinum, quia dicit, dumtamen, &c. & ſiue accipitur pro modo, ſiue pro conditione idem erit, quia ſunt paria quantum ad hoc, ut dictum eſt, ut non

ritare.

adimplens

[a] nepotes * pro modo facultatum ſuarum, & filiorum ſuperſtitum numero, ſecundum paragium debeant [b] maritare. Cæterum ſi tantum fœminæ ſuperſtites fuerint, ipſas ſi maiores ſint, excluſis alijs conſanguineis, volumus ad ſucceſſionem admitti. Si vero minores filiæ Comitum, Baronum, aut militum ſuperſtites fuerint ipſarum baiulum noſtra excellētia recipiat, ipſum, vel ſibi tenendum: vel alij

a *Nepotes*. Scilicet, filij fratrum, ſcilicet, ut tantum habeat quælibet filia, quantum quilibet filius, & tantum quælibet amita, quantum quilibet nepos, & probatur hæc computatio ſupra de ban. & foriudi. lege foriudicatorum. C. de cadu. tollen. l. uni. §. ſed vt manifeſtetur. in fi. §. ff. de leg. 1. l. vitalis, & ff. de ver. ſign. l. vitali. & ita videtur eſſe correctū quod eſt in iure Longobar. de eo, quod pater filijs, uel filiabus neceſſe habet relinquere.

* Additio. *Quid ſi non eſſet diſpoſitum, quod nepos excludat amitam: an ſtante diſpoſitione, vel ſtatuto, quod frater excludat ſororem, extendatur ad filium fratris. vide Bal. conſi. 30. præſuppoſito ſtatuto. volu. 3. Dec. conſ. 67. nu. 3. ver. ſecundo, quia. An valeat conſuetudo alicuius familiæ, quod agnati excludant filias fœminas, prout eſt in familia Illuſt. Dominorum Sanſeuerinorū, & Columnæ. vide Ang. & Imo. in l. 3. ff. de teſta. Quod an procedat in regno, ſtante iſta conſtitutione contra quam non valet conſuetudo, vt eſt tex. in proœ. ſupra, cogita tamen. De ſtatuto, quod ſtantibus fratrib. filiæ non ſuccedant, an intelligatur de filiabus defuncti. vide Alexan. in conſil. 94. nu. 5. & 6. An autem iſta dos ſuccedat loco legitimæ. vide Doct. in l. quoniam nouella. C. de inoffic. teſta. & Capic. deciſ. 158. nu. 3. Sed dato, quod ſuccedat loco legitimæ, aduerte quia viuente patre dotante, dos non alterat naturam ſuam, ut latè Ant. de Butr. in conſil. 1. 3. 4. C. & Capic. deciſ. 176. num. 11. & an filia dotata a patre, poſſit petere ſupplementum legitimæ, Soc. conſil. 15. col. 8. volum. 1.*

Quid ſi maſculus ſuperſtes ſit clericus, vel monachus, aut ſpado carens teſticulis Bald. in conſil. 280. incip. quis ſuccedat filio infanti, inter conſil. Angeli, tenet, quòd adhuc habet locum hæc conſtitutio. Sequitur Gul. Bene. in c. Raynutius. in 10. deciſ. nu. 142. ad 244. & ibi nu. 153. ponit, an nepos ex filio excludat neptem ex alio filio. & quid ſi maſculi nolunt ſuccedere, vide Dec. conſil. 296. col. 2. & adde Alex. conſil. 19. nu. 4. vel 6. vbi dicit, quod ſi mater per ſtatutum eſt excluſa a ſucceſſione ab inteſtato, ſi prætereatur, non rumpit teſtamentum, an pater poſſit ſubſtituere tali filiæ in dote, in l. ſi vnquam, in verbo, donatione, nu. 111. C. de reuoc. donat. An in terminis huius conſtit. filius ſubintret locum patris. vide Dec. in conſ. 87. nu. 4.

Quid in ſubfeudatario moriente, relicto pupillo balius a quo detur, a Rege, vel a Barone. vide D. Frecc. fol. 229. 2. facie. 39. authoritate. & ad han. conſti. vide Afflic. deciſ. 159. & Dec. in l. pactum. nu. 6. verſ. Sed iſta rō. C. de coll. De B.

b *Maritare*. Et nota, quòd ſi pater dedit dotem filię de paragio, † vel frater, excluditur filia ſiue ſoror a ſucceſſione materna. hoc non dicit l. illa, ſi pater. quia loquitur de paterna, & fraterna ſucceſſione, ſed de ſucceſſione materna, vt in Longobar. de ſucceſſio. l. ſi ſorores in cauſa, in prima gloſ. vt in Longobar. eodem titulo. l. ſi pater filiam. licet hæc conſtitutio non aperiat de materna, ut ab ea ſororem excludat.

† Additio. *Quid ſi frater auxit bona poſt mortē patris, an paragium ſit ſecundum bona aucta, an ſecundum tempus mortis, & quid ſi ſunt diminuta. vide Luc. de Pen. in l. 2. in fi. C. de præd. & om. reb. li. 11. & in patre augente bona, vide etiam Soc. in conſ. 100. col. 4. in 1. vol. nouorum. latè per Boer. in deciſ. 62. & Luc. in l. fi. col. 2. C. quando & quib. lib. 10. An pater in teſtamento poſſit admittere filiam ad ſucceſſionem feudalium vna cum maſculo, vide Luc. ad intellectum huius conſti. in l. iubemus. 2. le. col. C. de præpoſ. ſac. cub. lib. 12. An ſufficiat maſculum eſſe inſucceſſibilem, vel quod ſuperſit ſucceſſibilis. vide Corn. cōſ. 134. vol. 2. & Campeg. in tract. dot. in 5. parte princ. 44. q. Adde, quod iſta conſtitutio diſponens de ſucceſſionibus reducatur ad vltimam voluntatem, & nō ad contractū inter viuos. ita in ſimili ſtatuto dicit Bal. in conſ. 9. præſuppoſito. uol. 4. inferens, q ſi filia moriatur in pupillari ætate, & ei non fuerat taxatū ſalarium, q transfert ſucceſſionē ad matrem. Quæro iuxta hanc conſt. frater tenetur dotare ipſe matrimonij ſtipulato in caſu nō procreandorum liberorū dotē ſibi reddi, ſoror moriens ab ſq; liberis inſtituit aliā hæredē: quis pferatur. vide Luc. in l. vni. col. 5. de im̄po. lu. deſc. lib. 11.*

ANDRÆAS DE ISERNIA.

adimplens modum, uel conditionem non præferatur. ¶ Pro modo tñ veriſimilius vt̄ accipia. prout, nō, pro ſi, qa in ambigua uoce legis, &c. præſertim cum & uoluntas legis ex hoc colligi poſſit, ut ff. de legi. l. in ambigua, uoluntas legis eſt, ut det paragium dotis pro maritagio, in quo ſi deficit frater, noluit priuare fœminā hæc conſtitutio in ſucceſſione, &c. Non obſt. l. ſi qñ, quia ad partem ſuam filius uocatur ſimpliciter, & ſine onere. C. de inoff. teſta. qm in priorib. Ad partem uero ſororis, quæ naturaliter, ſicut maſculus debet ſuccedere, ut in l. maximum vitium, uocatur pp maſculini ſexus prærogatiuam, ex hac l. priuatur fœmina. ueruntamen cum hoc onere, ut maritetur per fratrem ad paragium. Et paragium dotis ſit pro portione legitima ſororis, ut infra dicetur, ſic nō aſtringitur pactione, ut in l. ſi qñ. quia ſi nolit dotare, non compelletur. ueruntamē non præfertur, ut plenius infra ſequitur. Item ſupra impropriè locuta eſt hæc lex. Non obſt. ff. de ſtatu homi. Paulus rſdit. ¶ Item verbum debet, importabit neceſſitatem, ut neceſſe habeat maritare frater, ſi vult præferri, ſi non uult maritare, fœmina habebit partem ſucceſſionis. ¶ Eſt. n. facta hæc lex in fauorem maſculi, unde beneficium prælationis non confertur in inuitum. ff. de dona. hoc iure. §. non poteſt, de reg. iur. inuito, & hoc quando hęreditas eſt diuiſibilis. Secus ſi eſſet feudū in quo uiueretur iure Francorum, ut in conſtitutione ſequenti, tunc præciſe compelleretur ad dotes, ſi nullo modo uellet habere feudum, ut infrà patebit. ¶ Item verbū debet adaptabitur naturæ negocij, cui apponitur. ff. loc. ſi uno. Item tantum eſt dicere in lege ſcripta, q. maritet, quantū, quod debeat maritare, quia ſufficit legiſlatori dixiſſe, quod vult, cætera ex lege, alias, ex eius voluntate colliguntur. C. de legi. non dubium. relinquitur enim legis authoritati. ff. ad Turpil. l. 1. §. 1. Si ergo mortuo patre frater non vult ſuccedere, uel non vult dare dotes, & requiſitus dicit, nolo, erit hæres filia eadem, ſcilicet, ſoror in totum, quando non vult, & in parte quando dotes dare recuſat ſecūdum dictum gl. ¶ Sed ex quo recuſauit dare dotes, an poſſit pœnitere, & offerre? videtur q ſic. ff. ad Turpil. l. filij mater. §. 1. & verum eſt re integra. ¶ Sed ſi fratre dicente, nolo maritare ſororem, dicat uolo eſſe hæres, & adeat quod eſt in animo, & animi expreſſione per uoluntatem. ff. de acquir. hær. pro hærede, qui ſatiſd. cog. l. inter omnes, Inſti. de hæred. qual. & differentia. §. fi. non admittitur fratris pœnitentia. C. de iuris & fac. igno. l. 2. Niſi eſſet minor, quia tunc per in integrum reſtitutionem poſſet. C. de repu. hæred. l. fin. in fine. ¶ Quid ſi requiſitus dare dotes non reſpondit? ſiquidem adijt hæreditatem patris, ſtatuetur ei tempus a iudice, ut eligat, dicēdo, uolo eſſe hæres, & dare dotes, uel nolo eſſe hęres, & nolo dare dotes, argu. ff. de opt. leg. l. mancipiorum. & l. ſicut. Si verò eſt hæres patris, & apprehendit hæreditatem, & requiſitus in iudicio ſi uelit dare dotes non reſpondet, uel obſcurè reſpondet, habebitur ac ſi negaſſet in præiudicium ſuum, & ſoror ſtatim ſit hæres pro dimidia, ut ff. de inter. actio. l. de ætate. § qui tacuit. & §. nihil intereſt. ¶ Quid ſi dicat, nolo dare dotes uerbo, & non ſoluit, expectabitur per tempus modicum cum ſpatio aliquo, eo elapſo, erit hæres ſoror ſi uelit. ff. ad legem Falcidiam. l. 1. §. item ſi ita. ſicut in ſtipulatione de dando, uel faciendo. ff. de ſolut. l. quod dicimus, & l. ratum. ff. de uerborum obligationib. l. ſi ita ſtipulatus, tempus erit arbitrio iudicis, cum non ſit expreſſum. ff. de iure deliberan. l. 1. in fine. & erit illud, quod ſolet dari iudicatis, & ideo cautius eſt, quod a principio, quando dicit ſe uelle dare dotes, iudex limitet ei tempus decem dierum. ff. de iudi. l. ſi debitori, quia tempora illa ſunt arbitraria, quæ dantur condemnatis, nam ex cauſa ſi uideret fratrem diuitem, poſſet dare præceptum, quod infra tres dies ſolueret. ff. de re iudi. l. 2. hoc uero tempore tranſacto ſit hæres. ¶ Sed ſi dicamus glo. illam non continere ueritatem, uel ſoror moraretur cum peſſimo fratre dicente, ſe uelle dare & effectualiter nō ſolueret, ſi præeligeret potius habere dotes, quàm partem ſucceſſionis, quid ſiet? Reſpondeo, tunc condemnato fratre ad dotes, ſi nollet eas dare ſecundum illos, qui dicunt fratrem præciſe teneri, & compelli ad dotandum: Vel ſecundum prædictam glo. in confeſſum fratrem dato præcepto de ſoluendo, ut dictum eſt, mandabitur executioni ſententia in bonis fratris, nam ex quo ſemel uoluit eſſe hæres, de bonis ſatisfaciat creditoribus hæreditarijs. C. de iure deliberan. l. fin. §. cum igitur, ſecundum modum poſitum. ff. de re iudi. a diuo Pio. §. 1. Et in ſubſidium vbi aliud non haberet frater, in feudo. † ff. de re iudi. commodis. C. de execu. rei iudic. ſtipendia.

† Additio. *Idem dixit And. in conſti. ſi quis poſt litem. & in c. 1. §. quid ergo. de inueſt. de re ali. fac.* De Bottis.

¶ Et haberet rem illam feudalem ſoror, in qua eſſet executio facta perpetuo, cum hoc debitum dotis propter feudum ſit, & onus feudi contractum eſt. nam, ut repellatur ab habendo feudo, ſorori frater pecuniam propter dotem dare condemnatus eſt, hoc non poſt diffinitiuam ſententiam qua damnabitur frater ſorori præſtare centum pro paragio, & in ſubſidium aſſignabuntur ſibi res feudales pignori, quod pignus tenebit, donec ſibi ſatisfiat de tota condemnatione. C. de diſtrac. pignor. qu. nō. u. ff. de actio. empti. l. Iulianus. ff. offerri. ¶ Dominium non habebit, niſi impetret uenditionem pignoris quæ a ſolo Principe conceditur, ſupra de pœn. contuma. ſi quis poſt litem, ſicut in uenditione pignoris uoluntaria, ſupra de feud. & rebus feudalibus non aliena. l. conſtitutionem. ¶ Item ſi uelit ſecundum

lib. 11. Sed quære, filia fuit maritata, & dotata, & ſic excluſa, pater ſuus ſtipulatus dotem ſibi reddi ſoluto matrimonio, quod fuit ſolutum, & ſic dos fuit conſolidata: fratres dicebant eam eſſe excluſam, quia dicta dos cenſetur deſtinata pro alio matrimonio, iuxta auth. ſed quamuis. C. de rei uxo. act. iunctis not. per Bart. in l. qui pupillam. de adult. vide Bal. in l. neque mater pro filia. C. de iure dot. Dec. conſil. 589. col. fin. & ita ſecundum hanc ſecundã opinionem fuit conſultũ, & obtentum in facti contingentia, vt refert Bal. Nouellus in tracta. dot. in 1. parte princip. col. 5. in fi. & Campeg. in 5. par. 54. q. An ſi dotatur filia extante maſculo moritur filia, demum maſculus, qui excluſerat filiam, an nepos admittatur, per Corn. cõſ. 24. vol. 2. Sed quid ſi moritur frater ante quem ſoror fuerit dotata relicta filia fœmina, an iſta neptis excludat amitam, eam dotando? dic quod ſic, vt per Campeg. in 5. par. princ. 25. q. & in 28. q. penes, an ſi frater vult admittere ſororem ad ſucceſſionem, & illa eligat ſe dotari, quis præferatur. De Bottis.

qui ex fide illud gerere debeat, iuxta approbatam Regni conſuetudinem, concedendum: ac deinde ipſas, cum ad nubilem ætatem peruenerint, & baiulum noſtrum, vel alterius ſuperuenĩetem [a] quintumdecimum annum exceſſerint, de prouiſione manſuetudinis noſtræ Deum habentes præ oculis, cum bonis omnibus, quæ patris fuerunt, ſecundum paragium curabimus [b] maritare.

Additio. *Adde tex. in c. atteſtationes. de deſpon. impu. & gl. 2. in d. vbi non eſt. eo. tit.* Superantius.

Licet videatur aliud. C. de nup. ſancimus.

Quintumdecimum. Aliter 25. & ſecundum hanc literam habetur hic reſpectus ad ius Romanum, ſecundum quod filia peccans in corpus ſuũ ante 25. annos poſſet exhæredari.

Additio. *Adde glo. in c. de raptorib. 36. q. 1. gloſ. in cap. hoc ſolum 32. q. 2. Doctor. in c. ex cauſa. de rapt. Abb. in c. accedens. de procur. Abb. in cap. 1. de deſpon. impub. Bald. in l. fin. C. de ſent. quæ ſine cer. quan. Bar. Ioan. de Imo. Raph. Cuma. & Lud. Rom. in l. 1. ff. ſol. mat. Pau. de Caſt. in l. ſi ſecer. ff. eo. tit. Alex. de Imo. in conſ. 39. incip. Viſo thematæ. in 2. vol. Abb. in conſil. 12. incip. Ieſu Chriſti Saluatoris. in 1. vol.* Superantius.

Secus ſi poſt 25. annum, ut in Auth. vt cum de appell. cognoſ. §. qui ex prædictis, collatio. 8. & no. C. de inofficioſo teſtamento. l. filiam tuam. & ſic ol ff. infra de iure balij. l. in moribus. quod intellige tantum in maſculo, ne ſit contraria.

a *Quintumdecimum.* Nota, quòd nubilis ætas incipit in 15. an. ut patet in Authent. de tempo. non ſo. pe. ſup. do. §. & ſi quidem intra ætatem. collat. 7.

b *Maritare.* Et ſic videtur, quod puella non poſſit ſuo arbitrio nubere contra legem. ff. de ritu nupt. l. ſciendum.

Addi- *De ſucceſ-*

ANDRÆAS DE ISERNIA.

Decretum, uel dari ſibi in ſolutum pro debito, & addici ſecundum ordinem. dicta l. a Diuo Pio. §. ſi pignora, cum ſit hoc loco venditionis. C. de emct. ſi prædium, ut fiat cum conſenſu Regio. ſed donec tenebit ſicut pignus iudiciale, antequam dominium impetret prædictis modis, fructus percepti per mulierem extenuabunt ſortem. C. de pigno. actio. l. prima. ¶ Sed ſi marito datum ſit in dotem ius illud, uel in perſona mariti data ſit executio pignoris pro ſorore illa uxore, ſcilicet, ſua, quia onera matrimonij ſubit, fructus lucratur uir, poſt eius mortem non lucratur mulier, quæ pignus tenet, extra de vſu. ca. ſalubriter. & ibi innuit hoc Innocen. ¶ Quid ſi dei nat † habere feudũ hic, qui tenetur maritare, an feudi poſſeſſor tenetur ad hoc onus? hæc quæſtio non procedit ſecundum illam glo. quia fratre non dotante ſororem, ſoror eſſet hæres pro parte ſua, & ageret ipſa pro ſe contra poſſeſſorem. Sed ſecundum aliam expoſitionem procedit, & videtur quod teneatur poſſeſſor, quia uidetur paragium dotis de bonis feudalibus dari debere, ſicut militia minori fratri ſupra in conſtitutio Comitibus.

† Additio. *Adde Napod. in conſuetud. Neapol. ſi qua mulier. de ſucceſſ. ex teſtamento. in glo. in ver. de bono, & Aſſli. deciſ. 162. & ibi quid ſi dos fuerit legata in teſtamento, an bona ſint obligata. & vide Aſſlictan deciſ. 76.* De Bottis.

¶ Hoc denotat nomen paragij, ſcilicet, inquantum eſt dari conueniens inſpecta facultate, ſcilicet, bonorum illius feudi, nec non dignitatis, & numero liberorum. ff. de lega. 3. l. ſi filiæ, de iure dotium. quæro. & l. fine. & l. cum poſt § gener. eodem titulo. Hæc onera ſequi uidentur poſſeſſorem. C. ſine cenſu, uel reliq. l. prima, & ſecunda. ff. de vſufruc. l. hactenus, & de uſufruc. lega. l. quæro. Sicut eſt de actione in rem ſcriptam, quæ ſic res afficit, ut detur contra eas tenentes, ff. quod metus cauſa, metum. §. cum autem. ad exhib. l. de eo §. fina. de operis noui nuntia. l. penult. & vlt. & de interdi. l. 1. in fine, quod vi, aut clam competit. § fina ¶ Vitia etiam realia rem afficiunt. C. de acquirenda poſſeſſ. l. vitia. Reſpon. non teneri poſſeſſorem, etiam ſi dictum eſſet dare dotes de feudalibus bonis. ff. de contrahen. emptio. l. ſi. quia perſonalis actio non ſequitur fundum. ad Trebel. l. 1. §. ſi hæres. de leg. 1. alias de legi. l. nihil. niſi in cauſa alimentorum, tunc eſſent bona obligata, ut l. hactenus, & no. de alimen. & ciba. leg. l. 2. & l. Lucius. Sicut in functionibus, & cenſibus publicis. l. fin. ſi propter pu. cenſi. ¶ Quamuis diceret idem in dote, quod in alimentis, cum dotis cauſa fauorabilis ſit. ff. ſoluto matrimonio. l. 1. C. de rei uxo. actio. l. rem in præſenti. Sed in dote non inuenitur cautum. Vnde nec utiliter traheretur ad id, in quo lex deficit. ff. ſoluto matrimonio. l. ſi uero. §. de uiro. Et ſic non obſtant contraria prædicta, quia in eis non deficit lex, immo ſpecialiter expreſſit, quod in rem daretur. In dote non expreſſit, ſicut in alimentis, & ſic remanet ratio legis. C. de caduc. tollen. l. 1. §. penult. quod ſi uoluiſſet expreſſiſſet, quia non expreſſit, noluit. ¶ Quomodo ergo conſuletur illi, qui dotes debet habere? Reſpondeo, aget contra filium, uel nepotem, & non fiet executio in bonis eius, ut dictum eſt. ¶ Quid ſi non ſit ſoluendo? † Reſpondeo, ſi alienauit feudum, quod alius tenet, ageret reuocatoria contra eum ſecundum legem. ff. quæ in frau. cred. omnis. §. Lucius.

† Additio. *Nota, dum allegat. §. Lucius, & ſic non oportet probare, qualiter emptor feudi participauit de fraude, ſicut exigitur in illo, id ignorans ſi facta alienatio titulo onerôſo, l. penul. C. de his, quæ in fraud. cred. & ponunt Meder poſt glo. in §. item ſi quis in fraudem, Inſti. de act. & ratio eſt, quia cum non ſit ſoluendo frater, apparet, quod alienauit omnia bona ſua, quo caſu procedit ille tex. vel quando alienaſſet maiorem partem ſecundum tex. iuncta glo. in l. nomen. §. filio. de leg. 3. Sed pondera verba And. velle aliud, quod dato, quod non alienaſſet omnia bona, ſed forte diſſipaſſet in ludis, & ſcortis, quòd adhuc ſi vna tantum res ſit alienata, & illa ſupereſt penes tertium poſſeſſorem, quod adhuc agi poteſt reuocatoria, ſecundũ in terminos d. §. Lucius, quod eſt not. & procedit forſan fauore dotis. l. 1. ſol. mat. Sed vbi ſunt alienata omnia bona, vel maior pars, vt ſupra, quibus caſibus præſumitur fraus, d. §. Lucius. vide latius Grammat. deciſ. 101. Sed an quando eſt facta alienatio onerôſa, ſit neceſſe probare alienationem eſſe factam pro vili, et pretio, quam res valeat. vide Imol. & Ludo. in l. poſt contractum ff. de donat. & Iaſ. in d. §. ſi quis in fraudem, in fi. 7. col. dicentes, quod ſic.* De Bot.

Si non alienauit factus eſt debitor dicti fratris ille, qui tenet feudum, uel uiolenter, uel occupatè. ff. de uerborum ſignificationib. creditores, & l. pecuniæ. §. ... Aut ergo dabitur in ſubſidium contra talem debitorem argumen. ff. de eo, per quem factum erit. l. fina. Aut aget contra fratrem, ut agat, & reuocet a poſſeſſore, & erit hic ago, ut agas, ſic. ff. loc. cum in plures. §. menſem. ad l. Rhod. de iac. l. 2. §. ſi. Vel tenetur, alias, cogetur ſorori dotandæ cedere actionem contra tenentem feudum. ff. de petit. hære. quod ſi in diem. §. Iulia. ¶ Verius eſt, ut condemnetur frater † ad pecuniam pro paragio, & in executione, ſi aliud non habet, peruenietur ad iura ita, quod ſi tenens feudum, id confiteatur, fiet executio contra eum in feudo. Si neget, dabitur curator bonis, qui illud reuocet, ut in reuocante fiat executio d. l. a Diuo Pio. §. ſic quoque. & § ſed uerum. & C. quando fiſ. uel priua. l. 2. & pe.

† Additio. *In iſto ver. ponitur deciſio verior, quando frater non alienauit, ſed deſijt aliter poſſidere, eſt ratio, quia iſto caſu non poteſt competere actio reuocatoria, quæ non datur, niſi ſint bona alienata, & in fraudem, quando titulo onerôſo, alias ſi ſit lucratiue ſine fraude, l. fin. C. de reuo. quæ in fraud. cred. & toto tit. ff. & C. Adde Bal. de Peruſ. in l. maximum vitium C. de liber. & poſthum. & Paul. de Caſt. in l. Titio centum. §. Titio genero. ff. de verb. oblig.* De Bottis.

¶ Quid ſi frater noluit ſuccedere? Reſpondeo, ſtatim ſoror, ſi uolet, habebit hæreditatem feudum, nam conſtitutio illa admittit utrunq; ſexum. ſed ſi concurrant maſculus, & fœmina, præfertur maſculus, nõ tamen eo inuito ff. de reg. iur. l. inuito C. de iure delibe. l. nec emere. Statim quod ſemel noluit frater, admiſſa eſt ſoror, etiam ſi velit poſtea maſculus peruenire re integra, ut ſupradictum eſt, pro quo eſt. ff. de ſucceſ. cognat. l. 1 § qui ſemel. C. de verbo. ſign. l. fin. Non eſſe maſculum, & eſſe, & nolle habere, paria ſunt, ſicut non habere filium, & talem qui non ſuccedit. ff. de inofficioſo teſtamento l. pater. Inſtit. de ſucceſſio. ne libertorum. §. ſed noſtra. ¶ Inteſtatus etiam dicitur ille, cui hæres non poteſt ſuccedere vel non vult. Inſtit. de hæred. quæ ab inteſtato. in principio. ¶ Quid ſi vult eſſe hæres in dimidia, an in alia erit ſoror hæres? Hæc quæſtio etiam non procedit ſecundum prædictam glo. ſecundum, quod iam dictum eſt, quod ſic. Secundum aliam expoſitionem videtur ſimiliter quod ſic: quia cum poſſit nolle totum, poteſt nolle & partem. argumen. ff. de acquir. hæred. ſi ſeruus. in fine. & argumen. de toto ad partem ff. de uſu. l. qui ſcit. Sed ſi teneatur dicta expoſitio contra prædictam glo. tunc verius eſſet, ut agnoſcens partẽ, totum de neceſſitate agnoſcat, & ſic hæres in totum, qui

in partem

in partem uoluit eſſe hæres. Non enim poteſt partem nolle ſe uelle, qui in totum poteſt. ff. de acquir. hære. l. 1. & l. cum hæres. & l. qui ex duobus. ¶ Idem & multo fortius ſi uoluit præferri in totum a princi-pio, poſt requiſitus forte, ut det dotes dicat ſorori, accipias in dotem partem feudi, & ſucceſſionis. Nam non admittitur, ut cenſeat eſſe hæres pro parte, qui ſemel uoluit totum. ¶ Sed ſi medietatem feudi uellet dare ſorori in ſolutum pro paragio, hoc poſſet. C. de repud. hære. l. ſicut. & ſoror habeat non a patris ſucceſſione, quam alius habet a prælatione huius conſtitutionis, ſed a fratre dotante, qui poteſt ſatiſfacere de debito tali, ſcilicet, paragio dotis, quemadmodum uoluit ſoror creditrix. ff. de pigno. act. ſi rem. §. omnis. ¶ Sed nunquid dabit in dotem, vel in ſolutum pro dotis debito, & dotis paragio feudum, uel rem feudalem ſine licentia domini feudi? Videtur quod ſic, quia qui prohibetur alienare, non prohibetur in dotem dare. ff. ſi quid in fraudem patroni. l. 1. §. ſi libertus.

ADDITIO. *Adde an prohibetur donare, vel legare, vide per Bart. in l. voluntas. C. de fideicommiſſ. Doct. in l. ſi domus, in § fi. ff. de lega. 1. Et an prohibetur relinquere in vltima voluntate? vide per Philip. Frāc. in repet. rubr. de teſta. lib. 6. in 22. col.* Superantius.

Verius videtur, non poſſit. nam cum ius petendi paragium ſit perſonale, actio perſonalis, ſcilicet condictio ex hac conſtitutione ad petendum pecuniam pro dote recipienda, etiam ſi in cauſa iudicati condemnatione facta capiantur res feudales in ſolutum, non poſſet habere is, pro quo condemnatio facta eſſet rerum dominiū addicto ei eo, quod captum eſt ſine ſpeciali iuſſu principis, ut ſupradictū eſt. Nam conſti. illam ſupra de prohi. feu. alie. omnes alienationes feudi prohibet ſine principis mandato, dare pro pecunia dotali in ſolutum, ſicut venditio cenſetur. ff. ex quib. cau. in poſ. ea. l. fi. C. de euict. l. prædium, immo in dotem dare rem feudalem non poſſet per nouum c. in plani tie S. Martini, ſine ſpeciali mandato, quod introductum fuit in remotionem grauaminum fidelium Regni, ut ex proœmio illorum capitulorum patet: ſed per regiſtrum Imperatoris, quod in archiuo ſeruatur conſtat, quod ſi etiam Demanium feudi detur in dotem æſtimatum, ſeu res feudales Demanij receiſſo inſtrumēto æſtimationis, quæ iure communi facit emptionem, manebit loco pignoris, ſcilicet, donec de fructibus, vel alio modo ſatisfiat de dote: de quo plene diximus in tit. qualiter olim feu. po. alie. ¶ Quid ſi frater uult dare dotes de paragio? Sed ſoror, uel alia perſona dotanda petat paragium in pecunia, pro maritagio, & nolit maritari, an teneatur frater ad paragium, † ſi honeſte uelit mulier ſine marito uiuere in domo ſua? Videtur, quod tunc alimenta tantum debeat habere a fratre, & quidē pinguia, quāuis ius commune dicat, quo iure frater de bonis ſuis proprijs ſororē egentem alere cogitur. ff. de tute. & rati. diſtra. l. 1. §. ſed non nullos. & §. naturales tantum fratres, ut in Auth. quib. mod. na. effi. ſui. §. ſi quis igitur. C. de alien. lib. l. 2. in gl. Pinguia ideo, ut ſi alia bona habeat ſoror hæc, habeat alimenta pro modo facultatum feudi, quaſi hoc ſit onus feudi, a quo repellitur fœmina, cum concurret cum maſculo. nā minor frater a maiore habet militiam, etiam quando ad fortunæ cōpendium melioris aſpirat, ut ſupra in conſti. illa, Comitibus.

† ADDITIO. *Vide Pet. de Vbal. in trac. de duob. fratribus, par. 11. col. 6. vbi an dos data pro matrimonio ſpirituali, excludat fœminam a ſucceſſione, & Gubel. Bened. in cap. Rainutius in ver. duas habens filias, nume. 164.* De Bottis.

¶ Sed quòd habeat dotem, † ſi non vult maritari, non videtur, cum dos non ſit, ubi non eſt matrimonium, licet matrimonium ſit ſine dote. ff. de iure dot. l. 4. C. de don. ante nup. l. fin. Item intereſt fratris, & nepotis, ut ſoror, & amita maritētur, cum uerisimile ſit, ut de his filij procreentur. hoc enim munus fœminarum maximum, & præcipuum eſt. ff. de ædil. edic. quæritur. in princ.

† ADDITIO. *Vide Capic. deciſ. 204. & Napod. in conſuet. Neapol. in verbo, paragium. de ſucceſſ. ab inteſtato.* De Bottis.

¶ Et ſi intereſt hominis habere amicos, ut ff. de uſufruc. l. uſufruc. general. in princ. Intereſt multo magis habere coniunctos in genere. Intereſt quidem habere conſanguineos, quia conſanguinitatis ratio inducit dilectionem. ff. de caſtren. pec. dotem. in fi. C. eod. cum proponas. ¶ Dic, quod in legato, ſeu relicto † pure propter dotem, oportet quod is cui relictum eſt, nubat ſeu matrimonium contrahat, ut relictum conſequatur: ſiue cum nolit nubere, ſiue moriatur antequam nubat, relictum non conſequitur. ff. de condit. & demonſtra. l. in teſtamento. & l. Titio. ibi, ſcilicet, ante nuptias, &c. niſi intrauerit monaſterium, tunc impleta eſt conditio, cum videatur nubere ſponſo, ſcilicet, cœleſti, quia religionem ingreditur, ut Deo ſeruiat. Secus eſſet ſi honeſte vellet in domo viuere. Secus ſi clerica, uel clericus efficitur capellam ſecularem ingrediendo, ut in Auth. de ſanctiſſimus epiſcopis. §. ſi quis autem. C. ad Treb. authen. niſi. in glo. ibi. Sed hoc paragium non eſt mere legatum, immo id ab hac conſtitutione debetur filiæ, ſicut portio hæreditatis, quia repellitur a ſucceſſione, & eſt loco legitimæ portionis debitæ iure, quam hodie debere haberet ſi alium inſtitueret, & non quoquo relicti titulo, ſed per inſtitutionem, ut in Authen. ut cum de appel. cogno. §. illud.

† ADDITIO. *Vide Capic. in deciſ. 204. vbi quid ſi ingreditur religionem tertij ordinis Sancti Franciſci. Sed pone, quòd pater dedit dotem filiæ moniali, vt poſſit poſtea ſuccedere. vide Pet. in tract. ſocieta. in 11. parte princip. in ver. quaro, duo fratres. & per Bart. in l. 1. ff ſi quis a paren. fu. ma. & Napod. in ti. de ſucceſſ. ab inteſt. in ver. ipſis ſucceſſorib. & in verbo, paragium. vbi allegat And. Iſer. & vide Bal. in l. omnimodo, & in l. quoniam. C. de inoffic. teſtam. & elegans conſi. Pauli de Caſtro 339. primum dubium. & Bar. in d. §. Titio genero. qui videntur tenere contra And. Iſer. & Georg. Nattam in repetitio. cap. quamuis. de pact. in 12. quaeſt.* De Bottis.

¶ Vnde quantum eſt hæc portio, † paragium illud eſt eiuſdem iuris, ſicut legitima iure naturæ, & ſine onere habeat libere. C. de inofficio. teſtamen. l. quoniam. ¶ Id enim, quod loco alicuius eſt, habet eandem naturam, quam id cuius loco illud eſt. ff. ſi quis cau. l. ſiquis cū. §. qui iniuriarum. ff. ſi quis teſta. lib. eſſe iuſ. fue. l. prima. §. hæc actio. de petitio. hæred. item ueniunt. §. prædiximus, Authen. de filijs ante dota. inſtrumen. natis, in fine. ¶ Hoc, ſicut portionem legitimam habebit hæc mulier, ſicut uolet: habet enim hoc ex beneficio huius conſtitut non patris, argumen. ff. de leg. 2. cum patronus, de adoptio. ſi pater. ¶ Hoc paragium non poſſet tranſcendere legitimam, & debitum mulieri iſti, quia attenditur pro modo facultatum, & numero filiorum, ſeu liberorum ſuperſtitum. Sic videtur, quod non eſt verum, ut ſtatim patebit infra, nec voluit hæc conſtitutio totaliter repellere fœminam a feudo, immo admiſit eam, quando non eſt maſculus. At ubi eſt maſculus præfert eum mulieri. Et tunc, quia fœmina non admittitur cum maſculo, loco portionis legitimæ vult eam ſecundum paragium maritari. Duo ergo iubet, eam maritari, & ſecundum paragium maritari, & dotari, ſic. ff. de arbi. Celſus. ¶ Quantum ad primum, ſcilicet, quod debeat maritari, conſtit. hæc reſpexit frequentiam, quia frequenter mulieres deſiderant viros. Maxima quidem in hoc eis cupiditas eſt. C. ad l. Iul. maieſt. l. 2. Lex ad ea, quæ frequentius accidunt, adaptatur. ff. de vſucap. iuſto. de legi. nam ad ea. ¶ Quantum ad ſecundum, vt detur ſecundum paragium hoc conſecutiuum matrimonij, quia licet ſine matrimonio non ſit dos. ff. de iure dot. l. 3. præſumitur tamen quis uxorem non ducere ſine dote. ff. de doli excep. l. pure. §. ſi cum. C. de repud. l. fi. in princ.

ADDITIO. *Adde glo. in c. & ſi neceſſaria. de donat. inter virum, & vxorem. Innoc. in ca. per veſtras. eo. titu. Ioan. And. in reg. acceſſorium, de reg. iur. lib. 6. in mercuria.*

† ADDITIO. *Adde Loffre. in conſ. 26. vbi, an paragium ſuccedat loco legitima: & an ſit purum, vel conditionale, ſi nuptia ſequantur: & an poſſit imponi onus, & multa alia.* De Bottis.

Et cum dos datur, ſeu relinquitur etiam a teſtatore, non eſt neceſſarium ſemper, ut matrimonium ſequatur pro quo datur dos: nam & ſi mulieri, quæ iam nupta erat, dos, ut nubat legetur ab eo, qui ſciebat eam nuptam, nihilominus dos debetur. ff. de lega. 2. ſi ita ſcriptū. §. ſi pater. de condit. & demonſtra. ſi iam cum augeri, & conſtitui poſſit matrimonio conſtante. C. de dona. ante nup. l. ſi conſtante, & ſic frater tenetur dare paragium ſorori pro dotibus, & maritagio, hoc non eſt finale, ſed impulſiuum, illud habeat etiam ſi non maritetur. ff. de dona. l. 2. in fine, & l. 3. C. de iure dot. l. ſi genero. Si enim habere debet paragium † pro dotibus, & maritagio, quod eſt loco portionis debitæ iure naturæ, habebit, & multo magis, ſi honeſte uelit in domo viuere. Nam non plus debet habere caſtitate luxuria, ut in Authen. de reſtitut. & ea quæ pa. §. fin. C. de reuocan. donationib. l. his ſolis, in fi. ¶ Certum quidem eſt, quod bonum nedum uirginale, Imò & uiduale præfertur matrimonio. 27. q. 1. §. nuptiarum. nec eſt certum, quòd ſi nubat concipiat filios, ſic enim dixit dicta lex, quia maximum munus fœminarum, &c. Item ſi honeſte uiuat: poterit orare pro fratre, quod magis intereſt, quam ut pro corporis utilitate concipiat filios. præfertur etiam bonum animæ cunctis rebus. C. de ſacroſanc. eccleſ. l. ſancimus, in fine.

† ADDITIO. *Vide Napodan. in dicto verbo, paragium, in titulo, de ſucceſſio. ab inteſtato. & Alexand. conſil. 139. viſo themate, colum. quarta, volumine ſecundo, & vide conſil. 69. volumine primo.* Iacob. Anellus de Bottis.

¶ Per hoc patet, quod ſi filia eſſet maritata, & dotata per alium, deinde pater eius moritur, quòd nihilominus debet habere dotem de bonis patris ad paragium, ſcilicet, pro modo facultatum, & numero filiorum, ut hic dicitur. & tunc non abſurde dicetur paragium conſiſtere infra tertiam debitam iure naturæ, cum dotes habuerit aliunde. Sic colligitur ex dictis Caroli in Lombarda in l. ſi pater, de ſucceſ. & in l. prima, de eo quod pater filijs ne. habet re. Item multo magis, quando propter pulchritudinem, uel nobilitatem nihil, uel modicum, quod in dote habuit mulier, alias paragium non conſiſtit infra tertiam, nec infra medium debitæ portionis iure naturæ, cum dotes habuerit aliunde, immo tunc erit tota portio filiæ debita, ac ſi ſucceſſiſſet cum maſculo, ut infra dicetur. Ratio eſt ad prædicta, quia ſi pater ſcienter reliquiſſet dotes iam nuptæ, & conditionaliter, ſi nuberet, & eſſet pure legatum, deberetur non obſtante, quod iā nupſerat. d. l. 2. de leg. 3. l. ſi ita ſcriptum §. ſi pater. Idem quando lex, ſicut iſta conſtitutio, dat dotes, de bonis iubet dari. A quiparantur poteſtas

teſtatoris,& legis.C.de fideiuſſ.l.fin.in fi.de pignor.actio.non eſt mirum.de pactis.l.pactum.tanto plus hic,quia hoc paragium eſt portio hæreditatis,ut dictum eſt.¶ Quid ſi frater,patre uiuo,mariet,& dotet ſororem,deinde pater moriatur,an habebit paragium de bonis paternis? Videtur,quod non:nam debet eſſe contenta de eo,quod in die uotorum habuit,nec amplius debet quærere de fraterna,uel paterna ſubſtantia,ut in Lombarda dicitur de ſucceſ.l.ſi pater.Item frater dotando,uidetur dotare de bonis paternis, aut mulieris ſororis ſuæ.no. glo.C.de dotis promiſſione.l.fin.ff.de adminiſtra.tuto.cum poſt.§.1. & de neg.geſt.l.Neſennius. Verius uidetur,ut frater dotando ſimpliciter,de ſuo proprio videtur id feciſſe, quaſi donauerit id ſorori.ff.de probat.Procul.de regul.iur.l.cuius per errorem,de condictione indebiti.l.1.ſecus ſi eſſet adminiſtrator bonorum ſororis, vel patris,cuius eſt officium dotare filias,contutores, adminiſtratores, procuratores, & geſtores bonorum dotare,& promittere uidētur de bonis illorum, quorum curam adminiſtrant, & procuratorium gerunt , quia ea quæ agunt ad eorum nomen referuntur.ff.ſi quis cau.l.penult.& fin. & ſic loquitur.l.cum poſt mortem, in curatore,ſcilicet, & l.Neſennius, in auia,quæ nepotis negotia geſſit.¶ Statim,ut extraneus promittit dotem pro muliere acquiritur mulieri,& reſtituitur etiam ſoluto matrimonio,niſi ſpecialiter ſibi prouideat paciſcendo, vel ſtipulando C.de rei vxo.act.l.1.§.accedit, & ſic debet intelligi dicta glo.de dotis promiſſio.l.fin. ¶ Extraneus enim eſt omnis, qui non habet in poteſtate ea l.§.extraneum,& ſic tanquam portionem hæreditatis conſequitur dotis paragium de bonis patris. Non obſt.l.ſi pater, quia ibi debent referri ſingula ſingulis,ut quod diximus de paterna ſubſtātia ſemper referatur quando pater dotauit , quod ſequitur de fraterna, quando frater dotauit eam. Semper enim,vt propter dotem repellatur a ſucceſſione,requirimus,ut ſit dotata de bonis eius, de cuius hæreditate agitur,ut repellatur. C. de inoffic.teſtamen.l.quoniam nouella.in fi. de colla.l.ut liberis.& in cōſtitutione ſequenti.vt ſucc. Secus ſi filius, idemque frater nomine patris uiuentis ſoluiſſet , vel promiſiſſet dotem,quia eſſet hæc dos profectitia, & de bonis paternis uidetur profecta,ſiue ratum habeat pater.ff.de iure dot.profectitia.in principio. ſiue non : quia cogitur ratum habere.ff. de negotijs geſtis.l.Pomponius. la prima. ¶ Pater cogitur habere ratum id, quod fecit nomine patris filius,quod pater habuit neceſſe facere: cum ad ſuum officium ſpectet dotare.C.de dotis promiſſione.l.fin. Ideo eo pater liberatur a tali obligatione,qua tenebatur filiæ,etiam inuito eo, & ignorante.ff. de negotijs geſtis.l.ſoluendo. Niſi contradixiſſet , & prohibuiſſet filium dare,vel promittere dotes ab initio:antequam,ſcilicet,filius promitteret,uel dotaret patris nomine.C.de negotijs geſtis.l.fin.idem ſi mortuus fuerit pater,antequam ratum haberet,ex quo debuit ratum habuiſſe : & ſic non obſtat.l.bonorum. ff. rem ratam haberi.quia ibi voluntaria ratihabitio , hic neceſſaria in eo , quod ſibi neceſſario incumbit facere,per quod erat liberatus ab obligatione,qua proinde tenebatur,ut dictum eſt.¶ Vnde hic apparet gloſſellam no.hic poſitam, quæ non eſt in apparatu antiquo,non eſſe bonam,dum dicit,quod ſi frater dedit paragium pro ſorore repellitur etiam a ſucceſſione materna, nedum paterna : quod ponitur in uerbo,etiam.C.ſi tutor, uel curator,uel magiſt.creatus appellauerit. l. etiam. nam habebit nihilominus paragium dotis de bonis paternis,ſicut portionem legitimā. Quod autem dicit etiam a materna, plenius ſtatim diſcutitur. ¶ Sed nunquid filius præferatur filiæ ſorori,ſcilicet, ſuæ in ſucceſſione bonorum matris communis decedentis,in bonis burgenſaticis, & in feudalibus,ſi uixit in eis mater iure Longobardo? Opinio eſt,& uariatum eſt inter Modernos . Multi enim periti dicunt , quòd non, immo,quod matri ſuccedat filia æqualiter cum maſculo fratre:nā conſtitutio dicit de ſucceſſione Comitum,& Baronū:& dicit patre mortuo:de matre nihil dicit: unde relinquitur ueteri iuri. C.de appellationibus.præcipimus.in fine . Taxauit enim in patre, argumento, ff. de uerborum obligationibus.l.ſi minor.Nam expreſſiſſet de matre,ſi voluiſſet idem eſſe,quod in patre,& quia non expreſſit , remanet ius in primis finibus.C.de cadu.tollen.l.prima.in fine . In tota conſtitutione non dicitur, niſi de patre : quia ſi dixiſſet parentes, fortè & de matre intelligeretur , argumento.ff.de liberis agnoſcendis.l. ſi quis a liberis.in principio . Et quod dicit litera , quæ uotis parentum, &c. Ponitur in uim dicti,& in vim rationis.Non eſt dictum, vel poſitum filiam matri non ſuccedere,ſcilicet,etiam ſi eſſet exhæredata a patre, quia odium unius non extenditur ad aliam perſonam,argumen.ff.de pactis.l. ſi unus.§. ante omnia. & ſi quis aliquem teſtari prohib.l.ſecunda.ibi, factum uero patris, &c. Eatenus enim pœna extenditur, quatenus reperitur delictum.C. de pœnis.l.ſancimus. & non punitur quis niſi in eo,in quo uere deliquit.ff.pro ſocio.l.actor.§.dicimus. Si deliquit in patrem , & non in matrem , non punitur a matre , in qua peccatum non fecit,quia alterius odio non grauatur alius.C.de inofficioſo teſtamento.l.ſi quis in ſuo. ff. de pœnis. l. crimen. ex alterius delicto non exhæredatur quis.ff.de hæredibus inſtituendis.l.pater filium . Sed hæc conſtitutio priuat filiam hæreditate patris præferendo filium,qui ſecūdum paragium eam debet maritare. Non eſt intelligendum,uel interpretandum,ut idem ſit in matre,uel matris hæreditate : quia odioſa reſtringuntur.ff.de liber. & poſthum. hæred. inſtit.l. cum quidam. & in talibus maſculinum non concipit fœmininum.ff.de vent.in poſ.mit.l.1.§.quæritur.vel §.ſi ita.ff.de uerb.ſignif. l.1.in glo.Hanc ſententiam multi periti approbant eo,quod ſtrictius debetur filiæ hæreditas matris,quàm patris,ut no.in d.l.de eo,quod pater.l.1.in fi.de ſacroſan.eccleſ.auth. ſi qua mulier. Mater quidem ſemper certa eſt.ff.de in ius uoc.l.quia.& matri etiam ſpurius ſuccedit.C.ad Orfic.l.ſi qua.Pro hoc faciunt rationes notatæ in quæſtione illa de primogenita maritata per patrem,& dotata,quòd præferatur in bonis matris poſtea decedētis filiæ in capillo uiuenti,iure Frācorum,ut not.in apparatu nouo in conſti. ſequen.ut de ſucceſſionib. ¶ Alij ſunt qui dicunt,quod idem de matre,quaſi appellatione patris contineatur mater , ſicut appellatione fratris continetur ſoror. ff. de pact.l.tres fratres, de leg.3.l.Lucius.§.quæſitum. Et quia ubi eadem ratio,ibi idem ius.ff.ad leg.Aquil.l.illud.& ratio diuerſitatis reddi non videtur.ff.de verb.oblig.l.a Titio, & maſculinum concipit fœmininū. ff.de leg.3.l.qui duos.¶ Item cum dixit ibi,Votis parentum,&c. & ſic intelligenda eſt tota conſtitutio quaſi ad primordium referatur quicquid ſequitur.C.lib.10.de impo.lu.deſcr.l.1.in fi.de iuris, & fac.ign. l.regula.circa finem.Plus valet plerunque ratio legis,quàm lex.ff.de furtis.l.verum,& de legi.l.non omnium. Ratio ergo vocis communis idem ius ſanciet,ſeu faciet.Item ſecūdum iſtos raro inuenitur, quod mulier non habeat, niſi dotes, cum ſemper ei præferatur maſculus, per l.iſtam.Vnde ad id,quod raro euenit non adaptatur, quod ponitur.ff.de vſucap.iuſto, de legi.nam ad ea,& hoc, ut ipſi dicunt uidetur probari per generalem conſuetudinem . Et hoc uerius eſt, & ſic hic uſus, & conſuetudo probatur,quia moribus ciuitatum,&c.ff. de ſuppel.lega.l.Labeo.Optima legum interpres eſt conſuetudo.ff.de legi.l.ſi de interpretatione. & l.minime. & patet.C.ſol.mat.l.dos a patre.in opinio.Martini, † quæ uſu præualet,ut dicitur ibi in glo. & de ve.iure enucl.l.1.§.ſed neque.

ADDITIO. *Adde c.cum dilectus. de conſuet.c.certificari. de ſepul. glo in verbo,ne ſi forte.in cap.ex parte.de celebratio.miſſa.glo.in ver.inſtantem.in cap.ab eo.de electio.lib.6.Cardina.Zabar.in cap.cum ſit.in 2.notab. de deci.*

† ADDITIO. *An conſuetudo approbans opin.Martini,debeat probari, vide Capic.deciſ.176.nu.18.cum ſeq.* De Bottis.

Oportet autem probari hoc , quia ei qui dicit incumbit probatio. ff.de probatio.l.ſecunda,Inſtitu.de lega.§.quod autem diximus. & ſi excipiendo hoc proponeret,idem eſſet,quia actor eſt in hoc.ff.de exceptio.l.prima. Dicere autem, quod ſic eſt uſitatum,ſic communiter homines utuntur,facti eſt,non iuris,& ideo oportet probari,expreſſe dicitur.C.quæ ſit longa cōſuet.l.prima.de ædifi.priua.l. an in totum. In facto enim non præſumimus. ff. ex quibus cauſis maiores, denique.de captiu.& poſtlimi.re.in bello.§.factæ. quæ iuris ſunt non probantur,nec ponuntur,cum certum ſit,quia ſcriptum eſt.ff.de iuris,& facti ignor.l.2.hoc non probato,primum uidetur uerius,quia ubi lex deficit,nec utiliter trahitur ad id. ff. ſoluto matrimonio.l.ſi uero.§. de uiro.Contra iuris rationem eſt,quòd maſculus præferatur. Accuſatur enim natura,tunc cum non omnes generauit maſculos, ut in l. maximum uitium . Et ſic non extendetur de patre ad matrem, nec producetur ad conſequentiam.ff.de legi.l.quod uero.quod lex omittit,omiſſum eſt ſicut in teſtatore.ff.de libe.& poſthum.l.commodiſſime,cuius diſpoſitio pro lege ſeruatur,in Auth. de nupt.§.diſponat. ſic uerbalia nomina.ff.de uerborum obligationib.quicquid. Lex ſuffragio uerborum promulgatur, ut patet in l.humanum. de legi.ff.eodem titu.l.de quibus,in fine.Niſi quando eſſet æquitas,tunc ſuppletur a lege.ff.de præſcrip.uer.l.quoties. & tunc ad ſimilia produceretur.ff.de legi.non poſſunt . At hic eſſet iniquitas,ut in l.quod uero. Exemplum eſt, quando eſt æquum, ut quando dicitur de monacho, ut non ſuccedat in feudo. Idem ſit in aliter debilitato. C.quæ ſit longa conſuet.l.1.ff.eo.l.de quibus.in glo.

ADDITIO. *Adde gl.in l.2.C.de leg.& Doc.in c.in præſentia,de prob.*

Feudum datur ad certum ſeruitium,in titulo de Capita. qui cur. vendidit. in fine, quod ſicut non poteſt fieri per monachum, ſic nec per alium debilitatum . At fœmina ſuccedit etiam iure illo in feudo , ſed non cum maſculo in feudo paterno , ſeruiet ergo in alio per maritum,uel per alium.C.de epiſcopis, & cleric.l.ad ſimilitudinem . & l.ſi quis cenſibus.¶ Sed quomodo probabitur hæc conſuetudo? Reſpondeo,ſicut not.in glo.Rubricæ,quæ ſit longa conſuetudo. ¶ Puta ſi iudicatum eſt ſemel eſſe conſuetum, ſeu conſuetudinem. ¶ Item ſi in decem annis bis fuerit iudicatum pro fratre contra ſororem. Item ſi triginta annis uſi ſunt , quòd frater præferatur in maternis ſorori, tanquam eorum conſuetudine, quia omne ius tollitur his, & acquiritur tanto tempore. C. de præſcriptio. uiginti annorum. l. ſicut. & l.omnes , & tantum facit triennale iure ciuili , quantum quadragenale iure canonico. extra de præſcriptio. ca. de quarta. ¶ Item multo magis ſi uſi ſunt a tempore , cuius non extat memoria. ff. de aqua quotidiana , & æſtiua. l. hoc iure.§. ductus. ¶ Item ſi conſtat, quod populus uoluit , quod hæc ſit conſuetudo , & dicitur tunc titulata , quia potius , ſicut lex municipalis ualebit , quàm ſicut conſuetudo.

Cōſuetu do. q̃ diu. ſo betur.

ſuetudo ff. de iuſtitia & iure omnes populi. ¶Primo modo dr̃ iudicata. Secundo duob. præſcripta conſuetudo. Tertio vetuſtas. ¶Et no. quod conſuetudo † debet eſſe in illa terra, vnde ſunt frater & ſoror, ſicut dicitur. C. quæ ſit longa conſuetu. l. 1. ibi. probatis his, quæ in oppido, &c. de ædili. pri. an in totū. Nam non ſufficit probare, quod in terris uicinis eſt conſuetudo hæc, quia cōſuetudo vnius non præiudicat alij, ſicut nec res inter alios acta uel iudicata. In eodem oppido, id eſt, intra fines oppidi habitantes ſunt, ſicut unum corpus, quia coercentur ab uno magiſtratu. ff. de verb. ſign. l. pupillus. §. territoriū. Et ſicut vnū ſunt, nō ſicut diuerſi. patet ex his, quæ dicuntur. ff. quod cuiuſq; vni. nomi. l. non ſicut. §. 1. & 2. & l. 1. Item quia vbi deficit lex, recurritur ad conſuetudinem illius loci. ff. commu. prædi. venditor. §. ſi conſtat.

Additio. *Adde Ang. in l. de quib. 1. col. ff. de legib. Et quid ſi lex, vel conſuetudo deſint? Dic quòd ſufficit allegare authoritatem maiorum, ſecundum Angel. in l. ſi idem. in 1. no. ff. de iuriſdict. omn. iudic.*

† Additio. *Nota hæc verba And. quia conſiruunt ad id, quod dicit Napoda. in conſuet. Neapol. quæ incipit, Pupillus, ſub tit. de reſtit. in integ. quòd vbi bona ſunt extra ciuitatem, tunc conſuetudo non habet locū in illis, adeo quod requiritur vt vterq; ſit Neapolitanus, vt hic.* De B.

Si verò non ſit ibi de illo caſu conſuetudo, recurritur ad ſimilem conſuetudinem. Si conſonum & ſimile deficit, non ad id, quod in vicinis locis ſeruatur recurritur, ſed ad id, quod vrbs Romana vtitur. ff. de legi. de quib. in princ. Seruamus ergo conſuetudinē illorū, inter quos etiā conuerſamur, & uiuimus. 12. q. 1. capi. illud & illa. Secus ſi probatur, quod hæc cōſuetudo ſit in una prouincia, vel regno, nam in qualibet parte & terra prouinciæ & regni illius ſeruabitur. In toto. n. pars ineſt. ff. de reg. iur. in toto. de exceptio. rei iudica. ſi quis cum totum. Seruetur quidem conſuetudo prouinciæ. ff. de teſtib. l. 4. in fine. Et magnum reputant prouinciales conſuetudinem inter ſe obtentam ſeruari, de officio proconſul. l. 3. & l. ſi in aliquem. Vnaquæque enim prouincia in ſuo ſenſu abundat. 86. diſtinctione, ieiunium, in fi. §. contra veritatem, & ca. diſtinc. cap. contra morem.

Additio. *Adde tex. in c. certificari. de ſepul. glo. in verbo, alij, in ca. Capellanus. de ferijs & glo. fin. in c. Catholica. 11. diſtin.*

Secundum ſententiam illorum, qui dicunt propter cōſuetudinem non debet ſuccedere etiam mater cum maſculo. Reſultat quæſtio, videlicet, Matre uiua, filia nupſit, & dotata eſt per fratrē, vel alium nō de bonis matris, deinde moritur mater, an habebit dotes de bonis matris, ſi non ſuccedat cum fratre maſculo? Videtur quod non, quia ſi mater viueret, non cogeretur dotare, niſi quando eſſet hæretica. C. de hæreti. cognouimus, quia non eſt officium maternum, ſed paternum dotare filiam, C. de dotis promiſſ. l. fin. Ergo ea mortua non tenebitur hæres ſuus filius. Idemq; frater. ff. de reg. iur. l. qui in ius. & l. nemo filius, & in l. in his. §. non. & l. aliud. in fi. & l. quod ipſis. ¶Item hic eſt gloſſella quædam, quæ dicit quod ſi pater, vel frater dat paragium, excluditur dotata etiam a materna ſucceſſione. Dicit etiam quod ſi pater dotaſſet filiam, & dediſſet minus, quàm tertiam, in qua uidetur conſiſtere paragium, ut infra dicetur, idem eſſet in hoc caſu, ſicut colligitur ex dicto Caroli in l. ſi pater. de ſucceſſio. & de eo quod pater filijs. l. 1. etiam colligi poteſt, & plenius dicetur infra. ¶Tertiam dico, ſcilicet, eius quod deberet habere, ſi non excluderetur per maſculū. Poſt mortem tamen patris ageret filia contra fratrem maſculum ad ſupplemē tum, ut in illis. ll. no. R. & dictum eſt ſupra. Multò plus ſi mater dotaſſet, & parum dediſſet propter nobilitatem, uel pulchritudinem forte, quia ſtrictius debentur bona matris filiæ, † quàm bona patris, vt ibidem notatum eſt per R. Eadem ratione ſi nil dediſſet pro dote, idem eſſet ut ſemper conſequantur portionem legitimam, tertiam ſcilicet & paragium, quod eſt loco legitimæ portionis de bonis eiuſdem, a cuius ſucceſſione petitur repelli, quia minus tribuit qui nil tribuit. ff. de reg. iu. minus. de trib. illud. Frater idemque filius tenetur ad paragium iſtud, non tanquam mere dotem, vt ſi non ſit matrimonium in ea non habeat, ut prædictum eſt, ſed tanquam portionem legitimam, quam ſine onere debet habere.

† Additio. *Legitima in bonis maternis, quando maritatur propter pulchritudinem, vide Bart. in l. 2. §. credatum ff. ſi cert. pet. & in tract. de priuileg. 330.* De Bottis.

¶Dotes dantur † etiam iam dotatę, d. l. ſi ita. in fi. de leg. 2. ¶Mater in uita uiua nō cogeretur ad hoc tanquam ad dotem, nec filius tanquā ad dotem, qui non debet eſſe deterioris conditionis, vt in reg. iur. iam dictis. Nec mater ad id tanquam ad portionem legitimam, quia præmature agitur de viuētis hæreditate. de vulgari & pupillari. l. 2. ¶Sed filius poſt mortem patris, aut matris hæreditate ut filiam ſororē ſuā excludat, tenetur dare paragium de illis bonis, ſicut portionem legitimam. Nam, vt prædictum eſt, quod vt repellatur dotata debet inſpici vtrum ſit dotata de bonis eius, de cuius hæreditate, & ſucceſſione agitur. Et in hæreditate matris portio filiæ ſtrictius debetur. Ex quo concluditur, quod gloſſella prędicta non eſt vera. & l. ſi pater. non dicit hoc, ad quod allegatur in illa glo.

† Additio. *No. ad quæ ex quo lex iſta dat hoc paragium, interpretatur, dummodo poſſit pari nubere, vt hic: & ſic quando erit tota portio, vt hic per And. vt quemadmodū ſi pater reliquiſſet minus legitima, & prohibuiſſet plus petere, quòd filia poterit agere ad ſupplementum, vt per Bald. in l. ſi quando. §. & generaliter, de inoff. teſta. ita et ſi legaſſet dotem. Secundum quam non potuiſſet pari nubere, & ita reperio conſuluiſſe Raph. Fulg. in conſi. 40. Dominicus. in 3. col. de quo per Albert. in 9. artic. in 2. q.* De Bottis.

¶Poſſet tamen ſaluari ut dicamus, quod frater poſt mortem matris dotauit ſororem & dedit paragium, ſupple, de bonis matris: tunc repellitur etiam a materna hæreditate, & ſucceſſione, ſecundū iſtos, qui dicunt per conſuetudinem generalem repelli ſororem a materna ſucceſſione. ¶Vel dic quod viua matre dederat paragium † de bonis matris, matre uolente, vel ratum habente, tunc ſecundum gloſſellam teneremus dictam opinionem, quod repellatur etiam a materna. ¶Secundum primam confert dotes, & ſuccederet: ſecus ſi tunc dotauit ſororem uiua matre, & dedit ſimpliciter tantum, quantum eſſet paragiū etiam de bonis matris: quia uidetur de ſuo dotare, ut dictū eſt: imò idem, ſi nomine matris dediſſet: nec probaretur, quod ratum habuiſſet: quia mater non cogitur ratum habere, ſicut in patre ſupra dictū eſt, cū non ſit maternum officium. Et tunc confirmatur illa datio de bonis maternis facta, quando non erat dominus hic frater, poſtquam eſt dominus & hæres matris. ff. de actio. empti. l. ſi quis alienam, de vſucap. cum vir. Niſi proteſtaretur frater, quod tāquam de bonis matris dotabat: tunc forte illa imputabit in paragio, arg. d. l. Neſennius.

> Qualiter filia excludatur a bonis maternis.

† Additio. *Ad materiam paragij, & quando dicatur congruadotes, & quod tempus inſpiciatur, vide latiſſime per Cottam in ver. dos conſtituta filia a patre, & Gramma. deciſ. 57. & 10. per totam, & Dec. conſi. 26. ubi loquitur in terminis, & intellectu huius conſtitutionis.*

No. etiam quod vbi mulier non poteſt nubere pari, tunc paragium extenditur vltra legitimam: ſecus ad portionem ſibi tangentem, ſi ſuccederet cum maſculo: an hoc habeat locum, ſi filia mortua eſſet antequam nuberet, an eius hæres ſuccedens in iſta portione poſſit petere paragium habita conſideratione, vt nupſiſſet pari, fuit deciſum quòd non, ſed tantum vſque ad legitimam in cauſa Hieronymi Funari cum Ferdinando Roberto, referente Magnif. V. I. D. Do. Ioanne Thoma Minadois die . . . 1547. patrocinante Magn. Io. Piſanello, magiſter actorum Io. Bernardinus Balſamus. De Bottis.

¶Et ſi verum eſt, quod hoc paragium conſiſtat infra tertiam eius partis, quam filia eſſet habitura, ſi non excluderetur, erit ſic æſtimatio fienda: Pater habens tres filios, & vnam filiam, viuens iure Longobar. & Romano, habens in feudum ſubſtantiam valentem quadringenta. Filia ſi concurreret cū fratribus ad ſucceſſionem haberet centum: lex hæc priuat eam ſucceſſione; habebit ergo tertiam illorum centum pro paragio: reliquas duas partes portionis ſuæ habebunt maſculi propter ſexus prærogatiuam: quia lex iſta ita vult: ſicut ſi pater priuaret eam, tantundem deberet habere. C. de inoffi. teſt. cum quæritur. & authentica, ibi poſita. Lex & teſtator æquiparantur, ut ſupra dictum eſt. ¶Quod autem dicitur in l. ſi pater. de ſucceſſio. in Longobar. hoc eſt, vt ſit contenta de eo, quod habuit in die uotorum. Suppletur ſi tantum non habuit, quo habuerit tertiam partem debitam. ¶Non obſtat quod filius maſculus ſuperſtes fuit patri, ut in principio. l. Reſpondit glo. R. quæ ſequitur in glo. Quod etiam contra fratrem uiuo eo, & fratris filios hoc paragium auocabit. Si verò viueret iure Francorum, † idem eſſet: quia ſoror habebit tertiam quartæ partis: & deinceps pro numero filiorum. Et licet alij fratres non ſuccedant, eorum portio accreſcet primogenito prærogatiua ſpeciali, in l. ſeq. vt de ſuc. quibus tenetur uitam & militiam præſtare: etiam ſi ad fortunæ melioris compendium aſpirent, ut in dicta conſtitutione, Co mitibus. Non poteſt ergo tunc conqueri filia, ſi tantum habeat, quantum ſi viueret iure Lōgobar. Nam excluſio eorum minorum fratrū, quæ eſt in fauorem maioris: non retorquebitur in læſionem eius. Abſurdum eſt, quod ſorori creſcat quod minori fratri lex aufert. Nō ergo de portione fratrum minorum excluſorum quicquam petet ſoror: quia & ipſa excluditur. ff. de leg. 2. cum pater. §. libertus. Sic etiam & priuatio facta in odium alicuius non trahitur ad fauorem alterius delinquentis. ff. de adul. l. 1. §. ſi publico. ibi, lenocinium igitur, &c. Et hoc eſt quod dicitur hic, pro modo facultatum, & numero filiorum, ut ff. de leg. 3. ſi filiæ. cum concordan.

† Additio. *No. quod ſoror habet paragium, quando viuitur iure Francorum, ex quo pondero, quia And. ſentit deciſionem quæſtionis quod ſi feudum eſt maternum, prout loquitur eo quia per conſtit. ſequentē, quando non ſupereſt maſculus, ſoror maior ſuccedit, quòd illa maior non tenetur ad aliud quam ad dandum paragium alteri ſorori. no. ibi, & licet alij fratres, &c. quia habes deciſionem quæſtionis, quod ſoror excluſa a ſucceſſione, licet non habeat partem, tamen computatur ad taxationem legitimæ.* De Bottis.

¶Quid ſi maiores domus ſoliti ſunt dare pro maritagio fœminarum centum, vel incertam quantitatem, an in tanto fiet deinceps? videtur quod ſtetur ſolito, argum. ff. de negotijs geſt. ſi negotia. de pigno. actione. l. vel vniuerſorum. de vſuris. qui ſemiſſes. in fi. Et conſuetudo patrisfamilias inſpicitur. ff. de teſtam. hæredes. §. ſed ſi nomina. in fi. de leg. 1. ſi ſeruus plurium. in fi. Verius eſt, ut dos data in alijs perſonis, non limitetur in alijs: ſed detur, ut dicit hæc conſtitutio, pro modo

modo facultatum, & numero liberorum. Forte ſi maiores non habuerunt tot filios vel redditus, non valeret tantum: quia creſcunt & decreſcunt valores, ſicut eſt ſterilitas & fertilitas: & ſicut eſt quis diligens, & negligens. C. de allu. & palu. & de omni agro deſerto. l. fin. lib. 11. Hæreditas augmentum ſuſcipit & deminutionem. ff. de pet. hær. l. item ueniunt § item non ſolum. Et quia in ſe ipſo, alias, in re ipſa quilibet deminutionem & incrementum patitur ff. de iudici. proponebatur. in fi. Et Iob, Nunquam in eodem ſtatu permanet de conſecr. diſtin. 5. cap. ne tales. Et in bonis etiam ſubito quis labitur facul taub. ff. de adminiſt. tuto. l. etiam. & de mag. conuen. l. 1. §. ſi magiſtratus. de adminiſt. rerum ad ciuitat. pertinen. l. 1. §. ſi eo tempore. Item creſcit: quia augmentum patrimonij multis caſibus quæritur. C. arbit. tute. ſi defunctus, & ex libertate fortunæ. C. de bonis quæ lib. l. cũ oportet. in principio. Plus enim quod dederſit maiores, vel minus nõ conſiderato numero filiorum, & modo facultatum, fuit propter ſtultitiam ſoluentis, vel recipientis: arg. ff. ad leg. Falc. l. 3. in princ. Nos dicimus in dando paragio non attendi quantitatem valoris portionis tertiæ, vel etiam dimidiæ: ſed illam quantitatem, pro qua poſſit pari nubere. Nam ſi pater maxime nobilis habens filium, & filiam habeat centum in ſubſtantia: mortuo eo, filia ſi haberet tertiam portionis ſuæ, quæ eſt vncia 16. & taren. 20. quomodo poſſet æque nobili pro ſexdecim vncijs dotis nubere? Vnde ſi inhoneſte & indigno, ſcilicet, & inæquali nuberet, non eſſet ſatisfactum illi conſtitutioni, quæ vult maritari pari ſeu ad paragium: & hoc patet expreſſum. ff. de condit. & demonſt. cum ita an ſi & l. ſeq. attenditur ergo modus facultatum, numerus filiorum, & dignitas, ac conditio parilitatis in viro & vxore. & hoc indicat hoc verbum, paragij: † ſic. ff. de leg. 3. ſi filiæ. de iure dot. l. quæro. & l. cum poſt. § gener. Item in aliquibus prouincijs dantur maiores dotes: ſicut in Apulia, & totum attenditur, quia in aliquibus prouincijs plus crimina puniuntur. ff. de pœn. aut facta. l. euentus, de extraord. crim. l. ſæcularij. §. ſunt quædam. Vnde ſi inueniret ſibi parem propter pulchritudinem, vel propter valorem, & ſtrenuitatem fratris pro modica quantitate: tunc ſeruamus dictum Caroli, vt non fraudetur legitima ſua. ¶ Idem ſi fuiſſet iam dotata, & maritata per alium, vt ſupradictum eſt. Si autem non poteſt nubere pari, niſi pro tanta quantitate, quanta eſt tota ſua portio, ſi ſuccederet, totam dicimus dari ratione prædicta: quia pari debet nubere. Vltra verò ſuam portionem quantum. ſ. eſt, ſi ſuccederet pro medietate, vel tertia, conſiderato numero filiorum, non dabit frater, etiam ſi pari dignitatis non poſſet nubere: tunc enim inueniretur impar ſubſtantia: quia hæc tria, vt dicit litera, debent concurrere. Cum enim hæc conſtitutio facta ſit in fauorem ſexus maſculini, ſ. quòd præferatur, non debet retorqueri in eius læſionem, ut det plus quàm haberet, ſi ſuccederet fœmina. C. de legi. quod fauore. Secus in uita & militia, quã dat maior frater minori: cùm viuitur iure Francorum, tunc contentus eſſe debet de tertia parte, quam eſſet habiturus, de qua diximus infrà in conſtitutione, Comitibus.

† Additio. *Dicit Luc. in l. iubemus, colum. fi. C. de præpoſ. ſacr. cubic. lib. 12. quod paragiũ non excedit debitũ bonorum ſubſidiũ.* De B.

¶ Circa materiam iſtius cõſtitutionis nota quod præſides poſſunt cogere partes, vt debeant filias ſuas maritare & poteſt hoc iudicis officio explicari, vt in Longobar. de ſucceſ. l. recolimus, & dabitur dos ſecundum dignitatem, & facultatem matrimonij, & numerum filiorum, ut in l. qui liberis. de ritu nup. & de iure dot. l. quæro. cũ concor. ſuis. Idem dicitur in matre hæretica, ut in corpore, de reſti. & ea quæ parit. §. quamobrem. colla. 4. Sed uidetur, quòd debeat filia expectare vſque ad vigeſimumquintum annum, vt C. de inoffi. teſt. l. filias, & in Auth. ibi poſita: quod non eſt uerum, quia fragilitatibus mulierũ eſt ſuccurrendum. Non obſtat auth. præallegata, quæ aliter intelligitur: facit ad hoc ff. de lib. agnoſ. l. vetare. & C. de dotis promiſ. l. ſi pater. §. vtraque, & de iure dotium. l. ſi mater. facit etiam præallegata l. qui liberos. ff. de ritu nup. quòd pater cogitur recipere dotem promiſſam filio: ſi aliter pater puellæ noluerit dare dotem filio: quia cùm ipſe pater teneatur ad maius, ſcilicet, ad dotandum filiam, & ad donationem propter nuptias conſtituendam filio. C. de dot. promiſ. l. fi. ergo multo fortius cogitur ad recipiendum dotem pro filio, ut notatur plenius per Dinum in l. ſpadonem ff. de excuſa. tuto. & in l. ſi quis inter tres. §. fi. eo. tit.

IN *aliquibus*. In princ. Vidi dubitare, quid de filia Regis remanente cum fratribus, an excludatur per fratres a ſucceſſione bonorum mobilium, vel burgenſaticorum, ſi Rex, idemque pater deceſſit inteſtatus? Et uidetur quod ſic: quia ambo, tam maſculi, quàm fœminæ nati ſunt in Regno, & ſic debent viuere legibus Regni. ¶ In contrarium, quia conſtitutio edita a Rege, non ligat ipſum. l. digna uox. cũ ſimilib. de legib. & in hanc partem inclinabam. ¶ Ponderanda. n. ſunt verba huius conſtitutionis: quia non dicunt quod filia dotata non ſuccedit; ſed tantum quod filia ſtantibus maſculis non ſuccedat, ſed dotari debeat. Inter quæ eſt magna differentia, ut etiam exclamat Pau. de Caſt. in l. Titio. §. Titio genero. ff. de condit. & demonſt. & ibi Imo. & idem Paulus in duob. conſi. relatis per Alex. [illegible] Et ideo in caſu huius conſuetudinis in ciuitate Neap. ſi pater in [illegible] filiæ in capillo, non diceretur dotata, nec poſſet etiam ſtatim petere ſupplementum legitimæ: etiam ſi ſtatutum diceret eam contentam dote. Scias quod quando mulier excluditur ratione ſtatuti a ſucceſſione, dos non debet eſſe minus legitima: unde Iaſo. in auth. res quæ. C. commu. de leg. in 7. no. in caſu ſimilis ſtatuti excludentis filiam extante filia, dos non debet eſſe minus legitima. ita Bal. & Salycet. in d. auth. res quæ, & tenet Alex. in conſi. [illegible] allegans Bald. & Ang. ita conſuluiſſe, & idem ſentit hic Andr. quod poſſit dos excedere legitimam, ſed non poteſt eſſe minus legitima. Idem Alex. in conſi. [illegible] volum. tenet quod ſi opus eſt, & alias filia non reperiret uirum condignum, dos eius poſſet excedere [illegible] quantitatem hæreditatis, quæ ſibi deberetur, ſi ſuccederet, allegat Bal. in d. auth. res quæ. in princ. & Iacob. de Belui. in Auth. de reſtitutio. & ea quæ par. & allegat Saly. ultra præfatos Doctores, qui dicit ita fuiſſe Bononiæ deciſum per Cardinalem Albinenſem fratrem Vrbani. Item in d. conſi. 7. determinat Alex. quod etiam filia, quæ reperitur nupta, poſſit petere hanc dotem, maxime per notata per Gul. in l. his. §. mulier ff. de cond. indeb. de quibus ibi. Adde quod dicit Iaſ. in d. auth. res quæ. 5. col. circa medium, in quadam glo. incip. maritare, & no. &c. An autẽ excludatur a ſucceſſione matris, vide Andr. de Iſer. ſuper hac conſtit. ¶ Sed an dotata de bonis patris fratri ſuccedat in feudo, diſputat Lucas de Penna, in l. fi. quando & quibus quarta pars deb. vide Alex. in conſi. 29. ad intellectum huius conſtitutionis, qui dicit quod dotata a patre excluditur a ſucceſſione fratris: & ita diſputando refert & tenet: & reſpondet ad dictum Bal. in l. 1. C. de legiti. hæred. & ad hoc allegat conſilium Pau. de Caſt. ſecundum ordinem meum 34 & uide conſi. Franc. de Cap. & d. conſi. Alex. 29. vbi multa dicit ad intellectum huius conſtitutionis. Dionyſ. Mariconda.

In glo. 1. ſed quid ſi fratres maſculi nolunt maritare. Licet hæc conſtitutio loquatur in burgenſaticis & feudalibus: hæc tamen glo. tantum in bonis burgenſaticis eſt intelligenda. ¶ In feudalibus n. cũ fœmina de iure communi feudorum non ſuccedat, ut tit. qui feu. da. poſ. c. hoc. de grad. ſucceſ. in feu. §. ad filias. nec iſta conſtit. eas admittat, niſi non exiſtentibus liberis maſculis, non poterit ſoror ſuccedere, etiam ſi frater nolit eam dotare, niſi in hoc conſentiat dominus: quia ſicut non poſſet feudum in eam alienare, vel ſibi in dotem dare: ita non poterit eam ad ſucceſſionem admittere unà ſecũ, ad hoc 10. colla. de alien. feu. pat. §. nec in filium, & per hoc & multa quæ in ſequentibus dicuntur, non uidetur locum habere, & maxime in burgenſaticis, hæc glo. recipit magnam dubitationem. ¶ Ibi, ſub modo maritandi. Hoc non eſt verum, nõ dicit, dummodo maritetur, ex quo ſunt hæredes. ¶ Ibi, ſed ſatis uidetur continere. Et pro hoc facit ſatis expreſſe. ff. de collat. bonor. l. prætor. in princ. ¶ Ibi, quod præfertur ei maſculus. Sed certe non poteſt dici quod per hanc conſtitutionẽ fœminę grauentur, imò in earum fauorem, & releuamen fuit inducta hæc conſtitutio: cum ante hanc conſtitutionem per obſeruatam conſuetudinem non ſuccederent, ſed præferebantur eis alij conſanguinei, non tantùm fratres, & maxime in feudis, talis conſuetudo concordabat cum communi iure feudorum, ſecundum quod filiæ & aliæ fœminæ in feudum non ſuccedunt, etiam non exiſtentibus maſculis. ¶ Ibi, hæc quæſtio non procederet ſecundum illam glo. Sed illa glo. loquitur in burgenſaticis, non in feudalibus ¶ Ibi, hæc quæſtio etiam non procedit ſecundum prædictam glo. Sed certe, vt ſuprà dixi, dicta gloſſa loquitur in burgenſaticis, non in feudalibus. ¶ Ibi, uellet dare ſorori. Hoc poſſet, ſed cum conſenſu domini ut ſequitur. ¶ Ibi §. ſed & ſi libertus. Sed ibi non prohibetur ſimpliciter alienare, ſed in fraudem alienare: nam fraudem excludit paterna pietas, & officium, debitumque dotandi. ¶ Ibi, de conditio. & demonſtra. l. in teſt. erat relictum ſub conditione, ſi in matrimonio, &c. Et ideo debet ibi expectari conditionis euentus, ut eo. tit. l. hæc conditio & l. cui fuerit, ff. quã do dies legati ced. l. quod pupillæ. Item in l. Titio. legatum erat relictum uiro non puellæ, vt ibi dicitur: & tamen ante nuptias peti poteſt, quia certum purum legatum eſt, vt ibi dicitur in uerbo, ſed eſt ante nuptias. Hęc autem conſtitutio ſtatuit dari paragium loco legitimæ portionis filiæ debitæ. ¶ Ibi, unde relinquitur ueteri iuri. Sed certè hęc conſtitutio facta fuit non in odium, ſed in fauorem filiarum: cum alias ante hanc conſtit. excluderentur etiam ab alijs conſanguineis, non ſolum a fratribus: & talis conſuetudo in feudis concordabat cum iure communi feudorum, ut 10. coll. qui feu. da. poſ. Hoc autem notandum, & de ſuc. feu § filia uero. Petr. de Monteſ.

Tu tamen ultra prædicta adde Do. Alex. in l. uenia. 4. col. C. de in ius uoc. ubi dicit, quod hæc conſtitutio ex parte fœminarũ eſt odioſa, ex parte uero filiorum fauorabilis: ex quo ibi decidit pulchras quæſtiones. Et pro declaratione huius conſtit. uide Bart. in l. liberorum. ff. de verb. ſign. & eund. in l. hęredes. §. cum ita. ff. ad Treb. tamen eſt aduertendum, quia hic d. Petrus uidetur dicere, quod reſpectu feudalium ſit fauorabilis ex parte filiarum: cogita. Diomed. Maric.

In glo. nepotes. Attende irrationabilem conclu. quæ dicit paragium eſſe æquale, ut tantum habeat filia, quantum filius, ſed falſum eſt, ut tex. hic aperte indicat. & eſſet alia ratio potior, quod eſt legem imponere uerbis & non rebus, ut C. com. de leg. l. omne uerbum.

Præterea

De ſucceſſione nobilium in feudis. *Rubrica.*

a VT *de ſucceſſionibus*. Ex generali præfatione huius conſtitutionis probatur, quod hęc conſtitutio loquatur de quolibet feudo tam quaternato, quàm non, ſicut & aliàs præfatio, & elogium teſtatoris probat mẽtem, vt ff. de hær. inſt. l. fin. & de Carbonia. edicto. l. 1. §. idem ait, & ff. de lega. 3. ſi quis. Et quia initiũ conſtitutionis eſt generale: vnde continuatio generaliter eſt accipienda, ut ff. de iuris & facti ignorantia. l. regula. ad fi. & iam quidẽ de feudo quaternato planum eſt: ſed de feudo nõ quaternato, eſt ſanè intelligẽdum, an ſit feudũ nobile, ſicut eſt feudum militare. De quo, videlicet debetur militare ſeruitium, ſ. equorum, vel armorũ, ut ſupra de offi. cur. ſi quis. Et patet etiam ex ipſa rubrica, de ſucceſ. nobil. &c. cuius ſignificatio eſt inſpicienda, & ſeruanda, ut ff. de rebus credi. l. 1. Cæterum ſi feudum ſit ruſticanum: † vtpote, ex quo debetur redditus panis, carnium, pecuniæ, vel auenæ, ſiue præſtatio operarũ, & huiuſmodi ſordida ſeruitia villanorum, cuiuſmodi in aliquib. locis vocantur Tenaſia, vel Tenimentum: puto iſtam conſtitutionem ceſſare: & ius cõe locum habere, ſ. vt deſcendentes, & aſcendentes, & collaterales ſuccedant: qui aliàs de iure cõi ſuccedere poſſent ab inteſtato, & in eorũ defectu ſuccedit dñs feudi, ut s. de hominib. ba. non te. rõne terrę vel feudi. l. ſi aliqn contigerit. & concord. in Longobarda, de vſu feud. c. vlt. Et hoc paruum feudum non cenſetur iure feudi, vt in vſib. Feudorum, de his qui feudum dare poſſunt. §. notandum. nec habent cõſuetudinem feudi, vt in eadẽ collatio. quis dicatur Dux, Marc. Comes, vel Capitan. &c. Vel dic hanc conſtitutionem loqui in feudis quaternatis, ſicut infra in fine notat Marinus.

De ſucceſſione nobiliũ in feudis.

TITVLVS XXVII.

Cùm dominus feudi decedit, ſiue habeat feudum a curia, ſiue alio barone, ſi relinquat deſcendentes, ipſi vſq; ad infinitũ ſuccedunt ſeruata ſexus prærogatiua, vt maſculus præferatur fœminæ, & maioris ætatis in his, qui viuunt iure Francorum ex collaterali linea venientes, vt fratres, ſiue ex vtroq; parente, ſiue ex altero tantùm, & ſorores in capillo, expulſo communi patre omnino ſuccedunt, coniugatæ, & dotatæ a fratrum ſucceſſionibus repelluntur. filij fratru præmortuis ſuccedunt vnà cum fratre defuncti in bonis, quæ fuerunt aui communis, in alijs quę aliunde acquiſiuit patruus prædictus, nepos cum fratre defuncti non ſuccedat, nec etiam ipſi fratri, vt in glo. in vlteriori gradu poſitis, ſcilicet filijs nepotum ex fratribus. & ſequentibus ſucceſſionem deſert, ſed perueniunt ad fiſcũ, ſi paratus eſt dare tantum fiſco, quantũ quilibet alius extraneus, ipſe præfertur extraneo: ſed ſi fiſcus velit alij donare, vel pro ſe retinere, nemini facit iniuriam, dum vtitur iure ſuo: ſed ſi reliquerit filias in capillo, excludit dictas ſorores coniugatas, ſi viuant iure Francorum: ſi autem iure Longobardo, collatis dotibus in viriles partes ſuccedant: cæterum ſi de bonis paternis dotatæ nõ ſunt, maiores minoribus præferuntur, ſi dicto iure Frãcorum viuant: ſi verò iure Longobardo, æqualiter ſuccedunt, non attento q̃ maioris vel minoris ætatis ſint. h. d. Lall. de Thuſ.

† IMPER. FREDER.

VT a * de ſucceſſionibus Comitum, & Baronum & eorum.

† Additio. *Vide de feudo ruſticano Paridem in c. 3. incip. veniamus, & in c. 8. nu. 25. & c. 18. de reintegr. feud.* De Bottis.

Vt de ſucceſſionibus. Hæc conſtitutio tractat de ſucceſſione feudorum. Circa quod dic, q̃ cũ dominus feudi decedit, ſiue habeat feudũ a Curia, ſiue ab alio barone: ſi relinquat deſcendentes vſq; ad infinitum, ſuccedunt ſibi: ita q̃ ſi mixti ſunt maſculi, & fœminę: ſoli maſculi ſuccedunt, vt hic, & s. l. proxima. Sed ſi non habet deſcendentes, ſuccedunt fratres & ſorores: & ſemper intelligas maſculum excludere fœminam: ſi mixti ſunt, & maioris ętatis præferri, ſi iure Francorũ viuũt, & pře defuncti excluſo. De iure cõi ſecus, ut in auth. defuncto. C. de legit. hęre. Itẽ filius fratris † p̃mortui ſuccedit una cũ fratre defuncti patruo ſuo in bonis, quæ fuerunt aui cõis, ſ. patris defuncti.

† Additio. *No. quod filius fratris ſuccedit vna cum patruo, & videtur ſentire, niſi viuatur iure Francorum: nam vt eſt ext. vt ſuadetur, quia recipit intellectum a princ. in quo fit iſta diſtinctio, & quia inter fratres eodem gradu tex. facit iſtam diſtinctionem.*

In alijs autem, quæ aliunde acquiſiuit defunctus fratris præmortui, filius una cum patruo non ſuccedit, ſed ſolus patruus: ſed de iure cõi contra, † C. de legit. hære. auth. ceſſante. Sed põt intelligi in feudalib. ar. ſumpto a contrario ſenſu. Sed litera etiã de non feudalibus uidetur dicere, & ideo nota quod multi non perpendunt.

† Additio. *No. quod frater ſuccedit fratri in feudo nouo. vide Loffred. in conſi. 38. col. 2.* De Bottis.

Credo

Credo tamen q̃ de feudalibus loquatur, quæ potuit aliſide acquirere, nam in dubio debemus uerbis edicti deſeruire, arg. ff. de exer. l. 1. §. inſtitutorum. Primum dictum obtinet indubitanter de iure Longobardo Sorores coniugatæ in feudo fratribus non ſuccedunt, ſed in alijs reb. ſecus, ut C. de legit. hære. l. lege. Si uerò mortuo fratre, de cuius hęreditate agitũ, ſuperſit filius nepotis ex fratre primo: filius nepotis in illis bonis ſuccedit patruo ſuo magno, quod intelligo in feudalibus primi, id eſt, nec in illis, quos habuit patruus magnus ex ſucceſſione ſui pr̃is proaui ipſius ſuccedere volentis, nec aliunde quęſitis, ſed perueniunt ad fiſcum. Et ſi paratus ſit tm̃ dare fiſco, quantum quilibet extraneus, ipſe præfertur extraneo ar. ff. de iti. actuq; priua. l. 3. §. pen. ſed & ſi fiſcus uelit alicui, cuicunq; ex ſua liberalitate concedere, nemini faciet iniuriam, dum utitur iure ſuo. † *Aliàs, Idem.* Vltimo nota, quod ſi dominus feudi relinquat filias in capillo, & filias coniugatas, aut cõiugatæ fuerint dotatæ de bonis paternis, aut de maternis, & excluduntur: aut non erant dotatæ de bonis paternis, aut maternis, & tũc aut viuebant iure Francorum, & maior ſuccedit in feudum, ſit coniugatã, vel non: aut iure Longobardorum, & ſuccedunt æqualiter facta collatione dotis, ut eſt dictum de iure communi. C. de colla. l. dotis. & ff. de coll. do. l. 2. per totum. ¶ Vt de ſucceſſionibus. nemini mirum uideatur quod cõſtitutio, vt de ſucceſſionibus, &c. multũ coartauerat ſucceſſionem in feudo, cum feudum omne fuerit de publico, & nullũ quæſtum omnino aliunde habuit, quàm ex Imperiali munificentia, vt arg. in Auth. de exhibend. & intro. reis. §. optimum quoq; eſt, adeò quod in princ. videlicet ab antiquo nulla fuit ſucceſſio in feudo. Sed erat in domini poteſtate, vt quando vellet reuocare, & auferre poſſet feudum, deinde deuentum fuit, vt vſque ad uitam fidelis, id eſt, feudũ recipientis produceretur, poſtmodũ progreſſum fuit ut ad filios tantũ deueniret, demum obtinuit per legem Corradi, idem in nepotibus, & fratribus ſimiliter ſuper feudo, quod fuit communis patris, & ita paulatim fuit feudorum ſucceſſio prorogata etiam in omnibus deſcẽdentibus, vt in conſuet. feudo. qui feuda poſ. l. 1. & §. cum verò. & §. hoc quoque ſciendum. vbi plene de hoc in Lombard. de beneficijs. c. vlt. Simile eſt quod priuilegium militum paulatim incępit, ut ff. de teſta. mili. l. 1. Vnde hæc conſtitutio eſt plus gratioſa, quod prorogat in collaterali linea: cum enim feudum proceſſerit ex Imperiali largitate, ut dictum eſt, bene potuit rebus ſuis legem imponere, iuxta velle, vt ff. de pact. do. l. ob res quoque §. 1. Nam modum & finem in feudo imponere eius eſt, qui beneficium tribuit, ut ff. commod. l. in commodato. §. ſicut videlicet feudum, quod eſt beneficium diffinitum, ut incontuetudi. ſeud. in quib. cau. l. ereſc. mittra. l. 1.

● Additiones. *Pro intellectu huius conſtit. vide latiſſimè per Andr. de Iſer. in c. ſi quis milit. 2. col. in fi. cum ſeq. in tit. conſtitut. feud. Domini Loth. Imp. quas ante, aute tam bea Pet. & uide Alex. conſi. 29. 2. col. 1. vol. In feudo nouo non ſuccedit frater: ſecus in antiquo, & quid ſit antiquum: & quid ſi fuerit facta renouatio, an dicatur antiquum, vel nouum. vide Alex. in conſi. 30. 2. col. in fi. 1. vol. & ibi etiam 3. col. verſ. ſecundo dato. vbi in feudo nouo habet locum ius accreſcendi, quando fuit ab Imperatore conceſſum, ex quo poſſet inferri idem ſi eſſet conceſſum.*

ANDRÆAS DE ISERNIA.

Præterea & contradiceret proximæ gloſſæ, quæ aperte dicit repellẽdam filiam a ſucceſſione, ſi habeat paragium. Barthol. de Capua.

Sed vide hic Andræam, qui ſaluat gloſſam, ut ibi per eum. Petrus Piccolus de Monteforte.

Sed an frater teneatur dare ſorori alimenta donec nubat? Dic q̃ ſic, ut in l. qui filium. ff. ubi pup. educ. deb. Ioan. Grillus.

Item quia frater tenetur ex præcepto legis dare paragium, ut hic, non poterat dotem ſtipulari, nec conditionem aliquam apponere ſorore inuita, vt C. de opc. lib. l. 2. & l. quoniam in prioribus. C. de inof. teſtam. & uidetur caſus in l. cum pater. §. pater. ff. de leg. 2. Iudex Blaſius de Morcono.

In tex. in ver. paragio. in eadem glo. Sed pone, quod filia fuit maritata ſecundum paragium, non tamen habuit dotem ſecundum paragium, nunquid aget ad ſupplementum? dic quod ſic, ut no. infra de ſucceſ. nobil. in glo. quæ incipit, iſtud uerbum. pro quo facit l. omni modo. C. de inofficio. teſtamen. Bartholomæus de Capua.

In gl. in ver. maritare. ibi, non aperit de materna. Iſtud dictum non procedit, ſi bene aduertatur per l. quoniam nouella. C. de inoffi. teſt. dic ut ibi extraordinariè no. contra etiam no. in conſti. ut de ſucceſſionib. in uerbo, filiæ autem in capillo. in glo. quæ incipit, excludunt. ubi no. quæ loquitur in feudo. Barthol. de Capua.

Et iſta gl. reprobatur etiam per And. hic. Petr. de Monteforte.

In ver. deceſſit. Scias tamen quod feudatarius lucratur fructus, ſi pręmoriatur ſine liberis. Et poſt Calendas Martij, vſque ad menſem Auguſti de eis poteſt teſtari: aliàs cedunt domino feudi, ut in conſuetud. feu. quæ incipit, conſuetudines feu. c. 1. §. his conſequenter. aliàs, hic fi. lex Cor. & no. ff. de vſufr. l. defuncta. Barth. de Capua.

De ſucceſſione nobilium in feudis. *Rubrica.*

VT *de ſucceſſionibus*. Multa ponuntur hic in gl. Et primo attendendum eſt, quod hæc tota conſtitutio loquatur in feudis quaternatis,

ceſſum a Rege, qui eſſet monarcha in regno, ſuo vide omnino Alex. in conſi. 2. lib. 5. M. Antonius Pulucrinus.

¶ De quo latè p Affl. in dec. 293. An monacha ſuccedat in feudo. vide eundē dec. 320. nu. 11. & an hac cōſtit. habeat locū in feudis planis, & de tabula. vide Luc. de Pen. in l. 1. col. 8. C. de impon. luc. deſcrip. lib. 10. & moder. in c. regni, conſiderātes. nu. 14 fol. 161. No. quòd hac conſtitu. habet locū in omni feudo, quod tenetur a Rege, ſiue ſit quaternatum, ſiue non. ita Camer. in l. imperialem. fol. 69. col. 3. litera o. Feudum planum, & de tabula. quod ſit, vide Frecc. fol. 238. nu. 2. & ſequitur ibid. quid in feudo quaternato, quod tenetur a Barone, & de veritate eius quod dicit hac glo. vide eundem Frecc. fol. 242. nu. 30. an fœminæ ſuccedant.

Iſta conſtitutio admittit filios in defectum maſculorum, quod non erat de iure feudorum, qualiter intelligatur, vide Ant. de Alex. conſ. 52. inter conſ. Loffredi, contra quem tenet ipſe Loffredus in conſi. 1. num. 7. cum ſeq. vide Parid. de Puteo c. 37. nu. 8. vide ad intellectum huius conſtit. Luc. in l. vnica, col. 11. C. de imponen. lucra deſcrip. lib. 10. vbi diſcutit, an habeat locum in feudis planis, & de tabula, & format plures quæſtiones. An autem id, quod habet primogenitus, habeat iure hæreditario, ita quòd pro ea parte, pro qua conſequitur ex hæreditate computatis etiam feudis, teneatur contribuere oneribus hæreditarijs, & quid ſi onera ſunt impoſita tantum feudo, & multa ſimilia vide latè per glo. in conſuet. Pariſien. §. 11. in glo. vnica, per totam. Adde & declara hanc conſtit. procedere in feudis prouenientibus ex latere, vnde maſculus eſt coniunctus, ſecus ſi ex latere, vnde eſt coniuncta fœmina. gloſ. vbi ſupra. §. 16. in glo. 1. nu. 13. allegat duo conſ. Pauli. Quid ſi res feudalis vendita eſt cum pacto de retrouendendo, an in hac poteſtate redimendi ſuccedat primogenitus tantum, & quid econtra ſi empta eſt res feudalis cum dicto pacto, cuius vigore reuendita eſt: an primogenitus ſuccumbat in hoc pretio. vide Tiraq. de retra. l. conuent. in §. nu. 172. ad 175. & gloſ. Pariſ. in d. §. 11. glo. 1. nu. 28. cum ſeq. An primogenitus, ad quem iure primogenituræ feudum ſpectat, ſi eſt hæres cum ſecundogenito, & bona burgenſatica non ſufficiunt, teneatur releuare indemnem ſecundogenitum, ſi non confecit inuentarium. vide glo. in d. §. 16. glo. 1. nu. 14. & in §. 8. glo. 4. quæſt. 3. De Bottis.

omnium, qui feuda a nobis in capite tenent: vel ab alijs etiam nulla omnino in poſterū [a] dubietas poſſit oriri, dilucida conſtitutione ſancimus. Feuda tenenti filios, & nepotes, & ex eis pronepotes, trinepotes, & vſque ad [b] infinitum [c] ex deſcendenti linea deſcēdentes, cuiuſ-

a *Dubietas*. Sed nunquid ſi turbato ordine mortalitatis decedat forte filius feudatarius, ſuperſtitibus parentibus, ſuccedunt ei prædicti parentes, excluſo fiſco? poteſt dici quod ſic, vt ff. vnde li. l. ſcripto in fine, ſicut dicitur de patre liberti, qui excludit a ſucceſſione ipſius liberti patronum eius, & no. Azo. in ſum. de bo. li. in fi. in libello Roff. in rub. de bon. poſſ. contra tab. quę datur patri non præterito §. quid dices. & licet non exprimatur in hac conſtitutione, dic ideo quia non videbatur dubitatio.

b *Infinitum*. No. quod admittitur infinitas, licet regulariter reprobetur, & concor. in vſi. feu. l. 1. § hoc quoque.

c *Ex deſcendenti*. Item nec diſtinguitur de ſexu. & facit ad vtrunque, ut ff. de leg. præ. contra ta. bono. poſſeſ. l. 1. §. generaliter.

a Abſolutè.

ANDRÆAS DE ISERNIA.

ternatis, quæ tenentur in capite a Regia Curia, vt & plures gl. dicit. In alijs feudis de tabula, ſeu planis, quæ tenentur ab alijs ſuccedunt conſanguinei quantuncunque remoti, ut dicit glo. infra, in §. in omnibus. Sed & poſſunt eſſe feuda quaternata, vt Caſtra tenta ab alijs, hæc nihilominus dicentur teneri a Rege inquantum Rex concedit, eo mortuo tenente ſine liberis, ut ſupra tit. 1. poſt mortem, in illis ergo etiam habebit locum: hæc ſimpliciter non poteſt dici teneri ab alio, & teneri in capite, quia eſſet contradictio, ſed quo ad quid ſic, & hoc ſi referatur tota conſtitutio ad illos, nam ſi tantum ad vnum principium referatur, ſcilicet, vt in eis ſuccedant, vſque ad infinitum poteſt & valet. ¶ Quod ergo dicit, vel ab alijs quantum ad id, quod principium ſimpliciter dicit, ſimpliciter intelligendum erit, ſed quantum ad dictum totius conſtitu. uel ab alijs ſcilicet in capite, quo ad quid ut quaternatum ab alio tantum, ut in l. poſt mortem. Succedere mortentis, ſcilicet, quia præmature tractaretur de inuentis hæreditate. ff. de vulg. & pup. l. 2. §. 1 quandocunque moriatur naturaliter, uel ex pœna propter ſupplicium, bonis publicatis, quia tunc priuantur delinquentes & deſcendentes ab eo. Sed agnati non ſecundum æquiorem ſententiam, cum qua concor. Hoſtien. ut plene dixi in tit. ſi vaſal. feu. priue c. 1. rationem poſuimus plene in tit. quæ ſit prima cauſa. §. 1. Imo & ſi primogenitus viuo patre damnaretur crimine, ubi bona publicantur poſt mortem patris, feudum, non ad fiſcum, ſed ad ſecundo genitum patris proueniet, & ibi plene dictum eſt.

Feudū ſi per delictum perditur, no præiudicat agnatis.

Speciali iure Francorum. Ius commune eſt vt feuda diuidantur, niſi ſit Marchionatus, Ducatus, & Comitatus, ut in l. Imperialem, §. præterea. qui ergo dicit ſe eſſe Francum, & non diuidere cum fratribus, allegat ius ſpeciale, & ſic ſibi probatio incumbit. ¶ Qualiter autem, & quomodo probetur, & an ſufficit probare, quod maiorum caſtrorum, & feudorum domini viuunt iure Francorum, plene diximus in l. Imperialem. §. præterea ducatus.

Ex collaterali. Dicit glo. nullus miretur ſi Imperator arctauerit ſucceſſionem in feudis, maxime quantum ad collaterales, quia fecit in re ſua, cum feuda ſint de publico. Certe quantum ad infeudationes † factas poſt illam conſti. non uidetur dubium, quia priuilegium dicit, & formam conceſſionum ſecundum vim Regni imputet ſibi, qui ſic recepit feudum. ¶ Sed quantum ad præcedentes non uidetur bona ratio, quia erat conſuetudo non illa, quam ponit glo. de prima rub. libri feudorum, ſed per quam ante iſtam conſanguinei quantuncunque remoti excludebant filias, ſupra l. proxi. quæ iuſte correxit in filia talem conſuetudinem, ſed remanſit in alijs, qui hic arctantur, quia ſicut poteſt dici poni legem in re iam quæſita, eſſet error illorum, qui dixerunt potuiſſe fieri Curiam Capuanam, eo quòd Princeps poſtquam donauit adiecit conditionem rei donatæ, quod ſimpliciter verum non eſt, vt diximus plene in tit. pe. cap. qui cur. ven. §. ſimiliter. & tactum eſt ſupra, tit. 2. l. honorem.

† Additio. *Non poteſt mutari forma antiqua inueſtituræ. vide Loffr. in conſ. 14. in 3. dub. per totum*. De Bottis.

Fratres. Siue ex utroque parente, ſiue ex altero. Hoc quomodo intelligatur, & qualiter in terminis debeat poni, plene diximus in tit. de na. ſuc. feu. c. 1. Glo. tamen hic pluries dicit, quod debet eſſe coniunctus frater, aut ſoror in capillo ſuccedens fratri ex illo latere, unde peruenit feudum ad hunc defunctum, cui ſuccedit, loquitur etiam in feudo antiquo. Quia infra dicit in his, quæ communis patris fuerunt. ¶ De iure feudorum uera poſitio eſt in tit. de gra. ſuc. in feu. §. his deficientibus. ¶ Sed quomodo allegantur in Regno illa iura, cum ſint uſus & conſuetudines redactæ in ſcriptis per Rob. de Orto, non ſequitur hæc conſtitutio illa iura, patet in fœmina repulſa iure illo? Ad hoc ſic reſpondetur, quod ſi illi ſunt rationabiles, ligabunt omnes tanquam ratio, non tanquam dictum a Rob. de Orto. Lex eſt omne quod ratione continetur, 1. diſtin. c. conſuetudo, de quo plene diximus in præambulis operis noſtri illius libri, in 1 & in 2 q. Videndum eſt ergo utrum ſit rationabile quod dicitur in §. his deficientib. quod videtur, quia is qui dedit feudum hoc prædeceſſoribus huius defuncti ſine liberis dabat pro recipiente, & hæredib. ſuis ex eo deſcendētibus in tit. de alien. feu. §. & ſic clientulus, non cogitauit de extraneis, quia non expreſſit. Iniquum autem eſt id, quod cogitatum non eſt attendere. ff. de tranſ. l. qui cum tutoribus. §. 1. quia non cogitauit etiā de parentibus aſcendentibus coniunctis non a latere, vnde eſt feudū. ff. ſi quis omiſ. cauſa te. l. Iulia. in fi & l. huius. in fi. & hoc in gl. altercationem, &c. Per contra quod non, quia conſuetudo erat, ut remota quantumcunque ſuccederent, quæ correcta eſt, eo quod excludebat filiam, ut ſupra l. proxi. & hoc in alijs arctatur, & tantum fratrem & nepotem fratris admittit ſimpliciter, ſiue ex utroque, ſiue ex altero parente ſit coniunctus, non diſtinguit ſit coniunctus ab illo latere, vnde eſt feudum, vel non. Simpliciter dictum, ſimpliciter debet intelligi, ſufficit arctatam illam conſuetudinem prauam de filia reiecta a fratre & nepote, cum ſit arctata in uno, nec arctetur in alio non expreſſo non cogitato, ex quo non expreſſit, nam & antiqui periti noſtri intelligunt etiam in feudo nouo dato fratri, † ut frater ſuccedat, ex quo generaliter loquitur. ff. de aleato. l. 1. de leg. præſt. l. 1. §. & generaliter, quod de iure feudorum non eſt, ut in 1. rub §. cū uero, & de duo. fra. c. 1. Vnde ſi eſſet datum feudum per Imperatorem fratri unum fratrem habenti, & non liberos, ſi aliud per conceſſionem non apparet, audiui magnos peritos dicentes fratrem ſuccedere. Hodie tamen hoc non eſſet: quia in priuilegijs exprimitur, damus tibi, & hæredibus tuis ex tuo corpore legitime deſcendentibus, contractus ex conuentione accipiunt legem. ff. de reg. iur. contractus.

† Additio. *Adde Affl. in deciſ. 393. & Frec. fol. 241. nu. 27. & 28. Sed Dominus Barth. de Capua in tit. de ſuc. fra. §. ſi. dicit hec verba, ut habeo in And. de Iſer. ad pennam. No. q iure iſto feudorum frater fratri ſuccedit in feudo, quod prouenit a patre: ſecus ſi fratri eſt conceſſum, quia tunc frater non ſuccedit, niſi a principio eſſet dictum in conceſſione: nam tunc ſuccedit, vt ibi, & infra de benefic. frat. c. 1. & ſic ſeruat Dominus Rex in conceſſionibus quas fecit Gallicis. ſed conſtit. vt de ſucceſſionibus loquitur indiſtincte, quod frater ſuccedit fratri in feudo, & generaliter eſt intellecta in regno. ff. de aleat. l. 1. §. 1. & § generaliter. hec Bartholomæus de Capua*. De Bottis.

Non ob. primum arg. quia intellexit de hæredibus. ff. de proba. ſi pactum, ſi de lib. erit dicit in illud feudorum, quod eſt uſus. Nec ſecundum ar. de l. Iul. nam pater nō uidetur ſubſtitutus filiæ ut habeat hæredem

a *Abſolutè*. Id eſt, ſine dubitatione, ſic ff.de Car. edi.l.3.§.cauſæ. Abſolute, dum tamen ſacramentum non recipiant ab hominibus, niſi ut dicitur ſupra eodem.l.1.C.

b *Prærogatiua*. Item ſeruata etiam prærogatiua gradus, vt ff. de conıu.cum emanci.l.1.§.ſi liberos.

* Additio: *Vide pro intellectu horum verborum quæ dixit Soc. in conſi.252. col.2.verſ.2. eo opinio.vel.* . . . De B.

cunque ſexus ſint, liberè & a abſolutè poſſe ſuccedere, ſeruata tamen ſexus b prærogatiua, vt mulieri maſculus * præferatur, necnon maioris ætatis inter eos, qui viuunt in regno c ſpecialiter iure Francorum, ex collaterali linea venientes, vt fratres, ſiue d ex vtroque paren

c *Specialiter*. Bene appellat ius Francorũ ſpeciale, ad differentiam uidelicet iuris Romani quòd dicitur commune, vt C.de Iudæ.& cœli.Iudæi Romano.

d *Ex vtroque parente*. Seruato tamen ordine, qui ponitur in illa auth.ceſſante. quæ eſt ſignata. C.de legiti. hære. ¶ Ex vtroque parente, ſed illud hic quæritur de facto. Pone quod aliquis feudatarius habens fratrem, vel ex vtroque, vel ex altero tantum, fecit teſtamentum non ſpecialiter in feudo, ſed generaliter in bonis ſuis omnibus, & inſtituit alium ſibi hæredem remotum, & extraneum, eo mortuo fratres vendicant ex beneficio huius conſtit. feudum ab illo poſſeſſore inſtituto. Inſtitutus excipit de teſtamento, vt quamdiu locus eſt teſtamento, ceſſet ab inteſtato.ff.de reg. iur. & de acquir.hæred. quamdiu. & licet ſit prohibita alienatio feudi, vt ff.de leg.2.peto.§. fratre. tamen hoc verum eſſet, ſi ſpecialiter in ipſo feudo eſſet facta inſtitutio: at cum uniuerſaliter in omnibus bonis ſit inſtitutus, & feudum licet ſit inalienabile, tranſibit cum uniuerſitate, ſicut dicitur de feudo dotali, & aliarum rerum, quarum commercium non habetur, vt ff.de acquir.rer.dominio.l.quædam. Nam ſi reuocaretur feudum ab hærede inſtituto, per conſequens teſtator inueniretur deceſſiſſe pro parte inteſtatus, quod eſt abſurdum, cum in hoc ſit ſpeciale priuilegium in milite. Sed rndetur, & bene, quod ex quo præſens conſtitutio uocat certas perſonas ad ſucceſſiones feudorum, alijs excluſis, non poſſunt aliæ perſonæ inſtitui in ipſo feudo, ſed tantum illæ perſonæ, & non extraneæ, vt C.de ince.nupt.l.ſi quis. Illæ enim perſonæ, quæ hic numerantur habent potius a ſe ipſis, & ſic non poteſt eis adimi, vt arg.ff.de hære. inſtit.l.ſed ſi in conditione.§.vlt. Item defunctus habuit feudũ quaſi in ære alieno debito, uidelicet, his perſonis, & ſic ab eis non poteſt auferri, vt argu.ff.ad l.Falcid.l.pater.cum ſi.ibi no. Nam ſi eſſet hoc, ſemper committeretur talis fraus, ita q nunquàm perueniret feudũ ad prædictas perſonas, vel fiſcum. Et quod dicitur, quòd non poteſt paganus, ſeu priuatus pro parte decedere inteſtatus, dicas eſſe a principio verum, ſecus ex poſt facto, ut ff.de inoff.teſt.l.circa. Interdũ illis perſonis nominatis in conſtitutione debetur feudum ex beneficio præſentis conſtitutionis, nõ beneficio teſtatoris, ſicut dicitur de quarta, quæ debetur pupillo arrogato in bonis arrogatoris ex beneficio diui Pij, in qua grauari non poteſt.ff.de adop.l.ſi arrogator.

a *Ex altero*

ANDRÆAS DE ISERNIA.

hæredem filia præmortua contra commune votum, ſi hæc trahatur, alias contrahatur, vt non videatur concedens de aſcendentibus cogitaſſe propter commune votum, hoc argumentum concluderet etiam ad feudum antiquum, in quo certum eſt parentes ſuccedere, ſup.de bo ſorud.l.1.& l.ſi quando. Sufficit autem dare inſtantiam. 1.q.1.ca. vrgeri. Propterea alij dicunt quod frater & pater coniunctus non ab illo latere ſuccedunt: nam dilucidat hæc conſtitutio ſucceſſionẽ feudorum, & ſic lucide videtur dixiſſe, ex quo non diſtinguit, nec ratio vrget diſtinguere, & fuit, vt vidi ſententialiter alias per ſentẽtias ambas pronunciatum tempore regis Caroli I. qui diſcutiebat bene ius ſuum pro fratre conſanguineo † vendicante feudum ſororis defunctæ ſine liberis, quod a matre ſua prouenerat, vnde frater coniunctus non erat, & ſententia eius per magiſtrum Iuſtitiarium & iudices lata, confirmata fuit in cauſa appellationis.

† Additio. *Vide Loffred.in conſ.38.col.3.in fi.cum ſeq.*

¶ Illi qui tenent contrarium dicunt, quod non ſufficit iudicare ſemel in vna cauſa, niſi fuiſſet quæſtio an eſſet hic mos in cõiunctis vterinis tantum, & pronunciatum, quod etiam in coniunctis de altera parte.ff.de legib. cum de interpretatione.de ſta.homi.ingenuum. & hoc quando frater vnus tantum ſupereſſet fratri defuncto, tunc non fiet dicta diſtinctio: quia nec litera facit differentiam, vtrum ſit coniũctus ab illo latere, vnde prouenerat feudum ad defunctum, vel non. Sed ſi eſſent plures fratres & vnus eſſet a patre tantum, alius a matre tantum, in paternis feudi huius defuncti præfertur fratri uterino conſanguineus, & econtra. Sed ſi vnus eſſet a matre tantum, & alius ab vtroque latere coniunctus, etiam in omnibus maternis præfertur vtrinque coniunctus, ſic loquitur l.de emancipatis. in fi. & authen. poſt fratres.C.de legi.hæred. Si dicet uterinus ſe coniunctum a matre: hæc ratio non obſtat utrinque coniuncto, quia ipſe eſt a matre coniunctus, & plus quia & a patre, & licet eſſet primogenitus † uterinus tantum non prodeſſet: quia primogenitura conſideratur quando ſuccedıtur patri, non quando fratri, & ille frater eſſe poſſet primogenitus, quod patet melius in fœmina. habet quis filiam ex prima vxore, & ſic primogenitam, ex ſecunda habet filium, & filiam, ſuccedit filius patri, deinde moritur filius, ſuccedit minor ſoror vtrinque coniũcta, repulſa alia conſanguinea tantum, cum non agatur de ſucceſſione patris, ſed fratris, ſi patris, tunc primogenita non dotata, pro quo eſt argum.ff.de leg.2.cum ita.§.fideicom.ut donec ſit locus alijs, eo deficiente, uocabitur frater coniunctus ex altero non diſtincto, &c. ut ſupra dictum eſt, & circa hoc gl.hic ſuper verbo, ex altero, inducit argumentationem quòd filius fratris utriuſque coniunctus præfertur fratri paterno ſuo coniuncto ex altero tantum, ut in auth. ceſſante, & in hoc uincit eum, ſed in rebus aliunde quæſitis, quam a communi parente repellitur, ut in l.de emancipationib. & ſic ſi uinco vincẽtem te, &c. certe in l.de emancipa. repellitur conſanguineus per vterinum tantum in his, quæ a matre fuerunt, non excludit coniunctum utrinque conſanguineum & uterinum, qui præfertur vterino tantum etiam in rebus maternis, quia uterque coniunctus eſt a matre ſicut & uterinus tantum.

† Additio. *No. quòd primogenitura non conſideratur in ſucceſſione fratrum, contrarium no.per Scrib.in c.regni, conſiderantes.fol.160. per Conar. in c.38.pract. qq.fol.275. col.3.cum ſeq.*

Andreas videtur ex hoc ſolum intelligere tex.huius conſtit.qua vult habere locum primogenitura, quando tractatur de ſuccedendo patri. Aret. in conſi.164. tenet contrarium in terminis huius conſtit. & videtur velle dare inſtantiam ſeu differentiam, quòd frater vtrinque coniunctus præferatur fratri ex vtroque latere, ita quòd in ſucceſſione collateralis hoc habeat locum: quaſi ſecus, quando tractatur de ſuccedendo patri. contra eum ſunt conſilia Bal.infra alleganda, & contrarium tenet Napod.in conſuet.Neapolit.ſi quis.in verbo, materna, de ſuc.ab inteſt.col.3. Et an nepos ex fratre vtrinque coniuncto in ſucceſſione patrui vtrinque coniunctis patri ſuo excludat patruum coniunctum ex vno latere in feudis, vide omnino Bal.in conſi.422.caſus talis eſt.1.vol. & in conſ.171.donatio. verſ.modo ſequitur.eo. vol. in quibus concludit quòd nepos admittitur vna cum patruo ad ſucceſſionem patrui, quamuis patruus ſit coniunctus illi mortuo ex vtroque latere, quia non attenditur linea materna. ita clarè tenuit idem Bald.conſi.33.& 252.eo.vol.1.

Nec uidetur obſtare patri.quod videtur bene intellectum de filijs non extraneo hærede. ff.ad Treb.ex facto §.ſi.cum alijs iurib.adiunctis per glo. Et quod dicitur de emphyteuta, & alijs, quia conceſſum & factum alicuius ad exteros, ſeu extraneos non debet tranſire.ff.de ſer.l.pater filiæ.in fi cum alijs iurib.adductis per glo.hic, quia iſta cõcludunt etiam in alijs, imo non ſunt extranei illi, quos hæc conſtitutio lucida inuitat, ut ſunt fratres coniuncti vtrinque, vel ab altero latere tantum, & ſicut ſunt aſcendentes, & in antiquis non in nouis filio conceſſis feudis, quando fratres non ſunt hi, communi poſitione, aliàs, portione, ſuccedunt non diſtincto, &c. quia nec hæc, nec lex ſoriu dicatorum, & l.ſi quando.eod tit.diſtinctionẽ facit. Solet dici ex hoc euenire unum abſurdum, quando filio emãcipato dat feudum pater. Non eſt ergo quærẽda ratio, quare aliud in antiquis, quàm in nouis. ff.de legib.l.non omnium. Niſi forte dicatur, quod magis ſunt noſtra illa, quæ ab anteceſſoribus noſtris habemus, quàm illa, quæ noſmet acquirimus.ff de interd.& releg.l.3.& noſtra intereſt habere illa, quæ fuerunt anteceſſorum noſtrorum. C.de adminiſt. tutor.l.lex quæ tutores.ff.de minor.l.ſi in emptione.& de rei vend.l.fundo, arg.contra. ff.de capt.& poſtl.reuer.l.ſi quis in bello. ¶ Prædicta vero forma priuilegiorum, quæ eſt hodie, tibi & hæredib. tuis ex tuo corpore † legitime deſcendentibus, qualem effectum habet, eſt attendendum, quia primo habet conſtare, quod ſic datum fuit: non enim præſumitur in hoc, quantuncũque in alijs ſit conſuetum exprimi, ut plene diximus in tit.in quib.cau.feu.ami.

† Additio. *No. quòd non præſumitur quòd conceſſio fuit facta tibi, & hæredibus ex corpore tuo, ſed ſuper declaratione, vide elegans conſi.Guliel.Perni Siculi 14.& Alex.conſi.26.vol.5.And. in c.1.§.& ſi libellus, ex quib.cau.feu.amit.verſ.hoc non putamus, & verſ.ſi contra, vide Luc.in l.1.C.de impon.luc.deſcrip.lib.10. & Loffred. in conſi.præcitato.* De Bottis.

Item ſi apparet ſic feudum datum Titio, ſi decedat ipſe Titius ſine hærede ex ſe: aſcendentes non ſuccederent, etiam ſi prædicta verba non eſſent dicta, quia in feudis nouis non ſuccedıtur vt dictum eſt. Sed ſi Sempronius filius Titij, aut Seius filius Sempronij, aut Caius filius Seij, & deinceps in infinitum in linea deſcendenti decederent ſine liberis ex ſuo corpore, non uidentur aſcendentes, per prædicta uerba repelli, quia debent de Titio primo ex tuo corpore, &c.

Andreas Secus

te, ſiue a ex altero tantum, & ſorores in capillo b excluſo etiam communi patre ſuperſtite, omnino c ſuccedunt. d Coniugatæ autem, * & e dotatæ a fratrum ſucceſſionibus repelluntur.

a *Ex altero tantum.* Sanè intellige, licet multi dicant contrariũ, quando feudum, de cuius ſucceſſione agitur, peruenit defuncto ex eo parente, ex quo iſte frater ſuperſtes coniunctus eſt, & hoc declaratur aperte infrà, ubi dicit, filij autem fratrum in his, quę communis patris fuerunt, idem ius quod pater eorum habet, quaſi hunc patri, eidemque fratri defuncti dederit ius ſuccedendi in his, quæ fuerunt cõmunis parentis, non ſi ex altero parente, qui nõ fuit communis, processerunt, argum. ad hunc intellectum. C de legitimis hęredibus. l. de emancipatis. ad ſi. cum enim filius fratris utrinque coniuncti, omni pręfertur fratri coniuncto ex altero parente tantum, vt in Auth. ceſſante, repellatur in his aliunde, quę a communi parente prouenerũt: multò fortius & frater ex altero tantum parente coniunctus in his aliunde prouenientibus, repelletur. Nam ſi uinco vincentẽ te, & te vincere poſſum, ut ff. de diuer. & temp. præſcr. l. de acceſſionibus, quid plura? caſus eſt expreſſus, q non ſuccedat frater fratri in feudo obuento aliũde, quam a communi parente, in 10 collat. de grad. ſucc. in feud. c. 1. §. his vero deficientib. & argumentum optimum. ff. de leg. 2. ſi ita. §. vlt. prout eſt ibi litera, omnes eo, &c. & in Longob. de vtr. feud. l. vlt. & prædicta merito ſic diſtinguuntur in fratre coniuncto ex altero parente tantum, quia hęc eſt ſpecialis natura feudi, vt ſemper ſuum reſpiciat ſtipitem ne in extraneum deuoluatur: ut arg. ff. de lega. 2. cum ita. § fin. prout eſt hic, quod ex eo, &c. & argumentum bonum. ff. de leg. 2. pater & ff. de mune. & honor. l. vacatio.

b *Excluſo etiam.* Argum. ad hoc de conn. cum emancip. lib. l. 1. §. ſi quis ex nepotibus. Excluſo etiam communi patre. ergo vbi non ſunt fratres, & ſorores in capillo, & filij fratrum, de quibus infra dicetur, pater ſuccedit. Idem in matre, vt notatur de ſuc. ſorõ. d. l. 1. & 2. §. ſane. quod intelligo in auitis, non in quęſitis, vt ibidẽ dicitur, ne ſic luctuoſa filij hęreditate priuetur, vt C. de inſtitutio. ſub condit. fact. l. fi. & ſuprà de his, qui ante apert. tabul. l. unica fi.

c *Succedunt.* Seruata tamen ſexus pręrogatiua inter fratres, & ſorores, vt ſuprà l. proxima.

d *Coniugatæ autem.* Iſtum verſ. coniugatę autem, & dotatæ, &c. ſane intellige ſecundum determinationem legis Longobardorũ. quæ (vt credo) huic conſtitutioni dedit materiam in hac parte, videlicet, q iſte verſ. intelligatur, quando ſoror coniugata eſt dotata de bonis ipſius fratris, uel a communi patre: in quo caſu debet eſſe contenta de eo, quod accepit de votorum, ſiue nuptiarum, & accipe, ſi dotem habuit de paragio: alias ageret ad ſupplementum dotis talem, ut in Longobar. de ſucceſ. l. ſi pater filiam, quæ licet ſit prior, poteſt hanc determinare, ſicut in l. ſciendum. & auth. obſeruare. ¶ Sed quid ſi ſoror fuit maritata in parte: quia pater, uel frater maluit eam admittere ad ſucceſſionem, quam dotare, & quidem hoc caſu reſtituta eſt ſoror ad priſtinum ſtatum. Et ſic in ſua natura. Vnde uidetur quòd ſuccedat fratri, cum etiam onera hæreditaria in hac parte ſuſtineat filia, tanquam maſculus.

* ADDITIONES. *Vide c. regni. emergentium. vbi, quid ſi non dantur dotes, ſed datur pecunia pro honorabili vita ducenda in matrimonio. de quo meminit Beneuentanus in l. imperialem. fol. 7. litera C. quid ſi eſt deſponſata tãtum, vide Franc. Repam in l. quæſitum. §. ſi ſponſa. num. 9. de priuil. credit. & ibi, quid ſi eſt relicta dos in teſtamento, non autem eſt maritata, nu. 4. & Loffred. conſ. 16. An dotata tantum, vel maritata tantum excludatur, vide Alexandrum. conſi. 49. & an excludatur a ſucceſſione delata vel deferenda. & quid ſi ſucceſſio eſt delata, nondum tamen acquiſita, vide hac omnia per Alexandri. in conſi. 71. nu. 5. & quid ſi dos eſt relicta tantum in teſtamento patris, vide Alexandrum in conſ. 74.*

Quid ſi aliquis deceſſit relicto nepote ex ſorore, & nepte ex fratre, quis eorum ſuccedat in feudo, vide gloſ. in conſuet. Pariſ. §. 16. glo. 1. nu. 3. Vide ad intellectum huius verſ. Luc. de Pen. in l. ſi. col. pen. C. quando & quibus quarta pars deb. vbi examinat q. de ſorore dotata, an præferatur fiſco. & quid ſi ſunt plures fratres viuentes iure Longobardorum, vnus dotauit, an ſolum cenſeatur excluſa ab hæreditate dotantis, vel omnium, vide Corn. conſ. 134. vol. 2. vide latius Grat. conſ. 6. cum duob. ſeq. lib. 1. vide an pater dotando poſſit ſuſtinere in dote, Guido Papa deciſ. 613. De Bottis.

¶ *Coniugatæ mulieres tunc dicuntur ad effectum, & excluduntur a ſucceſſione, quando mediantibus legitimis ſolemnitatibus eſt contractum matrimonium. Vnde non ſufficit quod fuiſſet deſponſata per verba de futuro, vt per Abb. in rub. de ſponſalibus, quem ibi ſequitur Fely. 1. col. in fi. idem ſi fuiſſet deſponſata per verba de præſenti. Hipp. ſing. 106. Pariſ. conſ. 62. nu. 22. vol. 4. Cumia in repet. c. ſi aliquem. in verbo, maritata. q. 4. nu. 57. late Ebanutius in tract. de lucro dotis, in glo. 2. nu. 31. vide tamen Campeg. in tract. dot. par. 5. q. 30. & quòd dicatur dotata, an ſufficiat promiſſam eſſe dotem, vel requiratur quod dos cum effectu fuerit ſoluta: vide And. in c. 1. de natu. ſucc. feu. in addit. num. 15. & per Affl. ibi, nu. 23 latè per Alber. Brun. in tract. quod ſtatuta maſc. & in 6. artic. in 4. memb. quæſt. 3. nu. 195. & per Soc. iuniorem conſ. 79. nu. 108. vol. 3. & quod congrue ſiue a patre, ſiue a filijs dotari debeat Soc. conſ. 163. col. 3. & conſ. 207. vol. 1. Gram. deciſ. 101. nu. 32. Cumia in d. c. volentes. in ver. maritata. q. 3. nu. 163. Corn. conſi. 107. litera K, & conſ. 202. litera G, & N, vol. 2.* Fabius Iordanus.

e *Dotata.* Scilicet de bonis paternis. Secus ſi aliunde, ut colligitur infra ibi, certum, &c. & in pręcedenti conſtitutione. & ita litera prætens intellecta eſt per præceptores noſtros, & iudices magnæ Curiæ. Et dotatæ de bonis paternis, alioquin ſuccedunt, habita tamen diſtinctione

ANDRÆAS DE ISERNIA.

Secus ſi dixiſſet ex tuo, uel eorum corpore legitimè deſcendentibus, quod quia non fuit dictum, omiſſum uidetur. ff. de verb. oblig. quicquid. Sic in uerbo, oportebit, uel quod intelligitur, quãdo dixit, oportet, ©. ut l. ſi a colono. Sic etiam in uerbo, quæ in locum eius ſucceſſerit. ff. ſi ſolu. cum apud. in fine. Nam & qui cõpromittit debet adijcere de ſuo hærede, alias non intelligitur perſona hæredis. ff. de arbi. l. diem. §. 1. Vnde uerbum poſitum in perſona Titij, ſcilicet, ex ſuo corpore, &c. non uidetur repetitum in perſonis deſcendentium: quia nec pactum factum extenditur ad alios. ff. de pact. l. ſi unus. §. ante omnia, vt intelligatur de hæredibus, idest, filijs. ff. de vſufruc. accreſc. ad Treb. l. ſi quis Titium, ſecundum caſum Io. ¶ Sed contrà, uidentur enim aſcendentes repelli, quia Titius & filius eius finguntur una perſona, & ſic de alijs patribus, & filijs deſcendentibus. Vnde quod in patre fuit dictum, uidetur in omnibus deſcendentibus repetitum: nã hæres hæredis Titij, dicitur hæres Titij, etiam ſi in multos hæredes deſcendatur. C. de hære. inſti. l. 1 Pro qua repetitione eſt. ff. de eden. ſi quis ex argentarijs §. ſi initium tabularum. & arg. C de diuer. reſcrip. l. 1. Heres quidem accipitur etiam per multas ſucceſſiones. ff. de ver. ſignif. l. ſciendum. m. de pet. hęred. l. 3. unde omnes dicimur filij Adæ, & membra eius. Et propterea in deſcendenti linea, ſi eſſet quis ultra ſeptimum gradum, & uſque in infinitum, non contraheret nuptias cum aſcendenti. Inſti. de nupt. §. 1. qui a idem dicuntur, quod dic ut per Hoſtien. in ſumma, de conſang. & affin. §. in aſcendenti. ¶ Hinc dicitur una familia noſtrorum, qui ab eiuſdem ueluti genitoris ſanguine pro fluxerunt, ſicut diximus familiam Iuliam, quaſi a quodam fonte emanare. ff. de verb. ſignif. l. pronunciatio. § fi. & hoc, ut prætactũ eſt, indicet uerbum adiectum, hæredibus, quod non poteſt exponi de filijs tantum. ¶ Aliud enim eſt dicere hæredem, & aliud filium, ſicut aliud eſt dicere filios, & aliud liberos. ff. de teſta. tu. l. quid ſi nepotes. & aliud eſt dicere decem. & aliud dena. ff. de leg. 1. l. ſi quis teſtamento. Sic & alias uerbum adiunctum immutat naturam eius, cui adiungitur. ff. de auro & arg. leg. l. qui lancem. & locati. l. ſi vno. multò potius videtur repetere in deſcendentibus verbum illud, ex tuo corpore, &c quia non dulciori nomine nepotes noſtros, quam filios appellamus: nam ex eorum prole, memoriam relinquimus in æternum. ff. de verb. ſig. l. liberorum. §. fi. ¶ Hoc niſi aſcendentes eſſent de deſcendentibus a Titio, puta, patruus ad nepotem: illi aſcendentes non videntur prohibiti per verba præmiſſa: quoniam ſic deſcendit a Titio patruus, ſicut nepos filius fratris ſui: ſicut diximus in quæſtione patitur Vtrum ſuccedat nepoti in feudo antiquo, in tit. Imperator Lothar. in §. ſi quis miles. Facit ad præmiſſa: quia id quod procedit ex re mea, meum eſt, ff. de rei vendicatione. l. non ſolum. §. meum. pari ratione deſcendens ex illo, qui a me deſcendit, videtur a me deſcẽdere: pro quo etiam eſt argumentum. ff. de collati. dotis. l. dedit. Quod autem dicitur legitimè deſcendentibus, eſt propter naturalem, qui repellitur, in tit. ſi de feudo controuerſia fuerit. c. naturales. Facilis etiã uidetur eſſe interpretatio, vt filius de corpore natus naturalis, ſcilicet & legitimus ſuccedat in feudo: non videtur repetitum in quolibet deſcendenti ex tuo corpore, &c. nam legitimè tantùm deſcendẽs & non naturaliter, ſicut eſt adoptiuus, non ſuccederet: etiam ſi prædicta uerba non eſſent appoſita, vt in d. tit. ſi de feudo controuerſia fuerit. cap. ſi adoptiuus. Verba debent aliquid operari. ff. ad municip. l. 1. in fi. vt ergo hoc verbum, legitime, aliquid operetur, oportet dici, vt legitime deſcendat ex corpore eius, de cuius ſucceſſione agitur: alias fruſtra poneretur, legitime, ſi hoc non intelligeretur, quia adoptiuus eſt legitimus, & tamen non ſuccedit, quamuis uideatur operari propter naturales. ¶ Aliud eſſet, ſi verba prædicta haberent certam interpretationem, tunc ſtaretur ei. ff. de legib. ſi de interpretatione. Vel ſi verba donationis, vel priuilegij aliud ſonarent, quæ prius inſpicienda ſunt, extrà de priuileg. cap. porro. ff. de tranſactionibus. l. de his. Vel ſi probaretur extrinſecus aliud fore actum. ff. de regulis iuris. l. ſemper. non tamen ſufficeret probare donatorem aliter ſenſiſſe, ſi non expreſſit.

diſtinctione maioris ætatis, ſi viuant iure Francorum, ibi filiabus, ut ſupponit, infra eadem l.

Filij autem fratrum in his, quæ [a] communis patris fuerunt aui eorum, ſcilicet, [b] idem ius quod pater eorum [c] habeant. [d] In acquiſitis autem patruo * ex largitione noſtra, [e] vel quolibet titulo

a *Communis patris fuerunt*. Quid ergo dicemus in feudo communis matris, & vtrum ſecus? dicit enim patris, & alia eſt denominatio paternorum, & alia maternorum bonorum, ut C. de iur. & fac. ignor. l. cum falsò. Econtra videtur, quòd mater aſſimilatur patri, vt in Auth. de non eligendo ſecundo nubentes mulieres. §. colligentes. Tu verò dic idem in feudo communis matris. Et ideo dicit patris, quia ſecundum vſum Regni beneficium, ſeu feudum vocatur paternum, non maternum, nihilominus tamen in materno idem eſt, ut in 10. collat. de ſucceſſ. feudor. in titu. an maritus ſuccedat uxori in bene. cap. ſi fœminina. licet iterum legiſlator conſiderauerit frequentiam. Nam mulieres, ut plurimum, nubent dotatæ de paragio in mobilibus, vel hæreditarijs, & raro cum dote rerum feudalium, ut patet ſupra de fratribus obl pa. feud. pro do. ſo. l. fratrib. Item raro mulieres in feudis, videlicet, filiæ fœminæ quando maſculi non ſuperſunt, & ſorores in eo ſuccedunt, ut ſupra, l. proxima. & hac l. dicitur. & ita legiſlator adaptauit hanc cõſtitutionem ad vſum frequentem, ſcilicet, de patre, qui plerunque & facile contingit, ut ff. de leg. & ſen. l. neque leges. & l. nam ad ea. ¶ Idem tamen nihilominus in caſu omiſſo, de matre, quia ſimilis eſt, licet raro contingat, ut C. de legit. hæred. ſi maior. & ff. ad Senatuſcon. Trebel. l. poſtulante, in prin.

b *Idem ius*. Quod pater, & eſt ratio, nam nepotibus ex filio paternis auitis accreſcunt, ut in Authen. de triente & ſemiſſe. §. nec illos, officium circa nepotem ex officio patris erga filium pendet, ut ff. de colla. bono. l. dedit.

c *Habeant*. Sed nũquid ſicut filius fratris ſuccedit patruo, ita econtra ſuccedit patruus † ſibi? & videtur quòd ſic, ut ſeruetur in ſuccedendo æqualitas, licet non ſit expreſſum, ut ff. de vulga. & pupil. ſubſtit. l. 2. & 4. & argu. optimum, in Authen. qui natu. effic. ſui. §. filium vero per huiuſmodi cauſam. vbi dicit, æquum etiam dantes ei priuilegium, &c. & quia ſunt in eodem gradu, ſcilicet, tertio, ut Inſt. de gradibus. §. 3. & hæc conſtitutio videtur attendere gradum, ut ſtatim ſubijcit. In ulteriori autem gradu, &c. ut argum. ff. de verbo. ſignificat. l. verborum. §. at ubi.

† Additio. *Iſta dubitatio de patruo ceſſat, quia Rex Catholicus in parlamento generali declarauit quòd ſuccederet, & Imperator Cæſar Carolus V. anno 1536. in parlamento generali in primo cap. expedito idem declarat de amita. & quòd frater patruelis maſculus ſuccedat fratri in antiquo feudo: & ex his verbis patet, quòd iſte verſi. filij autem, venit continuatiuè ad verſi. ex collaterali. & ſic filij fratrum in ſucceſſione patrui habebant idem ius, quod pater eorum, ut patet ex ver. ſeq. vbi datur diuerſitas in feudo nouo. & ita intelligit etiã gl. 1. huius conſtit. & quia in filijs & alijs deſcendentibus mandat ſeruari ius Francorum, videtur ex ipſo geminato ſermone inferri, quòd eadem ſit ratio dicẽdi in collateralibus & ſic in nepotibus ſubintrantibus locũ patris,*

patris, vt ſic nepos ex primogenito excludat patruum, quando viuitur iure Francorum & quando iure Longobardo, ſimul cum patruo. ita videtur intelligere Aret. hanc conſt. in conſ. 164. quod videas. De Bot.

¶ Sed per iudices Magnæ Curiæ audiui pronunciatum in contrarium. Nam patruus eſt omiſſus in hac conſtitutione, quæ permiſſoria eſt, ſcilicet, certos admittens, & alios prohibẽs, ergo patruus eſt prohibitus, ut arg. ff. de colle. illi. l. 3. §. in ſum. & quod cuiuſque vniuer. nom. l. nulli. & ad hoc. ff. ſolu. matr. l. ſi verò. §. pen. facit pro hoc illud generale, quod in uno permittitur, etiam in alio prohibetur, & quia ſi aliud voluiſſet conſtitutio, aliud dixiſſet, ut C. de cad. toll. l. 1. iux. fin. & quia quæ notabiliter fiunt, niſi ſpecialiter exprimantur, videntur neglecta, ut ff. de mini. l. item apud Labeonem. §. hoc edictum. Item pro hac parte eſt ſubtilis ratio, & valida. Nam filius cum admittitur ex perſona patris ſui, ut hic dicit, idem ius quod pater eorum, &c. de iu. Romano pariter cum frater ſuccedit, licet ſit poſterior gradu, ut in auth. ceſſante. & quòd patris repræſentet perſonam etiam iure ciuili, filius fratris præfertur patruo, licet ſit in eodem gradu, ut in auth. poſt fratres, & ſic patet hic ſubtili ratione, quod nõ ſine myſterio hęc conſtitutio admiſit filium fratris, & omiſit patruum, cũ magis videatur debita hæreditas patrui nepoti, ſcilicet, filio fratris, quam econuerſò, hæreditas huius nepotis patruo, licet ſit ar. contra. ff. de teſt. mili. nã & ſi. in prin. Sed ſubeſt potiſſima ſpecialitas, ſcilicet, ratio pietatis, ut ibi dr̃, quæ eſt inter filios & parentes, ut ff. de cur. fur. l. furioſo. quę quidẽ ratio in patruo non ſubeſt. Itẽ eſt arg. ff. de leg. tu. l. ſi reliquero.

d *In acquiſitis*. Nota bonũ argu. iuris ciuilis ad iſtam differentiam, inter auita, ſeu ex genere prouenientia, & inter acquiſita, ut ff. de interdictis & relegatis. l. 2.

* Additio. *Vide Io. Ant. de Nigris in prælu. c. Regni, nu. 28.* De B.

e *Vel quolibet titulo iure ſuo, &c.* Hic fac punctum & hæc verba, iure ſuo, legas cum præcedentibus, quorum eſt ſenſus, ideſt, perſona, ſcilicet, opera & diligentia ſua. quæſita enim de quibus hic loquitur, illa ſunt proprie, quæ alicui proueniũt ex opera & ſolertia, & ſic iure ſuo, vt ff. pro ſoc. l. quæſtus. & de acq. hære. l. aditio. §. & cõquæſtus. & competenter hæc verba ita continuabuntur ad ſuperiora. Nam ſup. prox. dixit, de his, quę obuenere patruo alio iure, ideſt, ex perſona alterius, iure, ſcilicet, hæreditario, vtpote patruo, vel auito, hic vero de obuenientibus iure proprio, quæ duo ſatis differunt, ut ff. de fideiuſ. l. ſi filius. §. erit, vbi optime probantur prædicta. Et hæc expoſitio multas dirimit quæſtiones. ¶ Et primo quidem iam liquet, quod dicatur feudum nouum, ſiue quæſitum.

Additio. *Adde in cap. 1. §. his verò. de grad. ſuc. in feud. in vſib. feud. Bal. in c. 1. de vaſ. decrep. ætat. & an feudum nouum poſſit renunciari per patrem in præiudicium filiorum? vide per Bal. in l. qui ſe patris. C. de bonis quæ liber. & ibi Alex. de Imo. in apoſtillis. & an in feudo ſuccedant ſolum deſcendentes acquirentis? vide per Iaco. Alua. in c. 1. de vaſ. decrep. æta. in vſib. feud.* Superant.

Et quod

ANDRÆAS DE ISERNIA.

expreſſit. C. de tranſactio. l. ſi maiores. In ultimis uoluntatibus ſufficeret, ff. de condition. & demonſtration. l. pater Seuerinam. in princ. de lega. & fideicommiſ. 1. ſi mihi & tibi in fi. Sed ſolet dici hic euenire unum abſurdum. Pater filio emancipato dat feudum, mortuo filio habente fratrem ex altero, puta a matre tantum: excluderetur pater, ſi filius moriatur, per fratrem defuncti. Sed non eſt ſic: quia non excluderet tunc iſte frater uterinus tantum, cõmunem patrem, ſed uitricum. Si autem eſſet ab alio patre tantum coniunctus, excluderet patrem communem. Nam quantumcunque renunciet † pater feudum, ut detur filio, non renunciat eius ſucceſſioni, ſi moritur. in tit. de uaſal. decrep ætatis. & in c. tres erant agnati, in titu. de eo, qui ſine facto agnati, &c. ſed aliud diceret expreſſe.

† Additio. *Si pater renunciat feudum filio, vide Loffr. in conſi. 11. nume. 12.* De Bottis.

Quod autem dicitur in uerſiculo, filij autem fratrum in his, quæ communis patris, &c. Non dicit exponendo. §. ex collaterali. qui in fratre ſimpliciter, & indiſtincte loquitur: nam eſt in medio. §. coniugatæ. Sed ad differentiam quæſitorum fratri, eidemq; patruo de nouo ex largitate Regia: quod ſit nouũ, & quod paternũ, bene dicit gl.

Excluſo etiam communi patre. Idem in matre, quãdo feudum erat paternum, ut frater etiam ex uno latere excludat matrem communem: nam eadem eſt ratio, & diuerſa ratio non videtur. ff. de verbor. obligation. l. a Titio ſi ita ſtipulatus ſum. Si dicas tunc fratrem conſanguineum tantum excludere matrem, non erit abſurditas, ſicut ſupra dicitur in patre: quia tunc non deberetur excluſa cõmuni matre, ſed nouerca. Vbi autem mater non eſſet ſuperſtes, conſanguineus tantum ſuccederet. In hoc primo caſu uidimus ſententias in principali latas, & in appellationis cauſa. ¶ Alij contra, ſcilicet, in patre, ut

ſit

ſit coniunctus ex illo latere, vnde eſt feudum. non obſtat etiam quòd hæc conſtitutio non numerauit patrem, aut matrem: nam numerauit generaliter aſcendentes. d. l. foriudicatorum. & l. ſi quando.

Coniugata & dotata. De bonis eiuſdem, de cuius ſucceſſione agitur, & in totum habuit dotis paragium. Nam ſecus ſi in parte dotauit: deinde uoluit ſororem ad ſucceſſionem admittere, ut in glo. ad quod eſt, quod dictum eſt ſupra l. proxima, in aliquibus. ¶ Sed quid ſi non fuit dos ſoluta, ſed tantum promiſſa? Item quid ſi non filiæ, ſed marito fuit promiſſa vel ſoluta, ea ignorante? Item quid ſi filia tacente & præſente? Item quid ſi filia ſciente, & non contradicente? Item an præſumatur ſcire, quod maritus ſcit? Itẽ ſi fuit minor, quando fuit dotata, an petet ſe reſtitui? hæc & alia plene diximus in tit. de natu. ſucceſſ. feu. ¶ Sed pone quod do tibi, vel filio tuo in uxorem filiam meam, vel ſororem, & tu mihi tuam, vel filio meo: tu mihi nullam dotem das, nec ego tibi, an uidear dotare, ut a fratrum ſucceſſione repellatur? videtur quod ſic, quod ideo non dediſti mihi dotem pro tua, quia ego non pro mea: & quia non exegiſti dotem a me pro mea, quam tibi dedi: ideo nec ego a te pro tua quam mihi dediſti, vt ratione primæ liberalitatis præſumatur ſecunda. ff. mand. ſi uero non. §. item Papin. Item ego a te, & tu a me potes petere dotem conſtitui ex dignitate & facultate, quod dicitur paragium, ut in præcedenti conſtitut. ff. de leg. 3. l. filiæ. & de ritu nupt. l. qui liberos, de iure dotium. l. cum poſt. §. gener. & l. quæro, & l. ſeq. Si ſum liberatus a te propter meam, quam tibi dedi, ideo quia a te ſuam ſine dote recepi, ſimiliter videtur ad me perueniſſe id, quod tibi tenebar pro tua. ff. de ſol. l. ſi debitor. ſic de pactis. ſi debitor, de accep. l. ſi ſpecies. Dic quod hoc eſt uerum, quando hinc inde dos eſſet promiſſa, & compenſata tunc liberatione ſecuta videtur dari id, de quo liberatur, & acquiri

hincinde.

Et quod dicatur paternum, ſiue auitum, vel antiquum, ſuper quo multi ſomnia recitant: quidam.n.dicunt feudum nouum eſſe omne, quod poſt hanc Regni conſtitutioné conceſſum eſt, ſicut appellamus legem nouam, omnem legé inductam poſt legem 12.tabularũ, vt ff. de condict. ex lege. l. 1. & ff. vt ex leg. ſenatuſconſ. bon. poſ.deb.l. 1.

ᵃ iure ſuo ᵇ nepotes ex fratribus ᶜ non ſuccedunt. In vlteriori autem gradu poſitis, ſcilicet, filijs nepotum ex fratribus, & ſequentibus, in his etiam, quæ communis proaui fuerunt, ſucceſſio non defertur.

¶Alibi aũt accipiſt feudum nouum & antiquũ ex tẽpore, vt videlicet poſt cõceſſionem feudi in aliquod tẽpus, vtpote modicũ, dicatur nouum: & poſt temporis interuallum dicatur antiquum, maximè poſt lõgum tempus, ut arg. pro eis. ff. de tritico, vino, & oleo lega. l. ex vſu. & l. vetus, & l. nã aliter. & de pub. & no.com.l. quoties. Sed oẽs iſti neſciunt, quid loquantur: quia ſicut declaratur per hæc verba ibi, acquiſitis aũt patruo ex largitione noſtra, vel quolibet titulo iure ſuo, &c. ¶ Feudum nouum ſiue quæſitũ, dr̃ quod primo non quæritur, & ſic nouiter incipit in perſona quærentis iure ſuo, ideſt, opera & induſtria ſua: ex munificẽtia Principis forte, vel titulo emptionis, ſeu quocũq; alio iuſto titulo, qui omnes leguntur. ff. de public. l. 1. cum ſex legib. ſequentibus. Accedente uidelicet ſemper confirmatione Principis, ſine qua nõ tenet alienatio feudi, vt ĩ. de reuocatione feud. l. 1. & 2. & ideo dixi iuſto, vt ĩ. de fiſco ſuccedẽte forisiudicatis. l. forisiudicatorum, quæ cõcordat in præmiſſis. ¶Et q; ſic accipiatur feudum nouum, ſeu quęſitum, legitur expreſse in collat. 10. feudorum, qui teſtes ſunt, de appro.inue. cap. ſiue clericus. ¶Feudum verò vocatur antiquũ paternũ, videlicet, vel auitum, a quocũq; ex ſuperiorib. eſt id acquiſitũ, vt in præalleg. 10. coll. de nat. ſucceſ. ſeu. l. ſucceſſionis, in fi. 1. reſp. vbi tñ de ſucceſſione agitur eſt ita intelligendũ a quocunque, hoc eſt, dummodo ab eo parẽte, qui fuit illius agnationis cõis, vt in præalleg. 10. coll. de gradi. ſucceſ. in feu. l. per ſucceſſioné. §. his vero. & ſic tunc paternum uel auitum dr̃, habito reſpectu, tam decedentis, de cuius ſucceſſione agitur, q̃ ſuccedentis, qui vult ad ſucceſſiones venire. i. quod is parens, cuius fuit huiuſmodi feudum auitum, fuerit cõis parẽs vtrique, hoc etiã declaratur ĩ. proxi. in his, quæ cõis patris fuerunt aui eorum, &c. ¶Quod diximus, vel dicemus de feudo paterno, idẽ intelligas ſemper in materno, vt ſup. hac conſtitutione. Verum. Tamdiu ergo dicetur feudũ nouum ſeu quæſitum, quandiu nõ tranſit ad deſcendentes, quãtuncunq; temporis ſpatiũ intercedat: vbi aũt feudũ ſemel trãſit ad deſcendẽtes, ſtatim deſinit eſſe nouũ ſeu quæſitum: & incipit eſſe antiquũ, ſ. paternũ, quantuncũq; breui tpe vixerit, qui primo q̃ſiuit, cum non conſideretur in eo ſpatiũ temporis, ſed genus & cã, ſicut iſto reſpectu accipiĩ. ff. de ædil. edic. l. vlt. §. vlt. vñ ſi cõſideremus prima feudorũ initia, omnia feuda in ſui principio nouiter q̃ſita fuerunt, prouenıẽtia, videlicet, ex munificentia dñorum, nec trãſibant in filios, poſtea quidẽ deuentũ fuit, vt filij ſuccederẽt, & deinceps, ſic facta ac dicta ſunt paterna, poſtq̃ tranſiuerũt, vt patet in 10. coll. feu. de his qui feu. da. poſ. circa prin. & arg. optimũ, in Auth. de exhib. & intro. reis §. optimum, iure ſuo, quæ eget confirmatione ſuperioris.

a *Iure ſuo*. Nunquid frater ſuccedit in acquiſitis? vr̃ hic innuere q; ſic, quia q; excludit nepoté ex fratre, vr̃ admittere fratrẽ, quia quod in vno prohibuit, &c. & notabiliter aliquid hic ſpeciale ſtatuitur inter fratres, ſicut ff. de vulg. & pupil. ſubſti. l. ſi filius qui patri. C. de le. tu. frater emãcipatus. Tu dic cõtra, vt in cõſue. feu. l. 1. §. ſi aũt vnus. & ideo de nepote tñ prohibet, quia de ſucceſſione nepotum tñ in hoc agiĩ ſup. in hoc verſi. ſimile. ff. de iure pat. diui fratres. §. ſed cum ipſo. cũ. n. par ſit utilitas huius nepotis & fratris defuncti, & abſolute ſit eadem vtriuſq; paritas, & eadẽ conditio in eodẽ ordine ſuccedendi, ſiue nepos iſte ſit ſolus, ſiue concurrat cum ſolo patruo. i. fratre defuncti, ſiue etiam cũ aſcendentibus, ſ. ſit gradu prior, ſ. tertio, vt in Auth. de hęr. ab inteſt. §. reliquũ eſt. & §. illud palã, & in Auth. vt fratrum filij. §. 1. Abſurdũ eſt dicere, q; fratres plus habeãt, quã nepos p̃dictus, vt arg. pulchrũ. ff. de cõiũ. cũ eman. li. l. nihil. & ff. vt in poſſ. leg. l. is cui. §. hęc cõſt. imò ſi quis ex mẽte conſtõ. hoc ſummat, idẽ in fratre quod hic dr̃ in nepote audiendũ eſt, ut ar. ff. ſol. mat. l. cum mulier viri, quia q̃d in nepote hæc conſt. loquitur, pertinet ex conſtit. mente ad fratrem, qui eſt coniunctus & ſimilis tali nepoti, vt arg. ff. de reb. eorum. l. qui neque, & regulariter q̃d in uno conſtituitur, hoc in altero eius filio exaudıtur, vt C. ad exhiben. ſi res, & de diuerſis reſcriptis. l. 1.

b *Nepotes ex fratribus*. Non propriè, ſed per abuſionem filij fratrum vocantur nepotes.

Additio. *Adde glo. in l. poſt emancipationem. ff. de leg. 3. glo. in l. cum quis decedens. ff. eo. tit. glo. in l. auunculo ff. de donat. cau. mor. de iure canonico ſunt multi tex. c. tua nos. & c. ſuper. de conſangui. & affinit. c. non ſine. de arbitr. c. dilecto. de prabend. c. felicis. in § cæterum. de pœn. lib. 6. c. duo pueri. de deſpon. impub. c. per tuas. in fi. de proba. Ant. Roſ. in tract. de ſuc. ab inteſt. Dy. conſi. 16. incip. diligenter conſiderata.* Super.

Nam hi nõ habent ſpeciale nomen cognationis. Sed ita demonſtrãtur, ſ. filij fratris. ff. de grad. l. Iuriſconſultus. §. illud notandum eſt, & ita appellantur in iure, vt in Auth. fratrum filij, &c. licet ſm̃ conſuetudinem vulgi appellamus eos nepotes, quam conſuetudinem tenuit hæc conſtit. ¶Vere namq; filius fratris non poteſt dici nepos, cum nepos dr̃, id eſt, natus poſt. Quod non contingit niſi in linea deſcendẽti, ſed in tranſuerſali frequenter filius fratris naſcitur ante patruum.

c *Non ſuccedunt*. Sed quid econuerſò, ſi decedat nepos feudatarius ſuperſtite patruo, † ſeu amita? nũquid p̃dicti ſuccedũt ſibi, excluſo fiſco, cũ in hac conſtõne nõ fiat mẽtio? poſſet dici q; hæc cõſtõ deſcribit gradũ ſucceſſionis, & præſeribũtur prædicti, cũ in eodẽ gradu p̃dicti patruus & amita ſint coniuncti prædicto nepoti, quo. ſ. gradu ipſe nepos coniũctus eſt cũ eis. ſi vero deſcribit & dinumerat perſonas, de quib. deferatur ſucceſſio & nõ gradus, repellentur prædicti, cũ cæteris pſonis prędicta ſucceſſio deferaĩ, vt prox. verſ. vt probãtur hęc. C. de inceſ. nup. l. ſi qs inceſ. & de ſec. nup. l. 1. ad fi. niſi forte diceres, qa idcirco nõ fuit facta mẽtio de patruo & amita, qa nõ erat dubitatio.

† Additiones. *Iſta glo. tenet, quòd ſicut nepos ſuccedit patruo, ita & patruus & amita nepoti. Ego in amita habeo apoſtillam Barth. de Capua in And. de Iſer. ad pennam, in tit. Imperator Lothar. ſub his verbis. Sed nunquid ſicut ſoror in capillo ſuccedit fratri, ſuccedat filio fratris nepoti ſuo. Et de hac q. verum ſi amita ſuccedat nepoti, maxima fuit contentio in regno, & videtur quòd de iure ſuccedat: nam ſi ſuccedit fratri, ea ratione & nepoti, quaſi non minus quis ſuccedat nepotẽ quàm fratri, vt in Auth. de hared. ab inteſt. veniens. §. 2. C. de legit. hared. auth. ceſſante. Item quia conſtit. hac nonprohibet ipſam ſuccedere, ergo permittit. l. nec non. §. quod ait. & l. 1. in fi. ff. ex quib. cau. maio. Item quia dixit, quòd ſuccedat fratri, licèt ſit omiſſum, quod ſuccedat nepoti, videtur dictum eſſe, quia caſus omiſſus ſimilis eſt expreſſo. l. ſi extraneus. ff. de cond. ob cau. l. ſi. C. de poſth. hared. inſtit. Sed Dominus Rex, dum eſſet quaſtio inter peritos regni iudicauit, quòd non ſuccederet, quę ſententia ius facit inter omnes, ex quo iudex iudicauit, & nunquam admiſſa eſt amita ad ſucceſſionem nepotis, ſic intelligitur. C. de legib. & conſtit. l. ſi. in princ. Item hac ſententia D. Regis habet locum in ſimilibus, vt ſi ſit quaſtio, nunquid matertera ſoror matris ſuccedat nepoti per d. l. in princ. quòd habet locum in ſimili. Item hac conſtit. enumerat illos, qui ſuccedunt in feudo inter quos non ponitur amita.* Barth. de Cap.

¶*Hodie eſt ſopita quaſtio, quia per Imperatorem noſtrum Carolum V. in parlamento generali facto in eccleſia S. Laurentij per cap. primum expeditum 22. Martij 1536. eſt prorogatio facta ad amitas, & ad fratres patrueles. & dum eſſet mortuus Don Ferdinandus de Gueuara Comes Apicij et ſucceſſit Domina Cubella eius amita, qua nunc tenet d. terram ſine controuerſia fiſci.* De Bottis.

a *Filia*

ANDRÆAS DE ISERNIA.

hincinde. Sed ſi nõ fuit cõſtituta dos hincinde, vel ab aliquo eorũ, ſecus, qm̃ matrimoniũ poteſt eſſe ſine dote. C. de repudijs, l. ſi. in princ.

Additio. *Adde l. ſi. C. de dona. ante nupt. c. quis dominus. 30. q. 5. Bal. in c. iurauit, de proba.*

Licet non dos ſine matrimonio. † ff. de iure dotium. l. 3. vt ſi propter pulchritudinem, vel vt amici eſſent, ſic permutauerunt, per ea quæ dicit Carolus in Longob. de ſucc. ſi pater filiam.

† Additio. *Vide Napod. in conſuet. earum autem. in verbo, paragium. ibi, Sed quid ſi frater. de ſucceſ. ab inteſt.* De Bottis.

¶Cũ dos promittiĩ, tunc nõ p̃ſumitur quis ducere vxoré, niſi cũ dote, & p̃ſumitur, q; reijciat eã ſi non ſoluatur ſibi dos, in Auth. de nup. § ſi quis eã duxerit. ff. de do. excep. l. pure. §. ſi cũ qui. inf. eod. l. ſi. §. 1. ideſt, ſi nõ eſt promiſſa, ſecus, qa & ſine dote põt eſſe matrimoniũ, & imputet ſibi, q ſine dote duxit. alioquin nũquã ſoror vel filia ſuccederet in feudo fratri, uel patri, cũ ſemper habeat actioneĩ, vt dos ſibi cõſtituatur, & ſit cõtenta, vt dos ei deĩ. Intelligendũ eſt ergo, qñ dos data fuit, vel promiſſa mulieri. Sic. n. dicit litera, cõiugatæ & dotatæ, nõ dicit, q̃ debẽt dotari, odiũ eſt hoc, cũ repellaĩ cõtra ius. Itẽ cũ dos hincinde promiſſa eſt, uel ab uno, in illo ſufficit, qa dotata eſt, & licet nõ ſit ſoluta, vel cõpenſata, hẽt tñ actioné vt ſoluatur promiſſum, & ſic eã habere vr̃. ff. de reg. iu. l. qui actioné. Sed ſi nõ eſt cõſtituta, eſt merũ matrimoniũ ſine dote. & licet poſſet petere, ut cõſtituatur, ẽt ſi eam pp pulchritudinẽ duxerit, ut no. in d. l. ſi pr̃ filiã, eſt tñ alia actio, quia per condictionem ex lege. Sed qñ promiſſa eſt actione bonæ fidei. C. de rei vxo. act. l. 1. Nec cõpenſatur hincinde ipſo iure: niſi opponatur ac hoĩe. ff. de cõpenſatio. l. ſi quidẽ, & l. ſi ambo. Itẽ nõ poterũt inter ſe cõpenſare, quia debebaĩ mulieri, & maritus nõ liberat promiſſoré dotis ſine muliere, pro qua promiſſa eſt, licet per acceptilatione dos cõſtituaĩ. ff. de iure dotiũ. l. licet. Itẽ ſi dos promittaĩ pro ſorore, vel filia nolẽte & inuita, vel ignorãte, & nõ cõſentiente dotari, non præiudicat, quia nõ per hoc repellitur a ſucceſſione feudi fratris, vel dotantis, dictum eſt plene in d. tit. de natura ſucceſſio. feud. in princ.

Filij

[a] Filiæ autẽ in capillo poſt mortem patris in domo manẽtes, maiores ſorores cõiugatas & dotatas de bonis patris [b] excludunt. Cęterũ ſi de bonis pr̃nis dotatę non ſũt, maiores minorib. pręferũtur: Si Francorum iure viuant: Si aũt viuant iure Longobardo, collatis dotibus in viriles partes ſucceſſione diuiſa, portionẽ ſuam coniugata, ſeu coniugatæ, [c] quæcunq; ſint, poterunt vendicare. [d] In omnibus autem, in quibus prædiximus aliquos velut vlteriores gradu, ſiue in communiũ prædeceſſorum rebus, ſiue in acquiſitis excludi deberem, ſpẽ noſtræ gratiæ

a *Filia autem.* Plurimi ſapientes decipiuntur in iſto verſi. quem ſic generaliter intelligunt, ut filiæ in capillo remanentes, ſemper excludant a ſucceſſione paterna ſorores coniugatas & dotatas de bonis patris, & ius Francorum incipiat diſtingui a iure Longob. ab illo loco, cæterum ſi de bonis, &c. videlicet, in eo caſu, quando ſorores de bonis patris dotatę nõ fuiſſent, quorum intellectus tolerari nõ poteſt. Nam infra vbi dicit, ſi autem iure Long. collatis dotib. &c. ſumme iniquum diceret, quod cũ tractamus de ſucceſſione paterna, conferri deberet dos aduentitia, quæ, ſcilicet, de paternis non prouenit bonis, ſed potius maternis, tam Roma. quàm Longob iure profectitia tantummodo dos confertur, ſ. de bonis patris proueniens, & coniugata ſimul cum ſorore in capillo ſuccedit patri, collata dote profectitia, nõ aduentitia, ut in Longob. de ſucceſ. l. ſi quis patris filiam ſuam, & l. ſi pater aut frater. l. ſi quis Long. & C. de colla. l. filiæ dotem. & auth. quod locum. eo. l. fi. Nec eſt intentio conſtitutionis hoc ius nouum ſtatuere in ſucceſſione filiarum coniugatarum & remanentium in capillo, ſed tantum ſupra eo diſcernere ius Francorum a iure Longob. ut hic patet. Dic ergo quod ab hoc princ. filiæ autem, &c. vſque ad ver. ſi autem iure Longob. ponit ius Francorum & clauſula illa, ſi Francorum iure viuant, refertur ad vtrunq; capitulum, tam quando ſorores dotatæ ſunt de bonis patris, quàm quando non de bonis patris, & ſic omnia ſuperiora determinat, vt ff. de leg. 1. talis ſcriptura. §. vlt. & ſic poſtea bene ſequitur. Si autem iure Longo. collatis dotibus, &c. ſ. in profectitijs aduerſatur ei quod iam dixerat de iure Francorum repelli ſororem dotatam de bonis patris, ut hic in princ. huius ver. filiæ, & ſic refertur ad ſuperius, non ad proximum, ſic ff. de op. le. mancipiorum, in fi. ff. de acq. hær. l. is qui hæres. in prin. huius uer. filiæ, & ff. de iure pat. l. vlt. in fi. & ff. de re mil. poſthumus. §. idem. circa fi. in Auth. vt omnes obed. iudicib. §. arripiat, & quod infra ſubijcit, quæcunque ſint, &c. aduerſatur ei, quod dixerat de iure Frãcorum, maiores minoribus præferri, quod ius Longobar. non attenditur in aliquo caſu.

b *Excludunt.* In vſibus vero feudorum omnino repelluntur fœminæ etiam filię, vt in l. 1. §. hoc autem notandum. Excludunt, ut in Longob. de ſucceſ. l. ſi pater. Excludunt. ¶ Sed quid ſi aliquis, puta, uir & vxor habeant duas filias, mater iſtarum non pater habeat feudum. Iſti parentes tradiderunt nuptui filiam maiorem, quæ dotata fuit a patre tantum, & de bonis eius, ad cuius onus de iure cõmuni ſpectat, deinde moritur mater feudataria, minori filia exiſtente in capillo, filia maior vult habere feudum, filia minor ſimiliter credens excludere maiorem, quia fuit coniugata & dotata, filia maior replicat, quia non de bonis matris. ſi enim ageretur de feudo paterno non poſſet habere locum excluſio. In hac quæſtione, † cum aliquando fuiſſet diſceptatum in Curia Magna uidebatur antiquis iure peritis, quòd filia maior deberet pręferri, non obſtante exceptione, quòd de bonis paternis dotata fuit, cum illud ſit ſtatutum contra quaſdam iuris rõnes, & ſic non debet trahi ad conſequentiam, odia. n. ſunt reſtringenda, eſt tñ argumentum cõtra in Macedoniano, quod eſt odioſum, qđ eſt ſtatutum in filijs, & extenditur & trahitũ ad nepotes, ut ff. ad Macedonianum. l. filium.

† Additio. *In iſta q. ſi filia dotata a patre excludatur a feudo matris, vide Pernum Siculum in conſ. 12. col. 14. cum ſeq.* De Bottis.

c *Quæcunque.* Videlicet ſiue maiores ſiue minores.

d *In omnibus autem, &c.* Licet initium huius cõſtit. ſit generale, tñ videtur recipere determinationem per hunc finẽ, ſic. ff. de hære. inſti. cum in teſtam. in fi. de iur. & fac. igno. l. regula. in fi. & arg. ff. de leg. 2. cum pater. §. dulciſſimis. videlicet, vt hæc conſtit. loquatur tantum in feudis quaternatis, quæ tenentur in capite a Rege, vel ab alio, ut ſup. de uxo. non du. ſi. per mi. cur. l. honore quæ poſt mortem tenentis deuoluuntur ad fiſcum, in defectu prædictorum, quos admittit hæc cõſtit. ad ſucceſſionem, ut ſup. de mor. Ba denun. l. 1. poſt mortem, &c. ipſa enim ſunt quæ Rex donat cui vult, ſicut hic in fine dicit, & in dicta conſtitu. poſt mortem, & ſic de illis tantum intelligenda eſt hæc conſtit. in princ. Alia autem feuda, quæ tenentur ab alio, quàm a Rege, & ſunt non quaternata mortuo tenente ſine legitimo ſucceſſore nõ deuoluuntur ad fiſcum, ſed ad eum potius, a quo tenebantur, ut ſup. de bo. ſor. l. 3. §. ſane, & ſic de iſtis non vr̃ cogitatum, vt in hac cõſtit. cum de eis. in ſi. ubi ſe refert ad princ. non facit mentionem. Nec mirum ſi fiſcus plus proſpexit ſibi, quàm alijs, & ſic plus coartauit ſucceſſorem vbi cauſa ſua, agitur quàm ubi res agitur aliorum, accedit etiam ad hoc ſup. de ho. ba. non poſſi. ab ho. de l. 1. §. & ſi contigerit. Vbi videtur expreſſum, ꝙ in alijs feudis quàm quaternatis obtineat circa ſucceſſionem ius commune, videlicet, vt tunc demum ſuccedat dominus feudi quando aliquis non ſupereſt de linea deſcendenti, uel aſcendenti, uel collaterali, qui alias de iure communi ad ſucceſſionem ueniret, ad idem facit ſup. de fil. ſucce. ſor. l. 3. §. ſane, & ad idẽ facit etiam ſupra l. proxima. vbi olim ſuccedebant conſanguinei quantuncunque remoti, excluſis fœminis filiabus, per quam legem remouentur etiam alij conſanguinei, tunc demum, quando filij uel etiam filiæ ſupereſſent, non autem remouetur eis aliquatenus non ſuperſtitibus, & ſic tamen cum iſta veteri conſuetudine ſtatur.

a Non

ANDRÆAS DE ISERNIA.

Filij autem fratrum. Quid de filia fratris, an ſuccedet in feudo? vr̃ quod non, quia hæc conſtitutio enumerat perſonas, quas vult ſuccedere, & dilucidè connumerat, vt in princ. diximus, in linea deſcendenti expreſſit de filiabus in collaterali de ſororib. de nepotib. nihil dixit in collaterali, propter quod vr̃ omiſſum. C. de cad. tollen. l. pen. lex dilucide exprimit maſculinum & fœmininum, vt eſt uidere. C. de bonis quæ liberis. l. 2. ¶ Iure feudorum mulier non ſuccedit in feudo. Eſt autem notandum iſtud correctum eſſe in filiab. & ſororibus, cum non dixerit de nepotibus neglexerit, quia quæ notabiliter fiunt, &c. de iniurijs. l. item apud Labeonem. §. hoc edicto. vnde videtur remanere in ea ius feudorum, quo fœmina excluditur. ¶ Econtra videtur, & uerius, quòd ſuccedat. Nam in præcedenti conſtitutione dixit, cõſuetudinem prauam, qua repellebatur filia, eſſe extirpandam in Authen. ut nulli iudicum. §. 1. hæc autem ratio eſt in filia fratris, & vbi eadem ratio, idem ius. C. ad leg. Falcidiam. l. fin. Et ſicut in deſcendẽti commune votum eſt æquare mares, & fœminas, vt ſupra l. proxima. Ita & in gradu quocunq; modo, vbi ſucceſſio defertur, æquantur fœminæ maſculis, ſicut in filia fratris, & filio fratris expreſſe dicitur. C. de legitimis hæredibus. l. in lege. ibi, & qua ratione fratris filius, &c. ¶ Item omni iure maſculinum concipit fœmininum in ſucceſſionib. maxime filia continetur appellatione filij. ff. de verb. ſign. l. quiſquis. ff. de leg. 3. l. Lucius. §. quæſitum, cum multis concordan. per quod nõ uidetur omiſiſſe filiam fratris, dicendo, filij autem fratrum, &c. quia mens legum comprehendit filiam appellatione filij, & per hoc ſatis dilucida eſt conſtitutio, quæ non debet repetere in auia. C. qui admi. ad bono. poſſeſ. l. fin. Et ex quo in filiabus, & ſororibus expreſſum non neglexerit: non. n. poſſunt, &c. ff. de legi. l. non poſſunt. Item odioſum eſt, quod iure repellatur filia, quia poteſt ſeruire feudo per ſubſtitutum. C. de epiſcopis & clericis. l. ad ſimilitudinem, & l. quiſquis. & per ſubſtitutum eſſe in exercitu, extra de uoto. capi. ſuper his. Vnde cum dicat, filij fratrum, dilucide expreſſit de filia, quia cum ſit noua hæc conſtitutio videtur velle redire ad primæuum ius, quo ſunt accuſatores naturæ qui fœminas repellunt. C. de libe. præteritis. l. maximũ uitium, & facilis eſt interpretatio, quæ ad primæuum redditur ius. ff. de pact. l. ſi vnus. §. quod in ſpecie. Siue dicatur hæc conſtitutio prohibitoria, & dicemus admitti omnes, qui non prohibentur. Siue permiſſoria, & dicemus adijci omnes, niſi prohibitos. ff. de teſt. l. 1. in princ. Gloſ. dicit, quòd eſt permiſſoria certarum perſonarum, & linearum, ergo prohibet alios, quos non enumerat. Item filia fratris ſoror eſt. 22. quæſt. 2. cap. quærit. ſatis ergo dixit, dicendo filij, vt imputetur ei, qui permiſit legem lucidam, quare non prohibuit filiam, cum dixit, prauam conſuetudinem repellentem filiam fœminam. In dubijs enim ſemper eſt facilis reſponſio contra fiſcum. ff. de iure fiſci. l. non puto. Sed cum dixit filium fratrum, &c. non limitauit perſonas, vt de filia non intelligeret: Sed diſtinxit gradum, vt illi, qui ſunt in tertio gradu, ſicut ſunt filij fratrum, ſuccedant. ſequitur enim. vlteriori autem gradu, &c. Vbi verò prohibetur fœmina ſuccedere. tunc, enim fœmininum non concipit maſculinum. ff. de conſtituta pecunia. l. 1. §. 1. ibi, ſi non interceſſerint. At hæc conſtitutio remouet illam prauam conſuetudinem, vt prædictum eſt. Idem dicendum eſt de filio, vel filia ſororis non dotatę, prædicta ratione, quòd ſuccedat materteræ, quæ eſt ſoror matris. Inſti. de gradibus. §. 1. ¶ Continetur quidem in regiſtro Imperatoris huius, quod in Archiuo ſeruatur, quòd fecit aſſecurari nepotem de feudis materteræ, & hic multas quęſtiones dirimit, & vbi mater ex cuius perſona prætendit ius ſucceſſionis, fuiſſet dotata, tunc obſtaret ei, ſicut & matri. ¶ Quid ſi patruus maritaſſet, & dotaſſet neptem filiam fratris ſui, an excluderetur per hoc a ſucceſſione patrui dotantis? quod videtur, quia ſi ſororem proximiorem ſibi dotaſſet, excluderetur ſoror dotata, multo fortius in nepte dotata, quæ non eſt ita proxima in gradu, ſicut ſoror. Vbi eadem

petentibus [a] non negamus, imò ipſos alijs in liberalitate noſtra præferre diſponimus, ſi eiuſdē feudi ad nos rationabiliter deuoluti ſimul cōpetitores exiſtant, dūmodo a conſanguineis tantū noſtræ Curiæ offeratur, quantū ab extraneo eſt oblatū. Si tm̄ nos, * vel in demanio nr̄o feuda ipſa tenere velimus, vel alijs ex mera liberalitate donare, [b] iniuriā nullus ſibi fieri exiſtimet, ſi qđ ad ius noſtrū iuſtè deuoluit̄, vel retineamus nobis, vel alijs, qui a nobis præſtolantur beneficia, cōſeramus.

a *Non negamus*. Nota bonum argumentum iuris ciuilis ad hoc concordans, quòd Imperator gratificatur conſanguineis potius, quam extraneis, ut C. de natu. lib. l.communium rerum. §. illo uidelicet obſeruato.

* ADDITIO. *Vide Bart. in l.1.§.permittitur.ff.de aqua quot. & aſtiua. Aff. decif. 392. num.20.* De Bottis.

b *Iniuriam nullus*. Arg. contra, quod fiat iniuria. ff. de aqua quot. & æſti.l.1.§.pen. Altercationem in Magna Curia magnam habuimus de aſcendentibus, qui ſine dubio liberis nō ſuccedunt in feudis nouiter acquiſitis, ut ſupra de fiſc. ſuc. for.l.1.in princ. An ſuccedant in feudo quaternato auito, ſiue paterno, maxime quando tale feudum obuenisset deſcendenti filio, vel nepoti, de cuius ſucceſſione agitur ex alia parte quam vnde eſt parens, qui ad ſucceſſionem uenire contendit, vt v.g. filius habuit feudum ex ſucceſſione matris uel alterius de materna linea, & pater uel alius deſcendentium de linea paterna petit ſuccedere in hoc feudo, vel econuerſo. Si ſimiles terminos ponamus in matre, & facit pro aſcendentibus ſuperior ex collaterali, &c. vbi dicitur, quòd ſtatim frater & ſoror in capillo ſuccedit, excluſo etiam communi patre ſuperſtite. colligitur ergo, quod vbi non eſt frater uel ſoror in capillo, non excluditur pater, vt argum. ff. de teſti. l. ex eo. Simile eſt quod ponitur de illo veri o excluſo. C. vnde uir & vx. l.1. Item ſimiliter per ſubauditum contrarium intellectum. facit pro eis præalleg. l.1. de bo. for. vbi litera ita iacet. foriudicatorum bona ueluti damnatorum, ſi liberos vel parentes vſque ad tertium gradum non habent, fiſci noſtri commodis uolumus vendicari, niſi feud. ſine filijs ex conceſſione noſtra, vel alio iuſto titulo acquiſita, in quibus aſcendentes liberis non ſuccedunt. Si autem &c. ſequitur ergo quod ſi feuda eſſent auita, ſuccederent aſcendentes: cum enim ponendo primo regulam foriudicatorum bona, &c. generaliter omnia comprehendat, ut ff. de verborum ſignific. l. bonorum, tam non feudalia quàm feudalia quæſita, videlicet, & auita, & excipiendo poſt modum niſi feuda, &c. de feudis quæſitis tantum excipit, non poteſt uideri ſenſiſſe in ſuperioribus de auitis, vt ff. de fun. inſtr. l. quæſitum. Eadem reſpon. immò per exceptionem iſtam remanet ſuperior regula in auitis, a rebus cęteris magis firma, ut in Authen. de non alien. §. vt autem. collat. 2. Si hoc nanque habuiſſet conſtitutio pro conſtanti, quòd nunquàm in feudis aſcendētes ſuccederent, ſtultū fuiſſet exprimere, quod ubi ſupereſt frater & ſoror in capillo, pater excluditur, & quòd in feudis quæſitis aſcendentes liberis non ſuccedunt. ſimile. ff. a qui. appel. non licet. l.1. in princ. & maxime ſic in cæteris caſibus, quoniā uidetur in alijs permittere quòd ſuccedant, ut arg. ff. ſolu. matr. ſi cum dotem. 1. reſp. Item adhuc uidetur magis expreſſum pro eis ſupra in præalleg. tit. de bo. for. l. ſi quando. §. ſane. vbi dicitur, quòd ſi foriudicatum a Comite uel Barone feudum tenere contigerit, ipſo parentes vel liberos non habente, feudum reuertitur ad eum, a quo ipſe foriudicatus tenebat. Reſtat ergo quòd ſi haberet parentes ipſi præferrentur domino feudi. Item ad idem ſupra de ho. ba. poſ. terram ho. de. l. ſi quando. §. & ſi contigerit. ubi dicitur, quod dominus feudi ſuccedit, cum nullus omnino ſupereſt defuncto, de his qui aliter poſſent ad ſucceſſionem eiuſdem ex deſcendenti; vel aſcendenti, vel collaterali linea ab inteſtato venire. Facit etiam pro aſcendentibus ratio miſerationis, vel pietatis: nam ordine turbato ſuccedis Bulgare nato, vt ff. vnde lib. l. ſi ſcripto. in fi. & ff. de inoffic. teſta. l. nam & ſi parentibus. in princ. & ſic videtur, quòd in ſolatium amiſſi filij parentes hæreditatem habeant huiuſmodi luctuoſam, ut ff. de iure dotium. l. iure ſuccurſum eſt. C. de inſtitutis lib. & ſubſtitut. ſub cond. fact. l. fi. Vltimo facit pro parentibus optimum ſimile argum. quòd licet olim iure digeſtorum liberto ſine liberis mortuo in primis etiam ante patrem patronus ſuccederet, vt ff. de bo. libe. liberto ſine liberis. & ff. de ſuis & leg. hæred. l. inteſtato, in princ. hodie tamen per Iuſtinianū pater liberti patrono præfertur, vt Inſtit. de ſeruil. cogna. §. 1. in fi. & no. Azo in ſumma. C. de bon. libe. in fi. & no. de bon. poſſeſ. contra tab. quæ datur patrono præterito. §. quod dices. Nec obſtat patri, quòd pro exhæredatione ponitur: quia feudum ex alia parte, uidelicet, materna obuenerat filio decedenti; quoniam poſtquàm feudum matris peruenerat ad filium,

ANDRÆAS DE ISERNIA.

tertio idem ius. ff. ad l. Aquil. l. illud. Verius videtur quod non, quia filius & filia fratris, vt prædicitur, ſuccedunt patruo dotanti: nam dotatæ a fratrum ſucceſſione repelluntur, non dixit tex. a patruorum. Odioſa eſt hęc conſtitutio, & contra ius poſita, ideo non producitur, vt l. quod vero, ff. de legib. de ſucceſſione fratrum dixit tm̄, de ea tantum intelligetur ff. de ver. obl. l. ſi minor. Nā ſi idem voluiſſet de ſucceſſione patruorum, dixiſſet: non dixit, ergo habetur pro omiſſo C. de caducis tollendis. l. j. en. & eſt manifeſta ratio quia neptis hæc deſcendit a fratre, cui non obſtat, ſi habuiſſet de feudo partem ſuam, qn̄ iure Long. vixiſſet, nec vitam, nec militiam adeptam, qn̄ iure Francorum: nam nihilominus in feudo paterno ſuccederet, fratri ſuo, ſicq; ſuccedit filius huius fratris, vel filia habentes idem ius, quod pater eorum habet, vt dicit litera, & quam neptem patruus non habuit neceſſe de ſuo dotare, nam habebat portionem patris ſui, fratris patrui, quando iure Longob. vel debitum vitæ & militiæ non receptæ. Quādo iure Francorum, quod tranſmiſerat in filiam, vel in filium, vt dictū eſt ſupra in conſtitutione, Comitib. circa finem. multo fortius ſi receperat, quia filię fratris nil debet omnino, ut ibi plene dictum eſt. Cōſtitutio hæc repellit ſororem tantum debentem habere paragium de bonis fratris, & quia habet portionem ſuam, ſcilicet, paragium dotis fratris, ideo repellit, hæc neptis nihil debuit habere de bonis patrui, & de nepte non dixit conſtitutio, dotata a patruo illa ratione: quia eā non tenebatur dotare. Vnde ſecus in filia ſororis dotatę vel amitæ: multo potius tunc obſtaret eis id, quod obſtaret illis, ex quarū perſona volunt admitti, vt dictum eſt in dicta conſt. Comitibus. ¶ Simile quærunt fiſcales in conſtitutione, conſiderantes, † inclyti Regis Caroli II. in parlamento Neapolis condita. verſi. illo antiquo interpretationis abuſu, &c. ibi, frater & ſoror ſuccedunt. dicunt enim, ꝙ quia de fratre & ſorore dixit, de eis tantum intelligitur. ff. de verb. oblig. l. ſi minor. non dixit de filio fratris & ſororis præmortui ante primogenitum, non trahetur ad eos etiam utiliter, ff. ſolu. mat. l. ſi uero. §. de uiro. Perſona non intelligitur, niſi quando exprimitur. ff. de verb. obl. l. ſi ita. §. Chryſogonus. Lex & ſtipulatio æquiparantur. C. de fideiuſ. l. fin. pro quo eſt. C. de procu. l. maritus.

† ADDITIO. *Concludit quòd c. conſiderantes, loquit quòd mortuo fratre in feudo antiquo ſuccedit alter frater ſeruata gradus, & ſexus prærogatiua. habet locum, ſi frater vel ſoror primogeniti, ſint mortui ante primogenitum, quia inter nepotes fit ſimilis diſtinctio, quando volunt primogenito ſuccedere, & ita vidi ſeruatum in ſucceſſione Comitatus Aliani: nam ſucceſſit D. Antonius Carrafa nunc Princeps Hoſtiliani tanquam primogenitus, natus ex ſorore D. Eligij de Marra Comitis Aliani excluſis alijs fratribus.* De Bottis.

Contrarium tm̄ verū eſt, loquitur. n. in feudo auito, in quo ſuccedit patruo nepos, ut in hac conſtit. dr̄, ideo dicit ꝙ erat abuſus interpretationis iniquæ, unde illud cap. conſiderantes. non daret de nouo ſucceſſionem patri huius nepotis, ſi uiueret, ſed remoueret impedimentum ei parētum per abuſum iam dictum, ar. ff. de manu. vin. l. ſi pater. in fi. ſed ſi aliquid in nepote diceretur, eſſet non de iure, ſed ex uitio interpretationis iniquæ prædictæ, qui cum ſit ſublatus in patre, tolli debet eadem ratione in filio: cum. n. ex una radice uitium naſcitur. ff. de nupt. l. fi. & cum finitur aliquid, ſi euacuatur, ut nullum ex priſtino ueſtigio remaneat. ff. de adopt. l. in omni. nedum uitium, imo & materia prioris uitij remanere debet. C. ut ac. hær. ab hær. & contra hær. l. 1. ſicut cū tollitur rei origo, nō relinquitur eius imago C. de lati. liber. l. unica. in prin. Prohibito uitio omnia mala quæ oriuntur ex eo ſunt extincta, ſeu prohibita. ext. de contu. c. nam concupiſcentiam. Filium. n. & patrem reputant iura eandē perſonam, niſi qn̄ beneficium eſt perſonale non egrediens perſonā. ff. de conſt. prin. l. 1. in fi. Et poſtquā conſtitutio redigitur in corpore conſti. eſt generalis, niſi caueatur in ea, ꝙ ſit ſpecialis, ſicut in Dorotheo. C. de decu. l. nec Dorotheū, lib. 10. qn̄ ſcilicet, vult idē legiſlator, exemplū, Inſt. de iure perſonarū. §. plane. Sed ſi primogenitus, & alij ex eo non ſuccederēt, etiā ſine dicto abuſu, ut ſi datum eſſet, ut ad primogenitos tm̄, & eorum filios perueniat, quilibet. n. rei ſuæ dicit legem, quā vult. ff. de ſolu. l. 1. C. mand. in re mandata, erit perſonalis in eis & nō intelligeretur de filio fratris, qui priuatus eſt ex forma conceſſionis. Perſonalia non dantur hæredi. ff. de pac. iurisgentium. §. pactorū, tunc omittitur hæres, quia eſt prohibitus, ar. ff. rē ra. habe. l. ſi ſine §. ſtip. Ideo dicit. l. ſi pactū. in fi de prob. plerūque. cū verò abuſus tollitur, in oēm caſum, qui ex iniqua interpretatione naſci poteſt, remotus vr̄, ar. ff. de fide l. ſi quis pro eo. §. ſi nummos, ff. loc. l. quæro. §. ſi inter. Et licet ſit illud c. in fauorem feudorum, cum ſit ſcriptum in corpore conſt. intelligitur ſic iure communi remoto, arg. ff. de vulg. & pup. l. ex facto. in princ.

Idem ius quod pater eorum, habent filij. Nūquid ſicut filius fratris ſuccedit patruo, ſic econtra patruus nepoti, quærit glo. & dicit quod iudices Curiæ pronunciauerunt contra, ſ. contra patruum eorum, eo quod

filium, factum eſt patrimoniũ filij ac alijs filij rebus cõfunditur, ita ꝙ nec nomen feudi materni amplius remanet, ſed amodo filij hæreditas eſt dicenda, ut arg. C. de inoffic. teſt. l. ulti. in fi. & ff. de acq. hær. l. per procuratorem. alias incipit, ſi pupillus. in fi. & no. in gl. ord. ff. de ſeparat. l. 1. §. præterea. aliter diceretur filius habere vnum patrimonium de rebus proprijs, & aliud de maternis: quod propterea non dicetur, quia unius duo eſſe patrimonia non videntur, vt ff. de excuſat. tutorum. l. iuriſperitos. §. cum oriundum. Ex aduerſo contra aſcẽdentes faciunt iura expreſſa, & argumenta, & rationes. Et primum caſus legis eſt expreſſus in colla. 10. de uſib. feudorum. vbi dicitur ꝙ in ſucceſſione feudi talis eſt natura, quod aſcendentes non ſuccedũt, uerbi gratia. Pater filio, ut in titulo, de natura ſucceſſionis feudi. l. ſucceſſionis. in princ. nec dicunt aliqui, ꝙ liber ille de vſib. feudorum, nõ obtineat in Regno Siciliæ. Nam ſi bene inſpicias quæcunq; per Regni conſtitutionem circa feuda & vaſallos dicuntur, ſicut eſt de feudis non minuendis vel diſtrahendis, de dominis aſſecurandis, de Fellonia, ex guardio & alijs multis abinde proceſſerunt, licet ſuper his conſtitutiones Regni in nonnullis addãt articulis, & immutent. ¶ Illa etiam conſuetudo in Regno hactenus obtinens, vt filiæ non ſuccederent in feudis, quæ tollitur, ſupra proxi. in aliquibus, &c. erat de illa colla. 10. de vſib. feu. in tit. de his qui feud. da. poſ. §. hoc autem notandum eſt. & de ſucc. feu. l. ſequitur. §. filia. ¶ Similiter erat alia olim Regni conſuetudo, vt feuda nullo præſcriberentur tempore, quæ tollitur infra de præſcrip. l. cõſuetudine. quæ erat de 10. colla. prædicta in tit. de capi. Cor. l. hęc ſunt capi. §. 1. de prohib. feu. alie. per Fred. l. Imperialem. §. 1. non ergo conſtit. Regni illas corrigeret, ſi liber ille de feudorum uſibus nõ ſeruaretur in Regno, ſicut dicimus quòd ſeruus non dicitur capite minutus, quia caput non habet. ff. de cap. di. l. liberos, in fi. nec gradus dicitur rumpi, qui eſt nullus, vt ff. de iniuſto te. l. nam & ſi. in medio. & ſic patet ꝙ in hac parte cum nihil conſtitutio Regni uel approbata Regni conſuetudo de ſucceſſione aſcendẽtium innouet, & vbicunq; aliquid non mutat, ſeruare debemus illud ius antiquum de uſib. feudorum, vt in Auth. de nuntiſ. oſ. in ſacra. app. circa fi. coll. 3. vtpote ius commune, quia illud Romani ſanxere Principes, quorum eſt proprium, communem ſtatuere legem, vt in Auth. de inſtrumento. caute. §. quia igitur. collat. 6. & in Auth. de raptu virgin. in princ. colla. 9. & ideo multæ authenticæ ſicut auth. ſacramenta puberum, & auth. omnes peregrini, &c. & aliæ plures de illa colla. 10. ſicut & de alijs 9. coll. redactæ ſunt in C. vbi, videlicet, viſum fuerit ꝙ aliquid adijcerent uel mutarent. Item contra aſcendentes eſt conſtitutio

tutio præſens, quæ certos gradus, lineas, & perſonas vocat ad ſucceſſionem in feudum, ut patet ex ſerie literæ, & cum in eis non numeret lineam aſcendentem, nemo ipſam ambigat excludẽdam, vt probatur. C. de ſecun. nup. l. 1. ad fi. C. de inceſt. nup. l. ſi quis inceſti. Cum enim conſtitutio iſta ſit permiſſoria certarum, ſcilicet, linearum, & perſonarum, vt diximus, prohibet ergo in aſcendentib. & cæteris, quos omittit, vt ff. quod cuiuſq; vniuer. no. l. nulli. & de collc. illi. l. 3. §. in ſumma. adeo quod talibus quibus lex deficit, nec vtilis actio danda erit, ut ff. ſoluto matr. l. ſi vero. §. de viro. Sic econuerſo dicimus, quod quãdo edictum eſt prohibitorium ſuper certis, permittit in cæteris, vt ff. de procura. mutus §. 1. & accedunt ad illa vulgaria iura, ꝙ in vno permittitur, in alijs prohibetur, & ſi aliud uoluiſſet legiſlator, aliud dixiſſet, & quæ notabiliter fiunt, niſi exprimantur, vñr eſſe neglecta. ¶ Itẽ eſt contra aſcendentes, quia quoties res, quæ conceditur alicui, & hæredibus ſuis, eius eſt conditionis, ut deficientibus hæredibus ſuſcipientis, in alium tranſeat, vel reuertatur ad dantem, ſicut eſt feudũ cuius conceſſio nulla eſſet, ſi nunquam eſſet ad dominum reuerſurum, ut in 10. colla. de vſi. feu. in tit. de appell. feu. l. ſi clientulus, circa mediũ. intelligimus ibi appellatione hæredum tantum liberos contineri, ut verbi gratia, quando teſtator hæredi mandat per fideicom. quod ſi ipſe ſine hærede moriatur reſtituat Seio hæreditatem, qui caſus ponitur. ff. ad Trebell. l. ex facto. §. penult. & ibi in glo. ordina. notatur expreſſe pro feudo, quod ſi concedo tibi feudum & hæredibus tuis, videatur tantum de filijs intellectum. aliàs duraret ſine fine: quia rarò contingeret quòd decederet ſine hærede, cum ſaltem fiſcus ſuccederet, ut ibi in gl. ordi. dicitur. ¶ Simile dicitur in vſufructu, qui reuerſurus eſt ad proprietatem, ut ſi concedatur alicui & hæredibus, de filijs tantum intelligatur, vt ff. de vſufruc. ac. l. ſi quis Titio. ſecũdum unam lecturam. ¶ Simile etiam in emphyteuſi eccleſiaſtica, quæ eſt ad eccleſiam reuerſura, vt in Auth. de non alienan. §. emphyteuſim. colla. 2. ¶ Simile etiam in liberalitate Principis communiter plurib. factæ. C. ſi liberali. Imperi. ſo. l. unica. lib. 10. ſecundum primam lecturam. Nec putet aliquis diſſonum, hæredum appellatione filios vel liberos ſignificari, quoniam his tribus nominibus, ſcilicet hæredum, filiorum, & liberorum, lex indifferenter & promiſcue vtitur, quaſi æquipollentibus, ut patet. ff. de don. cau. mor. l. Seia. circa princip. ¶ Sed quis fortè obijceret, quare ergo ſi tantum intelligatur de filijs liberis in ſucceſſione feudorum ex collaterali frater fratri ſuccedit in feudo [illegible], ut ſupra §. ex collaterali alicui, ut patet per ſuperſtites? Reſpõdeo quod frater ſuperſtes, non uidetur habere a fratre mortuo, ſed a patre, vel ab alio

ANDRÆAS DE ISERNIA.

quòd conſtitutio hæc eſt permiſſoria, certos permittens, & alios prohibens, patruus non eſt permiſſus, ergo dicunt quidam, quòd videtur prohibitus. Sed certe hæc conſtitut. non tam enumerat perſonas quam gradus in collaterali uſq; ad quos, ſcilicet licet ſuccedere, patet in uerſ. in vlteriori autem gradu, &c. unde in omnibus perſonis, quæ ſunt infra illos gradus erit ſucceſſio, quaſi omnes perſonæ inter illos gradus exiſtentes ſint expreſſim nominatę. Idcirco alij, quod eſt verius, dicunt patruum ſuccedere nepoti, ſicut nepos patruo. diximus plene in tit. Imperator Loth. Eug. Papæ. Alibi intitulatur, qualiter vſus beneficij ſit tuendus, aliàs, tenendus, c. ſi quis miles. ubi eſt caſus, & eſt lex Imperatoris non domini Oberti de Ortó.

In acquiſitu ex largitate noſtra. Nepotes non ſuccedũt. ¶ Innuit quòd frater non ſic excludebatur per formam conceſſionis, ſicut hodie ponitur in priuilegijs, donamus tibi & tuis hæredibus ex tuo corpore legitime deſcendentibus, † ut dictum eſt ſupra. Glo. hic repellit fratrem ſimpliciter ſine dicta clauſula. Et verum eſt iure feudorum. Sed ſupra dictum eſt, hæc conſtitutio non ſequitur illa iura, niſi eſſent rationabilia: hoc autem irrationabile eſt, ut frater excludatur, ſufficere debet hæc peruerſitas huius conſtitutio. in nepote, quem exprimit, non debet trahi hoc peruerſum ad fratrem, quem non nominat. Et ſic non obſtant rationes glo. & loquitur in nepote, ſicut in vulgari, cum nepos dicitur natus poſt, in collaterali autem poteſt naſci nepos ante patruum, ut glo. dicit.

† ADDITIO. *Vide Affl. in dec. 293. & Abb. conſ. 82. 1. vol.* De B.

Filia autem. Intelligas ſane, ut gl. bene exponit quod vſq; ad §. ſi autem iure Longobar. loquatur de iure Francorum, & excludat maiorem dotatam de bonis patris. Sed ſi non eſſet dotata de bonis patris, non excluderetur maior coniugata & dotata ab alio, quam a patre. Nam dos profectitia de bonis patris exiens excludit a ſucceſſione, non aduentitia. Si uerò non iure Francorum, ſed Longo. viueretur, & maior eſſet coniugata, & dotata de bonis patris, conferret dotem, & diuideretur feudum.

Collatis dotibus. Scilicet profectitijs de patris ſubſtantia. Sic econtra quod eſt no. ſi pater dotaſſet de ſua ſubſtantia, & mater habens feudum moritur, relicta filia in capillo, & prædicta eſt dotata per patrem. Quia non excluderetur maior uiuens iure Francorum, propterea quia non dotata de bonis eius, de cuius ſucceſſione agitur, ſed per patrem, filia remanente in capillo, ut gl. dicit.

In omnibus autem, in quibus ſupradiximus. Hic ſumitur quòd in quaternatis † loquitur, ut in princ. dicitur, nam in alijs feudis de tabula ſeu planis tentis ab alio, non in capite ſuccedunt aſcendentes, & collaterales, quantumcunque remoti, ut hic plene in gl. ¶ Sed utrum ſi non coniungantur ab illo latere, vnde eſt debitum: videtur quod ex illo latere debeant coniungi, ut in c. Honorij, quod incip. ſi aliquem. Sed loquitur quando ſubfeudatarius erat in capite, quia tenebat ab alio feudũ quaternatum, ut dicit principium: & ſic per totum debet intelligi. ff. de iur. & fac. ign. l. regula. §. pen. Sic exponitur hæc cõſtitutio in prin. ibi, uel ab alijs, ſ. de capite: quod põt eſſe ſ. in conſtit. poſt mortẽ. Factum eſt. n. illud. c. ad amplianda ſucceſſionẽ, in releuamen hominũ regni: & ſic habebit locũ antiqua conſtitutio, ut in Auth. de fil. ante dota. inſtru. nat. §. F. ff. ſi quis teſta. lib. eſſe iuſ. fuerit. l. plane. Antiqua admittebat etiam remotos, quod corrigitur tantum in fœmina, quando eſt: quando non eſt remanet, ſupra in conſtitut. in aliquibus.

† ADDITIO. *Freccia fol 238. num. 2. in feudis planis, & de tabula, uide Ang. conſ. 110.* De Bottis.

VT *de ſucceſſionibus.* Super hoc uide cap. Caroli II. de prorogandа ſucceſ. Baro. 2. Barthol. de Capua.

¶ Quęro, conſuetudo eſt in regno, quod primogenitus ſuccedat legitimus. Modò natus eſt quidam non legitimus, deinde natus eſt quidam legitimus: deinde legitimatus eſt ille, qui non erat natus legitimus, quęritur quis debet ſuccedere? dic, ille in quem primò hæc duo concurrunt ſimilia, ſcilicet qui eſt primò natus ſiue genitus legitimus: & ita ſeruatur, argum. l. quoties. & ibi extraordinarie habetur C. de rei vendicatio. Barthol. de Capua.

In glo. ibi prope finem. ibi, excluduntur. Iſtud dictum non procedit, ſi bene aduertas, per l. quoniam nouella. in fi. C. de inoffi. teſta. & dic, ut ibi extra ordinem no. & per l. ut liberis. in fi. C. de colla. & dictum eſt ſupra l. proxi. Barth. de Capua.

In glo. ſed nunquid. ibi, lege ſcripta. Tamen reprobatur prima opinio infrà eo. in glo. magna, in fi. Sed vt poſſit ſaluari utraque glo. dic quòd altera glo. intelligitur in feudis, quæ peruenerunt ex bonis aduentitijs: altera intelligitur in feudis, quæ peruenerunt filio ex largitate Principis. Barthol. de Capua.

In §. filiæ aũt in capillo. Tex. iſte exponit ſeipſum: qa dicit ꝙ illa dr̃ eſſe in capillo, q̃ poſt mortẽ patris remanet in domo, & ita clarius expo-

ab alio de ſuperioribus, cuius fuerat primo feudum, ut ff. de interd. & relega. l. cum qui. in fi. Item eſt contra aſcendentes, quod cum feudū obuenerit filio deſcendenti ex alia parte, vt puta matris, ſicut poſitum eſt in themate quæſtionis, non eſt admittendus ad ſucceſſionem pater, vel alius, qui non eſt parens ex alia parte, ut argumentum. ff. de legat. 2. cum ita. alias incipit, omnia. §. vlt. prout eſt ibi litera, qui ex eo, &c. & ff. de mune. & hono. l. vacatio, & C. de legit. hæred. l. de emancipatis. §. exceptus. ff. ad Car. cum ſine in fi. vbi dicit propter fratris ex alia matre nati, &c. ne feudum quod certæ perſonæ affectu datum eſt, hoc ad hæredes eius exteros tranſire videatur, vt argum. ff. de ſerui. leg. l. pater filiæ. in fi. Nec tale feudum poteſt auitum in hac parte cenſeri, quia vbi de ſucceſſione agitur, illud intelligitur auitum, vel paternum, quod fuit illius patris, qui fuit agnationis communis tam defuncto, quam ſuperſtiti, qui vult ad ſucceſſionem venire, vt patet in 10 collatio. de gradi. ſucceſſio. in feud. l. per ſucceſſionem §. his vero. ¶ Item eſt contra aſcendentes, quoniam feudum nihil aliud eſt, quàm quoddam beneficium perſonale, vt patet in præalleg. coll. 10. in quib. caſib. benefi. amit. l. Obertus. cui videlicet perſonæ inſpicientis, utpote, promerentis conditio locum facit feuda enim honore & amore perſonæ, non propter pecuniam conceduntur, ut in præalleg. 10. collatio. de feudo dato in uicem legis commiſſoriæ, reprobando. l. ſi quis obli. & hoc eſt quod iure Romano, dicitur annonas publicas, non tam titulis dignitatum, quam ſingulorum virorum meritis attributas, ut C. de annonis ciuilibus. l. 1 lib. 11. deficit ergo tale beneficium deficiente perſona, ut ff. de regu. iur. l. in omnibus, ut ita vel non egrediatur perſonam, nec ad hæredem tranſeat, ut ff. de conſtit. principum. l. 1. in prin. & ff. de reg. iur. l. priuilegia vel ſi egrederetur, non niſi ad filios protendatur, ut ff. ſolu. matri. l. cum. in princ. cum concord. & ibi eſt de hoc glo. ordin. circa feuda. Et eſt ratio ſpecialitatis in filijs: nam cum parentum memoria, ſiue concertantia relinquatur in liberis, ut ff. de verbo. ſign. l. iure liberi in fi. non intelligitur perſona deficere remanentibus liberis, & ſic beneficium perſonam tranſgreditur, licet in liberos transferatur, qui ſunt pars corporis parentum ſuorum, ut C. de agrico. & cenſi. l. cum ſcimus §. ult. lib. 11. & una & eadē vox & perſona cēſetur cum eis, ut dicunt iura notata. ¶ Simile eſt reperiri in muneribus libertorum quæ manumiſſoris perſonam reſpiciunt. ¶ In hac quæſtione ſentimus ſaluo conſilio meliori, quod aſcendentes non ſuccedunt in talibus feudis. Nam cum feuda primordialiter proceſſerint ex munificentijs principum, ut patet in Authen. de exhiben. reis. §. optimum. colla. 5. pro meritis, uidelicet ſingulorum, ut C. de anno. ciui. l. 1. in princ. lib. 11. & beneficia principum licet pleniſſimam interpretationem recipiunt, ut ff. de conſtit. princip. l. vlt. tamen non debemus extendere ad caſum, de quo non eſt veriſimile principem cogitaſſe, ut ff. de vulga. & pupil. ſubſt. ex facto. circa princ. ſed ſemper in eis attendenda ſit intentio principis concedentis, vt extra de offi. & po. iudi. dele. ſuper eo. & extra de arb. cap. expoſitæ, maxime cum in bonæ fidei contractibus donationis ſpecies non computetur, ut ff. de do. cum qui. Nam non videtur princeps noluiſſe quando conceſſit feudum, quod aſcendentes ſuccederent contra commune votum parentum, ut dicit notabilis lex, quæ determinat quæſtionem. ff. ſi quis omi. cau. teſta. l. Iulianus. in fi. & iſta irrefragabilis ratio forte mouit illum legiſlatorem qui ſtatuit in lib. de vſib. feudo. quod natura ſucceſſionis feudi eſt, ut aſcendentes non ſuccedant. Diſplicet ergo illorū ſententia, qui aſcendentes in hac parte ad ſucceſſionem admittunt, vtpote oppoſita dicto uoto, ut ff. de conditio. & demonſtrat. cum talis. in princip. Non obſtat prima allegatio partis aduerſæ, quæ aſſumitur a ſuperiori uerſi. collaterali, &c. vbi dicit excluſo, &c. nam abſolute dicit excluſo, id eſt, quia ſine dubitatione pater & quilibet aſcendens ſemper a iure excluduntur, ſimilis expoſitio fit. C. quando non petentium partes, petentibus, &c. l. unica, ſuper uer. ceſſante legitima ſucceſſione, &c. & ſic cum ad tollendam dubitationem exprimatur ius commune non lædit, ut dicit regula iuris, quæ dubitationis, &c. Item non obſtat ſecunda allegatio, quæ fit per ſubauditum intellectum illius. l. ſornudicatorum, quia ſubauditus intellectus quando abſurditatem inducit, ſeruandus non eſt, vt. C. de conditio. inſert. l. 2. Vel licet in exceptione illa niſi feuda, &c. ſpecificet de feudis quæſitis, ubi tamen ſubiungit in quibus, &c. facit relationem de ſpecie ad genus: in quibus ſcilicet feudum, ut ſic ſit relatio ſimplex, ſicut. C. de inur. l. dominum. & leges concordent legibus, ut in Authen. de exhiben. reis l. fin. & C. de inofficio. dō. l. unica. ne ſe adinuicem deſtruant, ut in Authen. quibus mod. natur. effic. ſui. §. tribus. coll. 7. Vel adhuc melius ab illa regula, in qua generaliter ſornudicatorum bona, &c. excipit feuda: dicendo, niſi feuda ſint. & ibi fac punctum, & continua feuda, dico liberis ex ſucceſſione noſtra, uel alio iuſto titu. acquiſita: ſic illud adiectiuum, acquiſita, non regatur ex parte poſteriori a uerbo, ſunt, ſed ex parte anteriori, determinando illud ſubſtantiuum, feuda: & ita non notat hic differentiam inter noua & antiqua feuda: ſed dat intelligere, ꝙ largiter excipit de omnibus feudis, quomodocunque ad filios peruenerint.

1 Addi-

ANDRÆAS DE ISERNIA.

exponitur 10. colla. quæ fuit prima cauſa. §. præterea. Barth. de Cap.

¶ In ver. excludunt. Quid ſi pater habens feudum deceſſerit, relicta filia vnica, & dotata, an ſuccedat in feudum? videtur quod ſic, per iſtum tex. nam dicitur hic ꝙ filia maior ſi ſit dotata de alijs bonis, excludit minorem in capillo exiſtentem, vbi ſola eſſet dotata de bonis patris, videtur quod ſuccedat. Barth. de Cap.

¶ In glo. in omnibus, circa fin. Super illa gl. vide quod no. ſupra ead. l. in glo. quæ incipit, ex generali præſumptione. Barth. de Cap.

¶ In gl. imtimam. Tota illa magna gl. non continet aliud niſi diſputationem, vtrum pater, vel alij aſcendentes ſuccedant filijs in feudis auitis, quia in quæſitis neutrum non eſt dubium. Barth. de Cap.

¶ Quæro an patruus ſuccedat nepoti? in quo conclude ꝙ ſic quia caſus eſt expreſſus de iure communi feudorum, quod patruus in feudo ſuccedit nepoti. in c. 1. Imperat. Loth. quod non videtur eſſe correctum per hanc conſtitutionem Regni, vt de ſucceſſionib. tum quia iſta conſtitutio reſtringens aliquid in feudi ſucceſſione loquitur quæ à Regia Curia, ſiue ſub Barone ad Regiam Curiam per excadentiam deuoluatur & ipſa Regia Curia habet illam concedere, non Baro, ut in conſtit. poſt mortem. Quia Imperator per vtilitatem ſuæ Curiæ reſtrinxit in eis aliqualiter ſucceſſionem, quod nō debuit facere, quia lex non debet eſſe pro priuato commodo, ſed pro publico conſcripta, vt dicit Iſidorus, lib. 5. & ponitur in decretis, prima diſtin. erit autem lex. ¶ In alijs autem feudis non quaternatis, quæ ſub Comite tenentur, dicta conſtitutio ſucceſſionem reſtringens non vendicat ſibi locum. ¶ Ideo in eis remanet ius commune, vt ſuccedant conſanguinei, quantumcunque remoti, qui tamen de iure ad ſucceſſionem admitti poſſunt, vt no. ibi in glo. & per And. ibidem in d. c. 1. Imperat. Loth. & tit. de natu. ſucceſſ. feud. circa medium. tum etiam quia iſta conſtitutio, ut de ſucceſſionibus. non dicit expreſſe quod patruus non ſuccedat nepoti, imò cum dicat quod nepos ſuccedit patruo, non videtur negare, ſed potius includere, quod ſimiliter patruus nepoti ſuccedat, ſicut eſt de communi iure feudorum, vt ſeruetur æqualitas. Et quia dicta conſtitutio numerat gradus ſuccedentium non perſonas, vt patet in litera ibi, in verbo, vlteriori verò gradu, vnde ſecundum eam ſicut nepos ſuccedit patruo, qui eſt in tertio gradu, ita patruus nepoti, qui ſimiliter eſt in tertio gradu. Et ſicut filius fratris ſuccedit patruo, nullus diceret quod filius ſororis in capillo, ſeu non dotatæ non ſuccederet auunculo, vel materteræ, licet dicta conſtitutio non dicat expreſſe, & ita per multas rationes, & iura determinat And. in d. cap. 1. Imperator Loth. cuius opinio æquior videtur, quam opinio Marini, vt no. in dicta conſtitutione. vt de ſucceſſionibus. hoc etiam no. expreſſe in ipſius Marini gl. ordinaria eiuſdem conſtitutionis, vt de ſucceſſionib. ver. ſi autē, &c. in glo. quæ incipit, ſed quid econuerſo ſi decedat nepos feudatarius, &c. ¶ Nec obſtat quod aſcendentes in feudo non ſuccedunt, vt in c. 1. de natu. ſucceſ. feudor. quia verum eſt aſcendentes illius cui conceſſio facta eſt, vel etiam illius de cuius ſucceſſione agitur. ſecus in aſcendentibus de quorum linea feudum peruenit, vt ſi auus refutat feudum nepotis, ſuccedat filii pater illius nepotis. Idem quod filius aui refutantis, vt ibi no. per And. de Iſer. Præterea ille auus non eſt aſcendens, ſed tranſuerſalis, & eſt ex aſcendentibus ex illo, vel illa cuius feudum ipſum fuit, & per quem ſeu quam peruenit ad illum nepotem ſuum. Petrus de Montei.

¶ Quæro, nunquid filia ſororis admittatur ad ſucceſſionem auunculi ſui ſine liberis decedentis in bonis feudalibus, quæ fuerunt communis matris, vel etiam patris, non obſtante quod eius mater, eademque ſoror defuncti dotata fuit de bonis paternis? ¶ Licet enim hæc conſtitutio, vt de ſucceſſionibus, inter alias perſonas quæ ad feudi ſucceſſionem admittuntur, nō enumeret filiam ſororis, ſed tantum filios fratris, vt ibi And. de Iſern. dicit in cap. filij autem fratrum, &c. idem eſt in filiab. fratrum, etiam ſororum, cum dicta conſtitutio magis connumerat gradus, quàm perſonas. ¶ Et ſublata praua conſuetudine admittuntur hodie ad ſucceſſionem feudalem feminæ non extantibus maſculis, ſicut mares. Non obſtat, quod mater ſua, eademque ſoror dotata fuit de bonis paternis: propter hoc enim etiam ipſa ſoror non fuiſſet excluſa a ſucceſſione materna, vbi non fuiſſet maſculus, ut notatur in dicta conſtitutione, vt de ſucceſſionibus. in ver. filij autem. in glo. ſed quid ſi aliqui, &c. pro quo facit vulgata l. quoniam nouella. C. de inoffic. teſta. multò minus in ſucceſſione fratris in bonis fraternis. Quod enim generaliter in iure Longobardo dicitur, quòd ſoror maritata & dotata debet eſſe contenta eo quod in die votorum accepit, intelligitur, vbi maritata, ſeu dotata eſt de bonis communibus: & frater decedit relictis filijs, vel filiabus, vt notatur in dicta præſenti conſtitutione, ut de ſucceſſionibus. in ver. conſortes autem. & Carolus in Longobarda, de ſucceſſionib. l. ſi pater filiam, aut frater ſororem, &c. & probatur contra. l. ſi quis Longobardo te viuēte. cum ſequen. Sicut enim ad hoc, ꝙ ſoror maritata excludatur de bonis paternis,

De filijs clericorum.

TITVLVS XXVIII.

Filij clericorum, qui non poſſunt de iure in bonis paternis, vel maternis ſuccedere, recipiant ipſa bona mortuis parentibus a Curia titulo locationis, ſub certo annuo redditu, de quo teneantur annis ſingulis in feſto natalis domini, Regiæ Curiæ reſpondere, nec bona ipſa poſſunt deuolui ad alios, vel alias alienari per parentes eorum, niſi quatenus legibus eſt permiſſum. hoc dicit. Lallus de Thulcia.

IMPER. FREDER.

SIcut accepimus noſtrorum ſeruitia ſubditorum, & ipſos quoties expedit, ad noſtra mandata, & beneplacita noſtra in perſonis, & rebus expoſitos inuenimus: Ita ſpectat ad noſtri culminis dignitatem ipſorum commoda digna prouiſione penſare, ut ſi quis defectus impediat authoritate noſtri remotus edicti, commodum Curiæ noſtræ proueniat, unde noſtrorum fidelium vtilitas procuratur. De ordinatione igitur noſtra procedit, vt quia filij clericorum in paternis, & maternis bonis, vel rebus pro legitimo defectu natalium ius ſucceſſionis amittunt, beneficio Curiæ de poteſtatis plenitudine, quã habemus, ſubueniatur eiſdem: vt ea quæ per ſucceſſionem habere non poſſunt, iure locationis a noſtra clementia recognoſcant. Quare mandamus quatenus per totam iuriſdictionem tuam, in quibuslibet Ciuitatibus, Villis, & Caſtris, ſuper poſſeſſionibus, quæ paterno, vel materno iure debentur filijs clericorum, obiectione prolis illicitæ non obſtante, certum & annuum redditum, videlicet, pro quantitate rerum adijci facias, ſicut commodius videris expedire. Deinde de authoritate noſtræ Curiæ, filios clericorum in ſarcinam paternarum, & maternarum rerum, & poſſeſſionum immittas, Saluo certo, & annuo reddītu, de quo teneantur annis ſingulis in feſto Natalis Domini noſtri, Curiæ reſpondere. Itaque ſi in conſtituto cenſu defecerint, a paternis, & maternis bonis penitus excludantur. Adijcimus inſuper, vt donec parentes ipſorum vixerint, niſi de bonis, & poſſeſſionibus ſuis cenſuerint, † vel ſpontanea voluntate bona, & poſſeſſiones ſuas liberè teneant, vſq; ad obitum eorundem. Cenſu in quaternionibus Curiæ nihilominus annotato, quem filij, poſtquàm ad eos paterna, & materna bona peruenerint, noſtræ Curiæ ſoluere teneantur, nec bona ipſa poſſint deuolui ad alios, vel alias, vel alienari in præiudicium filiorum per parentes eorum, niſi quatenus noſtris legibus eſt permiſſum.

† *Aliàs, bonis ceſſerint.*

ANDRÆAS DE ISERNIA.

ternis, oportet, quòd ſit dotata de bonis patris, & ibi etiam notatur in d.§.coniugatæ ita ubi agitur de ſucceſſione materna, ad hoc, vt excludatur, oportet quòd ſit dotata de bonis maternis: cum eadem ſit ratio, & idem ius ſit ſtatuendum in feudo materno, quod paterno. & no. in hac conſti. ut de ſucceſſionib § filij autem fratrum. in gloſ. ver. quid ergo dicemus. Petrus de Monteforte.

In prima glo. ibi, Vel dic hanc conſtitutionem loqui tantùm in feudis quaternatis: & illa communiter approbatur. In alijs autem feudis nobilibus militaribus, ſeruentur iura antiqua feudorum, in ruſticanis ſeruetur ius commune. d.l. ſi quando. & C. locati. l. viam ueritatis. & C. de loca. præd. curia. l. prædia. ¶ Sed nunquid frater conſobrinus, natus ex auunculo, uel patruo, ſuccedat conſobrino in feudis, ſi non extant ipſi conſobrino defuncto alij proximiores in gradu, excluſo domino, ſeu Barone, a quo ipſum feudum tenebatur? & reſpondetur, quòd ſuccedit, ut probantur hæc de gradibus ſucceſ. in feud. §. his uero deficientibus. ¶ Non obſtat hæc conſtitutio, quæ ponit, & limitat certas perſonas in ſucceſſione feudi, inter quas non nominantur fratres conſobrini: quia hæc conſtitutio loquitur in feudis quaternatis, quæ tenentur in capite a Rege, vel ab alio: non in prædictis feudis militarib. paruis, quæ tenentur a Barone, ut no. in hac conſti. in princ. gl. magnæ, licet initium. Nec obſtat, ſi dicto decedenti ſuperſit pater eius: cum regulariter verum ſit, quòd in feudis aſcendentes non ſuccedunt, ut in cap. 1. in princ. de natu. ſucc. feu. & in hac conſti. in glo. 1. in uerbo, iniuriam. Andr. de Gallo.

In tex. in verbo, coniugatæ. Sanè intellige conſtitutionem iſtam, quando frater eſt in medio, alias non: quia cùm ſit ſtricti iuris non eſt extendenda, niſi ad perſonas nominatas. ff. ad municip. l. conſtitutionibus. de offi. deleg. c. cum P. & G. Et eſt ſenſus huius conſt. quòd ſoror coniugata, & dotata repellitur a ſucceſſione fratris, fratre exiſtente in medio, maxime quando dotata eſt de bonis eius, de cuius ſucceſſione agitur, aliàs ipſa ſuccedit excluſis alijs, licet ſit dotata, & ſic intelligenda eſt lex illa, ſi quis lon. ſorores. & not. Carolus in l. 1. de eo, quod pater fin. ne. habet re. & ſic ſentiunt omnes periti iuris viam ueritatis agnoſcentes. Barth. de Capua.

Et circa diſtinctionem prædictam iuris Longob. & Roma. vide in prag. Reginæ Ioannæ. Diomedes Mariconda.

In glo. in verbo, excluſo etiam communi patre. Vide ſuper hoc gl. magnam, altercationem, &c. & ſuprà in princ. & per And. de nat. ſucc. feu. 1. & 2. col. & ſuprà in conſti. foriudicatorum, & pro iſto intellectu facit, quia mens huius conſtitutionis fuit arcere ſucceſſionem in feudis quorum ſucceſſio a principio ſatis arcta fuit, ut in principio huius conſtitutionis no. Et ſic de facili redit ad ſuam naturam. l. ſi unus. ff. de pact. Nec eſt noſtrum extendere leges, immo promptum eſt, leges legibus concordare. C. de inoffi. dot. l. 1. Et quia mens concedentis eſt, & fuiſſe præſumi debet, ne feudum ad extraneos deuoluatur, quæ potiſſimè in hoc inſpicienda eſt, arg. l. Iul. ff. ſi quis omiſſa cauſa teſt. ut no. circa fi. glo. magnæ, altercationem, &c. & hic per Andr.

In glo. in ver. habeant. Prima opinio generaliter obſeruatur ſic, & a curia plures literæ emanarunt, & vide And. Imperator Loth. ubi dicit, quod in Reg. facta fuit interpretatio, quòd patruus nõ ſuccedat, ſed eam reputat iniquam.

In glo. magna fi. in uerbo, iniuriam, in fi. ibi, uel adhuc melius ab illa regula. Non obſtat & alia ratione: illa enim conſtit. inducit unum nouum cõtra ll. veteres ſpeciales, ſcilicet, quòd bona foriudicatorum, vel damnatorum fiſco vendicantur: quod eſt contra regulam iuris communis, quia bona damnatorum non fiunt lucro iudicibus, nec fiſco uendicantur, ſed ueniunt ad aſcendentes, & deſcendentes vſq; ad tertium gradum, ut in Auth. ut nulli iud. §. ult. licet per cõtumaciam poſt annum perdantur bona etiam eo iure. ff. de requir. reis. l. anni ſpatium. At hic perduntur propter cõdemnationem, vnde quia hoc nouum, & ſpeciale inducitur per illam conſtitutionem contra ſucceſſores, qui eſſent aliàs ſucceſſuri foriudicato, Imperator, illius conſtitu. conditor ne videatur rapax, & inhiator alienæ fortunæ, uel ſubſtantiæ quod eſſet contra Imperialem modeſtiam, arg. C. de mune. pat. l. profeſſio. & per quandam humanitatem, quæ propriè debet adhærere principibus. C. de dona. inter vir. & uxo. l. fin. in fi. admiſit parentes ad ſucceſſionem in feudalibus auitis, ſiue antiquis: in quibus plus iuris habent ſucceſſores, quàm in alijs. ff de interd. & releg. l. 3. quod de iure communi non eſſet. Aliàs grauantur quidem ſucceſſores, quia in caſu foriudicationis publicantur bona, quæ aliàs eſſent peruentura ad eos. Et releuantur in hoc, quia parentes ad ſucceſſionem admittuntur, qui aliàs non admitterentur. Et ita qui in uno grauatur, &c. Et eadem æquitate, & ratione admiſit Imperator liberos foriudicatorũ in uiriles portiones cum fiſco, ut in dicta conſti. Quod aliàs non eſſet, ubi publicantur bona propter crimen, quia in totum hæredibus auferuntur, ut in Authen. de inceſt. nupt. §. 1. C. ad legem Iuliam maieſt. l. fin. licet per ll. veteres haberetur alia diſtinctio in diuidendis bonis damnatorum, ut ff. de bonis damna. l. 1. Nec obſtat & alia obiectio de uerbo excluſo. ut ſupra dicitur: quia ſane intellige, qui de iure communi excluditur, & repellitur. Sic etiam dicitur deſinere, quod non incipit. ff. vſusfruc. quemad. caue. l. 3. §. deſinere. & alibi dicitur perdi, quod non habetur. 16. q. 2. §. ex his. & quod iſti non ſuccedant in feudis, uidi in conflictu ſapientum terminari. Barth. de Capua.

De filijs clericorum. Rubrica.

S*Icut accepimus.* Prouidet inceſtuoſis, quòd non ſuccedant patri, in Authen. quibus modis natur. efficiun. ſui. §. fin. C. ad Orficia. l. ſi qua. in glo. nam eis de plenitudine poteſtatis ſubuenit: ſimile verbum in Papa. extra de electio. cap. 1. illa, non obſtante legitimæ prolis defectu, cõceduntur eis per Curiam bona pña, & materna ad certũ annuũ redditum, ſeu ſeruitium: ſed viuente clerico patre non cogetur ei pater dare aliquid, quia etiam non tenetur eos alere. dicto §. fina. Hæc conſtitutio parum valet quia bona clericorum ab inteſtato morientium, non perueniunt ad fiſcum, ſed ad eccleſiam, cui ſeruiunt, extra de ſucceſſio. abin. cap. primo, & ſecundo, & diximus, ſupra de offic. ma. Cap. l. præſenti. poſſent tamen aliquo iuſto titulo donationis, vel ſimilis ad fiſcum regium peruenire: & tunc locum haberet hæc conſtitutio, in qua ſatis eſt benignus hic Dominus Imperator, quia naſci de adulterio non eſt culpa eius, qui gignitur: ſed gignentis. 6. diſtinctio. cap. naſci. hi ſpurij non poſſunt eſſe notarij, uel iudices, aut milites, nec naturales etiam, aut villani, aut angararij, infra, qui iudi. & notarij eſſe non poſſunt. l. prima. ¶ A teſtimonio autem

De rebus ſtabilibus eccleſiaſticis non alienandis.

TITVLVS XXIX.

Prohibentur poſſeſſiones, vnde debetur redditus Curiæ, legali, vel quolibet titulo tradi eccleſiæ, vel alicui religioſo loco, niſi ex æquali cauſa permutationis: quòd ſi ſecus fieret, cogeretur eccleſia infra annum vendere, vel locare alicui de proximis defuncti, vel de Burgenſibus, quòd ſi infra annum facere prædicta diſtulerit, ipſæ poſſeſſiones poſt annum fiſci commodis applicentur de rebus mobilibus, quantumlibet pretioſis poteſt ipſis religioſis locis relinqui. h.d. Lallus de Thuſcia.

† IMPER. FREDER.

† *Alias, Idem.*

1 Additio. Prædeceſſorum. Poſſeſſiones hæreditarias. *Adde tex. in cap. ſiquis preſbyterorum. & cap. poſſeſſiones. & vtrobique per Doctor. & toto titulo de rebus eccleſiæ non alienandis. Et per Lauren. de Rodulph. in repertorio. cap. ſine exceptione. 12. quæſtio. ſecunda.* Superantius.

PRædeceſſorum noſtrorum veterum Principum conſtitutionem, quam antiqua turbatio præteriti temporis antiquarat, noua prouiſione nouantes, edicimus, quòd nulli ſubiectorũ noſtrorum clerico, vel laico liceat de domibus templi, vel hoſpitalis, ſeu quolibet alio loco religioſo, de quo noſtræ Curiæ ſeruitium minimè debeatur; poſſeſſiones [1] hęreditarias, vel patrimoniales vendere, vel donare inter viuos, ſeu aliquo donationis modo, niſi ex æquali cauſa permutationis transferre. Cæterum ſi in vltima voluntate aliquem de prędictis locis hęredem inſtituerint, vel aliquod ſibi legauerint: Tunc domus, quæ inſtitutionem, vel legatum acceperit, teneatur infra annum alicui de proximioribus defuncti, vel Burgenſibus noſtris relicta ſtabilia vendere, vel locare. Quòd ſi vltra annum facere prædicta diſtulerit, poſſeſſiones ipſas poſt anni lapſum fiſci noſtri iuribus volumus applicari. De rebus autem quibuſcunque mobilibus quantumcunque pretioſis relinquendi prędictis domibus, & alijs religioſis locis, concedimus omnibus liberam facultatem.

De iure balij.

TITVL. XXX.

Pupillis habentibus feudum datur balius à fiſco, qui balius adueniente pubertate tenetur reddere rationem pupillo, præſente Iuſtitiario regionis, vel alij, cui commiſſum fuerit, ita quòd deducto eo quod curiæ, prout moris eſt, pro ipſo balio dederit, & deductis expenſis iuſtis, & moderatis, quas pro victu, & veſtitu ſuo, & quas in perſona, aut in rebus pupilli, vel pro ſeruitio debito curiæ de his, quæ minor tenet, ipſum balium feciſſe conſtabit, reliqua pupillo integrè reddere teneatur: & ſi fraudulenter fecerit, tenetur in duplum, vnum ſimplum pupillo, reliquum fiſco præſtandum. hoc dicit. Lallus de Thuſcia.

† IMPER. FREDER.

MInoribus [a] * qui ætatis ſuę ſuffragio iuuari non poſſunt imperiali remedio prouidentes, Statuimus, ſi quando balium impuberum maſculorum, aut fœminarum [b] gerendum alicui [c] ſerenitas noſtra conceſſerit. Hi qui balium geſſerint populorum, poſtquàm balium ipſum [d] pubertate ſuperueniente dimiſerit, de adminiſtratione balij reddere debeant rationem pręſente Iuſtitiario regionum, aut alio, cui hoc ſpecialiter dixerimus delegandum: Ita videlicet, quòd deducto eo, quod curia pro ipſo balio, prout moris eſt, [e] dederit, necnon deductis iuſtis, & moderatis expenſis, quas pro vi-

De iure balij. Rub.

a *MInoribus.* Pupillis habentib. feudũ datur balius à fiſco, q balius adueniẽte pubertate tenet reddere rõnẽ pupillo, ẽm formam hic traditã: & ſic finitur balium pubertate, ſicut & tutela, ut Inſti. quib. mo. tu. fi. p totum. ¶ Itẽ ſi fraudulẽter fecerit tenetur in duplũ, unum ſimplũ præſtat pupillo pro idẽtitate, aliud fiſco, ſicut & tutor tenet in duplũ actione de rationib. diſtrahendis. ff. de tu. & rat. diſtr. l. 1. in fi. ſed ibi non dat pupillo totum.

† *Alias, Idem.*

* Additio. *Vide c. regni, feudatarius. & ibi Sertib. f. 3. 7 an Baro ſi efficiatur pubes debeat habere curatorẽ, uide Bar. in l. quidam conſul. nu. 13. ff. de re iud.* De B.

b *Gerendum.* Nã q. balium ad fiſcũ pertinet, ſ. de bo. for. l. 2. in prin.

c *Serenitas noſtra.* Qd baliũ ad fiſcũ ptinet, ut patet tit. 2. l. 1. ad fi. & ppea hic dicit, alicui ſerenitas nr̃a conceſſ. &c.

d *Pubertate.* Eſt aũt pubertas viuentib. iure Baronum poſt completũ 15. annũ, vt ſup. tit. proximo. l. 3. circa fin. G.

e *Dederit.* Arg. ꝯtra. ff. de tutel. l. in eos.

† Additio. *Vide quid debeat habere tutor,*

ANDRÆAS DE ISERNIA.

non inuenio eos repelli, cum edictum de teſtibus ſit prohibitorium. ff. de teſti. l. 1.

Additio. *Adde Card. Zabar. in c. cum oporteat. in 2. oppo. de accuſ. Abb. in c. 1. in 2. not. de teſti.*

Quamuis notarius teſtis ſit. ff. de teſtam. l. Domitius. non tamen conuertitur, quod teſtis ſit notarius, ſi tamen aliàs eſſet uilis conditionis, aut villani, aut angararij, non eſſent teſtes contra Comites, & Barones, in conſti. proſequentes. Magis tamen videtur obſtare, quia huiuſmodi filij manere debẽt in ſeruitute eccleſiæ de qua fuit ſacerdos, vel miniſter ille, de quo nati ſunt. 15. q. 8. c. cum multæ. in fi. Seruus autem non poteſt eſſe teſtis, ff. de teſti. l. ſerui. 1. reſpon. & quando admittitur non ſine tormentis recipitur, ut l. ob carmen. §. ſi ea. eod. tit. Et eſt ſeruitus legalis, ſcilicet, à canone inducta. Sic & de matre huius ſpurij concubina clerici. 32. diſt. c. eos. Dictum uero c. nati, excuſat huiuſmodi genitos, quòd non ſunt in culpa, ergo non erunt in pœna. C. de pœnis. l. ſancimus. Seruitus autem grandis pœna eſt, quia morti æquiparatur. ff. de condi. & demon. l. intercidit. Nam ſerui pro nihilo reputantur. ff. de reg. iur. l. ſerui. Propter hoc forte poſſet dici, vt ſeruiant eccleſiæ, & ſint grati, aliàs, geniti, cum ille, qui eos genuit ab ea beneficium habuerit, non vt ſint ſerui. vel erunt in ſeruitute eccleſiæ, quia eccleſia ſeruabit eos propter ſeruitia, & gratitudines, quas facient ei. Vt hi ſerui dicantur à ſeruando. Inſtitu. de iure perſo. §. 1. Vel quia ipſi ſeruabunt honorem dictæ eccleſiæ. Vel non utimur, vel uti videmus eccleſias dicto iure, immo in contrarium, & ſic per deſuetudinem à contrario uſu abrogabitur dictum ius. C. de veteri iure enuclean. l. 1. §. ſed & ſi lege. & Inſtit. in procemio. & ff. de legibus. de quibus, in fi.

S*Icut accepimus.* In textu ibi, percuſſionem habere non poſſunt. Hanc conſtitutionem intellige poſtquam dicti filij legitimati ſunt per Regem, vt patet in literis legitimationum, quæ per curiam conceduntur. Barthol. de Capua.

De iure balij. Rubrica.

M*Inoribus.* Bene gloſſata eſt per ualentem Modernum Doctorem Dominum Andræam de Barulo. ¶ Sed in eo, quod dicit baliatum indiſtinctè pertinere ad Regem: & quòd pater in teſtamento non relinquit balium filio: ſed debere confirmari per Regem, eſt innouatum per capitulum incliti Regis Caroli II. quod incipit, feudatarius. Tamen finitur pubertate, ut dicit litera, quæ eſt hic, incipiente à decimoquinto anno, ut ſupra de reſtitutio. minorum. l. minorum. in fi. quod dic, ut ibi. Et pro eodem ſumitur baliatus in feudis, & tutela in alijs rebus. Non ergo indiget alio defenſore † nobilis feudatarius incipiente à decimoquinto anno vſque ad decimumoctauum. Nam per ſe adminiſtrabit in contractibus, & in iudicijs; ſiue ſit feudum francum, & indiuiſibile ſiue Lõgobardum, quod diuiditur, ſiue maſculus, ſiue fœmina, ſiue iuuenis, ſiue ſenex. ¶ Tamen ſi lædatur à decimoquinto anno uſque ad decimum octauum reſtituetur in integrum. l. imperialem. §. præterea. & diximus in d. l. minorum.

† Additio. *No. igitur, quòd in iudicijs habet legitimam perſonam. ergo ipſe ſolus poteſt procuratorem conſtituere, ut eſt glo. in c. ex parte, de reſtit. ſpol. per Iacobi. in l. neque tutores. ver. vltimo notetis. C. de procur.* De Bottis.

¶ Et ſic nec balio, nec tutore, nec Mundualdo egebit, elapſo 14. anno. Nam adultis tantum deſiderantibus ſolent dari curatores iure Romano. Et balius faciet inuentarium hodie, ut dictum eſt per capitulum, feudatarius. ¶ Baliatus diſponitur per patrem morientem: & mater minoris filij præfertur per Curiam, quando inteſtatus deceſſerit. Item licet de auia non loquatur idem inclytus dominus Rex declarauit, ubi præſens fui, idem eſſe in auia † 13. Decembris, indict. 4. in anno Domini 1305. Sed quid de feudataria, uel auo materno, uel de patre non habente in poteſtate, an dent balium in feudo, quod dimittunt liberis? Videtur quod ſic. quia cum dicit feudatarius, maſculinum concipit fœmininum. ff. de verbor. ſignificat. l. 1. de legat. 3. qui duos mulos.

† Additio. *Et in auia materna, quòd poſſit eſſe balia, Robertus Rex in quadam muliere de domo de Surrano declarauit, & vidi in regiſtro, quod eſt penes D. Ant. Barattucium, fiſci aduocatũ, c. 164. & 165. & plurib. ſequẽ. datur mulierib. baliatus, & prouidetur de curatore, quando excedit tempus & datur forma, quid faciendum de fructibus pro ſoluendis*

ctu [a] & veſtitu ſuo, & quas in perſona, aut reb. pueri, vel pro ſeruitio debito curiæ noſtræ, de his, quæ [b] minor tenet, ipſum balium feciſſe conſtabit: Reliqua pupillo integrè reddere teneatur. Quòd ſi fraudulenter eum res minoris adminiſtraſſe fuerit manifeſtè compertum, omne damnum quandocunque per fraudem ipſam pupillo contigerit, eidem de rebus ſuis reſarcire cogatur, & tantundem ſacris noſtris largitionibus inferre praua conſuetudine, quæ hactenus balios a ratiocinijs eximebat, in poſterum quieſcente.

tor. & alij adminiſtratores. per Guido. Papa, deciſ.68. & vide Io.Fab. in rubr. de tutel. Inſtit. De Bottis.

a *Et veſtitu ſuo*. Videtur ergo quod iſte balius debeat habere expenſas de bonis pupilli: licet ſecus in tutore, vt ff. de adminiſtratio. tutorum. l. tutoribus. in fine: & dic ut ibi.

b *Minor tenet, &c.* Patet per hanc conſtitutionem, quòd ſemper induſtrie balium ſpectat ad Regem, quicunque, & quantumcunque conſanguinei & propinqui exiſtant his, qui balio indigent, vt hic & ſupra, de pœna form. & ba.da.ſi. eorundem. l. ſi quando aliquem. in princ. & ſupra tit. 2. l. in aliquibus. ad fin. ¶Et quia frequenter de balio dubitatur: Attende, quòd balium habet locum in filijs nobilium, ſcilicet, Comitum, & Baronum, & militũ, maſculis & fœminis minoribus, poſt mortem patris eorum, vt ſupra in præallegata conſtitutione, in aliquibus. ad fin. ¶ In alijs autem inferioris gradus hominibus & uillanis: Aut uiuunt iure Romano: & tunc ſiue maſculus, ſiue fœmina ſit ille minor, qui defenſione alterius indiget in pupillo habet locum tutela, in adulto cura: quo caſu ſeruabis, ſicut dictum eſt, per omnia ius Romanum. Aut uiuunt iure Longobardorum: tunc ſi quidem iſte minor ſit maſculus, in pupillo habet locum tutela, in adulto cura ſimiliter, ſicut dictum eſt de iure Romano. Si vero eſt fœmina, tunc ſiue ſit minor, pupilla, vel adulta, ſiue ſit maior ſexagenaria, etiã & in ſenio conſtituta, habet locum in ea Mundium, licet ſit argumentum contra. ff. de tutel. l. 3. vbi innuitur, quòd vſque ad trigeſimum annum ſit ſub tutela & cura, & non in mundio, ſine quo mulier non poteſt uiuere, id eſt vitam ducere. Sed ſemper debet ſub eo eſſe, ut in Longobarda, qualiter mul. alie. permiſſ. eſt. l. 1. & quib. tutor. dan. ſunt l. 1. vbi de hoc plene ſecundum Carolum: dicit enim litera Longobardæ, mulier: & ſic mulierum appellatione etiam infans & puella continetur, ut de auro & arg. leg. l. argento. §. mulieres. Et ideo libellus iſte conſtitutionum diuerſimode iſtos nominat, ſ. tutoré, procuratorem, balium, & mundualdum, ut ſupra de reſtitut. minorum. l. minorum. & de reſtit. mulie. l. obſcuritatem. quaſi diuerſum quilibet habeat intellectum, ut C. de codic. ſi idem. In larga tamen & generali ſignificatione tutela, ſiue tutor omnes iſtos comprehendere poteſt, ſumens uocabulum a tuendo, id eſt, defendẽdo, ut ff. de tutelis. l. 1. & Inſtit. de tutelis. §. 1. Et ſic accipitur generaliter tutela, id eſt, defenſio. ff. de minorib. l. 1. in prin. & de leg. 3. l. cum filio. & de conditionib. & demonſtr. pater Seiæ. §. cõditionum, & in Longobar. in præalleg. tit. qui tut. dan. ſunt. & ſic tutela locum habet in capite libero, in eo uidelicet, qui eſt ſui iuris, & ſic balium. Nam ſi filius nobilis minor eſſet in poteſtate patris, uel aui paterni, uel alterius, nullatenus poſſet habere aliquem balium, ut arg. ff. de tut. l. 1. & Inſtit. eod. §. 1. & C. de cur. fur. l. ult. §. 1. Illud aũt bene notandũ eſt, quòd balium in maſculo & fœmina tẽpore finitur æquali, ſ. cõpleto 14. anno, ſupra tit. 2. l. in aliquib. in fi. ibi, per ſuperuenientem 15. annum, &c. & ſic intelligendum eſt in hac lege pubertaté ſuperuenientem, ſcilicet 15. anno, tam in fœmina, quàm in maſculo.

¶ Licet

¶Licet ſecus in tutela iure Romano, quæ finitur in 12. anno † in fœmina: & in 14. cõpleto in maſculo, vt Inſti. quib. mod. tut. fin. in princ. Et ex hoc quidem manifeſte probatur, quod iſte nobilis, ſ. filius vel filia Comitis, uel Baronis, uel militis, poſtquã deſinit eſſe ſub balio, anno ſuperueniente 15. ut dictũ eſt, poſſit per ſe contrahere, & res ſuas adminiſtrare in iudicio, & extra iudicium ſine authoritate, & conſilio alterius defenſoris, curatoris, ſeu mundualdi, ſicut maior quilibet legitimæ & perfectæ ętatis exiſtens. Nam ſi adueniente 15. anno, opus eſſet alio defenſore, uſq; ad legitimam & perfectam ætaté, quæ eſt hodie ſecundum ius Longob. & ius iſtarum conſtitutionum cõpleto 18. anno, & ſic uſque ad quatuor annos completos poſt 14. annum, tã in maſculo, quàm in fœmina, ut in Lomb. de prohi. alie. mul. l. 1. & ſupra de reſt. mul. l. 1. in fi. ad quid iſta difficultas & mutatio fieret, ut iſto medio tempore, ſcilicet quadriennio, alter nouus qui non eſt ita inſtructus in negotijs minoris aſſumeretur, nec balius, qui dudum fuit, & ſtatum rerum minoris nouit peroptime, potius in adminiſtratione perſiſteret, vt arg. ff. de teſt. tu. idem & argumentum bonum in Auth. de adminiſt. circa fi. & argu. ff. de uar. & extraord. crim. l. pen. & ff. de iudi. l. ſi longius. in prin. Et quare Rex non haberet ita poſt 14. annum balium, ſicut & ante? diuerſitatis certè ratio reddi non poſſet, ut ff. de uer. obl. a Titio. quinimò uidetur expreſſum, quòd adueniente 15. anno, & ſic balio deſinente, ſibi committitur adminiſtratio rerũ ſuarum, vt ſupra de pœ. for. & ha. dam. ſi. for. l. ſi quando. circa princip. ibi, & in tutelam propriam venientibus &c. & ſuam poteſtatem ſeu defenſionem, ſcilicet pubertatis tẽpore, ut ff. de leg. 3. cùm filiofamilias. aliàs non diceret propriam: & accedit in conſuetudine feudorum, coll. 10. de prohib. feud. alien. per Frede. l. imperialem. §. præterea ſi quis. ubi maior 14. annis, ſicut & quilibet perfectæ ætatis feudum propter ſuã incuriam, aliàs culpam, vel negligentiam, amittit: nimirum:

Additio. *Adde quando annus debet eſſe completus, vel non: & quando ſufficit inchoaſſe? vide gl. in c. ad noſtram. de reg. glo. in c. ſubdiaconus. 77. diſt. & gl. in cle. generalem. de æta. & qual.*

† Additio. *Vide cap. in regiſtro antiquo originali, quod tenet D. Antonius Barattucius fiſci aduocatus in c. 97. ubi diſponitur per Reg. Robertum quod per matrimonium contractum in decimo anno non expirat baliatus. & hoc ſentit hæc gloſſa, dum in fœmina requirit exceſſum annorum 14.* De Bottis.

Nam propter nobilitatem augetur, & ſuppletur ætas in nobili, ut arg. ff. de iudicijs. l. ſi longius. in fi. ratione induſtriæ, quæ in filijs nobilium, ſcilicet Comitum, Baronum, & militum plurimum inuenitur, maximè propter bonorum conuerſationem uirorum, qui frequentius in parentum curia conuerſantur, ut C. qui & aduerſ. quos. l. 1. iuxta illud: Cæſaribus virtus contigit ante diem. & ipſa lex, ſcilicet, conſtitutio Regni facit perſonam ſuã legitimam: ſicut C. qui legit. perſon. ſtan. in iudic. hab. l. 1. & per totũ. & de iſtis quatuor annis, veniam ętatis indulget propter bonos mores, ſolertiamque, quæ in nobilibus reperitur,

ANDRÆAS DE ISERNIA.

uendis Caſtellanis & iurib. curia, & diſpenſatur quòd iterum præſtandum per mulieres, ſi non poteſt perſonaliter in curia comparere præſtetur coram commiſſario deputato. No. quod d. tempore anni 1305. iſte And. de Iſernia, erat magiſter rationalis Regiæ Curiæ Regni Neapolis, ut vidi in regiſtro ipſius Caroli II. Piſanellus.

¶ Sed vtrum tunc adminiſtrabunt ſine confirmatione iudicis, ſicut cùm dant tutorem, uel curatorem. ff. de confirman. tutore uel curat. l. 2. & 3. & C. eo. l. prima? Videtur quòd ſic: quia dicitur in prædicto c. licentia non impetrata. Econtra quòd non: quia non uidetur loqui de illo, qui legitime poterat ſine confirmatione dare tutorem, vel curatorem. ¶Cuicunque ergo æquiparetur, etiamſi curator datur bonis oportet confirmari, quando mater, uel non habens in poteſtate dedit. ff. de tutorib. & curat. dat. ab his. l. pater. §. 1. in glo. ſiue dicas trahi ad fideiuſ. argum. eorum quæ dicuntur. ff. ad ſenatuſc. Trebell. l. Scæuola. de vulga. & pupil. l. ſi mater. non correxit expreſſim in his, quod non habentes in poteſtate dent balium ſine confirmatione: lex non corrigit, niſi quando expreſſim dicitur in Authen. quib. mod. natural. efficiun. ſui. §. tribus. ¶Ille ergo ſine licẽtia curatoris adminiſtrabit, qui legitimus balius eſt. At non habentes in poteſtate, non dant balium legitimè, niſi confirmentur: & confirmati non ſunt teſtamentarij, ſed datiui, Inſtit. de tutel. §. fi. in gl. Licet quantum ad ſatiſdationem perinde ſit. ff. de confirman. tutore. l. qui a patre. ¶ Gubernatorem autem & adminiſtratorem dant non habentes in poteſtate, ſicut uolunt, in Authen. ut liceat matri & auiæ. in princ. & ibi no. ff. de uſu. l. 3. §. cũ Pollidius.

¶Sed

¶Sed ſi hoc non dicatur, uidetur magis accedere ad tutorem vel curatorem balius. Sed quare magis? põt eſſe ratio, quia de gubernatore quod potuit non dixit. Sed eadẽ ratio eſt, quia non dixit de tutore & curatore, ſed de balio. Ex quo dictũ capitulum factũ eſt in fauorem feudatariorum, humanum eſſet dicere, quòd valeat iſta datio balij omni iure, quo melius ualere poteſt. ff. de appel. l. 3. in fi. C. de legi. quod fauore, maximè quia dicit, ſine licentia Curiæ adminiſtrat. ¶ Quid ergo ſi gubernator † vel balius datus per matré, vel alias prædictas perſonas uelit adminiſtrare: nunquid pater uolens repellere ab adminiſtrando, audietur patre uolente, ſ. tunc adminiſtrare dictũ balium vel gubernatoré? ut C. de bon. quæ lib. l. fi. §. ſin autẽ. dicit quòd gubernator ſeu curator nõ datur, ſi pater adminiſtrare voluerit. Et ſi hoc intelligitur, quãdo lex denegat vſumfructum, ut in illo. §. debebit intelligi, quando non dat, vel relinquit, arg. C. de fide. l. fi. in fi. Nam ſi ille, qui conditionem appoſuit, ut patri non quęratur uſusfructus, voluiſſet quòd pater non adminiſtraret, expreſſiſſet: ſed ſi non expreſſit, relinquitur alijs legibus. C. de caduc. toll. l. 1. §. pen. Econtra quòd non: quia aliud eſt inhiberi a lege, aliud ab homine, ut hic, cũ quo durius agitur. ff. de arbit. l. Celſus. Et quia dictus. §. 1. ut liceat ma. & auiæ. non dicit, patre volẽte: indiſtinctè dictũ, indiſtinctè intelligitur. ff. de pub. l. de pretio. & quia in fi. dicti. §. dicitur, quòd aliæ leges, quæ dicunt ſeruari uſumfructum, habent locũ, quando non fit inhibitio a donante, uel relinquente. Idem uidetur eadem ratione dici de curatore dando.

† Additio. *Adde D. Affl. in deciſ. 183. in fi.* De Bottis.

Minoribus.

perítur, ſicut C. de his qui ueniam ætat.impetr.l.2. & ex hoc probatur illud tota die, ꝙ Comitiſſæ, & nobiles mulieres per ſe cõtrahunt, omnia in indicijs, & extra iudicia agunt ſine mundualdis. Licet multi ignorantes dicant hoc eſſe de conſuetudine: immò potius eſt de iure ſcripto, ſecundum conſtitutionem Regni, ut dictum eſt: quæ, finito balio, filium vel filiam nobilis defenſioni alterius non ſubmittit, tam iure Romano in maſculo, quàm iure Longobar. in fœmina, vigorem ſuum nobilitatis intuitu mitigantes. Poſito enim ꝙ mulier vel maſculus nobilis aliquã rem ſuam iactet, dilapidet, ſiue donet, non dedecus, immo ſuæ dignitatis obtentu poteſt in aliquo prodigaliter viuere: vt arg. ff. de donat.l. filiusfamilias & Inſtitu. de rer. diuiſ. §. hoc amplius interdum. cum ſimil.ibi no. & C.lib.12. de conſul.l.2. cum multa ſibi Deus dedit habere, ut in Authen.de non alienan aut permutan.§.ſi minor igitur.coll.2.cùm intuitu dignitatis largius cum nobilibus ſit agendum, ut ff.de uſu, & hab.plenum. circa princ.& accedit in præmiſſis in collat.10 feud.de prohib.alien.per Freder.l.Imperialem.§.præterea ſi quis. ¶Vel dic, quod nihilominus filius nobilis poſt annum 14.uſque ad 15.egeat curatore: & eſt ratio, quia finita pupillari ætate, Rex deſinit eſſe balius, ſicut dicitur in patrono: quia nec adultis tantùm deſiderantibus curatores dari ſolent, vt ff.de tut.& cur.dat.ab his.l.ſi impuberi. §.penult. & ita ſeruamus: & ſic talis curator dandus eſt de mandato Regis: quia datur rebus, ſicut quilibet curator, & bona ſunt feudalia. ¶ Et no. ꝙ balius † iſte debet facere inuentariũ ad inſtar tutoris & curatoris. C.arbitriũ tut. l.ult. & ad inſtar curatoris furioſi, vel prodigi, ut C.de cura.fur.l.vlt.

† Additio. *Sed quid de ſatiſdatione. videtur ꝙ non, ſicut nec Rex, qui eſt principalis, vt in conſt. in aliquibus, in fi. immo in redditione computi debet adeſſe officialis Regis, vt hic: tamen ego vidi ſeruari contrarium, ſcilicet quòd nedum facit inuentarium, ſed præſtet fideiuſſionem.*

nem, vt nunc fuit practicatum in baliatu filiorum Don Antonij de Aragonia & iam Comitiſſa Populi ita ſeruauit, & vxor Caroli Mermilis, & alia quàm plures. De Bottis.

¶Sed cum hæc conſtitutio videatur loqui ab inteſtato, nunquid poteſt Comes, Baro, vel miles in teſtamento ſuo relinquere balium aliquem filio ſuo? Reſpondeo non, ſed benigne dici poſſet balium in teſtamento relictum per regẽ debere, cauſa cognita, confirmari: ut argu. ff. de tute. l.pater. & l. qui tutelam. C.de tutel. l.mater. propter conſilium & teſtimonium paternum. & ff. de curat. fur.l.& furioſo. & C.de epiſco.audientia l.declarationibus. ¶Item nunquid mater, uel auia Comitiſſa, uel Baroniſſa, & nobilis poſſet eſſe balia filio vel nepoti? Reſpondetur ſic, Rege cõcedente, vt hic in principio cõſtitutionis, & argum. ff. de tut. l.ult. Nec poteſt dici nominum, & rerum facta confuſio, & illam habere alium ſub defenſione ſua, & gubernatione rerum alterius ſupereſſe, quæ eſt ſub poteſtate alterius, & ſuis rebus ſupereſſe nõ poteſt, ut C.de leg.tut.nemo. Nam, vt dixi, talis mulier propter nobilitatem ſuam ſub alterius mundio non conſiſtit & omnia tanquam maſculus per ſe agit. ¶Vltimò notandũ eſt, ꝙ ſicut balium pupilli nobilis ſpectat ad Regem, vt hic: ita & balium nobilis furioſi: quia omnes furioſi ſtatus, & habitus, & pupilli conditio non multum abhorrent, ut ff.ex quib.cau.in poſ.eatur.l.Falcinius.§.adeò autem, ad fin.§.

De adminiſtrationibus rerum eccleſiaſticarum poſt mortem prælatorum. *Rubrica.*

a Peruenit. Moris erat in Regno vt eccleſiæ, paſtore vacante, Baiuli curam ſuſciperent, qui quia erant latrones, potius quàm cuſtodes, remouentur ab hac adminiſtratione: & committitur tribus de melioribus & grauioribus hominibus eccleſiæ, qui rerum & eccleſiæ curam habeant vſque ad creationem paſtoris.

De nouis

De adminiſtrationibus rerum eccleſiaſticarum poſt mortem prælatorum.

TITVLVS XXXI.

Olim vacante eccleſia, Baiuli curam ſuſcipiebant, & quia erant latrones potius, quàm cuſtodes, remouentur, & mandat Curia cuſtodiam committi tribus de melioribus de gremio. hoc dicit. Lallus de Thuſcia.

REX ROGERIVS.

PEruenit [a] ad audiẽtiam noſtrã, quòd Baiuli, qui olim ſtatuti fuerant ſuper eccleſijs, paſtoribus carentibus, ad cuſtodiendas & ſaluas faciendas res eccleſiarum quandiu eiſdem de paſtoribus prouideatur, non ita fideliter & ſtudioſè; ſicut a noſtra Curia erat iniunctum, ipſum ſeruitiũ peragebant, ſed male tractabant & cuſtodiebant res ipſarũ eccleſiarum. Verum quia omnes eccleſias Regni noſtri, & ſpecialiter ipſas, quæ paſtoribus carent, in manu & protectione noſtra habemus, Nolentes, vt res eccleſiarum illarum in aliquo minuantur, vel defraudentur, Statuimus & ſancimus, vt deinceps ſiquis archiepiſcopus, vel epiſcopus Regni noſtri deceſſerit, res ipſius eccleſiæ in cuſtodia, & curia trium de melioribus & fidelioribus, necnon & ſapientioribus perſonis ipſius eccleſiæ ad cuſtodiendas & conſeruandas eas, ad

ANDRÆAS DE ISERNIA.

MInoribus. Dicit conſtitutio, ꝙ pupillus feudatarius debet habere balium, non tutorem. Quid ſi habet ius, ſeu actionem ad feudum, non tamen poſſidet? & certe idem videtur: quia ratione perſonæ hoc eſt, ſicut de tutore dicitur; quia perſonæ principaliter datur. Item quia ex quo actionem habet, ipſam rem habere uidetur. ff.de reg.iur.l.qui actionem, & de in integ.reſtit. l.non uidetur. Item qui deminuit actionem, videtur patrimoniũ deminuere. ff.ſi quid in fraudem patr.l.1. ¶Iuxta hanc conſtitutionẽ quæritur, quo tempore ſm ritum, & formã Curiæ recipiuntur ad homagium, & ſacramentũ fidelitatis, & aſſecurantur a vaſallis, & ſoluunt releuiũ Curiæ de eo quod tenent ab illo. Et eſt releuium medietas valoris annui terræ, quam feudatarius tenet, ſm conſti.feudorum, de prohib.feudi alien.per Freder.c.Imperialem.§.præterea. & ſecundum conſuetudinem approbatam: quia hoc nomen non memini me legiſſe: licet inueniam, ꝙ hæres pro militia, quæ iure feudi confertur, ſicut probari poteſt in Authent.de exhibendis reis.§.optimum. C.de pigno.l.fi.& C.de inoffi. teſta.l.omnimodo.§.imputari.ſoluebat aliquid pro introitu militiæ, quod videtur ſimile releuio.ff.de leg.3.l.pen.§.alumno, verſi. idem teſtator. quamuis ibi non appareat de quantitate, vel grauitate, quæ debet ſolui pro introitu militiæ. ¶Nunquid autem ante pubertatem recipiuntur ad ſacramentum fidelitatis, & homagium, & aſſecurantur a vaſallis? & primo uidetur, ꝙ ad ſacramentum fidelitatis, vel homagium non recipiantur: quia in ſacramento fidelitatis uaſallus obligatur domino, ut in cap.1. de noua forma fidelit. Sed pupillus vaſallus (qui non poteſt communiter obligari. ff.de regu.iur. l.pupillus. C.de falſa mo.l.1. in fi.) non eſt admittendus ad ſacramentum fidelitatis, uel homagium: per conſequens non eſt aſſecurandus a vaſallis: quia cum illa aſſecuratio ſit de actu, ſeu loco inueſtituræ, quæ facienda eſt a domino vaſallo, vt in c.1.per quos fiat inueſtitura. non eſt facienda inueſtitura ei qui ſacramentum fidelitatis præſtare non poteſt, ut in d.c.1.§.fina.per quos fiat inueſt. ff.de actio.empti.l.Iulian.§.ſi quis a pupillo. Econtra uidetur quòd ſic: nam pupillus obligatur ex ſacramento operarum, quod præſtatur patrono, vt in l.ut iuriſiurandi. §.dubitur. ff.de operis libert. quod ſacramentum ſatis eſt ſimile ſacramento

mento fidelitatis, quod præſtat uaſallus domino, in quo ſe ei obligauit ratione feudi, & ſeruitij, quod debetur ex eo. Item ſacramento pupilli ſtatur.l.qui iuraſſe, in princ. ff.de iureiur. ¶Solutio: uidetur dicendum de iure communi, quod vaſallus impubes non poſſit compelli ante pubertatem ad præſtandum ſacramẽtum fidelitatis, uel homagium, ut in c.ſi minori.& c.ſi quis deceſſerit. ſi de feu.fue.controu. Non tamen credo quod dominus teneatur eum ſic inueſtire, ut aſſecuretur a vaſallo impubere, antequam dominum aſſecuret, ut in d.c.1 quid præced.debe.inueſt.an fidel.arg. ff.de adm.tut l ſi minoris, in fi.l.fi. C.de uſuca.pro empt.licet feudum interim impubes tenere debeat, ut in dicto c.ſi minori. quanquam communis gloſſator uideatur contrarium innuere. Si tamen uelit ipſe ſacramentum fidelitatis præſtare poterit, nec poteſt illud dominus reuocare, ut no.in d.c.ſi quis deceſſerit. quod intelligo in eo impubere, qui eſt doli capax, qui iurare poteſt, arg.expreſſo. ff.de lib.cauſa.l.fi.§.fin. C.de iure delib.l.ſi infanti.in fi. ff.de acq.hær.l.pupillus.& obligabitur hoc caſu minor, contra regulam iuris communis, poſitam in Auth.ſacramẽta puberum, quia lege permittente hoc fit, ſicut & aliàs in dictis ll. ff.de lib.cau. & ff.de oper.liber. & poteſt eſſe ratio: nam minor facit rem debitam de eo ad quod tenetur, unde non uidetur circumſcriptus. ff.de minorib. l.uerum.§.item uidendum.& C.de in integ.reſt.l.fi. Nunquam tamen uidimus de facto, ꝙ ante pubertatem admitteretur minor ad ſacramentum fidelitatis, uel homagium, nec ꝙ aſſecuraretur a uaſallis, ſi tamen fieret ſecundum quod ſupra dictum eſt, nullam uidemus repugnantiam iuris, uel inconueniens, imò reputaremus quòd minori proſit, quantum ad actum plenioris poſſeſſionis, & recipienti ſacramentum fidelitatis, uel homagium non obſit, unde eſſet æquum & conueniẽs quod fieret, arg. ff.de aqua plu.arc.l.2.§.idem Varus. ff.ſol.mat.l.2.& ff.de euic.l.in creditore. Barthol. de Capua.

De adminiſtrationibus rerum, &c. *Rubrica.*

PEruenit. Tempore Regis Gul.qui condidit legem iſtam, non erat compilatum volumen decretalium, Et quamuis utiliter ſtatuat pro eccleſijs, tamen canoniſtæ nõ recipiunt leges principum ſecularium, etiam ſi pro eis condantur, quia nolunt ut ponant falcem in

meſſem

opus eccleſiæ vſque dum de paſtore in eadem eccleſia prouideatur, committantur. Eo tamen modo, vt de redditibus, & prouentib. ipſius eccleſiæ ad vſum ſeruientium ibidem morantium, neceſſaria rationabiliter, & ſufficienter miniſtrentur: & ex eis ipſi eccleſiæ multum bene, & rationabiliter ſeruiatur, reſiduum ab ipſis cuſtodib. ad opus ipſius eccleſiæ ſaluè, & integrè cuſtodiatur, donec ibi paſtor fuerit conſtitutus. Conſtituto autem in eccleſia paſtore, quicquid de rebus & introitib. ipſius eccleſiæ remanſerit, ipſi paſtori eorum aſſignent, & ei rationem inde reddant.

De nouis ædificijs.

TITVLVS XXXII.

Hæc conſtitutio parum, vel nihil valet. mandat dirui caſtra, & munitiones factas a tempore regis Gulielmi vſque ad certum tempus, ſub pœna publicationis caſtri, & prohibet diruta refici. h.d. Lallus de Thuſcia.

† REX GVLIEL.

CAſtra,[a]* munitiones, & turres, ab obitu diuæ memoriæ Regis Guliel. conſobrini noſtri erecta, ſuper quibus minimè diruendis maieſtatis noſtræ licentia non præceſſerit, prout in Capuana Curia per nos extitit ſtabilitum, reuocata conſtitutione noſtra denuò dirui debere mandamus, publicationis pœna ipſius caſtri, vel noui ædificij conſtitutionis noſtræ contemptoribus imminente, ſi vſque ad Natiuitatem Domini proximam diruere ædificia [b] contemnant. Illud etiã præſenti adiungimus ſanctioni, vt nec munitiones alicui reficere dirutas liceat, ſine noſtri culminis iuſſione.

De nouis ædificijs. *Rubrica.*

a *Caſtra.* Hæc conſtitutio parum ualet, quia mandat dirui prædicta caſtra vſque ad tempus, quod iam præterijt. Item prohibet refici diruta. In ſequenti prohibet in futurum fieri caſtra, & turres a priuatis, quaſi ſufficiant publicæ imperiales munitiones.

Caſtra. No. ergo, quod priuatus prohibetur caſtrũ, vel arcem hẽre, maxime in cõfinib. Regni, & cõcor. ff. ad l. Iul. mai. l. 3. §. 1. & C. lib. 11. de ſun. lim. l. 2. & dic ut ibi. Ita igitur hic accipe caſtra mu. &c. Id eſt, arces ſeu caſtella † fortia, quas fortilitias dicimus. Caſtellum .n. primo dr̃, id eſt, receptum, ſeu caſarium, ubi multi poſſunt ſe reducere, & munire, vt arg. ff. de aqua quoti. & æſti. l. 1. §. ait prætor, quo ex caſtello. caſtrũ enim dicitur ad differẽtiam terræ planæ, ut ſupra, de mor. ba. nũ. Imp. l. poſt mortem. in fi.

† Additio. *Vide de caſtro, & fortelitio, qua latè poſuit Boer. in deci. 320. & 370.* De B.

¶ Et idem ſubiũgitur in turribus, ea videlicet ratione, quia per huiuſmodi ædificia. ſ. fortilitias, & turres præbetur turbationis materia, & ſcandala de facili oriuntur, vnde merito quilibet prohibetur talia ædificia habere, facere de nouo, vel ẽt reficere ſine licentia Regię maieſt. ut hic. & ff. de ope. pub. l. opus, in prin. Aliter vero vnicuiq; eſt pmiſſum murali ambitu ſua loca vallare, vt de ædi. priua. l. per prouincias.

Additio. *Vide ad hanc conſtitutionem deciſionem conſil. 392. & in materia refectionis, de qua hic, uide omnino Frãc. de Curt. in tract. feu. in 2. par. in 10. char. in prin. & Ang. C. ad l. Iul. maie.* Cæſar. de Peri.

* Additio. *Vide ad materiam, quòd ſi Princeps reficit caſtrum alicuius, non poteſt petere expenſas, Bal. in l. ſi in aliquam. ff. de offic. proconſ. & lega. de cuius veritate, vide Coſtam in ver. caſtrum. vbi etiam, an Princeps poſſit mandare alicui, ut caſtrum muniat, & reficiat, & vide eũdem in ver. Rex. vbi an talia caſtra, & etiam regum debeant refici, & cuſtodiri expenſis cõmunitatum. & dicit, quòd non, ſed dominorum. allegat Angel. in l. turres. de operib. publ.* De Bottis. † *Alias, Idem.*

b *Contemnant.* Quidam hic cauillant, ut conſtitutio locum habeat in caſtris, vel nouis ędificijs erectis poſt hanc Natiuitatem Domini, de qua hic dicitur: nam cum hæc conſtitutio hic ſtatuat in præteritum, non ergo extenditur ad futurum, argumen. ff. de legi. & ſe. conſu. l. cum lex. & argumen. ff. de liberatio. le. l. Aurelius. §. Titius Seio. & l. fin. circa princ. ſed contrarium verum eſt, ut bene colligitur ex mente conſtitutionis, in l. fin. huius conſtitutionis, & in l. proxima. quando enim l. aliquod factum punit, hoc ipſo, id factum improbare videtur, ut ff. de his, quæ pro non ſcri. ha. l. 1. poſtquam enim ipſa rei principia perimuntur, & prohibentur, quod ſit nequaquam perſcrutatione indigemus deinceps, ut in Authen. de non alien. §. minus, in fi. collat. 2.

De probi-

ANDRÆAS DE ISERNIA.

meſſem alienam, extra de rebus eccleſ. non alien. c. dudum. in 6. in gl. & extra de conſti. c. eccleſia S. Mariæ.

P*Eruenit ad audientiam.* In tex. ibi, necnon & ſapientiorib. ipſius eccleſiæ perſonis ad cuſtodiendas eas ad opus eccleſiæ. Vide c. generali. de elec. in 6. In tex. conſtitutio autem. Vide ca. quia ſæpe. de elect. in 6. & de off. ord. c. præſenti. Barthol. de Capua.

De nouis ædificijs. *Rubrica.*

C*Aſtra, munitiones.* Parum valet hæc conſtitutio, ut dicit gl. quia tempus expreſſum iam in ea præterijt. Dicit tamen gloſ. quòd ſequens conſtitutio prohibet caſtra fieri, & turres a priuatis, ſed loquitur in locis demanij. Item dicit, quòd priuatus prohibetur caſtrum, & arcem habere, maxime in confinibus. Dic quod (maximè) abſidat, quia in confinibus tantum, ut in glo. per leges quas adducit. ¶ Item dicit, quod quilibet prohibetur de nouo facere, uel reficere fortilitia, & turres ſine licentia. Intellige, quòd hic exprimuntur ante, ſcilicet tempus huius conſtitutionis: nam Comites & Barones, præterquam in locis demanij, in caſtris, & terris eorum ſitis, non prope confinia Regni, poſſunt ſi uolunt, ſi non ad æmulationem, & materia ſcandali exinde non orit̃, ut no. in gl. ff. de ope. pu. l. opus. C. de ſun. li. l. 2. li. 11.

Contemnant. Dicit glo. quòd quidam hic cauillant, &c. tamen nõ eſt cauillatio, immo veritas: quia vt ædificium turris, uel caſtelli, aut cuiuſcunque operis præberet materiam ſeditionis, uel fieret ad æmulationem alterius, puta, ut brigaret cum uicinis æmulis ſuis, hoc indiſtinctè prohibetur in l. opus, & ſi ſic intelligatur hæc glo. ſaluabitur. Sed non fuit hoc de intentione gloſſantis, & loquentis finaliter, & ideo minus dixit: cuilibet enim licet, præter caſus præmiſſos, ut quando in finibus Regni, uel non licet ſine Principis authoritate, ubi de facili materia ſcandali, & ſuſpitio eſſet. Alibi non debet præſumi de materia ſcandali, niſi appareat, & conſtaret per ea, quæ no. in d. l. 2. de ſun. limi. & præterquam in terris demanij, ut in l. proxi. Hæc conſtitutio loquitur in certo tempore præterito ſupradicto, per quod patet, quòd in futuro uetuit pœnam exigi, & vetuit prohiberi, incipi ſeu erigi hæc ædificia, niſi in locis demanij, ut in l. proxi. pro quo eſt. C. de gener. aboli. l. 2. Et ex quo prohibuit in terris demanij, in alijs videtur conceſſiſſe in eo, quod ius commune hoc concedit, quòd cuilibet liceat, niſi in præmiſſis caſibus, ad quod facit. C. de procur. l. maritus. cum ſi idem uoluiſſet in omnibus locis ſtatuiſſet, quia non ſtatuit omiſit, C. de cadu. tollen. l. 1. §. pe. Nec eſt veriſimile quando non expreſſit, uelle tollere alia iura. C. de inoffic. teſtamen. l. ſi quando. leges non corriguntur, niſi quando expreſſim dicitur, in Authen. quib. mod. nat. effic. ſui. §. tribus. Vel ut ſaluemus glo. hanc dic, quòd uolebat facere turrim non in loco demanij ſumptu publico, vel in loco publico uſui, & incolarum, ſiue ciuium deputato, uel officiebat loco publico amphiteatro, uel theatro ibi propinquo, hoc non licet, dicta l. opus, in fi. & l. pe. C. de oper. pub. & l. nemo. & l. inter. Sed non videtur hoc voluiſſe dicere glo. Ratio autem glo. non valet: nam hoc ipſo, quòd pœnam impoſuit, prohibuit, quia uerum eſt, ſcilicet illud, in quo pœnam impoſuit, vt prohibeatur ædificatum poſt obitum regis Gulielmi, & ante hanc conſtitutionem lex, de his, quæ pro non ſcriptis habentur. l. 1. generaliter imponit pęnam aſcribentibus ſibi in teſtamento generaliter, ergo prohibetur, ut nullus ſibi aſcribat. At hæc conſtitutio imponit pœnam habentibus ædificia huius certi temporis, ergo illa tantum, & illius temporis ædificia huiuſmodi prohibuit, quod denegatur in parte, & quantum ad partem negatam, non plus valet, quam quando denegatur in totum. ff. de adminiſt. tut. l. ſi duo, in fi. & ſic etiam non procedit ratio. §. ſi in iure, petito principio, &c. Nam non prohibetur, nec permittitur hoc principium habendi ædificia talia, niſi pro certo tempore, quantum ad tempus non egebit vlteriori perſcrutatione, & patet ex prima gl. huius conſtitutionis, quæ dicit, quòd hæc conſtitutio parum valet: quia loquitur de ædificijs temporis, quod iam præterijt. Item exceptio verificat, & declarat regulam, in Auth. de non alienan. §. vltimo. Eſt enim regula, quòd quilibet facit huiuſmodi ædificia in ſuo, niſi in caſibus prohibitis d. l. 2. de ſun. limi. Excipit enim Imperator loca demanij in ſequenti conſtitutione. Item princip. huius conſtitutio. loquitur de ædificijs temporis præteriti. Et ſic tota hæc conſtitutio, & eius mens loquitur. ff. de iuris & facti ignoran. l. regula, §. penult. de impo. lucr. deſcript. l. 1. in fi. lib. 10. Vbi autem daretur materia ſcandali, vel eſſet rationabiliter verendum, ut rebellaret, uel aliud inde malum ueniret, nedum facienda prohibentur, immo & facta talia ædificia diruentur per regem, & Iuſti. nam publica utilitas præfertur priuatæ, ut in Authen. de teſt. & ea quæ pa. §. quamobrem. ff. pro ſocio. l. actionem. §. Labeo. C. de cadu. tollen. l. 1. hinc eſt quòd prædia dantur militib. ff. de euic. l. Lucius. de rei uend. l. ſiue.

Additio. *Adde c. ſcias. 7. q. 1. gl. in c. licet. de reg. & per Abb. in c. fi. de voto. vbi inuenies duas fallẽtias, in quib. præfertur utilitas priuata.*

Nam

De prohibita in terra demanij conſtructione caſtrorum.

TITVLVS XXXIII.

In locis demanialibus domini Regis non licet priuatis perſonis erigere turres, etiam ſi fierent ad defenſionem, ſed ſufficiunt eis munitiones Regia, & ſecuritas protectionis Regia. hoc dicit. Matthæus.

† Aliàs, Idem.

† REX ROGER.

De prohibita in terra demanij &c. Rub.

a *IN locis*. Erigi. accedit. C. de ædi. pri. l. prima, & l. ſi cui. & l. mæniana.

IN a locis demanij noſtri ędificia erigi in poſterũ prohibemus, per quę ipſorũ locorũ defenſio, vel munimẽ, aut liber introitus, aut exitus valeat impediri. In p̃dictis locis turres erigi amodo per priuatos, expreſſius inhibemus: Munitiones etenim noſtras, & qđ eſt ſecurius protectionis noſtrę munimen, omnibus Regni noſtri fidelibus plenè ſufficere credimus ad tutelam.

De ſeruis & ancillis fugitiuis.

TITVL. XXXIIII.

Prohibet hæc conſtit. recipi ſeruos fugitiuos, ſed capti dominis reſtituentur ſed dominis non cognitis, aſſignentur Baiulis, contrafaciens ipſe cum omnibus bonis ſuis pœnę Curiæ ſubiacebit, & Baiulus niſi magna Curia tranſmiſerit, eandem pœnam laturus. h. d. Lallus de Thuſ.

REX GVLIEL.

De ſeruis & ancillis fugitiuis. Rubr.

b *SEruos*. Prohibet hæc conſtitutio recipi fugitiuos ſeruos. Sed captos Baiulo aſſignet, & contra facientibus pœnam imponit, aliam tamen, quàm ea, quæ imponitur. C. eo. l. quicunque.

c *Laturis*. Adde ad hãc conſtitut. quod legitur. j. 2. conſtitutione, quæ incipit, mancipia fugitiua.

SEruos, b & ancillas oẽs fugitiuos ab aliquo capi gñaliter omnib prohibemus, niſi captos quã citius potuerint dño ſuo reſtituãt, vel ſi dñm ignorauerint, Baiulis Curię noſtrę aſſignẽt, & Baiuli Magnę Curię noſtrę tranſmittant eoſdem, ſcituri, quòd quicunq; modo aliquo ſeruũ aliquẽ, uel ancillam fugitiuã capere, vel quomodolibet detinere pręſumpſerit, ipſe cum omnib. bonis ſuis pœnę Curię ſubiacebit, Baiulis, niſi Magnę Curię noſtrę tranſmiſerint, eandem pœnam c laturis.

De pecu-

De pecunia inuenta in rebus alienis.

TITVLVS XXXV.

Si quis aliquid inuenerit, aurum uel argentum, vel quaſlibet alias res, Iuſtitiario regionis, vel Baiulo ſtatim oſtendat, & ſine dilatione ipſemet ad magnam regiam curiam deferat, alioquin pœna furti tenetur: quæ bona conſeruabuntur vſque ad annum venientibus dominis, & probantibus de iure eorum, anno tranſacto fiſcalibus vtilitatibus attribuantur. hoc dicit. Lallus de Thuſcia.

† REX GVLIEL.

† Aliàs, Idem.

De pecunia inuenta in reb. alienis. Rub.

d *PEcuniam*. Si quis aliquid in via inuenerit, puta, pecuniam, uel aliud precioſum, quod ſuum non eſt, ſtatim aſſignet Iuſtitiario, vel baiulo regionis: alias furti tenetur, niſi Iuſticiario, vel baiulo aſſignet, & ſi infra annum dominus appareat, recuperabit: alias fiſci erit. Sequẽs vero cõſtitutio nihil boni dicit, ſed hanc & præcedentẽ determinat de eadem materia loquẽdo.

* ADDITIO. *Theſauri vbicunque ſint inuenti, ſunt Regis, in cap. Caroli II. in lib. Barattuerij, in archiuio, parte 2. cap. 42.*

e *Præordinatum*. Infrà de fur. & latro. conſtit. peruenit. & ibi hoc inuenies.

ADDITIO. *Ad hãc conſtitutionem uide cap. regni, quia non decet. char. 174. & in conſtitutione ſeq.* Cæl. de Pe.

PEcuniam d * ſi quis inuenerit aurum, vel argentum, lapides precioſos, uel quaſlibet res alias, quæ ſuæ non ſint, animalibus exceptis, de quibus fiat, ſicut e præordinatum eſt. Inuentor Iuſtitiarijs noſtris, vel Baiulis ipſarum partium ſtatim oſtendat: & ſine dilatione ipſemet ad magnam noſtram Curiam deferat, & aſſignet: Alioquin & ipſe furti pœna tenebitur. Scire etenim debet vnuſquiſq; inuentiones omnes Regni noſtri, quarum dominus non apparuerit, ad fiſcum ſpecialiter pertinere. Pietas enim noſtra propter abſentes miſericorditer ſtatuit res ipſas, poſtquàm ad manus noſtræ curiæ peruenerint, vſque ad annum completum per ſe conſeruare, vt ſi quis fortè infra annum venerit, & de rebus ipſis aliquas ſuas fore probauerit quod ſuum fuerit, conſequatur: Alioquin poſt tranſactum annum fiſcalibus vtilitatibus aſcribantur.

De præ-

ANDRÆAS DE ISERNIA.

Nam cum factum fuit iſtud caſtrum, ſeu fortilitia, de quo diruendo nunc agitur, aut antequàm fieret dabat materiam ſeditionis, & ſcandali, & tunc quia ædificatum eſt, lege prohibente, pro infecto habendum eſt, quia ſufficit legiſlatori, &c. C. de legi. l. non dubiũ. Aut a principio non dabat, ſed ex poſtfacto dedit, & præbuit ſeditionis materiam, & tunc idem eſt, ac ſi a principio dediſſet. Hæc enim paria ſunt. ff. de doli excep. l. 2. §. generaliter. C. de libero homine exhibendo. l. 3. §. huque. de inceſtis nupt. l. qui contra. in fine.

C*Aſtra & munitiones*. In tex. ibi, illud etiam præſenti adiũgimus ſanctioni. Hoc intelligendum eſt ſano modo, quando in totum ſunt dirutæ, uel quaſi, aliud ſi modica refectione indigent, credo q̃ poſſet fieri ſine pœnæ metu huius conſtitutionis, arg. C. de iud. l. fi. & de no. ope. nunc. l. 1. §. ſi quis ædificium. Sed quando dicentur quaſi dirutæ? Reſponde, quando ultra medietatem operis eſt dirutio, argum. ff. de contrahen. empt. l. domum. Barthol. de Capua.

Sed iuxta prædictum tex. in ver. munitiones alicui reficere indirutas, quæro an liceat facere nouas, & quid ſi tam prohibeatur nouum ædificium fieri quam vetus reformari? arg. C. de iud. l. fi. de ope. publi. l. cum ſi. & facit quod no. de reu. rerum feud. conſtit. conſtitutiones. & conſtit. conſtitutionem diuæ memoriæ. in §. excadentias. in gl. in ver. large. Barthol. de Capua.

De prohibita in terra demanij conſtructione caſtrorum. Rub.

I*N locis demanij*. Ex litera patet loqui in locis demanij, vnde expone, vt ſupra. l. proxima. Quod autem dicit in fine, munimen noſtrum ſufficere omnibus, rectè accipitur in locis demanij, quæ ſunt Principis pleno iure. ff. de leg. 3. l. ſeruos.

ADDITIO. *Adde quid importet hoc verbum, pleno iure, tex. iuncta glo. in ver. vtroque iure. in c. quoniam. de priuile. gl. 1. in c. cum inter vos. de re iudi. gl. in ver. pleno iure. in c. cum & plantare. de priuil. glo. 1. in c. conqueſtus. de foro comp. Abb. in c. querelam. de elect. & in c. auditis. in 4. notab. de præſcript. & in c. de monachis. de praben. & in c. in Lateranenſi. eo. tit. & in d. c. quoniam. in 1. notab. de priuil. Ant. de But. in conſ. 19. incip. quia hic agitur. Rapha. Cuma. conſ. 87. incip. Dominus Canſignorius della Scala, tunc dominus Veronæ, & Vincentiæ.*

Terræ autem Baronum directè tantum ſunt regis, vtiliter ſunt Baronum, & tenentium in feudum. ¶ Vtile autem pręfertur directo, quamuis tunc poſſit tueri, vbi vtiliter dominus eſſet negligens. ff. de vſu & hab. l. ſi tibi. §. 1. Semper enim reducitur dictum hoc, & argum. huius conſtit. ad materiam, de qua loquitur, quæ eſt de ædificijs in terris demanij.

De ſeruis & ancillis fugitiuis. *Rubrica.*

S*Eruos*. Iſtæ tres leges ſequentes poſitæ ſunt contra cap. erit. 4. diſtinctio.

De pecunia inuenta in rebus alienis. *Rubr.*

P*Ecuniam ſi quis*. Ratio quæ ponitur hic, ſcire debent, &c. eſt C. vnde vi. l. cum quærebatur, & ſic contra fiſcum, ſicut contra priuatum: ex quo non ſunt fiſci, ſcire debet ad alios pertinere. Sed fiſcus eſt ſaccus earum rerum quæ caſualiter quæruntur. ff. de iure fiſci. l. Lucius. Et ſtatuit terminum vnius anni: hæc ſunt arbitraria: quia & in vſucapione mobilium eſt terminus ſtatutus, ne dominia ſint incerta. ff. de vſucapio. l. 1. & l. 2. Et loquitur de his, quæ inuenerunt in uia, & non alibi: aliud ſi ſit theſaurus, de quo dicitur ſuprà de officio magiſtri Came. l. præſenti. ¶ Iure Romano tales committerent furtum, nec poſſent petere pretium inuentionis. † ff. de fur. l. falſus. §. qui alienum. ¶ Iure Longobardo pœna eſt nonupli, ſi non portet inuentor ad iudicem, ut in Longobar. de furtis. l. ſi quis aurum. & ibi dicit glo.

† ADDITIO. *An quis poſſit petere præmium inuentionis, vide per Bart. in l. falſus. §. qui alienum. ff. de furt. & Ang. Aret. in §. ſi. Inſtit. de rer. diuiſ.* De Bottis.

De manci-

De præſcriptionibus. *Rubrica.*

a D*Vram & diram conſuetudinem.* Conſtitutio præſens nil noui ponit, niſi quod tollit quaſdam conſtitutiones circa præſcriptiones hactenus obſeruatas: & vult in præſcriptionib. ius commune obſeruari. Item præcipit ſeruari quandam quadragenalem præſcriptioné iure Longobardo inductam.

Duram conſuetudinem. Eſt præſcriptio vnius diei, ut ſuprà de de dilat. & except. l. 1. & de officio cance. l. 1. ¶ Eſt præſcriptio duorum dierum, ut ſuprà de proceſſu iudi. l. ſecunda. & de temp. appell. l. vltima. ¶ Eſt preſcriptio trium dierum, ut ſuprà de dilatio. & except. l. 1. & 2. ¶ Eſt preſcriptio ſex dierum, ut ſuprà de exord. & præpa. iud. l. 1. ¶ Eſt præſcriptio ſepté dierum, ut ſup. de viol. meretric. illa. l. prima. ¶ Eſt præſcriptio noué dierum, ut ſup. de exordijs, & præpar. iudiciorum l. prima. ¶ Eſt præſcriptio decem dierum, ut infra de deti. animal. alie. l. 2. ¶ Eſt præſcriptio duodecim dierum, ut ſup. de exord. & præpa. iudic. l. 1. ¶ Eſt præſcriptio triginta dierũ, ut ſupra de exordijs, & præpara. iudic. l. 2. & 3. ¶ Eſt præſcriptio unius menſis, ut ſupra de iure re cum uniuerſis. ¶ Eſt præſcriptio quadraginta dierum, ut ſupra de viol. meretri. illata. l. vlt. ¶ Eſt præſcriptio quinquaginta dierum, ut ſupra de tempor. appel. l. prima. ¶ Eſt præſcriptio duorum menſium, vt ſupra de offic. mag. Iuſtit. l. 1. & de pœ. contu. l. clementiæ. ¶ Eſt præſcriptio trium menſium, ut ſuprà de iure rer. reg. l. quiſquis. ¶ Eſt præſcriptio quatuor menſium, ut ſupra apparet in ſumma communis iu. de iure rer. reg. dignum. ¶ Eſt præſcriptio quinq; menſium, ut ſupra tempore prędicto, in fine, & de probat. inſtrum. poſſeſſiones. ¶ Eſt præſcriptio vnius anni, ut ſupra de exor. l. ſi quis poſſeſſio. de pœna contu. in crimina. cau. l. prima, & ſecunda, & de proba. inſtrum. l. 2. & l. proba. incumbus. & de his qui ſeruos alie. l. 2. & de male vend. l. quicunque. & de iure cura. l. per illam. & l. vt dignitatum. & de modi. l. 2. ¶ Eſt præſcriptio duorum annorũ, ut ſupra de fide inſtrumen. l. prima. ¶ Eſt pręſcriptio trium annorum, ut in hoc titulo. l. 1. in fi. & Inſtit. de vſucap. in principio. ¶ Eſt præſcriptio quatuor annorum, ut in ead. l. in fine ¶ Eſt præſcriptio decem annorum, ut in eadem. l prima. ¶ Eſt præſcriptio quatuordecim annorum, ut infra de iure Baiuli. l. 1. & Inſtitu. quibus modis tut. fi. in principio. ¶ Eſt præſcriptio 18. annorum, ut ſupra de teſtib. l. 1. ¶ Eſt præſcriptio viginti annorum, ut in ead. l. 1. ¶ Eſt præſcriptio vigintiquinque annorum, vt ſupra de ſucceſſione feud. l. in aliquibus. & de cau. pi. l. vlt. ¶ Eſt præſcriptio quadraginta annorum, ut infra eadem. l. 1. ¶ Eſt præſcriptio centum annorum, ut in ead. l. vlt. licet dominus meus dicat in ſumma de præſcriptione 30. vel 40. annor. in fine, quod id amplé factum eſt, ut ſinguli caſus enumerentur, in quibus locum habet præſcriptio vnius diei, vel duorum dierum. & ſic vſque in infinitum non eſt utile proſequi, nec ſubtile: laborioſum eſt enim potius. Ego tamé ex cópilatione præmiſſa, credo me utiliter aliquid peregiſſe. Cum enim verba huius l. minus generalia videãtur, credet aliquis oẽs præſcriptiones ſublatas eſſe, quæ hic nó continentur, quod falſum eſt. ¶ Non. n. tolluntur præſcriptiones, niſi quæ fuerint inductæ per conſuetudinem, ut hic dicit, & ita verba generalia reſtringuntur. argu. C. de tranſact. ſi de certa. nec tolluntur præſcriptione hæc iura inducta, ſiue per has amittantur dominia rerum, ſiue pęnæ imponãtur, ſiue pereãt iura cauſarũ, ut ex prædictis apparet. ¶ Itẽ lex iſta loquitur de præſcriptionibus, quæ cum poſſeſſione contingunt, ſiue ex utraque parte, ſcilicet, fauore poſſidentis propter titu. bonæ fidei, ſcilicet, odio non petentium, ſiue ex altera tantum, ſcilicet, odio non petentis, ut hic dicitur. C. de edic. diui Adria. tollen. l. vltima. in fine. Si qua igitur pſcriptio opponatur, uel ratione delicti, ut in contumace, & ſimilibus: Vel ratione contractus, ut in redhibitoriis, & quanto minoris: Vel ratione negligentiæ, ut in debitore, qui non redimit pignus infra 30. dies, ut in iure Longobar. de debit. & gua. l. ſi quis fideiuſſorem, quia hæ quæ ſine poſſeſſione contingunt, non tolluntur hac l. cum de his non loquatur.

De mancipijs fugitiuis.

TITVL. XXXVI.

Mancipia fugitiua, vel alia res de quibus dictum eſt ſupra proxi. conſti. debent per annum dominorum commodis reſeruari, & apparenti domino infra annum de ſuo dominio legitimè probanti, reſtituantur, ſaluo iure, quod ex obtenta veterum conſuetudine proinde Regia Curia debetur: aliàs dominis non apparentibus fiſci utilitatibus vendicentur, & inuenta res quarum domini non apparent, ſufficit ſi aſſignentur Baiulo, nec coguntur ipſi inuentores deferre: Quicunque enim dictas res inuentas his baiulis regijs nõ aſſignauerint, vel baiuli res aſſignatas ad regiam Curiam non miſerint, furti pœna arario Regis pro certo ſe nouerint fore damnandos. hoc dicit. Lallus de Thuſcia.

IMPER. FREDER.

MAncipia fugitiua, quæ conſtitutio Regia per baiulos ad magnam curiam noſtram debere tranſmitti conſtituit, néc quid de eis fieri debebat ſtatuit, per annum præcipimus dominorum commodis reſeruari: vt ſi infra annum is, qui ſe legitimis documentis dominum probare potuerit, appareat, ſu pradicta mancipia ei reſtitui debere cenſemus, ſaluo iure, quod ex obtenta veteri conſuetudine perinde curiæ noſtræ debetur: aliàs ſi domini non appareant, priuatis noſtris vtilitatib. aggregentur. Statuimus etiam, vt inuentas res, & pecunias, quarũ veri, & legitimi domini non apparent, & quas per inuentores earum conſtitutio regia ad magnam Curiam debere deferri præſcripſit, locorum baiulis ſufficiat aſſignari. Nec enim æquum vidimus, vt is, qui zelo fidei, quo tenet͛, Curię totũ, quod inuenit, aſſignet: propter fidem ſuam incómodum ſentiat, vt cogatur inuitus ad Curiã remotam multis locorum diſtantijs forſitan laborare. Quicunque autem res inuentas huiuſmodi baiulis noſtris non aſſignauerint, & baiuli ẽt, qui aſſignatas ad curiam noſtram non miſerint, furti pœna noſtro ęrario inferenda, pro certo nouerit ſe fore damnandos.

De præſcriptionibus.

TITVLVS XXXVII.

Hac conſtitutio nihil nouum ponit, niſi quòd tollit quaſdam conſuetudines circa præſcriptiones hactenus obſeruatas, & vult in præſcriptione ius commune ſeruari. Item præcipit ſeruari quadragenalem præſcriptionẽ iure Longobardo inductam ſuper adaquatione ſtantium partium minimè facienda, & ſuper rebus, quas alter ex fratribus tempore prædicta poſſeſſionis aliunde habere ſe dicit. Lallus de Thuſcia.

† IMPER. FREDER. † *Aliàs, Idem.*

DVram [a] & diram conſuetudinem, & iniquam, quæ circa præſcriptiones in aliquibus regni noſtri partibus obtinebat, in poſterum ſilere præcipimus, & præſentem legem circa ipſam inducimus, omnib. alijs ipſi contrarijs inter regni noſtri fideles omnino ſublatis. Sancimus igitur præſcriptionem [b] anni, menſis, diei, & horæ, [c] per quam aliquis de dominio ſuæ rei cadebat, & francus [d] de diſſaſina q̃ri nõ poterat, penitus amoueri, ſed generales præſcriptiones cõmunis iuris locum habere. ſ. inter præſentes decennij, inter abſentes vicennij præcedente, ſcilicet titulo, & bona fide, ex vtraque parte vndique concurrente. Per tricẽnalem etiam præſcriptionem inter priuatos excepta hypothecaria actione, cuius vita interdũ in annos quadraginta protenditur, omne ius, & omnem

b *Anni.* De iure Romano eſt præſcriptio anni, ut C. de naufrag. l. ſi quis, lib. 11. ¶ Et præſcrip. biẽnij. C. de omni agro deſer. l. qui agros.

c *Per quam aliquis.* Hic demonſtrat unam fuiſſe præſcriptionem, quæ his temporibus complebatur, ſcilicet, anno, menſe, die, & hora, & hoc locum habebat Meſſanæ. Marinus.

d *De diſſaſina.* Id eſt, inueſtitura, quã impetrare debebat hæres mortuo patre, ſecundum conſuetudinem feudorum infra annum.

ADDITIO. *Adde Calde. conſi. 7. incip. an feudatarius. Pet. de Anch. conſil. 173. incip. Dominus Lazarinus fuit inueſtitus de quodam feudo,* ... *Card.*

ANDRÆAS DE ISERNIA.

De mancipijs fugitiuis. *Rubrica.*

M*Ancipia.* Hæc mitigat ſuperiorem, ut non habeant neceſſe inuentores deferre ad Curiam.

De præſcriptionibus. *Rubrica.*

D*Vram & diram conſuetudinem.* Sicut dicit glo. nihil nouum inducit, ſed ponit præſcriptionem iuris communis. Narrat tamen, & computat gloſ. præſcriptiones ab uno, ſcilicet, ad quadraginta annos, & plus. ¶ Et exponit uerba literæ ſpecialiter. ¶ Quid eſt diſſaſina: quia eſt inueſtitura ſecundum conſuetudinem libri feudorum.

Card. Zabar. conſ. 33. incip. circa primũ dubium duo principaliter ſunt videnda. Abb. conſil. 23. incip. conditorum omnium poſtulato ſuffragio. volum. 2. Idem Abb. conſ. 3. incip. nitar in præſenti. eo. vol. Ludo. Roma. conſil. 27. incip. viſo themate mihi propoſito. Pau. de Caſt. conſ. 162. incip. circa id, de quo quæritur. Io. de Anan. conſ. 33. an vltra alia dubia. Alex. de Imo. conſil. 79. incip. circa primũ, de quo quæritur, in 1. volu. Barba. conſil. 84. incip. præclarè. in 4. vol. Franc. de Curt. conſil. 82. incipien. Deus Pius Ieſus Chriſtus. Superantius.

De qua inueſtitura no. ff. de aqua quoti. & æſtiua. l. 1. §. planè.

a *Quadragenaria*. Et vſque ad prædictũ tempus poteſt agi cõdictione ex l. ab illo fratre, qui in diuiſione ſe aſſerit læſum non extantibus partib. Adde quanti percurrat offi. & arbitrio iudicantis, ut eſt in Longob. de præſcrip. l. ſi inter fratres. & de prohi. alie. min. l. 3. in fine. ¶ Iure vero Romano agitur, vt quod perperam factum eſſe conſtiterit, in melius reformetur, vt C. comm. vtriuſque iudi. l. minorib.

Quadragenaria. Vt in Longo. eo. ti. l. ſi inter fratres, ubi plenè de hoc in ſumma Roffred. & no. argumen. huius pro adæquatione. ff. de condi. & demonſtrat. l. ſi ita. & de hoc habetur. ff. de hære. inſti. l. ſi inæqualibus. Marinus.

actionem volumus ſubmoueri.

[a] Quadragenaria etiam præſcriptione inter fratres lege Longobardorum inducta, ſuper adæquatione ſtantium partium minimè faciẽda: & ſuper rebus quas alter ex fratrib. tẽpore prædictæ poſſeſſionis aliundè habere ſe iurat in ſuo robore duratura, & ad omnes Regni noſtri fideles per præſentem cõſtitutionem noſtri culminis prorogata. Vſucapionibus, quæ in rebus mobilibus iuris cõmunis inductæ ſunt in ſua firmitate ſeruatis.

De rei actione, & exceptione.

TITVL. XXXVIII.

Inter priuatos præſcribitur feudum, vel eius quota per poſſidentem illud, vel illam, ſpatio triginta annorum ſine legitima interruptione, & aduerſario ſuo præſente. qui fuit negligens in petendo ius ſuum. Et præſtitit ſeruitium debitum pro ipſo feudo Regiæ Curiæ. Et talis poſſeſſio ſibi prodeſt tam agendo, quàm excipiendo. Res autem particularis feudi liberè ſine ſeruitio præſcribi non poteſt, etiam per longiſſima tempora. hoc dicit. Matthæus.

† IMPER. FREDER.

Conſuetudinem [b] * prauam hactenus in iudicijs obtinẽtẽ de medio tollere diſponentes, per quã feuda quamuis magna temporum longinquitate poſſeſſa præſcribi nõ poterant: Et ſic poſſeſſio poſſeſſori, vel etiam petitori ad probandum de dominio rerum, quas forſitan ipſi, & anteceſſores ſui tempore, cuius memoria non extabat, in nullo valebat: Præcipimus [1] eum, qui in poſterum [c] triginta annis feudum integrum, vel quotam partem feudi, de quo certum & deſignatum ſeruitium noſtræ Curiæ, vel cuilibet [d] alij debeatur, continuè, & ſine interruptione ciuilis, vel naturalis temporis, vel minoris ætatis aduerſarij, præſente etiam in Regno * aduerſario ſuo, poſſederit in perpetuum fore ſecurum, [e] & actionẽ ei contra quemlibet poſſeſ-

tempore, vt in fi. huius cõſt. & eſt ratio, quia ubi quota pars feudi præſcribitur, & feudum præſcribitur. patet, quia in quantum minus poſſeſſor exoneratur, in tantum minus tenetur, quod non eſt in re ſingulari, quia quælibet res per ſe nulli certo oneri eſt obnoxia, & ita contingeret ſeruitia de neceſſitate minui. Et ad hoc facit ualde bene ratio legis, quod perſonalis actio non ſequitur feudum, ſed quotã partem ſic, ut C. de hær. inſti. l. quoties. & ff. ad Senatuſc. Trebe. l. 1. §. ſi hîs. † Alij, Illam.

Conſuetudinem. Pro hac conſuetudine facit 10. col. de Cap. qui cur. vend. l. 1. §. 1. & de prohib. feud. alien. per Fredericum. l. imperialem. circa princ.

• Additio. *Adde quæ ponit glo. in conſuetud. Pariſ. §. 7 glo. 1. nu. 10. & Afflict. deciſ. 254. & ad intellectum huius conſtit. multa bona allegat Luc. de Pen. in l. ſi quis prædium. 6. col. C. de agric. & cenſit. lib. 11.* De Bottis.

1 Additio. Præcipimus. *Adde quod hoc verbum importat delegationem, vt eſt gloſ. in verbo facultatem. in c. cum aliquibus. de reſcriptis, libro 6. & ibi Domi. & per Anto. de But. & Io. de Imo. in c. licet in corrig. de off. ord.* Super.

De rei actione, & exceptione. Rubrica.

b *Conſuetudinem*. In præſcriptione feudorum ſola tricennalis præſcriptio prodeſt, vel maior. Et hoc eſt uerum, ubi poſſet præſcribi totum feudum, vel eius quota pars, quia ſeruitium mutabitur ſecundum poſſeſſorem, quia primo incumbebat ex cauſa obnoxia poſſeſſio, non perſona, ut ff. de publi. l. Imperatores. ¶ Seruitium vero feudi nullo tempore poſſet præſcribi, ut hic. & C. de præſcr. 30. ann. l. comperit. ¶ Sed ipſum feudum præſcribitur in odium, & propter negligentiam primi poſſeſſoris, & ſaltem per conuentionem, vel litis cõteſtationem potuit interrumpere præſcriptionem, ut in l. cum notiſſimi. ¶ Eſt enim in odium poſſeſſoris inducta præſcriptio tricennalis, vt in l. vt perfectius. in fi. C. de anna exce. & C. de edic. di. Adri. tol. l. fin. ¶ Et hæc ſunt vera in feudi totius præſcriptione, uel quotæ partis eius. ¶ Sed circa eius res feudi præſcribi non poteſt aliquo tem-

c *Triginta annis*. Hoc contra priuatos intelligas, contra fiſcum vero ſeruatur l. ſequens.

d *Alij debeatur*. Dic, ut no. in fi. præſentis conſtitutionis fore ſecurum ex diuturnitate temporis, vt in l. ſicut in rem, de præſcri. 30. ann. & non requiritur, an conſenſerit in alienatione princeps, quia tunc ſtatim eſſet ſecurus, vt ſup. de reuoc. re. feu. conſti. 1. & tanquam dominus effectus non præſcriberet rem ſuam, ut in l. ſequitur. ff. de uſuca. §. lana. conſenſus. n. ſuperioris facit eum dominum, vt ff. quib. mod. pignus, vel hypotheca ſoluitur. ſi debitor. l. 1. & l. ſicut. §. ſed ſi permiſerit. & extra, de donat. inter virum, & uxorem. nuper. ¶ Et hoc intellige verum in qualibet alienatione ſiue dotis, ſiue in qualibet alia. & quæ fiunt etiam in teſtamentis, vt arg. ſup. de re. feud. hac edic.

• Additio. *Nota regnum eſſe vnam prouinciam, & ita allegat Luc in l per ſingulas. C. de decurio. lib.* 10. De Bottis.

e *Actionem*. Iſtud dicitur ad tollendam diuerſitatem, quæ fit in litera, & in glo. C. de præſcr. 30. ann. l. ſi quis emptio. §. quod ſi quis.

2 Conteſta-

ANDRÆAS DE ISERNIA.

De rei actione, & exceptione. *Rubrica.*

Conſuetudinem. Antiquitus feuda non præſcribebantur ullo tempore. ſupra de ſucceſſio. Comi. & Baro. l. in aliquibus. & in titu. de capi. Cor. §. præterea. ſecundum unum intellectum. Hoc remouetur hic. nam aut quis præſcribit feudum, uel quotam partem feudi contra priuatum, & habet locum hæc conſtitutio. Aut contra fiſcum, & habet locum ſequens conſtitutio. Nam quando contra priuatum, oportet, quòd poſſeſſor tenuit feudum, uel quotam partem feudi, præſtando inde ſeruitium per annos 30. præſente aduerſario in Regno. Et ſic declarat Regnum eſſe unam prouinciam, † & præſentiam in prouincia eſt neceſſariam in longa præſcriptione. C. de præſcriptio. longi temporis. l. fin.

† Additio. *Sequitur idem Luc. de Pen. in l. fin. C. de diſcuſſor. lib. 10. & idem Luc. in l. per ſingulas. C. de decur.* De Bottis.

¶ In tricennali, de qua hic loquitur, iure Romanorum non eſt neceſſaria præſentia. C. de præſcript. triginta annor. ſicut. unde in hoc derogatur iuri Romano, quo etiam iure, abſentes ex neceſſaria cauſa reſtituuntur, ut ibi no. ¶ Hæc autem non eſt leuis probatio probare aduerſarium toto tempore prædicto fuiſſe præſentem in Regno. ¶ Sed an minori tempore præſcribentur feuda, ut decem annis, uel viginti cum titulo, & bona fide? Quod videtur, quia de iſtis præſcript. quæ ſunt cum tit. & bona fide, non poſuit, tanquam de indubitabili, cum ſint fauorabiles: ſed tricẽnalis quam ponit, eſt odioſa. C. de edic. diui Adri. tol. l. fi. ¶ Si ergo præcedit odium, multò fortius fauor. ff. de liber. & poſthum. l. cum quidam. ¶ Sic admittit prætor in expoſitione illud, quod non eſt difficile, non tamen tollit. ff. commo. l. 2. in princ. cum aliàs non caſſauerit, remanent in ſuo ſtatu. C. de teſtam. l. ſancimus. & de appel. l. præcipimus. in fi. Item ſi tantum 30. annis præſcriberentur feuda contra priuatos, idem eſſet contra fiſcum, ut in conſtitutione ſequenti, quando poſſeſſor immitteretur, aliàs immitteretur inueſtituræ ſeu donationi, quam probabit ex tempore, ut ibi diximus, & in l. ſi dubitatio. ſupra, cum alio modo præſcriptio inducta ſit contra fiſcum, & alio modo contra priuatum. C. de præſcript. 30. anno. l. comperit. & l. ſicut. & l. omnes. ¶ Verius videtur, ut omnes minores excludat, præter triennalem, quod patet, quia hæc conſtitutio corrigit conſuetudinem, quæ erat, quod nullo tempore feudum præſcriberetur, ut in princ. conſtitutionis dicitur. inducendo ergo hanc differentiam ſolam contra dictam conſuetudinem, omnes aliæ remanſerunt inanes, ut conſuet. vincat alias illas præſcrip. ¶ Quæcunque enim præſcriptio hac conſtitutione non exprimitur, intelligitur relicta regulis veteris conſuetu. dicta l. præcipimus, in fine. Et ſi aliud uoluiſſet, expreſſiſſet. C. de caduc. tollendis. l. prima, in fine. maximè, quia in hac triennali ponit aliquid de eo quod eſt ſubſtantiale in præſcriptione triginta annorum, ſcilicet, de præſentia aduerſarij in Regno, quod requiritur, ſcilicet, præſentia in prouincia iure Romano. ¶ Item quid in præſcriptione uſusfructus feudi, an præſcribetur uſufructuario in uſufructu, quem habet in feudo, ſicut in dotario triginta annorum tantum, uel minori tempore? Videtur idem, ſicut in pro-

ſorem, ſi a poſſeſſione ceciderit, & exceptionem contra petentẽ quem libet indulgemus. Quod etiam ad illos porrigimus, qui vſque ad hæc tempora triginta annis præteritis tenuerunt, in quibus & ſi non plenè iuſtitiam potuerunt conſequi, conquerentes in hoc ſaltem de euidenti deſidia excuſari non poſsint, quòd interruptionem præſcriptionis apud eos, qui a nobis adminiſtrationem habebant, per conuentionem legitimam, aut [a] conteſtationem litis, prout veteribus legibus eſt inductum, inducere potuerunt.

Prædicta autem omnia ita ſanè accipi volumus, vt tricennalis præſcriptio in feudis integris, & eorum quotis partib. locum habeat, [b] ex quibus præſcriptis nullum poteſt reipublicæ præiudicium [c] irrogari, cùm apud quemcunque reſideat ſeruitium deſignatum, & debitum, quod non tam perſonæ, [d] quã rei ipſi aſcriptũ eſſe [e] dignoſcitur, minimè amitti poterit, vel i aliquo minorari. Cæterũ * ſi ſuper aliquo prædio, vel prædijs ad feudum, ſeu partem feudi certam [f] pertinentib. quæ velut libera a ſeruitijs, vel qualitercunque aliter quis præſcribat, [g] de quib. nullum eſt certũ ſeruitiũ prætaxatũ præſcriptionem [h] quanticunq; temporis in nullo prodeſſe ſibi [i] cenſemus, [k] cum his de feudo

a *Conteſtationem*. Cùm ſola conuentio per executorem faciat interruptionem temporis, ut C. de præſcript. 30. ann. l. ſicut. §. nec ſufficiat. ff. de actio. & oblig. l. conſtitutionibus. ff. de inoffic. teſta. l. quemadmodum. videtur, quod litis conteſtatio interruptionem nõ faciat, cùm ſit ipſum interruptum. R. poteſt eſſe ſola litis conteſt. non præcedente conuentione, ut putà, ambo erant coram iudice non uocati, & dicit actor reo: uolo, ut tu mihi reſpondeas de tali actione, & ita ex conſenſu facta eſt litis conteſt. non præcedente conuentione, vel etiã iudice compellente, ut ff. de fideiuſ. l. vlt. ſuprà de exord. & præp. iud. l. 1. Vel dic, quòd per l. C. nõ erat inductum de libello, ut C. de lit. conteſt. l. 1. & de iud. rem non nouam. §. patroni. & de accuſa. l. ſi quis. & ff. de pri. deli. l. Iulia. niſi in contentione illuſtrium perſonarum, & ſi peculiariter conueniantur, ut C. de dig. quoties. Vnde innouet hoc Authen. ſcilicet, ut porrigatur libellus, vt C. de lit. conteſt. auth. offeratur. & hoc etiam inductum eſt iſto iure, ut ſuprà de dila. l. 1. Forte dici poteſt interruptionem fieri ſine libello: & hoc vltimum, ſecundum Azo. Quod autem hic dicit interruptionem fieri per conuentionem reſpexit leges veteres. ſic enim dicit, prout veteribus legibus eſt inductum. Vel reſpexit ius Longob. quo fit interruptio compellendo per tales homines, quorum fides admittitur, vt in Longob. de his qui ob. ca. da. l. 1. & tunc conuentionem, & conteſtationem litis non coniungas in eodem caſu: ſed dices. l. iſtam in diuerſis caſibus loqui, & hoc indicat, vel, dictio diſiunctiua.

b *Ex quibus præſcriptionibus*. Hic ſoluitur contrarium, quod no. ſuprà de iure rer. reg. l. conſtitutionem. ut ibi no.

ADDITIO. *Ad hunc §. prædicta autem, vide deciſionem conſil. 254. ſæpè fuit iſte caſus, vbi plenè de eius materia.* Cæſar de Pari.

c *Irrogari*. Concor. ad hanc l. C. de fun. pa. l. 6. lib. 11. de præſcript. 30. annor. l. comperit. ¶ Item ad id quod ſubijcit, quod non tam perſonæ, &c. concor. C. de præuar. l. 2. lib. 11.

d *Quàm ipſi rei*. Et ita quocunque titulo tenet feudum, ſoluit ſeruitium inde debitum, vt ſup. de contu. ante cont. lit. conteſtata. l. ſine.

e *Dignoſcitur*. Sic. ff. de iure fiſ. l. denique.

* ADDITIO. *Vide Affl. in deciſio. 254. & 267. & no. in hoc §. quòd res particulares non præſcribuntur. ratio poteſt eſſe vltra hunc tex. quia his particularibus de feudo ſubtractis diminueretur ſeruitiũ feudi. ita Luc. in l. 2. C. de omni agro deſerto. col. 2. lib. 11. vbi format q. quòd ſi feudatarius tenens feudum a Comite alienat aliquas particulares res feudi cum conſenſu Comitis, quod talis alienatio non valet, ibi que ponit multa ad intellectum huius conſtitut. dicens, quòd præſtatio ſeruitiorum non reſpicit res ſingulares, ſed ipſam feudi vniuerſitatem. & vide quæ dicit Loffred. in conſil. 44. colum. fina. de reintegratio. feud. cap. 18.* De Bottis.

f *Pertinentibus*. Verbum, Pertinere, latiſſimum eſt, ut ff. de uer. ſig. verbum illud pertinere, & ff. de dona. l. 1. §. quod ait prætor.

ADDITIO. *Adde l. ſi quis ex argentarijs. §. pertinere. ff. de edendo. glo. in verbo, ad ſuum monaſterium. in cap. inter dilectos, de fide inſtr.* Superantius.

g *De quibus nullum*. Bene ſic loquitur, nam ſeruitium feudi incumbit ipſi vniuerſitati feudi, non ſingularibus rebus feudalibus, ut argu. ff. de dote præle. l. 1. §. ſed quod diximus. & ad Trebellia. l. prima, §. ſi hæres. & l. cogi. §. inde quæritur.

h *Quantumcunque temporis*. Concord. C. ne rei do. vel tẽp. l. 2. & 3.

i *Cenſemus*. Nec huiuſmodi res ſingularis dici poteſt quota pars, ut ff. de vſufruc. le. l. vlt. & ff. ſi quis omiſ. cau. te. l. quamuis. nam feudum eſt nomen iuris, & conſiſtit ex rebus corporeis, ſicut dos, patrimonium, hæreditas, uel peculium, vt ff. de impen. in re. do. fa. l. quod dicitur. circa princ. in glo. ordi. quæ incipit, id eſt, vniuerſitatis, &c. vbi plenè de hoc, & ff. de rerum diuiſ. l. 1. §. quædam, & Inſtitutio. de re. cor. in princ. & per totum. non ergo res corporea poteſt cenſeri incorporea, ut in præalleg. l. quamuis. plenè nota.

k *Cum his*. Exinde aduocati noſtri temporis concipiunt, & formãt libellos † ſuos, quando reuocant ad feudum, ſeu quotam partem feudi, aliquam rem ſingularem feudalem, dicendo. Agit talis contra talem, qui tenet & poſſidet rem quandam inferius declaratam, diſtractam, alienatam, diminutam de fundo, ſeu certa parte feudi, quod habet dictus titul. & pertinentẽ ipſi feudo, ſeu dictæ certæ parti feudi. Quare petit ſibi reſtitui, reintegrari, & reduci ad ipſum feudum, ſeu quotam vel certam partem dicti feudi.

† ADDITIO. *Libellus in reintegratione, vide Parid. de reintegra. feu. cap. 28.* De Bottis.

¶ Et interpretatur hæc actio reuocatoria ad feudum, non quòd ſit proprium nomen actionis, ſed eſt adiectiuum, & cognomen ſumens illud ex re læſa, videlicet, quia reuocat ad integritatẽ feudi, ad quod pertinet ſicut feudum. Vel ſicut interdum utilis actio l. Aquiliæ appellatur confeſſoria. ſ. quia datur contra confeſſum ut ff. ad l. Aquil. proinde. §. 2. Et ſic dicunt Doct. teneri in reſciſſoria actio. ut no. Inſti. §. rurſus, & in ſumma de teſti. §. prædictis. ¶ Propria vero nominatur hæc actio. ſ. utilis rei uendicatio, ſicut dicimus, de publiciana, ut Inſti. de act. §. aliæ. Vel forte verius condictio ex conſtitutione. ſ. iſta quæ prohibet alienationem ſiue diſtractionem feudi, & in tit. ſupra de iure re. reg.

ANDRÆAS DE ISERNIA.

in proprietate, quia uſusfructus eſt pars dominij. ff. de uſufruc. l. 4. Quod dicitur in toto, dicitur in parte, ut in regula iuris, ſiue ſimilitudinem habet cum domino, ut ibi exponitur. Et in litibus in cauſis feudorum proceditur de ſimilibus ad ſimilia. in titu. de feudi cognitione. c. 1. in fi. glo. Non obſtat quod non uſucapitur ſicut dominium. de vſucapio. l. iuſto. §. non mutat. quia uerum eſt in re mobili, ut ea uſucapta, uſusfructus alterius non uſucapiatur, eo quod eſt ſeruitus perſonalis, quæ triennio non tollitur, ſecus in re immobili. C. de uſufruc. l. corruptionem. uer. niſi talis, &c. vbi illa præſcriptio, quæ opponitur vẽdicanti dominium, opponitur uendicanti uſumfructum. ¶ Intelligitur hæc conſtitutio in feudatario negligente, contra quem ſufficit triennalis. Si verò poſt præſcriptionem feudum aperiatur Domino, uel agnatis, aut filijs ex prouidentia concedentis, non nocebit Domino, agnato, uel filio: niſi ei tantum, contra quem præſcriptum eſt. & quod ſequitur, actione contra quemlibet poſſeſſorem, &c. Id dicitur propter id quod continet. l. ſi quis emptionis. C de præſcr. 30. ann. ut diximus plenè de hoc in tit. de inueſtit. de rebus alien. §. quid ergo. Cætera dic, ut in glo. quæ continet multa, & ſpecialiter, quòd quando res feudalis reuocatur ad feudum, non eſt neceſſe probare agenti, quod ſit dominus feudi, ſed tantum feudum tenere, & ſeruire, quaſi feudum reuocet, & petat reintegrari ſibi membra ſua, & partem corporis ſui. Item, quòd ita demum poſſeſſor tenebitur præſcriptione, ſi probet ſe ſeruitium inde præſtitiſſe.

CONſuetudinem prauam. In §. cæterum. Iſte tex. dicit, quod res particulares feudi non poteſt præſcribi præſcriptione quanticunque temporis. ¶ An poſſit præſcribi per tantum tempus cuius non eſt hominum memoria, uel centum annorum? Doct. hic non tangunt & uidetur, quòd ſic, nam hæc præſcriptio prohibetur, ne contingat præiudicium ſuperioris, ſcilicet, diminutio ſeruitij. Sed conſtitutio. ſequens, quæ prohibet præſcriptionem contra Regiam Curiam, permittit præſcriptionem centum annorum, ut in tex. & gloſ. Ergo iſta conſtitutio uidetur illam permittere. Prętereà iſta conſtitutio in fi. ad glo. æquiparatur. l. 1. C. ne rei dominicæ, uel templ. uind. pereat. quia gloſ. hic illam. l. allegat, ſed illa lex licet prohibet omnem præſcriptionem, non tollit præſcriptionem centum annorum, ut ibi not. Angel. Immo ubicunque lex uel ſtatutum prohibet præſcriptionem quanticunque temporis, non uidetur prohibere præſcriptionem centum annorum, ut notat Angel. in dicta l. 1. & l. omnes. de præſcriptio. triginta annorum. & in l. prima, de annali exceptione. & in l. prima, de quadrien. præſcriptio. idem Angelus in l. nemo poteſt. de lega. primo, & in Authen. ut de cætero non faciant. §. penult. per illum textum. & Lud. in l. prima. C. de uſucapio. nec iſta conſtitutio

a ſubtractis, de neceſſitate per conſequens ipſum ſeruitium minoretur.

De prorogatione præſcriptionis.

TITVL. XXXIX.

Omnis præſcriptio quadragenaria, quæ de iure communi habebat locum contra fiſcum in bonis publicis fiſcalibus, & omnis præſcriptio ſexagenaria de iure Longobar. quæ locum habebat contra fiſcum in bonis fiſcalibus, quæ publica dicuntur quæ in iudicio ſeruabuntur, per iſtam conſtitutionem ſunt ſublata, & caſſata. Et tantummodo præſcriptio centum annorum habet locum contra fiſcum, ſiue bona ſint ſtabilia Burgenſatica, ſiue feudalia. Quod ſane intelligendum eſt, videlicet, ſi bona ipſa ſint fiſco incorporata, ſed ſi bona non ſunt fiſco incorporata, ſed ſi fiſcus habet aliquod ius in eis, tunc iſtis bonis priuatus præſcribit minori tempore, prout de iure communi cautum eſt, & in iſtis nihil vult iſta conſtitutio, quòd ſit immutatum. hoc dicit. Matthæus.

† IMPER. FREDER.

QVadragenalem b * præſcriptionem & c ſexagenariam,

re reg.l.1.& de reuo.feu.& ſuc.re.l.1.& l.ſequen.cum ſimil. ¶ Et hoc verbum prædictum, quod ponitur in dicto libello, ſcilicet diſtractum, &c. habuit originem a iure ciuili, ut ff.de tu.& rat. diſtr. in ipſa rubrica, & l.1.§.in rationibus, & in pleriſque alijs locis per totum ut. ¶ Vnum autem bene notandum eſt, quod quidam dicunt, quod quando quis agit reuocatoria ad feudum, ut dixi, debet ſe probare dominum feudi, ſeu quaſi dominum illius feudi, ſeu quotę partis feudi apud ſe conſtitutū, & ſe exinde ſeruire, & habere, tenere, & poſſidere pro ſuo, ſi res petita, quam reuocat, pertineret ad dictū feudum, ſiue quotam partem feudi prædictā. Sed male dicunt: nec enim requiro, quòd reuocans debeat probare de dominio, dummodo probet alia ſupradicta. Nec propterea, quòd non eſt verus dominus feudi, ſeu certę partis illius, quod, ſeu quam reuocat, repellitur ab agendo, & ualet nihilominus quicquid agit, etiam ſi poſtea in proprietate ſuccumberet: ſatis eſt enim, quod extitit in quieta adminiſtratione feudi, & eſt ét in quaſi poſſeſſione illius iuris feudalis, & habeť pro domino feudi, ut arg. extra de iu.patr. c.ex literis, & c.ex cōſultationib.& extra de elect.c. querelam. ſicut dicunt cano. de prælato eccleſiæ, ut no. ſecundum B. extra de elect.c nihil eſt. in glo. quæ incipit, in duobus caſibus, &c. circa medium. Et melius ſecundum Innoc.in eodem.c.in glo. quæ incipit, inſti.ex ſola electione, &c. circa finem. licet ſit arg. contra. C.de eo qui pro cur.neg.geſ.l.2.& quod ibi not. Satis eſt namque ut dixi, ut ſufficiat quamdiu reuocans ſic feudum toleratur habere, ut argu. extra de coha.cler. & mu.c.veſtra. 8.q.vlt.non vox. nec enim petit reuocans ex perſona ſua quaſi dicens rem petitam ad ſe pertinere, ſed reuocans petit ex perſona feudi, ut ita loquar, quaſi res ad ipſum feudum pertineat, cum ipſum feudum apud ſe conſiſtat, & ſi reuera daretur loquendi facultas ipſi feud. ipſum feudum principaliter peteret reintegrari ſibi mēbra ſua, & partē ſui corporis. Nā eſt ſimile homini feudū, ſicut elegāter dicit quædā pulchra lex in peculio, quod eſt uniuerſitas quædā, ſicut & feudū, ut ff.de peculio.l.peculiū naſcitur.& ad id. ff.de euict.l.ſcapha in fi. Meritò ergo iſte homo mutus, & ſurdus.

ADDITIO. *Adde an tales poſſint habere feudum? vide per Doct.in c.cum apud. & ibi Card. Alex.de ſponſal. Bal.in extrauag. de pace Conſtantiæ, in ver.libellarius. & per Oldr.conſ.267.* Superantius.

Scilicet, feudum † vtitur miniſterio hominis loquētis, apud quem conſiſtit, ut ſcilicet, loco & uice ſui tanquam pica, & organum petat & ſuam gerat uicem in hac parte, ut ſic intelligamus hunc habentem feudum eſſe intus in feudo, & feudum eſſe intus in eo, ſicut. 7.q.1. ſcire. ſicut dicimus, quod quando in rem agimus cum eo, qui nullo iure eſt obligatus, nihil ex perſona petentis, ſed contra rem principaliter intendimus in petentis perſonam qui tenet, qui rem ipſam apud ſe habet, ut Inſti.de actio.§.1.& ſic no. Roffre. Bene. ſi ipſa res naturaliter poſſet loqui, ipſa conueniretī, & ipſa ſe defenderet, & deberet in iudicio reſpondere, ut in Longobarda de rei vend. circa med. 3. collat.

† ADDITIO. *Vide Capic.in deciſ.1. & Bal.in conſ.65. ad euidentiam. ver.amplius. quod eſt* 202. *in nouis* 2. *vol.* De Bottis.

¶ Gerit namque feudum vicem perſonæ hac in parte, ſicut hæreditas de iure Romano in multis vicem perſonæ ſuſtinet, cum ſibi hæreditarius ſeruus ſuus acquirat, ut ff.de ſtipu.ſeru.l.1. ¶ Vnde potes aperte quod non eſt opus probare hoc caſu de dominio feudi, & ſententia dabitur ipſi feudo pro vel contra ſecundum merita cauſę, nam habetur pro prædio, ſicut hæreditas, ut ff.ſi quis te.li.eſ.iu.ſu.l.1.§. 1.& de fideiuſſ. l.mortuo. Alias ſententia daretur ipſi prædio, ut ff. de neg.geſt. qui aliena. in fi. ſic & ff.de pub. Imperatores. In perſonā, videlicet, habentis penes ſeipſum feudum, qui, ut dixi, gerit uicē, & perſonam ipſius feudi, ut argumen. ff.de hę re.vel act. vend.l.ueditor. quinimo ipſum feudum penes ſe habens, poſſet a uero domino de negligentia reprehendi, ſi rem ad feudum pertinētem negligat ad feudum reuocare, dum ipſum feudum reſidet penes eū, ut ff.de hær.uel actio.vend.l.2.§.non tamen.& de petit.hæred. ſed & ſi §.proinde. ¶ Quando vero aliquis peteret feudum ſeu quotam partem feudi ab alio tenente, ſine dubio tunc probare debet de dominio, vel alias, ut expedit ad ſe pertinere. Sed quando rem reuocat ſingularem non eſt neceſſe probare, vt dixi de dominio, ſed poſtquam feudum penes ſe habet poteſt per conſequentiā rem ad feudum pertinentē reuocare, ſicut verus dñs feudi poſſet, ut argumentū bonum. ff. de inter.act.l.ſi filius.§.vlt. nā qualitercunque feudū teneatur, & poſſideatur, cum ſuo habitu poſſidetur, ſicut de fundo dī. quemadmodum ſeruit.āmit.l.ſeruitus.& l.3. & l.ſatis.in prin.& in verſ.ſecu.cū 4.ll.ſeq. † Alias Idem

a *Subtractis*. Nā feudatarius de cuius feudo ſunt illa prædita ſubtracta debet compelli ad præſtandum integrum ſeruitium pro eo, videlicet, quod non tenet: cum enim deploret feudum ſuum diminutū fore liberari debet ſaltem functionis onere alieno, ut C.de allu.& palu.l.fi. Et no. quod ex conſtitutione præſenti aperte colligitur, quod quando aliquis conuenitur ſuper feudo integro, uel quota parte ipſius, uel aliqua re feudali, quòd ita demum conuentus poſſeſſor poterit ſe tueri præſcriptione introducta ex præſenti conſtitutione, ſi probet ſe exinde præſtitiſſe debitum, & conſuetum ſeruitium, & poteſt ad hoc induci expreſſa l.ff.ſi ager vectigalis.l.3. Sed poteſt dici, ut ibidem no. quod eſt uerum, quando eſt contentio inter ipſum priuatum conuentum, & fiſcum. Cæterum quantum ad extraneos, idem ſi non probet ſe præſtitiſſe, cū litera ſuperior videtur innuere contrarium.

De prorogatione præſcriptionis. *Rubrica.*

Q*Vadragenalem*. Contra fiſcum currit quandoque præſcriptio 40. annorum.l.comperit.& l.omnes. C.de præſcriptio. 30. ann. Quandoque 20. ut ff.de diuer.temp.præſcrip.l.in omnib. Quandoque quadriennij, ut C.de quadrien.præſcrip.l.1. Quandoq; triennij, ut ff de re iudi.l.Imperatores. Quandoque biennij, ut C.de vect. l.2. Sed hæc conſtitutio prorogat quadragenalem in 100. annos.& ſic redit ad ius antiquum. C.de ſacroſan.eccleſ.l.fin. alias minores iubet firmas manere, nam exempli cauſa exprimit de duabus tantum Quadragenalem, de qua præſcrip. loquitur C.de præſcript. 30. uel 40. ann. l.omnes.& l.comperit.& de fun.pa.l.fi.lib.12.

• ADDITIO. *An iſte tex. habeat locum in domino præſcribente ius vaſallagij contra vaſallum, vide Aff.in cap.ſi quis per triginta. 6.not. num.7. ſi de feu.fuerit controuer.* De Bottis.

c *Sexagenariam*. De qua dicitur in Lōg. de pręſcr.l.de poſſeſſione.

a *In publicis*.

ANDRÆAS DE ISERNIA.

tutio uidetur illam pręſcriptionem tollere. ¶ Præterea iſta pręſcriptio ęquiparatur priuilegio. l.iam hoc iure. §.ductus aquę, de aqua quotidi. & ęſtiua.cap. ſuper quibuſdam.§.pręterea. de uerborum ſignificatio. & poteſt omnia, quę poteſt priuilegium principis. Andr. plene in conſt.tutio.ſi duo. Sed priuilegium principis poteſt mihi diminutionem concedere ſeruitij, de qua diminutione ſeruitij tractatur in hac conſtitutione, ut dixi, ergo talis præſcriptio procedit & ita aliàs Dom. Ant.de Alexan. allegauit. Præterea Angel.in d.l.locis. dicit poſſe ſuſtineri per dicta iura, quod licet ea, quæ ſunt reſeruata principi in ſignum ſupremæ poteſtatis, non poſſint præſcribi, ut no. Innoc. in c.bene.de poſtul.præl. vel de electio. tamen potuit tanto tempore præſcribi, & ſic de facto allegauit, uide omnino And.in c.imperialem. §.præterea ducatus. de prohib.feu.alie.per Freder. ¶ Sed an ſicut prohibetur hic præſcribi res particularis feudi, ita prohibeaī alienari per feudatarium cum conſenſu Baronis, a quo tenet feudum, diſputat Luc.de Pen.in l.2.C.de omni agro deſer.lib.11. tandem uidetur inclinare, quod ualeat, ſi interueniat aſſenſus Regis, cui affert præiudicium ex alienatione feudorum, uidē, quia non aperit bene, quid affirmet. Diomedes Maric.

De prorogatione præſcriptionis. *Rubrica.*

Q*Vadragenalem*. Dicit gloſ. publicas eſſe res fiſcales incorporatas, & res quæſitas Curiæ. Talibus publicis obijciebatur de iure Romanorum per longam, & longiſſimam præſcriptionem, ſcilicet, quadragenalem. ff.de vſucap.l.fin.de diuer.& temp.præſcriptio. l.ſi quiſquam. C.de præſcriptio. 30. annor.l.omnes, & l.comperit.de fun.patri.l.fin. ¶ Iſta publica non poſſunt teneri a priuatis, ut prætor eos tueatur, quia ad cauſas publicas interdicta accommodata non ſunt. ff.de iniurijs.l.ſanè. ſed quantum ad alia poſſunt poſſideri ciuiliter, aliàs tueri, & tolerari, ut colligitur. ff.de leg.1.l.apud Iulianū. §.fina ubi dicitur, quòd iuſſu Principis eſt eorum commercium, & ſi priuilegium Principis hoc faceret, idem faciet præſcriptio, cuius non eſt memoria. ff.de aqua quotidia.l.prima, §.ductus. ubi aqua ducitur de flumine publico, ut not. Innocen. extra de præſcriptio. cap. de quarta. in fine magnæ glo. Sic in actione nouorum uectigalium, & pedagij,

quæ cōtra fiſcum [a] in publicis hactenus competebat, vſque [b] ad centum annorū ſpatium prorogamus, minoribus præſcriptionibus aduerſus fiſcum inductis, [c] quadriennij ſcilicet in rebus donatis a nobis, & [d] triennij a ſententijs contra nos latis, [e] in ſuo robore duraturis.

a *In publicis*. Id eſt, fiſcalibus rebus, quæ dicuntur publicæ, vt no. in gl. ord. C. de iure fiſ. in lib. 10. & ſic accipitur. ff. de loco pub. fru. nec enim hic intelligi poteſt in publicis functionibus & tributis, cum in eis nulla temporis pręſcriptio hactenus competebat, vt C. de præſcri. 30. vel 40. ann. l. competit, niſi quodam ſpeciali caſu, vt C. lib. 10. de ſun. pa. l. fin. ¶ Similiter non poteſt hoc intelligi de publ. ut accipitur. ff. ne q d in loco pu. l. 1. §. publici. videlicet, quæ ſunt in vſu publico, cū nec illa hactenus vſu recipient, vt ff. de vſuc. l. vſucapione, & l. fin. & C. de ope. pub. l. præſcriptio. & ff. de vi pub. l. viam in publicis. Et patet, quod hic loquitur in iam quæſitis incorporatis, vt in hac conſtitutio noua. Nam bona delata in fiſcum, antequam fiſci aggregentur ſubſtantijs, & in fiſci patrimonium deducantur, non poſſunt dici publica, ſiue fiſcalia, nec priuilegia fiſcalia ſortiuntur, vt ff. de iu. fiſ. l. fiſcus cum in priuati. ¶ Quadragenalem in publicis. ¶ Princ. conſtit. huius vbi 100. ann. præſcript. ſtatuitur contra fiſcum, ſane accipe in rebus mobilibus vel immobilibus, ſcilicet, fiſco quæſitis & incorporatis, id eſt, in fiſci patrimonium iam redactis.

Additio. *Adde Abb. in c. cum nobis, de præſcrip.* Superant.

¶ In his enim, videlicet, quæſitis, licet non procederet olim communis vſucapio, ſcilicet, triennij contra rem mobilem, ſeu communis præſcri. l. de 10. vel 20. ann. circa immobilem, ſeu etiam præſcrip. triēnalis, vt ff. de vſucap. l. vſucapionem. & l. quamuis. & l. vbi. in fine, & C. communia de vſucap. l. 2. Inſtit. de vſucap. §. res fiſci. Tamen quadragenalis præſcriptio prout hic dicitur hactenus competebat, ut C. de præſcrip. 30. vel 40. ann. l. omnes. & l. comperit. ad idem, C. lib. 11. de ſun. pa. l. fi. ſiue ſexagenaria, ſecundum ius Long. vt in Longob. de præſc. l. de poſſeſſione. In rebus autem quibuſcunque fiſco quærendis, id eſt delatis, nondum tamen quæſitis fiſco, videlicet, incipientib. pertinere, cui quidem ex varijs cauſis bona legibus deferuntur, vt ff. de iu. fiſ. l. 1. in princ. Præſcriptiones hactenus contra fiſcum inductæ in ſua firmitate perdurant, hę namque omnes minores ſunt quadragenali præſcriptione, & quæ plus aſcendunt vſque ad 30. ann. tantum ſpatium extenduntur, pleræque vero minori etiam tempore claudūtur, vt ff. de requirendis reis. l. 3. & ff. de diuerſis & temporalibus præſcriptionibus. l. in omnibus. in princ. & §. vlt. C. de præſcrip. 30. vel 40. ann. l. fina. quæ omnes plenè numerantur infra eo. l. in omnib. in glo. quæ incipit, minora tempora, &c. vnde poſtquàm ſunt minores, non mutantur per hanc conſtitutionem, vt infra ſubiungitur, minorib. &c. & illæ duæ de quibus ibi facit ſpecialem mentionem, ſ. quadrienni; & triennij ponuntur exempli gratia, ſimile. ff. de vi & vi arma. l. 1. §. qđ vulgo dicitur. ¶ Item hic intellectus aperte colligitur ex eo, quod hic dicit, publicis, &c. vt ibi notatur. Et accedit ad hanc diuerſitatem inter quæſita & quærenda argumento. ff. de leg. 1. apud Iulianum. §. vlt. ſicut & talis eſt diuerſitas, C. de acqui. poſſeſſio. l. ex liberis. ¶ Itē intellige Principium conſtitutionis, quod præſcriptio centum annorum, ſicut dictum eſt, locum habeat contra fiſcum, tam in feudis, quàm in alijs bonis, quæ non ſunt de demanio. Nam demania nullo tempore præſcribuntur, vt ſuprà de hom. deman. l. cum vniuerſis, circa mediū. ibi, præſcriptionem etenim aliquam eis prodeſſe, &c. & iſtam præſcriptionem in feudis ſemper habuit hæc conſtitutio. Omnia enim feuda publica ſunt, vt in Auth. de exhibend. reis. §. optimum, & de publicis loquitur hæc: ſuperior autem proxima, quæ inducit præſcriptionem triennalem, in feudis loquitur inter priuatos, vt apertè patet ex verbis iſtius, & ſpecialiter vbi dicit, ſtente in Regno aduerſario ſuo, &c. ſic non loquitur de fiſco, qui ſemper eſt præſens, vt C. de quadrien. præſcript. l. 1. in gloſſa, quæ incipit, Computandum, &c. & ſic eſt exaudita. ¶ Sed ante tempora huius libelli nulla vendicabat ſibi locum præſcriptio in feudis, tam contra priuatos, quàm contra fiſcum, de quadam conſuetudine, quæ tunc in iudicijs obtinebat, vt ſuprà l. proxima in princ. Pro qua conſuetudine faciebat in 10. collat. de capit. Cor. l. 1. §. 1. & de prohib. feudi alienat. per Freder. l. Imperialem. circa principium. Sed hæc conſuetudo hodie ſublata eſt per ſuperiorem proximam conſtitutionem, vt dictum eſt. ¶ Sed quæro: pone quòd in rebus fiſcalibus, in quibus olim locum habebat quadragenalis, ſiue ſexagenalis præſcriptio: inchoata fuit pręſcriptio ante tēpora cōſtitutionis huius, fortè per viginti annos, quantum temporis exigitur amodo poſt tempus cōſtitutum ad præſcriptionem complendam? Reſpondeo, fiat computatio ſecundum diſtinctionem, videlicet, vt pro tempore currente ante tempora conſtitutionis habeatur ratio: & reſpectus quadragenalis, ſeu ſexagenalis pręſcriptionis, ſeu pro tempore currente poſt habeatur ratio centum annorum: & ita ſi ante tempus conſtitutionis poſſedit quis 20. ann. vel 30. poſt vero poſſedit quinquaginta ann. pręſcriptio eſt completa, vt arg. expreſſum C. de præſcrip. 30. ann. cum notiſſimi. §. ſed illud, & §. ſin autē contingere, & de præſcr. lon. temp. auth. & ſi quibuſdam, & ff. de iure fiſ. fiſcus cùm in priuati. ſic & diuerſæ dantur vſuræ eiuſdem pecuniæ propter diuerſam temporis conſiderationem, vt C. de vſur. l. pen. & de nautico fœnore. l. 1.

b *Ad centum annorum*. Sed qualiter probabitur, cū ſit vix difficile inuenire teſtē, qui de tanto ſpatio temporis poſſit teſtificari? dic quòd per famam, vt in ſi no. Roffre. in libel. de interdicto vnde vi. §. pen. hoc etiam no. B. extrà de præſcrip. cùm nobis, vbi agitur de præſcriptione centum anorum, quæ currit contra Romanam eccleſiam.

Additio. *Adde cap. cùm nobis, & cap. ſi diligenti, de præſcript. glo. 1. in cap. fi. eo. tit. lib. 6 glo. in ver. legitimam. in cap. cùm dilecta, de confir. vtili vel inuti. Archidiac. in cap. 2. 16. q. 4. Limita, quòd dicta iura procedunt in iuribus immediatè pertinentibus ad eccleſiam Romanam, ſecus ſi ad ſubditos eccleſiæ Romanæ, tunc ſufficit tempus commune, ſecundum glo. & Docto. in c. ad audientiam. de præſcriptio. Abb. conſi. 18. incip. in cauſa & quæſtione, quæ vertitur, ſeu verti ſperatur. in 2. volum.* Superantius.

Et licet ibi videatur innuere qualiter poſſet probari, tamen in fi. ad hoc declinat, quòd per teſtes probari debeat. Poſſes etiam dicere, quòd probetur per inſtrumenta, vt infra dicam. Nam licet per inſtrumenta non probetur continuatio poſſeſſionis, quod eſt neceſſarium in præſcriptione: Initium tamen poſſeſſionis bene probatur per inſtrumentum, vt quando iudex, notarius & teſtes dicunt in inſtrumento, talis vendidit, tradidit tali, &c. & ſic debent intelligi leges. ff. de acquiren. poſſeſſi. l. prædia. & C. de acquir. poſſeſ. l. minus. Si ergo apparet per inſtrumentum, quòd iam ſunt centum anni, quod cępi rem fiſcalem, vel eccleſiæ Romanæ poſſidere, & modo inuenior in eius poſſeſſione nec ex aduerſo probatur alius in medio poſſediſſe, dico audacter me compleuiſſe præſcriptionem centenariā, quia pro me amodo medio tempore bonā fidem præceſſiſſe præſumitur. C. de apo. pu. l. quicunque. & ar. C. de ſtatu defun. l. ſi mater. C. de adul. l. ſi quis adulterij. Et adde quod no. 16. q. 3. c. volumus, in gl. ecce. de cau. poſ. & proprie. cum eccleſia. in gl. bene dicit, &c. ſed argum. contra. C. de diſtrac. pig. l. qui ſub imagine, circa fi. ibi, ſemper poſſeſſionem tenuiſſe, &c.

Ad centum annorum. Difficilis eſt tanti tēporis probatio, quoniam per tantum ſeculi magis, quam temporis ſpatium, nec documētis integritas, nec actis fides, nec ætas valet teſtibus ſuffragari, vt in Auth. hæc conſtitutio inn. circa princ. collat. 8. Et ideo dicitur quod centenaria præſcriptio non poteſt probari. extra de præſcript. ſi diligenti. in fine. & ſic perinde eſt ac ſi contra fiſcum omnem tolleret hic præſcriptionem in publicis.

c *Quadriennij*. Vt C. de quadriennij præſcr. l. 1.

d *Triennij*. Vt C. lib. 10. de ſen. aduer. fiſc. l. vna.

e *In ſuo robore*. Sic C. de ſacroſan. eccl. auth. quas actiones.

De iniurijs

ANDRÆAS DE ISERNIA.

pedagij, & guidagij, ubi ualet pręſcriptio, cuius non eſt memoria, etiā ſine titulo, uel iure alio, de verb. ſign. ſuper quibuſdā. Sic in publicis deputatis vſui populi Romani. Sic in demanijs Principis, vt præſcribatur tēpore, cuius non extat memoria lōga. ff. de vſucap. l. vſucap. & in tali longa, ſeu modici temporis præſcriptione oportet q oſtendat titulū. ff. de aqua quo. & æſti. l. 1. §. ait prætor, de loco publi. fru. l. 1. Illa quidem interdicta dantur ei, qui hoc anno uſus eſt, vt per ea patet. Item in iſtis publicis, & in communib. omnib. hominib. non ſufficit longa præſcriptio 10. vel 20. annorum. ff. de vſucap. l. ſi longiſſima. ſic ſecundū Ioan. licet alij exigāt reſcriptū. ff. de diuer. & tēp. præſcriptio. l. ſi quiſquā. Multo fortius ergo illa, cuius non erit memoria, loquuntur quidem illæ leges in maris littore & flumine, quę ſunt publica, & cōmunia. Inſtitutio. de rerum diui. §. 1. ff. de iniur. l. iniuriæ. §. fin. & dicta l. ſanè. Alia autem quæ vſui hominum non minus publica ſunt, quàm illa quæ ſunt deputata vſui populi Romani, uel Demanij Principis, in quibus publicis loquitur d. l. vſuc. Secus ſi ſit præſcriptio contra præſcribentem, dicit Innoc. in c. ſi diligenti. extra de præſcrip. puta, erant res quæ poſſideri non poſſunt, vt decimæ per laicum. extra eo. tit. cauſam. de deci. c. dudum. Quanto ſunt diuturniora, tanto, &c. de conſue. c. fi. Idem exemplum de vſu pallij, c. contra morem. 14. d. c. illud. In acquirendis fiſco ſunt communes præſcriptiones. Idē dicit glo. q Demanium nullo tempore præſcribitur, de hoc plene diximus ſup. in l. ſi dubitatio, circa fi. Sed quomodo inuenientur teſtes, qui probant de poſſeſſione centum ann. nam ſi teſtis haberet 90. annos, & diceret quòd non eſt memoria de poſſeſſione, præſcriptio non eſſet probata centenaria, cum teſtes non ſint tanti temporis, ideſt cētum annorum. Et ſi illi, qui ſunt nonagenarij dicunt, q non eſt memoria, ſeu q non habeant inde memoriam, non ſequitur, q illi, qui

De iniurijs curialibus perſonis ſeu quibuſlibet alijs irrogatis.

TITVLVS XL.

Mandat hec conſtitutio grauius puniri iniuriam illatam curialibus & officialibus, quàm alijs perſonis, quia Imperatoris perſonam repraſentant. h.d. Hac conſtitutio determinatur per ſequen. Lallus de Thuſ.

REX ROGERIVS.

OBſeruent [a] diligentiſſimè iudices, vt in accuſatione iniuriarum Curialium perſonarum dignitatem conſiderent: & iuxta perſonarum qualitatem eorum, quibus fuerit facta iniuria: & eorum qui faciunt, & quando, & vbi huiuſmodi temeritates præſumuntur, ſententiam ferant. Ipſis autem facta iniuria, non ipſis duntaxat, ſed etiam ad Regiæ dignitatis ſpectat offenſam.

De iniurijs curialib. perſonis ſeu quibuſlibet alijs irrogatis. Rubr.

a *OBſeruent.* Hæc conſtō iubet puniri iniuriā grauiter ſeu grauius, quā aliā iniuriam Curialib. illatā, cū repræſentent perſonam Imperatoris, & c. ad hoc. C. de cri. læ. ma. l. fin. & ideo ſpecialiter de eis dicit, qa quę notabiliter ſunt vſu neglecta, niſi ſpecialiter exprimātur, ut ff. de iniur. l. item apud Labeonem. §. hoc edictū, &c. Sequēs conſtō punit iniuriā illatā officialib. occaſione officij. Secus ſi officiales alijs iniurias inferāt, qa licet reſiſtere officiali iniurioſo, vt C. de iure fiſ. l. prohibitū. Itē ideo punit grauiter iniuriam illatam ab officialibus occaſione officij, & ad hoc egregie facit. ff. de off. præſid. l. illicitas.

De repulſa officialium, & pœna eorum exceſſibus conſecuta.

TITVLVS XLI.

Quæ dicta ſunt ſupra, in proxima conſtitutio. tantum locum habent quando patiuntur iniuriam in geſtione officij eorum, non cum ſua propria exequuntur: ſi verò officiales iniurientur a ſubditis de eo quod acceperint damnum paſſis reſtituto in quadruplū damnandi, qui ſi aliter affixerint ſubditos, tertia parte bonorum mobilium publicatione damnentur. h.d. Lallus de Thuſcia.

IMPER. FREDER.

EOs [b] tantum officiales noſtrorum officialium de illatis ipſis iniurijs volumus prærogatiua lætari, qui officium exercendo commiſſum iniurias aliquas patiuntur, non qui inimicitiarum ſuarum vindictas, vel ſua priuata negotia pertractando, dum aliquos ſubiectos noſtros indebitè perſequūtur, ipſorum exigente nequitia a fidelibus noſtris iniuriam patiuntur. Interdū verò nedū officiales huiuſmodi in caſu præſenti prērogatiua officij gaudere volumus, imò tanto ipſorum exceſſus velamento adminiſtrationis noſtrę commiſſos proſequi deſideramus inſtantius, quantò in graue diſpendium ſubiectorū, & noſtræ maieſtatis iniuriam ipſorum diſſimulata facinora, qui noſtrá effigiem repræſentat, reduci valerent, & experimento viſibili nos ipſi per ſenſimus iam reducta. Eos itaque, qui occaſione officiorum quorumlibet, ipſis ab ordinatis noſtris vel a noſtra munificentia commiſſorum, aliquid per iniuriam a fidelibus noſtris abſtulerint, quibus diu forſitan ante ſuſceptum officium deprædationis inſidias præpararunt, eo quòd acceperint primitus integrè reſtituto paſſis iniuriam, [c] in quadruplum damnandos eſſe ſancimus. Quòd ſi aliter ipſos afflixerint, eos fortè iniurijs propulſando, tertiæ partis bonorum omnium publicatione damnandos eſſe cenſemus. Et in vtroque caſu nihilominus, cum perpetua infamia ab officio illos, qui ſic officijs abutuntur, decernimus amouendos:

De repulſa officialium, & pœna &c. Rub.

b *EOs tantummodo.* In quadruplum. Qui aliquid ratione officij extorquet a ſubditis, tenetur in quadruplum damnum paſſo, ſecus ſi ſponte oblatum accipiat, quia tunc tenetur in quadruplū fiſco, ut ſupra de of. Iuſt. in l. apud Iuſt.

c *In quadruplum.* Alia pœna ſtatuitur contra Caſtellanos, & ſeruientes, ut ſupra de offic. Caſtella. l. 1. G.

De con-

ANDRÆAS DE ISERNIA.

ſunt centenarij ſimiliter non habeant inde memoriam, quia poſſet eſſe, quod apud illos eſſet in memoriā, quod alius poſſediſſet, vel quod iſte non, & glo. dicit quòd probabitur per famam. Hæc non eſt vera, vt ipſa gl. innuit. dicit etiam gl. quod probabitur per inſtrumentum, probato quod iam ſunt centum anni, quod incępit poſſidere. Vbi vero non probabitur ex aduerſo, quod in illo medio tempore alius poſſederit, completa erit præſcriptio centenaria. Hoc ſatis dici poteſt, probato quod poſſeſſor incœpit poſſidere iam ſunt anni centum, uel quòd hæres illius mediatè, vel immediate, quia hæres hæredis, &c. ff. de verbo. ſignifi. l. ſciendum. C. de hęre. inſt. l. ſi. ¶ Quid ſi eccleſia poſſidet hæc publica, quæ iure Romanorum præſcribūtur 40. annis, an præſcribentur 40. anno? dic quòd non, quia Imperator non poſuit hanc conſtitutionem rei eccleſiæ ſed ſuæ, quod potuit, ſicut quilibet. C. man. l. in re mandata. ff. de ſol. l. 1. nec iure canonico hoc caſu ſtatuitur contrarium rebus temporalibus. Imperator imponit legē poteſtate ſibi tributa diuinitus in adminiſtrandis rebus publicis. Quæ eccleſiæ ſunt per ſacerdotes diſponuntur, non per ſeculares poteſtates, & dignitates. 26. diſtinct. c. duo ſunt, & c. ſi Imperator. 10. diſtin. cap. quoniam, & per Hoſt. in ſumma de conſtit. §. quis poſſet. conſti. facere. ver. Item Imperator. ¶ Item dicit glo. quòd præſcriptio centum ann. locum habet contra fiſcum tam in feudis, quam in alijs. Nam feuda publicā ſunt. Et attende qualiter fiſcus petet, quia ſi petet bona, quæ Titius poſſidet, ſicut feudum, probata intentione fiſci, quod bona ſunt Curiæ, non præſcribentur niſi centum ann. Secus ſi dicat fiſcus, id eſſe feudum, quia per hoc confitetur datum eſſe in feudum alijs, de hoc dictum eſt plene in d. l. ſi dubitatio. Vnde caueant fiſci patroni qualiter proponant. ¶ Caueant etiam poſſeſſores qualiter obijciant præſcriptionem, nam ſi dicunt ſe præſcripſiſſe 30. ann. feudum, & probant fuiſſe Titij, & Titium a Rege tenuiſſe, ipſumq; Titium præſentem fuiſſe in Regno, haberet locum. l. proxi. in fi. niſi fiſcus probaret cauſam, quare de perſona Titij feudum Regi apertum fuit. Si autem poſſidens † dicat conceſſum ſibi fuiſſe, tunc ſi probat ſe poſſediſſe, & ſeruitium præſtitiſſe per vnum annum, ſufficit, quia defertur ei ſacrū, vt in titu. ſi de inueſt. inter do. & vaſ. q. ori. c. ſi. in fi.

† ADDITIO. *Adde Glo. in conſuet. Pariſi. §. 7. glo. 1. nu. 16.* De B.

Sed illa non eſt lex Imperatoris, ſed conſuetudo, ſeu mos. Haberet ergo locum vbi eſt, non vbi non eſt. Et ideo dicunt, & verius ꝙ exigūtur 30. an. aliàs 40. vt no. de conſue. rec. feu. c. 1. in princ. Hęc ſpecialia non uidentur abrogata per hanc generalem: nam vbi innititur cōceſſioni, ſeu inueſtituræ, quam probat per poſſeſſionem 30. an. tunc eſt præſcriptum, ut ſi de feu. contro. ſue. c. ſi quis per 30. ann. C. de iure emphy. l. ſi. in glo. Conſtitu. iſta remouet pręſcriptionem, quando poſſeſſor innititur tantum pręſcri. nō remouet donationes, & inueſtituras præſumptas ex diuturnitate poſſeſſionis & præſtationis cenſuræ ſeu ſeruitij, vt dixi in d. l. ſi dubitatio.

De iniurijs curialibus illatis. Rubrica.

OBſeruent. Duplicatur pœna hoc caſu quæ eſt ſupra lib. 1. de vio. offic. & cur. illa. l. vt participatio. & ibi expoſita eſt hæc l. & ſeq. repete quæ ibi dicta ſunt. Ad Regiæ dignitatis ſpectat officium. Sic extra de officijs delegati. capi. cum olim. al 2. & econtra. nam Lucæ 20. dicitur, qui vos ſpernit, me ſpernit, &c. pro quo eſt ſupra de officio vicarij. l. 2. & de re milita. l. ſi. in fine, lib. 12.

ADDITIO. *Adde tex. in cap. qui vos ſpernit. 8. q. 1.*

De repulſa officialium, & pœna eorum exceſſibus conſecuta. Rubrica.

EOs tantum. Hæc determinat ſuperiorem, quia tunc videtur fieri iniuria Regi cum fit officiali ſuo, ſcilicet, quando propter ſeruitia officij fit. Secus ſi priuato odio, vel inimicitia ſpeciali officialis, hoc plenè dictum eſt in d. l. vt participatio. vel ſi exceſſiſſet in officio ſibi commiſſo. nam tunc punitur officialis in quadruplū eius quod propter violentiam abſtulit ſubdito, quę pœna eſt læſi, ſed ſi ſponte oblatum reciperet, eſt pœna quadrupli fiſco, ſupra de offic. iu. l. apud Iuſtitiarium. Si vero non in rebus læſerit, ſed in perſona iniuriando, eſt alia pœna, quia publicata tertia parte bonorum, cum infamia remouetur ab officio.

EOs tantum officiales. Quæro, aliquis ſeruiens Curiæ iniuriatur alicui, & ille iniuriatus dicit, ſi tu non eſſes ſeruiens, facerem tibi hoc, & hoc. iſte ſeruiens deponit arma, & fuit bene verberatus ab illo, quæro qualiter Curia agat contra verberantem? & videtur ꝙ Curia non poſſit agere contra eum, tanquàm iniuriantem ſeruienti Curiæ, pro quo facit. l. cum donationis. C. de tranſact. ubi dicitur, quòd volenti & ſcienti, &c. In contrarium facit. l. 1. §. cum uſque. ff. de iniur. Præterea iſte ſeruiens nō poteſt abdicare officiū Curiæ, per l. legatum. ff. de offic. leg. tene quod non puniatur. Barth. de Capua. Et ita etiam tenet Guli. de Cun. in l. quamuis. in gl. ff. de in ius voc.

De inui-

Ita quòd nullo vnquàm tempore ad noſtrarum adminiſtrationum officia a nobis, vel a noſtris adminiſtratoribus admittantur.

De conſideratione iniuriæ, temporis & perſonarum.

TITVLVS XLII.

Mandat hæc conſtitut. quòd in æſtimatione iniuriarum ſeruentur leges communes, vt iniuria dicatur atrox ratione perſonæ inferentis, & ei cui infertur, ratione loci, ratione temporis, vulneris, vt iurat iniuriam paſſus præmiſſa ea taxatione iudicis, ſe prius voluiſſe de bonis proprijs tantum perdidiſſe, quàm dictas iniurias tolerаſſe, & ſiue actor, ſiue reus in dicta taxatione ſentiant ſe grauatos poterunt appellare, & iniuriam paſſus habet tertiam partem condemnationis, reliquis duabus partibus domino ſeu curiæ relinquendis, h.d. Lallus de Thuſcia.

† IMPER. FREDER.

VArietates [a] * pœnarum ſuper compoſitionibus iniuriarum ſecundum diuerſas hominum conditiones, ad vnitatem iuris communis præuidimus reducendas, legibus & conſuetudinibus, quæ ſuper huiuſmodi conditionibus hactenus obtinebant, omnino ſublatis. Statuimus igitur prouidentiam iuris communis in omnibus obſeruari debere, videlicet, vt circa paſſos iniuriam habeatur diſcretio perſonarum, quæ iniuriam inferunt, & quæ iniuriam patiuntur, ſi ſint publicæ vel priuatæ: & in quo dignitatis ſpeculo conſtitutæ: temporis etiam commiſſæ iniuriæ conſideratio eſt habenda: nec minus in quo loco, quibus præſentibus, an in iudicio, vel extra iudicium, iniuria ſit commiſſa. Illam etiam loci conſiderationem iubemus habendam, in qua parte corporis is, qui iniuriam patitur, iniuriam patiatur. Et ſic omnibus diligenter attentis, & ſingulariter iuſtè penſatis, is qui in iudicio præſidet ſententiam formare debebit, videlicet, a paſſo iniuriam cum taxatione præcedente, ſacramento recepto, quòd tantum voluiſſet de ſuo proprio amiſiſſe potius, quàm iniuriam ſuſtinere [b] voluiſſet illatam: & in eo quod actor prædicto modo iurauerit, condemnatio ſubſequatur: [c] Appellationis remedio actori, qui in taxatione a iudice forſitan grauatus extiterit: & a reo, qui in quantitate taxationis ſententia comprehenſa ſe ſenſerit fore grauatum, a diffinitiua ſententia ad ſuperiores iudices non negando. Illud etiam noſtræ prouidentiſſimæ ſanctioni duximus inſerendum, quod in quibuſdam regni noſtri prouincijs correctione etiam neceſſaria indigebat, quòd paſſus iniuriam nullam omnino partem compoſitionis habebat, ſed totum fiſco noſtro, vel ei, cuius erat curia, quærebatur, quod corrigentes decernimus iniuriam paſſum, vbique per regnum [d] eius, quod in condemnatione deuenerit, ſiue per ſacramentum, ſiue per taxationẽ iudicis, ſiue per pœnas certas legib. comprehenſas, [e] tertiam partem omnino habere debere: reliquis duabus partibus domino facientis iniuriam, cuius eſt iuriſdictio relinquendis. [f] Indignum namq; fore credimus paſſum iniuriam in recompẽſationem doloris nullam ſibi partem compoſitionis accipere, quę per eum alijs eſt quæſita, ſed tantum illatis iniurijs, aut conuitijs eſſe contentum.

De conſideratione iniuriæ, temporis & perſonarum. Rub.

a VArietates. Conſtit. iſta in maiori parte continet ius cõmune: vult enim vt in æſtimatione iniuriarum ſeruentur leges communes, ut iniuria dicatur atrocior, vel non atrocior, ratione perſonæ inferentis, & eius, cui infertur, ratione loci, ratione temporis, & loci, & vulneris, & de hoc habes. ff. eo. l. prætor. §. fin. & l. ſeq. ¶ Secundo tradit formam in iuramento, quod debet facere paſſus iniuriam taxatione iudicis præmiſſa, vt iuret, potius vellem de meo tantum perdidiſſe, &c. & ſiue actor, ſiue reus ſentiat ſe in taxatione iudicis præmiſſa grauatum, poterit appellare, quod eſt regulare in omnib. cauſis, vt C. de appellat. lege, & in maioribus. ¶ Tertio dicit quòd iniuriam paſſus habet tertiam æſtimationis in recompenſationem ſui doloris, duę partes ſunt Curiæ, ſub qua litigatur de iniuria illata. ¶ Sequens conſtitut. loquitur de pœna criminali, & diſtinguit pœnas exprimendo eas, vt in litera, & grauius puniendo ignobilẽ, quàm nobilem. concord. ff. de naufr. l. Pedius.

† *Aliàs, Idem.*

ADDITIO. *An non valens ſoluere pœnam iniuriæ poſſit perſonaliter puniri? Vide Sal. in Latrocem. C. de iniu. Et de materia iſtius conſtitut. & ſi a ſententia, de qua hic, non appelletur, quid agendum? Bar. in cõſ. 108. in quæſt.* Cæſ. de Pe.

* ADDITIO. *Marãta in pract. fol. 12. nu. 4. 5. 6. vide de verbis iniurioſis Bald. in conſil. 8. vol. 1. ſuper prima conſtitut.* De Bottis.

b *Voluiſſet*. Quod dic vt not. ff. eod. iniuriarum.

c *Appellationis*. Nota quod appellatur in actione iniuriarum tam a condemnato, quàm a vincente. arg. C. de appel. l. 1.

d *Eius quod in condemnationem deuenit*. No. † quòd ſicut hic dicit, & infrà ſubijcit eius, quod in condemnationem deuenit duæ partes per iniuriam paſſum Curiæ applicantur: Ergo ante condemnationem Curiæ nihil ſit acquiſitum iniuriam paſſo.

† ADDITIO. *Vide de modo libellandi Iacobi. in rub. C. de iudic. in fi. & Matth. in conſtitu. ſi quis in poſterum. 17. no. & Luc. in tract. de priuil. fiſ. ver. octauus caſus. & Alexan. in l. reſcriptum. ff. de pactis.* De Bottis.

e *Partem tertiam omnino. Domino facientis iniuriam*. No. quantum habeat fiſcus, vel dominus iniuriam faciẽtis de pecunia, qua condemnatus eſt iniuriam faciens. Sed de iure Romano totũ habebat ipſe actor, vt Inſtit. eo. §. in ſumma. vel ad minus medietatem, vt ar. ff. ad Syll. l. lege. in fi.

f *Indignum namque*. Facit. ff. de leg. l. fi.

De iniu-

ANDRÆAS DE ISERNIA.

De iniurijs. *Rubrica.*

VArietates. Reducit ad ius commune, conſiderando iniuriam atrocem, declaratur etiam ſacramento agentis ciuiliter de iniuria, per quod iudex taxat prius, & poſt pars iurat. in l. proxi. in fi. quia debet prius dicere, vellem de proprio meo perdidiſſe tantum, quàm mihi dictam fore iniuriam illatam. Et ſiue ciuilis ſit actio, ſiue prætoria, iudex taxat, non æſtimat, ſed pars æſtimat, ſic debet intelligi. ff. de iniur. l. conſtitutio. in fi. licet Mar. dixerit in iniuria ciuili iudicem æſtimare, quod reprobatur, de quo plene diximus in tit. de pace iur. firm. in 4. col. § iniuriarum. Et ſi dicatur iniuria impoſſibilis, vt ſi dico te Aſinum, quod impoſſibile eſt, & impoſſibilium nulla eſt obligatio, ut in regula iuris, nihilominus teneor de iniuria propter affectum, ut ibi diximus, & in Longobar. de iniurijs mulierum. l. 2. ¶ Item ſi dico te cæcum, & ſic an tenear iniuriarum? dicunt quidam Moder. quod ſic, quia non debes accuſare, quod naturale vitium eſt argum. contra eo. tit. l. cum qui nocentem. de hoc ſimiliter plenè diximus ibi. Item dat tertiam partem condemnationis iniuriam paſſo, aliter erat ante, ut in glo.

Certas pœnas legibus comprehenſas. Quæ ſunt ll. iſtæ? videtur quòd ſint. ff. de termino amo. l. Agraria. ff. de ſepul. uiol. l. 1. §. 1. C. de aſſeſſo. l. conſiliarios. cum fi. Sed non loquitur de iniuriam paſſis, uidetur ergo loqui de lege. ff. ad Syllan. l. Corn. in fi. ff. de litig. l. fin. quæ de iniuriam paſſis uidetur loqui.

Vario-

VArietates pœnarum. Ibi, & qui iniuriam patiuntur. No. tex. multum vtilem aſſeſſoribus, dum dicit, ſiue ſint publicæ ſiue priuatæ iniuriæ, qui tex. facit ad q. utrum de inſultu facto cum fuſte, vel baculo poſſit iudex ex officio ad inquiſitionem procedere? dic quòd ſic, quia uiolentia publica committitur. Nam appellatione armorum, etiam fuſtes & lapides intelliguntur. ff. de vi & vi arm. l. inde. §. armis. & ff. de uerb. ſign. l. armorum. Et pro violentia publica, uel priuata imponitur pœna relegationis, vel deportationis, ut Inſtit. de publ. iud. §. item lex. & ff. de ui priua. l. 1. in princ. & C. eo. l. 2. planum eſt quòd relegatio, uel deportatio eſt mors ciuilis. Inſtit. de patr. pot. §. cum autem. ergo ex forma capi. inclyti Regis Caroli II. quod incipit, ab illo inchoandum, poterit inquiri ex officio. Sed quid ſi inſultauit cum lapide, & percuſſit, an poſſit inquiri? primò videtur quòd non, ſed accuſabitur actione iniuriarum, ut ff. de iniur. l. prætor. §. accuſatione, cum l. ſeq. Imò poteſt inquiri ex offic. accuſatore ceſſante, ut in hac conſt. ibi, publicè vel priuatæ, quia committitur tunc iniuria publica uel priuata. Barth. de Capua.

Et ſic no. q; hęc conſtit. generaliter loquitur, ergo generaliter eſt intelligenda. l. de precio. ff. de publ. cum fi. Et ſic patet q; ius commune in hoc corrigitur, vbicunq; hæc conſtit. diceret, ſiue in criminali, ſiue in ciuili, in actione, ſeu in accuſatione iniuriarum, pœnam pecuniariam fiſco dari, ut ſolenniter no. in l. fi. ff. de iniu. & Inſtit. eo. §. in ſumma. & ff. de acc. l. hos accuſare. §. 1. in ult. gl. Barth. de Capua.

De iniu-

De iniurijs nobiliũ perſonarum.

TITVLVS XLIII.

Ruſticus vel Burgenſis qui militem verberauit, niſi fecerit defendendo, manus detrũcatione punitur, eadem pœna imminet Vallecto, qui militem nobilioris gradus verberare tentauerit. cæterum ſi ęquè nobilem, honore militiæ in perpetuum priuandus eſt, & q nobilium iudicijs non interſit, & quòd per annum eſſe debeat extra regnum: ſi verò minus nobilem, eadem pœna priuationis militiæ, & iudiciorum teneatur, ſi miles militem verberauerit, ſit extra regnum per annũ, & equorum omnium amiſſione mulctandus, ſi Burgenſem, vel ruſticum, qui ſuus non ſit vaſallus, miles verberauerit, punitur ipſe miles, conſideratis a iudice ſingulis quæ in æſtimatione iniuriarum conſideranda ponuntur, vt ſupra l. proxi. h. d. Lallus de Thuſcia.

† IMPER. FREDER.

VT dignitatum [a] gradus, ex hominũ qualitate in iniurijs apertius diſtinguantur: Statuimus, Burgenſem, ſeu ruſticum, qui militem verberauerit, niſi probabitur, quòd ſe defendẽdo hoc fecerit, manus detruncatione puniri. Eadẽ pęna Vallecto imminente, qui militẽ nobilioris gradus [b] verberare tentauerit. Cęterum ſi æquè nobilẽ verberare tentauerit, honore militiæ ipſum in perpetuum volumus eſſe priuatum, & vt nobilium iudicijs non interſit, & quòd per annũ eſſe debeat extra Regnũ. Si verò minus nobilem verberare tentauerit, eadẽ pęna priuationis militiæ, & iudiciorum, ſcilicet teneatur. Aequum eſt enim eum militiæ decore priuari, q militiæ dignitatis cuiuſlibet fundamentũ pudicitię neſcius, & pudoris ignarus dedecorare tentauerit. Deniq; ſi miles militem verberauerit extra Regnum ſpatio annali pręſcriptum iniurias inferẽtem, armorum & equorum ſuorum amiſſione mulctandũ eſſe iubemus. Cæterum ſi Burgenſem, aut ruſticum, [c] qui vaſallus ſuus non ſit, verberauerit miles, conſideratis a iudicib. ſingulis, quæ in ęſtimatione iniuriarũ conſiderãda eſſe pręduximus, taxatione iudicis, & ſacro iniuriã paſſi præcedẽtibus, pro qualitate iniuriæ reum puniendũ eſſe cenſemus.

De † probabili experientia medicorum.

TITVL. XLIIII.

Quicunque voluerit mederi in regno, caueat ne medicet, niſi primò ſe præſentet officialibus & iudicibus regijs, qui eum habeãt examinari facere de eius ſufficientia: quòd ſi ſecus fecerit, omnia eius bona regio fiſco publicabuntur, & detrudetur in carcere arbitrio regio. hoc ſtatutum factum eſt, hac ratione attenta, ne ſubditi regis periclitentur ex imperitia, vel ignorantia medicorum. h. d.

REX ROGER.

QVisquis [d] ammodo mederi voluerit, officialibus noſtris, & iudicibus, ſe præſentet eorum diſcutiendum iudicio: quòd ſi ſua temeritate præſumpſerit, carceri conſtringatur, bonis ſuis omnibus publicatis. Hoc enim proſpectum eſt, ne in Regno noſtro ſubiecti periclitentur ex [e] imperitia medicorum.

Vt nullus audeat practicare, niſi in conuentu publicè magiſtrorum Salerni ſit comprobatus.

TITVLVS XLV.

Hæc conſt. Imp. Fred. eſt declaratoria præcedentis conſt. editæ per Regem Rogerium, & prouidet futuro diſpendio, & irrecuperabili damno, quod poteſt contingere fidelibus regijs propter imperitiam medicorum, ideo iubet, vt nullus medicus prætextu, quòd ipſe ſe ſcribit medicum, audeat in regno practicare, niſi tribus concurrentibus.

IMP. FREDER.

VTilitati [f] ſpeciali pſpicimus, cum omni ſaluti fideliũ prouidemus. Attendentes igitur graue diſpẽdium, & irrecuperabile dãnũ,

De iniurijs nobilium perſonarum. Rub.

a VT dignitatum. Manus detruncatione. Dum tamen talis ſit miles qui honorem dignitatis militaris, & onus decenter obſeruet in equis & armis, & alijs ſignis quib. Barones & milites condecet honorari, vt ſup. l. proſequentes, & infra, de bo. mil. l. conſtitutione.

ADDITIO. *Adde an militia ſit dignitas per Felin. in c. quanto, de magiſt. Cõcluſio eſt, q nõ. Fallit primò in militib. vrbis Romæ, qui propriè equites dicuntur non ab equitatu, ſed ab æquitate, quia eorum officium erat æquitatẽ & ius tueri, præcipuè orphanorũ, viduarum, & ſimilium perſonarum, vt in l. 1. C. de equeſt. dig. lib. 12. & ibi Bar. in repe. Fallit ſecundo in magiſtro, qui vulgariter appellatur cõductor armorum, vt in l. per Armeniam. C. de off. magiſt. mil. Fallit tertio ſi militia adiũgitur alia dignitati, puta, ſi Doctor efficitur miles, nam tunc militia eſt dignitas, ita ſingulariter limitat Alber. de Roſ. in l. milites. C. loc. & ſequitur Mart. Laud. in tracta. de Principibus, in rub. de milit. cõcluſ. 13. Fallit & quarto ſi militia eſſet adiuncta nobilitati, puta, ſi vnus nobilis creatur miles, & tunc militia eſt dignitas, ſecundum Alber. in d. l. milites.*

† Aliàs, Idem.

b *Verberare tentauerit.* Qualiter autem accipiatur iſtud verbum, Verberare, probatur. ff. de iniurijs. l. lex Corn. §. verberare, & l. itẽ apud. §. adijcitur. & §. verberaſſe.

Dñs leuiter poteſt verberare vaſallum.

c *Qui vaſallus ſuus non ſit.* Innuitur ergo, quòd dominus impunè verberet vaſallum, dummodo non atrociter.

De probabili experientia medicorum. Rub.

d QVisquis. Hęc cõſtitut. & ſequens ſunt palea, dicunt medicos nõ poſſe mederi, niſi fuerint examinati ab officialibus, & iudicibus Imperatoris, & habeant literas teſtimoniales magiſtrorũ ſuorum, quod male ſeruatur. Iubet. n. in qualibet ciuitate, q duo fideliſſimi eligant, in quorũ præſentia fiãt electuaria, & ſyrupi, qđ nunquã uidi fieri. Item iubet tantum ſtudere in Salerno in medicina, & illi, qui vendunt medicinas, qui vocantur ſpeciali vulgariter, iurent fideliter ſuũ officium adimplere, & pœnam imponit contrafacientibus.

† Aliàs, de mederi volentibus.

ADDITIO. *Adde an tales vendentes aromata venenoſa, puniantur l. Corn. vide l. auditum. §. alio. & ibi Ange. ff. de ſic.* Super.

e *Imperitia.* Vt ff. de offic. præſi. illicitas. §. ſicuti. ff. ad l. Aquil. §. præterea.

Vt nullus audeat practicare, niſi &c. Rub.

f VTilitati. Titulũ, ideſt ſubſcriptionẽ, qui ſcribebat ſe medicum. Et in hac ſignificatione ponitur. C. de his qui po. no. ci. & in tex. & in ſum. Vel quia ſe gerebat pro medico, vt ff. ad l. Corn. de fal. ces §. vlt. & ff. de acqu. poſſ. l. poſſidere. §. ſi ſeruus quem poſſidebant. ſi vero aliquis phyſicus, uel literatus, qui non gerit ſe pro medico, dat alicui cõſilium maximè gratiæ cauſa, ſeu pietatis, ſeu conſanguinitatis non tenetur: argumentum optimum ad hoc ſupra de officio aduocatorum. l. vlt. ibi, deniq; clericis, &c. ad hoc etiam facit quod dr de aduocato, qui & dicitur aduocatus ex eo, q dat alicui conſiliũ, imò põt eſſe aduo-

ANDRÆAS DE ISERNIA.

De iniurijs nobilium perſonarum. *Rubrica.*

VT *dignitatum*, Rationabiliter diſtinguit & punit iniuriã militi factam. Intelligit glo. de militibus viuentibus militariter in equis & armis. Iſtis tantum uidentur dari hæc & alia priuilegia ſupra de teſti. contra Comi. & Bar. proſequentes, & infra qui iudic. & no. eſſe poſſunt. l. conſt. Vnde de militibus ciuitatum, qui ſedent in theatro non intelligitur, licet in ciuitate ſint multi militariter viuentes, de alijs loquitur hæc conſt. ¶ Alij pagani dicuntur milites glorioſi, ideo quia miles dicitur a malo, quod ſuſtinet propter publicam utilitatẽ, quia de mille eligitur vnus. ff. de mili. teſta. l. 1. imò videtur loqui de milite habente vaſallos, ibi, cæterum qui vaſallus non ſit, ſed non dicit hoc, non eſſe neceſſe: quia multi ſunt viuẽtes militariter pinguius & honorabilius, quam multi, qui uaſallos habent: nam poteſt eſſe feudum ſine vaſallis, vt in tit. quid ſit inueſtit. Qui uaſallus ſuus non ſit. Innuit a contrario ſenſu, quòd vaſallum ſuum poteſt miles verberare. Intelligendum eſt leuiter, niſi ſit miſſus a Curia vaſallus ad dominum ſuum, tunc etiam leuiter non poſſet, dictum eſt in conſtit. ſi vaſallus a domino ſuo. circa finem.

De mederi volentibus. *Rubrica.*

QVisquis. Prouidet enim utilitati ſubiectorum, ut nullus practicet in medicina, niſi examinetur, & approbetur in Curia Imperatoris prius, ſic de aduocato, ſupra de offi. aduo. l. 1. & 2. Vnde Doctor medicinæ practicabit ſine literis: quia fuit examinatus, quando fuit Doctoratus, & approbatus, ſicut ibi diximus de aduocatis. ¶ Et nota maiorem pœnam imponi medico, quàm aduocato ſine literis, & licentia practicantibus: quia maius periculum eſt in ſalute hominis, quàm in rebus eſt conſtit. regis Rogerij, idem.

Vt nullus audeat practicare, &c. *Rubrica.*

VTilitati. Hæc conſtit. eſt Imperatoris Freder. latius declarantis cum eandem pœnam imponit, ſicut proxi. ſuperior. Niſi Salerni. Hoc hodie eſt aliter per ordinationes nouas regnantium, quia Neapoli præſentatur ei, qui eſt ordinatus per regem ſuper cura ſtudij, & medicinæ artis. ¶ Practicare ergo prohibetur ſine licentia Curiæ, non autem dare conſilium conſanguineo, vel pauperi, ut dicit gl. ¶ Sed quid ſi habet experientiam practicandi non per artem: quia non nouit literas, dabitur ſibi licentia, ſicut dicitur de aduocato, qui

eſſe aduocatus alterius partis, & redditur ratio: quia ſi aliter diceretur, nulli daretur cõſilium, quod dic, ut notatur. ff. de poſtul. l. vlt. ſecũdum Azo. Hoc etiam innuit uerbum illud, practicari, quod ponitur in fine huius. l. quod ſignificat conſuetudinem & experientiam curandi, ut C. de epiſc. & cler. l. parabolani.

a *Sufficienti ſcientia.* Non .n. ſufficit aliquem eſſe peritũ in arte ſua, niſi ſit approbatus, vt ff. de vent. inſpicien. l. 1. 1. reſpon. & Ouidius in lib. Triſtium dicit, Fluctibus in medijs nauem Palinure relinqués, Sic fuge naue tua, ſit minor arte fides.

quod poſſet contingere ex imperitia medicorum. Iubemus in poſterum nullum medici titulum prætendẽtem audere practicare aliter, vel mederi, niſi Salerni primitus, & in conuentu publico magiſtrorum iudicio comprobatus, cum teſtimonialibus literis de fide & [a] ſufficienti ſcientia, tam magiſtrorum, quàm ordinatorum noſtrorum ad præſentiã noſtram, vel à nobis a regno abſentibus ad illius præſentiam, qui vice noſtra in regno remanſerit, ordinatus accedat, a nobis, vel ab eo medendi licentiam conſequatur. Pœna publicationis bonorum, & annalis carceris imminente his, qui contra huiuſmodi noſtræ ſerenitatis edictum in poſterum auſi fuerint practicare.

De medicis.

TITVLVS XLVI.

Non concedatur licentia practicandi medicis, niſi ſtuduerint per triennium in Logica, & per quinquennium in Medicina, & medio tempore didicerint Chirurgiam, quæ eſt pars Medicinæ, & iurabit medicus ſecundum formam hactenus obſeruatam, & ſpecialiter, quòd ſi aliquis confectionarius ſit, minus bene conficiens curiæ nunciabit, & quòd conſilium pauperibus gratis dabit. Item medicus viſitabit ægros ſuos bis ad minus in die, & ad requiſitionem infirmi ſemel in nocte, a quo non accipiet, ſi non egredietur ciuitatem, vltra medium tarenum auri, ab infirmo, pro quo egreſſus eſt extra ciuitatem, non recipiet per diem vltra tres tarenos cum expenſis infirmi, vel non vltra quatuor ad expenſas ſuas, nec contrahat ſocietatem cum confectionarijs, nec recipiet aliquem ſub cura ſua ad expenſas ſuas pro certa pretij quantitate, nec etiam habebit propriam ſtationem, nec poſt prædictum quinquennium completum practicabit, niſi per annum integrum cum conſilio medici practicet. Magiſtri vero infra prædictum quinquennium doceant libros authenticos tam Galeni, quàm Hippocratis, tam etiam in theorica, quàm in practica medicina. Chirurgicus non admittatur ad practicam, niſi teſtimoniales literas offerat medicorum, quòd per annum ſtuduerit, & præſertim anatomiam humanorum corporum in ſcholis didicerit. Confectionarij vero facient confectionem expenſis ſuis, & teſtimonio medicorum, nec tenebunt ſtationes, niſi præſtito iuramento, & lucrabuntur de ſimplicibus medicinis, quæ vltra annum non ſeruantur tres tarenos pro vncia, de alijs verò quæ durant vltra annum, lucrabuntur ſex tarenos per vnciam quamlibet. h. d. Lallus de Thuſ.

† IMPER. FREDER.

† *Aliàs, idem.*

De medicis. Rubr.

b *Quia nunq.* Secũdũ iſtũ modũ, q. j. ſequitur.

De con-

QVia [b] nunquam ſciri poteſt ſcientia medicinæ, niſi de ſcientia Logicali aliquid præſciatur: Statuimus, quòd nullus ſtudeat in medicinali ſcientia, niſi prius ſtudeat ad minus triennio in ſcientia Logicali, poſt triennium, ſi voluerit, ad ſtudium medicinæ procedat, in qua per quinquennium ſtudeat: Ita quòd chirurgiam, quæ eſt pars medicinæ, infra prædictum tempus addiſcat, poſt quod & non antè concedatur ſibi licentia practicandi, examinatione iuxta Curiæ formam præhabita. Et nihilominus recepto pro eo de prædicto tempore ſtudij teſtimonio magiſtrali.

Iſte medicus iurabit ſeruare formam Curię hactenus obſeruatam, eo adiecto, quòd ſi peruenerit ad notitiam ſuam, quòd aliquis confectionarius minus bene conficiat, Curię denunciabit, & quòd pauperibus conſilium gratis dabit.

Iſte medicus viſitabit ęgrotos ſuos ad minus bis in die, & ad requiſitionem infirmi ſemel in nocte, a quo non recipiet per diem, ſi pro eo non egrediatur ciuitatem, vel caſtrum, vltra dimidium tarenum auri. Ab infirmo autem, quem extra ciuitatem viſitat, non recipiet per diem vltra tres tarenos cum expenſis infirmi, vel vltra quatuor tarenos cum expenſis ſuis. Non contrahat ſocietatem cum confectionarijs, nec recipiat aliquem ſub cura ſua ad expenſas pro certa pretij quantitate, nec ipſe etiam habebit propriam ſtationem. Confectionarij verò facient confectionem expenſis ſuis cum teſtimonio medicorum, iuxta formam conſtitutionis noſtræ, nec admittentur ad hoc vt teneant confectiones, niſi præſtito iuramento, omnes confectiones ſuas ſecundum prædictam formam facient ſine fraude. Lucrabitur autem ſtationarius de confectionibus ſuis ſecundum iſtum modum. De confectionibus, & ſimplicibus medicinis, quæ non conſueuerunt teneri in apothecis vltra annum a tempore emptionis pro qualibet vncia poterit, & licebit tres tarenos lucrari. De alijs verò, quæ ex natura medicaminum, vel ex alia cauſa vltra annum in apotheca tenentur, pro qualibet vncia licebit lucrari ſex tarenos, Nec ſtationes huiuſmodi erunt vbique, ſed in certis ciuitatibus per regnum, vt inferius deſcribitur. Nec tamen poſt completum quinquennium, practicabit, niſi per integrum annum cum conſilio experti medici practicetur. Magiſtri verò infra iſtud quinquennium libros authenticos, tam Hippocratis, quàm Galeni in ſcholis doceant, tam in theorica, quàm in practica medicinæ. Salubri etiam conſtitutione ſancimus, Vt nullus chirurgicus ad practicam admittatur, niſi teſtimoniales literas offerat magiſtrorum in medicinali facultate legentium, quòd per annum ſaltem in ea parte medicinæ ſtuduerint, quæ chirurgiæ inſtruit facultatem, præſertim anotomiam humanorum corporum in ſcholis didicerit, & ſit in ea parte medicinæ perfectus, ſine qua nec inciſiones ſalubriter fieri poterunt, nec factæ curari.

ANDRÆAS DE ISERNIA.

debet approbari per Doctores. C. de aduocatis diuerſorum iudiciorum. l. nemini, cum ſufficiat experientia, no. gl. de varijs & extraor. cognitionibus. l. 1. §. aduocatos. ad quod eſt. C. de iud. l. certi. & iuxta illud, Experto crede magiſtro.

ADDITIO. *Adde, quod nunquam confidas de medico nouo, qui eſt homicida parentum, ſecundum Ang. in l. 1. §. pueritiam. ff. de poſtul.*

De medicis. *Rubrica.*

Q*Via nunquam.* Hæc conſtitutio bona eſt, & vtilis, ſi ſeruaretur. Multa repetit dicta ſuperius, & plura addidit: nam triennium ſtatuit, vt ſtudeat quis in Logica, & in medicina quinquenniũ. ¶Item quod denunciet Curiæ confectionarios minus legaliter ſe gerentes. Item quod conſilium gratis pauperibus dabit.

ADDITIO. *Adde glo. ſumme. 83. diſtinct.*

Et viſitet infirmum bis in die, & ſemel in nocte, ſi requirat infirmus, & ſtatuit medico certũ ſalarium. Item ꝙ medicus nõ contrahat ſocietatem cum confectionarijs, nec habeat propriam ſtationem. Ponit etiam ſacramentum confectionariorum, & lucrum, quod debent facere de confectionibus, & multa vtilia de legendis libris Hippocratis & Galeni, necnon de chirurgicis, ut certo tempore ſtudeant, & ſpecialiter vt ſciant anotomiam corporum humanorum.

ADDITIO. *Et an mulier poſſit eſſe medica? dic quòd ſic. tex. eſt & ibi Sali. in l. 1. §. ne autem. C. de com. ſer. pig. da. & gl. in c. non ſanè. 14. q. 5. ad quod uide tex. in l. 1. in princ. de v en. inſp.* Cæſ.

Q*Via nunquam.* In tex. practicandi. An Iudæus poſſit practicare, & medicinas facere Chriſtianis? dic quod non. 28. quęſt. 1. cap. nulla. ubi cum Iudæis nec bibendum, nec manducandum, nec ab eis medicamentum accipiendum eſt. Barth. de Capua.

De fidelium numero ſuper electuarijs, & ſyrupis ſtatuendo.

TITVLVS XLVII.

Statuit hac conſt. pro conſeruatione vitæ hominũ, vt in qualibet terra huius regni ordinen tur duo viri circumſpecti & fide digni, quibus detur iuramentum per deputatos, quòd iſti confectionarij, ſiue aromatarij conficiant electuaria, & ſyrupos legaliter iuxta artes in præſentia Iuratorum, & ſic facta vendant, & nomina iſtorum cum teſtificatione medicorum approbatorum Salerni & Neapolis mittantur ad regiam curiã. Qui ſi contra fecerint, puniantur pœna publicationis omnium bonorum mobilium: Iurati autem ſi fraudem in commiſſo officio committant, ſi fuerit probatum, vltimo ſupplicio condemnabuntur. h.d. Matthæus.

† Aliàs, Idem.

† IMP. FREDER.

IN terra qualibet regni noſtri noſtræ iuriſdictioni ſubiecta duos viros circunſpectos, & fide dignos volumus ordinari, & corporali per eos præſtito ſacramẽto teneri, quorũ nomina ad curiam noſtrã mittentur, ſub quorum teſtificatione electuaria & ſyrupi, ac aliæ medicinæ legaliter fiant, & ſic factæ vendãtur: Salerni maximè per magiſtros in Phyſica hæc volumus approbari. Præſenti etiã lege ſtatuimus, vt nullus in medicina, vel chirurgia, niſi apud Salernum vel Neapolim legat in regno, nec magiſtri nomẽ aſſumat, niſi diligenter examinatus in pñtia noſtrorũ officialiũ, & magiſtrorũ artis eiuſdẽ. Conficientes etiam medicinas ſacro corporaliter præſtito volumus obligari, vt ipſas fideliter iuxta artes, & hominũ qualitates in præſentia iuratorum conficiant. Quod ſi cõtra fecerint, publicatione bonorũ ſuorum mobiliũ ſententialiter condemnentur. Ordinati verò, quorũ fidei prædicta ſunt commiſſa, ſi fraudes in credito ipſis officio cõmiſiſſe probentur, vltimo ſupplicio feriendos eſſe cenſemus.

De conſeruatione aeris.

TITVLVS XLVIII.

Nullus proijciat linum, vel canapum prope ciuitatem vel caſtrum per vnum miliare ad minus: contra faciens perdit linum vel canapum, & curiæ applicatur. Item fiant ſepulturæ mortuorum, quæ habent profundum per mediam cannam: cõtra faciens punitur pœna vnius Auguſtalis. Cadauera etiã, & ſordes, quæ fœtorem faciunt, per eos quorũ fuerint communia, extra terram proijciantur in mare vel in fluuium, contra faciens pro canibus vel eorum animalibus ſoluat auguſtale vnum, pro minoribus animalibus ſoluat auguſtale medium. h.d. Lall. de Th.

† Aliàs, Idem.

† IMP. FREDER.

SAlubritatem [a] aeris diuino iudicio reſeruatã ſtudio prouiſionis noſtræ, in quantum poſſumus, diſponimus conſeruare: Mandantes vt nulli ammodo liceat in aquis cuiuſlibet ciuitatis, vel caſtri vicinis, quantũ miliare ad minus protenditur, linũ vel canapum ad maturandum ponere: [b] ne ex eo, prout pro certo didicimus, aeris diſpoſitio corrũpatur. Quod ſi fecerit, linum ipſum immiſſum, & canapũ amittat, & curiæ applicetur. Sepulturas etiam mortuorum, quæ vrnas non continent, profundas quantũ menſura dimidiæ cannę protenditur, eſſe iubemus. Si quis cõtra fecerit, vnum auguſtale curiæ noſtræ componat. Cadauera etiam & ſordes, quæ fœtorem faciunt, per eos quorum fuerint coria extra terram ad quartam partem miliaris, vel in mari, aut flumine proijci debere mandamus. Si quis autem contra hæc fecerit, pro canibus, aut magnis animalibus, quę maiora ſunt canibus, vnum auguſtale, pro minoribus verò dimidium curiæ noſtræ componat.

De fide mercatorum in vendendis mercibus adhibenda.

TITVL. XLIX.

Iubet hac conſti. quòd ſinguli & omnes artifices fideliter ſe gerant in eorum officijs, & maximè bocerij, & piſcarij, & hoſpites, & tabernarij, vt bocerij non vendant ſcrophas pro porcis, vel carnes morticinas, vel ab vno die in alium ſeruatas, ſi hoc emptoribus non prędixerint, & idem in venditoribus piſcaũ, & quòd hoſpites cibos pridie præparatos in die alia calefactos ſimiliter ſine prædictione non uendant, & tabernarij non vendant vinum lymphatum pro puro, nullus laboret argentum, quod minus xi. puri argenti pro pura libra noſcatur: aurum quodlibet de puro minus teneat, quàm octo vnciarum. Contra facientes ſi inuenti fuerint in eorum artificijs doloſè verſari, pro prima vice punientur in vna libra auri, quam ſi propter inopiam dare non potuerint, fuſtigentur, pro ſecunda uice perdant manum, pro tertia uice ſuſpendãtur, & vt omnis fraudis materia præcludatur artificibus, per qualibet loca ordinentur duo uiri fide digni, qui intendent circa prædicta pœna imminente officialibus, qui non nunciauerint ipſorum fraudem magnæ regiæ curiæ, uel iuſtitiario regionis. Mandat & quòd Baiuli ſub certa mercede conſtituant operas operariorum, meſſorum, uindemiatorum, & conſimilium, quòd ſi trangreſſi fuerint receptam mercedem amittant, quadruplum fiſco componant. h.d. Lall. de Thuſ.

† IMP. FREDER.

MAgiſtros [c] mechanicarũ artium, quorũ operibus homines carere non poſſunt, legaliter & fideliter ſua opera exercere iubemus. Artifices autẽ, qui in auro & argento laborant, ſellarios, & ſcutarios, frænarios, atq; larmerios, cãdelarios, fabros, qui æris, & ferri quæcunq; opera formãt, baliſtas etiam facientes, & arcus, gñaliter omnes

De conſeruatione aeris. Rubrica.

[a] SAlubritatem. Hęc conſtit. ſicut præcedens proſpicit ſanitati hominum. nam iubet ne linum & canapum ponantur iuxta ciuitates: quia corrumpunt aerem. Et de alijs cadaueribus dicit de ciuitatibus remouendis. concor. ff. de dona. l. ne ex eo.

[b] *Ne ex eo.* ff. de loco pub. fruen. l. fi.

De fide mercatorum in vendendis mercib. adhibenda. Rubr.

[c] MAgiſtros. Conſtitutio iſta ſanctiſſima eſt, ſi bene ſeruaretur, ſed vaſallorum excreſcente malitia viliarias occupant. iubet enim & ſpecialiter nominat omnes artifices, ut fideliter ſe gerant in officio ſuo, & maximè buzerij & piſcatores, & quòd duo eligantur in ciuitate, qui pręſint eis, qui nuncient curiæ regiæ fraudes artificum, & grauiſſimas pęnas imponit, ut patet in litera, contrafacientibus tam artificibus, quàm etiam iſtis duob. officialibus, ſic electis. In quorum hodie locum Baiuli ſucceſſerunt, & facit ad hanc conſtit. ff. de offi. præ. l. illicitas. ¶ Et, ſeq. conſtit. dicit quod mercatores tam pannorum, quàm aliarum rerum, debent habere menſuras, quas a fiſco acceperunt. Item dicit qualiter debeant menſurare pannos, quod non multum attrahant ipſos, ſiue tirent, quod male ſeruatur. Et in 3. ſeq. conſtitut. contrafacientibus pœna imponitur, & pœna duplicatur, ſi decipiunt peregrinos, vt in conſtitutio. 4. ſequenti.

† Aliàs, Idem.

ADDI-

ANDRÆAS DE ISERNIA.

De ſyrupis & electuarijs. Rubrica.

IN *terra qualibet.* Hæc ordinatio non ſeruatur, Salerni maximè: Nam & Neapoli, ut ſup. l. proxima dictum eſt, ſic ordinatum eſt de medicis.

ADDITIO. *Adde, quid de medico conducto publico ſalario, an teneatur ſeruire paruis ſicut & magnis. Et an debeat recipere ſalarium ab infirmis, & ſi recipit, an debeat ceſſari? uide per Io. de Ma. in c. tua nos de homic. & per Io. de Plat. in l. archiatri. C. de profeſ. & med. li. 10.*

Sequens uero conſtitut. ſtatuit ſalarium medico, ſed non ſeruatur, immo totum contrarium fit. Debet enim medicus pauperes ſine precio iuuare, vt in Authen. de man. prin. §. ſic quoque. Item medici non debent habere ſocietatem cum confectionarijs: hoc bene ſtatuitur, ſed contrarium videmus. Et debent lucrari confectionarij tres tarenos pro vncia.

De conſeruatione aeris. Rubrica.

SAlubritatem. Et hoc de cõi bono eſt iſta conſt. licet malè ſeruetur. Sũpta eſt ex l. noua ædiles. ff. de uia pub. & Græca eſt lex illa, & bona. Sic & aqua non debet corrũpi per immiſſionem alicuius rei fœtidæ. ff. de extraor. cri. l. 1. §. 1. Vnde macella debent eſſe extra muros, & extra loca habitabilia, ut continetur in regiſtro Imperatoris, quod eſt in archiuo, ſed continet vnum, ut q: præterquam in macellis curiæ tantum carnes non debent macellari ad pœnam amiſſionis carnium. Hoc hodie aliter eſt: quia macellarij dant certum quid curiæ pro animali macellato, quod dicitur ius buzariæ.

De fide mercatorum in uendendis mercibus adhibenda. Rub.

MAgiſtros mechanicarum artium. Et ad hoc utilitatem communem ponit, & enumerat artes, & miniſteria mercium, & imponit graues pœnas in facientes contrariũ. ¶ Mirabilis prudentiæ

fuit

a Addítio. *An aromatarij immiſcentes in candelis ceram veterẽ cum noua, teneatur de falſo, uide Ang. in l. annonam. de varijs & extraord. crim. & Barb. in cap. 1. col. pen. de emp. & uend. ubi multa ad hoc ſimilia. & ibid. quid in venditibus bonorum fiſcalium & aliarum.* De Bottis.

a *Duos eligi.* No. qualiter debeant ſtatui duo viri ſuper aſſiſijs, & mercimonijs iuſte uendendis. Item per quos debeant fieri aſſiſiæ, & cuius mandato? habes in noua conſtitutione, in tit. de off. mag. Ca. l. 1. quæ incipit, magiſtros camerarios.

b *Statuimus.* Etiã iſte §. vſque ad ver. illum, & ut fraudes artificum. loquitur de ſtatuenda mercede operariorũ. Et ſtatutũ a Baiu. non obſeruatũ ponit pęnas. Sequens uero uerſi. & ut fraudes, &c. refert ſe ad id, quod ſuperius dixerat de artificib. & mercatoribus. & quia ſupra, pœnæ non obſeruantiũ non erant poſitæ, hic imponuntur etiam pœnæ officialibus præfectis ad hoc ſi delictum mercatorum, & artificũ negligunt nunciare.

c *Nunciare.* Ergo ad cognitionem eorũ pertinet, aliter non eſſet eis nunciandum, ut infra titu. proximo. l. animalia. G.

Additio. *Vnde habuerit ortum iſta conſtitutio, & an iſtæ taxationes poſſint fieri de iure communi? vide Bal. in l. 1. C. de epiſc. aud. & de conſentis hic vide omninò Abb. in cap. 1. de empt. & vend. & ibi an poſſint puniri tales fraudantes, vt hic ab epiſcopis. Et quid de pictoribus pingentibus colorib. immiſtis & falſificatis, & de ſcriptoribus & miniatoribus, Bart. in l. 2. C. de ſacrileg. & in conſtitutione ſeq. ad legitima. Et quid de notarijs pro eorum inſtrumentis? vide pragmaticam eãdem conſtitutionem diui Frederici, & ibi per me & in conſtitutione, Baiulos ſupra.* Cxſ.

De mer-

artifices cũ fide & ſtudio, prout artificiũ vniuſcuiuſq; melius nouerit, volumus operari. Spãliter aũt ſcutarijs & ſellarijs iniungimus, vt emptores certiorare fideliter ſtudeãt, vtrum in argẽto vel auro ſuppoſitę ſint picturæ. Et ꝙ ſellas & ſcuta munire debeant neceſſarijs & fortibus guarnimẽtis. Buzerios ãt, & piſciũ venditores, qui vitæ hominũ neceſſaria ſubminiſtrãt, & ex quorũ fraudib. magnum poſſet nõ reb. tantũmodo, ſed perſonis etiã damnũ inferri in eorum mercib. & mercationib. volumus eſſe fideles, videlicet, ˜vt ſcrophas pro porcis, vel carnes morticinas, aut ab vno die in alium reſeruatas, ſi hæc emptorib. nõ prędixerint, ſeu qualitercunq; corruptas, uel infectas in dãnum & deceptionẽ emptorum vẽdere nõ pręſumãt. Venditores ẽt piſcium in corruptis * piſcib. nõ vendendis, & ab vno die in aliũ ſine prędictione ſimiliter reſeruatis, fidẽ præcipimus obſeruare. Et vt prędictiones, & ſinguli ſuperius noĩatim rerũ vitium vendẽdarum ex fide ꝑdicant, & vt cibos pridie ꝑparatos, & in die altera calefactos, ſimiliter ſine ꝑdictione nõ vendãt. Venditores ẽt candelarũ, eas fideliter faciant, nec in eis in emptorũ diſpendiũ immiſceant aliquid ceræ, nec in eis niſi bõbacinum papirum includãt, vel ſi aliter fecerint emptores exinde certiorare curabunt. Tabernarijs aũt, & vẽditorib. uini quibuſlibet prohibemus, ne vẽdere audeãt uinum lymphatum pro puro. Sic nullus in Regno nr̃o laboret aurum, quod ꝑ librã de puro auro minus teneat, quã octo vncias. Similiter argẽtũ aliqs non laboret qđ minus uncijs undecim puri argẽti ꝑ librã tenere noſcatur. Quod obtinet, ſiue vęnale opus hmõi artifices per ſe faciãt, ſiue ab alio recepta materia opus fingãt, vt annulos, fibulas, paropſides, vel cuppas aureas, aut argẽteas, in quib. aliquid vltra prædictã quantitatẽ, & formã a materiarũ dominis immiſceri minimè petatur. Et vt omnib. artificib. ipſis cómittendarum fraudiũ uia, & materia ꝑcludatur, per loca q̃libet [a] duos eligi uolumus fide dignos ꝑ terræ Baiulos ordinandos, quib. imminẽtib. ꝑdicta omnia in ſtatu cõſeruare debeant, & debitæ executioni mandare, & contradicentib. ſe opponere. Ac per eos artificũ fraudes noſtræ curiæ nunciẽtur. Quorum officialiũ noĩa etiã per literas ſub ſigillis, & ſubſcriptionib. eligẽtium, & eorum, qui in his conſilium dederint eligẽdis, ad nos ꝑ locorũ dñ̃os volumus deſtinari, & ex approbatione nr̃a, vel aliorũ, quorũ intererit retineantur idonei, & nõ idonei reſtitentur. In eorũ locũ, qui minus idonei viſi fuerint in ſubſcripta forma idoneis ſubrogãdis, quos officiales, ut officium eis cõmiſſum fideliter & diligenter exerceant, tactis ſacroſanctis Euangelijs ſacramenti religione uolumus obligari. Electorũ etiã noĩa ꝑdictorum in quaternionib. noſtræ Curiæ uolumus contineri, ut de eis in poſterum dubitatio oriri non poſſit.

[b] Statuimus etiã cõſtõne ꝑſenti, ut Baiuli nr̃i, qui pro tpe fuerint, operariorũ operas, meſſorũ. ſ. uindemiatorũ, & ſimilium, ſub certa mercede cõſtituant, cuius cõſtõnis metã trãſgredi operarijs nõ licebit. Quã ſi trangreſſi fuerint receptã mercedẽ amittãt, & quadruplum Curię nr̃æ ſoluãt. Et ut fraudes artificũ ſingulorũ pęna nõ careãt, ſi cõtra prohibitionẽ & ordinationẽ nr̃am in eorũ artificijs fuerint inuẽti doloſè uerſari, prima uice deꝑhẽſus in dolo, falſa opera faciẽs, uel cibaria prohibita, vel corrupta, uel uinũ lymphatũ pro puro uẽdendo, librã unã auri puriſſimi fiſco nr̃o cõponat. Quã ſi ꝑꝑ inopiã fortè dare nõ poterit, fuſtiget. Iterato uerò deprehenſus in ſimili manũ perdat. Tertiò deprehẽſus talia perpetrare, ſuſpenſus in furcis mortis periculum ſubeat, qđ iuſto iudicio meruit toties illicita perpetrãdo, & non corrigendo commiſſa.

Eadem pœna præfatis officialib. imminente, ſi prece, uel precio, amore delinquentium mercatorum, uel artificum, aut timore corrupti, Magnæ Curiæ noſtræ, vel regionum Iuſtitiarijs commiſſa neglexerint [c] nunciare.

De mercatoribus.

TITVLVS L.

Omnes mercatores regni tam in rebus magnis, quàm in rebus minimis, debent negociari ſub eiſdem ponderibus, & menſuris, & ſub eiſdem cannis, & iſta pondera, & cannas debent recipere a regia curia, ſcilicet, marcatas marco regia Curia, & ſic non præiudicabitur in aliquo ſubditis domini regis, & pro receptione canna, vel ponderum a regia curia nõ ſoluatur ultra id, quod fuit conſuetum, & caueant mercatores, ne tirẽt pannos, quos uendunt, niſi inquantum canna protenditur, nec aliquam fraudem committant in dictis pannis vendendis. h. d. Matthæus.

† IMP. FREDER.

MErcatores [d] quoſlibet Regni noſtri ſub eiſdẽ ponderib. & mẽſuris in reb. magnis, & minimis, & ſub eiſdẽ cãnis, quas ipſis Curia noſtra dederit, uendere uolumus merces ſuas. Ita tñ ut ex menſuris maiorib. in iure, ꝙ ex menſuris ipſis Curiæ uel cuiuſlibet loci dño debebatur, nullum collatoribus damnum, ſeu præiudiciũ afferatur. Sed proportione minoris menſuræ diligenter attẽta non plus proindè ſoluatur, niſi quãtum primitus ſoluebatur. Illud etiam præſenti noſtræ conſtitutioni coniungimus, ˜vt uendentes pannos in poſterum ipſos ultra non diſtrahant, niſi quantum canna protenditur, ſed ſine abſtractionis alicuius uiolentia, ſicut melius cum emptore poterint conuenire, nulla alia fraude, ˜vel machinatione adhibita pannos ipſos uendere procurabunt.

De mercatorib. Rub.

[d] MErcatores. Quoſlibet Regni noſtri, &c.

1 Addi-

† *Aliàs. Item.*

ANDRÆAS DE ISERNIA.

fuit Fredericus Imperator, ſi bene cum ſancta eccleſia Rom. fuiſſet diſcretiſſime ordinauit uitam ſubditorum in agibilibus, & prudenter conſiderauit fraudes, & malitias uendentium, quibus obuiauit per pœnarum impoſitionem.

De

De mercatoribus. Rubrica.

MErcatores. Debẽt habere mercatores mẽſuras & põdera, quas a Curia recipiant. Itẽ uendẽtes pãnos nõ debẽt trahere, ſiue tirare pãnos, quos uendunt, ſed fideliter debẽt ſe gerere ſine fraude.

De pon-

De ponderibus & menſuris.

TITVLVS LI.

Omnes venditores mercium debent ipſas vendere ad pondus, & mēſuras legitimas, vt ſupra in praced. constitutione. Qui autem falſitatē, aut fraudem aliam in menſuris, aut ponderibus, aut cannis commiſerit, vel pannos tirauerit per ſententiā punietur pœna vnius libra auri, quā ſi ſoluere non poterit, per ciuitatem, vel terram publicè fuſtigetur, & ad eius collum appendatur in ſui pœnam, & aliorum exemplum illud pondus, uel menſura, cum quo, vel qua fraudem commiſit, & ſi ſecundo in ſimili delicto fuerit apprehenſus amputetur ei manus, & ſi tertio iterauerit, ſuſpendatur ita vt eius anima ſeparetur a corpore. h. d. Matth.

† IMPER. FREDER.

† *Aliàs, Idem.*

AD legitima pondera,[1] & mēſuras * merces quaſlibet vendere volumus venditores. Quicunque[2] falſitatem, aut fraudē aliā in menſuris, ſeu ponderibus, vel cānis inuētus fuerit cōmiſiſſe, aut qui pānos extraxerit, librā vnā auri puriſſimi fiſco cōponat, quā ſi dare non poterit cōdēnatus, cū pondere, aut menſura ad collum eius appēſis in ſui pęna, & aliorū exemplū p terrā, in qua fraudē cōmiſerit, publicè fuſtigetur. Manum eius deinde ſi ſecūdo fuerit deprehēſus in ſimili decernimus amputādā. Et ſi tertiò iterauerit, ipſum ſuſpēdi iubemus.

1 ADDITIO. Ad legitima pondera. *Vide ad hanc conſtitut. Gand. in tit. de falſarijs. verſ. ſed pone.* Cæſ.

* ADDITIO. *Vide Moder. in c. regni, Item prædicti ſecreti. fol. 102. & Guido. deciſ. 490. vbi latè de materia mēſurarū, & inf. in conſt. ſeq. ni de Barb. in c vt mēſura, de emp. & vend. & Affl. in conſtit. ad officium baiulorum.* De Bottis.

2 ADDITIO. *Adde gl. in c. nō afferamus. 24. q. 1. glo. in c. 2. de emp. & vend. Bart. in l. arbitrio, in §. 1. de dolo.* Super.

De pœna contra mercatores.

TITVLVS LII.

Si quis vendens mercantias, idest, merces peregrinantibus vendiderit cum fraude, vel corruptas & fœtidas, debet puniri pœna duplicata, qua puniretur fraudans aliam perſonam, non peregrinantem, & eſt ratio, quia Imperator eos recipit in ſuam defenſionem. h. d. Matthæus.

† IMPER. FREDER.

† *Aliàs, Idem.*

POenas * contra mercatores corruptas merces & vetitas, ſeu ad falſas menſuras, cannas, & pondera diſtrahentes, noſtris conſtitutionibus præſtitutas, in peregrinis deceptis ab eis volumus duplicari. Defenſionem etenim & ſcientiam noſtram ſuccedere volumus loco imbecillitatis, & ignorantiæ prædictorum.

* ADDITIO. *Vide Benuenutū Strac. in tracta. de mercatura, 7. parte, nu. 19. ad 24.* De B.

De detinentibus animalia aliena & de damnis foreſteriorum.

TITVLVS LIII.

Hic Imperator dicit, ꝙ cum conſilio ſunt ordinanda aſſiſia in reb. ad vſum hominū, & ideo mādat camerarijs regionū taxari aſſiſias. Matt.

† IMPER. FREDER.

† *Aliàs, Idem.*

PEr vniuerſas prouincias Regni noſtri volumus infraſcriptas aſſiſias inuiolabiliter obſeruari, quas in Curia noſtra deliberatione perpenſa, & ſalubri conſilio noſtrorum fidelium determinari mādamus, & ſingulorum miniſterijs conſiderata qualitate taxari, quas etiam ſingulis Camerarijs regionum ſub ſigillo noſtræ celſitudinis præcipimus deſignari.

De furtis & latrocinijs.

TITVL. LIIII.

Non licet alicui capere, & detinere animal alienum, niſi illud capiat cum latrone, vel fure, & tunc debet vtrunque, ſcilicet, latronem, & animal iuſtitiario prouinciæ aſſignare, & hoc faciendo dabitur ſibi præmium, ideſt, decima pars valoris animalis ſubtracti, & ſi in ſolo ſuo quis inueniat animal dans damnum, poteſt illud capere, & ducere ad iuſtitiarium prouinciæ, vt ſibi ſatisfiat de damno, aliàs tenetur pœna furti. hoc dicit. Matthæus.

† IMPER. FREDER.

† *Aliàs, Idem.*

PEruenit[a] * ad aures noſtri culminis, quòd furta plurima, & latrocinia in Apulia hactenus committebantur de animalibus, quæ quadam vana & inani excuſatione velata remanebant pariter & inulta. Nam apud aliquos animalia reperiebantur hanc excuſationē prætendentes, videlicet, quòd ea inuenerint oberrantia, vel de manu latronum arripuerant, cum non poſſent latrones oſtendere, fures ipſi vel furtis conſentientes de animalibus ab eorum dominis, quod erat iniquum, redemptionem extorquētes, fraudulenter cum lucro pęnam & maculam euadebant. Verum cū noſtrum ſit amplecti iuſtitiam, fouere pacem, & quæ paci contraria ſunt reſecare, placuit maieſtati noſtræ ipſorum fraudulentam nequitiam conſtitutione noſtra, & ſuperabūndanti iuſtitia reprimentes, huiuſmodi velata furta detegere, & perpetua ſecuritate delere. Præſenti itaq; conſtitutione noſtra in perpetuum valitura præcipimus & ſancimus, Nulli omnino licere aliena animalia, vbicunq; inuenerit, cuiuſcunq; ſint capere, vel apud ſe modo quolibet detinere: niſi ea fortè cum latrone ceperit. Et tunc ſtatim ea Iuſtitiarijs noſtris in illis partibus conſtitutis cū eodem latrone aſſignet. Quòd ſi non fecerit,

De furtis & latrocinijs. Rubrica.

a PEruenit. Multi furātes animalia aliena excuſabant ſe, ꝙ ea oberrantia inuenerant, & ideo Imperator volēs peccādi occaſionem adimere, & uiam malitijs, ut C. unde ui. l. meminerint, mandat, ut quicūq; inuenerit aliena animalia, nō capiat ipſa, niſi cū latrone ea capiat, & ſtatim præſidi regionis aſſignet, uel niſi inueniet in uinea ſua, & tūc ſimiliter aſſignet, & emēdā damni ſibi illati habeat per edictum, ſi quadrupes pauperiē feciſſe dicatur. per tot. ¶ Sed per ſeq conſt. infra de repa. dam. ſufficit aſſignare Baiulo. Si cōtrafecerint furti tenebuntur, & eſt ratio huius conſtit. quæ aſſignatur. C. vnde vi. l. cum quærebatur. ¶ Et membrum illud corrigitur infra eodem de animalib. dam. inferentibus.

* ADDITIO. *Vide pragmaticam Regis Ferdinandi I. de offic. baiuli, vltimam in ordine, & Capic. in deciſ. 45. & veronenſ. in tract. de ſeruit. ruſtic. prædio. in tit. de ſer. iur. paſcen. & Mod. in c. regni, ad hoc, nu. 87.* De Bottis.

* ADDI-

ANDRÆAS DE ISERNIA.

De ponderibus. Rubrica.

AD legitima pondera. Statuit pœnā in his, quæ dixit ſuperior cōſtitutio, & eſt grauis pœna. ſic s. tit. 1. magiſtros. in fi. ¶ Et applicantur pœnæ iſtæ pecuniariæ Baiulis, ſic ſupra, de offi. Baiu. l. 3. ſed inquirere de falſitate cannarum, rotulorū, menſurarum, & ponderū, ad Secretum pertinet, per cap. diui regis Caroli I. quod incipit, Item prædicti Secreti. non tñ poſſunt auferre mēſuras, & pōdera, niſi ab illis, quos per inquiſitionem inuenerint inde notatos & ſuſpectos, poſſent tñ ad delationem alterius, uel ex ſuo officio inquirere de falſitate prędicta, & punire ſecundum iura: cuius ergo erit pœna? cap. id nō dicit, ergo relinquitur alijs iuribus, ut ſit Baiuli, ex quo non eſt mutatum. de appel. l. præcipimus. in fi. & de teſtibus. l. ſancimus.

AD legitima pondera. De iure cōmuni alia pœna ſtatuebatur in habente falſa pondera: quia tenebatur pœna falſi. ff. de fal. l. hodie. & no. ff. de dolo. l. arbitrio. & de extraord. crim. l. annonā. quæ pœna etiā hodie poſſet dici ꝙ locum habeat, cum nō innouetur hic, nec fiat mētio iuris antiqui, vt ff. de act. & obli. l. quoties. & arg. eius quod no. gl. ſup. in conſt. regni, aſperitatē, & ſi actum fuerit una, non poterit agi alia, cum utraq; ſit ad uindictā, per l. quod ſenatus. ff. de iniur. & l. ſenatus. ff. de accuſ. & ff. de pœnis. l. ſanctio, in fi. ad quod vide quod no. ſolet per Dyn. in d. l. quòd ſenatus. & in l. 2. ff. de lib. ho. exhib. & in l. qui ſepulchra. C. de ſepul. violato. Barth. de Cap.

De pœna contra mercatores. Rubrica.

POenas. Hæc conſtitutio duplicat pœnā prædictam, quando per falſas menſuras, & pondera decipiuntur peregrini, quos Imperator defendit, & quibus iura fauorem impendunt, argumentum. C. communia de ſucceſ. authen. omnes peregrini.

De furtis & latrocinijs. Rubrica.

PEruenit. Non licet alicui capere, vel detinere animal alienum, niſi illud capiat cum latrone, uel fure, & tunc debet utrūque, ſcilicet,

apud quēcūq; aīalia * ipſa inuenta fuerint, quicūq; ſit, ipſum ꝓ latrone & fure capi, & iudicari pcipimus. Satis.n.cōſtat ipſum furtū cōmiſiſſe, qui aliena aīalia inuito dn̄o viui ſuo detinuiſſe ꝓbať, cū manifeſtum ſit, neminē poſſe fugitiua aīalia ſua pdere, ſi a nemine capta fuerint, vel detenta. Qđ ſi qs in laborib. vineis, & poſſeſsionib. ſuis damnoſa aīalia cuiuslibet intercepit, nō liceat ipſa apud ſe detinere, ſed tm̄ capere, & Iuſtitiarijs nr̄is aſsignare, vt de illicito dāno, q ꝓbare poterit, iuſtitiā cōſequať. Qđ ſi nōn fecerit, [1] & aīalia hm̄oi intercepta apud ſe detinet ipſe ſicut & cęteri pœna furti teneatur. Illos aūt, qui aīalia cum latrone ceperint, & ea cū eodē latrone, ſicut ſcriptū eſt, Iuſtitiarijs nr̄is aſsignauerint, ꝓ labore eorū & ſtudio: qđ ad ea capiēda appoſuerūt, i decima parte ipſorū aīalium ab ipſorū dn̄o remunerari ſtatuimus, & iubemus.

De animalib. in paſcuis † aſſignandis.

TITVLVS LV.

Hac conſt. remouet malitiam foreſteriorū, & mandat q in nulla terra conſtituantur foreſterij vltra quatuor: & dicit, q ſi aīalia de ducta de una contrata in aliā facietia tranſitum inuenta in terra alicuius ſumentia paſcua per unā diem, uel noctem, & non ultra, liberè tranſeant ſine aliquā dātione, uel ſolutione. Si uerò animalia alicuius de remota contrata per unā dietam, uel duas inuenta fuerint, ut ſupra, ſiquidē in laborib. uel fructib. damnum intulerint, domini aīalium dānū emendent, & in nullo alio teneantur, ſi quidē non damna facientia, ſed ſolùm paſcua, ſi noluerint affidare, affident pro pretio, q inter eoſdē poterit conueniri: ſi uerò affidare noluerint, recipient ab eis affidaturā, ut alij conuicini receperint ad rationē totius anni de tot dieb. quot iurauerint cuſtodes eorum, & nihil aliud. Et prædicta uera ſunt, ſi cū paſtore fuerint inuenta: ſi uero ſine paſtore recepto ſacramento a domino, uel paſtore, q ipſa non duxerit, nec de ipſorū conſcientia ducta, & non ultra dictos dies paſcua ſumpſerit, liberè permittantur abire. Si aūt ultra decem dies paſcua ſumpſerint, habita rōne ad annum, recipiant affidaturam, ut ſupra dictum eſt. Si uero unus uicinus ſuus mittat animalia in terra conuicini poſt denuntiationē, ſi non abſtineat, ſoluat ſimiles affidaturas, ut ſupra dictum eſt. cōtra faciens capitaliter punitur bonis omnibus publicatis. Sed hodie mitigatur hæc pœna, ut infra conſtitutione. ut delicti. Somerarij, bordonarij, & alij tranſeuntes per nemora ſi uirgā abſciderint, nō ſoluunt, dūmodo ſe a damno abſtineant. h. d. Lallus.

† IMPER. FREDER.

CVm [a] p partes Apuliæ feliciter tranſiremus, cōis vndique clamor, & q̄rimonia ꝓpoſita eſt celſitudini nr̄æ, videlicet, q foreſterij grauiſsimas moleſtias & iniuſta grauamina plurima gn̄aliter oīb. inferebāt, & varijs, ac diuerſis exactionib. totā terrā intolerabiliter opprimebāt. Volētes igiť hm̄oi maleficia corrigere, & ſubiectorū paci, ac trāquillitati miſericorditer ꝓuidere: Ad coercēdā malitiā & iniquitatē eorū ſtatuimus, ſicut ſupius annotatū eſt, videlicet, vt in vnaquaq; contrata, tā in terris Demanij nr̄i, q̄ in terris Comitū, & Baronū, ultra quatuor foreſterij nō ſtatuanť, quib. nō liceat aīalia aliquorum, ſicut hacte-

* ADDITIO. *Nota ergo, q ſi animalia furto ſubtracta reperta fuerint penes te, & tu illis vſus fueris, q diceris fur & ut fur puniri dēs: ſecus ſi retines, vt cuſtos, vt ea domino reſtitueres. ita allegat Luc. de Pen. in l. 1. col. 2. C. de cohortali. lib. 12. ubi aliqua dicit.* De Bottis.

1 ADDITIO. Quod ſi non fecerit. *Vide ad hoc Ang. in tract. maleſ. in uer. & ueſtē caleſtē abſtulit. & Bar. in l. prętor ait. ff. de dam. infec. & c. regni.* Cæſ. de Per.

Ad hanc conſtit. vide Dec. conſ. 290.

De animalib. &c. Rub.

a CVm p partes. Hęc conſt. cū trib. ſeq. loqtur de eadē materia. ¶Et punit in hac conſt. malitia foreſteriorū .ſ. colligentiū foreſtā, ſiue affidaturā ꝓ aīalib. paſcētib. in locis ſuis: puta alicuius Baronis, cū aliena aīalia ueniunt ad nemora ſua ad paſcēdum hēbāt aliquos ꝓpoſitos, q exigebāt pecuniam a dn̄is aīaliū, & qa erant in hoc valde moleſti: ipſorū effrenata cupiditas hic refrænať: & mādat Impator, vt ſi aīalia aliena paſcanť in prato, uel nemore alteri* uno die tm̄, q nihil accipiāt: puta, quia faciunt tranſitū. ¶ Si vero vltra diē dāt affidaturam, prout inter eos conuenit. ¶ Si vero nō poterit cōueniri inter eos, debēt illā, q̄ accipiūt alij cōuicini ſoluere ſi qui ſūt affidaturā accipientes, & hoc cū aīalia ſunt cū paſtore: Si verò ſunt ſine paſtore vſq; ad decem dies nihil ſoluūt, ut dictū eſt ſ. ¶ Si uero vnus vicin* mittat aīalia ſua in terrā cōuicini ſi poſt denuntiationē abſtinuerit, bn̄ eſt: ſi vero nō abſtinuerit, ſoluat ſimiles affidaturas, ut ſ. dictum eſt, ſi ultra q̄ dictū eſt exegerit capitaliter puniť, bonis oīb. publicatis: q̄ pęna mitigať ſ. eadem proxi. cōſti. quia in quadruplū eius, qđ exegerit teneť. ¶ Somerarij, & trāſeuntes alij p nemora, ſi virgā aliquā exciderint, nil ſoluent: dūmodo a damno abſtineant. ¶ In ſeq. cōſti. dr̄: Si aliqs inueniat aliena aīalia dātia ſibi dānum in vinea ſua, vel meſſib. capiat ea, & aſſignet bſi di, ut in ſuperiori prox. cōſti. ꝓuenit. ſed ſufficit baiulo aſſignare, ut ſuæ indēnitati conſulať. In ſcđa ſequēti mitigať, vt dixi, ſuperior pęna. ¶ In alia tertia conſt. dicit, q tranſeūtes p uiā habentes equos nimis fatigatos, poſsēt eos impune mittere in ſegetem alienam, ita vt equus totus nō intret agrum: ſed dimidius, & anteriores pedes ſoiū in agro teneat.

• ADDI-

† *Aliàs affidandis.*

† *Aliàs, Idem.*

ANDRÆAS DE ISERNIA.

licet, latronem & animal Iuſtitiario aſſignare, & habebit inde præmium, ſcilicet, decimam partem ualoris animalis. ¶ Item ſi inueniet animal in damno, poteſt illud capere, & aſſignare Baiulo, ut ſibi prouideat pro ſatisfactione damni ſui. ¶ Sed aſſignando in hoc caſu Iuſtitia. eſt correctum per ſubſequentem conſtitut. quæ incipit animalia, quia ſufficit Baiulo aſſignare, alias furti tenetur.

PEruenit ad aures. Pone, quòd aliquis eſt inuentus cum equo alieno, & probetur per multos q emit, nunquid reddatur ei pretiū? Certe non: ut de rei uen. l. ſi mancipium. & l. unde. Ergo ad quid proficiet, q probauit, quia emit inſciens? dic pro hoc, quia non incidit in ſuſpicionem furti. Et eſt uerum, niſi ſit aperta ſuſpicio contra eum, vt puta, quia multoties eſt inuentus cum rebus furtiuis. Ber.

De animalibus in paſcuis aſſignandis. Rubrica.

CVm per partes Apulia. Prouida conſtō iſta fuit: ſed q̄tum ad pœnas corrigiť in ſubſequenti cōſti. ut delicti fines. ſtatuit inter alia, q de paſcuis ſumptis ſoluat affidaturā: ſicut alij cōſueuerunt ſe ſibi affidare, & ad illā rōnem ꝓ rata tpis. ¶ Et iō curia conſueuit mādare, vt rōne paſcuorū & herbagiorū nō recipiāt dn̄i ultra ſolitū. nullus tn̄ cogiť affidare extra tenorē huius conſt. in ſolo ſuo, aut herbagio, paſcua, glandes, & ſimilia uendere, ēt iuſto ꝓtio: nā unicuiq; cōmittunť res ſuæ gerēdæ, ꝓut vult. C. de iud. l. nemo. de nox. l. 2. Et ſi uēdo illi, & illi, & tibi nolo vēdere, nō cogor. C. de iure emph. l. ſi. uerſ. his tm̄ pſonis. ¶ Præterea, qa & illi publicè negotianť, & ſtabularij habēt in ptāte, quem recipiant. ff. nau. cau. ſtab. l. 1. ꝓ eo qđ eſt. ff. de inſti. l. ſed ſi pupillus. §. ſed ſi denuntiauit. & l. ſi qs municipijs. §. Proculus. ¶ Verum ſi Titius, uel dn̄s unius caſtri oī anno a tpe, cuius non eſt memoria uicinos caſtri alterius affidauit, poterunt dicere, q Titius hoc ꝓmiſit, alias pmiſit, & ꝓbabunt ex diuturnitate tpis. ff. de uſur. l. cū de in rē uerſo. multò fortius ſi uere probaretur cōitas paſcuorum, ſicut multi uicini habent, ar. ff. ſi ſer. uend. l. teſtatrix. §. ſi plures. Sed tunc ſi dn̄s diceret: & uerū eſſet, q uellet paſcua ſua pro ſe, & ſuis: nec ea ſufficerent ꝓ alijs, nō cogeť. ¶ Nā & ſi locaſſet, † ob cām hāc reuocaret. C. loc. l. 3. per iura, q̄ dn̄t, Oīs charitas incipit a ſeipſo: & ne fortè non ſufficiāt nobis & uobis, ite potius ad uendentes, & emite. Matth. 22.

ADDITIO. *Adde l. præſes. C. de ſer. & aqua. gl. in uer. negligente. in c. licet. de ſupp. neg. præl. gl. in uer. ſpiritualibus. in c. petitio. de iureiur.*

† ADDITIO. *Vide Moder. in c. regni, grauamina, nu. 72. & D. Frecc. f. 231. quadrageſima ſecūda authoritas eſt. ubi an Baro poſſit facere bannum, ut nullus intret bona eius campeſtria, & multa alia ponit 46. authoritas. ex his uerbis: inducta eſt practica bannorum, quæ emanant per mag. Curiam ad inſtantiā particulariū, & Baronum, ut nullus intret territoriū ſine permiſſu, de quib. bannis loquitur Frecc. in d. 46. author. quando paſcua non ſufficiunt pro animalib. domini, & uaſallorum, an teneantur ſtare cōioni cum alia uniuerſitate. uide Affli. deciſ. 290. & Couar. in 1. lib. uar. reſol. c. 17. nu. 11. uerſ. his uerò. & uide etiam Loffre. in conſ. 25. & Parid. de reinteg. feu. c. 6. nu. 10.* De Bottis.

Itē ſi uno anno eſſent modicæ glandes, uel herbæ, carius uēder, ſicut qn̄ erit ſterilitas. Vr̄ tn̄, q hæc cōſt. ſit localis in Apulia tm̄, ut patet ex principio: & qa in Apulia ſunt deſerta cāporum, & abundātia paſcuorū. Seneca ēt dicit, q in deſertis Apulię poſſidet agros. Nō eſt magnū damnū, imò quaſi nullū, ſi aīalia alterius ſumāt paſcua in deſertis ipſis una die, & una nocte. nō ſic in Aprucio, Principatu, & Terra laboris. ¶ In corpore quoq; iuris ſunt leges locales. C. de ſacroſan. eccle. non plures. cū ſi. ¶ Verius vr̄, q ubiq; p regnum ſeruari dēat. nā dicit, ſiue aīalia de una contrata in aliā, ſeu ad aliā ducta fuerint, &c. Vnde qđ dicit in prin. uidelicet, cū per partes Apuliæ, &c. Apulia dedit cām impulſiuā iſti legi, ſicut. ff. de poſtul. l. 1. in prin. Et licet alibi ſint territoria, tn̄ cū non ita ampla ſicut in Apulia, magna æqtas vr̄, vt de paſcuis modici tpis unius diei, & unius noctis non cureť, ꝓ quo eſt. ff. de impe. l. oīno. cōmo. l. in reb. §. pn̄t. & ſuſtinere debeo in meo, qđ tibi ꝓdeſt, & mihi non nocet, ut ff. de euict. l. interdicere. ¶ Nocumētum quaſi nullū eſt de herbis naſcentib. in terra: nam ſi alia aīalia

nus, iniuſtè, vel capere, vel tractare. Sed ſi oues, vel aīalia de vna cōtrata in aliā ducta fuerint in tranſitu, ſi vna die tm̄, vel vna nocte, & nō vltra in terra alicuius paſcua ſumpſerint, non liceat dño illius terræ, vel Baiulo eiuſdē loci aliqd inde accipere, ſed ſine impedimēto, vel datione aliqua aīalia ipſa dimittat tranſire: Si verò aīalia alicuius in terra alterius longè a cōtrata ſua p diętā vnā, vel duas inuēta fuerint, ſi qdem laborib. vel fructib. dānū intulerint iuxta æſtimationē pborū hoīum dñs aīalium, dño laborū, vel fructuū damnū reſtituat, & in nullo alio teneat̃. Si quidē aīalia inuenta fuerint nō inferentia damnū, ſed paſcentia, & inuenta, fuerint cū paſtore & cuſtode eorū. Si dñs terræ, in qua inuēta fuerint, voluerit eis paſcua in terrā antea concedere, accipiat ab eis affidationē iuxta affidaturam, q̃ recipiūt alij vicini eius † & nihil aliud. Si verò noluerit eis paſcua impartiri, iuxta * affidaturā, q̃ recipiunt alij vicini eius, qui affidaturā accipiunt ad ſacr̃m illius, qui aīalia cuſtodierit de tot dieb. quot ibi paſcua acceperint, ad rōnem totius anni affidaturā recipiat, & non aliud, & ea ſine impedimento abire pmittat. Si verò ſine paſtore inuentá fuerint, ſi quidē aīalia ipſa vltra decem dies in terra ſteterint accepto ſacr̃o [a] a dño, vel paſtore, ꝙ ipſi p̄dicta aīalia in terram ipſam nō duxerint, nec per conſciētiam ſuā ibi inducta fuerint, ſine aliqua datione, dñs de terra ipſa aīalia in pace abire pmittat. Si aūt vltra decē dies * ibi paſcua ſumpſerint, ſicut p̄dictum eſt, iuxta affidaturam, q̃ recipiunt aliqui conuicini ſui, vel eorum, qui affidaturā recipiunt, ad ſacr̃m illius, qui aīalia ipſa cuſtodierit, de tot dieb. quot ibi paſcua ſuſceperint, ad rōnē totius anni affidaturā recipiat, & nihil aliud, & ea in pace abire pmittat.[b] Inter conuicinos, & cōuicinales ſtatutū eſt, Vt ſi aīalia vicini in terra alicuius cōuicini, & cōuicinalis ſui in fraudē vicini i die, ac nocte paſcua ſumpſerint, vicini, in cuius terra paſcunt̃, oſtēdant illud vicino ſuo cuius aīalia fuerint, una vel duab. vicibus corā viris bonæ opinionis, vt illud emendet. Qd̄ ſi nō emēdauerit & deinde in terra ſua aīalia inuenerit, ſicut p̄dictum eſt, & de alijs eſt ſtatutū iuxta affidaturā, q̃ recipiunt alij vicini eius, qui affidaturam recipiunt, ad ſacr̃m illius, qui aīalia cuſtodierit, de tot diebus quot ibi paſcua receperint, ad rōnem totius anni affidaturam recipiat, & nihil aliud. Huius aūt conſt. nrę [c] quicunque temerarius violator extiterit, poſt iram nr̃i culminis, amiſſionem pſonę, & publicationem bonorum oīum ſuſtinere debebit. Si ſomerarij, vel bordonarij, vel alij cuſtodes aliquorū aīalium ducentes animalia in tranſitu aliquo modo in terram alicuius, aut nemus diuerterint, & damnum in eo nō fecerint; ſed fortè de nemore tortā aliquam vel virgā īciderint, a dño ipſius terræ, vel nemoris nō impetant̃, nec in aliquo inde teneātur, ſed ſine impedimēto aliquo trāſire dimittantur.

† *Aliàs, magis cō muniter habetur, iuxta qd̄ inter eos poterit conueniri.*

● ADDITIO. *Adde ꝙ fida dicitur ius herbagij, vt declarat Luc. in l. nihil, nu. 9. C. de pala. ſacr. larg. n. 9. Diffida verò dicitur pœna, quæ exigitur p cōtrauentione bāni emanati a Barone, vt p Mar. Frec. in 46. autho. Bar. f. 232. nu. 11.* De B.

a *A domino.* Scilicet, aīalium, uel paſtore, ut ſup. eod. per dñm loci.

● ADDITIO. *No. ꝙ hodie dominus poteſt capere beſtias pro diffidatis, cum publicè, & communiter ſit prohibitus ingreſſus, ut etiā ſentit Andr. hic, vide tamen Bar. & alios ī l. hoc amplius. §. de his. ff. de dam. infec. & Cæpol. in tract. ſer. ruſt. pręd. in c. de iure paſcendi, col. 10.* De B.

b *Inter cōuicinos.* Hoc accipe, niſi illi cōuicini hērent inuicē ius paſcēdi, uidelicet, territorio inuicē cōia, ut ibi ius paſcēdi hērent, ut ff. ſi ſer. uē. l. teſtatrix. §. plures. de qua cōmunione frequenter uidi in magna Curia magnas cōtētiones inter caſtra cōfinia.

c *Quicunq; temerarius.* Pęna iſta corrigit̃ j. de aīal. dā. inſer. in cōſt. 2.

● ADDI-

ANDRÆAS DE ISERNIA.

darent damnū laborib. & fructib. ob eorū emendā tenent̃ dñi aīaliū, ut in ea conſt. §. ſi uero aīalia. ¶ Quantūcūq; ergo hēat dñs caſtri defenſam antiquā in territorio ſuo, ſeruabit̃ hęc cōſt. niſi dānū daret̃ fructib. & laborib. ſuis: & niſi uellet paſcua † p ſe, & ſuis, nec ſufficeret pro alijs, tunc poſſent uetare, & prohibere, ut aīalia alterius non ſumant ibi paſcua, ut p̄dicitur: p quo eſt arg. ff. de ſer. urb. præd. l. diuus. Sed ſi aīalia immittens non fuit prohibitus ſeruaret̃ hæc conſt. de cuius pmiſſione in alienis paſcuis immittit aīalia: aliter non potuit, nec debuit diuinare phibitionem, ar. ff. man. l. ſi fideiuſſor. §. 1. ad l. Aqui. l. ſi putator. Secus ſi publice prohibitio facta erat. ff. de inſti. l. ſed ſi pupillis. §. proſcribere. p̄ſentes in loco, qñ prohibitio facta fuit, non poſſent prætendere ignorantiam. Aliud in abſentibus, & extraneis. ff. de decre. ab ordi. fac. l. fin. Intrans poſt prohibitionem tenebitur iniuriarum, ut not. in dicta l. diuus. uel ad pœnam moderatam impoſitam, hoc eſt quod dicitur iuxta l. ſaltem datam. d. l. 2. de noxa.

† ADDITIO. *De conſuetudine paſculandi multa bona per Dec. conſil. 550.* De Bottis.

C*Vm per partes Apuliæ.* In tex. ibi, inter cōuicinos. Ex iſto ver. notabis, ꝙ mitius agit̃ cū uicino, q̃ cum remoto, nā hic p una, uel duab. vicib. aīalia uicini ſine fida admittunt̃. fit tñ reqſitio, ut emendet, recurre ad remedia iuris, ar. ff. de ſer. urb. præd. l. qdā Hiberus, & no. ēt ꝙ loquit̃ de conuicinis. Per qd̄ patet, ꝙ ſunt territoria diſtincta, & limitata, alias ſi eſſent cōfuſa, & indiſtincta, dicerētur cōia, ar. ff. fini. reg. l. ſed ſi loci. §. ſi cōem. ¶ Quæro hic, qd̄ ſæpe contingit, conuicini duorū confinantiū caſtrorū habent ius paſcuæ, & aquæ ſumēdæ cōe. Aīalia alicuius de uno ipſorū caſtrorū dant damnū ſegetib. alterius de alio caſtro. q̄ritur ſm cuius caſtri legē fiet emēda? ſcd̄o q̄ro coram quo iudice cōuenietur, utrū corā iudice ſuo tm̄, an corā iudice illius loci, ſeu caſtri, ubi damnū dedit? ¶ Ad primum rñdetur, ꝙ ille, q damnū dedit, defendet ſe iure ſuo, & lege qua utitur terra, ubi habitat, ut no. in Lom. ut Ro. po. qua in l. 1. & dicat de hoc, ut no. ff. de eo, ꝙ cer. loco. l. arbiter. in gl. alio ca. circa fi. ¶ Ad ſm rñdetur, ꝙ eſt ī electione actoris coram quo uelit eū cōuenire. ff. de iud. l. hæres abſens. §. fi. cū l. ſeq. ¶ Vlterius q̄ro iuxta p̄dicta, quo modo pōt hm̄oi ius paſcui, & aquæ conſitui in terris uniuerſitatis duorum caſtrorum: ſcd̄o an poſſit tale ius p̄ſcriptione p uniuerſitatem acqri: tertiò qd ſi alicui de uniuerſitate non ſeruetur illa libertas paſcui, & aquæ ſumēdę, nunqd videatur interruptū ius vniuerſitatis, ut p hoc ipſa uniuerſitas conueniri poſſit, & an ille cōqueri poſſit? quarto ꝙ ius ſeu q̄ ſeruitus dicatur iſta cōis paſcuorū, & aquæ? ¶ Et ad primū rñdet̃, ꝙ pōt uno mō conſtitui inter eos, ut legit̃. ff. ſi ſer. uend. l. teſtatrix. §. plures ex municipib. Pōt ēt hoc conſtituere princeps qui hēt locorū territoria diſtinguere, ſicut Papa diœceſim. 13. q. 1. c. eccleſias ſingulas, & pōt unire, & cōiungere, ut in Auth. ut nulli iud. § illud tñ decernimus. Sic & Papa ext. de priuil. c. ſicut, unire pōt, & diuidere. ff. de aſſ. l. ſi eadē. & beneficia zonā in eis inſtituere prout vult. arg C. de oī agro deſer. l. q fundos. ¶ Ad ſm rñdet̃, ꝙ ſicut uniuerſitas pōt poſſidere, ergo & p̄ſcribere. l. ſed hoc iure. ff. de acq. poſ. ¶ Ad tertiū vr̃ dicendum, ꝙ ille moleſtiam patiens conqueri poſſit, nā uſus illius cōpaſcui, & aquæ vr̃ eſſe ſingulorum de uniuerſitate, dū remanet in ea, arg. ff. de coll. illici. l. 1. §. ult. & qd̄ ibi no. in glo. qd̄ ergo erat, &c. & qd cuiuſq; uniuerſitatis noīe. l. ſicut. §. ſi qd. in gl. ſed ſi diſſoluat̃, in fi. ibi, ꝙ facit ad uſum nemoris, &c. Sed arg. contra. ff. de rer. diui. l. in tm̄. §. uniuerſitatis. & ff. de in ius voc. l. ſed ſi hac. §. qui manumittit̃. Sed quo ad q̄dā illud eſt verum. l. ut libertus uocet ciuem, ut tollat̃ impedimentū conueniendi ciuem de ſuis actib. Et in ſeruo iō dr̃ poſſe torqueri, ut tollat̃ impedimentum ueritatis inquirendæ, ut no. in p̄all gl. ff. de colleg. illic. l. 1. & aget iſte aliquo interdicto, de quo dic, ut no. ff. de ſer. l. quotiēs, la 2. ¶ Ad quartū vr̃ dicendū, ꝙ nō ſit ſeruitus p̄dialis hincinde, ſed quoddam aliud ius ab altera uniuerſitate, alteri inuicem conceſſum. ff. de ſeru ruſt. præd. l. pecoris. & qd̄ ibi no. & l. ergo. & l. ueluti. & qd̄ in eis no. ¶ Sed tunc q̄ro q̄to tpe durabit illud ius inter eos? nunqd tanto tpe, q̄to durat uſusfructus ciuitati relictus? patet. ff. de uſufr. l. an vſuſfru. Poſſes dicere, ꝙ duret in æternū, donec uniuerſitas ipſa durat. ff. de cenſib. l. forma. §. q̄ q̄. & qd̄ ibi no. ¶ Sed ſi eſſet cōtrouerſia de hoc iure paſcui, qualiter pbabit̃ ius conceſſum? hīnde, uel veris probōnib. ut ff. de ſerui. l. uia. & Inſt. de ſerui. § ult. uel alijs pręſumpt. ex curſu, titulis. qd̄ dic, ut ext. de uer. ſig. c. Abbate, & ff. ſi ſeruitus uendicet̃. l. ſi qs diuturno. & l. ſeruitutes. ff. de ſeru. in quib de hoc. ¶ Sed pone, qd̄ vnum ex illis caſtris eſt deſtructum, quia incolæ pp guerram, vel aliā cām receſſerunt, hoīes alterius caſtri volunt ſumere paſcua more ſolito in territorio caſtri deſtructi, nunqd poſſint? Dicas, ꝙ ſic, imò durat in eternum, ut ſ. Quia q̄tum ad caſtrum, ꝙ inhabitatum eſt, illud ius cōitatis eſt peremptū. ff. qui. mo. uſuſfr. amit. l. ſi uſuſfructus. ſed q̄tum ad ciues alterius caſtri, in ppetuum durat, cum idē populus videat̃, ut no. in præall. §. q̄ q̄. Nam licet ciues vterentur illo iure, nō tñ ius priuatorum erat, ſed publicum. ff. ne quid in loco publi. l. 2. §. uiarum. Vnde cū illud ius fuerit ciuitati quæſitum, non extinguit̃ cum perſonis,

De animalibus inuentis in damno.

TITVLVS LVI.

Animalia capta in vineis, & poſſeſſionibus damnum facientia ſufficit Baiulo aſſignari. h.d. Lallus de Thuſcia.

† IMPER. FREDER.

† *Aliàs, Idem.*

• ADDITIO. *Nota quòd hac constitutio corrigit.l.Quintus. ideo hodie introductũ eſt, quòd Barones habẽt ius intercipiendi animalia inuenta in territorio eorum, nam hic conceditur capienti facultas conſignãdi dominis Caſtrorum, ſeu baiulis: ergo, quando ad eorum inſtantiam interripiũtur iure licito retinentur, donec eis ſoluatur ius ſuũ.* De Bot.

ANimalia * in vineis,& poſſeſſionib. cuiuſlibet dãnũ facientia intercepta, locorum baiulis,ſeu dñis,vt p eos illati damni reſtauratio ſubſequať,ſufficiat aſſignari,cõſtõne regia, q̃ ipſa ꝓuinciarũ Iuſtitiarijs aſſignari dẽre mandabat, in hac parte remota. Notũ diſpendiũ eſſet pp damnũ fortè modicũ prouinciam circuire. Nec Iuſtitiarij de talib. etiam, prout prædeceſſorum noſtrorum,& noſtris conſtõnib.eſt expreſſum,intromittere ſe debent.

De pœna eorum, qui affidaturas infringunt.

TITVLVS LVII.

Secundum qualitatem culpa eſt imponenda pœna: rex Rogerius in conſtitutione, cum per partes Apuliæ, impoſuit nimis exceſſiuam pœnam, videlicet mortis, & publicationis omnium bonorum, dominis territoriorũ ſuorum capientibus; & detinentibus animalia aliena in eorum territorijs, & exigentibus in caſu non permiſſo a cuſtodibus, vel dominis animalium. Et vltra fidem non debitam, ut dicitur in ſupradicta conſtitutio. cum per partes Apuliæ. Et ideo hic Imperator Freder. tollit dictam pœnam, & loco eius ſubrogat pœnam quadrupli regio fiſco ſoluendam vna cum reſtitutione domino animalium eius, quod indebitè exactum eſt ab eo. hoc dicit. Matthæus.

† IMP. FREDER.

† *Aliàs, Idem.*

VT delicti fines pœnę crudelitas non excedat capitalem pœnam, & publicationem bonorum omnium ſtatutam in eis, qui affidaturarũ occaſione etiam paſcuorum homines in animalibus ſuis vltra licitum,& in rebus alijs grauare noſcuntur, diuæ memoriæ regis Gulielmi prædeceſſoris noſtri cõſtitutionem ſancitam,competenti moderamine moderantes, Decernimus eos,qui occaſione prædicta ultra licitũ aliquid accipiunt ab hominibus, uel animalibus, uel rebus alijs,homines,quorum animalia fuerint grauare tentauerint,in quadruplũ eius, quòd taliter extorquere præſumpſerint, fiſco noſtro ſoluendum, fore mulctandos, ita uidelicet, ut dominis ſic iniuſtè exacta reſtituant,& ſolidum quadruplum Curiæ noſtræ componant.

Quòd nil poſt indemnia equitatorum paſcua de agro liceat alicui aſportare.

TITVLVS LVIII.

Permittitur itinerãtibus animalia fatigata immittere in agrum, & in ſegetes alienas, ita tamen, ꝙ pedes poſteriores aĩalis ſint in uia, vel in loco non laborato, dum tamen ꝙ de frugib. nihil aſportet. h.d. Lallus.

† IMPER. FREDER.

† *Aliàs, Idem.*

SI qñ neceſsitate cogente contigerit aliquẽ cũ equitaturis ſuis, aut quibuslibet aĩalib. forſitan oneratis ex itinere(ꝓut aſſolet)fatigatis, in alterius agrũ frugib. plenũ velle diuertere, dũ fortè herbas alias, vel fœnũ p loca ipſa nõ inuenerint, vnde aĩalia ſua ualeãt cõfortare, oẽm materiã ſibi p̃cidimus malignandi: Statuẽtes,ꝓut in aliquib. imperij nr̃i partib.obſeruať,ut nõ niſi medietatem equi,vel cuiuſlibet alterius aĩalis in agrũ ipſum intromittere audeat,ita,ꝙ poſteriores pedes aĩal ipſum in uia,uel in loco nõ laborato teneat,& anteriores in agro: Ita tñ,vt nihil oĩno de ſegetib. ipſis ad hoſpitiũ ſuum deferat,ſed eo cõtentus ſit tantũmodo,q̃d paſcẽdo equus aſſumpſit.

De noua militia.

TITVLVS LIX.

Non poteſt quis militare, quando non eſt de genere militum ex parte patris. Item homines vilis conditionis prohibentur, ne ſint iudices, vel notarij. h. d. ſecundum Andr. de Iſer. hic. Vel ſic, quod bonum eſt, approbandũ eſt, & ꝙ malum eſt, reſpuẽdum eſt. Item boni non ſunt exaſperandi, & mali non ſunt beneficio fouendi, & hac ad iuſtitiam pertinent. Et poſtea ponitur edictum, ut nullus arripiat nouam militiam, niſi ſit de genere militum, & homines vilis conditionis non aſſumentur ad officia publica. h. d. Matthæus.

REX ROGERIVS.

DIuinæ [a] iuſtitiæ conſentiẽtes probanda probamus, & contraria refutamus: ſicut enim nullatenus ſpernendi ſunt boni, ita beneficio nõ ſunt fouendi mali. Sancimus itaque, & tale proponimus edictum, vt quicunq; nouam militiam acceperit, ſiue quocunq; tp̃e arripuerit contra Regni beatitudinem, pacẽ, atq; integritatem, a militię noĩe.& profeſſione penitus decidat, niſi fortè [b] a militari genere per

De noua militia. Rub.

[a] D*Iuinæ.* Hæc conſili.& ſequens ꝓhibet militare ignobiles ſine ſpeciali licentia Principis, concor.C.de re mili.l.2.& eadem eſt prohibitio, ne homines uilis conditionis, puta, villani, vel filij clericorum fiant iudices: & merito ſic coniunguntur, q̃a militant patroni cãrũ, vt C.de ad uo. diuer. iudic. l. aduocati. & ratio huius legis,& prohibitionis eſt: quia ſæpe ſolet filius, &c. ut argu. ſup. de ædil.edic. quod ſi nolit.§.qui mancipia.

b *A militari genere.* No.ꝙ non põt militare q nõ eſt de genere militari,ut i Auth.de mãd. Princ. §.fi. & intelligit de gñe militari ex parte patris. ff.de ſena.l.liberos, in fi.& no.C.lib. 12.de dig.l.1. ¶ Et no. quòd multa requirunt in milite, quæ no.ibi.& ff.ex quib.cau.ma.l.pe.

De honore

ANDRÆAS DE ISERNIA.

perſonis,ut no.in d.§.quãquam. & l.ætate, in fi.& optimè facit.ff.de aqua quoti.& æſti.l.1.§.pe.cum.n.vniuerſitas ipſa per præſcriptionẽ q̃ſiuerit ſibi ius aquæ,& cõpaſcui a modo ſine facto ſuo,ab ea euelli non põt, vt in reg.id quod noſtrum.ff.de reg.iur. Barth. de Cap.

¶ In princ.idem dixit D.And.in c.dilecti,de arbi.ſi ab eo tẽpore ſit conſuetudo præſcripta,quòd homines vnius caſtri paſcant in alio territorio.quod exclamat Lud.in §.de viro.in 39.fal. Vidi tamen dubitari,quòd ſi ſit conſtituta ſeruitus paſcendi,& continuata tanto tempore,in cuius memoriam, &c. an dominus territorij indigens pro ſe ipſo poſſit a ſeruitute diſcedere,fuit de facto. Diomed. Maric.

De animalibus inuentis in damno. Rubrica.

A*Nimalia.* Hic corrigit in uno legem præcedentem,peruenit, quia ſufficit aſſignare Baiulo. Aliud eſt de iure ciuili,quod non poteſt capere,vel includere.ff.ad l. Aquil.quamuis.ſed cauſa cuſtodię dicit Rofre. quod poteſt includere in tit. de act.in ſa.de pauperie.

De pœna eorum, qui affidaturas infringunt. Rubrica.

V*T delicti fines.* Et hæc in uno corrigit conſtitutio.cum per partes Apuliæ.in eo,quod ſtatuit eſſe pœnam mortis, & publicationis bonorum. Hæc autem ſtatuit pœnam quadrupli. Pœna enim et proportionari culpę.C.de pœn.l.ſancimus. Nã ſecundum quantitatem peccati erit & plagarum modus. Deuterono.35.

Quod nil poſt indemnia equitatorum paſcua de agro lic.&c. Rub.

S*I quando neceſſitate.* Pulchra ordinatio in caſu neceſſario,qñ nõ inuenit vnde poſſint animalia cõfortari,ut animal nõ pereat, põt immittere in ſegetẽ alienã aĩal,ut teneat pedes anteriores tñ in loco ſegetis,& ſumat paſcua,non tñ,ꝙ aſportet ſecum nã tempore neceſſitatis omnia ſunt communia.i.cõicanda.ff ad l.Rhod de iac.l.2.§.placuit.86.diſt.paſce.de conſec.diſt.5.diſcipulos. extra de fur.c.ſi quis.& 47.diſt.ſicut.vbi dicit gl. ꝙ Eccleſia coget abũdantẽ ſubuenire egẽti.

De noua militia. Rubrica.

D*Iuinæ.* Non põt quis militare, qñ non eſt de genere militum ex parte patris. Item hoĩes vilis condõnis prohibentur ne ſint iudices, vel notarij, ſic .l. px.nã plerumq; ꝗs malus, ſi ſit de gñe malo,& bonus ſi de bono.ff.de alim. & cib.le.l.cũ minus.de ædi.edi.l.q̃d ſi nolit.§.qa aſſidua.& C.de cohor.l ſi coacta.lib.12.ad l.Iul.ma.l.ſi qs.

D*iuinæ iuſtitiæ.* In gl. Non poteſt quis militare qui non eſt de genere militum ex parte patris. Hoc in Regno Siciliæ non ſeruatur, ſed bene audiui ſeruari in Regno Franciæ. Barth.de Capua.

De honore militari iudicis, & notarij. *Rubrica.*

a *COnſtitutione. De genere militum.* Nā Decurionum honorib. plebei fungi non poſſunt, vt ff. de Decur. l. honores. §. is qui.
b *Dignitatē militarem.* No. ergo, q̄ ſimplex militia eſt dignitas, ut ſ. de iniu. vt dignitatū. in medio. ibi æquū eſt, &c. ſed iure Rom. ſecus, vt no. C. li. 12. de equeſt. dignitate l. miles. in gl. q Romā, &c. p l. C. qui mi. nō po. l. fi. circa princ. & facit. ff. de re mil. l. 2 ¶ Et no. q̄ huiuſmodi honor vſq; ad pronepotē extenditur, vt ibi extraord. not.
c *Vt dictum eſt.* Vt ſup. de prob. proſequentes.
d *Qui uilis condōnis ſit.* Et hoc iō, ne offm̄ iudicatus, uel notariatus habeatur in contemptu, & in iniuria potius, quam in honeſtate iaceat.

Additio. *Ad rōnē huius tex. quā ponit glo. in uer. uilis, adde rōnē & mentē c. Regis Ladiſlai, nō ſine. in ca. 191. & dicta per me ſupra in cō ſti. inſtrumētorū robur. & an notariatus ſit dignitas, & quādo de iure cōi, & de oi materia? vide per Card. in cōſ. 2. inc. ſpurius. de fi. inſtr.* Ceſ.

† *Aliàs, Idem.*

Additio. *Adde an notariatus ſit officiū, uel dignitas. uide in l. ſi quis. C. de man. Prin. gl. in l. generali. C. de tab. li. 10. & ibi Bar. Fallit in notario Principis, qui dicitur habere dignitatē, vt in l. 1. C. de mand. Prin. Fallit & ſecundo ſi in eius creatione, vel priuilegio ſint appoſita hæc verba. Et iudex ordinarius, quia per hæc verba confertur ſibi dignitas ſecundum Io. de Plat. in l. uniuerſos, in vlt. col. verſ. item & alio caſu. C. de decurio. lib 10.* Superant.

Si. n. ad huiuſmodi officia uiles eligerentur, iā confirmarentur magis propter miſericordiam. i. paupertatem, q̄ propter electionem. i. bonitatem, nec inſtr̄is, & geſtis aliorum fides haberetur, quia non eſſent fide digni propter utilitatem eorum, qui ipſa conficerent, & iſti tales ita ſubiacerent voluntatib. maiorum, & potentium, ut non eſſent auſi conficere, uel edere inſtr̄a, uel monumenta, niſi ſecundum nutum maiorum ſuorum, & maxime, quando maiores tangerentur, ut in auth. de defenſoribus ciuitatum. in princip. & §. 1. & §. non ualent.
e *Villanus, aut angarius.* No. villani, & angarij nō pn̄t creari iudices, vel notarij, ut hic. & hæc conſtō vr̄ loqui indiſtincte. Sed conſtō ſ. de iud. l. 1. in locis Demanij, idē de filijs clericorū, ut hic, & ibi, quod vltimū erat de iure Longo. qui ho. in cle. fil. da. proh. Luna, in fi. libri. iſtis. n. filijs maiorū ſuorū exēpla p̄iudicant, ut C. de coha. cle. l. ſi coarctalis. ſic ecōtra bn̄ficiū ad filios, & nepotes ipſo ordine ſanguinis deferr̄.
f *Item filij clericorum.* Sicut nec ipſi clerici, ut ſupra de inſtru. ſolu. inſtrumentorum robur. in fine.

De falſarijs. *Rubrica.*

g *QVi literas.* Amodo vſq; ad finem libri tractatur de maleficijs criminaliter puniendis & circa hæc non multum inſiſto, quia in maiori parte ſunt de iure communi, licet in quibuſdam pœna augmentetur, uel releuetur, & econtra, ad rub. de medi. & loquitur de falſitate finienda pœna capitis. Sed de iure ciuili eſt deportatio, & omnium bonorum publicatio, ut eo. l. 1. in fi. ſed in crimine falſæ monetæ obtinet hæc pœna. Item tractatur de illorum fraude qui male medicamenta conficiunt. & de pœna adulterij.

Additio. *Adde Io. de Ana. in c. ſignificaſti. de adult.* Superan.

ſucceſſionem duxit p̄ſapiā. Idemq́; ſtatuimus de ſortictib. cuiuſcunq; p̄feſſionis ordinē, vt puta ſi authoritate iudicis obtinuerit, ſiue notarij officium, cæteriſque ſimilibus.

De honore militari iudicis, & notarij.

TITVLVS LX.

Nullus dēt aſpirare ad honorem militarē, niſi duob. concurrentib. videlicet, q̄ ſit de genere militum, & cū licentia, & mādato Regio. hoc edictū, non trahatur ad milites præteritos factos, qui non fuerunt de genere militū, nec facti fuerunt milites de mādato regio, dū modo dicti milites præteriti viuant more militari, prout in conſt. proſequentes, dictū fuit. Item præſenti edicto ſtatuitur, ut nullus admittatur ad iudicatus, uel notariatus officiū qui ſit uilis cōdōnis, puta uillanus, aut angarius, aut filij clericorū, aut ſpurij. h. d. Mat.

† REX ROGER.

COnſtōne [a] pn̄ti in poſterum valitura ſancimus, vt amodo ad militarem honorē nullus accedat, qui non ſit de genere militum, ſine manſuetudinis noſtræ licentia, pariter & mandato. Militib qui hactenus cōtra p̄hibitionem diuę memoriæ aui nr̄i dignitatem fuerint militarem adepti, ex ſerenitatis noſtrę gr̄a ſuam retinentib. [b] dignitatem, dūmodo viuant militariter [c] vt dictum eſt. Pn̄ti ēt edicto illud edicimus, vt iudex, vel notarius publicus aliquis, [d] q. vilis condōnis ſit, [e] villanus, aut angarius forſitan. [f] Item filij clericorum, ſpurij, aut mō quolibet naturales, in poſterū creari non poſſint, aut aliquatenus p̄moueri.

De falſarijs.

TITVLVS LXI.

Si quis literas Regis mutauerit, aut notū ſigillū regis falſificauerit illud apponendo in literis Regis, capitaliter debet puniri. h. d. vel ſecundum And. punitur capite, qui falſificat literas, & ſigillum Regis. h. d. Matthæus.

† REX ROGER.

QVi [g] * literas regias, aut mutat, aut eas [h] noto ſigillo ſignat, capitali ſententia feriatur.

De cudentibus monetam adulterinam.

TITVLVS LXII.

Faciētes falſam monetā, & conſentientes, uel illam accipientes ſciēter, puniuntur pœna capitis, & publicatione bonorum. h. d. Mat.

† REX ROGER.

ADulterinam [i] * monetā cuden-

Et lenocinij.

Additio. *Adde gl. in uer. inter liberos. i §. 2. ff ad l. Iul. de adul.* Sup.

Et de incendiarijs.

Additio. *Adde l. fi. ff. de incē. rui. & nauf. l. ſi quis dolo. ff. ad l. Corn. de ſic. gl. in c. cū deuotiſſimum. 12. q. 2. Doct. in c. tua, de ſent. excō.* Sup.

De pęna aleatorum, de pęna blaſphemantiū Deum & Virginem.

Additio. *Adde in Auth. ut nō luxur. cōtra natur. §. & quoniā. c. gd ergo 23. q. 2. tex. & gl. in §. authoritas. de pœnitē. diſtin. 4. Doct. in c. ſtatuimus. de cler. percuſ.* Sup.

De pęna piurij, q̄ eſt manus, licet de iure cōi a Deo pęnam expectat.

† *Aliàs, Idem.*

Additio. *Adde gl. ſumma 12. q 1. gl. fi. in c. quāto. de iureiu.* Sup.

Et de pœna uiolantium ſepulchra, in quib. omnib. qn̄ ſm̄ iuscōe p̄cedatur. Quid de nouo ſpāliter obſeruet, cuilibet patere pōt in lr̄a, & iō cā breuitatis omiſi.

Qui literas. No. qd̄ multis modis deprehenditur falſitas in literis, & ſigillo, qui omnes enumerātur extra de crim. fal. c. licet. & extra de fide inſtr. c. inter dilectos. & dic plenè, ut ibi, & ſuper hoc, ut no. extraord. in l. maiorem. C. eo.

† *Aliàs, Idem.*

Qui literas Regis. Bene dicit Regis, vt C. ad l. Cor. de fal. l. maiorem, & l. ubi, ad fi. & C. de diuer. off. l. fi. ad fi. li. 12. ſed in alijs literis falſitatis eſt minor pœna, ut ff. ad l. Corn. de ſal. l. qui nomine.

* Additio. *Vide Gram. in deci. 27. Affli. in deci. 21. & per Capit. in deci. 30. Boer. in deciſ. 82. & de ſigillo per Aymo. cōſ. 46. & an habeat locum in mandante, Afflic. in vltima deciſ. ver. vltima difficultas.*

Vide ad materiam Afflic. in conſtit. duram, & diram. ſup. lib. 1. col. 1. & 2. & eundem deciſ. 21. & 404. & Modern. in c. regni, ut quæ ab excellentia. fol. 88. num. 19. cum ſeq. & Gram. d. deciſ. 27. ubi an habeat locum in mandante, & in falſante literas Proregis. De Bottis.

h *Noto ſigillo.* Vt arg. ff. de diuer. reſcri. l. ſacri affatus. in fi.

De cudentibus monetam adulterinam. *Rubrica.*

ADulterinam monetam cudentibus. Ita quod in totum compleuerint. nam licet inſtrumenta quis adhibuerit ad faciendam falſam monetam, & iam facere cœperit, ſi tamen non in totum perfecerit, ſibi parcitur pęnitenti, ut ff. ad l. Cor. de fal. qui falſam. in princ.

Additio. *Adde l. ſi quis. & ibi gl. & Cy. C. de fal. mone. & Bart. in d. l. qui falſam. ff. de falſis. gl. & ibi Io. And. in c. quanto. de iureiuran. Et quid ſi aliquis cudit bagatinos, an puniatur lege de falſante monetam, vide per Alex. de Imo. conſ. 104. incip. ſtatutum loquens, in 1. vol.* Sup.

* Additio. *Vide Alex. in conſ. 104. vol. 1. vbi de falſificante monetam minimam, & expendibilem, & Moder. in c. regni, vt quæ ab excellentia.*

ANDRÆAS DE ISERNIA.

De honore militari iudicis, & notarij. *Rubrica.*

COnſtitutione. Sic ſupra l. proxi. ¶ Et addit quod uiles perſonæ, vel villani, uel angarij, filij clericorum, & ſpurij naturales ſiue baſtardi non poſſunt eſſe iudices, vel notarij, ſic in ult. l. li. Longo.

Additio. *Adde Sal. in l. 1. C. de manda. Princip. Doct. in c. per venerabilem, qui filij ſint legiti. Ang. conſi. 287. incip. prætermitto. Et an teſtes poſſint eſſe Doctores? vide per Bal. in cap. innotuit. de elect. Cardin. in proœm. cle. in 3. q.* Superantius.

Ratio eſt, quia officium vilificaretur exinde. quod dic, ut in gloſ. Sic nec clerici poſſunt eſſe iudices, uel notarij, ut l. inſtrumentorum robur, in fine.

De falſarijs. *Rubrica.*

QVi literas. Punitur capite qui falſificat literas, & ſigillum regis. C. de diuer. reſcrip. l. ſacri affatus. C. de fal. l. maiorem.

Additio. *Adde c. ad falſariorum. & ibi Doct. de crim. falſi.* Sup.

Et multis modis deprehēdir̄ falſitas in lr̄is Papæ. ext. de cri. fal. c. licet. Et ſi iudex, vel alius ad quē huiōi literæ portātur rōnabiliter habeat eos ſuſpectos, pōt eos incarcerare. 19. alias 18. di. c. in memoria. & mittēdi erūt ad principē, vt de falſitate puniant̄ ext. de reſcr. c. 2. in fi.

De adulterina moneta. *Rubrica.*

ADulterinam. Concor. C. de ſal. mo. l. 2. In cudēte bene ſedet hęc pœna, ſed in accipiente, & utente ſcienter, ſatis eſt grauis, & pro

tib. [a] Vel ſcienter accipientib. pęnã capitis irrogamus, & eorum ſubſtantiam publicamus. Conſentientes etiam hac pœna ferimus.

De raſione monetæ.

TITVLVS LXIII.

Quicunque pecuniam auream, vel argenteam raſerit, uel quocunque modo minuerit, condemnetur ad mortem cum publicatione bonorum omnium. h.d. Matthæus.

† REX ROGERIVS.

QVi [b] nummos * aureos, vel argẽteos [c] raſerint, vel quocunque modo minuerint, tã perſonas eorum, q̃ bona omnia publicamus.

De falſis inſtrumentis vtentib.

TITVLVS LXIIII.

Qui in iudicio, vel extra vtitur inſtrumento, quod ignorat eſſe falſum, non tenetur pœna falſi, ſubaudi ſi deſiſtat ab vſu ipſius inſtrumenti, vt in l ſi falſos. C. ad l. Corne. de falſis. h.d. Matthæus.

† REX ROGERIVS.

QVi falſo inſtr̃o neſcius vtitur, falſi crimine non tenetur.

De falſitate cuiuſlibet in teſtibus producendis.

TITVLVS LXV.

Qui inſtruit teſtes ad deponendũ falſum teſtimoniũ, condẽnabitur pęna falſi. h.d. Mat.

† REX ROGERIVS.

QVi [d] falſitatem aſtruxerit teſtibus, falſi [e] pœna coercetur.

De celantibus teſtamenta.

TITVLVS LXVI.

Celator teſtamentorum publicorum, & delator falſi pœna tenetur. h.d. Lal. de Thuſ.

† REX ROGERIVS.

TEſtamentorum publicorum delator, celator, prouiſor eadem pœna tenentur.

De paterno teſtamento deleto.

TITVLVS LXVII.

Si filij teſtamentum patris aboleuerint ad effectum, vt ei ſuccedant ab inteſtato, debent priuari hæreditate paterna. h.d. Mat.

† REX ROGERIVS.

SI quis patris teſtamentum aboleuerit, vt quaſi ab inteſtato ſuccedat, patris hæreditate priuetur.

De indicijs.

TITVLVS LXVIII.

Iudex in pœnis infligendis multum debet conſiderare qualitatem perſonæ, quia qualitas perſonæ interdum facit quod grauetur pęna, interdum quod alleuietur. h.d. Matth.

† REX ROGERIVS.

QValitas perſonæ grauat, & releuat pœnam falſi.

---

lentia. fol. 88. vbi late de materia huius conſtit. & etiam an clericus pro hoc delicto poſſit puniri a iudice ſeculari, & an nummus nõ legitimi ponderis, dicatur falſa moneta, & an creditor teneatur illam recipere pro quanto valet. vide Tiraq. de retrac. lignag. §. 1. gl. 20. nu. 13. vide etiam Couar. in lib. pract. qq. in tit. numiſmatum c. fin. per totum, & ibi de expendentibus falſam monetam. De Bottis.

Et no. q̃ dicit adulterinã, ſic C. de fal. mo. l. 1. in prin. videlicet, cũ aliquis priuatus authoritate propria aureum, vel æreũ nummũ figurat, & inſculpit, & figura ſiue forma imprimit cudendo, & percutiẽdo materiã auri, uel æris: & ita fabricat nũmus: qđ eſt oĩno priuatæ pſonæ phibitũ. nã cum materia nũmi dẽat eſſe publica forma pcuſſa, vt ff. de contr. emp. l. 1. circa prin. i. hẽre imaginis effigiẽ, ſiue ſignum veteris principis, vel moderni, vt C. de ve. num. po. l. 1. & l. fin. lib. 11. & ff. de au. & ar. le. Quintus. §. ſi aurũ. ſolus princeps, cuius ſolius ſignũ imprimitur, primitus facit ſuã pecuniam cudi, vt C. de fal. mon. l. 2. & iõ priuatus taliter cudens pecuniam dr̃ crimen maieſtatis cõmittere, vt in ead. l. 2. quia contra honorem principis attentat, dum ſignũ & imaginem eius uſurpat. arg. C. de bo. vac. l. 3. ideoq; adulterina dr̃, qñ tranſit ad alium authorem, q̃ principẽ, ſed & iõ dr̃ adulterina, ut in ſum. ad l. Iul. de adult. circa princ. Si aũt priuatus faceret verum aurum non ſignatum. i. ipſam materiam puram & rudem, vt forte ſecundum artem Alchimiæ, illud quidem non eſt illicitum. quia nihil prohibet arte vti aliquib. naturalib. cauſis, ad producendum naturales, & veros effectus, ſicut dicit B. Auguſt. in 3. de Tri. de his, quę arte demonum fiunt, & legitur hoc in ſecunda parte fratris Thomę, ubi tractat de iuſtitia, in tract. de peccatis, q̃ fiunt circa cõmutationes voluntarias in c. 2. circa fi. Item no. q̃ de iure Longo. ſtatuitur alia pęna in eũ, qui falſam monetã fabricat videlicet, manus inciſio, vt in Lõg. c. l. 1. & 2.

† *Aliàs, Idem.*

† *Aliàs, Idem.*

a *Vel ſcienter accipientibus.* Pari namque pœna tenetur ſcienter accipiens falſam monetam, vt ff. ad l. Corn. de fal. l. lege Cor. §. eadem.

ADDITIO. *Vide c. Reg incip. Vt quę, charta. 165.* Cæſar.

De raſione mon. Rubr.

b QVi nummos aureos. Sic loquit̃ de nũmis, q̃ ſunt toti de auro & arg. vt patet. ff. de cõtrah. emp. l. qđ ſi.

† *Aliàs, Idem.*

ADDITIONES. *Vide c. regni, iam ſæpe. car. 25. ubi dicitur, q̃ puniatur talis, ſicut de crim. læſæ maie. Sed ego intelligo talẽ rigorem debere tũc ſeruari, quando tale cap. eſſet publicatũ per tubetas p̃ loca ſolita, ſecundũ formã ibi datam. & ad materiã uide c. quãto, et ibi gl. & Doct. de iureiu. & in l. ſi. de fal. mon. ubi ẽt p̃ oẽs. et uide oĩno Iaſ. in l. diuortio. 1. reſpon. 3. col. ff. ſol. ma.* M. A. Pul.

† *Aliàs, Idem.*

¶ *Adde, & omnino. uide Moder. in c. regni, vt qua ab excellentia. f. 88. & Couar. in lib. prac. qq. in tit. numiſmatum. c. fi. nu. 5.* De Bottis.

† *Aliàs, Idem.*

c *Raſerint.* Dic vt ff. ad l. Cor. de fal. l. quicunq; nũmos. & l. ſeq. in prin. & C. de ue. nu. pot. l. fin. in fi. lib. 12.

ADDITIO. *Vide ad hãc cõſt. c. regis Caroli, iã ſæpe. vbi plene p̃ me car. 181. Et aliud car. 175. & aliud car. 181.* Cæſ.

† *Aliàs, Idem.*

De falſitate, &c. Rub.

d QVi falſitatem. Coercetur. Vt ff. ad legem Cornel. de fal. l. prima. in princip. & §. 1 & l. falſi pœna.

e *Pœna coercetur.* An autem amittat cauſam, qui utitur falſis teſtibus? Dic quod non, ut no. B. in Longobar. de teſtib. l. 1.

ADDITIO. *An talis de iure communi amittat cauſam in caſibus harum quatuor conſtitutionum? vide Pau. de Caſ. in l. prouidendum. C. de poſtul. ubi contra Andr. hic.* Cæſar.

ADDITIO. *Vide ad teſtamentorum cauſam, Gand. in titu. de fal. Angel.*

ANDRÆAS DE ISERNIA.

pro hoc facit. ff. eo. l. 1. §. pe. ¶ Dicitur aũt adulterina quaſi ad alterius poteſtatem. ſ. principis, ad quem pertinet monetæ cuſio, de quo diximus plene in ti. quæ ſunt regalia. ¶ Et ſic adulterium dr̃, quaſi ad alterius thorum acceſſio. ¶ Et quod dicit, cudentibus. ſ. perfecte & integre. Nã ſecus ſi pęniteat formare eã. ff. eo. l. qui ſ. ſſum. ¶ Item ſecus ſi p̃ Alchimiam fieret uerũ aurum, ut dicit frater Thomas, & hic in gl.

De raſione moneta. Rubrica.

QVi nummos. Concor. eo. l. quicunque nummos. & l. ſi ſic. & C. de ve. nu. po. l. fi. lib. 12. & ſemper punitur in perſona, & bonis.

ADDITIO. *Vel argenteos raſerint. Adde l. quicunque. ff. de falſ. & per Io. de Plat. in l. monetarios. C. de murilegulis. lib. 11.*

De producentibus. & utentibus falſis inſtrumentis. Rub.

QVi falſo inſtrumento. Concor. eo. l. ſi falſos. ¶ Qui ergo producit inſtr̃m, & proteſtatur ſe nolle uti eo, ſi falſum appareat, non punitur, ſed non p̃ hoc p̃ſumetur falſum, niſi reuocareĩ in dubium. C. de fi. inſtr. l. ſi aduerſarius. & in gl. ibi, & ſic eſt intelligẽda gl. d. l. ſi falſos.

QVi falſo inſtrumento. Sed an hæc conſtitutio, & ſimiles loquentes de inſtrumentis, locũ habeant in actis? Et ſic falſificans acta puniatur ſicut falſificans inſtr̃m? tex. in l. in fraudẽ. §. neque. ff. de iure fiſ. facit quod non. nã ibi inter inſtr̃a, & acta ponitur copula ergo uidetur diuerſa, ut no. ff. de iur. & fac. igno. ſuper rub. Tamen de iure contrarium eſt dicendum, per tex. in l. 1. ff. de fide inſtrum. ubi tex. ſignanter dicit, teſtimonia, id eſt, teſtium dicta, quæ conſtant eſſe de actis, dicuntur inſtrumenta, pro hoc facit. l. geſta. C. de re iudi. ubi dicitur geſta, hoc eſt acta rediguntur in publica inſtrumenta. Pro hoc etiam facit: quia uſus loquendi (qui communis eſt) omnem ſcripturam publicam appellat inſtrumentum, vt inſtrumentum uenditionis, donationis, & his ſimilia. Et ad §. neque reſpondetur, q̃ non eſt incongruum inter genus, & ſpeciem poni copulam, prout ſolet, & no. in l. fin. §. dulcia. ff. de uino, trit. & oleo leg. & in l. quæſitum. §. pe. ff. de fun. inſtruc. in l. 1. C. ut lite pendente. Barth. de Capua.

In glo. ſuper uerbo, pronunciationis. Cui addo glo. interlinearem in l. comparationes. C. de fide inſtr. in glo. 3. & eo. tit. l. emancipationes. & quod habetur in l. is apud quem. C. de eden. Barth. de Cap.

De falſitate cuiuſlibet in teſtibus producendis. Rubrica.

QVi falſitatem. Falſi pœna tenetur, qui teſtes inſtruxit, ut falſum dicerent. ſic ff. eo. l. 1. ¶ Sed qui utitur falſis teſtibus, nõ perdit cauſam, vt hic in glo. Fallit in cauſa fiſci, quando aliter proferuntur acta. ff. de iure fi. l. in fraudem. §. neque. Idem.

De celantibus teſtamenta. Rubrica.

TEſtamentorum. Ponit aliud falſum, quando quis amouet teſtamentum, vel inſtrumentum publicum celat, delet, vel peruertit. ſic ff. eo. l. lege Cornelia. §. 1. & ult. & l. Paulus §. Paulus.

De paterno teſtamento deleto. Rubrica.

SI quis patris aboleuerit. Non ut falſet, ſed ut in totum pereat, ad hoc ut ab inteſtato ſuccedat. Idcirco p̃ris hr̃ditate priuatur. Punitur enim in quo deliquit. ſic ff. de his qui. ut indi. l. reſcriptũ & l. lege.

De indicijs. Rubrica.

QValitas perſonæ. Sic ff. eo. l. 1. in fi. & hoc eſt generale, quia plus puniuntur in corpore ſerui, quam liberi. ff. de incendio, ruina,

† De veneficijs.

TITVLVS LXIX.

Qui ad alienandos animos.ſ.ad amorem, vel odium, vel ad fatuitatem cauſandā mala medicamenta huiuſmodi dederit, aut venenum, vt moriatur: vel ſi aliquis habuerit penes ſe, vel in domo ſua venenum, vel illud vēdiderit, pęna capitali feriatur. h.d. Mat.

REX ROGERIVS.

MAla [a] * & noxia medicamenta ad alienandos animos, ſeu [b] venena qui dederit, vēdiderit, vel habuerit, capitali ſentētia feriatur.

De correctione poculum amatorium porrigentium.

TITVLVS LXX.

Non erit impunitus qui poculum amatorium, vel quemlibet cibum noxium inſtruxerit, etiam ſi neminem læſerit. h.d. Mat.

† REX ROGER.

POculum [c] amatorium, vel quēlibet cibum nociuū, ſi quis inſtruxerit etiam ſi neminem læſerit, impunis non erit.

De pœna emptoris.

TITVLVS LXXI.

Iſta conſtit. eſt declaratoria conſtitutionis præcedentis, quæ incipit, mala & noxia, vbi fuit dictum, quod non licet mala medicamenta vendere. Hic dicitur, φ ſub eadem pœna non licet mala medicamenta emere. Mat.

IMPER. FREDER.

EAdem pœna ferire debet emptorem.

De vendentibus venenum.

TITVLVS LXXII.

Qui toxicum, vel malum venenum habuerit ad nocendum, vel vendiderit, in furca ſuſpēdi debet, ita vt in illa moriatur. Et qui cum taxo, vel alijs herbis piſces in mari, vel in flumine exeuntes in ipſis aquis infecerit per annum cum ferris operibus publicis deputetur. Et eſt rō, quia corrūpuntur aquę, & piſces redduntur infecti, & homines comedentes ipſos piſces infirmantur, & beſtia, quæ bibūt de ipſis aquis nociua redduntur. h.d. M.

† IMPER. FREDER.

QVicunque [d] toxicum, aut malum venenū, quod ad confectionem vtile, vel neceſſarium non ſit, habuerit, vel vendiderit, ſuſpendatur. Taxum etiam, vel herbas huiuſmodi, de quib. piſces mortificantur, aut moriuntur a piſcatorib. in aquis [e] proijci vetamus; propter qđ etenim & ipſi piſces redduntur infecti, & aquæ de quibus homines, & beſtiæ interdum ſæpius potum aſſumūt, nociuæ redduntur. Quod qui fecerit, per annum cum ferris operibus publicis deputetur.

De poculis amatorijs.

TITVLVS LXXIII.

Porrigentes amatoria pocula, vel alios quoſlibet cibos noxios, illicita vel exorciſmata aſtruentes, ſi is cui talia ſunt porrecta, vitam vel ſenſum proinde amittat mortis periculum ſubeant, ſi vero in nullo lædatur, ſtent per annum in carcere bonis ſuis omnib. publicatis. h.d. Lallus de Thuſcia.

† IMPER. FREDER.

AMatoria pocula porrigentes, vel cibos quoslibet noxios, illicita vel exorciſmata aſtruentes, tali decernimus pœna conſtringi: Vt ſi hi, quib. talia ſunt porrecta, vitā proinde, vel ſenſum amittant, mortis periculo ſubijci volumus talia perpetrantes. Si verò qui prædicta ſuſceperint in nullo lædantur, tūc committentiū voluntates inultas non volumus remanere: ſed publicatis bonis ipſorum omnib. carcerali per annum cuſtodiæ ipſos decernimus mācipari. Et quamquam ueritatem, & rerū naturam intuentibus videri poſſit hoc friuolum, & (ut proprie loquamur) fabuloſum, quod per cibos, aut potus, ad amores, uel odia, mētes hominum moueantur niſi quatenus recipientes læſa ſuſpitio hoc inducat: Ipſorum tamen nō præſumptionem temerariam, qua ſaltem nocere deſiderant: Et ſi nocere non poſſint, relinquere nolumus impunitam.

† *Aliàs, de malis venenis, & veneficijs.* *Angel. in tracta. maleſic. in verbo, falſario, & Vitalem in eius tracta. cri. eodem titu. Azo. in eius ſumma libro 9. C. & in deciſio. conſi. ſupra alleg.* Cæſar de Peri.

De veneficijs. Rub.

[a] MAla, & noxia. Ad alienandos. Si quidem hæc uir uxori, uel uxor uiro dederit, tale crimen, utpote publicum iudicatur, vt in Authent. ut cum de appellatione cognoſcitur: & hoc quidem verſicu. ſi contigerit autem, &c.

ADDITIO. *Qualiter puniatur tractans aliquem uenenare, uide Bald. in conſil. 111. Ceccus. volum. 5. & etiam Alexan. conſ. 115. vol. 3. & Grammat. deciſ. 33.* De Bottis.

† *Aliàs, Idem.*

[b] *Venena.* Atrocius eſt namque veneno extinguere, quàm gladio occidere, ut C. de uen. & ma. l. 1. & accedit. ff. de ſicar. l. 1.

ADDITIO. *Adde l. ſecundā, ff. de ſicarijs. & cap. homicidas. & ibi Ioan. de Fan. 33. queſtio. quinta. & quid de uenenante fontem, vel puteum, vide per Angelum in l. prima, in fine. §. ſit iniuria. ff. de exercito.* Superantius.

De correctione poculum amatorium porrigentium. Rub.

[c] POculum amatorium. Concor. ff. de pœnis. ſi quis ex metallo. §. ſi quis abortionis. & facit. ff. ad leg. Corneliam de ſicarijs. l. 3. §. ſed & id. & C. de maleficis, & mathematicis. l. cum eorum. in principio. ubi dicit, aut animos pudicos ad libidines deflexiſſe deteguntur, &c. Et dic de pœna, ut infra eodem. l. amatoria.

† *Aliàs, Idem.*

De vendentibus venenum. Rubrica.

[d] QVicunque. Ideo dicit malum venenum, quia quandoque inuenitur bonū venenum, quandoque malum, ut ff. de uerborum ſignificationib. l. qui uenenum. ſicut inuenitur bonus dolus, ut ff. de dolo. l. prima. ¶ Quandoque inuenitur cuā perſuaſio bona & mala, ut ff. de ſer. corrup. l. prima. ¶ Quandoque inuenitur conſpiratio bona, & mala, ut C. de profeſſoribus, & medicis. l. magiſtros, & in Authen vt cū de appellatione cognoſcitur. §. ſi quis de prædictis parentibus or tho. ¶ Quandoque inuenitur felix culpa, ut in eccleſiaſtico. O felix culpa, quæ talem & tantum, &c. ¶ Quandoque inuenitur peruerſa doctrina, & aliquando bona, ſicut Euangelica, & Apoſtolorum, vt C. de ſumma Trin. l. prima, & in Epiſt. reddentes, & in epiſtol. liquet ergo, &c. Et quandoque inuenitur concupiſcentia ſtudioſa, iuſta, & laudabilis, vt in Authen. quib. mod. natur. efficiun. legitimi. §. ſi quis. colla. 6. & concupiſcentia peccatrix, ut in eodem titu. quibus modis natur. efficiun. ad finem.

[e] *Proijci vetamus.* Argumen. ad hoc. ff. ad legem Corneliam, l. 3. §. ſenatus.

ADDITIO. *Adde Quicunque. ad hanc conſtitutionem, uide Cepo. in conſil. 5. & in conſil. 71.* Cæſar.

De adul-

ANDRÆAS DE ISERNIA.

naufragio. l. Pedius. §. penul. & in ciuili ex qualitate perſonarum actio formatur, & condemnatio moderatur. ff. de nego. geſt. l. Pomponius. la 2. de act. & oblig. l. fin. in fine.

De veneficijs. Rubrica.

MAla, & noxia medicamenta. Concor. cum iſta conſtitutio. ff. ad l. Cornel. de ſicar. l. 3. in princ.

De correctione poculum amatorium porrigentium. Rub.

POculum amatorium. Impunis non erit. Quia puniuntur humiles, & ſerui in metallum, honeſtiores relegātur in inſulam, amiſſa parte bonorū. ff. de pœn. l. ſi quis. §. qui abortionis. ¶ Et dr̄ amatoriū, quia eſt amarum ab amaritudine. Vel dicitur ab amo, amas, ſicut mulieres malæ quæ propter luxuriā infamātur. ff. de ædil. edic. l. 1. §. pe.

De pœna emptoris. Rubrica.

EAdem pœna. Venditor & emptor huius noxij medicamenti debent capite puniri, ut ſup. ca. l. 1. tantum de venditore dixit.

De vendentibus venenum. Rubrica.

QVicunque. Plus enim eſt hominem ueneno extinguere, quam occidere gladio. C. de maleficis, & mathematicis. l. prima, facit. ff. de ſicari. l. 3. §. alio. Non ergo eſt licitum proijcere. taxum, vel herbas mortiferas in flumine, cauſa piſcandi, quia piſces inficiuntur, inde etiam & homines bibentes de aqua illa. Sicut nec pigmentarius, nec confictionarius debet tenere cicutam, Salamandram, aut Mandragòram, dicto §. alio.

De poculis amatorijs. Rubrica.

AMatoria pocula. Sumitur diſtinctio huius conſtitutionis ex d. §. qui abortionis, in uno tamen aggrauat pœnam.

Exorciſmata. Ponitur pro incantatione, ſeu impetratione, aliàs, improperatione. ff. de var. & extraor. cog. l. 1. §. medicos.

Et quamquam veritatem. Vtinam hoc eſſet uerum. Sed uidemus etiam eos, qui ſuſpitionem læſam non habent moueri in animo ad odium, uel amorem, ſicut qui certa fantaſia vagantur, & quaſi dæmones dant reſponſa, d. l. 1. §. fi. ff. de ædil. edic. nam dæmones habent poteſtatem ſupra fantaſiam hominis imprimere, eamque alienare, vt videatur beſtia, ſeu beſtiale animal, cum non ſit, ſecundum Aug. 18. de ciuitate Dei.

De adul-

De adulterijs, &c. Rub.
a *Legum aſperitate.* Sed ipſum.ſ.vitiū.
• ADDITIO. *Vide omnino Afflic. deciſ. 176. & Gram. dec. 31. ubi an poſſit pceds ex officio in crīe adultery. Et an hodie fuſtigetur adultera. & an pęna huius conſt. habeat locū in cognoſcēte monialē pfeſſam. vide Gul. Bene. in c. Rainutius, in ver. dotē. nu. 8. & uide Neuizā. i ſua ſilua nup. f. 24. nu. 112. vbi allegat multos aſſerētes hodie adulteria nō puniri. Et an ualeat hac conſt. minuēs pęnā adultery. & quid ſi imponeret pęnā pecuniariā. vide Aymo. cōſ. 137. & dēt probari matrimoniū in terminis conſt. huius, lo. de Arnono i caut. 28. & ad iſtā materiam vide latiſſime per Nico. Boer. in dec. 297. et ibi in final. verbis, q viri in dignitate, vel nobilitate cōſtituti nō puniantur pœna mortis, quod nota id procedere de iure communi, ſecus de iure regni. cogita tamen.* De Bottis.
• ADDI-

† *Aliàs, Idem.*

† *Aliàs, aut.*

De adulterijs, & lenocinijs.

TITVL. LXXIIII.

Adultera non puniuntur gladio, vt olim, ſed bona confiſcantur, ſi non habeant filios ex eo matrimonio, vel alio, aut viro tradenda eſt vita periculo nullatenus ſæuituro, ſed perſecuturo ſolum ad naſi detruncationem, vltra non licet ſæuire neque viro neque patri, & ſi vir nolit vindictam, vt delictū non remaneat impunitum, eſt publicè flagellanda. hoc dicit. Matthæus.

† IMP. FREDER.

Legum a * aſperitate lenita, non vt olim cōtra adulteros, ad aliorum coniuges accedētes, gladio eſt agendum: Sed rerum ad eos pertinentium cōfiſcatio inducetur, ſi filios legitimos, ex eo matrimonio uiolato, uel alio nō habuerint. Periniquum eſt. n. eos ſucceſſione fraudari, qui nati ſunt eo tpe, quo huius thori lex legaliter ſeruabat. At † uiro tradenda eſt mulier nullatenus vitæ periculo ſęuituro; Sed vltionē thori violati naſi truncationis, qđ ſæuius & atrocius inducitur, proſequatur. Vltra enim * neq; viro, nec parentib. ſęuire licebit. Quod ſi vir eius in eam vindictam dare noluerit, nos huiuſmodi maleficium non ſinemus inultum, ſed ipſam præcipimus publicè flagellandam.

• ADDITIO. *Vide And. de Iſer. in cōſt. ſi maritus. infra de pęna uxor. in adul. deprehē.* De B.
De ſum-

De pœna adulterij.

TITVLVS LXXV.

Si maritus permittit vxorem ſuam cum ganeis laſciuire, non poterit ipſam in iudicio accuſare de adulterio, quia videtur conſentire adulterijs. hoc dicit. Matthæus.

REX ROGERIVS.

Qvi coram ſe ſpectante, vel alio permittit cū ganeis ſuam coniugem laſciuire, non facilè poterit eam iudicio accuſare. viam quippe mœchandi aperit, qui cum poſſit prohibere conſentit.

De prohibita quæſtione fœminæ.

TITVLVS LXXVI.

Si maritus habet vxorem ſuam ſuſpectam de adulterio, & eam retinet, non ex hoc poteſt de lenocinio condemnari, ſed ſi patenter conſtat virum tenere vxorem ad turpe lucrū, maritus efficitur infamis. h. d. Mat.

† REX ROGERIVS.

† *Aliàs, Idem.*

Qvamuis vxorem ſuā ſuſpectā quis habeat, ſi tamen ei fidem adhibeat, eum lenocinij non damnamus. quis. n. alieni thori iure inquietet quietem? Quòd ſi patenter deprehenderimus quempiam habere vxorē quæſtuoſam, digna noſtris temporibus mox ſequatur pœnæ vindicta. Eum quoque pœnæ infamiæ condemnamus.

ANDRÆAS DE ISERNIA.

De adulterijs & lenocinijs. Rubrica.

Legum aſperitate. Aliàs eſt, Legum aſperitatē lenientes, non ut olim, &c. gladio agendū. Aliqui habēt in litera, fore decernimus: & tota hæc cōſtitutio loquitur in adultera tantum, ſm vnum intellectum. ¶ Vnde quod ſequitur, aut uiro tradenda eſt, &c. ſcilicet ad puniendum eā, aut uiro ſeuiat uſq; ad mortē, & uitæ periculum. Nam in muliere adultera non eſt pœna mortis, ſed naſi truncatio: aliàs eſt in litera, truncāda eſt mulier, nullatenus periculū uitæ incurſura. ¶ In adultero non mutatur pœna, quæ eſt C. eo. l. quamuis, in fi. Nec etiā iure Canonico immutatur pęna contra adulterū, quæ eſt capitis: extra de procurator. cap. tuæ. Inſti. de publ. iud. §. ſed & lex. ¶ Dicit ergo gloſſa, q adulteri non puniuntur, ſicut puniebantur olim, ſ. gladio, & ſubaudi, id eſt, adhuc ipſi adulteri puniuntur gladio. & in hoc lenitur legum aſperitas: quia etiam mulieres adulteræ gladio puniebantur. C. eo. caſtitatem. & l. quamuis. Sed puniuntur adulteræ pœna confiſcationis bonorū, ſi liberos non habuerint, &c. Sed certè pœna capitis, q̄ gladij erat, in adultera eſt lenita etiā iure Romano Iuſti. quia verberatur, & detruditur in monaſterium, ut in auth. ſed hodie. quæ eſt poſita in d. l. quamuis. ¶ Vnde dic, cùm dr̄ hic, legum aſperitas eſt lenita, ſ. etiam per leges ciuiles, quantum ad pœnā capitis. Adhuc dicit hæc lex, q nō verberabitur adultera, ſed perdet bona, ſi liberos &c. ¶ Vtrum uero detrudetur hodie in monaſterium? vr̄ q non, eo quòd tm̄ confiſcationis pęnam inflixit. Verius vr̄, ut detruſio in monaſteriū non ſit ſublata: quia non intelligitur correctio, niſi ubi lex expreſſim dicit, vt in Auth. quib. mod. nat. effic. ſui. §. tribus. Voluit ergo mitigare confiſcationē hanc, qn̄ liberos habet, & non eſt nouū per hanc conſtitutionem. Aliud eſt per illam auth. ſed hodie. Item innouat corporalem pœnam infligendam adulteræ, & in hac durius: quia p auth. ſed hodie, uerberabatur: per hanc patitur naſi truncationē adulterio probato: non tn̄ traditur mulier puniēda uiro, qui ſæuiret in eā, niſi qn̄ in actu adulterij inuenit eā, quo caſu vtrunque, ſ. uxorem & adulterum poteſt occidere, in l. ſi maritus. mulier ergo corporaliter punit̄ in naſo. Adulter, qui ad alterius thorum accedit, & uiolat, capite plectitur: quia in eo non innouatur. ¶ Sed quare durius adulter, q̄ adultera etiam iure ciuili, per auth. ſed hodie, punitur? rō poteſt eſſe ſexus fragilitas: & quia plus delinquit regulariter maſculus, q̄ fœmina, ſolicitando coniugem alterius, ut poteſt colligi. C. de raptu virg. l. 1. ¶ Lege Moſaica lapidabatur mulier adultera, ſed non maſculus adulter. 38. q. 5. c. hæc imago. ¶ Et no. hic, q habetur diuerſa litera; nā libri quidam habent, contra adulteros ad aliorum coniuges accedētes: & infrà, ad eas. Hæc non eſt bona litera, q mulier ad uxorē alterius, fœmina in fœminā non agit. Sed ſi eſſet adulter ad aliorū coniuges accedens: & infra, rerum ad eos, eſſet plana: quamuis raró mulier vadat ad virum, immò communiter vir ad mulierem accedit, & mulier raró rapit uirum. C. de rap. virg l. 1. de epiſco. & cler. l. raptores. Item ſi exponetur ad aliorum. i. aliarum, eſſet ſimiliter plana, ut ſupra dicitur. quaſi maſculinus ſexus concipiat fœmininum, cum dico, ſeruos, intelligitur ſeruas; mulos, intelligitur mulas. ff. de lega. 3. l. qui duos mulos. de pact. tres fratres. ¶ Alij etiam habent adulteros. & infra, ſi rerum ad eos, ſecundum hoc corriguntur etiam iura antiqua in adultero pœnam capitis inducentia. ¶ Et in hoc erit lenita aſperitas legū. ¶ Ex hac tamen litera primum reſultat abſurdum, ut adulter non habens filios puniatur in bonis tantum, ſed ſi filios haberet, non perdit bona & capite punitur. nam cum in habente filios non expreſſit pœnam quæ abroget antiquæ, ſtabitur ei, quod non eſt mutatum. C. de teſta. l. ſancimus. & de app. præcipimus. Nec poſſet hic ſubaudiri, maxime, ſi filios non habuerint, quia ſequitur, periniquum eſt, &c. Item litera non patitur hunc intellectum, quia dicit, ſi filios legitimos non habuerint ex illo matrimonio uiolato, non vr̄ velle habere filios ex illo matrimonio polluta per adulterium, quia dicit, ex eo. Si dicatur, q loquitur de matrimonio adulteri cum ſua uxore, quod uiolatum dici poteſt per pollutionem viri cum uxore alterius, licet thorus eius non ſit violatus. ſ. uxoris adulteri uiolatus quidem eſt, ſed non pōt cōqueri de uiolato uxor adulteri. C. eo. l. 1. nam ſi adulter haberet filios ex uxore præmortua, & nunc accedit ad uxorem alterius, non poſſet dici, q violaret ſuum matrimonium, quod non habet, non ergo pōt intelligi de adultero hæc litera. ¶ Sed rerum ad eos, &c. quia de matrimonio, q violat accedēdo ad uxorem alterius, nunquam poſſet filios legitimos habere, immo ſpurij eſſent, intelligendo eos, id eſt, eas de adultera, ſicut eſt in liberis, qui habentur ad eas proprie, quia ipſa de illo matrimonio, quod uiolat ſuo, ſcilicet, & mariti ſui poſſet de marito filios habere legitimos. unde ſecurius videtur totam hanc conſtitutionem in adultera loqui, & in adultero nihil innouari.

Quòd ſi uir. No. q punitur † etiam ſi maritus ſibi parcat, quia eſt de caſib. ubi proceditur ex officio ſine accuſatore. ff. e. l. 2. §. ſi publico.

† ADDITIO. *Vide Gram. deciſ. 31. & Afflic. deciſ. 176.* De Bot.

De pœna adulterij. Rubrica.

Qvi coram ſe. Non permittitur viro accuſare uxorem, quando permittit eam cum ganeis laſciuire. aliàs, luxuriari.

Viam quippe. Si ergo ſero accuſat mores, quos, uxorem ducendo, probauit. ff. eo. l. ſi uxori. §. fi. in fi.

De prohibita quæſtione fœmina. Rubrica.

Qvamuis vxorem. De ſuſpitione, quod uxor ſit mala maritus patiens non damnatur ſeu punitur. Et eſt regula, q ex ſuſpitionibus nemo damnetur. ff. de pœn. l. abſentem. de minorib. l. 3. §. Scio. ſecus ſi deprehendiſſet vxorem patēter, alias, latenter, vel pro quæſtu

dat

fecerit

De ſummota conuerſatione inter bonas fœmine quaſtuoſa, Rub.

a Q*Væ paſſim. Violentiam.* Non enim debet mulier inuita ad luxuriam induci, ut in Auth. de lenoni. §. mulieres itaque. Videtur tamen contra ff. de fur. l. uerum eſt.

b *Habitationem.* Et maxime circa ſacratiſſima loca, & venerabiles domos.

De ſummota conuerſatione inter bonas fœmina quaſtuoſæ.

TITVLVS LXXVII.

Hac conſtitutio expreſſe prohibet, meretrices habitare in conuicinio, vbi habitant honeſta mulieres, & prohibet ne eis fiat violentia. hoc dicit. Matthæus.

† REX ROGER.

QVæ [a] paſſim venalem formam exhibuit, & vulgò proſtitutã ſe præbuit, huius criminis accuſationem amouit. Violentiam tamen ei ingeri prohibemus. Et inter boni teſtimonij fœminas eius [b] habitationem [1] vetamus. *

De repudijs concedendis.

TITVL. LXXVIII.

In caſibus in quibus de iure repudium eſt permiſſum, non poteſt coniunx compelli ad retinendum coniugem, nec poteſt coniunx uiolentari, vt non fiat repudium. h. d. Matth.

† REX ROGER.

REpudium in hac accuſatione ſemper eſt permittẽdum, neq; violentia, ſeu detentio adhibenda.

De lenis.

TITVLVS LXXIX.

† REX ROGER.

LEnas ſollicitantes alienam, ſcilicet, caſtitatẽ, genus criminis peſſimum, tanquam ipſas adulteras puniendas eſſe, præſenti lege ſancimus.

De matribus ſuas filias exponentibus.

TITVLVS LXXX.

Satis inhumanum, & crudele eſt hoc peccatum, cum mater filiam virginem, precio mediante, alteri tradidit ad ipſam ſtuprandam, & fornicandam. Et ideo debet puniri conſtito de dicto peccato pœna truncationis naſi: ſi autem ipſam non vendidit, ſed conſenſit, quod filia ſua carnem ſuam proſtitueret, tunc mater extraordinarie debet puniri. hoc dicit. Matthæus.

† REX ROGER.

MAtres, virgines filias proſtituentes, & maritalia fœdera fugientes, vt lenas ipſas proſequimur. Et naſus eis ſimiliter abſcindatur. Caſtitatem enim ſuorum viſcerum vendere inhumanum eſt, & crudele. Quod ſi filia ſe ipſam proſtituerit, mater verò ſolummodo conſentit, iudicis arbitrio relinquatur.

De pœna vxoris in adulterio deprehenſæ.

TITVLVS LXXXI.

Si in ipſo actu adulterij maritus reperit vxorem cum adultero, ambos ſine mora protracta, poteſt impunè occidere. h. d. Matth.

† REX ROGER.

SI [c] * maritus vxorẽ in ipſo actu adulterij deprehenderit, tã adulterum, quàm vxorem occidere licebit, nulla tamen mora protracta.

1 ADDITIO. Habitationem. *Neapoli ſunt capitula etiam contra ſtudentes vel non habentes fœminas, & uxores, quòd poſſint per vicinos uxoratos honeſtos expelli, & etiam de contentis hic.* Cæſar.

† Aliàs, Idem. Dẽnt ergo huiuſmodi meretrices, & lenones morari in vltimis partibus ciuitatis, imò & extra ciuitatem: quia ſunt peſtiferæ, & cõmunes uaſtatores caſtitatis ut hic probat in Auth. de leno. in princ. & §. 1. & §. ſed & ipſos.

* ADDITIO. *Idem ad petitionẽ nobiliũ plateæ Alurij in ciuitate Neapolitana ſancitũ eſt per c. Roberti, in lib. Barattucij in regio archiuio, par. 2. c. 93.* F. Iord.

De pœna uxoris, &c. Rubrica.

c S*I maritus.* Corrigit ius Romanum ſcilicet qđ maritus non poteſt occidere hominẽ in adulterio deprehenſum, ſed tm̃ turpem, & vilem, & in domo ſua tm̃, non etiã ſoceri, nec ẽt põt uxorem deprehenſam in adulterio occidere, ſed ſi occidat, ignoſcatur ei quantum ad pœnam legis Corneliæ de ſicarijs, & mitius puniatur: patri vero habenti filiam in poteſtate permittitur occidere, tam in domo ſua, q̃ generi ſui omnem adulterum, & filiam, dummodo ſimul in uno impetu utrunque occidat, ut patet hoc. ff. de adult. patri. cum ſ. ll. ſe. & l. nihil. & l. ſi adulterium. §. Imperatores, & ad l. Corn. de ſicar. l. 1. ad ſi. & ad ſe. con. Syllan. l. ſi quis in graui. §. ſi maritus tamen. & quod me. cau. nec timorem. §. pœna. & C. de adul. Gracchus. Sed per conſtitu. permittitur marito occidere utrunque, uidelicet, uxorem, & adulterum, dico omnem, quicunque ſit: & cuiuſcunque conditionis, & in omni loco: nec enim diſtinguit in perſonis, vel loco, unde nec nos diſtinguere debemus, ut ff. de off. præſi. l. 3. in fi. & de publ. l. de precio dummodo occidat incontinenti ambos, & in ipſo actu adulterij deprehẽſos, ut hic dicit, & in Lomb. de adult. ſi quis cum uxore ſua. Et qualiter ſit intelligendum, quod ambos nulla mora protracta occidat, & quod in ipſo actu adulterij deprehẽderit eos, quod dic, ut ff. de adul. l. quod ait lex, in princ. & in fi. & l. nihil.

† Aliàs, Idem.

ADDITIO. *Adde tex. in cap. admonere tecum lachrymis. 33. q. 2.* Superantius.

† Aliàs, Idem. *Et an interficiẽs uxorem adulteram virtute iſtius cõſtitutionis ſit tutus in terris imperij in foro ſeculari, cum talis permiſſio ſit nutritiua peccati ſecundum glo. in c. cum inter hæc. 23. q. 2. Pro iſta tamen conſtitutione, vide Felyn. in c. eccleſia S. Mariæ. de conſti. col. 15. verſ. item poſſet, ubi pulchrè, & ibi an peccet occidens, & an liceat cõuocare amicos ad hoc, dicam aliàs.*

* ADDITIO. *Vide Illuſtr. Cardin. Pariſ. in conſil. 154. nume. 2. conſil. 20. uolum. 4. & ibi an poſſit alteri demandare, & an poſſit alios conuocare, & an lucretur dotẽ maritus occidens uxorem repertam in adulterio impunè, vide Franc. Areт. in l. ſi ab hoſtibus ſoluto matrimonio. & Marſ. in conſilio 93. & conſil. 126. de quo etiam per And. Tiraquel. in l. 1. nume. 24. de legibus connubial. & Iaſ. in l. 2 ſufructuarius. 3. col. ff. de oper. noui nuntia. nunquid autem amittat dotem, uel alia bona dotalia. vide Bolog. conſil. 23. per totum. vbi tenet, quòd ſic.* De Bottis.

De pœna

ANDRÆAS DE ISERNIA.

ſecerit eam malam, quia punietur de lenocinio, & eſt infamis. ff. eod. l. 1. § lenocinij. & de minorib. l. auxilium. §. fin.

De ſummota conuerſatione inter bonas fœmine quaſtuoſæ. Rub.

Q*Væ paſſim.* Meretrix non debet puniri de luxuria corporis ſui, etiam ſi ſit nupta. C. eo. l. quæ adulterium. in fi. Sed in nupta erit pœna ad accuſationem alterius, non mariti retinentis eam, ut no. ff. eod. l. ſi uxor. §. 1. de ritu nupt. l. ſi ſtuprum. Non tamen meretrix debet violenter cognoſci, quia uiolentus capite punitur, ſupra de vio. mer. illa. l. 1. licet de iure ciuili aliter uideatur. ff. de fur. l. uerum. Sed dic, ut diximus in d. l. 1. Item meretrix uetatur habitare inter bonas fœminas. ſic ſuprà de me. l. ſæpe, & in Auth. de leno. in princ. & §. 1. & §. ſed & ipſos.

De repudijs concedendis. Rubrica.

R*Epudium.* De iure ciuili ſeparatur totaliter a tali repudio. C. de repu. l. conſenſu. circa princ. ¶ Iure cano. fit ſeparatio quãtum ad thorum tantum, extra de procu. c. tuæ. nec debet compelli uiolenter detinere adulteram, ut hic in litera.

De matribus ſuas filias exponentibus. Rubrica.

M*Atres.* Truncatur naſus matri filiam exponenti venalem. Sed ſi mater ſolum conſentit, erit pœna arbitraria in matre, ex quo non ponit certam pœnam. ff. de pœn. l. hodie. maxime ſi non habeat vnde nutriat eam, infra eo l. maritus.

Matres

M*Atres virgines.* Qualiter puniatur mater proſtituens filiam, vel dominus ancillam, dic ut no. C. de ſpectacu. ſcęni. l. lenones. lib. 11. Barthol. de Capua.

Vt liceat marito vxorem adulteram in actu interficere. Rub.

S*I maritus.* Iure Romano eſt aliter, ut in glo. permittitur ergo nſo occidere utrumque, non ex interuallo, quicunque ſit adulter, & cuiuſcunque conditionis ſit ff. eo. l. quod ait lex. in prin. & in fi. & l. nihil. uidelicet, in ipſo actu, uel non diuertendo ad alia extranea.

ADDITIO. *Adde gl. in l. ab hoſtib. §. 1. ff. ſol. mat. dubitatur tamen de dote, an maritus eo caſu lucretur eam? vide in l. conſenſu. C. de rep.*

Si uero non comprehendit. ſed in iudicio probatum eſt, datur marito uindicta, ut incidat ei naſum, ut ſupra ti. 1. l. 1. ff. de ritu nup. l. palam. §. adulterio.

S*I maritus vxorem.* Sed an ſit licitum filio adulterum occidere matris ſuæ? glo. in l. quod ait. ff. eo. quærit, & non ſoluit, & uidetur quod non, per l. pater, & ſequentem. ff. eo. & in hoc reſidet Cyn in l. Gracchus. C. eo. Sed quæritur, an ſit licitum occidere unum iudicem repertum cum uxore in adulterio iuxta hanc conſtitutionem? iſta eſt quæſtio Domini Bart. qui dixit, quod cõmuniter tenetur, quòd non: quia magiſtratus non poteſt accuſari iure mariti, ut in l. ſi maritus, in princ. ff. eo. & l. hos accuſare. ff. de accu. ipſe autem dicit contrarium, quia accuſatio eſſet tẽpore petitura, ut in d. l. hos accuſare. Modo ad

propoſitum,

De pœna mariti vbi adulter aufugit.

TITVLVS LXXXII.

Si maritus vxorem repertam in adulterio detinuit, & adulterum liberè dimiſit, ipſe maritus pœna lenocinij punietur: ſed ſi adulter ſine culpa mariti euaſit fugiendo, tunc maritus in nullo punitur. h.d. Mat.

† REX ROGERIVS.

† *Aliàs, Idem.*

De pœna mariti vbi adulter aufugit. Rub.

a *MAriti lenocinij.* Cócor. iuri Romano, ut ff. de adulter. l. mariti.

MAritũ [a] lenocinij pœna coercet, qui vxorem in adulterio deprehenſam retinuit adulterumque dimiſit, niſi fortè ſine ſua culpa aufugit.

De

De adulterijs coercendis, aliàs, de priuilegijs Eccleſiarum.

TITVLVS LXXXIII.

Ea quæ ſunt iudicanda per Eccleſiam, non decet, quòd iudicentur per iudices ſeculares: ſed cauſa adulterij iudicanda eſt iudicio Eccleſiæ: ergo non per Iuſtitiarios, & Baiulos, niſi adulterium ſit factum per violentiam, & ſic per inſultum, tunc iudex laicus cognoſcat, & puniat violentiam, & inſultum: & mandat officialibus regis, ut præſtent auxilium prælatis in eorum iuriſdictione exercenda. h.d. Matthæus.

† REX ROGERIVS.

† *Aliàs, Rex Gulielmus.*

MAieſtati [b] * noſtræ quorundã prælatorum querimonia patefecit: Quòd eccleſiæ ſuæ a Iuſtitiarijs, Camerarijs, & Baiulis Regni noſtri priuantur, & minuuntur iure ſuo, videlicet, de adulterijs, quæ non permittũt iudicari, & corrigi in curia Eccleſiæ, ſicut debet, & [c] de perſonis clericorum, quæ ab eis, vt laici iudicãtur, & incarceran tur: quod ſi verum eſt, nobis diſplicet, & graue vr̃. Non. n. decet, neq; volumus, vt ea quę ab Eccleſia iudicari, & coerceri debẽt, ab aliis puniantur, & iudicentur, aut corrigantur. Quare mandamus, & præcipimus firmiter, vt ammodo de adulteriis iudicandis Iuſtitiarij, Camerarij, & Baiuli non ſe intromittant. Sed & ſi quis de parochia alicuius eccleſiæ de adulterio accuſatus, vel deprehenſus fuerit ad iudicium ipſius Eccleſiæ, in quo ipſa adulteria iudicari debent conſiſtat, & a curia ipſius Eccleſię iudicetur, & corrigatur. Excepto ſi per violentiam adulterium committatur: quod ſi acciderit, iudi

De adulterijs coercendis. Rubrica.

b *MAieſtati. In curia eccleſia.* Hoc ẽteſt p auth. ſtatuimus.

• ADDITIO. *Ad intellectum huius conſti. vide Scrib. in c. regni, itẽ ſtatuimus, quòd officiales, fol.* 116. De Bot.

c *De perſonis.* Sic ĩ. de off. mag. Iuſt. conſti. pe.

De leno-

ANDRÆAS DE ISERNIA.

propoſitum, cum ius occidendi ſit tempore periturum, ut hic. ergo ſi poteſt accuſari magiſtratus, ſicut tempore peritura accuſatio, ut dictum eſt, ita poteſt interfici, & hodie per hanc conſti. non attenditur, ſi ſit perſona accuſans uilis, uel non. Iudex Blaſius de Nurcone.

De pœna viri lenonis vxoris. Rubrica.

MAritum. Vnum de capitulis legis Iul. de adul. eſt punire maritum detinentem uxorem deprehenſam in adulte. l. auxilium. in fine. vel ſi dimittat adulterũ: ſecus ſi ſine culpa ſua fugiſſet, niſi per ſequendo apprehenderit fugientẽ. l. ait. in fi. maior tñ cuſtodia requiritur in eo, qui ex ſuo officio cuſtodire tenetur. ff. de cuſto. reor. l. fin.

MAritum lenocinij. No. quòd præſumitur uir leno, qui ex adulterio uxoris ſuæ non indignatur: ex quo cũ adultero practicat, ut in l. marito lenocinium. in princ. ff. de adulterijs. Barth. de Cap.

De priuilegijs Eccleſiarum. Rubrica.

MAieſtati noſtra. Remittit ad iudicium eccleſiæ adulteros, quia eccleſia cognoſcit, & nihilominus iudex ſecularis ſecundum tenorem illius cap. tuæ. extra de procuratorib. nam de inſultu & violentia in adulterio commiſſis punit iudex ſecularis, vt in fine. ¶ Item mandat officialibus, vt dent auxilium prælatis in puniendis adulteris: quia poteſtas ſpiritualis indiget auxilio temporali: & econtrà. 10. diſtinctio. quoniam. & extrà de officio iudicis ordin. cap. 1.

MAieſtati noſtra. Quid de concubinis clericorum, an erit iudicium temporale, vel prælati? videtur quòd non temporale: cũ enim matrimonium ſit legitima uiri & uxoris coniunctio: Inſtit. de patria poteſtate. in principio. Et uxor ſequitur forum uiri. l. cum quædam. ff. de iuriſdictio omn. iudic. & l. Imper. ad municipales. ſed ſi eſt coniunctio illegitima, eſt ſecus, ut ff. ad municip. l. de iure. §. fin. quia enim coniunctio clerici & concubinæ eſt minus legitima, atq; prohibita. 74. aliàs. 61. diſtinc. ſicut alterius uxor ratione delicti concubina non efficitur de foro prælati. 7. q. 3. cap. placuit. l. multa. ubi de crimi. agi oport. C. & ſunt expreſſe in iure. 3. q. 1. cap. ſi quis ſacerdos. licet ibi non aperiatur quod illa coercio & prohibitio fiat per prælatum, ſed ſanè intelligendo, ſic eſt intelligendum, quia eſt de familia clerici, vt notatur. 30. queſt. 2. cap. omnes &c. ergo eſt de foro prælati, qui eſt iudex clerici. 54. diſtinct. c. iudicantium. & 22. q. 2. c. eccleſiam. & de epiſc. & cler. l. 1. ¶ Concubina enim clerici efficitur ſeruitrix eccleſiæ, & venditur per eccleſiam. 51. diſtin. cap. quidam. quod intelligit Ioannes, ſi aliàs erat ancilla, vt notatur in d. c. cos. 30. q. 2. Videtur rationabiliter dicendum, quod iudicium fœminarum ſeu concubinarũ clericorum pertinet ad eccleſiam, ſeu prælatum per rationes prædictas, maxime per conſtitutionem iſtam, in Regno Siciliæ, quæ cócordari videtur cum iure canonico, ut extrà de officio ordin. cap. 2. Sed derogat tamen iuri Romano, quod ſtatuit iudicem eccleſiaſticum cũ ſeculari debere cognoſcere de crimine canonico, quod obijcitur laico, vt in Auth. de manda. princ. collat. 3. hoc autem crimen adulterij eſt, ut notatur in d. cap. 2. de officio ordin. in gloſſa, quæ incipit, canones. ¶ Attende, quod idem eſt dicere crimen canonicum, & eccleſiaſticum, ut not. in §. at ſi clerici. de manda. Princ. & in Auth. vt cler. apud epiſcop. eadem collat. ſi vero eccleſiaſticum. ergo derogatur per iſtam conſtitutionem iuri Romano: quia de crimine adulterij. de quo cognoſcit ſimul eccleſiaſticus, & ſecularis, ut dictum eſt, cognoſcit tantum eccleſia, per dictam conſtitutionem. Si tñ iudex eccleſiaſticus nõ ſufficit, tunc itur ad iudicem ſecularem, ut expreſſe dicitur 32. diſtin. nos, & quod ibi notatur, ut ibi deficit poteſtas eccleſiaſtica, ſuppleat ſecularis. 26. q. 5. principes ſeculi, & adminiſtratores. ¶ Non obſt. obiectum, quòd ubi coniunctio eſt legitima, uxor ſequitur forum uiri: caſſatur namque hac ratione concubina, ſeu fœmina clerici ratione huius coniunctionis illicitæ: ſed quia eſt de familia clerici, ut ſupra dictum eſt. Multis enim modis quis ſortitur forum alicuius. ff. de iudic. l. hæres abſens. §. at quiſquis. in glo. quæ incipit, ibi ratio nũdinarum. ¶ Vnde tñ in hoc reſtat ſcrupulum matrimoniale, præcipue æquitati repugnans: quia femina, ſeu concubina clerici habet forum eccleſiaſticum, vnde debet habere pœnam ex illicita concubinali coniunctione: ſed videtur inconueniens, ut ff. de act. emp. l. ſenatus. & l. veterani. C. de veteran. lib. 10. Sed dico, q hæc concubina habet priuilegium ex perſona capituli, ſeu eccleſiæ, non ex perſona ſua, argu. ff. ad l. Falcid. l. fi. §. verum. de contrah. empt. l. non potuit. §. hæres. & de acquir. hæred. l. cum hæc. & de liber. lega. l. ſi is qui duos. ¶ Sed de inceſtu quis cognoſcit, iudex eccleſiaſticus, vel ſecularis? quod ſi iudici eccleſiaſtico datur cognitio ſpecialis de adulterio, de inceſtu videtur denegari, arg. ff. de condi. & demon. l. cum ita. de compen. l. quod Labeo. ff. ¶ Reſpondeo, adulterium poteſt eſſe ſimul cum inceſtu: Vt ubi committitur inceſtus cum maritata, ibi eſt adulterium. ff. de adult. l. ſi adulterium cum inceſtu. in princ. & hoc caſu eſt, q iudex eccleſiaſticus cognoſcit de adulterio huiuſmodi, & per conſequens de inceſtu: quia vna eſt coniunctio, nec ſeparari poteſt: quia reus exinde ex diuerſis legibus accuſatur ff. de accuſa. l. ſenatus. Si autem inceſtus non committitur cum maritata (vbi non habet locum proprie adulterium. l. inter liberos. §. 1. ff. de adulte.) adhuc videtur dicendum, q iudex eccleſiaſticus cognoſcit de inceſtu quia illicitus, fornicarius, & prohibitus coitus vocatur adulteriũ, vt 30. q. 1. ſi quis ſacerdos. ¶ Nec obſtat quod dicitur, ſi reperitur conceſſum in uno, in alio videtur prohibitum, quia non eſt eadem ratio in conceſſo ſeu permiſſo, ſicut in prohibito, aliàs ſecus. ff. de iud. l. cum prætor. & in gl. Videtur enim eadem eſſe cauſa de inceſtu & adulterio: ergo idem ius videtur ſtatuendum, ratione prædicta, ut ff. de leg. 1. §. hoc interdictum. Barth. de Cap.

In tex. ibi, iudicandi. No. hic, q de cauſa adulterij cognoſcet iudex eccleſiaſticus, & non ſecularis, ut eſt caſus in Auth. mat. & auiæ. in §. ſcimus. ¶ Sed hoc habet locum quantum ad ſeparationem thori, & ad alia quæ pertinent ad eccleſiaſticum iudicem de iure: aliàs quo ad pęnam legitimam, pertinet ad ſecularem iudicem, ut no. And. de Iſer. in 10. collat. quæ ſint regalia. in ver. contrahentium inceſtas nuptias.

In fi. ibi, coercendis. Sed an epiſcopus poſſit ſuis manib. percutere? & certè nõ, ut in Auth. de ſanctiſ. epiſc. §. neque. & dixit Ieſus Petro, conuerte gladium tuũ in vaginam. ¶ Nec ob iniuria ſibi facta, poteſt enim excommunicare, ut 20. q. 3. c. inter querelas, & C. de epiſcop. & cler. l. ſi quis in hoc genus. in verbo, nõ obtẽperet. ¶ Ad prędicta adde Innoc. in c. tuæ. extra de procur. Petrus de Monteforte.

In tex. ibi, ad iudicium ipſius eccleſiæ. Multi credunt derogari iuri communi per hanc conſtitutionẽ, q nullo modo iudex ſecularis poſ-

ſet de

cetur ab Eccleſia de adulterio, quod ſpectat ad iudicium Eccleſiæ. Et hoc, quod ſpectat ad iudiciũ ſeculare, videlicet, de inſulto & violentia in noſtra curia iudicetur. Præterea mãdamus omnib. noſtris officialib. vt de adulteriis coercendis omnibus prælatis, quibus opus fuerit, auxilium tribuant.

De lenonibus.

TITVLVS LXXXIIII.

Si aliqua mulier fuerit lena alicuius mulieris coniugata, vel alicuius filia ſua, vel ſororis ad fornicandum, patitur pœnam truncationis naſi: ſi autem alicuius mulieris honeſta fuerit lena, & illa propter lenocinium prædictum peccatum fornicationis commiſit: pro lenocinio prædicto legitima probatione conuicta pro prima vice fuſtigabitur: in libris impreſſis eſt, & ipſas in cognitione ſemel attentati facinoris in fronte ſignari: ſed in conſtitutione antiqua, ad pœnam, non ſunt iſta verba, pro ſecunda vice detruncabitur ſibi naſus. h. d. Matthæus.

IMPER. FREDER.

LEnas [a] ſolicitãtes pudicitias vxoriũ, filiarũ, ſororũ, & poſtremò quarumlibet virginum, vel aliarum honeſtarum mulierum, quas vir bonus aliquis intra ſepta domus ſuæ tenere noſcitur, detruncatione naſi ipſas, tanquam adulteras, iuxta diuæ memoriæ regis Rogerii aui noſtri ſtatuta puniri cenſemus. Aliarũ tamen mulierũ animos [b] attrahentes, quæ velut ſui arbitrii exiſtentes a nemine cuſtode virorum voluntatib. & voluptatib. ſe dederũt aliquando, licet nõ eſſet iuſtè credibile, quòd dare ſe vellent prima vice: quia talia perpetrantes, ſi fuerint legitima probatione conuictæ, fuſtigari cenſemus, & ipſas in recognitionem ſemel attentati facinoris in fronte ſignari. Scituris firmiter lenis huiuſmodi, quod ſi attentauerint denuo reiterare commiſſa, detruncationis naſi pœnæ proculdubio ſubiacebunt.

De lenonibus. Rubr.

a LEnas ſolicitantes, &c.

b *Attrahentes*. Scilicet adulationib. & ſuaſionib. & propterea dñr mulieres ab huiuſmodi lenis venari. i. decipi promiſſionibus, ut i Auth. de lenon. circa princ. & §. quia verò plurima. Item no. q iure Romano pœna lenonũ eſt nouiſſimũ ſuſtinere ſupplicium. i. mortis. ſi. n. pecuniarũ eos, &c. ut l Auth. de leno. §. præponimus.

De in-

De pœna matris filiam publicè proſtituentis.

TITVLVS LXXXV.

Illud, quod dictum fuit in conſtitutione regis Rogerij, quæ incipit, Matres. quid ſi mater vendit filiam ad fornicandum, debeat puniri pœna truncationis naſi, non habet locum, ſi mater filiam ſuam, quam maritare non poteſt, cum voluntate ipſius ad peccandum carnaliter dedit propter paupertatem pro ſuſtentatione vitæ: quia hoc iniuſtum, & ſeuerum eſſet, ut puniretur neceſſitate cogente. h. d. Matthæus.

† IMP. FREDER.

† *Aliàs, Idem.*

MAtres, quæ publicè proſtituũt filias, pœnę naſi truncati a diuo Rege Rogerio ſtatutæ ſubiacere ſancimus. Alias etiam conſentientes, & filias, quas fortè pro-

ANDRÆAS DE ISERNIA.

ſet de adulterio cognoſcere: quod non eſt uerum indiſtinctè, ſecundũ opinionem Modernorum, qui diſtinguunt: aut de adulterio agitur ciuiliter, ad thori ſeparationem, & tunc eſt cognitio iudicis eccleſiaſtici, ut hic: Aut agitur ad pœnæ impoſitionem, & tunc ſpectat ad iudicem ſecularem: & ſic notat Innoc. in c. tuæ. de procura. nam hoc caſu non poteſt iudex eccleſiaſticus cognoſcere, vel iudicare: quia talis iudex non poteſt aliquem morti tradere, ut in præalleg. cap. dictum. Et hæc diſtinctio locum habet in maſculo, cui pœna mortis imponitur, per l. quamuis. C. de adult. In adultera autem locum non habet: nam cum per ius Authenticorum ſit mutata pœna, ſcilicet, ut uerberibus ſubdita in monaſterium detrudatur, ut in Auth. ut nulli iud. §. ſi qua. indiſtinctè erit cognitor iudex eccleſiaſticus, eo q talis iudex iuſtè poteſt talem pœnam inferre: nec enim eſt verisſimile, quod tam graue delictum uoluerit Imperator per hanc conſti. impunitum remanere. Item quia non eſt credendum, &c. l. ſi quando. C. de inoffic. teſt. facit ſatis clare pro dicta diſtin. quod no. per Hoſt. in d. c. tuæ, & in titu. de adul. in ſumma. & per And. de Iſer. in tit. quæ ſint reg. in verbo, contrahentium inceſtas nuptias. Petrus de Monteforte.

Quærit hic Iudex Blaſius de Murcone ſub huiuſmodi tenore. Verum tu dubitaſti, ſi idem dicatur de adultera punienda, quod de adultero, dictum eſt per And. de Iſer. in tit. quæ ſint regal. in verbo, contrahentium, & Innoc. in c. tuæ. de procur. ¶ Et Lucas de Penna a me interrogatus, ſic de uerbo ad uerbum reſpõdit. Nonnulli, uel ignorantia pleni, vel fauentes adulterijs, dicunt tale crimen ad eccleſiaſticum iudicem tanquam mere canonicum pertinere, & potiſſimè in Regno per hanc conſtit. maieſtati. Quibus bene reſpondetur per dicta Inno. & Dom. And. de Iſer. in dictis locis: pro qua ſententia multi canones, & Doctores aperte loquuntur, & eſt expreſſum 23. q. 5. c. rea debet, & patet ead. cauſa, q. 4 c. ſi quos. Vbi etiam patet, quod contra adulterantes geritur bellum iuſtum, ad idem 33. q. 2. c. interſectores. & hoc ſentit Arch. in ſuo Roſario. d. c rex debet. facit tex. 32. q. 4. c. nemo. 2. q. 5. relegentes. & hæc eſt ſententia veritatis: licet contrarium notetur. 32. q. 1. publico iudicio. & Archid. in d. ca. rex debet. facit, 32. q. 7. c. quid in omnibus & eadem cauſa, q. 4 nemo ſibi blandiatur. & not. per Hoſt. in ſumma de pœni. § & de quibus. ſub §. illud autem. verbo, octauum. His tamen. & alijs, quæ omitto, cum iuſtitiæ ratione penſatis, apertiſſimè liquet de ignorantia contrariam opinionem tenentium, & de ſumma iuſtitia legum Codicis pœnam capitis ſtatuentium: & de parua, ut ſic loquar, aut voluptuoſa iuſtitia legum nouarum Iuſtiniani, quæ mulieribus adulterantibus ingreſſum monaſterij deputauit, cum pœna ſit imponenda pro qualitate peccati. Et licet maſculus in his grauius, quam fœmina peccare noſcatur, propter ampliora dona virtutis: ex quo volunt in muliere mitigari pœnam ultimi ſupplicij, non tantum debuit ipſa mitigatio ſic deſcendere, ut mulierem adulterã in ingreſſu monaſterij decoraret: cum criminoſum non debeat dignitas comitari, ſed pœna. C. de decurionib. l. pœna. ¶ Longe melius ergo in hoc ſtatuit conſtitutio Regni, iubens, ut adultera uiro tradatur, qui uſque ad naſi truncationem ſæuiat in eandem. Et ſi uir taliter in uxorem ſæuire noluerit, eſt publice flagellandus: & nihilominus tali pœna adulterij punienda vxor: & ſic intelligenda eſt conſtitutio, legum aſperitatem, quam per conſtitutionem maieſtati noſtræ præſentem, quæ ſequitur illam, non eſſe correctam dicendum eſt. Et hoc legi diuinæ congruit, quæ mulierem adulteram lapidari iubebat. 33. q. 5. c. hæc imago. Satis itaque arguendum videtur, ut mulier adultera, quæ per legem diuinam lapidari iubetur, monaſterio ad corrumpendum ſanctas moniales deputetur. Sæpe namque malorum conſortia, & c. 28. q. 1. c. ſæpe. & not. in Auth. de mona. §. cogitandum. in fine. Nec enim incorruptus manere poteſt, qui corruptis ſociatur. 23. q. 4. cap. quiſquis. Sic qui communicat ſuperbo, induet ſuperbiam, Eccle. 13. & facit C. de mal. & ma. l. 3. hæc Lucas de Penna. Iudex Blaſius de Murcone.

Sed hic quæritur an conuictus de crimine adulterij appellet, in l. prima. C. de rapt. uirg. ibi, quibus, & ſi appellare uoluerint, probatur quòd non. facit. ff. de iniuſto, rup. & irri. teſtam. l. ſi quis filium. §. hi. quod eſt hodie expreſſum in c. Romanus. de appel. in 6. Iudex Blaſ.

Sed an conſcius, & principalis de raptu poſſint ſimul accuſari in eodem libello? tex. in d. l. 1. de rap. uirg. in uerbo, cæteros autem cõſcios, innuit, quod non, de quo aliquantulum per And. de Iſer. in conſti. pœnam capitalem. Iudex Blaſius.

Sed an conſortes de una domo, uel genere, puta de domo Caraziulorum, poſſunt teſtificari pro uno eorum conſorte offenſo? dicunt Doctores in d. l. 1. per gloſſam in uerbo, conuicti, quod non: quia uidentur teſtificari in cauſa eorum propria. Et eſt ratio: nam iniuria facta uni, &c. l. 1. ff. de iniur. & in materia l. ſi quis homicidij. C. de accuſa. facit. l. ſi quis in corrigendis. in princ. ibi, propinquus. C. de emendat. propinq. iuncta l. præſenti. C. de his qui ad eccle. confu. circa fi. & in l. etiam. C. de teſt. Iudex Blaſius de Murcone.

De pœna lenonum, aliàs, de lenonibus. *Rubrica.*

LEnas ſolicitantes. Facit differentiam inter lenam ſolicitantem mulierem, quam bonus uir tenet intra ſepta domus: & tunc lena punitur truncatione naſi, ſicut ipſa adultera, cui crimen tantum probatũ eſt, ſupra tit. 1. l. 1. quia ſi deprehenſa eſſet in adulterio: tunc ad mortem, ſupra eo. l. ſi maritus pro quo eſt ſupra l. 1. Et inter lenam attrahentem animum mulieris exiſtentis per ſe a nemine cuſioditæ, de qua non eſſet iniuſte credibile, quod dare ſe uellet uoluptati uirorum, quoniam aliis ſe dederat. ¶ Hæc lena pro prima uice fuſtigatur, pro ſecunda uice trũcatur ei naſus: & in hoc lenitur ciuilis iuris aſperitas, quæ condemnat ad mortem, in Auth de leno. in prin. & §. economus. ut hic in glo.

De pœna matris filiam publicè proſtituentis. *Rubrica.*

MAtres. Ad primam partem facit ſupra eod. l. 1. Ad ſecundam partem non eſt ita graue delictum propter famem conſentire proſtitutioni

pter inopiam, nedum maritare, ſed etiam nutrire non poſſunt, alicuius voluptatibus exponentes, a quo & ſuſtentationem vitę, & gratiam prę ſtolantur, pœnę ſubiacere non tam iniuſtũ credimus, quàm ſeuerum.†

De venditione liberi hominis.

TITVL. LXXXVI.

Si quis hominem, quem ſcit eſſe liberum vendiderit, ſi poſſibile eſt, debet eum redimere de bonis ſuis, & ipſe efficitur ſeruus regiæ Curiæ, reliquis eius bonis publicatis. Si autẽ non ſit poſſibile redimere eum, venditor prædictus tradatur pro ſeruo parẽtib. illius, quẽ uendidit, & bona ſua publicentur regiæ Curiæ: ſed ſi contingat quocunque modo, quod ille liber homo uenditus redeat, venditor ille traditus pro ſeruo parentibus, erit ſeruus regij fiſci vna cum filijs natis poſt perpetratum delictum plagij. h. d. Matthæus.

REX ROGERIVS.

QVi ſciens liberum hominem vendiderit, hac pęna legitima teneatur, vt ex bonis ſuis, ſi poſſibile eſt, venditus redimatur: ipſe verò maleficus Curiæ ſeruus fiat bonorum ſuorum reſiduo publicato. Quod ſi non poterit redimi, pro ſeruo tradatur parentibus venditi, bonis ſuis Curiæ addictis. Quocunq; autem caſu venditus redeat maleficus Curiæ ſeruus fiat filijs etiã poſt hunc caſum naſcentibus Curiæ ſubiectis perpetuæ ſeruituti.

De incendiarijs.

TITVL. LXXXVII.

Qui doloſè domum incendit capitis pœna plectatur, vt incendiarij. h. d. Lal. de Thuſ.

† REX ROGERIVS.

QVi doloſè [a] * domum incenderint, [b] capitis pœna plectentur, velut incendiarij.

Qui ramum de alto proijciens, vel ſe præcipitans, hominem occiderit.

TITVL. LXXXVIII.

Qui de alto. hæc l. corrigitur per ſeq. Lal.

† REX ROGERIVS.

QVi de alto [c] ſe ipſum præcipitat, & hominem occiderit, & qui ramum incautè proijcit, & non proclamat, ſeu lapidem proijcit, hominemq; ue occiderit, pœnæ capitali ſuccumbat.

De pœna hominum alium occidentium diuerſis ex caſibus.

TITVL. LXXXIX.

Qui ſe de alto præcipitat, vel ex alto aliquid incautè proiecerit, & proinde occiderit aliquẽ, ſi quidem in loco habitali hoc contingit, per annum carceri mancipetur: ſi vero in campeſtrib. hoc acciderit, ſacramento ab ipſo præſtito, ꝙ tranſeuntem non viderit, eſt omni calumnia abſolutus, ꝙ ſi ex prædictis in centum & decem dieb. percuſſus non moriatur, oẽs impenſas iuſtas pro ſe, & medico incautè proijciens reddere teneatur. h. d. Lallus.

IMPER. FREDER.

POenam [d] præcedenti ſanctione ſtatutam imperialiter mitigantes decernimus, Eum qui ſe de alto præcipitat, vel ex alto incautè aliquid proijcit, & proinde occiderit aliquem: Si quidẽ in loco habita-

De incendiarijs. Rubrica.

[a] QVi doloſè. Secus qui culpa, quia tunc eſt pœna, ut ff. de off. præ. in l. nam & ſal. §. 1. nec facile ſine culpa alicuius fit incendiũ, vt ff. de peri. & com. rei vend. l. ſi uendita.

ADDITIO. *Vide omnino l. quæ fortuitis. C. de pign. actio. vbi plenè adde, & plura con. Alexan. & Bal. & Andr. in conſtitutio. ſuper inciſionibus.* Cæſar.

• ADDITIO. *Quid in domuncula, uide Bal. in l. 1. §. de exercitoribus. ff. nau. cau. ſtab & Phil. Dec. in c. 1. extra de appel. nu. 2.* De Bottis.

[b] *Capitis.* Vt de incen. ruina, naufra. l. licere. §. qui data opera. & l. qui ædes. & ſupra de mat. clandeſt. l. ſuper inciſionibus.

Qui ramũ de alto proijciens, &c. Rubr.

[c] QVi de alto. Corrigitur j. l. proxi.

ADDITIO. *Vide per eam ſupra in conſtitutione, terminum vitæ.* Cæſar.

De pœna hominum aliũ occidentiũ, &c. Rub.

[d] POenam. Centum, & decem diebus percuſſus, quaſi dicat ſi percuſſus morietur infra centum, & decem dies a ſuæ percuſſionis tẽpore numerandos, coniectura, & præſumptio eſt, quod ſit mortuus ex illa percuſſione, & ſic tenetur, ut ſupra poſuit, tanquã de occiſo: ſed ſi poſt cẽtũ & decẽ dies, tũc teneretur tanquã de vulnerato, quaſi nõ ſit amodo coniectura propter temporis diuturnitatẽ, quod ex illa percuſſione defunctus ſit. ¶ Alibi dicitur de ſpatio 8. menſium, quod infra hoc tempus mortuus præſumatur ex illa percuſſione defunctus, ut extra de cleri. percuſſo. cap. 2. Alibi dicitur de triduo, ut 50. di. ſi qua fœmina. ¶ Alibi dicitur de anno, ut in Lombar. de pla. & comp. li. homi. cap. in omnibus iſtis plagis, vbi de hoc in ſumma Car. Sed de iure Roma. quando vulnus eſt mortiferum, etiam ſi poſt longum tẽpus moriatur, præſumitur mortuus ex illo vulnere, ut ff. ad legem Aquiliam. l. ait lex. & l. huic ſcripturę, licet alias huiuſmodi interpretatio, ſiue diſtinctio dierum repellatur, ut C. de emendatio. ſeru. l. una, in principio.

Aliàs, ſiquũ.

† Aliàs, Idem.

† Aliàs, Idem.

[a] *Abſurdum.*

ANDRÆAS DE ISERNIA.

proſtitutioni filiæ, quam & uendere poſſet propter hanc cauſam. C. de pat. qui fil. diſtrax. l. 2. non erit pœna naſi: ſed quin ſit alia pœna, non vetat, ad arbitrium iudicis, ſuprà l. 1. in fi. quia melius eſt omnia mala pati, quam malo conſentire.

De pœna vendentium liberum hominem. Rubrica.

QVi ſciens liberum hominem. Rationabiliter ordinauit hæc lex, vt qui vendit pro ſeruo alium, ipſe fiat ſeruus Curiæ, quod fecit ſemper expectet. C. de epiſ. aud. l. 3. & ſi non poteſt reddi liber homo quem vendidit: tradetur pro ſeruo parentib. venditi, & filij nati poſt plagium commiſſum erũt ſerui. C. de lib. & eo. libe. l. 2. ibi, filij ẽt, &c.

QVi ſciens liberum hominem vendiderit. Rationabiliter ordinauit hæc lex, vt qui uendit pro ſeruo aliquem ipſe fiat ſeruus, vt quod facit, ſemper expectet, ut C. de epiſc. aud. l. 3. Et ſi non poteſt redimi liber homo, quem vendidit, tradetur pro ſeruo parentib. venditi. Et filij nati poſt flagitium prædictorum erunt ſerui, ut C. de lib. & eorum lib. l. 2. ibi, filij. Barthol. de Capua.

De incendiarijs puniendis. Rubrica.

QVi doloſè. Debet incendiarius domus in ciuitate puniri ad mortem, ſi autem combuſſit alias res in ciuitate ſimiliter, maxime ſi homo incendio perijt. ff. eo. l. qui ædes. ſi extra ciuitatem mitius punitur. de pœ. l. capitalium. §. inimicitias.

ADDITIO. *Adde l. ſi. ff. de incen. rui. naufrag. l. ſi quis dolo. ff. de ſicar. l. data opera. C. qui accuſ. non poſſ. c. peſſimam. 23. q. vlt. glo. in c. cum deuotiſſimam. 12. q. 2.*

Quare plus punitur in ciui. quàm extra? quia tunc poſſet maius periculum reſultare, quia poſſet tota ciuitas comburi. Vel verius iure Romano ſi homo incendio non perijt, ſiue extra ciuitatem, ſiue intra, erit pœna arbitraria, ſed magis punitur, ſi in ciuitate, quam ſi in villa, & aliter punietur ſi precioſas domos cõbuſſerit, quàm ſi unũ vile paleare, aliter ſi eſſet uilis perſona, & qui conſueuit talia facere, quàm alius, & ſic iudex uidebit qualitatem perſonæ, & delicti, ff. eo. l. ſi. & l. Pedius. nam licet ſtatuantur pœnæ certæ in hoc extraordinario crimine, ut d. l. ſi. tamen erit iudicis arbitrio, quam ſtatuat. ff. de effr. l. 2. §. effractores. ¶ Extraordinarium eſt, quando homo non perijt incendio, quia inter priuata delicta numeratur, in l. 1. de priua. delictis, ponitur titulus de incendio, in quibus iudex punit extraordinarie. ff. de priua. deli. l. fin. & de fur. l. fin. & ſic intellige l. iſtam non eſſe iniquam, immo rationabilem, licet indiſtinctè loquatur.

QVi doloſè domum incenderint. Incendiarius domus habitatę punitur ad mortem: ſi autem comburit alias res in ciuitate ſimiliter, maxime ſi homo incendio perijt. ff. eo. l. qui ædes. ſi extra ciuitatem mitius punitur. ff. de pœ. l. ob inimicitias. Ratio autem, quia in ciuitate maius periculum reſultat: quia poſſet tota ciuitas cõburi. Vel verius iure hodierno, ſi homo incendio non perijt, ſiue extra ciuitatem, ſiue intus erit pœna arbitraria. Sed magis in ciuitate, quàm in villa: nam aliter punitur ſi pretioſas domus cõbuſſiſſet, quam ſi vnũ paleare, aliter ſi uilis perſona, cui conuenit talia facere, q̃ alius, & ſic iudex uidebit qualitatem perſonæ, & delicti. ff. eo. l. ſi. & l. Pedius. licet ſtatuantur certæ pœnæ, & in hoc extraord. crimine. d. l. ſi. tunc erit iudicis arbitrio, quam ſtatuat, ut ff. de effrac. l. 3. contra effractorẽ extraordinarium exequen. hodie non perijt incendio, quia inter priuata delicta numerantur, vt l. 1. de pri. delic. de incẽdio in quib. iudex punit extraordinariè. ff. de pri. delic. l. ſi. & de fur. l. ſi. ſic intellige l. iſtã non eſſe iniquã, ſed rationabilẽ, licet indiſtinctè loquatur. Barth. de Cap.

De pœna proijcientium ſe de alto, &c. Rubrica.

QVi de alto. Hæc lex corrigitur, & diſtinguitur per ſequentem. Idem.

De occidentibus. Rubrica.

POenam. Diſtinguit, & bene ſumitur ex l. ſi putator. ff. ad l. Aquil. ponit hic glo. de vulnerato mortuo poſtea per quantum tempus præſumatur mortuus ex vulnere. Iſtam materiam plene diximus ſup. in 1. lib. de homic. l. terminum. ¶ Item no. quod expenſas infirmitatis, & medicorum debet ſoluere proijciens incautè, quia non debent puniri æqualiter doloſus, & ſimplex, immo in diuerſis, quia in uno eſt dolus,

bili hoc contingat, per annum carceri mancipatur. Quòd ſi hæc in campeſtribus acciderint, ſacramento ab ipſo præſtito, quòd transeuntem non viderit, omni calumnia abſolutum ipſum eſſe cēſemus. Quod ſi ex prædictis percuſſus † minimè moriatur, omnes expenſas iuſtas, & † moderatas, quas in ipſa infirmitate fecerit, tā per ſe, quam pro † medicinis, incautè proijciens ei reddere teneatur. ᵃ Abſurdum enim in caſu iſto præuidimus punire æqualiter ſimplicem, & doloſum.

De his † qui ludunt ad dados & ſpolia mortuorum accipientibus.

TITVLVS XC.

Omnes, qui continuè ludunt, & de ludo viuunt, quia nulli alij officio vacant, niſi in ludis: item omnes tabernarij, & omnes illi, qui in tabernis bibunt, & comedunt de continuo, ſicut in proprijs dom.bus: item omnes illi, qui dados, & aleas tenent, & alij commodant ad ludendum, per iſtam conſtitutionē facti ſunt infames, ita quod non poſſunt facere teſtamētum, nec poſſunt eſſe teſtes, nec ad aliquod officium publicum ſunt admittendi, & iſta conſtitutio comprehendit etiam Iudices, Aduocatos, & notarios publicos, & etiam milites equeſtres: nam vltra quod efficiuntur infames, & inhabiles ad teſtimonium ferēdum debent perdere officium, & milites priuilegia militaria. h. d. Matthæus.

† IMPER. FREDER.

MOres ᵇ * diſſolutè viuentium interpoſitæ pœnæ formidine ad frugem melioris vitæ reducere cupientes: Statuimus eos, qui ad dados, ſic ex quadam cōſuetudine ludūt, & in ludo ipſo continuè conuerſantur, vt nulli alij vacēt officio, de quo viuant; Tabernarios etiam qui tabernas, velut naturales lares, & proprios elegerunt; Eos ēt ¹ qui aleas, & dados tenent, vt eas prædictis ludentibus commodent, inter infames haberi, ita, vt nec ad teſtimonium, nec ad officium aliquod publicum admittantur. Iudices ēt, & aduocatos, & notarios publicos, qui huiuſmodi vilem, & ſordidam vitam ducunt, infamia prædicta notatos, a ſuſceptis ēt officijs in perpetuum volumus amoueri. Poſtremo etiā milites, quos ſaltem equeſtris dignitatis decus deberet a talibus coercere, ſi famæ ſuæ prodigi & pudoris ignari ad vilitatem huiuſmodi deduxerint vitam ſuam, in perpetuū a teſtimonio ſubmouemus, ab eis iudicia ēt, q̄ viris militarib. ſunt conceſſa, in perpetuum abdicantes.

De blaſphemantib. Deum, & Virginem Mariam.

TITVLVS XCI.

Quis debet puniri in membro, quo deliquit contra Deum, vel beatam Virginem glorioſam matrem Dei & hominis, mutilatione linguæ debet puniri. h. d. Matthæus.

† IMPER. FREDER.

BLaſphemantes ᶜ * Deum & virginem glorioſam linguæ maliloquæ mutilatione punimus.

† *Aliàs, in tex. adduntur, centū & decē dies.* † *Aliàs, neceſſarias.* † *Aliàs, medico.* † *Aliàs, de aleatoribus.* † *Aliàs, Idem.* † *Aliàs, Idem.*

a *Abſurdum.* Concord. ff. ad legem Corneliam. l. in lege. Et nota, quod quis delinquit altero de tribus modis. Aut propoſito. Aut impetu. Aut caſu, ut ff. de pœnis. l. reſpiciendum. § delinquit, & ibi plenè de hoc in glo. ordinaria, & in hac eſt exemplum, quando caſu. De quo dic plene, vt in ſumma de pœn. in principio.

De his qui ludunt ad dados, &c. Rub.

b MOres. *Proprios elegerint.* Nota contra illos, qui ſic expendunt ſua in potionibus, & ebrietatibus, vt hic, & in Authen. de cōſu. §. ſi enim hoc egerint. & C. de adulterijs. l. quæ adulterium. & facit in Auth. de nup. §. iucundum, & Inſt. de ſen. con. Clau. ad finem.

ADDITIO. Mores. *Vide ſuper hac conſtitutione Parid. de Puteo in tracta. ſyndic. in verbo, inquiſitio. char. 56. & conſtitutionem ſupra, hi qui.*

* ADDITIO. *Vide contra luſores, Grammat. in deciſ. 11. & 40.* De Bottis.

1 ADDITIO. Qui aleas. *Adde an facientes aleas, & vendentes teneantur ad reſtitutionem, uide Ioan. Baptiſt. de Caccialupis in tract. de Lud. quæſtio. decima.* Superantius.

De blaſphemantibus. Rubrica.

c BLaſphemātes. *Linguæ.* Immo videtur de iure Romano, quòd vltimum ſupplicium patiantur, ut in Authent. ut non luxur. contra naturam. collatio. ſexta. ¶ E contra blaſphemantes no. & periuros, ut hic, & infra l. proxima, & C. de aleato. lu. in l. Græca, alearum vſus, &c.

* ADDITIO. *Vide Modernos in c. regni, ab illo, nume. 49. & omnino Grammat. deciſ. 50. ubi quando quis dicatur blaſphemare, & quomodo practicetur pœna impoſita per hanc conſtitutionem, uide etiam Boer. in deciſio. 301.* De Bottis.

De periu-

ANDRÆAS DE ISERNIA.

dolus, in alio eſt culpa. Dolus præponderat culpæ. ff. ad l. Aqu. l. item ſi obſtetrix. in fi.

De ludentibus ad azarum, & mortuos ſpoliantibus. Rubrica.

MOres diſſolutè viuentium. Hæc lex multum frequentatur in quotidiano iudiciorum vſu contra illos, qui ludunt ad dados ex conſuetudine.

ADDITIO. *Adde Io. Bapt. de Caccialup. Conſtan. & Paridem de Puteo in ſuis tractatib. de Ludo.*

Et contra eos, qui tabernas elegerunt, ſicut domos proprias. ¶ Nec non qui commodant aleas, & dados ludentibus, quia propter vilitatem eorum etiam a teſtimonio repelluntur. Puniuntur etiam ſimilis vitæ milites, quos equeſtris dignitas, &c. ¶ Quid ſit equeſtris dignitas? dic, ut C. de eque. digni. l. 1. lib. 12. ¶ Semper inſpicitur cōditio teſtis. l. 3. eo. Militibus etiam prædictis militaria priuilegia denegātur, ſic ſupra, de his qui in urbe mili. l. 1. quæ priuilegia ſunt in l. uniuerſis, de off. Iuſti. & l. proſequentes de teſt. contra Comi. & Baro.

MOres diſſolutè viuentium. In tex. uelut naturales lares. Sed quid in tabernarijs, & luſoribus noſtrarum partium, qui exercent tabernas, & ludum, & nihilominus eorum propria negotia in eorum domib. (vt alij burgenſes) gerunt? & vī in his hanc conſtitutionē locum non hre, cum loquatur de tabernarijs, qui tabernas, ut naturales lares, & proprios elegerunt, & de luſorib. qui continuo conuerſanī in ludo. Et ſic ad iſtos non trahetur, qui licet ſint tabernarij, in alijs proprijs ſuis agendis operam dant, argumen. ff. de acquiren. poſſeſſ. l. nihil. ff. de iure dotium. l. 2. §. furioſi. & quia iſta conſtitutio eſt odioſa, propterea non extendenda. l. ſi vero. §. de viro. ff. ſoluto matrimo. In tex. infames. De iure communi videtur, quod non ſint infames, ut ff. de decur. l. eos. licet a teſtimonio repellantur, argumen. l. humilem. C. de inceſt. nupt. & no. in Auth. de teſtib. §. ſancimus. lo 1. in glo. not. Barthol. de Capua.

De blaſphemantibus Deum. Rubrica.

BLaſphemantes. Lingua puniuntur qua deliquerunt, per hoc quod peccat quis, per hoc & torqueatur. Sapien. 20. & C. communia de ſucceſſio. authentica, omnes peregrini.

ADDITIO. *Adde §. & quoniam. in Auth. ut non luxur. contra natur. colla. 6. & in §. authoritas. iuncta glo. de pœn. diſt. 4. Doct. in c. ſtatuimus. de elect. per Abb. & Doct. in cap. 2. de male. Et an blaſphemans cum interuallo temporis, toties poſſit accuſari, & condemnari, quoties blaſphemauit? uide per Barth. Capel. in conſil. crim. conſil. 77. incip. viſa inquiſitione formata per poteſtatem Montiſſilicis.*

Sed an blaſphemans ſit infamis? videtur quod ſic: quia poſiti, ſupra l. prox. ita grauiter delinquunt, ſicut periuri. Verius uidetur, quod nō, niſi condemnatus ſit de blaſphemia, nam hæc conſtitutio punit ad linguam, non dicit, quod ſit infamis, ſi uoluiſſet dixiſſet. C. de caduc. tol. l. 1. §. pen. & edictum de infamibus prohibitorium eſt, ut quilibet ſit bonæ famæ, niſi prohibetur, ſicut edictum de teſti. ff. de teſti. l. 1. ex qui. cau. ma. l. necnon. §. quod autem. ¶ Satis ordinate puniuntur infames ipſo iure. ff. ex quib. cau. infa. irro. l. 1. per totam, hic non continetur. ¶ Licet autem iurare per Deum, & periurare inducat infamiā, & blaſphemare ſit plus, quām periurare.

ADDITIO. *Adde glo. in l. Lucius. ff. de his qui notan. infamia. cap. quicunque. 7. quæſt. 1. glo. in cap. querelam, de iureiur. Doct. in cap teſtimonium. de teſtibus.*

Hoc non concludit, quia peius, & criminoſius eſt homicidium facere, & non infamat eo ipſo, quod non ſeruat tempus luctus, quod quidem infamat. Ius ſcriptum loquitur de uno, non de alio.

BLaſphemantes Deum. Blaſphemans Deum efficitur infamis, ut in Authen. ut non luxur. circa princ. & ſic uidetur, quòd poſſit a teſtificando repelli, quod poteſt adiuuari per l. quiſquis. C. ad legem Iul. maieſt. ubi blaſphemātes principem, ergo multo magis Deum, & non eſt dubium de iure canonico, de iure autem noſtro nō reperitur bene cautum, & ideo quidam dicebant, quòd non repellitur a dignitate, ut C. de dign. l. 2. lib. 12. quia eius opinio non grauatur inter bonos homines, & ideo dicebant non repelli a teſtimonio. Sed vide quod no. extraordin. in l. fi. C. ex quib. cau. infa. irro. & ff. de teſti. l. 3. § Iul. Nicol. Ruff.

De deie-

De periurijs. *Rubrica.*

a EOs, *qui ſciēter*. Conc. in Longobarda, de periurijs. l. de eo. Et no. ꝙ huiuſmodi periurus non poteſt eſſe teſtis, vt in Long. de teſt. l. vt qui ſemel, & qualiter quis ſe def. de. l. vt infantes. nam eſt infamis, ut in Longobarda. de periu. vt qui ſe periurauerit, & ſic repellitur a teſtimonio, vt ff. de ſena. l. Caſſius, & ff. de his qui notan. infa. Lucius, & quod ibi no. glo. or. & facit extra de teſt. c. ſicut nobis. in ſi.

ADDITIO. *An periurus perdat cauſam. Saly. in auth. ei qui iurat. C. de bo. auth. iud. poſ. & plene de hac materia per Felyn.*

De periurijs.

TITVLVS XCII.

Qui conuictus eſt de periurio dolosè commiſſo in præiudicium alterius, ſiue in iudicio, ſiue extra iudicium, punitur pœna amputationis manus. hoc dicit. Matthæus.

Felyn. in cap. ex parte. in verbo, periurus. extra de reſcr. Ang. in tracta. maleſ. in verbo, falſario, in l. ſi quis maior. C. de tranſac. vbi quas pœnas incurrit. Cæſar.

a ADDITIO. *An pro periurio poſſit iudex procedere ex officio, vide Moder. in c. regni, ſiue quis forisudicetur, nu. 20. fol. 145. & ibi an periurus poſſit forisudicari. & an procedatur ex officio, vide ca. regni, ad audientiam, in ſi. fol. 176. Quid ſi periurium eſt cōmiſſum extra regnū, an puniatur hac pęna. vide Affl. in c. 1. §. ſi quis hominem. verſ. no. ſecundo. num. 25. de pace tenen.* De Bottis.

† IMPER. FREDER.

EOs, qui a ſcienter * periurāt in iudicijs, aut extra iudicia, detruncationē manus volumus ſuſtinere, niſi ipſorum periurium in crimen læſæ maieſtatis inciderit, in quo iura vetera, & Diuorum Principum inſtituta ſeruamus.

† Aliàs, Idem.

Qui

ANDRÆAS DE ISERNIA.

De deierantibus. *Rubrica.*

EOs, *qui ſcienter*. Punitur periurus ſcienter ad manum, ſiue in iudicio, ſiue extra periuret. Sed nunquid Iudæus iurans per legē ſuam, & deierans teneatur ad hanc pœnam? videtur quod ſic: quia ſtatur in tali ſacramento eorum. ff. de iureiur. l. non erit. §. diuus. pro quo eſt. C. de Iudæis. l. Iudæi. Et licet periurium ſolum Deum habet ultorem, intelligendum eſt de ſacramento nō pertinente ad preiudicium alicuius, ut dixit Io. 6. q. 1. quicunque. & no. C. de iureiur. l. iuſiurandi religio. Sed ſi ſacramentum, per quod fuit periurus, fuit alij nociuum, negotium deciſum ex ſacramento tali nō retractatur, ex quo fuit ſibi delatum. Sed periurus ſcienter debet puniri, vt hic, & ff. de crim. ſtellion. l. ſi. de iureiur. l. 1. Vnde ſpectabitur ad quid agitur in illo, ſcilicet, actu & negotio deciſo: nam teſtis periurus in ciuilibus punitur. C. de teſtib. l. nullum. Hæc uidetur ueritas, quicquid dictum eſt ſupra de exordijs & præparat. iudiciorum. l. edicto. & in titu. de conſuet. recti ſeu §. ſacramentū. Sed quia crimen ſtellionatus, quo tenetur periurus, eſt priuatum delictum: non accuſabitur de periurio, niſi ab illo, cuius intereſt, niſi coram iudice periuretur, ut d. l. nullum. 2. q. 1. Deus omnipotens. §. quando. ¶ Quid ſi iurauit † Titius, & periurauit, an hæres Titij accuſetur de periurio? videtur ꝙ ſic quia ſi defunctus iurat, perinde eſt ac ſi hæres iuraſſet, qui uidetur eadem perſona cum iurante teſtatore, in Auth. de iureiur. a mor. præſt. in prin. ¶ Sic econtrà, cum iuratur defuncto, videtur iurari hæredi, quia & promiſſio facta defuncto, videtur facta hæredi. ff. de probationibus, ſi pactus. in ſi. Verius uidetur quod nō: quia pœnales actiones ciuiles ex maleficijs deſcendentes dantur hæredibus, ſed non competunt ad vindictam, Inſtit. de perp. & temp. act. §. ſed hæredibus. & ſic actio ciuilis furti pro duplo, vel quadruplo datur hæredi; & ſi eſſet mota per defunctum tranſiret in hæredem multo fortius: quia non mota, etiam hæredi datur. ff. de actio. l. ex iudiciorum. in ſi. ¶ At criminales accuſationes etiam ex publicis iudicijs non dantur hæredi, dicit glo C. de delic. defunc. l. 1. in fine magnæ glo. nam & mota extinguetur morte: C. ſi reus uel accuſ. mort. fuer. l. ſi. ¶ Vnde ſi defunctus poterat te accuſare de homicidio. l. Corn. de ſicarijs, hæres eius non habebit accuſationem defuncti extinctam per mortem: etiam ſi mota fuiſſet, ſed ex ſua perſona poſſet hæres, quia & quilibet de populo poſſet. ¶ Idem in priuatis delictis innuit glo. d. l. ex iudiciorū. in ſi. ¶ De periurio eſt crimē ſtellionatus. ff. de crim. ſtellion. l. ſi. non publicum. C. eod. l. 3. ſed extraordinarium. ff. de crimin. ſtelliona. l. 2. ¶ Accuſationem ergo ad pœnam corporalem infligendam competentem defuncto, hæres non habet in periurio, quia extincta eſt morte: etiā ſi mota fuiſſet ex ſua perſona, non autem ſi periuretur poſtquàm eſt hæres: quia non eſt crimen publicū, nec ſibi, ſcilicet, hæredi iuratum fuit: ſicut de furto facto Titio hæres non accuſat criminaliter, ſed ciuiliter aget ad duplum, vel quadruplum pro eo, quod intereſt eius. ¶ In criminali non dicitur intereſſe, quia ſatisfit animo ſæuiēti. ff. de ſeruis expor. l. ſi venditor. quamuis hoc non ſit in principali, cui iuratum, & periuratū eſt: debet ergo dari ei, cuius intereſt, ſcilicet, actio ciuilis ad rem petendam, vel ad pœnam pecuniariam exigendā. ¶ Sed criminales dantur cuilibet, ſi ſit publicum crimen. Aliàs illi, in quē peccatum eſt, non hæredi, cui etiam ciuilis nō daretur, ſi competit ad uindictam. d. §. ſed hæredibus. cum concor. Iuramentum illud, de quo dicitur in Auth. de iureiu. a mor. præſti. non eſt in perniciem alicuius de propria ſua ſubſtantia. Iurauit teſtator, oportet ꝙ hæredes ſtent ei, quod dixit & iurauit defunctus: quia in re propria quilibet etiam ſine iuramento diſponit, ſicut vult. C. mand. in re mandata.

† ADDITIO. *Vide Capic. deciſ. 75. vbi etiam, quid ſi accepit iuramentum, pro ſe, & hæred. & an hæredes iurantis pro ſe & hæredibus ſi gentur iuramento, vide Fely. in c. cum ſit generale. 6. col. 6. limit. de foro compet. & D. Affl. in deciſ. 381. in ſi. & Guid. deciſ. 414. & an hæredes teneantur de periurio, vide Pau. de Caſt. in l. ſi quis pro eo. 2. col. ff. de ſideiuſ. & in Auth. quod obtinet. C. de probat. in l. ſina. verſ. ſed hæc incidenter. in 1. col. C. de pact. & Innoc. in l. qui ſuperſtitis. ff. de acqu. hæred. Bauer. in tract. de virtu. iuramen. num. 48.* De Bottis.

EOs, *qui ſcienter*. Vide ad intellectum quod notatur per Andr. in conſtit. regni, pœnam eorum. & per Inno. in c. cum ſuper, cod. de confeſ. de ord. cog. c. 2. de accuſ. c. qualiter & quando. per Spec. in tit. de teſtib. §. 1. uerſi. quid ergo ſi per modum exceptionis, uel replicationis, extra de iureiu. c. ſi. in 6. Petrus de Monteſ.

In tex. manus. No. quod periurus punitur pœna manus, ut hic. Sed an poſſit redimere manum? dic quod ſic, videlicet, ſoluendo unam libram auri puriſſimi: ut eſt glo. in conſt. regni, ſummo periculo, ſupra de campio. in uerbo, ſuccumbat & in Longobar. de teſt. l. 1. & in tit. de perjur. l. 1. per Carolum. ¶ Quæro an contra periurium poſſit ex officio procedi? dic ꝙ poteſt, ut in c. regni, ad audiētiam, in ſi. ¶ Quæro, aliquis iurauit ſoluere ad certum diem, non ſoluit, peierauit: poſtea ſoluit, purgatur iuramentū, ſeu ſacramentum, quia redit ad veritatem. Ita notat gl. in c. apud miſericordem. 32. q. 1. & ita eſt in pęna conuentionali, ut in d. gl. no. & in l. ultra. ff. de arb. facit quod notatur in l. Celſus. ff. de arb. quæ loquitur in pœna. Et intellige prædicta iura ante litem conteſtatam: poſt uero litem conteſtatam non habet locum, nec purgatur: & pro hoc uide ritum Magnæ Curiæ Vicariæ. ¶ Quęro an paupertas excuſet à periurio? dic ut extra de iureiur. c. querelam. pro quo ff. de colla. bono. l. 1. §. ſi cum duobus. arg. C. de ſer. fug. l. quicunque. ff. de uerb. obl. l. continuus. §. quid ergo. Nec obſtat hæc cōſtitutio generaliter loquēs, quia intelligitur ſm ius commune: arg. l. ex facto. ff. de vulg. & pupill. Nec enim uſ deierare, &c. ff. qui ſatiſd. cog. l. ſi. & neceſſitas excuſat. ff. de offic. conſul. l. 1. quæſito. extra de fur. c. ſi quis propter. argum. contra in l. palam. §. 1. ff. de ritu nupt. ¶ Quęro, pro periurio quę pœna ſtatuatur de iure canonico? dic quod ſi agatur criminaliter, eſt deportatio, ut 30. diſt. c. criminis appellatio. ſi uero agatur ciuiliter, ſit ſuſpēſio officij, & beneficij perpetua amiſſio, extra de iureiur. cap. querelam. & c. tua. & c. 2. de fideiuſſoribus. ¶ Quæro, iuraui me ſoluturum in certum diem & nō ſolui, an poſſim accuſari de periurio criminaliter? ad hoc potes diſtinguere, quia aut non ſolui, quia nolui, & tunc indubitanter poſſum accuſari: cum ex contumacia ego puniendus ſim, ut hic: aut non ſolui, quia non potui: & tunc ſubdiſtinguo, aut impeditus per caſum fortuitum, qui ſunt. ff. ſi quis cau. l. 2. aut propter paupertatē, ſiquidem per caſum fortuitum, & tunc excuſatus ſum, ut d. qui ſatiſd. cog. l. ſi. Si uero per paupertatem, ſiquidem accidit paupertas caſu, uel neceſſitate, & tunc etiam ſum excuſatus, prædicta ratione: ſi uero per factum meum, puta propter delictum, uel alio modo, tunc non debeo excuſari, ne ex meo dolo lucrum ſequar, vel pœnam euitem, quod eſſe non debet. ff. de interd. & releg. l. relegatorum. §. ad tempus. & ff. de neg. geſt. l. ſiue hæreditaria. Sed quicquid dicatur, obſtat. ff. de verb. ob. l. cōtinuus. §. illud. ubi ſit differētia inter eū qui nō habet, vel pōt habere præ manibus, vel q a non pōt, alia rōne impeditus. B. de Cap.

Sed pone quæſtionē, quam habui de facto, promiſi, & iuraui certo die pecuniā præſtare, & deinde poſt ipſum diem ad omnē ipſius creditoris requiſitionem: Quæro, utrum periurium poſſit dici commiſſum per debitorem, tunc quādo requiritur ut det, & non dat? & per l. quod dicimus. in ſi. ff. de ſolu. & l. promiſſor. ff. de conſt. pec. & l. ſi qs filium. ff. de coll. bono. fuit determinatum ꝙ non: nec tamē debet venire cum ſacco parato creditor. unde dicitur periurus debitor poſt lapſum decem dierum a die requiſitionis: & ita tunc iudex Bernardus de Auſerio de ꝑdicta quæſtione cōſultus reſpondit. Pet. de Monteſ.

Sed uide c. ſi peccatum. 22. q. 2. & c. apud miſericordem iudicem, & uide Bar. in l. cū ſtipulatus. ff. de uerb. obl. vbi dicit, ꝙ eſt in mora ſtatim elapſo die. ¶ Sed an ſi nec principalis, nec hæres eius ſoluit in termino, hæres ſit periurus? dic ꝙ non, ut optimè probatur in l. generaliter. in prin. ibi, cùm multū diſcrepat. C. de reb. cred. Bar. de Cap.

Conſtitutio iſta dicit, ꝙ qui deierat ſcienter punitur ad manum: Sed quid ſi unam tantùm manum habet? dic quod punitur in ea,

† Aliàs, de ſpoliā tibus hominem, obitū vel occultū.

† Aliàs, Idem.

Qui hominem occiſum ſpoliauerit. Rub.

a SI *quis aliquem occiſum.* Alibi ponitur obiter, ideſt velociter, vel ſtatim, vt ff. de orig. iuris. l. 2. ad fi. ff. de reſcind. uend. l. 1. in fi. ſed hic ponitur obitum, ideſt, in via.

De vitatione iactantiæ. Rubrica.

b AD *laudem.* Cōſurgat. ſupra de offic. Iuſt. l. cum circa. Marinus.

* ADDITIO. *Vide, cuius conditionis & qualitatis fuerit hic Petrus de Vinea, per Dantem in* XIII. *Cantu primi Cantici inferni: nā ignobilis, & viliſſima gentis fuit, licèt nobilis ingenio & doctrina. Hic Petrus de Vinea poſt annum*

Qui † hominē occiſum ſpoliauerit.

TITVL. XCIII.

Qui ſpoliat hominē mortuū habentem aliquas veſtes, vltra pœnas impoſitas à iure cōmuni, debet ei manus amputari. h. d. Matth.

† IMPER. FREDER.

SI[a] quis aliquē occiſum, vel obitum fortè reperierit, vel ad quē ſpecialiter ſe fortè contulerit, ſpoliare attentauerit, aut nudum, aut verecūdum reliquerit, mutilatione manus ipſum volumus eſſe plectendū. Pœna, quæ in violatores ſepulchrorum, & eis violatis cadauera ſpoliantes veteribus legibus eſt ſtatuta in ſuo robore permanente.

De vitatione iactantiæ.

TITVL. XCIIII.

AD[b] laudē, & gloriā Dei noſtri ſub ſpe diuini fauoris opus inceptum, & eiuſdē gratia proſequēte cōpletum, vniuerſitas noſtra recipiat, quæ auguſtalis nominis titulo præſignatur in reuerētiam ſerenitatis auguſtæ, & honorē Regiæ dignitatis. Accipite gratanter ò populi, Cōſtitutiones iſtas, tam in iudicijs, quàm extra iudicia potituri. Quas per magiſtrū Petrū de Vineis * Capuanū, Magnę Curiæ noſtræ iudicē & fidelem noſtrū mādauimus compilari. Nec ſubſequētis ſeculi poſteritas præſentiū conſtitutionū librū compilaſſe nos exiſtimet, vt famæ tantūmodo ſeruiamus, ſed diebus noſtris tēporum præteritorum iniuriā, quibus iuris lingua ſubticuit deleamus, vt in noui Regis victoria nouella iuſtitiæ propago cōſurgat.

ACtum in ſolenni conſiſtorio Melfienſi, Anno Dominicæ incarnationis MCCXXI. aliàs, XXII. menſe Auguſti, indictionis quartæ.

Inſinuatū vero menſe Septembris ſequētis, quintę indictionis, Amē.[1]

num 1236. ab hoc Frederico fuit oculis priuatus ſub ſpecie rebellionis, licet non vera, ſed vt caperet eius bona, & exiſtens carceratus in turribus Capuæ ſe proiecit ab alto & mortuus fuit. De Bottis.

1 ADDITIO. Amen. *Adde quod iſta dictio, Amē, tria ſignificat. Primò dicitur ſine defectu, vt eſt gloſ. in verbo, Amen. in c. & ſi Chriſtus, de iureiuran. Secundò dicitur verum eſt, vt eſt tex. in cap. vt vera. de conſecrat. diſtinctio. 2. Tertio loco dicitur in officijs, ideſt, fiat, fiat, vt per Archidiac. in cap. conſuluiſti. ſecunda, quæſtio. quarta. idem Archidiaco. in cap. ſedulo. 37. diſtinct. & Abb. in dicto cap. & ſi Chriſtus.* Superantius.

ANDRÆAS DE ISERNIA.

quam habet, argum. ff. de contrah. empt. l. ſi emancipatione. §. pen. Sed quid ſi nullam habet? dic quod punitur arbitrio iudicis, ut C. vt intra cert. temp. l. 2. Sed quid ſi duas habet, quæ amputabitur? Dic quod validior. ff. de pę. l. interpretatione. Barth. de Capua.

Qui hominem occiſum ſpoliauerit. Rubrica.

SI *quis aliquem.* Punitur ad manum, qui ſpoliat occiſum, nec tollitur pœna communis iuris introducta contra uiolatores ſepulchrorum. Et ſic pœna iſta priſcæ ſeueritati accedit. C. de ſepulc. uiolato, l. 4. in fine.

SI *quis aliquem occiſum.* Nota quòd qui mortuum ſpoliat, ad manum punitur, & poteſt eſſe ratio, quia quodammodo iniuriam ſibi facere videtur. Et ſic nota quòd cadaueri fit iniuria. ff. de iniurijs. l. 1. §. iniuriarum. & fit etiam vis, ut ff. de vi publ. l. fin. fit etiam dementi, vt C. de hæret. l. Arrianus. §. Manichæis. Fit etiam iniuria mortuo, Inſtitu. qui manumit. poſſ. §. 1. & no. C. de infam. l. nemo. Barthol. de Capua.

Excuſatio authoris Deum præponendo. Rubrica.

AD *laudem.* Non enim boni viri ad mundanam laudem, ſed Dei, qui ſummus eſt, ſecundum Aug. 1. de ciui. Dei, condunt libros, aut alia bona opera faciunt, licet hæc per eius ſcientiæ memoriam, & teſtimonium proferant, & in maximam & æternā memoriam proferantur. C. de quæſt. l. Diuo Marco. in fi. Vnde Vegetius lib. 2. c. 3. Cato ille maior, cum armis victus eſſet, & conſul exercitum ſæpe duxiſſet, plus ſe reipublicæ credidit profuturum, ſi diſciplinam militarem conferret in literis. Nam vnius ætatis ſunt, quæ fortiter fiunt: quæ verò pro vtilitate reipublicę ſcribuntur, æterna ſunt, &c. Andr. de Iſernia.

AD *laudem & gloriam.* No. quòd princeps vocat ſubditum fidelem, & ſic ei ſcribit. Papa autem fratres vocat & filios Archiepiſcopos, & Epiſcopos: Alios autem indifferenter vocat filios, aliàs literæ eſſent falſæ, vt extra, de falſ. cap. quod graue. & C. de ſumma Trinit. l. inter claras. ¶ Quando autem credatur literis epiſcoporum, & aliorum, dic, vt no. 11. q. 1. c. purè. & extra, de probat. c. poſt ceſſionē. & C. de epiſ. & cler. l. ſi quis per calumniam. Barth. de Cap.

* ADDITIO. *Hic Fredericus Imperator, qui reduxit has Conſtit. in hoc volumen, fuit filius Henrici Imperatoris, & Cōſtantiæ monialis, quæ nupſit Henrico cum licentia Romanæ eccleſiæ, quæ erat unica filia Rogerij Regis Siciliæ. Hic Fredericus in die S. Luciæ, anno 1250. in Terra Florenzę in Apulia per Manfredum eius filium naturalem fuit cum puluillo ſuffocatus, vt haberet eius theſaurum, & fuit ſepultus in eccleſia Montis regalis in Sicilia. Ante eius mortem ſuſpicans de primo filio ſuo Henrico, eum cum duobus filijs in Apulia carcerauit, vbi miſerrimè mortui fuerunt, & eligi fecit in Regem Romanorum alium filium Conradum anno 1236. qui Conradus mortuo Frederico cum magno exercitu venit per mare in Apuliam anno 1251. & obſedit Neapolim, quæ erat in obedientia eccleſiæ propter priuationem Frederici ex parte Carbonariæ, vbi nunc eſt eccleſia Sancti Ioannis ad Carbonetum, & non valens per uim habere, capitulauit, vt parceret omnibus nil innouando: qui habita poſſeſſione dirupit mœnia, quæ erant pulcherrima omnium aliarum mundi, crudeliter tam ciues, quā bona pertractando, immaniterque eccleſias, & prælatos, & contra Romanā eccleſiam ſe habendo. Sed Deus videns patrem perſecutorem, & filium peſſimum, voluit vt infirmaretur, & corrupto medico per Manfredum venenatus, & mortuus anno 1252. qui Manfredus ſimulata morte Conradini filij Conradi occupauit regnum, contra quem Vrbanus IIII. Gallicus Papa, inuocauit Carolum, Comitem Prouinciæ, & Andegauiæ, a quo fuit mortuus Manfredus, & fuit Carolus I. vt in capitulis Regni ſcripſi. Et quia Conſtitutiones aliquæ ſunt ſub nomine Rogerij & Gulielmi, ſciendum eſt, quòd Robertus Guiſcardus Normandus uenit in regnum, & Siciliam, quo tempore non erant regna, ſed ſumpſit titulum Ducis Apuliæ, ipſe fecit Comitem Siciliæ fratrem Rogerium, habuit duos filios Boamundum, & Rogerium: Rogerius habuit Gulielmum. Mortuo Roberto ſucceſſit Boamundus, quo ſine filijs mortuo, ſucceſſit Rogerius, cui ſucceſſit Gulielmus, qui ſine filijs fuit mortuus, & inſtituit hæredem Rogerium filiū Comitis Rogerij, & ſic patruum ſuum, qui fuit primus Rex Siciliæ coronatus a Papa Anacleto. Hic Rogerius Rex habuit filium Gulielmum qui fuit malus, & habuit Conſtātiam monialem: hic Gulielmus habuit filium Gulielmum, qui fuit bonus: quo mortuo ſine filijs ſucceſſit ei Conſtantia amita, quæ cum diſpenſatione Papæ nupſit Henrico de Sueuia, ex quo fuit natus hic Fredericus.* De Bottis.

Finis Tertij Libri Conſtitutionum Regni Siciliæ.

CAPITVLA REGNI SICILIAE,

CVM GLOSSIS D. SEBASTIANI NAPODANI, DOMINI LVCAE DE PENNA, ET D. NICOLAI DE NEAPOLI,

Nouiter Iacobi Anelli de Bottis, & aliorum Additionibus illuſtrata.

CONSTITVTIONES, ET STATVTA ILLVSTRISS. D. REGIS CAROLI* HIERVSALEM, ET SICILIÆ REGIS,

Pro exequendo ſubſcripto ſtatuto.

• ADDITIO. *Hic fuit Carolus I. qui an.* 1265. *victo Mãfredo habuit regnũ: qui quidẽ die 7. Ian.* 1284. *fuit in terra Fogiæ mortuum, & eius corpus delatum Neapolim, & ſepultum in Archiepiſcopatu, quam eccleſiam ipſe conſtrui fecerat. Hic Carolus fecit Caſtrũ nouũ, vbi erat eccleſia fratrum Minorum, quam tranſtulit in eccleſiam Diuæ Mariæ de la Noua. Hic Neap. fecit forũ magnum, & anno præcedenti Carolus eius filius fuerat captus in prælio nauali verſus Surrentũ a Rogerio de la Ctria, Capitaneo generali Regis Aragonum, ita quòd regnum fuit interim gubernatum per Robertum Comitem de Artois, conſobrinum d. Caroli, qui Carolus II. demũ fuit liberatus de menſe Nouemb.* 1288. *& venit Romam ad Papã Nicolaũ IIII. a quo 29. Maij, in die Pẽtecoſtes fuit coronatus & multis donis & ſubſidijs decimarum pro recuperatione regni Siciliæ cõdonatus. In alio regiſtro antiquo ſunt hęc verba. Anno Dom.* 1265. *mẽſe Ian. 8. Ind. in feſto B. Petri coronatus fuit Romę, & regnauit annis 19. mẽſib. 6. dieb. 9. & obijt Fogię die 7. Ian. 8. Indic. an.* 1285. Iac. Anel. de Bot.

• ADDITIO. Cum nihil proſint Cõſtitutiones. *Hoc c. forte habuit ortum ex l. 2. C. de nauic. lib. 11. vt ibi in fi. Luc. vide q. 24. Octob. 1266. regnorum anno 2. tempore huius Caroli I. erat protonotarius regni D. Robertus de Baro.* De B.

CVm nihil proſint Cõſtitutiones, * & ſtatuta edita, niſi debita executio ſubſequatur: Volumus, & fidelitati veſtræ firmiter, & diſtrictè præcipimus, quatenus Conſtitutiones noſtras editas ſuper victualibus, & mercibus alijs quibuſcunque enumerandis, & extrahendis cum uaſcellis quibuſlibet de ſingulis portubus noſtri Regni: Et de nominibus extrahentium ea, ac de iure debito & ſoluto pro eis officij noſtri tempore, tenaciter obſeruetis: Et per Portulanos, & ſubofficiales noſtros mandetis, & faciatis inuiolabiliter obſeruari, ſub pœna in eadem Conſtitutione contenta, & pęna alia in vos, & Portulanos, & ſubofficiales veſtros, ſi ſecus feceritis, iuxta noſtrum beneplacitum, infligenda. Cuius Conſtitutionis tenor per omnia, talis eſt.

Statutum editum ſuper Portubus.

VT illorum fraudibus iã commiſſis, vel in poſterum committendis, qui conceſſa licentia, temerarijs auſibus abuſi ſunt, vel abuti contigerit in poſterum congruis remedijs obuietur: Et fiſci noſtri commodis, quæ quamplurium machinationibus læſa forte dicimus, prouiſione cõgrua ſuccurratur. Volumus in extractione victualium, ſalis, & omnium, quæ pro parte noſtræ Curiæ ad credentiã procurantur de portubus Regni noſtri, tam per magiſtros Portulanos, & ſalinarum magiſtros, quàm per extrahentes res ipſas de portubus ipſis, ſubſcriptam formam inuiolabiliter obſeruari: Vt omnes magiſtri Portulani & Portulani quotieſcunque conceſſerint alicui licentiam extrahendi de portubus commiſſionis eorum, teneantur exprimere in literis, ſeu apodiſſis ipſius licentiæ, ipſorum victualium quantitatem particulariter & diſtinctè, diem & locum extractionis, eorum nomina & cognomina mercatorum, illa de portubus ipſis extrahentium, necnon nomen & cognomen vaſcelli, in quo onerata ſunt, & ipſius vaſcelli patroni, & quantum magiſtri Portulani, ſeu Portulani receperint, pro iure exituræ; victualium prædictorum.

Et quòd mercatores ipſi ad locum prohibitum non accedant, fideiuſſores idoneos coram prædictis magiſtris Portulanis præſtabunt, ſeu coram Portulanis habentibus poteſtatem a nobis, ſeu a magiſtris Portulanis dandi licentiam extrahendi victualia de portubus, commiſſionis eorum. Quorum fideiuſſorum nomina, prædictorum magiſtrorum, ſeu Portulanorum literæ continebunt, pęna tranſgreſſoribus imminente, quòd magiſtri Portulani, qui contra prædicta cõmiſerint, & ſub ſuo lucro quodam tranſilientes quantitatem & qualitatem rerum ipſarum in literis ſuæ commiſſionis non expreſſerint, nec prædictam formam ſeruauerint, tanquam de latrocinio, & periurio manifeſtè conuictos, pro noſtro arbitrio ſe nouerint puniendos. Portulanos etiam contra prædicta temerè venientes, ſimili pœna volumus ſubiacere. Et, vt magiſtri Portulani prædicti, in cuſtodia portuum commiſſionis eorum teneantur diligentes ſubofficiales ſtatuere, Præſentis noſtræ prouiſionis tenaciter ſeruatores, volumus, vt ex defectu, ſeu negligentia Portulanorum, per eoſdem magiſtros Portulanos ad alicuius portus cuſtodiam deputatorum, qui pręſcriptam formam contempſerint obſeruare, prædicti magiſtri Portulani ad ualorem nauis, & oneris noſtræ Curiæ teneantur, & vltra noſtro arbitrio puniantur. Et quia comperimus * quamplures impunita hactenus audacia deliquiſſe, dum ſe ſic ſtatuebant & componebant, quòd aſſumpti, imò præſumpti ordinis, vel habitus priuilegio corporalibus non poterant ſubijci pœnis, quæcunque latrocinia, & periuria committebant, prouidimus illorum fraudibus occurrendum, vt nullus deinceps ad Portulanatus officium aſſumatur, de quo non poſsit haberi uindicta ſanguinis. Et ſi qui ſunt in ipſo officio, ipſos volumus amoueri. Volumus inſuper, quòd ſi qui deinceps in Portulanatus officio conſtituti, ſe in eo ſtatu poſuerint, pro quo de eis non poſsit pœna corporalis aſſumi, ipſos ſtatim volumus a ſtatuente ab ipſo officio amoueri. Et ſi magiſtri Portulani talem prærogatiuam habentes ſtatuerint, vel paſſi fuerint in officio ipſo morari, poſt-

• ADDITIO. Et quia comperimus. *Vide, an liceat deferre ad infideles pro redimendis captiuis, quæ poſuit Capic. in deciſ. 150. & per Boer. in deciſio. 178.* De Bottis.

quam ita ſe compoſuerint, vt de eorum exceſſibus corporalis vindicta non poſſit aſſumi, & ſi ſtatuti deliquerint, pro eorum exceſſibus, ipſi magiſtri Portulani, qui tales creauerint, vel tenuerint in officio Portulanatus punientur pœna, qua ſic creati, vel retenti per eos puniri debebant. Statuto ſuper præmiſſis apud Brunduſium per nos habito in ſuo robore duraturo. Quinimò exiſtente ſtatuto & recipiẽte augmento, præſcriptam etiam formam in extractione ſalis, & aliarum rerum, quæ ad credentiam pro parte Curiæ procurantur, prouidimus obſeruandum. Et ne mercatores victualia, ſal, ſeu quæcunque alia de portubus Regni noſtri volentes extrahere, de quibus ius exituræ Curiæ noſtræ debetur, figmento concepto quodam modo ius noſtræ Curiæ debitum opprimere ualeant, ſeu quadam colluſione minuere: Volumus, vt mercatores ipſi in literis, ſeu apodiſſis, quas de ipſorum victualium, & aliorum extractione a magiſtris Portulanis, ſeu Portulanis receperint, procurent, quòd contineatur particulariter & diſtinctè qualitas, & quantitas victualium, ſalis, & aliarum rerum, quæ per magiſtros Portulanos, ſeu Portulanos, & ſalinarum magiſtros eis extrahi ſunt conceſſa, nec non quantitas pecuniæ proindè ſolutæ. Et qui contrafecerit, punietur ad inſtar illius, qui non obtenta licentia, victualia, ſeu alia prohibita de portubus noſtris extrahere præſumpſerit. Et ſi contingat mercatores ipſos plus de portubus Regni noſtri extrahere, quam literæ magiſtrorum Portulanorum, ſeu Portulanorum licentiæ continebunt, mercatores ipſos prædicta pœna puniendos eſſe cenſemus. Et vt præſens noſtra prouiſio omnibus pateſiat, nec poſſit ſe aliquis obiectu ignorantiæ excuſare, mandamus, vt præſcriptam ordinationem, ſeu prouiſionem noſtram Iuſtitiarij Regni noſtri in decretis eis prouincijs, per loca maritima faciant publicari, tam Regnicolis, quàm exteris, & exterorum conſulibus, prædicantq́ue omnibus, quòd formam præfatæ prouiſionis in Archiuo noſtro faciamus obſeruari. Et quia cordi nobis eſt ordinationem noſtram ipſam temere violantes omni ſtudio & diligentia perſcrutari: Volumus, vt Portulani, vel eorum vicem gerentes loci, ad quem contigerit nauem aliquam, ſeu vaſcellum aliquod oneratum victualibus applicari, ad nauim, ſeu vaſcellum illud ſtatim accedant, cum quatuor bonis & legalibus viris, qui non attineant Portulanis, & cum notario publico loci ipſius, & illis præſentibus faciant ſibi oſtendi apodiſſam, quam habere mercatores ſe dicunt, ſeu literas de licentia extrahendi, victualia, ſeu alia a Portulanis illis, ſub quorum cuſtodia portus exiſtit, in quo vaſcellum, ſeu nauis dicitur onerata, & ſi non oſtenderint eis literas mercatores, de dicta licentia, tam onus, quàm nauis ad opus Curiæ capiatur, & mercatores ipſi de perſonis tanquam temerarij capiantur. Et ſi in prędictis literis per mercatores oſtenſis non contineatur quantitas victualium,* ſeu aliarum rerum, de quibus eſt eis data per mare extrahendi licentia, tam nauim ipſam, quàm onus nauis per Portulanos volumus detineri. Et ſi in ipſis literis certa contineatur quantitas, tam per Portulanos, quàm per prædictos quatuor, & notarium publicum, quos ante omnia volumus ad ſancta Dei Euangelica ſacramẽta præſtare, quòd in prædictis nullam fraudem committant. Æſtimari volumus & attentius prouideri, quòd ſi in dicta naui, ſeu vaſcello maior quantitas eſt victualium onerata, quàm de ipſorum oneratione contineat apodiſſa. Et ſi contigerit præfatos inuenire maiorem quantitatem eſſe, vt præſcriptum eſt, nauim, & onus ipſum pro parte noſtræ Curiæ faciant detineri, & mercatores de perſonis arreſtare curabunt & ſtatim proceſſum eorum totum, in præmiſſis habitum per inſtrumentum publicum inde confectum de prædictis noſtræ Curiæ volumus intimari. Et vt Portulani, & prædicti quatuor, & notarius ad inueſtigationem prædictarum fraudum citius animentur: Volumus, vt medietatem fraudatæ quantitatis, quàm citius ob ipſorum compertæ ſolertiam, conſequantur. Volumus tamen quòd ſi quod incrementum erit in victualibus oneratis propter inundationem, vel humiditatem maris (conſideratione proborum virorum ad hoc expertorum præhabita) illud non debeat mercatoribus imputari. Et quia veremur, ne prætextu prædictæ prouiſionis mercatores, per Portulanos prædictos memoratos quatuor, & notarium indebitè prægrauentur, prouidimus, quòd ſi contingat totam & integram quantitatem oneratorum victualium, & rerum in præſentatis literis mercatorum fideliter contineri, tam portulani, quàm prædicti quatuor, & notarius ad prædicta inueſtiganda, præſenti patrono vaſcelli, pro quolibet marinario, qui in ſeruitio ipſius vaſcelli fuerit, diebus ſingulis, per quos detinuerit, illis ſoluant Tarenum auri vnum, & quicquid impenſum fuerit per mercatores in onerando vaſcello, & in reonerando, mercatoribus ipſis de proprio reſarcibunt. ad quæ conſequenda patroni vaſcellorum, ſeu mercatores noſtræ curiæ ſuffragium poterunt poſtulare: vel ſi elegerint iuſtitiarium loci, in quo prædicta contigerint, cui ex nunc damus expreſſius in mãdatis, vt ſine ſtrepitu iudicij Portulanos prædictos quatuor, & notarium ad præſcriptam emendam, patronis vaſcellorum, & mercatoribus diſtrictè compellant. Illud præſertim non vidimus omittendum, quòd ſi Portulani præfati quatuor, & notarius viderint quantitatem contentam in literis eis a mercatoribus præſentatis, capacitati nauis, ſeu vaſcelli conuenire, volumus, vt Portulani mercatores nullatenus impedire, ſeu moleſtare pręſumant. Et vt magiſtri portulani nullã poſſint excuſationem prætendere, quòd præſens conſtitutio non peruenerit ad notitiam eorundem: Volumus, quòd quilibet Iuſtitiarius magiſtro Portulano, & Portulanus Iuſtitiariatus ſibi commiſſi, conſtitutionem ipſam redactam in publicam formam, & Iuſtitiarij ſigillo ſignatam debeat aſsignare, & de aſsignatione huiuſmodi recipere ſcriptum cõpetens ab eiſdem. Ad hoc, ſi aliquis clericus in alicuius portuum cuſtodiam noſtrorũ ſit ſtatutus, eum nullam habere volumus poteſtatem, vel dandi licentiam ſuper rebus aliquibus extrahendi de portu, vel recipiendi pro noſtra curia, ſiue res alias, aut quicquid etiã arreſtandum, ſed ipſum vt notarium tantum eſſe iubemus, ad videndum, videlicet & ſcribendum, quę in huiuſmodi portu fient, & ad ſignificandum nobis protinus ſi quid ibidem fieret in noſtri honoris diſpendium, vel noſtrorum iurium detrimentum.

Data Neap. per magiſtrum Gul. de Farum villa, &c. men. Febr. 20. eiuſd. 3. ind.*

• Additio. Quantitas victualium. *No. quòd qui extrahit victualia ſine licentia, punitur tanquam temerarius: nam temeritas eſt vſurpare ea, quæ a lege non conceduntur. & dicitur violare legem, vt dicit Luc. in l. 2. in fi. C. de metall. lib. 10. qui etiam dicit quòd temeritas eſt maiorũ ſtatuta auſu proprio uiolare, vt ibi. videtur quòd ſit arbitraria: nam qui facit contra pręceptum legis, pœna eſt arbitraria. glo. & Bar. in l. nemo martires. C. de ſacroſan. eccle. Alex. in l. hodie. ff. de pœn. & quando non ſtatuitur certa pœna, extraordinarie punitur, vt per Io. de Ana. in c. 1. de maledic. Alex. in l. ſi quis id, quod. de iuriſd. omn. iudi. vide Luc. in l. qui fiſcales. C. de nauicu. lib. 11.* De Bot.

• Additio. *In fi. tex. addatur, 1274. regnorũ noſtrorũ anno 10.* De B.

De pœna

De pœna violentorum. Rubrica.

PRidem. Boues aratorij non poſſunt capi pro pignoribus, ac etiam inſtrumenta aratoria, etiam ſi non ſit alias debitor ſoluendo, niſi pro debito fiſcali. hoc dicit. Item vbi ex cõuentione expreſſa eſt actum, & vbi per iudicẽ in ſententiæ executione, & hoc vbi aliud non ſupereſt, alias eſſet, vt C. quæ res pignori obligari poſſ. l. executores. & no. in gloſſa in l. ſtipẽdia. C. de exceptio. rei iudica & facit ad prædicta quod ſequitur. C. q̃ res pigno. obli. poſſ. Authen agricultores. & vide in Auth. vt nul. agr. & quod no. co. tit. §. quicunque. Barth. de Cap.

• ADDITIO. Pridem contra inſolentiã. *In hoc cap. continetur, ꝙ non capiantur boues & alia ad cultum agrorũ, pertinẽtia pro debito, ſeu quacunque alia cauſa publica ſiue priuata, diuerſimodè tamẽ in debitis publicis, & priuatis & pœna etiam contemptoribus infligenda. vide infra c. cõſtitutiones. vbi hoc limitatur, nam poſſunt pignorari & alia, prout ibi. l. executores. C. quæ res pig. oblig. poſ. & no. in glo. & l. ſtipendia. C. de exec. re. iud. & facit eo. tit. l. pignorum. & authen. agricultor. & facit illud ſ. quòd nec libri, nec arma ſcholari, nec militi ſunt auferenda, poſuit Iaſ. in §. item Seruiana, in 10. col. Inſtit. de actio.* De Bottis.

¶In tex. l. abſtulerit ſummarie exigente, vt in c. ſeq. ver. & de neg.

¶In tex. ibi, alia inſup cum pęna, quæ eſt in quadruplum, vt ſupra de violentijs, in conſti. violentias. in fi. & cap. ſeq. §. & quod ſi forte.

¶In tex. ibi, & reſtituere. appellatione aliqua non obſtante, vt in eo. c. ſeq. §. & ſi forte.

¶In tex. inter priuatas pſonas. Quales ſunt omnes, excepta perſona Regis, vt in verſiculo declaramus.

• ADDITIO. Pro debitis. *Vide Pet. Duenn. in reg. 275. in 2. lim.*

¶In textu, ibi, declaramus. No. omnem perſonam eſſe priuatã, excepta perſona Regis, & debitum Regis. Quod facit contra Comites & Barones. Pet. de Mont.

¶Sed

Aliud ſtatutum ſuper extractione victualium.

SVper extractione victualium aliud aliquando mercatorib. & alijs fidelibus noſtris de gratia noſtra cõcedimus, placet & volumus, quòd formã ſubſcriptã obſerues, & facias p ſubofficiales tuos inuiolabiliter obſeruari, Videlicet, ꝙ quotieſcunq; authoritate mandati noſtri tibi trãſmiſſi de victualibus extrahendis ſcripſeris Portulanis & ſubofficialibus tuis, quòd permitterent mercatores extrahere de portubus eorũ cuſtodiæ deputatis aliquã victualium quantitatem, in litteris tuis exprimas quantitatẽ, & qualitatem victualium, vtrum ſit frumẽtum, vel ordeum, vel legumina, aut merces aliæ, nomina, & cognomina mercatorũ extrahentiũ, ad quã rõnẽ ius exituræ recipi debeat pro quolibet cẽtenario eorũdẽ, vel mandaueris recipi per Portulanos ipſos. Et ſi ius exituræ pro parte curiæ nr̃æ per te receptum ſit in apodiſſa, quã eiſdẽ mercatoribus feceris, exprimas quantitatem & qualitatẽ victualiũ extractorum nomina, & cognomina mercatorum ipſorum, & ad quã rationem ius exituræ pro quolibet centenario per te receptum ſit, cum tranſcripto mandati noſtri, quod tibi proinde tranſmittetur. Et nihilominus ſignifices Portulanis portus, a quo victualia ipſa extrahi debent, quantitatem pecuniæ, quam a mercatoribus receperis, & ad quam rationem pro quolibet cẽtenario, nominibus & cognominibus mercatorum ipſorum in eiſdem tuis litteris denotatis. Si verò mãdaueris ius ipſum recipi per Portulanos, & ſubofficiales tuos, mandes per eaſdẽ litteras tuas eiſdem Portulanis, quòd in apodiſſa, quã faciunt mercatoribus ponant, & ſcribi faciant tranſcriptũ mandati tui, cum quantitate & qualitate victualium extractorũ, ad quã rationem ius exituræ receptum ſit per eoſdem pro parte noſtræ curiæ a mercatoribus ipſis, expreſſis in eadem apodiſſa nominibus, & cognominibus mercatorum extrahẽtium ad Curiæ noſtrę cautelam. Sciturus quòd ſi præſcriptam formã nõ obſeruaueris, vel feceris obſeruari, te & ſubofficiales tuos, tãquàm fures & periuros volumus curię noſtrę detineri, vt pręſens mandatum noſtrũ per te executioni debitæ demandetur, ſcire te volumus, ꝙ ipſum in regiſtris noſtris ſcribi mãdauimus in perpetuũ duraturum. Data Brunduſij 26. Ianuarij ſecundæ indict.

Statutum de violentijs.

NVper in ciuitate Auerſæ feliciter reſidentes, ſtatutis ſuper violẽtijs per nos prius editis, quoddam aliud ſtatutum adiunximus vtriuſq; tenorem præſentibus inſeri facientes, tibiq; præcipiendo mãdamus, quatenus ſtatutum vtrunque in omnibus, quæ ad tuum officium pertinent diligenter obſerues, & facias obſeruari.

De pœna violentorum.

PRidem contra inſolentiã * deſtituentium authoritate propria poſſeſſiones, edictũ infraſcripti tenoris duximus promulgandũ: Verum quia vrgens nos cura ſollicitat, vt circa ſubditos noſtros non ſolũ, quæ ſunt pacis, & iuſtitiæ cogitemus, ſed etiam amoueamus incommoda, quibus copia rerum prouenientiũ ex agricultura præcipuè impeditur, eidẽ priori edicto partem non modicæ commoditatis addentes, Statuimus & in toto Regno noſtro, tã uidelicet, in terris Demanij, quàm quibuſlibet alijs diſtrictius prohibemus, ne pro debito, vel alia cauſa quacunq; quæ inter priuatas perſonas agũtur, aratorij boues, aut aratrũ, ſeu quicquàm de inſtrumẽtis, vel rebus ad aratrum pertinẽtibus, etiam ſi nulla alia bona debitoris exiſtant, pro debitis * quoq; Curiæ noſtræ, dũmodo inueniatur ſufficiens debitor in rebus alijs, vnde ipſi Curiæ ſatisfiat, aliquatenus capiantur. Quicunq; autẽ huiuſmodi ſtatuti violator extiterit, præter id, quòd teneatur reſtituere rem ablatam, & reſtaurare totum damnum, quod rei domini toto tẽpore detentionis incurrerint, ſub quacũq; præmiſſa taxatione iudiciaria, ipſius domini rei ſtabitur ſacramẽto, alia inſuper eum pœna, tanquam pro re violenter ablata volumus ſecũdum iura puniri, minuenda tamen iuxta noſtrum arbitrium, vel augenda. Iuſtitiarius, vel officialis alius, qui requiſitus quantum pertinebit ad ipſum in exequendo, vel faciendo ſeruari ſtatutum huiuſmodi negligẽs, vel remiſſus extiterit, ipſis eiſdem pœnis, quibus & illator violentiæ ſubiacebit, vt & ad eas de ſuo proprio teneatur. Declaramus tamen (pſona, & debitis noſtris exceptis) alia omnia eſſe priuata, tam debita quàm perſonas. Et, vt præſens ſtatutum ad omnium & ſingulorum notitiam deducatur, vniuerſis Iuſtitiarijs, & officialibus alijs diſtrictè præcipimus, vt ſtatuto ipſo ſub ti-

¶Sed certe ſuppletur & corrigitur illud capitulũ per cap. in planicie Sãcti Martini, infra, de bob. arato. c. cõſtitutionẽ. quia pignorãtur ex cõuentione, & ex ſentẽtia iudicis. Bar. de Cap.

¶Adde tu, an pro executione ſententiæ capi poſſint, vbi alia bona nõ ſunt. vide tex. in l. executores. C. quæ res pigno. obli. poſſint. no. gl. in l. ſtipendia. C. de execu. rei iudi. & facit in Auth. nul. cred. agr. collat. 4. & facit quod voluit Andre. de Iſer. in c. 1. §. agricultores. de ſtatu. & conſuet. quæ contra liber. eccle. coll. 9. Et eſt hoc, ne ſegetes cæleſti prouiſione conceſſæ pereant. l. 2. C. de fructi. & lit. expen. facit in ſimili in Authen. de quæſt. §. 1. & 2. & in l. 1. & l. huiuſmodi. C. de agrico. & cenſitis, li. 11. Et alia rõ vĩ cauſa ſterilitatis agrorũ, & conſequenter penuria frumẽti, vt de aqua plu. arc. l. 1. §. de opere. & ita tenent Doct. ſcrib. in d. §. agricultores. Imò p partem dicto priuilegio renuntiari non põt de iure cõi, cum ſit inducta illa prouiſio fauore publicæ vtilitatis, vt no. in l. quos prohibet. ff. de poſtula. & no. in terminis nr̃is Nic. de Neap. ĩ d. l. executores. C. quæ res ob. poſſ. & in d. §. agricultores. & inde dicit ipſe, ꝙ nihil valet cautela, quã notarij circa iſta in inſtrumẽtis ponũt. ¶Verum in Regno põt expreſſe renũtiari, per c. reg. de bobus arato. nõ pign. incip. conſtitutioni. ¶Et ꝙ ex quo reſpicit publicã vtilitatẽ non poſſit renuntiari, faciunt no. per Bar. in l. 2. C. de agric. & cenſ. lib. 11. & quæ habẽtur in l. menunerint. C. vñ vi. & no. in l. pen. C. de pac. & in c. ſignificaſti, de foro compet. in l. nemo põt. ff. de reg. iur. Pet. de Momeſ.

¶Aduertas ꝙ cũ materia iſtius c. pridẽ, eſſet in facto, & eſſet allegatũ per partẽ. hic fuit replicatũ, quod iſta habẽt locũ qñ alia bona ſuperſunt, ſed qñ nõ, ſecus, p gl. in d. l. ſtipẽdia. Spec. in tit. de pri. & 2. decreto. §. reſtat. & de exec. ſnię. §. ſequit. & d. A[illegible]o in l. executores, ꝙ p[illegible] fieri in bobus, q[illegible] iſta bona non ſuper[illegible], &

addidit quod in Italia non habent locum iura in cōtrarium allegata, quia ſolutio tributorū ſit ex tributis mercedū, & ita vide Bal. in d.l. creditores.iūcta auth. agricultores.ſed fortiter obſtat tex.iſtius c.pridem.ibi, & ſi alia bona nulla. Dominus Nicolaus caput Craſ.dixit, ꝙ non obſtat rō renuntiationis, & ſpecialis hypothecæ, quæ ponitur in inſtrumento. Sed alias audiui diſtingui à Spec. & Azo.quod habēt locū in executione ſnīæ, vt tūc diſtinguatur, aut habet alia bona, aut nō. ſed in obligatione conuentionali nūquam habet locum, niſi expreſſe ſit dictū, qđ bones ſint obligati. Pet.de Mont.

Tenor autē prædicti prioris ſtatuti de violentijs, talis eſt. *Rubr.*

S*Vbditorum*. Olim procedebatur cōtra violētos ciuiliter de forma iſtius cap.hodie aūt proceditur aliter ex forma noui capituli,ut infra de offi.iud.& iniur. c.violēt. vide ēt de hoc cap.Regis Roberti, Robertus,&c.pro bono ſtatu. & ſequitur c.ſicut infra noſtrā Curiā,& c.iudiciorum.Bart.de Cap.

¶No.ꝙ hoc caſu requiritur prǽſumptio deſtitutionis, adhoc,vt incarceretur,quod in alijs caſibus non requiritur. quod forte eſt ſpeciale, quia aliud eſt cōtra eū, videlicet, vt ſummariè agatur cōtra ipſum, nō per libelli dationem.

¶In §.ea tñ.No.ꝙ ſi aliquis pōt dare fideiuſſores ꝙ audiatur, & liberetur, vt hic.& eſt gl.in conſtitu.humanitatem. ¶In §.& de negotio,ibi, & ſummariè. De hoc dic,vt plenè tractatur p cap. quæ de violentijs. quod in iſto paſſu corrigitur per illud, ex eo ꝙ hic indiſtinctè loquit. nam per illud tñ ſummariè debet fieri reſtitutio,ſed de alijs, hoc eſt de dānis, debet via ordinaria ꝑcedi. ¶No. etiam expreſsè, ꝙ vbi proceditur ſummariè, non datur libellus. vide in cle. ſæpè. de iud. & Dy. in l.miles. §. ſexaginta.ff.dé adult.& vide glo. in l.2.ff. quis or. in bon. poſ. ſer. in glo..in ver. de plano. ¶Sed qđ ſi Princeps mandat, vt procedatur ſine ſtrepitu iudicij? dic idem,cum verba iſta ſine ſtrepitu, & ſine figura æquiparentur. vide per Dy.in d.l.2.

¶In verbo,& ſi forte. Vide hic ꝙ in crimine legis Iuliæ de vi publi.non poteſt appellari ex tenore huius c.nec agitur ex illo,quia tūc ſecus eſſet: quia vbi ex cauſa publica agitur capitalis pœna ſubeſt. de publ. iud. l.1.& 2.& quæ ibi no.glo. Per de Monteſ.

Vide hic conſtit.violentias.ſuprà lib.1.& c.violentijs. & c.iudiciorum rigor.& c.ſicut materiam.infrà.& conſti.ſi exec. Circa hoc cap. ſubditorum,quæro,an ſpolians,& poſſidens per duos annos,& deinde victus per ſententiam, poſſit ſtatim agere de proprietate? & videtur quòd non: quia debet tanto tempore ſtare, quanto dictā poſſeſſionem

gillo noſtro recepto, illud per decretas eis prouincias, nulla mora protracta, publicare debeant, & in fine ſui officij eorum ſucceſſoribus aſſignare, qui ſimiliter in principio ſui regiminis illud publicent, & firmiter obſeruari procurent, ſpē de impunitate nullam de cætero habituri, ſi pœnam meritam nondum tulerint pro cōmiſſis per eos hactenus negligentia, in noſtris conſtitutionibus, & iuſſionibus obſeruandis. Et cum tam pręſens ſtatutū, quàm alia per nos edita velimus inuiolabiliter obſeruari, proponentes etiā prædictas officialium negligentias non tranſire aliquatenus impunitas, ſed inquiſitione de his diligenter præmiſſa, ſic in eis pro præteritis animaduerſuri grauiter, quòd pœnæ acerbitas diligentiam excitet affuturam. Datum Auerſæ anno Domini MCCLXIJ. anno octauo.

Tenor autem prædicti prioris ſtatuti de violentijs, talis eſt.

SVbditorum noſtrorum cōmoti clamoribus cōtra eos, qui ſpreto pacis, ac iuſtitiæ cultu, authoritate propria deſtituunt poſſeſſores ꝙ ex multorum inſolentia tēporibus iſtis inualuit, deſtitutorum ipſorum craſſantium ſeuerioris cōſtitutionis edicto prouidimus coercendā. Statuimus igitur, ꝙ nullus de Regno noſtro potens, vel humilis, nobilis, vel plebeius, cuiuſcunq; gradus, vel conditionis exiſtat, aliquem alium de regno ſimiliter, vel in regno poſſeſſione, vel quaſi poſſeſſione rei mobilis vel immobilis authoritate propria ſpoliare præſumat.

Quòd ſi quis præſumpſerit, pęnā ſuper hoc regni cōſtitutionibus cōprehenſam, vel ſi maiorem vel minorem ſerenitas noſtra decreuerit, ſe nouerit incurſurum: Et vt tā diſſoluta temeritas ſeuerius arceatur ſubſcriptum modum in hoc volumus obſeruari, vt ſi quis per alium fuerit infra Regni noſtri tempora, videlicet, a tēpore prælij Beneuenti citra, vel erit de cætero taliter deſtitutus, & id magnæ Curiæ noſtrę, vel officialibus noſtris, ad quorum iuriſdictionem, & officium exinde poſſeſſoris iudicium pertinebit, denunciare voluerit fauorabiliter admittatur, dum tamen velit, ac eidē magnæ Curiæ noſtræ, vel officiali, cui hoc denunciauerit, offerat, necnon iuret, ac, ſi poterit, præbeat fideiuſſoriam cautionem, ibidem ſtare iudicio tam de poſſeſſione, quàm de proprietate rei, cuius poſſeſſione ſe dixit deſtitutum, ac parere ſuper eo Curiæ noſtrę mandatis. & tunc recepto ab eo corporali iuramento de veritate dicenda interrogetur & examinetur attentè, quādo fuerit eiuſdem rei poſſeſſionem adeptus, & qualiter ipſam deſtitutionis tempore poſſidebat. per quē & quorum auxilio vel fauore, quibus præſentibus, qui de nulla, vel aliqua parte forent, vbi, quando, qualiter, qua occaſione, vel cauſa, & vtrum cum armis, vel ſine armis fuerit deſtitutus, & ea omnia in actis fideliter redigantur. Demū vocatis tam illo, qui ſuper deſtitutione delatus eſt, quàm illis, quibus præſentibus dicetur deſtitutio fore facta, necnon alijs, ſi quos is, qui deſtitutum ſe dixerit, producere fortè velit, ac recepto ab eorum ſingulis iuramento de veritate dicenda, delatus interrogetur, ſi deſtituerit huiuſmodi poſſeſſorem, & quādo & qualiter, quibus præſentibus, qui de aliqua vel neutra parte forent: vbi, qualiter, & vtrum cum armis, ſuper quibus omnibus interrogentur ſimiliter omnes alij cum ipſo delato uocati. Delatū tamen vocari volumus, & ſub fideiuſſione teneri de præmiſſis omnibus de quibus a denuntiatore fuit fideiuſſio requiſita. Ea tamen conditione ſubiecta, quòd ſi delatus fideiuſſionem huiuſmodi dare noluerit, uel forte nequiuerit, ſi quidem aliqua

ſeſſionem retinuit de facto occupatam. & deinde agere ad proprietatem, probatur per c.ex conqueſtione.extra de reſtitu.ſpol. Sed nunquid habet locum prædictum, faciendā ſpoliato quando cum authoritate iudicis fuit facta ſpoliatio? dic quòd non fit reſtit. ſecus ſi ſine authoritate iudicis,& per hoc eſt tex.in l.fina.ff.quod metus cauſa.& facit extra, de reſcript. cap.ex litteris.ibi, item recepto ex eo, vſq; ibi, quibus pręſentibus &c. Nota quòd denuntians examinatur in cauſa, quam denunciat ad informationem forte. & vide c.licet Heli. extrà de ſimo. an denuntians poſſit eſſe teſtis.

Ibi, quòd ſi delatus forte. No.quod vbi proceditur ſummariè, non datur libellus, vt extrà, de verb. ſignific.c.ſæpe. lo.2. & no. per Dyn. in l.miles.ad legem Iul.de adult. & per Goil. in l. omnes,de reſti.in integ. adde gl. in l.fi. ff.de inter.actio.3.re ſpōſo. Ibi, & de negotio ipſo, non per libelli oblationem. Iſtud corrigitur quo ad hoc, per ca.quæ de violentijs.vbi quo ad præſentem non proceditur ſummariè, & de plano, & in hoc potes notare, quod hæc pœna applicatur parti, non fiſco.

Ibi,& ſi forte.ibi appellatione aliqua non obſtante.No.non appellari a ſententia deſtitutionis. concordat.C.de bon. poſſeſ. l.1.ſed Cano.appellant, ut no.extra, de reſti.ſpoli.c.cum ad ſedem. & extra, de teſt.c.ſignificauit. ¶Ibi, volumus, vſq; ibi, ſi fidegendum. No.quod per hoc corrigitur.l.eos.C. dē modo mulct.quæ dicit, præſides non mulctent vltra duas vncias. ¶In tex. ibi, ſtatuimus. No. quod in caſibus in quibus proceditur lite non conteſt. eſt initium cauſæ citatio.ita intellige tex.Inſtitu. de pœna tem. litig. §.fi. vbi verò proceditur per litis conteſtati.& tunc per illam datur initium cauſæ, ut glo. in l cum anterioribus. §.illud. ſuper verbo, exordiū.C.de tēp. appel. ¶Ibi, & ſi forte in quaſi poſſeſſione. Ex his uidetur, quod in rebus incorporalibus, & in ſeruitutibus uendicet ſibi locum cap.licet. prædictum tantum in rebus mobilibus & immobilibus loquatur. ¶Ibi appellatione, &c. No. quod ex eadem ratione legis Iuliæ de vi pub.ſeu priuata, non appellatur de Regni conſtitu. vt in conſtitu. iuris gentium. & in conſtit.defenſas.in 1.lib. ¶Ibi confeſſus &c. No. quod tantum vna iſtarum ſufficiat, videlicet, conuictio vel confeſſio. Volumus uerò quod officialis pendente cauſa poteſt imponere pœnam magnam partibus, quòd vna aliam non offendat, & de hoc vide tex.quem forte non inuenies magis expreſſum in corpore iuris, in l.denuntiamus. C.de his qui ad eccleſ. confug. & per hoc poteſt determinari iſta quæſtio, an præſes prouinciæ poſſit imponere pœnam vltra

vltra duas vncias, & videtur quod ſic, de quo videtur tex. in conſtitu. in pecuniarijs.§.tantum. Barth. de Capua.

ADDITIO. *De materia huius c. vide omnino aliud cap. infra, incip. de violentijs, &c. in ver. quaſi poſſeſſione, &c. Adde tu, quod hoc verbum, vel quaſi poſſeſſione, fuit ſuperfluum: nam ſtatutū dicens, Si quis turbauerit in poſſeſſione, &c. trahitur etiam ad quaſi poſſeſſionem, ita multum no. inquit Bal. in c. licet cauſam. in fi. de proba. allegat ad hoc, quem dicit eſſe no. & vtilem, tex. in l. ſed & ſi poſſeſſori.§. item ſi iura vero. & ibi refert, & ſequitur Iaſ. in §. nota. ff. de iureiur. Quod dicit eſſe multum notab. ex quo tale ſtatutū eſt pœnale.*

ADDITIO. In carcere. *No. quòd carceratus renuens dare fideiuſſores, ſi poſtmodum praeſtat, liberatur & audiatur, de quo in conſtit. humanitatem. vbi diſputatur, & no. quòd ſufficit praeſumptio deſtitutionis ad hoc vt poſſit carcerari, quod non ſeruatur in alijs caſibus: nam cum hoc cap. loquatur de violentijs, non eſt extendendum. l. ſi vero §. de viro. ſol. mat. l. cum quidam. de lib. & poſthum. & ibi Iaſ. latè.* De Bottis.

In ver. *Non per libelli oblationem, &c.* Adde aliud cap. infrà, incip. de violentijs. vbi ſummarie inquit, ſine libello litis conteſtatione, ſtrepitu, & figura iudicij cognoſcatur. Bene facit quod de iure communi dicimus, q vbi aliquis timet ne alius ſuam poſſeſſionē inuadat, poteſt implorare officium iudicis, per quod petat ſe defendi in ſua poſſeſſione: & ad conſequendū iudicis interdictum, ſufficit verbo petere ſine libello, & ſine ordine iudiciario. ita ſingulariter inquit Inno. in c. in praeſentia. de probation. de quo dicto multum exclamat Bal. in l. fi. in 2. col. verſi. & eſt no. C de edicto diui Adria. toll. & illud dictum communiter ſequuntur, & magni faciunt Canoniſtae in d. c. in praeſentia, maxime Feli. ibi in vltima col. qui allegat infinitas gloſſas. Et in quantum in hoc cap. dicitur quod non requiritur libellus, tu dic ſecus eſſe de iure cōmuni: nā in hoc interdicto poſſeſſorio recuperandę debet offerri libellus, vt multū no. tenet Andr. de Baru. in l. ſi coloni. quem ibi ſequitur Bar. C. de agri. & cenſi. lib. 10. quod etiam voluit glo. in l. momentaneae. in ver. mox. C. vnde vi. Quod tamen intelligunt ibi Bart. &

fuerit de deſtitutione praeſumptio perſonaliter capiatur in carcere * detinendus, quouſq; fideiuſſionē huiuſmodi exhibeat, vel poſt cauſę deciſionem ſuper mandatis curiae pareat & ſatisfaciat, prout inferius cōtinetur. Quod ſi delatus fortè aliquos alios intereſſuiſſe deponat, vel aliquos per ſe viderit vtiliter producendos, hi ad examinationē ſimiliter euocentur, quorū quidem omniū praedictorum depoſitiones, & dicta ſimiliter conſcribantur. Et ſic de negotio ipſo non per libelli oblationem, vel delationē, ſed celeriter & ſummariè iuxta ipſorū probatorum merita cognoſcatur. Et ſi fortè ante vlteriorē cauſę cognitionē delatus de obiecta fuerit deſtitutione confeſſus, vel poſtmodū ex cauſae cognitione cōuictus, ad reſtituendū deſtitutum in poſſeſſione, vel quaſi poſſeſſione, vti deſtitutionis tēpore poſſidebat, & ſatisfaciēdum ſibi de damnis, expenſis, & intereſſe, * necnon ad pœnam Regni conſtitutionibus cōprehenſam, vel ſi maiorē, aut minorē de futuris deſtitutionibus noſtra dictauerit Celſitudo cōpellatur inſtanter, appellatione aliqua non obſtante. Vt tamē de actioni pœna (ſi vobis placuerit) prouidere poſſumus, id ſtatim quòd delatus cōfeſſus fuerit vel conuictus noſtro culmini uolumus intimari. Volumus etiam vt ab ipſius principio cauſae cuilibet partium ſub aliqua magna, vel certa pœna mandetur, & id inter acta ſcribatur, quòd cauſa pendente ſe offendere non praeſumant, nec aliquid innouare: quae pęna ſi contempta fuerit, exigatur inſtanter, & id protinus noſtrae curiae intimetur. Et ſi fortè aliqua partiū debitae ſatisfactionis pœnae ipſius obtemperare noluerit, uaſalli eius, ſi quos habuerit, uel aliqui alij eum nullo modo recipiant, ſibiq; in aliquo non pareāt, nec intēdāt. Quod ſi fecerint, ſubibunt pœnam noſtrae maieſtatis arbitrio infligendam. Nihilominus tamen officialis, qui pœnā impoſuit uocatis & adunatis fidelibus noſtris, quos, & quot ad hoc uiderit opportunos, & contumaces huiuſmodi, uel rebelles potenti manu deſtituat omnibus bonis ſuis, & capiat de perſonis, nec ipſos liberare aut bona eorum reſtitui eis volumus noſtra conſcientia inconſulta. Eodē mō procedi volumus in omnibus maleficijs, ſcilicet, quòd accuſator vel denuntiator, & accuſatus etiam, vel delatus iurent, & dent ſecuritatem, & dicant totū factum, tempus, & locum, & nomina illorum, per quos poterit veritas indagari. Actum Neapoli, anno Domini milleſimo cclxxij. menſe Martij. xv. eiuſdem xv. indictionis, regni noſtri anno ſeptimo.

De teſtimonio publicorum diſrobatorum contra participes & receptatores eorum. Rubrica.

CArolus * Dei gratia &c. Frequēs & ineffraenata latronum materia inualeſcens, quae poſt tantas praeteritae turbationis tribuens ſedatis vndiq; tempeſtatibus, quibus regni quies dudum extitit agitata, pacem & quietem publicam, quas poſt erumnales incurſus hoſtium felicis noſtrae ſucceſſionis victoriae, non ſine grandi labore, & turbatione animi reformauimus, turbat, & multipliciter interpellat, & nobis nouae conſtitutionis condendae praebet materiam, vt quae multis veterum legum Principum actionibus caſtigata, a republica non receſſit, conſtitutionis noſtrae beneficio praecludatur. Et quoniam receptatorum ſecuritas incentiuum & materiam praebuit delinquendi, cum ſine receptatoribus latrones deliteſcere minimè valeant, ad huius maleficia extirpanda aciē noſtri ingenij per ſedulas cogitationes acumen proborum virorum & iurium peritorum conſilia iugiter & inceſſanter actitando, quoniam ex probationum defectu & abſentia teſtium, quos huiuſmodi malefactores fugiunt, eueniebat, quòd huiuſmodi maleficia tranſibant ſaepius impunita; quamquam de iuris ciuilis rigore confeſſioni malefactorum adhiberi non deberet plena fides, quantum ad alterum conuenierndum: tamen quoniam ſuperueniente effraenata & aſſueta malitia huiuſmodi malefactorum tranſibant maleficia impunita, perpenſo diligētius proborū virorum & iuris peritorū conſilio, praelegi-

& Bal. eſſe verum de iure antiquo, & ueteri, de quo iure non requirebatur libellus, ſed viua vox ſufficiebat. De iure autem nouiſſimo Authenticorum eſt neceſſarius libellus, & alia ſubſtantialia iudicij. ita Bald. hoc cap. ad hoc quod in cauſa ſuper deſtitutione poſſeſſionis rei ſtabilis non procedittur iuris ordine, ſed ſummarie, virtute huius cap. allegat & ſequitur Matth. in conſtit. pacis cultum. in 17. colum. tenementi.

ADDITIO. Expenſis & intereſſe. *Et etiā ad fructus, quamuis nō eſſent petiti, Marſil. in ſing. 629. Fondera. nam praeſupponit, quòd quo ad pœnā poſſit ſummariè agi & cognoſci, quod eſt correctum, vt in c. de violētijs illatis, vbi plenè debet cognoſci, de quo no. in l. nec quicquā. §. de plano. ff. de offic procon. & Bart. in extrauag. ad reprimendum. in verbo, ſummariè.* De Bottis.

In ver. *Appellatione aliqua non obſtante, &c.* A ſententia poſſeſſorij non appellatur. hoc c. allegat & ſequitur Matt. de Afflit. in loco proxime allegato. V.M.A.

De teſtimonio publicorum, &c. Rubr.

C*Arolus. Frequens & ineffraenata.* Vide pro declaratione ca. quod not. per dominū And. de Iſer. in conſtit. ſi damna clandeſtina. & vide cap. quod incipit, conſtitutionē diuae memoriae, de confeſſ. latron. quod cap. limitat primo illud. & uide no. per Specu. §. 1. ver. item quia. de accuſat.

ADDITIO. Carolus. *No. igitur, quòd iſte Carolus I. venit in regnum cōtra Manfredū, qui fuit mortuus in praelio Beneuenti, de quo meminit hoc cap. & fuit in anno 1265. nam in hoc anno 1272. erat regni ſui VII. ergo initiū fuit in anno 1265. & ita linea fuit extincta in Regina Ioanna II. quae adoptauit Regem Alfonſum I. qui & demum Alfonſum II. & Regem Fredericum, qui vltimo expulſus fuit per Regem Gallorum & Regem Hiſpaniae, qui erat patruus Frederici.* De Bottis.

Ibi, *plena fides, &c.* Et in l. fi. de accuſ.

In tormentis. Hoc intellige ſm determinationem noui capituli, infrà de tormen. cap. 1. quod fuit editum in planitie ſanctu Martini.

Ibi, *volumus, &c.* in fi. no. iſtud, qa alibi ita expreſſū nō inuenies, q dictū triū malorum hominū, & latronū tm valet, quantū dictū duorū proborū virorum, & hoc

& hoc in fi. expreſsè patet. Et econtra in c.regis Caroli, quod incip. conſtitu. quod facit ad multa. ¶Et pone in cōparatione teſtium contra tex. in l. ob carmen. §.ſi teſtis.ff.de teſtibus. in gl. Et ſicut dictū duorum proborum virorū, ſi non poteſt opponi ei excep. valet: ita ſimiliter ſi non poterit opponi dicto caſu dictorum trium maleſactorum, ſ. vitæ,& famæ corruptio. Et ſimili modo, ut hic apparet ¶Et ſi in maleficijs, vbi de vita hominis agitur: multo magis in ciuilibus.ar. C.de proba.l.addictos. Contrariū tamē inducitur,quia iſta l.eſt contra ius commune.ſcilicet contra l.fi. C. de accuſa. ergo non trahitur ad cōſequentiam. arg.l.quod contra, cum ſeq.ff.de legibus.ſed vbi eſt maior vel eadem ratio, ſcilicet quòd in re ſpeciali aliud ſtatuatur, trahitur ad conſequentiam, ut in ſimili ſatis clare videtur. C. de patri. qui filios diſtrax.l.2. in gl.magna. Sed in eadem gl. dici poſſet cōtrarium, ibi, nunquid propter aliam ſimilem cauſam. ſed in glo.l.re.ff.de regu.iur. videtur notari contrarium, niſi ſi dicerem tunc arg.huius literæ admittatur in omni cauſa, vt dictum eſt in c.s,infamia non obſtante. ſed alijs obſtantibus, ſi minor, & corruptela,&c. per ea quæ not. extrà de reg.iur. in c.inani.& ibi per Dy.& Doc.

Et quoniam receptatorum. Ibi, *cū ſine receptatoribus*. Vide in l.congruit ff.de offic. præſid. quod no. & tene menti, quia vtile,& contra iſtos receptatores vide infra, c. conſtitutionem diuæ memoriæ,& c. qđ incip. Robertus, licet cōtra receptatores. & ca. creſcit culpa nutrita fauoribus.

Ibi, *receptatorum*. Hodie limita ſecūdū qđ dicitur in cōſtit.diuę memoriæ, ſupra alleg.in fi.

❋ ADDITIO. Victui neceſſaria. *Vel ligna mina, ſeu quæcunq; alia opportuna, vt ext.de Iudæ.& Sarace.c.ita quoſdā.& in c.ſtatuit. & inf. cap. Regis Roberti, quod incipit, licet ne.* De Bot.

Ibi, *tātam fidem,&c.* Hoc intellige cum moderamine, quod ponitur in dicto cap.diuæ memoriæ.in fi. Nota mirabile dictum

mus ius ſcriptum in hac parte aliquatenus pertranſiſſe, quàm per defectum probationum, per quem nō poterat huiuſmodi malefactorum veritas inueniri, quoniam celatur alter ab altero, & ex conſequenti impunitatem malefactorum dare indifferentem ſeu veram audaciā delinquendi. Nos volentes tam diſrobatorum publicorū, quam receptatorum, qui vitæ hominum multipliciter ponunt inſidias, Regia prouidentia maleficijs obuiare,præſenti conſtitutione in perpetuum valitura ſancimus,vt ſi quando latrones aliqui capiantur, vt ſe habet conſuetudo plectendi criminis, tormentis ſubdantur legitimis.Si de ſe facinus cōfeſſi fuerint, ac receptatorum eorum complices, aut fautores,& qui eis victui neceſſaria * ſubminiſtrant, dixerint in præſentia publicarum perſonarum, vel trium fide dignorum teſtium, ita quòd tres latrones ſigillatim, & occultè interrogati [1] poſt tormenta, ſic quòd eorum quilibet de confeſſione alterius ſit ignarus, ſi de receptatore,fautore, & participe vel victualia miniſtrante confeſſionibus ſint concordes, & in ipſis confeſſionibus perſeuerent, volumus, quòd dictum trium malefactorum contra eos, quos nominauerint eſſe malefactorum ſuorum conſocios, participes, & fautores, vt eſt dictum,faciat tantam fidem, quantam faceret teſtimonium duorum proborum virorum,niſi cauſa rationabilis ſuſpitionis adeſſet, cuius ſuſpitionis cauſæ cognitionem tibi ſoli,nulli alij, volumus pertinere, vel ſaltē illi, qui eos receptaſſent, participaſſent, ſactitaſſent ex cōcordi cōfeſſione inuenta,vel inuenti fuerint, capiantur,& regionis Iuſtitiario vbi perpetrata talia fuerint,aſſignentur, non ſine manſuetudinis noſtræ mandato captos audeat liberare.Qui Iuſtitiarius * ſub pœna perſonæ maieſtati noſtræ prædictæ omnia ſtudeat intimare, vt ex metu, quē ex cœleſti ſancimus arbitrio, eos pœna debita feriamus. Et quia quandoque vicinorum locorum incolæ in quorum territorio extra terram, notam ſuſpitionum euitare non poſſunt, quin ex patientia vel diſſimulatione conſocij, vel participes criminis videantur, cum ſaltem reſtituere latronibus teneantur, & eorum territoria cura præuigili cuſtodire, Statuimus,vt ciuitas,caſtrum,vel villa, in cuius territorio extra terram talia fuerint perpetrata, & malefactores non dederunt damnum paſſo, & damno probato integrè ſatisfacere teneantur, vt metu pœnæ cæteri maleſactores terreantur, & vniuerſitas quęlibet,loca,& territoria earum diligenter & vigilanter cuſtodiant,cēſemus, vt circunſtantes vniuerſitates, territoria connexa habentes, ſi locorum incolæ diſrobatoribus, vt eſt dictum, non reſiſtant, vel ſaltem clamantibus contra latrones ipſos, facinus non prouident, tantundem fiſco noſtro componant. Et hęc locum habere cenſemus tam in extraneis, quàm in incolis regni noſtri. Et quando dubij, vel incerti malefici per accuſatoris probationem dilucidam non poterint inueniri, malefactores ipſos capi volumus, & regionis Iuſtitiario aſſignari, pœna debita puniendos, cui executionem per eum & damni emendationem ſpecialiter delegamus, ſine ſatigatione cuiuſlibet Caſtri, ſeu loci, ſuo diſtribuendo arbitrio. Et quoniam plerunq; aſſolet, vt malefactores ipſi in modicis caſalibus, maſſarijs, ſeu tractibus pecudum receptantur, ſancimus, vt ſi quando habitatores caſalium,ſeu morantes in maſſarijs, ſeu curtibus, rapinas ſeu diſrobationes non poterunt diſrobare, & conniuenti oculo ſcelera ipſa ſub quadam diſſimulatione celantur, Iuſtitiarijs vel ſaltem magiſtris iuratis vicinorū locorum neglexerint nuntiare * tolerando talia. Nos quodammodo criminis pœnam ſtatuendo, villas,maſſarias, ſeu curtes,per locorum Iuſtitiarios, volumus igne concremari,ita quòd habitatores huiuſmodi paruarum villarum, & locorum ante concremationem huius, abſtractis inde bonis ipſorum omnibus ad loca tutą cum eorum bonis trāsferre valeant incolatum. Et quoniam laborantibus laborum ſuorum condigna remuneratio operandi magis tribuat incentiuum, vt ad malefactorum huiuſmodi captionem curioſius intendatur, ad reuelationem vicinorum locorum, vbi dicta maleficia contigerint perpetrari, quæ loca curiæ ad emendam, & damnum paſſo ad reſtitutionem teneri ſtatuimus. Idcirco illi, qui aliquem latronem, ſeu malefactorem fama, ſeu alio modo ceperit, & curiæ aſſignauerit, pro vnoquoque tali latrone vncias auri duas, & pro malefactore vnciam auri vnam, dummodo & malefactores huiuſmodi per examen noſtræ Curiæ mortis ſubire iudicium teneantur. De pecunia noſtræ Cameræ ſolui volumus, & mā-

dictum, quòd ſi tres latrones in tormentis aliquid depoſuerunt contra tertium,quod ex hoc videtur plene probatum contra ipſum. ¶Et vide plenè de hoc. l.qui ſententiam. C. de pœn. ad hoc concordat.c.conſtit. quod eſt inf. de confeſ. latr.& quod not.in l.prouinciarum. C.de ferijs. ¶Hoc verum ſi perſonæ nominatę reperiūtur leues, & infamatæ, ut in d.cap.1. de confeſ.latro. Petrus de Monteforte.

1 ADDITIO. *In ver.* Ita quod tres latrones ſigillatim, & occulte interrogati, &c. *De hoc capit. facit mentionem Andr. de Iſern.in conſtit. ſi dom.a clandeſtina.in 5.col.verſ. ius ſuus Rex Carolus, &c. & ibi Matth. de Aff.in 5.col. verſ. bene fateor quod in iſto regno, &c. refert, & ſequitur hoc ca. & allegat aliud cap. quod incipit, ſtatuit.&c. quod ego reperire non potui: Diſtinctionem tamen huius ca. limita,& intellige, ut per ca.quod incipit, conſt.diuæ memoria. Et miror q nec Andr. nec Matth. fuerunt memores illius c. Matth.in rub. de Pat.rece.inquit quòd pœna impoſita contra receptatores latronum per Carolum I.in hoc cap.hic,fuit poſtea mitigata per regem Robertum in c. licèt contra receptatores.* V.M.A.

❋ ADDITIO. Iuſtitiarius. *Ex litera videtur decidi quæſtio & altercatio, quę not.in conſt. regni de dam. cland.l.1. per Marinum in glo.2.ut non ſolū in damnis in quibus habet locum actio l. Aquiliæ iniuria datis & clam commiſſis locum habeat, q homines illius territorij reſarciant, ſed etiam ſit idem in furtis & latrocinijs commiſſis in aliquo territorio, ut omnes illius territorij uniātur, & teneantur ad lata reſtituere, ubi nō appareat de malefactore, licèt de iure cōi ſit contra, ut in Auth. ut nulli iud.§.quia verò, collat.9.& quæ ſit ratio, quare incolæ locorū teneātur allata reſtituere de iure iſto nouo hic dicit litera, ibi, omnia, &c. adhoc vide in l.2.in d tit.de clan.malef.in gl.2.ibi poſita, vide hic qq.ibi poſitas.* De Bottis.

❋ ADDITIO. Neglexerint nuntiare. *No.q tenetur ad crimina nuncianda, ſi non facit videtur*

detur ſe reum quodam modo criminis conſtituere. & facit in Authen. de armis.§ ſancimus. verſic. defenſores. C. de priui. Schol. l. 1. lib. 12. in fi. & ibi Luc. de Penna & inf. in Rege Roberto c. 1. in fi. de offic. magiſtr. iurati. De Bottis.

In verbo, *villas maſſarias, ſeu curtes, &c.* Hoc c. allegat & ſequitur Par. in tracta. ſyndic. in ver. bannum. ver. & in regno eſt capitulum, &c.

ADDITIO. *Sed hodiè per capitulum Caroli ſecundi, quod incipit, conſtitutionem notificatũ eſt, ſi ab eis confeſſati leues fuiſſent perſonæ: aliàs talis confeſſio non operatur probationem, ſed operatur, quod ſpecialiter poſſit contra ipſos inquiri, & ex officio procedi, vt ibi.*

• ADDITIO. In fine tex. addatur, *Datum Cantali anno 1273. die vlt. Nouemb. 2. Indict. regni noſtri anno 9.* De B.

De occupantibus res demanij. Rubr.

P*Rædeceſſorum noſtrorum.* Ibi, *cùm ad id, quod occupatum.* Nota ꝙ non licet terram occupare aliquam de demanio, nec habere commendatos in terra demanij, & ſi contrafecerit, punietur pœna hic contenta.

Ibi, *Omnes, &c.* Vt in l. fin. §. omnes autem. C. vnde vi. ibi, ſtatuimus: in hoc quod de condemnatione dicitur, ꝙ quis cũ conſtit. vniuerſis. Et alibi dicitur, ꝙ quis non debet habere in regno affidatos, vt eſt tex. in c. regis Caroli, quod incipit, in ſingulis ciuitatibus.

Ibi, *quoque imprudenter, &c.* No. contra Neapolitanos, qui recipiunt homines ſub eorum protectione, & faciunt ſibi fieri inſtrumentum de præſtatione operis vel pecuniæ, & dicunt eos eſſe eorum vaſallos, & pro hoc conſtit. quæ incipit, vt vniuerſis.

Ibi, *ſtatuimus.* No. ꝙ qui non eſt obediẽs principi, punitur eius arbitrio, arg. huius literæ.

Ibi, *ſi quis autem. &c.* Et hæc nota de virtute obedientiæ melius q̃ alibi. Nota etiam qua pœna tenentur homines regni inobedientes contra officiales mandata Regis exequentes, & exigentes collectas, & iura regalia, quæ eſt voluntaria pro voluntate regis.

Ibi,

damus. Tua igitur ſolers induſtria, quæ quo ad extirpandas latronum inſidias pro noſtrorũ pace fidelium multis excogitata vigilijs, noſtra ſentiat tranquillitas ad ſubiectorum noſtrorum notitiã faciat peruenire.*

De occupantibus res demanij. Rubr.

PRædeceſſorum noſtrorum Regum Siciliæ ſanctiones ſuper infraſcriptis capitulis aliquorum fidelium noſtrorum præſumptuoſa temeritas, quas quadam rubigine obfuſcatas prouida nouatione nouantes: Statuimus, vt nullus Comes, Baro, Miles, Burgenſis, vel quiuis alius cuiuſcunque conditionis exiſtat, ciuitates, caſtra, munitiones, caſalia, villas, & deniq; quicquid in eis intus, vel foris eſſet demanij, vel de demanio eſſe conſueuit, redditus etiam, & ſeruitia nobis debita occupare, vel occupata tenere præſumat. Si quis autem diuinæ ſalutis immemor, & ſacramenti contemptor, quo ſerenitati noſtræ tanquam vaſallus noſter tenetur aſtrictus, à tẽpore felicis aduentus noſtri in Regnum, vel propria authoritate, vel occaſione cõceſſionis noſtræ ſibi factæ aliquid de prædictis quod conceſſio noſtra nõ continet: cùm ad id, quod occupatum dicitur, ſeipſa noſtra conceſſio non extendat, quod de multis intelleximus quadruplũ fructuum, & obuentionũ omnium redditũum, & vtilitatis cuiuslibet perceptarum ab ipſo, Curiæ noſtræ cum integritate perſoluat. & nihilo minus rem ipſam occupatam ſine qualibet dilatione reſtituant. Cum omnes ſcire debeant quod ſuum nõ eſt, præſertim in talibus, hoc ad generale dominium pertinere, & prædicta ſine noſtra vel officialium noſtrorum requiſitione reſtituant.

Statuimus etiam vt nullum militem, vel quemlibet alium feudatarium ad noſtrorum demanium pertinentem, vel Baroniam aliquam demanij noſtri, ſic occupare, vel occupatam tenere præſumat, ꝙ qui fecerit, & prædicta ſub diſſimulatione trãſierit, ac ſine dilatione Curiæ noſtræ non denuntiauerit, & occupata non reſtituerit, publicationem bonorum ſuorum ſe nouerit incurſurum. Statuimus etiam vt nullus in terris demanij noſtri recipere audeat cõmendatos, cum non tantum dãnoſum, ſed iniurioſum nobis ſit: cum defenſio noſtra eis plenè ſufficiat, & alia defenſione non egeant. Si quis autem tam nouatæ, quam præſentis noſtræ conſtitutionis temerarius violator extiterit recommendatos, quos imprudenter ſub ſua protectione receperit, Curiæ noſtræ reſtituere compellatur, & decem libras auri puriſſimi fiſco noſtro cogatur inferre. Et ſi ſecundò* ipſos recipere, vel retinere præſumpſerit, publicatione bonorum omnium ſuorum punietur. Et ſi tertiò temeritatem eandem iterare præſumpſerit, vltimo ſupplicio ſubiacebit. Mitigationes præſentis vltimæ pœnæ noſtræ clemẽtiæ reſeruamus. Et quia ex inobediẽtia officialium, vel aliquorũ noſtrorum fidelium, quibus de mandato noſtro, vel officialium noſtrorum aliquid de ſeruitijs noſtris iniungitur, a terris ipſorum irreuerentia quædam non leuis innaſcitur, & ſæpe cum incommodo noſtro ipſa ſeruitia retardantur. Volentes etiam in hoc vtilitati noſtræ & ipſorum, tam officialium, quam aliorum fidelium noſtrorum commodis prouidere, vt edocti de pœnæ contemptu, ipſam poſſint de facili euitare: Statuimus, vt omnes fideles noſtri cuiuſcunq; nationis, ſeu conditionis exiſtant, mandatis noſtris, vel officialium noſtrorũ omnium ſeruitia noſtra exequentium, tam in vniuerſalibus collectis, mutuis, recollectione nouę denariorum monetæ, & in omnibus alijs ſeruitijs noſtris audientes, & obedientes exiſtant.

Si quis autem in contemptu* culminis noſtri, & honoris deminutione, imò deſtructione ſeruitiorum noſtrorum contrarium facere attentauerit, perinde habebimus, ac ſi noſtræ maieſtati inobediens extitiſſet, & pro noſtræ maieſtatis arbitrio punietur. Quia quandoque, imò frequenter, occaſione licitorum, homines ad illicita manus extendunt: Intelleximus, ꝙ Comites, Barones, milites, feudatarij, Burgẽſes, & omnes alij laici, cuiuſcunq; conditionis exiſtant: dum gabellam terrarum ſuarum vltra debitum, & ſolitum vendunt, perſæpe vaſallos ſuos inuitos emere compellendo, & eiſdem emptoribus præſtandum auxilium & fauorem, vt pecuniam eis ab emptoribus pro gabellarum venditione promiſſam, poſſint integrè recipere, efficiunt, vt ijdem emptores, debito ſoluto, gabellarum iuribus nõ contenti, fines modeſtię excedẽdo, prouentus ſuos conuertant in prædia, & ex hoc non tantum priuatis dãna grauia inferuntur, ſed nobis, dum terras tam priuatorum, quàm noſtras, terris venditis, in gabellam

Ibi, *quia quoque, &c.* No. hic, ꝙ faciens plura furta, ſi aſcendunt omnibus cumulatis vltra vnciam ſuſpenditur: concordat de abig. l. fi. de furtis, l. inter homines. in fi. per Andræam de Iſer. in conſtit. ſuper inciſionibus. & vide ibi notata per eum pro intellectu huius. Idem eſt ſi cõmittat rapinam, vt per And. de pace tenen. §. quicunque aduocationem. 10. col. & ibi an hæc pœna ſit in dante opem.

¶ Sed quæro, quid ſi duo vel tres furantur vltra vnciam, ẽt ſi aliquis dat opem furto tali, an puniantur omnes pœna tali, ſ. c. ad hæc, ita ꝙ quilibet teneatur inſolidum? Vide per do. Andr. in c. ſi miles. de pace tenẽda. in §. ſi qs quinq; ſolidos.

¶ Et mirum eſt ꝙ ſtatuitur pœna furcarũ pro vno furto vltra vnciam, vt hic: & pro vna rapina indifferenter non imponitur talis pœna, vt in c. placuit. Cum de iure cõmuni magis puniatur rapina q̃ furtum, cum teneatur l. Iul. de vi publ. not. in l. ſi quis ex domo: de furtis. l. ſufficit. de priuatis delict. & notatur in l. infamem. de public. iudi. & fur tenetur pœna extraordinaria. l. fi. ff. de furt. & eſt priuatum iudicium, & non publicũ, vt in allegata. l. fin. Nam raptor debet ſaltem teneri pœna huius capituli, quia fuit & eſt improbior alijs, vt Inſtit. vi bonor. rapto. in princ.

Ibi, *aliena iactura,* vt in l. nam. ff. de condict. indeb. cum ſimilib.

In §. *ſtatuimus, quòd nullus in terris demanij.* Concordat cũ conſtitutione, cũ vniuerſis ſ. de. lib. 3. de ho. dema. affid.

• ADDITIO. Et ſi ſecundò. *Concordat cum conſtit. cum vniuerſis. in ver. ſiquis autem. no. pœnã contra recipientes aliquẽ in commẽdam intertiis demanij.*

• ADDITIO. In contemptu. *Pęna cõtra hos, qui inobediunt regijs officialib. exigentib. ſeruitia, ſiu collectas pro ipſa Curia. de qua contemptus pęna ponit Matth. ſupra, in conſtit. poſt mundi. in glo. contempſerunt. no. ex hoc §. regẽ cogere ſubditos ad huiuſmodi ſeruitia perſonalia, quę in hoc §. continentur. Sed contra hoc eſt tex. expreſſus. C. ne ope. a coll. exig. l. 1. lib. 10. & in Auth.*

Auth.de manda. Princ.§.deinde compenſ. & quod plenè ſcripſi C.vt inſtit.ad mun.obſe.den.l.1.in glo. magna, & in l.2.in ver. bouem.forte poſſet dici, quòd vbi deſinit ad talia miniſterium qui huiuſmodi obſequia ex officiorum debito ſubeat poſſit Curia regis cogere ſibi ſubditos ad huiuſmodi onera ſubeundum prius tamen, vel poſtea debita mercede ſoluta, arg.C.quib.cau. ſerui.l.1.& 2.& de fabricenſ.l.ſi.ibi, de publico. vbi glo.dicit, no.de publico. & hoc ne publica vacillet vtilitas. & facit C.curſu pub. l.vlt. lib.12. De Bottis.

In verbo, *ſi quis autem*.Ibi, *perinde habebimus*. Nota hic expreſſe, quòd qui non obedit officiali domini Regis dicitur non obedire regi, & punitur pœna hic contenta.

In tex. ibi, *ipſos ſeruire*. No.quòd dominus non poteſt compellere vaſallos emere gabellas.P.P.

Vide hic conſtitu.dignum fore credimus. & conſtitutionem, cum vniuerſis. & capitulum, terrerij.

Ibi, *ſcire debeant*. Vt l.fin. C. vnde vi. §.omnes autem.

Ibi, *ad generale dominium pertinere*. No. quòd dominus rex fundat intentionem ſuam de iure communi in bonis feudalibus,vt eo ipſo, quòd quis non probat ad ſe ſpectare,præſumitur quòd ſit domini regis. Sed contra dicit cõſtitutio principis, quæ incipit,item ſtatuimus quòd ſi procuratores.

Ibi, *ſi quis pro factis regys*. No.obediendum eſſe cõmiſſarijs pro factis regijs. & no.pœnam contra facientes, ſcilicet, læſæ maieſtatis.& vide glo.in conſtitutione,poſt mundi machinam. Pet de Monteſ.

Additio. *In verbo, quadruplum fructuum. circa princ. Hoc c. allegat & ſequitur Matth.in conſti.inter multas. in 4.no. in fin.ver.& ſcias quòd Rex Carolus,&c.*

vicinis: ijdem emptores temerariè, & præſumptuosè occupant, potentia, & ſuffragio venditorum: & propter hoc affidaturas ab illis, qui ad hoc eis non tenentur, & indebita terragia conſequuntur. Nolentes igitur hoc æquanimiter tolerare, cum non conſonet iuſtitiæ, nec ſit, quòd aliquis locupletetur cum aliena iactura, vel ex alterius lucro dãnum ſentiat: nec pati debeamus, ꝙ humiliores a potentioribus opprimantur, & prædicta ſi committerẽtur, nõ ſolum cum damno, ſed etiã cum noſtra iniuria fierent: Statuimus, vt nullus emptor talium gabellarum in poſterum talia facere, vel attentare præſumat, nec ei venditor dominus in talibus opem ferat. Si quis autem auaritię tentus cupidine, mandata noſtra præſenti conſtitutioni inſerta putauerit negligenda, & quæ a nobis ſtatuta ſunt, tenaciter non obſeruauerit, pœna debita punietur, & quòd rem occupatã ad noſtrum demaniũ pertinentem, cum quadruplo fructuũ perceptorum, & rem priuatorum occupatã taliter cum medietate æſtimationis ipſius, ijdem gabelloti tam nobis, quàm ipſis priuatis reſtituere, & ſoluere compellãtur. Eadem pœna dominis terrarum in gabellis venditarum imminẽte, ſi gabelloti, Baiuli, vel procuratores eorum opem aliquam tulerint in prędictis exceſſibus committendam, & eis ſuper his, cum ad ipſorum conſcientiam peruenerit, non reſtituerit toto poſſe: Quòd ſi prædictus gabellotus ad prædictam pœnam ſoluendã nõ ſit idoneus, nec rem, quam inuaſit, reſtituere poſſit, in defectu pęnæ pecuniariæ, quæ ex ipſis debitis deſcẽdit, corporalẽ pœnam ſuſtinebit eidem noſtro arbitrio imponendam.

Datum Venuſij, An.Dom.1272. menſe Iunij 7. eiuſdem. 5. indict. Regni noſtri anno 7.

PRidem quędã ſtatuta ſuper puniendis malefactoribus conſilio deliberato edidimus, quę tibi mittimus pręſentibus intercluſa. Volentes & fidelitati tuę pręcipiendo mandantes, quatenus ſtatuto huiuſmodi tã circa Regnicolas, quàm Prouinciales, & Gallicos, quoſcunque & alios in tua prouincia contra ſtatuta huiuſmodi delinquẽtes, ſtudeas inuiolabiliter obſeruare: Sciturus, ꝙ ſi alicui quoquomodo differas pęnam infligendã, eandem in te ꝓculdubio curabimus retorquere.

Data Trani 15. Nouembris. 12. indict. Regni noſtri anno 4.

De furtis. Rubrica.

CArolus Dei gratia Rex, &c. Ad hoc * quòd noſtrorum bona fidelium ſub ſecuritate noſtra tuta

De furtis. Rubrica.

AD *hoc quod noſtrorum*. Idem in committente rapinam, vt no.per d.And.de pace ten.§.ſi quis quinque. & ibi an hæc pœna ſit danti opem. ſed credo, quòd ſic, vt in l.is qui opem.ff.de fur.& vide in c.placuit.

Additiones. Carolus, &c. Ad hoc. *Ad hoc cap. vide Alex.conſi. 110.per totum.4.vol.Ioan. de Anan. in c.ſi.de furt.Salic.in auth. ſed nouo iure, de ſer. fugit. in l.ſeruos. ad leg. Iul. de vi publi.* M.Ant.Puluerinus.

¶ *Vide infra in c.cura. & And.in conſtit.ſuper inciſionibus, in fine, & multa de furto per Luc. de Penna in l. 1. & 2.C.de dign. lib.12. & Guid.Pap.in 589.an autem hoc cap.habeat locum in fœmina. dicerem quòd quia maſculinum in odioſis non concipit fœmininum, vt habetur per Scrib.Pap.in l.ſi quis id quod.de iuriſd.om. iud. & fortius in correctorijs, & pœnalibus prout videtur caſus iſte. nam pro furto quis non debet mori, auth.ſed nouo iure.C.de ſer.fug. & ita per plura media, in propoſito caſu conſuluit Alex. conſ.135.pen. & vlt.col.1.vol.& an ſi quis ſuſpenderetur, fracta eſſet corda, an ſit iterũ ſuſpendendus. dic quòd non, & latè diſputat Luc.in l.1.col.8.de deſerto.lib.12.*

An iudex poſſit minuere iſtam pœnam. Rom. conſ.429. dicit quòd ſic, ſequitur Hip.in ſing.182. & quæ pœna venit imponenda de iure communi, vide Couar.2 lib.var.reſol.c.9.nu.7.& ibi, quid ſi pro primis furtis minimis fuerit ſufficienter punitus, an poſſit pro tertio ſuſpendi, & multa alia in hac materia. De Bottis.

Ibi, *in fronte*. Eſt contra l.ſi quis in metallum.ff.de pœn.vbi dicitur, quòd quis non debet ſignari in facie, ex eo, quia eſt facta ad ſimilitudinem Dei omnipotentis.

Ibi, *ille vero*. Nota, quod facientes plura furta, ſi aſcendunt omnibus cumulatis ad vnius vnciæ ſummam, ſuſpenduntur. Et adde quæ dicta ſunt ſupra proximo capitulo, in fine, pro iſtius cap.materia. G.

Iſtud capitulum concordat cũ capitulo placuit. infra de pœnis rei ablatæ. quo ad pœnam imponendam, verũ hoc loquitur in furto, illud in rapina, & ſic rapinis furtum eſt contrarium.

In textu ibi, *vnam unciam*. Sed pone ꝙ duo fuerunt furati rem valentẽ unam unciam: ſed an ambo debeãt ſuſpendi? & dic quod ſic, & ita fuit determinatũ per gl. in l.ſi duo hæredes.ff.de pœn. in glo.ſi. & eſt argumentum ad legem Aquil. l.ita vulneratus.& in l.item Mela. §.ſed ſi plures. ¶Et de iſta quæſtione, quando duo ſunt furati rem ualentem unciam, uide per Andr.de Iſer.in 10. col. de pace tenen. qui dicit, quod non debent ſuſpendi.

In textu ibi, *de pluribus*, uidelicet de tribus: nam hæc adiectio plures, tres exigit ad minus, ut not.in corpore de trien. & ſemiſ. in §. & quod ſæpe nobis. in princ.in glo. etiam duorum. & facit. ff.de bon. damna.l. 3. §. 1. iuncta l.ſi.§. ſi plures. & vide l. capitalium. §. ſolent. quod per iterationẽ delicti tertio factam, dicitur tertiò delinquere. in rapina, eſt expreſſũ quod tres exiguntur, vt infra, de pœn. rei abla. pre.non ſolu.c.1.Arg.contra, vbi plurium appellatione duo continentur, ut ff.ſi quis cau.l.& ſi poſt tres. ¶No.ex eo.ver.quod facientes plura furta, licet non aſcendant omnibus cumulatis ad unciam, quod fur debet ſuſpendi. concordat de abig.l.ſi.per And. de Iſer. in conſtit. ſuper inciſionibus, in ſi.& vide quod no. ipſe pro intellectu huius c.

In tex.ibi, *conuictus*. Quis dicatur conuictus, uide Andr.de Iſer. in conſtit.iuſtè. Pet. Picc.

In tex.ibi, *manum amittat*. Quæ manus amputetur pro iſto furto, utrum ualidior, ut in c.ſi quis cum ronca ferrea, uel minus ualida, ut eſt gl. in auth.ſed nouo iure. C. de ſer.ſug. dic quod minus ualida, & hoc in furto, ſecus in percuſſione, vt in præallc.c.qui cum ronca.& uide And.de Iſer.in §.ſcriba.de proh.feu.al.per Fred.

Ibi, *aug*. Idem eſt in committente rapinam, ut no.per d.Andr.in §.quicunque anno. in tit. de pac.tenen. & ibi an hæc pœna ſit dantis opem.& dico quòd ſic, ut in l.id quod opere. ff.de fur. & uide in cap. placuit.quæ addidit huic.

Ibi, *conuictus*. Sed quando dicitur quis conuictus? Reſpondeo, quando non poteſt negare crimen, ut no.per And.de Iſer.conſt.iuſtitiarij vero per Cal. ¶Sed nunquid præſtans opem & conſilium teneatur, ac ſi furtum feciſſet? dic quòd ſic, vt in l.is qui opem.ff.de fur. Sed nunquid diuidens prædam cum prædone teneatur, ac ſi ſua ſcientia factum eſſet? dic quòd ſic, vt in l.ſi quis a Barbaris. C.de re mil.lib.12.& no.de pa.ten.§.quid ſi dante, per And. ¶Et aduerte ꝙ d.And.in conſt. locorum Baiuli.poſt medium, dicit, quòd minimum eſt duorum aureorum. Pet.Pic.

Additio. *Hoc allegat & ſequitur Blaſi. in Longob. de fur. & ſer. ſug.2.diſ.cir. fin. ſubdens quod hoc cap. habuit ortum a §. ſi quis quinque ſolidos. in cap.1. de pa.tenen. & ibi etiam examinat qualiter iure Roma. quis puniatur de furto, ſiue ciuiliter, ſiue criminaliter agatur, & qualiter de iure Longobardo, vide ibi plene. Adde omnino Andr. in conſtit.*

in conſtit.ſuper inciſionibus arborum, & in vlt.col.pul.refert hoc cap. & ibi etiam ponit quid de furto vnius gallinæ de nocte, vide omnino eũ. Adde tu quòd pro vili, & minimo furto, fur poteſt torqueri.iſte tex.no. in §.oportet.in Authen. vt iud.ſin. quoquo ſuff. tene menti, quia facit tibi honorem. Et quod pro furto quis poſſit fuſtigari de iure communi, ego adduco tex. no. in l. interdum.§. qui furē. iuncta glo.parua.in ver. conſtituerit.ff. de fur.& eſt glo.in l.ictus fuſtium, in glo.1.ff.de infam. Limita iſtud cap. non procedere in furto vili domeſtico : nam illud de iure communi non vendicatur, dicit tex.in l.reſpiciendum.§.furta domeſtica.ff.de pœn. quem tamē tex.limita, vt ibi plene per me, & illum tex.in d.§. oportet.allegat, & ſequitur ad hoc Luc.de Pen.in l.ſi ad magiſtratum, in pen.col.C.de decurio.lib.10.Et dum tex.hic dicit, manum amittat, &c.adde tu quòd mutilatio membrorum latronum prodeſt eis, quia debilitata membra nequeunt exercere conſueta. tex. eſt no. in c.ſi quis fortitudinem. 23.q.3. Luc.de Pen.in l.2.in princ.C.de aquaduct. li.11.vbi etiam cumulat plura de mutilatione, vide eum omnino. Adde hic quòd pœna impoſita per hoc c.in furto, habet locum multo magis in ſacrilegio. Bal.in l.ſi nondũ. verſi.ſed nunquid.C.de fur.refert & ſequitur Alex. poſt Bar. in l.ſi diui.ff.ad leg. Iul. pec. Adde hic vnum pulchrum verbum, quòd ex quo hoc c.imponit pœnam furti, ſecundum quantitatem furti, iudex debet exprimere quantitatem furti in proceſſu, aliàs non poſſet punire, niſi pœna minori, vt l.ſi præſes. & l.ſi de interpellatione.ff.de pœnis. ita no.inquit Bart. in l.aut facta.§.quamuis, per illum tex. ff.de pœn.menti teneas. Adde Bart.in l.Pedius.§.diuus. in verſi.factus eſt proceſſus.ff.de incendio, ruina & naufragio.& ibi Alex.alleg.cotas. Adde hic, quod pro furto publicantur bona de iure conſtitutio. tex.eſt in conſtit. Baiulus ſi furem, in fine.& ibi no. Andr.de Iſern.in princ.& Matth.in 2.no.

permaneant,& omnis via committēti furta quibuſlibet præcludatur, Statuimus, ut quicunq; furtum in rebus unum Auguſtalem, & infra valentibus commiſerit, fuſtigetur, & ſignetur, ſeu mercetur in fronte, ac nihilominus de tota prouincia bāniatur. Is autē, qui rem valentem

In verbo, *fuſtigetur.* in princ.&c. Adde q; ictus fuſtium non eſt pœna capitalis. Bal.in l.transfigere in 4.col.C.de tranſ. hoc cap.ad hoc q; pro primo furto quamuis modico imponitur pœna corporalis, ſcilicet, fuſtigatio & mercatio, alle. Andr.in conſt.locorum, in 2.col.

In verbo, *ſeu mercetur in fronte, &c.* Vtrum hęc pœna bullationis in fronte infamet? dic quod non, per ſe, ſed iuncta cum cauſa infamante, Bald. in l. ictus fuſtium.cir.princ.per illum tex.ff.de his, qui not.infam. Tu dic, quòd hoc c.& ſtatutum, non valet.ita egregie dixit Ang.in l.ſi quis in metallum. C.de pœn.refert & ſequitur Alex.poſt Bart.in l.cum in diuerſis. ff.de religio. Adde Areti.in tract.de male. in glo.in ver.in facie.ubi formaliter inquit hoc, quod etiam no.Ang. in d.l.ſi quis in metallum, quod contra infamem iuris eſt ſtatutum, quòd pro furto, quis debeat bullari in facie, vt d.l.ſi quis in metallũ : quia tale ſtatutum non ualet, quia facies hominis non debet maculari.igitur &c. ita formaliter Are.illud dictum refert, & ſequitur Marian.Socin.in cap.qualiter & quando, el.2.in 9.quæſt.art.57.de accuſ. & in cap.fin in 5.col.de foro competen.& in capitulo, cum non liceat. & ibi Felin.de præſcrip.

In verbo, *ſuſpendio condemnetur, &c.* Intellige hoc ſtatutum, volens quòd fur ſuſpendatur, ſcilicet ſi eſt viuus, non autem ſi eſt mortuus: quia tunc eſt liberatus a poteſtate iudicis.ita no. inquit Bald.in l.1.in 1.col.C.ex del.defunct.quem refert, & ſequitur Firm. in tract. de rebel.in 2.parte 8.partis, in principio, in vlt.col.vbi allegat cotas, & multum commendat inſignis Doctor Bon. Iacobus Scot.Patauinus, mihi amiciſſimus, in tract.de anathom. in antepenultima charta, in vlt. col. vbi allegat cotas in fi. & de materia vide in l. 2. C. qui teſtam.facere poſſ.intellige ſecundo vt procedat in plebeio, & populari, ſecus autem in nobili, & milite, nam nobilis, & miles ex delicto, ex quo plebeius deberet ſuſpendi, ipſe non ſuſpenditur, ſed decapitatur hodie, ita inquit glo. ſing. in l.deſertorem. §.pœna militum. in ver. torquentur.ff.de re mili.& eam ibi ſummè notat Bar. ſubdens formaliter, & ita ſeruatur in Italia, ſed in Francia ſeruatur contrariũ : quia quilibet etiam nobilis ſuſpenditur, nec habetur illa mors, ita ignominioſa, ſicut in Italia, ita Bart.& illam glo.in d.ver.torquentur, allegat, & ſequitur Bald.in cap.1.in §.ſi ruſticus, in fi.in tit.de pace tenen. Et quod Doctor.non debet ſuſpendi, tenet multum no Barth.Bolog.in repetitione Auth.habita, in quinta charta, in 2.col. in princ.in verſic. vlterius habet priuilegium &c. C.ne fil. pro patre. allegat glo.in d. uer.torquentur, ſtante æquiparatione militis, & Doctoris, iuxta glo. in l.milites, in principio, & ibi pulchre Alex.ff.de re iudica. ſubdens, dato quod Rex Carolus ſemel fecerit ſuſpendi vnum Doctorem, ut refert Andr.de Iſer.in c.1.in tit.quæ ſint reg.imò & fortius dico, qđ non ualeret conſuetudo, quæ eſſet in contrarium, ſcilicet quòd Doctor poſſet ſuſpendi, vel torqueri: nam non valet, & eſt penitus reijcienda, tex.eſt multum no.in l.omnes.la prima. & ibi multũ no.Bar. C.de decur.lib.10. fallit in crimine læſæ maieſt. Nam tunc Doctor poſſet torqueri, & ſuſpendi, tex.eſt no.in l.nullus. C.ad legem Iul. maieſt.ita multum notabil.inquit Lanfr. Veronen.in tract.de præce. mili.& Docto.in quarta charta, & ſequen. Adde quòd ſi accideret ali

quis

quis caſus quòd Doctor veniret decapitandus, non poteſt decapitari de iure, niſi prius degradetur, prout fieri ſolet in ſacerdotibus, ita notabiliter dixit, & tenet Marti. Lauden.in proœm. ff.in ſecunda lectura, allegat tex.no.cum gl.in l.omnes. C.de epiſ.& cle. in §. præterea nullus.ibi, poſt amiſſionem, pro quo etiam facit tex.in c.degradatio. de pœn.in 6.& ſequitur, & magnifacit Lanfrāc. vbi ſupra, & Alex.poſt Bart. in l.2. in 2.col.C. de dign. lib. 12. ¶Et in quantum ſupra dixi nobilem non ſuſpendi furca, ſed decapitari, limita non habere locum, ſi talis nobilis fuiſſet proditor, ita notabiliter dixit Bald.in cap.cum quidam, de iureiur.refert, & ſequitur Hippol. de Marſil.in ſingu. 16.incip.proditoris. Et q; milites ad pœnam ſuſpendij, & furcarum etiam de conſuetudine dānari non poſſint, tenet etiam Luc.de Pen.in l.quamuis, in 2.col.ante fin.C.de decur.lib. 10.allegat glo. in d.§.pœna militum, & ibi etiam dixit, quòd pœna iſtarum furcarum dicitur mors infamis.allegat tex. in cap.inter omnes, de pœn.diſtin.3. Et quod Doctores non poſſint ſuſpendi, tenet etiam Alex. in apoſt.ad Bart. in d.§ pœna militum. ¶Adde quòd homines nobiles ex conſuetudine non ſuſpendūtur, nec patiuntur huiuſmodi pœnas uiles. Bart.in l.capitalium. §. ſerui cæſi. ff.de pœn. qui ſubdit eleganter idem eſſe de alijs popularibus diuitibus, & honeſtioribus, per tex.ibi, refert, & ſequitur conſulendo Cæpol.in conſi.40.incipien.Lucius Ciuis, &c.5.col.in princ.& ibi etiam refert, & ſequitur illud quod ſupra dixi de mil. & alle.gl.in d.l.deſertorem, & Bald.in d.§.ſi ruſticus. & ibi etiam verſi. ſed quantum ad mortem &c.refert, & ſequitur doctr.Bart.quam reputat notabilem, in d.§.pœna militum, per quam concludit, quòd conſiliarij ciuitatum hodie non poſſunt furca ſuſpendi, niſi conſuetudo eſſet aliter in ciuitate, vide eum. ¶Caſus autem in quibus, quis ſuſpenditur, cumulat Bal.in cap.1.§.iniuria, in 2.colum.de pace iur.fir. & Gand. in tract. maleſi.in rubr.de pœn.reorum, in ult.char. in 2.col.uer.item ſuſpenditur &c. Matth. tamen de Afflict.in conſt.terminum uitæ.in 7.notab.inquit, quod in furto ultra unciam non fit diſtinctio perſonarum: nam quicunque ſubtraxit ultra unciam, debet furca ſuſpendi, & allegat hoc cap. Tene menti hoc cap. quod ſi priuatus priuato furetur ultra unam unciam, eſt pœna mortis, allegat Andr.de Iſer.in conſtit. officiales reipub.in fine.

¶In uerbo, *de pluribus furtis licet minimis.* Adde Andr.de Iſern. idem dicentem, & allegantem hoc cap.in conſtit. ſuper inciſionibus arborum, cir.fin. De iure autem communi pro pluribus, & multum paruis furtis, non debet quis tanquam famoſus furca ſuſpendi.ita no. dixit Bal. in cap.1.§.iniuria, in 3.col.in princ.de pa.iur.firman.allegat glo.& Cyn.in l.apud antiquos, in glo.fi.C.de furt.refert, & ſequitur Catal.in tract. ſynd. in 8.char.in 1.colum.poſt medium. ¶Adde hic vnum notabilem caſum, in quo pro furto non datur actio furti ad pœnam, nec ad rem ſubtractam, ſcilicet ſi tempore quo luditur, de domo vbi retinetur ludus, aliquid furto ſubtractum fuit a luſoribus, ſiue a quocunque alio, ei in cuius domo ludebatur. iſte eſt tex. no.in l.1.in princ.& in §.1.& in §.quod autem prætor.ff.de aleator. illum tex.allegat, & ſequitur Cacialu.in tract.de ludo.in 6.char.in 4.col.in ver.præterea ſi tempore, per quem tex. dicit ſe defendiſſe quendam militem Poteſtatis in ciuitate Aquilæ, ut ibi plenius per eum. & ille tex.dicitur eſſe unicus, ſingularis, & elegans, quòd licitum eſt perdenti impune furari aliquid vincenti, & tenenti barattariā in domo ſua, adeo quòd non poteſt accuſari de furto, quem tex. ad hoc reputauerunt Ray.de Forl.& Flor.de ſancto Petro, ſing.& referunt ibi in facti contingentia ita conſuluiſſe.refert, & ſequitur And.Barb.in cap.1.de ſortilegijs. & refert, & ſequitur præceptor meus Corſetus in ſingul. ſuis in uerſi.furtum notatur, incip.licitum eſt perdenti &c.¶Et quęro hic de pulchra quæſt.quis furatur ultra unum Auguſtale, an poſſit fuſtigari? & dico quod ſic: quia ſtatutum, ſeu pœna per ſtatutum impoſita pro uno delicto, extenditur ad aliud delictũ maius, glo. & Bal. in l.transfigere.in 8.oppoſitione.C.de tranſactio.Bald.Fulgo.in l.eum qui.§.in popularibus. ff.de iureiuran. Quęro, utrum ex quo eſt pœna limitata per hoc cap.ſeu ſtatutum, iudex habeat arbitrium, per l. hodie.ff.de pœn.hanc quæſt. ponit Bald. in l.quid ergo. §.pœna grauior. in ult.colum.uer. hic quæro utrum quando pœna &c. ff. de his qui notantur infam.ubi formaliter inquit, dicunt quidam quòd non: quia ſtatutum eſt tenaciter obſeruandum, argu.hoc præſtat. l.ſi quis reum. ff. de cuſto.reo. Nam per tale ſtatutum ſpeciale uidetur eſſe derogatum illi generali. l. hodie. argum. ff.de pœn. l.ſanctio legum. Quod credo uerum, quia in nouis legibus non habet locum regula l. hodie.ita Bald.¶Vtrum autem hoc c.ſeu ſtatutũ, cōprehendat fœminam furtum committentē, ut gula furca ſuſpendatur? dic q; non, ita pulchrè & in proprijs terminis cōſul.Cæpol. cōſi.39.incip.magnifice ac generoſe prætor, in 5.col.in fi.uer. præterea etiam ſi eſſemus &c. cum ſeq.col.per plures rationes, vt ibi per eum, quem omnino vide, & ibi ſubdit q; communiter mulieres non ſuſpenduntur pro furto

ciuita-

vltra Auguſtale vſque ad vnam vnciam furatus fuerit , manum amittat. Ille verò, qui ad bona vltra vnciam valentia furtiuas manus extẽderit, quicunq; eorum de pluribus furtis licèt minimis conuictus fuerit , ſuſpendio condemnetur , & ſi nobilis capitali pœna plectetur.

ciuitatibus & locis Lombardiæ ſubditis dominio Venetorum , niſi pro cauſa ſtatus,id eſt pro crimine læſæ maieſtatis. ¶ Et in quantum gl.hic ponit ꝙ expilator hæreditatis non punitur pœna huius ca. & ſic non ſuſpenditur furca , tu adde , ꝙ contrarium in terminis tenet Bal.in l.de his.ver.quæro nunquid crimen expilatæ hæreditatis, &c. C.de fur. vbi refert in ſpecie ad hoc ſtatutum. vide eũ. vbi vult,ꝙ ſtatutum loquens de furtis,vt publicus,& famoſus fur,furca ſuſpendatur, extendatur, & habeat locum ẽt in expilatore hęreditatis,vt ſimiliter poſſit furca ſuſpendi vigore dicti ſtatuti , qđ dicit eſſe notabile , & vtile.Saly.tamen ibi, & in l.ſi te.C.de infam.tenet contrarium,reprobando Bal.ꝙ imò ſtatutum loquens in fure,vt furca poſſit ſuſpẽdi,non habet locum in expilatore hæreditatis,per plura iura,& fundamenta,vt ibi per eum,& hãc partem etiã contra Bar. tenet in proprijs terminis Cępolla cõſulendo,cõſ.72.inci.circa accuſationẽ,&c. in pe.& fi.col.per plura fundamenta, & ſubdit ꝙ iſta pars eſt verior, & tutior.vide eũ omnino. ¶ Quæro hic de pulchra q. vtrum ſtante hoc c.& ſtatuto, ꝙ pro furto excedente ſummã vnius vnciæ fur debeat ſuſpendi,iudex poſſit moderare pœnam huius c.citra mortem? Lud.Ro.per plures optimas rationes conſuluit ꝙ ſic , conſ.419.inci. in propoſita conſulta.&c.quẽ refert,& ſequitur Hip. de Marſ.in ſuo ſingula.182.inc.Iudex nõ debet &c.ſubdens eſſe notabile verbum in practica. Adde ꝙ de iure cõi furtũ qñq; cadit in ſpeciale nomen delicti,qñq; nõ ſic,& ſm hoc diuerſimode puniendũ eſt,vide Luc.de Pẽ. pulchre declarantẽ,& ponentẽ exẽpla in l.3.in 1.col.ver. & ꝗrit &c. Quærit,qd ſi ſæpius quis furtũ fecerit?& reſpõ.ꝙ pœna augetur,& alleg.iura,vide eũ.& in ver.3.quærit &c. Quærit,quid in graſſatoribus,qua pœna punientur? & diſtinguit ꝙ aut ſimpliciter graſſantur, ſeu deprædant̃ ſine alio crimine, puta homicidio,vel percuſſione,aut cũ homicidio,vel percuſſione . Primo caſu ſi ſæpius, & in itineribus hoc fecerunt,& tunc capite puniunt̃,aliàs ignobiles in metallũ dãtur, nobiles verò deportant̃,l.capitaliũ.§.graſſatores.ff.de pœn. Secũdo caſu,& tunc capite puniuntur ẽt ignobiles, cum ex adiectione delicti, maior pœna debeat imponi,arg.l.nõ omnes.§.1.ff.de re mil.& l.qm̃. C.de vi publi.ſed cum percuſſione,augebitur in eũ pœna, quæ percuſſoribus imponitur in Regno, amputationis manus cũ qua percuſſit,vt in conſt.ſi quis aliquem. in Regno verò per ipſas conſti.& capitula in furtis multifariam eſt prouiſum.ita Luc. ¶ An autem pro vno furto enormi fur non famoſus de iure poſſit furca ſuſpendi ? dic ꝙ ſic.ita no.Cyn.in authen.ſed nouo iure.C.de ſer.fug. quem refert & ſequitur Bald.in c.1.§.iniuria.in 2.col.in ver.ſeu furtum.de pac.iur. fir.& ibi etiam ponit,& cumulat omnes caſus,in quibus quis poteſt furca ſuſpendi.vide omnino eum. ¶ Adde ꝙ hoc c.in quantum ponit pœnam mortis,eſt in viridi obſeruantia. Matth.in conſt.in cauſa depoſiti,in vlt.col.circa fi. ¶ Adde hic,ꝙ liber homo non debet in facie bullari ad reuerentiam creatoris noſtri omnipotentis, vt no.Bal.in l. ſi quis in metallum.C.de pœn.& in Rub.C.de vind.lib.& Inno.in c. ad audientiam.extra, de crim.fal.tene menti, quia faciet tibi honorem. ¶ Adde hic,ꝙ vnum furtum magnum æquiparatur pluribus furtis paruis. Bal.in auth.ſed nouo iure.in 2.col.C.de ſer.fug.refert & ſequitur Matth.in conſt.Iuſtitiarij nomen.in 6.no . Et gl.hic ponit,qd ſi res valet vnũ auguſtale,nec plus,nec minus? Adde ſimilẽ gl. And. de Baru.in conſti.qõnes omnes. nam tex.ibi ponit ꝙ contra fiſcum non ſufficiunt teſtes pauciores quinq; ſi cauſa debiti eſt vltra libram auri. Quærit gl.quid ſi cã eſt vnius libræ,nec plus, nec minus?& determinat ac ſi eſſet infra librã,& alle.gl.in d.conſt.in cã depoſita,hic allegatã,& eã ſequitur ibi Matt.in fi. ¶ Adde hic,ꝙ minimũ furtum dr̃ vſq; ad duos aureos. And.de Iſer. in cõſt.locorũ Baiuli,in 2.col.& ſequitur ibi Matt.& ibi ẽt And.allegat hoc c.ꝙ pro minimo & modico furto imponitur fuſtigatio,& verberatio. Adde qđ vnũ furtũ magnũ ęquiparat̃ tribus paruis, Bal.in auth.nouo iure. C.de ſer.fug.& ibi ẽt dicit,qđ pro vno furto magno qs poteſt furca ſuſpẽdi.V.M.A.

Additio. Ad hoc.*ibi*. Et infra. *Aliqui libri nõ habẽt, & quaſi dicat infra vnũ Auguſtale, & tũc quæro, qd ſi res valeat vnũ Auguſtale neq; plus,neque minus? Reſpondeo,ſic dicendũ eſt,ac ſi eſſet vnũ Auguſtale,ar.ff.de ſucceſ.l.1.§.inter. & ita notatur in ſimili in cõſtit.illa,in cauſa depoſiti,in gl.quæ incipit, Quid ſi depoſitũ &c.Ex hoc no.ꝙ libellus non eſt dandus in quæſtione infra duo Auguſtalia. Quid ſi eſt quæſtio duorum Auguſtalium? Reſpondetur vt ſupra dictum eſt.* Napod.

Additio. Vſque. *Incluſiuè ponitur iſtud,vſque: Quid enim ſi aliquis furatus eſt rem valentem vltra Auguſtale,non tamẽ valentem vnam vnciam? Reſpondeo, laqueo ſuſpendetur, vt in 10.col. de pace ten. §.ſi quis quinq; ſolidos &c.Nam ſolidus idem eſt, quod aureus, vt no.in Inſtit.de pœna te.liti.§.fi. in vlt.glo.* Napodanus.

Et no.quòd ex precio rerum maiori, vel minori, maior vel minor pœna ſtatuitur , vt hic, & ff.de incendijs.l.Pedius.§.1. Ex quo forte iſtud capitulum originem habuit ſecundum argumẽtum, quod colligitur 14. q.6.cap.vlt. Sed illud quo ad pœnitentiam, & quo ad Deum, qui non manum, ſed cor interrogat, eadem cauſa.q.5.cap.ſi quid inueniſti. At in reſtitutione ſecus eſt , quia tunc iuxta rei ſubtractæ menſuram ſatisfacere debet . Lucas.

Additio. De pluribus, *videlicet duobus , ar.ff.de teſti.l.vbi numerus . Sed verius intelligo de tribus. Quis enim magis inuito domino rẽ alienã cõtractat, quàm qui vi rapit? propter quod dictus eſt improbus fur, Inſtitut. vi bonorum raptorum.in princ. Et raptor non punitur ad mortem, niſi pro tribus rapinis, vt ſupra c.placuit. Igitur multo minus punitur ad mortem pro duobus furtis, ſed pro tribus ſic, exemplo rapinæ.*

Præterea hic dicit, pluribus, ergo ad minus tribus, extra de reſcrip.c. cum in multis.in 6. pro hoc.ff.de inoffi.teſtam.l.Papinianus.§.proinde, ſi ſunt ex duobus.& ff.ſi quis cau.l.poſt tres.in 1 glo. Si vero verbum (plures) ſequatur aliquem numerum, intelligitur vltra illum numerum, vt d.l.ſi poſt tres.ff.ſi quis cautionibus.& ff.fin.regun.l.ſed loci.§.non ſolum . Idem eſt ſi præcedat aliquem numerum.ff.de vi & vi arma.l.1.§. familiæ autem appellatio . Si verò nec præcedat , nec ſequatur aliquem numerum, habet locum quod modo dixi. Sebaſtianus Nap.

An ſit idem hodie in crimine expilatæ hæreditatis , vt expilator puniatur pœna huius capituli? Dic quòd non, quia hoc capitulum de furto loquitur, argu.ff.ſolu.matrim.l.ſi vero.§.de viro . Item quia expilator non eſt fur.ff.de effract. & expilat.l.1.§.effractores . Et ita determinatum fuit in conſilio.Et intellexi quod tranſiuit per cancellariam penes Prothonotarium , Anno Domini 1345.de menſe Sept. Napodanus.

Additio. De pluribus furtis. *An idem pro prima rapina? In famoſis autem latronibus non eſt opus numerare vices . Et non corrigitur hic.ff.de pœnis.l capitalium . Sed bene videtur corrigi ius Longobardũ, quo cauetur, quòd pro prima culpa oculum, pro ſecunda naſum, pro tertia moriatur, vt notatur in eodem §.famoſos . Sed an corrigatur hic.ff. de vi publ.l.3.ibi, cum telis & armis bona rapuerunt . Item qui ex incendio rapuerit aliquid præter materiam , &c? Reſpondeo non : vnde in alijs rapinis & circunſtantijs prædicta iura loquantur . Item videtur hic corrigi.ff.C.& Inſti.vi bon.rap.quia illa in eadem pœna ciuili loquuntur aliter quam hic . Item nota hic, quòd in rapina diſtinguitur de mercibus rapinis, & conditionibus perſonarum, de valore autem non diſtinguitur , ſed in furto diſtingue de valore rei ſubtractæ , vt ſi valet vltra vnciam , ſuſpenditur, vt hic. Patet ergo, quòd ſi quis rapuit ſemel rem valentem vltra vnciam, non ſuſpenditur, ſed debet fuſtigari . Sed ſi ſurripuit furto, † ſuſpenditur, vt hic. Et ſic eſt caſus, quòd grauius punitur fur, quàm raptor, qui dicitur improbus fur, Inſti.vi bo.rapt.in prin. Sed non videtur rationabile, ſed certè etiã raptor poteſt vt fur accuſari, vt eiſdem legibus apparet, vel hoc eſt propter frequentiã furum.* Napod.

† Additio. Sed ſi ſurripuit furto . *No.quòd maiori pœna punitur fur quàm raptor. vide in Auth. vt nulli iud.§.pen.coll.9. & l.capitalium.§.famoſos , ff.de pœn. & ſic propter frequentiam aggrauatur delictum.c.at ſi clerici.§.de adulterijs. ext.de iud. in glo. Et frequentia delictorum, in quibus imponitur pœna pecun. operatur vt ſit pœna capitalis, vt habetur in l.vnica, C.de ſuperexact.lib. 10.Marſ ſing 378.ſed pone quòd duo furati ſunt vnam rem , puta bouem, vel equum valentem vltra vnam vnciam, nunquid ambo debeant ſuſpendi. Reſp.quòd ſic. & ita determinatum fuit per gloſ.iſtam And. & eſt pro hoc,l.1. C.de condic.fur.iſta eſt apoſtilla poſita in l.ſi duo, in fi.ff.depoſ.* De Bott.

*De aſſecurandis hominibus illorum , qui turbationis tẽpore Conradini * a fide regia defecerunt . Rub.*

IVſtitiario terræ Idrunti , &c. Nuper habitatorib. terrarum illarum , quæ in turbatione primo præterita contra noſtram excellen-

De aſſecurandis hominib. illorum, qui turbationis, &c. Rub.

* Additio. *Hic Conradinus venit pro recuperatione Regni in anno 1268. & in planicie S. Valentini in vigilia S. Bartholomæi fuit debellatus, in quo loco Rex Carolus ædificauit eccleſiam , quæ fuit vocata S. Maria de Victoria de ordine S. Benedicti . Iſte Conradinus cum Duce Oſterliæ aufugit, fuit captus per Petrum Frangipane Dominum de Aſture in Campania, qui recepta pecunia & dominio Apellosſ a Rege Carolo illos conſignauit Regi Carolo, quos fecit decapitari in ciuitate Neap.in foro magno prope eccleſiam Carmeli, vbi eſt columna cum capella conſtructa per matrem Conradini, & Robertus filius Comitis Flandriæ gener regis Caroli interfecit iudicem tũc, dicendo non licuiſſe ſibi tantum virum condemnare , de quo actu non fuit factus rumor , imò commendatus ab omnibus iſte Robertus.* De Bottis.

IVſtitiarie . No.ꝙ qui repelluntur de Regno,ab huiuſmodi ſecuritate expelluntur,& pro illis credimus eos omnes Theutonicos, Hiſpanos,& Chatalanos,necnon & natos etiã ex Piſanis, quos protinus Regnũ noſtrũ exire volumus,ad illud nũquã vllo tp̃e redituros. G.

Et

De pœna

De pœna & vindicta proditorum. Et quod nullus, &c. *Rubr.*

N*Vper apud Tranum.* No. pœnam proditorum receptatorum, qui debent ſuſpendi, iure communi debent decapitari, vt in l. proditores. infra de re milita.

In verbo, *ſtatuimus.* No. quòd committentes crimen læſæ maieſtatis non debent liberari, etiam ſi velint dare fideiuſſores, concordat conſtitutio, humanitatem. ¶ Circa confiſcationem bonorũ proditorum habetur noua determinatio inf. in capitulo, bona proditorũ.

Ibi, *& quòd omnes.* No. quòd bona manifeſti, ſeu notorij rebellis ipſo facto fiſco applicantur, vide etiam in cap. quod incipit, bona damnatorum.

Ibi, *ſtatuimus.* Hic tractatur 2. pars rubricæ, & concordat cũ conſtitutione Regni incipiẽte, humanitatem, de his qui feudum dare poſ.

Ibi, *& cum curia noſtra.* No. formam denunciationis, qñ denunciatur aliquis de crimine læſæ maieſtatis.

Additio. *Adde quòd omnis proditor perdit feudum. Iacob. de Beluiſo in cap. 1. quib. mod. feudum amitt. refert, et ſequitur Martin. Lauden. in tracta. de crimine læſæ maieſtatis, in 3. col. verſi. omnis proditor, & dicit ſe dixiſſe in d. c. 1.*

Adde ꝙ proditor regis dicitur proditor Dei. Luc. de Penna in l. fin. in 20. col. C. de locat. prædiorum ciui lib. 11. & allegat iura. idem tenet Andreas de Iſernia in cap. 1. in ver. contrahentiũ. in vlt. col. quæ ſint regal. Hoc capitulum ad hoc ꝙ receptatores rebellium puniantur pœna ſuſpenſionis, & publicationis omnium bonorum, allegat & ſequitur Matthæus de Afflictis in conſtitutione, Patarenorũ, in ſecundo notabi. verſi. 4. fall. in fi. Adde quòd hoc capitulum, ad hoc ꝙ contra notorios rebelles proceditur de facto, allegat & ſequitur Matthæus in conſtitutione, pacis cultum, in 16. col. & ibi etiam allegat duo alia capitula, vide eum. Hoc capitulum quòd quilibet debet clamare contra proditorem, allegat & ſequitur Andreas in conſtitutione, quicunque mulierem, & Matthæus ibi in pen. col. & hoc capitulum, ad hoc quod receptans proditor. allegat & ſequitur Andreas in conſtitutione, pœnam eorum. in penul. col. & ibi etiam Andr. in fin. colum. verſi. hodie qui receptat, &c. inquit, quod hodie qui receptat hoſtem publicum, punitur eadem pœna, etiam in bonis, per hoc capitulum. Verum autem hoc capitulum fuerit iuſtè factum, in quantum vult quod quilibet tenetur capere ſi poteſt proditorem, & ſi non poteſt capere, debet vociferare, ecce proditorem, diſputat Andr. vbi ſupra, & in capi. 1. §. ſi quis hominem, in ſua additione de pace tenenda, & refert Matth. in dicta conſtitutio. pœnam eorum, in 20. no. ver. ante autem dictum capitulum, &c. Et ibi etiam Matth. in verſ. ſed pro declaratione, &c. refert, & ſequitur hoc cap. dum vult quòd quis non capiens ſi poteſt, proditorem, vel hoſtem publicum, punitur grauiſſimis pœnis: & ſi nõ poteſt debet clamare, ecce proditorem, & ſubdit ſe credere, quod hoc cap. non extendatur ad foriudicatos ſed tantum loquatur in rebellibus, et proditoribus Regis, & nõ de iſtis bannitis, & foriudicatis per iuſtitiarios. & ſubdit quòd ita ſentit Andr. ibi in vlt. col. ver. ſed non eſt, &c.

Limita hoc c. non habere locum in vxore proditoris, & rebellis Regis, nam vxor nõ tenetur capere, vel denuntiare Curia, vt capiatur, vel clamare, ita no limi. Andr. de Iſer. in conſtitutione, pœna carcere, in 2. colum. verſic. ſed an teneatur, per plura fundamenta & iura, vt ibi per eum, & ſequitur ibi Matthæ. in eadem conſtitutio. in 5. no. ſenſe menti, quia eſt pulchra limitatio.

In ver. *celauerit, &c.* Hoc cap. refert & ſequitur Matthæus in conſtitut. matres pro filijs, in princ. & ibi etiam allegat alia iura, & cotas, & in pen. col. ver. ſed quæro vnà cum Andr. &c. Et quod teneatur nuntiare regi, voluit etiam Andr. ibi, & alleg. iura. Et quod quis proditorem Regis teneatur iudicare, voluit etiam Andr. ibi in c. 1. §. præterea ſi vaſallus, circa princip. quæ ſit pri. cauſa benefi. amitt. alleg. l. Metrodorum. ff. de pœnis, refert & ſequitur Mart. Laud. in tract. de princ. in verſi. pen. incip. proditorem regis, &c. Et ſubdit Andr. quòd immo etiam cõtra imperium, vel rempubli. regni facientem tenetur iudicare, vt diſputat Tull. 3. officio. Nam diſciplina caſtrorũ antiquior eſt, quàm charitas liberorum. ff. de capt. & poſtli. reuer. l. poſtliminij. §. filius. Idem vult Andr. in conſtitutio. pœna carcere, in ſecunda columna, & ſequitur Matth. ibi, in 5. notab.

In verbo, *non ceperit, &c.* Hoc cap. allegat, & ſequitur Andr. in conſtitut. Iuſtitiarij non per calend. 2. col. & Matth. in conſt. pœnam eorum, in 20. no. ver. ſed pro declaratione quæro, &c.

---

tiam rebellarunt, ſtatutum edidimus in hac forma.

Miſericordiã & iudicium volentes cum ſubditis facere noſtris, qui ſemper firmari cupimus clementia thronum noſtrum, omnibus & ſingulis habitatoribus terrarum illarum, quæ quondam Conradini nepotis quondam Frederici olim Romanorum Imperatoris temerarijs conſilijs adhærentes, a fide noſtri nominis defecerunt, recognitis ſuis erroribus ad mandata noſtra humiliter ſunt reuerſi, plenam ſecuritatem in perſonis eorum tantum præſenti edicto duximus concedendã, vniuerſis fidelib. noſtris diſtrictius inhibentes, ne ipſos hac occaſione turbent in aliquo, vel moleſtent, inquietẽtq; quoquomodo. Ab huiuſmodi ſecuritatis gratia prorſus excludimus omnes Theutonicos, Hiſpanos, Cathalanos, necnon & Piſanos, & natos etiam ex Piſanis, quos protinus regnum noſtrum exire volumus, ad illud nullo modo vnquã redituros. Illos verò homines & perſonas de prædictis terris, qui quamuis de principalibus factionis nõ fuerint, ſed tantum propter metum ſe abſentauerunt, ad propria, in initium proximum futurũ Quadrageſimæ redire volumus, alioquin extunc a ſecuritate huiuſmodi ſint immunes.

Data Trani in caſtro ciuitatis ipſius, quarta Decemb. 12. ind. Regni noſtri an. quarto.

Volumus, & fidelitati tuæ præcipimus, quatenus ſtatutum ipſum per totam tibi decretã prouinciam ſolenniter publices, & tu illud obſerues, & facias ab omnibus inuiolabiliter obſeruari.

Data Trani 11. Decembr. 12. indict. Regni noſtri anno quarto.

De pœna & vindicta proditorum. Et quòd nullus officialis liberet carceratum pro crimine læſæ maieſtatis. *Rubrica.*

NVper apud Tranum contra proditores noſtros, eorumq; bona ſtatutum edidimus in hac forma. Carolus Rex, &c. Ad vindictã malefactorum deliberato conſilio cum baronibus noſtris, legum Doctoribus, ac iuris peritis ſtatuimus, quòd bona omnia proditorum noſtrorum, qui principaliter ſunt dãnati, vel in prælio cõtra nos, & alios interfectos, vel per fugam ſe abſentauerunt, aut in locis rebellib. commorantes, ſeu in noſtro latitant Regno, Cameræ noſtræ generaliter applicentur: Et in quaternionib. Curiæ redigantur in ſcriptis, vt in noſtro conſiſtant demanio, aut illorũ, quibus regalis magnificentia duxerit concedenda. Et quia omnes manifeſti proditores noſtri, qui adhuc latitãt, vel fugierunt, aut in locis rebellibus commorantur, ſi capi poterunt, per noſtros Iuſtitiarios ſuſpendantur, mora qualibet prætermiſſa. Addentes etiam, quòd quicunque dictos proditores, vel alios latentes receptauerit, vel dederit auxilium, & conſilium, vt in Regno noſtro morentur publicè, vel occultè, aut quòd poſſint exire de regno, & euitare manus ipſas, memoratam pœnam ſe nouerit incurſurũ. Qui aũt liberos eorũ receptauerit, vel dederit eis auxilium, vel conſilium, noſtro arbitrio grauiſſimè punietur. Si quis verò proditores noſtros ſciuerit eſſe in Regno, & celauerit, ꝙ non dicat officialibus noſtris, uel eos viderit in locis, vbi poſſit capere eos, & non ceperit, & ſi non poteſt capere, non clamauerit alta voce, Ecce proditores domini noſtri Regis; adiutorium, adiutorium ad capiendum eos, in perſonis & reb. grauiſſimè punietur. Quod ſtatutũ per noſtros officiales, & ſubiectos ſtrictiſſimè præcipimus obſeruari, non obſtante aliqua conſtitutione, vel aliquo iure ſcripto, & non ſcripto. Et maximè non obſtante eorum abſentia, & quòd non ſunt citati ad loca rebellium, vel extra Regnum effugerant, ſeu latitant, ita quòd citatio non poſſit commodè ad eorum notitiam peruenire, & manifeſtum & notorium eſt, quòd rebellarunt contra regiam maieſtatem. Statuimus etiam vt nullus magiſter Iuſtitiarius, vel Iuſtitiarius, aut iudex, aut ſecretus, ſeu officialis alius, aut ſubdi-

In verbo, *Proditores, &c.* Refert & ſequitur Matth. in conſtit. pœnam eorum, in 20. no. ver. ſed pro declaratione.

In verbo, *non faciant propter odium ſpeciale, &c.* Adde tex. in conſtitut. hi qui. ibi, quis ſit zelus delatoris, &c. Et ibi no. Matth. in 18. no. & alleg. etiam hoc cap.

...tus noſter, poſtquam aliquis captus fuerit pro crimine læſæ maieſtatis, ipſum abſoluere debeat, nec datis, vel non datis fideiuſſoribus a carcere liberare, vel eorum bona reſtituere ſine ſpeciali mandato. Et ſi ceperit aliquem de perſona, & liberauerit, & bona reſtitueri, ſignificet Curiæ, cuius mandato liberauerit eãdem perſonam, & bona reſtituit. Si verò aliquos ſine mandato Regio liberauerit, ſtatim ipſos reducat ad carcerem. Et cum Curiæ noſtræ nunciabitur contra aliquem, qui crimen læſæ maieſtatis commiſerit, nomen denuntiantis deſcribat, ac ab illo iuramentum recipiat, quòd non facit propter odium ſpeciale, ſed quia credit prout denunciat, verum eſſe; & dicti denuntiatores nomina teſtium fidelibus noſtris officialibus dicant; & illa conſcribant, & omnem aliam viam, per quã credunt prædicta poſſe probari. Et ſi nomina neſcierint, & eos recognouerint, vadant cum nuncio officialium ad loca, vbi ſcit eos eſſe, & perſonas oſtendant. Is autem, qui acceperit vel indicauerit, vt capiantur, ac noſtræ Curiæ, ſeu officialibus noſtris captos aſſignauerit, a munificentia noſtra condignæ retributionis munera conſequatur. Actum in ciuitate Trani in caſtro ipſius ciuitatis. 15. Decembris 12. indictionis, Regni noſtri anno quarto.

Quare volumus & fidelitati tuæ firmiter, & diſtrictè præcipiendo mandamus, quatenus ſtatutum huiuſmodi per totam decretã tibi prouinciam, & ſpecialiter in locis famoſis ſolenniter publices; & tu illud obſerues per omnia, & facias ab alijs inuiolabiliter obſeruari, attentius prouiſurus ne aliquam in hoc habeas negligentiam, vel defectum.

Data Fogiæ, duodecimo Ianuarij, duodecimo indictionis, Regni noſtri anno quarto.

Quòd officiales iurare debent.
Rubrica.

OFficiales omnes debẽt iurare; ſcilicet, Iuſtitiarij, Secreti, magiſtri procuratores, & portulani, magiſtri foreſterij, magiſtri maſſarij, Inquiſitores, paſſagerij, viceamirati, & prothortiui, Comites, iudices, notarij, Magiſtri ſalis, & omnes alij ſubofficiales eorum cum forma prædicta.

Quod Iuſtitiarius non amouet perſonas electas ab vniuerſitatibus.
Rubrica.

ITem collatores, ſyndici, & aliæ perſonæ, quæ ab vniuerſitatibus ſub eorum periculo pro ſeruitijs noſtræ Curiæ eliguntur, non amoueantur per Iuſtitiarium, neq; alij ſuperaddantur per eum, ſub pœna mediæ libræ auri, vt ſuperius eſt expreſſum.

In gl. in verbo, *applicentur, &c.* An quando publicantur bona proditorum requiratur ſententia, vel quòd ipſo iure, abſque aliqua ſentẽtia, bona proditorũ applicentur fiſco, eſt cap. aliud infra, incip. bona proditorum. In contrariũ teneo quòd in hoc regno committens crimen læſæ maieſtatis, nõ perdit ipſo iure bona, ſed requiritur quòd ſit conuictus, & condemnatus per ſententiam, eſt tex. expreſ. in conſtitut. contingit. ibi, conuicti, & cõdemnati uitã cum bonis amittant, &c. Et ibi no. Matth. ad hoc in 7. no. & ſubdit quòd ſic debet intelligi in hoc c. & prædictum cap. bona proditorum, allegatum ſupra, quę dicunt, quòd per rebellionem contra regẽ, perdit delinquens ipſo iure dominium bonorum ſuorum, & applicentur fiſco. Nam intelligitur, ſcilicet vt interueniat declaratio, antequam fiat executio ſuper bonis ipſo iure ad fiſcum deuolutis, & allegat cotas, & ibi etiam ponit quid de iure communi, vide omnino eũ. & vide omnino glo. ibi, in ver. conuicti, optime declarantem.

Additio. Ad vindictam. *Editum per Regem Carolum primum contra proditores, & filios proditorum, & receptatores dictorum proditorum. Ad vindictam. De proditoribus tractatur in hoc cap. & in cap. quia propter rem regni, anno nono. De filijs proditorum vide primo cap. ſatis conſtat eſſe notorium, &c. Regni autem vij. De bonis vero proditorum vide infra in cap. ſi frequenter. anno 10. Quod principaliter nota; quòd æquiparantur iſti quandoque proditoris, videlicet, damnati principaliter, prælia ntes in bello contra Regiam maieſtatem, ſeu contra alios eius maieſtatis nomine abſentes per fugam. Commorantes in locis rebellibus, & latitantes in Regno.* Napod.

Additio. Applicentur. *Statuit nouum ius, vt ſine ſententia bona proditorum publicentur. Nam de iure communi ſecus eſt. C. de bonis vacan. l. ſi vacantia. lib. 10. & 16. colla. de natura feudi. capit. nam feudi. &c. & de feudo ſine culpa non amit. cap. 1. Sed certè hic non dixit ſine ſententia, imò potius implicat cum ſententia, cùm dicit, applicentur, & ſic ponit futurum ſubiunctiui: ergo non ipſo iure, ſed per ſententiam, vt no. C. de ſacroſan. Eccle. l. iubemus nulli. §. ſanè. omni oeconomatus adminiſtratione priuetur. Glo. per ſententiam non ipſo iure, quia dicit priuetur, & non priuatus ſit. Simile notatur. C. ne liceat potentioribus. l. 1. ſuper verbo, aſſignentur. & C. de iura. calum. l. 2. §. ſi actor. ſuper verbo, cadat. Secus ſi diceret applicata fuit, vel verbum (fuit) implicat miniſterium, vel ius, niſi miniſterium hominis exprimatur. C. de iure deliberandi. l. ſi infanti. §. parentes. Item quantumcunque futurum tempus adijcitur, non importat aliquid fieri ipſo iure: niſi alia lege caueatur id fieri ipſo iure, vt extra de elect. cap. quiſquis. Sed verius credo quòd non requiratur ſententia: † nam hic loquitur in manifeſtis & publicis proditoribus, quorum deteſtabilis & popularis error inualuit, quaſi publicum eſſet in Regno præcipuè. Nec poſſet ipſorum crimen certum vel aliorum diſſimulatione celari, aut negatione. Contra quos de facto per poteſtatem proceditur ad ipſos conculcandos, & gladio perimendos, vt infra de his, qui prætendunt habere ius in bonis proditorum captis per Curiam, capit. & ſi frequenter, edito anno Regni decimo: ergo de facto proceditur ad perimendum gladio perſonas talium proditorum. Multo magis proceditur de facto ad capiendum eorum proditorum bona: ita quod ex ipſorum ſic manifeſta proditione eorum bona ad Curiam peruenerunt, vt eodem capit. & ſi frequenter. verſicu. ſtatuimus. D© hoc dit, vt ſtatuit Dominus Carolus ſecũdus, Regnorum ſuorum anno duodecimo, in capitulo, bona proditorum, &c. Et infra promiſſum in regno, anno nono. De his autem quæ reſtituti ſunt, vide ibi & ſequenti. Et quòd non ſunt citati, &c. Statuitur hic aliud ius nouum, vbi non requirit citationem, quod eſt contra legem, bene a Zenone. C. de qua dri enn. præſcriptio. Et aduerte quòd Rex Carolus primus de proditoribus multa capitula ſtatuit. Nam Regni eius anno ſecundo fecit primo præcedens capitulum, de proditoribus capiendis. Deinde Regni eius anno ſeptimo fecit de filijs proditorum, cap. Satis conſtat eſſe notorium, &c. quod eſt infra prope. Deinde Regni eius nono, fecit, de capiendis proditoribus, bannitis, & forisdicatis, cap. Dudum contra proditores. Deinde eodem anno, die Mercurij 28. menſis Martij, ſecunda indictionis, apud Brunduſium fuit factum infraſcriptum capitulum, quod loquitur de bonis proditorum. Deinde Regni anno decimo, cap. Et ſi frequenter, ſub tit. de his qui prætendunt habere ius in bonis proditorum. Item aduerte quòd prædictum capitulum de capiendis proditoribus, bannitis, & forisdicatis dat intelligere, quod debeant citari, & ſic videtur quòd iſtud capitulum corrigat illud. Sed certe non corrigit, ſed in alio loquitur hoc, quàm illo.* Sebaſtianus Napod.

† Additio. Sententia. *Et ſecundum hoc c. intellige quod dicit And. in conſtit. pœnam, col. 2. de forban. vbi voluit requiri ſententiã quo ad bona. vide etiam Luc. de Penna in l. 1. col. 2. C. de petit. bon. ſubl. lib. 10. vbi poſuit, an requiratur libellus, quando aliquis accuſatur hoc crimine, & ibi refert hoc cap. & alia.* De Bottis.

Additio. Notorium. *Notorium in plus ſe habet, quàm manifeſtum, vt colligitur hic, & 11. quæſt. 3. cap. eorum, & quæ ibi no. per glo. & Archidiac. de accuſatio. cap. 1. & de hæret. accuſatus. in ſexto. & ſecunda, quæſtione prima, manifeſta. Itaque notorius proditor, cuius exceſſus euidens & notorius eſt ſine exceptione, vel excuſatione aliqua damnari poteſt, vt 23. diſtin. cap. in nomine. & 2. quæſt. 7. cap. later, vbi de hac notat Archidiac. 22. quæſt. 2. placuit, & vigeſimaſeptima, quæſtione ſecunda, ſi homo. Et notat Goffre. in conſilijs de offic. delegati. Et eſt notandum iuxta finem Rubr. & vide quæ not. C. de dignita. l. quoties in verbo, ſeueritatem, lib. 12. in hoc caſu hoc capitulum iuxta rationem proceſſit. De hac materia ſcripſi, C. de petit. bonorum ſubla. l. 1. Si verò eſſet proditor occultus, non puto quòd damnari poſſit, niſi citatus, confeſſus, aut conuictus, & ad ſuam defenſionem admiſſus. 2. q. 1. nos in quemquam. & c. multi. & 3. quæſt. 9. cap. decernimus. 24. quæſt. 3. de illicita. & 30. q. vlt. nullum. Et quod plene ſcripſi. C. de agricol. & cenſi. l. vlt.* Lucas de Penna.

Addi-

Quòd nihil recipiatur pro cõpoſitione generalium inquiſitionum. Rubr.

ITem quòd prædicti Iuſtitiarij occaſione generalium inquiſitionum, quas per ſe cum iudicibus, & actorũ notarijs faciunt ſemel in anno; nihil ab vniuerſitatibus, vel ſingularib. perſonis recipiãt pro cõpoſitione, ſed ſecundũ merita probatorum ex inquiſitione ipſa ad condẽnationẽ, vel abſolutionẽ, ſicut fuerit de iure procedãt; data copia probatorum, & admiſſis defenſionib. illorum, qui ꝑ inquiſitionẽ tangunt & eaſdẽ inquiſitiones in terris, in quib. inquiri debet, faciãt, & nõ extrà; nec alios, q in ipſa inquiſitione notati ſunt poſt ſe trahãt, vt hactenus pp extorſionẽ malefieri conſueuit. Et ſi cõtra factũ fuerit, ꝓceſſus nõ ualeat ipſo iure; & emẽdari faciãt dãna paſſis, & tã ipſi, q̃ iudices, actorum notarij pro noſtræ voluntatis arbitrio corporaliter puniãtur.

Idem Rex, anno 10. De his qui prætendunt ius habere in bonis proditorum captis per Curiam. Rubr.

ET ſi frequenter * naturæ varietas, quę quotidie nouas formas educit pp inſtabilitatẽ perſonarũ, mutationẽ rerum, & altercationem negotiorum, ſuper quib. & quorũ nomine omnia iura ſunt prodita; & ſpecialiter adinuẽta Regib. & Principib. orbis terræ, quibus a Deo ſubditorum conſeruatio, & cura committitur, materiã tribuant ſcandalizandi non noſtri; quod tñ ipſos pręſides ad hæc maximè ſolicitat & inducit, vt malitijs, falſitatib. verſutijs hominum, ad quas omnib. multæ ſunt viæ, præcludantur, & materia ſuccidatur, cunctaq; in ꝑterita proxima turbatione temporis pp aduẽtũ Conradini ſuborta in Regno Siciliç, multę ciuitates eiuſdẽ Regni, caſtra, ac loca alia, necnõ Comites, Barones, milites, Burgẽſes, & ruſtici, qui fuerunt ꝑſumptæ contra nos factionis, & proditionis authores, ꝑ contemptã maliuolentiam interius diſſimulare, vel tegere nõ valentes, captata quãtum ad opinionẽ ipſorũ opportunitate tẽporis in perniciem, & necem, ac noſtrã diminutionẽ, & ademptionẽ noſtri dominij, prauã eorum contra nos detexerint voluntatẽ, & ad manifeſtã proditionẽ eruperint, pręter merita noſtra, qui in nullo (teſte Deo) ante ꝑdictã turbationẽ tẽporis ipſos offendimus, cõtra ipſos potẽter & victorioſè proceſſimus, & potentiã noſtram cõculcatis eiſdem, & gladio vltore peremptis, aliquib. eorundẽ perfugæ ſubſidiũ euadentib. manus noſtras, bona ipſorũ omniũ & ſingulorum, & quę tpe proditionis poſſidebãtur ab eis, videlicet, perſonarum, quas ꝑdictus deteſtabilis & popularis error inuoluerat, cum publicus eſſet in regno ꝑcipuè, nec poſſet ipſorum crimen eorũ, vel aliorũ diſſimulatione, vel negatione negari, ſicut iura omnia nr̃a, & qualitas tãti criminis exigebãt, ad noſtrã Curiã peruenerunt, de quib. bonis aliqua tenuimus, & tenemus in manib. noſtris, & de mãdato nr̃o ꝑ officiales noſtros pro noſtra Curia procurantur, aliqua de ipſis liberaliter cõceſſimus militib. & alijs ſeruitorib noſtris, ac alijs quibuſcunq; benemeritis, qui fuerunt etiã fluctuatione tẽporis antedicti, pro nobis vitam, & omnia tã dubijs periculis exponentes. Et quia beneficia nr̃a decet eſſe manſura, & oẽs malitiæ & diminutiones extraneæ. volentes cum prædictis, in quos liberalitatem cõtulimus, quã nobis in ꝑdictis bonis proditorũ, & q̃ occaſione ꝓditionis ad nr̃am Curiã deuenerunt ſalubriter prouidere ſm̃ iuſtitiã, ne pp diuturnitatẽ ſequẽtis tpis ꝑteritorum factorum inducat̃ obliuio, ac pro hoc locus fraudib. relinquat̃, cũ teſtes ſidem mutent ex tpe, nec decurrẽtis, vel actus integritas ſuffraget̃, Statuimus, vt ſi quis in bonis ꝑdictis, q̃ an̄ ꝓditionẽ ab eis cõtra nos cõmiſſã fuerãt proditorũ, vel ex ipſorũ proditione ad nr̃am Curiã ꝑuenerint, ſiue in his, q̃ nr̃a Curia tenet, ſiue in his, q̃ prædictis familiarib. militib. & alijs ſeruitorib. nr̃is cõceſſimus. Poſtremo quibuſcunq; ꝑſonis magnanimitas noſtra ex prædictis bonis cõceſſerit ius dominij, vel quaſi dominij, ius pignoris, vel hipothecæ, deniq; quodcũq; ius ex quacũque cã habere ſe dicat in publicum prodeat, & ius ſuũ qđ habeat in bonis eiſdẽ contra Curiã nr̃am vel cõ-

• ADDITIO. Et ſi frequenter. *Vide Ant. Capicium in tracta. feudorum, c. feudorum exceptio. §. lex, bene a Zenone. 12. limit.* De B.

¶ Carolus, &c. Domino Iacobo Frezza de Rauello mag. Regia Curia magiſtro rationali, & Domino Matthao de Iuuenatio Curia noſtra Iudici Iuris ciuilis profeſſoribus familiaribus, & fidelibus paternis, & ſuis, &c. Quia regiorum fidelium quietem appetimus eiuſdem rationis inſtinctu inquietudinis & tadia remouemus. Sanè nob. vir D. Marinus de Ebulo fidelis paternus & uxor ſua nobis expoſitione monſtrauit, quòd clara memoria Dominus Carolus Illuſt. Hieruſalem & Sicilia Rex noſter proauus reuerendus quadam bona feudalia per rebellionem ſeu proditionem q. Domini Andrea de Abenabulo de Auerſa commiſſam contra d. Regem tempore turbationis per aduentum q. Conradini in Sicilia regno ſuborta ad manus regia Curia deuoluta gratioſè donauit & contulit q. D. Simoni de Argal & legitimus eius hæres, quo viã vniuerſa carnis ingreſſo, ſuffeſto ſibi Domino Simone, ſuo primogenito, & legitimo ſucceſſore, & deinde d. Domino Simone abſque legitimis haredibus vita functo bonisq; pradictis ad manus Regię Curia deuolutis pradictus Dominus proauus noſter bona iam dicta q. Domino Gulielmo humana ſorte ſublato poſtea de familia de Foſſis, & de ſuis haredibus in feudum gratioſè contulit & donauit d. vero Domino Gulielmo humana ſorte ſublato ſucceſſit eidẽ vnica filia haresq; legitima Domina Filippa de Foſſis, quã idem D. Marinus cum conſenſu regia Curia ſibi in matrimonium collocauit, qua bona pradicti Dominus Marinus & coniux eiuſdem tenẽt & poſſident, & iam multis annis prateritis pacificè poſſederunt. nuper autẽ Domini Iac. & And. de Abenabulo de Auerſa fratres, cõiuges ipſos pro pradictis bonis feudalib. coram vobis ex delegatione noſtra cognoſcentibus turbare verbali inquietudine, & in cauſam trahere citatione ſuper hoc iam per litteras veſtras obtenta ſatagerunt hactenus & praſentialiter comminãtur pratendentes ſe, ſeu anteceſſorum eorum, a quibus cauſam ſe habere dicunt in d. bonis feudalibus, tẽpore pradicta turbationis, & reuocationis facta de ipſis bonis ad opus regię Curia ex cauſa proditionis iã dicta ius legitimũ habuiſſe.

Suppli-

Supplicauit itaque nobis D. Marinus pradictus vt cùm ipſe & d. conſors ſua uexentur & turbentur indebitè contra formam conſtitutionis proaui noſtri pradicti ſancientis apertè, vt quicunque plus dominij, ſeu quodlibet aliud ex quacunque cauſa habere ſe aſſereret in bonis eorum, qui dicta turbationis tẽpore contra prędictum regem noſtrum proauum rebellarunt. quorum bonorum aliqua retenta erant in manibus regia Curia & aliqua perſonis diuerſis gratioſè in feudum donata illud infra annum & menſes duos, ſi praſens eſſet in regno: Si verò abſens, infra bimeſtris temporis & duorum annorum ſpatium proſequi procuret, quibus elapſis terminis nullus audiretur impetus vel turbari iam dictos coniuges ſuper bonis eiſdem contra formam & tenorem conſtitutionis ipſius non pateretur noſtra pręſidalis authoritas, ſed inquietitudinem & moleſtiam pradictas reſtringi ac omnino deprimi ratione poteſtatis ſuffragium prouideret. Nos autem qui voluntarios labores appetimus vt trãquillitatis pacem regijs fidelibus praparemus, fidelitati veſtra mandamus, quatenus vocatis pradictis Domino Iacobo, & Andraa fratribus ac procuratore & aduocato fiſci, qui in hoc iura ipſius Curia tuentur ſuſpectis regiſtris regalibus, ſeu priuilegijs conceſſionis ipſarum, & de dicto matrimonio ac aſſenſu regio ſuper ipſo habito vobis debita fide facta, quòdq; pradicta bona ipſi coniuges teneant, vt prafertur pradictos cõiuges per fratres iam dictos contra formam & tenorem conſtitutionis iã dicta ratione iuris eiuſdem moleſtari vel impeti nullatenus pertractetis: quinimo pradictis fratribus perpetuum ſilentium, vt memorati iuris occaſione vel cauſa ipſam Dominam Marinam ſuamq; conſortem moleſtare vel impetere vlterius non attentent. Cum enim hoc poſſit poteſtas Iudicis poſſe debet & fortius ſuperioris authoritas praſidentis, concedentes ſape dictis coniugibus veſtras ſuper hoc teſtimoniales literas pro cautela.

Datum Neap. per Andraam Ciminum de Neapoli Iuris ciuilis profeſſorem & Locumtenentes protonotarij, anno vt ſupra die 6. Decembris, 3. Indict. regnorum &c.

Eſt exemplata a regiſtro car. 67. cap. 146. Et de ipſo Andraa Cimino vide in ſequen. cap. &c.

tra prædictos, quibus liberaliter prædicta conceſſimus quos per procuratores noſtros ad cauſas, & fiſci noſtri patronos defendi ſuper prædictis volumus, tam ſi incommodum, ſi quod ex ipſis ementi cõtigerit ad nos ſpectat infra annũ, & menſes duos à tẽpore inſinuationis, ſeu publicationis præſentis cõſtitutionis noſtræ, q̃ vbiq; per regnum per Iuſtitiarios noſtros in Aprilis Kalendis primo futuris huius tertiæ indictionis publicè inſinuari, & diuulgari mandamus, ordinario iudicio proſequatur. Et hoc ſuper his, qui in tẽpore publicationis, vel inſinuationis prędictæ fuerint in regno præſentes, ſiue Regnicolę, ſiue exteri ſint. Si verò quis ſuper prędictis iura habere ſe aſſerat, quicunq; ſit, ſiue exterus, ſiue iſtẽ, & de regno abfuiſſe ſe doceat, bimeſtris tẽporis à tpe publicationis prædictæ, & duorum annorum ſpatium conſequatur. Ita tñ, q ipſi abſentes infra primum annũ, ſeu bimeſtre tẽpus, poſt dictam publicationem venerint, annus à tempore reuerſionis ipſius in antea tantummodo computetur, quo elapſo, nullatenus audiantur. Quam conſtitutionem noſtram volumus obtinere ſuper bonis proditorũ, quæ hactenus ad noſtram Curiam procurantur, uel per nos alijs ſunt conceſſa. Si quẽ verò poſt hæc prædictorum proditorum bona ad Curiam noſtrã ex prædicta cauſa peruenire contigerit, qui ius in eis habere confidit, infra annũ vnum, vel biennium, ſeruata diſtinctione præſentium & abſentium, in hac peruẽtione, ſicut in publicatione ſuperius dictum eſt, contra Curiam noſtram, vel contra eum, cui Curia noſtra bona ipſa vel partem ipſorum conceſſerit ſecundũ iuſtitiam cõſequatur. Cuius principium erit & computabitur à tempore, quo publice notuerit in terra, in cuius territorio ſita ſunt; vbi non poteſt eſſe notoriũ propria bona ad Curiam perueniſſe; Nec miretur aliquis quod in præmiſſis tp̃s præſcribimus, & principium petitionis eorũ, qui ius habere confidunt anni tempore coartamus: hoc enim frequens eſt in noſtri remedium, quod ſi inſtituto à præſide tẽpore, hi quorum intereſt citati non veniant, vt ius proponant videtur ius quod habebant tacitè renunciaſſe, nec ſuper eo vlterius audiuntur. Et licèt retro principes in rebus alienis à fiſco venditis, vel donatis infra quatuor annos petitionẽ dederint; denuo contra fiſcum non audiantur; hic tñ cum propter immunitatem criminis læſæ maieſtatis, propter quod in publicum delata ſunt bona in contrarium ratio moueat; & ſic procliuior in termini breuitate. Ex hac autẽ conſtitutione* noſtra nullũ fructum ſuſcipere, vel ſperare volumus proditores, ĩ quos in voto gerimus & habemus in firmo propoſito offendere, proſequi, & omninò claudere p omnẽ viã, & modum, qui inoffenſa iuſtitia poterit inueniri. Si q̃ verò eorũ, qui in bonis prędictis ius ſe habere aſſerunt excluſi ſint à petitione bonorum, renuntiatione, tẽpore, pacto, iureiurando, ſententia, trãſactione, vel qualibet alia ratione, prędicta indulgentia noſtra temporis in nullo opituletur eiſdem.

Dat. Neap. Anno MCCLXXVIII. Die 26. Ianuarij.

De reſtitutione Eccleſiaſticæ libertatis. Rubrica.

VNiuerſis eccleſijs regni noſtri quę hactenus oppreſſæ fuerũt per implicationes, & nequitiam tyrannorum, vt plenariè reſtituantur, debita, iuriſdictiones ſolitę, & libertates, nec etiam in eorum inquietentur iuribus, aut turbentur.

De non ordinandis vicarijs per Iuſtitiarios. Rubr.

QVia de vicarijs, quos in diuerſis ciuitatib. atq; locis Terræ Laboris, & Comitatus Moliſij, ac principatus, & Terræ Beneuentanæ, alijſq; Regni noſtri partib. Iuſtitiarij noſtri, contra ipſius Regni cõſuetudinẽ ſtatuerunt, graues querimoniæ ad noſtrã audiẽtiam iugiter perferuntur. Nos opportunũ ſuper hoc remedium adhibere volentes, regia authoritate p̃cipimus, vt oẽs huiuſmodi Vicarij amoueãtur protinus de ciuitatibus, lociſq; prædictis, neque aliqui alij ſine ſpeciali mandato noſtro in aliquibus locis eiuſdẽ regni vllo vnquam tempore ſtatuantur, ſed Regni noſtri fideles ſuo more viuentes, per Iuſtitiarios, Baiulos, ac iudices, prout conſuetum eſt hactenus, regantur fideliter, & ſalubriter gubernentur.

Quod nulli Caſtellani, & ſeruientes deferant arma extra caſtra, niſi pro ſeruitijs Curiæ, nec habeant iuriſdictionem aliquã extra caſtra. Rub.

CAſtellanos* noſtrarum arcium nullã prorſus extra commiſſas eis arces iuriſdictionem habere volumus, ſeu etiam poteſtatẽ, nec ſeruientes ipſarum arcium, niſi cum pro ſeruitijs Curiæ deſtinentur, arma modo quolibet extra arces deferre præſumant, ſed tam Caſtellani, quàm ſeruientes ſolummodo arcium & caſtrorum cuſtodiæ intendentes, de alio negocio, quod ad iuriſdictionẽ pertineat, ſe nullatenus intromittant. Niſi forſan aliquid aliud caſtellanis per patentes noſtras literas cõmittatur. Neq; liceat caſtellanis,* & ſeruientibus ipſis concubinas ſuas, ſeu quaſcunq; mulieres alias, exceptis eorum vxoribus infra caſtrorum & arciũ ambitum introducere. Vt autem caſtellani, & ſeruientes ipſi huiuſmodi conſtitutionem noſtram infringere non prę́ſumant: Pręcipimus, vt Iuſtitiarij regionum de ipſorum proceſſibus frequenter inquirant, ac etiam diligenter. Et ſi contra conſtitutionem ipſam venire cõperint, protinus excellẽtiæ noſtræ ſignificent. Et per nos contra tranſgreſſores huiuſmodi ad pœnam debitam procedetur.

• ADDITIO. Ex hac autem conſtitutione. *Corrigitur l. omnes, in crim. læſæ maie. no. tñ, q quando fiſcus confiſcauit ſibi oĩa bona poteſt cõueniri actione perſonali tanquam quaſi heres anomalus: ergo interim quia fiſcus eſt ſoluendo, non poterit agi hipothecaria contra tertios poſſeſſores bonoꝝ. ita Bal. conſ. 359. quemadmodũ imperator, vol. 3. in nouis. ſubdens, q quãdo fiſcus cõuenitur vt hæres non habet locum l. bene a Zenone.* De Bottis.

De reſtitutione eccleſiaſtica libertatis. Rub.

VNiuerſis Eccleſiis. Iſtud capitulũ nõ fuit neceſſariũ, quia iura communia hoc voluerunt, vt in l. priuilegia, & auth. caſſa. C. de ſacroſ. Eccle. P.P.

De non ordinandis, &c.

QVia de vicarijs. In §. *ſed Regni noſtri fideles.* Quod ſi conſtitu. de prohib. uffic. inſtitutio. duram. P. P.

Iſtud capitul. concordat cũ ca. quod incipit, Carolus II. in ſi. ad ppetuã cõfirmationẽ c. editi in planitie S. Martini. No. quod iuſtitiarij nõ poſſunt facere Vicarios ĩ ſingulis terris. pro iſto c. facit conſti. durani. de proh. offi. occup. & cõſt. q̃ incipit, oſ. quæ perſonis, ut iuſti. alium loco ſui ord. nõ poſ. in 1. lib.

Ibi, *ſpeciali mãdato.* Et no. q̃d officialis nõ põt ordinare vicariũ ſine ſpãli mandato. P.P.

Quod nulli caſtellani, &c.

CAſtellanos. Principiũ iſtius cap. fuit ſuperfluũ, q̃a eſt ĩ cõſt. q̃ incip. caſtellanũ, &c. & eſt aliud capit. q̃d incipit, quod caſtellanis, requirat̃ arcium, &c. Et eſt ĩ. eo. & eſt Caroli II.

• ADDITIO. Caſtellanos. *Cum hoc c. concordat inf. eo. c. 1. & c. caſtellani regni anno 17. & in Carolo II. anno regni 6. ca. quod Caſtellanis, ſub rub. de Caſtellan. & vide ſupra conſt. culpã.* De B.

In tex. ibi, *neq; liceat.* Not. quod prohibitum eſt caſtellanis & ſuis ſeruientibus retinere concubinas in caſt. aliàs puniũtur per Iuſtitiarium regionis. Et ſic no. pro cõcubinis preſbyterorũ, vt iuſtitiarij poſſint ſe de hoc intromittere. ad q̃d facit c. ſi quis in excõicatione. infra, de moran. in excõm. & audio q̃d eſt caſus in dec. 32. d. ca. eos. Pet. Pic.

Cõcordat cũ c. 1. q̃d incipit, caſtellani regionum. lib. 1. circa princ.

Ibi, in fi. *forſitan vt eſt tex.* in cõſt. caſtellanus, ſ. vt caſt. nec arma ferãt nec ſeruiẽtes, &c.

Ibi, *intromittant.* cũ illo c. cõcordat conſ Regni q̃ incipit, ut culpã. de ſer. nõ exiẽ. in 1. lib. ſed hic eſt ſtatuta pena in caſtellano, vt ĩ. c. Caſtellanis tñ ĩ caſu q̃ retinerẽt cõcubinas. nõ eſt ſtatuta certa pœna.

• ADDITIO. Neq; liceat Caſtellanis. *Hodie nõ eſt certa pęna contra tenẽtes cõcubinas. ad hoc vide 32. diſt. c. eos. & ibi gl. quæ incipit, quod hic dicitur, &c.* De Bottis.

Ne

Ne quis authoritate propria capiat aliquem, &c. Rub.

C*Ontra effrænatas*. Per iſtud capitulũ crederem, quod creditor nõ poſſit bona ſui debitoris propria authoritate capere, licet debitor ad hoc ſe obligauerit niſi expreſse fuiſſet facta renũtiatio iſtius capituli. ad quod vide no. in l. 3. C. de pign. Pro iſto c. vide capitulũ, nulli, quod eſt inf. & capitulũ, Carol. &c. P.P.

No. qđ dicit iuriſdictionem indebitã, quaſi loquatur iſtud capitulũ quando aliquis arreſtat aliquem, ſeu bona eius volens prorogare iuriſdictionem in eum. Sed de iure conſti. alia pęna ſtatuitur, vt no. And. de Iſer. in conſt. omnium. in prin. Iſtud quod dicitur in iſto c. notatur expreſſe, & acrius punitur in l. 1. C. de priua. carcere. de quo ibi iſtud ca. modificatur per capitulum quod incipit, amplius nulli aliquos. & de pœna hic poſita ponit D. And. in conſtitu. duram.

• ADDITIO. Contra effręnatas. *Limita, niſi eſſet publicus latro, vt ſup. c. frequens, in §. ergo qui non cauſa excedit iuriſdictionem, non tenetur. vtrum autem poſſit renunciari huic c. vide Bar. in l. 3. C. de pig. vide de modo carcerandi Capic. deciſ. 154.*

Quid ſi aſſerat cepiſſe & detinuiſſe forindicatum, vide Arnon. caute. 29. & ibi, an de hoc ſtetur iuramento inquiſiti. De Bottis.

Ibi, *ſeu aliquorum bona*. No. pro hoc videtur quod capiens bona infra &c. quod nulli alicuius pro ſua voluntate, punitur pœna capitis. facit c. Regis Caroli II. quod incipit, nulli aliquos, factum in planitie ſancti Martini.

ADDITIO. *Hoc c. allegat Lucas de Pen. in l. fi. in fi. col. circa prin. C. de cohor. li. 12. idem voluit aliud c. Caroli II. infra incip. quod nulli, &c. hoc c. allegat etiam & ſequitur Matth. in conſti. duram & duram. in 4. not. verſi. quid autem, &c. ubi allegat alia plura c. & ibi etiam allegat unum tex. de iure communi. & ibi etiam ponit ſecus eſſe ſi ceperit unum tantum hominem: nam tunc non punietur pœna corporis, ſed pęna legis Iuliæ de vi publ. ſi cum armis. vel de vi priu. ſi ſine armis. alleg. Nap. in apoſt. hoc. vide eum omnino ibi, & etiam in 1. glo.*

Vt nullus officialis capiat aliquem de perſona, &c. Rubr.

S*Tatuimus*. Iſtud capitulum confirmatur per capitulũ Regis Caroli II. quod incip. iuſtitiarij. & vide in conſti. humanitatem.

Adde aliud c. ſimil. Caroli ſecundi, infra, incip. quòd iuſtitiarij aut officiales &c. Adde quòd idem voluit Ang. in l. ſi pupillus. §. defendet. ff. de priuileg. cred. & dicit quod ille tex. allegatur pro caſu, & quod hoc voluit Gul. de Cu. & alleg. l. pecuniæ. ff. vt in poſ. lega. tene menti. idem voluit Ang. in l. ſi verò. §. qui pro rei qualitate. ff. qui ſatiſd. cog. ſubdens quod alias iudex poſſit conueniri actione iniuriarum tempore ſyndicatus, per tex. ibi. tene menti.

• ADDITIO. Statuimus. *Vide inf. cap. item caueant iuſtitiarij, ne aliquos, &c.*

Quod nullus officialis mittat aliquem pro ſeruitijs curiæ. Rub.

G*Rauamina*. Per iſtud capitulum poſſunt tueri illi, quibus per Iuſtitiarium fiunt cõmiſſiones, vt eorum ſumptibus mandatum exequi non cogantur, ſed male ſeruatur, & confirmatur per capitulum Regis, quod incipit, quòd nullus officialis, & declaratur conſtit. omnes officiales noſtros, vt c. illo ſeruetur per contrariũ proprijs expenſis. de hoc vide tex. in conſti. ſecunda. ſupra de apparito. & adde ad iſtud capitulum. & ipſius declarationem conſt. incipientem, ſic noſtra ſeruitia, pri. lib. Petr. Picc.

• ADDITIO. Grauamina. *Vide inf. c. ſtatuimus, quòd officiales. & c. item ſtatuimus, quòd theſaurerij. vide etiam inf. in c. quòd nullus. Et vide quid de navibus capiendis, tex. in l. 2. C. de naui. non excu. lib. 12. & per illum tex. quid de bobus, plauſtris & animalibus, & latè proſequitur Moder. in tract. de peſte, car. 39. verſ. ſextò quæro. & per And. in c. 1. in verbo, plauſtrum. 1. col. quæ ſint regal. vbi de plauſtris, animalibus & nauitus, & quid de bannis, q nemo exeat territorium, vide Soc. conſi. 272. non proſiquendo. vol. 2. antiquorum.* De Bot.

Ne quis authoritate propria capiat aliquem de perſona, nec eius bona. Rubrica.

C*Ontra effrænatas* * multorum inſolẽtias, qui iuriſdictionem indebitam vſurpantes, fideles regni noſtri, & etiam innocentes capere pro ſua voluntate præſumunt, ſalubriter prouidere volentes, Vniuerſis & ſingulis, tam his, quos noſtri lateris Comitatus illuſtrat: quàm alijs quibuſcunque diſtrictius inhibemus, vt ſine ſpeciali mandato noſtro, vel noſtrorum officialium plenam à nobis in hoc authoritatẽ habentium, ad capiendũ ſeu arreſtandum & detinendũ aliquos, ſeu contra aliquorum bona procedere nõ attentent. Quicunque aũt contra inhibitionem noſtram venire tentauerint, per officiales noſtros protinus capiantur, & capitali ſententia puniantur.

Vt nullus officialis capiat aliquem de perſona incidentem in pęnam pecuniarum ſeu bannum. Rubr.

S*Tatuimus* * vt nullus Iuſtitiarius, nullique alij officiales noſtri perſonas aliquas noſtri Regni in pecuniæ pęnam ſeu pecuniarum bannum incidentes, & Curiæ noſtræ cauentes idoneè, ſuper huiuſmodi pęna ſeu banno ſoluendo, de perſona capere præſumant. Quod ſi pręſumpſerit, ſi de hoc conuictus fuerit, grauiter, iuxta noſtrum arbitrium puniatur.

Quod nullus officialis mittat aliquem pro ſeruitijs Curiæ cũ proprijs expenſis. Rubr.

G*Rauamina*, * quę fidelibus regni noſtri ab officialibus noſtris hactenus dicebantur inferri, abominabiliter deteſtantes, authoritate regia prohibemus expreſſe, ne aliquis noſter officialis, aut ueſter, vel ipſorum officialium familiaris aliquẽ de fidelibus noſtris, cũ proprijs eius expenſis pro ſeruitio noſtræ Curiæ tranſmittat: Niſi is forſitan, qui mittitur Curiæ noſtræ ad id ſpecialiter de conſuetudine ſeu quocunque iure aliquo ſit aſtrictus. Neq; animalia, utpote iumenta, equi, muli, ſumerij, & his ſimilia quęcunque de noſtris fidelibus, niſi hoc de antiqua conſuetudine, vel alio quocunque iure liceat auferantur, mittenda pro ſeruitijs Curiæ de vno loco ad alium, ſine Curiæ ſalario competenti.

ADDITIO. *In ver.* Neq; animalia, &c. *Ad de Nic. de Neap. in l. comperimus. C. de cur. publico, lib. 12. vbi per illum tex. dicit no. hanc legem cõtra officiales, qui indebitè uexant ſubditos pro animalibus praſtandis, ita Nic. de Neap. Et in quãtum dicit hic, quod poſſunt capi animalia, &c. intellige tu ſolita locari. iſte eſt aureus tex. in l. pen. C. de cur. publico. ibi, animalium dominis qui ea ſolẽt accepta mercede locare, &c. lib. 12. illum ad hoc alleg. Par. de Put. in tract ſynd. in 24. char. in 1. col. in ver. an officialis, &c. Tene menti contra capitaneos terrarũ. Et pro hoc c. vide conſti. officiales. & conſti. ſic noſtra ſeruitia, &c. quas omnino vide. Et quando vis ad ſaturitatem videre, vide ſemper Parid. in trac. ſynd. in 4. char. in 4. col. in rubr. de exce. bar. erga ſubd. ver. excedũt denique barones mittendo uaſallos, &c. vbi latiſſimè diſcutit, quid in baronib. an poſſint mittere uaſallos, & animalia eorum pro ſeruitijs curiæ, & ibi multipliciter declarat. vide omnino eum ibi, & in col. ſeq. Et ibi etiam ponit quid in officialibus baronum. Et adde quod ſimiliter dominus & baro quando uadit de ciuitate ad ciuitatem, non debet grauare ſubditos in expenſis, ſed debet facere expenſas de proprio. tex. eſt aureus & ad literam, in §. iubemus. in fi. in Auth. de collatio. Eodem modo dic, quòd præſes viſitans prouinciam debet viſitare ſuo ſumptu, non ſumptibus ſubditorum, ita inquit Bal. in l. obſeruare, per illum tex. ff. de offic. proconſ. ſubdens quòd aliter dicunt Canoniſtæ in c. venerabilis. de conſtit. Adde quod barones non poſſunt compellere eorum vaſallos ad præſtandum eis ſeruitia perſonalia, etiam cum ſalario. Matth. in conſtit. proſequentes. in 6. not. & allegat cotas. vide eum omnino pulchrè loquentem. Adde hic Luc. de Penna in l. 2 in 2. colum. C. de ruſticu. lib. 11. dicentem, quòd illa lex facit contra iuſtitiarios, & officiales regni, capientes animalia ſubiectorum eis, officij ratione, vt propria, quòd pœna ſaluberrima legis veniunt puniendi. Adde etiam Luc. de Penna in l. nemo. ver. ſed quid ſi, &c. C. de cur. publi. lib. 12. vbi etiam tenet, & concludit, quod poteſt capere animalia ſubditorum ſoluto pretio. & poſtea ſubdit quod in regno eſt expeditum, quod poteſt. & alleg. conſtit. ſic noſtra ſeruitia. præalleg. & dicit quod ibi ſtatuitur certa quantitas pro mercede. vide eum & vide tu omnino Matt. latè declarantem hanc materiam in d. conſtit. omnes officiales, & in conſtitut. ſic noſtra ſeruitia. quas leges ſimul & ibi etiam tam ipſe Matth. quam And. ponunt vltra tex. quantum erit taxandum iuſtum pretium. & vltra Matth. ponitur etiam in c. Ferdinandi primi, quod cap. aliter taxat iuſtum pretium, vide omnino eum, & ibi etiam in 2. colum. ponit, quòd non licet officiali pro ſeruitijs curiæ capere animalia priuatorum deputata ad continuatum, allegat capit. item iuſtitiarij & ſubofficiales, infra, & ibi per me. & in illo cap. item iuſtitiarij. ponitur etiam quòd officiales debent inuenire animalia habilia ad vecturam, & logherium conuenientiũ. Cum hoc ritu concordat alius ritus ſimilis, infra incip. quòd nullus officialis, &c.*

In verbo, *ſalario competente, &c.* In contrarium tamen adduco tex. in l. cum nauarchorum. ibi, pro mercedula. C. de nauicu. lib. 11. & ibi no. ad hoc Luc. de Pen. quod fiſcalia munera ſunt implenda cum parua mercede.

Quòd nullus appropriet ſibi hoſpitiũ, in quo hoſpitatus fuit, nec ingrediatur eum inuito patrono. Rubr.

AD audientiam noſtram ex clamoſa multorum inſinuatione peruenit, quòd nonnulli de ſtipendiarijs noſtris, & alijs, etiã qui de noſtra familia noſtraque comitiua exiſtunt, hoſpitia, quæ ipſis ciuitatibus, locisque alijs regni noſtri ad quæ nos declinare contigerit; per Mareſcalcum noſtrum, aut eius vicarium aſſignantur, ad hoc ſibi appropriare, aut vendicare præſumãt, vt quandocunq; & quotieſcunque ad eaſdem ciuitates, eademq; loca nobiſcum conuenerint; & etiam ſine nobis temeritate propria, prædicta ingrediuntur hoſpitia: & in eis etiam tanquã proprijs laribus, pro eorum libito commorãtur. Et ideo nos præſenti edicto inuiolabiliter præcipimus; vt nullus ad huiuſmodi hoſpitia, etiam nobis in ciuitate & locis prædictis pręſentibus, inuitis hoſpitiorum dominis authoritate propria declinare præſumat. Quicunque autem ſecus præſumpſerit, indignationem noſtri culminis, & pœnam amiſſionis equorum ſuorũ ſe nouerit incurſurũ. Ab huiuſmodi autem conſtitutione excipimus conſiliarios noſtros, & officiales officij noſtri: Necnon magiſtrum Iuſtitiarium, & iudices Magnæ Curię noſtræ, Prothonotarios, Magiſtros rationales, & notarios, quibus hoſpitij noſtri priuilegiũ reſeruamus, vt liceat eis ad locum nobis aliquẽ redeũtibus, aſſignata eis pridẽ per Mereſcalcũ, vel eius vicariũ hoſpitia ingredi, etiam eis, quamdiu in eiſdẽ locis fuerimus, cõmorãtibus.

Vt nullus officialis recipiat munera, & Iuſtitiarius diſcurrat prouinciam. Rubrica.

HAc edictali lege in perpetuũ valitura ſancimus, vt nullus Iuſtitiarius, nullus officialis alius, munera, vel xenia, ſiue dona qualibet recipere quoquomodo præſumat: Exceptis eſculentis & poculẽtis, ſicut eſt eis a iure permiſſum: Sed eorum contenti ſalario ſint feruentes in executione iuſtitiæ; nec diuertant ad dextram, ſiue ad ſiniſtrã. Neq; liceat cuiquam Iuſtitiario Secreto, & alijs officialibus noſtris, cũ primo ingreditur decretam ſibi prouinciã, quicquã recipere a ciuitatibus, caſtris, villis, aut alijs quibuſcũq; locis, ſiue perſonis, ſicut hactenus ex quadã cõſuetudine in aliquibus Regni noſtri partib. & ſpãliter in Sicilia dr̃ obſeruatum. Et cũ aliquib. caſtra, ſeu feuda, vel poſſeſſiones quaſcunq; de mãdato nr̃æ celſitudinis reſtituũt, aut aſſignãt: Palefredum, aut nomen Palefredi, aut quodcunq; aliud pro ſe nõ exigant, aut recipiãt prætextu cuiuſcũq; cõſuetudinis, vel alterius cuiuſlibet iuris. Et quia Iuſtitiarij in pinguioribus & meliorib. ciuitatibus, ſeu locis prouinciarũ ſuarũ, ſic ſuę ſtationis nidũ, ſiue locũ firmare dicũtur, q̃ eis per alia loca prouinciarũ ipſarũ ad purgandũ ipſas a malis hominib. diſcurrere nõ curantib. malefactorum creſcit malitia, impunè cõmittũtur exceſſus, & iuſtitia nõ ſeruatur. Nos, qui ſubditis noſtris, pacis & iuſtitiæ copiã miniſtrare cupimus affluẽter, opportunũ ĩ hac parte cõſilium adhibere volentes: Vnicuique; & ſingulis Iuſtitiarijs Regni nr̃i firmiter inhibemus, ne in aliquibus ciuitatib. ſiue locis alijs prouinciarũ ſuarum vltra tres dies, vel quatuor ad plus, niſi euidẽs neceſſitas, vel vtilitas expoſcerit, p̃ſumat morã protrahere, ſed p̃ prouincias ſuas vbiq; diſcurrat, illiſq; expurget hominibus malis, officij ſui debitum in executione iuſtitiæ viriliter, & fideliter exequendo.

De pœna homicidij clandeſtini. Rub.

CLandeſtinis * maleficijs, q̃ nõnunquã nocturnis tẽporib. q̃nque vero locis ſolitarijs, etiã de die, a diuerſis malefactorib. cõmittunt: Salubriter nr̃æ p̃uiſionis remedijs obuiare uolẽtes, Statuimus, vt ſi cõmiſſores hmõi inueniri nõ poſſint: Aut, ſicut multoties accidit, p locorũ incolas occultãtur, hoĩes locorũ ipſorũ, quib. vel quorum territorijs maleficia ſunt cõmiſſa, ad dãnorum reſtitutionẽ * dãnificatis integrè faciẽdã p prouinciarũ p̃ſides cõpellãtur. Et clandeſtini, aut nocturni malefactores, ſi in ipſo facinore deprehẽſi, vel aliter cõuicti fuerint, legitimè puniãtur. Si verò occulta maleficia etiã quorũcunq; locorũ territorijs cõtigerit perpetrari, nec ipſorũ patratores apparcãt, ita q̃ nullus de

Quòd nullus appropriet ſibi hoſpitium, &c. Rubrica.

A*D audientiam*. Iſtud cap. confirmatur per cap. Regis Caroli II. quod incipit, ſtipendiarij.

Ibi, *huiuſmodi aut ho. &c.* No. illas perſonas quæ poſſunt redire ad hoſpitandum in eiſdem hoſpitijs, quibus alias fuerunt hoſpitati ſine noua licentia ſuperioris, facit cum iſto c. ſtipend. Bar.

Vt nullus officialis recipiat, &c. Rubr.

H*Ac edictali*. In §. *exceptis*. ibi *ſicut eſt eis à iure*. Vt in conſtit. de offi. iuſt. l. apud iuſtitiarios, & iſtud c. prohibet officiales recipere munera, præter eſculẽta & poculenta, vt infra eod. item quod iuſtitiarij iudices. ¶ Sed nunq̃d officialis poſſit recipere expenſas ab vniuerſitatibus, & ciuitatibus? dic quòd nõ, vt in Auth. de mand. prin. §. illud. col. 3. & de colla. §. ad hæc, col. 8. PP.

In tex. ibi, *eſculenta, &c.* Quæ eſculenta & poculenta recipiũtur a priuatis, non autẽ ab uniuerſitatibus, quę hodie in regno nihil habent in communi, ut infra, q̃ nihil retineatur ab vniuerſitate & facit etiam ad hoc cap. Regis Car. II. quod incipit, quòd nullus iuſtit. No. etiã quod officialis non debet recipere niſi ſemel tantum, vt eſt tex. in conſtit. 2. de ordinan. iud. ibi, ad ſiniſtram, facit quæ no. tex. in conſtitutio. Patareni.

Ibi, *malis hominibus*. No. q̃ officiales debent purgare prouinciã malis hominib. facit etiam conſtit. Regni quæ incipit, pacis cultum vnicuique, iſte §. declarat §. ciuitatem, & loca. conſti. iuſtitiarij nõ per calen. Item dicit illud cap. q̃ nullus per 3. dies, vel 4. ad plus, niſi euidens neceſſitas & vtilitas expoſcat, præſumat moram protrahere, ſed per prouincias ſuas vbique diſcurrat, illaſque purget malis hominibus, & officij ſui debitum in executione iuſtitiæ viriliter, & fideliter exæquatur. Barth. de Capua.

ADDITIO. *Officiales non debent recipere munera, vide omnino pul. ritũ regina Io. incip. item quòd prædicti officiales Iuſtitiarij. ſcilicet, capitanei, &c. & ibi latiſſimè per me ad ſaturitatem.*

In ver. *& quia iuſtitiarij &c.* Iuſtitiarij debent diſcurrere per prouinciam, & non ſtare firmi in uno loco. idem vult tex. in conſtitu. capitaneorum, in prin. & ibi not. Matt. in 1. not. ſecus autem eſt de iure communi, nam nõ debet iudex ſine cauſa circumire prouinciã, tex. eſt no. in Auth. ut nul. iud. in princ. uer. nulli. uero liceat ciuili, aut militari iudici, & notat Matthæ. in loco præallega.

In ver. *ne in aliquibus ciuitatibus, &c.* Hoc cap. refert & ſequitur Luc. de Penna in l. 2. in 2. colum. C. de condi. in pub. hor. lib. 10. vbi pul. & plene loquitur, ſubdens quod malè ſeruãt hodie Iuſtitiarij, vt delectabilius agant, & cõmodius viuant, poſtea ſubdit q̃ ſalubris eſt iſta conſtõ cũ alia de mand. princip. ut regula ſancti Benedicti, non niſi ad occupationẽ, ſeu dãna chartarum relictę ſunt. ita Lucas quem omnino vide. V. M. A.

De pœna homicidij clandeſtini. Rubr.

C*Landeſtinis*. Iſtud cap. ſupplet conſtitutionem, ſi quis dãna. quia ibi nõ fit diſtinctio de ſocularijs, hic fit. ¶ Item aliud addit, quia hic loquitur tã de damno nocturno quam diurno. Et corrigitur p cap. conſtit. domini patris, & eſt Caroli II.

ADDITIO. Clandeſtinis. *Quod refert And. in conſtit. ſuper inciſionib. col. 1. iſtud cap. corrigit conſtit. ſi dãna, & confirmatur per cap. Regis Car. II. ſupra quod incip. conſtit. Domini patris noſtri. licèt aliter faciat enumerationẽ, & in hoc ſolum corrigitur iſtud, non obſtante cap. ſtatuimus, quod corrigebat iſtud capit.* De B.

Prouinciæ p̃ſes, quot res dẽat mo tan ĩ qua libet v̄be quæ cæ.

ADDITIO. Ad damnorũ reſtitutionẽ. *Lud. Rom. in conſ. 7. conſuluit, q̃ ſtante huiuſmodi ſtatuto nõ tenetur vniuerſitas ad delicta noctu perpetrata. vide quia pulchrè loquitur, & allegat Bart. in l. 1. §. occiſorum, ad Sillan. qui multa pulchra dicit ad intellectũ huius cap. ibiq; Lud. tenet quòd nec etiã tenẽtur abſentes ab vniuerſitate.* De Rottis.

In §. *Quòd ſi. ibi, iterati.* No tormenta non debere fieri niſi ſemel, cõcordat cum conſtit. ſi damna clandeſtina. Cõtrarium videtur de iure communi, ut in l repeti. ff. de quæſtio. & in Auth. ut iud. ſine quoquo ſuff. §. oportet.

Ibi, *eos*, & vide Cy. in l. fi. C. de qõ. q̃d intelligo ſine nouis indicijs. & uide And. de Iſer. in cõſtit. ſi dãna. P. de Mõt.

Adde

Adde ſup.in l.1.de homi. & de damnis clandeſt. & ff. de incendio rui.naufragio.l.ne quis. ¶ Et corrigitur iſtud cap.per aliud cap.Regis Car.II.quod incipit,conſtit.Domini patris,inquantū auget pœnam.

Ibi, *Legitime puniantur*. Scilicet, vltimo ſupplicio, vt in lege ſuper inciſio. de maleficijs clandeſtin.

Ibi, *quòd ſi ex inquiſitione*. No. qualiter proceditur in homicidio clādeſtino & dāno.

In §. *quingentorum*. Iſtud cap.corrigitur per conſtitutio.ſi damna patientib. in hoc quod nō diſtinguit, an ſit Chriſtianus vel Iudæus occiſus, ſed auget faciendo diſtinctionem focularïorum. Sed iſtud capi.corrigitur per cap. ſtatuimus quod conſtitutio. ¶ Item vltimo hæc per omnia recipiunt aliam diſtinctionem & determinationem quæ ſit in cap. incipien. cōſtitutio Dñi patris noſtri. Et ſic de primo ad vltimū antiqua conſtitutio (non reiecta diſtinctione focularïorū) habet locum cū diſtin. illius conſtō. & ſic prædicta concord.

Iuxta fin. ibi, *volentes*. Et pone quòd caſtrum, in cuius territorio eſt commiſſum homicidium clādeſtinum, habet mille focularia, inter quæ ſunt centum focularia clericorū, quæ non contribuunt in collectis, an iudicabitur & condēnabitur tanquàm mille focularia ad pœnam cētū vnciarum, an ſicut habēs DCCCC. focula. ad pœnam vnciarum quinquaginta? & uidentur attendenda verba huius c. ꝙ dānabitur ad cētū, nā verba c. cōſiderant ſi caſtrum habet mille focularia. ¶ Sed licet ſint clerici, nihilominus faciunt numerū focularïorū: & licet nō cōtribuāt, faciūt tñ ut ſoluāt reliqui cētū integre. ¶ Et facit pro iſta parte Brocardū, qui non habet partē, facit partē, ut ff. de leg. 1. l. ſi duobus. §. his. & l. huiuſmodi, §. Titio. & de leg. 2. l. ſi Titio. Sed in contrarium uidetur attendendo rationē: quare ſi caſtrum habet plura focularia plus ſoluit, &c. quaſi in eo ſunt plures ſoluentes, ergo uidetur intelligi de pluribus focularib. ſoluētibus, ad qđ mirabiliter facit de excuſa. tuto. in publico.

tali facinore ab his, qui defuncto attinuerūt, vel ab aliquo de populo arguatur, tunc inquiſitionem hmōi facinoris fieri volumus diligenter, per quā ſi aliquid certū probabit, iuxta probata inquiſitionis eiuſdē facere iubemus. Quòd ſi ex inquiſitione ipſa leues perſonæ aliquæ de homicidio perpetrato notātur, licet per eā cōtra ipſas non probetur ad plenū: ad tormenta perſonarum ipſarū leuium, poſtremò decernimus deſcendendū: Per quæ omnia ſi de delicto conſtare nō poterit, ſeu cōfiteri (animo indurato) hi quib. ingeruntur tormenta non velint; vel ſi (prout cōſueuit accidere) in pleriſq; vltra modū tormentorū, timidi fateātur, nec in confeſſione perdurēt: ſoluti tormētis, quæ tñ nō timeant iterari: Tunc & illius loci, in quo cōmiſſum eſt maleficium poſſeſſores, ſi quidē locus ille habebit mille, vel plures focularios, centum. Si verò plura ꝙ̃ quingenta vſq; ad mille habuerit domicilia, qnquaginta. Quod ſi quingentorū, vel paucorū focularïorū ſint, vigintiquinq; vncijs, mulcta locorum nr̃o applicāda ærario, damnandum eſſe cēſemus. Volentes etiā vt in alijs maleficijs, ac dānis clandeſtinis, & nocturnis hmōi, tā inquiſitionis & probationis, quàm etiā tormentorū ultimo perſonis adhibēdorum leuib. ordo ſeruetur. Quòd ſi cōſtet vniuerſitates occultare velle forſan huiuſmodi ſcelerum commiſſores ac nolle officialibus noſtris illos quærentes exhibere: pœnam vniuerſitatibus ipſis, pro qualitate locorum & commiſſorum ſcelerum inferendam noſtro arbitrio reſeruamus.

Data Neapoli 2. Decembris IX. indictionis.

De pœna rei ablatæ, precio non ſoluto. *Rubrica.*

PLacuit * de conſilio nobilium plurium, & ſapientum ad tollendas rapinas, quæ frequenter fiūt in regno Siciliæ, Quod quicunque facit rapinam aliquam auferendo alicui res ſuas ſine precio conuēto, & ſoluto inter venditores, & raptores, excepta palea, quæ ſic extra domos, vbi habitabit, pro pœna primæ rapinæ ſi nobilis non exiſtat, fuſtigetur publicè per terram, & amittat triplum ipſius damni, Curiæ Regiæ, & damnum paſſo ſimplum tantum emendet. Et ſi emendare non poteſt, ſigno Curiæ ſignetur in frōte. Si verò eſt nobilis ille, qui committit rapinam, ſex vncias auri fiſco noſtro componat, & emendet Curiæ noſtræ triplum rapinæ ipſius, & damnum paſſo. Sed ſi potius voluit fuſtigari, quàm emendare & ſoluere pœnam prædictam, fuſtigetur, & mercetur merco Curiæ in fronte. Et ſi ſoluere non poteſt, & non vult fuſtigari, ponatur in carcere Regis p annū, & de ipſo carcere nō exeat infra annū: & tunc emēdet rapinā, & triplū Curiæ regiæ, & ſimplum damnum paſſo, & ſoluat ſex vncias auri, vt ſuperius continetur, poſt annum ſine omni pœna liberetur.

Poſt ſecundam vero rapinam ille, qui nobilis non exiſtit, amittat manum, ſi extraneus eſt Et ſi eſt de regno, amittat pedem. Nobilis autē poſt ſecundam rapinam, amittat arniſium, & gagia, & quicquid debet ſibi Curia. Et ſi Curia Regis in nullo ſibi tenetur, ſoluat Curiæ Regis vncias xx. auri. Si verò non poteſt, ſtet in carcere domini Regis p̄dicti, & poſtea expellatur de toto regno prædictorū; & ſi poſtmodū inuētus fuerit in regno prædicto, perſonaliter capiatur, & carceri mancipetur. Pro tertia vero rapina nobilis capite puniatur, & ignobilis furcarum ſuſpendio condemnetur. Statuit etiam idem Rex, quòd Mareſcalcus, magiſter Iuſtitiarius, Seneſcalcus, & officiales, ac iudices magnæ curiæ iurent ſuper ſancta Dei euangelia ordinationē prædictam firmiter obſeruare, & ſi non obſeruabunt, arbitrio regio puniantur.

Quod nullus cōtrahat matrimonium cum filiabus, & filijs proditorum, ſine mandato curiæ. *Rubr.*

CArolus * Dei gratia Rex Siciliæ, &c. Iuſtitiario terræ Idrūti, &c. Satis conſtat eſſe notorium,

Et refert Matth. in rub. de homi. clandeſt. in 1. col. ver. 5. idē Carolus &c. illa capitula etiam corriguntur, & limitantur quo ad diſtinctionē focularïorum, per c. incip. conſtitutionem diui patris mei &c. quod c. omnino vide. & refert. & ſequitur Matth. vbi ſuprà, ver. 7. Rex Carolus &c. poſtea in ſeq. col. ver. 10. prouiſum fuit, &c. refert ꝙ fuit prouiſum per cap. Papæ Honorij, ꝙ in pœna contra vniuerſitates pro Chriſtiano, vel Iudæo Chriſtiano occiſo ſeruetur cōſtitutio, ſi dāna clandeſtina. ſ. in locis populoſis, & non augmentum pœnæ impoſitū per Regē Carolum primum in hoc cap. hic.

De pœna rei abla. pretio non ſoluto. Rubr.

P*Lacuit*. Iſtud capit. differt a ca. ad hęc, quod eſt ſupra: quia ibi loquitur in furto, hic in rapina. Pet. de Mont.

Iſtud c. corrigit capitulū, qđ incipit, ad hęc.

❧ Additio. Placuit. *Adde & vide Robert. Marant. in ſuo ſpeculo aureo, fol. 12. 3. col. prope finem.* De Bottis.

Ibi, *pro pœna prima rapina*. No. capitulū ponens pœnam contra cōmittentes rapinā, iuxta conditionem perſonarū prima uice, & pro ſecunda, & tertia uice.

Ibi, *venditores*. No. qualiter puniāt raptor, ubi ſigno crucis vel curiæ ſignatur in fronte. iſtud eſt contra l. ſi quis in metallum, ut ſupra diximus. in cap. ad hoc.

Additio. *In ver. triplū, &c. Hoc c. refert & ſequitur Matth. in conſtit. violentias, in 11. col. & in penul. circa fin. quem omnino vide.*

Quod nullus contrahat matri. &c. Rubr.

C*Arolus, &c. Satis conſtat*. No ꝙ filij bannitorum nō poſſunt cōtrahere matrimoniū, donec parētes corū ſunt in banno. Hoc capitulū corrigitur per capitulū, humanitatē, & Caroli ſecundi. Pet. de Mont.

❧ Additio. Carolus. *Corrigitur, vt in c. item ſtatuimus, quòd filia proditorū. inf. & c. humanitatē inf.* De B.

¶ Satis cōſtat ne nullū paternæ ꝓdiæ delectet hæreditas, ut C. ad leg. Iul. l. quiſquis. §. filij.

Ibi, *matrimonium*. Hodie eſt correctū per c. item ſtatuimus quòd filia proditorum.

Ibi, *reſeruamus*, in fi. Hæc pœna expreſſa eſt in c. Regis Caroli, quod incipit, licet contra receptatores. Barth. de Capua.

Additio. *in verbo*, poſſeſſores, ſi quidē locus ille. *Hoc cap. quantum ad pœnam, eſt correctum, & remanet diſpoſitio conſtitutionis antiquæ, ſi damna clandeſtina, & ipſum corrigit. incip. ſtatuimus vt conſtit. & cap. infra. & c. incip. item ſtatuimus vt pœna quæ pro homicidijs &c.*

Ibi, *quorūlibet*. No. ꝙ cum filijs proditorum non poteſt contrahi matrimonium ſine licentia Curiæ, hodie etiam cum filijs foriudicatorum niſi in duobus caſibus, ut in cap. humanitatem.

Additio. *Cum filijs proditorum non poteſt contrahi matrimonium ſine aſſenſu Regis. Hoc cap. ad hoc allegat, & ſequitur Matth. in conſtitutio. patres pro filijs, in ſecundo notabili.*

Et

❧ Addi-

quod profundè, lateq; proditorum noſtrorum perfidia turbauerit hactenus regnum noſtrum quantum etiam ad ſedationem turbationis ipſius manus, & conſilia noſtra vacauerunt: atque per quot noſtros, ac fidelium noſtrorum labores, & ſumptus ſine damnis & clamoribus regnum ipſum ad ſtatum pacificum ſit reductum. Proditores igitur ipſius turbationis actores non indignè proſequimur, & de ipſorum filijs in regno morantibus non ir rationabiliter ſuſpicamur, ne vllos paternæ perfidiæ hæreditas,& degere volentes patrum veſtigia imitari. Non eſt ergo nobis,& regni noſtri fidelibus incóſultum de ipſis proditorum noſtrorum filijs prouidè meditari, ne ipſi paterno morbo factionis infecti, uerę infectionis huiuſmodi poſſint in alios propagare. Propter quod eis inter alia matrimoniorum contractum ſine noſtræ maieſtatis aſſenſu prouidimus inhibendum eis,& ſingulis noſtri Regni fidelibus noſtris, ſub pœna publicationis bonorum ſuorum omnium,firmiter iniungentes,ne manifeſtorum proditorum noſtrorum filij,vel filiæ inter ſe, vel cũ alijs, aut alij cum eiſdem matrimonium contrahere quoquomodo præſumant,ſine noſtræ maieſtatis aſſenſu, & licentia ſpeciali. Simili etiam interdicto ſub ſimili pœna ſupponimus filios, & filias quorumlibet bannitorum ne inter ſe,vel cum alijs conciuibus, uel non conciuibus, quandiu parentes in banno ipſo perſiſtent,matrimoniũ contrahatur. Mandamus igitur ꝙ pręſens noſtrę ſerennitatis edictum per iuriſdictionem noſtrã diuulgari facias, illudq; diligenter obſerues, ac præcipias obſeruari,ad pęnam prędictam in tranſgreſſores, ſi quos inueneris, proceſſurus.

Data Auerſę per Magiſtrum Simonem de Pariſijs Regni Siciliæ Cancellarium, Anno Domini MCCLXXI. die xxij. Nouemb. 1. indictionis, Regni noſtri anno 7.

De non mittendo ignem in reſtuchijs camporum. Rub.

CArolus Dei gratia, &c. Iuſtitiario Siciliæ, vltra flumen Farum, &c. Pridem tibi mandatum noſtrum direximus continentiæ talis, Carolus Dei gratia Rex Hieruſalem, & Siciliæ, &c. Vgoni dicto Pultrano, &c. Quod plurimum fidelium noſtrorum aſſertione didicimus, quòd nonnulli in aliquibus partibus Regni noſtri Siciliæ occaſione comburendi eorum reſtuchias, ad ſeminandum,non conſideratis diſpendijs,quæ multis de cauſis ex hoc poterant euenire, nec locorum conditionibus compenſatis,aut temporibus,opportunitate capta, quaſi ſpiritus iniquitatis accenſi, ignem temerè immiſerunt, contra tenorem conſtitutionis ipſius Regni & ſpecialiter nouæ conſtitutionis noſtræ in talibus editarum, nec non contra generalem ipſius regni conſuetudinem: qua ante feſtum Aſſumptionis Beatæ Virginis de menſe Auguſti, recollectis meſſibus, & victualibus, ipſarum reſtuchiarũ combuſtio prohibetur,ex cuius ignis incendio in diuerſis campis,& areis,combuſtis meſſib.& leguminibus congregatis,dãna nõ modica diuerſis noſtris fidelib. intulerunt. Quibus pio ac debito cõpatientes affectu, nec impunè trãſire volẽtes,ipſius temeritatis exceſſus fidelitati tuæ diſtrictè præcipimus, quatenus in ſingulis terris iuriſdictionis tuæ de his diligenti & fideli inquiſitione præmiſſa, omnia & ſingula damna ipſa ſic illata, integrè facias ab illis, qui dictũ ignem immiſerũt in illis ſpeciebus victualiũ, & leguminũ, * quibus dãnificati fuerint, vel in eorum defectu in pecunia diligenti & legali æſtimatione indè præhabita, de eorũ proprio reſarciri huiuſmodi damna paſſis contra immiſſores ignis ipſius, nihilominus proceſſurus ad pœnã debitam, & ſtatutam in dicta conſtitutione noſtra ſuper his edita comprehenſas; Videlicet, vt tantundem, quantum pro emẽdatione damnorum ipſorum damnificati exoluerint illatores, tibi pro parte fiſci noſtri componant, ut dum profectus eorum cum aliorum iactura quæſierint, propria damna fleant. Quod ſi prædictorum damnorum commiſſores inueniri forſan nequiuerint, vniuerſitates terrarum,vel terrę,in quarum territorio ignis ipſe primo immiſſus fuerit,vel immitti cõtigerit,per quarum homines malefactores ipſi ſi eam, vel eos non occultauerint, ſciri poſſent,ad emendationem pœnæ dicto modo faciẽdę integrè compulſurum. Quicquid autem pro prædicta pœna acquiri contigerit fiſco noſtro, ad cameram noſtram caſtri Saluatoris ad mare de Neapoli mittere debeas noſtris theſaurarijs aſſignandam. Significaturus diſtinctè per literas tuas nobis, & magiſtris rationalibus Magnæ Curiæ noſtræ,quæ, & qualia damna, quibus, & in quibus etiam locis, & per quos etiam illata fuerint,& per quos ſimiliter,ſiue per ſpeciales perſonas,aut uniuerſitates emẽdam & reſtitutionem ipſorum,ſiue in uictualibus,leguminibus, aut pecunia fuit reſtitutum, quibus, & quantum, & ratione dictæ pœnæ fuerit noſtræ Curiæ acquiſitum,& ad Cameram noſtram miſeris, ut tam incautis exceſſibus obuietur impoſterum expreſsè,per omnes & ſingulas terras ipſas inhibeas, ſub eadem pœna reſtitutionis damnorum, & ſatisfactionis pœnæ irremiſſibiliter a tranſgreſſoribus exigẽda, quòd nulli in partibus ipſis ignem immittere liceat contra prædictarum conſtitutionum tenorem, & prædicti regni conſuetudinem ſic indiſcretè præſumant, factis exinde ſcriptis publicis conſimilib. quorum alterũ penes te retineas, & alterũ nobis & prædictis magiſtris rationalibus debeas deſtinare.

Data apud Lacum Penſilem 27. Iulij 7. indict.

Pro eodem.

NVper autem dum crederemus omnia firmiter,& ſingula damna prædicta fore totaliter tuo ſtudio & diligentia emendata, & pœnas pro Curia noſtra exactas. Si circa executionem prædicti mandati ſolicitudine debita proceſſiſſes,de ipſius ignis incendio, & de non facta emenda dãnorum illatorum ex eo multiplex ad audientiam noſtram quamplurium deducta eſt querimonia iterata. De quo moti & manifeſtam tuam deſidiã non modicum arguentes,cũ firmi propoſiti noſtri ſit, vt in emendatione damnorum ipſorum, & exactione pœnæ prædictæ nullus penitus committatur defectus, Fidelitati tuæ ſub pœna ducentarum vnciarum auri firmiter, & diſtrictè præcipimus, quatenus incõtinenti abſque alicuius diſficultatis,& moræ diſpendio, facta de præmiſſis diligenti inquiſitione,in ſingulis terris iuriſdictionis tuæ, in quibus eam fortè nondum feceris, iuxta mandatum prædictum, omnia & ſingula damna huiuſmodi ea paſſis per immiſſores ignis prædicti,ſi per inquiſitionem ipſam inueniri poterunt. Et ſi inueniri nequiuerint, aut ſi inueniantur,& inſufficientes,& non ſoluendo fuerint,per vniuerſitates terrarum illarum vel terræ, in quarum, vel cuius territorio ignis primo immiſſus extiterit, quæ ſua ſic deberent territoria cura peruigili cuſtodire, ꝙ in eis maleficia huiuſmodi committi non poſſent, integrè facias emendari. Tantundem pro pęna,pro parte Curiæ noſtræ ſimiliter exacturus iuxta formam prædicti mandati noſtri per te in cæteris tenaciter obſeruandam. Circa cuius negocij executionem celerem & inſtantem eam adhibeas ſolicitudinem, & cautelam, ꝙ damna ipſa ſint præ-

dicto

*ADDITIO. Leguminũ. *Facit l. ſi ſeruus ſeruum. §. ſi quis inſulã. ff. ad leg. Aquil. & de off. præfec. vig. l. 3. §. 1. cũ l. ſeq. melius ad le. Aqu. l. qui occidit. §. in hac quoque actione.* De B.

De pœna infligenda falſarijs monetarum. Rubrica.

C*Arolus,&c. Vt quę ab excellentia.* No. qua pœna puniãtur falſatores monetæ, & expendentes eam. concordat cum c.conſt.Frederici inſ.contra falſatores monetæ, & ſigilli,& eſt Caroli II. & de verbo ad uerbum ibi, quod & hic. ¶No. ēt qua pœna punit̃ falſator ſigilli Regis,vel alterius domini, cuiuſlibet ſit: de iure cõmuni, punitur pœna capitis tantum,ut eſt l.ſacri afflatus.in ſi.C.de diuerſ.reſcri. de quo uide conſtit. quæ literas. de mutatione ſigilli & literarum regis, & ibi per D. Andr. de Iſernia.

¶Sed pone, q̃ quis utitur falſis teſtibus, an ꝑdat cauſam? dic q̃ non, ut in conſtit.qui falſitatem. Pet. de Monteſ.

Concordat cum hoc c. Regis Roberti, quod incipit, iam ſæpe ad nos plurimũ ¶Et no.q̃ pœna falſarij eſt pęna manus, ut in c. Caroli ſecundi, quod incipit, cordi nobis eſt,conſt. de falſitate.quæ eſt ſup.de adult. mon.l.1.

● ADDITIO. Carolus. *Vide Affl. in deciſio. 21.& deciſ.fin.& Capic. deciſ. 30. & Boer. deciſio.82.* De Bottis.

Ibi, *contra falſatores moneta.* No. quòd falſatores monetæ,vel ſigilli puniuntur pœna capitis, & confiſcationis bonorum. ¶Et no. ibi, cũ ſatis,q̃ maius delictum eſt falſificare ſigillum Principis, q̃ falſam monetã cudere. B.de Cap.

ADDITIO. *An ver.* Impendentes, &c. *cir. med. Expendens monetã falſam punitur pœna vltimi ſupplicij, & publicationis bonorum. Tu intellige hoc c.v.? procedatur in eo, qui ſcienter expenderet falſam monetam, qua ſcientia probanda eſt, aliàs præſumitur ignoranter expendere. ad hoc adduco tex.& doctr. Ange. in l.fina. de falſ. vbi inquit, quod expẽdens monetam falſam in dubio, præſumitur facere ignorãter, refert,& ſequitur præceptor meus Corſet. in Apoſtil. ad Panormitanum, in capite, præſentium, in 4. colum. de teſtibus. ſi ignoranter, ergo ad pœnam huius ca. non tenebitur, per communem doctrinam Angeli & ſcribentium, volentium quòd in ſtatutis pœnalibus, & punientibus delicta, requiritur quòd delicta ſint commiſſa dolo, & ſic ſcienter, ad hoc vt delinquens pœna ſtatuti puniatur, aliàs ſecus, vt per Iaſon. poſt alios in l.1. in penul. colum. verſic. nota ergo quòd ſtatutum, &c. & ibi per me. ff. de legibus. tene menti, quia faciet tibi honorem, quia poteris ſuccurrere amico.*

ADDITIO. *Hæc conſtitutio eſt in vltimo libro de adulterina moneta in conſtitut. regni, & idem.C.de fal. mone. l.2.* Sebaſt. Napod.

Gl. ſuper verbo, omniũ Not. hic imponi pœnam omnium bonorum, ſicut etiam dixi ſupra, regni anno 9. Mortuo barone quid fiet? cap. in nomine Domine. ſuper verbo, non præſentauerit. tu vide infra tale ca.& glo. Napodan.

Conſtitutiones aliæ factæ per prædictum,&c.

C*Arolus. Poſt corruptionis.* Iſtæ cõſtitutiones ſunt editæ per Carolum primum uſque ad cap. Caroli ſecundi. Barth. de Cap.

---

dicto modo penitus, & protinus emẽdata ea paſſis, & pęna debita pro Curia noſtra exacta, nullaq́; de his deinceps auditui noſtro q̃rimonia replicetur, ſicut prædictam pęnã & grauiorem, quam te, ſi defeceris, noſtro reſeruamus arbitrio incurrere vltionis ac iracundiæ noſtrę motus. Et ut ſcire poſſimus diligentiã tuã in his habitam & habendam, ſtatim proceſſum tuum, quẽ ſuper præmiſſis habueris, nobis, & p̃dictis magiſtris rationalib. p literas tuas ſcribas.

Data apud Lacum Penſilem. Anno Dom. 1222. die 9. Auguſti 7. Indictionis, regnorũ noſtrorum Hieruſalem, anno 3. Siciliæ vero 15.

De pœna infligenda falſarijs monetarum. Rubrica.

C*Arolus* * Dei gratia, &c. Iuſtitiario &c. Vt quæ ab excellentia noſtra procedunt quaſi notoria ſingulis eluceſcãt, nulla in eis, vt poſte negociorũ natura requirit, ignorantia prætendatur, Fidelitati tuæ pręcipimus, quatenus ſubſcriptã cõſtitutionẽ noſtram, q̃ nuper fieri cõſultè prouidimus, tenaciter obſeruãdam per iuriſdictionem tuã in locis famoſis, & alijs, prout cõſuetum eſt fieri, ſolicitè facias infra dies quindecim poſt receptionẽ præſentium, publicari, proceſſum tuũ, quem ſuper hoc habueris noſtręCurię reſcripturus: cuius cõſtitutionis cõtinẽtia talis eſt. Conſtitutionẽ Frederici q. Imperatoris Regis regni Siciliæ ante depoſitionẽ ipſius in eodem regno editã contra falſatores monetæ, & expendẽtes eandẽ, in vltimo ſupplicio eis imponendã, publicationem bonorum oĩum. Neceſſario additamento ſupplentes, edicimus, falſatores ſigilli noſtri, & aliorũ prædeceſſorũ nr̃orum Regum regni Siciliæ, & aliorũ legitimorum vniuerſaliũ dñorum, & eos qui literis noſtris, vel ipſorum dñorum quibuſlibet clauſis, vel patentib. eodẽ falſo ſigillo impreſſis, ſeu ſigillatis vtuntur, vltimo ſupplicio ſubiugẽtur, bona ipſorũ omnia publicentur, cum ſatis maius delictum ſit noſtrum falſare ſigillum, q̃ falſam monetã cudere.

Data Brunduſij, Anno Do. 1281. menſe Ianuarij, eiuſdem menſis 9. indict. Regnorum noſtrorũ, Hieruſalem an. 4. Siciliæ uero 17.

Conſtitutiones aliæ factæ per prædictum Dominum Carolum Regem Siciliæ ſuper bono ſtatu.

C*Arolus*, &c. Iuſtitiario terræ Laboris, &c. Poſt corruptionis amara diſcrimina, quę primi parentis lapſus facit mortalium meritò deplorãdos, propter tranſgreſſionis uetitæ vitium ad ſucceſſores trãſtulit, & per ſuperbientis inobedientiæ culpã ad poſteros deriuauit generationis humanæ, conditio miſeriæ tantæ fragilitate opprimitur, & tam facilis corruptela caſib. prægrauatur, vt quantuncunque prouiſio diuinæ potentiæ nouas quotidie creans animas, illas rectas, iuſtas & puras ad imaginem, & ſimilitudinẽ ſui formatas, & recentem mortalitatis huius teſtam inducit, & corporibus nouis infundat. Miſerabile tamen genus humanum tanq̃ naturali cõtagione pollutum creatoris ſui rectitudinem deſerens, & damnoſis quęſtionibus, & anfractibus ſe inuoluens, ad omne nefas pronum immergit, & in deteriorib. damnabiliter conuerſatur. Et licet hoc quilibet alicuius diſcretionis intelligentiam continens, apertè videre valeat & manifeſtè cognoſcat: Is tamen quem alicuius dignitatis ſublimat maioritas, aut honoris apex extollit, tantò hoc euidentiùs videt ad oculum, & perfectius palpat ad manum, quantò diuerſorum conuerſione perfluitur, & mores quamplurium experitur. Nos autem exactionem finalis calculi, quam in examinis extremi iudicij ſumus ſuperno iudici poſituri, tremula meditatione penſantes, ac commiſſum nobis gratiæ, tale talentum, multiplicatum cum fœnore reddere cupientes, vigiles ſolicitudines agimus, & curas continuas ſemper exercemus. Qualiter diuerſarum populi nationum, quas regiminis noſtri dominium regit in ſtatu pacifico conſtituto, Deo reddantur placabiles, & accepti, ad quorum gubernationem, Hierarchiæ ſuperioris exempla ſectantes, diuerſos ſtatuimus ordines officialium, & varia præficimus officia miniſtrorum, ut iuſtitiæ copia, de qua propter indiuiduitatem noſtri corporis vbilibet intereſſe perſonaliter nequeuntes, ſingulis fidelibus noſtris reſpondere non poſſumus, per eoſdem officiales, & miniſtros noſtros vniuerſaliter omnibus offeratur, & ſingulariter ſingulis miniſtretur. Verùm, quia dierum exuberante malitia, & temporum corruptela creſcente, perſæpe contingit, quòd dum mentes auaras cupiditas allicit, & animos ambitio cæca ſeducit, mandatorum noſtrorum rectitudo relinquitur, & per callidæ ſubtilitatis malitias oberratur. Sicq́ue noſtro ſalubri propoſito, ac pacis, & iuſtitiæ miniſterio in quæſtu & lucro deteſtabiliter permutato, per nonnullos officiales, ac miniſtros per peram & inordinatè proceditur, ac fidelium noſtrorum deuota ſimplicitas pręgrauatur. Nos volentes huiuſmodi peruerſę ſubtilitatis obuiare malitiis, cuiuſcunque & aſtutæ calliditatis anfractus infringere, ac tam officialium & miniſtrorum proceſſibus, quàm fidelium ſtatui, pio prouiſionis noſtræ remedio ſubuenire. Harum nouarum conſtitutionum noſtrarum edicto irrefragabili ac firmiter valituro, Sancimus.

Quod

Quod nihil recip. pro ſigil. & verif. quater. collectarum. *Rub.*

QVòd quaterni. Ibi, *& ſi cõtra fiet*. No. pęnam impoſitam Iuſtitiario, ſeu magiſtro Iuſtitiario camer. vel cuilibet officiali capienti aliquid pro ſigillandis vel clarificandis quinternis collectarũ.

Eadem pœna. No. ꝙ officiales, videlicet, Iuſtitiarij, iudex, & actorum magiſtri, ſi aliquid recipiunt pro apodiſſis, puniũtur pęna 25. auguſtaliũ, & eadem pęna tenentur oẽs alij officiales, vt ĩ. in c. Itẽ prædicti officiales. Bar. de C.

Octuplum. No. ꝙ hic imponitur pęna octupli eius, quod extorquet, ſinautem receperit pro ſigillandis alijs literis, eſt pœna quadrupli, ut infra, ꝙ nihil recipiatur pro ſigillo. c. Item Iuſtitiarij, vel alij, &c. Quãdoque imponitur pęna ſimpli, infra, de notarijs cap. Item prædictorũ. & vide C. de ſuperexac. l. 1. lib. 10. Et vide ſupra regni eius. 7. de offi. Iuſti cap. Itẽ ꝙ occaſione.

Vno anno. No. ꝙ carcer eſt ad pęnam, & nõ ad cuſtodiam, & vide ſ. de rapt. c. placuit. Nap.

Auguſtales auri xxv. Aduerte ꝙ capitulum hoc talem pęnam recipientibus aliquid imponit pro ſigillandis quaternis collectarũ, & exactionum. Si verò recipit aliquod pro ſigillandis alijs literis quibuſcunque, eſt pœna quadrupli, vt ĩ. in c. Item Iuſtitiarij, cum duobus ſeq. Similiter eſt pęna quadrupli eius, quod extorſerint ab aliquib. cõmiſſarijs cauillantes literas commiſſionis, ꝙ ſibi fecerunt, vt ĩ. de notarijs ca. capit. Itẽ vt prædictorũ, &c. Idẽ eadem pęna quadrupli imponitur Secretis, magiſtris Portulanis, & Portulanis. Et ſi ipſe, vel ipſorũ notarij aliquid recipiũt pro ſubuentione, vel ſigillo commiſſionum pactorũ, vel apodiſſarum, quas faciunt, & fieri faciunt, vt ĩ. de officio Secretor. cap. Itẽ prædicti officiales. & ſ. regni anno ſeptimo, cap. Itẽ conſueuit, in fi. Et primo regni eius 18. c. Itẽ ſtatuimus, ꝙ ſine, &c. Nap.

Quod non ordinentur officiales inhabiles, ſed idonei. *Rubr.*

ITem quòd *prædicti officiales*. In §. *Poſtquàm.* No. ꝙ cum agitur per viam inquiſitionis, iudex non põt alijs committere uices ſuas, etiam conſentientibus illis quorum negotium tangitur, pro quo facit tex. & glo. extrà de offi. & poteſtate iudi. deleg. c. fi. Bàrth. de Cap.

• ADDITIO. Item quòd prædicti officiales. *Vide infra in c. item magiſtri paſſiuum.*

Quod nihil recipiatur pro ſigillandis & verificandis quaternis collectarum. *Rubrica.*

QVòd quaterni collectarũ, vel aliarum exactionum fiãt per collectores, qui exhibeãt ſcriptores ad voluntatem eorũ, nec arceantur ad hoc per notarium Cameræ, vel deputatos ab eo, vel per Iuſtitiariũ, vel per aliquem de Curia ſua, & de ipſis quaternis intitulãdis, vel ſigillandis, vel collatione ipſorum quaternorum faciẽda, nihil recipiant a Iuſtitiario, vel notario Cameræ, vel aliquo alio de Curia ſua, & in expeditione ipſorum nulla mora trahatur. Et ſi contrà fiet per notariũ Cameræ, vel per alium de Curia Iuſtitiarij pro ſoluto quod paſſa eſt pars per delinquentẽ, ei qui ſoluit, octuplum ſoluatur Curię pro prima uice. Et ſi delictũ fuerit per eum iteratum, vno anno ſquallore carceris maceretur. Iuſtitiarij verò ad id, quod pro ſigillo, ſeu pro quaternis recipiẽt, vel recipi facient, reſtituto ſimplo ſoluenti, vt dictum eſt pro qualibet vice ſoluant Curiæ Auguſtales auri vigintiquinque. Eadem pęna eidẽ Iuſtitiario, iudici ſuo, & actorũ notario, ſi pro conficiendis, ſigillãdis, & ſubſcribẽdis apodiſſis aliquid receperint imminente. Et de quibuſlibet particularibus ſolutionibus nõ fiant ſchedulæ, ſed apodiſſę particulares ad requiſitionem ſoluentium.

Quod recipiatur quæcunque pecunia pro Curia, ſicut communiter expenditur in regno. *Rubr.*

ITem quòd recipiatur quæcunque pecunia pro Curia ſecundũ quod communiter expẽditur in regno, & nil ultra ratione ponderis, vel cambij exigatur. Et ſi cõtrà fiet, reſtituto ſimplo, delinquentes ſimilis pœna percellat. Et intelligatur hoc de pecunia, quæ ordinata eſt ad expendẽdum per totũ regnum: & de alijs tractatur ſecundum ordinationẽ, & ſtatuta noſtra facta ſeu faciẽda, ita quòd pecunia noſtra nõ recipiatur pro minori pretio, quàm eſt per noſtrã Curiam ordinatum.

De generali inquiſitione facienda vide inf. in c. generales inquiſitiones. ubi ponitur modus procedendi. & c. qualiter & quando. lo ſecondo. extra de accuſat. & l. ea quidem. de accuſat. Barth. de Cap.

ADDITIO. *In verbo*, per redemptionẽ mutari faciant, &c. *Adde quod ſi quis dedit aliquid officiali ne mitteretur in exercitu, vel non crearetur ſyndicus per impreſſionem ſuperioris, & contra iuſtitiam: tenetur officialis illud reſtituere, & criminaliter punitur: quia hic ſola turpitudo, & barattaria receptis verſatur: ita no. inquit Bal. in l. quod cuitadi. in priu. per illũ tex. C. de cond. ob turpem cauſam. tene menti. Tu adde pulchrum tex. in l. illud. C. de excuſ. muner. li. 10. ubi dicit formaliter: Illud cõuenit præcaueri, ne quis hanc, quæ perſonalis eſt functio, pretio putet eſſe taxandam. & ibi per omnes Scribentes, & exponit illũ tex. Luc. de Pen. taxãdam, id eſt, remittendam. & ſubdit quod ratio in illa lege eſt, quia quis facere debet, non autem dare, & illũ tex. inducit Andr. de Baru. & Nic. de Neap. cõtra rectores & conſiliarios ciuitatum, qui impõnũt publica onera, & munera perſonalia hominibus, & poſteà ordinant quod quilibet data pecunia certa poſſit ſe excuſare ab illo munere perſonali, puta ne uadat ad exercitum, quod facere non poſſunt. refert & ſequitur ibi Io. de Pla. qui alia iura allegat concordantia, & illum tex. in l. illud. no. ibi Bar. ꝙ munus publicum non poteſt pecunia redimi, & Iaco. Rebuffus ibi no. illum tex. in argumentum contra iudicem, qui receperit pecunias à ſubditis, ne teneãtur ire ad guerrã, quod tamen non debent facere. ff. de mun. l. æſtimatio. & ibi etiam no. illum tex. in argumentum contra hoc, quod faciunt prætores, rectores, & conſules, quia recipiunt pecuniam pro muneribus perſonalibus, vt ne quis fortè vadat ad exercitum, quod facere non debent, vt ibi, & d. l. æſtimationem. Dyn. ita Iacob. Rebuff.*

Quod non ordinentur officiales inhabiles, ſed idonei. *Rubr.*

ITem ꝙ prędicti officiales * non ordinent officiales ſeu cõmiſſarios, homines inhabiles, videlicet, ſenes, vel infirmos, debiles, ſeu iuſtè impeditos, & non idoneos ad officia, ad quæ vocantur. Sed ordinentur idonei conuenientes, & apti. Cauentes, ne aliquos per redemptionẽ mutari faciant ſub pœna mediæ libræ auri, noſtræ Curiæ applicanda pro qualibet vice, qua fuerit contrà factum, reſtituto nihilominus parti ſoluenti quod fuit per redemptionem ſolutum. Poſtquàm verò fuerint ordinati, non mutẽtur, niſi cauſa rationabili, vel cauſa infirmitatis, vel furti, & hoc ſit de cõſcientia noſtra. Et incontinenti quòd erunt impediti ſignificent Curię noſtrę, ſi eſt circa Farũ infra quindecim dies: ſi eſt infra Farum infra menſem, & nomen impediti, & tunc nominet alios, vel alium loco impediti, vel impeditorũ, qui ſint idonei, & ſcribetur eis in prædicta forma. In caſu mortis antequàm nominauerint, interim faciãt adminiſtrari, donec ſcripſerimus ſuper hoc noſtræ beneplacitum voluntatis.

Quod Iuſtitiarij nõ committant inquiſitiones ſuper criminalibus. Alia vero officia committant hominibus de prouincia. *Rubr.*

ITem Iuſtitiarij inquiſitiones ſuper criminalibus non committant. Alia verò officia, quæ cõmitti poſſunt, committãt fidelibus & idoneis perſonis de prouincia eis decreta, qui non ſunt de familiaribus vel ſtipendiarijs ſecum morãtibus ita quòd nihil recipiant pro cõmiſſione ipſorum officiorũ, nec eis cõmittant, qui prece vel precario impetrant. Et ſi cõtra fecerint, ad pęnã medię libræ auri pro qualibet vice noſtræ Curiæ teneãtur, & id, quod turpiter ſoluitur, deferatur in fiſcũ.

De ſacramento præſtando ab officialibus. *Rubrica.*

ITem recipiant * ſacramẽtum in forma ſubſcripta a quolibet offi

De ſacramento præſtando ab officialibus. *Rubrica.*

ITem *recipiant ſacramentum.* Illud capitulum male ſeruatur, ut vides in §. ſi mele. ¶ Nota quòd vniſquiſque officialis debet iurare forma hic contenta, aliàs non poteſt officium exercere.

• ADDITIO. Item recipiant. *Huiuſmodi cap. meminit Paris in tract. ſindic. in c. officiales, ante car. 2. Vide quia latè ponit de officiali. quomodo debet iurare ante ingreſſum.* De Bottis.

Ibi, *Vſurparent.* Quæ pœna impoſita eſt in conſtitutione, quæ incipit, officia quæ perſonas, vt inſtitu. ali ſu. ordinis non poſ. pri. li.

Ibi, *Tota forma.* No. ꝙ tota forma huius capituli eſt inſerenda in commiſſione uniuſcuiuſq; officialis. Bartholomæus de Capua.

Ibi, *Officiales.* Facit ad hoc etiam conſtitutio, quæ incipit, puritatem, de ſacram. & cau. præſtan. à Baiul. Idem Bart. de Capua.

. Additio. *Adde etiam hic pulchrè Lucam de Penna in l. 1. in 2. col. ver. item no. C. de muri-leg. libro undecimo. Et vide etiam aliud capitulũ infra, incipiens, item ꝙ prædicti officiales, &c. vbi allegat capitulũ iſtud, & mandat ꝙ tenor huius capituli in omnibus obſeruetur. & Matth. in proœ. conſtitut. in 11. q. in 3. col. ver. & exemplũ. & in rub. de præſ. iur. à magiſt. Iuſtitiario ĩ ver. officiũ vſurparent, &c. Quæ autem ſit pœna vſurpatis officium? dic ꝙ eſt pęna publicationis omnium bonorum, vt in conſtitut. duram, & diram. & ſequitur Matth. in proœmio conſtit. in 12. q. in 3. col. in fine. Et de pœna vſurpantis iuriſdictionem vide Andream in conſtitutione, terminum. in 1. col. Adde hic, quod iuriſdictio dicitur vſurpari, tex. eſt in c. cum queſtus. ibi, iuriſdictionẽ vſurpare præſumunt. de foro competenti. cuius vſurpantis iuriſdictionem pœna eſt vt amittat iuriſdictionem in loco quã habebat, vt eſt textus in conſtit. ea quæ ad decus. & voluit Luc. de Pen. in l. ſi quando. in ver. vſurpatione. C. de bon. vacan. lib. 10. & allegat tex. in cap. ſic decet. 25. q. 2. & ſequitur Matth. in conſtit: ſi quis in poſterum. in 3. col. vbi allegat alias cotas. Et alibi dicitur, ꝙ vſurpans quod ad ſe non ſpectat, punitur de falſo, per Petr. de Anchar. in cap. apoſtolica, de priuileg. in 6. ſequitur Fely. in c. tertio loco. in 1. col. de proba. & voluit etiam And. in conſtitu. præalleg. duram & diram. & ſequitur Matth. in dicta conſtit. ſi quis in poſterum. in 3. col. Adde etiam quod vſurpatio cadit in rebus priuatis: nam quis dicitur vſurpare rem ſeu fundum, in quo ius vertitur. iſte eſt tex. no. quem ego pondero in l. ſi irruptione. ibi, ideoq; vſurpandi quibuſdam loca, in quibus ius non habetur. &c. ff. fi. reg. Adde etiam quod vſurpare quis dicitur aliquid, quando illud quod ſibi deberi putat, propria authoritate accipit, & non per iudicem repoſcit. dicit tex. no. in c. quod autem. in verſic. vſurpat. 16. q. 6. Adde ꝙ dicitur vſurpare iuriſdictionem, & merum, & mixtum imperium, qui ea exercet ſine licentia regis. tex. eſt in conſtitutio. duram & diram, & ibi ad hoc nota. Matth. in 3. nota. vbi etiam ponit qua pœna puniatur, vide eum omnino. Adde hic, ꝙ adhoc vt quis dicatur vſurpaſſe iuriſdictionem, oportet ꝙ quis ſit vſus iuriſdictione ſaltem per duas vices. Matth. in d. conſtitutio. duram & diram. in 4. nota. Et ibi etiam ponit, ꝙ vſurpare eſt in malum vſum deducere, vt l. 2. in princ. ff. de adminiſtra. rerum ad ciuita. pertin. cum gl. in ver. vſurpata. Adde hic, quod vſurpare eſt quaſi vſu prauo rem ad ſe deducere. Luc. de Penna in l. 1. in princip. C. de ſtatulib. lib. 11. refert Matth. in conſtitu. duram & diram. in fine. Adde hic, ꝙ reperitur vſurpatio licita, Matth. in conſtit. cum ſatis, in princip. per tex. ibi, per vſurpationem illicitam. Vſurpatum etiam exponitur, ideſt conſuetudine obtentum. gloſ. eſt in l. iniuriarum actio, in verbo, vſurpatum. ff. de iniur. l. 2. ibi, oratores autem vſurpationem frequenter vſum vocant. ff. de vſucap. ad idem bonus tex. in cap. 1. de aliena. feudo. ibi, ſed hodie eſt vſurpatum, id eſt conſuetudine abrogatum. & ibi vide qua pœnis Matth. ita Matth. in d. conſtitu. cum ſatis. Adde quod vſurpare dicitur ille, qui apponit manum rei non ſubiectæ ſuæ parti. Matth. in conſtit. iuſtitiarij de cætero, in §. & alle. iura. vide eũ.*

ciali in quocunque officio ordinetur, ſcilicet, quòd per ſe, vel per alium ſub ſpe, vel occaſione haben di huiuſmodi officium non dedit aliquid: Nec intendit aliquid dare, nec aliquis pro ſe, nec promiſit Iuſtitiario, vel alicui alij officiali, vel alicui pro ipſo, vel vxori, nec alteri perſonæ ſub colore mutui, vel ſub colore fraudis durante officio, nec finito, occaſione promiſſionis primo factæ, ratione officij obtinendi.

Simile iuramentum præſtabunt omnes officiales, qui per nos, vel noſtram Curiam creabuntur pro tempore: & niſi iurauerint modo prædicto, non poſſint ipſum officium exercere, ſed eadem teneantur pœna qua tenerentur, ſi ſine mandato ſibi officium vſurparent. Ille, qui debet iuramentum prædictum ab officialibus recipere, ſi non receperit, pęnam vnius libræ auri fiſco noſtro componat, & tota forma præſentis capituli in cõmiſſione vniuſcuiuſq; officialium inſeratur. Officialis autẽ, qui debet prædictum iuramentũ recipere, ipſum in præſentia decem teſtium recipiat modo prædicto. Nomina autem prædictorum teſtiũ & forma iuramenti prædicti in cõmiſſione officiali facienda ſpecialiter exprimantur.

Quòd nihil recipiatur ab vniuerſitatibus in pecunia, collectis, vel alijs, & quod non imponatur collecta ſine mandato regis. *Rubr.*

Item quòd iuſtitiarij, iudices, & actorum notarij, * & Cameræ ſtipendiarij, & familiares alij, & officiales eorum, ab vniuerſitatibus terrarum nihil omnino recipiãt in pecunia, collectis, ſeu alijs quibuſcunq; rebus, nec etiã eſculẽta & poculẽta, cum vniuerſitates Regni nil habeant in communi: Nec collectas poſſint imponere ſine ſpeciali mandato noſtro. Et ſi contra fecerint, recipientes, pro eſculentis, & poculentis, gagiis vnius anni priuentur, illi, ſcilicet qui habent gagia à Curia, & illi, qui non habent gagia in quadruplum receptorum eſculentorum Curiæ teneantur. Pro aliis verò muneribus, & donis receptis, noſtro arbitrio puniantur. In numero vero prædictorum familiarium intelligantur vxores, filii, & omnes coniunctæ perſonæ ipſorum. Et idem intelligatur per omnia in Secretis, magiſtris pro curatoribus, magiſtris Portulanis, magiſtris Paſſuum, inquiſitoribus, magiſtris maſſarijs, magiſtris foreſteriis, & alijs officialibus quibuſcunque, & ſubofficialibus, & familiaribus eorundem. Et ſi aliqui officiales habẽt officium à Curia in gabella, ſicut ſunt Secreti, magiſtri ſalis, magiſtri procuratores, & alii ſimiles officiales, commiſſarij, & ſub commiſſarii, puniantur ad rationem prædictam, videlicet quòd ipſi teneantur ſoluere Curiæ quantum pro gagiis ſuis unius anni recipere deberent pro qualibet uice, ſi haberent ad credentiam à Curia officium prędictum. Et illud capitulum omnes officiales iurare inter alia ſpecialiter teneantur.

In uerbo, *officialis autem, &c.* Officialis autem debet iurare in pręſentia 10. teſtium. uerba huius capit. ſignata refert Matth. in conſti. Baiuli locorum, in primo not. ubi pulchre loquitur. uide eum omnino.

Quod nihil recipiatur ab vniuerſitatibus in pecunia, &c. Rubr.

Item *quod iuſtitiarij, &c.* No. ꝙ uniuerſitas non põt imponere collectas ſine mandato regis.

• Additio. Item ꝙ Iuſtitiarij, Iudices, & actorum notarij. *Nota etiam: nam de eius natura eſt implicare caſum magis dubitabilẽ, vt no. ſcribentes in l. qui ſe patris. C. vnde lib. quis hic eſt: nam in c. hac edictali, ſupra dixerat poſſe recipi ab vniuerſitate, nec meminerat eſculentorũ. ergo tacitè videbatur innuere, ꝙ poſſiunt recipere, in principio hic declarãdo illam dubitationẽ, dicit ꝙ nec eſculẽta, &c. Et no. ꝙ vniuerſitates regni non habent commune, nec poteſt imponi collecta ſine ſpeciali mandato Regis: licet, vt audio, iſtud malè ſeruetur in Terra Idrunti, & alijs.* De Bottis.

Ibi, *nihil accipiant.* Illud male ſeruatur. cõcordat cum c. ſi alios iuſtitiarios &c. Sed aliqui officiales habẽt officia hodie a curia, hodie ſeruatur contrarium ſi reciperent eſculenta & poculenta à priuatis perſonis, quia bene poſſent, ut eſt in cap. hac edictali, &c. quod c. concordat cum iſto, in §. neque liceat. Barth. de Capua.

Additio. *In ver.* cum vniuerſitates Regni, &c. *Vniuerſitates nõ poſſunt imponere collectas ſine ſpeciali mandato Regis. hoc c. alleg. & ſequitur Luc. de Penna, in l. ſi quos, in 2. col. C. de decur. lib. 10. Ad hoc ꝙ præſes in regno non poteſt imponere collectas ſine ſpeciali mandato regis, quod tamen ipſe intelligit, niſi in his quorũ executio ad ipſius officium pertineret, vt ibi per eum. & hoc cap. allegat etiam idem Luc. in l. ſi. in 24. quæſt. C. de qui. mun. no. lib. ſe excuſa. lib. 10. vbi latiſſimè examinat an præſes poſſit collectam imponere, vide ibi ſemper, & vtrobique dicit, ꝙ hoc capit. eſt Regis Caroli primi, & hoc limit. ibi Luc. in verſi. & hoc verum niſi &c. niſi pro muris ciuitatis conſtruendis vel reparandis, vel pro refectione pontium, fontium, aquaductuum, vel viarum: nam tunc poteſt præſes collectam imponere, etiam inuitis ciuibus, ſi commodum id eſſe proſpexerit, etiam ſine ſpeciali mandato Regis, per plura, & rationes vide apud eum. Adde quod iuſtitiarij tenentur exigere reſidua collectarum, quamuis aliud ſpeciale mandatum eis propterea factum non fuerit per curiam regis: ita Luc. de Pen. in l. 3. ver. no. ex hac gl. & ſ. per tex. ibi. C. de ſuſcepto. & arcar. lib. 10. Hoc capit. etiam allegat Luc. de Penna, in l. 1. in ſi. C. ne ruſtic. lib. 11. & dicit ꝙ fiſcales deberent ipſum intueri. De hoc autem, an daria & collecta poſſint imponi per communem, & vniuerſitatem ſine permiſſu Principis, vide pulcherrim. conſi. Bart. in conſil.*

in conſil. 180. incip. ſi aliqua poſſeſſio, &c. vbi diſputat pro, & contra: tandem concludit, ꝙ collectam generalẽ camerę fiſcali applicandam nemo poteſt imponere ſine permiſſu Principis, ſed collectam ſpecialem vnaquaque ciuitas, vel vniuerſitas pro neceſſitate ſibi imminente poteſt imponere, & allegat iura, vide eum omnino, & tene menti. V. M. A.

Quod nihil recipiatur pro ſigillo, &c. Rub.

I*Tem Iuſtitiarij*. No. ꝙ iuſtitiarius, vel alius pro eo, non poteſt aliquid accipere pro ſigillo cuiuſcunq; literæ ſigillandæ pro litera iudicis, vel magiſtri iurati, vt in cap. item ſtatuimus ꝙ iuſtitiarij, & vide in capi. ſuper primo. & c. item caueant iuſtitiarij. Bart. de Capua.

Quod perſonæ productæ ad litem, &c. Rub.

I*Tem ſi quæ vniuerſitates*. No quod poſt conſtitutionem eſt iudicandum ſecundum conſuetudinem approbatã, concordat text. cum cõſtitutione, quæ incipit, iudex. & in cõſtitu. puritatẽ, primo li. B. de Ca.

• Additio. Item ſi quæ vniuerſitates. *Officialis debet liberare iniuſtè conuentum. uide c. his, cum ibi no. de accuſ. & Inno. in c. quamuis. de re iud.* De Bot.

No. pro habentibus ſententias pro homicidio ab vno officiali, & pręſentantur coram alio, ꝙ alius debet eas ſeruare, ſi iuſtè & rectè ſint latę, aliàs nõ. ¶ Sed pone ꝙ contra aliquem actum eſt ex officio, & abſolutus eſt, vtrũ poſſit pro eo crimine ordinariè accuſari: allegatur ꝙ non. l. licet gratis. ff. nau. caup. ſtabu. in fi. & no. extra, de purgat. cano. ca. cum dilectus. per Inn. per Dy. extra, de regu. iur. in c. actum legitimè.

Sed quęro, aliquis accuſauit aliquem de aliquo crimine, & non potuit probare, vel probauit, & teſtes ſunt reprobati, nunquid iudex poſſit inquirere? rñdeo, ſic: allego pro caſu l. 2. C. de abolitio. & arg. l. medicos. ff. de variis & extraor. cog. & facit l. in rebus. § fin. ff. cõmo. ¶ Itẽ nunquid poſſit quis de eodẽ crimine coram diuerſis iudicibus accuſari? Rñdeo ſic, vt extra de hær. c. p. lib. 6. & hoc eſt verũ ante latã ſententiã, vt ibi no. p Io. And. Sed eſt ſpeciale in crimine hæreſis, ſecus in alijs criminib. P. de Mont.

Additio. *Gloſ. in quibus. Nã in ipſis locis debet inquiri primo. Reg. anno*

Quod nihil recipiatur pro ſigillo cuiuſcunq; literæ ſigillandæ. Rubr.

ITem Iuſtitiarij, vel alij pro parte ipſorũ nihil recipiãt pro ſigillo cuiuſcũq; literæ ſigillãdæ p eos. Et ſi contrafecerint, reſtituant illi, à quo ceperint rem receptã cum dãno & quadruplum Curiæ. Et propter hoc Iuſtitiarij & alij officiales cuſtodiant ſigilla ſua ſecum, vt ſe ſuper hoc excuſare non poſſint.

Quod perſonæ productæ ad litem liberentur ſi iuſtè ſententiatæ fuerint per prædeceſſores officiales. Rub.

ITẽ ſi quæ* vniuerſitates, vel ſingulares perſonæ corã ipſis iuſtitiariis de quacunq; re, vel lite trahantur in cauſam oſtendant, & de re vel lite ipſa prædeceſſorum ſuorum ſententias ritè latas, ſecundum regni conſtitutiones & conſuetudines approbatas, nullo exacto, vel recepto ab eis, liberent eos quàm citius poterint ſine malitia, fraude, vel mora, ſcilicet, bono modo vt ſi contra fecerint, reſtituto dãno primitus parti læſæ, in quadruplum æſtimationis dicti dãni noſtræ Curiæ teneantur.

Quod exequatur mandatum regiũ, & nihil pro ſigillo recipiatur. Rub.

ITem quando literæ noſtrę dirigantur Iuſtitiario pro vtilitate priuatorum, ſiue de matrimoniis, aſſecuratione vaſallorum, executionibus ſententiarum, ſeu aliis quibuſcunque de cauſis, Iuſtitiarij mãdatum noſtrum celeriter exequantur, nec recipiant aliquid pro literis ſigillandis. Et ſi contra fieret, pęna ſuperius in capitulo de ſigillandis literis contenta teneantur.

CArolus &c. Quod decretam tibi prouinciã frequenter in cõtinua diſcurſione perquirẽtes, Deũ & beneplaciti noſtri votum habendo præ oculis, vniuerſis & ſingulis iuriſdictione tua, potiſſimè eccleſijs & pſonis miſerabilib. ſine fraude iuſtitiã miniſtrare, pupillis, orphanis, & viduis, & prouincialium diſpẽdiis, ipſos ad remota loca pro iuſtitia nõ vocando, nec trahendo, poſt Curiam per te quantum poteris cum ſalubritate procures. Expediendo quã cito poteris conquerentes infra terminum ſacris conſtitutionibus cõprehenſam. Item quod maleſactores omnes ad hoc, ꝙ exceſſus vel maleficia in prouincia tibi decreta nulla commiſſa tranſeãt impunita, iuxta criminum & exceſſuum qualitatem pure intendas. Specialiter autem flagrãtia maleficia in longum nõ protrahas, ſed ipſa in locis, in quib. perpetrata reperies, ſtudeas ſine dilatione punire.

anno 17. c. Item quòd prædicti Iuſtitiarij. Et ſimile reſcriptum eſt in conſtit. regni, Iuſtitiarij non per Calendas, in lib. 1. in tit. de off. Iuſt.

Quod non capiantur ſine conſilio, &c. Rubrica.

I*Tem caueant*. No. iuſte non poſſe capi aliquem de perſona, ſinè conſilio iudicum, paratum dare fideiuſſores, de quo vide in cõſtit. humanitatẽ. de his qui fideiuſſores dare poſſũt.

Quod non capiantur ſine conſilio parati dare fideiuſſores ſine mandato regio. Rubr.

ITem caueant Iuſtitiarij,* ne aliquos paratos dare fideiuſſores ſine cõſilio iudicum capiant de perſonis niſi de mandato noſtro, & in alijs caſibus regni conſtitutionibus comprehenſis, & ſi contra fecerint, amittãt medietatẽ gagiorũ ſuorum vnius anni, & nihilominus maiori vel minori pœna ad noſtrũ arbitriũ teneãtur. Et ſi iudices in caſib. prohibitis cõſilium contra prædictum Iuſtitiarium dederint, ſimili pœna teneãtur, in quo caſu videlicet, vbi de conſilio iudicum ad capiendum proceſſerint iuſtitiarij eximãtur pęna iudicis.* Et niſi Iuſtitiarijs excedentibus prædictum modum pertinaciter reſtiterint, teneantur pœna pędicta. Et ſi eis reſiſtentibus Iuſtitiarij nihilominus cõtra faciant, ipſi iudices ſub eadem pęna teneãtur nobis celeriter nunciare.

Quod non tormententur aliqui ſine forma conſtitutionum & iuris communis. Rubrica.

ITem caueant Iuſtitiarij, & iudices, ne contra aliquem ad tormenta procedant, niſi ſecundum ordinationem, & formam conſtitutionum regni, & iuris communis. In caſibus autem à conſtitutionibus, & iure permiſſis procedant ad captionem, & tormenta, prout in conſtitutionibus iure cauetur.

Quod non condemnentur, vel tormententur aliqui ſine conſilio iudicum. Rubrica.

ITem quòd in cognitionibus omnium cauſarum tam criminaliũ, quàm ciuilium ad condemnationes, & tormenta ſine conſilio iudicum datorum eis per Curiam non procedant, & ſi contra fecerint noſtro arbitrio puniantur.

• Additio. Item caueant Iuſtitiarij. *Vide infra, in c. contra effrenatas, & in c. ſtatuimus. Attende, quia paratus dare fideiuſſores non capitur de perſona: & ideo eripiens captum a manib. familia non ſub hac forma, non tenetur, imò excuſandus eſt. & ita ad intellectum huius ca. dixit Luc. de Pen. in l. quoties. vlt. col. C. de exact. trib. lib. 10.* De B.

Ibi, *& ſi eis exiſtentibus*. No. quod iudex tenetur pertinaciter reſiſtere officiali inuſtũ faciendo, & niſi reſiſtat tenetᷓ eadẽ pœna, qua teneretᷓ ſi faceret, & eſt tex. C. de ap. l. qſn. in fi.

¶ No. etiam, ꝙ iudex tenetur renunciare regi enormia cõmiſſa per iuſtitiariũ, aliàs incidit in pœnã medietatis gagiorũ ſuorũ. B de Capua.

In medio. No. ꝙ ſi officialis aliquid illicitè, & iniuſte facit de cõſilio iudicis, ꝙ ſolus iudex tenetur, ideo debet ſibi remittere, vt hic patet, & in l. quoniam iudices. C. de appel. & in c. Regis Caroli II. quod incipit, iuſte quis appellauit, circa fi. P. P.

Additio. *Hoc c. &c. item ſtipendiarij, &c. quod eſt in fi. huius col. allegat Luc. de Pen. in l. nemo carcerẽ. in pen. col. C. de exact. trib. lib. 10. & tenet quod in his caſibus, ſi quis detineat captũ à manibus iudicis, ſeu familia, non tenetur, vide eum omnino, quia pulchrè loquitur, & ibi etiã dicit quod hoc cap. fuit inclyti regis Caroli I. & d. c. item ſtipẽdiarij, fuit inclyti Regis Caroli II.*

• Additio. Iudicis. *Vide l. quoniam. de appellat.* De Bottis.

Quod non tormententur aliqui ſine forma cõſtitutionum, &c. Rubr.

I*Tem caueant Iuſtitiarij, & iudices*. ibi conſtit. ut no. in conſtit. quę incipit, ſi dãna. & ibi per do. Andr. de Iſer. P. P.

Quod non condemnẽtur, vel tormententur aliqui ſine, &c. Rub.

I*Tem quod in cognitionib.* Iſtud c. declarat cõſtit. iuſtitiarij nõ per c. & inf. imponitur pęna contra

Non torqueantur ſine conſilio iudicum.

Quod ſtetur ſacramẽto officialis ſi aliquid ultra prohibitionem receperit dũ nihil indè poſſit probari. Rub.

ITtẽ quod in omni caſu,* in quo contra prohibitionem officialis dicitur recepiſſe, nec inde aliquid conſtare poteſt, purget ſe per iuramentum ſuum officialis, tam ipſe uidelicet, quam ille, per cuius manus dicitur recepiſſe. Et ſi prædictum ſacramentum præſtare recuſauerit, ſtetur ſacramento partis, a quo dicitur recepiſſe, & quãtũ ipſe ſe ſoluiſſe iurauerit, ſibi reſtituatur inſtãter. Et nihilominus ſoluat Curiæ pęnam, in talibus conſtitutam.

Quod accuſati dantes fideiuſſores non cõpellantur in Curia morari. Rub.

ITem Iuſtitiarij * delatos in Curia ſua, uel accuſatos poſt præſtitam fideiuſſionẽ ab eis, in caſibus à conſtitutionibus, aut iure permiſſis, non protrahant poſt ſe, nec compellant in Curia morari, niſi in terminis conſt. in quibus ſecundũ conſtitutiones, aut de iure debẽt in cauſa procedi, & poſtquã liquet, quòd accuſati prædicti ſint in cauſa abſolutionis, ipſos non fatigent laboribus, & expenſis ad exequendũ cauſam, ſed poſt cõcluſionem in cauſa factam infra 10. dies ſm regni conſtitutionẽ eis petentibus abſolutionẽ ipſorũ prout de iure fuerit procedant. Et ſi contra factũ fuerit, ſecundũ noſtrũ arbitrium puniãtur.

Quòd familiares iuſtitiariorum neminem capiant ſine mandato iuſtitiariorum. Rubrica.

ITem ſtipẽdiarij cum Iuſtitiarijs commorãtes, uel alii familiares eorum ſine mandato Iuſtitiarii ſpeciali occaſione delationis armorũ, vel quacumq; alia nullos recipiant de perſonis. Nec alicui aliquam iniuriam inferant, res nullas ab eis auferant. Nec etiam paleam, fęnum, uel ligna in locis inhabitationis recondita, nec animalia, nec lectos accipiant; nec domus ſingularũ perſonarum eis inuitis ad aliquid ſibi inferendum ingrediantur, ſed contenti hoſpitiis ſibi per locorũ Baiulos, ſeu magiſtros iuratos aſſignandis lectis, per eorum manus recipiant: qui Baiuli ſint ſoliciti, circa celerem aſſignationẽ hoſpitiorum, & locorum, & etiam diſſenſu ipſorum ſine pretio & difficultate reſtituant hoſpitibus eorum: nullas extorſiones, uel oppreſſiones inferãt, uictualia & neceſſaria omnia tam pro perſonis, q̃ equis eorum emant pretio prius per eos ſoluto: quo cõi pretio in terra ubi hoſpitãtur, communiter diſtrahantur, prout melius poſſunt ſine cõicatione & coercione cum uenditoribus conuenire.

Et ſi contra fecerint per captionem perſonarũ in iniuriis illatis in perſonis, priuentur equis, & armis. Pro uictualibus uerò per uiolẽtiam cum cõminatione & coercione ablatis, amittãt qualibet uice unciam auri unã. Idem ẽt ſtatuitur de aliis ſtipendiariis, & familiaribus, quantũ ad extorſiones uictualium; quæ pęna per noſtrã Curiam exigatur.

Quòd non ematur uinũ à nolẽtibus uẽdere, nec uegetes cõſignentur. Rub.

ITem Iuſtitiarij, ſtipendiarij familiares eorũ, & alii officiales, uinũ non emant, uel auferant ab inuitis, nec uegetes cõſignent; ſed a ſponte uendentibus uinũ recipiant, ſoluto prius uini pretio, quo melius poterant cõuenire, & quo communiter venditur in terra, in qua morantur ſub pęna tanti pretij, quãtum ualet vinum, quod eſt in vegete ſigillatũ. Et patronus poſſit remouet ſigillũ remanente vino patrono. Idẽ etiam ſtatuitur de terrerijs, & quibuſcunque alijs ſequentibus Curiã ſub pęna vnius vnciæ, ſi cõtra factum fuerit pro qualibet ſalma uini.

Quòd non arreſtetur uinum ſine mandato Curiæ. Rubr.

ITem caueant ſtationarij bucellerij noſtri & omnes alij, q non arreſtetur vinũ ſine mandato noſtro: & tunc in tanta quantitate, quanta ſufficiat; & illud, quod reſtiterit ultra id, quod erit ſufficiens, non reuendant, ſed reſtituãt uenditoribus pro eo pretio, quo emunt ab eis, & non faciant alicui exinde curialitatem ſub pœna ualoris uini, in quo fraudem commiſerint.

Quòd nõ arreſtentur in ſtratis uel mercatis aliqua uenalia. Rubr.

ITem nullus in terris, vel mercatis, ſeu in ſtratis arreſtet aliqua venalia. Et ſi cõtra fecerit, reſtitutis his, quæ arreſtantur ab eo, cõponat tantundẽ noſtrę Curię, quanti ualoris fuerint ea, quæ arreſtauerit, & ſit in carcere per menſem, niſi ſit officialis noſter ad hoc ſtatutus, qui ratione ſui officij poſſet hoc facere, vel de mandato noſtro: & ſemper abſtineat ab omni fraude ſub pęna prędicta; & qui voluerint emere, emant in communi mercato.

contra iuſtitiariũ procedentem ad tormenta ſine conſilio iudicis. in c. ſi iuſte quis. & in ca. in accuſat. §. fi. & do. And. in conſti. Reg. ſi damna. 4. col. vbi ponitur pęna quæ imponitur contra iudicem tormentãtem, quem non debet, quia tenetur pœna legis Iuliæ de vi publ. vt ibi per eum. Quæro, nunquid iuſtitiarius vel capitaneus teneatur ſtare conſilio iudicis ſui, & aſſeſſoris? & primo videtur quòd non, quia conſiliũ nõ eſt obligatorium, vt ff. mand. l. 2. in fi. cõtrarium videtur verum, ut hic innuit. & C. de legib. l. humanum. in fi. Item alia ratione, quia aſſeſſores dantur officialibus, ſeu iuſtitiarijs, vt eis conſilium dẽt. ideo dicuntur conſiliarij, ut C de aſſeſſo. l. conſiliarios. Guido de Suza dicebat, quod omnino habet ſtare conſilio aſſeſſoris. Inde eſt quòd ſi male facit iudicium, vel male ferat ſententiam conſilio aſſeſſoris, plus punitur aſſeſſor quàm iuſtitiarius, vt ff. quod quiſque iur. l. hoc edicto. & ff. de adminiſtra. tuto. l. me & Titium. §. 1. & 2. & l. quidam decedens. eo. titu. d. Fran. de Scru. diſtinguit, aut iſte aſſeſſor à principe fuit datus, aut ab alio. ſi à principe, omnino dẽt eius iuſtitiarius ſtare ſuo conſilio, de offic. præſe. prætor. l. 1. extra de offi. delega. c. cum in iure peritus. ff. de appel. l. ſi expreſſim. C. de pę. iud. qui male iud. auth. nouo iure. aut ab alio, & tũc approbatur opinio dicẽtium ſe credere nõ ſtare debere. B. de Ca.

ADDITIO. *Hoc c. allegat & ſequitur Luc. de Pen. in l. omnes, in penul. col. v er. in regno autem, & C. de decu. li. 12. vide eũ, quia pulchrè loquitur, & ibi etiã ponit formã qualiter pronunciatur in magna curia Vicarię, uide ibi omnino.*

Quod ſtetur ſacramento officialis, &c. Rub.

I*Tem quod in omni caſu.* No. iſtud capit. pro officialibus tempore ſyndicatus, & concordat iſtud cap. cum iure communi, vt in authen. ſed nouo iure. C. de pęna iud. qui male iud.

• ADDITIO. Item q in omni caſu. *Concor. auth. ſed nouo. de pę. iudic. qui male iudic. & in Auth. ut litig. iur. & per Inno. in c. fin. de iureiur. quid fiet ſal. ĩ iudice nolente purgare per iuramentum.* De Bot.

Ibi, *conſtitutam.* Et pęna conſtit. eſt in quadruplum, ut no. in conſtitu. quæ incipit, noluimus. in princ. licet pœna legalis ſit dupli, ut in d. auth. ſed nouo iure. Barth. de Cap.

Quod accuſati dantes fideiuſſores non compellantur in Curia morari. Rubrica.

I*Tem Iuſtitiarij delatos.* Vt in conſt. humanitatem, de his qui ſeu. dare poſſ.

• ADDITIO. Item iuſtitiarij. *Vide Grammat. in conſi. ciuili* 109. De Bottis.

Ibi, *conſtit.* vt in conſtitu. hac lege in perpetuum valitura, de offi. mag. iuſti. & in conſt. incipiente, ut uniuerſis, in fi. Barth. de Cap.

Quòd familiares iuſtitiariorum neminem capiant ſine mãdato iuſtitiariorum. Rubr.

I*Tem ſtipendiarij cum Iuſtit.* Facit l. fin. C. de exhiben. & introd. reis. cap. ad audientiam noſtram. ſupra.

Ibi, *Sine pretio.* Infrà in capit. regis Roberti, quod incipit, præcipimus. dicitur quod quis vſque ad menſem debet gratis dare hoſpitium, vt poſt menſem ſoluatur ſalarium domino hoſpitiorum. Nota quod baiuli, & magiſtri Iuſtitiarij debent dare lectos, & hoſpitia Iuſtitiarijs, pro hoc vide capitulum, pro quolibet lecto. infra de ſol. lect. & eſt Caroli, &c. Petrus Piccol.

Quòd nõ ematur uinum à nolentibus uendere, nec uegetes conſignentur. Rubrica.

I*Tem Iuſtitiarij ſtipendiarij.* Male ſeruatur.

Ibi, *& Patronus.* Idẽ in cap. Item ſtatuimus. contra ubique per regnum.

Quòd non arreſt. in ſtratis vel mer. &c. Rub.

I*Tem nullus.* Nota quod officialis poteſt ratione ſui officij aliqua arreſtare, quod eſt de iure prohibitum. Petrus Piccol.

Quòd notarij cameræ dent commiſſarijs ſuis notas inſtrumentorum faciendorum ad cautelam Curiæ. Rubrica.

ITem, vt prædictorum notariorũ Cameræ fraudibus omnis prouiſionis genere occurratur, quãdo prædicti Iuſtitiarii aliquib. committunt aliqua Curiæ ſeruitia exequenda, pro quibus aliqua expediat fieri ad cautelã Curiæ inſtrumenta: prædicti notarii tpe cõmiſſionis notas, & formas ipſorũ inſtrumentorũ officialibus ipſis gratis aſſignent, ſecundum quas ipſa fieri debeant inſtrã, vt ea nõ poſſint poſtmodũ cauillari, & occaſione cauillationis huiuſmodi ab ipſis officialib. aliquid extorqueri. Et ſi q̃d extorſerint, primò partibus reſtitutis extortis, & toto dãno, in quadruplum quantitatis extortæ Curiæ teneantur.

Quòd non capiantur animalia deputata ad centimulos. Rubr.

ITem Iuſtitiarij, & ſubofficiales eorum, ac ſtipẽdiarij non capiãt animalia ad centimulos deputata; ſed cum eſt neceſſe inueniant aĩalia alia habilia ad vecturã, & loctium conuenientia. Et ſi contrafecerint, reſtitutis animalibus cũ toto damno, eorum dominis, pœnæ nomine pro qualibet vice, & quolibet animali ſoluant Curię vnc. auri vnam.

Quòd non ponatur pro reſiduo in quaternis Curiæ aliqua pecunia recepta. Rubrica.

ITem caueant notarij Cameræ, quod in quaternis rõnum Iuſtitiarii, quos Curiæ, ſeu ſucceſſorib. aſſignabunt, non ponant in reſiduo pecuniã, vel aliquid aliud, q̃ ipſi Iuſtitiarii, vel alij de mandato eorũ, ac vniuerſitatibus, vel ſingularibus perſonis ſoluẽtibus receperũt. Et ſi contra fecerint, capite puniantur.

Quòd Coneſtabuli Neapolis & Auerſę nõ intromittãt ſe niſi de nocturna cuſtodia ciuitatũ ipſarũ: niſi ad mãdatũ Iuſtitiarij Terrę laboris. Rub.

ITem Coneſtabuli Neapolis, & Auerſæ non intromittant ſe, niſi de cuſtodia ciuitatis nocturna tãtũ, vel ſi ſibi aliquid de aliquo ſpeciali negotio per Iuſtitiarũ Terræ Laboris mandaretur in caſib. neceſſariis, q̃ mãdatum dicti Coneſtabuli poſſint oſtendere per ſpeciales literas Iuſtitiarij præcipientis; quia eis aliter non crederetur. Et ſi contrafecerint, amoti ab offõ, quatuor vncias auri curiæ ſoluãt, & reſtituãt intereſſe dãnum paſſis. Et caueant Iuſtitiarij, ne extra officiũ coneſtabiliæ committant eis aliquid, niſi in caſu euidenti & neceſſario, & nihil inhoneſtum eis committant. Et ſi Iuſtitiarij ſecus fecerint, in una libra auri, & plus aut minus, ad arbitrium noſtræ Curiæ teneantur.

Quod iudices & notarij non cogantur ab officialibus conficere inſtrumenta, niſi quibus interfuerint, & iudex non det fidem notario, & econuerſò, niſi fuerit præſens, ſub pœna falſi. Rubrica.

ITem caueãt * Iuſtitiarij Secreti, & alij officiales, q̃ nõ compellãt iudices, uel notarios ad conficiẽda inſtrumenta aliqua, vel apodiſſas; ſeu aliqua publica ſcripta, niſi de his, quibus interfuerint. Et ſimiliter caueant iudices, & notarij, quod non conficiant, vel confici faciant ad petitionem officialiũ quorumcunque inſtrumenta aliqua, vel apodiſſas, ſeu aliqua publica ſcripta, niſi de his, quibus interfuerint, & quod iudex non det fidem notario, niſi ipſe fuerit præſens nec notarius iudici; & idẽ intelligatur de teſtibus. Et qui contra fecerint teneantur pęna falſi.

Quod unuſquiſque ſubſcriptorum officialiũ ſignificet curiæ infra certum terminum ſubofficiales ſufficientes ad officium, quod eorũ cuilibet committitur exercendum. Rub.

ITem magiſtri paſſuum, magiſtri maſſarij, magiſtri araciarum, & magiſtri foreſtarum, & prouiſores caſtrorum in ingreſſu officij eorum quindecim dies, ſi ſic citra Farũ & ſi ultra Farum infra menſem nominent & ſignificent curiæ ſubofficiales, prout ad cuiuſlibet eorum ſpectat officium opportunos, deſignando per eorum numerum & perſonas, qui ſcilicet, ſunt conuenientes, & idonei ad officium, quod eis committitur exercendum, de quibus nominatis & ſignificatis ſub ſigillo eorum, veſtrum eis beneplacitum reſcribatur. Et ex tunc caueant ſub pęna mediæ libræ auri, ne aliquem de ipſis ordinatis amoueant, vel commutent. Et ſi fortè poſtmodum ex cauſa infirmitatis, ſeu mortis, vel alterius iuſti impedimenti aliqui de ipſis ſtatutis nequeant commiſſa ſibi officia exercere, incontinenti ſine mora ſignificent nobis nomen impediti & cauſam impedimenti, & ut nominent alium, vel alios loco impediti, ſeu impeditorum, qui ſunt idonei ad ipſum officiũ exercendum, & reſcribatur eis ſupradicta forma, tamen in caſu mortis tantum illum, quem nominauerint interim faciant adminiſtrare, donec nos eis mandauerimus ſuper hoc noſtræ beneplacitum voluntatis.

Quod in quolibet Iuſtitiario regni deputentur certi ſeruientes ad expenſas Curiæ pro cuſtodia captiuorum, nullis alijs exinde compellendis. Rubrica.

PRouiſum eſt * pro meliori, & ſalubriori cuſtodia captiuorũ, & q̃ homines regni, & cuiuſlibet officialis, ſicut hactenus, in eorum cuſtodia non grauentur, pręcipuè pau

Quòd non ca. ani. deput. ad centimulos. Rub.

ITem iuſtitiarij & ſubofficiales. Illud capitulum corrigit conſtitutionem, omnes offi.

ADDITIO. *Idem dicitur in c. Papæ Honorij, in c. quod incipit, animalia deputata molendinis, &c. Idem tenet Matthæus in conſtitutione, omnes officiales, in 2. col. verſ. ſed quæro liceat officiali, &c. & allegat hæc duo capitula.*

Quòd nõ pon. pro reſiduo in quat. &c. Rub.

ITem caueant notarij. Vide ad hoc cap. in titulo de accuſ. P. P.

Quod iudices, & notarij non cogan. &c. Rub.

ITem caueant Iuſtitiarij. No. q̃ iudex nõ debet dare fidem notario, nec econtra, & ſimiliter in teſtibus, & ſi nõ faciunt, falſi pœna puniuntur, ſed in ciuitate Neapo. ſæpe uidi obſeruari contrariũ. B. de C.

* ADDITIO. Item caueant. *Vide Capic. deciſ. 29. in fi.* De Bot.

Cõficiant. Quod verbum rẽ perfectam ſignificat, arg. l. 1. quod quiſque iur. §. hæc aũt. & ne quis eũ, qui in ius voc. l. 1. & melius. ff. de falſis. l. ſi quis legatũ, in prin. & l. qui falſam. Et ſi tabellio fuerit iudex non ſubſcribat ſe inſtrumento, quia non valeret. C. de conue. fi. deb. l. 2. & de apo. pu. l. 2. & vide bonum arg. extra de reb. eccle. non alie. c. ſi quis præsbyterũ. Fortiter eũ obſtat quod no. in 10. col. de prohi. feu. alie. p Fred. in vlt. glo. Nap.

Fidem. Quæ danda non eſt in alterius præiudiciũ. 3. q. 9. iudicas, & no. 30. q. 4. quàm magnum, quia non ſolum reus eſt, & 11. q. 3. non ſolũ. Vnde calũniæ genus eſt circa cõia ad credulitatẽ moueri, dicit Quintilia. de cauſis in cæco, in limit. ad hoc vide quod plene ſcripſi de re. ciui. trib. in fi. lib. 12. Lucas. Et ſic no. q̃ iudex non debet dare fidẽ notario, nec notarius iudici, & ſic etiã teſtib. niſi præſentes fuerint.

Contra fecerint. Scilicet quòd dederint fidẽ de his, quib. non interfuerũt. Emanauit iſtud capitulum ad corrigendum quorundã notariorum, & iudicum, ſeu teſtium conſuetudinẽ prauam, videlicet, q̃ iudex dicebat notario, ponas me pro iudice in tali cõtractu, in quo non intererò præſens. & ſic dabat fidẽ notario de celebratione cõtractus, & ſi ſic ſubſcribebat poſtea ſe interfuiſſe falſum ſcribebat, & ꝓpterea tenet pœna falſi, & ſimiliter de teſtib. vt hic. Nicol.

ADDITIO. *In ver.* Et q̃ iudex nõ det fidẽ notario, &c. *Hoc allegat & ſequitur Matth. in cõſt. inſtrumentorũ robur, in 5. q. vbi ita intercedit, vide eum omnino.*

Quod vnuſquiſque ſubſcriptorũ off. &c. Rub.

ITẽ magiſtri paſſuum. Ibi, *amoueant, vel cõmutent.* Concordat ſupra q̃ nemo contin. offic. ca. q̃ prædicti officiales. Bar. de Cap.

Quod in quolibet iuſtitiario regni, &c. Rub.

PRouiſum, Ibi, *ſeruiẽtes.* Qui tamen ſeruient, & non ſint de illa prouincia, ut expreſsẽ hr̃ in conſt. prouinciar. de offic. iuſtit. B. de C.

* ADDITIO. Prouiſum eſt. *Secundum iſtud c. intellige tex. in l. 2. C. de his, qui latro. occid.* De Bottis.

De ob-

peres, quos ex præmiſſis onus huiuſmodi attingebat. Quod in quolibet Iuſtitiariatu regni debeant deputari per Iuſtitiarium ſeruientes in numero inſcripro, uidelicet, in Iuſtitiariatu Aprutij ſeruientes 15. in Iuſtitiariatu Terræ Laboris ſeruientes 15. Et in quolibet alio Iuſtitiariatu regni ſeruientes decem; qui ſeruientes morentur continuè cum Iuſtitiario regionum, & ad captiuorum cuſtodiam deputentur, & a Curia ſalarium habeant, prout erit per Curiam taxatum. Et prædicti ſeruientes occaſione ipſius cuſtodiæ captiuorum nullam hominibus, in perſonis, rebus, vel animalibus eorum inferant moleſtiam, vel grauamen. Et quando captiuus aliquis eſſet ad noſtram Curiam tranſmittendus de loco ad locum, vniuerſitates locorum, ſeu perſonæ ſingulares propterea non grauentur, ſed aliqui de ipſis ſeruientibus ad captiuorum cuſtodiam deputatis, iuxta prouiſionem Iuſtitiarij ducant, & transferant ſub ipſorum cuſtodia captiuos eoſdem. Et ſi contra fecerint, noſtro arbitrio puniantur.

De obſeruanda pœna mortis clandeſtinæ edita per quondam Dominum Fredericum olim Romanorum Imperatorem. Rubrica.

STatuimus,* vt conſtitutio quondam Frederici olim Imperatoris, quæ pro quolibet Chriſtiano inuento clandeſtinè occiſo pœnam centum Auguſtalium: Et pro Iudæo, vel Sarraceno quolibet, quinquaginta, Vniuerſitatibus infligebat, in ſuis finibus perſeueret. Conſtitutione noſtra ſuper augmẽto prædictæ pœnæ edita in poſterum quieſcente, foculariorum diſtinctione ſoluta.

De obſeruãda pęna mortis cland. &c. Rub.

STatuimus. Hoc ca. corrigitur per aliud cap. infra de pœn. hom. clãdeſt. licet ſit aliud c. de pœ. maleſ. clãd. ſ. Et ſic iſtud c. corrigit cõſtitutionẽ, clãdeſtinis. ſup. de pęn. ho. cland. & dic, vt ibi ſcriptũ eſt. Pet. P.

ADDITIO. Statuimus. *Vide inf. in c. diui. & ſup. in c. clandeſtinis.* De Bottis.

De officio ſecretiæ, quòd ſecretia cõmittatur eam emere volentibus, & plus inde offerentibus, vel ſi ad credentiam committatur uiris idoneis, & nihil ultra meros prouentus ab ſubofficialibus exigatur. Rubrica.

IN primis officia ſecretiæ vendantur emere volentibus, & plus offerentibus licitatione, & ſubhaſtatione præmiſſa, pretio quo conuenire cum curia poterunt ampliori. Vel ſi contingat ipſa ad credentiam committi, viris idoneis ſufficientibus, & fidelibus committantur. Et credenzerij de meris & puris iuribus & redditibus tantum, ſecundum quòd anno quolibet prouentus prouenerint teneantur noſtræ curiæ reſpondere, Et ipſi Secreti, gabelloti, vel credenzerij, ſimili modo, gabellas & iura Secretis vendant, vel concedant in credentiam. Et nihil vltra meros prouentus, & redditus a ſubofficialibus eorum exigant, quibus ipſas concedent, vel vendent. Et ſi contra fecerint, reſtituto eo, in quo parti tenentur, in nonuplum curiæ condemnentur.

De officio ſecretiæ quòd ſentẽtia commit. &c. Rubrica.

IN primis. Iſtud capitulum concordat cum conſtitutione, magiſtri Camerarij. Bartholom. de Capua.

De obſeruanda ſimili forma de gabella ſalis. Rubr.

ITem eadem forma ſub interminatione ſimilis pœnæ obſeruetur de gabella ſalis, demaniorum, & aliorum iurium, quæ per magiſtros procuratores, Portulanos, & quoſcunque alios officiales, vel ſubofficiales procurentur, & exerceantur.

De ordinandis ſubofficialibus idoneis & ſufficientibus. Rubrica.

ITem prædicti Secreti, magiſtri procuratores, & Portulani ſalis, & magiſtri maſſarij ordinent, & cõſtituant commiſſarios, & ſubofficiales habiles, & idoneos, & conuenientes ad commiſſa ſibi ſeruitia, ſub pœna & forma ſupra in Iuſtitiarijs, officialibus, & commiſſarijs ordinatis. Eo addito, quòd de inſufficientia ſuorum officialium Curiæ teneantur, cum modo & forma hactenus obſeruatis.

Quod nihil exigatur pro ſigillo, vel ſcriptura pactorum, & aliarum cautelarum, quas officiales faciũt, & fieri faciunt. Rubrica.

ITem prædicti officiales in ſuperiori proxi. c. contenti pro commiſſionibus, pactis, apodiſſis, & aliis cautelis, quas faciunt, & fieri faciunt, tam ipſi quàm notarij ipſorum, nihil pro ſigillo vel ſcriptura recipiant, ſub pęna in ſimili c. ſupra in officio Iuſtitiarii comprehenſa. Et hoc intelligitur de omnib. aliis officialibus & ſubofficialibus.

Quod ſecreti non intromittant ſe inquirere de demanijs, morticijs, & excadentijs, ſed magiſtri Portulani, & procuratores. Rubrica.

ITem cũ inquirere de demanijs, morticijs, & excadentijs, ſit proprie proprium magiſtri procuratoris, & Portulani, pręd ́icti ſecreti ſuper inquirẽdo de his ſe nullatenus intromittant ratione officij Secretiæ, niſi de ſpeciali mãdato noſtro. Et ſi ſe intromiſerint, inquiſitio & proceſſus ipſo iure non teneant, & pro qualibet inquiſitione in qualibet terra facta, libram auri vnam fiſco cõponant; Saluo ſi nos ipſum punire voluerimus de perſona, pecuniaria pęna remiſſa; Saluo eo etiam, q̃ ſi uiderint dictos procuratores in prædictis, ſeu aliquo prædictorum negligentes, poſſint & nobis debeant nunciare.

Quod cannæ, rotulæ, & alia pondera & menſuræ nõ auferantur per terras, ſed ſuper falſitate ipſorum ſolenniter inquiratur. Rubrica.

ITem pręd ́icti Secreti nõ auferãt generaliter per terras Cannas, Rotulos, & alia pondera, & menſuras, nec auferri faciãt, ſed ſuper ipſorũ falſitatem inquirant ex eorũ officio, vel ad delationẽ, ſeu accuſationẽ alicuius ad pęnam, ſecundũ iura

Quod nihil exigatur pro ſigillo, vel ſcriptura pactorum, &c. Rub.

ITem prædicti officiales. De hoc c. vide capitulum quod incipit, Item, q̃ in omni caſu, ſcilicet, quod ſtetur ſacramento officialis.

Quod cannæ, rotulæ, & alia pond. &c. Rub.

ITem prædicti Secreti. Gl. ſuper prædicto c. De his q̃ litera ponit, & de contentis in præſenti c. inquirũt etiam magiſtri Rationales, ſecundum ritum curiæ, & ex certis cõmiſſionibus eis factis. Napod.

Super pęna in ſimili cap. quod incipit, quòd quaternu collectarum. item hoc ſecundum iura, ut l. arbitro. §. de eo. ff. de dolo. & in conſt. de pond & menſ. conſti. ad legitima pondera. Per hoc c. omnes Baiuli huius regni punirentur, quia ſemper faciunt cõtra iſtud cap.

Ad pœnam. Quæ quidem pęna venit applicanda curiæ Baiulorũ, vt no. And. de Iſer. in conſtit. de ponderib. ad legitima pondera. Sed an per hoc c. intelligãtur prohibiti iuſtitiarij contra delinquentes huiuſmodi inquirere, & eos pęna dictæ conſtit. vel alia pœna antiqua punire? Certe non, cum cauſa Secreti merũ imperium non habeat, & vide cõſt. regni, quæ incip. ad officium baiulorum. & in d. conſt. ad legitima pondera.

Ibi, *ſecundum iura procedant.* Et no. in conſtitu. regni, quæ incipit quòd in omni caſu. Sed quæ eſt pęna illius, qui falſa pondera tenet? dic q̃ olim relegabatur, ut ff. de fal. l. penul. §. fina. ſed hodie punitur pęna vnius lib. auri, vt in conſti. ad legiti. de pond. & men. ſup. Adde gl. de iure cõmuni, q̃ debent in inſulã relegari, in l. arbitro. ff. de dolo. P. P.

ADDITIO. In ver. inquirant, &c. *Inquiſitio ſuper ponderibus & menſuris pertinet ad ſecretum. Hoc cap. alleg. Matth. in conſtitutione ad officium Baiulorum, in 2. not. dicens, quòd per hoc c. corrigitur illa conſtitu. in quantum vult, quòd pertinet ad Baiulum, vide eum.* M.

procedant,& ab illis auferant tantum ea, quos per inquiſitionem inuenerint notabiles,vel ſuſpectos. Et ſi contra fecerint, ad viginti Auguſtales auri pro vice qualibet curiæ teneãtur,& niſi pro certo falſas menſuras receperint, ipſas gratis, & ſine difficultate reſtituant,& nihil proptere a recipiant ſub pœna prædicta reſtituto damno parti læſæ. Et ſi probari non poſſint eum exinde aliquid receptiſſe, contra prohibitionem prædictam, præſtetur ſacramentum, * vel ab eo, qui dicit ſe ſoluiſſe,uel ab eo, qui dicitur recepiſſe ſecundum formam in ca.de alijs officialibus.

* Additio. *Sacramentum. Vt ſupra in conſt. incip. item quòd in omni.* De Botis.

Quod non procedatur ad deſtitution͞e rei burgenſaticæ, uel feudalis, occaſione inquiſitionũ factarum ſuper demanijs,morticijs,& excadentijs,de inquiſitionib.theſaurorum. Rub.

Quòd nõ procedatur ad deſtitus. &c. Rubr.

PRadicti magiſtri. In §. *Eo veruntamen.* No. de eo qui inuenit theſaurum, & qualiter ſit procedendum contra eum, & pro iſto c. uide ca. quia non decet Principes inf. & eſt Car.II.

In tex. ibi, *ſignificaturi nobis*. No. formam iuramenti, quam debẽt præſtare denunciatores. Sed utrum denunciatores debeant probare? dic quòd ſic. & eſt glo. in l.1. de mul. quæ pro. ſer. ſe iunx. C. Sed an denuncians teneatur aliquid ſoluere? dic quòd non, ut in l.1. circa fin. C.de monopol. P. P.

Additio. *Hoc ca. allegat, & ſequitur Matth. in conſtit. inter multas. in 6. no. vbi omnino vide, quia pulchrè loquitur.*

PRædicti magiſtri procuratores, & portulani occaſione inquiſitionum, quas tempore eorum officij per ſe, & non per alios faciant, ſuper demanijs, morticijs, & excadentijs, ad reſtitutionem poſſeſſionum rei burgenſaticæ vel feudalis, ſecundum formam iuris antiqui, aliquatenus non procedant, ſed inquiſitiones ipſas fideliter factas ad curiam mittant, & ſecundum dandum eis a nobis reſponſum, ſuper ipſorum reſponſione procedant. Et ſi contra fecerint, reſtitutis primò poſſeſſionibus deſtitutis,cũ fructibus & obuẽtionibus medio tempore inde perceptis, & alio omni damno parti læſæ,centum Auguſtalium pœnam curiæ perſoluant. Præterquã in morticijs, & excadentijs, quæ de nouo tempore eorum officij ad manus Curiæ deuoluuntur, quas ſtatim debeãt & poſſint ad manus Curiæ reuocare,eadẽ forma ſeruata,ſub ſimili pęna in inquiſitionibus theſaurorum. Eo veruntamen addito, ꝙ ad captionẽ perſonarum,quæ dicuntur ipſum inueniſſe theſaurũ, ſine ſpeciali mandato noſtro, aliquatenus non procedant, niſi de theſauro inuento conſtaret, vel veriſimilib. indiciis appareret,quo caſu capiant eũ, & diligenter cuſtodiant,bono modo,ita ꝙ nõ poſſit fugere,nec ſit de eo aliquatenus dubitandum,nec ad tormenta,uel aliud contra eũ procedant ſiue ſpeciali mandato noſtro. Et ſtatim ſignificent nobis totum proceſſum, & quicquid inde inuentum eſt, ita ꝙ infra triduum ad tardius faciant deſcendere nuncium ſuum cũ literis ſuis ſuper præmiſſis aſſignandis nobis. Significaturi nobis omnes præſumptiones cum toto proceſſu, & delatores theſauri non audiant, niſi præſtito ſacramento, ꝙ malitioſè non procedit, ſed in rei veritate ita eſt,vel ſaltem ita credit eſſe. Et nihilominus informationem totius negocij recipiant ab eodem.

De non capiendo vaſcella aliqua pro ſeruitijs Curiæ,iuſto ſalario non ſoluto. Rubrica.

ITem prędicti magiſtri procuratores,& magiſtri Portulani ſingulorum portuum, occaſione ſeruitiorum curiæ, ad capiendas barcas, & alia vaſcella in portubus vel alibi reſidentia, ſine mercede iuſta & debita non procedant. Et ſi proceſſerint reſtituto damno & intereſſe patronis vaſcellorum pro qualibet vice, & quolibet uaſcello noſtro curiæ componant vnciæ auri vnam.

De non capiendo aliquos extrahentes de portubus aliqua prohibita ſine mandato Curiæ, & proditores bannitos, niſi publice conſtet. Rubrica.

ITẽ ꝙ prędicti magiſtri procuratores,aut Portulani,niſi liquidè cõſtet eis,vel ſint quaſi certi ꝑ conuenientem & probabilem præſumptionẽ aliquos extrahẽtes aliqua prohibita de portub.quibuſcũque,ſine, vel cũ mandato nr̃o, vltra quantitatẽ in noſtris literis cõprehenſam,capere poſſint,niſi proditores noſtros,bannitos,vel homicidas publicos inuenerint,ad captionẽ eorũ & vaſcellorũ authoritate rerũ ſuarũ manus aliquatenus nõ extendant occaſione officij ſui. Et ſi cõtra fecerint, pro qualibet pſona q̃ ceperint in terra, & pro quolibet vaſcello iniuſtè capto ſoluãt Curię noſtrę libram auri vnam, & dãnum reſtituant parti lęſæ.

De non exigendo a procuratoribus demania morticia, & excadentias, & pupillorum baliatus niſi meros prouentus, & redditus. Rubrica.

ITem ꝙ ab illis, quib. demania,morticia,& excadẽtias, & pupillorũ baliatum procuranda cõmittunt,nõ exigãt niſi redditus prouentus,& meras obuẽtiones pro qualitate ſterilium,& fertilium prouenientes ex eis, & ſm̃ ꝙ redditus ipſi quolibet anno cõiter valent,& valere debent,& poſtmodum in victualibus & alijs rebus. Et ſi contra fecerint, reſtituto partibus quod vltra ceperint, nihilominus pœnæ nomine in quadruplo Curiæ teneantur.

De officio magiſtrorum Maſſariorum. Rubrica.

PRouiſum eſt ſuperius quales ſubofficiales debeant ſtatuere, & ordinare in c. Iuſtitiarij. & ſub qua pœna ipſos non debeant remouere.

De non ſtatuendo vltra duos maſſarios, & curaculum unum in qualibet maſſaria. Rubrica.

ITẽ ꝙ prædicti magiſtri maſſarij vltra duos maſſarios, & curaculum in qualibet maſſaria non ſtatuant, nec vltra 12. miliaria ipſi præfiant maſſarijs, dum tamen infra prædictum ſpatium idonei habeantur. Et ſi infra prædicta 12. miliaria inueniri non poſſint, idonei eligantur in locis magis uicinis idoneis. Et ſi inueniri non poſſint, in terris, ſeu Demanijs, in quibus ſunt maſſarij ſtatuant ipſos. Et ſi contra fecerint, reſtituto damno parti læſæ,pro qualibet vice ſoluant Curiæ libram auri vnam.

De ſtatuendo magiſtros maſſarios diuites, qui tenẽãtur de fructibus maſſariarum,& animaliũ curiæ reſpondere. Rub.

ITem prædicti magiſtri maſſarij ſtatuantur diuites,idonei, & fideles,qui teneãtur tm̃ de puris & meris redditib. & fructib. maſſariarũ, & animaliũ fideliter,& legaliter Curiæ rñdere. Et ſi inueniãtur Curiã in aliquo defraudaſſe,vel fructus,redditus & prouẽtus per eorũ negligentiã minuiſſe,pro damno dato ex negligentia Curiæ teneantur in nonuplum. Et pro dolo, & fraude,reſarcito damno Curiæ in vinculis per triennium ſquallore carceris macerentur. Eadem pœna ſeruata in eorũ ſubmaſſarijs,& pęna ſimili eis in ſimilibus exceſſibus imminente.

De ſtatuendo magiſtros maſſarios, &c. Rub.

ITem prædicti magiſtri maſſarij, &c. In ver. *Nonuplum, &c.* Adde vnũ aliũ caſum, in quo habes pœnam nonupli, quãdo Iudæus percipit a Chriſtianis ultra unã vnciam pro decẽ uncijs mutuatis pro uno anno, nõ debet puniri per regium fiſcũ pœna nonupli eius, ꝙ ultra unciã pro decẽ uncijs mutuatis habuit. iſte tex. in cõſtitut. uſurariorũ. in fi.& ibi no. Matth. in 14. no. Alius eſt caſus. nam etiã imponitur pęna

na nonupli officiali, qui in ſuo computo fraudat fiſcum, ut patet in Ritibus magnæ cameræ Sũmariæ, & refert Matth. vbi ſupra. Et quod ſi officialis Regis non poſuerit in libro introitus aliquam pecuniæ quantitatem ſpectantem ad regiam cameram, præſumitur ſubtraxiſſe illã, & punitur pœna nonupli. eſt prouiſum hodie per cap. Regis Caroli, quod incipit, item ciues, &c. Quod cap. refert & ſequitur Matth. in conſtit. officiales reipu. in prin. & ibi etiam refert continentiam cuiuſdã pulchri Ritus magnæ Cameræ Summariæ. uide omnino eum pulchre loquentem. Adde alium caſum in officiali, & notario actorũ ſubtrahente bona fiſcalia, quo punitur in nonuplum. And. de Iſern. in reperto. ſuo in ver. officium, ver. officialis Iuſtitiarius. & allegat quoddam cap. Regni. vide eum. Alius caſus eſt quando carcerarius recepit a carcerato vltra debitum, nam punitur pœna nonupli, ut in capit. Regis Caroli II. incipiente, Magiſtro Iuſtitiario. M.

Quod animalia capta in paſſibus non committantur &c. Rub.

I*Tem prędicti magiſtri paſſuum, &c.* Adde hic Lu. de Pen. in l. 2. in prin C. decur. & ſtatuo. lib. 12. ubi no. ex illa l. quod bene poſſent inſtrui ad gerendũ officiũ magiſtri paſſuũ, & paſſagerij, ſeu cuſtodes paſſuum Regni Siciliæ, ſi ad iuſtitiæ debitum, & non ad iniquitatis compendiũ tenderetur. Adde quòd ſtrator dicitur cuſtos ſtratæ, ne equi ab inde transferantur, vt ſunt in regno paſſagerij, qui cuſtodiũt paſſus. & hoc modo poteſt accipi, quod habetur. ff. de offi. proconſ. l. obſeruare. §. ita inquit. Luc. de Pen. in rubr. de ſtratoribus, lib. 12. Adde hic quod in Regno Siciliæ pro expeditione reipub. ordinatum fuit, q exinde non transferantur equi ad arma: hoc magiſtri paſſuũ, ad iniquitatis cõpendiũ protrahentes etiam minuta pecora immaniſſime capiunt, nedũ in Regni finibus, ſed citra per milia paſſuum 40. ita Luc. de Pen. in l. vnica, in 2. col. C. de litto. & itin. cuſto. li. 12. & vide eundẽ Luc. in l. euictiones, in 2. col. in prin. C. de cur. publ lib. 12. & vide eundem Luc. in l. fin ver. & no. &c. C. co. ti. vbi no. illum tex. pro capitaneis paſſuum regni, quid debẽt literę cõtinere, quę cõceduntur his, qui regnum cum equis prohibitis exire volunt, per tex. ibi, quãtitatem animalium, &c.

Quod ſeminentur, & fiant maſſariæ in terris Curiæ & non priuatorũ. Rubrica.

ITem q prædicti magiſtri maſſarij, & ſubofficiales eorum laborent, ſeminent, & maſſarias faciant in terris Curiæ. Et ad terras priuatorum ſeruitijs manus ſuas aliquatenus non extendant, nec terras, & noualia ipſorũ auferant, ſicut olim perperam auferebant. Et ſi contra fecerint, reſtitutis terris, & noualibus ipſorum dominis pro qualibet ſalma ſeminis teneantur Curiæ ad vnciam auri vnam. Et ſi minus, quàm vnam ſalmam receperint, pęna vnius vnciæ teneantur.

De cuſtodibus paſſuum, & graſſiæ. Rubrica.

ITem quia cuſtodes paſſuum, & graſſiæ officiũ ad iniquas damnationes extendunt, capiendo homines, equos, & alia animalia, & victualia vbique infra prouinciam ſine diſtinctione locorum, & maximè in mercatis, ſtratis, & pontibus vbi prædicti cuſtodes morentur, & officium eorum exerceant in ſolitis locis paſſuum circa confinia regni, videlicet, in caſtro Montis Celli, aliàs, Alti Spelunci, Pontis Coruui, Inſula Pontis Scelerati, Inſula filiorũ Petri Soræ, in Arpino, in Capiſtrello, in Roccæ de viuo, Tallacozi, Cellis, Tamangra, Introdato, Mancillona, Montis Colua, Sorbo, Marado, Ciuitella, Caſalli, Aquęviuæ, Sancto Homero, Contraguerra, Columella Turri ad Trontum, Sancto Flauiano, & alijs locis, & caſtris vltra loca ſuperius nominata verſus regni confinia cõſtitutis. Cauẽtes ne circa ſupradicta loca regni capiant homines, vel animalia, ſeu quęcũque victualia, nec aliquos cuſtodes, vel ſubofficiales ſtatuant, vel aliquid velamento ſui officij prorſus exerceant, vel pro alia redẽptione recipiant. Et ſi contra factũ fuerit, magiſtri paſſuum, & graſſiæ, pro prima vice amittãt equos, & arma. Et ſi iteratò contra fecerint, triennio in Regia Curia, aliàs, Camera deputent, Cuſtodes verò ſubſtituti per eos, qui contra prædicta venerint, pede amputato, debilitentur.

De pęna obſeruanda edita contra extrahentes graſſiam. Rubr.

ITem cõtra extrahẽtes graſſiam, & quælibet prohibita, & ſpecialiter equos & arma, pœna ſtatuta per nos tenaciter obſeruetur.

Quod animalia capta in paſſibus non committantur cuſtodiẽda aliquibus priuatis perſonis, ſed mittantur ad Curiam Regiam. Rubr.

ITem prędicti magiſtri paſſuum & graſſiæ, equos, & alia animalia, quæ ceperint in paſſibus ſupradictis incontinenti mittant ad nos, nec vniuerſitatibus, vel ſpecialibus perſonis de prouincia cuſtodiẽdos, per eos in prouincia ipſa committant. Et ſi cõtrafecerint, ad pęnam mediæ libræ auri teneantur.

De Ammiratis, & uiceammiratis, Prothontinis, & Comitis. Rubrica.

AMmirati & Viceammirati in reparatione nauium, galearum, thericarum, & aliorũ vaſcellorum curię illam formam diligenter obſeruent, q vaſa, quæ reparari faciunt, diligenter videre in reparatione per iudices, notarios, & magiſtros graſſię, & calefatos expertos ad hoc, & in arte maris peritos, & alios probos viros huius rei cõſcios fideliter ęſtimari faciant. Et ſi interfuerint ęſtimationi vaſcellorũ ipſorũ Viceammirati, vbi poterunt intereſſe, & ſi nõ poterunt intereſſe, mittant aliquos loco ſui, de quibus confidant, conſideratis, & particulariter æſtimatis omnibus & ſingulis neceſſarijs ad reparationem prædictam. Item q ſtatuendi ſuper reparatione ipſa præter perſonarum laborem, quem ad hoc impendunt, nihil omnino de proprio ibi expendere, uel ſoluere compellãtur; cum ſufficiat eis proprijs ſumptibus in ſeruitijs ipſis communiter laborare. Et ſi contra fecerint, reſtituto damno, quod ipſi ſtatuto inde incurrerent: pro quolibet uaſcello, in cuius reparatione prędicta cõmiſerint, librã auri vnam fiſco noſtro cõponant. Ita tñ, q ad reparationem ipſorum vaſcellorũ in extalium nemo cõpellatur inuitus. Et ſi quis cõpulſus fuerit: ille, qui cõpulerit eum, teneatur emẽdare ipſi extalerio cõpulſo quantum amiſerit in ipſo extalio, & hoc ſtetur ſacramento ipſius, ita quod de cõpulſione ipſa prius fidem faciat. Et ad tantundem dictus cõpulſor nobis teneatur, & idẽ in omnibus operibus nobis conſeruetur.

De ammiratis, & viceammiratis, &c. Rub.

A*Mmirati, & viceammirati, &c.* Adde q ammirati Regni Siciliæ, qñ aſſumũtur ad hoc officiũ ammirati, datur eis birretũ pro inſigni, ita no. inquit Luc. de Pen. in murilegulis, in pen. col. circa prin. C. de murileg. lib. 11. M.

De obſeruãda forma in ſtatuẽdis propoſitis ſuper reparatione uaſcellorũ ſtatuta ſuprà in officialibus Secretorum. Rub.

ITem in ſtatuendis dictis propoſitis ſuper reparatione ipſorum, & alijs eorũ ſubofficialibus illam formam: & ſub illa forma obſeruent quæ ſupra in Secretorum officialibus & ſubofficialibus eſt ſtatuta.

De ſoluendo ſtatutas comminantias marinarijs conductis in armata, & non cogantur in armata ipſa boni Burgenſes, & ciues ipſius artis ignari, & tribuantur eis panatica ſtatuta. Rubrica.

ITem prædicti Ammirati, Prothontini, & Comiti, qui armant galeas, & alia vaſcella de mandato Curiæ dent, & ſoluant comminantias marinarijs, & alijs perſo-

De ſol. ſtatutas, etc. Rub.

I*Tem prędicti ammirati, &c.* In ver. *Panaticam, &c.* Adde huc de Pannatica vnũ notabile verbũ, q cũ Rex mittit exercitũ, q nullus poſſit ſe excuſare ab excoctione Panaticę. Ita notabiliter dixit Nic. de Nea. in l. fi. C. de errog. milit. anno. li. 12. pro quo dicit eſſe caſũ ibi, & q ſeruatr̃ quotidie, tene mẽti. M.

nis in arte maris expertis in ſufficienti numero, & non vltra. Et poſt datam comminantiam aliquam eorum prece, vel precio non committent, & ipſa armata non vexent nec ſtatuant bonos Burgenſes & alios ciues huius artis ignaros, & incōuenientes ad hoc, ſed cōuenientes & idoneos reſpectu habito ad armatam paruam, ſeu mediam ſiue magnam, & prædictis marinarijs comminantiam ſine diminutione perſoluant, & panaticam tribuant eis integram ſine aliqua diminutione, & cum ea menſura in qua ipſos à Curia menſurant, vt ſi contra fecerint, vel cōtra facientibus aliqui eorum conſenſerint, donec exercitus ille vel armata deuenerit in carcere teneantur. Et damna, vel turpiter ablata cum damnis parti læſæ reſtituant & tantundem noſtræ Curiæ pœnæ nomine exſoluere teneantur.

De non onerando galeas victualibus & alijs infraſcriptis. Rubrica.

PRædicti Ammirati, Viceammirati, Prothontini vel Comiti, prout quiſque eorum nauigantibus galeis præfuerit, non onerent galeas, nec permittant ab alijs onerari victualibus, vino, vel oleo, ballis pannorum, & alijs quibuſcunque arniſis, ſeu mercibus, ſicut hactenus vſurpabant, cum ex hoc ad nauigandum minus reddantur habiles. Et ſi contra fecerint, turpiter accepta in pœnam quadrupli noſtræ Curiæ reſtituere teneantur.

Quod marinarij non ſubtrahant ſe a vaſcellis poſtquam aſcenderint eadem. Rubrica.

ITem marinarij tam ſuper ſalientes, quàm remigi, poſtquam eis comminantia data fuerit ad mandatum & ad requiſitionem Ammirati, Viceammirati, Prothontini, & Comiti ad galeas, ſeu alia vaſcella aſcendant, nec aliqua fraude, arte, vel ingenio ſe ſubtrahant. Qui ſi ſe ſubtraxerint, poſtquam inuenti fuerint, capiantur, & tanto tempore teneantur in carcere, quanto durauerit exercitus, vel armata, à qua ſe ſubtraxerint. Et nihilominus ſi ſunt in aliquibus facultatibus tantum dare Curiæ teneatur, quantum Curia ſoluit his, qui loco eorum, ſi ſe turpiter ſubtraxerint, fuerint ſubſtituti. Et ſi non inueniantur, diruantur domus eorum, ſi quas habent, & nihilominus dirutis eorum domibus aſſignatis eorum nominibus, vel Ammirati, vel Viceammirati, Prothontini, & Comit. Iuſtitiarij regionum, in quibus ipſi conſiſtunt per ipſos Iuſtitiarios banniantur, & ſine ſpeciali mādato noſtro nullatenus extrahantur. Si verò poſt datas comminantias, galeas, ſeu vaſcella aſcendant: Et ſi inde poſtmodum fugerint, amputato pede, debilitentur.

Quod pro fugientibus a galeis, non capiantur filij pro patribus, uel econuerſo; fratres pro ſororibus, nec uxores pro maritis. Rubr.

ITem prædicti Ammirati, Viceammirati, Prothontini, & Comiti, pro ſic ſe ſubtrahētibus, ſcilicet, non puniant, neq; capiant filios, vel econtra, pro fratribus ſorores, pro maritis vxores, cū pęna ſuos tenere debeat authores. Et ſi contra fecerint, pęna priuati carceris puniātur.

Quod non capiantur uaſcella inuenta ſine prohibitis mercibus nauigare, & ſi qua inuenta fuerint onerata prohibitis mercibus mittantur ad Curiam. Rubrica.

ITem prædicti Ammirati, Viceammirati, Prothontini, & Comiti, & pręſertim prępoſiti galeis, quę quibuſcunque locis regni ad cuſtodiam maritimæ deputantur, nō capiant, impediant, vel turbent vaſcella, quę ſine prohibitis mercibus inuenerint nauigantia. Et ſi qua portātia merces prohibitas, vel ſine prohibitis mercib. ad inimicos nauigātia ceperint, vaſcella ipſa cū mercib. & perſonis in eis receptis noſtrę Curiæ ſine diminutione aſſignēt. Qui ſi contra fecerint, amoti perpetuo ab officijs, bonorū omnium proſcriptione, ſe nouerint mulctandos.

De magiſtris foreſterijs, & ſubofficialibus eorum. Rubrica.

MAgiſtri * foreſtarū, & defenſarum, vltra defenſarum, & foreſtarū antiquos terminos homines & animalia non capiant, nec vltra foreſtas ipſas officium ſuum extendant, nec faciant foreſterios burgēſes, nec alios diuites homines locorū, ſed homines ad hoc habiles, aptos, & congruentes de vicinis locis, & nō maiores numero, quā expediat. Nec homines occaſione, ꝙ canes habeāt, vel infraſcripta quęlibet ad venandū, vel ligna inciſa extra defenſas, vel cornua, ſeu pedes, & pelles ceruorum, vel aliorum animalium ſylueſtriū capiant, turbent in aliquo, vel moleſtent, ſed ſi quos ſuſpectos de venatione habeant, ſtatim denuncient Iuſtitiarijs, qui inquiſita veritate, ad debitam pęnam procedāt. Et ſi Iuſtitiarius dubitauerit de proceſſu, eo ꝙ ſibi nō conſtiterit, referat nobis. Si uerò magiſtri foreſtarū aliquē in uenando depręhenderint, ipſum capiāt de perſona, & ſtatim aſſignent Iuſtit. puniendū. Et nihilominus in omni caſu, ſiue

Quòd marinarij nō ſubtrahant ſe, &c. Rub.

ITem tam marinarij. In §. *Et ſi non inueniantur*. Nota caſum, in quo diruitur domus propter delictū, & concordat in decima collatione, de pace iuram. firman. c. 1. Petrus.

De magiſtris foreſterijs & ſubofficialibus eorum. Rubrica.

M*Agiſtri foreſtarū.* Adde ad hoc capitulum nouum, quod incipit, item ſtatuimus ad hoc quòd officiales. Pro iſto c. vide capitulum, illi quidem ex prędictis. inſ. de foreſtis. & eſt Caroli II. Pet. Pic.

ADDITIO. *Vide aliud capitulū de his foreſtis, incipiens, illi quidem. Quid autem ſit foreſta, dic quòd eſt locus, in quo feræ includūtur, & habet quis vſum venandi: iſta eſt gl. notabilis in c. cū delectis. in gl. 1. de dona. illā alleg. & ſequitur Caputus in conſt. ſancimus. in prin in gl. in uerbo, agrū, in 6. col. in fi. cū principio ſequentis. An autē Barones in eorū Baronijs poſſint facere foreſtas. hanc q. ponit Matth. in conſtitut. authoritatem, in rubr. de loca. Dema. in 2. col. ver. 3. quaro an liceat Baronib. &c. Et dicit, quòd fuit ordinatum in Regno*

gno per regem Ferdinandum primum, qui ordinauit, & iuſſit per ſuam conſti. incip. ad perpetuā rei memoriam &c. ꝙ Comitibus & Baronibus regni non liceat facere nouas foreſtas ſine Regio aſſenſu, & factas caſſet. & ſubdit quòd niſi eſſet dicta conſtitutio, Barones poſſent cum cōſenſu ſuorum vaſallorū, & quorū intereſt ipſas facere, vt ibi late per eum. & ibi etiam declarat quātum praiudicaret iſte conſenſus vaſallorū vide eum omnino ibi. Per quātum autem tempus dicitur foreſta antiqua, & non noua, plene diſcutit Matt. in conſtit. præall. g. in penul. col. verſ. 3. quaro per quantum tempus, &c. Tandem concludit quòd requiritur, quòd excedat tempus centum annor. & ſubdit ſe vidiſſe, deciſum in regia camera Summaria, quod ut factum dicatur antiquum in iſtis prohibitis, requiritur curſus vltra centum annos, & poſtea ſubdit, quòd in iſtis foreſtis & paſcuis ſtatur antiquitati ſecūdum Bal. in tit. de pace Cōſt. in ver. nos Romanorum, in 3. col. vide eum omnino. & glo. in d. c. cum dilectis. refert & ſequitur Fel. in c. Rodulphus in 13. col. verſic. quid autem ſit foreſta, &c. de reſcrip.

● ADDITIO. *Magiſtri. No. ꝙ per iſtud c. prohibetur uenatio, & intellige in defenſis antiquis, & colligitur ibi, & dumtaxat, vt colligitur ex ſeq. c. nā iſta prohibitio debet intelligi in locis demanialibus in quibus princeps ſolus poteſt fidā exigere, quia de iure vniuſq; licet venari, vt late probat Dec. cōſ. 197. & examinat Iac. in trac. de feu. in uer. cū uenatorib. intellige etiā hoc c. niſi caſtrū eſſet conceſſum ēt cū defenſis & uenationibus prout quotidie uidemus poni in conceſſionib. & tāgunt Dec. & Iac. ubi ſup. Ideo Barth. de Cap. in apoſt. ad l. itē ſi fundi, de vſufr. dicit hæc formalia uerba. No. arg. ꝙ cōcedendo princeps alicui caſtrū uidetur concedere ſiluas & venationes, argu. pro hoc c. l. ſi quādo. C. de bo. uac. quod uerū intellige, niſi fuerit ſpecialis defenſa ipſius principis, arg. de pigno. l. obligatione generali. de ritu nupt. l. generali.* De Bottis.

● ADDI-

denũciauerint Iuſtitiario aliquẽ de venatione ſuſpectũ, ſiue aſſignauerint eidẽ aliquẽ, vt eſt dictũ, in venãdo depreheẽſum, ſignificẽt nobis totũ proceſſum, & dimittãt liberè homines habentes terras & poſſeſſiones in defenſis, & circa defenſas, quas vt antiquas laborare & colere cõſueuerunt ipſas per ſe vel alios, ſicut olim fecerunt. Et pro affidatura vel defenſione pro prædictis terris, & poſſeſſionib. eorum propriis aliquid non exigant, vel recipiant ab eiſdẽ. Nec inquiſitionem per ſe vel alios de venationibus faciant, ſed Iuſtitiario regionis denuncient, vt dictũ eſt. Et ſi contra fecerint, qualibet vice, qua venerint contra quẽlibet p̄dictorum, reſtitutis ablatis, & reſarcitis dãnis eis, qui damna, vel ablationẽ ſunt paſſi, prædicti magiſtri foreſtarum amoti ab officijs ſine ſpe aliqua redeundi, pro noſtro arbitrio puniantur: Et eorũ ſuboffi ciales poſt reſtitutionem & emendationem damnorum, per annum carcere decludantur.

Quod boues ſine campanis poſſint paſcere in defenſis, dum tamen cuſtodes eorum arma, neque canes, non habeant. & quod Iuſtitiarij regionum habeant foreſtas, & defenſas in ſcriptis. Rubr.

ITẽ boues * ſine cãpanis poſſunt ſumere paſcua in defenſis, dum tñ cuſtodes arma non habeant, neq; canes ad maiorem cautelã, ne fraus aliqua cõmittatur. Et ne nouas foreſtas nec defenſas p̄dicti magiſtri foreſtarii facere poſſint, Iuſtitiarii regionum habeant foreſtas, & defenſas, & terras eorũ diſtinctas in ſcriptis, ſicut magiſtri foreſtarũ habẽt à Curia, vt poſſint melius ſcire, & inuenire ſi magiſtri foreſtarum manus ſuas extendunt extra terminos.

Et ſi p̄dicti Iuſtitiarii defenſas nouas factas alias, quàm quæ eis p̄ Curiam diſtinguũtur, inuenerint, eas reſtituant in priſtino ſtatu.

De caſtellanis. Rubrica.

CAſtellani, & ſeruientes Caſtrorum, ſecundum tenorem conſtitutionis Regni, extra Caſtra non deferant arma prohibita, niſi ſpecialiter pro ſeruitiis Curiæ tranſmittantur. Nec aliquod officiũ emant, vel exerceant in terra, vbi Caſtrum conſiſtit, vel alibi. Et non habeant in terris ipſis aliquos affidatos, quos à collectis, vel aliis oneribus Curiæ obſeruent immunes. Nec ſe de vniuerſitatũ negociis intromittant, nec aliquos authoritate propria capiant de perſonis ratione delationis armorum, vel alia occaſione quacunque. Et nullas extorſiones per terras, cãpos, & mãdras de rebus, & animalibus faciant. Nec à captiuis ſub eorum cuſtodia de mãdato noſtro deputatis, cum eos liberari cõtigerit, aliquid exigant, vel accipiant. Nec pãnos pro lectis, ligna, vel paleas, ſeu fœnum intra terras accipiant. Et ſi contra fecerint caſtellani, reſtitutis ablatis gagiis vnius anni priuentur: Seruientes verò poſt ablatorum reſtitutionem fuſtibus à Caſtrorum cuſtodia compellantur, excepto caſu priuati carceris, vbi tam Caſtellani, quàm ſeruientes pęna priuati carceris puniantur.

De terrerijs. Rubrica.

TErrerij, videlicet, Comites, Barones, & feudatarij, tam vltramontani, quàm Latini, nullos de perſonis capiant, nec priuatum carcerem faciant, tormenta, vel iniurias alias quaſcunq; non inferant vaſallis eorum, vel aliis quibuſcunque, nullas deſtitutiones, extorſiones, vel violentias faciant, defenſas pro parte ipſorum non exigant, nec de defenſis cognoſcant, vel ſe aliquatenus intromittant, cum impoſitio defenſarum debeat fieri per inuocationem noſtri nominis, cognitio & exactio eorum ſpectat ſolum ad noſtram curiam, vel ad Iuſtitiarium Regionum. Nulli de cõtrata ſub patrocinio, & recommendatione ipſorum recipiant gabellas redditurm, & prouentus terrarum ſuarũ non vendant inuitis. Et ſi contingat eos ad credẽtiam cõmittere tantum à credenzeriis ipſis recipiãt meros & puros prouẽtus, & redditus, quos ſecundum tẽporis qualitatẽ receperint, vel recipere potuerit. Nec etiam recipiãt ad habitationẽ in terris eorũ homines Demanii. Et ſi cõtra fecerint, p̄ tormentis, ſeu captione perſonę, pęna priuati carceris teneantur. Pro aliis verò iniuriis, pro qualitate delicti, per magiſtrum Iuſtitiarium, ſeu Iuſtitia-

---

● Additio. Itẽ boues. *Noua defenſę ſunt p̄hibita. idẽ ſtatuitur per Prag. Reg. Ferd. I. et ſic ceſſat difficultas, de qua g Capi. in dec. 182.* De B.

De caſtellanis.

CAſtellani. Iſtud cap. male ſeruatur in Regno.

Ibi, *niſi ſpecialr.* Vt in cõſtit. caſtellanis. & c. caſtellanos noſtrorũ.

Ibi, *nec ſe.* Vt in conſtitutio. culpam. de ſer. non exe. ſine licentia.

Ibi, *nec aliquos.* Pro hoc videtur c. itẽ ſtipendiarij, quod ſequitur infra. Barth. de Cap.

De terrerijs. Rubr.

TErrerij. No. ex iſto capit. multa bona. primò q̃ defenſa nõ poteſt imponi, niſi ex parte Regia. & cum hoc cõcordat tex. in conſtitut. quę incipit, ſi quis in poſterũ. de defen. impon. non autẽ imponi poteſt ex parte Comitis, vel Baronis, vel alterius, & impoſita nõ valet. Quãuis gl. in conſtit. cũ vniuerſis, dicat, q̃ ibi iam vſurpauerunt. & vide ad hoc c. quod incipit, Comitibus, & Baronibus. Ad aliud quod dicitur hic Demanij ibi, conſtitutionibus, in fine cap. vt in conſtitution. quæ incipit, quiſquis. de Burgen. lib. 3.

Ibi, *cognitio, &c.* Ad aliquẽ alium, quàm ad regalem Curiam, vel iuſti. regionũ defenſa non ſpectat. Et ſic capitaneus non poteſt defenſa cognoſcere.

Ibi, *pro tormẽtis.* No. quòd qui torquet aliquem, tenetur pœna priuati carceris.

Ibi, *defenſas pro parte.* Vide gl. in conſtit. cum vniuerſ. de Dema. non tenen.

Ibi, *cum impoſitio,* Vt in conſtitutio. de defen. impo. quæ incipit, iuris gentium. Bar. de Cap.

In ver. *ad credentiam.* Pro hoc capit. clarè probatur, quòd Comes, aut Baro poteſt committere procurationem bonorum ſuorum feudalium vaſallo ſuo, qui eſt ſub illo feudo, cuius procurationem in credẽtiam committat, ut ſine periculo res procedat. Et poteſt eſſe ratio huius conſtitutionis, quia ſicut libertus tenetur patrono ſuo naturaliter ad præſtationẽ operarum, l. ſi non ſortem. §. libertus. ff. de condict. indeb. ſic vaſallus tenetur dño ſuo ad huius obſequium procurationis in credentiã. Nam & aliàs fit ſimilitudo de liberto ad vaſallum ſuum, not. 12. q. 2. longinquitate. Sed cuius expenſ. fiet iſta procuratio in credentiam? videtur q̃ expenſis ipſius vaſalli, niſi ſit inops, ad ſimilitudinem liberti. argum. l. ſuo uictu. ff. de oper. liber. Contrarium videtur, quòd ad expen. Domini, vt vaſallus non cogatur proprijs ſtipẽdiis militare. 18. q. 2. Præterea quando committuntur aliqua officia per Regiam Curiam ſuis perſonis, debent committi ad expenſas Curiæ, non eorum quibus committuntur, ſicut dicit antiqua regni conſtitutio, de rebus prohibi. à quibus debent ſe abſtinere vniuerſi officiales, ſicut capitul. bonæ memoriæ Regis Caroli I. quod nullus officialis mittat aliquem pro ſeruitijs Curiæ cum propriis expen. cap. grauamina. q̃ vniuerſitates terrarum non cogantur deſerre pecuniã ad expen. earum. cap. item ſtatuimus q̃ terrerij. Credimus q̃ ſuper hoc ſit ſtandum conſuetudini, vel alteri iuri, quod ſuper hoc ipſis nouis capitulis repugnaret, ſicut apertè cap. grauamina. argum. l. ſi publicanus. ff. de public. in fine, & l. licitatio. §. eorum. Sed quid ſi Comes, vel Baro habet vaſallos in uno Caſtro, an poterit committere aliquibus ex eis procurationem omnium bonorum feudalium, quæ habet in alio caſtro? reſpondeo, videtur probabiliter dicendum, quòd ſi bona quorum procurationem vult committere, nõ ſunt multum longinqua, ſed propinqua (quæ propinquitas cõmittitur arbitrio boni viri) poſſent hoc facere, argumen. l. quod niſi. ff. de ope. li. & argum. l. penult. §. fina. de iure deliber. Barthol. de Capua.

Intellige hoc c. vbi eſſet conceſſum merũ, & mixtum imperiũ.

Baro non cognoſcit de ſpretus mãdatis.

Additio. *Hoc capit. allegat, & ſequitur Paris in tracta. ſynd. in rub. de exceſ. Baro. in 2. char. in vlt. colum. ad hoc quòd Barones, qui non habent merum, & miſtum imperium, non poſſunt aliquem ſuum vaſſallum capere de perſona, & carcerare, & ſubijcere quæſtionibus, & tormentis, ſub pœna priuati carceris, allegat & ſequitur Matth. in conſtit. iuſtitiarij nomẽ, in 22. no. quia Barones non habent merum, & miſtum imperium, vt in conſtitu. ea qua. Sed iſta ſunt meri imperij, vt inquit Specu. in tit. de iur. om. iud. §. 1. verſ. ſecundum leges, &c. & ita Matth.*

Concordat Prag. Reg. Ferdinãdi I. & noua Ceſ. Maieſt.

● Addi-

rium regionum pœnis legitimis puniantur. Pro deſtitutionibus verò, extorſionibus, & violentijs plectantur pœna conſtitutionibus comprehenſa, deſtitutis, & violentias paſſis ante in priſtinum ſtatum reductis, & eiſdem reſtituto extorto, pro vſurpatione earundem defenſarum noſtro arbitrio puniantur: reſtituto prius ſine difficultate quicquid poſtea abſtulerunt. Et ſi quos ſub patrocinijs, vel recommendatione, vel aliquos de terra demanij receperunt, ſimiliter ad habitandum in terris eorum, ſecundum formam nouæ conſtitutionis puniantur.

Quod non extendant ſe ad territoria vicina, tam demanij, quam ad alia. Rubrica.

ITem prædicti contenti antiquis territoriis terrarum ſuarum, videlicet, quas prædeceſſores eorum pro tempore habuerunt, ad territoria vicina, tam demanij quam ad alia, ſe aliquatenus non extendant. Et ſi contra factum fuerit, occupata in priorem ſtatum antè omnia reducantur, & in æſtimatione occupatorum noſtræ Curiæ teneantur.

Quod non faciant inquiſitionem authoritate propria, nec bannum imponant ultra Auguſtale unum. Rubrica.

Ex hac pœna imposita ultra auguſtale unū arguitur quod loquatur, quando non erat côceſſum merū imperium.

ITem ad inquiſitionem faciẽdam aliquã ſuper quocunque negocio authoritate propria nõ procedãt, nec bannũ imponant, nec imponi faciant vltra Auguſtale unum.

De duplicandis omnibus ſupradictis capitulis, in quibuſlibet terris famoſis, & quod tam ipſis terris famoſis, quàm alijs caſtris, & uillis tranſcripta reddantur. Rubrica.

ITem prædicta omnia capitula in ſingulis ciuitatibus & terris famoſis, in quolibet Iuſtitiariatu per ſingulos publicentur. Et tam ipſis ciuitatibus, quàm terris famoſis, quàm aliis caſtris, & villis tranſcripta reddantur, ſub ſigillo Iuſtitiarij regionis.

Actum Neapoli, Anno Domini MCCLXXXII. menſe Iunij 10. eiuſdem 10. Indict. regnorum noſtrum Hieruſalem anno 6. Siciliæ verò 17.

CONSTITVTIONES ILLVSTRISS. D. CAROLI II.*
PRINCIPIS SALERNITANI.

* ADDITIO. *Iſte Carolus hic mẽtionatus, eſt Carolus filius Caroli I. & demũ fuit Carol. II. hic Carolus II. fuit captus in bello nauali per Rogerium de Lauria Admiratum Regis Aragonum, & carceratus apud Barchinonam an. 1279. qui miraculosè euaſit, vt teſtatur Roſa aurea in Euang. Ioannis c. 20. ubi de apparitione facta per Dominum Maria Magdalenæ loquitur. Et licèt ipſa non dicat, quòd fuerit Rogerius de Lauria, ego tamen vidi ita in Cronica. Iſte Carolus mortuus eſt 5. Maij in aurora, anno 1309. cui ſucceſſit Robertus, qui die 3. Auguſti eiuſdẽ anni per Papam Clem. V. fuit Auinione coronatus,*

CAROLVS Illuſtriſſ. Hieruſalẽ, & Siciliæ Regis primogenitus, &c. Prælatis eccleſiarũ, Comitibus, Baronibus, & vniuerſis officialibus, ac alijs hominibus regni a Faro citra domini Regis fidelibus deuotis ſuis ſalutem & dilectionem ſynceram. Deſiderijs hactenus non minus immenſis, quàm arduis noſter ſpiritus laborauit aſſiduè, vt peculiare Domini patris noſtri prædilectumq; noſtrum hæreditarium regnum Siciliæ, quod tam olim occupatorum iniuſtiſſimis inſtitutis horrendam quodãmodo abuſione contraxerat ſeruitutem, quam in præſentiarum ab eiſdem regni præſidibus, aliorum officiorum geſtoribus conſuetudinariam conuerſam ad prædam extremæ ferè inopiam, exinanitionis incurrit, ab inſtitutionum labe ſeruilium noſtris parta laboribus noua lege reſurgeret, & tã ob pœnas pro commiſſis inflictas, quàm per edicta noſtra futuris obſtantia officialiũ tranſgreſſionibus, prædiſque ceſſantibus, expectata reaſſumeret fortunæ ſolatia: pinguioris tantum equidem piæ proſecutionis conceptum, dum authorante ſacro præfati Domini noſtri genitoris oraculo in locum cẽſuimus ſaluberrimæ ſanctionis educere, quod ab eo magnopere in hac parte popoſcimus, ea nobis faciliori ſucceſſerit inſtantia imperrandum, quo ad reparanda commoda ſubditorum non minori Rex deſiderio, quàm ſupplicans vrgebatur. Præfatis itaq; odioſis noſtri ſtatus incõmodis, fortunarumq; noſtrarum deteſtabilibus detrimentis, quàm citius ea inoleuiſſe credidimus, tam opportunis nos parauimus obijci remedijs occurrere tempeſtiuis, ne grauaminis ſeminarium peſtilentijs tenſis vndique proſerpẽs radicibus amœniſſimum paterni, ac noſtri regni pomerium longis in totum diſcurſibus occuparet. Imminentibus autem tam eidem Domino patri noſtro multimodis arduis in Romana Curia alibiq; negocijs quàm nobis etiã (vt nos credimus non latere) tam in Gallicis, quàm in longinquis experiri partibus perplexitatibus pluribus occupatis, caſus qui animos vtriuſque euocauit ad exteras à prioris executione propoſiti, interuallatione tẽporis longiori, quàm putauimus, non diſtraxit. Veruntamen cum ſummi clemẽtia Creatoris, quæ ſæpe dicto Domino patri noſtro regni gubernacula pia largitate cõceſſit, non ſine occulto cæleſtis prouiſionis miniſterio, tantæ commoditatis effectibus impedimenta dilationis paralle credatur. Rectè idcirco dilatum putamus vniuerſale regni, non noſtra, ſed Dei prouiſione remedium, vt interim recta Siculorum factionis contentæ nequitia in ſuis ſceleſtibus operibus procul a rebellione prodiret, ne diù ſub modio deliteſcens, & pœnam, quam merebatur deluderet, & vobis cæteris regni fidelibus in ſerenitatis noſtræ munificæ participio congauderet. Præbet ergo ſe nobis nunc, cæteriſque regni fidelibus immunitatis noſtræ præſtandæ tempus acceptabile. Hic verè ſalutis eſt dies, quo paternum noſtrumque non erat in manifeſto fidelitatis experimento iudiciũ, nec notoria proditionis oſtenſio ſub ſcuto fidei celari patitur infideles. Verè inſuper in vtroque veſtrum his tẽporibus dominus preces adimpleuerit Dauiticas, quæ in diſcernendis meritis ſubditorum ſui regni, verum dedit iudicium, Regiſque filio in retributione rectiſſima ſuam iuſtitiam eſt largitus. Nouas igitur noſtri nominis ſanctiones diuina in perpetuum concedente potẽtia valituras pro ſalubriori, tranquilloq; noſtro cæterorumq; fideliũ ſtatu ſummis a nobis uigilijs editas, vobis præſentẽ redactas in paginã duximus tranſmittendas, deuotioni veſtræ mãdantes, ac omni, qua poſſimus perſuaſione hortantes, quatenus ipſas obſeruare fideliter ſtudeatis, omnipotenti Deo gratias in humili cordis deuotione agẽtes, qui expectatas longiſſimis eui curriculis leges noſtras noſtris cõcedi temporibus eſt dignatus.

tus. & habeo ſermonem factum ſuper hoc D. Bartolo... de Capua. qui Robertus vixit vſque ad annum 1342. cui ſucceſſit Ioanna eius neptis, quæ fuit Ioanna I. licèt quædam Cronica dicat quod Carolus mortuus eſt die 3. Maij, in die Pentecoſtes. parum eſt error, ſepultus in Eccleſia S. Dominici de Neapoli: demũ eius cadauer aſportatum in Prouinciã, in monaſteriũ ibi per eum ædificatum. In Cronica Neap. dicitur quòd captus fuit anno 1283. & liberatus ex pacto cũ ſtagijs, relictis tribus filijs, videlicet Roberto, Raymundo Berengario, & Ioanne, cũ alijs quinquaginta militib. Prouenzanis, & ſoluit 40. marcas ſterlinarum cum promiſſione quod Carolus de Salcis frater Regis Francorum, qui fuerat inueſtitus de regno Aragonum, renuntiaret illi regno. De Bott.

Quod

1 *Quod ſoluantur decimæ eccleſijs, & quòd ſoluantur prouentus bonorum pupillorum. Rubrica.*

I*Tem ſtatuimus quòd comites.* In fi.primi reſponſi, vt in conſtit. quan. cæteris, ſuprà, de decim.præſta.& vide infra de ſol.deci.c. officiales comitum, & eſt Regis Caroli II. Petr.Pic.

Quæro hic de pulchra quęſt.vtrum Papa poſſit Regi vel alteri Principi concedere ſine peccato decimas clericorum. Hanc quæſtionem ponit, & examinat pro, & cõtra Auguſt.de Anchona, in tract. de eccleſiaſt.poteſt.in 73.q.principali, art.4. Tandẽ concludit, ꝙ non poteſt ſine peccato cõcedere Papa regi, vel Principi, ꝙ dictæ decimæ eccleſiarũ cõuertantur in proprios vſus Regis: ſed ſolũ pro euidẽti vtilitate eccleſiæ, ſubdens, vnde nõ debet Papa faciliter ſemper petitionib. Regum annuere, cum ſint quandoq; magis abuſiones, quam petitiones. non.n. eſt nouum ꝙ Papa, & alij prælati Eccleſiæ ſint iniuſtis petitionibus Regum & Principum pulſati, & frequenter iniurijs, & contumelijs quaſſati, vide omnino eum pulchre loquẽtem, & hanc cotã pauci ſciunt. ¶ Adde ꝙ cauſa decimarum pertinet ad iudicem eccleſiaſticum, non ad ſecularem, Spe. in tit. de comp.iud.§.1. verſi.16. Imò & per modum reconuentionis nõ ſpectat ad iudicẽ ſecularem. Spec. in tit.de recõ §.1.ver.& trado &c. Et in quãtum in hoc c. dicitur, ad requiſitionẽ &c. tu dic quòd immo iudex etiam ex officio poteſt cogere non ſoluentes decimas. Cardi. plenè in Clem. diſpendioſam.in 23.q.de iudi. ¶ Quid autẽ in decimis debitis priuatis perſonis, puta per antiquũ feudum, vel per priuilegium? Dic ꝙ agẽt via ordinaria, gloſ.in Clementi.1.in princ.ver.in eccleſijs, de decimis.

Sunt approbata p Hoſtien.

Præſtat argumẽtũ, quod prçſtatio fructuũ tem per faciẽda eſt tẽpore perceptionis ipſorum.

Adde ꝙ contra pactionem decimarũ poteſt præſcribi, Bar. in l. cõpetit, C.de præſcrip. 30.anno. Et quod contra ſolutionem decimarum non currit præſcriptio, neque tolli poteſt conſuetudine (cũ ſint debitæ de iure diuino) tenet pulchrè Ant.de Butrio in c.quia circa, de conſanguin & affini. refert & ſequitur Fel.in c.1.in 4.col.cir.fi. vbi cumulat infinitas concord. de treu. & pace. Adde hic ꝙ rebellis reſtitutus per Principem debet habere decimas, etiam pro tempore præterito.tex.eſt in l.Imperatores, in princ.ff.de public. & ibi Rom.gloſ.in Cle.tua nobis, de decim.plene Freder.de Sen.conſi.37. Adde quòd ille qui pertinaciter aſſerit decimas non deberi prælato eccleſiæ, eſt hęreticus. Petrus de Anchar.in clemen.1.§.ſane, de vſu.quem refert & ſequitur Matth.in conſut.inconſutilem, in 6.col.verſi.5. quære ibi omnino vide quia pulchrè loquitur. Adde quòd non ſoluens decimas eccleſijs (cum ſit in notorio crimine, & peccato) non debet abſolui per confeſſorem, Card.in cle.fi.in §.& quia, in 8.quæſt.de pœn. Adde quòd laici quotidie poſſident decimas de facto, ex tolerantia prælatorum. glo.no.14.q.1.in ſumma, in gl magna, in fi.quam allegat, & ſequitur Lexicon iuris, a quo dicitur, in ver.poſſidere ciuiliter. Adde, quòd decima exigi non poteſt propria authoritate, ſed peti dẽt rei vendicatione, ita dixit Alb.de Roſ. ĩ l.nullus.C.de iudic.& in l.extat. ff.quod met. cau.in prin.& ꝙ debeat peti rei vend.vel condictione ex canone, eſt gl. 16.q.1.moderamine.M.

De priuilegijs & immunitatibus eccleſiarum, & eccleſiaſticarum perſonarum. Rubrica.

VOlumus, & mandamus inuiolabiliter obſeruari, quòd decimæ, & aliæ quæ debentur eccleſijs & perſonis Eccleſiaſticis a tempore Catholicorum Regum Siciliæ, vſque nunc, & quæ recipi conſueuerunt ab eiſdem eccleſijs, & perſonis, ſine difficultatis obſtaculo, ac moræ diſpendio perſoluantur ſcilicet quæ debentur in pecunia in feſto Pentecoſtes; Et alia, quæ debentur in frumento, & alijs victualib. vino, oleo, ſeu fructibus alijs, illis temporibus, quibus percipiuntur, ſi non in pecunia vendantur. Et ſi aliqua ſunt, quæ certis diebus perſolui conſueuerunt, die debito perſoluantur. Et ne ad hoc eccleſiæ, vel perſonę eccleſiaſticę neceſſe habeãt ſingulis annis a Curia literas impetrare; Volumus, & ſub pœna dupli eius quod pro decimis, & alijs iuribus pſonis, vel eccleſijs quibuſlibet ſecundum ordinationem præſentẽ ſolutum non fuerit, debentur, ſecreti, ſeu magiſtri procuratores, & magiſtri ſalis, Baiuli, vel alij officiales, qui eas debeant perſoluere, tã præſentes, quàm futuri, teneantur eas integraliter ſoluere, ſecũdum quòd ſuperius eſt diſtinctum, authoritate præſentium, nullo inde alio mandato expectato.

Quòd ſoluantur decimæ eccleſijs, & quòd ſoluantur prouẽtus bonorum pupillorum. Rubrica.

ITem ſtatuimus, ꝙ Comites, Barones, & cæteri, qui tenentur ad decimas, & iura alia eccleſijs, vel perſonis eccleſiaſticis pro bonis quę tenent, ea teneantur ſoluere ſuis tẽporibus, ſicut hactenus extitit conſuetum. Et ad hoc authoritate præſentium ad requiſitionem perſonarum, quibus debentur per Iuſtitiarium prouinciæ compellantur. Hæc omnia volumus, quòd ſoluãtur per Balios quoſcunque, per quos bona pupillorum, terras, vel feuda tenentium, procurantur, ſiue Baliatus Curiæ teneant, ſiue alijs ſint commiſſi, ſiue terra, vel feuda aliquorum occaſione delicti, vel quacunque alia cauſa per Curiam teneantur.

De non trahendis clericis ad iudicia ſecularia, niſi pro bonis feudalibus. Rubrica.

ITem ſtatuimus, ꝙ clerici * ad ſecularia iudicia non trahantur, niſi pro bonis feudalibus ſecũdum conuentionem habitam inter ſanctam Romanam eccleſiam, & dominum patrem noſtrum.

Quòd rei fugientes ad eccleſiam non extrahantur inuiti. Rubrica.

ITem ſtatuimus, ꝙ eccleſiæ in toto Regno Siciliç gaudeant priuilegio eis per iura cõmunia indulto, ſcilicet, ꝙ rei, qui ad eccleſias cõfugiunt, abinde non extrahãtur inuiti, niſi in caſibus a iure permiſſis.

Quod domus prælatorum, ipſis inuitis ab officialibus cauſa hoſpitandi non capiantur, nec etiam lecti, nec etiam ibi criminalia iudicia exerceant. Rubrica.

ITem ſtatuimus, ꝙ domus * prælatorum, religioſorum, & aliarũ eccleſiaſticarum perſonarum, ſine voluntate ipſorum, cauſa hoſpitandi ab officialibus vel alijs perſonis, eis inuitis nullatenus capiantur. Et ſi de voluntate ipſorum prælatorum, religioſorum, & aliarum perſonarum receptę fuerint, ibi criminalia iudicia exercere aliquatenus non præſumant. Nec lectos, vel res ipſorum accipiant. Et ſi ſecus factum fuerit, poſt emendationem, & reſtitutionem damni, ſi Comes fuerit, vel Baro, qui contrafecerint, teneantur ad pœnam xij. vnciarum auri: Si ſimplex miles, ad ſex, & ſi Burgenſis ad tres.

De non trahendis clericis ad iudicia, &c. Rub.

I*Tem ſtatuimus quòd clerici, &c.* Adde tu, & intellige hoc eſſe verum, quando clerici pro feudo coram iudice ſeculari conueniuntur intentando petitorium, & ſic quando de proprietate ſola agitur, ſecus autẽ ſi iudicio poſſeſſorio impetũtur, nã tũc cauſa poſſeſſorij eſt agitanda coram iudice eccleſiaſtico, & non poterunt coram ſeculari conueniri, ita pulchrè intelligit, & declarat Luc.de Pen.in l.unica, in 5.col.ver.vnde clerici. C. de rei poſtu. lib. 10. & adde ad hoc, ꝙ cognitio de feudo pertinet ad dominũ feudi ſolum, cum agitur petitorio, ſecus ſi poſſeſſorio, cap.ex parte, dę fo.cõpet. Hoc c.allegat, & ſequit Matt.in cõſtit. iuſtitiarij nomẽ, in ult. col. quem omnino uide ſemper: quia pulchrè loquit, & allegat alia iura.

● Additio. Item ſtatuimus, quòd clerici. *Adde quòd in dicta conuentione declaratur, vt habeat locũ, quãdo agitur petitorio feudi, non autẽ poſſeſſorio, quia tũc clericus non conuenitur corã ſeculari. ita refert Luc.de Pen. in l.1.col.4. C.de re.poſtu. lib.10. vide de cauſa poſſeſſorij Guid. Papa deciſ.69.*

Quod domus, &c. Rub.

I*Tem ſtatuimus, ꝙ domus prælatorũ religioſorũ, &c.* Hoc c.refert & ſequitur Luc.de Pen.in l.fi.C.de med.& profeſſ.lib.10.& ſubdit ꝙ eſt c.inclyti Regis Car. II. & q̃ clerici, & eccleſia nõ teneant ĩ domo recipere ſtipẽdiarios, ſicut alij ciues, tenet Bar.ĩ l.2.C.de mun.pat.li.10.p l.1 C.de epi.& cle.M.

● Additio. Item ſtatuimus, ꝙ domos. *Dicit hic Luc. ꝙ in alijs nõ prælatis liberè poſſunt hoſpitari Iudices, & ſic decidit quæſtionẽ occurrentẽ nunc, verũ vniuerſitas teneatur dare domũ pro iuſtitia miniſtranda. Idem tenet ipſe Luc.in l.fi C.de profeſ.& medic. lib.10. & ibi meminit de hoc cap. & limitat, niſi eſſent domus publicæ. idem Luc.in l.3.C.de metat.lib.12.& in l.vnica, C.de pala. & dom.do lib.11.verſ.& nota. vide Bart.in l.reſcripto.§.fi.de muner.& hono.* De Bottis.

Quod nulla perſona laicalis, &c. *Rubrica.*

I*Tem ſtatuimus, quòd officiales, Comites, Barones, vel aliæ quæcunq; perſonæ, &c.* Hoc cap. allegat, & ſequitur Matth. in conſtit. Iuſtitiarij de cætero, in 2. no. in fi. Adde q Imperator, vel Rex excedit ſe immiſcẽdo electionib. prælatorũ, niſi habeat hoc ex priuilegio Papæ. Par. de Put. in tract. ſyndic. in princ. in rubr. de exceſ. Imperator. in 1. col. ver. excedit ẽt immiſcẽdo, &c. & allegat iura de hoc. Adde gl. iuris ciuilis in l. 2. C. de crim. ſacrileg. & dicit illa glo. q hæc fuit una de cauſis quare Imper. Fred. fuit depoſitus, & uide oĩno And. de Iſer. in cõſtit. diſputare, de ſacril. vbi refert & ſequit̃ illã gl. ¶ Tu tñ intellige hoc capitulũ, ut pulchrè per Inn. in cap. ſuper his, de accuſ. & ibi Abb. & ibi per me. Hoc capitulum alleg. Matth. in conſtit. maieſtati noſtræ. in ſecundo no. & ibi etiam refert inueſtiturã Regni. Vide eũ omnino. & ibi etiã eſt bonus tex. M.

Quod nullæ perſonæ laicales intromittant ſe de electionibus prælatorum, nec de alijs ſpiritualibus, niſi competat hoc alicui priuilegio iuris patronatus. *Rubrica.*

ITem ſtatuimus, q officiales, Comites, Barones, vel aliæ quæcũq; perſonæ laicales nõ intromittant ſe de electionib. prælatorũ, collectionibus feudorum, ſeu beneficiorũ eccleſiaſticorũ directè, vel indirectè, nec de alijs ad ſpiritualia pertinentibus, niſi hoc ex priuilegio, vel ratione iuris patronatus aliquib. cõpetat. Nec volumus propter huiuſmodi prælatos capitula eccleſiarũ, ſeu conuentus piorum locorum ipſorum conſanguineos, vel vaſallos quomodolibet moleſtari.

Quod clerici clericaliter uiuentes non communiceent cum alijs in collectis, nec pro bonis eccleſiaſticis, etiam patrimonialibus. *Rubrica.*

ITem ſtatuimus, quòd clerici,* qui clericaliter viuunt, nõ cogantur communicare cum alijs in collectis, & exactionibus alijs quibuſcũque, nec pro bonis eccleſiaſticis, nec pro patrimonialib. de portionibus eos legitimè contingentibus.

Quòd clerici clericaliter viuentes non, &c. *Rubrica.*

I*Tem ſtatuimus, q clerici, &c.* In uer. *qui clericaliter viuunt, &c.* Ergo ſi clericaliter non viuunt, tunc tenentur. ita ponderat Matthæus in conſtit. apoſtatantes, in pen. colum. Adde quod qui imponit collectam non debitam eccleſiæ, incurrit ſacrilegium. l. placet. C. de ſacroſ. eccle. Matth. in conſtitutione, multæ leges. in 2. col.

● ADDITIO. Item ſtatuimus quòd clerici. *Ad hoc c. vide Fel. in c. S. Maria. col. 55. ext. de conſtit. vbi de gabellis, & Affl. in conſtit. apoſtatantes. nu. 20. & Couar. in c. 31. col. fi. pract. qq.*

Intelligas in collectis perſoluendis Regi, non Baroni. ita Luc. in loco prædicto. col. 4 videlicet in l. vni. C. de pala. & dom. do. lib. 11. vide omnino l. ſiquis poſtea. de iudic. eſt ſubſcripta apoſtilla quocunque titulo ſint talia bona in eos tranſlata. ita ampliat hoc cap. Luc. de Penna in l. ſi diuina. col. 2. C. de exact. trib. lib. 10. De Bottis.

¶ An clerici teneantur ſoluere collectam de bonis per eos emptis, & acquiſitis? Tu de hac quæſtione vide multum egregie per Panor. in cap. fina. in pen. col. de vita & honeſt. cler. & Gem. in d. cap. hic allegato, de immun. eccle. qui ſequuntur opinionem Archid. & ibi vide plenè per me ad Gemin. ¶ Vtrum autem clericus pro collectis prædiorum poſſit trahi ad forum iudicis ſecularis? Bald. in l. de his. in princip. C. de epiſ. & cler. pulchrè examinat, & concludit quòd non. ¶ Adde q clericus non poteſt defenſare a collectis bona fratrũ, quæ vnà cum eis poſſidet diuiſa, uel indiuiſa, prætextu priuilegij ſui, ita no. inquit Luc. de Pen. in l. fin. in ult. col. uerſi. & ſic facit apertè, &c. C. de annon. & tribut. lib. 10. ad quod allegat etiam l. 3. C. de epiſc. & cler. & Spec. in tit. de clerico coniugato. verſi. quid ſi clericus coniugatus, &c. Et ibi etiam ponit quòd imò ſi quis alienaret fraudulenter bona ſua in clericum, uel alium, ut propterea poſſit collectas, vel alia munera euitare, perdit bona, quæ alienauit, & ſunt fiſco applicanda, & tantundem is, qui huiuſmodi rei miniſter fuit, ſoluere debet ex ſuis bonis. allegat textum notabilem, & quaſi ad literam in l. adire. §. in fraudem. ff. ad municip. Et quando clerici teneantur ſoluere collectas, & quando non, vide pulchre & notabiliter Andræam de Iſer. in tit. quæ ſint regalia. in ver. & extraordinaria collat. in 3. col. in princ. & vide omnino in hac materia vnam auream quæſtionem, quam ponit Lucas de Pen. in l. fin. in 2. col. verſi. huius gratia ſubijcio quæſtionem de facto, &c. C. de exact. tribut. lib. 10. cum ſeptem ſeq. col. & ibi etiam in 4. col. verſi. non obſtat etiam cap. &c. vbi declarat quomodo intelligatur hoc capit. vide eum omnino. ¶ Vtrum autem Papa poſſit clericos, & eorum bona per immunitatem eximere ab onere collectarum, quæ Principi ſeculari iuſtè debentur? hanc quæſtionem ponit, & concludit quòd non, Luc. de Pen. in l. ſin. in fi. C. de exact. tribut. lib. 10. ¶ Adde quòd ſi res eccleſiaſtica pro qua non ſubit onus collectarum eccleſia, perueniat ex locatione in cenſum uel emphyteuſim ad laicum, non erit ipſe laicus immunis ab onere collectarum pro ipſa, ita tamen quòd in æſtimationem ipſius res deducatur ea ſumma, quam pro ipſa re nomine penſionis vel cenſus præſtat eccleſiæ. ita Andræas de Iſer. in tit. quæ ſint regalia. in ver. & plauſtrorum, & nauium præſtationes, in 2. col. ubi pulchre loquitur. Refert, & ſequitur Luc. de Pen. in l. 1. in 2. col. ver. vnde ſi res eccleſiaſtica. cum princip. ſequen. col. C. de imponen. lucr. deſcript. lib. 10. vbi omnino vide, quia pulchre loquitur. ¶ Vtrum autem hodie eccleſia teneatur ſubire munera & collectas, quando Rex accederet ad exercitum, uel in caſibus,

in

in quibus uerſatur publica vtilitas? hanc quæſtionem pro & contra ponit & examinat Lucas in l. 2. verſi. ſed an hodie, & c. cum quatuor col. ſeq. C. de qui. munc. & præſt. lib. 10. & ibi tandem concludit q ſic, per plura iura & rationes, vt ibi per eum. Et ibi in fi. colum. uerſ. item an hodie, ponit aliam quæſtionem pulchram, an clerici hodie teneãtur ad cuſtodias ciuitatum. & tandem concludit q ſic, per plura iura, & rationes, vide eũ omnino. ¶ Vtrum autem poſſit adhiberi remedium, per quod clericis, & eccleſiaſticis pro ſuis poſſeſſionibus collecta imponatur? uide omnino Bart. tradentẽ duos pulchros modos, ſeu cautelas in l. reſcripto. §. fin. verſi. ſed quæro utrum, &c. ff. de muneribus & honor. uide omnino ibi. ¶ Vtrum autẽ valeat ſtatutum, quòd ſi quis vendiderit poſſeſſionem, de qua ſubuentiones, & collectæ Regiæ curiæ debeãtur, vel aliter alienauerit in clericum, vel aliam perſonam immunem ab ipſis ſubuentionibus, & collectis, talis alienans, & hæredes eius ad præſtationem collectarum teneantur? hanc quæſtionem ponit, & examinat prò & contra, Lucas de Penna in l. fin. in 1. col. ver. no. argumentum ex hac lege, &c. C. de præd. & omni. reb. nauicul. lib. 11. vide eũ omnino. Quid autem de eo, qui emit redditus clericorum, aut regis, vel Baronis? dic q non gaudet immunitate, qua gaudent ipſi vendentes, circa tranſlationem redditũum ipſorum. ita no. Archid. in c. quanquam. de cenſi. lib. 6. refert, & ſequitur Lucas de Penna in l. 2. in 2. col. C. de iu. reipub. lib. 11. ¶ Adde hic q non poteſt induci conſuetudo, quòd clerici ſoluant collectam de bonis patrimonialibus, quia eſt contra libertatem eccleſiaſticam. ita no. inquit Panor. in cap. Meſſana eccleſia. in fi. de electio. Et dum ſupra allegaui Archid. Adde q illud dictum voluit prius Spec. in tit. de immunit. eccle. in fi. & eum refert Gemin. & Philip. Franc. in d. cap. quanquam, & ita nuper conſului contra emptores redditũum, Epiſcopatus, ciuitatis, caſtri, & ſequitur gl. in clemen. fin. in verſi. non negociandi. de cenſib. ¶ Adde q ſi ſit aliqua poſſeſſio ſic æſtimata, appreciata, & allibrata in libro communis, & deinde deueniat ad clericum quocunque titulo, tunc clericus non tenetur ſoluere collectas, uel datia ratione illius. Illud eſt pulchrum conſiliũ Bart. in conſi. 189. incipien. ſi aliqua poſſeſſio, &c. Vbi per plura fundamenta ita tenet, & concludit, uide omnino eum, & dictum Spec. ſupra relatum, refert & ſequitur Laud. in tractatu de fiſco. in verſi. 116. incip. emptores redditũum. ¶ An autem clerici, & eccleſiæ pro bonis eorum teneantur ad collectam, quam uaſalli ſoluunt Baroni? hanc quæſtionem latiſſime examinat pro & contrà, Luc. de Pen. in l. fin. in 2. colum. verſi. huius gratia ſubijcio quæſt. cum 7. ſeq. col. C. de exact. tribu. lib. 10. Et tandem concludit, q ſic, per plura fundaméta, vt ibi per eum, quem omnino uide, & tene menti: quia facit pro pluribus caſtris, quæ ſoluunt annuatim tot uncias Comiti, & Baroni: quia ad eam collectam tenentur clerici & eccleſiæ. Adde q clerici, & prælati eccleſiarum prætextu ſuæ dignitatis non ualent ſe excuſare a collectis, quæ fiunt pro defenſione patriæ, & pro expellendis inimicis patriam deuaſtantibus. ita no. inquit Bertrandus, quem ibi ſequitur Iacob. Rebuf. in l. 1. verſi. & ſic facit hæc lex, &c. arg. illius tex. C. de naui. non excuſan. lib. 11. tene menti, quia faciet tibi honorem, quia pauci ſciunt. ¶ Vtrum autem collecta poſſit imponi clericis? vide Bart. in l. vnica. in 3. col. uerſi. itẽ quæro utrum collecta, &c. C. de mul. & in quo loco. lib. 10. & ibi per me ad eum. ¶ Adde hic pulchrã quæſtionem contra ruſticos, & laborantes terras eccleſiarum, ſeu clericorum ad medietatem, ſeu ad affictum, an teneantur ſoluere collectas, & gabellas, de parte frumenti eis cõtingentis, & alia onera, quæ imponuntur per dominum temporalem? hanc quæſtionem ponit, & examinat prò & contrà, Freder. de Sen. in conſi. 106. & tandem determinat quod ſic, & ipſum refert & ſequitur Petrus de Anch. in clem. 1. in 4. no. de decim. & Bened. de Peruſio in quodam ſuo conſilio incip. Si imponendis collectis, &c. in fi. cui conſilio ſe ſubſcripſit Ioan. de Mon. Sperello de Peruſio. Quod conſilium ego habeo ad pennã, & ſubdit Freder. de Senis, quem refert & ſequitur Pet. de Anch. q ſi dominus temporalis videns quòd non poteſt grauare eccleſiam directe, & expreſſe, grauat indirecte, grauando ſcilicet nimis ruſticos, & colonos ſuos, ita quòd eccleſia non inueniit, qui uelit laborare poſſeſſiones ſuas. In illo caſu hoc non debet tolerare Epiſcopus, ſicut in ſimili prouideret ipſis, de decim. cap. in aliquibus. de immun. eccle. c. fi.

lib. 6.

lib.6. Et illud dictum etiam Archid. refert & ſequitur Frederi. de Sen.& Petr de Anchar.in locis præalleg. Tu de hoc articulo, an clerici teneantur ad collectas pro poſſeſſionibus hæreditarijs, quibus ſucceſſerunt patribus, vel alijs perſonis, vide omnino Tancr. examinantem pro & contra.in ſua compendioſa,in rub.de quæſtio.cir.cautelas, in 10.quæſtione.

Quòd poſſeßiones & res alijs non obligatæ poßint obligari eccleſijs. Rubrica.

ITem ſtatuimus, quòd poſſeſſiones, & res, quæ non ſunt alijs obligatæ, poſſint à quibuſcunque dari, vel obligari eccleſijs, dummodo eædem poſſeſſiones, vel res curiæ non teneantur in aliquo. Si vero talis obligatio fuerit, propter quam datio, legatio, vel donatio impediri non poſſit: Tunc res, vel poſſeſſiones * ipſæ præfatis titulis, cum ſuo onere ad eccleſias transferantur.

Tandé concludit, quod non, per plura iura & fundamenta. Et ſubdit quod hæc eſt veritas. Tandem ſubdit vnam cautelam,quod in ciuitatib.quilibet ciuis promittat pro ſe,& ſuis hæredibus ſoluere perpetuò omnes collectas de bonis ipſorum præſentibus,& futuris,quę quocunque tempore per commune imponerentur,& ad hæc obligent omnia eorum bona, nam per hoc pactum poterit exigi a clerico,ut ab hærede, ſeu poſſeſſore bonorum obligatorum communitati: quia res tranſit cum ſuo onere. uide eum omnino, & tene menti, quia pauci ſciunt hanc cotam. Adde hic Bart. formaliter dicentem,nota iſtam legem cõtra clericos, ut propter iſtã ſocietatem,quæ venit in comitatu,deprædando & occidendo, ut poſſent clerici grauari ad datia,& collectas,& alia onera ſordida:vt contra dictas gentes reparetur.ita Bart.& dicit ibi Ioannes de Platea formaliter, & facit iſta lex ut eccleſia teneatur ad collectam pro recolligendis pecunijs dandis gentibus armigeris totum comitatum deprædantibus,ut diſcedant, vt dicunt Bar.& Ioannes de Plat. in l.nullus. C.de cur.publ. libro 12. tene menti, & vide omnino per me ibi. ¶Et pro hoc cap.noſtro uolente quòd pro bonis patrimonialibus clerici ſunt exempti a collectis: adde Andræ. de Iſer. idem dicentem in conſtitutione, ſtatuimus. in 1.colum.allega.l.2.C.de epiſ.& cler. licet non alleget hoc capitulum, quem refert & ſequitur Matthæus ibi in 6.colum.ſubdens eſſe menti tenendum, quia non ſolet allegari ad hoc.tene menti, & ibi etiam ponit, quod clerici pro bonis emptis tenentur ad collectas,& allegat Luc.de Pen.vide eum,& deciſionem Frederici de Sen.ſupra relatam, refert & ſequitur Ioan.de Platea in l.ſenatorum,in ver. quid autem de ruſtic. & colo.eccleſia.C.de dign. lib.12. ¶Adde hic, quod ſi eccleſia emit rem ſubiacentem tributo, res illa tranſit cum onere tributi. Bald. in l.ſi debitor. C.de diſtract. pign. refert & ſequitur Matth. in conſtit. hac edictali. in 2.notab. & ibi etiam ex hoc infert Matth.quòd ſi clericus emit res ſtabiles, quæ ſunt ſcriptæ in cataſtro pro collectis, tenetur pro iſtis bonis emptis ſoluere collectas regias. & dixit Card. in clemen.1. in 2. oppoſit.de immu.eccle. quòd ſi res ſemel aſcripta in collectis tranſiret in eccle. tranſiret cum onere ſuo,niſi daretur pro dote, vel pro fundatione eccleſiæ.Refert, & ſequitur Matth.ubi ſupra, & dixit pulchre Bald. in conſilio ſuo incip. Quidam laicus,&c.quod clericus ſuccedens laico, cogitur ad collectas in præteritum impoſitas ſoluendas, non ad imponendas refert & ſequitur Alex. poſt Bar. in l.Titia.ff.ad municip. & Matth.vbi ſupra, & dixit Bal. conſi.148.incip.Præmiſſo ſtatuto.in 1.vol.quod ad clericos tranſit cum onere ſuo ſuiſque uitijs.Refert & ſequitur Matth.ubi ſupra. M.

ADDITIO. *Quæritur an clerici teneantur ſoluere collectas cum laicis de bonis patrimonialibus, vel per eos emptis, ſeu aliter acquiſitis? & quantum ad primum eſt clarum, quia clerici eodem priuilegio gaudent pro rebus patrimonialibus, quo pro bonis eccleſiarum ſuarum, vt notatur in cap.ſi.de uita & honeſt.cleric.& ad maiorem cautelam ſuper hoc emanauit cap.regni reſcriptum, Item ſtatuimus quòd clerici qui clericaliter, &c.*

Sed de rebus emptis eſt maius dubium: Si fortè venditores de illis rebus prius ſoluebant collectam, dubium facit: quia collecta imponitur perſonis pro poſſeßionibus ipſarum l.reſcripto. l.fin.& l.munerum.la 2. §.patrimoniorum.ff.de munerib.& honor.vnde cùm ante acquiſitionem res erat affecta onere collectarum, videtur quòd tranſire debeat in clericum cum onere collectarum. ff.de contrah.empt. l.alienatio. & l.traditionibus.de acquiren.rerum domin.l.omnes.C.ſine cenſu vel rel. Tamen contrarium tenet Archid. in cap.1.de immunit.eccle. lib.6.quia collecta non eſt perpetua, nec certa: imò ſecundum varietatem negotiorum imponitur: & interdum in minori, & interdum maiori quantitate, ſecundum quod neceßitas requirit: igitur tale onus non dicitur durare, poſtquàm res peruenit ad perſonam priuilegiatam: & hanc partem dicit eſſe tenendam, & Io.Andr.ſequitur hoc in nouella: & ita conſuluit Bart. vt refert Bald.in l.placet.C.de ſacroſan.eccle. Ratio eſt, quia collecta debet imponi in perſonis ſubditis: Sed clerici non ſunt ſubditi laicis, & ita notat Bart. in l.vni.C.de mulie. & in quo loco. lib.10.& laici vel ciuitas, qui uel quæ imponunt collectam clericis, non ſolum pœnam excommunicationis & interdicti incurrunt, vt in cap.clericis.de immu.eccle.lib.6. ſed etiam in duplum tenentur reſtituere quod acceperunt a clericis, vt no.Archid.in c.vno.de big.lib.6. Et prædicta vera, niſi tractaretur de communi vtilitate, de quo per Iac. Butrig.in l.ad inſtructionem.C.de ſacroſan.eccle. Ad hoc quæ notat Speculator in tit.de cenſi.§.nunquid dictum.ver.pone quadam vicinia. Nic.

ADDITIO. *Quæritur, qui contineantur clericorum appellatione? dic preſbyteri, diaconi, lectores, & cantores, vt no.in auth.preſbyteros.C. de epiſc.& cler. & extrà de verb.ſign. c.ſi eccleſia. In tex. ibi, clericaliter. Ergo ſi non viuunt clericaliter, † non competit eis hoc beneficium. C.de epiſc.& cler. l.ſi qua per calumniam.& l.generaliter. de hæret. l.2.argu. ff.de pecul. l.liberam. Et qui dicuntur clericaliter viuere? qui omnibus alijs relictis, Dei omnipotẽtis inhæreant miniſterijs: vnde ceſſante cauſa ceſſat effectus, ſic.C.de reſtit. mil.l.1.C.de epiſ. & cler.auth. ſed neque, & auth ſi ſeruus.ibi,eos legitimè contingentibus, niſi cauſa neceßitatis imponatur, vt no. And.de Baru.C.de munerib.patrim.l.2.lib.10.& vide quæ ibi notantur. Ad hæc faciunt quæ no.C. de exact.tribut.l.fin.eod.lib.*

† ADDITIO. *Vide Abbat. in conſi. 6. vol.1.& Doct. in clem.præſenti.de cenſibus.* De Bottis.

Quod poſſeßiones & res alijs non obligata, &c. Rubrica.

I*Tem ſtatuimus, quòd poſſeßiones.* Hoc capitulum habet tria dicta. Vnum loquitur de rebus nemini obligatis, & ſic liberis: quia poſſunt dari,donari, vel eccleſijs offerri. Secundum dictum loquitur in rebus obligatis Curiæ, quæ non poſſunt dari, vel obligari eccleſijs: cuius dicti forte ratio eſt,ne Curia inducatur ad litigandum cum eccleſijs: In quarum fauorem multa capitula promulgaui. Tertium dictum eſt, quod ſi res,quæ datur eccleſiæ, eſt alij priuato obligata. Si vero obligatio non impedit dationẽ, ualet datio, & res trãſit cum onere ſuo.h.d. ¶Et no.quia ammodo videndum eſt, Quæ obligatio eſt illa,quæ impediat tranſlationẽ rei eccleſiaſticæ? & rñdeo,quoties eſt obligata Curiæ,vt in ſecundo dicto huius capituli: ſiue ſit obligata rõne publicæ præſtationis, vt ff.de publica.l.Imperatores.& ff.de hæred.vend.l.1.§.ſi quis pupil.& C.ſi pp public.penſitat.per totũ,ſiue rõne publicæ adminiſtrationis primipilariæ. C. de primipi. l.fin. lib.10.uel ex alijs cauſis.C.in quib.cauſis pign.tacitè cõtrah.l.1.& 2. & l.ſatis notũ eſt. ¶Et aduerte, quia hic corrigitur ius cõe poſitũ, de exact.tribut.l.fin.lib.10.ubi notatur,ꝙ res,de quib.debentur publicæ functiones,tributa,vel annonæ,poſſint trãsferri in eccleſijs,eccleſiaſticisq; perſonis,& priuatis: & tranſeunt cum hmõi onerib.cum hæc onera ſint realia,ut ibi patet: Et adeo ſunt realia,ꝙ non debẽtur niſi ab illis,qui poſſidẽt,& fructus percipiũt, ut de annon.& tribut.l.1.& l.indictionis.eo.tit.lib.10. & facit d.l.Imperatores. Sed quid de reb. de quibus debentur collectæ,an poſſint donari eccleſijs? vr quod nõ, ut hic.Sed certe hoc eſſet ſatis iniquum: ſequeretur.n.ex hoc,ꝙ nulla bona burgenſatica,ac priuatorũ poſſent donari eccleſijs,cũ pro omnibus debeantur collectæ: & ſic eſſet nimium reſtrictum beneficium charitatis.Vnde dico,ꝙ hmõi bona poſſunt donari eccleſijs, non obſtante hoc capitulo:quia hic loquitur qñ poſſeſſiones tenẽtur Curię: & ſic onus reale,puta tributũ,indictio,pẽſitatio, vectigal,vel annona, vel quid ſimile:de quib.modo dixi. At collecta nõ eſt onus reale, ſed mixtũ,vt ff.de mun.& ho.l.reſcripto.in ſi. cũ imponatur ciuib.uel incolis,ut ibi patet:;& nõ ſunt obligata ipſa bona,ſeu pdia ad collectas: ſed ipſi homines tenentur pro prædijs, id eſt ſm quantitatẽ poſſeſſionum & rerum. Aequaliter.n.imponuntur diuitib.& pauperib ſecũdũ quantitatẽ patrimonij. C.de apoc.pub.l.1.in ſi.in gl.in ver. inopes.& de diſcuſ.l.per ſingulas.& de mune.patrim.in gl.rubricæ, & l.1.& 2. lib.10.Patet ergo,ꝙ collecta quantum ad conſideratione quantitatis bonorũ eſt munus reale: quantũ autem ad obligationẽ eſt perſonale: quia perſonis imponitur,& perſonæ ſunt obligatæ pro reb.& propterea dr mixtum,ut in d.l.reſcripto. in ſi.Item propterea impoſitio collectæ dr per æquationẽ,quia peræquantur homines ſecundum facultates,vt no.C.de aduo.di.iud.l.ſancimus. ¶Itẽ poteſt eſſe alia obligatio impediens talẽ donationẽ,puta,ſi teneatur ab alia eccleſia in emphyteuſim,quo caſu poſſet illa eccleſia hanc donationẽ reuocare, ut in Auth.de alie.& emphy.§.ſi uero cõtigerit,col.9.¶Itẽ ſi ſunt res litigioſa.C.de litig l.2.& auth.ibi poſita.¶Itẽ ſi fuit vſib.publicis dedicata: vel alias non habebatur eius cõmercium in cõi: vt de leg.1.l.cætera.& l.ſenatus.§.regula. Inde eſt ꝙ res obligata poteſt dari eccleſię, ſiue ſit obligatio ſeruitutis realis, ſiue ſit obligatio conuentionalis pro debito: cùm ſemper tranſeat cum onere.C.de ſeruit.& aqua.l.ſi ex prouinciali.& de diſtract.pig.l.ſi debitor. Napod.Sebaſt.Nicol.

* ADDITIO. Poſſeſſiones. *Vide meder.in conſtitut.hac edictali. poſt conſtit.diuæ memoriæ. Sed quid ſi bona affecta uadũt ad exemptos. vide in conſi.83.vol.3. & an ſi bona prius ſoluebant poſtquàm ſunt data eccleſiæ teneantur. vide plenè conſil.Laur. Silua.32.& Guid.Papa deciſ.73.Et quid de ſtatuto laicorum,per Gramm.in deciſ.*100. De B.

* ADDI-

Quod vaſallis eccleſiarũ obligatis ad ſeruitia perſonalia non committantur ſeruitia per Curiam. Rubrica.

• Additio. Eccleſijs. *Etiam ſi ſint Iudæi, vt in conſtit. Item ſtatuimus, refert Capi. in dec. 168. col. fi. in prin.* De B.

Item ſtatuimus, quod vaſallis eccleſiarum, qui ea, quæ habent, ab eccleſijs * tenent, & ſunt eiſdem eccleſijs ad ſeruitia perſonalia obligati, officia per Curiam, Comites, Barones, vel alios, ſine ipſorum prælatorum licentia, nullatenus committantur.

Quod iura conceſſa eccleſijs, in quorum poſſeſſione ſunt, ſeruentur illæſa: de illis vero, in quorum poſſeſſione non ſunt, non fiat eis iuſtitia in Curia. Rubrica.

Quod iura conceſſa eccleſiis, in quorum poſſeſſione ſunt, &c. Rubr.

Item ſtatuimus, quòd priuilegia. Pro iſto capitulo vide cap. nolumus tuam latere notitiam, quod eſt regis Roberti. Pet. Pic.

Item ſtatuimus, ꝙ priuilegia & iura conceſſa eccleſijs, & perſonis eccleſiaſticis a Catholicis & antiquis Regibus Siciliæ in quorum poſſeſſionẽ ſunt, ſeruentur illæſa. De illis verò, in quorum poſſeſſione non ſunt, fiat eis ſine difficultate iuſtitia in Curia competenti.

Quod excommunicati durantes in excommunicatione vltra annum, denuncientur Curiæ per prælatos, qui eos excommunicauerunt, vel ſucceſſores eorum. Rubrica.

Quod excõmunicati durantes, &c. Rub.

Item ſtatuimus quòd ſi cõtingat in excõmunicationis laqueo, &c. Hoc cap. allegat, & ſequitur Matth. in conſt. patarenorum, in 9. col. & in conſtit. pęnam eorum, in primo notabili.

Item ſtatuimus, ꝙ ſi cõtingat aliquẽ in excõicationis laqueo vltra annũ cõtumaciter perdurare, per ipſos ꝑlatos, qui excõicationis intulerũt ſñiam, vel ſucceſſores eorũ, aut ꝑ capitulũ, ſi eccleſiã vacare cõtigerit, denũcieť Curiæ, & cõtra ꝑfatos excõicatos in cõtumacia perſiſtẽtes pœna debita per Curiã imponatur.

Quod poſſeſſiones eccleſiæ non auferantur, nec turbentur per Curiam. Rubrica.

Item ſtatuimus, quod officiales, & commiſſarij Curię poſſeſſiones & res, quæ ab eccleſijs poſſidentur, non auferant, nec in eis eaſdem eccleſias, contra iuſtitiam, perturbare præſumant.

Quod ſeculares perſonæ non intromittant ſe de aliquo crimine eccleſiaſtico. Rubrica.

Quod ſec. perſ. &c. Rub.

Item ſtatuimus ꝙ officiales, vel ſeculares perſonæ, &c. Vide oino cõſti. regni, maieſtati nſæ, & ibi Matt. hoc c. allegat. & idẽ Matt. i cõſt ſtatuimus, in 2. col. in rub. de vſu. pub. qđ dicit eſſe intelligẽdũ vt ibi ꝑ eũ. M.

Item ſtatuimus, quòd officiales, vel ſeculares perſonæ ſe nullatenus intromittant ad cognoſcẽdum de aliquo crimine eccleſiaſtico, nec impediant prælatos, vel ipſorum ſubofficiales, quin de ipſo crimine liberè cognoſcant, & vt puniant, vt eſt iuris.

Quod quilibet poſſit per mare extrahere de vna terra ad aliã libere, ſine aliquo iure, victualia & alia prouenientia, de terris & maſſarijs ipſorũ: emptitia uero, ſine iure exituræ, ſol. iure doha. de portubus tamen licitis & ſtatutis. Rub.

Baro pro fructibus feudi nõ ſoluit ius exituræ, uel dohanæ.

Item ſtatuimus, ꝙ prælati, & ꝑſonæ eccleſiaſticæ & Barones, vniuerſi & ſinguli hoies fideles dñi patris noſtri de regno poſſint per mare portare, & facere portari de vna terra ad aliã infra regnũ, frumentum, & alia victualia, & legumina prouenientia eis ex maſſarijs ipſorũ, vel redditib. terrarum ſuarũ, ſine iure exituræ, vel dohanæ. Emptitia vero ſine iure exituræ, ſoluto iure dohanæ, dummodo de portub. licitis, & ſtatutis, & cũ barcis paruis, a cẽtũ ſalmis infra extrahãtur, exonerẽtur ſimiliter in portub. licitis & ſtatutis. Et dẽt fideiuſſoriam cautionem ꝙ habeant rñſales de exoneratione ipſorum a Portulanis illorũ portuũ, in quib. exonerata fuerint, infra certum terminum, qui pro locorum diſtantia competens præfigatur.

Quod uaſalli eccleſiarum non trahantur coram officialibus Curię, niſi in criminalibus ſpretis defenſis, in portatione armorum & alijs, quorum cognitio pertinet ad Curiam. Rub.

Item ſtatuimus, ꝙ Iuſtitiarij, vel alij officiales nõ trahant vaſallos eccleſiarũ corã ſe, vel ad ipſorũ iudicia, niſi in criminalib. & ſpretis defenſis, in portatione armorum & alijs, quorũ cognitio ad Curiã regiã, vel officiales eius de iure pertinet.

Quod perſonæ eccleſiaſticæ poſſint cõpellere uaſallos ipſorũ & debitores ſuos ad ſatisfaciendum eis. Rub.

Item ſtatuimus, ꝙ prælati eccleſiarũ, perſonę eccleſiaſticę, & officiales ipſorũ, qui eorũ ſunt debitores poſſint eos ꝑ legitimũ modum cõpellere ad ſatisfaciẽdũ eis de debitis, & iurib. eorundẽ, cõtradictione aliqua illegitima non obſtante.

Quod ſi vaſalli eccleſiarũ eis ad perſonalia ſeruitia obligati aufugerint de terris, vel locis, in quib. morari debẽt, poſſint eccleſiarũ uaſallos coercere ad reuertẽdũ ad loca ipſa. Rub.

Item ſtatuimus, ꝙ ſi uaſalli * eccleſiarum eis ad perſonalia beneficia, vel ſeruitia obligati de terris uel locis eccleſiarum, in quib. morari debent, aufugerint, poſſint prælati & perſonæ eccleſiaſticæ præfatos vaſallos per omnem coercionis modum legitimè cõpellere, vt ad loca, a quibus receſſerant, reuertantur, & etiam commorentur in eis.

Quod Iudæis, qui ſunt uaſalli eccleſiæ nulla officia, uel grauamina committantur. Rubrica.

Item ſtatuimus, ꝙ Iudæis, * qui ſunt vaſalli eccleſiæ nulla officia committantur, nec aliæ oppreſſiones, vel grauamina inferantur.

De priuilegijs & immunitatibus Comitum, Baronum, & aliorum feuda tenentium. Rubrica.

Item ſtatuimus, ꝙ Comites, * Barones, & alij feuda tenentes vltra tempus trium menſium non te-

Quod ſi vaſalli eccleſiarum eis, &c. Rub.

Item ſtatuimus, quòd ſi vaſalli eccle. &c. Hoc c. alleg. & ſequitur Paris in tracta. ſynd. in rub. de exceſ. Baro. in 6. char. in prin. & ibi uide, quia pulchre loquiť, & Matth. in conſt. aſcriptitios, in 1. col. & in cõſi. quiſquis. in 9. notab. M.

• Additio. Item ſtatuimus, ꝙ ſi vaſalli. *Vide Capic. in dec. 118. & 168. Rex Robertus in vaſallis Caſtri Peteſiæ monaſterij caſæ nouę idẽ ſtatuit: imo plus, quod ſi tenent bona in feudũ ab eccleſia, ſi reuertuntur dimittant bona eccleſia, eſt prouiſio in regiſtro, quod tenet D. Barattutius fiſci Aduocatus, car. 41. cap. 84.* Piſanellus.

• Additio. Item ſtatuimus, quod Iudæis. *Quis cognoſcit de Iudæis, uide Guid. Pap. deciſ. 63. Archan. conſi. 196. col. fi. in prin.* De B.

De priuilegijs, &c. Rub.

Item ſtatuimus quòd Comites. No. ꝙ feudatarij nõ tenentur deſeruire dominis, niſi pro tribus menſib. pro adhoamẽto, & non ultra ſine pretio. ¶ Et pro declaratione huius c. vide Bar. in l. Mæuia. §. vxorẽ. de annu. lega. ¶ Sed quęro, ſi datũ eſt ſalariũ aduocato, ꝙ ſit aduocatus in cauſa principali, & in cã appellationis, verũ iſte aduocatus teneať ire ad aduocãdũ ad locũ iudicis appellationis, qui diſtat a ciuitate? Et dic, ex uigore ſalarij eſt conſiderãdũ, pro quo eſt gl. no. in l. ſed ex re. §. non ſolũ. ff. de procurat. Ad hoc facit ꝙ feudatarij nõ tenentur ſequi dñm ipſorũ, ſi non ſufficiunt redditus, licet ſuppleantur a dño, facit d. l. Mæuia, iam allegata. ¶ Sed pone ꝙ dñs non vult ꝙ vadat feudatarius ſecũ, ſed potius vult pecuniã pro ſeruitio ab eo, an audiatur iſte dominus? de qua quæſt. vide glo. in l. ſed hoc tempore. ff. de oper. liber. Pet. Pic.

• Additio. Item ſtatuimus, ꝙ Comites. *Feudatarij vltra tres menſes ſumptib. eorum non tenentur ſeruire. vide And. c. omnes filij. ſi de feu. fue. cõtrou. & pro intellectu huius cap. vide declaratoriam Regis Roberti in anno 1312. quã habeo in meo compen. ſub nu. 55.* De Bottis.

De ma-

neant ſeruire Curię ſumptibus proprijs, ſed ſi eos ultra prædictū tēpus Curia uoluerit in ſuo ſeruitio retinere, ipſis gagia debeat miniſtrare.

De matrimonijs contrahendis. Rub.

ITem ſtatuimus ꝙ licitū ſit * Baronibus, Comitibus, & aliis feuda tenētibus, vel ēt quibuſcunq; perſonis liberè matrimonia contrahere, filias, amitas, ſorores, & neptes maritare, filios uxorare, & alia matrimonia celebrare, in quib. hactenus requirebatur aſſenſus, ſine aſſenſu Curiæ impetrādo, dūmodo feuda, vel res feudi nō dētur in dotem, & dummodo eadē inter fideles cōtrahant, & fiāt. Quod ſi ſecus factū fuerit, ſiue ꝙ feudalia dentur in dotē ſine Curiæ aſſenſu, ſiue quod cū infidelib. cōtrahant, feuda amittant, illi q ſine aſſenſu cōtraxerunt, & ad ius Curiæ applicentur. Et qui cū infidelibus ſe de prædictis pſonis matrimonialiter copulauerint. Si vero bona feudalia dētur in dotē, requiratur aſſenſus, qui infra octo dierū ſpatium, poſtq̄ partes ad Curiam ꝓ eo requirēdo peruenerint, & ſe ipſi Curiæ pſentauerint, ſi ipſorū fides nota nō fuerit, nec in curia de ea cō ſtare poterit, fiat inquiſitio infra breue tp̄s quo poterit. Et poſtq̄ inquiſitio præſentata fuerit, ſm̄ merita inquiſitionis ipſius, q̄ citius poterint expediātur. Si verò per aliquos Curiales, ad quos expeditio pdictorū ptinet cōtra prædictā formam difficultatis obſtaculū, vel morę diſpendiū fuerit interiectū, ipſi qui hoc iuſto impedimento ceſſante, fecerint, teneantur prædictas literas de aſſenſu impetrare, volentibus expenſas, & damna integraliter reſarcire.

Quod Comites, Barones, & alij feuda tenentes poſſint petere adiutoriū a vaſallis ſine literis Curiæ. Rubr.

ITem ſtatuimus, quod Comites, Barones, & alii feuda tenētes, ſeu plati eccleſiarū, qui rōne eccleſiarū ſuarum terras, vel feuda tenēt a vaſallis ipſorum in caſib. regni cōſtitutionibus permiſſis, poſſint moderatū adiutorium petere ſiue recipere, nec neceſſe habeāt ſuper hoc literas impetrare, cum ſufficiat pdictæ cōſtitutionis edictum. Si verò in caſu nō conceſſo vltra moderatum adiutorium, ſm̄ ꝙ iſta cōſtitutio ponit, aliquis prædictorū vaſallos ſuos afflixerit, poſt emendationem damni faciēdam perſonis, quibus illatum eſt, teneatur Regiæ Curię ad duplū illius, quod indebitè extortum fuerit, vel ſuperexactum illicitè.

Quod Comites, Barones, & feuda tenentes in regia Curia perſonaliter ſeu realiter litigātes per cōpares abſoluātur, uel condemnentur. Rub.

ITem ſtatuimus, ꝙ ſi Comites, Barones, & feuda tenentes in Regia Curia, ſeu realiter litigabunt, vel cōueniant & accuſent alios, ſiue conueniantur, aut accuſentur ab aliis, per compares abſolui debeant, aut etiā condemnari, & ipſorum cauſæ qualeſcūque fuerint, prout melius, & citius poterunt, terminentur.

Bona feudalia non poſſūt dari in dotē ſine regio aſſenſu.

Adiutoriū a vaſallis abſque aſſenſu regio.

De matrimonijs contrahendis. Rubrica.

I*Tem ſtatuimus quòd licitum ſit.* Illud capitulum corrigit conſt. honorem, & ſeq. quæ incipit, cum hæreditatem. inf. de vxo. non da. & videtur contradicere conſtitutio, humanitatis. in fi. Pet. Picc.

ADDITIO. *Hoc c. alleg. & ſequitur Matth. in deciſ. 393 inci. in cōtingētia facti, in 2. col. ver. ſecūdo allegabā ſuper gl. ad prædictū c. ver. verū aūt feudū, & bona feudalia. Et feudū an poſſit dari in dotē ſine aſſenſu regis, adde quod pulchrè inquit Lu. de Pen. in l. fi. in 1. col. ver. ſic etiā dicitur iniqua. C. de prad. & om. m. reb. nauicula. li. 11. vbi inquit, ꝙ dicitur iniqua, & non ſeruanda conſtitutio Regni Siciliæ, quæ dicit non poſſe dari feudū in dotem ſine aſſenſu regis, quod per hanc uiā indirectam impeditur bonū matrimonij, & alleg. ad hoc And. de Iſer. in c. Imperialem, in princ. de pro. feu. alien. per Freder. Vtrum autem poſſit feudum obligari pro reſtitutione dotu? dic quod nō, in præiudicium domini. Bal. in c. 1. §. curſus, in 2. col. ver. iuxta prædicta quæro. de contr. inueſtit. vbi omnino vide, quia pulchrè loquutur. Tu de hac q. an feudum poſſit dari in dotem ſine conſenſu domini, vide melius, & plenius quā per aliū, per Fran. Cur. in tracta. feu. in 4. par. prin. in 4. q. prin. vbi per tres col. examinat, referendo omnes opiniones, vide ibi ſemper. Et de hac quæſtione uide omnino Luc. de Pen. latè diſputantem pro, & cōtra, in l. pen. in pen. col. ver. hac faciūt ad q. &c. cum ſeq. col. C. de prapo. ſacr. cub. lib. 12. vbi tandem diſtinguit, quod aut in hoc conſenſit filius maſculus, aut non. Primo caſu pater poteſt facere, ſecundo caſu non, vt ibi latè per eum, quem ſemper videas, & ibi etiam ponit, quid ſi haberet plura feuda, & dicit Io. de Lau. conſuluiſſe, ſi alijs bonis feudalibus careat, unum feudum poſſe filiæ ſuæ in dotem dare, etiam inuito filio. Quod tamen reprobat ipſe Luc. concludens per plura fundamēta omnino non poſſe vnum feudum in dotem dari. Quinimò ſubdit ſecundum ordinationem ſapientiſſimi Regis Roberti, (quam editam refragantem conſt. ſcribi in regiſtro vidit) non poteſt pater, nec frater etiā, obligare ſorori feudum pro dote, ſed ſolum fructus feudi, vſque ad certum tempus, cum aſſenſu regis, vide eum omnino. Adde hic And. de Iſer. in conſt. in aliquibus, in 2. col. vbi inquit ꝙ non reperitur iure cautū, quod pro dote ſororis ſit obligatum feudum, refert Matth. in conſti. ſi quis poſt litem, in 8. col. de quo etiam ſe remittit ad And. in c. Imperialem, in prin. in 7. q. de prohib. feu. alie. per Fred. vbi etiā dicit ſe dixiſſe. Adde hic ꝙ quando obligatur feudum, tenetur Rex aſſentire, & præſtare aſſenſum. ita no. voluit And. in d. conſti. ſi quis poſt litem. in vlt. col. Matth. tamen ibi in 8. col. dicit, quod in hoc ſunt contradictiones ſapientum, uide omnino eum. & ibi etiā ſubdit quod quando feudum datur in dotem, princeps tenetur aſſentire, per hoc c. Regis Caroli II. editum in planitie ſancti Martini, incip. item ſtatuimus, &c. Et ſubdit ꝙ ſapientes regni extenderunt hoc c. quando feudatarius recepit dotem ab uxore in pecunia, & obligat ſe, hæredes ſuos, & omnia bona ſua, & ſuorum hæredum, Burgenſatica, & feudalia, in caſu reſtitutionis dotium, tūc Rex dicta obligationi tenetur præſtare aſſenſum. Et ſubdit ꝙ Rex Ferdinandus Catholicus omnibus obligationibus rerum feudalium pro iuribus dotalibus mulierū Neapolitanarum generaliter interpoſuit ſuum aſſenſum, in capitulū conceſſum dictæ ciuitati Neapolis. Adde hic Hoſt. & Io. And. in c. ex parte. de ſ. u. vbi dicūt, ꝙ illud quod ibi traditur in gl. 1. dicente quod feudum non poteſt alienari, ſed bene poteſt in dotem dari ad vitam feudatarij, illud procedit in feudo temporali, quia non poteſt dari in dotem, niſi pro illo tempore: ſed ſi feudū eſſet perpetuum & paternum, ſecus eſſet, quia illud poterit ſimpliciter in dotem dari, & ēt pro anima dari, refert, & ſequitur conſulendo Alex. in conſ. 28. incip. in cauſa. & lite. &c. in pen. col. verſ. poſſet etiam adduci, &c. in 5. col. M.*

ADDITIO. Item ſtatuimus, quod licitū ſit. *Ad hoc c. vide Affl. in conſt. ſi quis poſt litē, nu. 12. & in conſt. fratribus. Loff. conſ. 33. nu. 8. & in quibus caſibus teneatur Rex aſſentire, vide Affl. in d. conſti. ſi quis poſt litem. Et an ſtatutū poſſit prohibere matrimonia alterius ciuitatis uel ſectę, vide Bal. in l. nemini. C. de nup. & Zanett. in 11. differ. iur. ciuilis & cano.*

Iſtud cap. non habet locum, quando matrimoniū contrahitur de licentia Regis, quia nō requiritur aſſenſus. ita And. in alleg. conſti. fratrib. in fi. & latius in conſ. 16. 1. car. in 2. par. meorū conſiliorum. De Bot.

ADDITIO. *Glo. ſuper verbo, quo ad aſſenſum ad matrimoniā impetrātium, corrigitur c. Regis Caroli I. quod incipit, Ad maieſtatis noſtrę audientiam. Item corrigitur cōſt. regni de vxore non deducēda ſine perm. cu. l. honorem noſtri diadematis, lib. 3.* Nap.

ADDITIO. *Verum autem feudum & bona feudalia poſſint in dotem dari ſine aſſenſu Regis, vide per dominum And. de Iſer. plene, de probib. feud. alien. per Freder. & pleniſſime per eundem in conſtitu. regni fratribus.* Nicol.

ADDITIO. Dentur in dotem. *Contrarium videtur ſtatuiſſe Papa Honorius, qui voluit, ꝙ feuda & bona feudalia poſſint in dotem dari ſine conſenſu domini, in c. quod incipit, in matrimonijs. Quidam tamen dicunt ꝙ illa fuerunt ſuſpenſa tempore Regis Roberti, ſi eſt uerum, vel non, exquire do. And. qui dicit, ꝙ non ſeruantur, ut refert in tit. quæ fuit prima cauſa beneſ. amit. §. ſed nec inſtū. circa fi. & in cōſt. regni, poſt mortē. De iſta materia uide plene per eundē, de prob. feu. ali. per Fred.* Nap.

ADDITIO. *Item nota quod iſta tria, ſcilicet, feudum, aliqua pars feudi, vel res feudi ponuntur tanquam diuerſa.*

Quod Comites, Barones, & alij feuda tenentes, &c. Rubr.

I*Tem ſtatuimus ꝙ Comites, Barones, & alij.* ibi, Quæ conſtitutio incipit, q̄ plurium regni noſtri, pro quo uide etiam ī. c. quod incipit, Comites & Barones, in quo datur modus vſq; ad quam ſummam poſſunt grauari vaſalli. Pet. Picc.

Hoc c. allegat, & ſequitur Matth. in conſtit. hoſtici, in 5. col. ver. 14. quæro, ecce feudatarius, &c.

ADDITIO. *Vide conſt. ut vniuerſis & ſingulis regni noſtri fidelib. honor. &c. Et uide dictū Bal. in l. 1. in fi. C. ne liceat in una eademq; cauſa.*

Quod Comites, Barones, & feuda, &c. Rubr.

I*Tem ſtatuimus quòd ſi Comites, Barones, & feuda tenentes, &c.* Hoc c. allegat, & ſequitur And. de Iſer. in d. cōſt. vt vniuerſis. in 2. no. quē omnino vide. & Matth. in rub. ibi, in fi. & latius in d. conſt. ut vniuerſis, in 2. no. & eundem ibi, in 4. no. cum duobus ver. ſeq. M.

Contra iſtud c.eſt cõſtitutio, vt vniuerſis. de ſerua.inde.cor.

Iſtud c eſt illud quod no.in conſt.uniuerſis, in glo.Auth. ut nulli apud pro.epiſcõ. §.illud. coll. 6.in §.Baronib. M.

Quòd Comitib. &c. Rub.

I*Tem ſtatuimus, quòd comitibus.* Iſtud cap. hodie accipit aliã diſtinctionẽ focularioriũ, vt in c.cland.de maleſ. P.P.

Hoc c.alleg.& ſequit Matth. in cõſt. magiſtri Camerarij.in 8.not.i ſi.

Quòd Comitibus, Baronibus, & alijs nobilibus viris per Curiam aliqua ſeruitia, quæ eos non deceat, minimè committantur. Rubr.

ITem ſtatuimus, quòd Comitibus, Baronibus, & alijs nobilibus, & militaribus viris per Iuſtitiarios, & alios officiales Curiæ nulla ſeruitiorum executio demandetur, quæ ſtatum, & conditionem eorum non deceat, nec cauſa vexandi eos, vel iniuriam inferendi aliquid committatur.

De priuilegijs & immunitatibus ciuium, Burgenſium, & aliorum hominum, a Faro citra. Rubr.

STatuimus, mãdamus, & volumus inuiolabiliter obſeruari, ꝙ in collectis, talijs, ſiue quæſtis generalibus, & ſpecialibus, ſeu ſubuentionibus, quibuſcũque hominibus regni a Faro citrà, vſque ad confinia terrarum ſanctæ Romanæ eccleſiæ, quæ in fidelitate Regis remanſerunt, ſeruetur ſtatus, vſus, & modus, qui tempore felicis recordationis Regis Gulielmi II. extitit obſeruatus. ſecundum quem in conuentionibus habitis inter ſanctã Romanam eccleſiam, & Dominum patrem noſtrum tempore collationis factæ ſibi de regno plenius continetur. Qui ſtatus, modus, & vſus pro eo quòd conſtare nõ poteſt, quia vel nulli, vel pauci ſuperſunt, qui poſſint de hoc teſtimoniũ perhibere: Volumus, ꝙ per ſanctiſſimum patrem & D.D. Papam Martinum ſummum Pont.declaretur, exponatur, ſeu determinetur, & diſponatur, & ad eandẽ determinationem, declarationem, expoſitionẽ, & etiã diſcuſſionem, & ordinationem celeriter, & de facili obtinendã, nos noſtros ſolennes & fideles nuntios tranſmittimus, ita ꝙ per totum menſem Maij primo futurum ad tardius ſint ibidem. Infra quem terminum homines cuiuſlibet Iuſtitiariatus partium prædictarũ duos nuntios de melioribus, ditioribus & fidelioribus totius prouinciæ ad prędictam declarationem, expoſitionem, determinationem, & ordinationem impetrandam, ſeu etiam audiendam tranſmittant, ita ꝙ in eodem termino ſint ibidem. Et ad hoc per Iuſtitiarios earundem prouinciarum, quibus ſuper hoc literæ noſtræ tranſmittuntur, inducantur: & etiam ſi neceſſe fuerit, compellantur. Quam determinationem, expoſitionem, ſeu declarationem, vel ordinationem permittimus pro parte Domini patris noſtri ad noſtrũ poſſe, noſtra & hæredum noſtrorũ penitus ſemper inuiolabiliter obſeruare. Et ex nũc omnino omnia reſidua collectarum quarumcunque, ad quæ aliquæ prouinciæ, terræ, vel loca tenebantur, vel etiam tenentur, remittimus, & eis gratioſè donamus: Volentes ꝙ de illis nullatenus impetrentur, nec ante determinationem, declarationẽ, expoſitionem, & ordinationem prædictam a prædictis prouincijs, vniuerſitatibus, terris, vel locis collectæ nomine peti aliquid faciemus, niſi in caſibus in conſtitutionibus comprehenſis, nec ad mutuum compellantur inuiti.

Quod cudatur moneta bonæ tenutæ, ſecundum quod ſtatui dictarum partium uidebitur expedire; pro qua expendenda non fiat collecta, ſed dabitur campſoribus, & alijs eã ſponte recipientibus, & erit perpetua. Rubr.

ITem permittimus, atque ſtatuimus, quòd de conſilio proborum, & legalium virorum habentium huiuſmodi rei peritiam, cudi faciemus monetam bonæ tenutæ, pretij, & valoris, ſecundum quod ſtatui prædictarum partium videbitur expedire. Pro qua expendenda non fiat collecta, nec diſtributio, ſed dabitur campſoribus, & alijs mercatoribus eam volentibus ſponte recipere, & præfata moneta erit perpetua, nec mutabitur aliquo tempore, ſed in ſuo pretio & ſtatu obſeruabitur.

De pœna clandeſtini homicidij. Rubrica.

ITem ſtatuimus, quòd pęna, quæ pro homicidijs clãdeſtinis commiſſis in aliquibus locis, ſeu territorijs ipſorum ad ſummam centum vnciarum, vel quinquaginta ſuerat augmentata, reducatur ad formam conſtitutionis antiquæ, ſecundum quòd per nouellam & ultimam conſtitutionem Domini patris noſtri nuper extitit ordinatũ. Quæ pœna tunc demum exigatur, ſi mortuus inueniatur aliquis, qui non aliquo tempore ſuperuixit, & verba conſtitutionis antiquæ in faciendo inquiſitionem ſeruentur, & in ſuo proprio intellectu remaneãt, nec recedatur ab eis.

Quod ſeruetur capitulum de libertate matrimoniorum, ſicut ſupra dicitur in ſchedula Baronum. Rubrica.

ITem ſeruetur capitulum de verbo ad verbum * de libertate matrimoniorum, ſicuti eſt ſchedula Baronum ſuperius prædiſtincta.

Quod non poſſit fieri excuſatio per preſonerium, vel familiares eius, niſi ſit crimen publicum. Rubr.

ITem ſtatuimus, quòd magiſtri Iuſtitiarij, & Iuſtitiarij regionum non faciant accuſationem calumnioſè moueri, vel fieri contra aliquos, quos criminoſos dicunt, vel aſſerunt per preſonerios, vel familiares ipſorum; ſed ſi aliquis eos legitimè accuſare, vel iniuriam paſſus, ſi crimen priuatum commiſſum dicatur, vel quilibet alius, qui de iure ad accuſandum admittitur, ſi crimen publicum fuerit, qui non ex ſuaſionibus alicuius, ſed proprio motu ad accuſandum ducatur, accuſationem eius recipiat, & in ea, iuſtitia mediante, procedat.

De pœna clandeſtini homicidij. Rubr.

I*Tem ſtatuimus, quod pœna.* No. ꝙ tunc proceditur de homicidio clandeſtino, cum eſt inuentus occiſus. Et no. bonum dictum ad excipiendum pro vniuerſitate citata pro homicidio clandeſtino, uidelicet quia ſit inuentus unus mortuus, & nõ occiſus. No. quod eſt contra prima facie de matr. contrah. Et cum iſto c.concordat glo.in conſtit. ſi damna clandeſtina. in ver.occiſus. Bartho.

Additio. *Hoc c.refert & ſequitur Matth. in conſti. ſuper inciſionibus. in 8.colum. in verſi. & ſcias ne erres. Ego pro hoc adduco aliud ca. incip. conſtitutionẽ diui patris noſtri, ibi, inuento occiſo, &c. tene menti illud cap. quia nullus allegat, nec ponderatur ad hoc, pro hoc etiã pondero tex. in conſti. ſi damna clandeſtina. ibi, qui reperitur occiſus. quem tex. ad hoc no. And.de Iſer. ibi, in 7. col. in ſi. in ver. occiſus. dicens non idem eſſe ſi ex vulnere ſuperuixiſſet: & allegat hoc c. Idem tenet glo. ibi, in ver. occiſus. & ibi ſequitur Matth. in 8.colum. verſi. una quæro cum glo.* M.

Quod ſeruetur capitulũ de libertate matrimoniorum, &c. Rub.

I*Tem ſeruetur.* Nota quod eſt in prędedẽti facie de matrim.cõtrah. quod inc. itẽ ſtatuimus ꝙ licitum ſit. B.de Ca.

Additio. Item ſeruetur. *ibi*, ad verbũ. *incipit, item ſtatuimus. & per illud derogatur legi regni incip. honorẽ noſtra diadematis.* De B.

Quod non poſſit fieri accuſatio per preſonerium, &c. Rubr.

I*Tem ſtatuimus, quod magiſtri Iuſtitiarij.* Magiſtri Iuſtitiarij non debẽt facere mouere accuſationem priuatã per preſonerios, vel officiales eorũ contra aliquẽ. Sed poteſtas bene auditur & recipitur.

Ibi, *procedat. in fine.* No. quòd officiales poſſunt cognoſcere de iniuria facta officialib. ſuis: Sed de iure cõi contra eſt, quia vſq; ad lit. conteſt. ff.de offi. pſid. l. ſtatus. & l. qui iuriſdictioni. & in caſu iſto ex inquiſitione Iuſtitiarij. P.P.

Quod ſi aliquis tenet aliquam poſſeſſionem, &c. Rubr.

I*Tem ſtatuimus, quod ſi procuratores.* Nota quod in cauſa fiſcali eſt ſeruandus iuris ordo: pro quo uide glo. in conſtit. inter multas, de offi.procur. Pet.Pic.

Vide omnino late Matth. in conſtitut. inter multas. in 4. notab. ibi allegat hoc cap.

● Additio. Item ſtatuimus quod ſi procuratores. *Vide And.in conſtit. inter multas, & prag.Regis Ferdinādi I. de ſeruitijs vaſallorum, vbi mandatur idem, & inſeruntur verba huius cap. dicit Bald. quòd in cauſa fiſcali, quando debitum eſt liquidum, non ſeruatur ordo iuris, quādo non eſt liquidum ſeruatur & requiritur ſententia in l. 2. in princ. C. quando fiſc. vel priua. & hic tollitur dubietas, quia ſubdit legitimè conuinci tur, &c. & vide de ordine glo. in l. prolatam. C. de ſentent.* De Bottis.

Quod ſeruitia Curiæ non commit. &c. Rub.

I*Tem ſtatuimus, quod officiales.* Iſtud capitulum concordat cū conſtit. inter nullas. ibi, patris noſtri indulta: ut no. in ca. quod incip. itē iuſtitiarij nō ordinarie.

Ibi, *in locis conuicinis.* Sed quæ dicūtr loca conuicina, & coniuncta? dic quòd ſunt illa, quę ſunt coniuncta cum illa ciuitate, vel caſtris, vnde cō miſſarius eſt oriundus medio interiecto: nā uicinus dr. quia vice vnius loci cēſeat: vt extrà de præſumpt. c. quoſdā. & de verb. ſig. cum ſi. P.P.

Hoc allegat & ſequitur Matth. in conſtitut. Magiſtri camerarij. in 8. no. & vide aliud cap. in præced. col. in princ. incip. Item ſtatuimus, quòd comitibus.

● Additio. Sint idonei. *Secundum tenorem conſtit. incip. Itē iuſtitiarij, ſup. & vide inf. c. itē ſtatuimus, &c. Rex Robertus ad inſtantiam vniuerſitatis Vaſti Aymonis interpretatur, quod Terra ſeu loca conuicinua non ſint ultra legalem dietam miliaria 20. niſi infra ipſam dietam non ſint terra de demanio. eſt litera in regiſtro car. 42. c. 86. quod eſt penes D. Baraſtutium fiſci aduocatum.* Piſanellus.

Quod nihil ſoluatur pro ſcripturis, &c. Rub.

I*Tem ſtatuimus, quod ſiue in magna Curia.* Pro huius cap. materia vide in conſtit. quæ incipit, cauſas alias. de liuga. Barth. de Cap.

Additio. *Tu de hoc ritu, ſeu c. vide omnino per Matth. in conſtitut. pro ſcripturis. verſi. ſed iuxta hoc quæro. vbi ponit quidnam ſeruetur hodiernis temporibus, vide ibi omnino. Hoc c. etiam allegat, & ſequitur Matth. in conſi. cauſas alias. in 5. no. & dicit ibi Andr. quòd illa conſtit. corrigitur per hoc cap.*

Quod ſi aliquis tenet aliquam poſſeſſionem Curiæ occupatam, non priuetur ea, donec conuictus fuerit in iure. Rubrica.

ITem ſtatuimus, quòd ſi procuratores * fiſci, vel alij officiales, ſeu publicę perſonæ, ad quorum officium iſtud ſpectat, credant poſſeſſiones aliquas, ſiue iura ad fiſcū ſpectātia detineri per aliquos occupata, detentores, ſeu poſſeſſores ipſarum poſſeſſionū, ſeu iurium, in cōpetenti tribunali cōueniāt, & cōtra ipſos ſeruato iuris ordine, procedatur, nec ipſarum poſſeſſione priuentur antequàm legitimè cōuicti fuerint, & etiam condemnati.

Quod ſeruitia Curiæ non committantur, niſi idoneis & ſufficientibus, & quos etiam decet, & ſeruetur conſtitutio in hoc capitulo domini Caroli. Rubrica.

ITē ſtatuimus, quod officiales regni, officia ſeu cōmiſſiones, vel ſeruitia curiæ committāt hominibus in terra ſua, & in locis cōuicinis, & talibus, qui ad hoc ſint idonei, * ſufficiētes, & habiles, & talia cōmittantur, quæ ſtatū & conditionē eorum deceāt, quib. cōmiſſa fuerint, & alia in huiuſmodi capitulo obſeruētur, quæ per nouellam conſtitutionem dñi patris noſtri indulta noſcuntur.

Quod nihil ſoluatur pro ſcripturis ſententiarum. Rubrica.

ITem ſtatuimus, quòd ſiue in magna Curia, ſiue corā Iuſtitiarijs regionum aliqui criminaliter accuſentur, vel in perſonalibus, vel realibus ciuiliter impetantur, ſi ſententias pro illis ferri contigerit, eas redimere nō cogātur, nec aliquid nomine cōpoſitionis pro parte Curię, neq; pro ſubſcriptionibus vel ſcripturis ſentētiarum a magiſtro Iuſtitiario, Iuſtitiarijs, iudicib. ſeu actorū notarijs exigantur, cum iuſtitia aliquo modo vendi non debeat, & idem magiſter Iuſtitiarius, Iuſtitiarius, iudices, atque notarij ſuis ſalarijs debeant eſſe contenti.

Quod vniuerſitates terrarū nō teneātur ad emēdationē furtorum factorum per ſpeciales perſonas. Rubr.

ITem ſtatuimus, * quod vniuerſitates locorū nō teneātur ad emēdationes furtorum, quæ per ſpeciales perſonas cōtigerit fieri, conſtitutione antiqua ſuper damnis clandeſtinis edita in ſuo robore duratura.

Quod vniuerſitates terrarū nō cogantur deferre pecuniā ad Curiā cum expenſis eorum, ſed Curiæ. Rubr.

ITem ſtatuimus, quòd theſaurarij, Iuſtitiarij, & alij officiales regni non grauēt vniuerſitates, quòd pecuniam per homines ſub vniuerſitatum expenſis, & periculo eligendos ad Cameram, vel Curiam Regiam, vel alia loca mittant, ſed per viros ſufficientes, & idoneos de iuriſdictione ipſorum ad expēſas Curiæ debeant deſtinare.

Quod vbicunque regia Curia morata fuerit, emātur neceſſaria ſuo victui communi pretio, & ab ea habentibus, nec ſigillentur vegetes. Rubr.

ITem ſtatuimus, quòd vbicunq; per regnum, Dominum patrem noſtrum, & nos cum gente noſtra morari contigerit, frumentum, vinum, & alia victualia pro vſu ipſius gentis, ac ordeum pro equis ab eis, qui ea uictualia habuerint emātur per officiales Curiæ & familiares, communi pretio, nec ſigillentur vegetes hominum, nec prædicta emātur, niſi ab habentibus ea venalia, ſeruata in prædictis omnibus forma nouæ conſtitutionis uel capituli editi ſuper his de nouo per Dominum patrem noſtrum.

Quod ſoluatur pro literis Regis. Rub.

ITem ſtatuimus, & ordinamus quod pro ſigillo Domini patris noſtri, & noſtro non recipiatur ab impetrantibus ſecundum quòd nunc recipitur, niſi ſecundum quòd recipiebatur tempore Dominorum cancellariorum D. Decani Meldenſ. Do. Goffredi de Bello Monte, & Domini Simonis de Pariſijs, quorum tēporibus recipiebantur in forma ſubſcripta, videlicet,

Pro litera clauſa.	tar. 2.
Pro litera aperta Iuſtitiæ.	tar. 4.
Pro litera matrimonij.	tar. 12.
Pro litera magiſtri Iurati.	tar. 12.
Pro litera iudicis.	tar. 12.
Pro litera medici.	tar. 12.
Pro litera notarij publici.	tar. 12.
Pro litera aduocati.	tar. 12.
Pro lrā extractionis banni.	tar. 12.

Quod vniuerſitates terrarum non teneantur, &c. Rubr.

I*Tem ſtatuimus quod vniuerſitates.* Cū hoc c. concordant dicta per d. And. in conſtit. ſuper incíſionib. arborum. P.P.

Et per capitulū iſtud deciditur, quod pro furto tenetur vniuerſitas. Sed hodie eſt ordinatū per capitulū Regis Roberti, ut pro furto medietatē ſoluat uniuerſitas, & aliam medietatem dñs terræ. Et ſufficit fama, vel vnus teſtis ad probādā diſrobationē. Sed tu dic melius in alio c. Regis Roberti, preſidēti incūbit officiū. Bar. de C.

● Additio. Item ſtatuimus. *Vide conſtit. item ſtatuimus, quòd pœna.* De Bottis.

Quod vniuerſitates non cogantur, &c. Rub.

I*Tem ſtatuimus, quod theſaurarij.* Iſtud capitulū declarat cōſtitutionē, omnes officiales noſtros, & cōcordat cū capitulo, Itē quod nullus officialis. & vide capitulū quod incipit, grauamina Sed iſtud capitulū male ſeruatur hodie per ærarios, & magiſtros cameræ. Bart. de Cap.

Quod vbicunq; regia Curia mor. &c. Rub.

I*Tem ſtatuimus, quòd vbicunque.* No quod officialis non debet ſigillare uegetes uini, nec emere frumentū a nolētibus vēdere, etiam cōi pretio, & cū hoc cōcordat capitulū, itē iuſtitiarij. nō emit. n. niſi a volētib. vēdere. Bar. de C.

Quod ſoluatur pro literis Regis. Rubr.

I*Tem ſtatuimus quod pro ſigillo domini, &c.* in fi. ibi, *& ſi plures una litera continentur perſona, &c.* Tene menti, quia iſtud tibi ſeruiet, quando fit præſentatio petitionis a pluribus, ſeu quando plures continētur in vna petitione, quòd una ſolutio debet fieri magiſtro actorum pro omnibus non ac ſi eſſent plures petitiones, ut ſinguli teneantur ad ſingulas ſolutiones, & tene mēti contra magiſtros actorū. Adde hic quod ſi nuncius uadit ad citādum plures pro eadem cauſa eadē die, vel in eodē loco, nō debet ei ſolui, niſi quantū ſolueretur pro vno, tex. eſt aureus in §. ſportularum,

larum, verſ. ſi uerò pro vna.in Auth.de ſanc.epiſ.& ita per illum tex. tenet Ioan.de Pla.in l.fin.§.ut auté. in 2.no.C.de re mili.li.12. Adde hic vnum aliud no.verb. quod ubi certo actui pro eius exercitio deputatur certa quantitas non multiplicatur talis quantitas, ſiue actus exerceatur per unum, ſiue per plures, ſed intelligitur eadem eſſe cõceſſa.ita no. inquit Gemi. in cap. fina. in 1.no. per illum textum. ibi, de pœn.& remiſ. li 6.& ſequitur ibi Phil. Frãc. tene menti.

Adde hic unum no. uer. quod quando plures cauſæ genere differunt, tunc licet ſimul, & in una charta petantur, tamen quælibet per ſe decernitur, & ideo ſunt plures libelli omni conſideratione, & tanquam pro pluribus ſoluuntur ſportulę.ita no. dixit Bald. in l. edita.in repetitione Paduana, in 15.col. uer.15.quæritur, quõ cognoſcimus, &c.C.de eden. tene mẽti, quia faciet tibi honorem, & pauci ſciunt. Adde quòd pro libello cumulato non ſoluũtur niſi vnicę ſportulę, Bal. in cap.ad vltimum, in fi. arg. illius tex. de cauſa poſſeſſ.& propri.ſubdẽs ꝙ ſine dubio eſt verum, ſi reſpicit unicum intereſſe, ut ff. de actio.& obligat. l. non eſt nouum.ita Bal.tene menti, quia eſt pulchrum.

Quod officiales maiores Curiæ, &c. Rub.

I*Tem ſtatuimus, ꝙ Iuſtitiarij, magiſtri procuratores, & alij officiales, &c.* Iſtud capitulum male ſeruatur per officiales, & cum ipſo bene concordat cõſtitutio Regni, quę incipit, communiter, de rebus prohib. in 1.lib. Bart. de Cap.

Quod filiæ proditorum, quæ pater. &c. Rub.

I*Tem ſtatuimus, quod filiæ*. Iſtud capitulũ corrigit capitulũ, quod incipit, ſatis conſtat eſſe notoriũ.& uide aliud capitulũ, quod incipit, humanitatem, infra. & pro intellectu huius capituli vide l. quiſquis. ad ff.ad leg. Iul. maieſt. & ibi Cy. Bar.de Cap.

Hoc capitulum allegat, & ſequitur Matth. in conſtitutione, fratres pro filijs, in 3. notabi. verſic. & an filiæ proditoris. M.

• Additio. Proditorum. *No. quòd filiæ proditorum ſuccedũt agnatis. & licèt Claud. Seiſ.l.: l ſi quis id, quod. de iuriſ.i.om.iud.in prin. teneat contrariũ: tamen quidam auctor qui fecit tract.de crimine læſæ maieſt.*

Pro litera Comitis. tar.12.
Pro litera de concedendo mercato, ſeu nundinis. tar.12.
Pro litera de ſubuentione recipienda a uaſallis. tar.12.
Pro litera de aſſecuratione vaſallorum. tar.12.
Pro litera de ponendo aliquem in poſſeſſione. tar.12.
Pro litera de immunitate ſcholarium. tar.12.
Pro litera de extractione victualiũ extra regnum pro quolibet centenario ſalmarum. tar.7.& infra regnum tar.3.gra.15.
Pro litera Prothontini. vnc.4.
Pro lr̃a liberõnis captiuorũ. tar.12.
Pro litera executionis ſñiæ. tar 12.
Pro lr̃a creationis ĩ Comitẽ. vnc.8.
Pro lr̃a creationis Mareſcali. vnc.4.
Pro litera indulgentiæ homicidij commiſſi. vnc.4.
Pro litera legitimationis ſpuriorũ & naturalium. vnc.4.
Pro litera Vice Regis. vnc.4.
Pro litera Iuſtitiarij in prouincia. vnc.2.
Pro litera Capitanei. vnc.1.
Exceptis ciuitatibus Neap. Capuæ Aquilæ, & Barlettæ. vnc.2.
Pro litera Aſſeſſoris. tar.12.
Pro litera magiſtri Actoris. tar.12.
Pro litera gratiæ. tar.12.
Et ſi plures in una litera contineantur perſonæ, pro una tantum litera eſt ſoluendum.

Quod officiales maiores Curiæ non emant equos, mulos in prouincijs eorum, ſed extra prouinciã, niſi receperint ſpeciale mandatum. Rubr.

ITem ſtatuimus, ꝙ Iuſtitiarij, magiſtri procuratores, & officiales alij maiores in prouincijs, quas ad adminiſtrãdum ſuſceperunt equos palefridos, mulos, nec per ſe, nec ꝑ ſuppoſitas perſonas emere valeant. Sed ſi illis fortè indiguerint, ad alias prouincias extra iuriſdictioné ipſorum pro emendis tranſmittãt: niſi de prædictis animalibus emendis pro parte Curiæ mandatum receperint ſpeciale.

Quod filiæ proditorũ, quæ paternã malitiã non ſecutæ ſunt, nec ſequũtur, poſſint ſe maritare de bonis nõ feudalibus ſine aſſenſu Curiæ. Rubr.

ITem ſtatuimus, quòd filiæ proditorum, * quæ paternam malitiam ſecutæ non fuerunt, vel etiam non ſequuntur, de bonis non feudalibus, quæ ad eas non ex ſucceſſione paterna, ſed aliunde legitimè prouenerunt, poſſint ſe fidelibus maritare, nec oporteat illas, nec illos qui eas duxerint, ſuper hoc aſſenſum Curiæ impetrare.

Quod nihil ſoluatur pro ſigillo Iuſtitiarij, uel alterius officialis, niſi pro litera iudicis, tar. 12. & pro litera magiſtri iurati, tar. 12. Rubr.

ITem ſtatuimus, quòd Iuſtitiarij, Secreti, & alij officiales pro ſigillandis literis nihil exigant pro ſigillo; ſed ſeruetur forma conſtitutionis, ſeu capituli de nouo in his editi per Dominum patrem noſtrum. Iuſtitiarij tamen recipiant a iudicibus, magiſtris Iuratis pro ſigillandis literis eorum officij ſecundum formam ſubſcriptam, videlicet, pro qualibet litera iudicis, tar. 12. pro qualibet litera magiſtri iurati, tar. 12.

Quod preſonerij non recipiant a captiuis, niſi quod ſtatutum eſt per dominum Carolum quondam Siciliæ regem. Rubrica.

ITem ſtatuimus, quòd preſonerij, ſeu cuſtodes carcerum Magnæ Curiæ, & Iuſtitiariorum, aliorumque officialium non recipiant a captiuis, niſi quod ſtatutum eſt nouiter per Dominum patrem noſtrum.

Quod officium magiſtri Iurati nõ uendatur cum Baiulatione, ſed eligantur magiſtri Iurati per quamlibet uniuerſitatem, & officium ipſius gratis concedatur eiſdem. Rubr.

ITem ſtatuimus, quòd officium magiſtri Iurati, quod hactenus vendi conſueuerat cum membris Baiulationis, non vendatur de cætero, ſed eligantur magiſtri Iurati per quamlibet uniuerſitatem, & officium ipſius gratis concedatur eiſdem.

Pro quanto tempore remanebunt officiales Curiæ in prouincia poſt depoſitum eorum officium. Rubr.

ITem ſtatuimus, quòd tam iuſtitiarij * quã officiales cæteri poſt depoſitum eorum officium, in prouincia vbi officia exercuerant, pro

ieſt ſine nomine, tenet hanc opin. & pro hac opin. audio fuiſſe iudicatum in regia Camera, in cauſa Antoniæ de Dautio, cum Ferdinando Fandono relator illuſtr. D. Franciſcus Reuertcrius, tunc præſidens d. regiæ Cameræ, hodie Regens regiam Cancellariam regni Neapolis. Vide Iaſ. in conſi. 106.col.2.vol.4. & ſic per hanc conſlit. corrigitur conſtit. incip. Carolus Dei gratia Rex Siciliæ, ſupra. De Bottis.

Quod preſonerij nõ reci. a capt. &c. Rubr.

I*Tem ſtatuimus, quod preſonerij.* Vide capitulum, quod incip. magiſtro Iuſtitiario. infra.

Ibi, *ſtatutum*. Facit conſtitutio, Caſtellani. de offic. Caſtel. Barth. de Capua.

Pro quãto temp. reman. offic. &c. Rubr.

I*Tem ſtatuimus, quod tam Iuſtitiarij, &c.* Vide ad iſtud capitulũ quod no. in cap. verum. vide infrà, vbi de eorum pœna contrafacientibus recitatur.

• Additio. Item ſtatuimus ꝙ tam Iuſtit. *Meminit Paris in tract. ſindica.c. & modo.car.4.* De Bottis.

Ibi, *Quadraginta*. Iſtud obtinet in diuerſis prouincijs: Sed in capitania eſt moderatum. ad 20. qui currant in tempore pręſignationis actorum præcedẽtium ſecundum formam noui capituli bene ordinati. ¶ Sed ſecus eſt de iure communi, ubi ſtatuuntur quinquaginta dies, ut l. conſiliarios. C. de aſſeſſo. cum ſimilibus. ¶ Sed quæro, quid ſi officialis recedit ante tempus ſuę ſyndicationis, an reus maieſta. efficiatur & pœna capitis puniatur? dic quod ſic, de iure communi, ut eſt tex. in l. 1. §. quod ſi quis. C. ut omnes cauſæ tam ciui. quam cri. Alia eſt pœna per ca. quod incipit, item ſtatuimus quòd Iuſtitiarij Regis Roberti. Sed quãdo officialis recedit de officio ſuo ſine licentia Principis, nunquid puniatur pœna capitis? & dic quod ſic.

Ibi, *Succeſſoribus*. Nota, quòd officialis ſucceſſor poteſt ſyndicare prædeceſſorem infra tempus ſyndicationis ſibi impoſitum, etiã ſi non fuerit ſibi commiſſa eius ſyndicatio ꝑ Regiam Curiam. Et hoc corrigit conſtitutio, quæ incipit, in præſenti. & uide cap. quod incipit. item quod nullus Iuſtitiarius. Barth. de Capua.

Sed quæro, quid ſi iſto tempore aliquis grauatus non fuit conqueſtus de officiali, an poſſit poſtmodum in patria ipſius officialis conqueri, & ibi ipſum conuenire? reſpondeo, ſic, ut eſt glo. in l. 2. C. ad leg. Iul. repetundarum. Pet. Pic.

• Additio. Coram ſucceſſoribus. *Idem diſponitur per conſtit. volumus. vbi Matthæus 4. no. & ſecundum iſta iura intelligitur pragmatica Regis Ferdinandi I. quòd vniuerſitas eligit ſindicatores, nō tamē excluditur Capitaneus ſucceſſor per l. ſciendum, qui ſatiſda. cog. iuncta authen. offeratur. C. de litis conteſt. meminit Paris in tract. ſindica. c. & modo. car. 14. & non ſine ratione, quia ſi ſucceſſor non fuerit diligens de ſindicatu prædeceſſoris, ipſe tenetur. ita Marſil. ſing. 652.* De Bottis.

quolibet anno, quo ipſa exercuerant officia, per quadraginta dies morentur. Et ſi minus in officijs ipſis moram traxerint, ſimiliter pro rata temporis morentur ibidem, ad reſpondendum coram ſucceſſoribus * eorum omnibus conquerentibus de eiſdem, & ſatisfaciendum ipſis ſuper eo, quod docuerint de querelis. Et nihilominus remanēte licentia Regiæ Curiæ ſuper eorum exceſſibus atq; proceſſibus facere per ſpeciales perſonas inquiri, ut ſecundum merita & probata inquiſitionis ipſius de male actis per eos, vel corporaliter puniantur ſecundū quòd delicti qualitas exigit, vel ad pœnam pecuniariam fiſci commodis applicandam.

Quod ſi contingat aliquos ſuis culpis regnum exire, vxores eorum quæ ſibi non conſentierunt, non moleſtentur in dotibus, & iuribus ſuis. Rubrica.

Item ſtatuimus, q; ſi fortè contingat aliquos damnari, vel ſuis culpis exigentibus, regnum exire; Vxores eorum, quæ maritos ſuos non probantur in huiuſmodi delictis ſecutæ, ſuper dotibus, dotarijs, ſeu iuribus earum ſeruentur illæſæ ſecundum nouam conſtitutionem domini patris noſtri.

Quod non compellantur aliqui inuiti reparare vaſcella Curiæ pro certo pretio, niſi uoluerint ea ad extalium recipere facienda. Rubr.

Item ſtatuimus, quòd quoties cō tigerit Curiam velle de nouo fieri facere naues, vaſcella, & alia opera conſtrui facere, vel etiam reparari, nō deputentur ad hoc aliqui inuiti pro tertio facienda, niſi ea fortè aliqui ad extalium velint ſpontè recipere facienda. Alioquin huiuſmodi opera committāt bonis viris ad credentiam, qui teneantur exinde debitam ponere rationem.

Quod ab uniuerſitatibus Terrarū deputatis ad reparationē caſtrorū exigatur pecunia neceſſaria tātum, & nō teneantur ad noua ędificia. Rub.

Item ſtatuimus, quòd ab vniuerſitatibus * terrarum, & locorum deputatorum ad reparationem caſtrorum, requiratur & exigatur per Curiam pecunia neceſſaria tantum pro reparatione ueterum ædificiorum caſtrorum ipſorum, & non ad noua ædificia conſtruenda. In his verò prędicta pecunia in reparatione prædicta per homines fide dignos eligendos ab vniuerſitatibus, quæ ad ipſorum reparationem tenentur, fideliter expendatur.

Quod ſi cōtingat aliquos ſuis culpis, &c. Rub.

Item ſtatuimus quod ſi fortè contingat, &c. Et de hoc, an ex delicto viri dos publicetur, ſi ex forma ſtatuti omnia bona uiri debeant publicari, uide pulchrè per Albe. de Roſa. in 3. parte ſtatutorum, in 6. quæſtio. incipien. ſed quid ſi econtrariò, &c. ubi diſputat pro, & contra: tandem concludit quòd non, per plura iura, & fundamenta, ut ibi per eum, & aduerte ad vnū no. verbum, quod ibi multum poſuit, in quātum ideo poſuit videri quòd dos publicetur, nam ſubdit quòd fiſcus tamen tanquam mariti hæres ſoluto matrimonio tenetur reſtituere dotem uxori, & allegat iura. uide eum, & in ſequen. q. incip. vidi dubitari, ponit aliam pulchram q. Si maritus commiſit delictum ex quo bona debeant ſequeſtrari ex forma ſtatuti, an vxor ratione dotis ſuæ poſſit defendere quod ſequeſtrum non fiat in bonis uiri. & concludit quòd ſic per plura, & ſubdit quòd hæc eſt vera opinio de iure; tamen de conſuetudine rectores contrarium ſeruant, quia deſtruunt bona delinquentium, & eis deſtructis, de ipſis ſatisfaciunt dotibus, & alijs creditoribus, per plura fundamenta, uide eum omnino. ¶ An autem propter delictum uxoris publicetur & cōfiſcetur dos conſtante matrimonio? vide tex. glo. & Bart. in le. quinque legibus. ff. de bon. dam. & quòd non confiſcetur tenuit Bald. in l. 1. C. de bon. liber. & idem tenuit Roma. in l. dedit. §. qui mulierem, in 3. col. ff. qui ſatiſda. cog. ubi ponit quinque caſus in quibus poteſt publicari. ¶ An autem propter debitum uxoris poſſit fieri miſſio in bonis dotalibus, vide gl. in d. l. quinque legibus. ff. de bon. damn. in fi. quæ tenet quod non, & quòd de iure contra uxorem condēmnatam poteſt fieri executio in dote, videlicet propriate, ſaluis tamen fructibus rerum dotalium marito, & contra maritum cōdemnatum poteſt fieri in fructibus rerum dotalium ſaluis alimentis uxoris, & ſuorum liberorum, pro quibus omnibus ſit dotis conſt. ita no. dixit Henr. de Bouer in ſuis ſingularibus, in ver. executio. in 15. no. incip. contra vxorem, & allegat iura. ¶ Quæro de pulchra. q. Maritus cōmiſit delictū, propter quod eius bona deſtruuntur ſecundū formam ſtatuti, in executione comparet uxor, oſtendit inſtrumētum dotale de obligatione bonorum pro dotibus ſuis, defendens bona mariti, uel partem ipſorū, dicit iudex: Ego intendo facere executionem, & deſtruere bona, & maximè ædificia, & uolo tibi dotem reſeruare in ſolo deſtructo, uel in terris mariti, quid iuris? Hanc quæſtionem ponit & examinat pro & contra Tancre. in ſua compendioſa. in rubrica, de quæſtio. circa ſententias, in 13. q. tandem concludit quòd uxor eſt audienda, & præferenda, per plura iura, & fundamenta, & ſubdit quod hæc eſt veritas. poſtea ſubdit, quòd tamen eſt attendendum quòd non ſufficit ſola cautio dotis in cauſa executionis criminū, ſed oportet conſtare, quod vxor corporaliter dotem tradiderit, quia non cautio, ſed numeratio facit dotem, & allegat iura. & poſtea ſubdit quod ſecundum Dyn. regulariter non ſit miſſio in bonis dotalibus propter uxoris delictum, niſi primò fuiſſet obligata, & allegat iura. vide eum. An autem maritus condemnatus poſſit poſt condemnationem reſtituere uxori ſuæ dotem, uel dare in ſolutū certa prædia pro eius dote? dic quòd ſic, vt eſt pulchrum cōſi. Bal. in terminis, in conſi. 4c. incip. maritus, &c. in 1. volum. & dum ſup. in ver. & in ſeq. q. inci. uidi, &c. Adde Gand. idē dicentem in tract. maleſ. in rub. de bonis maleſ. in 1. col. ver. ſed pone quòd quidam. Et an per delictum uxoris publicetur dos? adde quod hanc q. ponit Albe. in loco ſupra alleg. in 4. q. inci. item quæro, an ex delicto. & dicit quòd quandoque pro tertia, ut l. fin. ff. ad leg. Iul. de vi. priua. quandoq; pro dimidia, ut l. ſi quis aliquid. §. ſi quis inſtrumentum. ff. de pę. quādoq; tota, in 5. caſibus, ut ff. de bon. damn. l. quinque legibus. Et ſubdit hoc uerum conſtante matrimonio. Eo autem ſoluto publicatur dos, ſicut alia bona mulieris, vt l. ſi conſtante. §. ſi bona. ff. ſol. mat. Adde hic, quòd quando confiſcantur bona uiri a fiſco propter eius delictum licet non confiſcetur dos ſecūdum Cyn. in l. ob maritorū. C. ne uxor pro mari. tamen uxor non poteſt impedire captionem bonorum, impediendam propter dotem ſuam, ſed debet agere contra fiſcum ad dotem ſuam, & a manibus fiſci debet recipere dotem ſuam, ita no. inquit Bart. & Ang. in l. ſi marito. per tex. ibi. ff. ſoluto matri. & ſequitur Alex. ibi, & Matth. in conſtit. iuriſgentium. in 12. no. Subdit tamen Angel. quem ſequitur Alexan. ibi, ſi mulier inhæret poſſeſſioni bonorum mariti ſibi pro dote obligatorum, poſſet ipſa talem captionem impedire, allegat iura. uide eum & quòd propter delictum uiri non moleſtentur uxores in dotibus ſuis, immo illas ſtatim poſſint recipere, tex. eſt in l. ſi quis poſthac. C. de bon. proſcript. ibi, ſtatim recipiant, &c. Et ibi no. Bart. dicens, quòd debet eis ſtatim ſolui, non ſeruato ordine iudiciario, & idem tenet Paul. de Caſtro in l. ſi maritus. ff. ſoluto matrim. Et dum ſupra allegaui d. l. ob maritorum, adde quòd Baldus allegat illam leg. quòd retractatur executio ſententiæ, quia uergit in iniuriam tertij. ita etiam allegat in l. obſeruare. §. proficiſci. in 23. quæſtione. ff. de offic. procon. & ſubdit, quod hoc ſit ſummariè, ut ibi patet. refert, & ſequitur Matth. in con. monomachiam, in 6. nota. M.

Quod ab vniuerſitatibus terrarum deputatis ad reparationem caſtrorum exigatur pecunia neceſſaria tantum, & non teneantur ad noua ædificia. Rubrica.

Item ſtatuimus quod ab vniuerſitatibus. No. quod vniuerſitas tenetur reparare caſtra vetera, & non noua facere, & male ſeruatur hodie per dominos regni. Barth. de Capua.

• Additio. Item ſtatuimus, quòd ab uniuerſitatibus. *Declarauit Rex Robertus inter Hoſtunum Carouineum & S. Vitum, quòd non teneretur ad contributionem in reparatione caſtri Hoſtuni, etiam quòd quando Hoſtunum erat de demanio teneretur, quia priuilegium de demanio perditur, quando terra demanij conceditur in baroniam vidi in regiſtro Regis Roberti, quod eſt penes D. Ant. Baratutium fiſci Aduocatum in car. 102. & 103. 104. & 105.* Piſanellus.

Quod fiant inquiſitiones ſuper finibus antiquarum foreſtarum, & ſuper earum cuſtodia ſeruetur ſupradicta forma Domini Regis Caroli. Rubrica.

Quod fiant inquiſitiones ſuper finibus antiquarum foreſtarum, &c. Rubrica.

I*Tem ſtatuimus quod ad hoc.* Vide capitu. item quòd magiſtri iuſtitiarij foreſtarum. Bartholom. de Cap.

Item ſtatuimus, quòd ad hoc vt fideles Regni per foreſterios in aliquo contra debitum, & ſtatum non grauentur, fiant inquiſitiones de antiquis & veteribus foreſtis, ac finibus earundem, & ſuper earum cuſtodia ſeruetur forma cõſtitutionis nuper ſuper hoc edita per Dominum patrem noſtrum.

Caro-

Quod non ſtatuantur familiares Iuſtitiarij ad cuſtodiam nundinarum, ſed cuſtodiantur per magiſtrum Iuratum ipſius terræ. Rubrica.

Item ſtatuimus, quòd Iuſtitiarij regionum vllos familiares eorum, vel aliquos alios loco ſui præponant cuſtodiæ nundinarum, quæ fiunt in iuriſdictione, ſed magiſtri Iurati locorum, in quibus nundinæ fiunt, cuſtodiam eorum exerceant.

Quod obſeruentur conſtitutiones Domini noſtri Regis Caroli editæ ſuper reformatione regni, & hic incipiunt capitula edita in planitie ſancti Martini. Rubrica.

Item ſtatuimus, quòd cõſtitutiones nouellæ editæ per Dominum patrem noſtrum ſuper reformatione, & ſtatu pacifico Regni, inuiolabiliter obſeruentur. Verũ quia ſunt quidam ſic amatores periculi, quòd ſemper ad interdicta conantur accedere, & parum prodeſſet iura conſtitui, niſi ipſorum conſtituta ſeruentur. Vt tam nouellę conſtitutiones, quas nuper Regiæ benignitatis prouiſio pro reformatione Regni, ac eius ſtatu pacifico promulgauit, quàm præſentes, quas de conſilio Prælatorum Comitum, Baronum, ciuium, multorumque proborum Parlamento in ſancti Martini planitie ſolenniter celebrato, non ſine magna prouiſione nuper edidimus, vt ſuperius continetur, inuiolabiliter obſeruentur, & contra violatores ipſorum vltionis debitæ non deſit ſupplicium, in ſingulis ciuitatibus, Caſtris, ac locis partium prædictarum, tam per Prælatos religioſos, quàm per alios probos uiros, quibus ſuper hoc noſtræ commiſſionis literas curabimus deſtinare, & ad hoc etiã volumus deputari, quod cauta & ſolers inquiſitio fiat de eiſdem officialibus, vel perſonis, qui contra præfatas conſtitutiones in aliquo venerint. Et quicquid per eaſdem inquiſitiones inuentum fuerit, fideliter in ſcriptis redactum ſub ipſorum ſigillis ad nos volumus deſtinari, vt uiſis meritis, & probatis inquiſitionum ipſarum contra violatores conſtitutionum ipſarum, pœna debita procedamus, cum ipſi non ſolum Dominum patrem noſtrum, & nos per huiuſmodi uiolationes offendant, mandata noſtra temere contemnendo, ſed etiam vtilitatis publicæ commodum lædere moliantur illa, quæ pro eius obſeruatione & augmentatione ſtatuta ſunt, quantum in ipſis auferenda. Vt autem ea quæ communi vtilitate ſancita ſunt, communiter ſciantur ab hominibus, & generaliter obſeruentur, de eiſdem cõſtitutionibus ſingulis Prælatis, Baronibus, ac locorum vniuerſitatibus ſub ſigillo pendenti Vicariæ copiam fieri volumus, & mandamus.

Data in campis in planitie Sancti Martini, Anno Domini MCCLXXXIII. die penult. Martij undecimæ indictionis.

CArolus II. Dei gratia Rex Hieruſalem, & Siciliæ, ducatus Apuliæ, & Principatus Capuæ & Foralquerij. Ad perpetuam rei memoriam, &c. Regina iuſtitiæ in veſtitu deaurato, circundata varietate, ſic leges ad conſtringendas uitas hominum ordinat, ſic ad gubernationem ſalubrem populorũ edicta conſtituit, vt inſtituens* programmate diuulgatas cũ expedit, emendare non negligat, & dum vtilitati publicę deſeruitur, variare pro tempore iuſte ſancita, & rite diſpoſita non omittat. Multis vndique natura nouitatibus vtitur, cuius decurrẽs varietas in tam perpetuo motu cõſiſtit, vt nihil inſtabile, nihil immobile, quod mutatione nõ egeat, poſſit ad eius regimen promulgari, eo ꝙ particulares actus, qui ſunt infiniti certis cõcludi ſub regulis a primis inuẽtoribus nequiuerunt, & ſi naturalis ratio ab imperfecto ueniens ad perfectum, pro cõi bono per poſteros adinuenta, ſubtilius in nouam legis additionẽ properat adiuuare. Effrænis equidem humanæ conditionis audacia immutatrix uitiorum, natura labitur ad delicta, cuius ineffrænata præſumptio ſic omnẽ creaturam uitiis implebat, ut diſciplina neceſſaria prouidenti pro pace hominũ pro æquitate iubeatur inſurgere legiſlator, lex animata, vigor iuſtitiæ, qui contra ſceleritates inductas conſtitutiones exaſperet continuis pœnarum malleis, duriſq; ſupplicus inſolentes affligebat: ſed ubi intellectũ vexatio tribuẽs, ſubiectos ad frugem melioris uitæ reducit, iuxta uarietatem naturæ, leges aptando, pręambulę ſanctionis duritiem in lenitatem prouida deliberatione cõmutet, temperatis uitiis prauæ cõcupiſcentiæ relegentur, ſtatutis edictalibus uarietatis frænetur ſæuitia, & ſubcreſcente clementia humanitatis Regię, nouella quædã propago conſurgat. Nos itaque, qui prædicti regni noſtri fidelium inſtantiis turbinis incurſibus laceſſiti, preſſuris quibuſlibet premimur grauaminibus aggrauamur. Ad remotionem oppreſſionum omnium, & onerum iniuſtorum diligenti cura, & curioſa diligentia ſenſus noſtros acuimus, & uias, & modos adinuenire ſolicitis ſtudiis, & ſtudioſis ſollicitudinibus inſudamus: quibus eiuſdẽ noſtri regni fideles de cuiuſcunq; moleſtationis indebitæ ſuperinductis abuſionibus liberentur, ſæuientibus officiorum prępoſitis, & profanãtibus prouinciarum rectoribus adhibeatur fræni temperies: qui in noſtri abſentia de iã dicto regno potiſſimũ agrum dominicũ ſpinis, & tribulis laxata licentia repleuerunt. Idcirco pro nimia ſubditorũ dilectione, quos affectu paterno reputamus filios & nepotes cõmoditatibus inuigilamus populorũ, dum pro ipſorũ quiete labores uoluntarios appetẽtes, accuratè quæſiuimus: quod in pręſentiarũ occurrit ad eũdẽ ſtatum pacificũ reparandũ, aut de nouo ẽt inducendum: illa ergo, quæ pro temporum & cauſarũ uarietate iuri cõi, conſtitutionib. & cõſuetudinib. memorati regni addenda, corrigẽda, ſupplenda, detrahenda, & declaranda ob cõem utilitatẽ prouidimus, prelatorum, Comitum, Baronum, & ſapientum conſilio habito. In præſenti nouas noſtri nominis ſanctiones redigi fecimus, quas multiplici prælatorum ipſorum, Comitum, Baronum, & ſapientum diſcuſſione præhabita, noſtræ ſerenitatis authoritate firmatas, ab omnibus eiuſdem regni noſtri fidelibus tam in iudicio, quam extra iudicium præcipimus inuiolabiliter obſeruari.

C*Arolus II. &c. Ad perpetuã rei memoriam, etc. Regina iuſtitia.* In hoc c. vſq; ad c. cũſuper, ad finẽ ponitur confirmatio, & declaratio capitulorũ. ſ. poſitorũ.

* ADDITIO. Inſtituens. *Vide quæ ſcribit Fel. 2. not. in c. conſuluit. ext. de Iudæis.* De Bot.

Ibi, *dilectione, &c.* No. dilectionem regis, qui reputatur pater, & ſubiecti filij familias, & nepotes, & alibi reputatur pater, & filius, dominus, & miniſter, ut no. in cõſt. quæ incipit, non ſine. de obſer. iuſt.

De

De inquiſitionibus. Rubr.

AB illo inchoandum * fore primitus prouidentes, quod in eodem regno multorum malorum ſemina producebat. Ideoque præſenti edictali conſtitutione in perpetuũ valitura, decernimus, vt cum ſpecialiter in præmiſſis caſibus contra ſpecialem perſonã legitimè fuerit inquiſitum de crimine, cuius pęna mortem naturalẽ, vel ciuilem, vel membri abſciſſionem inducit, aut de huiuſmodi crimine, accuſatione ordinaria propoſita, contra quenquam vbi de commiſſo inquiſitori, vel cognitori plenè conſtiterit, ſtatim notatum vel accuſatum capiant de perſona cuſtodiendũ ſecundum qualitatẽ & conditionem ipſius, non expectata publicatione inquiſitionis, aut teſtium accuſatoris, aut probatione defenſionũ notati, ad quas probãdas ſibi forſitan terminus dandus erat, ſed in vinculis poſitus, plenè in ſuis defenſionibus audiatur. Et ſi publicatis atteſtationibus, de ſua innocentia liqueat, nõ expectata prolatione ſententiæ, datis fideiuſſoribus competentibus, liberetur. *

Sed ſi fideiuſſores dare nequiuerit, quos iuxta qualitatẽ delicti & conditionem perſonæ requiri volumus a delato ſecũdum diffinitionem veteris iuris etiam ante diffinitionem teſtium, carceri deputetur. Minus verò legitimè inquiſito, vtpote ſi ad inquiſitionem reus vocatus non extitit, aut eo, de quo inquiritur, ipſi reo per inquirẽtem minimè patefacto, vel aliter, ſic enormiter aggrauato, vt propterea inquiſitio nulla reddatur, ex inquiſitione ſic nulla contra notatũ, proceſſum aliquẽ volumus nõ haberi.

De inquiſitionibus. Rubrica.

AB *illo inchoandum*. No. iſtud c. quòd videtur apertè de quibus caſibus de iure iſto poteſt inquiri cõtra ſpecialẽ perſonam. vide aliud c. quod incipit, cura nobis ſpecialis incumbit. vbi alij caſus ponuntur. Et no ꝙ inquiſitio non fit niſi in maximis criminibus vſq; ad mor. naturalem, aut membri abſciſſionem, ut in iſto c. declaratur. Pro minorib. enim non eſt inquiſitio facienda, vt extra de accu. c. inquiſitiones. & no. Roſ. in libellis ſuis, ſcilicet, quæ ſint neceſſaria ad hoc, vt inquiſitio facienda procedat. §. itẽ de talibus. Sed quid ſit in cauſa inſultus cũ lapidibus uel fuſtibus, nunquid poſſit ex officio inquiri? uidetur ꝙ ſic, quia uiolentia cõmittitur publica, cum appellatione armorũ lapides & fuſtes cõtineantur. ff. de verb. ſign. l. armorũ. & de vi, & vi ar. l. 1. §. idẽ. Et pro uiolentia publ. imponitur deportatio, vel relegatio, vt Inſt. de pub. iud. §. itẽ lex Iulia. & ff. de vi priua. l. 1. in prin. & C. eo. l. 2. Planum enim eſt, ꝙ deportatio & relegatio eſt mors ciuilis, ut Inſt. quib. mod. ius pat. poteſol. §. cum autem. ergo ex forma iſtius cap. poteſt inquiri ex officio. ¶Sed quid ſi percuſſit cum lapide, ſed non inſiluit? reſp. non inquiritur tunc, ſed accuſabitur iniuriarum. ff. de iniur. l. prætor. §. atrocem. & l. pen. C. de iniur. imò inquiritur ex officio accuſatione ceſſante, vt no. Inſt. de iniur. §. 1. cum committitur tunc violentia pub. ſeu priuata. ¶Sed habes conſtit. imperialem, blaſphemantem Deum linguæ mutilatione punientem, an poſſit procedi ex officio per iſtud capitulum? dic ꝙ ſic, quia patet per artem medicinæ, quod lingua eſt membrum: & ſtandum eſt authoritati medicorum. l. ſeptimo menſe. ff. de ſta. hom. probatur de ædil. edic. l. ſi cui linguę. ¶In præmiſſis caſibus, ſcilicet, in crimine læſæ maieſt. & vbi ſpeciale mandatum eſt ad ſignificationem faciendam ſecundo, quod ponitur in c. item de ſpecialib. ideo eſt in alijs omnibus, in quibus ex officio poteſt procedi, ut in c. ne tuorum. ¶Sed an ſi probatur crimen iniuriarum, ille contra quem probatum eſt, debeat retineri ſecũdum formam iſtius ca. Et primò videtur ꝙ ſic: Nam pro iniuria, punitur pœna arbitrio iudicis & pœna mortis inferri poteſt, ſi ſibi videtur, vt Inſtit. de iniur. §. in ſumma. ſi arbitrio iudicis committitur, poterit eſſe quod pęnam mortis imponeret naturalis, ciuilis, vel abſciſſionis membri, prout ſibi videtur, & ſic ratione dubij retinendus eſt. Et alibi ratione dubij qui non tenetur ſatiſda. ſatiſdat. ff. de iudi. l. 2. §. ſi dubitetur. ¶Item alio arg vbicunq; imponitur pęna vltra relegationem procurator ibi interuenire non poteſt. C. de iniurijs. l. fi. ergo patet manifeſte, quod maior pęna imponitur relegatione. Reſtat ergo, aut erit pęna mortis naturalis, & ciuilis, aut membri abſciſſionis, & ſic detinendus eſt. ¶In contrarium verò ꝙ non ſit detinendus, probatur ſic. Nam in extraordinarijs criminibus tunc vr iudex vltra relegationem pęnam imponere, qñ excedit quod facere ſolet ex cõſuetudine in tali crimine, vt no. in l. quid ergo. §. pęna grauior, ff. de his, qui no. infa. ſed cõſuetum eſt, quod pro tali crimine inferatur pęna pecuniaria, ergo, &c. Itẽ alio arg. nã c. iſtud eſt ſtricti iuris, & in illis caſib. eſt intelligẽdũ, in quib. loquitur, nã ponuntur in hoc c. oẽs caſus ſpeciales, in quib. ex officio proceditur. cogita.

● ADDITIONES. Ab illo inchoandum. *Ad hoc cap. vide omnino inf. aliud c. Regis Roberti incip. idem magiſtris rationalibus. ſub rub. d. capitulum de arbitrio conceſſo officialibus, quod videtur limitare iſtud, & Alex. in conſi. 65. 1. vol.* Mar. Ant. Puluer.

¶*No. ex hoc c. ꝙ licèt fuerit datus terminus ad ſe defendendum inquiſito, poterit carcerari non expectata publicatione ſi aliqua adſint indicia, ex quibus permittitur carcere non obſtante ꝙ fuerit admiſſus ad faciẽdas defenſiones extra carceres. ita fuit deciſum in Conſ in anno 1505. vt uidi in quadam apoſtilla D. Colutij Coppule in quadam cauſa, ubi ipſe fuit aduocatus. No. quia videtur hoc c. ſentire unum in hoc uerbo defenſionum. nam repulſa eſt pars defenſionis, vt no. Bar. in ver. & figura, in extrauag. ad reprimendum. ꝙ etiam pendente termino repulſa pars inquiſita poterit carcerari.* De Bottis.

Ibi, *fuit inquiſitum*. No. quòd conſtito de crimine ex quo imponitur poſtea pęna relegationis & infra, accuſatus non poteſt incarcerari, quamuis contrarium poſſit dici de iure communi, per l. ſi quis in ea. de cuſto. reor. & per id, quod dicitur in l. 1. ff. eodem. ¶An autem in his criminibus quæ ingerunt pęnam relegationis & infra, ſemper accuſatus habeat dare fideiuſſores, nihil hic iure nouo ſtatuitur, & propterea ſtandum eſt præallegatę l. 1. cum gl. vbi dicitur quòd quando eſt leue crimen, eſt relaxandus fideiuſſoribus. ¶Item no. quòd dicitur conſtare, &c. ſed contra no in cap. ſignificauerunt. de teſtib. Sed poſſet reſponderi, quòd hic dicitur cõſtare, quãtum ad iſtum actũ tantum, vt poſſit accuſatus carcerari, non quantum ad hoc vt poſſit pronunciari, vt ibi. ¶Sed pone quòd contra aliquẽ qui in carcere erat, per iudicem factus fuit proceſſus, qui de iure fuit irritatus, an ille incarceratus debeat datis fideiuſſoribus liberari? reſpondeo ſic, in Auth. de ſanctiſ. epiſ. §. ſi verò diſcep. collat. 10. Sed quid ſi reus condemnatus appellauit, an datis fideiuſſoribus liberetur? dic ut l. eos. §. ſuper his vero. C. de appell. & l. minimè. eo. titu. & ibi vide glo. No. tex. qui derogat iuri communi, dum dicit quòd non expectata publicatione, ſi curiæ conſtat de crimine, reus eſt in vinculis ponẽdus ad cuſtodiam, quod eſt ſecus de iure communi, vbi expectari debet publi. proceſſus uſque prope ſententiam, & ſi conſtiterit, poterit capi reus de perſona, vt no. in l. ſi homines. ff. depoſi. & ff. ad Syll. l. lex Corn. & melius. C. de cuſtod. reor. l. ſi quis in ea. argum. ff. de cuſtodia reorum. l. ſi confeſſus. & ad l. Iul. maieſt. l. itemque, circa finem.

● ADDITIO. Liberetur. *Vide tex. in l. nullus. in fi. C. de exhib. reis per quem ita dicit Bald. poſt Butrig. in l. ſed & ſi is, ff. de in ius voc. Hip. ſing. 381. Et an poſſit ex officio procedi, quando potens opprimit impotentem, vel aliquid extorquet, vide Iacob. in rubr. ff. de iudic. vide Luc. in l. quoties, col. 2. C. de dignit. vbi tenet quòd ad effectum incarcerandi ſufficit vnus teſtis, & ſic ſemiplena probatio.* De Bottis.

Ibi, *minus verò legitimè, &c.* Ex iſto no. tex. videtur iuſtè dici, quòd fideiuſſores dati a reo de iudi. ſiſti & iuſtitiam faciendi, videantur ab ipſa fideiuſſione liberari, poſtquàm ponitur ipſe reus in carcere: quia datis nouis fideiuſſoribus eſt a carcere liberandus, ſi ſuas exceptiones probauit, quod eſt contra ius commune: quia fideiuſſores tenentur eum pro quo fideiuſſerunt, in iudicio præſentare vſq; ad ſententiam. ff. de fideiuſſo. l. Græcè. & ff. de cuſto. reor. l. 4. ¶Et no. quòd hic in fi. videtur caſus de eo, qui fideiuſſit præſentare in curia, & præſentatus eſt in carcere, quòd ſi poſtea aufugerit, non tenetur fideiuſſor amplius pro eo, ad quod facit l. poſtquam. vt leg. no. cau. & de præto. ſtipu. l. Valerianus. & l. fi. § ſi quis accuſationem. Barth. de Cap.

¶No. hic, ꝙ conſtare dicitur ante publicationem, quod tenet Ber. in c. ſignificauerunt. extra, de teſtib. & ibi per Inno. & in c. ſolertia. extra de re iud niſi diceres, quòd alio modo accipiatur conſtare, vti in l. diuus. ff. de mili. teſta. Pet. Picc.

In eo. *c. ab illo inchoandum*. Seruat Magna Curia ꝙ ſtatim q; incipit conſtare de delicto, prout in c. inquiſitus detinetur, non expectata publicatione in cauſa. Tortura autem datur elapſis omnibus dilationibus, ante tamen concluſionem cauſæ, niſi in concluſione dicatur, ſaluis quæſtionib. & tormentis, quia tortura eſt ſpecies probationis. Niſi contra facinoroſos, & famoſos latrones, & homicidas, iuxta quattuor literas arbitrarias: quia tunc conſtito per aliquos teſtes, ꝙ eſt famoſus, in quorum iuramento non eſt præſens reus, qui teſtes primò & ante omnia examinantur ad informationem Curię, & ſtatim non facta publicatione, nec data copia teſtium exponitur ad tormẽta. & facta ratificatione ſine concluſione, vel alio actu, datur ſẽtẽtia condẽnatoria. Abſolutoria verò non datur: quia in caſu in quo nõ venit cõdemnandus ex dictis duab. literis liberatur ſine abſolutione. Et ita fuit viſum Angelo Griſono. Sed iuxta hoc quæro, ecce fuit quidam deprehẽſus cũ armis cauſa occidẽdi, an teneatur de armis, & delicto? And. de Iſer.

De inquiſitionibus faciendis.
Rubrica.

IN generalibus autem inquiſitionibus non capiatur notatus comperentes fideiuſſores offerens, etiã probato de crimine, * ante datam ſibi repertorum copiã contra eum, qua ſibi data, & habita, ſi nullas defenſiones, vel probationes aduerſus reperta contra ſe dederit, aut tantum probationes contra reperta, vel in perſonis teſtium contra ſe deponentium, aut in dictis obtulerit, & in earum probatione defecerit, capiatur: vbi verò defenſiones dederit, & dato termino ad probandum, in probatione eorum defecerit, arreſtetur de perſona, etiam ſi reperta contra ſe obtulerit reprobare. Semper aũt, eo capto, vel non capto, audiatur in iuſtis & legitimis defenſionibus eius. Sed ſi reprobauerit reperta contra ſe, ſtatim de carcere, datis fideiuſſorib. liberetur, & ſi per partem aliam reprobatæ fuerit, reprobationes quas fecit, poſt reprobationẽ ſecundam, ad carcerem reducatur. His quæ regni noſtri conſtitutio de confitentibus, & captis in flagranti ſpecialiter ſtatuit in ſuo robore duraturis.

ADDITIO. *Adde hic, quod in inquiſitione non cõteſtatur lis: quia cum iudice nõ conteſtatur lis: tamen reſponſio rei habetur pro conteſtatione litis, ita no. inquit Bal. in l. nec quicquam. §. vbi decretum, in 8. col. ver. quo ad quartum pũctum ff. de of. procõſ. Ang. in rep. l. ſi vacantia, in 7. char. in 1. col. in fi. ver. itẽ quaero an in cauſa. &c. C. de bo. vac. lib. 10. inquit formaliter, dic q non: quia conteſtatio nõ fit niſi per interrogationem actoris, & reſponſionẽ rei factã, animo litem conteſtãdi. l. 1. C. de litis conteſtat. ſed hic non eſt actor, ergo non eſt dare conteſtationem. Et licet non fiat litis conteſtatio, non tamen dicas q in abſentẽ poſſit ferri ſententia: quia ſubeſt alia ratio, quia abſens damnari non poteſt l. abſentẽ. ff. de pœn. ita Ang. Et q in inquiſitione generali non requiratur litis conte. tenet Pan. in c. cum 1. & A. in 2. col. de re iudi. & Alex. poſt Bar. in l. ab hoſtibus. §. ſed quod ſimpliciter. ff. ex quib. cau. maio. & Card. in clem. 1. in 7. q. de offi. ordin. Adde q litis conteſtatio non requiritur in inquiſitione de perſona promouẽdi, Cardin. in cle. 1. in 3. q. de conceſſ. praben. Et q ſit neceſſe q in inquiſitione conteſtetur lis, tenet pulchrè Aret. in tract. mal. in gl. hæc eſt quædam inquiſitio. in 3. char. in 3. col. & ibi vide pulch. apo. Tenorem huius c. refert Matt. in conſt. humanitate, in 5. col. ver. & pro hoc eſt c. Regis Caroli II. quod incipit, ab illo. Et poſtea pro intelligentia huius cap. ponit 4. pulchras, & utiles q. vide eum omnino.*

tenet, q ſic, vt in conſtit. reg. inci. ſi quis aliquem. ſed vide ibi glo. in ver. amittat. & illud tenet Griſonus. Ad intell. prædicti c. & conſt. humanitate, dixerunt quidã magni & ſolẽnes Regnicolę, aliqui dicunt, q fuit Do. Argentinus de Neap. tẽpore Reginę Ioan. pri. formaliter in l. 1. de cuſto. reorum. De iure aũt conſti. reg. quicunque eſt paratus dare idoneam fideiuſſionem pro qualitate delicti, & perſonæ, & facilitate conueniendi, accuſatus de quocunque crimine non debet detineri in carcere, exceptis certis caſibus, vtputa in crim. læſę maie. in crimine noto. in capto in flagranti, in confitente delictum, vel aliàs, vbi cõſtaret, q habetur in dicta cõſt. humanitate, verũ hodie per hoc ca. Regis Rober. qđ incipit, ab illo inchoandũ, vbi proceditur contra aliquem per viam inquiſitionis, vel accuſationis, in his criminibus, in quib. imponitur pœna mortis ciuilis, criminalis, vel membri abſciſſionis, ſi conſtaret ante publicationẽ, poſſet detineri delatus, vel accuſatus, verum facta publicatione ſi conſtaret de innocentia delicti, datis fideiuſſoribus nouis liberatur, vt in d. c. Quanquã aũt conſtare non dicatur, niſi poſt conclusionem, vt no. Inn. in c. ſignificauerũt. de teſti. Et qđ dixi, vbi cõſtaret de delicto, intelligo ſecundũ ritum magnæ curiæ, ẽt ſi incipiebat conſtare, quod declaratur ẽt per iudices magnæ Curię, nec reus facta publicatione liberatur, ẽt ſi conſtaret de innocentia eius, nec facta cõcluſione in cauſa ſecundum ritum, & obſeruantiam magnæ Curiæ, quę in hoc derogat præſenti ca. ab illo inchoandum. Et idem forſitan eſſet q haberet locum detentio, quando probarentur tanta indicia, q quis eſſet exponendus quæſtionibus, & tormentis per l. ſi hominem. ff. de poſ. quod intelligo in his criminibus, in quib. venit imponenda pęna vltra relegationẽ, p c. Regni hodie, qđ incipit, tormẽta. Luc. de Pen.

In eo. ca. *ab illo inchoand.* de quæſtio. bene commentatur ſupra. & per Luc. & alios. & no. hoc c. pro retentione illorum, contra quos conſtat de delicto, non obſtante quod fideiuſſores dederunt.

In ver. *plene.* Etiam ſi ſemiplene conſtat, curia Vicariæ ſeruat id, quod dicitur in hoc c. & mouetur per l. ſi hominem. ff. depo. & l. 2. ff. de cuſt. reo. & per And. in dicta conſtitu. humanitate. uer. conſtiterit. No. q dicitur conſtare ante publicationem. contra not. Ber. in c. ſignificanti. extra de teſtib. & ibi per Inn. niſi diceres, q alio modo hic dicitur conſtare, ut dicitur in l. diuus. ff. de milita. teſta. & ibi no. in uer. minus legitimè inquiſito. no. quicquid ſit de iure ciuili, vel canonico, in huiuſmodi inquiſitionibus, tñ de iure conſtit. Regni, iuſtitiarius inquirit qualitercunq;, & quandocunque, vt ſupra de inquiſit. conſtit. inquiſitiones, in prin. Sed hoc hodie moderatur, q ſemel tñ in anno faciat, & procedit contra notatos in loco eorum, ut ſupra in c. item q prædicti iuſtitiarij occaſione generalium inquiſitionum, vt in c. 1. & 2. Et ſi quidem per generalem inquiſitionẽ probatur tale crimen, quod non importat pœnam mortis ciuilis, uel naturalis, vel membri abſciſſionis probatum per 10. teſtes nulla data copia damnatur notatus, vt in conſt. hi, qui per inquiſitiones, in prin. hodie non ponitur in carcerem, nec damnatur niſi data copia, ut infra in c. prox. & c. ſubiungendo. corrigitur in illo q ubi requirebatur nu. 10. teſtium, hodie ſufficit numerus iiij. teſtium, per d. c. ſubiungendo. ibi. n. qñ notatus erat malæ famę, dabatur tñ copia nominum, non dictorum, hodie datur copia omnium, ut in eo. ca. ſubiungendo. & hoc de inquiſitione generali. ¶ In inquiſitione autem ſpeciali iudex procedit de iure conſtitu. in crimine læſæ maieſtatis, & de mandato Principis, vt d. conſt. hi qui. §. de ſpecialib. in caſib. in quibus poterat inquiri iure cõmuni, vult q delatoris nomen præcedat, vt ea. conſt. de iure autem capitulorum regni, procedit in caſibus de iure expreſſis, & aliis de mandato Regis, vel Vicarij, ut infra eo. c. generalis. Et tunc debet citari pars, & exponi ſub capitula, aliàs nulla eſt inquiſitio. Et deinde interrogatur per iuramentum, licet ex denunciatione procedat, ut de uiola. ca. ſubditorũ, licet ſecus ſit de iure canonico: quia non iurat. de hoc plene, vt in ca. cum dilectus. extra, de accuſ. Hodie officiales procedunt ex offi. ex vigore literarum regularium, eis directarum, quæ incipiunt, ne tuorum, &c. quæ literæ intelliguntur in criminibus publicis tñ, ex denunciatione præcedenti, prout declaratur per ordinationẽ nou. Regis Rober. quæ incipit, ut delatos. Et propterea duos caſus hic ponit, quibus redditur inquiſitio nulla, primus ubi nõ uocatur procurator, ſecundus ubi non ſit ei copia capitulorum, quod no. Adde q vbi intentatur exceptio, quæ tendit ad excluſionem delicti pendentis extrinſecus, uel peremptoria, requirit litis conteſtationem, & interim debet dicere cauſam in uinculis, & in hoc fundatur iſtud cap. & no. Bal. in §. iniuria, de pa. iur. firm. in uer. ſi impunitas homicidij pendet extrinſecus. Ioan. Chrip. Epi. Thea.

In ver. *& ſi publicatis atteſtationibus, &c.* Tu de hoc dic eſſe tex. aureũ in l. nullus. ibi, donec repererit cognitio celebrata diſcrimen. C. de exhibend. re. & ita in ſpecie per illum tex. dixit ibi Iac. Butr. & ibi refert, & ſeq. Bal. in l. ſed & ſi is. uer. extra quæro. ff. de in ius voc. vbi ſubdit q de hoc eſt tex. expreſſus in dicta l. nullus. qui tex. eſt magis ſingu. ita Bald. Adde Lud. Ro. de hoc dicto facientem magnum ſeſtũ, ſingul. 497. incip. accuſatus. ubi dicit eſſe caſum unicum, & ſingul. in d. l. nullus. & q ita bis conſuluit. & ſubdit q ualet hoc dictũ pro criminoſis, ſeu accuſato: nam ſi non relaxaretur ante ſententiã, non poſſet poſtea, ſi pars aduerſa appellaret, quia nil nouandũ appellatione pendente. Bar. in l. ab executore. ff. de appella. Bal. in l. 2. C. de Epiſcopali audientia. ita Ro. hoc idem uoluit Catal. in tracta. de ſynd. in 10. char. 4. col. uerſi. incipien. adde cautelam, &c. circa fi. alleg Bald. in d. l. ſed & ſi is. & tex. in d. nullus. aliter tñ inquit aliud c. Caroli II. inci. itẽ iuſtitiarij delatos. ſupra. & illum tex. in d. l. nullus, & cotam, Bald. in d. l. ſed ſi is, refert & ſequitur Henr. de Boue. in ſuis ſing. in verſ. proceſſus. in 2. no. inci. per publicationẽ &c. Adde quod tenẽtur iudices in ſynd. ſi non relaxant captũ, eo ipſo, quod apparet ex publicatione proceſſus de eius innocentia, nec debent expectare quod abſoluatur, ita no. inquit Amode. in tract. ſyndic. 6. char. in 1. col. uer. itẽ tenetur ſi non relaxat. & allegat Bald. ſingulariter in d. l. ſed ſi is. Et quod poſtquã iudici conſtat de eius innocẽtia debet eum dimittere, etiam ante ſententiam, tenet Bald. in l. ſi quis poſt. ff. de teſta. & in d. l. nullus. & ibi Iac. Butrig. tene menti. M.

De inquiſitionibus faciendis. *Rubrica.*

IN *generalibus inquiſitionib.* Probato de crimine, ſ. publico, vt patet, ff. de pub. iud. l. 1. de priuatis. n. non fit inquiſitio, ut ff. de priua. delict. l. 6. Inquiſitio non fit, niſi de magnis pub. ſolicitudinis cura ſuccedit, vt C. de cuſto. reorũ, l. 1. in principio. ibi, ſiue accuſator exiſtat, ſiue eum publicæ ſolicitudinis cura produxerit, ſtatim debet quæſtio fieri vt noxius puniatur, innocens abſoluatur. Et propter hoc uidetur q de furto non poſſit inquiri ex officio, cum ſit priuatum delictum. Sed videtur obſtare quod hic dicitur, propter capitulum, ad hoc. vbi imponitur pœna mortis naturalis pro furto cõmiſſo vltra vnciam. Sed dic quod ibi non dicitur, quod poſſit inquiri, ſed dicit q pęna imponitur, non dicit præmiſſis caſibus.

• ADDITIO. Probato de crimine. *Quomodo dicatur crimen probatum, alleg. ex fine conſtit. incip. ſubiungendo meminit Luc. in l. ſi. col. 2. C. de agen. in reb. lib. 12. no. a contrario ſenſu, q vbi bene probauerit. & petijt repulſam, non poterit arreſtari. ita Luc. decidit ſuper ca. præced. quem habeo ad pennam. & refert D. Matth. in conſtitu. humanitate, colum. 8.*

GEnerales inquiſitiones ſingulis annis ſemel tantum in locis ſingulis per prouinciarum præſides fieri uolumus. Nec ſub prætextu generalis inquiſitionis deſcẽdat ad ſpecialem, ſpecialiter inquirendo contra ſpecialem perſonam, vel de crimine ſpeciali, niſi de noſtrō ſpeciali mandato, aut in aliis permiſſis a iure caſibus ſpecialiter inquiratur. his addicimus Magnę curiæ noſtrę magiſtrum Iuſtitiariũ, vel eius locumtenentem, & iudices ipſius Magnæ Curiæ noſtræ, poſſe, vbi concorditer viderint, omnes, uel maior pars eorum inquirere, & inquiri facere, de ſpeciali crimine, & contra ſpecialem perſonam.

De criminibus denunciandis magiſtro Iuſtitiario. Rubrica.

SVbiungendo * quoque præcipimus, ut Iuſtitiarij Regionum & officiales cæteri merum habentes, & mixtum imperium, iudices & aſſeſſores eorum, ſub iuramento per eos de officio præſtito, & pœna periurij, ſingulis diebus, duobus menſibus, nobis in regno agentibus, vel in noſtri abſentia noſtro Vicario, aut magiſtro Iuſtitiario, ſeu locumtenenti, & iudicibus Magnæ curiæ noſtræ denunciare in ſcriptis debeant omnia crimina, in quibus nullus coram eis accuſator apparet: quæ in ſua iuriſdictione commiſſa dici cognouerint, & ex quibus mors naturalis, vel ciuilis, aut membri abſciſſio habet infligi, cum debitis circunſtantijs, criminum commiſſorum qualitate, & conditione illorum, qui exinde infamantur, & perſonarum, contra quas commiſſa dicuntur, ut ſecundum mandatum noſtrum, vel noſtri uicarij, aut magiſtri Iuſtitiarij, ſeu ſui locumtenentis, & iudicum, ad inquiſitionem ſpecialem conſultius procedatur. Et ut omnis in hoc * inducta dubietas ſopiatur, quando generalis, vel ſpecialis inquiſitio de crimine legitimè facta fuerit diſtinctione non habita leuium, vel non leuium perſonarum omnium, repertorum copia, tam nominum, quàm dictorum, per quemcunque, & quoſcunque probatum fuerit dari notato mandamus. Et ſi per quatuor teſtes, quos notatus non potuerit reprobare, per generalem inquiſitionem de crimine conſtet ad plenum, aut ſpecialiter legitimè inquiſito per ſtatutum a iure communi numerum teſtium, qui reprobati non fuerint, iam notato clareat de delicto, omni pœna mortis, mutilationis, deportationis, & alia maior, ſic per inquiſitionis efficaciam infligatur, ſicut ſi per ordinariam inquiſitionem liqueret. Sed ſi per numerum pauciorem in inquiſitione generali conſtaret de crimine ex probatæ inquiſitionis, ad inflictionem pœnæ mortis, mutilationis, deportationis nullatenus procedatur, faciant vero probationes ipſæ indicia, * & præſumptiones ad alium proceſſum habendum.

colum. 8. in fi. Robertus, &c. Rainaldo de Leſſo militi Iuſtitiario Terræ laboris. &c. Recepimus tuæ cõſultationis elogium, noſtro nuper culmini deſtinatum, per quod petebas inſtanter tibi authoritate noſtra concedi, quod in generali inquiſitione facienda per te perſonis, quæ tanguntur in illa nomina teſtium ſine dictis eorum, vel dicta ſine nominibus poſſis edere, cum ex editione nominum & dictorum facta temporibus retroactis grauium pœnas in eadem prouincia exortam materiam ſcãdalorum, ad quod datur tibi ſuccincta reſponſio, quod licèt conſtitutio Imperatoris Frederici facta poſt latam per Apoſtolicam ſedem excõmunicationis ſententiã contra eum, ſecundum certæ diſtinctionis differentiam dicit dandam in talibus copiam nominum, nõ dictorũ, quæ aliquoties ex abuſu fuit in iudicijs obſeruata: tamen claræ memoriæ Dominus Pater noſter cũ multorũ magnatorum & proborum virorũ deliberatione conſilij conſtitutiones edidit, per quas inquiſitionum conſimilium, & ſpecialium eis qui notantur in illis danda eſt indifferẽter copia omnium repertorum, vt ipſis ſeruetur defenſio tam circa dicta teſtium quàm perſonas. Quocirca fidelitati tuæ præſentium authoritate mandamus, quatenus conſtitutiones ipſas paternas ſerues tenaciter & attentè, niſi fortè aliud vobis ordinaretur expreſſè cauſa ſanioris conſilij ſuadẽte. prius enim huiuſmodi ſcandalum naſci permittitur, quàm ipſa veritatis ſubſtãtia relinquatur. & ſi cauſa prædicti vitandi ſcandali denegaretur repertorũ copia reis ipſis, illud notoriè ſequeretur abſurdum quòd in criminibus per accuſationẽ ordinariè inſtitutis eadem ratione non eſſet dictorum ſeu nominum copia exhibenda. Datum. &c. Et ſic per hanc declarationẽ, quã extraxi à regiſtro originali, quod tenet D. Antonius Barattutius fiſci aduocatus, car. 92. c. 22. approbantur iſta duo capitula, in generalibus, & ſubiungendo. Verum reſeruat Rex poteſtatem aliter ordinandi. & ſic limitantur dicta cap. & no. quod reprobantur hic geſta per Fredericum poſt eius depoſitionem. vide Capic. in deciſ. 74. ſi ſit danda copia. Piſanellus.

Ibi, *repertorum*. Nota dandam eſſe copiam nominum, & repertorum reorum in c. qualiter & quando. lo ſecondo, extra, de acc.

Ibi, *defenſiones*. Dicit Innoc. quod contingente maleficio notorio, ſtatim inquirit iudex generaliter, non contra certam perſonam, & facta inquiſitione generali vocat nominatos in inquiſitione, ut ſe defendant, & ſic ſeruatur, dicit ipſe. & hoc ponit in c. bonæ. extra de elect. ſuper uer. teſtis. Voluit etiam & Spe. in ti. de notorio. §. 1. uer. hoc autem, ubi ſimilem formam dat in procedendo. P. Piccol.

G*Enerales inquiſitiones*. Vide pro meliori declaratione huius capituli, capitulum Regis Caroli primi, quod incipit, item prædicti iuſtitiarij. Et pro hoc corrigitur conſtitutio Regni, quæ incipit, de inquiſitionibus faciendis generalis inquiſitio. vbi dicitur quod Iuſtitiarij poſſint quandocunque eis expedierit, facere generalem inquiſitionem. No in quibus caſibus ſpecialiter inquiritur, qui ſunt nouem. Primus de bonis proſcriptorum l. ſi quis intra. Secundus in l. forma, de cenſibus. Tertius in Authentica, de mandatis Princip. §. coges. collatio. 4. Quartus, ff. de mag. conue. l. 1. §. ſi præſes. Quintus ad Syllan. l. 1. §. quæſtionem. Sextus in l. 1. C. de ſuffra. vel de nau fr. l. quotiens. Septimus, de offic præſid. l. congruit. Octauus de bonis uacan. l fin. lib. 10. Nonus de aboliti. l. 2.

Ibi, *generalis inquiſitionis*. Et ſic no. quod quando fit generalis inquiſitio, non contra certas perſonas, non eſt neceſſaria citatio, & editio articulorum, ſiue capitulorum, ut d. l. congruit. ſecus ſi cõtra certam perſonam, ut extra de accuſ. cap. qualiter, & quando. Et pro maiori declaratione huius c. & ſimilium uide capitulum Regis Rob. quod incipit, coram nobis, ubi dat nouam formam procedendi, cum datur expreſſa licentia officiali cognoſcẽdi. B. de Ca.

De criminibus denunciandis, &c. Rub.

S*Vbiungendo*. No. ibi copiã, quod in generali inquiſitione, vel ſpeciali dari debet copia, aliàs non ualet in c. ab illo, in fi. Sed nunquid famoſis latronib. debet copia? dic quod non. in c. Regis Roberti, dudũ iam, &c. & in c. iuris cenſura. & hoc ca. corrigit l. hi qui. ubi fiebat diſtinctio leuiũ perſonarũ in generali inquiſitione, & in ſpeciali nõ dabatur copia ſine mandato Principis, nec etiã in generali, niſi per quatuor teſtes ad probãdũ. No. quod in generali inquiſitione requiruntur quatuor teſtes ad probãdũ delictũ, & ſic iſtud c. corrigit dictã conſt. hi qui. in qua dicitur quod maior numerus requiritur. Sed in inquiſitione ſpeciali requiritur numerus a iure cõi ſtatutus. l. fi. de prob.

● ADDITIO. Subiũgendo. *Vide plures caſus, in quibus poteſt fieri inquiſitio, quos latè proſequitur Luc. in l. ſi vacãtia, col. 2. C. de bon. uacan. lib. 10. ubi in 4. col. dicit, quod in regno, in priuato crimine non proceditur ad inquiſitionem. Pone quod iudex proceſſit contra aliquem ad inquiſitionẽ & publicatis atteſtationib. uidet parum aut nihil probatũ. ex quo vult per alios teſtes de nouo inquirere, an poſſit. Dic quod ſi proceſſit ex mero officio, poteſt: ſecus ſi ad partis accuſationem. ita Luc. de Pen. in l. 2. pen. col. in fi. C. de delat. li. 10. uide Bal. in l. ea quidẽ. col. 9. C. de accuſ. vide ad intellectũ huius ca. And. in cõſt. ſuper inciſionib. in fi. qualiter capit hoc verbũ, tormentũ, Ale. cõſ. 99. col. 1. vol. 3.* De B.

● ADDITIO. Et ut omnis in hoc. *Vide Capic. in deciſ. 74. ubi quando debeat dari copia repertorum. & Cottam in verbo, teſti non iurato. Affl. in conſt. hi qui. nu. 11. & 17. & in cõſt. item dura & dira, & in cõſt. ſi damna clandeſtina. nu. 29. & Alex. in l. 2. nu. 4. C. de eden.* De Bot.

Ibi, *Sed ſi per numerum pauciorem*. Iſte uerſus declarat conſt. ſi quis damna. de homi. & in glo. ad plenum. Barth. de Capua.

Hodie poſſunt officiales procedere in caſib. in iſtis criminibus, & habẽt literas, ut uoluit c. Caroli II. quod inc. pridẽ, & facit c. curę nobis, ꝑ.

In tex. ibi, *non habita diſtinctione leuium perſonarum*. Per hoc corrigitur conſtitutio regni, hi qui per inquiſitionem.

In tex. ibi, *Sicut ſi per ordinariam*. No. quod quando iudex procedit ex officio cõtra aliquẽ põt imponere aliã pœnam, quàm quæ uenisſet imponenda, ſi fuiſſet proceſſum iure ordinario. Et ſic tollitur dubiũ gl. Inſt. de iniu. §. in ſumma. an iudex poſſit ex offõ imponere pęnã mortis, & hoc voluit Inn. in c. inquiſitionis. extra de acc. & eſt tex. in l. 4. C. de ſep. vio. P. P.

● ADDITIO. Indicia. *Corrigitur doctrina Bar. in l. fi. de quaſt. & per Brun. in tract. de indic. & tortu. col. 4. in prin.* De Bottis.

De ter-

De tormentis, *Rubrica*.

TOrmenta. No.optimam declarationem nouam, q̀ in criminalibus vbi pœna vltra relegationem imponitur, poteſt ad torméta procedi, & non aliàs. ad id vide c. idem caueant iuſtitiarij. & illud ca. modificatur per aliud c. quod incipit, tormentis. infra. Sed aduerte, ne illud modificetur per iſtud. Sed pone q̀ aliquis detétus pro aliquo maleficio accuſatur, nunquid iudex probatis indicijs poſſit ad petitioné partis procedere ad torturam? dic de hoc vt no C. de quæſt. l. cũ cognitionaliter. B. de Ca.

Sed hoc c. corrigitur infra, de tormentis, ca. tormentis inſuper.

Tormenta. Circa materiam iſtam tormentorum. prouidit Rex Carolus I. regni anno 17. ca. Item caueant Iuſtit. & iudices. & ſimiliter ꝓuidit Rex Carolus II. an. 6. regni. Inſuper idé Rex Regni anni 11. ꝓuidit, vt hic Et circa hác materiam tormentorũ, vide omnes arbitrales literas editas a Rege Roberto. Nico.

Et dic vt dicit litera, q̀ inc. de iuris céſura, & quicq̀d ſuper ea ſcripſit D. Nic. de Vrſon. Nic.

Pro iſta materia vide l. diuus. & l. ex libero. ff. de quæſtio. & C. eod. l. in ſum. tex. in l. 1. §. ſi ſibi manus. & §. ité illud, ff. ad Silla. & in l. ſi quando. C. vnde ui. Barto. in l. cũ filius. de verbo. ob. & Bal. in l. ſciant. C. de probat.

In tex. *volumus adhiberi*. Vt hic, & ſupra in conſt. de pœn. ho. clan. l. ſi damna. & ff. de quæſtio. l. 1. P. P.

* Additio. Relegationem. *Ergo ſi eſt vſque ad relegationem, non torquetur, meminit Luc. in l. 1. pen. col. C. de nume ra. lib.* 12. De Bottis.

H*Abebitur quæſtio*. No. modum, qualiter quæſtio debet haberi per iudicem.

Ibi, *indiciorum*. No. dari copiã indiciorum, per quę quis exponitur ad tormenta, aliàs cóſeſſio inde ſecuta nõ valet, & ad vltimum cõcordat. ff. de quæſt. l. diuus. §. ex quibus cauſis. & idem dñs And. in cõſti. inci. ſi damna. vbi ét ipſe ponit, quæ debeant præcedere, vt habeant locum tormenta, & vide d. c. tormentorum. P. P.

* Additio. Argumentorum. *Vide And. Barbat. conſ. 47. 1. vol. Vide Parid. in trac. ſynd. in c. quia ſæpe iudices. quãdoque adhibẽtur medici, vt p Bal. cõſ. 275. ad euidẽtiã præmittendũ, vol. 1. in antiq. in ſi.*

Nota, quòd in ff. veteri, in titu. de ſenat. in pergameno, habeo apoſtillam antiquam ſub his uerbis. Quæri conſueuit: Aliquis fuit accuſatus & captus de aliquib. criminib. & quia de eiſdem criminibus, erant violenta indicia & tanta probatio, propter quæ poſitus fuit ad torturam, & iſte malefactor fuit valde tortus, & nunquam voluit confiteri aliquid: vertebatur in quæſtione, vtrum deberet abſolui, an aliqua pœna condemnari? Dicas quod puniatur pœna mediocri, argumen. l. 2. de recept. Thomas Delia.

1 Additio. *Super verbo*, habeat. *Vide quæ notat Dom. Lucas in l. facultas. C. de iu. fiſ. lib. 10. ſuper verbo, damna.*

De tormentis. *Rubrica*.

TOrmenta, iuxta prouiſionem iuris communis præcedentibus legitimis indiciis, argumentis, & ſuſpitionibus, volumus adhiberi, qualitate & conditione perſonæ quæſtionibus exponendæ diligenter inſpecta, in criminibus omnibus pœnam vltra relegationem* inſligentibus in conuictos.

HAbebitur quæſtio in publico coram aſſeſſoribus, actorum notario, & aduocatis, niſi nota & rationabilis cauſa ſubeſſet, & tortura deberet fieri in occulto. Et maximè in criminibus læſæ maieſtatis, vbi iudicem, aſſeſſoré, & actorum notarium volumus eſſe præſentes. Confeſſio verò tormentis expoſiti corã aſſeſſore, & actorum notario tantũ fiet, niſi cauſa rationabilis officialẽ mouerit, vt videat alios ſimul cum ſuo iudice, & actorum notario intereſſe debere. Indiciorum, argumẽtorum, * & ſuſpitionum, propter quæ ad tormenta proceditur, copia detur ei, qui quæſtionibus exponetur, ſuper quibus habeat [1] copiã reclamandi. Alioquin nullus ſit, ſequente tortura. proceſſus habitus contra ipſum, nullum ſibi præiudicium afferat confeſſio forſitan ex tormentis talibus ſubſecuta.

Quòd recipiatur ſententia, vel appellatio a tormentis. *Rubrica*.

SI iuſtè quis appellauerit a tormentis, recipiatur appellatio ante adhibitam quæſtionem. Nam ſi præſens iudex, & officialis quocunque nomine cenſeatur appellationem legitimã interpoſitam antè tormenta non receperit, aut hominem tormentauerit, vbi non debuit, ſeu in criminibus non inferentibus pœnam vltra relegationem, aut contra præfatam formã de homine quæſtioné habuerit, ſi quidé tortus ipſe ex tormentis, aut propter cóſeſſata per tormenta ſic ſibi adhibita mortuus fuerit, vel condénatus ad mortem, & ſententia in eum executioni mandata, Officiales adhibitores talium tormentorum ad vltimum ſupplicium propterea condemnentur. Simili pœna mortis iudicibus imminente, ſi diffinitiuè damnatum per eos ad mortem non admiſerint appellantem, & appellatione reiecta, mortis pœnam dicto reo, ad quam erat damnatus, ſententialiter inflixerũt. Si verò tormentatus mortuus non fuerit ex tormentis, dicti officiales pœnam carceris biennalis incurrãt & tertia pars bonorum ſuorũ omnium, ipſo facto Curię noſtræ commodis applicetur, eius dominium in fiſcum noſtrũ tranſeat ipſo iure, quod ſi diffinitiue damnatus non mortis pœnam, appellatione reiecta, quam interpoſuit, ſed aliud ſupplicium ſit perpeſſus, Officialis huiuſmodi quod fecit expectet, vt eandẽ pœnam ſuſtineat, quam inflixit reijciens appellationẽm rationabiliter interpoſitam ab eodem. Nec vnquam officialis ſic ſemel punitus, aut adminiſtrando excedens in uitus ad exercendum officium aliquod deputetur, vel ſpontaneus admittatur, de quo ipſum inhabilem declaramus. Ad hoc ſi per proceſſum habitum contra tormentis expoſitũ liqueat tormenta fuiſſe adhibita contra prædictam formam, & modum, quãuis idẽ proceſſus per eundem factus, qui tormenta inflixit, cõtineat totum ipſum poſtmodum die, ſeu vice alia ſponte confeſſum fuiſſe de crimine, & abſque formidine tormentorum, præſumimus & volumus ut ſit iuris præſumptio, q̀ illud tormentorũ formidine ſit confeſſus: quantuncunque in proceſſu contineatur q̀ ſpontè: niſi de tali ſpontaneitate, ſeu voluntate ſpontanea tormentati conſtet iudici appellationum, & ei ad quem ea res pertinet, aliter quàm per acta & proceſſum prædictum.

Quod recipiatur ſententia, vel appellatio a tormentis. *Rubr.*

S*I iuſtè*. Veluti, quia nullis indicijs præcedẽtibus, uel quia non tẽpore, vt rationis moderamina requirunt, & deſiderant, & in caſibus non permiſſis. vel melius, quia non data copia indiciorum ſibi, & argumentorum, vt ſupra dicitur. Et pro declaratione huius cap. vide in l. ſi quis. §. quid tamen. ff. de iniuſ. rup. & irrito teſt. l. 1. §. hi auté omnes, ver. quid tamẽ. vbi ponuntur caſus, in quibus non eſt admittenda appellatio. & ibi gl. quę allegat l. 2. de appellat. recipien. vel non. Quæro, iudex interlocutus fuit legitimis indicijs præcedentibus, inquiſitum fore ad tormẽta ponendum: ille contra quem interloquitur appellauit, an eius appellatio ſit admittenda? videtur q̀ non, per l. ſatis. C. de falſis. quia ſicut per appellationem non ſuſpenditur executio in tormentis, ſic nec per obligationem falſi retractatur executio debiti. Sed dicas contra: quia deferendum eſt appellationi, nec ullo modo eſt torquendus, niſi in caſibus poſitis infra, in ca. ſequenti, in accuſatis. per l. primam. nil nou. appe. pend. & quod ibi not.

Ibi, *ſimili pœna mortis*. Ratio, quia videtur ac ſi hominem innocentem occidiſſet, quia paria ſunt innocentem cõdemnare, uel iuſtam defenſionem non attendens, ipſum punire, ut dicit tex. no. in l. lege. ff. ad l. Iul. rep.

Ibi, *niſi de tali*, &c. No. hic vnũ caſum, vbi nõ creditur actis, quod eſt contra iura canonica, & ciuilia. B. de Ca.

Additio. *Sed pone, quidam exponẽdus eſt quæſtionib. & tormentis, appellauit, quæritur quis cognoſcet de cauſa principali; Ille ad quem appellatur, an ille a quo? diſtingue: quia aut appellatio fuit pronunciata iuſta, & ſic non eſt locus torturæ. & tunc non cognoſcit Iudex principalis. Si vero appellatio eſt pronunciata iniuſta, & ſic eſt locus torturæ, quam torturam non habet facere iudex appellationis, & tunc ipſe cognoſcet de negocio principali, extra de appel. c. vt debitus. Appellatio enim habet duos effectus, ſcilicet ſuſpenſionis, & deuolutionis, ſuſpendit enim iudicatum, vel grauamen, & deuoluit iuriſdictionem, vt no. Archid. extra de re iudi. c. 1. in fi. gl. Item quid ſi pronunciauit ipſum torqueri, an poſſit reuocare iſtam interlocutoriam*

Reſpondeo

Reſpondeo ſic, extra de app.ca.ſi appellatio lata fuerit, arg.de re iud.l. quod iuſſit.& C.ſententiā reſc.nō poſ.l.1.in gl.ff.de no.ope.nun.l.ſi opus, & C.de ſententijs.l poſt ſententia.Itē formauit hac D.Bar.de Capua talem q. † Contra reū præcedunt indicia criminis, dicit reus iudici, placeat prius dare mihi defenſionē, quàm me ponas ad tormenta, nunquid debeat dari ad probādū defenſiones? videtur q nō. l.3.C.vbi ſena. vel clari. Ibi, eo q in crimine nota tus, &c. Nā cū illis perſonis, quibus ibi conceditur ſit ſpeciale, in cæteris videtur de iure cōi obtinere contrariū. ff.ad municip.l.1.quoniam prius probat actor, & fundata intentione actoris, reus ponit exceptiones ſuas. C.de exce.l.ſi quid. & de prob.l.exceptiones. Igitur prius Curia debet fundare intētionem ſuam, vel actoris per teſtes, vel confeſſionem rei, quàm ipſe reus audiatur in ſuis exceptionibus. Vos dicatis, quod prius ſit danda defenſio, maxime quando quis aliqd tale allegat, quo probato nō debet ad tormenta procedi. Nam & ab interlocutoria appellatur, ſeu a commina tione tormentorum ff.de appellationibus recipiendis. l.ante. ſero namque appellatur, ſi prius poneretur ad tormenta. Bar.

Caſus. in quib. poteſt cūpē ſui i tor tura.

† Additio. *Vide ad hanc q. Alex. cōſ.66. vol.1.& c.Regni, in accuſatis, & ad hoc c.& præcedens vide Parid.de Puteo, in trac.ſind. in verbo, officialis poſuit ad cordam, 3.colum.in tracta. de indic. & tortu.in parte tortura, quaſt. 7. prin.& Mod.in c.regni, ſubdstorū. nu.128. cum ſeq.& D.Th.Gram.dec. 34.nu.9.* M.A.Puluer.

Quod ſeruetur ius Romanum, & cōe. Rub.

IN *accuſatis*. Iſtud capitulum in caſibus hic contentis vr corrigere ca. præcedens Regis Roberti, quod incipit, tormenta, quod non permittitur, q ſub huiuſmodi quæſtionibus ſubdetur, niſi præcedentibus indicijs. Iſta crimina videntur indicia continere, & declarat diſcrepantiam iuriſperitorū.& eſt C.de quæſtio.l.1.& addidit plures alios caſus, & videtur approbari opinio Azonis in ſumma, eo.ti.§.qnque eſt. Tamē ſatis obſtat pp hoc, quod in fi.c.dr, ſicut iudici de iure vr. Et no.hic præſumptiones iuris: qa ſemper quis præſumitur, qñ quis eſt tortus, fuiſſe cōfeſſus formidine tormentorū, niſi de ſpōtanea volūtate fuerit, pbatū.

Ibi, *Iuſtitiarij*. Vide hoc c.quod incip. itē quod in cognitionib.

Ibi, *abſque iudicis*. No.quòd Iuſtitiarius non debet aliquem torqueri facere abſque conſilio iudicis aſſeſſoris ſui.

Ibi, *reſiſtentem contra, &c.* Vt in cætem caueant Iuſtitiarij, & etiā actorū notarius tenetur reſiſtere, & in actis redigere. Barth.de Cap.

In eo.c.ibi, *quòd ſeruetur ius Romanum*. No. hanc literā, q de iure cōmuni in octo caſibus proceditur ad tormenta. Et in verſi.vacillante, quod teſtis, qui vacillat, poteſt poni ad torturam.

In ver. *ſed ſi Iuſtit*. No.q ſi Iuſtitiarius, vel capitaneus facit aliqd ſine ſuo aſſeſſore, quod aſſeſſor non tenetur in fine officij. No.quod Rex, & vicarius gñalis, & ſic magna curia Vicariæ inferunt tormenta ſuo arbitrio, & abſq; ſolēnitatib.ad proceſſum informatiuū. I.Criſp.

Addit. *No.caſus, in quib.pōt deueniri ad tormēta, iuris ſolēnitatib. nō ſeruatis. Adde hic cap.qđ inc.tormētis, et aliud qđ inc.ſi cū ſceleratir.*

✱ Additio. Arbitrio. *No.de arbitrio Proregis in tormentis: tamen iſto caſu debent eſſe legitima inditia. uide Capic. in deciſ.126. col. 1.in fi.Alexan.in conſi.65.uol.1.* De Bottis.

Quod ſeruetur ius Romanum, & commune. Rub.

IN accuſatis autē de crimine læſæ maieſtatis, & hæreſis, publicis latronibus, diſrobatorib.viarum, captis in flagrāti crimine, aut in fuga, in teſte vacillante, & in eo qui deliquit iudice ſedēte protribunali, Ius Romanū, & cōe ſeruetur, vt præter formā & modum præſentis edicti ſubdantur, ſicut iudici de iure videbitur, quæſtioni. Iuſtitiarij, & alij præſidētes, ſi de conſilio iudicis, & aſſeſſorum eorū expoſuerint quenquam tormentis contra prædictam formā & modum, excuſentur à pœna: iudice, ſeu aſſeſſore præmiſſis pœnis afflicto, niſi dolus, & fraus ipſius Iuſtitiarij, vel præſidis cuiuſlibet arguatur: quo caſu, puniatr vterque aſſeſſor, & præſes. Sed ſi Iuſtitiarius, & præſes abſq; iudicis & aſſeſſoris cōſilio ad tormenta pdicta proceſſerit, præſidente punito, excuſetur aſſeſſor, & iudex à pęna, ſi fuerit inſcius tormentorū: aut ſi ſciuit, & pertinaciter reſiſterit præſidenti, ad cuius iudicis, & aſſeſſoris inſtātiam ſuā reſiſtentiā pertinacē, quā notarius actorum audierit: ipſe notarius ad eandem pœnā in actis redigere teneatur. Noſtro & generalis in regno noſtro vicarij reſeruato arbitrio, ✱ vt citra & cōtra formā pdictā faciamus adhiberi tormenta, ſicut expediri videbit, & facti occulti, vel periculoſi qualitas ſuadebit.

De confeſſione latronum. Rub.

COnſtitutionē ✱ diuæ memoriæ Dñi patris noſtri, per quā ſtatuit confeſſionē trium latronū, diſrobatorum uiarum ſigillatim habitā, & occultè, ſicq; ut eorū quilibet de confeſſione alterius ſit ignarus, qua de ſe cōfeſſi facinus nominant receptatores, eorum cōplices, & fautores, & qui eis victui neceſſaria miniſtrarunt, tantā fidem facere, quantam teſtimoniū duorum proborū, declarantes edicimus, & declarādo præcipimus, tunc demū confeſſionē ipſam talē habere vigorem, qñ præmiſſi nominati p eam reperiant fore leues & infamatæ perſonę: mādantes ut his, qui tanguntur ex cōfeſſione prędicta, detur copia nominum & dictorū cōfeſsionis eiuſdē, probatorum ēt per quę de leuitate, & infamatione perſonę conſtare aſſeritur: audianturq; in eorū legitimis defenſionib. corā iudice, qui procedit in eos ex confeſſione præmiſſa; Si uerò non fuerint leues, & infamatæ perſonę; illam confeſsionem eandē volumus efficaciter aperiri, & propter eā officialem ad quē ea res pertinet cōtra nominatos in confeſsione prædicta de his, quæ cōfeſsio continet, nō expectato pro inde alio noſtro mandato, inquiſitionem ſpecialem facere poſsit, & ex officio procedere contra eos, vt tñ nominatos eoſdem, data eis, ut ſupra copia, in iuſtis eorum defenſionibus audiant, & admittant.

De confeſſione latronum. Rubrica.

COnſtitutionem *diuæ memoriæ*. Quæ eſt in capit. Regis Roberti, quæ incipit, frequens & ineffrænata.

✱ Additio. Cōſtitutionem. *Vide Iſer. in conſt.regni, ſi dāna clandeſtina.5.col.et uide ſup. c.regni, de teſtimonio publico diſrobatorū.* Pul.

Ibi, *teſtimoniū duorū*. Vide d.c.frequēs. circa fi.p quod iſtud declaratur, & modificatur. No. q ubi aliquis eſt latro, & confitetur de aliquo receptatore, complice, vel fautore, q poteſt inquiri contra eum per talem confeſſionem.

Ibi, *audiatur*. No.hic unū de caſibus, ubi agi pōt ex officio ſpeciali inquiſitione contra aliquē, & adde alios, quos ponit do. And.in conſt. inquiſitiones generales de quæſt. & alios quos ſcripſit in c. cura nobis, Regis Roberti. P. P.

Dat intellectū ad d.ca. frequēs, moderando.

No.hic, q confeſſio triū latronū, vel malorū hoium, tm̄ valet quantū confeſſio duorū proborū. Ex quo ſume argumentū ad multa, & primò ad cōparationē teſtium duorū. l.ob carmen.§.teſtes.ff.de teſti. in gl.Secundo, ſicut dictum duorū proborum valet, ſi non pōt opponi eis exceptio, ſic ſi nō poterit dictis triū malorū opponi aliud, niſi famæ & vitæ malę. Sed ſi alia extraor. ſicut corruptelæ, & ſimiles, ut hic apparet, & q de maleficijs (vbi de ſalute hominis agitur) multò magis in ciuilib.arg.l.additos.C. de prob. Contrariū inducitur, qa hæc l.eſt cōtra ius cōe, ut in l.fi.C. de accu.quare nō trahēda ad cōſequentiā. arg. l.quod vero. de legib.ſed ubi eſt maior, vel eadē ratio, licet in ſpeciali aliquid ſtatuatur, trahitur ad conſequentiā in ſimili.ſatis clare no. C.de pa.q fil.diſtr.l.2.in gl.mag.in prin.ſed in ea.gl.dici poſſet cōtra.

Ibi, *item per aliam cauſam, &c.* Et ff.de re.iur. l.quod quæ. gl.tenet ſic. Diceremus q arg.huius literæ admittūtur in omni cauſa, ut dictū eſt in eis, infamia non obſtante. Sed alijs obſtātibus.ſ.timore corruptionis, & ſimilibus non, ut ſupra in conſt.alleg.de qua facit mentionem iſte tex.& eſt c.frequens & ineffrænata temperies. P. P.

De defenſis, violentijs, & iniurijs illatis religioſis, uiduis, pauperibus, & eccleſijs. Rubrica.

DE iniurijs, ✱ offenſis, maleficijs atque culpis quibuſlibet reli-

De defenſis, violentijs, & iniurijs illatis religioſis, &c. Rubr.

DEinceps. In lib.meo incip. *De iniurijs*. Aduerte q ēt nulla facta denunciatione p iniuriā paſſum, q quocūque modo pueniat ad notitiā iudicis, pōt procedi ex officio cōtra inferentē iniuriā, paſſo tacēte. Et tūc cū ex mero officio pceditur, pñt produci teſtes cōſanguinei, & familiares, & admittūtur ēt domeſtici iniuriā paſſi, ut extra de ſimon. c.licet Hely. Sed qñ proceditur ad inſtantiam partis paſſæ iniuriā, ipſo procurante inquiſitionē, tunc prædicti non poſſunt produci in teſtes, vt extra de accu c.qualiter, & quando. Et no.hic, q qñ ex mero officio proceditur, q publicatis att. ſtationib. poſſunt teſtes examinari, ut no.p Inno.in c.cū clamor.extra de teſt. quia tunc nō timetur ſubornatio: qa non eſt ibi pars: Sed iudex eſt pars, qui ſemper habet nota dicta teſtiū.& uide notata per Inn.ibidem. And.de Iſer.

✱ Additio. De iniurijs. *No.caſus, in quib.pro iniuria proceditur ex officio.de quo uide Affl.in c.1.§.iniuria.n.7.8.de pace iur.fir.* De B.

De iniurijs. Nota, quòd in iſtis caſibus poteſt ex officio procedi, & iunge ad hoc capitulum, per ducem Calab. quod incipit, uetitorum, cap. idem claræ memoriæ. licet illa cap. contraria ſint, in quibus non proceditur ſummarie, ſed illa intelliguntur in criminibus factis in perſonam, non in rebus. tu dic quòd ibidem, etiam ſine denuntiatione proceditur. Barth. de Cap.

In ver. *nullus accuſator apparet*. Debet tamen denuntiare, ut in noua ordinatione regis Roberti. Et ſic intelligitur illa litera arbitraria, Ne tuorum. Circa hoc vide illud capitulum, incipien. pridem per diuerſos.

Nota ex hoc cap. quomodo debet procedi, qñ infertur violẽtia in bonis alicuius.

In ver. *puniantur*. Sed nunquid iudex procedẽs in illis caſibus ex officio, debeat facere ſatisfieri perſonæ iniuriatæ? videtur quòd ſic, ut no. in cap. poſtulaſti. ext. de iud. cum glo. ibi in ver. limitatio eſt regulariter. Io. Criſp.

giosis, clericis, & eccleſiaſticis perſonis illatis, vbi nullus accuſator apparet, ex officio inquiratur noſtro, vel noſtrę curiæ non expectato mãdato, & iniuriatores, ſeu malefactores pœna debita puniantur.

DE violentijs illatis iam, aut de cætero inferendis in rebus, viduis, pupillis, pauperibus, & eccleſijs, de violentijs quoque illatis in rebus quorumcunque, per quoſcũque a duobus annis citrà, necnõ de omnibus alijs violentijs, quæ committentur, ſi cauſa ordinariè proponatur coram iudice competenti per violentiam paſſos, aut eorum nomine legitimè proponẽtes: ſummariè, de plano, ſine libello, litis conteſtatione, ſtrepitu, & figura iudicij, cognoſcatur de his: vel ad inſtantiã prædictorum aſſerentium ſe violentiam paſſos reſtitutionem rerum ſibi fieri poſtulantes; iudex competẽs ex officio ſuo inquiret, & inquiſitionis negotium ſummariè, ſine ſtrepitu, & figura iudicij terminabit. Sed reſtitutio tãtum rei per huiuſmodi iudicia contra uiolentum, & habentem cauſam, poſſeſſionem, & tenutam a violento ſequatur. De pœna verò ipſis ciuiliter, aut criminaliter per paſſos iniuriam impetitis, cõſueto, & debito iudiciario ordine cõuincantur: niſi officialis cõpetẽs de noſtro, aut noſtri in regno vicarij, vel magiſtri Iuſtitiarij, ſiue ſuum locum tenentis & iudicium, vt præfertur, de præmiſſarum uiolẽtiarum criminibus ſpecialiter inquiſiuiſſent, vel per generalẽ inquiſitionem de huiuſmodi violentijs, & iniuriatoribus ritè liqueret: quãdo ad inflictionem pœnæ legitimè inquirentes, & eos ad quos ea res pertinet procedere volumus, in numero teſtium, per quos conſtat de crimine, ſicut apertè ſupra deſcribitur, diſtinctione ſeruata: iudex, ſeu cognitor in inchoatione inquiſitionis, & ſummarij iudicij prædiſtincti ad inſtantiam pauperis paſſi uiolentiam faciendi, ipſum pauperem eſſe pronuntiet, cuius pronuntiationi ſic ſtari volumus, ita vt ad probandum contrariũ aduerſarius nullatenus admittatur.

De conuentis, qui alienant poſſeſſionem. *Rubrica.*

COnuentus * poſſeſſionem rei, vel re ipſa quocũque iudicio, ſi lite pendente conteſtata, vel quaſi, poſſeſſionem, vel alienauerit in alium, & aliquo titulo tranſtulerit: aut alius ſciens, aut ignorans ipſo conuento rem vitio litigioſi affectã acceperit, uel poſſeſſionem intrauerit; in perſona ipſius alienantis, transferentis, & conſentientis finiatur iudiciũ, & ſi per multas manus poſſeſſio ambulauerit, ut executio fiat contra poſſeſſorem, apud quem dicta res, vel poſſeſſio inueniretur manere.

De defenſa. *Rubrica.*

PRopoſito de ſpreta defenſa pendente iudicio contra aliquẽ licitum ſit conuento ante teſtiũ aperturam quaſcunq; defenſiones cũ releuãtes offerre, atq; probare, niſi adiectione abſentiæ de loco ſe vellet iuuare; puta ſi diceret die ſpretæ defenſæ ſe in loco alio cõmoratũ.

● ADDITIONES. Conuentus. *Si tutor eſt condemnatus ad reddendum computum in actione perſonali, an poſſit exequi ſuper bonis medio tempore alienatis contra emptorẽ. uide Capic. dec. 113. qui dicit quòd non. ſecus ſi in executione eſſet citatus ille tertius poſſeſſor pro ſuo intereſſe iuxta Bal. in l. fi. ff. ſi cer. peta. & in l. 2. C. quando fiſc. vel priuat. & per Doct. in l. decẽ. ff. de ver. oblig. Et an contra clericum tertium poſſeſſorẽ. vide Pet. de Anch. conſi. 394. Steph. de Aufferio in repet. clem. 1. de offic. ord. reg. 2. fall. 10. Guliel. in c. Raynut. in verbo, & vxorẽ Adelaſiã.* F. Iod.

¶ *Vide etiã Feli. in c. venies, il 2. col. 8. ver. ſecũdo no. q ſtatutũ Paduę, de teſtib. vide etiã Frãc. de Aret. et Fel. in c. quia. de iud. vbi latè examinat materiã huius cap. & Philip. de Franchis in cap. ex ratione, 25. 26. col. de appel. vbi allegat dictum Innoc. in c. quia. de iudic.* M. Ant. Pul.

¶ *Vide Affl. in deciſ. 396. & in conſtit. circa violentiarum. num. 2. & omnino Couarru. in cap. 25. pract. qq. nu. 7.*

Sententia lata contra debitorem mittitur executioni contra tertium poſſidentem, cui fuit facta alienatio lite pendente. hoc cap. ſaluat opin. Bal. vt per Scrib. in l. a diuo Pio. §. ſi ſuper reb. ff. de re iud. vide Mod. in conſt. circa violẽtiarum. col. 2. in prin. An autem hoc cap. habeat locum, ſi alienatur in clericũ, uide Soc. in conſi. 14. vol. 4. vbi per totũ pulchra dicit, et tenet, q nõ. De B.

DE *violentijs*. Suprà in capit. Caroli I. quod incipit, ſubiectorum noſtrorum, aliter procedebatur.

Ibi, *pauperibus*. No. q paupertas prodeſt: pro quo uide l. ſi quis ad declinandam. C. de epiſc. & clericis.

Ibi, *Summariè & de plano*. Sed quomodo intelligitur ſummariè? dic ut no. in cap. 7. per Inn. extrà de accuſ. & c. ſicut olim. & qđ ſcripſi in l. miles. §. lex. de adulter.

Ibi, *tribuat, &c.* Vide in conſt. regni, circa violentiarum, & ibi gl.

Ibi, *niſi officialis*. Alibi dicitur, quòd capiens bona alicuius pro ſua voluntate, abſque mandato ſuperioris habẽte poteſtatem, punitur pœna capitis, ſicut capiens aliquem de perſona, ut dicit cap. quæ ineffrenata, & in cap. quod incipit, quod nulli aliquis.

Ibi, *de pœna, &c.* Eſt bona ratio, quòd uitium rei ſequatur omnem poſſeſſorem. l. uitia. C. de acquir. poſſeſſ. Nam iura pro eodem reputant auferre, & iniuſta retinere, vt no. glo. in c. ſæpe. de reſtitu. ſpol.

Ibi, *per generalem inquiſitionem*. No. vnum de caſibus, ubi iudex poteſt ſpecialiter & generaliter inquirere ſuper violentia, & deſtitutionibus factis in perſonis, & rebus quorumcunque ex ſuo officio mero, de pœna, in qua incidit uiolentus de iure communi, tam de vi publica, quàm priuata, habes textũ Inſt. de publ. iudi. §. Item lex Iulia.

Ibi, *pauperem*. in fi. c. Nota quòd vbi proceditur per uiam inquiſitionis, debet pronuntiari illum eſſe pauperem, cuius dicto ſtatur: & probatio in contrarium non admittitur. Pet. Pic.

In verſi. *de plano*. Sic ſupra eo. c. ſubditorum noſtrorum clamoribus. Vide Bar. poſt glo. in l. leuia. ff. de accuſat.

In ver. *reſtitutio*. Contra ſupra eo. c. ſubditorum.

Ibi, *exigatur pœna*. Sol. iſtud corrigit illud. vel dic verius, quòd ibi non proceditur ex officio, ſed ad petitionem partis: & tunc ſeruatur ille ordo, & ſic debet intelligi quod dicitur ſup. proxi. reſp. I. C.

De conuentis, qui alienant poſſeſſionem. *Rubrica.*

C*Onuentus*. Pro declaratione huius cap. uide Dy. in c. pro poſſeſſore, de reg. iur. lib. 6. & gl. in l. Iulianus, & in l. ſi is qui fraudationes. ff. ex quib. cau. in poſ. eat. ¶ Et no. qđ ubi iudiciũ eſt inceptũ cõtra aliquẽ ob aliquã rẽ, in eius pſona dẽt finiri, & executio fieri contra poſſeſſorẽ. ¶ Et qua pęna puniĩ emptor, & uẽditor, uẽdẽtes rẽ litigioſam, vide in conſt. incip. eorum fraudib. circa fi. & in l. fi. C. de litig.

Conuentus. Vide pro hoc c. conſtit. regni, quæ incipit, eorum fraudibus, & etiam l. 2. C. de litig. N.

Poſſeſſio ambulauerit, &c. Hæc litera ſumpta eſt ex l. fi. & l. ſed & ſi lege commiſſoria. §. perinde. ff. de pet. hær.

Apud quem, &c. Pro hoc facit aperte in Auth. de mona. §. ſi verò his quidem. in fi. ubi eſt litera talis. Ea uerò quæ rapta ſunt, ſi apud quoſcunq; inueniantur, modis omnibus reddantur priſtino dño. N.

Et nota quòd ſi tales alienationes, ſiue tranſlationes fiant in potiorem, qui ſe cauſæ defenſioni opponat: uel titulos, & de ſe ſigna ſua prædijs, de quibus eſt mota lis, affigat: conuentus ipſius prædij, ſuper quo conuenitur, amiſſione mulctandus eſt, vt C. de his qui poti. præ. impo. l. 1. alias, ut nemo priuatus ti. præd. ſuis impo. Nicol.

¶ De materia huius c. uide in l. 3. per Bar. de pig. & per Bald. in l. una. de alien. iu. mu. cau. fa. & in Auth. de litigioſ.

Ibi, *poſſeſſio*. Pro declaratione uide cõſtitũe, circa uiolẽtiarũ. Bart.

Per iſtud cap. determinata eſt quæſtio, quam format Cy. in l. 1. C. de alien. iudi. mut. cauſa fac. Idem determinat conſt. eorum fraudibus, & ſemper ad iſtud recurre. Pet. Pic.

De defenſa. *Rubrica.*

P*Ropoſito*. Per iſtud cap. corrigitur ille punctus, exiſtens in conſtit. ſi quis in poſterum, iuxta medium, de ſpre. defenſa ¶ No. conuentus poteſt per beneficium huius c. omnes defenſiones, quas uoluerit offerre, niſi uoluerit dicere ſe fuiſſe abſentem tempore interpoſitæ defenſæ, quo caſu non auditur. Pet. Pic.

De pœna

De pęna portationis armorum. Rub.

PLectantur pęna portationis armorū, qui cultellos feritorios ſecū ferunt, eos videlicet, qui non ad aliud, quàm ad offendendi & nocēdi miniſterium præparantur.

De armis acutis. *Rubrica.*

QVi cum roncha ferrea, accetta, manaria, cultello quocunque quemquam percuſſerit, aut quolibet alio nociuo ferreo inſtrumento, eadem pœna plectatur, ſicut ſi cum enſe, aut cultello feritorio percuſſiſſet: & vbi non conſtat cum qua manu percuſſit, amputetur ei manus validior, cum qua poteſt melius ſe iuuare.

De forindicatione. *Rubrica.*

SIue quis ſit forbānitus * per iudicem competentem accuſatione ordinariè inſtituta, ſiue per inquirentem iudicē, qui propter probata inquiſitionis, quam fecerat de criminibus, ſeu de crimine inquirendo per officium procedebat, foriudicationis ſententia modo debito, poſt legitima tempora ſubſequatur, quam foriudicationem tūc tātum procedere volumus cū bannitus fuerit ob cōtumaciam criminis, cuius pęna eſt mors naturalis, aut deportatio, mēbri abſciſſio, aut carcer perpetuus. Sed ſi de contumacia aliorū minorū criminum eſſet bannitus, & in cōtumacia, & bāno duret per annū, ipſum foriudicari non volumus, ſed poſt lapſum anni perdat omnia bona ſua, facta diſtinctione, & numeratione liberorum, prout in regni conſtitutionib. cōtinetur. Quilibet etiam talē bannitū authoritate propria capiat, & iudici qui eū banniuit, vel ſucceſſori eius aſſignet tenendū in carcere, vt dicat cauſam in vinculis, donec accuſatio, & cognitio cœpta fuerit terminata: qui ſi fuerit abſolutus de crimine, vel etiam condēnatus, ſiue etiam deſtiterit accuſator, propter tam diuturnā contumaciam, ſtet in carcere tanto tēporis ſpatio, quanto in contumacia perdurauit.

De bobus aratoriis non pignorandis.
Rubrica.

COnſtitutioni boues aratorios & inſtrumenta ad agriculturam pertinentia non debere capi pro debitis prohibenti, etiam ſi alia bona non habeant debitores, hoc addēdo ſubiungimus, niſi prę-

De pœna portationis armorum. *Rubrica.*

PLectantur. Ibi, *armorum, quòd cultellos feritorios ſecum ferant, eos videlicet &c.* Cum iſto cap. concordat conſtitut. intentionis. ſupra de porta. armo. ubi per Andr. ad hoc uide conſtitut. ſi quis aliquem, quæ modificatur per iſtud cap. Pet. Piccol.

De armis acut. Rub.

QVi cum roncha. Ibi, *accetta*. Pro intellectu huius cap. vide per Andr. de Iſer. in conſtit. ſi quis cum armis, de pœna percutiē. & non occiden. P.P.

De foriudicatione. Rub.

SIue quis ſit forbannitus. Hoc eſt nouū per iſtud c. nam de iure conſtōnis non inuenitur quod quis bānitatur, qñ proceditur ex off. cōtra eum, ut in conſtit. pœnā, & in cōſtit. grandis.

• ADDITIO. Siue quis ſit forbannitus. *Vide Afflſ. in conſtit. grandis. num. 4.*

¶ *Carolus, &c. Regenti Curia Vicaria regni Siciliæ, & Iudicibus eiuſdem cur. conſul. famil. & fidelibus paternis, & ſuis &c. Pro parte Petri de Tobia, ciuis Neapolitani, regij noſtri fidelis oblata culmini noſtro petitio continebat, quòd ipſe pridem citatus extitit per veſtrum officium de quodam inſultu, & percuſſionibus per eum factis, ut ponitur, cum armis prohibitis in perſonā talis, qui dicuntur uſq; ad effuſionē ſanguinis proceſſiſſe, & quia tūc non comparuit corā vobis, nec pro eo aliquis, qui cōtumaciam excuſaret eiuſdē ipſius talis & conſanguineorū ſuorū potentiā pertimeſcens fuit propterea banno ſuppoſitus, & ad tertiā partem bonorum ſuorum mobilium condemnatus: elapſo verò anni ſpatio a die condemnationis ipſius veſtrum præparatis officium ad foriudicationis contra ipſum ſententiam proferendum. Cumq; contumacia talis obiecti criminis ſententiam foriudicationis, vt in expoſitione ſubiungitur, non inducat prædictus poſtulans pro parte d. Petri nobis ſupplicauit attentius prouidere ſibi ſuper hoc de oportuno ſuffragio per noſtra authoritatis præſidium dignaremur. Nos itaque deducto in rectę conſiderationis examine ac prouiſo penſato, quòd ſi is, qui accuſatur de crimine, vel inquiritur contra eum ſit contumax, & bannitus ſic demum ex ipſa contumacia ſententia foriudicationis afficitur, ſi crimen obiectum pœnam mortis, vel deportationis aut membri mutilationis, aut perpetui carceris irrogabat, ſicut c. nouum claræ memoriæ D. Caroli II. aui noſtri serioſè declarat. Sed ſi ſit aliquis banno ſuppoſitus, quòd cum baculo in capite quem percuſſit, ſiquidem congregatis hominibus, ſeu excogitato inſultu aliter poteſt tali ſententia foriudicationis arceri, quia deportationis pęnam ex tali percuſſione noſcitur incurriſſe. at vbi ſine congregatione hominum, ſiue turba excogitato inſultu patet aliàs non commiſſo proceſſit ipſa percuſſio reus culpa deportationis pęna non punitur, & per conſequens foriudicationis ſententia non grauatur. Horum autem diuerſitatis ratio patet in promptu, quòd maiori culpa conſtringitur, qui alios ſecum ad delinquendum prouocat, vel ex deliberatione deliquit, quàm qui repente peccat, & ſingulariter per ſe ipſum: licet autem ſine conuocatione turbæ vel hominum aut commiſſione inſultus aliter inſultatio violenta contra contumaces foriudicationis pœnam non afferat: eius tamen bona poſt anni circulum fiſci compendijs applicantur. Volumus igitur noſtra diſtinctionis, & determinationis ſeriē, vel proferatis ipſam foriudicationis ſententiam ſuper ipſo negotio mediante iuſtitia, vt ab eius probatione veſtra prētis officiū cōquieſcat.*

Datum Neap. per D. Barth. de Capua, anno Domini 1324. die 19. Ianuarij. 7. indict. regnorum, &c. eſt in regiſtro car. 137. c. 137. quod tenet D. Barattutius fiſci aduocatus. Sequitur, quòd vulnerare in rixa non inducit mutilationem, Gram. in deciſ. 7. Piſanellus.

Ibi, *quā foriudicationē, &c.* No. q; tūc demū pōt qs foriudicari, qñ impetit de aliquo crimine, pp qđ īponit pęna mortis naturalis, aut deportatiōis, aut mēbri abſciſſionis, aut ēt pęna carceris ppetui.

¶ Aduertatis, quia iſtud c. inducit quid nouum videlicet q; in omnibus ingerētibus pœnam relegationis, & infra, pōt quis bāniri, quāuis contrariū erat de iure cōſtit. regni, ut patet in conſt. grandis. ubi no. Et ſic bene aduertēdo, etiam de iure conſtitutionis erat, q; quis non foriudicaretur ob cōtumaciam criminū minorum, ut hic dicitur; Nā cum ſm ius conſtit. ob cōtumaciam criminum minorū banniri non poterat, ut dictū eſt, ergo nec foriudicari, qđ eſt cōtra per iſtud cap. Hodie eſt regis Caroli ca. q; pro periurio nō foriudicatur. ¶ Quæro pone q; aliquis eſt forbannitus pro aliquo delicto, ex quo bona officiali veniunt publicanda, & habeat bona in diuerſis ciuitatibus, an debeant bona cuilibet officiali de ciuitate applicari, ubi bona ſita ſunt, an illi ſoli qui condemnauit? alleg. l. procuratores. §. ſi plures. ff. de tributor. quod ambob. debet ſingulariter applicari. & uide ibi Guil. de Cuneo, qui format iſtam quæſt.

Ibi, *conſt.* vt in cōſtit. quæ incipit, foriudica. bona, & in cōſt. grādis.

Ibi, *ſucceſſori.* Multi ſunt, per c. iſtud qui dicūt, bannitū debere ſtare tanto tēpore in carcere, quanto tempore in contumacia perdurauit. nam recte intelligendo loquitur de bannito qui ſtetit per annum in banno, & hoc innuunt illa uerba, per contumaciam diuturnam.

In fi. ibi, *cauſam dicat in uinculis.* Concordat C. de his qui in exilio. l. fi. lib. 10. & intellige iſtud cap. poſt duos menſes, infra quos capi non debet, ut in conſtit. clementiæ imperialis, ſupra de bannitis. lib. 2. poſt cuius temporis interuallum ſi quis eum receptauerit, punitur pœna c. receptatorum, infra ducis Calab. Barth. de Cap.

De iſto cap. facit mentionem Andr. in conſtit. pœnam eorum. ſupra de forbanni. Petr. Pice.

In ver. *per officium.* Reſpond. dño Duci Calab. Prin. Cap. Quod ſi is qui accuſatur, uel inquiritur de crimine contra eū ſit cōtumax, & bannitus, ita demum ex ipſa cōtumacia ſententia foriudicationis efficitur condemnatus, ſi crimen pœnā mortis vel deportationis, uel membri abſciſſionis, aut perpetui carceris irrogabit, ſicut claræ memoriæ dñi aui noſtri. c. ſerioſe. declarat. ¶ Sed ſi ſit aliquo bāno ſuppoſitus, qui cum baculo quem percuſſit in capite, ſi quidē congregatis hominibus ſiue aliter excogitato inſultu, & tunc poteſt talis ſententia foriudicationis proferri, quia deportationis pęnam ex tali percuſſione noſcitur incurriſſe: ſed vbi ſine congregatione hominum, ſeu turbæ, & inexcogitato inſultu patenter aliàs non commiſſo percuſſerit, ex ipſa percuſſione reus pœna deportationis non punitur, & per conſequens foriudicationis ſententia non grauatur. Horum autem diuerſitatis ratio patet in promptu, quia maiori culpa aſtringitur, qui alios ſecum ad delinquendum prouocat, uel ex deliberatione delinquit, quàm qui repentine peccat, & ſingulariter, & per ſe ipſum. Licet autem ſine conuocatione turbæ, uel hominum, aut commiſſione inſultus alteri inſultato uiolenter contra delicti contumaces foriudicationis pœnam non afferat, eius tamen bona poſt anni circulum fiſci commodis applicantur, prout hic ſanus intellectus loquitur, ac eius ſenſus lucide demonſtratur. Barth. de Capua.

De bobus aratorijs non pignorandis. *Rubrica.*

COnſtitutioni bobus. Concordat cū iure Longobardo, ut in Longob. de debit. & guar. l. ſi quis caballos. Barth. de Capua.

dicti boues vel inſtrumenta per expreſſam conuẽtionem debitoris & obligationem pignoris capiantur, aut per executionem iudicis, debitore ipſo ſententialiter condemnato, cum alia condemnatus non habuerit, aſſignetur pro eo quod in conuenti one deuenit.

De filijs bannitorum & foriudicatorum. Rubrica.

HVmanitatem quoq; ſectantes per quam ſolam imitatio diuina ſeruetur, filijs bannitorum & foriudicatorum ex cõtumacia cuiuſlibet criminis, hæreſis, & læſæ maieſtatis exceptis, contrahẽdi matrimoniũ cum fidelib. noſtris licentiã impartimur, nec oporteat eos, ſi feudalia bona habeãt, ſerenitatis noſtræ mandatũ aliud impetrare.

De homicidijs clandeſtinis. Rubr.

COnſtitutionem diui patris noſtri & noſtram in ſancti Martini planicie promulgatam pœnam pro homicidio clandeſtino vniuerſitatibus locorum inflictam ad tenorẽ conſtitutionis ueteris reducẽtes, vt pro Chriſtiano clandeſtinè inuento occiſo Auguſtales centum pro Iudæo vel Sarraceno, quinquaginta ab vniuerſitatibus locorum patrati ſceleris exigantur, ſupplentes, focularia diſtinguendo præcipimus, vt ſi locus commiſſi maleficij habeat focularia mille, vel plura, Auguſtales centum perſoluat, ſi quinquaginta, uel plura minus mille, Auguſtales quinquaginta. Si minus quam quinquaginta uſque ad centum, Auguſtales 25. Si minus quam centum, Auguſtales 12. ſoluere teneantur. Eadem diſtinctione ſeruata in pœna quinquaginta Auguſtalium pro Iudæo, vel Sarraceno occiſo clandeſtinè ſtabilita, præfatam conſtitutionem domini patris noſtri in eo, quod diſtinctionẽ tollebat focularium corrigentes.

De non ſtatuendis clericis, vel extraneis officialibus. Rubrica.

ET cum nihil habeant * commune clerici cum publicis actibus qui ſi fortè laicum afflixerint, damnum ei vel iniuriã inferendo prærogatiua fori gaudentes eccleſiaſtici iudicis tantum nõ alterius, etiam ſi vellent, ſubiaceant ultioni. Exteri quoque, quos coercere non poſſumus, iniurias, & dãna noſtris ſubditis inferunt in regno frequenter impunè dum regni limites tranſeuntes arctari per nos nequeunt: ſtare iuri ſtatuẽdo decernimus, Per Curiam noſtram Comites, Barones, ac quoſcunque alios cuiuſcunque gradus clericũ qui fori noſtro & iudicio non ſubeſſet: Laicum etiam, qui cum ſit noſter uaſallus nec a Curia noſtra in regno, vel alibi deſignata ſtabilia bona tenens, præponi officio non debere, ſeu iuriſdictioni, aut exercitio cuilibet per quod poſſet pro noſtra Curia, Comitibus, Baronibus, & præficiẽtibus eũ in homines regni aliquod miniſterium exercere, pœna vnciarum auri xx. prçponentibus contra præſens edictum uice qualibet imminente, quam pro noſtra Curia volumus ab eis irremiſſibiliter extorqueri. Reſeruamus tamẽ noſtro arbitrio, ut pœnam ipſam poſſimus addere & diminuere, perſonarum præponentium qualitate penſata.

De theſauris. Rubrica.

QVia non decet * principes in cupiditatis baratrum ſic immergi, ut beneficium, donumq́ue fortunæ ſubditis prouenïens auferant: quod expedit eſſe diminutionis extraneum, & cuiuſlibet calumniolæ malitiæ penitus alienum, ſanciẽdo edicimus; theſaurum inuentum commodis inuentoris in ſolo proprio reperientis illum accreſcere: cuius medietas fiſco noſtro quãdo in loco publico, vel fiſcali, & domino loci, quãdo in alieno, non ſuo quis theſaurum inuenerit abſque ſceleratis puniendis magicis artibus, iuxta diſpoſitionẽ iuris ueteris applicetur. Nulla inuentori ob id per Curiam noſtram ingerenda calumnia, nulla ſubditis inferatur afflictio, ſicut conſueuit hactenus per abuſum. Non tamen auri, argenti, cæterorumq́ue metallorum fodinas, aut ſalinas, & ius quod in eiſdem fodinis, ſalinisq́ue Curiæ noſtræ cõpetit, & ab antiquo competit annumerari volumus theſauri vocabulo: nec putamus quæ ſicut in nomine diſcrepant, non participent in effectu.

De ſubuentione vaſallorum. Rubr.

COmites, Barones, & feudatarij, ſi ſubuentionem a vaſallis eorum depoſcant: pro ſeruitio debito quod fecerunt anno illo, quæ ſubuẽtio ſemel tantũ in anno præſtetur dominis a uaſallis: habeant enim & exigant a uaſallis ipſis medietatem pecuniæ ad quam aſcendit ſeruitium præſtitum noſtræ Curiæ per eoſdẽ: dum tamen non ex-

De filijs bannitorum & foriudicatorũ. Rub.

H*Vmanitatem*. Per hoc ca. corrigitur c. quod incipit, ſatis conſtat, &c.

Ibi, *nec oporteat eos*. Illud uero contradicit prin. c. quod incipit, itẽ ſtatuimus quod licitũ ſit, & alij quod incipit, iuſtitiarius.

De homicidijs clandeſtinis. Rubrica.

C*Onſtitutionem diui patrũ noſtri*. Hoc c. corrigit cõſtitutionem regni, & cap. ſtatuimus, quod eſt ſupra, & redit ad capitulũ regni, clandeſtinis, quod eſt ſine diſtinctione focularorum. Et huic cap. adde determinationem præcedentis cap. videlicet quod hæc pœna ita demum exigatur, ſi occiſus aliquo tempore nõ ſuperuixit, ut ſupra in d. c. item ſtatuimus q̃ pęna, & habebis totum quod ſeruatur. ¶ Sed pone, homo mortuus reperitur in territorio alicuius terræ, & non inuenitur in toto corpore aliquod vulnus, ſed puta veneno, vel ſuffocatione interſectus, an vniuerſitas iſto caſu teneatur de occiſo, attento tenore huius c. & uidetur quod non, quia non cõtinentur homines mortui veneno, in numero occiſorum, ut ff. ad Syl la. l. 1. §. occiſorum. quia ut ibi dicitur, ille numero occiſorum continetur, ob cuius occiſionem vulnus apparet, & qui continentur, & qui non, uide ibi glo. Bart. de Capua.

Adde quod hoc cap. corrigit conſt. ſi damna clandeſtina ad pœnam. & alia capitula, prout dixi ſupra eo. clandeſtinis. Teneas tamen in hoc, quod primum cap. eſt incip. clãdeſtinis maleficijs, de pœna homic. cland. ubi diſtinguitur de focularijs, q̃ pœna vnciarum cẽtum, ſi tranſit mille focularia: ſi uero ultra quingenta focularia: uſque ad mille, erit pęna vnciarum quinquaginta: ſi uero minus quingẽtis, erit pœna xxx. unciarũ. Aliud cap. eſt quod incipit, item ſtatuimus quod conſtit. quondam Feder. & aliud quod incipit, item quod pœna de pœna clande. homi. & per iſta duo corrigitur d. cap. 1. item aliud cap. quod incipit, conſti. per quod omnia alia corriguntur. Vinci guerra.

De non ſtatuendis clericis, &c. Rubr.

E*T cum nihil habeãt commune clerici*. Hodie non ſeruatur.

* Additio. Et cũ nihil habeant. *Vide Didac. Couar. c. 33. ſuarum pract. qq. nu. 6.*

Non eligantur officiales clerici vel exteri a regno, uide conſtit. clerici, & Parid. de ſindic. in c. clericus, car. 37. De B.

Ibi, *ultioni*. Vide de hac materia auth. ſtatuimus. C. de epiſcop. & cler.

Ibi, *laicus etiam*. No. laicum qui non eſt de regno, & i regno nõ poſſidet ſtabilia, nõ debere p̃poni in offic. ſeu aliquo alio exercitio. ¶ No. etiam hic, quod Comes, uel Baro, uel alius officialis nõ debet committere officiũ aliquod clerico, uel extraneis perſonis, non habentibus aliquid in regno iſto, ad exercẽdum miniſteria hominũ huius regni, ſub pœna 20. vnc. Barth. de Cap.

De theſauris. Rubr.

Q*Via non decet*. Ibi, *inuentam*. & ibi, *inuenerit*. No. de theſauris inuentis, ut medietatem habeat inuentor, & medietatẽ dominus ſoli, ut Inſtit. de rerum diui. §. theſauros. & uide offic. ſec. Et de hoc quod dicit iſtud cap. de theſauris inuentis, uide q. quam format dominus Roffre. in tit. ſi quis ius dic. non obtemp. & conſtit. incip pecuniam de pecu. in rebus alien. quæ eſt circa fi. 3. lib.

* Additio. Quia non decet. *Vide Matth. de Afſl. in conſtitut. Dohana ſecreti. in 1. lib.* De Bottis.

Ibi, *veteris iuris*, vt ff. de iure fiſ. §. plane. & in d. §. theſauros. Pet. Pic.

De ſubuentione vaſallorum. Rubr.

C*Omites*. Ibi, *comprehenſis*. vt dicitur in conſtit. quia plerique, de adiu. dom. a vaſſ. aliàs incipit conſ. quam plurium regni noſtri. 3. lib. & uide etiam c. ſup. quod incipit, itẽ ſtatuimus quod Comites, & alij feuda tenentes, in quo datur alius modus procedendi.

Ibi,

cedat medietatem collectæ generalis pro nobis,& Curia noſtra vaſallis ipſis impoſitæ anno ipſo . Si verò in alijs caſibus regni conſtitutionibus comprehenſis ſubuentionem poſtulent a uaſallis iuxta facultates eorum, & ſecundum conditionem negotij,pro quo ſubuentio petitur, uaſalli prædicti ſubueniant dominis ſuis: ꝙ ſi de quantitate ſecundũ facultates , & qualitatẽ negocij, vt prædicitur,per ſoluendi inter dominos,& vaſallos emerſerit quæſtio : dicentibus dominis plus ſibi deberi,cùm facultates vaſallorum ſint amplæ : ac negotium vrgens & arduum,pro quo ſubuentionẽ depoſcunt,vaſallis minus debere,nec tãquam eſſe in facultatib.ipſis,quantum eorum domini ſperant & dicunt ; nec qualitatem negotij tantam quantitatem exigere;huiuſmodi cognitionem & deciſionem iudicij terminandi & diffiniendi,abſq; alio mãdato noſtro , committimus Iuſtitiarijs regionum .

De ſoluendis Decimis. *Rubr.*

OFficiales Comitum , & Baronum, dominis ipſis de regno, aut de eorum Terris abſentib.abſq; mãdato impetrando proinde a Comitib.ipſis ſoluant prælatis eccleſiarum decimas debitas conſuetas.

De morantibus in excommunicatione. *Rubrica .*

SI quis in excommunicatione * a canone lata , vel promulgata ab homine, in culpa notoria ſeu manifeſta ſeruato iuris ordine vltra annum manſerit : Si Comes fuerit , ſoluat Curiæ Regiæ vncias auri vigintiquatuor : Si Baro, 12. Si ſimplex miles,ſex: Si burgenſis,tres:Si ruſticus,vnciam unam & mediam, niſi infra prædictum tempus abſolutionẽ petierit, iuxta formã eccleſiæ, & prælatus noluerit eum abſoluere,uel ſi ante promulgatam excõmunicationem,uel poſt appellationem fuerit legitimè proſecutus . Si ſecundo anno perdurauerit in excõmunicatione ſoluat duplum , & ſic in annis ſingulis creſcat pœna .

De ſtatuendo balio. *Rubrica.*

FEudatarius * decedens teſtatus ſtatuat filio minori balium,quẽ vult , qui baliatũ ſuſcipiat nulla de hoc a nobis,vel a Curia noſtra licẽtia impetrãda: Si inteſtatus,Curia eligat de ꝓximis & defuncto cõiunctis magis idoneũ, & ei baliatũ cõmittat . Sed ſi mater huius minoris filij vitæ ſit honeſtæ ac ſobriæ , de qua fide dignorũ teſtimonio Curię liqueat,in baliatu defuncto cõiunctis dãdis per Curiã, qñ maritus inteſtatus deceſſerat,pręferatur. Sed ſi ſecundis vel alijs nuptijs funeſtata, ſtatim baliatũ ſibi cõceſſum p Curiã ipſo facto p ſuperinductionẽ uitrici perdat, idoneiori de cõiũctis * feudatario mortuo, concedendum.

De dotibus mulierum. *Rubr.*

MVlier dotarium, * ſeu tertiariã cõſtitutã legitimè in terra feudali,uel in pecunia, viro pręmortuo cũ liberis,vel ſine, dote non data,vel data in pecunia,rebus mobilibus,uel terra,lucretur & habeat dotariũ, ac dotẽ, niſi ſpeciale pactum aliud indicet,ut poſt mulieris mortem reintegretur dotariũ terræ Baroniæ, & feudi,vnde proceſſit dotarium in pecunia, uel in mobilibus, lucretur etiam in proprietate, ſi nõ habeat filium de illo marito : aliàs habeat ſolummodo vſumfructum: & ſi non nupſerit ulterius, uocetur cum filijs eiuſdem matrimonij in lucro proprietatis dotarij in uirilem portionem : alioquin ſi nubat, habeat ſolũmodo vſumfructum .

Ibi, *medietatem.* Iſtud c.hodie malè ſeruatur per Dominos,& Comites utiles terrarum, qui exigunt collectas a uaſallis pro adhoamẽto impoſito per regem Ladiſlaum. Pet.Pic.

De ſoluendis decimis. *Rubrica .*

OFficiales. Iunge iſtud c. cum c. ſupra, quod incipit,item ſtatuimus ꝙ Comites.

De morantibus in excõmunicatione. Rub.

SI quis in excommunicatione. No.c.quod ponit pœnã manentib. in excõmunicatione vltra annum. De pęna impoſita a iure cõi Authẽticorum, uide authent. item quodcũque. C. de epiſc.& cleric.& alibi dicit tex. & gl.de iure canonico , ꝙ cum aliquis per annũ, & ultrà ſteterit in excommunicatione, priuari debet officio ſuo. 11.q.2.c.reuerſus . & qui tractat ſpiritualia deponi debet, ut extra, de dolo & cõtu.c.ueritatis.ad hoc eſt tex. & gl. in c.tam bonæ.extra de ætate & qualitate , & hoc debẽt ꝑlati denũciare Curiæ, ut ĩ.in c.ſtatuimus ꝙ ſi contingit .

• ADDITIO. Si quis in excommunicatione. *Vide tex.in auth. item quacunq; communitas. C.de epiſc.& cler.* De B.

Ibi, *ſi in anno perdurauerit.* No.ꝙ creſcente cõtumacia creſcit pęna, ut hic, & in l.quicũque, de ſer.fugit.& ff.de pęn. l.relegatorũ. Bar.de C.

De ſtatuendo balio. Rub.

FEudatarius. Per hoc c.corrigitur conſtitu. Regni , quæ incipit , in aliquib.& conſtit.minoribus, & uide cõſtitutionem,quæ incipit, peruenit ad audientiam. circa finem tertij libri, de admin.rerum eccleſ.

• ADDITIO. Feudatarius . *Vide Affl. decis. 183.nu.6.* De Bottis.

Ibi, *ſecundis, uel alijs nuptijs, &c.* No.ꝙ mulier tranſiens ad ſecũda uota perdidit baliaticũ , ſicut & tutelã, ut in authen. matri & auiæ. C. qñ mul.tut.offi.fun.poſ.

Ibi , *præferatur .* Et eget cõfirmatione, ſicut tutela, etiã legitima : vt l.decurionibus . ¶ Aduerte quia non ſemper balius poteſt eſſe legitimus,ſed debet legitimè cõmitti per Curiam, unde omnis balius aut eſt teſtamẽtarius,aut datiuus. ¶ Sed quid de auia? dic idem.Bar.de C.

Sed quid ſi auus maternus vult balium relinquere filio, uel nepoti in feudo, quod ei relinquit auus,nunquid poſſit ? dic ut per Andr. de Iſer.in conſtit.minoribus . Pet.Pic.

Ibi, *præferatur.* Hæc quæſtio uenit in comitatu Alex. ann. 1505. ꝙ cum deceſſiſſet dominus Ioan.Fran. Comes Alex.ab inteſtato,in baliatu ſui filij, eius mater fuit præpoſita , & ita per iſtud capitulum fuit determinatum per S.R.C. Maricondus.

In eodẽ c.no. ꝙ ſi feudatarius moritur,poteſt teſtator relinquere & cõſtituere baliũ filio ſuo, quem vult: ꝙ ſi non relinquit,curia Regia ſibi dat ſm formã,& modũ huius capituli: & quod dicitur de matre, idem de auia, ut per Andr.in conſtitut.Regni,minorib. Ioan.Criſp.

• ADDITIO. De coniunctis. *Per hęc verba, idoneiori de coniunctis, excluditur illa dubitatio, de qua per Bar.in auth.ſacramentum.C.quãdo mul.tut. off.an ſi ſit locus datiuo uel legitimo, eſt dandus baliatus, quid in auia.dic idem.ita And.in conſtit. de minorib. facit tex.in auth. matri & auiæ. quan.mul.tut.offi.fun.& quia ſtatutum loquens de matre extenditur ad auiã . ita Bal. in l. Neſennius. ff.de neg.geſt.dicit tamen Io.Faber Inſtit. de legit. patr.tut.pertineat ad dominum , & quòd ſi hic balius datus a rege allegatur ſuſpectus, an inferior poſſit reuocare eum, uide Bal.conſi.18. poſito pro conſtanti,uol.5.in nouis, quod eſt in antiquis 4.vol.nu.293.* De Bot.

De dotib.mulierũ. Rub.

M*Vlier dotarium.* Quæ autẽ ſit rõ diuerſitatis? dic quod eſt aperta: qñ ſit matrimonium ſine ulla dote promiſſa,& maritus ꝓmittit dotarium,ſeu tertiariã,talis promiſſio dotarij reſpicit dotẽ, q̃ promiſſa nõ eſt , ſed per ſe ipſam,ſed ubi dos ꝓmittitur p mulierẽ, & dotariũ per uirum,talis promiſſio dotis reſpicit dotariũ: & promiſſio dotarij reſpicit dotem: ut in auth.dos data.C.de dona.ante nupt. unde deficiẽte dote,& nõ ſoluta, in toto,uel in parte,põt deficere ſolutio dotarij pro modo,& rata nõ ſolutæ dotis, ut C.de pactis.l.cũ proponas.& de iure dotium.l.ſi ſtipulatio.& melius i Auth.de æqualita. dot. coll.8. § ſignaĩ ex l.ex morte.C. de pact.cõuẽtis.& incipit , æqualitas . allegat. gl.in cõſuetud.Neapol. § incipit , dos.in 4. glo. in uerbo, inſtro dotali. Et ſuper iſta materia dotarij,ne videaris derelinquere cõſtit. regni incipientẽ,mulier,quæ dotarium, & ibi optimam gl.& fige cordi.B.de C.

Hoc capitulum corrigit conſtitutionem,quę incipit, mulier de dotario ſtatuendo. Et nota, ꝙ ubi conſtituitur mulieri in re feudali poſt mortem uiri mulier eſt domina quo ad vſumfructum : ſed poſt mortem ipſius mulieris reintegratur feudũ in priſtinum ſtatũ : in alijs lucratur quo ad uſumfructũ, & proprietatẽ, ut ſequitur hic. ¶ Sed utrũ debeat cauere de vtẽdo fruẽdo arbitrio boni uiri? vř ꝙ ſic,vt ff.de vſuf.leg.l.3.& C.de ſecun. nup.l.hac edictali. In cõtrarium uidetur C.de bon.quæ liberis.l.fin.§.proculdubio. Nã in dotario mulier vſufructuaria eſt : quia dominium eſt hæredis.

• ADDITIO. Mulier dotarium. *Vide And.& Affl.in c.1.§ donare. qual.olim feu.alie. pot. & ibi,an valeat conſtitutio dotarij in teſtamẽto ſine aſſenſu, de quo etiam Loffred.conſi.9.nu.22.* De Bottis.

Ibi , *ſaluo iure domini* . Multa corriguntur per iſtud c. quæ aliàs obtinebant de iure Francorum,ut in conſt.mulier quæ dotarium.

Ibi, *etiam in proprietate.* Idẽ per omnia dř in lucro dotarij, quod eſt in lucro aliarum rerum, ſecundũ ius commune, ſed non ubi conſtituitur dotarium in re feudali, ut dictum eſt . Barth.de Capua.

M*Vlier dotarium*. Nota capitulum vtile & neceſſarium ſciri: de iſta materia non habetur ſpecialis mentio, ſicut hic, & in 10.collat.de inueſti de reb.alie.facta c.1.ubi & de quarta, alias tertiaria dicitur, quæ duo nomina in dotario ſunt nomina ſynonyma, ſecundum D. And.de Iſern.ibi, uideas tamen hic dotarium & tertiariam pro eodem poni. hoc etiam colligitur ex conſtit.Feder. Dicit tamen illa conſtitu. quod habens tria feuda, poteſt vnum pro dotario conſtituere, ut in conſtitu. ſi quis baro. Alia dicit, ꝙ ſi habet unum feudum, poteſt pro dimidio conſtituere in dotario, ut in conſtitu. licentiam. ſic ergo ſi aduertas ſemper euenit, quod quis poteſt vſque ad tertiam, multò magis vſq; ad quartam partem bonorũ feudalium cõſtituere pro dotario: & propterea dotarium, & tertiaria, de quibus hic dicitur, idem ſunt, ut hoc utili cap.colligitur manifeſte. Similiter ſi quis habet vnum feudum, conſtituat in illo dotarium in pecunia cautius, vt in eadẽ conſtit. licentiam. & ibi, illud erit tertiaria, ſcilicet, tertia pars ualoris ipſius feudi, vt ibi. & vide per d. And.in cap.1. in fi. & contra no. in d. conſtit.licentiam.& omnino uide glo.in conſtitut. ſi quis baro. ¶Sed quęro an mulier habẽs dotariũ quo ad vſumfructum poſſit præſentare rectorem eccleſiæ exiſtentis in caſtro ipſo, vbi dominus caſtri habet ius patronatus in ipſa eccleſia? dic quòd ſic. Item ipſa domina locabit excadentialia, & non proprietarius. Et prædicta præſentatio, & locatio non finitur finito vſufructu, vt no. bene dominus And.de Iſern. de ſtatuen.do. in conſti.mulier quæ dotarium.vbi uide Pet.de Monteſ.alias hic.

In tex.ibi, *non data*. Subaudi nec promiſſa, ſecundũ quoſdam.vel dic, quod iſtud capitulũ non diſtinguit vtrũ ſit promiſſum vel non, ergo nos diſtinguere non debemus.l.de pretio. cum ſimilib.de publ.

In textu ibi, *& dotem*. Emanauit hoc capitulum ad defenſionem glo.in conſtitutione, mulier quæ dotarium. quæ vult quod mulier alterutro debet eſſe cõtenta: quod hoc corrigitur hodie per hoc capitulum.

In textu ibi, *aliud*. Declarat qualiter lucratur dotariũ bonorum feudalium, & immobilium.

In textu ibi, *dotarium*. In pecunia, vel rebus mobilibus. Pet. Picc.de Monteſor.

In eodem cap. Adde pro intellectu iſtius conſtitu.& auth.dos data. quod intelligitur, cùm ipſa mulier, vel extraneus, vel quicunque pro muliere dotem promiſerit, & non ſoluit. & ita loquitur d. authen. ſi vero non fuit data, nec promiſſa, loquitur hæc conſtitu. ſecundum peritos Reg. & vide de non eligen.ſecun.nub.§.fin. & dic ut ibi dicitur, & nota. Sed pone quòd ipſa mulier, vel pater, uel extraneus pro aliqua muliere dotem promiſit futuro ipſius marito, & pro dote infra certum tempus ſoluenda pignora, ſeu fideiuſſores dedit, an ſi maritus mortuus fuerit antequam dicta dos fuerit ei ſoluta, mulier hanc donationem propter nuptias habere debeat? & uide Barto. quòd non, per d. authen. ſed mihi videtur contrarium, cum marito ſatisfactum videatur, vel fideiuſſores accipiendo, vel habendo fidem de pretio, vt Inſtitu. de rerum diuiſ. §.præſentium. & l.ſi rem alienam.§.ſatisfactum de pign.actio. Item alia ratione, quia maritus exigere potuit dotem in termino adueniente: vnde ſibi imputatur, ſi non exigit.l.ſi vir.ff.de iure dot.l.ſi extraneus. & l.Mæuia.ff.ſoluto matrimon. Et qui actionem habet ad rem conſequendam, rem ipſam habere videtur.l.qui actionem.ff.de regu.iur. Ioan. Criſpa. Epiſcopus Thea.

Additio. Mulier dotarium, &c. *ibi*, vel non dotata. *Hoc ſanè intelligas, quãdo dos non fuit data, nec promiſſa: tunc enim lucrifacit mulier dotarium, ſeu tertiariã, ſeu donationem propter nuptias, ſi nullam dotem dedit. ſic no. C.de pact. dot.l.Leonis. in glo. quæ incipit, quid ſi in dote nihil eſt pactum, &c. per quam legem veterem determinatur hoc nouum cap. ſiue conſtitutio. ff.de legib.l.ſed & ſi poſteriores. Poteſt enim eſſe matrimonium ſine dote. ff.de relig.l.quod ſi nulla. cum legib. præcedentibus. & C.de donatio.prop.nup. l.fin.circa princ. Sed vbi dos promittitur, & de ea nihil datur, non lucrifacit aliquid mulier de dotario, ſeu tertiaria, vel donatione propter nuptias. Item ſi minus ſoluit mulier, quàm promiſit in dotem, pro quantitate, quam ſoluit, lucrifacit dotarium, ſeu tertiariam, & donationem propter nupt. & nõ vltra, vt in Authen. de non eligen. ſecun.nub. §.fin. quæ ſignatur. C.de pact.dot.l.ex morte.in fi. Et ſic vidimus de facto pronunciari.*

De eodem.

DOtarium * in terra feudali cõſtituant feudatarij uxoribus abſque licentia noſtra, vel Curiæ noſtræ. Sed viro præmortuo mulier dotarium habens, non det in dotem dotiarum vel vſumfructum dotarij, ſine aſſenſu noſtro, vel curiæ noſtræ, dum nubet ſecundo.

De renouatione apprecij. Rubr.

IN calendis Maij anni cuiuſlibet Iuſtitiarij ſinguli vniuerſitatib. ſingulis iuriſdictionis eorum ad pęnam tertiæ partis totius collectæ eis in anno ipſo per curiã noſtram impoſitæ, quam pœnam ab eis, qui contrafecerint exigant, & exigi faciant, ut apprecium renouent, ita quòd in fine præſentis menſis Auguſti ſit apprecium renouatum: ſed ſi appreciatores electi non renouauerint apprecium, vel alij, puta maiores, vel ditiores de terra, hoc impedierint à quolibet appreciatorũ, per quos ſteterit, & id impedientium, Iuſtitiarius exigat vncias auri decem.

De ſolutione ſigilli. Rubr.

SOlutionẽ ſigilli reducimus ad moderamen, quod continetur in capitulis noſtris editis in planicie ſancti Martini.

De palea non auferenda, & ſoluendo ſtallagio. Rubrica.

DE palea ſoluenda per ſtipendiarios, officiales quoſcunq; ſequentes Curiam, ſoluantur in terra Laboris in æſtate pro qualibet ſalma, grana tria. In hieme, grana ſex. In Apulia, medietas prædictorum, & hoc ſiue palea ſit recluſa, ſiue non, dummodo ſit extra terram & ſuburbia terræ ad quam portatur. Si contra fiet, fuſtigetur famulus, & patronus ſciẽs ſoluat duplum precij paleæ. Sed ſi habentes paleas non permiſerint illas auferri prò prædicto pretio, licitum ſit ſomerarijs auferre paleas pretio oblato, & ſi non ſtet per eos quo minus ſoluatur, excipimus paleam milij, quam nolumus aliquatenus auferri neceſſariam propter boues ad agriculturam. Item pro ſtallagio equi die ac nocte ſoluatur granum vnum.

PRo quolibet lecto integro aſſignando per magiſtros Iuratos & Baiulos, ſicut dicit conſtitutio Domini patris noſtri ſoluatur granum vnum. Lectus integer intelligatur materatium, vel fiſconus, vel culcitra, quod, qui, vel quæ habeat linteamina, & culcitram. Si vero nõ ſit integer lectus, pro qualibet parte lecti ſoluatur granum medium pro qualibet nocte.

De eodem.

DOtarium. ibi. *feudatarij*. Facit etiam ca.conſiderantes. inf.eo.in fi.

* Additio. Dotarium. *Vide Afflic. in deciſio.242. & Grammat. in deciſio.47.* De Bottis.

Ibi, *Abſque licentia*. Iſtud erigit conſtitutionem fratribus, pro eo quòd loquitur in dotario, ergo in dote ſtat conſtitut. fratribus. Bartholom.de Capua.

De renouatione apprecij. Rubrica.

IN *calendis Maij*. Ibi, *cuiuſlibet*. No. optimum cap. ſed in ciuitate ſancti Angeli non ſeruatur, & iunge capit. 1. quod incipit, ciuitatibus. Sed quomodo puniuntur appreciatores, ſi alleuiant grauanda, & grauant alleuianda, dic vt no.C. de cenſibus. l.aggrauatos, & l.æquatores.lib.11. Item aggrauato iudicis officio ſubuenitur, ut quemad.ciui.mune.indi.lib.10.l.fin.

Ibi, *vncias auri decem*. No.ꝙ appreciatores non facientes apprecium ad tempus anni ſtatutum, puniuntur pęna hic appoſita.

SVper iſta materia renouationis apprecij ſiue taxationis collectarum prouidit Rex Carolus I. regni anno 7. de offi. Iuſtit.c.Item diſtribuenda. cum quatuor ſequentibus. Item ſubſequenter prouidit idem Rex anno regni eius 13. de non rogandis taxatoribus. Et de proceſſu habendo ſuper collectis, & quod nihil recipiatur pro ſigillandis quaternis, & de ſalario taxatorum, & quod pecunia collecta aſſignetur tempore officij Iuſti. Item prouidit idem Rex regni anno 17. ſuper collectarum quaternis in c.ſtatuimus. & vide ibi. Prouidet & iſte Rex Carolus II. anno 6. cap.in ſingulis ciuitatibus.& vide ibi. & in cap.porrecta. cum ſimi. Napod.

De ſolutione ſigilli. Rubrica.

GLoſſa c.quod incipit, quod quaterni collectarũ, & ibi vide quod ſcripſi. Tu dicas oẽs has pęnas abolitas eſſe pro pace & quiete regni per dominam Reginam Ioannam primam, per cap. quod incipit, Item quod Iuſtitiarijs officialis quilibet, &c.

Ibi, *ſolutionem*, vt ſupra conſti.patris noſtri. Barth.de Cap.

De bonis

De bonis proditorum. Rubrica.

BOna proditorum. Cum hoc cap. concordat dictum domini Bart. in l.admiſſa. ff.de public.& dominus Andr.in titu. quæ ſint rega.in verbo,vt indignis. 10.collat. Et uide glo. in conſtitut. quæ incipit,contingit interdum. Vide etiam cap. Regis Caroli primi, quod ad uindictam proditorum. Pet. Pic.

ADDITIO. *Satis quippe horrẽdum eſt hoc crimen,† & cenſetur maximum omnium peccatorum, in cor.de nup.col. 4.§.ſit igitur ſecundum Theodoſi.C.ad l.Iul.maieſt.l.ſi.Et ideo in ipſo crimine eſt ſeueriſſimè iudicandum.Nam ſi id quod eſt in regiam maieſtatẽ commiſſum vindicta nõ fuerit comprehenſum, quod in minores ſubditos admiſerit, indultũ tranſire ambigi non debet.35. quæſt.5. relegentes.* Nico.

† ADDITIO. *Hæc verba poſuit Lucas in l. 2.col.4.in princ.C.de poſt.bon.lib.*10.

• ADDITIO. Bona proditorum. *Appellatione proditorum, qui veniant, vide Luc.de Penna in l.ſi. col.1. & 2.C. de delat. lib.*10.*ubi latè ponit de proditoribus.vide etiam Iacob.in tract. feud. in verſ.diſtinq. vaſalli.col.*5. De Bottis.

De iudicib. perpetuis non ſtatuendis. Rubr.

E*Lectionem*. Vide ad hoc c.quod incipit, ordinata iuſtitia.

• ADDITIO. Electionem. *Eſt & alia declaratio Regis Roberti idem cõtinens, car.*111. *in cap.*77.*ſub an.*1315. *die* 2. *Feb.*13. *indict.regnorum eius* 6. De B.

Ibi, *remouemus*. No. quod quis non debet officium perpetuare.concordat ad hoc Auth.de aſſeſſ.l.nemo.quod quis non debet, nec poteſt perpetuare honores, ut ibi cum glo.

Ibi, *edicimus*. Cum iſto cap.concordat conſtitut.quæ incipit, occupatis noſtris, de magiſtro offic.

Ibi, *menſe Septẽbris*. Cuiuſlibet anni debent eligi iudices annales ab uniuerſitate, & poſtea debent exercere officiũ poſt firmationem a iuſtitiarijs habitam. B.C.

De

De bonis proditorum. Rubr.

BOna proditorum * noſtrorum, qui contra noſtram, aut felicis recordationis Domini patris noſtri commiſerint,aut committẽt in poſterum in maieſtatem, ſint fiſci noſtri iuribus applicata, & applicari debere declarando decernimus. Et ad tollendam opinionum peritorũ diſcrepantiam variam declaramus, vt ipſo facto, ex perpetratione tanti facinoris dominium rerum proditorum ipſorũ in noſtram Curiã transferatur,quod ipſo iure horrendi criminis flagitioſus amiſit,abſq; adeptione quoque poſſeſſionis bonorum, fiſcus noſter ad bona eadẽ contra quemcunque poſſeſſorem infra annos viginti numerandos a die commiſſi delicti rei vendicationem intentet, conuentus tamen a fiſco per conſuetas conuentiones, præſcriptiones,ac defenſiones legitimas, quæ ſibi forſitan competũt, ſe,ſicut poterit, rationabiliter tueatur. Ipſi verò proditores noſtri,filij eorum, & deſcendentes ex eis nulla temporis præſcriptione iuuẽtur: dicta vero rei vendicatio fiſco noſtro cõpetens, contra eas per aliquã anguſtiam temporis non arctetur.

Quod conſeruentur conſtitutiones per nos editę in eodẽ regno noſtro. Rub.

COnſtitutiones igit' ipſas, quas in eodẽ regno(ſublatis iuribus cõſtitutionibus aduerſantibus) per te,ſucceſſores tuos, cæteros officiales, noſtroſque omnes ſubiectos tenaciter ſeruari præcipimus, in vulgarem notitiã reducere volumus, mandãtes, vt per ſingulas terras iuriſdictionis tuæ ipſas cum tenore præſentium facias diuulgari, vt in corpore conſtitutionum Regni aggregatæ, pariter & redactæ ſeruentur vbilibet,cognitionalia certamina dirimant & decidant, pœna qua violatores legum, & neglectores ſanctionum legitimè feriũt, earum contemptoribus & omiſſoribus imminente. Tu quoque de executione præſentium fieri facias ſcripta competẽtia publica, quorum aliud tibi retineas in tuo ratiocinio producendũ, & aliud è veſtigio nobis mittas in Archiuo noſtro ſeruãdũ.

De iudicibus perpetuis non ſtatuendis. Rubrica.

ELectionem * inſuper iudicum quos diui Principes eſſe decreuerunt annales,vniuerſitates, & homines quib.iudicaturæ præſunt officio, abſolutam & liberam habere volentes,iniquum & inter iniquum reputantes, vt per iudicaturã perpetuam, quoddam quaſi dominium quis ſibi vendicet in compares, & cõtinuos iudices perpetuos, aut ad beneplacitum factos per nos, aut quoſcunq; prædeceſſores noſtros Reges Siciliæ, in quibuſcunque terris dicti Regni remouemus,atq; caſſamus uirib. vacuantes literas indultas,priuilegia facta eis,& eorum cuilibet ſub quacũq; forma verborum qualemcunq; ipſis perpetuam, uel ad beneplacitum iuriſdictionem continentes conceſſam ſub interminatione infamiæ perpetuæ ipſo facto illi,qui contrafecerint infligendæ,omniſq́; pœnæ ſtatutæ in eos,qui authoritate propria dignitatem & iuriſdictionem uſurpant, Edicimus, vt nullus de cætero in dicto regno noſtro iudicem ſe perpetuum nominet,aut faciat nominari,mãdantes vniuerſitatibus ſingulis, vt talibus iudicibus in nullo intendant,aut pareant,ſed menſe Septẽbris anni cuiuſlibet in conſueto numero pro anno illo, liberè iudices ſibi idoneos eligant per curiam noſtram ad annale iudicationis officium confirmandos.

De notificandis ſuperioribus ſententijs, a quibus non extitit appellatum. Rubrica.

PLerunq; cõtingit * ſine accuſatore, vel denũtiatore iudicẽ ex officio,nõ dato coadiutore ad negotij proſecutionẽ procedere:quo caſu, ſi ſnia abſolutoria ferat' pro reo, cũ nõ ſit perſona loco aduerſarij deſignata,quæ valeat appellare,de facto de quo abſoluitur reus,ultrà nõ quæritur,quo fit,ut iniqua ſnia robur obtineat poſt tẽpus interponendis appellationib.præfinitũ,& nonnunquã probata crimina remaneãt impunita. Idcirco ſtatuimus, ꝙ iudex talẽ abſolutoriam ſniam proferẽs,ſuperiori ſuo,ad quem regulariter appellatur,ab eo tenorẽ ſuæ pronũtiationis ſtatim ſignificet ꝑ ſuas literas proceſsũ & ſniam continentes. Qui ſuperior ſi infra decẽ dies, a receptionis ipſarũ literarũ tẽpore numerandos deliberet coram ſe de iurib.proceſſus, & ſententiæ cognoſcẽdũ id iudici,qui pronũtiauerat, quàm cito poterit, ſtudeat intimare, ſicq́; idem ſuperior cauſam examinet & decidat, ac ſi per accuſatorem ab initio cauſa propoſita fuiſſet ad eum poſt ſententiam appellatũ, nec aliquid innouet iudex pronuncians, quemadmodũ innouare non debet qñ interponitur appellatio ab eodẽ. Sed ſi ſuperior infra mẽſem ex quo inferioris ſuſceperit literas, vt præfertur, ꝙ uelit de iurib. ſententiæ & proceſſus cognoſcere pronuntiantem iudicem certum non fecerit,poſt ipſum menſem ſentẽtia in rem tranſeat iudicatam, ſi nõ in ea nullitas arguatur. Iudex uerò, qui poſt pronuntiationem ſuam ſuperiori ſignificare proceſſum,& ſententiam non curauit, dolo uideatur egiſſe, de quo pro conditione negotij noſtro arbitrio puniatur.Et nihilominus ſuperiori infra mẽſem poſt quàm ſibi innotuit de pronuntiatione facta,pronũciantẽ cõpellat mittere ſibi ſniam & proceſſum,quẽ ſi ſibi videbitur examinet,& ſicut iuſtũ fuerit corrigat & emẽdet.

De notificandis ſuperiorib.ſent.&c. Rub.

P*Lerunque contingit*, No.iſtud cap.quando agitur contra aliquẽ ex offic. nõ dato coadiutore,nec appareat accuſator, uel denũtiator & datur ſententia abſolutoria, quod pronuntiãs totum proceſſum, ſignificet ſuperiori ſuo,aliàs punitur, vt hic.Is.n.corrigit,& emendat proceſſum & ſniam iudicis, a quo extitit appellatũ.

• ADDITIO.Plerũque contingit. *Vide ritum magnę Curiæ,incip. item in cauſis, in ſi.vbi prohibetur appellatio*. De Bottis.

Ibi, *qui ſuperior*. No. caſum,ubi dies qui dantur ad appellandum a die latæ ſentẽtię,non computantur ab eo die, ſed a die receptionis literarum.

Ibi, *iudex verò*. Dolus enim pręſumitur cõtra iudicẽ negligentẽ in præmiſſis obſeruandis. Barth.de Cap.

Con-

Confirmatio capitulorum editorum in planitie ſancti Martini. Rubrica.

Confirmatio capitulorũ editorum in planitie ſancti Martini. Rub.

C*Arolus, &c. ad perpetuam rei memoriam*. In hoc c. vſq; ad c. inſuper ad fidelium. ponitur confirmatio, & commendatio capitulorum ſuprà poſitorum.

Ibi, *cæterum ea quæ*, circa fi. ca. No. iuſtitiarium nõ poſſe facere locum tenentem, ſine ſpeciali mandato regio. cõcordat c. quod incipit, debita, quod eſt Regis Caroli I. & conſt. regni, quæ inc. officia quæ perſonis. 1. lib. B. de Cap.

CArolus II. Dei gratia Rex Hieruſalē & Siciliæ ducatus Apuliæ, & Principatus Capuæ, Achaiæ, Princeps Andegauenſis, Prouinciæ & Forchræ Comes, ad perpetuam rei memoriam. Iugia & immenſa mentem noſtram deſideria tenuerunt, & creſcenti ſemper eorũ ſollicitudine erigimur, vt preſſuris abolitis, & grauaminib. procul eiectis, quæ in regno noſtro Siciliæ quorundam eius occupatorum radicauit, & fouit improbitas, & demum tempore ſuccedenti tam in pernicioſum abuſum produxerat officialium pręſumptuoſa temeritas eiuſdem regni fideles vt in cultu iuſtitiæ debito viuerent ac ſecura quietis, & pacis tranquillitate gauderent, nec ambigimus plenè ſatis eſſe notorium, quòd quamprimũ aliqua ſe nobis opportunitas obtulit, cum ſcilicet, claræ memoriæ inclytus Dominus pater noſter Hieruſalem, & Siciliæ Rex Illuſtris Burdegelas proficiſcens, ſuas nobis vices ac regni regimen dedit, in plena noſtrorum huiuſmodi proſecutione votorum anxia meditatione ſolliciti, nec minus in Regis eiuſdem quā ſuorum officialium diu latuerant inſolentiæ, ac errores benignitate confiſi, vt quicquid ad ſuorum fidelium ſtatum proſperũ cederet gratis erat affectibus amplexurus, tum authoritate ſua nobis traditę poteſtatis, tum ſeruentis noſtræ volũtatis inſtinctu, qui quo ad id poteſtatis eiuſdem claudi, menſura vix patiens nos vlterius audere perſuadebat indubiè, vltimo quòd Rex idem, qui ad dictorum fidelium incrementa non minori trahebatur affectu, nullus erat nobis proinde aſcripturus tranſgreſſionis exceſſus, in ſancti Martini planitie parlamento ſolenniter celebrato, capitula certa edidimus, per quæ noſtra erga eos clarius pateret intentio, ipſiuſque liberius ſtatu potirentur optato. Nec ignoramus & aliud, quòd illorum, qui noſtri fidem nominis ſunt ſecuti, conſtans & illibata deuotio, auro puritate ſimillima, quod ſua prærogatiua munditiæ conflationis detrimenta non ſentit, in tot vexationum anguſtijs ac turbationum varietate multiplici, quas noſtri, & eorum hoſtes terra mariq; diuerſis regni partibus intulerunt. Interuenientibus etiam Regis eiuſdem obitu, & captionis noſtræ tanquam diutinæ detentionis euentu, ad noſtri tuitionem dominij, hoſtiumque perniciem propulſandam, perſonarum & rerum pericula non expauit, quinimò ſerenior ſemper apparuit & firmitate perſtitit inconcuſſa, qua ſecutum eſt, vt illos ad quos tanquã hæreditarij regni noſtri fideles, naturali quodammodo afficiebamur amore grandium ſuorum obſequiorum merito, noſtris creditoribus iam effectis, iuris cenſura, velut ex debito, impenſius teneamus. Effectum eſt etiam, vt non ſolum ad id, quod eis de noſtræ gratiæ liberalitate indulſimus, ſufficientes operas debitæ ſatisfactionis impenderint. Verum nos ex plenitudine meritorum ad maiorum meritorum impendia obligarint. Igitur circa eorum ſtatum primis votis, quæ ipſorum gratitudo ſic auxit, vehementius excitati, capitula eadem conſtitutione præſenti in perpetuum valitura, de noſtra mera ſcientia, confirmamus, & defectum omnem ſi quis eis tunc infuit, qui regni poteſtate vicaria, nõ dominica fungebamur, regiæ dignitatis authoritate ſupplemus. Cæterùm ea, quæ regis præfati ſacra prouiſio ſtatuit, quòd in nullis regni ciuitatibus, alijſque locis Iuſtitiariorum, uicarij, vel aliqui alij, ſine ſpeciali mandato regio, ordinari deberent: Sed fideles, ſuo more viuentes, per Iuſtitiarios, Baiulos, ac iudices terrarum, prout cõſuetum eſt hactenus, in iuſtitia regerentur.

QVod caſtellanis regiarum arcium non liceat aliquam extra eas, iuriſdictionem ſeu poteſtatem habere, nec ſeruientes arcium earundem extra illas, niſi cũ in ſeruitijs Curiæ mitterentur, arma deferre præſumant.

QVod nulli aliquos de perſonis, aut aliquorum bona capere proprio motu voluntatis auderent, ſine ſpeciali mandato Regio, vel officialium plenam inde habentium authoritatem.

QVod Iuſtitiarij, aut officiales alij perſonas aliquas regni in pecuniariam pœnam, ſeu bannum pecuniarium incidentes (poſtquàm curię idoneè cauerint de ſoluendo) non capiant.

Quod nullus pro ſeruitijs noſtris aliquem mittat proprio ſumptu. Rub.

QVod nullus officialis, * vel ſubofficialis, aut familiaris eiuſdem fidelem aliquem ad proprios eius ſumptus, ſeu fidelium animalia, ſine competenti ſalario, pro ſeruitijs Curiæ mittere attentent, niſi forſan id, de aliquibus ius aliquod, vel antiqua & obtenta cõſuetudo permitteret.

QVod ſtipendiarij, & alij, qui de regia familia, & comitiua exiſtunt, hoſpitia, quæ per Mareſcalum, aut eius vicarium aſſignarentur eiſdem, in quibus tanquam in proprijs laribus, etiam plures illuc, Curia non eunte, pro eorum libito morabantur, inuitis dominis, authoritate propria ingredi nõ audeant, exceptis his, quibus conſtitutio ipſa hoſpitii Regii priuilegium reſeruauit.

ITem quòd tres in Curia ſtatuantur ad ſtipendiariorum, & familiariorum regiorum, & aliorum ſequentium Curiam cohibendos exceſſus, & emendanda damna patientibus fieri facienda ſuper eo, quòd victualia, & alia vtenſilia auferre, ac fideles diuerſis contumelijs, & iniurijs afficere præſumebant.

Q*Vod Caſtellanis*. Concordat cap. ſup. quod incipit, Caſtellani. & cõfirmat c. quod incipit, noſtrarum artium. B. de Capua.

Q*Vod nulli aliquos*. Cõfirmat c. quod incipit, ſtatuimus, quod nullus. & concordat ca. Regis Caroli, quod incipit, effrænatos. & ibi ponitur pęna. B. de C.

Q*Vod iuſtitiarij, aut officiales*. Concordat cum illo c. Regis Roberti, quod incipit ſtatuimus. & no. quod incidentes in penā, non poſſunt capi de perſona parati dare fideiuſſores de ſoluendo. B. de C.

Quod nullus pro ſeruitijs noſtris, &c. Rub.

Q*Vod nullus officialis*. Per iſtud c. cõfirmatur c. quod incipit, grauamina fidelibus, & inde ſuper hoc quod ibi dictum eſt. & declarat conſtit. noſtros officiales. No. hic quod officialis non debet compelli facere animal ſine competēti ſalario ſibi ad ſeruiendum. & cum iſto concordat c. item ſtatuimus quod theſaurarij. & in cõſt. incip. ſic noſtra ſeruitia. & in conſt. incip. omnes officiales. in 3. lib. B. de Cap.

*ADDITIO. Quod nullus officialis. *Vide Lu. de Penn in l. 1. col. 8. C. ne ruſticani. li. 11. ubi ſormat quæſtionē, an iuſtitiarius poſſit cogere vniuerſitatē, vt det tot homines, qui proprijs ſumptib. habeāt accedere ad capiendum latronem uel exequēdam ſententiā. & tenet quod non. & in col. ſeq. in fi. format quæſt. quod in rege reſpectu Baronū & aliorum Burgenſiū vaſallorum Regis in capite, vide quæ pulcrè examinat. & an Dominus poſſit cogere ſubditos ad faciendum excubias. vide Gui. Papa 1 deci. parlam. 631. in quadā cauſa, in quam to dubio, decidit quod ſic. meminit Moder. in tract. de peſte, car. 62. col. 4. verſ. ſed pone.* De Bottis.

Q*Vod ſtipēdiarij*. Cõcordat cū illo c. ca. Regis Caroli, quod inc. ad audientiā noſtram. & magis declaratur per c. Regis Roberti, quod incipit, præcipimus in omnibus. Barth. de Cap.

I*Tem quod tres*. Illud c. optimum eſt & hodie in Regno malè ſeruatur. Barth. de Cap.

Quod

Quod nullus officialis recipiat munera. *Rubrica.*

Quod nullus officialis recipiat munera. Rub.

I*Tem quod nullus Iuſtitiarius.* Illud cap. confirmat conſtitutio, hac edictali, quod nullus. lege ſup. 1. lib. & in aliquo addit. & uide conſt. quæ incipit, apud iuſtitiarios, & conſtit. quæ incipit, uolumus. & vide quod no. in l. 1. de contra. iudi. tu. Barth. de Capua.

ITem nullus Iuſtitiarius, aut officialis alius munera, vel xenia, ſeu dona quælibet quoquomodo recipere audeat exceptis eſculentis & poculentis, prout eſt a iure permiſſum, ſed eorum contenti ſalario frequenter commiſſas eis prouincias diſcurrentes adminiſtrationi iuſtitiæ, ac executioni mandatorum directorum eis, pro negotijs tam publicis, quàm priuatis, ſorde cuiuſlibet corruptionis abiecta, omnique indebita difficultate remota, feruenter intendant; Nec non conſtitutiones alias ſubſequenter in anno, ſcilicet, decimæ indictionis primo preteritę ſuper ſtatu regni per eundem Regem ſimiliter editas, quàmquam præmiſſa hęc omnia plenam ſatis ab authoritate condentis habeât firmitatem. Hac tamen noſtra edictali lege perpetua valitura, ratificamus, & mandamus, ac volumus, iuxta quod regia ordinatio diſtinctius continet, inuiolabiliter obſeruari. Et vt nullus officialis, aut alius his præſumat temerarijs auſibus cõtraire, præter pęnas in prædictis regijs conſtitutionibus, & edictis contentas, quas tranſgreſſores ſe nouerint incurſuros, contra eos adhuc maiorem pœnam adijcimus, quæ noſtro arbitrio reſidebit. Si verò huiuſmodi cõſtitutiones Regiæ, ac edicta, à prædictis noſtris capitulis ſuper eiſdem cauſis tam circa foreſtas, & earum cuſtodias, quàm caſtellanias, vel alia in aliquo diſcrepent, cum credamus, quòd in capitulis ipſis poſtmodum conditis cum conſilio Prælatorum, Baronum, aliorumq; nobilium, & fidelium Regni, qui prædicto interfuerũt colloquio, regni melior extitit exquiſita cõditio. Placet nobis, & volumus, vt vbi diſcrepatio talis occurrerit, capitulorum ipſorum tantum ſeries attendatur.

Litera ſuper Iuſtitia retardata. *Rubrica.*

* ADDITIO. Robertus. *No. hoc cap. quòd poſt ſex menſes a die litis conteſtationis auocatur cauſa, niſi intelligas de capitaneis regijs, & non Baronum; nam corrigeret conſtit. Iuſtit. normam, quæ dat duos menſes. & quòd hæc comminatio poſſit fieri Baronibus, tenet Iacobi. in ſua inueſtit. in ver. Vicarius, col. 2. tu tamen intelligas, niſi eſſet conceſſa cauſa appellationis, quia non poteſt ſe intromittere per ea, quæ poſuit Curt. in conſilio 2. poſt tract. feud. cum ibi per me plenè not. intellige etiam quòd ſi cauſa requireret maiorem dilationem, quòd non poteſt hoc termino arctari, vt dicit tex. in d. conſtitut. & per ea quæ ponit Barto. in l. ſi cum ipſe. de excuſ. tut. & Hippol. ſing.* 384. De Bottis.

RObertus * Dei gratia, &c. Curiæ Vicariæ Regenti, &c. Quorundam expoſitio querula noſtrum pulſauit auditum, ꝙ Iuſtitiarij, & Capitanei regionũ in cauſis ciuilibus, & criminalibus, quę corã eis pro tempore agitantur, ſic tepidè, ſic moroſè procedunt, ꝙ prorogantur dilationum curricula & cauſæ ciuiles & criminales quæ coram eis pro tempore agitantur, fiunt cõtra iuris intentum penitus immortales. Et quandoque accuſatores eorum iura debitè proſequentes ſumptuoſis iudicijs fatigati ab eorum iuſtitię proſecutione deſiſtunt, quo fit, vt remaneant interdum facinora, quæ pœna debita plecti publicè intereſt, impunita. Super quo volentes congruũ adhibere remediũ, fauore reipublicæ, & ſubiectorum compendijs prouidentes, fidelitati tuæ committimus, & ex certa noſtra ſcientia præſentium tibi authoritate mandamus, quatenus omnes cauſas ciuiles & criminales quę coram Iuſtitiarijs, ſeu Capitaneis ſingulis regni noſtri ordinariè vel extraordinariè propoſitę aut inchoatę in pręteritum fuerint, aut in futurum proponi contigerit: Et infra ſemeſtre tẽpus, a die cõteſtationis litis in ſingulis earũ cauſis in antea numerandũ, non fuerint per eos ſeu ipſorum locatenentes, fine debito terminatæ, ad audientiam Curiæ Vicariæ authoritate pręſentiũ reuoceris, & eas in his, in quibus finibus erant, reſumetis, & fine debito decidatis; Cogentes Iuſtitiar. & Capitan. præfatos per pœnarum impoſitiones, & exactiones earum in caſu contemptus, & alio iuris remedio, vbi caſus dictæ aduocationis euenerit, quòd proceſſus omnes ſub ſigillis eorum iudicum, & notariorum actorum cum captiuis, quos ex cauſis mortis carceri mancipantur, vt uobis abſque dilatione tranſmittant, lexque vbi cęptum eſt iudicium finiri mandat; & qualibet alia non obſtante contraria, cum eas in his ex certa noſtra ſcientia vſque ad noſtrum beneplacitum uiribus euacuamus. Datum, &c.

Quod magiſter Iuſtitiarius certis temporibus anni moretur in certis prouincijs. *Rubrica.*

Quod magiſter Iuſtitiarius certis, &c. Rub.

I*Nſuper ad fidelium.* Illud cap. hodie non ſeruatur p Iuſtitiarios. Barth. de Capua.

INſuper ad fidelium eorundem ſtatum melius, & vtilius ordinãdum, præſenti noſtra in perpetuum valitura conſtitutione ſancimus, ꝙ magiſter Iuſtitiarius, & iudices magnæ Curiæ ſex hebdomadarũ ſpatio anno quolibet, in qualibet ſubſcriptarum regni prouinciarum per nos denuo diſtinctarum, videlicet, in toto Aprutio per ſe: In terra Laboris & Principatus, per ſe: In Capitanata, & Baſilicata per ſe: In terra Bari, & terra Ydrunti per ſe, pro iuſtitia miniſtranda morētur prouinciam diſcurrendo, ac inquirendo, & corrigendo Iuſtitiariorum, & cæterorum officialium, ac quorumlibet aliorum exceſſus: Et ſi Iuſtitiarios, uel officiales eoſdem viderint amouendos, id ſtatim nobis, uel locum noſtrum tenenti diſtinguendo particulariter omnia, quæ inuenerint, contra illos ſcribere non omittant.

De remittenda offenſa ſuſpectis de proditione. *Rubr.*

AMpliorem adhuc fidelibus ipſis gratiam indulgentes, ut fidẽ & ſeruitia noſtra libentius amplectantur, nec ipſos ab illis dubietas aliqua detrahat, vel efficiat minus promptos, occaſione forſitan præteriti defectus, aut criminis, cuius extiterint notabiles, non cõuicti, offenſas omnes, & culpas per illas quidem vniuerſitates, & ſpeciales perſonas quę hodie in Regno noſtro in fide noſtra perſiſtunt, & noſtro carceri non tenentur, contra præfatũ Dñm patrem noſtrum, vel nos, cõmiſſas hactenus, vel forſitan eis impoſitas, ob quas ex ſuſpitionibus ſunt effectæ notabiles, non tñ Curiæ de ipſorum conſtet malitia, nec aliàs fuerunt ex eadẽ cauſa ſuſpectæ, cũ remiſſione venię crimina, niſi ſemel cõmiſſa, nõ obſint eis, de benignitate Regis piè remittimus, & miſericorditer relaxamus, officialib. & alijs inhibentes ne vniuerſitates, & perſonas eaſdem contra pręſens noſtrum edictum in perpetuum valiturũ propterea perſequantur, impetrant, aut moleſtent.

De duplicandis gagijs Iuſtitiario, iudici, & actorum notario. *Rubrica.*

De duplicãdis gagijs Iuſtitiario, iud. &c. Rub.

A*D hoc volẽtes.* Ibi, *quadrupli.* In fi. c. Cũ iſto concordat cõſt. regni, quæ incipit, apud Iuſtitiarios. B. de Cap.

AD hoc volentes ut Iuſtitiarij, iudices, & actorũ notarij eorundẽ manus ſeruent in officiorum ſuorum exercitio mundiores, nec vlla eis ad corruptionis lapſum ſuperſit occaſio, quã ob paucitatem

De de-

De decimis ſoluendis. Rubrica.

ET *quia.* Ibi, *per Iuſtitiarium regionis.* Nota q iuſtitiarius regionis poteſt cognoſcere de decimis ſoluendis eccleſiaſticis perſonis. vide ad hoc ſupra, de decimis ſolu. Si vero non ſoluantur tempore congruo, tenentur ad duplum illi qui ſoluere debent. ad hoc etiam vide ſupra in cap. volumus, & mandamus. Barth. de Capua.

De proroganda ſucceſſione duratura. Rub.

C*Onſiderantes.* Ibi, *illo prorſus.* No. verba capi. quia licet ſint ſtricti iuris, dant interpretationem extenſiuã q appellatione hęredũ ex ſuo corpore deſcendentium, veniant fratres & ſorores.

Ibi, *frater, vel ſoror.* Nota, q in ſucceſſione feudi veniunt proximiores ex linea tranſuerſali, vt frater, & ſoror. & concordat cum conſtit. Regni quę incipit, vt de ſucceſſoribus.

No. etiam de ſucceſſione feudi, quando frater ſuccedit in feudo, & quando non. & modificat conſti. in aliquibus, circa medium.

Ibi, *dotaria.* de hoc vide cap. quod incipit, dotarium. Bart. de Cap.

Additio. *Et ſic prauus eſt intellectus illorũ, qui per hoc capitulum dicunt hodie feuda hereditaria eſſe, tã uigore præſentis capituli, quam ex forma conceſſionis, quia hoc eſſet impropriè loqui, & contra naturam propriam feudorum, cũ ſunt inteſtabilia & nõ veniãt ad primogenitos ordinatione teſtatoris, ſed iure ſucceſſorio vigore præſentis capituli. Nicol.*

• Additio. Conſiderantes. *Vide ad intellectum huius cap. conſ. Socini poſitũ in lect. 2. partis. ff. Noui, & Loffr. in conſ. 11. nu. 47.*

No. quia videtur habere locum tantum in Comitib. & Baronib. non in alijs feudatarijs, quia in enumeratis videtur militare argum. l. lega. de ſupel. lega. Tu dic contrarium, arg. l. fi. de conſtitu. princ. de verbo ſing. id eſt princeps. quia ſi in maiorib. conceſſit, ergo & in minorib. arg. l. 1. in princ. C. de rei vxo. act. & hoc etiam propter verba ibi, in eiſdem comitatib. feudis & baronijs, vt quo ad feuda priuilegium iſtud ſit reale & non perſonale, quo ad Comites, & Barones: & etiã propter verbum ibi, veterib. autem feudis, & principium huius fuit propter facti contingentiam? vide tu latè Parid. in tract. reintegr. feu. verſus fin. in c. vtrum heres in feudis, &c. De Bottis.

• Additio. Ac ſuis hæredib. *Hoc cap. loquitur in antiquis feudis,*

gagiorum ſuorũ eis per Curiam ſtatutorũ hucuſque, receptioné munerũ vetitorum, vel exactionem aliã minus ſibi forſitan eũ, quo tamen iudicio extimabant illicitam, præſenti edicto robur perpetuũ valituro, ſtatuimus, q eiſdẽ Iuſtitiarijs, iudicibus, & notarijs huiuſmodi ſolida regia ex nunc de fiſcali pecunia duplicentur. Et ſi qui eorum in receptionem, vel exactionem prædictã, ſeu pecuniæ Curiæ ſubtractionem deliquerint: pro his quæ fiſco ſubtraxerint, nonupli; pro his verò quę illicitè ſuſceperint à priuatis, quadrupli pęna mulctentur, præter corporales pœnas eis pro noſtro arbitrio infligendas.

De decimis ſoluendis. Rubr.

ET quia nuper ad audientiam noſtram peruenit, quòd ſecreti prædictorum capitulorum, quibus libera eſt edita ſolutio decimarum, & aliorum iurium ſolutorum eccleſijs, & perſonis eccleſiaſticis, de noſtris gabellis & iuribus debitorum, abſque alterius expectatione mandati, quòd anno quolibet impetrabant, finibus eis præfixis non ſeruatis, ſolutionem huiuſmodi differunt, nouum mandatum ad id anno quolibet calumnioſe petentes. Nos ideò reputantes moleſtius, quò ſpecialius animo gerimus eccleſiarum iura gratioſi pręrogatiua fauoris iugiter proſequi, & augere, hac noſtra perpetuo valitura ſanctione iubemus, quòd Secreti prædicti, vel illi, qui huiuſmodi gabellarum, & iurium noſtrorum geſſerint magiſtratus, eccleſijs & perſonis eccleſiaſticis ſupradictis decimas, & iura prædicta eis de ipſis gabellis, & iuribus debita, de quorũ ſic conſueta vſque nunc perceptione notorium in ſtatutis & ſolitis terminis, anno quolibet nouo mandato nullatenus expectato, ſaluo iure Curiæ, abſque diminutione aliqua, vel difficultate perſoluant, prout à Catholicorum Regum Siciliæ temporibus, vſque nunc, extitit conſuetum: Quibus Secretis, vel gabellarum, iuriumq; magiſtris, ſi prędictos ſtatutos terminos huiuſmodi ſolutionem tranſierint, dupli eius quantitatis, in cuius ſolutione defecerint, pœnam imponimus, reſtaurationem etiam expenſarum, quas in eo, propter ea ſequenda poſt terminos eccleſias, ſeu prælatos ſubiiſſe conſtabit: quam pœnam pro Curia exigi, etiam reſtaurationem ipſis eccleſijs, & prælatis fieri de bonis Secretorum, aut magiſtrorum ipſorum, ac nihilominus eos ad debitam ſatisfactionem compelli, abſque mandato alio, iubemus, & volumus per Iuſtitiarium regionis, pœna ſuper hoc prędictis noſtris capitulis contenta, in ſuo nihilominus robore duratura.

De proroganda ſucceſſione duratura. Rybrica.

COnſiderantes* præterea grandia, grata, & accepta ſeruitia, quæ Comites, & Barones regni noſtræ Siciliæ Domino patri noſtro, & nobis continuè præſtiterunt, & præſtant aſſiduè, ac eos in anteà confidimus præſtaturos, ipſiſque volentes propterea ſic vtiliter prouidere: vt ſe tam fideliter ſeruiuiſſe lætentur, & ſucceſſores eorum perpetuò ſint inde participes, Comitibus & Baronibus omnibus dicti regni, quibus a tempore felicis aduentus præfati Domini patris noſtri in regnum pro ſe ac ſuis hæredibus* Comitatus, Baroniç, ac feuda in perpetuum ſunt conceſſa, & quibus deinceps, vt de omnibus forma ſit eadem, in perpetuum ſimiliter concedentur, ac hæredibus eorundem: de liberalitate noſtra, & ſpeciali gratia indulgemus, hac lege valitura perpetuò ſancientes, quòd in ſucceſſionibus eorundem ad huiuſmodi Comitatus, Baronias, & feuda, illo prorſus abolito & caſſato iniquæ interpretationis abuſu, quo per illa conceſſionum verba, per quæ donũ factum principaliter exprimitur: hoc adiecto, & ſuis hæredibus ex ſuo corpore legitimè deſcendentibus * fratres, vel ſorores à primogeniti fratris vel ſororis ſucceſſione erant in

dis, non nouis, quia data communi forma inueſtiture pro ſe, & heredibus, ex ſuo corpore, frater non ſuccedit fratri, quia non eſt ex corpore, & ita intelligit Andr. in conſtit. vt de ſucceſſionib. col. 2. Secus eſt in antiquo, quia frater viuens reperitur deſcendere ex corpore primi acquirentis, vt declarat ibi And. in ſeq. col. ibi, prædicta vero forma, & melius in col. fin. ver. in acquiſitis ex largitate, ſi tamen forma eſſet ſibi, & heredib. tunc frater ſuccederet fratri, & ita ſemper fuit interpretatum, vt habetur in dec. 293. vide And. in c. 1. §. & filius. colum. 3. ibi, & ſic nõ obſtãt lex Imperator. No. ex hoc cap. quòd in ſucceſſione collaterali, habet locum primogenitura. idem tenet Andr. in c. 1. col. 3. in fi. ibi, Item ſi haberẽ fratrem, de nat. ſuc. feu. & in ca. 1. §. his vero. de gradib. Et licèt diſponatur q ſoror ſuccedat per hoc ca. idem eſſet in iure, vt conſuluit Perinus conſil. 13. col. 2. vide pro hoc abuſu apoſtil. Petri Piccoli, quam habeo ad pennam in c. 1. §. quinetiam ipſa. Epiſc. vel Abbatem. in And. de Iſern. De Bottis.

• Additio. Ex ſuo corpore legitimè deſcẽdentib. *Sæpe dubitaui in q. de facto occurrenti. Pater quæſiuit feudum pro ſe & heredib. ex ſuo corpore, donat filio cum aſſenſu regis, in quo aſſenſu ponitur clauſula ſimiliter, pro heredib. ex ſuo corpore, moritur filius, vtrum pater vel eo mortuo alij fratres ſuccedãt? hoc c. & antiqua interpretatio faciunt q non, quia nõ ſunt ex corpore, & donatarius eſt primus acquirens, & ſic eſt feudum nouum, & pater in nouo non ſuccedit, vt tenet And. in ca. 1. §. & filius fratris. col. 3. ibi, itẽ pater. Imperator Lotarius. & in conſtit. vt de ſucceſſionib. 4. col. in prin. Ego ſæpius conſultus reſpondi, q aut pater donauit feudũ filio, & ſic vt filius haberet ipſum, & Rex ipſi donationi aſſenſit, prout ſunt termini noſtri, & tunc quia non dicitur omnino refutatio, q pater ſuccedit & fratres ſuccedunt: aut pater renunciauit in manibus domini ſimpliciter, vel omnino, & ſic vt dominus ſuccederet ad ſui libitum, vel donauit filio, vt eſſet feudum nouum, & tunc pater, & fratres excluduntur. Collegi hoc ex doctrina And. in c. 1. in prin. de vaſal. decrep. ætat. nam, vt ipſe dicit, quando eſt refutatum, vt detur filio, remanet paternum, prout etiam firmat in d. §. & filius fratris, col. 3. in fi. & conſuluit Bald. in conſ. 82. col. 2. & in conſ. 118. ad euidentiam præmittendum, vol. 1. vide quæ idem Andr. dixit in conſtit. ſi iudicatorum bona.* De Bottis.

De ſol-

eiſdem comitatibus, feudis, & baronijs excluſi: frater, vel ſoror fratri vel ſorori ſuccedat primogenituræ ac maſculini ſexus prærogatiua ſeruata, quòd liceat eis ſuper ipſis comitatibus, baroniis, & feudis dotaria vxoribus ſuis ſtatuere, tenore quidem antiquæ regni ſuper hoc editæ conſtitutionis attento: Veteribus autem feudis in illo vſu, ac iure manentibus, quòd ad ſucceſſiones huiuſmodi eis competit ex antiquo.

De tollenda diſſenſione inter fideles noſtros. Rubr.

AD tollendam quidem diſſenſionis materiam, quæ inter fideles noſtros de tenimentis, territorijs, ac pertinentis terrarum, tam demanij noſtri, quàm eccleſiarum, Comitum & Baronum, & finibus tenimentorum ipſorum conſueuit hactenus frequenter oriri, ſtatuimus & mandamus quòd exquiſito regiſtro Curiæ: de tenimentis ipſis & finibus eorundem, quod in noſtro ſeruetur archiuo: illorum determinatio in duo regiſtra, ſub ſigillo noſtro, vel locum noſtrum tenentis, de iuſtitia quolibet fideliter transferatur: quorum regiſtrorum vnum Cameræ noſtræ remaneat: Aliud in famoſiori cuiuslibet Iuſtitiariatus eccleſia ferreo nexu, quam cautius fieri poterit, appendatur. De tenimentis uero, & finibus illorum locorum, de quibus datum Curiæ regiſtrum nil cõtinet, vel antiqua ſcripta, ſeu ad mandatum Curiæ facta legitimè, qua contenta ſi per nos inquiſitio non apparet, per vnum Prælatorum, vnum Baronum, vnumque ciuium Iuſtitiariatus illius per Curiam eligendos fideliter inquiratur, prout hactenus procedi conſueuerunt tempore quondam Imperatoris Romanorum Frederici, & etiam vſque ad tempora inter partes exinde contentionis extortæ, vel vſque ad hæc tempora ſi contentio nulla præceſſerit, & tenimenta huiuſmodi prout inuenerint, perdurabiles fines dirimant, & deſignent, vocatis ad hoc & præſentibus illis, quorum intererit, præſente etiam ubi de finibus demanij noſtri agetur eo, quem pro iure noſtro ſeruando curia ordinabit, factis inde per inquiſitores eoſdem tribus conſimilibus ſcriptis, & nihilominus ubi antiqua ſcripta, & inquiſitio, qua contentæ ſint partes, ut prædicitur, apparebunt, illorum tenor per inquiſitores illos de verbo ad verbum fideliter inſcriptis totidem dirigantur, de quorum vtriuſque terminis ſcriptis ſingula ſibi retineant. De reliquis verò ſub ſigillis eorum aſſignationem tam Cameræ noſtræ, quàm in forma eccleſiæ faciant ſupradicta. Et cum de tenimentis, & finibus ipſis dubietas emergeret aliqua, ad regiſtrorum vel ſcriptorum alterum, quod in eccleſia vel camera noſtra ſeruabitur exindè curatur, & ſtetur. Si quis autem ſuis tenimentis, iuribus non contentus huiuſmodi deſignatos fines tranſire præſumpſerit, & extra tenimentum ſuum occaſione affidagij, paſcuorũ, vel aquæ, vel illicitè aliàs animalia vel res aliàs ceperit præter pœnam iure communi contentam, in quam ex huiuſmodi violentia, ſiue cũ armis, ſiue ſine armis fuerit, incidet, per Iuſtitiarium regionis abſq; mãdato aliquo puniendus, inſtanter, illa, quæ ceperit, vel æſtimatione earum patronis ſtatim per Iuſtitiarium ipſum reſtituere compellatur.

De tollẽda diſſenſione inter fideles, &c. Rub.

AD *tollendam*. Ibi, *ſtatuimus*. No. c. dans formam qualiter fieri debeat inquiſitio tenimentorum ſeu terrarum demanialiũ, quoties oritur aliqua diſſentio, ſeu dubietas.

Ibi, *de finibus eorum*. Scilicet cum diſcordia eſt de finibus.

Ibi, *fines tranſire præſumpſerit*. Hic dicitur de pœna illius, qui per fines ſuos, ad alienos capiendum tranſiuit. Barth. de Cap.

ADDITIO. *Vide ad prædicta c. cum cauſam. de proba. & ibi per dominum Henri. & in c. 1. de relig. do. & in c. cũ olim. de cenſi. in gl. 2. Et quod no. Hoſt. in ti. de religio. do. §. cui ſub-ſt. uer. quod antẽ. & ver. quid ſi nullo modo. ubi dicit, quòd ſi termini diœceſis ſunt incerti, ad nouos terminos recurritur: Vel ſecundum aliquos ad terminos iuriſdictionis ſecularis ciuitatum, quòd ſi nullo modo legitimè apparere poteſt de limitibus, tunc forte dirimetur forte. ff. de iudic. l. ſi cum ambo. & ita recitat Henri. in alleg. cap. cum cauſam.* Nicolaus.

Vnde dicit dominus Angel. in l. optimam. C. de contrah. empt. quòd ſola fama non probat fines territoriorum: Sed fines & limites antiqui ad antiquam formam ſunt reducendi, vide conſilium Bal. de confinib. vbi pulchrè loquitur.

De tormentis. Rubrica.

TOrmentis inſuper, ad quæ officialium aliquorum immanitas, propriæ uoluntatis motum trans debitum effrænebat, metam volentes, humana compaſſione imponere, præſenti prohibemus edicto, ne quis tormentis aliquibus exponatur, niſi in læſæ crimine maieſtatis, aut uiarum diſrobator exiſtat, ita quòd contra tales publica fama laboret, & ſufficientia præcedant indicia, & niſi homicida ſit, aut aliàs delinquens enormiter in flagranti crimine deprehenſus, & in tormentis ipſis, vbi eorum leuis affuerit perſona, ius ciuile ſeruetur, tam de criminibus quàm de perſonis, & qualitatibus tormentorum.

De tormentis. Rub.

TOrmentis. Ad hoc etiam uide ca. tormenta. quod per iſtud etiam modificatur, & iſtud loquitur cõtra homicidas captos in flagranti, contra diſrobatores famoſos. quod ca. corrigitur per c. in accuſatus, ut habeant locum tormenta etiam in teſte vacillãte, licet iſtud videaẽ poſterius in ſcriptura, tamen illud fuit poſterius cõditum. P. P.

De foreſtis antiquis & nouis. Rubrica.

ILla quidem ex prædictis conſtitutionibus Domini patris noſtri, quæ ſuper foreſtis antiquis, & nouis eſt edita, ad clariorem determinationem addicimus, quòd per fideles uiros ad noſtram Curiam ſtatuendos antiquæ foreſtæ inquirantur, & deſignentur a nouis, poſt deſignationem huiuſmodi, eadem ſuper vnaquaque conſtitutione ſeruata, non quod propter hoc à foreſterijs incidatur, vſque ad deſignationem ipſam fidelibus impediri conſtitutionis eiuſdem beneficium, qua vtatur.

De non capiendis uaſallis a dominis. Rubrica.

AMplius * nulli priuato liceat aliquem, ſi etiam vaſallus ſuus ſit, authoritate propria capere de perſona, niſi vbi magiſtratus abeſſet in criminibus publicis, in quibus ſi quem ceperit ultra duos dies eum non teneat, ſed in continenti tranſmittat ad præſidem regionis. Si quis autem auſus fuerit contraire, pœnam priuati carceris ſe nouerit incurſurum.

De non capiendis vaſallis a dominis. Rub.

AMplius. Nota hic vtrum ſit licitum dño capere vaſallũ ſuũ delinquentẽ propria authoritate, & qñ dñs capiẽs vaſallũ teneaẽ pœna priuati carceris. facit c. cõtra incẽſtignatos, & c. quòd nulli aliquos. ex quo c. poſſent ſumi poſitiones, & exceptiones in cauſa priuati carceris mota contra dominum per uaſallum. B. de Ca.

* ADDITIO. Amplius. *Meminit Luc. vbi multa dicit ad materiã, in l. 1. col. 1. C. de col. artal. lib. 12. & melius in col. 2. 3. & ego intelligo ſecundũ tempora, quibus Barones non habẽbãt merum Imperium, vt no. in Auth. de defenſ. ciuit. ſ. eius hodie.* De Bot.

De captiuis non retinendis ultra unum diem cum liberati ſunt. Rubrica.

MAgiſtro Iuſtitiario, Iuſtitiarijs, Caſtellanis, alijſque officialibus noſtris inhibemus, ne à captiuo, quem per vnum diem, aut vltra tenuerint, cum liberandus fuerit, vltra tarenum dimidium, & ſi in eorum carcere de nocte non fuerit aliquid pro liberatione ſua recipiant, aut recipi fa-

De cap̃tiuis, &c. Rub.

MAgiſtro Iuſtitiario. No. hic quid debet

debet ſolui pro carceribus. pro quo etiam uide conſtit. quæ incipit, caſtellani. in 1. lib. & c. item ſtatuimus ꝙ preſonerij.

De officio collectarum. Rubrica.

IN *ſingulis ciuitatibus.* Ibi, *alibi*, ꝙ qui habent alibi incolatum, & alibi Burgenſatica territoria, vbi tenētur ſoluere collectam pro generalibus ſubuētionibus. & iunge iſtud ca. ad ca. calen. Maij. & c. porrecta ueſtro culmini.

ADDITIO. *No. pro petitione, quam obtulit dominus Falco de Vigilijs in regio Conſilio, quod homines Caſalis Galatula cōferant in collectis cum hominibus Caſtri Forchiguani de bonis, quæ habent in dicto caſtro Forchiguani, in diſpendium reliquorum. Et ſic patet quod immunitas non eſt concedenda in præiudicium reliquorū. C. de exact. tribu. l. actiones. lib. 10. & ibi plenius ſcripſi. & eo. ti. l. fi. Et ſic hæc iura debent locum habere etiam in his caſibus, † in quibus per Regem conceſſa eſt immunitas, vt ff. quod quiſque iur. in rub. & nigro. & 9. di. Niſi ſe.* Luc.

† ADDITIO. *Pro quo vide apoſtil. Andr. de Iſer. in l. ſi quis poſtea. de iudic. in ff. veteri, in Pergameno.* De Bottis.

• ADDITIONES. In ſingulis ciuitatibus. *Vide cap. incip. in calendis Maij, in titu. de appretio. & Andr. de Iſern. in titu. quæ ſint regalia, 9. col. in princ. vbi oſtenditur ſolitum & conſuetum, & hoc probatur ſolitum & conſuetum, & maximè in c. porrecta.* M. Ant. Puluer.

¶ *Licet quis alibi habitauerit, tenetur ad collectas pro bonis in alieno territorio ſiſtētibus. vide Prag. Reg. Ferdinandi 1. car. 267.* De Bottis.

De hominibus Demanij non recipiendis. Rub.

COmitibus. Ibi, *conſt.* vt in conſtit. incip. quiſquis de Baronia. 3. lib. & uide in ca. Regis Rober. quod inci. terrerij. circa medium.

No. contra ꝓmiſſiones factas ut deponāt cōtra talē.

Quod ſeruientes non recipiant, &c. Rubr.

SEruientes. Iſtud ca. male ſeruatur hodie in regno. Barth. de Ca.

Vt

ciant, vel permittant: Et ſi quis eorum contrafecerit, ad nonum eius, quod vltra exegerit teneatur.

De officio collectarum. Rub.

IN ſingulis ciuitatibus * noſtris, & locis regni apprecium anno quolibet, de menſe Augusti, eo quòd aliquorum creſcit & decreſcit facultas in ſolita forma ſtatuimus renouari, iuxta quod ſinguli de ciuitatibus, Terris, & locis ipſis & alij in eis, vel eorum territorio Burgenſaticas res tenentes, licet alibi habeant incolatum in generalibus ſubuentionibus, alijſque ſeruitijs publicis, vel aliquando eorum proprijs conferant, vel alter alterius onera non reportet. Inhibentes quibuſlibet, ne aliquos habeant affidatos, qui eorum fauore huiuſmodi conſueuerunt fieri ſolutionis immunes, in diſpendium reliquorum. Si quis enim affidatos tales habere præſumpſerit, triplum quantitatis illius, quæ affidatos eoſdem pro apprecij cēſura contingeret, fiſco noſtro componat.

De hominibus demanij non recipiendis. Rubrica.

COmitibus, & Baronibus dicti Regni firmiter inhibemus, ꝙ in terris eorum homines demanij noſtri recipere non audeant ſub pœna, ſi contra fecerint, regni ſuper hoc in conſtitutione edita, contenta.

Quòd ſeruientes non recipiant ſalaria a collectoribus collectarum. Rubrica.

SEruientes in Caſtris noſtris, vel alibi ad gagia Curiæ deputatos, cum in auxilium collectarum ſuper recollectione collectæ, vel pro alijs Curiæ ſeruitijs tranſmittuntur, quod pro expenſis, vel labore ipſorum exigant, recipere volumus ac eis exhiberi per alios penitus inhibemus, cum quicquid taliter eis dari eſt ſolitum, in fidelium damnum conſueuerit retorqueri.

Vt fideles noſtri indebitè non grauentur. Rubrica.

MVltorum ad aures noſtras clamoſa inſinuatio peruenit quòd cum plerunque contingit exploratores aliquos in carcere noſtro incidere, per officiales & alios illis, quandoque promittitur uitæ membrorumque ſecuritas, dummodo contra promittentium inimicos in ſua confeſſione deponant ſe ad illos ab hoſtibus vel ab eis ad hoſtes verbum, vel litteras attuliſſe, in ſecuritate fidentes, contra innoxios mentiuntur: acceditque frequenter, quòd ad dictum eorum temporis patiente malitia indebitè grauantur inſontes. Id ergo uolentes opportuno remedio tollere, ſecuritates omnes, quæ huiuſmodi exploratoribus per officiales omnes, aut quoſcunque alios fierent, irritamus.

Data Neap. Anno Domini M CC LXXXIX.

Vt fideles noſtri indebitè non grauentur. Rubrica.

MVltorum. Ibi, *id ergo*. No. quod non poteſt dari per officiales ſecuritas exploratoribus in ciuitate ſine licentia Regis.

Ad obuiandum fraudibus. Rubrica.

CArolus Dei gratia Rex Siciliæ, & c. Iuſtitiarijs Terrę Laboris. Cum ad obuiandum fraudibus, quæ plerunque committuntur per officiales noſtros in æſtimationibus, quæ fiunt & fieri debent, de reparationibus poſſeſſionum, reparationibus & munitionibus etiam vaſcellorum Curiæ noſtræ, cōſtructionibus operū quorunque, quæ de nouo fiunt, nec non & reparationibus Caſtrorum noſtrorum, ac ſuper quibuſcunque alijs Curiam noſtram contingentibus, qui colludentes cum æſtimatoribus, æſtimationes ipſas fieri fraudulenter procurabant in Curiæ noſtræ damnum, nec minus ſubiectorum noſtrorum, vſque adeo, quòd æſtimationes ipſæ excedebant ſatis quantitatem pecuniæ, pro qua ſecundum ipſam veritatem reparationes, & munutiones, ac confirmationes de nouo fieri poterant, factis etiam ſuper hoc fallacibus inſtrumentis, ex deliberato conſilio de nouo per excellentiam noſtram ſit ſtatutum, quòd omnes illi, qui ſuper quibuſcunque reparationibus, munitionibus, & conſtructionibus operum æſtimatores, non legales, & minus fideliter fecerint; & illi etiam, qui præfuerint ſuper his æſtimationibus faciendis, & eas ſibi facere habuerūt totum id, quod æſtimationes ipſæ exceſſerint vltra veritatem & vltra quantitatem illam, pro qua ipſa opera verè, ac iuſtè, & rationabiliter fieri poſſent; de eorum proprio in pœnam fraudis ipſorum noſtræ Curiæ ſoluere teneantur. Et ſtatutum ipſum, ne aliqui poſſent cauſam ignorantiæ allegare, vbique per regnum publicari volumus: fidelitati tuæ firmiter & expreſsè præcipimus, quatenus præſens nouum ſtatutum & ordinationem Curiæ noſtræ in ſingulis terris famoſis tuæ iuriſdictionis facias publicari: factis de publicatione huiuſmodi duobus ſcriptis publicis conſimilibus in qualibet Terrarum ipſarum: vnum magiſtris rationalibus Magnę Curiæ noſtræ mittas, & reliquum retineas in tuo ratiocinio producendum. Nihilominus pręſentem ordinationem noſtram te volumus publicare, ſpecialiter magiſtris Portulanis, magiſtris Procuratoribus, Secretis, & officialibus alijs tuæ iuriſdictionis.

Data in Terra ſancti Eraſmi prope Capuam, per magiſtrum Gulielmum de Farum-villa, & c. Anno Domini 1278. menſe Aprilis ſept. eiuſdem 6. indictionis. Regnorum noſtrorum, Hieruſalem anno 2. Siciliæ verò decimotertio.

Ad obuiandum fraudibus. Rubrica.

CArolus. *Ad obuiandum.* Iſtud ca. corrigit conſtit. ut officialibus.

Ibi, *quòd omnes*. Nota formam ſeruandam per officiales deputatos in inquiſitionibus rerum fiſcalium. Barthol. de Capua.

Finis Capitulorum Regni, quæ per Illuſtriſ. Carolum Regem Hieruſalem & Siciliæ edita ſunt.

CAPITVLA DOMINI REGIS ROBERTI HIERVSALEM ET SICILIÆ.

De oblationibus, priuilegio clericorum, & quando ipſo gaudere debeant, vel non. Rubrica.

ROBERTVS primogenitus, &c. * Iuſtitiario Terræ Laboris tam præſenti quàm futuro. Priuilegia quaſi priuatę legis indulta, ſiue illa ſcripti iuris ſanctio ſpecialis indulgeat, ſiue in terris lex animata concedat, ficta & ſimulata dolis non adiuuant, & figmentis excogitata fallacibus eorum patrocinijs nō defenſant, vt quin potius per eorum abuſionem illicitā conceſſi fauoris pręſidium perditur, & immunitatis indultę priuilegiū abolletur. Sanè ad audientiam noſtram cum querela perduxit famoſę ſonoræ præloquium, & clamor validus plurimorum, quòd quidam uerbis ſolum innitētes edicti, vnum agentes, & aliud ſimulantes in fraudem ciuilium munerū, & in publici iuris tutelæ diffugium hoſpitaliorū, & templariorum, ac aliorū religioſorū aſſumunt, & portant habitum (retentis vxoribus) licet aliquid de bonis eorum conferant, vel certam partē religionibus memoratis. Super quo, cum tam cauſæ vtilitatis publicæ, quā priuatæ intereſſe verſetur, noſtræ fuit prouiſionis remedium imploratum. Nos itaque diligenti habito ſuper his, perpenſoque conſilio: Aduertentes proindè quòd fratres huiuſmodi, niſi religioni probatæ ſe omnino reddiderint, ſupra religioſum portantes habitum a ſeculari euidentius diſtinguentem, bonorum ſuorum retentione non facta, ſeu partis ad vſumfructum eorum, vel ſi cum vxoribus ſuis in domibus proprijs commorentur, non ſint communiter a laicorum eximendi legibus, ſed iuris communis ſubijciendi regulis, & præceptis. Deuotioni veſtrę præſentiū authoritate mandamus, quatenus vbi confratres, vel oblatos tales in noſtra prouincia reperiri contingat; qui, vt prædicitur, non omninò & ſe totaliter cum monaſtico habitu diuinæ religioni reddiderint, de bonis aliquid retinentes in vſumfructū: vel proprio, vel cum vxoribus proprijs commorantes, cum ſub nudæ appellationis velamine, & in fraudem accepiſſe munus huiuſmodi oblationis rationabiliter iudicet, & continet eos effectus, in collectis generalibus, ſubuentionibus, & muneribus cęteris perſonalibus, & realibus ſiue mixtis, quę vniuerſaliter imponuntur regni noſtri fidelibus, perſonarum, & facultatum conditione penſata, contribuere, reſpondere, & obedire, & parere deuote diſtrictius, quibus expediens fuerit, remedijs compellatis, cogentes ipſos eorum dominis ſatisfacere, reſpondere, & obedire pariter de omnibus, in quibus illis tam perſonaliter, quàm realiter tenētur & debent, nec non in ciuilibus & criminalibus coram competentibus iudicibus citati reſpondeant, prout ad vniuſcuiuſque officium dignoſcitur pertinere. Illos verò quos oblatos legitime vobis eſſe conſtiterit, & per dedicationem perſonæ legitimam, & expreſſam, nulla reſeruatione bonorum, vel partis, aut vſusfructus eorum facta modo debito religioſum portātes habitum, vel proprias in domibus retinentes vxores in prędictis, & circa prędicta non moleſtātes indebitè eos in exactionis priuilegio ipſis indulto a ſacris canonibus cōſeruetis. Dum tamen in bonis feudalibus, cenſualibus, & cęteris, quæ ante oblationem vltimi ipſa tenebant, ab alijs patronis ſeu dominis illæſum, & illibatum, & in omnibus & per omnia conſeruentur, aut niſi oblati prędicti iam parentes habeant, aut liberos, vel nepotes ex ijs, quos exhæredare non licet, quibuſque debetur iure naturæ legitima, quamquam aliàs vera & efficax procedat oblatio, cum in bonis ipſam conſtituentibus legitimam non ſubſiſtant, ab onere prædictorum munerum propterea uolumus quemlibet excuſari. Dignum etenim & rationabiliter cenſura dijudicat, vt veris ſyncera conceſſa proficient, & ficta fallacibus non aſſiſtant. Sicque priuilegium præſtetur alteri, vt in iuris iniuriam non tranſeat alieni. Vt autem præſens ordinatio noſtra, quam ſub diſſimulatione tranſire nolumus, ad notitiam perueniat ſingulorum, illam vos ſtatim per famoſas Terras, & loca decretæ vobis prouinciæ, & vbicunque expedire videris, volumus facere diuulgari, & in depoſitione veſtri officij dari volumus ſucceſſoribus in pendenti.

De oblationibus, priuilegio clericorum, &c. Rubrica.

ROBERTVS. *Iuſtitiario.* No. quòd fratres oblati non gaudent in totum clericali priuilegio. pro quo uide c. ut priuilegia. extra de priuileg. Et no etiam quod oblata eccleſijs, & confratres, qui retinēt propria bona, & uxores in hoſpitalibus, non gaudent priuilegio clericorum, ſcilicet, ordinis tantum, ſecus in debito iure naturæ. Barthol. de Cap.

ADDITIO. Robertus primogenitus, &c. *Vide originale cap. in regiſtro penes D. Barattucium, fiſci Aduocatum, c. 59. car. 105. in d. regiſtro, in c. 108. car. 121. eſt ſequens capitulum, Robertus, &c. Magiſtro Iuſtitiario regni Siciliæ & iudicibus magnæ Curiæ Vicariæ ſibi aſſidentibus dilectis &c. In auditorio noſtro propoſita q. continebat quòd Rogerius de Gallutio, miles iuſtitiarius Terræ Idruntı ab olim per noſtram Curiā ordinatus ex delegatione noſtra cognouit ſe certa bona feudalia, quæ dicebantur de antiquo feudo alienata occupata illicitè, ſeu diſtracta, & pronuntiauit ſua diffinitiua ſententia bona illa feudalia ſic diſtracta eſſe ad ius & proprietatem prædicti feudi rationabiliter reuocanda: quam ſententiā pars conuenta in eadē noſtra curia vobis ex eo aſſerit fore nullam, quòd idem Rogerius tempore dictæ per eum latæ ſententiæ erat nodo excōmunicationis aſtrictus propter iniectas manus per ipſum in clericum violentas in dubitatione deducto. an obiectus excommunicationis eiuſdem ſi forſan probaretur dicti Rogerij ſententiam reddat nullam, ſuper quo vobis ſcripſimus tenore præſentium ad tollendum potius conſultationis ingreſſum dubium, quam ad concedendū alicuius indulgentia ſupplicāti reſcriptum, vt vocatis partibus niſi probetur a parte conuenta d. Rogerium tempore prædi-*

prædicta per cū lata ſententia denunciatum fuiſſe publicè vinculo excommunicationis aſtrictum exceptionem excommunicationis eiuſdem nullatenus audiatis proceſſuri deinde ad confirmandam vel infirmandam ſententiam, ſicut forma iuris exigit, & iuſtitia ſuadebit. & ſi forte allegetur per conuentam partem prædictā ipſum iuſtitiarium tempore dictæ latæ ſentētiæ denuntiatū fuiſſe publicè excommunicationis innodatione ligatum audiētiam teſtium ſuper probatione huiuſmodi extra prædictā Curiam minimè committatis, cum ipſa probatio quandā videatur reprobationis ſpeciem continere, in qua audientia teſtium ſecundum probatum ritū Curiæ non conſueuit extra ipſam Curiam delegari.

Datum Neapoli, per Bartholom. de Capua. anno Domini 1318. die vlt.

Et ex eodem regiſtro car. 118. in c. 98. Robertus &c. Iuſtitiario Principatus vltra Serras Mōtorij, & iudici aſſidenti cū eo fidelibus ſuis, &c. habet aſſertio de Campanario fidelis noſter latoris præſentiū quod in cauſa ſpoliationis ſuæ, quæ authoritate noſtri reſcripti cōtra Gulielmum de Cāpanario coram vobis agitur a beneficio conſtitutionis noſtræ, quæ incipit, ſicut materiā criminum libenter eludimus, quòd eis dictus ſupplicās opitularius ſiáit excluſiue repellitis, aſſerentes quod ipſa conſtitutio locū habeat, quando coram ordinario agitur non iudice delegato, ſuper quo ſubueniri ſibi per noſtræ declarationis remediū ſupplicauit. quia igitur decernendo, & declarando noſtris decet fidelibus nos adeſſe fidelitati veſtræ pſentiū authoritate mādamus, quatenus cum ab ordinario delegatum non diſtinguat ipſius conſtit edictū, nec uos etiam diſtinguatis. Ratio quidem conſti. ipſius, ſi prudenter aduertitur ſic in delegato, ſicut in ordinario vendicat ſibi locum. quinimo in caſu præſenti fortius vbi coram vobis agitur qui dicimini ex noſtra delegatione cognoſcere, cum delegatus a Principe in cauſa ſibi commiſſa maior quolibet ordinario cenſeatur.

Datum vt ſupra, & die 3. April. 1317. per Barth. de Cap. Piſan.

De ex-

De exceptione excommunicationis criminaliter accuſati, vel reſtitutionem uiolentæ poſſeſſionis petente. Rubr.

De exceptione excommunicationis, &c. Rub.

R*Obertus. Pro bono ſtatu*. ibi, *hac exceptio opponitur*. Nota caſum, quod exceptio excommunicationis oppoſita in quacunq; parte iudicij per delatũ criminaliter, ſeu ſuper violẽtia, & reſtitutione poſſeſſionis, non habet impedire proceſſum, quod generaliter intelligitur, vide ſequens. Barthol. de Capua.

Armorũ vſus ſanctione canonica eſt expreſſe prohibitus, pręcipue cũ lumina curiæ, vt in c. caſtellani. ¶No. quòd officialis debet ſignificare prælatis, etiã trina monitione præmiſſa, aliàs ſuis mandari debet ꝙ arma non deferant, & ſi poſtea portant poteſt ipſos capere, nam ante annotationẽ poteſt eis auferre arma abſq; perſonarum iniuria. Barthol. de Cap.

RObertus Dei gratia Rex Hieruſalem, & Siciliæ, &c. Iuſtitiario principatus citra Serras Montorij gratiam ſuam, & bonam uoluntatem. Pro bono ſtatu Regni Siciliæ ad quam intentio noſtra dirigitur, vt dilationum perpendia in criminalibus litibus, & corrigendis exceſſibus præcidantur, conſtitutiones nuper edidimus, quarum ſeries præſentibus annectuntur.

Tenor primæ conſtitutionis.

SIcut materiam criminum libenter elidimus, ſic impedimẽta iudicialis examinis, quod pro puniẽdis eiſdẽ, decretũ prouidæ ſanctionis induxit libertas: aptiſque remedijs per totum eneruamus. Huius igitur conſtitutionis edicto præſcribimus, ſi quando criminaliter de commiſſo coram quocunque iudice agatur, vel violentæ poſſeſſionis reſtitutio poſtulatur, & in quauis parte iudicij principalis, vel appellationis cauſæ ſemel, vel pluries accuſanti vel expoliato exceptio excommunicationis opponitur, ſuper iam propoſitis, aut proponendis de nouo dependentibus ſiue connexis iudex, apud quem res proponitur, & cauſa tractatur, inſtantia iudicij non dilatata ad inueſtigationẽ criminis & ſpoliationis indaginem cœptum continuando iudicium, ex officio ſuo procedat, vno cauſam litemq; mouente, proſequatur alius ſicut plerunque probat, & ſic ipſius iudicis ſolertia debita informatione, & probatione recepta, cauſam litemque finiat, ac ſi nunquam accuſatoris, vel proponentis inſtantia in iudicio & pręſentialiter inſtitiſſet, plectens reum, pœna quam culpa meruit, & violentum poſſeſſionis reſtitutione condemnans, ſicut rationis cauſa depoſcit. Cuius conſtitutionis ſubſtantiam & effectum, & in pendentibus cauſis ſiue negotijs vim volumus obtinere.

Tenor ſecundæ conſtitutionis.

IVdiciorum vigor actus iuſtitię authoritate publica cõſtitutus in medio, nec eſt tollendus indebitè, nec cauillosis anfractibus differendus iniuſtè. Vt igitur ſpoliationis cauſam fouendo, præcipuè ipſarum tollatur occaſio, & materia præcidatur, præſenti conſtitutione ſancimus, vt ſuper poſſeſſionis ſpoliatione conuentus, excommunicationis exceptionẽ objjciens ſpoliato iuret in pręſentia Iudicis coram quo agitur, ſacramento corporaliter præſtito, quòd exceptionem ipſam non cauſa calumniæ obijciat, vel animo differendi iudiciũ: deinde infra competentem terminum ſibi datum per iudicem, prout rationabiliter qualitas dilationis expoſcit, probet ipſe conuentus ſpoliatum actorem, ſententię excommunicationis aſtrictum. Et ſi quidem in eius probatione defecerit, rei de qua ſpoliatio facta proponitur poſſeſſione priuetur, quam ſtatim ipſo facto, ſine petitoris inſtantia, nec alterius probationis indagine, per ſuum officium transferat in petentem, vt ſicut aliàs mendax ex ſuo mendacio in poſſeſſionis tranſlatione pœna conſtringitur, ſic fauorabilem reſtitutionis cauſam quam ſpoliatis ſpecialibus priuilegijs iura ſanxerunt, & per interiectas moras iudicij malitioſè & aſtutè deferens cenſura, vt in pari puniatur quæſtione proprietatis, vel iuris alterius, quod idem ſpolians in re ipſa, cuius ſpoliatio facta proponitur fortaſſe pretenderet ſibi ius ſecundum iuris terminos reſeruata. Cuius conſtitutionis mentem, & verba non ſolum in futuris negocijs, ſeu in pendentibus vim decernimus obtinere. Volumus igitur, & fidelitati tuę iubemus, quatenus conſtitutiones ipſas quantum ad te pertinet, in iudicio obſeruetis tenaciter, ex more ipſas publicè & per competentia facias officia diuulgari. Conſtitutionum ipſarum ſeries dimittas alterutri in pendenti.

Datum Neapo. per Dominum Barthol. &c.

De non creandis iudicibus in perpetuum. Idem.

IMportuna petentis inſtantia fatigat animum audientis interdiu, vel audit, ſed male, vel credit, illumque ſic tædio afficit, vel diſtrahit pariter, quod à tramite claræ diſpoſitionis auertit, quo ſæpè contingit, ut quod recta ratio, certo tramite, denegat petentis improbitas, per ſtimulum præſumptionis euellat. Sanè crebris & inquietis inſtantijs noſtrorum fidelium fatigati, certis perſonis noſtri Regni Siciliæ ad ciuiles cauſas ſeu contractus aliquos celebrandos in terris eorum in perpetuum conceſſimus Iudicatus officium, nonnullis ex ipſis ad beneplacitum, & aliquibus ad vitam eorum. Necnon & aliquibus ad certi temporis ſpatium præfinitum. Super quo earundem terrarum, & ciuium in auditorio noſtro petito propoſita murmurat, quòd ipſa noſtra conceſſio ipſis non modicè præiudicialis exiſtit, dum vniuerſitatibus terrarum ipſarum ius eligendi annales iudices tollitur, & ad iudicandum continuè eiſdem perpetuus iudex datur. Supplicato itaque ſuper his per noſtræ poteſtatis præſidium prouideri, Nos abhorrentes intrinſecè fidelium noſtrorum grauamina, & prouiſo, deteſtante ingenio, vni non conferre gratiam in onus & diſpendium plurimorum, conceſſiones eaſdem de perpetuo iudicatus officio per nos factas, ſiue per Carolum primogenitum noſtrum Ducem Calabriæ ipſius Regni noſtri Siciliæ Vicarium generalem, in perpetuum, vel ad beneplacitum, vel ad tempus reuocamus, eneruamus, & ad nihilũ redigimus. Eligendi iure vniuerſitatibus ipſis eoſdem annales iudices, ſicut eiſdem competit, remanente. Contractus autem omnes, & quælibet ſcriptura legitima facta per dictos iudices prædicto tempore propter vtilitatem cõtrahentium, quatenus ſunt acta, legitimè habere decernimus ſtabilitatem & firmitatem. Quocirca iubemus expreſsè, vt conſtitutionem ipſam diuulgari per totam vobis decretam prouinciam faciatis: dantes alterutri has noſtras literas in pendenti. Data.

Quòd teſtes excommunicati debent abſolui ad cautelam, & ſententia lata propter teſtes excommunicatos poteſt retractari, ſicut & per falſos teſtes, vel inſtrumenta. Rub.

Quòd teſtes excommunicati debẽt abſolui ad cautelam, &c. Rub.

N*E per exemptionis.* ibi, *non obſtante.* No. caſum, vbi poſt dicitate teſtificata poſſunt alij teſtes produci. ¶Et no. tex. huius c. de quo eſt caſus, ꝙ ſi ſit productio teſtiũ per aliquam partem,

RObertus, &c. Ne per exemptionis anfractum veritas obumbrata lateat, & figmentum aſtutiæ, rei eſſentia proſtrata ſuccumbat, hoc conſultę conſtitutionis edicto præſcribimus, vt in criminali, vel ciuili iudicio, excommunicationis exceptione contra teſtes oppoſita, & probata, ſi inſtantia pen-

partem, & alicui ex dictis teſtibus opponitur, quòd eſt excommunicatus, poteſt petere a iudice eccleſ. vt ipſum interim abſoluat, pro quo eſt tex. in cap. veniens, & c. dilecto fil. de teſti. no. in l. ob carmen. §. magiſtratus. eo. tit ff.

Ibi, *ſic & ipſa*. No. etiam caſum, ubi teſtis poteſt etiam repeti poſt latam ſententiam abſolutoriam pro parte actoris.

Ibi, *ſententiã latam.* Vt C. ſi ex fal. inſtr. l. 1. & per totũ. B. de Cap.

Quòd in cau crim. poſſit conſt. &c. Rub.

Eodem *ſtudio*, &c. ibi, *defendatur.* Cũ iſto concordat conſtit. generalia iura cócedés, & cap. 1. quod incipit, item ſtatuimus. ¶ No. ex iſto cap. quòd decẽ homines accuſati de crimine, procuratorem facere non poſſunt, ſed ſyndicum, exceptis criminibus hæreſis, & læſæ maieſt.

• Additio. Eodẽ ſtudio. *In regiſtro originali penes D. Antonium Barattucium fiſci aduocatum, in cap. 61. car. 106. extat originale incip. Robertus, &c. Mag. Iuſtitiario Regni Siciliæ, & Iudicibus eiuſdem curiæ dilectis, Cõſiliarijs famil. fidelibus ſuis &c. ad ſubleuanda onera noſtrorum fidelium conſtitutiones tenoris, & continentiæ ſubſequentis.* Piſanellus.

Quòd Iuſtit. poſſit cog. de ciui. cau. &c. Rub.

Robertus, *&c. Quia nulla legis ſanctio.* Eccleſia, eccleſiaſticæ perſonæ, pupilli, uiduę, & miſerabiles, poſſunt aduerſarios ſuos in cauſis ciuilibus coram Iuſtitiario regionis conuenire, non obſtante conſtitutione in cótrarium aſſerente.

• Additio. Robertus primogenitus, &c. *Vide Andr. in conſtitut. ſtatuimus, Capic. deciſ. 160. & Affl. 257.*

Quod ponitur in hoc c. cõcordat cum c. ſignificantibus ext. de offic. & poteſt. iud. deleg. ubi per Innoc. ponitur. & maxime dicit quòd vidua & alia perſona miſerabiles poſſunt alios trahere ad curiam Imperatoris. vide ibi. De Bottis.

• Additio. Eccleſiaſticæve pſonæ. *No. quod eccleſiaſtica perſona poſſunt aliquem coram Iuſtitiario regionis pro ciuilibus cauſis conuenire, hoc eſt verum, quando ageretur pro re eccleſiaſtica: nam ſi pro rebus proprijs, & patrimonialibus non habent hoc priuilegium, vt no. Andr. in conſtit. ſtatuimus. in princ. de offic. magiſt. Iuſtit. & Specu. in tit. de cler.*

dente præmiſſa, ad cautelam ſaltem dicti teſtes abſoluantur legitimè, non obſtante quòd pars teſtificata didicerit, per abſolutos teſtes eoſdem ſuæ intentionis propoſitum poterit comprobare. Et ſi fortè reus propter repulſam dictorum teſtium ſemel tantum fuerit ab accuſatione, vel delatione contra eum propoſita per ſententiam abſolutus, eadem abſolutione ſecuta, poterit accuſator & actor, prioribus actis in vigore manentibus repentè producere teſtes ipſos, vt ſicut plerunque peremptoria poſt calculum vltimæ diffinitionis opponitur, ſic & ipſa abſolutorum teſtium repetitio, etiam poſt latam ſententiam, producatur: parti tamen alteri contra teſtes eoſdem exceptiones aliæ ad repulſam ipſorum teſtium, ſicut exigit iuſtitia reſeruentur. Neceſſitate quidem iudici, qui de cauſa, vel lite cognoſcat impoſita, in ſua ſententia, ſi res ita ſe habeat, exprimendi, quòd propter repulſam excommunicatorum teſtium, accuſatoris, vel actoris accuſatione defecta, ſententialiter abſolutus eſt reus. Et prout in irritum ex falſis inſtrumentis, aut teſtibus lata ſententia ſit, & eadem abſolutio iudicis facta, per repulſam ipſorum teſtium retractetur. Cuius conſtitutionis tenorem, etiam in cauſis pendentibus vim & efficaciam volumus obtinere. Data, &c.

Quod in cauſis criminalib. poſſit conſtitui procurator per plures vltra denariũ numerum accuſatos. Rub.

Eodem ſtudio* proſequentes fidelium noſtrorum commoda, ad elidenda eis quælibet onera, præſentis conſtitutionis edicto præcipimus. Si quando plures vltra denarium numerum accuſantur de vno crimine, vel diuerſis ex eodem facto emergentibus, ſiue per accuſationem, ſiue per officium, vel inquiſitionem, vel aliter incriminentur, liceat eis conſtituere ſyndicum, vel ſyndicos, per quem, vel quos in cauſis criminum defendantur, ſceleribus hæreſis, & læſæ maieſtatis exceptis, pro quibus ve-tera iura communia ſeruari iubemus, niſi de certa noſtra ſcientia videbitur aliud noſtro conſulto iudicio faciendum. Volumus itaque, & fidelitati tuæ mandamus; quatenus conſtitutionem ipſam in quantum ad tuum ſpectat officium ſerues integrè, faciens eam ex more ſolenniter diuulgari.

Data Neapoli per D. Barth. de Capua militem Logothetam, & protonotarium Regni Siciliæ, &c.

Quòd Iuſtitiarius poſſit cognoſcere de ciuilibus cauſis eccleſiæ, eccleſiaſticæ perſonæ, pupilli, uiduæ, & aliarum miſerabilium perſonarum. Rubrica.

Robertus primogenitus. &c.* Quia nulla legis ſanctio quantuncunque lata, perpenſo conſilio, ad humanæ naturæ varietatem ſufficit, ſeu terminationem lucidam eius nodoſæ ambiguitatis attingat, eo quòd nihil adeo certũ clarumque ſtatuitur, quin per dubitationem ſolicitam in dubium uertatur in emergentibus omnibus, vbi nodus ſe dubitationis ingereret, vel anfractus, neceſſaria eſt ſuperioris præſidentis authoritas, vt per declarationes opportunum iudicium tollat, ambiguitates auferat, altercationes diminuat, & obſcura ſuccidat. Sanè diebus proximis aſtuta non minus, quàm ſollicita quorundam excitatio reuocauit in dubium. Si eccleſiæ eccleſiaſticæve perſonæ,* pupilli, viduæ, & miſerabiles aliæ poſſunt in ciuilibus cauſis corã Iuſtitiario regionis aduerſarios trahere ſpeciali priuilegio permittente, ex eo præcipue, quòd regni conſtitutio Iuſtitiarijs de ciuilibus cognitionem generaliter interdicit. Nos igitur habito ſuper hoc, plurium ſapientiũ examinato conſilio: quia concorditer & determinatè comperimus Iuſtitiarios de cauſis ipſis cognouiſſe, & ſic ſine contradictione aliqua obtentum fore diutius, & diurnis temporibus obſeruatum, ex obtentione & obſeruatione protracta, alijs etiam rationibus non omiſſis, declarando decernimus, & interpretando cóſtitutionis prædictæ tenoré expreſſius

cler. coniug. & uidetur caſus, C. de epiſc. & cler. l. de his. Ego dico quòd habet locum etiam in bonis clericorum: nam bona clericorum gaudent eodem priuilegio, ſicut bona eccleſiarum, ergo eodem iure cenſetur, 12. q. 2. cap. eccleſiarum ſeruos. & vide ibi glo. quæ incipit, quas habet, &c. & 16. q. 1. c. ſimiliter. Sed an hodie habeat locum hoc cap. in Capitaneo. & uidetur quòd nõ, quia hic fit mentio de Iuſtitiario, ergo prohibetur de Capitaneo. l. cum prætor. de iudic. & ſi voluiſſet, expreſſiſſet legiſlator. l. vnica. §. ſin autem ad deficientis. C. de cadu. tollen. tamen Capitanei factum contra. Et poteſt cõprobari per glo. in ver. hoc ſoluit tertiam. in l. fi. C. de longi temp. præſcrip. vbi dicitur quòd vnaquaque prouincia ſua habet regimina, & Capitaneus habetur loco præſidis. & pro hoc facit, quòd licèt in conſtit. fidelium noſtrorum, dicatur, quòd Iuſtitiarius cognoſcit defenſa, tamẽ hodie etiam Capitaneus cognoſcit. De Bottis.

Ibi, *regionis.* Sed nunquid corã quocũq; alio iudice? dic quod ſic, vt in conſt. Iuſtitiarij cultores, de cauſa primi cogni. quod nó corrigitur per illud c. ¶ No. illud c. ad cóſt. regni, quod incipit, Iuſtitiarij nomen, & normã, circa mediũ. vbi in ciuilib. cognoſcere pót Iuſtitiarius, & in quib. caſib. hic habetur, uide pro hoc & alijs priuilegijs illarum, tã in agendo, quàm in defendendo, conſtitut. ſtatuimus. & ibi Andr. de Iſern. ¶ Eccleſię, eccleſiaſticæ perſonæ, pupilli, uiduę, poſſunt eorum aduerſarios cóuenire, nó obſtãte cóſtitutione in cótrarium aſſerente. ¶ Vide etiã aliud cap. reg. quod incipit, Rob. primoge. nobili uiro Ermengano de Sabrano. ver. itẽ habebis ſub cura & protectione eccleſias, viduas, &c. Item adde quod de hoc extat ritus magnæ curiæ Vicariæ, incipiens, item clericus, pupillus. ſub rubr. quod priuilegiati trahunt aduerſarios in dicta curia. eſt alius ritus, qui incipit, Item quod clericus, qui præcedit proximum ritum. ¶ Et intellige, quod eccleſiaſtica perſona poteſt conueni re laicum coram Iuſtitiario: quando agit pro re eccleſiæ, ſecus ſi pro re ſui patrimonij, quia hoc priuilegium non habet, ita do. Andr. de Iſer. in conſtit. ſtatuimus, & videtur caſus in d. l. de his. C. de epiſc. & cler. Sed contrarium videtur in c. eccl. ſeruo. 12. q. 2. & quæ dicantur perſonæ miſerabiles? uide Azo. in ſumma, quando Impera. inter pup. & uid. Pet. Pic.

Quòd in pœnis pecuniarijs fiſco applicandis, &c. Rubrica.

C*Arolus. Ab olim*. Nota quod in maioribus pœnis, quæ applicantur fiſco, proceditur ſummariè, ſine figura iudicij, ſiue per officiales, ſiue per priuatos fuerint impoſitæ, quod no. ¶Sed an ab iſtis cauſis ſummarijs poſſit appellari? uide Spec.in tit. de ſum.cogn.§.1.ver. ſed nûquid, & ſeq.uide etiã per Andr. de Iſer. in conſt. intentionis noſtræ. P. P.

Quòd ſit licit.accuſ. vel denunc.&c. Rub.

A*D audiẽtiam*. No. ꝙ contra iſtud c. ferè omnes officiales faciunt:nã ſiue pœniteat, ſiue non, poſtquàm eſt facta accuſatio, ſiue denunciatio, procedũt, & malè faciunt.& iſtud c. hoc dicit, ꝙ ſi aliquis denunciat, uel accuſat aliquem, propter quod nihil acquiritur curiæ, quòd non debet tunc compelli ad iurandum, ut non deſiſtat ab accuſatione, ſed licitè partes poſſunt paciſci, poſtquam ad citationẽ peruenerit. ſi vero aliquid ſit aduenturum curiæ, tunc debet iurare, aliàs non admittitur, & ſi iurauit, & pacificatur cũ parte, poteſt puniri de periurio. ¶Sed de ritu iudiciorum denunciãs, ſiue accuſans, obligat ſe ad certam pœnam, vt in conſtit. iudiciorum, in glo. quæ incipit, ad omnem pœnã. Sed hoc non facto, ex ſola libelli oblatione videtur ſe aliquis inſcribere, vt in conſtitut. poſſunt. de inſcrip.& acc.

• ADDITIO. Carolus ſecundus, &c. Ad audientiam noſtram. *Vide Aff. in conſtit. ſi quis in poſterum. 13. no. & in cõſtit. poſt citationem. in 1. no. & uide in conſtitut. præſenti, 1. lib.* De Bot.

Ibi, *prout regni conſt. eſt permiſſum*. Vt in conſtit. priuſquam citantur partes, &c.

Ibi, *negligatur*, &c. Dictat ritus magnæ curiæ, quod curia ipſa aſſignaute reſponſali cauſa mota, vel mouenda, ſi nõ vult procedere accuſans, deputat ipſum accuſantem: ſi vero vult procedere, & ipſum ſol. tar. 6. vt in ritu, item curia ipſa aſſignat, &c.

• ADDITIO. Accuſantem. *Iuxta hoc quæro fuit inſtituta accuſatio ſuper vulnere: ſi quæ ta eſt abſolutio, moritur vulneratus, an poſſit de morte accuſari? & quid ſi eſt remiſſum vulnus, immo fortius remiſſa mors, an poſſit per conſanguineos accuſari, vel*

ex

iudicamus: Iuſtitiarios regionũ de priuatis cauſis ciuilib. præfatarum perſonarum, ſpeciali priuilegio permittente, poſſe cognoſcere, cuius declarationis & interpretationis efficaciam tam in futuris, quàm in pendentibus negocijs locum præcipimus obtinere.

Volumus igitur, & deuotioni tuæ perpetuò decernẽdo iubemus, vt prædictarum noſtrarum declarationis & interpretationis decretũ, & iudicationis ſeriem, in quantum ad veſtrum ſpectat officium, vel ſpectabit in poſterum, ſeruetis tenaciter, & ſine tranſgreſſionis iniuria inuiolabiliter teneatis. Vt autem nullus veſtrum, qui pro tempore fuerit in hoc offic. ignorantiæ cauſam valeat allegare, mandando ſubiungimus, ꝙ quilibet tempore depoſitionis officij prædictam declarationis, & interpretationis ſeriem vnus aſſignet alteri in pendenti.

Quod in pœnis pecuniarijs fiſco applicãdis poſſit procedi ſummariè. Rub.

CArolus ſecundus, &c. Iuſtitiarijs, &c. Ab olim de curia noſtra ordinatio certa proceſſit, vt in omnibus pœnis tam per officiales noſtros, quam per alios priuatos impoſitis, noſtro quidem ærario acquirendis, eſſet ſummariè, de plano, ſine ſtrepitu & figura iudicij procedendum. Et quanquàm ordinatio ipſa per literas noſtras, quę in caſibus ipſis ſucceſſiuè de Curia noſtra proceſſerunt, fuerit continuè obſeruata: pro maiori tamen declaratione & obſeruatione ipſius, Volumus, & mandamus expreſsè, quatenus ordinationem huiuſmodi, quantum ad vos pertinet firmiter obſeruantes, ſecundum eam in pœnis præmiſſis procedere debeatis. Præſentes autem literas volumus dari alterutrum amotionis veſtræ tempore in pendenti, vt ad ſingulorũ poſſit notitiam peruenire. Data, &c.

Quòd ſit licitum accuſatori, vel denũciatori, antequam in iudicio partes compareant, deſiſtere, vbi curia ipſa non tangitur. Rubrica.

CArolus ſecundus, &c. Ad audientiam noſtram * querela plurium clamoroſa perduxit, quòd dum aliqui de tua iuriſdictione aliquam interdum paſſi iniuriam, percuſſionem forſitan, ſeu offenſam, coram te veniunt querimoniam exinde poſituri: ab his iuramentum exigis illico, ne præter tuam, vel curiæ noſtræ licentiam ab accuſatione, vel denunciatione deſiſtant, quam ponunt, quo fit vt delatores, vel denunciatores ipſi ex calore recentis iniuriæ vel offenſæ iuramentum hoc libenter præſtant exactum, ſi prius quàm ad citationem emiſſam in iudicio partes cõpareant pœnitentes cum parte pacificant, nec inſiſtunt accuſæ. Tu contra delatores vel denunciatores eoſdem procedis grauiter, & delatos. Circa quod reputantes ad cõmodum per communis ac mediæ vię remedium ita ſuper his conſulere, vt nec iuſtitię vigor in nimiũ tranſeat, nec paſſim ipſa iuſtitia negligatur, cõſultè prouidimus, & te firmiter obſeruare mãdamus, vt vbi accuſatio, vel denunciatio, quæ ponitur, fortè accuſantem, * vel denunciantem tangit, ſolummodo ipſum iurare, vt ab accuſatione, vel denunciatione huiuſmodi non deſiſtat, ſiue quòd deſiſtat eundẽ nullo modo compellas, ſed ei liceat prius quàm ad citationem in iudicio partes compareãt, vt pręfertur, ab accuſatione vel denunciatione huiuſmodi impunè deſiſtere, prout regni conſtitutione eſt permiſſum. At vbi in denunciatione vel accuſatione ipſa noſtra Curia tangitur, vtpotè ꝓ pecuniario intereſſe principaliter: quia agit̃ de defenſa, vel pęna, aut acceſſoriè, eo ꝙ agitur de crimine, quod præter pęnam aliam corporalẽ bonorũ publicationẽ inducit, accuſantem, vel denunciantem, ſine iuramento ac accuſationẽ vel denunciationẽ aliquatenus non admittas. Sed tunc ſi cõtra iuſm ab accuſatione, vel denũciatione deſiſtat, ad pęnã periurij ꝓcedas ex officio, vt iuris eſt, cõtra eũ, ita ꝙ de cõtrario querela aliqua denuo nõ feratur. Pręſentes aũt lĩas, &c. Data, &c.

Quod Barones vel feuda tenentes non priuentur feudo propter contumaciam præſtationis ſeruitij. Rubr.

RObertus, Dei gr̃a &c. * Nolumus tuã latere notitiã, ꝙ nos æquę humanitatis inſtinctu ſubiectorũ noſtrorũ quantũ bono modo

ex officio procedi. Luc.de Pen. in l. 1. q. 27. tenet quòd ſic. videas, credo quòd ſit ſub tit. C. de publi. lætit. lib. 12. De Boetis.

Ibi, *tangit*. Et non ipſam curiam regiam, fortè quia tunc uenit pœna corporalis imponenda.

Ibi, *conſtitutionibus eſt expreſſum*. Vt in conſtitutione, quæ incipit, citationem emiſſam. & in conſtitut. ſi quis in poſterum. pri. libro.

Ibi, *non feratur*. in fine cap. Hodie vero nullus deferens, uel accuſatus admittitur, niſi ſe ad certam pœnam obliget de probando, & proſequendo, ut in ritu magnæ curiæ Vicariæ, qui incipit, item quòd curia ipſa, &c. Pet. Picc.

ADDITIO. *Nota quòd poſtquam aliquis denunciat aliquem, Iuſtitiarius, ſeu magiſter iuratus non poteſt ipſum cogere ad proſequendum denunciationem, nec debet cogere partem iurare de proſequendo ipſam denunciationem, ſeu accuſationem, † ut hic: & ut infra certum tempus crimi. quæſtio ter min. l. prima. in glo. ubi dicitur, ſufficit referre, & non exigere, quòd dentur fideiuſſores de exercendo litem. Sed de iure Digeſtorum eſt caſus in contrarium, quia poſtquàm denunciat, tenetur inſiſtere denunciationi. ff. de iu. fiſ. l. res, quæ in controuerſia. §. fi.* Napod.

† ADDITIO. *Hic nõ dicitur, an Curia poſſit ex officio procedere deſiſtente accuſatore, ſed infra ad conſultationem dicitur quòd ſic. Sed ut ibi ſcripſi, loquitur quãdo poterat cauſa decidi, & ſic erant recepta probationes. at hic non fuit incepta accuſatio, non tamen reus comparuit. Crederem, ꝙ etiã ſequuta remiſſione partis Curia poſſit ex officio procedere, ut eſt deciſ. Lucę in l. vnica, col. 21. C. de pub. læt. & uidetur decidi in c. regni, ab illo inchoandum, ubi in tribus criminibus poteſt ex officio procedi. Sed conſidera circa cap. conceſſa Neap.* De Bottis.

Sed cum hoc c. bene concordat 91. diſtinct. eſtendendum. alias cap. ſtudendum. Sed quid de deſiſtentia. cogita. Nicol.

• ADDITIO. Robertus Dei gratia, &c. *Hoc cap. intelligo, quando fuit requiſitus, quia ſine requiſitione quanto cunque tempore ſteterit,*

non

non priuatur. §. ad hæc, hic finit lex. Si fuit requiſitus, & diu ſteterit, tunc punitur ex contumacia. d. §. ad hæc. hanc igitur contumaciam remiſit hic, dũmodo paratus ſit ſeruire, & prout ibi declarat tex. requiritur, quòd non ſit obſeſſus dominus, vel quòd ſtet in periculo vitæ. tamen ibi Andr. vult quòd in caſu, quo eſſet guerra, ſi neſciat eum eſſe in tali periculo, ſi non fuit requiſitus. ex quo colligo cap. hoc factum ad tollendum rigoroſam opinionem: quia ex quo per d. §. ad hæc, remittebatur in cognitione iudicum, qui forſan iudicabant rigoroſe quòd perderet feudũ, voluit Rex quòd ſi fuit requiſitus, vel perinde habetur, puta quando erat obſeſſus, vel imminebat mors, & fuit contumax, quòd ſi præſtiterit ſeruitium nõ perditur feudum, dicit Bald. in tit. de pace Conſtant. in ver. vaſalli, in princ. quòd ſi vaſallus propter guerram, quam habet ciuitas eius cum domino, non præſtat ei ſeruitium, quòd non perdit feudum. vide Andr. in cap. ſi vaſallus. ſi de feu. fue. controuer. in conſtitu. ſi vaſallus. ad hoc cap. vide Affl. in deciſ. 275. num. 39 90. & 93. De Bottis.

• Additio. In fine huius cap. poſt verb. priuetur, addatur. *Sed in quadruplum ſeruitij vel adoham ſubtracti fraudans, & mentiens fiſci noſtri ærario ipſo iure & ſine ſententia teneatur pœna priuationis ſeu diſcuſſionis eorundem bonorum feudalium contra illos edita, qui dictum perſonaliter ſeruitium recuſauerit facere, vel in totum præſtare neglexerit, aut dohamentum debitum in nulla perſoluerint, in ſui firmitate mãſura, quin potius præſenti edicti ſerie ſpecialius declarata, cuius cenſura ſeruanda humanitatis intuitu etiam in cauſis pẽdentib. locũ obtinere ſancimus.*

Omnia hæc verba deficiunt, quæ exemplaui ex regiſtro 3. car. 86. e. 227. De Bot.

Quod

poſſumus volentes præcauere diſpendijs, conſtitutionem nuper edidimus tenoris & continentiæ ſubſequentis. Pœnarum moles & reprimi, & acerbos molliri rigores, Regiæ lenitatis dulcedine capimur, vt ipſorum duritiem oleo noſtræ mãſuetudinis molliamus. Huius itaq; diualis cõſtitutionis edicto præſcribimus altercationem Iuriſperitorũ in hoc decidentes & dubia, ut ſi Comes, Baro, aut quilibet alius bona feudalia a Curia noſtra tenens citatus ex mora, vt cum debito & conſueto ſeruitio præſentet ſe noſtris offici js in iniuncto termino citatorio ſibi præfixo, & obedienter veniens præſtet perſonale ſeruitium, vel de permiſſione noſtræ Curiæ pro adohamento, pecuniam tamen non integrè, ſicut debet, non ipſis bonis feudalibus, vel eorum parte, ſicut aliquorum rigoroſa tenebat opinio, tanquam contumacia contracta priuetur. * Data, &c.

Exceptione excommunicationis oppoſita, vel qualibet dilatoria oppoſita, res & fructus ſunt ſequeſtrandi. *Rubrica.*

Carolus ſecundus, &c. Frequẽs in auribus noſtris murmur obſtrepuit, quòd dum inter petitorem & poſſeſſorẽ lis, ſeu controuerſia vertitur, & in proceſſu cauſæ poſſeſſor de litis contra ſe deciſione forſitan formidat, exceptiones excommunicationis, recuſationis, aut alias iudicij moratorias inuenit, vt donec per illas, ſeu interiecturã illarũ cauſa protrahitur, & lis differtur, lõgiori poſſeſſionis fruatur cõmodo, & in perceptione fructuũ per aſtutã malitiam indebitè fortaſſis potiatur augmẽto, quo fit, vt protelentur lites, quæ ſcandalis perſæpè materiã præſtare noſcuntur, afficiãtur partes tædio laboris & ſumptus, & authoritas recti iudicij, ad quã ſpectat abbreuiare lites, ipſaſq; decidere, illuſione quodammodo cõdemnatur: Circa quod reputantes ad cõmodum, & æquitatis animũ occurrere fraudibus, & dilationum ſuperſtitioſam materiã amputare, præſenti edictali noſtra prouiſione vſque ad noſtrũ beneplacitũ duratura ſtatuimus, vt in memoratis litibus, ſiue ciuilibus cauſis, ſi quando exceptionis huiuſmodi friuolæ poſt litem conteſtatam, & aperturam teſtium circa finem ipſarum litiũ maximè opponantur, quas vtique circunſpectio iudicis calumnioſas, & cauſa morãdi iudicij, ex ſuo motu, ſeu religionis inſtinctu poteſt inſpicere interiectas, rem de qua agitur cum fructibus, ſi qui pendent, immediatè ex ſuo officio faciat ſequeſtrari, demum admiſſionẽ in cauſa, ut iuris extiterit, conceſſurus. Volumus igitur & mandamus, vt edictionem noſtram hanc firmiter obſeruetis, daturi ipſam alterutrum in pendenti, vt in obliuionem non transeat, vel neglectum.

Data Neap. per Barthol. de Capua.

Quod receptatores pari pœna puniri debent, qua & malefactores. *Rubrica.*

Robertus primogenitus &c. Licet contra receptatores malefactorum, atque latronum graues pœnæ a iure ſint prolatæ, propter frequentiam tamen receptatorum ipſorum quamplurium nobilium maxime, & Baronum, ſicut quædam diuulgat infamia, quæ in præſenti excreuit: Declaramus & ſtatuimus nouiter, eodem ſtatuto noſtro, vſque ad paternum, noſtrumque beneplacitum duraturo: Vt qui ſcienter latronem, aut nocentem grauiorum criminum latitantẽ citatum forſitan, ſiue bannitum, poſt bimeſtre tempus bannitionis ipſius receptabit de cætero, vel occultabit, per ſe, vel per alios, vel receptato, vel occultato, ſiue alicubi latitanti victigalia miniſtrabit, eadem pœna, qua ipſe receptatus, ſeu cui miniſtrata victualia fuerint, probato forte crimine puniendus, ex ipſa receptatione, occultatione, aut miniſtratione victualium, feriatur. Terræ, Caſtri, domus, vel prædij, vbi delinquentes huiuſmodi receptati fuerint, atque occultati, Baro, nobilis, aut alius receptans, atque occultans, poſſeſſione & fructuum perceptione, quos in fiſcum regium deferri iubemus, vſque in quinquennium, ſe nouerit eſſe priuatum, vt poſſeſſio eadem per præſidem prouinciæ pro Curia capiatur, & ad opus eiuſdem Curiæ per totum iuge quinquennium procuretur. Elapſo verò quinquennio, in poteſtatem liberam priuati iam dicti, eadem poſſeſſio protinus reuertatur. Sed ſi vniuerſitates locorum receptauerint, aut occultauerint delinquentes iam dictos, aut ſcienter Terrarum incolæ morari patiantur cum eis, illi de vniuerſitate, ſicut ſuperius exprimitur, puniantur, qui maiores inter ipſos indigenas dignoſcentur, ſi cauſam dederint receptationi & occultationi prædictæ, aut monere poterunt, nec monuerint concines, & incolas expellere malefactores eoſdem, alioquin tota vniuerſitas puniatur, vt pro quolibet foculari Auguſtalem auri vnum regio fiſco ſoluat. Quæ quantitas unius Auguſtalis pro quolibet inter habitatores loci illius proportionabiliter diuidatur, exigenda pro Curia, ſicut in collectis & ſubuentionibus fieri conſueuit: Communis iuris regulis ſuper receptatoribus editis in ſuo robore duraturis. Quod noſtrum ſtatutum per totam vobis decretam prouinciam per uos volumus ſolenniter diuulgari, & poſt diuulgationem eandem tenaciter obſeruari.

Data per Barthol. de Capua.

Quod receptatores pari pœna puniri debent, qua & malefactores. Rubrica.

Robertus. *Licet contra receptatores.* Ibi, *ſi cauſam dederint.* Nota qua pœna punitur Comes uel Baro receptans malefactores, & quãto vniuer. Aliam etiam formam procedendi vide infra in cap. quod incipit, creſcit culpa. quod eſt Ducis Calabriæ.

Ibi, *Robore duraturis.* In quibus iuribus & ll. alia pœna imponitur cõtra dictos receptatores malefactorũ. facit tex. in l. 2. de maleſi. & in l. 1. C. de his qui latro. Barth. de Capua.

No. contra illos qui receptãt malefactores, & per iſtud cap. officiales faciunt prouentus, & per iſtud cap. corrigitur gio. magna, poſita in conſtitut. pœnam foriudicatorum, in ſi. verſi. ſed ſi vniuerſitas. Petr. Pic.

Quod

Quòd liceat ſpecialibus perſonis in criminalibus cauſis conſtituere procuratorem, ſi in numero decem ad minus conueniantur. Rubrica.

STatuimus, vt quoties perſonæ ſpeciales citatæ fuerint in numero decem ad minus, ſuper quacunque cauſa criminali, licentiam habeant ordinare ſyndicum pro parte eorum, qui reſpondeat procuratori Curiæ ſuper inquiſitionibus, ſi criminaliter ſunt vocati, vel cuilibet alij volenti eos criminaliter accuſare, ſuper aliquo crimine, in curia Iuſtitiarij, vel magiſtri Iuſtitiarij, criminibus hæreſis, & læſæ maieſtatis exceptis. Item ſtatuimus, quòd ſi Iuſtitiarius, iudex vel actorum notarius, ſeu quilibet alius ad gagia Curiæ deputatus, abſque licentia Domini Regis, vel illius, a quo habet gagia recipere, pro illis diebus quibus fuerit extra Curiam debet reddere gagia duplicata.
Data &c.

Præcipimus vt omnibus hoſpitia gratis dentur, tam familiaribus regis, quàm alijs vſque ad menſem, vltra menſem ſoluatur dominis hoſpitiorum, ſecũdum quod prouidebitur per ſtatuta ſuper hoc. Data &c.

Confirmatio conſtitutionum per genitorem Regis Roberti editarum. Rubrica.

ROBertus Dei gratia Rex Hieruſalem, & Siciliæ, ducatus Apuliæ, & principatus Capuæ, Forqualqueri, ac Pedis montis Comes. Iuſtitiarijs, &c. Gratiam ſuam & bonam voluntatem. Salubrem ſtatum, & proſperum fidelium noſtri Regni Siciliæ plenis deſiderijs affectantes. Capitula, ſeu conſtitutiones editas per claræ memoriæ progenitores noſtros, pro commoditate & tranquillitate ſtatus eorundem fidelium confirmamus, ex noſtra certa ſcientia ſub ſerie ſubſequenti.

ROBertus Dei gratia &c. Ad perpetuam rei memoriam. Frequenter ex abundanti robur adijcitur, & ademptio plenitudini pluries pro cautela confertur. Exuberans quidem cautionis ſuffragium rei, quæ geritur vallum ſtabilitatis adijcit, & per explicationem actus affectum beniuolum prouiſæ conſequenter oſtendit, qui eo ſe potius realiter exhibet, quo vehementius fomes illum dilectionis adauget. Licet igitur Dominus auus, & genitor noſter memoriæ recolendæ pro tranquillitate ſtatus, & pro commoditate fidelium Regni noſtri Siciliæ capitula uaria, ſeu conſtitutiones ediderunt, quæ ipſum authoritate condentium, & communis boni ſuadente cenſura robur efficax obtinent firmitatis. Vt tamen ex noſtri vigore præſidij accedat illis abundans cautela ſecurior, & erga ſubiectos noſtros regni noſtri præfati, quos apud ſinum noſtræ gratiæ luſtrat fidei charitas, deuotionis integritas approbat, & obſequiorum grandium creſcens promptitudo commendat, noſtræ ſynceritatis affectus, ſicut occurrerit, viciſſim in lucem prodeat, & actualiter demonſtretur. Capitula, ſeu conſtitutiones iam dictas integraliter, & in omnibus ſuis partibus confirmamus, de certa noſtra ſcientia, perpetuo valituras, Volentes & iubentes expreſſe in omnibus officialibus regni noſtri Siciliæ præſentibus & futuris, quòd capitula, & conſtitutiones eaſdem ſeruent tenaciter, & ſeruari faciant ſub pœnis in dictis capitulis, & conſtitutionibus comprehenſis, & alijs eiſdem per noſtrum arbitrium infligendis, & illa pęna præcipuè, quæ in contemptores prouiſionum noſtrarum, ſicut in ſacrilegis, eſt indicta. Quo circa fidelitati tuæ mandamus, quatenus prædicta capitula, & conſtitutiones, ſub earum interminatione pœnarum, ſeruetis tenaciter, & faciatis ab alijs obſeruari, vt tantorum edicentium ſtatuta ſeruentur illæſa, & per eorum obſeruantiam, cultu ſeruato iuſtitiæ, ſuccedat per conſequens pax amœna.

Data Neapoli per Dom. Barth. de Capua, anno 1318. die Ianuarij. 2. indictionis.

Quod Iuſtitiarius poſſit cognoſcere de grauaminibus illatis vaſallis eccleſiæ per prælatos, vel alias ecclaſiaſticas perſonas. Rubrica.

ROBertus Rex &c. Ad regale faſtigium * diuina prouidentia prouecti populum noſtræ ditioni ſubiectum libenter in iuſtitia regimus & cum charitatis affectu ſub noſtræ protectionis brachio præſidialiter conſeruamus. Sanè in auditorio noſtro inculcatione frequenti lata plurium querela perſtrepuit, & clamor ualidus tumultuoſa quadam vociferatione perduxit, quòd prælati Regni noſtri Siciliæ, hoſpitalarij, monachi, alijque clerici diuerſæ conditionis, & ſtatus vaſallos eorum, quos obtinent pro eccleſijs, quibus præſunt, alioſque noſtros fideles, & ſubditos, in perſonis & rebus oneribus diuerſis angariant, moleſtijs tædioſis afficiunt, & extorſionibus immoderatis affligunt, in quibus profectò mentis diſplicentia premimur, & piæ compaſſionis officio interius anxiamur. Nos igitur hæc audire murmura, & clamoroſas inſinuationes huiuſmodi tranſire ſub pallio nequeuntes, in examine rectæ conſiderationis adducti, quod ad Regis officiũ ſpecialiter pertinet iudicium facere, atque iuſtitiam, & auxilium præbere pauperibus contra potentes maximè, ac liberare de manibus calumniantium vi oppreſſos, quodque in eodem Regno Siciliæ generali & eminente præcipua poteſtate fungẽtes omnium ibi degentiũ ſumus domini perſonarum, in quas merũ habemus imperium & coertionem omnimodam: omni perſona prorſus excluſa, cuiuſcunque præeminentiæ, dignitatis, aut conditionis exiſtat, niſi id à nobis habeat ex priuilegio ſpeciali, Fidelitati tuæ præſentium authoritate mandamus, quatenus ſi homines oppreſſi præfati in tua iuriſdictione manentes prælatorum, & eccleſiaſticarum perſonarum huiuſmodi ſunt vaſalli, qui tamen ſint de feudo, quod ipſi tenent.

Quòd Iuſtitiarius poſſit cognoſcere de grauaminibus, &c. Rub.

A*D regale faſtigiũ.* Nota quod illud c. non eſt c. ſed forma literæ regiæ Curiæ, quæ debet reddi officiali a Rege, vel ſuo prędeceſſore in pendenti, aliàs officialis ipſe nõ poteſt procedere ſecundũ formam huius cap. & ita ſe habet conſuetudo magnæ curiæ Vicariæ, & omnium ciuitatum Regni, & hoc dicit in ſi. ſui. ibi, præſentes literas valituras, ut earum efficacia valeat dari volumus alterutrũ in pẽdẽti, &c. Ac etiam per hoc poteſt intentari beneficiũ contra bonæ fidei poſſeſſorem, per l. adigitur ff. de iure patr. nam hic tractat de materia odioſa, quia exorbitat a iure communi, quia in odioſis ſtatutis debemus potius uerba reſtringere, quam ampliare, per ea quæ no. Doc. in materia ſtatutorum. in l. cunctos populos. de ſumma Trin. & fide catho. & in l. omnes populi. de iuſti. & iure. & ſic intelligendũ de perſonis eccle. inferentibus iniuriam, damnum, & rapinam, & non in bonæ fidei poſſeſſore habente iuſtum titulum.

*ADDITIONES. Ad regale faſtigium. *Vide omnino Luc. de Pen. in l. ſi coloni pen. colum. C. de agric. & cenſit. lib. 11. & glo. in 1. conſtit. C. in verbo. faſtigio. ubi examinat rationem huius capituli. loquitur pro laicis contra clericum. vide Mod. regnicolas & Felin. in c. eccleſia ſanctæ Mariæ. col. 24. in verſi. ulti. non omitto, de conſti. ſed an iuſtitiarij & Barones poſſint uti iſtis remedijs & edictis. iſta capitula videntur innuere quòd ſic, quia ut plurimum ſunt directa.*

directa iuſtitiarijs. & Luc. in d. l. ſi coloni, videtur ſentire quòd ſic, dum dicit quòd forma dictorum capitulorum pro iure ſcripto ſeruantur in regno. Item dum recitando modum proponendi dicit, coram iudice edictum proponente. Item dum dicit per iudicem ſecularem aſſiſtebat ad præſidem prouinciæ. Sed Barthol. de Capua cum ſua additione ad hoc capit. dicit hæc verba:

Adde c. charitatis affectus, cum tribus ſeqq. & Aff. deciſ. 2. & 24. Luc. de Penna, in l. ſi coloni, de agric. & cenſit. pen. & fin. col. vide Abb. in c. 2. de iuram. calum. vbi ponit an hoc cap. habeat locum in cauſa ſpirituali poſſeſſoria, & per eundem in c. cum dilectus. 4. col. de ordine cognit. & in c. paſtoralis. 8. col. de cau. poſſeſ. & propriet. vbi quid ſi ſpoliatio eſt facta Iudicis authoritate & vide decret. Sacri Conſil. latum 14. April. 1497. inter archidiaconum, & decanũ Amalfitanos, quòd etiam in cauſa ſpirituali poſſeſſoria militat hoc cap. Item iſtud cap. Sacrum Conſil. intelligit non habere locum contra tertium poſſeſſorem, qui nõ ſpoliauit, nec fuit in dolo. & licèt Sacrum Conſil. hoc expreſſe nõ declarauit, tamen fuit, ne expreſſe præiudicaret regiæ poteſtati.

No. quòd hoc cap. non eſt cap. ſed forma regiæ Curiæ literæ, quæ debet dirigi officiali a Rege vel ſuo prædeceſſore in pendenti: aliàs officialis ipſe non poteſt procedere ſecundũ formam huius c. & ita ſe habet conſuetudo magnæ Curiæ Vicariæ & omniũ regni. & hoc dicit in fi. ſui. &c. vt ſic Barth. velit q nemo officialis procedat, niſi ex regia cõmiſſione. ego vidi Sacrũ Conſil. procedere: & nimirum, quia ſub nomine regio. Dicit idẽ Barth. in quadã ſua apoſtil. q ex quo hoc cap. eſt exorbitans, nõ datur contra bonorũ poſſeſſorem habentẽ iuſtum titulum.

Adde q die . . . Martij 1559. Neapo. referente D. Antonio Cadena tunc Iudice magnæ Cur. Vic. in ciuilibus ad præſens verò regio Conſiliario in cauſa vertente inter clericum Franciſcum Chiauellonum, & Donnum Philip. de Sylueſtro fuit per Sacrum Conſilium remiſſa cauſa eidẽ magnæ Curiæ, quæ procedat ſeruata forma capitulorũ regni, Actuarius Io. Donatus Cioffus, & ſic fuit declaratum quod magna Curia poſſit procedere contra clericum ſeruata forma capitulorũ regni iſtius, de quo uide Capic. in concluſ. feud. in verbo, Rex Siciliæ. Et qualiter procedant iſta capitula, vide Aff. deciſ. 85. & ibi quis debeat probare ſpoliatus. Quid ſi Clericus oppoſuit declinatoriam fori. vide Aff. in conſtit. de burgenſaticis. nu. 7. 8. vbi latè de materia huius cap. per totam q. vide Gramm. deciſ. 78. latè, & Guid. Pap. deciſ. 1. & Gul. Bened. in c. Raynutius, in ver. & uxorem nu. 38. 2. dec. & Feli. in c. Eccleſia S. Mariæ, col. 24. verſ. vlt. nõ omitto. ext. de conſt. & in c. in præſentia. ext. de probat. & D. Aff. in conſtit. aſperitatem, nu. 15. vbi timens, q aliquis inuadat poſſeſſionem ſuorum bonorum poteſt implorare Iudicis officiũ, & tũc ſufficit demõſtrare eius poſſeſſionem iuris ordine non ſeruato. An autem Rex ratione directi dominij, & ciuilis poſſeſſionis, quam habet in feudo, poſſit intentare hoc remedium, ſi vaſallus eſt ſpoliatus ab Eccleſiaſtica pſona, vide Aff. in conſt. violentias. nu. 14. prope fi. Adde, q in hoc iudicio poteſt opponi de inhabilitate perſonæ, puta q non eſt ætatis legitimæ, vel q non fuit tonſuratus, Aym. in conſ. 104.

Quid ſi iudex eccleſiaſticus nõ vult admittere iuſtam appellationem, an poſſit adiri iudex ſecularis, vel Rex, vide omnino Couar. in cap. 35. pract. qq. nu. 3. vbi loquitur de omni violentia, quæ infertur a Iudice eccleſiaſtico, cui poteſt fieri comminatio ſub amiſſione rerum temporalium, vt ibi. De Bottis.

à Curia noſtra, eiſdem hominibus ſic grauatis & oppreſſis, ad querelas eorum, ſuper iniurijs, & damnis illatis facias celeris & expeditæ iuſtitiæ complementum. Cum per feudatarium ſuis vaſallis illata grauamina communi iure per ſuperiorem dominum feudi præcellẽtem ſuperioritatis præcipuæ debeant remoueri. Si verò iam dicti grauati homines ſubſint vaſallagio prælatorum, & eccleſiaſticis perſonis eiſdem, nec ſint de feudo, quod a noſtra Curia tenent, adhuc in eorum ſubſidio ipſis tuæ iuriſdictionis fauoris præſidium non deſiſtat, quin protegas eos vigore iuſtitiæ, & præſidialibus adminiculis defendas. In eccleſiarum quidem vaſallis aliorũ quorumlibet in eodem regno Siciliæ feuda tenẽtium ſuperioritatem ſingulariter obtinemus. Et quãuis contra prælatorum, & clericorum perſonas ſe noſtræ poteſtatis authoritas communiter non extendat: aduerſus tamen officiales eorũ laicos, qui eis in illicitis obedire non debent, & ad protectionem, manutentionem & defenſionem omniũ ſubditorum noſtrorum regni præfati, libenter erigitur præeminens noſtrę brachium poteſtatis. Quòd ſi fortè alij homines, qui eorũdem prælatorum & eccleſiaſticarũ perſonarum uaſalli non ſint, grauentur, ſeu uexentur, ab eis grauati & oppreſſi huiuſmodi tuæ iuriſdictionis patenti ſuffragio aſſiſtas, non ſolũ per iuris oportuna remedia, ſed per facti defenſionis obſtaculũ, & recuperationis de facto interpoſitũ iuramentum. Non exigens in his cognitionalia ordinare certamina, quę in prælatorum & clericorum perſonas, atque negotia non poſſetis, communi cenſura, rationabiliter exercere, ſed facta tibi de iniurijs, rapinis, & damnis illatis, vt præmittitur, præfatis hominib. informatione ſummaria, per facti notorium, uel rei euidẽtiam, famam publicam, aut deſignationẽ aliam atteſtantem commiſſam iniuriam, præmiſſa efficaciter compleat tuæ diligentiæ promptitudo. In cuius probatione notorij ſufficiat tibi edictum generale proponere, & quicunque ſua intereſſe putauerit, viſurus accedat producendorum in cauſa teſtium iuramenta, & oppoſiturus, quæ circa rei ſubſtantiam uoluerit allegare. His quippè moribus noſtris præmiſſis rationes inſinuant, dominicæ charitatis affectus, & mentalis compaſſio ſignanter exorant, ac exempla laudabilia imitandi continuant. Erat equidẽ occurſus oppreſſis in Iſraelitico populo Dauid Rex, ſtatuitq; iuris antiqua prudentia, vt læſus quilibet, & lædendus ad ſtatuas principum quis confugeret pro tutela, quæ ſic dominorum poteſtatem reſtrinxit in ſubditis, vt eos diſtrictè & inordinatè non premeret: vel ipſos pro voluntate exceſſuum immoderata ſæuitia non arceret: & in propellenda iniuria, non in inferenda fore deſcribitur lex uirtutis. Qui enim cùm poteſt iniuriam non repellit, a proximo maximè naturalitate coniuncto, in uitio pariter communicat facienti. Sanctus equidem Moyſes cum videret Hebræum iniuriam ab Aegyptio patientem, obſtaculum eſt defenſionis aggreſſus, vt Aegyptium in terram proſterneret, & ipſum in ſabulo obrutum ſepeliret. Conſequenter itaque per nos in illo prouidè proſpicitur, quòd rationis iudicio, probatis exemplis, & excellentis charitatis fomite comprobatur. Præſentes autem literas valituras in anteà, vt earum efficacia maneat dari volu-

No. quòd hoc cap. non habet locum, quoties Curia vellet examinare dictos teſtes citatos, quia tunc magna Curia Vicaria ſolita eſt practicare, quòd dicti citati veniant perſonaliter ad deponendum, quia aliter veritas haberi non poſſit ſi perſonaliter non comparent, licèt excedat numerum decem. M. A. Pulu.

Ibi, *ſubditorum noſtrorum.* No. remediũ quando p prælatos qui non ſunt ſubiecti grauantur alij, quòd poterit procedi per officiales laicos, & iuxta merita puniendo.

Ibi, *ſed facta nobis.* No. de ſummaria cognitione faciẽda ſuper iniurijs, rapinis, & damnis illatis perſonis eccleſiaſticis.

Ibi, *quòd quicunque.* No. formam citandi ſuper forma notorij, cum proceditur per edictũ.

Ibi, *enim, &c.* Et alibi iudex qui reperta ſcelera non uindicat cogetur ut noxia crimina ſe ſtinet, ut in conſtitut. ſi quis in poſterum. in fi. de defen. impo. & ibi plenè in glo. P. P.

Additio. *Glo. ſuper verbo allegare. hoc ſtatutum multi prælati & Canoniſtæ nituntur infringere, dicentes Principem ſecularem, nihil poſſe aduerſus clericos, & eorum cauſas, directè, vel indirectè ſtatuere. 96. diſt. bene quidem, & de conſt. extra c. eccleſia. Sed ipſi circa hoc iniquè loquuntur. Imò ibi capitulum iſtud iuſta ratione proceſſit. Primo ex ſcriptura diuina Exodi cap. 2. vbi Moſes Aegyptium occidit, quia percuſſit Hebræum, vt infrà ſubiungit. Secundò, quòd pro iſta conſtitutione eſt ſatis apertè. 11. q. 1. cap. petimus. & 16. quidam monachi. vbi patet, quòd ad querelam nedum laici, ſed etiam clerici paſſi violentiam a prælato ſuo rector prouinciæ ac defenſor ciuitatis eorum vices, & officium interponunt, & conſtito eis de uiolentia reddunt ſpoliatos in poſſeſſionem eccleſiarum, quia a poſſeſſione fuerunt violenter expulſi, de hoc ſcripſi. C. de agri. & cenſi. l. ſi coloni. q. vlt. lib. 11.* Lucas.

David. *Ad hoc eſt opt. 7. q. 1. omnis. vbi patet, quod ſi quis negaret his oppreſſis debitũ fauorẽ impẽdere, quodãmodo ipſum Chriſtũ negaret, &c.*

Statuas. *Vt patet C. de his qui ad ſtatuas confugiunt. l. prima.*

Et propellenda. *Hoc ſumptum eſt ex libro Ambroſij. de officijs, & tranſumptiuè habetur 23. quod fortitudo. & c. non inferenda.*

• ADDITIO. In fine tex. addatur, *Per Dominum Bartholom. de Capua, &c. anno Domini 1314. 14. Nouemb. 13. Indict. regnorum noſtrorum anno VI.* De Bottis.

mus alterutrum in pendenti, quas ad te præſentem Iuſtitiarium & tuos ſucceſſores in eodem officio, eandem vim, eundemque vigorem decernimus obtinere.

Data Neapoli ſub paruo ſigillo noſtro, &c. *

Capitulum contra exceptionem hoſticam & iudicis delegati, allegati ſuſpecti. Rubrica.

RObertus Dei gratia Rex, &c. Inter belli diſcrimina iuſtitiæ cultum moleſtè turbantia, & vmbratæ quietis interſtitium aliquib. interuallis aſſumptum tempus redimimus, vt opportunitatibus noſtrorum fidelium per pacta iuris remedia conſulamus. Sanè ſubiectorum noſtrorum caſus atq; moleſtia dedere materiam vt ſuper certis difficultatibus quæ illis de facto frequenter emergunt per noſtræ prouiſionis ſuffragium præſidialiter moderemur. Ea propter ſubſcriptas tres conſtitutiones edidimus, quas publicatas ex more per totam veſtram prouinciam per vos tenaciter obſeruari volumus perpetuo valituras.

Tenor primæ conſtitutionis.

SI Comes, aut Baro, vel quicunq; feudatarius ad exercitum euocatus, aliquem deſtituerit, inquietauerit turbatione moleſta de reb. aut iuribus, vel crimē commiſerit, in quo poteſt procurator adeſſe, etiam hoſtica exceptione durante, vel paulò prius, quàm exceptio eadem competat, vt quòd incontinēti committitur præſentialiter ineſſe videatur, beneficium iſtius hoſticæ exceptionis amittat. Et ſi quidē ad exercitum perſonaliter iuerit, de præfatis deſtitutione, inquietatione, & criminatione per procuratorem ſufficienter inſtructū reſpondeat coram iudice competenti. Si verò ſubſtitutum pro ſe miſerit: vel adohamentum in pecunia pro militari ſeruitio ſoluerit, ipſe perſonaliter etiam pro quocunque crimine reſpondere cogatur: dicta exceptione hoſtica non admiſſa. Dignum eſt equidem, vt delinquentes ſub prærogatiuæ conceſſæ fiducia, beneficia ipſis perdant ſpecialiter indulta. Cuius editionis ſeriem etiam in cauſis pendentibus locum habere cenſemus.

Tenor ſecundæ conſtitutionis.

SI de furto, * violentia, vel defenſa, aut alio delicto quocunque criminaliter accuſatio inſtituta fuerit, vel per officium iudicis in caſu debito, de ipſa criminatione quæſitum: Iudex ſuper his aditus comperto facinore, nocētem reum pœna debita feriat: & in eadem inſtantia per ſuum officium in rei ſubtractæ, vel violentæ, celeri reſtitutione condemnet. Hoc quidem connexitatis ratione præuiſa veteris iuris authoritas decreuiſſe videtur: licet gloſſarum ſubtilitas per ſæpe dubia frequenter incertam ſuper hoc dubitationē ingerat: quam nos præſentis declarationis edicto prouidimus decidendam; eam habere locum etiam in cauſis pendentibus decernentes.

Tenor tertiæ conſtitutionis.

PRolixitatem * tollere litium, & diſpēdia breuiare cauſarū benigno diſponētes affectu, Huius conſtitutionis edicto præſcribimus, exceptionem ſuſpecti iudicis delegati, vel ordinarij poſt cōteſtationem litis oppoſitā; quæ dicitur poſtmodū emerſiſſe, omnino ceſſare, & a iudice non admitti; niſi dicta emergens ſuſpicio ſic lucidè liqueat, ꝙ euidenter atq; notoriè notabiliter ſe oſtendat. Cuius conſtitutionis edictum etiam in pendentibus cauſis locum, & efficaciam volumus obtinere.

Data Neapoli. M CCCC XVI. die 3. Iulij.

Tenor ſecundæ conſtitutionis.

S*I de furto*. Concordat lex, ſi quis ad ſe fundum. C. ad legem Iuliam de ui pub.

• ADDITIO. Si de furto. *Vide Fel. in cap. cum oporteat, in fi. de accuſ. & eundem in ca. poſtulaſti. in 2. no. de iud. Andr. & Moder. in conſtitut. ſiquis in poſterum. Bald. in l. prima, colum. 2. C. de appellat.* De Bottis.

Nota ibi, *decernentes*. in fi. cap. Concordat dom. Andr. in conſtitut. ſi quis in poſterum. in fine. ubi de hoc plura iura dixit, & etiam concordant iura canonica & eſt tex. in l. prima, & ibi per Dyn. de diſcuſ. l. 3. §. agnatus. eod. tit. uide etiam glo. in conſtitut. in pecuniarijs. in fine magnæ glo. & pleniſſimè per Bart. in l. interdum. ff. de public. iud. & in l. interdum. §. qui furem. de furtis. Pet. Pic.

ADDITIO. *Ex hoc capitulo poteſt ſumi deciſio quæſtionis. Certum eſt, quòd calumnia, crimen ſeu delictum eſt, quod patet, quia punitur, vt Inſtitut. de pœna teme. litigan. §. hæc autem. & extrà de pœnis. cap. calumniam. §. delictum. Nam omnis pœna præſumit delictū, vt C. de pœn. l. ſancimus. de leg. 1. l. fina. Et in cauſa criminali grauius & durius eſt calumniari, quam in ciuili. Nam pro calumnia in criminali punitur accuſator ad ſimilitudinem ſupplicij. C. de accuſat. l. fina. At illud eſt grauius delictum, quòd grauius vindicatur. 24. quæſt. 1. cap. non differamus. in fi. Ex his dicunt aliqui, quòd ſi expenſæ † reficiuntur in ciuili, vt dicto §. hæc autem. & C. de iud. properandum. §. illo. fortius & in criminali. Nunc ergo pone, quòd accuſator in probatione deficiens condemnandus eſt & puniendus ſimilitudine ſupplicij, an condemnabitur ſimiliter in expenſis? videtur apertè quòd ſic: nam ſicut damnatus de furto ad pœnam debitam, damnatur ad reſtitutionem rei ſubtractæ: ita damnatur ratione calumniæ ex ſimilitudine ſupplicij, damnatur etiam in expenſis: cùm & regula ſit, quod de vnoquoque crimine ciuiliter & criminaliter agi poſſit. ff. de pri. delic. l. fi. Et cum de re familiari agitur, vna per alteram intentata non tollitur. C. quan. ciuil. act. l. 1. cum concordan. ſuis. Et certè cum talis pœna talionis accuſatori non imponatur, ſatis videtur continere iniquitatem opinio illorum, qui dicunt in criminali non eſſe victum victori condemnandum in expenſis.* Lucas de Penna.

† ADDITIO. *Vide de condemnatione ad damna, & intereſſe, ſi poſſunt fieri in iudicio inquiſitionis per Gerard. conſi. 103. nu. 7. & vide ſupra, in cap. ſubditorum noſtrorū, per Ray. in conſi. 35. prima col. vol. 5. & melius in conſ. 4. vol. 4.* De Bottis.

De ipſa criminatione quæſitum. *Ad hoc eſt in authen. vt iud. ſine quo. ſuffr. §. quis autem præter. & §. neceſſitatem, & vt nulli iudic. §. & hoc. & extrà de accuſat. cap. cum oporteat. & notat Inno. ibi in glo. dic vt ibi. ad hoc plenè ſcripſi. C. de dignitati. quoties. in ver. ſeueritatem. Sed videtur, quòd ſi fur corporaliter puniatur, non ſit cogendus ad reſtitutionem rei ſubtractæ. 14. q. 3. ſi res. & no. extra de homi. ſicut dignum, cui tamen ſatis eſt contra hoc cap. cum prædictis iuribus, immo videtur quod præcedere debeat ſatisfactio pœnā, vt in Authen. de admin. §. ſi quis autem. coll. 7.* Luc. de Penna.

Tenor tertiæ conſtitutionis.

P*Rolixitatem*. Nota quòd fieri, & opponi poteſt exceptio ſuſpecti iudicis delegati. ¶ Vtrum autem ſit neceſſarius libellus, cùm ſit recuſatio dicti iudicis, uide gloſſam in l. cùm ſpecialis. de iudic. & notat Specul. in tit. de iudic. recuſa. §. qualiter. in princ.

Circa princip. Nota quod poſt litem conteſtatam exceptio ſuſpecti iudicis delegati non debet admitti, niſi euidens ſit, ut ex ſe notorie clareat · ſecus de iure communi, ut in l. nō diſtinguemus, de arb. & in cap ſi maritus. extra de off. iud. delegati. Pet. Pic.

• ADDITIO. Prolixitatem. *Circa hoc cap. poteſt peti vt examinetur ipſe Iudex, vt per Franc. in c. cum ſpeciali, col. 5. ibi, quid autem ſi pars, extra de appel. vide c. inter monaſterium de re iud. hodie in regno ſeruatur ius canonicum ex diſpoſitione regia pragmatica, quæ incipit, item ſi contingat, per quā diſponitur, quod tam ordinarius, quàm delegatus poteſt recuſari vt ſuſpectus, & remouetur in totum, & debet allegari, & probari iuſta cauſa ſuſpitionis coram diœceſano loci, ſeu eius Vicario, vt ibi habetur. Aduerte, quia pragmatica dicit, quòd cauſæ allegētur, & ſi fuerint viſa rationabiles, admittantur, & ſic inſpicitur allegatio: uerum ſummaria requiritur probatio, quæ probatio facta in iudicio inducit notorium.*

notorium, vt no. in cap. cum olim, de verbor. ſignific. tenet Abb. in cap. inter monaſterium. colum. fina. verſic. prateroa probationes, de re iudi. in 3. not. nam quando exceptio erat occulta poteſt proponi poſt litem conteſtatam, & Iaſ. in l. aduertiſſimi, 2. not. C. de iudic. vide qua ponunt Capic. in deciſio. 137. 138. 146. *&* 147. De Bottis.

P*Ridem per diuerſas.* Ibi, *Si verò accuſator.* Quid ſi proceditur per modũ denuntiationis, & denuntiator non proſequitur denũtiationem, vel non probauit, an debeat ad expenſas condemnari? dic quòd ſic, per ea quæ no. Cy. in l. ſenectus. C. de excuſationibus tutorũ. Et nota ſi iudex procedit contra aliquem per inquiſitionem, & nó probat, quòd iudex qui iniuſte proceſſit, condemnabitur in expenſis per ſuperiorem. & vide de hoc in titu. de inquiſit. per Spec.

Ibi, *noſtri nominis conſtitutio.* Vide capitulum quod incipit, ſpectat ad præſidem. & capitulũ, contingit.

Ibi, *promiſſam.* In fine. Vt in conſtitutione incipiente, ſi damna clãdeſtina. & in cõſtitutione, inquiſitionis generalis. Pet. Picc.

Tenor quarta conſtitutionis.

C*Vra nobis.* Litera arbitraria de procedẽdo ex officio in criminibus notorijs & publicis. hodie tamen vnuſquiſque Iuſtitiarius impetrat hoc ca. & hoc fit propter verbum, beneplacitũ, quod eſt hic. & ita vidi concedi Comiti Alti montis, quando fuit Iuſtitiarius Terræ laboris. uide etiam capitu. ſup. quod incipit, ſubiungendo. ubi alio modo proceditur, quando non datur poteſtas cognoſcẽdi ex officio. cum quo concordat finis huius capitu. Et uide de hoc in capitu. ab illo inchoandum. vbi dicitur in quibus criminibus poteſt ſpecialiter inquiri contra ſpecialem perſonam. & in capit. pridem, & in capitu. contingit plerunque. Sunt etiam & alij caſus, quos no. Odofre. in tit. de inquiſitio. circa principium. & in l. 2. §. ſi publ. ff. de publi. iudic. & ibi per Barto. Eſt & alius caſus ſupra, de violent. offic. Vide etiam aliũ caſum ſpecialem, vbi iudex poteſt ex officio punire reum de falſo contra inſtrumentum, & non probantem, vt eſt tex. in l. iubemus. C. de probatio. de hoc vide etiam glo. in c. 1. vt eccleſiaſtica beneficia, quæ incipit, etiam plures caſus. Pet. Picc.

ADDITIO. *Hac eſt forma literarum. Et nota quia dicit publica delicta*

R Obertus Rex, &c. Pridẽ per diuerſas vices Dominus pater noſter ſtatuta edidit ſub ſeriebus & tenoribus qui ſequuntur. Vt pœna merita puniat cõmiſſa delicta: & impunita ſceleribus uiã non aperiat latiorem. Ecce tibi præſentium tenore committimus & de ſpecialibus cauſis ad ſingulorum delationes contra ſpeciales perſonas ad inquiſitionẽ de criminibus, quæ ſanguinis pœnam ingerunt ex officio tuo procedere valeas, ſi accuſator idoneus non apparet, vbi perſonæ Eccleſiaſticæ, pupilli, viduæ, debiliores, cum a potente læduntur, vel cõtra alias perſonas miſerabiles flagitium eſt commiſſum. Si vero accuſator, vel denuntiator ab accuſatione vel denunciatione deſiſtit illicitè, ſeu timore, per ſpecialem inquiſitionem, vel ex officio tuo ſimiliter cõtra nocentem reum, ſine trepidatione procedas, prout noua noſtri nominis conſtitutio ſeriosè declarat. In homicidijs autem clandeſtinis, vbi nullus accuſator appareat, inquiſitionem facere poteris, ſicut per regni conſtitutionem veterem eſt ſtatutum.

Tenor quartæ conſtitutionis.

C Vra nobis ſpecialis incumbit, & in affectum præcipuè gerimus, vt opportunis remedijs per noua ſuffragia maleficia cõpeſcamus. Sane contingit interdũ publica delicta committi, quæ non ſunt publicè diuulgata, nec manifeſta, vel euidentia, ſeu fama publicata, vt ipſa flagitia arguentur quodammodo, quorum tamen nullus accuſator, vel delator apparet. Volumus igitur & præſenti editione præſcribimus, vt in præmiſſis caſibus, vſque ad volũtatis noſtræ beneplacitum, ex officio tuo ad punitionem ſcelerum, iuſtitia mediante, procedas, vt punitis criminibus vndecunque claruerint, malorum refrænetur audacia, & proborum innocentia remaneat in quieto ſtatu, &c. Volumus igitur, & fidelitati tuæ mandamus expreſsè, quatenus ſtatuta ipſa vſque ad noſtrum beneplacitum debeas tenaciter obſeruare. Si uerò aliqua crimina committi contigerit in tua iuriſdictione, ſuper quibus nullus contra maleficos accuſator apparet, nec aduerſus eum potes ad inquirendum ex dictorum ſtatutorum uigore procedere, nomina, & cognomina maleficorum ipſorum, cũ debitis circunſtantijs, commiſſorum criminum qualitatem, conditionem illorum, qui exinde infamantur, & perſonarũ contra quos commiſſa dicuntur, maieſtati noſtræ, iuxta tenorem noui noſtri capituli ſtudeas ſeriosius intimare, vt iuxta mandatum noſtrum ad inquiſitionem ſpecialem contra eos, ſi uobis videbitur faciendã conſultius in prædictis procedas. Præſentes autem, &c. Data.

Quod accuſatore deſiſtente, Curia ex officio procedere poteſt. Rubr.

R Obertus Dei gratia Rex, &c. Iuſtitiarijs Principatus, &c. Ad conſultationem magiſtri Iuſtitiarij, Regni Siciliæ, & iudicum, ſiue aſſidentium, pridem edictaliter reſpondentes ordinationem fecimus, quam ſeriosè noſtris literis expreſsè mandauimus per maiores officiales noſtros, & per vos, ac Iuſtitiarios alios Regni noſtri Siciliæ, atque cæteros Capitaneos generaliter, & inuiolabiliter obſeruari. Sed quia in ordinatione præfata defectus exiſtit, quòd de appellationis cauſa nulla expreſſio facta fuit: Ecce iterum ordinationẽ ipſam cum additione congrua cauſæ appellationis eiuſdem vobis diſtinctè tranſmittimus, per vos publicandam, ex more, futuris temporibus, & etiam in cauſis pendentibus in antea obſeruandam. Cuius tenor per omnia talis eſt.

R Obertus Dei gratia, &c. Iuſtitiarijs Regni Siciliæ, &c. Spectat ad præſides, vt crimina puniantur, & quòd rei ſic ſeruentur in carcere, vt ſub diuturna cuſtodia nõ marceſcant. Sanè habuit nuper veſtra cõſultatio * facta nobis, q de diuerſis criminibus in ueſtra Curia, accuſationibus inſtitutis, ex ea-

delicta † per quod aperte colligitur quod in priuatis delictis ad inquiſitionem ex officio non proceditur, & de hoc eſt forma literarum in cancellaria. Et licet pro crimine priuato aliàs imponatur pœna mortis, vt in furto ſecundum capitulum Caroli I. Regni ſui anno quarto, quod incipit, ad hac. non tamen ipſius criminis cognitio eſt mutata. videlicet, vt de priuato, publicum fiat: neque enim menſura pœnæ uariat criminis qualitatẽ. Stat ipſa natura criminis, iuxta illud conſeri facit eſſe publicum uel priuatum, & poſtquam a ueteribus iuris authoribus fuit crimen furti † poſitum pro priuato, licet per noua iura pœna in ipſo mutetur, non ex hoc natura mutata cenſenda eſt, iuxta regulã, quod non mutatur, ſtare non prohibetur. C. de appell. pracipimus. de teſta. l. ſancimus. Vel dicas publica, id eſt, publicè. & hoc uerius prout ſequitur. Nam delicta occulta non ueniunt ex officio punienda, extra de accuſatio. c. inquiſitionis. §. 3. & no. eo. ti. cap. qualiter. il primo, ad fin. Luc. de Pen.

† ADDITIO. *Ad hanc additionem vide Pau. de Caſt. Alexan. & Iaſ. in l. cum ſeruus, de condic. can. da. Andr. de Iſern. in conſtit. ſi damna clandeſtina, 5. colum. ubi de confeſ. trium latronum. Bal. in rubr. C. qui accuſ. non poſſ. 2. col. Iaſ. in l. tranſigere. 3. col. C. de tranſact.* De Bot.

† ADDITIO. *Ad hoc accedat dictũ And. in conſtit. eos, qui ſcienter, quòd licèt pro periurio imponatur pœna manus, tamen dicitur priuatum, & non proceditur ſine accuſatore, & propriè in furto, quòd licèt ponatur pœna mortis, tamen non eſt publicum, & ſic requiritur accuſator, ex pluribus comprobat Iaſ. in l. cum ſeruus. colum. 3. de condi. ob cauſ. & vide Luc. in l. ſi vacantia. col. 4. de bon. vac. li. 10. ubi dicit, quòd in regno in crimine priuato non poteſt procedi ex officio ad inquiſitionem. & ita dicit quòd intelligantur omnes formæ literarum, quæ ſunt in regno de procedendo ex officio. uide Mod. in conſt. iuſtitiarij nomẽ, 18. not. No. quòd in criminibus priuatis non proceditur ex officio vide Gram. deciſ. 37. & Guid. Papa deciſ. 589.* De Bottis.

* ADDITIO. Conſultatio. *Vide omnino Luc. in l. ſi apparitor. colum. 5. C. de cohar. lib. 11. vbi in colum. 8. quarit, an ſi lata ſententia in fauorem rei, prout hic accuſator iterum accuſat, nec ei opponitur de ſententia ſeu de termino ſtatuto, qui obtinuit ſententiam, an valeat: & quid ſi accuſator fuit impeditus comparere infra terminum praſixum.*

præfixum, vt hic, an reſtituatur. vide ibi omnino. Sed an facta pace ſeu remiſſione poſſit iterum occupari ad inſtantiam alterius, vel ex officio procedi. vide Luc. in l. vnica, col. 21. cum ſeq. C. pub. læti. li. 12. vbi quid ſi remiſſio fuit facta authorante iudice. De B.

* ADDITIO. Vos pluries. *No. ex his verbis: vt intelligerem hoc cap. poſtquam fuerant recepta probationes, & ſic quòd accuſator tunc diſtulerit, vt etiam indicant illa uerba ſupra, & per hoc condemnationis, &c. quaſi quòd erat in caſu diffiniendi, & hoc ad differentiam c. ad audientiam. nam antequam reus compareat, poteſt accuſator deſiſtere, qua deſiſtentia nihil operatur, ſi ex officio proceditur.*

rum obiectu, reis detentis in carcere, vel commiſſis, in caſibus, fideiuſſoriæ cautioni, ſe accuſatores abſentant, & per uos citati frequentius ad proſequẽdas cauſas non ueniũt, ſed in cõtumacia iam cœpta perdurant. Quo fit, ut deficiente accuſatoris inſtantia, & per hoc condemnationis, vel abſolutionis ſententia procedere nequeunt, cõpeditos carcer indebitè maceret, & fideiuſſoriæ cautioni commiſſos, labor & tędium importunè fatiget. Super cuius dubitationis nodoſo præpẽdio noſtris ſenſibus ingerentes, uos pluries,* quid promptuoſè ſit uobis agendũ per veſtræ ſcriptionis ſeriem petijſtis. Nos itaque conſultationi præmiſſæ, deliberatione præhabita, reſpondemus, quòd ubi in principali, vel appellationis cauſa citatus accuſator legitimè comparere contemnit, ſubſtituatis aliquem uirum idoneum per ueſtri poteſtatẽ officij, qui cæptam cauſam criminis proſequatur, & in illis ſumet terminis, in quibus eſt ab accuſatore dimiſſa, ſine nouis aſſertionibus & probationibus, quas accuſator præſens facere de nouo non poſſet, ad finem debitum veſtro iuuante officio, & inſtruente: poſt cuius proſecutionis tramitem, Deum & iuſtitiam habendo præ oculis, ad condemnationem, uel abſolutionem eorundem reorum, prout rationabile fuerit, etiam accuſatoribus abſentibus, procedere non tardetis. Et nihilominus contra prædictos accuſatores abſentes proceſſum ueſtrum ſic formetis iuſtitiæ congruentem, quod ipſos contumaciæ pœna debita feriat, & preſſos reos præſumpta calumniantium, & impunita temeritas non affligat. Cuius formæ decretum in pendentibus & futuris cauſis tenaciter obſeruare uos uolumus, & oppoſitum fieri per quoſcunque actus contrarios prohibemus: Illo vel illis ex uobis iudicibus vno ſaltem, qui præſens extiterit executioni vacaturis, & deciſuris, quòd vnus ueſtrum, vel plures receperint, aliorum abſentia non obſtante. Data, &c.

Quocirca iubemus vt expreſsè ordinationem ipſam, in quantum ad uos pertinet, vel pertinere poterit tenaciter, & inuiolabiliter obſeruetis. Data Neap.

De componendo. Rubrica.

De componendo. Rub.

E*Xercere volentes.* Hodie eſt ca. nouum. per quod dicitur quod non poſſit componi de maleficijs authoritate literarum, niſi ante litẽ conteſt. & ideo ſit cautus iudex, ut cõponat ante litis ingreſſum.

ROBERTUS, &c. Exercere volentes benignè, cum poſſumus, in iuris rigore clementiam, nec minus compati conditionibus egenorum, præſentium tibi tenore concedimus, quod in pœnis, & de pœnis portationis armorum, homicidiorum clandeſtinorum: eis etiã, quæ per prædeceſſorem tuum, ſiue per te, vniuerſitatibus, ſiue perſonis ſingularibus hîc hactenus, & deinceps impoſitæ fuerint, & contemptæ: pœnas propterea defenſionum, & de parendo iuri, & iuſtitia faciẽda receptarum, tam per prædeceſſores tuos, quas in pendenti receperis, quàm per te, ſiue certa pœna ſit in illis adiecta, ſiue ſit arbitraria: & in illis præterea, quibus de iure mulctatur deſiſtens ab accuſatione ſine licentia ante litem conteſtatam, vel poſt: poſſis cum conſilio iudicis, vel actorum notario, quos habes a Curia, vbi paupertas, ſeu impotentia, vel alia rationabilis cauſa ſuaſerit, in certa quantitate pecuniæ componere pro Curiæ noſtræ parte. Hanc ergo ordinationem in talibus factam ſeruans, omnẽ pecuniam, q̃ inde receperis per diſtinctiones apertas quãtitatis, & cauſæ vnde prouenerint, ac nominum, conditiones illorum, a quibus ẽt ſucceſſiua receperis, in ſcriptis fideliter redigas: vt clarã inde ponere valeas debito tempore noſtræ Curiæ rationem. Data, &c.

Quòd latrones, diſrobatores ſtratarum, & piratæ omni tempore torqueri poſſint. Rubrica.

IDem. Prouiſa iuris ſanctio meliora proſpiciens & vtiliora præponens, latrones inſignes maximè, cæteroſq; maleficos grauiorum ſcelerum labe reſperſos ab indultis cõmunibus eximens ſignanter edixit, vt feriarũ ſolemnium intermiſſione non gaudeant, ſed diebus ipſis, etiam ſi paſchalis dies caſualiter incidat, tormenta ſuſtineant, & vinculorum requiem unà cũ cæteris non reſumant. Vnde ſano ſenſu colligitur, ꝙ ipſa prouidę ſanctionis inſpectio aliter cum pręfatis reprobis agi diſpoſuit, & aliter cum alijs agendum communiter legum regulis dereliquit. Sanè pro bono ſtatu fidelium noſtri Regni Siciliç claræ memoriæ Dominus Pater noſter Hieruſalẽ & Siciliæ Rex, quædam fecit capitula de reorum quæſtionibus prouidendo, ac cum cautela amabilius humanitatis habendæ, & de reis ipſis ueteris conſtitutionis edicto declaratione ſubiuncta, in certis caſibus ſubmittendis fideiuſſoriæ cautioni. Ne autem malefactorum procax audacia, & præſumptio refrænanda, quibus frequens neglectus obmiſſæ punitionis applaudit humanitatis, edicti paterni participes creſcant, & in grauius & periculoſius inculcentur, latrones vulgariter, & publicè diffamatos, qui in domibus, aut in itineribus, vel in mari uiolentias, aut aggreſſiones perpetrant, nec non reos alios maiorum ſcelerum labe notatos, vulgari quodammodo notoria populi opinione grauatos, & labefactos infamia ab eorundem capitulorum paternorum in præfatis duobus articulis humanitate ſecludimus, & quæſtiones de ipſis habendas vel non, ipſarumque modum & fideiuſſoriæ cautionis remedium recipiendum, vel denegandum, & forſitan cautionis eiuſdem vſque ad noſtrum beneplacitum, arbitrio tuo laxamus, quo cum conſilio iudicis, & aſſeſſoris tui per Curiã tibi dari, diſcretè te vti volumus, & iubemus. Dignũ etenim cenſetur, & congruũ, vt delinquentib. grauius, frequentiuſq; peccantibus, grauioris ineſſet punitionis edictũ, & qui leges earumq; ſententiam ex quadam aſſiduitate dilacerant, ipſarum legum eos communia præſidia non defendant. Data, &c.

Quòd latrones, diſrobatores ſtratar. &c. Rub.

P*Rouiſa iuris ſanctio.* No. contra malefactores, & inſignes latrones, quod iudex non ſeruatis ſolennitatibus etiã diebus Paſcalibus poteſt contra eos procedere. concordat, C. de ferijs. l. in prouinciarũ, & etiam ſine delatore, vel accuſatore, vt in cõſtit. quæ incip. Iuſtitiarij non per Cal.

Ibi, *notoria.* Dicitur etiam alibi, quòd in notorijs non eſt ordo ſeruandus, vt in c. ad noſtram. extra de iureiur. & de hoc eſt tex. in allegata conſt. ibi, flagrantia maleficia. in quibus proceditur ex officio. Barth. de Capua.

Capitulum de arbitrio conceſſo officialibus. Rubrica.

IDem. Magiſtris rationalib. &c.* Iuris cenſura prouidè excedentium aliquorum facinora rigore acerbari conuenit, per quod locus relinquatur exemplo, ut qui le-

* ADDITIO. Magiſtris rationalibus, &c. *Litera eſt ſub data Barthol. de Cap. 1313. 11. Auguſti, 11. Ind. anno 5. car. 105. c. 58. aliàs incipit, Robertus, &c. Iuſtitiario Baſilicatæ de iuris cenſura.* De Bot.

Capi-

ges calcant, & ſolida quadam aſſiduitate dilacerant, eos omnes communium legum auxilia non defendant. Sanè in aures noſtras frequens clamor inualuit, & inculcata querela cũ murmuratione perſtrepuit, ꝙ in ciuitatibus Neapoli, & Puteolis earumq; diſtrictibus tuæ iuriſdictioni cõmiſſis inſurrexerunt latrones inſignes, diſrobatores ſtratarum, incendiarij, violenti raptores, & aliorum grauium ſcelerum inſolentes, enormiter notabiles, & famoſi, contra quos cõis laborat infamia, & ipſorum delictorũ graſſantia eos facit quodammodo manifeſtos. Vt igitur uindicta feriat quod effrænata licentia hebetandi cõmiſit, tibi præſentium tenore committimus, ut contra facinoroſos huiuſmodi, Deum & iuſtitiam ſolum habeas præoculis, & ipſam puram & ſimplicem ſubſtantiam veritatis, non obſeruatis capitulis Regis pro ſtatu fidelium editis: Nec aliqua ſolennitate iuris, cum conſilio iudicis per Curiam tibi dati procedere, ſine trepidatione valeas, etiam iuris ordine prætermiſſo, ut offenſæ leges ſe uindicent, extirpatis reprobis, & Terris eiſdem quies proba adueniat, nocendi facultas abeat, & pacis optata amænitas ſua uibus reuiuiſcat.

Data Neapo. per Barth. de Capua, &c.

CAPITVLA DVCIS CALABRIAE PRIMOGENITI REGIS ROBERTI.

Capitula Ducis Calabr.

CReſcit culpa. Ibi, *fidelitati ueſtræ.* Nota modum, & formam ſeruandam per Iuſtitiariũ, & alios officiales tenendũ cõtra huiuſmodi receptatores latronum.

Ibi, *ſpeciales perſonas,* No. caſus, in quib. iuſtitiarius, ſeu officialis poteſt procedere, & inquirere, etiam contra ſpeciales pſonas de ſpecialibus criminib. ¶ Hodie tñ videt̃ quod hoc c. ceſſat, & habet locum conſt. proſequentes, in certis caſib. arg. c. gratioſè. de reſcr. in 6. & ui de alium caſum in quo proceditur ex officio cõtra ſpecialem perſonam, in c. dudum. & c. ſeq. proximè alleg. No. ꝙ Comites & Barones amittũt priuilegium, non proſequẽtes in certis caſibus: ſed nõ uidetur uerum, propter verbũ, beneplaciti, quod eſt hic. arg. c. gratioſe. B. de Cap.

CArolvs Illuſtris Hieruſalem, & Siciliȩ, Regis Roberti primogenitus Dux Calabriȩ, ac eius in eodem Regno Siciliæ vicarius generalis, Iuſtitiario Terræ Idrunti fideli, paterno & noſtro ſalutem, & dilectionem ſynceram. Creſcit culpa nutrita fauoribus, & peccantium peruenit ad grauiora malignitas, ſi eis pœnalis inflictio non obſiſtat. Tuncq; magis minoribus fræna laxantur ad malum, cũ ipſi maiores, qui ut ius pariter diſtributionis accipiunt, ipſi nequaquam improbis contradicunt. Sanè frequens querelarum iam in auribus noſtris murmur obſtrepuit, ꝙ non ſine negligentiæ veſtrȩ nota in decreta vobis prouincia bãniti, forjudicati, fures, homicidæ, diſrobatoreſq; ſtratarũ, & alij grauiorũ ſcelerum labe reſperſi, quos virtutis amor, & formido pȩnarũ a malo nõ retrahũt, ſed in ſtratis publicis prȩdones inſiſtunt, violentas aggreſſiones ingeminant, hos feriunt, hos occidunt, qui cũ ſine receptatorib. diu latere nõ poſſunt, captis prædis, & ſpolijs, ſui fautores inueniũt, & de iniquitatis mammona præceptores acquirunt, ſicque tanto libentius graſſari nõ deſinunt, quanto libentius ſcelera ex impunitate præſumunt. Vnde vt dicitur, in malorũ profundum incidunt, & plurimos ſecum mergunt: ſtatum regionis pacificum laceſſitum ex ipſorũ factionibus ſcandalis vndique multipliciter perturbantes, quibus profectò fidelium paternorum & noſtrorum incommodis prænotatis, ac gerentes in animo euulſis malorum ſenſibus propagare virtutes: Fidelitati veſtræ, ſub pȩna gratiæ noſtræ, & alia grauiori noſtro arbitrio reſeruata vicariatus, qua fungimur authoritate præcipimus, quatenus ſtatim, receptis præſentibus, per totã vobis decretã prouinciam præconizari, diuulgari, & indici ex parte noſtra publicè faciatis, quòd nullus Comes, Baro, vel nobilis, vniuerſitates Terrarum, aliæq; perſonæ cuiuſcunque ſtatus, & cõditionis exiſtant ſub pȩna capitis, & bonorũ omniũ, quæ in eadẽ prouincia tenent, & poſſident, prȩdictos receptare maleficos vel eis fauorem occultè, vel publicè, quoquomodo dare prȩſumant, quinimò quilibet ſtudeat vigilanter, & vos ẽt ſtudeatis, eos in locis, & Terris, in quibus taliter deliteſcunt, capere de pſonis, & captos nobis trãſmittere pro meritis puniendos. Non omittentes contra receptatores ipſos, ſi qui fuerint ex officio cautè & diligenter inquirere: Conſtitutione, quæ vetat contra ſpeciales perſonas inquiri de ſpeciali crimine non obſtante, eoſq; receptatores, & fautores ſic pȩna merita puniatis, ꝙ de cætero receptandi & fauẽdi tranſgreſſio ſopiatur, ſitq; vita tuta pacificis, & ſuccedat pacis trãquillitas mãſuetis. Et cũ aduerſus Comites, vel Barones eoſdẽ recepti teſtes, niſi Barones exiſtant cõſtitutionis beneficio ad probationem legitimam, & ex eorũ dictis ſolummodo indici multcta non poſſit, eos in hac parte, ſi fuerint inuenti culpabiles, pro cõſeruatione Iuſtitiæ ſtatuſq; proſperi huius Regni, & vt maleficia tãta nõ pulluleãt, ab huiuſmodi priuilegio, ſeu cõſtitutionis beneficio eiuſdẽ vicariatus authoritate ſecludimus, vſq; ad paternũ beneplacitum, ſiue noſtrum. Volentes, ut idoneis alijs teſtibus quibuſcunque contra eos, ſi Baronum teſtificatio, quam in talibus eſt reperiri difficile, non adeſſet in promptu, ſit in hoc vt præmittitur fides penitus adhibenda. Dignũ eſt etenim, vt qui fauore improba, & diuinæ legi pariter & humanȩ contraria cõmittere non deſinunt, ipſarum legum & conſtitutionum indultis & conceſſis beneficijs nõ lætentur. Cæterum cum executio diligens præmiſſorum cordi noſtro reſideat, ſubiungendum præcipimus, ut nomina & cognomina receptatorũ, & fautorum, ac inſuper totum proceſſum veſtrum quem habẽdum ſucceſſiuè duxeritis in præmiſſis nobis frequẽter, & ſæpius particulariter intimetis, ut plenam inde notitiam habeamus, & ad ipſorum punitionem, iuxta præfatȩ diuulgationis edictum, more conſulti Principis uiriliter aſſurgamus.

Data apud hoſpitale Montis Virginis.

Quod feudatario decedente abſque legitima prole, poſſeſſio feudi vſque ad anni circulum in modum ſequeſtri ſtet penes fiſcum. Rubr.

Quod feudatario decedente, &c. Rub.

CArolus Illuſt. Dudum. Aliàs, *ex præſumptuoſæ.* No. ex hoc c. quod vbi aliquis moritur ab inteſtato, & bona fiunt tanquam vacantia, & ab aliquo capiunt̃ aſſerente ſe proximũ, & propinquum, & ab alijs impetrentur iuſto iure, quia fiſcus ipſa bona debet capere, & tenere in ſequeſtrũ, & ſeruare infra annũ. de proprietate itaq; fiſcus aliquo modo donare, vel trãsferre iſta bona non poteſt. & hoc dicit in ſumma iſtud c. B. de Cap.

CArolus Illuſt. &c. Dudum * claræ memoriæ dominus Carolus II. Rex Hieruſalem & Siciliæ auus noſter conſtitutionem edidit: quæ licet in eius adiutorio ſicut pro certo didicimus obſeruata fuerit, ex more tamen non extitit publicata. Volumus & deuotioni veſtræ præſentium authoritate mandamus, quatenus conſtitutionem ipſam publicè diuulgetis, & quantum ad uos pertinet tenaciter obſeruetis. Cuius tenoris ſeries eſt per omnia continentiȩ ſubſequentis. Ex præſumptuoſȩ rapacitatis impulſu cõtingit aſſiduè,

* Additiones. Dudũ. *Vide quæ dicit Card. in c. 1. in fi. de feu. ſi. cul. non amit. & Gui. Papa deciſ. 366. in regiſtro Ra*

gis

gis Caroli II. incip. Carolus, &c. Magiſtro Iuſtitiario, & eſt car. 101. penes D. Ant. Barattucium fiſci aduocatum. Aduerte ſi poſſet dici, q ſi ex inſpectione priuilegiorum conſtaret ſucceſſionē alicui deferri vt agnato, q tunc ceſſaret iſta deciſio, quemadmodum in caſu contrario, quādo conſtaret fiſco competere, vt in ſimili no. And. in conſt. violentias, col. 3. dum tractat quando fiſcus ſpoliauit. huius ca. meminit Luc. in l. facultas. col. 5. de iure fiſ. li. 10. An habeat locum ſi fuit feudum donatum ſine aſſenſu & ante mortem feudatarij fuit donatarius in poſſeſſione, in deciſ. 197. dicitur quòd ſic. & per cōſequens illa poſſeſſio non opitularetur. quod intelligerem, quando apertè apparet non interueniſſe aſſenſum, ſed ſi quo modo poſſet dubitari, puta quia per longum tēpus poſſediſſet ſoluendo adoham: tunc putarē quòd non poſſet ſpoliari a fiſco quia requiritur ſententia ad auocandam poſſeſſionem, vt per And. in c. 1. de feu. ſi. cul. non amit. & in c. 1. quo temp. mil. & de facto nō debet quis priuari. l. meminerint. C. un. ui. vbi Bart. & Pet. de Anchar. in conſi. 293. videtur prima facie. & Rom. conſil. 158. circa articulum. an habeat locum in Baronibus. crederem q non, quia etiā in fiſco eſt prohibita ſequeſtratio. l. facultas. C. de iure fiſ. ſi ergo datur hoc priuilegiū fiſco, non debet extendi ad alios, per id quod no. Alber. & ibi Pau. in l. 1. C. de peti. hæred. vbi quādo aliquid ſtatuitur in fraudem fiſci, quod eſt cōtra ius commune, non extenditur ad alios. vide quæ dicit Purpur. in l. 2. in fi. prin. ff. ſi cert. pet. intellige, vt nec poſt annum & remedium poſſeſſoriū, vt habetur in deciſ. 196. Sed quid ſi frater prætēderet debere ſuccedere. dic q fit ſequeſtrum, niſi in prōptu doceat, vt per Luc. in l. 2. col. 3. in prin. C. de fun. limit. lib. 11. intellige infra annum, vt dicit Luc. in l. facultas. col. 5. C. de iure fiſ. & ſic omnia verba ſuperiora intelligūtur infra annū, & per cōſequens poſt annū diſcutietur cauſa ordinariè, vt ſup. ſubditi, & ita deciditur in d. dec. 196. vbi allegat Andr. in §. illud vbi Matth. col. 9. verſ. nō hodie, &c. Piſa.

quòd aliquo decedente ſine prole legitima,* quæ ad ſucceſſionem eius de aperto iure, claroque vocetur, officiales noſtri plerunque prętendentes in bonis defuncti ius fiſco noſtro competere, illa quadam ſollicita præuentione capiunt, & pro ipſius fiſci parte procurant. Nonnunquam autem agnatus defuncti, propinquus, aut alius in bonis eiuſdem ius ſe habere prætendens illa pręoccupat, & eorum poſſeſſioni aliquoties per tempus incumbit, antequam defuncti mors dicto fiſco ſit nota, & quòd ipſi eadem bona tanquam vacantia ſint velata: quo fit, vt dum poſtea de bonorum iure contenditur, ex altera parte poſſeſſionis exinde detétio rationabilis allegatur. Ne igitur præuentionis properæ ſolertia cupida commodum habeat, vel iuſtè iurgantibus damnum ferat, diligenti deliberatione præhabita, præſenti noſtra edictione pręſcribimus, poſſeſſionem huiuſmodi infra annum computandum ab obitu memorati defuncti, nec fiſco noſtro, nec priuato proficere, vt ex ipſa interdictum, aut alterius generis beneficium poſſeſſorium cōpetat, vel aliquo modo detur, ſed poſſeſſionem præfata penes ipſum fiſcum cuiuſdam ſequeſtri ſpecie in dubio exiſtente, de iure ſummariè, & de plano, ſine ſtrepitu & figura iudicij, libelli oblatione ſolenni, & conteſtatione litis, apud competentem iudicē quæſtio terminetur. Sic equidem, vt dicta lite pendente, rem ipſam fiſcus idem donare nequeat, aut in alium, quocunque transferre titulo, vel aliter ſtatum poſſeſſionis ipſius quomodolibet innouare. Poſt anni vero ſpatiū poſſeſſor huiuſmodi, ſine aliqua immutatione poſſideat, & de proprietate rei, per legitimos iudicii tramites, recto iuris ordine terminetur. Per hæc enim ſubditorum noſtrorum tædijs, & laboribus prudenter occurrimus, & fiſci noſtri priuilegium, temperato moderamine conſeruamus. Præſentes autem literas ſucceſſoribus veſtris alterutrum dari volumus in pendenti.

Data &c. per D. Barth. Cap. &c.

Quod tempus ſyndicationis non labatur, donec acta ſint compilata, & aſſignata. Rubrica.

CArolus Illuſtris, &c. Nouas formas natura edit aſſiduè: & cum uarietatem multiplici etiā terminata renoluit, quo fit, vt nouis emergentibus caſibus vel deciſis in dubitationem deductis, per interpretationis, vel adiectionis opportunę remedium occurramus. Sanè propter nouitatem caſuum, dubijs interiectis infraſcriptas tres ordinationes edidimus, ipſarum primam pœnali adiectione vallatā, tam per vos pręſentem Iuſtitiariū, quàm ſucceſſiuè futuros decernimus, prout ad veſtrum ſpectat officium inuiolabiliter obſeruari. Quocirca uobis præſentium tenore mandamus, quatenus ordinationes eaſdē in decreta vobis prouincia diuulgātes, & diuulgari facientes, ex more, detis ipſas veſtris ſucceſſoribus alterutrū in pendenti. Quarū ordinationum tenor per omnia talis eſt primæ conſtitutionis. Bene ordinatis & geſtis frequenter adijcimus, vt illa cum prouiſione conſilij fortiori funiculo roboremus. Sanè diuinę memorię Dominus Carolus II. Rex Siciliæ auus noſter, ſerioſa ordinatione conſtituit, vt donec Iuſtitiarius regionis, iudex actorum, cameręq; notarii in eadem prouincia in qua geſſerunt officia permanſerint ſyndicandi, acta & mandata pendentia, tam de ipſorum tempore quam ſuorum in officio prædeceſſorum, compilent & ordinent, ita quòd antequàm de ipſa prouincia exeant illa in ſcriptis, vt decet, aſſignent in eodem officio ſucceſſori. In ordinationis eiuſdem capitulo contra officiales ipſos pecuniarijs pęnis adiectis, ſed quod eſt ibi prouiſè ſtatutum aliqua eſt præuaricatione neglectum. vt autem quod dictum capitulum continet eo firmius & tenacius obſeruetur, quo pœnalitatis

debet in feudo, admittit ſubfeudatarium ad finem vt ipſum inueſtiat de ſubfeudo, an talis actus valeat. & nu. 12. & 13. & in gl. 4. nu. 5. & an fructus perueniēdi hoc anno, uēdi poſſint per curiā, in gl. 5. De Bot.

• ADDITIO. Sine prole legitima. *Id eſt filijs. l. diui. C. de natur. lib. l. ne diutius. C. de agric. & cenſit. lib. 11 maximè q ſimpliciter dixit, ſine prole, nullo adiuncto, ut no. dicit Iſer. in cap. 1. in princ. in uer. ſine prole. de grad. ſucce. in feud. item And. in c. 1. 7. col. de nat. ſucceſ. feud. Adde q hoc c. eſt tantum inductū ad tollendam iuris diſpoſitionē, qua cautum eſt, q nō poteſt ius incipere a ſequeſtro, quia non habet locum in caſu iſtius cap. ita notabiliter dicit Luc. de Pen. in l. facultas. 4. col. de iure fiſ. lib. 10. nu. 12. & uide Affl. dec. 195 197. & eſt iſtud c. tantū inductum in fauorem fiſci, vt dicit Andr. in d. l. facultas, pen. col. in prin. allegat hoc ca. ſed illud, quod eſt inductum fauore fiſci, non trahitur ad alios Barones, ſecundum Alber. de Roſate in l. 2. C. de petit. hære. Item hoc cap. procedit tantū, quādo eſt dubium de ſucceſſione, And. de Iſer. in c. 1. §. illud. de prohib. ali. per Fred. & an hoc c. habeat locum, quādo aliquis cepit poſſeſſionē ante mortem feudatarij & eā continuat poſt mortem, vide Alex. conſi. 83. cum ſeq. vol. 2. viſa, &c. & Andr. de Iſer. in c. Imperialē. §. illud. de prohib. alie. per Fred. & hoc c. habet locum nedum in feudalib. ſed etiam in bonis Burgenſaticis, vt dicit hoc cap. in uer. ſucceſſionem, & in uer. de proprietate, quam non habet feudatarius. licèt uerba rubricæ uideantur reſtringi ad feudalia tantum. Sed aduerte quòd hæc rubrica non habetur in omnib. libris antiquis, quia aliqui non habent. alij habent alterius tenoris, vt eſt in libro D. Iacobi de Gello.* M. A. Pul.

Quod tempus ſyndicationis non lab. &c. Rub.

C*Arolus. Nouas formas.* in fi. alij, vt ipſ *ſyndicationis ipſius.* Per iſtud c. limitātur tā iura conſt. regni, quā capitulorū & iura canonica, in quib. limitatur, & ſtatuitur tēpus ſyndicationis, vt in conſt. incip. uolumus. & in c. Regis Roberti, quod incipit, itē q tā Iuſtitiarij, vbi in iſto c. nullum tēpus pręſumitur appoſitū. No. ēt, & tene mēti ꝓ declaratione, q officialis q recedit ante tp̄s ſyndicationis, q reus maieſtatis efficitur, & ſic pęna capitis punitur, vt no. in l. 1. §. 1. C. vt oēs cauſæ tam ciu. q̄ crim. Sed nunquid officialis qui recedit ab offic. propria voluntate, ſine Regis licētia, puniatur pœna capitis? dic q ſic, vt in Auth. de adm. rerum ad ciu. perti. §. q ſicut. collat. 5. quod alibi non inuenitur. B. de Cap.

¶ *Ideo non habet locum in feudo plano, & de tabula, vt per Frez. fol. 240. nu. 21. Adde plures caſus, in quibus Rex poteſt ſpoliare vaſallum feudo, & contra eum non agere remedio poſſeſſorio, Affl. in conſtit. uiolentias, num. 14.* M. Ant. Puluer.

¶ *Et ad materiam huius cap. uide glo. in conſuet. Pariſ. §. 6. in glo. 3. per totam glo. & inter alia vide ibi, nu. 11. quòd ſi medio tempore, quo poſſeſſio feudi eſt ſequeſtrata in poſſeſſione Curia agnatus qui ſuccedere*

debet

Tenor

adiectum fuerit cõmunitum, adijciẽdo ſancimus, vt tẽpus ſyndicationis ipſius, donec per dictos Iuſtitiarium, iudicem actorum, Cameręq; notarios eorundem, actorum compilatio, ordinatio, & aſſignatio completæ fuerint, non labatur, ſed officiales ipſi in prouincia ad ſyndicandum remaneant, quandiu eædem compilatio, ordinatio, & aſſignatio proceſſerint effectiuè.

Tenor ſecundæ conſtitutionis.

COntingit plerunq; percuſſum ſic lædi grauiter, quòd ſuam non poteſt iniuriam proſequi, nec adeſſe præſens in competẽti aliquo tribunali. Quo fit, vt cum digna culpæ differtur vltio, iudicantis animus ad illam in recenti calẽtior pigeat, & a motibus excitati iudicii refrigeſcat. Ne igitur coercio publica pereat, aut mordens teneat diſciplina, pręſentis ordinationis edicto præſcribimus, Vt in præfato caſu, quo læſus pro ſua nequit inſtare iniuria, ſeu iuſtitiam experiri, ubi accuſator deficit, ſi de his iudici cõſtet ſummariè, ſuppleat hoc iudicantis officium, & ipſius ſolertia per ſuæ indagationis ſtudium proſequatur.

Tenor ſecundæ conſtitutionis.

COntingit. No. quòd vbi quis eſt percuſſus, vel læſus, taliter q vel ad accuſandum, vel ad curiã ire non poteſt, & iudici conſt[e]t, ipſe ex officio põt inquirere, & punire. Sed nunquid cõualeſcente percuſſo ceſſet officium iudicis? dic quod ſic, vt in conſtitu. regni quæ incipit, inquiſitio. & quod ibi not. quia eſt loco accuſatoris, vt in conſtit. vniuerſis & ſing.

Ibi, *Ne igitur.* No. hoc c. quia frequenter de facto cõtingit, & eſt vnus de caſibus in quibus iudex poteſt in ipſis criminibus procedere ex officio ſine accuſatore, habita prius ſummaria cognitione & de præmiſſis, & etiã in actione iniuriarum, quando criminaliter agitur, vide de hoc dictum Gandini, in tit. de quæſtio. in q. quæ incipit, ſed pone &c. ubi dat alium modum procedendi.

Ibi, *no.* Vide no. per do. Bar. in tit. ad reprim. ſuper ver. denunciatio. Pet. Picc.

Tenor tertiæ conſtitutionis.

Vbi die [illegible] vel præcedẽ[ti] nõ poteſt excuſari.

POſt commiſſum a delinquente flagitium, dum criminatus ex hoc ad iudicium trahitur, eius abſentiæ propoſitum excuſatorium allegatur: cum tamẽ ipſe reus criminis in loco delicti viſus fuerit die commiſſionis ipſius, vel etiam præcedenti. Vt igitur reatus notitiam facti dilatio non excuſet, hac edictali ordinatione ſtatuimus, vt contra reum accuſatum modo prædicto iuſdicentis officium, excuſatione ceſſante, procedere nõ quieſcat. aut enim abſentia memorata latitatione fingitur, vel ſi veritati conſentiat propter timorem ſceleris, fuga præſumpta, rationabiliter comprobatur.

Data Neap. per Barth. de Capua, &c.

CArolus Illuſtris, &c. Iuſtitiarijs, &c. Scire uos fecimus, quòd pro bono ſtatu fidelium regni Siciliæ, & iuſtitia conſeruanda ordinationes nuper fecimus tenoris & continentiæ ſubſequentis.

Tenor primæ ordinationis.

L. & ſi poſt tres. & ſi quis caution. q[u]o intel[li]gitur.

LEgem veterem Digeſtorum, & ſi poſt tres, aut quinque, pluresve dies, de iudicialis morę purgatione loquentem, ante conteſtationem litis ſecundum ſenſus plurium intellectam, poſt litem etiã ſic debere intelligi declaramus; cum eadem ęquitatis ratio concluſiones uarias vna terminatione recipiat, & diuerſas actionis ſpecies per diſſimilitudinem non excludat. His illud adijcimus, ut prouinciarum pręſides, omnesque iuridici, partes in iudicio comparentes ad renũciandum beneficio legis eiuſdem, nec uolentes recipiant, & inuoluntarios non compellant. Quod ſi contra factum fuerit, nullam efficaciam aſſequantur.

Tenor ſecundæ ordinationis.

VOluntas libera opportunè requiritur in actu conſilij: quia dum impeditur libertas arbitrij, recti cenſura iudicij perturbatur. Huius itaque ordinationis edicto pręcipimus, vt quoties in auditorio regio petitio alicuius legitur, etiam Domino patre noſtro, ſeu nobis abſentibus, quę tangat curialem aliquem ibi pręſentem, ſtatim curialis idem, & aduocatus eius auditorium exeant, & expectent, donec ipſa petitio fuerit decretata, ne illius qui tangitur vitanda pręſentia, titubationem conſulentibus afferat, vel iudicium proinde rationis euertat, quòd ſi alicuius petulantia, vel neglectu, hoc non fuerit obſeruatum, decretatio petitionis eiuſdem facta, curiali pręſente, nullius ſit momenti vel roboris, & dictę petitionis lectio in ſemeſtre ſpatium differatur.

Tenor tertiæ ordinationis.

IN forma ſigilli regnantis duplex deſignatur authoritas, vna præclaræ iuſtitiæ, quæ per Equitem portãtem gladium aptè deſcribitur: Altera humanæ clemẽtiæ, quę per principem cum ſceptro & pomo ſedentem in ſolio figuratur, quò fit, quòd ad eiuſdem ſigilli cuſtodiã & præſidiales literas faciendas ſcientium, & intelligentium maior prudentia communiter eligatur. Ne igitur dictorum figuralium ſimilitudo deliteſcat, & prudentis electionis officiũ non frigeſcat, edicendo præſcribimus, & ſtatuendo iubemus, vt omnes noſtræ literæ ſub Vicariæ, & ducatus titulo faciendæ, ſiue iuſtitiam ſapiant, ſiue formam eiuſdem Vicariæ, ſigillo magno, quo vtimur, & ducali, quantum ad vniuſcuiuſque ſpectat officium in ordinata & debita forma ſigillentur: Cedulis, quæ ſuper his fiebãt hactenus tanquam minus vtilibus omnino ſublatis. q ſi forte de facto fierent, illas ex nunc caſſamus & tollimus, & nullam habere decernimus roboris firmitatem.

Tenor quartæ ordinationis.

ACcuſatorum temeritas ſicut trib. modis detegitur, ſic per leges veteres obuiantibus remedijs tripliciter coercetur. Sed cõſtitutio regni Siciłę minorauit pęnã temeritatis eiuſdem, dum illam pro ſola euidenti calumnia cenſuit irrogari. Moderna vero nouitas vltra progrediens, & in hoc prouide ordinata poſtponens, ex deſuetudinis corruptæ neglectu omnẽ quaſi pęnalitatẽ calumniæ prętermiſit. Quia igitur graue cenſetur & abſonum ſine pęna delinquere, & adinuẽta, prouiſa ordinatione poſtpoſita pręterire, edicẽdo præcipimus, vt calumniãtes quoſlibet deprehẽſos in euidenti calumnia, vel de ipſa conuictos pœna calumniæ poteſtas iudiciaria feriat, & vigor diſciplinæ publicæ diſtrictè compeſcat, neglectu & deſuetudine nõ obſtantib. ſupradictis. Quam penã ſi iudex omiſerit, notetur infamia, & duarũ librarũ auri puriſſimi condẽnatione mulctetur, quarum fiſco medietas, & reliqua parti detur. Volumus igitur, vobiſq; mandamus quatenus ordinationes ipſas ſeruetis tenaciter, quantũ ad vos pertinet, & faciatis ab alijs inuiolabiliter obſeruari, faciẽtes illas ex mo

Tenor quartæ ordin.

ACcuſatorũ temeritas. No. pro iſto c. quoniã puniſtur calumniãtes, nec nõ & iudices qui calumniã commiſerunt, puniuntur, & vide conſt. diuorũ. de expenſis, & cõcordat extra, de do. & cont. c. fi. & ibi per Inno. Sed pone q dico aliquem falſarium, ſiue ſeruum, an ſi ſuccumbo puniar? dic, vt in conſti. dignitatem, de iniur. & vide ibi multa bona.

Ibi, *omnẽ pęnalitatẽ.* No. q puniẽdi ſunt deprehenſi in euidenti cãlumnia, & cõuicti de ipſa, & ſic per iſtud c. corrigũtur iura cõia. quæ autem dicatur euidens calumnia, & quando quis dicitur incidiſſe, vide cõſtit. Regni quæ incipit, pęnã calumniæ. P.P.

re

re per decretam vobis prouinciā per Terras etiā quæ Capitaneos habeant prout expediens fuerit, diuulgari, dantes illas veſtris ſucceſſoribus alterutrum in pendenti.

Data Neap. per Bar. de Cap. &c. Anno Dñi 1324. die 8. Febr. 7. indict. regnorũ Domini patris noſtri anno 15.

De capiendis malefactoribus in alterius prouincia. Rubr.

> ● Additio. Robertus Dei gratia, &c. Iuſtit. Principatus, &c. *Vide Cepol. in l. quis ſit fugitiuus. §. idem Celſus. nu. 8. ff. de ædil. edic.*

ROBERTUS Dei gratia &c. Iuſtitiarijs Principatus, &c. * Diu, iam, & pluries ad audientiā noſtrā inſinuatio clamoroſa perduxit, ꝙ in ipſa tibi decreta prouincia Principatus, quæ ab antiquo & ſolito propter opportunitates, ac cõmoditates ſyluarũ & nemorũ, conſueuit eſſe latibulũ, & manſio reproborũ, nõ ceſſant latere latrunculi, qui nonnunquā per cohortes, & turmas inſidiantes, in ſtratis itinerantes diſrobant, & occidunt, ſuntq; alij homicidæ publicè diffamati, qui propter pſatum dictarũ ſyluarum cõmodum, in quo declinant, pœnā eludunt, & effugiunt, quā merentur, & hi tales alterutri, dũ perſecutiones pſidis, & conſcientiā criminis reformidant, trāsfugiunt in alterius Iuſtitiariatus prouinciā, vt euadāt. Ex his aũt, vt dr̃, ſecuritatis, & pacis fideliũ ſtatus eluditur, & dũ ipſi fideles, tutè, ſeu liberè, nequeunt per loca ambulare, grauiter ingemiſcunt. Ad quod hmõi ſceleritates horrendo cernẽtes, accõmodum ſingulo remedio prouidere, tibi tenore præſentiũ concedimus vſq; ad noſtrũ beneplacitũ voluntatis, vt contra famoſos tales diſrobatores ſtratarũ, * & homicidas publicè diffamatos, cũ tui conſilio iudicis ad inquiſitionis indaginẽ, generaliter, aut ſpecialiter, prout melius expedire cognoueris, captionẽ quoque, & tormẽta, Deum & iuſtitiā habendo præ oculis, ex officio præſidentium authoritate procedas. Tibi amplius in hac parte permiſſo, vt pro quærendis & capiendis hmõi profugis in alterius Iuſtitiariatus prouinciā proximā ſpatio miliarium quindecim, p te aut inſidiatores tuos irrumpere, vel introire poſſis per terminos eiuſdem Iuſtitiariatus alterius, eoſq; ad iuriſdictionẽ tuā reducere pro meritis puniendos. Data, &c.

> ● Additio. Diſrobatores ſtratarum. *An habeat locum in prædante in flumine publico dic quod non. ita Bal. in l. ſi. ff. de ſer. ruſt. pd. ſequitur Marſ. in ſing. 68.* De B.

Quod Baiuli iudices exerceant officia eorum etiam vltra annum, vſque ad aduentum ſucceſſorum. Rub.

> *Qđ Baiuli iud. &c. Rub.*
>
> R*obertus, &c. Scire uos uolumus.* No. ex iſto c. ſummā æquitatẽ, ꝙ Rex compellitur recipere æſtimationem, ne videatur tædioſus vaſallis. vide l. veterem, §. ſi poſt tres, ſiquis ca. No. ꝙ lex nedum habet locum in cauſa ciuili, ſed etiam in criminali, vt veniens non purget moram etiā poſt terminũ, vt no. gl. in c. cũ dilectus. de dolo & cõt. B. de C.
>
> ● Additio. Indictione anni finita. *Officialis antiquus & cõpleto officio ſuo, ſuique anni debet exercere iuriſdictionem, donec nouus venerit officialis. concor. cum iure communi per tex. in l. meminiſſe. ff. de offi. procõſ. & leg. l. eum, qui. ff. de iuriſd. om. iud. c. & ſi Xpi. ext. de iureiu. l. 1. & ibi Bar. ff. de of. pſ.* De B.

ROBERTUS, &c. Iuſtitiarijs Terræ Laboris, &c. Scire vos volumus, ꝙ nuper edictum fecimus tenoris & continentiæ ſubſequẽtis.

Robertus, &c. Vniuerſis & ſingulis pſentes, &c. Ordinata iuſtitia perſæpè negligitur, & iuris obſeruātia p actus nõnunquā cõtrarios impugnatur. Sanè habet inſinuatio facta nobis, ꝙ indictione anni finita, * dum de nouorum Baiuli, & iudicũ electione tractatur, pleruũque ipſa differtur electio & confirmatio ponitur in ſuſpenſo. Quo fit, ut Baiulus, nonq; iudices de cauſis & litibus, pro eorum creatione nõ facta, cognoſcere differant, & ad realis executionis exercitium non procedãt. Præſentis igitur noſtræ ordinationis edicto præcipimus, ꝙ & veteris iuris ſanctio prouidere uidetur, vt indictione completa, antequàm Baiulus, & iudices noui creentur, & eorum incipiant officia exercere, Baiulus, iudiceſq; priores vſque ad ſucceſſorum aduentum eorũ, vt hactenus exercebant officia, ſine aliqua procraſtinatione procedant: ne mora negocijs damnum afferat, & dilatio celeriter perdendæ iuſtitiæ impedimenta producat. Si quis autem contra hæc fecerit, vel venire præſumpſerit, ad pęnā ſex vnciarum auri teneri volumus, fiſci noſtri compendijs applicandam. In cuius rei teſtimonium pſentis ordinationis noſtræ ſcriptum exinde fieri, & pendenti maieſtatis noſtræ ſigillo iuſſimus communiri, &c. Quo circa vobis tenore præſentium committimus, & mandamus expreſsè, quatenus tu præſentem ordinationẽ ipſam per ſingulas Terras, & loca iuriſdictionis tuæ, etiam ſi Capitaneos habeant, diuulges publicè, & ex more per competentia officia facias, prout expediens fuerit diuulgari, & deinde tam tu præſens, quàm uos alij ſucceſſiuè futuri ſeruetis illam tenaciter, & faciatis ab alijs tuæ iuriſdictioni ſubiectis inuiolabiliter obſeruari, dantes vobis illam alterutrum in pendenti.

De non procedendo ex officio, niſi in certis caſibus, & ad tempus. Rubrica.

> ● Additio. Robertus, &c. Capitaneis, &c. *Adde, ꝙ de iure communi in crimine aſſaſſinij procedere poteſt iudex ex officio. Paris in tract. ſind. car. 51. 2. col. circa fi. Hipp. in l. vnica. §. cognituruum. ff. de qq. Capic. in deciſ. 155. num. 26. & vide caſus, quibus proceditur ex officio per Affl. in conſtit. ſi qui. nu. 11. & 12. in Regno eſt ſtilus Cancellariæ, ꝙ in priuatis delictis non proceditur ex officio ad denunciationem partis. Luc. ſupra, in c. cura nobis. refert Affl. in c. 1. §. iniuria. nu. 7. 8. de pace iur. fir. & ibi. an & quādo pro iniuria poſſit procedi ex officio, an pro furte, pro quo venit imponenda pœna mortis poſſit procedi ex officio. Affl. in d. §. iniuria. 3. not. num. 6. 8. & ibi an dicatur crimen publicum, vel priuatum.* De Bottis.

ROBERTUS, &c. Capitaneis, &c.* Si temporum alternata conditio legibus detrahens, noua interdum ex cauſa edicta dat fieri, publicæ tamen commoditatis inſpectio iuri connexa, illa frequenter conſultius ſuadet imitari. Cum enim in humanis actibus, nihil ſit omnino perfectum, ſed quod creditur quādoque proficuum, ſucceſſu temporis inuenitur, experientia docente, nociuum. Sanè pridem ad manifeſtas querelas aſſiduas nobis factas de proceſſibus officialium Regni noſtri, prorumpentium ſine differentia ad inquirẽdum generaliter, & ſpecialiter ex officio cõtra quaſcunq; perſonas, ex quo ſæpius contingere ponebatur, nonnullos timentes proceſſus huiuſmodi a noſtro dominio fugere, metu potius rigoris ipſius officij, quàm læſæ cõſcientiæ criminum obiectorum. Nos præſentis temporis turbati, ꝙ manſuetudinem exigit potius quā rigorem, conſideratione ſuaſi: Procedi ex officio in quibuſcunque cauſis, ſiue criminibus duximus inhibendum, ſpeciali a nobis edicto inde emanante vſque ad anni ſpatium in noſtris expreſſum edictalibus literis, miſſis tibi perpetuo valituro, vt per hoc interim ſilerent querelantium murmura, & pateret apertius quies pacis, ſi aſperitatem lenitate vincente, ad mitigationem exceſſiuum inſolentium reducere a demo ipſo noſtra fortaſſis, ſicut ſperauimus, foret editio profutura. Verum ſicut experimento facti ex poſtfacto perpendimus, in hoc manſuetudo noſtra, quæ præfato cauſam dedit vitio non profuit, quin malorum audacia creuerit, ſeque ipſa ampliaret. Eligentes igitur proinde vtile fore aduerſus maleficos rigere officium, potius q̃ tepere, præſertim, cũ propter varietatẽ, non ſit maleficis indulgendum edictum ipſum à deliberatione cõſulta immutates,

> Caſus … cedi ex officio.

Volumus,

Volumus,& fidelitati tuæ præſentium ſerie iubemus expreſsè, quatenus iuxta punitionem criminum, edicto nõ obſtante p̃fato, vſque & per totum menſem Maij primo futurũ cum conſilio aſſeſſoris tui in ſubſcriptis caſib. noſtra nuper limitatione reſtrictis, vbi videlicet imponitur pœna mortis ciuilis, vel naturalis: aut mẽbri abſciſsio, & vbi in perſona eccleſiaſtica, & pupilli ac viduæ flagitium eſt cõmiſſum, & inſuper in homicidijs clandeſtinis, vbi nullus accuſator apparet, in quibus ẽt per conſtitutionẽ regni ſpãlis inquiſitio permittit̃ fieri, liceat ex tui officij poteſtate procedas terminaturus proceſſus alios ex officio per te cœptos, ipſius noſtri edicti p̃textu ſuſpenſos, ea tñ in his moderationis, ac diſcretionis maturitate ſeruata, fama deferente clamorẽ, vt fieri aſſolet, à proceſſibus tuis in antea prorſus excluſa, ꝙ te ipſo abuti officio quõlibet, propterea non contingat, cum oĩs iniuria non ſit officij aſperitate plectenda, & conſtitutiones, atq; capitula, ordinationeſq; aliæ pro bono ſtatu fidelium noſtri regni editæ, ad ſanum intellectum, ac iuſtum & æquum trahendæ ſint potius, quàm ad iniquum arbitrium ſiue compendium detorquendo. Nos enim omnem proceſſum per te forſitan contra noſtram huiuſmodi iuſſionem habendum ex nunc irritum fore decernimus, atque nullum.

Data Neap. per Ioan. Grillum de Salerno iuris ciuilis profeſſorem, vice gerentem prothonotarij, Regni Siciliæ. Anno dñi 1329. dic 10. Feb. 12. Indic. reg. noſtr. anno 20.

De eodem.

Robertus, &c. Ne tuorum in ipſo, quo fungeris præſidiatus officio, prædeceſſorum reproba ſequendo veſtigia, proceſſus tuos ſuper exceſſibus abſq; differentia protrahas ad officij poteſtatẽ, neve maleficia iuris rigore p̃tereant impunita in ſubſcriptis caſib. vbi videlicet imponitur pœna mortis ciuilis, vel naturalis, aut mẽbri abſciſſio, aut vbi in perſona eccleſiaſtica, pupilla, ac vidua, quibus duntaxat illata iniuria primo ad vindictã non eſt proſequendi facultas flagitium eſt cõmiſſum: & inſuper in homicidijs clandeſtinis, vbi nullus accuſator apparet, per totum menſem Auguſti futurum, vnà cum conſilio iudicis & aſſeſſoris dati per Curiam, ex officio tuo diſcretè procedere volumus, & iubemus.

Data Neapoli per Ioannem Grillum, &c.

De indebitatoribus victualium, & vſuris. Rubr.

• Additio. Robertus, &c. Iuſtitiarijs, &c. Pro publici. *Vide Angel. Aret. in §. ſi. in ſi. Inſti. de donat.*

Robertus, &c. Iuſtitiarijs, &c. Pro publici * boni cõpendio, quod mentem noſtram intrinſecè ſolicitat, edictum nuper edidimus ſubſequenti per omnia ſerie.

Robertus Dei gratia Rex Hieruſalem & Siciliæ, ducatus Apuliæ, & principatus Capuæ prouinciæ, ac Forchalquerij & Pedis montis Comes, Vniuerſis pręſentis edicti ſeriem inſpecturis, tam præſentibus, quàm futuris. Curã habentes de ſubditis more patrisfamilias diligenter, quorum incõmoda non minus eſt vitium q̃ odiſſe, ſi modo congruo, per vias aptas ſtudioſè non perquirimus, vt ſubiecti noſtro regimini populi copia victualium affluãt. Huius itaque conſiderationis inſtinctu, præſenti edicto præſcribimus: & expreſſius prohibemus, ne mercator aliquis, ſeu quouis alio nomine nũcupetur, frumentũ, vel ordeũ, vel victualia quælibet, aut aliàs fieri moleſtè pręcipimus, ante tp̃s meſſium, vel poſt illud fœnerari, vel indebitare, vt vulgi vocabulo alludamus, quouis modo vel colore q̃ſito, pręſumant. Nonnulli nãque, ſicut eſt vulgaris fama & notoria, fœneratores, ſeu indebitatores vulgò vocati: auara cupiditate ſeducti victualia emere intempeſtiuè procurant: & eorum horreis inde repletis, vt ea poſtmodũ cariora vendant: & ex illo vberiora lucra perquirant, tempus famis anhelanter expectant. Horum profectò damnata nequitia, ſano iudicio vitium vſurarum nõ ſolùm æquiparat, ſed excedit. Nam cum vſurarios odor lucri ad exercendum vſuras impellat onerantes, ſeu indebitatores huiuſmodi ante tempus caritatis, & patriæ dilectionis ignari per auiditatem lucri, quod ſitiunt, famis ingruentiam expectantes, proximorum mendicitatem affectare videntur: per quod negotiationes eorum huiuſmodi reprobæ commune bonum noſtræ reipublicæ probantur periculo ſuæ lædere vſurariæ actionis. Vt igitur talium malignantium aſtutiam præcludamus fœnerandi, ſeu indebitandi reatum inter crimina publica connumerandũ fore cenſemus decernentes ex nũc, quos de tanto ſcelere argui continget in antea ad poſſe veſtrũ noſtris magiſtratibus, ad quos ſpectat accuſari licenter pœnis, quibus vſurarios iura & canones afficiũt irremiſſibiliter feriendos, vt ipſis iniqua rapacitas pœnale ingerat tædium, quod aliis fiat in exemplum. Vt autem præſens edictum in notitiam veniant ſingulorum, chartam ſeu literã ſeriem continentẽ ipſis portis maioris eccleſiæ Neapolitanæ & caſtri noſtri noui de Neapoli appendi, & affigi fecimus, quæ edictum ipſum ſuo quaſi ſonoro præconio, & iudicio patulo publicabunt. Et nihilominus in maioris cautelæ ſuffragium in famoſis locis, Terris, ciuitatibus dicti regni, edictum ipſum mandauimus publicari. Volumus igitur, & fidelitati tuæ harũ ſerie iubemus expreſsè, quatenus prænominatum edictum in ciuitatib. Terris, & Caſtris decretæ tibi prouinciæ famoſis p̃cipuè, ẽt ſi Capitaneos habeant, ſtatim receptis pręſentibus, faciatis ex more, voce præconis publicè diuulgari, vt nulli ignorãtiam prętendere rationabiliter queant tuæ iuriſdictioni ſubiecti: ac contra ipſum temerantes edictũ, & frumentũ, & ordeũ, aliaq; victualia quælibet fęnerantes, aut indebitantes, ſicut prædicitur, ad pœnã procedas, qua vſurarij publici puniũtur: & vt ipſius edicti efficacia vigeat, has nr̃as literas ſucceſſori tuo dari p̃cipimus in pendenti.

Victualia emere, &c. id qđ fit in ciuitate Auerſæ de pecunia data alla voce, vt vulgo dici ſolet.

Data per eundem Ioan. Grillum, &c. Anno Domini 1329. die 24. Iunij. 12. indic. Regnorũ noſtrorũ anno 20.

De prohibita portatione armorum. Rubrica.

• Additio. Robertus Dei gratia, &c. Capit. ciuit. Pennæ. *Vide ſimilem literam per Carol. huius regni Vicariũ contra familiares coniuratos Neapolis regiſtrorũ Roberti anno 10. in regiſtro, quod eſt penes Rationales, car. 125. nu. 116. & dat cognitionem Capitaneo ciuitatis Neapolis.* Piſanellus.

Robertus Dei gratia, &c. Capitaneo ciuitatis Pennæ.* Vt inter ſubiectos noſtros optatæ pacis quiete perfrui volumus, delinquendi materiam in quantũ poſſumus, amputemus, beneplaciti noſtri eſt, & volumus & fidelitati tuæ de certa nr̃a ſcientia mãdamus expreſsè, quatenus ſtatim receptis præſentibus per dictam ciuitatem Pennæ ac diſtrictũ ipſius edicti publici voce præconia facias expreſſius inhiberi, vt nullus de ciuitate, diſtrictuque prædictis, cuiuſcunque ſtatus & conditionis exiſtat, authoritate quaruncunq; literarũ noſtrarum, ſiue ducaliũ, ſeu familiaritatis prętextu noſtræ Reginæ conſortis, Duciſſæ Calabriæ, & Tarenti, & Achaiæ Principum fratrum noſtrorum, aut cuiuſuis alterius qualicunque dignitate, ſeu poteſtate fulgentis, quacunque occaſione, vel cauſa, ferre de cætero arma prohibita occultè vel publicè quoquomodo præſumat, vel attentet. Quod ſi fortè aliquis de ciuitate ipſa noſter familiaris, domeſticus, vel commẽſalis exiſtat, illum huiuſmodi arma ferrem pa-

tria ſua expreſſius inhibemus. Si quis aũt poſt edictũ, & inhibitionẽ huiuſmodi auſu temerario ductus, arma ipſa prohibita portare præſumpſerit, tu ab eo pœnam in talibus regni conſtitutionibus ſtatutam ſuis vicibus exigas irremiſſibiliter, & aliàs contra eundem præſumpto temeritatis exceſſu, iuſtitia mediante procedas.

Datum per Ioannem Grillum de Salerno, Anno Dom. M CCC. die 6. menſis Februarij 3. indictionis, regnorum noſtrorum Anno 21.

De demolientibus & falſantibus Liliatos, Carlenos, & incidentibus. Rubrica.

CArolus Illuſtris primogenitus, Dux Calabriæ, &c. Iuſtitiarijs &c. tam præſentibus quàm futuris, &c. Iam ſæpè ad nos plurium murmuratio peruenit, ꝙ nonnulli auſu temerario, & ambitione cæca ſeducti, quin potius modica, licet praua vtilitate illecti in diuerſis regni partibus huiuſmodi regalem monetam * argẽteam in eodem regno ſingulis vſualem demoliri conãtes, eandem monetam, Carlenos, videlicet argenti, Liliatos, quos bonos vtique & approbatæ tenutæ ſeu ligæ, formæque patentis regalis cauta prouiſio publicæ vtilitati prouidens veterũ Carlonenſium, in quorum expenſione ponderationis, & aliorum difficultas varia præſtabatur, curſu, ſeu uſu in exponendo penitus interdicto, cudi uoluit, & mandauit, & nunc cuduntur, & generaliter expenduntur, furtim, & doloſè in illorum giro incidunt, & minoris ponderis reddunt, in ipſius Reipublicæ detrimentum, ex quo illud inducitur reprobũ, ꝙ quamplures mercatores, campſores, & expenſores alij inciſionis huiuſmodi occaſione prætenſa, Carlenos ipſos in eorum commercijs, atque cambijs, partim electos recipiunt, partimq; refutant, & adeo iam talis refutatio inoleuit, ꝙ dicta nouorũ Carlonenſium moneta abſque electionis, & exceptionis pręiudicio, in curſu haberi non poteſt generaliter & expẽdi. Cumq; inter cætera curis noſtris inhærentia vtilitati publicæ profutura, illud ad præſens occurrat perutile, vt dictorum inciſorũ inueſtigaremus, & tollamus nequitias ac proindè refutationis dictorum Carlenorũ materiam ſuccidamus: Fidelitati veſtræ præcipimus, quatenus ſtatim receptis præſentibus per Terras, & loca iuriſdictionis veſtræ bannire publicè faciatis, ꝙ nulli audeant vel præſumant Carlenos ipſos incidere, & minoris ponderis reddere ſub pœna perſonarũ, & bonorum * omniũ eorundem: adiecto, ꝙ vltra id, qui contra præſumpſerint, ſicut de læſæ maieſtatis crimine punientur, & ſi quis talem, vel tales dictorũ Carlenorum detulerit, vel accuſauerit inciſores, illis conuictis de crimine, viginti lucrabitur Auguſtales, eis ſuper bonis & de bonis maleficorum ipſorum per Curiam exſoluẽdis, ita ꝙ nullus præſumat de cætero dictos Carlenos nouos renuere, ſeu quomodolibet refutare, dummodò ſint argẽti boni, & ligę prędictæ, ſiue formę, ſed eos quilibet, omni prorſus inciſionis, vel minoris põderis occaſione ſublatis, ad rationẽ videlicet de granis auri decem pro quolibet indiffetenter, ſine electione, ſeu exceptione qualibet, recipiat, & expendat, ſub pœna vnciarum auri duarũ ab illo, vel illis, qui & quoties ſecus fecerint exigẽda. Et deinde ſi aliquẽ, vel aliquos præſumptores inueneris, & prohibitionis huiuſmodi forſitan tranſgreſſores, prædictos inciſores inueniendos, per vos, vel alios, vt prædicitur deferendos, contra quos circa ipſius probationem criminis, famæ publicæ, & vni fide digno teſti, tantum ſtari, & adhiberi volumus plenam fidem nullis probationib. alijs propterea requirendis, ad nos, & ad noſtram Curiã ſub fida cuſtodia diſtrictius prædicta pœna, cũ omni rigore iuſtitiæ puniẽdos. Ab illis autem, qui prædictos Carlenos refutauerint, vt prædicitur, prædictam pœnam vnciarum auri duarum pro quolibet irremiſſibiliter exigatis toties, quoties inciderint in eandem huius pœnæ quartam delatori, & reliquum fiſco curabimus applicare.

* ADDITIO. Monetam. *Ex hoc patet ꝙ non haberet locũ hoc capitulum in pecunia, quæ in regno, ſiue in ciuitate non exp.nditur, vt pulchrè conſuluit Alex. cõſ. 104. vol. 1.* De Bot.

* ADDITIO. Bonorum. *Vide Gram. in deciſ. 72. not. hoc c. inducit vnum ſpeciale in cauſa criminali ad probationẽ ſtetur vni teſti cũ fama: nam regulariter eſt contrarium, vt ſentit Ang. in l. milites. C. de qq. ſequitur Fran. Aret. conſ. 13. col. 5. ex quo infero ꝙ nõ ſufficerẽt, ſi eſſet vnus teſtis cũ alio adminiculo ſine fama, quia nõ fit executio in correctorijs & ſinalib.… ſunt iura vulgaria. Itẽ ſi inquiſitus probaret de cõtraria fama, & ꝙ … nũ teſtẽ ęqualẽ teſti n.ſ.s. deb.t abſolui. ita Fel. in c. in noſtra, v. le. col. ver. & no. extra de teſtib.* De Bottis.

Data per magiſtros rationales.

De non componendo ſuper receptatione bannitorum cum vniuerſitate, perſoniſque ſingularibus. Rubrica.

RObertus, &c. Iuſtitiarij &c. Ad iniuſta remouenda grauamina noſtrorum fidelium, quorum ſtatum intrinſece diligimus: ad punienda crimina, quin potius patratores ipſorum conſeruandæ iuſtitiæ conſideratione ſuaſi, tria nuper edicta nos edidiſſe noueritis. Sub tenoribus infraſcriptis.

RObertus Dei gratia Rex &c. Vniuerſis præſentis edicti ſeriem inſpecturis tam præſentib. quam futuris. Tanto fiunt grauiora peccata, quãto in diuturniori cõtumacia ſunt commiſſa: tollenda igitur eſt cã mali, ne cui non opportunè reſiſtitur, approbari error improbè videatur. ſanè dictas iam, ſicut aſſertione fide digna comperimus in abuſu, compoſitiones pecuniarias factas per prouinciarũ præſides, ac alios officiales regni noſtri Siciliæ, qui fuerũt pro tempore, cũ Terris, vniuerſitatib. ſpecialibuſq; perſonis, & receptatorib. bannitorum, nec immerito deteſtantes eas, cum videantur obuiare iuſtitiæ, ſubiectiſq; fidelib. onera grauia gñare, prouidimus nuper de certa noſtra ſciẽtia nullatenus de cętero faciendas, ea præſertim conſideratione ſuaſi, ꝙ dum ad ſoluendas compoſitiones huiuſmodi tota vniuerſitas compellitur: hi nõnunquã efficiunt pœnæ participes, qui culpę penitus ſunt expertes. Huius itaq; ordinationis edicto perpetuo valituro, pręſcribimus de certa noſtra mera ſciẽtia diſtrictius inhibẽtes, vt ſi quãdo aliquæ, vel aliqua ex vniuerſitatib. Terrarum, locorũ quorumlibet dicti regni, ſeu ſpeciales perſonæ bannitos receptaſſe forſitan arguãtur, præſides, officialeſque prædicti, quantũ ad vnunquemq; ipſorum pertinet, iuxta formã capituli ſuper hoc editi receptatores ipſorum bannitorum ad inflictionem pœnæ meritæ generaliter, vel ſpecialiter prout incidens caſus exegerit, procedere præuia iuris contempti, cum dictis vniuerſitatibus, ſeu perſonis tales compoſitiones ex nũc in antea propterea facere quomodolibet non præſumant. Nos autem omnem proceſſum, quem contra præſentis edicti mentem & ſeriem fecerint forſitan in prædictis, exnunc prout extunc irritum fore decernimus, & inanem, & facientes eoſdem ipſo facto pœnæ aſperitate plectendos, qua puniuntur edictorum regalium tranſgreſſores. Vt autem præſens edictum in communem deueniat notitiam, ſingulorum chartas, ſiue membranas ſeriem continentes illius, ſub pendentis maieſtatis noſtræ ſigillo portis maioris eccleſiæ Neapolitanæ, & Caſtri noſtri noui Neapolis affigi fecimus: quæ tenorem edicti præfati ſuo ſonoro præconio, & patulo iudicio

dicio publicabunt: &c nihilominus in maioris cautelæ ſuffragium, Iuſtitiarijs & alijs magiſtratibus noſtris iniungimus, vt edictum ipſum per decretas eis prouincias diuulgent publicè, ac diuulgari de more faciant, illudque ſtudeant tenaciter obſeruare.

Data Neapoli per manus Ioannis Grilli de Salerno iuris ciuilis profeſſoris vicemgerentis prothonotarij Regni Siciliæ. Anno domini M CCC XXX. die vltimo Maij 12. indictionis, regnorum noſtrorum Anno 22.

Tenor ſecundi edicti de damnis emendandis per vniuerſitatem. Rubrica.

RObertus &c. Vniuerſis præſentis edicti ſeriem inſpecturis tam præſentibus quam futuris. Præſidentis incumbit officio viam delictis præcludere, ſicque illam coercere prouisè, vt per aptum remediũ refrænetur iniuria, & damna paſſis emendentur illata. Sanè contingit interdũ maleficia plurima in Terris & locis regni noſtri Siciliæ, ſeu ipſorum territorijs perpetrari: nec tamen apparent maleficiorum huiuſmodi patratores. Ne igitur crimina impunita pertranſeant, ob quæ pœnas perſolui magna ratio perſuadet: huius noſtrę ordinationis edicto vſque ad noſtrum beneplacitum valituro, præſcribimus. Vt ſi quãdo committi ciuitatibus, caſtris, Terris, caſalib. & locis alijs dicti regni, ſiue ſint de noſtro demanio, ſiue Sanctæ Hieruſalem, & Siciliæ Reginæ conſortis noſtræ, nec non ſpectabilium Tarenti & Achaiæ Principum fratrum noſtrorum: ſiue etiam Prælatorum, Comitum, & Baronum cuiuſcunque dignitatis, ſtatus, & conditionis exiſtant: ſeu earundem Terrarum territorijs, diſrobationes aliquas, deprędationes, aut damnificationes per quoſpiam, quoquomodo contigerit: nec vniuerſitates dictarum ciuitatum, Terrarum, caſtrorum, caſalium, aliorumque locorum, ſeu Domini eorum ex illis, qui de delicto noſtro demanio non exiſtunt: aut officiales eorum malefactorum tales capere: & ad prouinciarum pręſides recepturos pro meritis captiuos deſtinare curauerint: vniuerſitates eædem ad ſatisfaciendum integrè damna paſſis: de diſrobationibus, de prædationibus, aut damnificationibus prædiſtinctis per præſides ipſos prout iuſtũ fuerit, ſummariè tamen, exinde ſuis vicibus fide præſumpta diſtrictius compeſcantur. quòd ſi forſitan committantur in illis circa puniendos patratores eorum conſtitutiones, & capitula regni iam dicti ſuper his edita volumus tenaciter & inuiolabiliter obſeruari. De maleficis autem capiendis eiſdem præfatis vniuerſitatibus ſingulis, ſiue per eas ſtatuendas, ad id: nec nõ Dominus aliorum ex eis, ipſorumque officialibus memoratis exnunc opportunam & liberam authoritatem præſentis edicti concedimus, poteſtatem. Vt autem pręſens, &c. Data vt ſuprà, &c.

Tenor tertij edicti de familia officialium qualiter eſſe debeat. Rubrica.

RObertus, &c. Vniuerſis præſentis edicti, vt ſup. &c. Remedia ſtudioſè perquirimus, & cura meditamur aſſidua, vt reformentur quæ ſunt in ſubiectorum diſpendium, & offenſam iuſtitiæ deformata. Sanè de ordinatione Curiæ noſtræ ſeruata procedit, quòd cum præſidibus Regni noſtri Siciliæ vt fauorabilius adminiſtrent officia, quæ & ipſis perſæpe committimus, ad diſtincta, & competentia gagia certus deputatur numerus ſeruientium. Sunt inde nonnulli ex eiſdem præſidibus qui ſicut ad noſtram de nouo notitiam, non ſine admiratione, ac cum animi mœrore peruenit ad aures, vitio cupiditatis inducti ipſa gagia, eorum cupiditatibus lucro cedunt, homineſque malæ conditionis, & vitæ: nec minus plurium exceſſuum: criminoſos ſeruiẽtes familiares recipiunt: & ſine vllis gagijs retinent ſecum: ex quo illud abſurdum prouenire didicimus, ꝙ ipſi malefici, ſub fauore familiaritatis huiuſmodi, creſcente in ipſis audacia malignandi mala peioribus aggregant, cõtra fideles ipſos extorſiones committũt illicitas: & ex hoc vigori iuſtitię innumeroſè detrahitur, dum ipſis officijs non ſeruitur. Cenſentes igitur hęc fore pręlectabilia nõ ferenda, nec decet maleficos apud illos fauoris inuenire pręſidiũ, qui ex commiſſi officij debito, habent ad vindictam intendere peruerſorum. Huius noſtræ ordinationis edicto perpetuo valituro de certa noſtra ſcientia pręſcribimus, vt nullus Iuſtitiarius, capitaneus, vel officialis alius quocunque vocabulo nuncupetur, tales viros tali notatos infamia, in ſeruiẽtes, ſeu familiares eorum recipere de cętero, aut retinere præſumant: quinimò eos recipiant, ſecumq; retineant, qui ſint bonæ conuerſationis, & famæ & cũ fidelitate deſeruiant. Quòd ſi contrà factum fuerit, contrà faciẽtes amiſſionis pęna gagiorum vnius anni plectendo ipſo facto decernimus, & aliàs iuxta noſtrum arbitrium, pro temeritatis audacia puniendos. Vt autem pręſens edictum in communem deueniat notitiam ſingulorum, vt ſuprà vſque ad finem. Quo circa volumus & fidelitati veſtrę, ſub obtentu gratiæ noſtræ de certa ipſa ſcientia diſtrictè præcipiendo mandamus: quatenus, ſtatim receptis pręſentibus edicta pręfata per vniuerſas terras, & loca decretæ tibi prouincię famoſa pręſertim, etiã ſi capitaneos habeant, diuulges publicè: ac ex more per competentia officia facias in omni eorum ſubſtantia, & effectu quantum ad vos pertinet, curetis ſeruare tenaciterq; facere ab alijs officij veſtri tẽporibus inuiolabiliter obſeruari. Mandãtes nihilominus vniuerſitatibus ipſis, vt ad capiendos pręedictos maleficos eligant de ſe ipſis perſonas idoneas, pro quibus teneãtur, ipſorumque nomina vobis ſuis vicibus dent in ſcriptis, daturi vobis alterutrum in pendenti.

No. contra nios regales al guzerios.

Data Neap. per eundem Ioan. Grillum, &c. Anno Domini M CCC XXX. die primo Iunij. 13. indictionis, Regnorum noſtrorum anno 22.

De non componendo ſuper crimine capitali. Rubr.

RObertus, &c. Iuſtitiarijs, &c.* tam pręſentibus q̃ futuris, &c. Ne, peruerſo iudicio, contra iuris edictum tollatur per pœnam pecuniariã corporalis, cum in plectendis criminibus nonnunquã peccent crudeliter, & misericorditer puniãtur. Volumus & fidelitati veſtræ de certa noſtra ſcientia ſub obtentu gratiæ noſtræ diſtrictè, præſentium authoritate præcipimus, quatenus latrones famoſos, alioſq; maleficos grauium ſcelerum labe reſperſos penes vos exiſtẽtes in carcere, ſeu futuros, quibus commiſſorum per eos exceſſuum qualitas mortiferè pęnales aculeos ſuaſerit infligendos, procedẽtes rigoroſè in ſuis caſibus ad vindictam, eos ad compoſitiones pecuniarias aliquas ſuper illis officiorum veſtrorum temporibus nullatenus admittatis. Etenim per compoſitionẽ huiuſmodi, ſicut certa rei experientia docente didicimus, dilatatur nociua delinquendi materia: & pro peccato pœna merita non infertur. Quòd ſi contrà feceritis, veſtrũ omnẽ in hac parte proceſſum exnunc, prout extunc, nullius momenti, vel roboris fore decernimus, voſq; ſtatutis pęnis aduerſus præuaricatores iuſſuum regalium ſubiacere volumus, ipſo facto: præſentes autem literas alterutrum vobis in pendenti dari præcipimus, vim & vigorem in perpetuum habituras. Data Neap. vt ſuprà.

* Additio. Robertus, &c. Iuſtitiar. &c. Vi de in c. ne quis. de ſucceſ.

Quod poſſit regi Curia in Terris non iuriſdictionis. Rub.

• ADDITIO. Rober.&c. Barraſio. *Vide infra, in cap. Item quia ſunt, &c.*

ROBERTUS,&c.Barraſſio* de Barraſſio generali, Capitaneis, & Iuſtitiarijs de Capitinatis, &c. Vt exercitium per te in ea, in qua præes prouincia, reddendæ iuſtitiæ obſtantis impedimenti diſpendium, ex cauſa contingente,non ſentiat: & alicuius protractionis incommoda præiudicialiter non incurrat: præſentium tibi tenore concedimus: vt ſi quando te dictam ambulando prouinciam tuæ iuriſdictioni commiſſam,ad terras,& loca, in quib.Iuſtitiarj,& Capitanei per noſtram regalem Curiam ſunt ſtatuti, & ad terras etiam Sanctæ Reginæ conſortis noſtræ chariſſimæ,ac Ducillę filiæ noſtræ, fratrumque noſtrorum declinare contigerit, non obſtante quòd tuæ iuriſdictioni non ſubſunt, Curiam ordinare,& regere valeas, & in ſingulis tuæ iuriſdictioni ſubiectis miniſtrare iuſtitiam,prout ad tuum officium dignoſcitur pertinere: dummodo præſens noſtra conceſſio nõ trahatur ad protractionis indebitæ vexationes illicitas ſubiectorum. Data Neapoli.

De pecunia fiſcali non tenenda per officiales poſt amotionem ab officio. Rubrica.

ROBERTUS,&c. Iuſtitiarijs Capitinatæ præſentibus & futuris. Scire vos volumus,quòd edictum nuper fecimus continentiæ per omnia ſubſequentis.

Robertus Dei gratia Rex,&c. Vniuerſis pñtis edicti ſeriẽ inſpecturis tã præſentibus, q̃ futuris. Radix malorũ omniũ auaritiæ vitium q̃ſita tenaciter poſſidet: ſicque nexu non facilè ſolubili arctat & ſtringit, vt abundãtes auari ſemper ſe arbitrentur egere: amanteſque diuitias fructus ex eis non percipiant, dũ cupiditate nimia cęci, non ſolũ quæ ſua ſunt auarè poſſideant, ſed vt augeant eorũ ſubſtantiam aliena ambitioſe perquirãt. Suarum nempe diuitiarum ſecuritas,ſic eos curis aſſiduis torquet,ſic ſolicitè ſtimulat,vt quietẽ etiã à ſomno repellat. Hoc igitur eo deteſtabilius abhorrentes,quò nedum proximo nociuũ, verum ẽt fiſco comperitur eſſe damnoſum: Detecto nobis nouiter inſinuatione fideli, ꝗ nonnulli Iuſtitiarij Capitinatæ, magiſtri Portulani,dohanerij,ſecreti,& alij gabelloti,procuratores, & officiales noſtræ curiæ reprobi eius alumni de fiſcali pecunia, quam recipiunt ex cõmiſſis,conceſsis,& creditis eis officijs,gabellis, procurationib⁹,& ſeruitijs alijs curiæ ſupradictæ certas ſibi poſt depoſitionẽ ſeu ceſſationẽ eorũ ab officijs,gabellis, procurationibus,& ſeruitijs ipſis intrepidè procurationũ, & ſeruitiorum hmõi eas iuxta ipſorum voluntatis arbitriũ, prout vtile ſibi reputant, in vſus proprios conuertendo, non ſine dictæ noſtræ curiæ graui præiudicio,& iactura. Præſenti edicto perpetuò valituro ſtatuimus,quòd ſinguli Iuſtitiarij Capitinatæ, magiſtri Portulani, procuratores,ac officiales alij dictæ curiæ, quicunque perceptores dictæ pecuniæ fiſcalis, quocunque titulo, ſeu vocabulo nuncupentur inf.dies viginti: dohanerij verò,atq; ſecreti,& alij gabelloti inf.menſem vnum, ad tardius, poſt amotionem,ſeu ceſſationem eorũ ab officijs,gabellis,procurationib. & ſeruitijs memoratis totam fiſcalem pecuniam,cuiuſcunq; ſpeciei fuerit, penes eos reſiduã,teneantur,& debeant regiæ cameræ noſtris theſaurarijs integraliter aſſignare. Si quis aũt contrafecerit, pœna Tarenorũ auri duorum ponderis generalis pro qualibet vice,quam ſibi poſt lapſum dictorum terminorum taliter retinebit, ipſo facto ſine adeptione cuiuſlibet,condẽnamus. Eos verò, quos poſt lapſum 20. dierum terminos ipſos immediatè ſequentium in retinendo ſibi dictam fiſcalem pecuniam tranſgreſſio ipſa notauerit, ad pœnam tarenorum quatuor pro qualibet vice, qua de dicta fiſcali pecunia ſic retenta fuerit condemnatus,cum creſcente contumacia,pœna debeat adaugeri. Quas quidem pœnas decernimus;& volumus,ſuccilis morib. anfranctib. ſeu ſolennitatib. iudiciarij ordinis fiſci noſtri commodis applicari. At ſi quis temerarius p̃dictarum pœnarum contemptor, vltra ſequentes immediatè viginti dies alios, quarum trium dilationum numerus, gabeloti bimeſtris, & decendij,ſed aliis bimeſtris temporis tantum ſpatium limitatur, ſolutionem dictæ fiſcalis pecuniæ penes eos reſiduæ faciendam pręfatis theſaurarijs indicta regia camera differre præſumpſerit: nõ ſolum quatuor Tarenorum pro qualibet vice, cuius ſolutio tunc vſque dilatata eſt, pœnam incurrat,ſed etiam de contrectatione furtiua dictæ fiſcalis pecuniæ tenaciter,& ſicut fur exinde condemnandus, ne liceat alicui magiſtratui quacunque polleat dignitate, ſine conſcientia,& mãdato noſtro p̃dictas pœnas remittere,vel ſuper eis quomodolibet diſpenſare: in cuius rei teſtimonium præſentis edicti ſcriptum fieri, & pendentis maieſtatis noſtrę ſigillo iuſſimus communiri, per oẽs magiſtratus regni Siciliæ patulè diuulgandum. Quia igitur nil prodeſſet edicta condere, niſi debita illorum executio ſequeretur,fidelitati veſtræ præſentium authoritate præcipimus, quatenus p̃dictam ordinationem noſtram ſeruetis efficaciter,& faciatis ab aliis in tranſgreſſibiliter obſeruari: quam tu præſens Iuſtitiarius receptis præſentib. diuulges publicè, vel diuulgari ex more per competentia officia facias, per Terras,& loca decretæ tibi prouincię, etiam ſi capitaneos habeant, de quibus videris expedire: præſentes autem literas amotionis veſtræ tempore vos nobis dari pręcipimus,alternis vicibus in pendenti.

Data Neapoli per Ioannem Grillum, anno Domini M CCC XXXV. 16. Ianuarij. 3. indictionis, Regnorum noſtrorum anno 26.

De non recipiendis vaſallis demanij in Terris Baronum. Rubrica.

ROBERTUS, &c. Vniuerſis præſentis edicti literas inſpecturis. Cùm ex noſtri cura regiminis expediat fraudibus obuiare, quas humanæ corruptionis conditio gignit,& reipub. obſtare præiudicijs, quæ innata quorundam malitia iniquitatis ſuffragium adimpleuit. Sicque nonnulli noſtri demanij ad conceptæ nequitiæ ſuæ protectum nõ ſufficere conſpiciunt, & ſe vaſallos nobis coniunctorum, aut forſitã eccleſiarum, Comitum, vel Baronum efficiunt, & in cautis ſuis talis vaſallagij, ob noui, & ſingularis fauoris augumentum, coram noſtris officialibus literas teſtimoniales producunt. Nos volentes talibus dominicè prouidere, diſtrictè iubemus ſub noſtræ grauis indignationis pœna, & alia noſtro arbitrio infligẽda, ꝗ nullus quantuncunque nobis attineat, cuiuſcunque ſtatus,aut conditionis exiſtit: tales debeat recipere, alijs aũt omnium bonorum, quę in regno noſtro tenent amiſſionis pœna, qui à talibus, & ſimilibus caueant & reſiliant: ſeu renuncient illibatè. Iniungentes nihilominus noſtris officialibus antefatis per fidelitatis ſacramentum,quo nobis aſtringuntur, quatenus in hoc nedum tales nullatenus admittant, ſed ad regię noſtrę conſcientiæ de hoc producere notitiam non poſtponãt, quatenus ſecundum ante ſcripta ſuper his prouidere poſſumus de remedio opportuno: in cuius rei teſtimonium præſentes noſtras literas triplicatas exinde ſub noſtræ maie-

ſtatis ſigillo fieri : & portis maioris eccleſiæ Caſtri maris de Stabia, & palatij noſtri Caſellanæ prope ipſum Caſtrum maris, ac Curiæ Vicariæ regni Neapolis præſentialiter præſidentis affigi iuſſimus,ad notitiam ſingulorum.

Quòd clerici coniugati ſoluant collectas regias. Rub.

ROBertus,&c. Iuſtitiarijs,&c. Nõ exigit agendo nos vrgentium numeroſa perplexitas, quamquam ſolutionibus debiti generalium ſubuentionũ, & collectarum fiſcalium onerum eximi. Nec libertas etiam clericalis expoſcit coniugatos clericos ab illorum præſtationibus liberari. Nuper ſanè ad noſtram deuenit notitiam, quòd clerici coniugati de prædicta regimini noſtro commiſſa prouincia conferre in præmiſſis negligunt : tuq; præſens ad ſolutionem illarum eos cogere deſinis: & negligens non ſine notabili & damnabili culpa manes: credens forſitan huiuſmodi clericos ad ſolutionem illorum non debere compelli, ex illo quo funguntur aliàs priuilegio clericali. Nos in his diſpendia noſtræ reipub. uitare uolentes, fidelitati ueſtræ præſentium ſerie iubemus expreſsè ſub pœna contemptus iuſſionis præſentis noſtræ curiæ, ac dupli nihilominus illius quantitatis pecuniæ, quæ coniugatos clericos rationabiliter poſſit inde contingere ſupradictos, quatenus tam tu idem præſens, quàm uos alij futuri Iuſtitiarij dictæ prouinciæ ſinguli clericos coniugatos eoſdem, quòd in præmiſſis omnibus cõtribuant, vt tenentur, pro rata videlicet eorum quemlibet contingẽte rationabiliter exinde ſtudeatis cogere,prout indemnitati prædictæ reipubl. videbitur expedire : itaque coniugati clerici * & laici in nullo alio differant, niſi quòd pro cõmiſsis ab eis exceſſibus, vel delictis trahi non poſsint criminaliter, vel ciuiliter conueniri in curia ſeculari. Has autem literas vt debitum, & realem conſequantur effectum dari per vos alterutrum alteri amotionum veſtrarum temporibus pręcipimus in pendenti.

● ADDITIO. Coniugati clerici. *Clericus coniugatus non trahitur ad forum ſeculare. ego habeo literam Regis Roberti in meo compẽdio contrariũ diſponentem, & eſt in regiſtro, car. 25. in c. 47. ui de Capic. in dec. 161. col. fi. & eſt ritus inf. inc. item q ſi aliquis. & uide Gui. Papa deciſ. 83. & Gram. deciſ. 10. & in conſi. 110. in ciuilib.* Piſanel.

Quod non extrahantur lignamina extra regnum. Rub.

ROBertus, &c. Vniuerſis præſentis edicti ſeriem inſpecturis,tam præſentibus,quàm futuris. Agendorum noſtrorum commoditatibus, & præſertim armatis noſtris, quas expedit nos continue facere contra hoſtes : volentes opportune proſpicere, conſulta nuper ordinatione præhabita, huius edicti ſeriem de certa noſtra ſcientia expreſſe duximus ordinandam, ut nullus cuiuſcunque ſtatus, ordinationis, aut conditionis, ſiue regnicola fuerit, ſiue aliunde originem habeat, haſtas ligutas lancearum,dardorum, baliſtarum, & tarellorum, aut quorumlibet aliorum armorum, vel quæuis alia lignamina per mare,& per terram, per ſe, vel alium publice,vel occulte,quauis occaſione,vel cauſa, de regno præſumat extrahere memorato, tranſgreſſores illius amiſſionis pœna omnium lignaminum, quę ſic de regno ipſo forſitan extrahere tentauerint, & vnciarum auri decem ex nunc prout ex tunc plectendos, ipſo facto decernimus, illamque fiſci noſtri commodis applicari,quam per officiales noſtros de quorum, ſeu de cuius iuriſdictione extractio ipſa fiet, exigi irremiſſibiliter volumus, & ad Curiam noſtram mitti, & nihilominus violatores ipſos pœnis alijs ſubiacere volumus, & decernimus, quas iura ſanciunt aduerſus edictorum regalium tranſgreſſores. Vt autem præſens edictum ad communem deueniat notitiam, &c.

De prohibita extractione Carlenorum argenti de regno. Rubrica.

ROBertus &c. Iuſtit. Capitinatæ. Perpenſa deliberatione, pro bono ſtatu fidelium regni noſtri Siciliæ nuper ordinandum prouidimus, vt argentea pecunia per regnum noſtrum percurrens extra illud,vſq; ad noſtrum beneplacitum,per mare, vel per terram nullatenus extrahatur: quòd ſi aliquis pręſentis ordinationis noſtræ tranſgreſſor extiterit, ipſo facto perdat pecuniam, quam contra huiuſmodi prohibitionẽ noſtram extraxerit, vel probabiliter cõuictus deſtinauerit extrahendam,quã fiſci noſtri commodis volumus applicari, ſic equidem, quòd ſi contingat aliquos reperiri, qui per latentis præſumptionis aſtutiam aliquam extraxerit pecunię quantitatem, ad quam intercipiendam manus iniectio haberi non poſſit, ſtatim ſuper rebus & bonis eorundem extrahentium tantundẽ pro Curia noſtra capi debeat, ipſis Curiæ compendijs applicandum. Quocirca fidelitati tuæ mandamus expreſſe, quatenus, ſtatim receptis præſentibus per totam tibi decretam prouinciam, etiam per terras,& loca ipſius prouinciæ in quibus Capitanei ſunt ſtatuti huiuſmodi ordinationem, & iniunctionem noſtram, vt ad ſingulorum veniat notitiam, mandes & facias voce præconia publicè diuulgari. Et poſt bannum emiſſum ſi aliquem eiſdem prohibitionis noſtræ inuenies tranſgreſſorem,qui ſicut prædicitur,huiuſmodi pecuniam de regno per mare, vel per terram extraxerit, vel conuictus probabitur extrahere tẽtaſſe, pecuniam * ipſam exigas, & exigi facias incunctanter, dicti fiſci noſtri cõpendijs applicandam. Quòd ſi fortè contingeret aliquẽ, vel aliquos callida pręſumptione,clam vt præmittitur huiuſmodi pecuniã extraxiſſe, ad cuius interceptionẽ nequiuerit haberi propterea manus iniectio,ſtatim eo cõperto,tantundẽ de bonis & in bonis extrahentis,ſeu extrahentiũ eorũdem pro præfata Curia noſtra capere ſtudeas, & ipſius Curiæ commodis applicare ordinans & ſtatuẽs ſtatim aliquos cuſtodes exploratores ſufficientes & aptos in locis, in quibus expedire videris,qui ſolicite uacent, vigilent, & intendant intercipiendis huiuſmodi pecuniam extrahẽtibus quatenus ordinatio noſtra præmiſſa diligenter obſeruetur. & ut authoritate ipſius intẽtionis noſtræ diſtrictio exterorum, qui in regno merces exercent iniuſtum non reſultet diſpendium, uel afferatur detrimentum,ſubiungendo præcipimus,ut exteros mercatores huiuſmodi, qui merces eorũ in regnũ immiſerint, & vendiderint in eodem, de quo volumus tibi clarè conſtare,dictorum Carlenorum pecuniã ex earundem immiſſorum merciũ venditione perceptam de regno ipſo extrahere libere permittas, non enim uolumus ut in hoc caſu ipſa noſtra ordinatio extendatur : eſſet namque incongruum vt dictis mercatoribus, quibus eſt in idem regnum licita mercium prædictarum immiſſio, precij earũ abinde deberet interdici tranſuectio, per quod non ſine prædictorum fidelium incommodo,mercatoribus alijs præberetur occaſio ab immiſſione deinceps earundem mercium abſtinere.

Pecunia extra regnum nõ debet extrahi.

● ADDITIO. Pecuniam. *Vide ad intellectũ huius cap. elegantia verba Bal. in l. ſi fugitiui. colum. 2. C. de ſeru. fugit. de quibus meminit Marſ. in l. ſi quis cum telo, col. 5. ibi adducit etiam Bald. C. ad leg. Corn. de ſicar. fallit in mercatorib. & Terris vẽdentibus merces in Regno, vt ſubdit hoc idem cap.* De Bottis.

Data Neap. per Io. Grillum,&c. anno Dñi 1303. die 1. Octob. 15. indict. Regnorum noſtrorum, anno 23.

De non componendo in delictis corporaliter puniendis. Rubrica.

Robertus &c. Iuſtitiarijs Capitinatæ, ac iudicibus & actorum notarijs cum eiſdem præſentibus & futuris, gratiam ſuam, & bonam voluntatem. Ne quis de ſua malitia glorietur & crimina remaneant impunita, per quod ex diminutione pœnæ locus graſſantibus relinquatur exemplo, veſtræ fidelitati mandamus ſub pęna priuationis, & amotionis ab eodem officio, quã ſtatim, ſi contra feceritis, ipſo facto incurratis, & alia noſtro arbitrio ſeruata, quatenus cũ nullo captiuo, qui propter ſuos exceſſus perſonaliter per vos foret plectendus, componatis pecuniariter quoquomodo, ſed contra eũ, vel eos procedatis, & de ſuis demeritis ipſos debita pęna plectatis. Pręſentes autem literas per vos dari volumus veſtris ſucceſſoribus alterutrum in pendenti.

Data Neap. per Ioannem Grillum &c. Anno Domini M CCC IIII. die vigeſimaſecunda menſis Auguſti ſecundæ Indictionis, Regnorum noſtrorum anno 26.

De declaratione conſtitutionis prohibentis compoſitionem in criminalibus. Rubrica.

ª Additio. Robertus &c. Iuſtitiarijs Capitinatæ &c. *Vide Fel. in c. examinata. col. 5. de iudi. Flor. in l. fin. de his, qui deie. uel effu. & in addit. ad Bal. in l. ſi quis. C. de pęn. in ver. cicatrix. huius c. meminit Luc. in l. 1. col. 21. C. de deſert. li. 12. vbi per multas col. ante & poſt aggreditur materiam propoſitionis.* De Bottis.

Robertus &c. Iuſtitiarijs Capitinatæ &c. * Ad peruerſorum refrænandam audaciam, & cohibenda delicta, quæ ex frequenti affluentia abundarunt, pridem ordinatio noſtra præceſſit, quòd nullus ex officialibus regni cũ aliquo captiuo, vel alio, ſi propter ſuos exceſſus plectẽdus perſonaliter foret, componere pecuniariè quoquomodo præſumeret, ſed eorum quilibet contra eum de ſuis demeritis ad pęnalem vltionem illi procederet inferendam. ſed quia ordinatio ipſa ſicut aliquorum ex officialibus noſtris facta nobis inſinuatio patefecit, aſperitatem quandam iuſtitiæ videbatur cõtinere, proculdubio & rigorem eo quòd bonos & malos pariter includebat, ipſiſq; officialibus in huiuſmodi caſibus noſcebatur fore pecuniaria compoſitio interdicta, diſtinctione non habita perſonarum, petitum fuit a nobis, vt in hoc noſtrum declarare beneplacitũ curaremus. Nos igitur, qui adminiſtrationem iuſtitiæ diſponimus, ſic moderata regula, ſeruare publicæ diſciplinæ, quòd terminos atrocitatis exceſſum nõ habeat, & remiſſionem nimiam, qua vileſceret non includat, inſinuationi huiuſmodi reſpondẽtes, præmiſſam ordinationem noſtram de certa noſtra ſciẽtia, harum ſerie duximus declarandam, cui declarationi prædictam noſtram ordinationem obſiſtere volumus, videlicet quòd ſi perſona aliqua non malæ conditionis, & famæ, quenquam offenderit, vel percuſſerit, nec lethale vulnus intulerit ex offenſione, vel percuſſione huiuſmodi offenſi, ſeu percuſſi membri mutilatio non ſequatur, ad compoſitionem pecuniariam admittatur, ſiquidem officiali noſtro, in cuius iuriſdictione id patrari contigerit, cũ conſilio iudicis, & actorũ notarij, quos habet à noſtra Curia, viſum fuerit: in perſonis autem malæ conditionis, & famæ primam ordinationem noſtram præcipimus tenaciter obſeruari, daturus illam in pendenti poſt tuam amotionem tuo in eodem officio ſucceſſori, per quem alioſque ſucceſſores ſuos volumus illam ſimiliter obſeruari.

Data Neap. per Ioan. Grillum &c. Ann. 1334. die vlt. Octobris. 3. indictionis, Regnorum noſtrorum anno 26.

De reuocatione occupatorum demanij regij ad ipſum demanium. Rubrica.

Robertus &c Iuſtitiarijs Capitinatæ &c. Vniuerſis & ſingulis præſentis edicti ſeriem inſpecturis. Ex commiſſi nobis regiminis noſtrorum iura fidelium iuſtitiæ cenſura defendimus: non indignum ergo fore conſpicitur, ſi deperdita fiſci noſtri patrimonia perquiramus, quoniam in Terris & locis noſtri demanij Regni Siciliæ, præcipue autem in ciuitatibus Neapolis, Salerni, Capuæ, Auerſæ, & partium earundem, quàmplura bona vaſalli, poſſeſſiones & iura, quorum quædam de iure pertinent ad ipſum noſtrum demanium ex antiquo, aliqua verò varijs ſucceſſibus temporis ſunt ad illud ex cauſis legitimis deuoluta, vſurpata ſunt temerè, ac ab eodem ſubtracta & abdicata demanio, per nonnullos ex hominibus ciuitatum, Terrarumq; dictarum, nec non & perſonas alias regni præfati occupata, in graue noſtrum & Curiæ noſtræ diſpendium illicitè detinentur. Et quidem parum prudenter attenditur, quòd reipublicæ noſtro regimini commiſſæ non expedit occupationem & detentionem demanij, aut rerum huiuſmodi præterire ſilentio, quin potius ratio nos multipliciter admonet, & impellit debitum regalis officij, nobiſq; incumbentium grandium agendorum neceſſitas intermiſſa perurget, modos & vias decentes exquirere, congruaq; remedia, quibus opus fore noſcitur, præmaturius adhibere, p quæ ad demaniũ ipſum ſpectantia occupata recuperare vtiliter, & ſimilibus occupationibus ac vſurpationibus in poſterum obuiare. Huius igitur edicti tenore præſcribimus, & publicè diuulgamus omnibus & ſingulis talibus occupatoribus, ſi qui ſunt, & detentoribus cuiuſcunque conditionis exiſtant, dignitatis etiam, ſiue ſtatus, ſub pœna vnciarum auri mille de certa ſcientia diſtrictius iniungentes, vt ipſi omnes & ſinguli quæcunque bona vaſallos, poſſeſſiones, ac earum partium ſita ſunt ad ipſum noſtrum demanium ex quauis cauſa de iure pertinentia quoquomodo, quæ fortè occupata vt præmittitur detinentur, infra duos menſes, à die datæ præſentis edicti computando in antea, manifeſte renuncient, & reſtituant realiter fiſco noſtro. Quod ſi non fecerint, in præſcriptam pœnam ſine vlteriori ſuper hoc habendo proceſſu, vel ferenda ſententia, ſe nouerint incurſuros. Ad cuius executionem tales occupatores, & detentores ſic renitentes, improbos, & quemlibet eorum habita informatione de ipſorum nominibus, per inquiſitiones iam factas, vel faciendas in antea, irremiſſibiliter in hoc caſu pro noſtra Curia procedi mandabimus, & pro illius habitatione non minus ad reuocationem occupatorum faciendam, quæ poſſident, vbi pecunia forſitan pro ſolutione pœnæ non habeatur huiuſmodi, & nihilominus in contumaciam eorundem alia remedia curabimus conſequenter apponere, quæ ad recuperationem occupatorũ huiuſmodi videbimus expedire. Vt autem præſens edictum in communem deueniat notitiam, ſingulorum chartas, ſiue membranas illius ſeriem continentes, pendentique maieſtatis noſtræ ſigillo munitas portis Caſtri noui Neapolis, & domus, in qua regitur Curia Vicariæ appendi fecimus ſeu affigi, qui tenorem edicti præfati, ſuo quaſi ſonoro præconio, & patulo iudicio publicabunt: cum ſit veriſimile nullius latere notitiam, ſed ad omnium notitiam perueniſſe, quod tam patenter in omnium oculis diuulgatur, & in plenioris cautelæ ſuffragium Iuſtitiarijs dicti regni, & earundem Capitaneis ciuitatum, damus per alias noſtras literas in mandatis, vt edictum ipſum per

decretas eis prouincias diuulgent publicè, & per competentia faciant officia diuulgari. Volumus igitur, & fidelitati tuæ de ipſa certa ſcientia noſtra diſtrictè præcipimus, tenore præſentium, quatenus ſtatim receptis præſentibus, præſcripti edicti tenorem per totam decretam tibi prouinciam diuulges, & ex more publicè diuulgari per competentia officia facias, remota qualibet tarditate: præſcriptum autem bimeſtre quo ad occupatores, & detentores eoſdem in tua iuriſdictione ſiſtentes, eo quòd in locis noſcitur magis hinc diſtantibus dignius prouideri, & præſcripto noſtræ ſerenitatis edicto ad eorum ſic cito notitiam nequeat peruenire a die præſentationis præſentium volumus computari.

Data Neapoli per Ioannem Grillum Anno Domini M CCC XXXV. Die 16. Ianuarij. 3. indict. Regnorum noſtrorum anno 26.

Hoc capitulum eſt ad confirmationem capitulorum factorum per Regem Carolum. Rubrica.

RObertus Dei gratia, &c. Salubrem ſtatum, & proſperum fidelium regni noſtri Siciliæ plenis deſiderijs affectantes, capitula, ſiue conſtitutiones editas præclaræ memoriæ per genitores noſtros, pro commoditate & tranquillitate ſtatus eorundem fideliũ confirmamus noſtra ex certa ſcientia, ſub ſerie ſubſequenti.

RObertus Dei gratia &c. Ad perpetuam rei memoriam, & firmitatem. Frequenter ex abundanti robur adijcitur, adeptio plenitudini pluries pro cautela confert, exuberans quidem cautionis ſuffragium rei, quę geritur, vallum manſuræ ſtabilitatis adijcit, & per replicationem actus effectum beneuolum confert, qui eo ſe potius realiter exhibet, quo vehementius fames illum dilectionis adauget, licet ibi auus genitor noſter memoriæ recolendæ pro tranquillitate ſtatus, & commoditate fidelium regni noſtri Siciliæ capitula varia, ſeu conſtitutiones condiderit, quæ ipſorum authoritate cõdentium, & communis boni, ſuadente cenſura robur efficax obtinent firmitatis: vt tamen noſtri vigore præſidij accedat illis abundans cautela ſecurior, & erga ſubiectos noſtros regni præfati, quos apud pium noſtræ gratiæ luſtrat fidei claritas, deuotionis integritas approbet obſequiorum pergrandium creſcens prouinciæ, tanto commendet noſtræ ſerenitatis effectæ, ſicut concurrerit ad præſens in lucem viciſſim procedant, & actualiter demonſtrentur capitula, ſeu conſtitutiones iam dictas integraliter, & in omnibus ſuis partibus confirmamus de certa noſtra ſcientia, & in perpetuum valituras munientes, & iubentes expreſsè omnibus officialibus Regni noſtri Siciliæ, quòd capitula & conſtitutiones eaſdem ſeruent, & tenaciter faciant obſeruari ſub pœnis in dictis capitulis, & conſtitutionibus comprehenſis, & alijs infligendis eis per noſtrum arbitrium, illaque præcipuè, quæ in contemptores iuſſionum noſtrarum, ſicut in ſacrilegis eſt indicta.

Data Neapoli per Bartholomæum de Capua anno Domini &c.

Quocirca fidelitati tuæ pręſentium authoritate mandamus, quatenus prędicta capitula, & conſtitutiones ſub certarũ interminatione pœnarum noſtris ſucceſſiuè temporibus ſeruentur, & faciatis ab alijs obſeruari, prout ad veſtrum ſpectat officium inuiolabiliter, vt tantorum edentium ſtatuta ſeruentur illæſa: & per eorum obſeruantiam, cultu ſeruato iuſtitiæ, ſuccedat per conſuetudines pax amęna, daturi præſentes literas in pendenti.

Data per Bartholomæum de Capua, &c.

De appretio, & modo faciendi in terris, & locis regni. Rubrica.

RObertus Dei gratia, &c. Fiſcalium functionũ exactioni congruæ, per quas reipublicæ * curam gerimus, & onera ſupportamus, opportuno tẽpore proſpicere cupientes, generalem ſubuentionem pro anno inſtanti ſecundæ indictionis, per ſingulas terras, & loca dicti Regni prouidimus imponendam: de cuius impoſitione, proportionali qualitate penſata, contingunt decretam tibi prouinciam, pro ſolita taxatione, vncias tot, Tarenos tot, grana tot, prout hæc in ſchedula, quæ tibi ſub magno ſigillo noſtro tranſmittitur plenius continetur. Quocirca fidelitati tuæ mandamus expreſsè, quatenus ſuper impoſitione prædictarum vnciarum, Tarenorum, & granorum ſolitorum imponi in decreta tibi prouincia pro generali ſubuentione formam ſerues tenaciter infraſcriptam, videlicet, vniuerſitatibus ſingularum Terrarum, & locorum iuriſdictionis tuæ, ſub certa pœna præcipias, vt inſtanter ſub ipſarum vniuerſitatum periculo taxatores, & collectores de melioribus, ditioribus, & ſufficientibus hominibus Terrarum, & locorum ipſorum, pro taxanda, & recolligenda particulariter ſubuentione prædicta ſecundum qualitatem Terrarum, & locorum ipſorum eligant in numero conſueto, & eis honeſto electionis, & approbationis earum, ac quaternis, in quibus continentur nomina, & cognomina ſingulorum hominum, locorum, & terrarum, & aliorum poſſidentium * ibi bona, ſiue alibi habeant incolatum, ad præſentiam tuam mittant: in quibus quaternis apponantur ſigilla Baiulorum, & iudicum earundem terrarum, & eorum ſubſcriptionibus roborentur, vt in vniuerſo eos electos appareat. Itaque ſi taxatores, & collectores ipſi minus idonei fuerint, vel non bene geſſerint: de omnium eorum delectu curæ, ad vniuerſitates ipſas liberè & licitè ſit recurſus, a quorum ſingulis, tactis ſacroſanctis Euangelijs, recipias ſacramentum, vt ipſi & eorum ſinguli quantitatem pecuniæ pro ſubuentione ipſa ſingulis Terris, & locis decretæ tibi prouinciæ, vel per Curiam impoſitam, & taxatam, iuxta tenorem ſchedulæ quam de taxatione eiuſdem ſubuentionis factæ in eadem Curia de Terris, & locis eiſdem ſub ſigillo noſtro tranſmittimus nemini deferentes prece, vel pretio, timore, gratia, vel amore: nec opprimentes aliquos vltra ęquum, attentis facultatibus, prouentibus, & familijs, ex quibus onera, vel vtilitatem reportant: ac expenſis etiam ſingulorum ęqualiter, & cum omni prouiſione particulariter ipſos taxent, ita quòd quilibet pro modo facultatum ſuarum taxetur: omnibus prędictis attentis, & alter alterius indebita onera non reportet: ſic quòd nullus a taxatione & ſolutione ſubuentionis ipſius niſi aliquod priuilegium ſpeciale indulgeat, eximatur. De prędicta verò particulari taxatione ſubuentionis ipſius in ſingulis terris, & locis decretę tibi prouincię fieri facias quatuor quaternos conſimiles: quorum vnum tibi retineas, alium collectoribus, & taxatoribus ipſis ſub tuo ſigillo dimittas, tertium in ęde ſacra deponi facias, vel apud aliquem idoneum virum & fidelem in qualibet Terrarum, & locorum ipſorum eligendum, & approbandum ad hoc per vniuerſitatem loci, & Terrę cuiuſlibet tuo ſigillatum ſigillo oſtendendum, gratis, melius inde

* ADDITIO. Per quas reipublicæ. *Vide Luc. in l. ſi. C. de anno. & trib. lib. 10. quæ. de bonis reddititijs feudo. vide Parid. de reintegr. feu. cap. 16.*

* ADDITIO. Poſſidentium. *Vide Gui. Pa. in dec. 5. & 7.* De Bot.

inde receptis ſingulis de Terra ipſa ſcire volentibus quantitatem pecuniæ ſibi impoſitam de ſubuentione prædicta, quoties opus erit, & quātum magiſtris rationalibus magnæ Curiæ noſtræ, dilectis conſiliarijs, familiaribus, & fidelibus noſtris infra menſem vnum, & medium, poſt receptionē præſentium ſigillatum ſigillo tuo ſine qualibet diſtinctione tranſmittas: & ut quātitati per Curiam impoſitæ de ſubuentione prædicta in ſingulis Terris, & locis ipſis nihil addatur contra intentionis noſtræ propoſitum, & diſpendium ſubiectorum. Vniuerſis & ſingulis uniuerſitatib. Terrarum & locorum ipſorum per tuas ſignifices literas totam quantitatem pecuniæ eis de ſubuentione huiuſmodi contingentem, ſecundum tenorem ſchedulæ ſupradictæ, ita quòd de ſignificatione tua habeas à ſingulis vniuerſitatibus ipſis idoneas literas reſponſales ſimul cum dictis quaternis ad Curiam tranſmittendas. Et inſuper eandem ſubuentionem imponens ſecundum tenorem ſchedulę ſupradictę diligenter inquiras, ſi qua loca dimiſſa sūt a ſchedula taxationis eiuſdem: & ea ſecundum facultates eorum habito reſpectu ad taxationem vicinorum locorum, taxas in tāta quantitate, quam videris competenter pro certo. Quòd ſi huiuſmodi loca dimiſſa non taxaueris, vt eſt dictum, te cum eo, in quo taxari debuiſſent, cum pœna duplici faciemus pro Curia de tuo proprio extorqueri. Cęterùm vt ęqualis ſit cauſa omnium, cùm in ſchedula ipſa, quam tibi ſub prędicto ſigillo tranſmiſimus plures Terræ ſcriptæ ſint, quæ propter incertitudinem facultatum ipſarum commodè taxari nequiuerunt, placet nobis, & uolumus vt ipſas pro focularioru numero, & modo facultatum ipſarum taxari facias, modo & forma in alijs Terris, & locis ſuperius declaratis. Sicut autem ſubuentionem ipſam recolligi facies ſucceſſiuè, ſic ipſam recipias: & nihilo inde retento, vel alicui exoluto, niſi ad mādata noſtra tibi propterea dirigenda, in quibus contineatur datum in Camera noſtra: quæve ſigillata ſint vtroque ſigillo noſtro, magno ſcilicet, & paruo, ad exhibitionem pecuniæ deputatæ prout ſucceſſiuè habueris, ad Cameram noſtram mittas: noſtris inibi theſaurarijs aſſignādam: à quibus exinde habere ſtudeas ſuis uicibus apodiſſam, & a noſtra curia acceptorias literas competentes: quantitatem verò, quam de ſubuentione recollegeris ad prędictam Cameram tranſmiſeris: vel aliquibus de mandato noſtro perſolueris, quibus, quantum & pro qua cauſa ſucceſſiuè, ſicut eam miſeris, vel ſolueris nobis, tuis literis ſignificare procures.

Datum Neapoli per eoſdem magiſtros rationales Magnę Curię, &c. Anno Domini, M CCC XXXIII. die ſeptimo Auguſti, primę indictionis, Regnorum noſtrorum anno vigeſimoquinto.

Quid fiet mortuo Barone. Rubrica.

IN nomine Dei * ęterni, die 8. &c. Apud Fogiam prouiſum eſt per iudices magnę Curię, & infraſcriptos iuris peritos, qui conſilio interfuerunt, & poſt plenam examinationem acceptam & finitam, per totum conſilium regni, &c. quòd ſi decedat ille, qui ad certum ſeruitiū à domino Rege feudalia * quęcunque tenebit in regno: ſucceſſor quicunque ſit, qui tamē eidem poſſit iure ſuccedere, conſideratis ſuper hoc permixtim conſtitutionibus Regni, & Imperij, & eiuſdem Regni conſuetudine longiſſimis tēporibus approbatis infra annum, & diem neceſſe habeat ſe Domini Regis conſpectui, vel eo abſente de regno, ei qui locum ſuum tenebit in Regno perſonaliter præſentare, ſignificaturus * mortē eius, cui intendit ſuccedere, & præſtiturus domino Regi, vel hæredibus ſuis fidelitatem & ligij, homagij iuramentum inter viuentes iure Francorum maior natu, & inter viuentes iure Longobardorū omnes, qui de iure poſſunt ad ipſius ſucceſionē admitti, quo ſubſecuto, aſſecurētur de mādato Regio à vaſallis eorum, iuxta ipſius Regni conſuetudinē approbatam. Quod non tantum ſucceſſoribus mortuorum in Regno prędicto pręſentibus, ſed in quacunque parte, vel loco extra regnum morentur tenaciter obſeruetur. Et ſi poſt prędicti anni tempus * & diem ela-

Quid fiet mortuo Barone. Rubrica.

IN *nomine Dei*. Quidam ſuperſtitiosè dicere voluerunt, quòd hæc ſit conſtitutio ſine cauſa: quia in ea non eſt ſeruata forma condendi leges, quæ ſeruari debet. C. de legi. l. humanum. nec habet authorem, imò qui eam allegat, debet l. Cornelia de falſis puniri, ut dicitur. ff. ad legem Corneliam de falſis. l. finali. ¶ Alij dicunt contra, nam poſtquàm recepta, & ſcripta eſt, & inuenitur inter ea, eam ut capitulum producere, & allegare poſſumus, & debemus: extra de fide inſtrum. ca. paſtoralis. & hoc ibi no. Item uide de ſucceſ. bon. feud. Ca. 2. Reg. anno vij. cap. Conſiderantes grandia. Napod.

* ADDITIO. In nomine Dei, &c. *Vide an annus competens currat a tempore ſcientia, vel a die mortis domini, vel a die adita hareditatis, per Bal. in conſi. 36. ſeu 361. dicit tex. in 3. uolum. in nouis. vide ad intellectum huius cap. qua poſuit in conſil. 79. circa fi. volum. 1. dicit Rom. conſil. 27. in 1. dub. quòd ſi vaſallus infra annum, & diem non petyt inueſtituram, quòd poterit dominus de feudo diſponere. illud cap. de petendo inueſtituram, non habet locum in emptore & donatario, vt per Andr. in cap. ſi minori. ſi de feu. fuer. controuer.* De Bottis.

* ADDITIO. Feudalia. *Limita hoc non procedere in feudo plano & de tabula, vt per Frec. fol. 240. nume. 19. quod non placebat D. Piſanello.* De Bott.

Regni. Quæ ponuntur in conſtitutione Regni, lib. 3. de iure cōpetenti Curiæ poſt mortem Comitis, uel Baronis. l. Comite vel Barone. & l. ſequen. quę incipit, poſt mortem. quibus cauetur, debere denuntiare mortem, ſed non dicit quando, limitando tempus. Sed antequam recipiat à vaſallo ſacramentum aſſecurationis obtenta licentia Curię, alias bona publicantur, vt ibi. Sebaſtia. Napod.

Imperij. Quæ ponitur, 10. col. quo tempore miles. l. ſancimus. quę lex, & quinque aliæ præcedentes ſunt conſtitutiones Imperatoris Lotharij, quas condidit ante ianuam Beati Petri in ciuitate Romana, vt ibi in quarta præcedenti rubrica patet. & etiam Corradus ſuper hoc condidit ſuam l. ut ſequitur in li. de capitulis Corradi. Sebaſtia. Napod.

Conſuetudine. Quæ ponitur in li. feu. hic finitur lex. Incipiunt conſuetudines regni in c. de conſuetudine regni. Sebaſt. Napod.

Ibi, *longiſſimis temporibus approbatis*. No. infra quantum tempus ſucceſſor Comitis, vel Baronis debet nuntiare regi mortem Comitis vel Baronis: vide de hoc conſtit. quæ incipit, poſt mortem. tenendum, ſi maior ætate 12. annor. fuit. Barthol. de Capua.

Infra annum & diem. † numerandum a tempore ſcientiæ: nam ſi habuerit is probabilem ignorantiam, non curret ſibi tempus, ſed eſſet excuſatus, & poſſet propterea iuſtificari. 1. q. 1. ſi quis a ſciſmaticis. & extra qui matrimo. accuſa. poſſunt. cap. cum in tua. Triplex eſt enim ignorantia, ſcilicet ſimplex, probabilis, craſſa, ſeu ſupina. Ignorantia ſimplex eſt uera, & non ſimulata, in qua peccantibus eſt parcendum. 11. quæſt. 3. excellentiſſimus. & capit. ſequenti. 27. quæſt. 2. cap. ultimo. C. de his qui latrones. l. 1. Probabilis similiter excuſatur, ut ſupra. Supina nequaquā. Sebaſtia. Napod.

† ADDITIO. *Etiam ſi ſtaretur per 100. annos. ita Bal. in l. falſam. C. ſi ex. falſ. inſtr. tenet Alexand. vbi ſcripſi, in conſil. 71. in fi. uolum. 1.* De Bottis.

* ADDITIO. Significaturus. *Sed quid ſi vaſallus nō poſſidet, tūc excuſatur. Iacob. in tracta. feud. in uer. qui quidem. col. 8. in fi.*

Quo ſubſecuto. Hodie non fit aſſecurationis litera, niſi ſoluto releuio. Comites autem vſurparunt, & faciunt literas aſſecurationis eorum feudatarijs. Nap.

* ADDITIO. Tempus. *Ex hoc corruit conſil. Cardin. in conſil. 74. 1. dub ubi uoluit, quòd in caſu quo quis ob non petitam inueſtituram ueniret priuandus, requireretur citatio. no. q ad hoc ut priuetur vaſallus ob non petitam inueſtituram, ſufficit ſimplex declaratio Regis volentis vaſallum cecidiſſe eo etiam non citato, & ſic non requiritur ſententia vel proceſſus ordinarius. ita tenet etiam Bald. in l. ſi. in ſi. C. de reuoc. donat. in tantum quòd non poteſt aliter immitti in corpo-*

corporalem poſſeſſionem, niſi ſequuta declaratione, vt conſuluit Alex. in conſi. 103. col. fin. vol. 1. vbi multa ſcripſi, & ad hoc faciunt verba poſita hic, cadant, &c. nam important ipſo iure, & ſine ſententia ſolum per ſimplicem declarationem, vt pulchrè conſuluit Alex. conſi. 6. col. pen. & fin. vol. 3. vide Iacob. in tract. feu. in verbo, qui quidem. col. 11.

pſum, non præſentauerint ſe Domino Regi, vel eo abſente, ipſius locumtenenti, cadant ab omni iure, quod habent vel habere probãt in feudalibus, quę defunctus tenebat, ita quòd ſuper hoc ſequatur ſimplex declaratio, quæ poſſit abſentibus non citatis his procedere, qui ius habere intendebant, & liceat Domino Regi de feudalibus * ipſis, pro ſua uoluntate diſponere, & hoc ſi prædicti ſucceſſores vel ſucceſſor exceſſerint decimumquartũ annum. Si verò ex illo tempore exiuerint ad præſtandum iuramẽtum ſecundum iura cõmunia, ſufficientes & habiles deputentur. Si uerò infra decimumquartum annũ conſiſtant, & ſunt in Regno præſentes, Dominus idem, qui ipſorum baliatum debet habere, eiſdem pupillis de medietate fructuum & obuentionum prouenientium ex feudalibus, quæ defunctus tenuerat, prouideat pro expenſis, de reliqua medietate pro cultura fructuum, & pro ſeruitijs ex ipſis feudalibus iure debito ipſi Curiæ: Sin verò non ſint in Regno cui, vel quibus dicta prouiſio fieri debeat, fructus ipſi, & obuentiones pro dictis oneribus apud Curiam cum integritate remaneãt. Item prouiderunt & poſt plenam examinationem habitam acceptatũ eſt per totum conſilium & confirmatum, quòd ſi minor quatuordecim annis factus maior, ſtatim ꝙ quatuordecim annos exceſſit infra annum, vt quilibet maior tempore mortis defuncti, cui in feudalibus intendit ſuccedere, infra annum & diem nõ pręſentauerit ſe Domino Regi, vel vt ſupra dictum eſt, ipſius locum in Regno tenenti ſuper hoc impedimentum vel infirmitatem, vel aliam iuſtam cauſam euidentem, & probabilem excuſationis allegans, ita demum audiatur, ſi intra dictum tempus anni prędicta huiuſmodi excuſatio per excuſatorem legitimè ordinatum fuerit allegata, & tempore competenti probata, cũ periculoſum in talibus tempus protrahitur, & per neceſſaria defenſa terræ, & pro ſeruitio, quod Curiæ Domini Regis pro feudalibus ipſis debetur. Et ſi propoſita excuſatio probata fuerit, ceſſante impedimento, cum primum potuerit, veniat ad Dominum Regem præſtiturus ei Sacramentum fidelitatis, & ligij, & homagij, & recepturus inueſtituram feudalem, & ab hominibus ſecundum Regni noſtri conſuetudinem iuramentum, fructus tamen medio tempore pro Curia percepti, & obuentiones omnes ad opus Curiæ noſtræ remaneant, tum pro neceſſaria cultura, tum pro ſeruitio, in quo ceſſatum eſt. Et quia iura ante inueſtituram, * & antequam vaſalli ſibi

Præſentauerint. ideſt voluerint præſentare. † ſic eſt enim de conſuetudine regni, ut ſupra de conſuetudine regni eſt &c. Et tunc non eſt inconueniens, quod taliter contumax damnetur, ſeu declaretur propter talem inobedientiam, & tanti temporis cõtumaciam cadere ab omni iure bonorũ feudalium, ut ſubditur. Et niſi hoc infantia, uel inimicitia, uel alia iuſta cã ipſum excuſet, ut in 10. col. quomodo oportet mili. l. ſi vnus. & de ca. Cor. ca. 1. a quibus legibus forte habuit ortũ hoc capitulũ, & ſic illud capitulum cõcordat cũ dictis legibus. Nec eſt mirandum de tam magna pœna, ſcilicet, bonorum omnium feudaliũ, nam & ſimilis pœna imponitur ſecundum conſtitutionem Regni, ut in conſtitutione quæ incipit, Comite, uel Barone, de iure competenti Curiæ poſt mortẽ Comitis uel Baronis. Sic etiam de iure communi ponitur pęna omniũ bonorũ uocato ad munus publicum ſi pertinaci animo latitaret. Omnes enim, qui munera publicorum munerum declinare tentauerint, ſimili conditione teneri oportet. C. de decurio. l. ſi ad magiſtratus, lib. 10. Et alibi, qui pro obſequijs ſuis liberalitatem dñi prouocauit ob feudũ dandũ non eſt dignus eũ retinere, cũ cœperit obſequia negligere, arg. C. de reuo. don. l. 1. & no. Iaco. in 2. tit. Si uaſallus nõ fecerit id pro quo feudum eſt ei datũ. c. itẽ ſi uaſallus. Satis. n. vr̃ eſſe iuſtũ ad obſequiũ fidelitatis denuntiare mortẽ patris Dño generali, a quo feuda tenentur, ſiue mediate ſiue in capite ab aliquo Comite, vel Barone, ut in cõſtõne Regni, poſt mortem, in tit. de morte Comitis uel Baronis nunciãda &c. Alias aũt ſi non nunciaret nõ impeditus ex cauſa, vr̃ velle nõ cognoſcere dñm, quod eſt cõtra fidelitatis obſequiũ, præſertim cõtra honeſtũ & vtile. in 10. colla. de forma fidelitatis, in epiſtola prohibẽti Epo, &c. §. Itẽ de pęna huius cap. non eſt mirandum. Nã in lege Dei legitur, q̃ uox emiſſa eſt in Iudæa & Hieruſalẽ omnib. filijs tranſmigrationis, vt cõgregarẽtur in Hieruſalẽ, & omnib. qui nõ venerũt in tribus dieb. iuxta cõſiliũ Principũ & ſeniorũ, auferrẽ oĩs ſubſtãtia eius, &c. ut in 1. Eſdræ 10. c. & 3. ſimiliter Eſdræ 23. c. in fi. Nã pr̃ occidit filiũ, & frater fratrẽ in virtute obediẽtiæ. Exo. di 33. c. vidẽs ergo Moſes. in fi. & in 3. c. melior eſt. n. obediẽtia, q̃ victima: & auſcultare magis q̃ offerre adipẽ arietũ & ſpẽ lachrymãdi. Et Abrahã ꝓ pceptũ dñi obtulit filiũ Iſaac in holocauſtũ, Ge. 22. Sic & Adã ꝓ p inobediẽtiã perdidit Paradiſum, ut Geneſis 3. c. Et propterea dicit lex, Oẽs obediãt legi, & ſuccũbẽtes horreãt ſanctioni in Auth. vt om. obe. iud. ꝓuin. circa fi. ꝑ vnã col. coll. 6 obediẽtia ſola fidei meritũ poſſidet, ſine qua qſq; fidelis cõuincit, ẽt ſi fidelis eſſe videat̃. 8. q. 1. ſciẽdũ, in fi. Cõſiſtit aũt obediẽtia in trib. in reuerẽtia exhibẽda mãdato ſuſcipiẽdo, & iudicio ſuſcẽdo, vt 93. diſt. in glo. ſum. quæ oĩa vñr oſtenſa per prædictum contumacẽ, ſi non uenerit infra annũ & diẽ, ut hic, cũ ſit hoc præceptum huius c. nec mirum, quia ſic & in c. ut quæ ab excellentia noſtra, contra falſarios monetæ ponitur ſimilis pœna. Napod.

† ADDITIO. *Andr. in cap. ſancimus. lo primo, quo temp. mil. dicit quòd iſta pœna conſueuerunt remitti. pro iſtorum verborum intelligentia ponam duas declarationes Regis Roberti per me extractas à regiſtro. Prima eſt, Nos Rex &c. Significamus vobis Marino de Diano, & Thoma de Salerno, Roberto de Mileto militibus, quòd ſicut accepimus a fide dignis nonnulli ſpiritu cupiditatis aſſumpti & fraudes committere verentes præſertim contra fiſcum noſtrum regni noſtri, qui eſt publicis vtilitatibus præcipuè deputatus pro bonis feudalibus, quæ à Curia noſtra tenent quodammodo occupata ſeu vſurpata pro certis retroactis temporib. nõ præſtiterunt ſeruitium, ſeu adohamentum pro illis Curia noſtra debitum, aliqui vero indiminute ſoluerũt, quidam ſucceſſionis tempore debito non fecerunt pro illis homagium, nec præſtiterunt in camera noſtra releuium. alij bona feudalia ſine aſſenſu noſtra Curia vendiderũt, alienauerũt & in alios tranſtulerunt talis & alias fraudes ſimiles committendo. Nos autem volentes non ad priuationem terrarũ ipſarum in præmiſſis caſibus, ſed ex benignitate noſtra ad compoſitionem procedere, fidelitati veſtræ præſentium tenore committimus, & mandamus, quatenus in præmiſſis caſibus, & ſimilibus pro parte noſtra Curia cum vno ex theſaurerijs noſtris componatis ſecundum ordinationem noſtra Curia in his habitam, vel aliàs ſecundum conditionem, & qualitatem negotij pro vtilitate negotij, pro vtilitate noſtra Curia ſupradicta vobis ſuper his primitus referentes, non obſtante conceſſione, ſeu mandato noſtro contrario in præmiſſis. Datum Neapoli, die 10. Decemb. 1. Indictione.*

Item in alia petitione oblata bonæ memoriæ regi Roberto, quæ talis eſt, & ſequitur infraſcripta decretatio. Supp. Mag. Regis P. de Stella, vt cum annis iam ferè quinque elapſis Dominus Barthol. de Foſſa caca tenens & poſſidens à Curia veſtra caſtra ſeu Caſalia, &c. mortuus fuerit Nicolaus de Foſſa caca eius filius dicta veſtra Curia nondum denuntiauit obitum dicti eius patris, nec alij eius fratres, nec fecerunt inde homagium, & ſoluerunt releuium, nec etiam à dicto tempore mortis dicti eorum patris fecerunt ſeruitium pro illis prædicta Curia debitum, ex quibus omnibus dicta caſtra atque caſalia ſunt ad manus ipſius Curia rationabiliter deuoluta, dignetur eius ſeruitiorum intuitu omne ius omnemque actionem quod & quæ dicta Curia competunt dicto Petro condeſcendere de gratia ſpeciali, & mandare Curia Vicaria, quòd ad reuocationem dictorum caſtrorum procedat iuſtitia mediante. Decretatio. Non intendimus, quòd Barones regni propter tales defectus exhæredentur, dummodo velint defectus huiuſmodi emendare, & non in ipſorum defectibus perdurare poſt iſtas declarationes ſubnectitur capit. volumus, quod eſt infra. Iacób. Anellus de Bottis.

ADDITIO. De feudalibus. *Intelligerem iſtud procedere, quando non ſunt alij agnati proximiores in feudo: nam tunc ipſi admittuntur, prout voluit Andr. in cap. 1. quo tempo. mil. quem ſequitur Socin. conſil. 4. colum. fin. primo volum. nouorum. vide omnino per Andr. ibi, in §. ſancimus. vbi diſcutis intellectum huius cap.* Iacob. Anellus de Bottis.

ADDITIO. Ante inueſtituram. *Contra tenet Andr. in d. c. 1. §. ſancimus. quo temp. mil. dicens, quòd imò ante inueſtituram habet dominium.* Iac. Anel. de Bottis.

de mandato Domini Regis iurent, ille qui ſuccedere intẽdit in Dominium vel quaſi Dominium in feudalibus ipſis non habuerit, & ſua aliquatenus non fuerunt, non eſt ei fructuum, & obuentionum ex feudalibus ipſis prouenientium pro dicto tempore per Curiam receptorum reſtitutio facienda. Inſuper prouiderunt, & poſt plenam examinationem habitam acceptatum eſt per totum conſilium, & firmatum, quòd ſi ille, in quem liberalitas dicti temporis collata eſt, iuxta formam ad ſeruitium deceſſerit, pluribus filijs minoribus derelictis, & exiſtentibus extra tempora pubertatis abſentibus extra Regnũ. Inter eoſdem per literas Prælati pendenti ſigillo munitas, & literis nobilium vicinorum minoribus ipſis per ſcripturas publicas Domino Regi ſignificare procuret, cuius ætatis ſit, & ipſius ſtatura, & forma & quo nomine vocatur, niſi minoritas omnino reſiſtat, ad præſentiã Domini Regis ſe conferat, vt primum poterit, vt propter ipſius abſentiam locus ipſis fratribus relinquatur. Datum, &c.

De compilatione & compoſitione rationum officialium. Rubrica.

RObertus, &c. Nouis morbis, nouis occurri remedijs expedit, vt præcipuè aliquorum officialium auara proteruitas fideles, & nos in iuribus eorum, & noſtris non verentes offendere, in ſuis prauis elidatur conatibus, & qui quotidie in leges committunt, pœnis continuis legis ſeu Principis animatæ legis in terris, iuxta ſanctiones legitimè puniantur. Idcirco non derogando conſtitutionibus, ſtatutis, quibuſcunque ordinationibus bonis, ritibus & conſuetudinibus hucuſque ſeruatis, niſi quantum in his reperirentur aduerſæ, nec eas minuẽdo, ſed illis addendo, in ſua vtpote remanentibus firmitate, infraſcripta duximus ſtatuenda, videlicet, quòd officiales regni noſtri, Iuſtitiarij ſinguli, capitanei quoque, Stratigoti habentes merum & mixtum imperium impunè, videlicet præſentes & futuri: eorum quilibet iudex, & actorum notarius, per curiam ſibi dati & notarius cameræ, prout ad eorum cuiuſlibet ſpectat officium, vt infrà diſtinguuntur: quaternum actorum omnium ordinariorum & extraordinariorum. Quaternum quotidiani introitus, & exitus cuiuſcunque pecuniæ ſiue rerum, tam collectarum quàm prouentuum, cum expreſſione dierum. Quaternum quoq; vbi ſunt conſcripti tenores apodiſſarum, quas fecerunt de receptione rerum, & pecuniæ prædictarum cùm velimus vt de receptione huiuſmodi prouentuum, & aliarum rerum fideliter faciant apodiſſas ſoluentibus, remoto errore ſeu conſuetudine praua abolita. Quas equidem apodiſſas, ſi omiſerint facere, ſicut ſi ſubtraxerint, illa, quæ receperint, & de quibus apodiſſas, ſicut præcipimus, non fecerunt, in nonuplum teneantur. Quaternum mandatorum publicorum, & priuatorum ipſorum, etiam executionum factarum per ipſos. Quaternum de commiſſionibus & mandatis factis per eos perſonis & commiſſarijs quibuſcunque, aut ſui officij, vel mandatorum curiæ. Quaternum inquiſitionum, & proceſſuum ex officio faciendorum per eum in iuriſdictione ſua, vt de eis fiat collatio debita cũ quaterno introitus, ſi a notatis in ipſa inquiſitione recepit aliquid ad opus Curiæ. Quaternum de reſiduis, actis, & mandatis pendentib. etiam aſſignatis ſibi a prædeceſſoribus ſuis, dum ſunt in officio, & officij adminiſtratione durante conſcribant, componant, ſeu conficiant, conſcribi ſeu componi, & confici faciant, ſicut ſucceſſiuè negotia habent præ manibus, de quibus fieri habent, & debent quaterni prædicti: & quaternos eoſdem conficere ſeu cõſcribere & componere poſt eorum depoſitionem officij non expectent. Hoc quidem eſt ab experto compertum, vt fraudis ſuſpicione non careat, ſi id quod habetur in recenti memoria in prolixum tempus faciendum per præſumptuoſam malitiam proteletur: dum contingit perſæpe demi, aut defalcari iura ſubiectorum, & curiæ frequenter etiam occultari. Notarij actorum de actis ordinarijs, & extraordinarijs: de tenoribus apodiſſarum cuiuſcunque pecuniæ, ſiue rerum, quas ſcripſerint, de executionibus quorumcunque mandatorum Curiæ, vel aliorum quocunque modo acta reſpicientibus vel ad acta ſpectantibus inquiſitionum etiam & pro ceſſuum faciendorum ex officio, ſicut prædicitur, quaternos conficiant, & conſcribant. Quaternos cęteros prędiſtinctos notarij Cameræ, vel alij, qui ad hoc per Iuſtitiarios, Capitaneos, Stratigotos, & officiales alios ſtatuuntur, componant: quia ſic ſpectare ad eorum officiũ declaramus. Idem pręcipimus reſeruari per Secretos, magiſtros Portulanos, & officiales alios quocunq; nomine cenſeantur de quaternis, apodiſſis, cautelis, monumentis quibuſlibet, quę fieri debent per eos, & eorum ſingulos, prout ad officium vniuſcuiuſq; ſpectat eorum. Poſt depoſitum autem officium debitam rationem cum pecunia, rebuſque alijs reſiduis penes eum, quaternis prædictis, & alijs ſcripturis, & cautelis debitis infra dies quindecim a die ingreſſus ſucceſſoris vel finiti temporis numerandos, non expectato fine temporis ſyndicationis eorum coram nobis per procuratores idoneos ſub ſigillo eorum in Archiuis præſentatis, de ratione ipſa ponenda legaliter, vt eſt moris, finito ſuę ſyndicationis tempore, perſonaliter compareant in Archiuo iam dicto ad pręſtandum in forma debita conſuetum ſacramentum de ratione ipſa ponenda legaliter, vt eſt moris, aut per procuratorem ſufficienter inſtructum, ſi fuerint iuſto impedimento detenti, inter alia poteſtatem habentem in animam eius ſacramentum præſtandi & computandi primo in Camera noſtra, & deinde finaliter coram nobis, ac ſatisfaciendo de omnibus in quibus per rationem ipſam debitor apparebit, & quòd officialis ſeu procurator miſſus huiuſmodi aut ordinatus & factus integram ſatisfactionem de liquido inueniendo per rationem ipſam completam, diſputatam, & poſitam, abſque ſpeciali ipſius Curiæ licentia, non recedat: quod ſi ſecus fieret, pœnam vnciarum auri quinquaginta Iuſtitiarijs, & Capitaneis, & Stratigotis triginta, a iudice vigintiquinque: actorum notarijs quindecim, & totidem notarijs Cameræ curiæ noſtræ, ſi & quoties ſecus fieret applicandam, & ſi quoties deficient in præmiſſis, aut aliquo præmiſſorum, quod ad cuiuſlibet eorum ſpectat officium, infra quindecim dies, alios ab illo, vel illis, qui in eam inciderint per vos volumus protinus, & irremiſibiliter extorqueri, & ratio ipſa pro non poſita, & non aſſignata in eius diſpendium habeatur. Pœna vnciarum vigintiquinque ſimiliter plectatur, qui durante officio cum ratione ordinaria ſemeſtris temporis infra primos quindecim dies ſequentis ſeptimi menſis procuratorem ſufficiẽtem non miſerit, vel cum miſſus non compleuerit componere, aut ſine prędicta licentia de Archiuo receſſerit infra alios 15. dies exinde per vos, ſicut in proximo eſt expreſſum, & pro nõ miſſa, nec aſſignata ipſa ratio in ſui pręiudicium habeatur. Quaternum quotidiani introitus, & exitus quarumcunque pecuniarum, ſiue rerum collectarum, compoſitionum, atque prouentuum, ſicut prędicitur, nobis ad Archiuum mittere ſingulis tribus mẽſibus

tenaciter

tenaciter videlicet, infra dies primos quindecim quarti menſis ſequentis, ſub pœna prædicta infra alios dies ſequentes. 15. exigenda, ſicut præfertur, toties quoties fuerit contrauentum: Vbi verò a tempore amotionis ab officio trimeſtre tempus non eſſet completum, mittat ſimiliter, vt ſupra, pro eo tempore, quo fuerit in officio commoratus, & ſi aliquod mandatum fiſcale in quaterno mandatorum omiſerit ſcribere, pro quolibet mandato omiſſo, pœnam vnciarum auri duarum ab omittente exigere protinus ſtudeatis, grauiori pœna ſeruata in eos ratione mandati omiſſi, ſi mandatum omiſſum de re magna & non leui eſſet, vel aliàs in omittendo mandatum huiuſmodi fraudulenter proceſſerunt, iuxta noſtrum arbitrium infligenda, & exigẽda ab eis. Volumus etiam quòd de receptione cuiuſcunque mandati fiſcalis per curiam ſibi directi, officialis quicunque cum inſerta forma mandati reſcribere debeat, ad pœnam vnc. duarũ exigendam, vt ſupra, & ſi negauerit facere reſponſales de aſſignatione mandati ſibi facti credatur nuncio iurato, qui portauit mandatum, & ipſa pœna protinus exigatur. Porrò ſi forſitan in præparatione, ſcriptione, ordinatione, ſigillatione, & aſſignatione actorũ, & quaternorum inter Iuſtitiarios, & Capitaneos, ſeu Stratigotos, & iudicem actorum, vel cameræ notarios eueniret diſcordia, durante eorum officio, ſub pœna prædicta vnciarũ auri 60. Iuſtitiarijs, Capitaneis, vel Stratigotis 30. iudici 25. actorum notarijs 15. & totidem notarijs cameræ, cauſa diſcordiæ infra dies 15. poſt ipſam exortam diſcordiam nobis debeant intimare, vt ſecundum terminationem, quam inde feceritis, & reſcripſeritis, ſint concordes. Si verò orta fuerint poſt eorum amotionem, aut ſuper actorum, aut quaternorum eorundem amiſſionem diſcordes extiterint tenaciter nihilominus Iuſtitiarij, Capitanei, ſeu Stratigoti ſub ſigillo ſuo, ac ſigillo eorum alterius ſecum ad ipſam concordiam, aut ſi vterque diſcors fuerit ſub ſuo tantum ſigillo acta eadem, & quaternos, prout ſunt, tunc præſentare, & nobis in rationum auditorio aſſignare. Sed ſi iudex, & actorum notarius concordes fuerint in præmiſſis, ſolo Iuſtitiario, Capitaneo, vel Stratigoto diſcordante, proteſtentur publicè coram eo, quomodo per ipſos non remanet, & proteſtationem huiuſmodi nobis infra idem tempus ſignificent, & ſi in poſterum apparet diſcordiam ipſam, ex cauſa, vel cauſis rationabilibus proceſſiſſe, vos audita ea, vel eis, faciatis exinde quod eſt iuſtum. Si verò eam calumnioſam reperietis, motor talis diſcordiæ pœnæ ſubiaceat ſupra contentæ, ac maiori pro noſtro arbitrio infligẽdæ ab eo infra dies 15. ſicut in ſimili prænarratur. Officialis amotus ordinationem huiuſmodi cum alijs mandatis, actis, pendentibus reſiduis, captiuis, & cauſis detentionis eorum, per ſpãle ſcriptum ſub ſigillo ſuo, infra dies 15. poſtquàm ſucceſſor ingreſſus fuerit prouinciam officium miniſtrando aſſignare procuret ſuo in officio ſucceſſori ſub eadem pœna exigenda, vt ſupra. Et ſucceſſor tranſumptum ſub ſigillo ſuo infra primos octo ſequentes dies ad tardius, ſub ſimili pœna ſimiliter exigenda exhibeat ſucceſſori, proteſtatione præmiſſa per prædeceſſorẽ amotum, ſi fortaſſe ſucceſſor recipere nollet ea, per quam conſtet per eum non ſtetiſſe ſucceſſori aſſignaſſe præmiſſa, de qua proteſtatione & requiſitione confici faciat publicum inſtrumentum in archiuo infra prædictos dies 15. aſſignãdum. Adijcimus inſuper, vt idem ſucceſſor ad eandem pœnam exigendam, vt ſupra, diem ingreſſus ſui ad officium in prouincia ſibi decreta nobis infra 15. dies per ſuas literas ſpãles ſtudeat intimare, & vtrum infra ipſum tempus, vel ne ſucceſſor eius aſſignauerit ei reſidua, & pendentia, vt eſt dictum. Secreti quoque magiſtri procuratores iurium noſtrorum locationes, ſeu venditiones omnium gabellarum, & iurium, infra duos menſes ad tardius, anni cuiuſlibet, a die 1. Septem. in antea numerandos, aut ſi infra ann. poſt ipſos menſes duos locari, aut vendi, ſeu licitari contigerit, infra dies 15. diem venditionis ipſius immediatè ſequentes dilucidè, & diſtinctè, cum quantitatibus pecuniarum, & rerum, contentis nominibus gabellotorum, & fideiuſſorum propterea poſitorum, aditibus factis in vnaquaque gabellarum ipſorum, per quos, qualiter, & quando pactis, conditionibus a ritu dohanæ non diſcordantibus factis per eos gabellotis eiſdem, vel ſi locatæ non fuerint ſubhaſtatione præmiſſa, & alijs ſolennitatibus obſeruatis. cui, vel quibus & qualiter datæ ſint in credentiam procuranda in ſcriptis, nobis ſub eorum ſigillis ad Archiuum tranſmittant, ſub pœna vnciarum auri 25. per vos ab eis, vel ab eo, qui in illam inciderint infra ſequen. 15. dies protinus exigenda, & ad omne damnum, & intereſſe, quod propterea curiæ noſtræ eueniret diſtrictè compellatis eoſdem. Prçterea volumus & mandamus, quòd nullam gabellam, nullaque iura noſtra, ſi apparet, qui competenti pretio vellet emere procuranda committunt, nullaque iura ſibi retineant, nec plures gabellas inſimul vni vendant, ſed quamlibet earum per ſe, debita ſolennitate, nec filijs, aut conſanguineis, aut coniunctis vendant colludioſè, quod quidem colludioſum præſumi volumus, eo ipſo, ſi non contrarium demonſtrabunt, vt libera ſit facultas demonſtrantibus, & augmentantibus iura noſtra in melius promouere, ſub ſimili pœna, damniſque & intereſſe per vos, ſicut ſupra prædicitur, proximè exigendæ. Et cum ſit prohibitum ab antiquo, vt de minus exigendo, vel plus ratione noſtrorum iurium. Quoniam eſt conſuetum, & debitum, ac etiam obſeruatum pactum, vt conuentione officiales ipſi non ineant, ſed iura noſtra integraliter exigant, non minuendo exactionem ipſam in aliquo, vel augendo, pactis, & conuentionibus talibus pœnis & iuramento vallatis tanquàm nullis, & inualidis non obſtantibus quoquomodo, vt dum ipſa iura, ſicut præcipitur, exiguntur, detur, & datur materia licitantibus, & augmentantibus commoda noſtra & vtilitates fiſcales contra vetitum promiſſum, & iuramentum per eos curiç noſtræ proinde præſtitum contrarium faciendi, & maximè cum mercatoribus exteris ignorantibus plerunq; noſtras ordinationes iam dictas, quos quidem decipiunt, paciſcendo cum eis de certa parte non integra debiti noſtri ſoluendo per eos, prætendentes deinde pactũ, & conuentionem inualidam, & contra pactum eorum debitè exigendo. Et dum pactum ſeruant, aliquando in noſtrũ redundat incommodum, licitantibus via præcluſa. Idcircò eorum fraudibus obuiando hoc tantum adijcimus, vt pacto & conuentione huiuſmodi nullo & inualido in noſtrum, & gabellæ noſtræ præiudicium permanente, pactum ipſum illicitum liget in eorum præiudicium paciſcentes, ſi ſoluendo fuerint, vt de eorum proprio quicquid vltra pactum exactum fuerit vſque ad ſolidũ, & debitum deceptis mercatoribus ſortiatur, ſi paciſcentes ipſi per licitationem amoti fuerint, ſi verò remaneãt in gabella, pœnis legitimis, quia contrafecerunt, in ſuo robore remanentibus contra eos. Augmentata quoque gabella ipſa per alios, ſi reperiatur amotum, ſeu amotos gabellotos per augmentum iam dictum, partem habere, vel tenere in augmentata gabella præfata, ſit præſumptio, contra quam nequeat in contrarium probari, quòd in frau-

in fraudem curiæ facta fuerit augmentatio ſupradicta, ad hoc vt mercatores contra pactum initum integraliter ſoluere compellantur, & eo caſu in eorum præiudicium ſeruare pactum illicitum teneantur, licitatione ipſa in ſuo nihilominus robore pro vtilitate curiæ remanente, ita quòd ſi forſitan ab eis fuerit gabella per augmentum aliarum aliqualiter reuocata, teneantur ſucceſſoribus reſpondere,& de eorum proprio computare ſicut ſi totum ius debitum, pacto non inito exegiſſent contra paciſcentes de ſoluendo iure non integro ſocijs ſuis gabellam licitantibus vt prefertur, præcipuè ſi forſan dixerint ſe pactum initum ignoraſſe, omni iure ſeruato, vt contra gabellotos eoſdem, qui ſocij gabellæ reperiuntur cum eis ad ſarciendum ipſis damnum, quod incurrerant,propterea poſſint procedere, ac totum intereſſe ſuum ab illis petere,& habere electionem,quam habet amotus emptor, vel creditor noſtrorum iurium ſuo ſucceſſori, pro tempore quo exercuit ad extalium, vel ad credentiam vendendi, vbi infra triduum ſit amotus non habeat ſicut pro ipſo triduo de promiſſo propter incautum aliquid non lucratur, ſed de perceptis infra triduum teneatur ad credentiam reſpondere. Volumus igitur,& vobis expreſsè mandamus, vt cum præmiſſis quoque omnes ordinationes,ritus, & ſtatuta alia quælibet ſuper manutenendis iuribus noſtris,& officialium noſtrorum malitijs compeſcendis ab olim edita, quæ in Archiuo noſtro ſeruantur,tenaciter & intranſgreſſibiliter obſeruetis.

Data Neapoli anno Domini M CCC XVII. die 3. Iulij 15.indictionis,Regnorum noſtro.anno 9.

Volentes itaq; quòd præſcriptæ noſtræ ordinationes, capitula, ſeu ſtatuta tenaciter obſeruentur & vt circa eorum obſeruantiam nullam poſſitis ignorantiam, vel ſupinam excuſationem prætendere, illa vobis denotanda & aperienda prouidimus, vt ſuperius continetur, & fidelitati veſtræ mandamus expreſsè, quatenus ordinationes, capitula, ſeu ſtatuta noſtra prędicta, prout & in quãtum in his tangimini, & ad vos ſpectat quemlibet ſcilicet,ſui officij tempore efficaciter obſeruare curetis, ac faciatis per iudices actorum, Cameræq; notarios vobiſcum per Curiam in prædicto officio pro tempore deputandos,de quibus capitulis,& ſtatutis eiſdem, vt illorum etiã ignorãtiam fortè prætendere non poſsint copiam detis,faciatiſque tenaciter & inuiolabiliter obſeruari. Sciturі pro certo,quòd ille,ſeu illi veſtrum, dictorumque iudicum, & notariorum,qui præmiſſa quatenus,ſcilicet,ad eorum quemlibet,vt prędicitur pertinent,obſeruare contempſerit ſtatutis pœnis huiuſmodi ſubiacebunt, quas ab eis ſi in illis inciderint, ex nunc prout ex tunc mandamus & volumus abſque remiſsionis gratia extorqueri. Præſentes autem literas,ſtatim poſt amotionem tuam ab eodem officio,ſucceſſori tuo dare ſtudeas in pendenti:deinde ad ſucceſſores alios ſucceſsiuis traditionibus alterutrum deriuandas & per eos efficaciter obſeruandas.

Data Neapoli per magiſtros rationales Magnæ Curię noſtræ. Anno Domini M CCC XVII. die 20. Septemb. 1.indictionis,regnorum noſtrorum anno 9.

Literæ Domini Ducis ad magiſtrum Iuſtitiarium, & iudices Magnæ Curiæ de prædictis capitulis. Rubr.

ROBERTUS primogenitus, &c. Nobili viro Ermengano de Sabrano Ariani Comiti,Regni Siciliæ magiſtro Iuſtitiario, dilecto conſanguineo, conſiliario, & familiari paterno, ac ſuo, & eius locum tenenti, ac iudicibus magnæ Curiæ deuotis ſuis ſalutem, & dilectionem ſynceram. Iniunxit nobis inter alia Reuerendus Dominus, & genitor noſter chariſſimus, qui quaſdam literas ſuas, vt capitula regulantia, & diſtinguentia regimen Curiæ ſuæ, cui præerat Dominus Theobaldus de Malobuſſone,Baliſtariorum regni magiſter, & prouiſor Caſtrorum, quæ idem Dominus genitor noſter caſſauit illa originalia, ſcilicet, miſſa pridem Domino Nicolao de Iamuilla, qui tunc Curiam regebat eandem ſub ſigillo miſerimus vobis in ſcriptis, & ea per vos vſque ad prædicti genitoris noſtri beneplacitum ſeruari tenaciter fecerimus. Verũ quia prout prædictus Dominus Theobaldus aſſerit, originalia ipſa capitula haberi nequeunt, eo quòd illa dictus Dominus Nicolaus de Iamuilla ſibi retinens apud acta ipſius Curiæ minimè aſſignauit eadé, licet in actis ipſis redacta fuerint. Ecce capitula eadem ex prædictis actis aſſumpta de verbo ad verbum præſentibus inſerta vobis duximus tranſmittenda. Quorum capitulorum tenor per omnia talis eſt.

CAROLUS II. Dei gratia Rex Hieruſalem, & Siciliæ, Ducatus Apuliæ, & Principatus Capuæ prouinciæ & Forchalquerij, ac Pedis montis Comes, Nicolao de Iamuilla militi Regiam Curiam noſtram iuſtitiæ Regenti dilecto conſiliario, & familiari noſtro fideli gratiam noſtram, & bonam voluntatem. De ſtatu noſtrorum fidelium prouehendo in melius, mentanea cura ſoliciti. Ecce capitula de ipſius adminiſtratione officij, quæ condependent a commiſsione de dicto officio tibi facta in ſcriptis redacta tibi ſerie, ſub pendenti ſigillo noſtro tranſmittimus, quæ tempore tui regiminis ſerues, & facias ab alijs obſeruari. In primis cognoſces de omnibus violentijs, iniurijs, grauaminibus atque criminibus de quibus maieſtas noſtra, vel Robertus primogenitus noſter Dux Calabriæ, atque Vicarius noſter generalis poſſet adiri. Nec non de omnibus defenſis iuſtè, vel iniuſtè impoſitis, etiam de pœnis legalibus atque alijs, quæ per priuatos quoſcunque clericos, vel laicos noſtro nomine imponuntur contemptæ fuerint, & præcipuè pro violentijs, iniurijs, & grauaminibus illatis, & inferendis per Comites, aut Barones, vel alios quoſlibet vaſallis, vel vicinis eorum, aut alijs per officiales noſtros, vel quoſuis alios, ſubiectis noſtris, vel alijs quibuſcunque. Ita tamen, quòd officialis merum habens imperium, durante officio nec de cauſa ciuili, nec de criminali, niſi de ſpeciali noſtro mandato reuocari per te valeat, vel etiam coerceri. Item cognoſce de omnibus cauſis ciuilibus excedentibus ſummam illam, vſque ad quam ipſarum cauſarum cognitio ad Baiulos, & pedaneos terrarum iudices,ſeu ſpeciales dominos eorundem ſpectare dignoſcitur. Nam de cauſis ad præmiſſorum cognitionem ſpectantibus te nullatenus intromittas, niſi prædicti iudices, & alij celerem iuſtitiam miniſtrare differrent, quo caſu, ſi ad mandatum tuum prædicti iudices infra competentem terminum pro cauſarum, & perſonarum qualitate ſtatuendum per te, conquerentibus expeditam iuſtitiam facere, retardabunt, earundem cauſarum, ſeu quæſtionum cognitio, quarum deciſionem, vt præmittitur, prælibati iudices dolo, vel negligentia diſtulerint, ad te liberè deuoluatur.

Item in dictis cauſis ciuilibus, in quibus appareant inſtrumenta legitima, quæ non ſint abraſa, ſed in proprij ſui figura, omni vitio, & ſuſpitione carentia,ſummariè, & de plano procedas. De cauſis vero feudorum, & quorumcunq; bonorum ſtabilium ad fiſcum noſtrum ſpectantium, quæ ad magiſt.Iuſtitiarium regni, & Iuſtitiarios regnorum ſecundum diſtinctos ordines pertinere noſcuntur,

noſcuntur, te niſi per viam appellationis, vt ſubditur, nullatenus intromittas. Item habebis ſub cura, & protectione tua eccleſias, & perſonas eccleſiaſticas, pupillos, orphanos, & viduas, omneſque miſerabiles perſonas, & eas ab omnibus indebitis grauaminibus, & moleſtijs per conuenientia remedia protegas, & defendas, poſſiſque ſi oppreſſio, vel grauamen contingat, criminis cauſam exinde inquirere per te, vel alium, ex officio, vel per ſpecialem inquiſitionem etiam contra ſpeciales perſonas, ſicut & nos poſſemus in hoc caſu ſpecialem inquiſitionem committere, conſtitutionis regni non obſtante rigore, ac pœnam debitam ſecundum iuſtitiam irrogare. Si verò ex ipſa oppreſſione, vel grauamine ciuilis cauſa tangatur, in prædictis ſpecialibus cauſis procedas, & procedi facias ſummariè, & de plano, ſine ſtrepitu, & figura iudicij, ordine iudiciario prętermiſſo. In alijs autem cauſis, & cognitionibus ad te pertinentibus cum rato iure, & iudicij ordine iuſtitiam obſeruabis. Permittimus inſuper tibi, quòd de cauſis ciuilibus defenſarum, ſeu quarumcunque pœnarum in eadem Curia agitandis, in dubio, ſi partes petierunt, poſſis cum partibus ipſis, dum tamen non excedat ſummam 20. vnciarum componere, cum conſilio iudicum perſonarum conditione penſata. Præterea vaſallis querelam * exponentibus de grauaminibus eis illatis per dominos eorúdem poſſit per te, vel alium idoneum, quem ad id elegeris, inquiſitionem inde ex officio facere ſpecialem, conſtitutione, vel lege aliqua minimè obſiſtente. Item audias cauſas omnes appellationum interiectas a ſententijs ferendis in Curia magiſtri Iuſtitiarij, eaſq; ſecundum iuſtitiam examines, & decidas. Hoc verò capitulum tunc locum habebit, cum de cauſis eiſdem in curia dicti magiſtri Iuſtitiarij principaliter cognitum fuerit: vbi autem non principaliter ipſæ in Curia dicti magiſtri Iuſtitiarij fuerint ventilatę, ſed per appellationis remedium ab inferioribus iudicibus ad eandem curiam deuolutæ, tunc ſi a ſententia lata in præfata curia magiſtri iuſtitiarij appellari contingat, cauſa appellationis eiuſdem coram iudice appellationum noſtrę curię ventiletur, & ſuo marte diſcurrat, vt coram dicto appellationum iudice ſtatutus a iure ad appellandum dierum numerus debitum finem recipiat. A ſententijs verò latis in curia noſtra penes te ſtatuta ſuper cauſis per appellationem a curia magiſtri Iuſtitiarij deuolutis ad appellationum iudicem recurratur. Et verſa vice poſſit appellari ad magiſtrum Iuſtitiarium a ſententijs latis in dicta curia noſtra, & deinde appelletur ad iudicem appellationum. Item accuſator, qui primum curiam ipſam adierit, non poſſit, accuſatione ipſa pendente, in aliqua curia de aliquo crimine, in quo non poteſt interuenire procurator accuſari, vel denunciari, dum tamen ſit paratus in curia ipſa reſpondere pro accuſationibus, vel denunciationibus quibuſcunque, ſua accuſatione durante, & nihilominus fideiuſſoria cautione cauere, quòd accuſatione facta reſpondebit accuſationibus, vel denunciationibus ipſis, coram quocunque iudice competenti. In pręmiſſis autem omnibus reſeruamus nobis poteſtatem addendi, minuendi, & corrigendi, prout & quando videbitur nobis expedire. Mandamus igitur vobis, vt prędicta capitula iuxta Domini patris noſtri iuſſum, eorumque ſeriem in dicta curia magna, vſque ad ipſum paternum beneplacitum tenaciter obſeruetis. Quod ſi vos omnes iudices non fueritis in his, quibus ex vigore prędictorum capitulorum in dicta magna curia procedi continget, interdum fortè prȩſentes illis, vel illi ex vobis, qui prȩſentes fuerint, etiam ſi vnus, vel plures veſtrum in illis procedere cœperit, procedant in eos, aliorum, vel alterius abſentia non obſtante.

Data Neapoli per Dominum Bartholomæum de Cap. anno Domini M CCC VII. die 12. Decem. 11. indictionis, regnorum noſtrorum anno 22.

Cõtra Barones grauātes vaſallos ex officio ꝓceditur.

• Additio. Querelam. *In hoc caſu, quid ſi vaſalli non conquerũtur. dic quòd idem erit ſcilicet ꝙ ex officio procedat. Guido Papa dec. 62. quod etiam videtur imponi per pragm. regis Ferdinandi I. circa fin. & vide de oppreſſis a iudicibus per Luc. in l. 2. verſ. ſed an poterunt. C. de luc. aduocat. lib. 12.* De Bottis.

Vt Comites, & Barones in eorum terris officium magiſtri Iurati per eos, & eorum officiales exercere valeant. Rubrica.

Robertus, &c. Tali Comiti, vel Baroni, &c. Ad quietem publicam, * & crimina nuncianda ſuperiori poteſtati per ciuitates, & loca antiquitatis diſcreta prouiſio curioſos & ſtationarios ordinauit, in quorum vice moderna nouitas magiſtri iurati ſubrogauit officiũ, naturam obtinens officialium eorundem, qui ex communis interpretationis obtentu in terris demanij Regni noſtri eligitur, & per regalis curię ſuffragium approbatur. Sed quia crimina punienda ſunt undecunque claruerint, & ad magiſtri Iurati prędicti ſpectat officium ſuperioribus nunciare crimina, & ad ipſos mittere vinctos reos, in Terris Baronum ipſos, vel eorum officia ſine officij titulo ipſius effectum conſueuerunt realiter obtinere. Sed quia petiuiſti tibi pro cautela concedi, ut in Caſtris, & Terris tuis idem magiſtri Iurati officium effectualiter per te & officiales tuos exercere valeas, ipſius officij titulo non expreſſo, tuis ſupplicationibus inclinati, pro vtilitate communi, tuique cautelę prȩſidio, dummodo per te & officiales tuos fideliter ac ſollicitè id exerceas, plenam tibi de hoc authoritate prȩſentium concedimus poteſtatem, vnde reipublicę cuius intereſt punire ſcelera, ſalutis medela proueniat, & tuo ſtatui cautela ſecuritatis accedat.

Robertus, &c. Vniuerſis, &c. Vulgaris famę * proloquium noſtrorum fidelium murmur, & ſtrepitus, clamoſaque inſinuatio

• Additio. Robertus &c. Ad quietẽ publicam. *Vide Goz. ad. in rub. quõ de malef. cognoſ. per inquiſit. Vide etiã hoc c. in regiſtro Regis Roberti, quod tenet D. Anton. Baraſtutius Aduocatus fiſcalis in c. 69. ſub his verbis, Robertus, &c. Berardo Caracciolo de Neap. militi familiari, & fideli ſuo, &c. ad quietem publicam, & nuncianda crimina ſuperiori prędictis poteſtate per ciuitates & loca antiquitatis diſcreta prouiſio curioſos & ſtationarios ordinauit, in quorũ vicẽ moderna nouitas magiſtri Iurati ſubrogauit officium naturã obtinens officialiũ eorundem, qui ex cõis interpretationis obtentu in Terris demanij regis tantum eligitur etiam per regalis Curia ſuffragium approbatur. Sanè quia crimina punienda ſunt vndecunque claruerint, & ad magiſtri Iurati prædicti ſpecialiter ſpectat officiorum ſuperioribus nunciare crimina, & ad ipſos mittere victos reos in Terris Baronum ipſi vel eorum officia vel officij titulo ipſius effectum conſueuerunt realiter obtinere. Sed quia petiuſti tibi pro cautela concedi, qua prodeſſe non officere conſueuit, vt in Caſtris & Terris ſuis idem magiſtri Iurati officium effectualiter per te ac officiales tuos exercere valeas ipſius officij titulo nõ expreſſo, tuis ſupplicationibus inclinati pro vtilitate communi tuaq; cautela præſidio, dummodo per te ac officiales tuos id fideliter ac ſolerter exerceas plenam tibi de hoc authoritate præſentium concedimus poteſtatem, vnde reipub. cuius intereſt puniri ſcelera ſalutis medelam proueniat & tui ſtatui cautela ſecuritatis accedat. Datum, &c.* Piſanellus.

• Additio. Vulgaris famæ. *Vide formã & pęnã contra officiales exigẽtes, vel ſurripiẽtes tã fiſcalẽ, quàm priuatã pecuniã, vide Capitula, quæ data fuerũt poſt præcedens capitulum de his quæ conueniũt magiſtro Iurato extracta ab archiuo, & habeo in conſtit. in carta mẽbrana. et uide Luc. de Pen. i l. 1. col. 1. C. de cohort. li. 12.*

in auribus noſtris continuata frequenter, proceſſus illicitos officialium Regni noſtri Siciliæ, immo potius exceſſus informes, quodam notorio diuulgante, nuper motibus noſtris rationabiliter ſuaſerunt, vt de his diligens indagatio procederet, quæ & ſi generaliter vobis ſit cōmiſſa per nos, de ſpeciali tamen conſcientiæ noſtræ gremio, ſicut ſpecialiter contra iniqua patrantes cum exacta deliberatione proceſſit. Hoc attento præcipuè, quòd prædictis fidelibus oppreſſis, fatigatiſque nō modicum, tenuioribus, & debilibus maximè, ſine onere laboris, & ſumptus, proſecutioniſq; periculo remedium noſtræ prouiſionis aſſiſtere, & pœnas ob maleficia ſolui, quod magna ſuadet ratio, eueniret. Vt igitur circa pecuniariam condemnationem officialium eorundem propter ſubitationū anfractus, qui poſſent in hoc nobis materiam difficultatis afferre, cautius procedere valeatis: Ecce modus & forma, quos in his obſeruare nos volumus, & tenere, præſentibus annectuntur. Si officialis fiſcalem pecuniam ſurripuerit, * ſeu ſubtraxerit, nonuplum fiſco noſtro cōponat, arbitrio tamen noſtro eius minoratione ſeruata. Si autem a priuatis ſuperexegerit illicitè, ſi violenter, quadruplum: non accedente violentia, duplum tamen, in omni caſu ſimpli fiat reſtitutio læſo. Si verò recipiat a ſpontè ſoluente, ſi præcedat concuſſio, plectatur quadruplo, de quo ſimplum concuſſo reddatur. Et in hoc caſu hæc pecuniaria coercio, quæ ex faciliori exactione plus exemplum timoris adducit, ex certa noſtra ſcientia loco extraordinariæ coercionis accedat. Concuſſione verò ceſſante, vbi datum fuerit pro faciendo, vel non faciendo negocio, triplum fiſcus noſter accipiat, parti, hoc articulo ſimpli reſtitutione negata, niſi pro redemptione ſui ſanguinis fuerit facta ſolutio, vbi reſtitutionem ſimpli fieri rationabilis æquitas perſuadet. Et quia probationum non eſt anguſtanda facultas, maximè, vt crimina clareant, & ea quæ fiunt, conſueuerūtque fieri clanculo vulgarem probationem, & lucidam communiter habere non poſſunt, propter eorum tamen graſſantiam illam puniri expedit, vt ſit locus exemplo: circa indagationem exceſſuum, hæc forma vobis deſcribitur, quòd de fama prius officialium inquiratur, poſt quod, ſi quidem per duos, aut tres teſtes conditionis electæ, & morum, huiuſmodi probetur exceſſus, ſi bonæ famæ fuerit, data ſibi copia nominum teſtium, non dictorum, niſi aliquid rationabile, & inductiuum merito, & non fruſtratorias dilationes apponat, ad condemnationem procedatis ipſius. Si verò fuerit malæ famæ repertus, nulla ſibi inquiſitionis copia præſtita condemnetur. Vt tamen circunſpectio noſtra attentè prouideat, inueſtiget, & diligenter inquirat, nec inimici ex probabilibus cauſis per vos admittantur in teſtes, & ſi forte per errorem, vel ignorantiam recepti fuerint, ex ipſorum teſtium teſtimonio nulla condemnatio ſubſequatur. Et breuiter ſic vos in hoc circunſpecte & attente ex officio veſtro procedere volumus, tam in perſonis teſtium, quàm in omnibus circunſtantijs alijs, & ſpecialiter, quid ſit zelus deferentis, vel inſtruentis ad inquiſitionem, aut quæ cauſa ipſum ad deferendum, vel inſtruendum induxit, vt omnibus ex officio ipſo ſuppletis ei, contra quem inquiritur ignorantia nocere non poſſit. Si verò per vnum teſtem tantummodo bonæ opinionis, & vitæ contra delatum probetur, & deferens, aut inquiſitionem inſtruens eidem delato dediſſe ſe iuret, maximè ſi data quantitas non ſit magna, & dans ſit honeſta perſona, indubitanter ſequi condemnatio poterit. Sed vbi per teſtem, aut teſtes nulla poteſt de datione pecuniæ, vel alterius ſpeciei interuenire probatio: Si delatus ſit malæ famæ compertus, & aliqua contra eum mouentia rationabiliter, ſeu præſumptiuè probentur, vtpote, dantis captio, & abſolutio ſine cauſa, vel tractatus, ſeu pactiones cum officiali habitæ pro liberatione, vel condemnationis ceſſatione concuſſi, vel fama probetur concuſſum, ſeu impreſſione vexatum, captum illicitè, & calumnioſè pro redemptionis commercio fatigatum, vel quòd res concuſſi, aut reddentis, vtpotè equus, fundus, & his ſimilia inueniantur viſibiliter apud ipſum, vel quòd aliæ veriſimiles contra eum coniecturæ probentur, quas poteſtis ex motu veſtro prudenter & diſtinctè colligere, quàm præſens poſſit declaratio explicare, maximè ubi eſt perſona eius, qui dediſſe ſe dicit, & res, vel quantitas non eſt magna, per ſacramentum dantis poterit noſtra religio condemnare. At ſi officialis fuerit bonæ famæ, & approbatæ opinionis inuentus, quantumcunque probentur præſumptiones, vel indicia contra eum præcipue, vbi deferens, vel inquiſitionem inſtruens leuis comperitur eſſe perſona, ad condemnationem partis non ſufficiat ſacramentum. Sed ſi fortè deferens & inquiſitionem inſtruens ſit honeſta, & approbata, & contra delatum violenta probentur indicia, quantumcunque ſit bonæ famæ repertus, maximè vbi res quæ data dicitur, non eſt magna, delatus proculdubio condemnatione plectetur. Vbicunque autem propter defectum probationis, vt præſcribitur, condemnatio interuenire non poteſt, arguitur tamen de corruptela delatus, probatis indicijs contra eum, vel ſacramento parti præſtito, ſe per iuriſiurandi religionem purgare debebit. Et quia non eſt indulgendum malitijs hominum, nec differendæ ſunt pœnæ contra maleficos, qui immemores ſalutis æternæ fideles noſtros guerrarum turbinibus, bellorum diſſidijs fatigatos admodum, & multis impulſionibus tempeſtatis oppreſſos, contra Deum apertam iuſtitiam, ſacramentum per eos præſtitum maieſtatem noſtram per eorum exceſſus in fide ſynceros, ad deuium deducendo, licentia laxata, criminibus excogitatis, afflixerunt moleſtijs, & angariauerunt preſſuris nefandis, officialibus taliter condemnatis tollimus ex certa noſtra ſcientia appellationis remedium, & ſupplicationibus tantum eis refugium reſeruamus: ita quòd ipſa ſupplicatio non ſuſpendat executionis effectum, niſi quouſque fuerit noſtro conſpectui præſentata. Huius autem noſtræ ordinationis edictum, quòd pro exacerbandis pœnis eorundem officialium, & ipſorum puniendis flagitijs plenis dolis, & homicidijs, periculis, & in conſuetudine propter defectum impunita adductis conſultè fecimus, rationabilis conſilij tenore perpenſo, vſque ad noſtrum beneplacitum temporaliter prouidimus duraturum, vt cum morbi cauſa ceſſauerit, deſinere poſſit lāguoris afflictio, ſicque lex ex cauſa ſtatuitur in tempore, quòd eius aſperitas delinquendi conſuetudinem auferens, purgationem criminum faciat, & ſi res exegerit, in nullo gratiam amabilitatis admittat.

Data Neapoli per Bartholomæum de Capua anno Domini. 1326. die 3. Februarij, 1. indictione, Regnorum noſtrorum anno tertio.

* Additio. Pecuniam ſurripuerit. *Vide ſi pecunia fuit ſubtracta, an teneatur, per Dec. conſ. 473. Quid in ſubſtituto ab ipſis, an pro eo teneātur dicta pœna ſubſtituentes, vide Luc. in l. agentes. col. 4. C. de agēt. in reb. lib. 12. & vide Parid. in tract. ſindic. in ver. an ſubſtituens aliquem, vbi latè examinat.* De Bottis.

Non

• ADDITIO. Alienationis actus. *Meminit Napod. in conſuet. Neapol. incipiente, ſi qua mulier. in ver. de bonis. de mulier. haben. fil. vide Aud. in conſtit. Comitib. in princ. in conſtit. in aliquib. No. quòd bona feudalia ſunt hipothecata pro vita & militia, propterea ſi alienantur, tranſeunt cum hoc onere, de quo vide D. Menadois in deciſ. 10.* De B.

• ADDITIO. Vitam & militiam. *Nota dum dicit, nõ præfatam vitam & militiam ſit aſſecutus, quia videtur ſentire, quòd ſi frater vendit feudum, quòd datur actio contra poſſeſſorem etiam pro vita & militia. puto tamen poſſeſſorem poſſe agere contra venditorem, qui debebat defunctib. ſoluere, vt in ſimili declarat Frãcus in c. ſi. §. porro, col. 1. de offic. ord. in 6. eſt tamẽ in electione fratris conuenire fratrẽ perceptorem fructuum, vt in ſimili Card. in clem. 1. in 11. q. de cenſibus, & quòd poſſit conueniri venditor, vide melius per Petrutium, in l. Imperatores, ff. de vectig. vide Alex. in l. deducta. ff. ad Treb. tu vide Gemin. in conſi. 3. vbi latè. vide Parid. de reinteg. feu. c. 45. Vita & militia eſt onus reale feudi. Idem dicit Andr. in conſtit. Comitib. in princ. & in conſtit. in aliquib. col. 7. Aduerte, quia in caſu huius cap. ſi emptor eſſet cõſanguineus huius fratris, non fieret compromiſſum, iuxta regiã pragmaticam. ita habetur in deciſ. 43.* De B.

Non eſt capitulum, ſed litera declarans iuris ambiguitatem, & prudentium altercationem in regno noſtro, & communiter non habetur inter capitula regni, & eſt notandum. Rubrica.

ROBERTUS Dei gratia Rex, &c. Alienationis actus * quocũq; procedat titulo cũ cãæ trãſit eſſentia, vt recipientem ius trãſferat, vel trãſlationis affectũ per obicẽ impeditionis auertat. Sanè Ioannocti de Andria familiaris & fidelis noſtri oblata nr̃æ celſitudini petitio cõtinebat, ꝙ Franciſcus primogenitus frater eius ad ſupplicãtẽ ipſum fraternũ non habẽs charitatis affectũ, circa bona feudalia in caſalib. M. & N. de prouincia terræ Idrunti poſita, quæ a noſtra regia Curia ex ſucceſſione debita cõis patris eorũ ſub ſeruitio tenebat in feudũ: in quib. idem ſupplicans ſm̃ regni conſtitutiones, moresq́; probatos: militiam eſt habiturus, & vitam Iannocto de Floriaco militi familiari, & fideli noſtro pro certo pretio vẽdidit, alienauit, & tradidit, nihilo reſeruato ſibi pro uita, militiaq; prædictis in eius præiudiciũ, & diſpendiũ manifeſtũ. Supplicauit itaq; p̃ſatus Ioãnoctus, vt circa ſatisfactionẽ, & reſtaurationẽ præmiſſi diſpendij atq; dãni prouidere ſibi cauſa iuſtitiæ, q̃ prõptè, aliàs quàmprimũ de regalis authoritatis præſidio dignaremur. Cuius ſupplicationib. inclinati benignè, quia dictus Frãciſcus venditor plus iuris in emptorẽ prædictũ trãſtulit, q̃ ipſe de cẽſura rõnis haberet: nec ius alterius in ipſa vita, & militia potuit abſorbere. Fidelitati veſtræ p̃ſentiũ tenore cõmittimus: quatenus ſi veritas ſuffragatur aſſertis, dictusq́; ſupplicãs nõ præfatam uitã, & militiã * eſt aſſecutus; cum ipſarum præſtatio realis ſit ratione cenſenda, & tanquã realis tranſire debeat in emptorem præfatũ Ioan. ad præſtandũ dicto Ioannocto petenti in bonis & ſuper bonis eiuſdẽ vitam & militiam, ſecundum formam, & regulã, ac conſuetudinem approbatã, dilatione ceſſante, aptis iuris remedijs compellatis: vt præfatus emptor, atque poſſeſſor exoluat debitũ, & idẽ ſupplicans ſuæ iuſtitiæ cõſequatur effectũ: prædicto feudali ſeruitio ꝑ dictis bonis nr̃æ Curiæ debito, & maiori, ſi maius ꝑpeà ipſi curiæ debeat in aliquo nõ mutilãdo, propterea nr̃is alijs & cuiuſlibet alterius iurib. ſemp ſaluis.

Data Neap. per Barthol. de Capua, &c. anno Dñi 1326. die 5. Decẽb. 10. indic Regn. noſt. anno 18.

Statutum contra Neapolitanos maleficos rapientes virgines ſub colore matrimonij. Rubrica.

ROBERTUS Dei gratia Rex, &c. Vniuerſis * præſentis edicti teriem inſpecturis, tàm præſentibus, quàm futuris, vt ſine mortalis peccati diſcrimine copularet caro carni, ac honeſtis & fidelibus incrementis humanum genus excreſceret, vt multiplicaretur in terris a diuina prouidentia fuiſſe noſcitur inſtitutum, vel ordinatis acceſſibus diuino timore, non quidem in deſiderij morbo, filij Dei filiabus hominum iungerentur, ſed in matrimonijs contrahendis adinuicem prouida cęterum ſanctione introductus certus ordo, modusq́ue ſtatutus, qui cum approbati ſint tanquam dignè colendi circa talia vbi libet obtinent, ſeruantq́ue communiter cultores noſtrę fidei Chriſtianę. In hac autem ciuitate * noſtra Neapoli, quod profecto inplacita recitatione referimus, apud

Statutum contra Neapolitanos, &c. Rub.

ROBERTUS *Dei gratia. Feruentes libidines.* Sumptũ eſt ex Authen. quib. mod. nat. effic. leg. §. illud. & facit. C. vbi ſena. vel cla. l. 1. & in Auth. de mona. §. ſi verò his quidem. Noſtra quidem infirmitas in ruina turpitudinis, id eſt coitus parua eſt. 32. q. 2. §. his ita. vnde difficile eſt continere. 33. q. 5. tunc ſalubriter. & c. ſequenti. Nemo enim poteſt eſſe cõtinens, niſi Deus det, & hoc iſtud ſcire eſt Sapientiæ, cuius donum Dei eſt, ut dicitur Sapientiæ octauo, & inde dicitur arctiſſima uita continentiæ, 28. diſtinct. cap. de his. Et no. hic unum ex incommodis, quæ tales ſequuntur amantes videlicet, quia interdum furiunt, prout hic, & in prædictis concordantijs. vnde & quidam ſapiens ait: Cum amas, non ſapies; cum ſapies, non amabis. Secundum, quia ſemper timent, unde Ouidius in epiſt. Res eſt ſolliciti plena timoris, amor. Tertium cæcitatem incurrunt, ut idem in epiſtolis: Quid deceat, non uidet ullus amans. Quartum indeſinens rei familiaris damnum. Seneca: Semper in amore cauſa damni ſequitur. Quintum. Frequens periculorum incurſio. Fulgentius in libro metriculogiorum: Amor cum periculo ſæpè concordat, & dum ſolum vacat ad id, quod diligit, non poteſt videre quod expediat, & videtur quòd tali amore ligatus, parum dormit, minus edit, & omnis eius actus in amantis cogitatione finitur. Nil beatum credit, quod illi ſit odioſum. Nil ſibi negare audeat, ſine ſolatijs eius, vndique mœſtus palleſcet, dilecta præſentia in repentinaque ipſius viſione tremeſcet, indefeſſisq́ue vinculis nexus: Amantiæ in ſui uiſione tenebitur. Hoc etiam Bernardus ad abbatem Fuſanæ. Mens quã ſemel affecerit charitas ſui iuris eſſe non deſinit, metuitq́ue, nec ſic dolet quod non oportet, ſolicitatur pluſquam voluerit, & vnde noluerit, compatitur, volens miſeretur in uita præclara. Etiam Terentius in Eunucho ſic dicit: Quæ res in ſe neq; conſilium, neque modũ habet ullum, eam conſilio regere non potes, in amore hæc omnia inſunt uitia, iniuriæ, ſuſpitiones, inimicitiæ, impudicitiæ, bellũ, pax rurſum incerta, hæc ſi tu poſtulas ratione certa facere, nihil opus agas, etiam ſi des operam ne cum ratione inſanias. Lucas.

• ADDITIONES. Vniuerſis. *No. ꝙ die 2. Iuny, 11. indict. 1508. in ſacro regio conſi. decretũ eſt, Sanctulum Rubeum de villa Caſoria inquiſitum & carceratum de oſculo per eum illato in perſonam Carmoſinę Rubea filia Saluatoris Rubei de eadem Villa, fore ſub fideiuſſorib. liberandum, & ſic iſtud ca. non imponit pro oſculo pęnã corporalem, quod no. ad huius intellectum. Et die 27. Iunij 3. indict. 1515. in magna Curia Vicarię fuit foriudicatus Ferdinandus Mareſca, ex quo in ſtrata pub. per vim oſculatus fuit D. Angelam de Penna, filiam D. Thomę de Penna, vna cum Natale Coppulari eius ſocio, & dicta ſententia eſt in poſſe Thebra de Valuta.* M. A. Pul.

¶ *No. iſtud, ꝙ rapiens vel oſculans mulierem, punitur pœna, de qua hic, nunquid habeat locum de capiente mulierẽ per uim & eam proſtrante in terram ac carnaliter cognoſcente. videtur ꝙ ſic, quia ſi ponit de oſculãte, ergo fortius de cognoſcente. Vide tu Hippol. in ſing. 65. qui videtur tenere contrarium, licet in caſu ſuo non loquatur de oſculante.*

Adde, ꝙ ſi quis rapuerit aliquam mulierem per vim, qua alias fuerit rapta ab alio de conſenſu mulieris, quòd iſte tunc raptor euitabit pœnam dicens ſponte rapuiſſe; ita Hip. poſt Pau. de Caſt. in ſing. 74. de oſculo vide Bal. in l. ſi quis non dicam rapere. 7. oppoſ. C. de epiſ. & cler. Iacob. Anellus de Bottis.

• ADDITIO. Ciuitate. *No. ꝙ ex his uerbis narratiuis legis, quæ etiam diſponunt, per ea, quæ latè ponit Iaſ. in l. his uerbis. de teſtam. mil. & in l. vnica, C. quando non pet. par. ꝙ hoc c. refertur tantum in Ciuit. Neapolis, & non in ſuburbijs, vel diſtrictu, vel in Comitatenſes, l. 2. vbi Bart. & alij, ff. de verbor. ſignifi. cap. ſi ciuitas, vbi omnes, de ſent. excomm. lib. 6. Clem. ne Romani, de elect. latiſſime Felin. in cap. Rodulphus, de reſcript. maxime illa eadem uerba ponuntur etiam mixta in deciſione, & ſunt geminata. eſt bene verum quòd cap. videtur factum pro bono pub. ergo debet extendi vt in ſupra alleg. Sed ad hoc reſpondet Bald. in d. cap. Rodulphus ubi dicit, quod ſi extat ſtatutum, quòd*

quoſdam enormes, ille periculoſus, ac peſtilens retrolapſis longe temporibus inoleuit abuſus, imò verius deteſtandaque & abominabilis corruptela, quòd dum aliqui laſciui, & inſolentes iuuenes de ciuitate ipſa, quamuis virginum puellarum corde vulnerătur amoribus feruentis libidinis igne accenſi, & carnalis voluptatis impetu ſuperati, nõnunquam eas incautas & ſimplices inhoneſtis, & impudicis ante portas aſpectibus, & doloſis alijs actibus, ac ſuaſionibus circumuentas, nunc voluntarias, nunc inuitas de parentum domibus clandeſtinè rapiunt, eaſdem velut aues in aucupatorum venacula incidentes, alio ſecum pro libito aſportant & detinent, illisque interdum, parentibus ipſis inuitis, nefando, & ſcelerato concubitu ſe commiſcent. Frequenter verò cum ad raptus properãdos huiuſmodi aperta eis ſe non præbet habilitas, omni prorſus abiecto pudore, ad deoſculandas ipſorum tales amaſias, ſiue in eccleſijs, ſiue in plateis publicis, vbi vident commodius, præcipites illabuntur, per quæ virginalis pudoris maculato decore, peruertuntur improuidè ac inordinatè pernimium, matrimoniorumque cõtractus & perfectiones vltimas præcedere ſolita ſunt, & debentur, iuxta ordinem prænotatum. Præire namque ſolet in talibus parentum ac aliorum conſanguineorum vtriuſque partis prę matura & conſulta prouiſio, eſtque in contrahentium conditionibus æqualitatis, ſeu paritatis, vel quaſi, compenſatio & comparatio facienda. Poſtque requiri & haberi conſueuit, & debet a legum peritis conſilium omni ſtudio, & maturitate digeſtum, & conuentiones, & pacta inter eos proinde mutuo inienda, vt quæ ſint facti, iuris colore fulciantur, quibus initis, & firmatis ſequi debent inter ſponſum & ſponſam patenter & coram amicorum communium multitudine authentica, & ſolennia ſponſalia in facie eccleſiæ: deinde ſecundum quòd Chriſtiana religio exigit, & approbata pariter obſeruatio celebranda. Demum taliter deſponſati, & a ſacerdote, vt moris eſt, in eccleſia benedicti debent in caſto coniugali thoro, prout tanti ſacramenti requirit honeſtas & celebritas ſuggerit, pariter conuenire. Cumque igitur hæc omnia per huiuſmodi raptus actum præcipitem, violentum, & execrabilem toti mundo, quem & nos deteſtantes penitus execramur, nedum peruertant, ſicut ſuperius dictum eſt, immo non abſque animarum pernicie, & Neapolitanorum omnium noſtrorum fidelium ſcandalo diuidantur, maieſtatis offenſa, & regiæ authoritatis noſtræ contemptu confundantur ſæpè totaliter, & tollantur. Noſque talem abuſum, quem diſſimulantes hucuſque per tempora, quòd emendaretur, ſeu attentari deſineret ſperabamus, tolerare ſalua conſcientia nequeuntes vlterius, vel conniuentibus oculis ſine offenſa Dei, * & iuſtitiæ pertranſire, conuocatis prius ad præſentiam noſtram, ſeu noſtri conſilij de infraſcriptis plateis de ipſa ciuitate Neapolis uiris probis, & de negotijs utique ciuitatis eiuſdem habentibus experientiam quotidianam, ac peritiam, & habita vnà cum eis, alijsque noſtris conſiliarijs diligenter & ſpecialiter ſuper his cognitione matura, & plena cum deliberatione conſilij, abuſum eũdem ne inualeſcat in grauius, & periculoſius inculcetur, tollendum fore penitus & caſſandum authoritate præſentis edicti, de certa noſtra ſcientia, decernentes diſtrictius inhibemus, vt nullus de cætero cuiuſcunque ſtatus, & conditionis exiſtat, virgines & puellas eaſdem, aut quaſuis alias mulieres maritatas, aut uiduas cuiuſcunque ſint conditionis, & ſtatus rapere, ſeu

delictum ciuitatis puniatur pro arbitrio poteſtatis, iſtud arbitrium non extenditur ad delictum commiſſum extra ciuitatem in ſuburbijs, & tamẽ ibi erat bonum pub. vt malefici punirentur. l. ita vulneratus. ad leg. Aquil. Item eſt aduertendum, an hoc cap. loquatur contra oſculantes mulieres cauſa matrimonij, vt patet ex eo. cap. & infra ibi taliter, ideſt cauſa matrimonij, cogita. Item hoc cap. in fine, ibi, in opere & corpore ſuo luat, forte poſſet intelligi in pœna corporali, ſcilicet ſi bene ponderatur, illa verba ponuntur habito reſpectu ad raptum, non ad oſculum, aliter non poſſent verificari illa verba, ad punitionem condignã & debitam, & infra, alia digna pęna. Cogita, quia iſta ſunt magni effectus: quia ſi non venit corporalis pœna, debet ſub fideiuſſorib. relaxari, Bar. in l. 3. de cuſt. reo. cap. regni. de tormentis, & in conſtitut. humanitate. Item non videtur abſurdum dicere, quòd pœna huius delicti fuit eo tempore impoſita propter frequentiam, qua ceſſante minoratur pœna. l. aut facta. §. ſi. ff. de pœn. & patet hic in ver. frequenter, & in ver. præcipites illabantur. Item hoc cap. non habet locum in muliere, quæ alias paſſa eſt ſe ſtuprari, vel oſculari & adulterari, ſingulariter Pau. de Caſt. in conſi. 307. viſo dicto ſtatuto. Aduertendum tamen, quòd ſi eſſet uerum, quòd iſtud cap. eſſet fauorabile propter animum & bonum pub. haberet locũ etiam in diſtrictu, per ſupradicta alleg. licèt contradicat Bald. in d. c. Rodulphus, & maxime quia verbum, ciuitas, videtur poſitum pro perſonis, & non pro loco. Bart. in d. l. 2. de verb. ſig. & Philip. in d. c. ciuitas. 1. col. in fi. de ſentent. excom. lib. 6. Pulucrinus.

Maculato decore. Licet enim quis ſponſam ſuam rapiat, & ex hoc ſit impunis, ſecundum canones: tamen dicitur nuptijs iniuriam inferre. 37. quæſtio. 2. ſi quis virginem. cum ibi notatis.

Conſanguineorum. Facit. C. de nuptijs. l. 1. & l. viduæ. & in l. in conuentione. 36. queſt. 2. nullus. vbi legitur. Et nota quòd paria ſunt & pariter punienda, puellam rapere, & regis beneficio poſtulare, imò de iure ciuili non ſunt nuptiæ niſi conſentiant illi, qui coeunt, & illi in quorum ſunt poteſtate. ff. de ritu nuptiarum. l. 2. Lucas.

Conuentiones ſuper dote. 30. quæſt. 5. noſtrates. ſine qua non eſt coniugium contrahendum. 30. quæſt. 5. nullum. Vxor enim accipienda eſt, promiſſis dotibus coram teſtibus, ſecundum l. ritum, quo nuptiæ celebrari ſolent. 31. quæſt. 2. Lotharius, poſt princip. Lucas.

A legum peritis. Nota conſilium iuris peritorum in matrimonijs adhibendum: ſunt enim ſacerdotes. ff. de iuſt. & iure, l. 1. a quorum ſententia pendet cautæ prouerbium.

Benedicti. Ad hoc extra de ſecundis nuptijs. c. 1. & cap. 3. & quod nota. in eis. & 30. q. 5. cap. ſponſus. vbi etiam dicitur, quod eadem nocte qua benedicunt pro reuerentia benedictionis debent ambo in virginitate permanere. Itẽ quod nuptię ſint benedicendæ, patet 2. quæſtio. 4. conſanguineorũ. 27. quæſtio. 2. de coniugali. 35. quæſtio 3. nulli. Lucas.

Deteſtantes. Ab immanitate tanti ſceleris eſt omnibus deteſtandum. 36. q. 1. raptores.

In facie eccleſiæ. Facit extra de clandeſt. deſp. cap. cum inhibitio. vnde clãdeſtina coniugia prohibentur, & nullus ſacerdos intereſſe debet eiſdem, vt ibi, ad idem facit in cõſtitutione de matrimonio publicè cõtrahendo, ſancimus. illa enim quæ ſecundum leges habenda eſt vxor, debet eſſe virgo, caſta, & deſponſata in uirginitate, & dotata legitime, & a parentibus tradita ſponſo, & a paranimphis accipienda, & ita ſecundum euangelium, publicatis nuptijs, liquide ſumenda. 30. quæſt. 5. qualis. aliter enim non dicetur legitimum coniugium, niſi ab his, qui ſuper ipſam fœminam dominationem habere videntur, & a quibus cuſtoditur uxor petatur, & a proximioribus parentibus ſponſetur, & legibus dotetur, & ſuo tempore &c. eadẽ quæſtio. aliter. Impares. n. nuptiæ. & præterea in uilla, ſine teſtibus, & patre non conſentiente factæ, legitimæ non poſſunt uideri, dicit Apulæius. 6. metamorpho. quinimo etiam ea, quæ legitime deſponſata eſt, non illico tradenda eſt viro, ne vileſcat maritus datam, quam ſuſpirauerat ſponſus dilectam, 27. q. 2. inſtitutũ. Sed ſaltem vſq; ad duos menſes non eſt uiro tradenda, extra, de conuerſa. coniuga. c. ex publico. Et not. in dicto cap. inſtitutum. Lucas.

* ADDITIO. Dei. *No. quòd videtur factum pro bono animæ, vnde extenditur iſtud cap. ſecundum glo. & Bart. in auth. ſacramenta puberum. C. ſi aduerſ. vendit.* Pulucrinus.

Conuocatis. No. prudentiam Regis, qui ad condendam legem vocat etiam priuatos & ciues, & in hoc imitatus eſt Iuſtinianum, qui ad legis conſtitutionem conſilium eorum ſequitur, qui tanguntur, ut in Auth. conſtit. quæ ex aſcript. li. mul. in fine. Luc. de Peu.

Inculcetur. Plura enim libertas negligens, & licentia immoderata præſumit, quæ religioſæ iuſtitiæ cenſura caſtigat. 76. diſt. igitur.

• ADDITIO. Trepidus. *Vide tex. cum glo. in l. 1. in princ. ff. de var. & extraord. crim. Bald. in l. ſiquis non dicam rapere, 3. col. C. de epiſc. & cler. Fel. in c. ex literis. ſin. car. per totũ, de conſtitut. ad intellectum huius cap. quod videtur imponere pœnam arbitrariã, item in ver. pœnarum aculeos, & poſtea dum facit mentionẽ de forindicatione, videtur ſentire de pœna mortis. Sed aduerte, quia hoc c. videtur loqui propter frequẽtiam iſtorum delictorum, vt innuit in princ. cũ, vide Alex. in d. l. 1. de var. & extraor. crim. vbi limitat, niſi interueniat amplexus. & quia verbũ aculeos, importat extraordinariam pœnam, tex. cum glo. in l. 1. C. vt infra cert. temp. & tex. in l. qui crimen. C. qui accuſ. non poſ. vbi eſt ſimilis caſus cum d. l. 1. & tamen in d. l. qui crimen, datur pœna extraordinaria, non corporalis, licèt cõtra hoc poſſet dici, ꝙ intelligitur de corporali, non de pecuniaria, ex quo infra dat pœnam pecuniariam, ſcilicet confiſcationẽ partis ſua, ſi eſt filiusfam. Nec obſt. conſtit. terminum vitæ, quia ibi aculeos importat mortem, quia Imperator ibi hoc expreſſe vult, & quia imponitur pro homicidio, & ſic pœna commenſuratur cum delicto. & patet hic, in ver. condignã & debitam pœnam, ex l. ſi. ff. de plag. & idem videtur no. ex ver. ſitturos, quòd idem importat pęnam pecuniariam, l. vos. C. de modo mulct. l. pęnam alias in eo caſu impoſitam de iure communi. glo. in cap. cum clerici. ext. de pac. in antiq. & vide Andr. de Iſer. in cap. 1. 3. col. in ſi. verſ. turpiter leſerit. qui bus mod. feu. amitt. vbi ponit aliqua de oſculãte mulieres, qualiter punitur. vbi dicit ꝙ perinde eſt ac ſi concubuiſſet, & idem tenet ibi Prępoſ. in §. item ſi fidelis, pen. col. in ſi. Sed iudicio meo illud intelligerem, quantũ ad feudi priuationem, non autem quantum ad pœnam corporalem. eſt bene verum, quòd dicti Doctores alleg. glo. in d. l. 1. de extraord. crim. & vide Ange. de malef. in ver.* che hai adulterato la mia donna. & *Fran.*

furari, aut deoſculari taliter, die vel nocte; publicè vel occultè quoquomodo præſumat: Et ſi quis tantæ temeritatis, aut præſumptionis extiterit, qui noſtrum præſens edictum transgredi, vel violare non veritus, talia perpetrare non trepidus, * deinceps attentabit: in eũ vltrices pœnarum aculeos * æſtimet irremiſſibiliter ſæuituros. Volumus etenim, & exnunc prout extunc, iubemus expreſſius, contra delinquentem in huiuſmodi caſibus per noſtros præſides, ad quos ſpectat, etiam ſi nullus accuſator vel denuntiator appareat, ad punitionem condignam, & debitã pro tam graui delicto ex officio cũ ea, quæ expedierit rigiditate procedi: Sic equidem, quòd ſi comparuerit in iudicio euocatus, & conuictus fuerit probatione legitima, digna ſententia condemnetur. Si autem cõtumaciter ſic perduraret, ad forindicationis ſententiam * infra ſemeſtris temporis ſpatium, non expectato anni circulo, ſeu decurſu, prout in huiuſmodi caſibus fieri ſolet: cùm nos ritum omnem obſeruatum in talibus, & regni conſtitutionem ſuper hoc editam exigẽtis ipſius enormitatis delicti tollẽdos omnino duxerimus: & quantũ ad præſentem caſum iuribus, & efficacia vacuandos. Et ſi fuerit paterfamiliàs hic delinquens, bona omnia tam mobilia, quàm immobilia vbicunq; ac in quibuſcunq; conſiſtãt, quæ ipſius delicti commiſſionis tẽpore habere cõpertus extiterit, fiſci noſtri commodis protinus applicẽtur: legitima tanq̃ iure naturę debita eius filijs, ſi quos habet, prout ex beneficio conſtitutionũ regni procedere in bonis, & de bonis eiuſdẽ ſine diminutione ſeruata. Si verò fuerit filiusfamiliàs in parentũ poteſtate cõſiſtens, eũ priuãdum fore decernimus ſucceſſionis cuiuſcũq; cõpendio, tam paternæ ſcilicet, q̃ maternæ: Ita quidem ꝙ vbi haberet fratres forſitan, vel ſorores, portio quæ de paternis, aut maternis bonis quibuſlibet deferri deberet ad ipſum, ad eoſdẽ fratres & ſorores eius, eo ut præfertur excluſo penitus, deuoluatur: ꝙ ſi vnicus parẽtibus ipſis fortaſſe exiſteret, nõ habẽtib. illis aliũ filiũ, niſi ipſum, dictos parentes bona eorũ, vel ad pias cauſas pro animarũ ſalute ſuarũ erogare, & diſtribuere volumus: vel ſi magis elegerint aliũ eis, in illis, quẽ voluerint inſtituere ſucceſſorẽ. Ipſius quoq; cõplices ad præmiſſa, & receptatores eorum, eadẽ pęna, per omnia plectendos eſſe decernimus vt fiãt non diſſimilis pœnæ participes, cũ videantur in culpa quodãmodo fore pares. Et quia mulieres ſæpius amãdi materiã ſe amãtibus ſuis, nutu, & actib. dare ſolent, cum nullus vnquam credatur eſſe adeo impudicus amator, vt amare nõ deſinat, q̃ recuſat amari: Adijcimus, decernentes, vt ſuprà, ꝙ ſi mulier rapta modo pręmiſſo, ſeu furto ſubtracta, ſeu deoſculata, ſuo hmõi raptui, ſubtractioni, ſeu deoſculationi cõſenſerit, oſculari ſe patiẽs, aut fugiens voluntariè cũ raptore, perdat penitus ipſo facto dotes oẽs, ſi quas habet, vel habitura eſſet, & a paterna maternaq; ſucceſſione pariter expulſa, omni eius cõpendio & cõmoditate remaneat irrecuperabiliter ſpoliata. Pro his autẽ omnib. vel aliquo eorundem nullus apud nos intercedere, aut interuenire p̃ſumat, noſtramq; erga eos gratiã, ſeu clementiã implorando. Quod ſi fecerit, a ſuis petitionib. repellendũ indignationẽ noſtri culminis ſe nouerit incurſurum: nihilominus ſoluturum noſtræ Curiæ pœnę nomine, ac pro pœna: ſiquidem fuerit vniuerſitas vncias ducentas, Comes centum, Baro quinquaginta, miles viginti, Burgenſis decẽ: quas ab eis pro ipſa nr̃a Curia irremiſſibiliter exigi volumus, & iubemus. Si verò fuerit de noſtro conſilio ſupplicans pro prædictis, ab ipſo cõſilio penitus repellatur. Et ſi fuerit officialis noſtræ Curiæ, gagiorũ ſuorũ vnius anni priuatione mulctetur. Super his * inſuper cum prædictis, vel aliquo prædictorũ nullus officialium noſtrorũ compoſitionẽ aliquã facere audeat: cùm velimus exigentes pro bono publico, * & proſpero ſtatu ciuitatis eiuſdem, ꝙ vnuſquiſq; ipſorũ circa præmiſſa geſſit in opere, in corpore ſuo luat. * Quòd ſi ſucceſſu temporis rigori iuris, benigna præpõderante clementia, forindicatũ ſeu forindicatos taliter pro præmiſſis contingeret per nos forſitaſſe reſtitui: Declaramus exnunc prout extunc, debere intelligi eos ad honorem dignitatis, & famã reſtitutos eſſe tantummodo, non ad bona: Ita ꝙ in nullo caſu impunè ſe talia cõmiſiſſe gaudeãt: Sed perditionis ſubſtantiæ propriæ perpetuò digna gemant. Nõia verò Neapolitanorũ, ac ẽt platearũ ſunt hæc, videlicet, Thimus Piſcitellus, Ioannes Fazipecorus, Matthæus Tortellus, Ioannes Parillis, Nicolaus

Fran. Curt. in trac. feud. in rub. ex quib. cau. feu. amitt. 4. q. Item omnes conſiliarij fuerunt cõcordes in præinſerto decreto propter illa verba, pęnam condignam, quòd non eſt condigna pœna, licet capitis, pro raptu, adulterio, & oſculo. Pul.

• ADDITIO. Aculeos. *Vide tex. cum glo. in l. 1. C. vt intra cer. tẽp. crim. quæſt. term. Luc. de Penna in l. 1. in ſi. C de numer. & actua. lib. 12. vide ad intellectum horum verborum, quæ dicunt moderni in conſtit. terminum vitæ. 5. nota.* De Bottis.

• ADDITIO. Forindicationis ſententiam. *Ex hoc tex. videtur colligi, quòd ſecundum hoc cap. detur pœna corporalis, alias non militaret forindicatio, ſecundum Andr. de Iſer. in conſtit. de forindica. nec punitur ratione cõtumaciæ, quia non debet eſſe maior pęna contumaciæ quàm delicti principalis, quod hic eſſet.* Puluer.

• ADDITIO. Super his. *No. quia rex videtur tollere hoc caſu pœnam pecuniariam, quæ videtur inducta per illa verba, pęnarum aculeos. Sed quando eſſet arbitraria, qualiter iudex poſſet arbitrari, vide Bald. in l. quicunque. C de ſer. fugit. Felin. in c. ex literis. ext. de conſtit. & in cap. de cauſis. de offic. deleg. Qualiter autem puniatur oſculans mulierẽ extra ciuitatẽ Neapolim, vide Affl. in deciſ. 276.* M. Ant. Puluer.

• ADDITIO. Pro bono publico. *No. per iſta verba, quòd hic debet puniri ſecundum, ꝙ voluit Bart. in l. quod ait, §. exercitus. ff. de infam ſcilicet mitiori pœna, licèt de odioſo ratione pub. vtilitatis extendatur, Alex. conſ. 50. 3. col. lib. 2. & conſi. 217. pen. col. eo. lib.* Puluer.

• ADDITIO. Corpore ſuo luat. *Poſſet & debet intelligi de fuſtigatione, non autem de pœna capitali. Bal. in l. ſi quæcunque. C. de ſer. fug. l. ſiquis id quod, & ibi glo. ff. de iuriſd. om. iud. l. ſi. ff. de in ius voc. l. prima, in ſi. ff. de pœn. Vel poſſumus dicere, quòd iſta verba, in corpore luat, reſpiciunt tempus poſt forindicationẽ, vt apparet ex ordine literæ.* Puluer.

Carazulus, Ligorius de Maſtaro, milites de platea Capuanæ. Ligorius Zozus, Bartholomæus Deoferio, Ludouicus Dentice, Bartholomæus de Caraffa, & Berardus Carazulus milites de platea Nidi. Matthæus de Cũſtantino, Nicolaus Mormillis milites, ac Thimus Coppula, & Gulielmus Archamonus de platea Portæ nouæ. Landonus de Muſtono, & iudex Petrus de Atrano de platea Mercati. Martutius Iſſala, Matthæus de Griffis, Cataldus Macidonus, Pandulphus Mancus, Ioannes Ferillus, & Iacobus Florentinus de platea Portus. Gualterius Siripandi miles, Iacobus Porta, & iudex Marcus de Rocco de Summa platea. Ricomagnus Maza de Salito, & iudex Bartholomæus Puldericus de Arcu, iudex Iacobus Planula de Forcilla, & iudex Corradus Capuanus de ſancto Archangelo. Vt autem præſens edictum ad notitiam perueniat ſingulorum, chartas ſiue membranas illius ſeriem continentes pendenti maieſtatis noſtræ ſigillo munitas maiori eccleſiæ Neapolitanæ Caſtrorum noui, & Capuanæ portis ianuisq; domorũ, in quibus Curia Vicariæ regni, & Capitanei Neapolis nunc reguntur, appendi fecimus, ſeu affigi, cùm non ſit veriſimile vniuerſalem latere notitiam, quod tam patenter omnibus diuulgatur; Mandantes nihilominus edicti authoritate præfati Regenti dictam Curiam Vicariæ, eiusque iudicibus, & eidem Capitaneo tam præſentibus quàm futuris, vt redacta in ſcriptis pariter eiuſdem edicti forma, in actis Curiarum ipſarum ad certitudinem, & memoriam in futurum exequantur illud, iuxta ſui continentiam, prout ad eos pertinet diligenter, ſeruentque tenaciter. Dictiq; Capitanei tradant ſibimetipſis adinuicem amotionum ſuarum temporibus alterutrum in pendenti.

Data Neapoli per manus Ioannis Grilli de Salerno Iuris ciuilis profeſſoris vice prothonotarij regni Siciliæ. Anno Domini M CCC XXXII. die 26. Octobris, primæ indictionis, regnorum noſtrorum anno 14.

Edictum contra cautelam, de honorabili vita ducenda in feudis. Rubrica.

• ADDITIO. Vniuerſis. *Remouet antiquum, per quod dabantur mulieribus maritandis quedam iocalia non ſub nomine dotis, & ſic reſultabat, quòd nunquàm cenſebatur excluſa a feudis. dicit ergo ꝙ ipſo iure dicatur dotata, & ſic excluſa a ſucceſſione feudi, de benignitate tamẽ fit ſuppletio vſq; ad paragiũ.* De B.

CArolus III. Dei gratia Rex Hieruſalem & Siciliæ, prouinciæ, & Forchalquerij, ac Pedis montis Comes. Vniuerſis* pręſentis ordinationis noſtræ ſeriem inſpecturis tam præſentib. quàm futuris. Emergentium rerum confuſa uarietas, & temporum labentium viciſſitudo, more labentis aquæ, ſine prouidentia defluens, & tacitis greſſibus ſine prouiſione tranſcurrens produxit hactenus multa incõmoda regno noſtro, & iura noſtrę Curiæ per exquiſitas aſtutias, & tortuoſas vias, quas ſibi ſępe adinuenit humana ſagacitas multipliciter vſurpauit: ad quod dum intendimus affectu dominico ad augmentum regni, & ad fiſci noſtri compendia, quibus vniuerſalis & particularis ſtatus ipſius regni aperta ratione concernitur, metimurq; ſingula, & animum noſtrum in diuerſa porrigimus, acceſſum ſibi fecit conſideratio noſtræ mentis: idque repetito & deliberato examine dirigentes, & adductis in medium, & diſcuſſis quęſtionibus & argumentis ad reprobationem peruerſæ intentionis humanę, & ad iuſtificationem noſtrę deliberationis conſultæ, ęquum, & congruum fore pręuidimus damnoſas huiuſmodi claudere ſemitas: & patens hucuſque hoſtium forti & irreuocabili vallare pręſidio, domare appetitum, qui rationi non ſubiacet, & ſic prouidere in talibus conſulta, reſcripta, & ſtatuta condendo in populis, vt præſidentis in ſolio honor debitus ſeruetur, & gloria, conculcetur ambitioſa rapacitas, quæ ſuis iuribus ſit contenta: & quæ de iure ad fiſcum noſtrum perueniunt, deiecto quouis obice, prçcluſoq; diſputandi certamine iuſto defenſionis clypeo infallibiliter inquirantur. Sanè, vt huius rei breui ſermonis compendio materia enarretur, conſueuerunt per quendam abuſum nonnulli Magnates, Comites, Barones, & alij Proceres, & Nobiles regni, tam mares, quàm fœminæ in contractis ſeu contrahendis matrimonijs cũ eorum viris, dare amplas pecuniarum quantitates ipſis viris, iocalia, terras, & aurum, & alia bona mobilia, & fixa, ſeſeque mouentia, & vt a ſucceſſione bonorum feudalium, in quibus aliàs ex ſucceſſione auita, paterna, materna, & fraterna: & aliter quocunque modo maritatæ ipſæ mulieres, & indotatæ in cauſis emergentibus de iure ſuccederent, non dederunt, & aſſignauerunt: nec dant, & aſſignant pecuniam, & iocalia, & bona alia in dotem, & dotis nomine: Sed pro honorabili vita ducenda, iocalibus, & ornamentis, aut oneribus matrimonij ſupportandis, & ſuper hoc fecerunt, & fieri faciunt publica inſtrumenta, cum reſeruatione Regij beneplaciti, & aſſenſus: quod fit, & factum eſſe videtur in deminutionem, & fraudem fiſci noſtri, qui quotidie inſupportabilia onera ſuſtinet, & noſtrę Curiæ ſupradictæ: quando præſertim pecunię, iocalia, & res tantę ſunt, quę paragium mulieris maritatę concernant, & cenſeri poſſunt dotes rationabiliter competentes in caſu, quo nulli debet eſſe dubium, quòd mulier maritata, de ſororibus, & alijs hic loquendo, quę maritatę & dotatę per Regni conſtitutiones a ſucceſſione fraterna, & alijs ſucceſſionibus repelluntur, licet videtur eſſe non dotata, venit a ſucceſſione prędicta rationabiliter repellẽda, & Curia noſtra tam de iure, quàm Regni conſtitutione, & conſuetudine, & obſeruantia, ſucceſsioni bonorum feudalium ſano iudicio pręferenda, in quo etiam aliud eſt pro fortificatione cauſę ipſius fiſci, & noſtrę Curię attẽdendum, quòd per ſtipulationes de conſeruandis ipſis rebus, & reſtituendis in caſu ſoluti matrimonij, & per conſtitutiones dotariorum, ſeu tertiariorũ pro qualitate, & quantitate rerum ipſarum datarum pro honorabili vita ducenda ſit, & videatur eſſe vna eademque natura, ſicut & dos. Vnde licet pro temporibus retrolapſis, per quãdam inaduertentiam ſeu negligentiam, & propter modicam ſeu nullam prouiſionem adhibitam in talibus, fiſcus noſter damnificatus ſit pariter, atque lęſus. Et potiſsimè vbi in talibus prędictis conuentionibus, & conditionibus de ſucceſsione futura modo iam dicto interuenit regnantis authoritas, ſeu illius, qui potuit, confirmatio, beneplacitum, & aſſenſus. Nos, quos diuina prouidentia ad regale faſtigium prouexit, & quibus ex alto datũ eſt regere Regna, & ſubditos, leges & ſtatuta condere, & dare populis, atque iura: diligenti examini ſubiecimus iſtam materiam per repetitas vices diſcuſſam per Doctores vtriuſque iuris, pariter & digeſtam: & percepto in plena concordia, & deliberatione ipſorum, ꝙ in huiuſmodi caſibus non fœminæ, vel ipſarum hæredes, ſed fiſcus noſter quantumcunque appareant, & producantur inſtrumenta, de futura ſucceſſione iam dicta, cum ſtipulationibus, promiſſionibus, ceſſionibus, pœnis, reſutationibus, iuramentorum præſtationibus, & clauſulis roborata eſt, rationabiliter ſucceſſurus: dignum duximus, ne talis deteſtandus abuſus in regno noſtro amplius creſcat, ſed ꝙ penitus, & totaliter deleatur. Et vt iura ac debita noſtræ

Curiæ

Curiæ procuremus in talibus prouiſè diſponere, & proſpicere opportunè; Propterea hac edictali ordinatione ſancimus perpetuò valitura,& de certa noſtra ſciẽtia declaramus, quòd tales conuentiones, promiſſiones,& pacta de ſucceſſione futura habenda; in caſu & modo prædicto,denuò non fiant, nec fieri debeant in regno, & factæ hactenus & de cætero forſitan faciendæ,quæ non ſulciantur confirmatione Regia,& aſſenſu, nullum mulieribus ipſis quantumcunq; dicantur & reputentur maritatæ & non dotatę,quę aliàs dotatæ & maritatæ de iure,& regni conſtitutionibus à ſucceſſione bonorum feudaliũ, auitorum,paternorum,vel fraternorum, ſeu alterius cuiuſcunque adminiculum afferat,præſidium,vel iuuamẽ, ſed pro maritatis, & dotatis habeantur, cenſeãtur, & reputentur, & tanquàm maritatæ, & dotatæ a ſucceſſione bonorum feudalium in caſu, prout iura, conſtitutiones, & capitula regni dictant , penitus & infallibiliter repellantur, & Curia ſeu fiſcus noſter in bonis ipſis, ſingulis vicib.ſuccedat, ſuccedere valeat, debeat, ac poſſit, quæſtione,lite,cauſa,controuerſia, obſtaculo, & anfractu ſublatis, ſopitis penitus, & reſciſſis , ipſaſq; fœminas, quæ ſine nomine dotium maritantur , & traduntur uiris, earum quæ iam aſſignantur, ſeu pro ipſarum nomine,atq; parte aſſignata iam fuerint , eiſdem viris bona in pecunia, vel rebus quibuſcunque pro honorabili vita ducenda, & pro iocalibus , & ornamentis ipſius mulieris, vel ſub alia quacunque appellatione , vel vocabulo, ſub ſpe futuræ ſucceſſionis prædictæ exnunc prout extunc,de dicta noſtra certa ſcientia, decernimus, iudicamus,reputamus,tenemus, & cenſemus fuiſſe & fore dotatas de conuenienti paragio, & pro maritatis & dotatis haberi,teneri,cenſeri ipſas, ac etiam reputari, & ſic prout iura mandant, a ſucceſſione bonorum feudalium totaliter excludendæ. Et quia in caſibus prædictis occurrẽtibus ſucceſſionis prædictæ poſſent aliquæ mulieres,quæ p̃miſſo modo abſque nomine dotiũ reperirentur maritatæ, & prętenderent, vel fortè allegarent, aut hæredes ipſarum,res aſſignatas per eas viris earum non æquipollere dotib. de paragio: & per hoc innuerent & dicerent, ſeu allegarent ſe velle & poſſe ſuccedere in bonis ipſis feudalibus , vt claudamus fiſſuras, & extinguamus omnẽ materiam cõcertãdi,declaramus, & declarãdo cenſemus,de dicta noſtra certa ſcientia , ꝙ per hoc fiſco & Curiæ noſtræ quo ad ſucceſſionem in bonis ipſis nullum præiudicium generetur,ſed apertum & liberum habeat aditũ & ingreſſum ad ſucceſſionem eandem,anfractu, obice, & obſtaculo penitus procul pulſo : ipſiſque mulieribus, ſiue eorum hæredibus viæ petendi ſucceſſionem prędictam,ſeu intentandi proinde iudiciũ , ſit ſublata totaliter , & præcluſa. De quadam tamen humanitate volumus , ꝙ in eo caſu Curia noſtra de bonis ſucceſſionis adeptæ teneatur, & debeat ipſis mulieribus tantùm , quòd computatis alijs bonis, quæ reperiantur, vt prædicitur aſſignata, & cenſeri dos de paragio,& rationabiliter dici poſſit. Vt autem præſens edictalis ordinatio noſtra in notitiã, &c.

Conſeruatoriũ in forma ſolenni pro laico cõtra laicum. Rub.

IOanna, &c. Iuſtitiarijs prouinciæ Aprutij citra flumẽ Piſcariæ præſentibus & futuris, ipſorumq; locatenentibus fidelibus noſtris gratiam ſuam, & bonam voluntatem. Ad pręſidentis ſpectat officium iurgia tollere, diſſidia diſſipare, ſicq; prudenter agere ſuæ iuriſdictionis opportuno remedio , ꝙ dum facultas contendendi de facto tollitur, concertandi noxia materia ſopiatur . Sanè pro parte Mariæ de Caſali Paſtiuæ fidelis noſtræ,fuit maieſtati noſtræ expoſitum reuerenter, ꝙ quamquàm exponens ipſa habuerit,tenuerit,& poſſederit,ac habeat, teneat, & poſſideat nunc ad præſens per ſe , ac alios eius nomine tenentes & poſſidentes , iuſtè, rationabiliter, ac pleno iure in dicto Caſali domum vnam ſitam &c. iuxta &c. percipiendo , & percipi faciendo ex ea iura , fructus, redditus, & prouentus prouenientes,& prouenientia ex eadem. Conqueritur tamen memorata exponens, quòd talis de tali loco, iuribus ſuis non contentus, perperam agens, præfatam exponentẽ ſuper poſſeſſione ipſius domus indebitè vexat, & multipliciter inquietat, nõ permittens exponentem ipſam, ſeu aliam, uel alios ſuo nomine ipſius domus pacifica poſſeſſione gaudere. Et alios fructus & redditus ipſius domus, pacificè percipere, & habere, in eius iniuriam , & ipſius exponentis præiudicium ſatis graue. Quapropter eadem exponens ipſi noſtræ maieſtati ſupplicauit attentius , vt ſuper præmiſſis prouidere noſtra Serenitas charitate dominica dignaretur . Nos autem nolentes quenquam ex noſtris fidelibus in ſuis iuribus opprimi, ſeu vexari : Fidelitati veſtræ harum ſerie de noſtra certa ſcientia mandamus expreſsè, quatenus tam tu præſens,quàm vos alij futuri Iuſtitiarij prouinciæ ſupradictæ, ſi ita eſt vt exponitur , ſupplicantem ipſam in poſſeſſione dictæ domus , in qua eſt, & ipſam eſſe inueneritis,quandiu poſſeſsionis ipſius iuſta cauſa durauerit, veſtrorum officiorum temporibus, iuſti fauoris præſidio, manuteneatis , ac etiam defendatis , non permittentes eam ſuper poſſeſsione ipſa, & fructuũ perceptione, & redditu um eorundem , quomodolibet minus debitè moleſtari . Ipſumq; talem , & quoſuis alios turbatores illicitos admoneas, quòd deſiſtant abinde,per grauium impoſitiones pœnarum, & exactiones earum,ſi cõmiſſæ fuerint,aliave iuris remedia,quæ expedire videritis,arctius cohibẽdo, ita quòd vlterius ad nos inde querela non veniat. Et ſuper hoc exinde vobis reſcribere non cogamur . Pecuniam vero totam , quam ex dictarũ exactione pœnarum recipere forſitan vos continget ad Cameram noſtram integrè ſuis vicibus deſtinare curetis,nobiſque deſcribere proceſſum totum, quem in præmiſsis habueritis,ſerioſe, particulariter,& diſtinctè,pręſentibus poſt opportunam,&c. Data, &c.

Conſeruatorium pro laico contra clericum . Rubr.

RObertus Dei gratia Rex Hieruſalem , Iuſtitiarijs Aprutij vltra flumen Piſcariæ præſentibus & futuris &c.Charitatis affectus,* quapropter proximi Deum diligũt ad omnes generaliter ſe extendit, illoſque præcipuè, quos magis coniunctio proxima, & oppreſsionis iniuria tædioſe fatigat. Sanè pro parte viri nobilis Regerij Celani Comitis conſiliarij, familiaris fidelis noſtri dilecti, fuit nobis nouiter conquerẽdo monſtratum, eum tenentem & poſsidentem iuſtè & rationabiliter a noſtra Curia Caſtrum Caſtuli de iuriſdictione ſua cum tenimento ipſius, nec non homines dicti Caſtri Caſtuli vaſallos ſuos ab vna parte, cuius coniungitur territorium Caſtri Viti, & ab alia parte cuius coniungitur territorium Caſtri Iohæ , & ſi qui alij ſunt confines. Venerabilis igitur & religioſus vir Abbas,& conuentus monaſterij ſanctæ Mariæ de Victoria , & conuentus monachorum ipſius monaſterij, eorum iuribus non contenti , ſed confiſi de priuilegio clericali, quo gaudent , necnon fauore vniuerſitatis hominum Caſtri Licij , & homines vniuerſitatis ipſius ſuper poſſeſsione

* ADDITIO. Charitatis affectus. *Loquitur de ſpolio , vel turbatione clerici contra clericũ. adde cap. ad regale faſtigium. ſupra poſitum. vide quæ habẽtur in deciſ.2.* De Bottis.

poſſeſsione dicti territorij, quandoque per ſe, quandoq; per ſubmiſſas perſonas eorum, & dicti monaſterij nomine, turbant indebitè & multipliciter inquietant & moleſtant, non permittentes eundem exponentem, & alios eius nomine pacifica poſſeſsione dictę terræ gaudere, ac fructus, redditus, & prouentus prouenientes ex Caſtro ipſo quietè percipere, & habere. Quinimmo minantur pro parte Caſtrum ipſum capere, & commodis eorum applicare. Amplius ad petitionis inſtantiam dictorum Abbatis, & conuentus certa frumenti quantitas ex iuribus dicti Caſtri proueniens de mandato tui Iuſtitiarij prçſentis fuiſſe ponitur arreſtata, in ipſius Comitis graue præiudicium, & iacturam. Super quo ſubueniri ſibi poteſtatis veſtræ præſidio ſuppliciter poſtulauit. Quia igitur fideles noſtros Regni Siciliæ, quos ſpecialis nobis coniungit charitas, & naturalis amplexus, quibus fauorabilibus libēter proſequimur ab iniurijs per noſtrę protectionis aptè ſuffragium defenſamus. Fidelitati veſtræ harum ſerie, de certa noſtra ſçientia, præcipiendo mandamus expreſſe, quatenus, ſi ita eſt vt exponitur, tam tu præſens Iuſtitiarie, quam vos alij ſucceſsiuè futuri præfato ſupplicanti, ſeu perſonæ legitimæ pro eodem moleſtato taliter, vel turbato aſsiſtetis efficaciter per officij veſtri partes, quod ſuper poſſeſsione dicti Caſtri, territorij, ac perceptione pacifica & quieta iurium, redditũ, & prouentuum, ac fructuum prouenientium ex eodem, nil indebitum per dictos Abbatem, & conuentum, ſeu alios pro eis quomodolibet inferatur, aduerſus iniurias, moleſtationes, & oppreſsiones iam dictas, ſeu eis, & alijs ipſorum, & dictę eccleſię nomine præſidialiter taliter aſtituri, quòd defenſio repellat iniuriam, & vis vi licitè, ac per opportunũ obſtaculum propulſetur. Reſtituturus tu præſens Iuſtitiarie dicto exponenti dictum frumentum penes te exiſtens, ſi illud dicto modo arreſtaueris, ſeu ex iuribus dicti Caſtri prouenerit, prout iuri & iuſtitiæ videris expedire. Prçſentes autem literas, &c.

Data, &c. Et notandum quòd ſimilis litera poteſt fieri pro confratribus cuiuſdam eccleſiæ moleſtatis per clericum ſuper poſſeſſione eccleſiæ confratantiæ eorum, & in caſu quòd fructus non eſſent per officialem arreſtati, non ponatur dicta clauſula, reſtituturus, &c.

Conſeruatorium pro clerico contra clericum. *Rubr.*

• ADDITIO. Finis præcepti. *Vide deciſ. Pedem. quæ loquitur de clerico, qui prætēdit ſe grauatum a Iudice eccleſiaſtico, an poſſit habere recurſum ad Principem ſecularem. ita vel ne. meminit Luc. in l. ſi coloni, col. antepen. C. de agricol. & cenſit. lib. 11.* De Bottis.

Robertus &c. Iuſtitiario Valliſgratis, & Terrę Iordanę, &c. prçſentib. & futuris fidelib. ſuis &c. Finis præcepti * charitas bonum operatur ad omnes, ſed ad domeſticos fidei maxime ſe conuertit, quo fit, vt non ſolum coniunctis & ſubditis humanitas noſtra ſubueniat, ſed ignotis, & exteris præſidium promptæ charitatis aſsiſtat. Sanè Ioannis Tabolacij de Caſtro Villaro canonici Cuſentini fidelis noſtri oblata culmini noſtro petitio continebat, Quod ipſe authoritate quarundam literarum Apoſtolicæ ſedis iuſtè & rationabiliter in diœceſi Cuſentina in ptinen. ſ. Monticini & Martorani quandam præbendam, quę vulgari vocabulo de Caporzano dicitur, cũ tenimento vocato Albu, alijſq; terris cultis, & incultis, iurib. redditib. & prouentib. ſuis oĩbus poſsidet atq; tenet. Quæritur tñ, ꝙ Gulielmus Perſona, & Oliuerius eiuſdē cognominis clerici de Roſſano vna cum certis eorum conſanguineis atque ſequacibus, exponentem ipſum, ſeu procuratores eius ſuper perceptione, vel quaſi perceptione dictorum fructuum, aliorumq; iurium prçfatæ præbendę turbant indebitè & multipliciter inquietant. Super quo dictus poſſeſſor clericus, ad tollendam inquietudinis, & moleſtationis iniuriam, noſtræ authoritatis præſidium implorauit. Nos igitur prouida & intrinſeca pariter diſcuſſione penſantes, ꝙ ſe charitas extendit ad omnes, vt inde pellenda iniuria, & non inferenda lex virtutis aſſumitur, & qui poteſt iniuriam ab alio pellere, ſi non faciat, de culpa notatur, ſicut in ſancto Moyſe patenter apparuit, qui cum vidiſſet Hebræum, ab Ægyptio iniuriã patientem, defendit, ita vt Ægyptium proſterneret, & abſconderet in arena. Fidelitati veſtræ præſentium tenore mandamus, quatenus exponenti præfato, & moleſtato pariter veſtræ iuriſdictionis in his patenti ſuffragio aſſiſtatis, non ſolum per iuris opportuna remedia, ſed per aptę defenſionis præſidialia iuuamenta, non exigentes in iſtis cognitionalia ordinare certamina, quæ in eccleſiarum perſonas, atque negotia non poſſetis communi cenſura, rationabiliter exercere. Sed facta vobis de moleſtatione præfata informatione ſummaria per facti notorium, vel rei euidentiam, famamve publicam, aut inquiſitionem aliam atteſtantem commiſſam moleſtationis iniuriam præmiſſa efficaciter compleat veſtræ diligentiæ promptitudo. In cuius probatione ſufficiat vobis edictum generale proponere, quòd quicunque ſua intereſſe putauerit viſurus accedat producendorum in cauſa prædicta teſtium iuramenta, & oppoſiturus quæ circa huiuſmodi rei ſubſtantiam pro ſe voluerit allegare, hæc quippè mentibus noſtris præmiſſę rationes inſinuant Dominicę charitatis affectus & mentalis compaſſio ſignanter nos excitant, & exempla laudabilia imitanda confirmant. Cum enim ſumus in noſtro Regno Siciliç Domini perſonarũ, ſic tenemur grauatis & oppreſſis aſsiſtere, quòd per brachij noſtri potentiam ſe valeant defenſare. Nam omnis gemens à Saule vexatus, dum à facie perſequentis impellitur, regi Dauid tuto prçſidio prçſentatur, Voſque alij Iuſtitiarij ſucceſsiuè futuri ſic dicto ſupplicanti præſidialiter aſtituri per officij veſtri partes, quòd tam ſuper profeſsione, ſeu quaſi canonicatus prædicti, quàm perceptione fructuum, & obuentionum prouenietium ex eiſdem per eoſdem Gulielmũ Oliuerium, & quoſuis alios turbatores illicitos, moleſtia aliqua minus debitè nullatenus inferatur. Prçſentes aũt literas poſt opportunam inſpectionem earum, remanere volumus præſentanti efficaciter in perpetuum valituras. Data, &c.

De ſpoliatis pro laico contra clericum. *Rubr.*

Robertus, &c. Regenti Curiæ Vicariç Regni Siciliç iudicibus eiuſdem Curiæ, conſiliarijs, familiaribus, & fidelib. gratiam ſuã, &c. Omnis prędatio, & inuaſio quęlibet violenta, iuri ſunt naturali contrariæ, & à præclaræ iuſtitiæ regulis reprobatæ. Diſplicēt hęc nobis, & merito, quin potius pungunt intrinſecus mentem noſtram, per quæ naturæ lex læditur. Impugnatur iuſtitia, in contemptum maioris dominij committitur damnanda præſumptio, & inter fideles noſtros exoritur ſcandalum ciuilis belli, diſcriminum productiuum. Sanè Perottus Scalenſis de Neapoli fidelis noſter, nuper in auditorio noſtro grauiter eſt conqueſtus, quòd cum ipſe teneret, & poſsideret quandam petiam terræ ſitã in pertinentijs ciuitatis Capuæ, ſubiectis, loco & finibus deſignatam. Vicarius venerabilis patris I. Dei gratia Capuani Archiepiſcopi Regni Siciliæ cancellarij dilecti cõſiliarij, familiaris, & fidelis noſtri, de mandato eiuſdem Archiepiſcopi Perottum ipſum poſſeſsione terræ prædictæ

dictæ violenter authoritate propria ſpoliauit, non minus in contemptum noſtri nominis, & honoris, quàm dicti Perotti præiudicium euidens, & iacturam, propter quod præfatus Perottus maieſtati noſtræ ſupplicauit attentius, vt ſuper hoc ei de opportuno remedio prouidere dignaremur. Nos autem hæc, ſi vera ſint, nec immerito abhorrentes, fidelitati veſtræ præſentium tenore cõmittimus, & mandamus, quatenus receptis præſentibus, factaque vobis deinde informatione ſummaria per facti notorium, aut rei euidentiam, famamve publicam, vt aliàs, non per cognitionalem indaginem, quã in clericorum perſonas, atque negotia non poſſetis cenſura communi rationabiliter exercere, antea quoque per vos edicto propoſito, quòd ſi ſua intereſſe putauerit coram nobis comparere debeat, viſurus producendorum ſuper hoc teſtium iuramenta, memorato ſupplicanti ex iniuria dictæ ſpoliationis offenſo circa recuperationem poſſeſſionis eiuſdem, ſi non admittatur ad eam, efficaciter curetis aſſiſtere, auxilijs, conſilijs, & fauoribus opportunis, vt recuperata in ſtatum reducta priſtinum poſſeſſione iam dicta ceſſet iniuria, rapina, & violentia refrænetur. Manutenentes nihilominus, & defendentes eundem in dicta poſſeſſione, poſtquam recuperata extiterit, veſtri præſidij poteſtate. Intereſt quidem noſtra, præcipuè fidelibus noſtris, in huiuſmodi caſibus patenter aſſiſtere, qui pro eorum bonis, & poſſeſſionib. fiſcalia munera quotidie ſubeant: & noſtris neceſſitatibus, ſicut quotidiana experientia comprobat, cum promptitudine deuotæ exhibitionis aſſiſtũt. Prædicta verò terra ſita eſt, vt ponit, in tali loco, præſentes aũt literas, &c. Data, &c.

Priuilegium collegij Neapolitani ſtudij. *Rubr.*

RObertus Dei gratia, &c. Vniuerſis præſens priuilegium inſpecturis tam præſentibus, quàm futuris. Inter virtutum dona nobilium, quas humanis ſenſibus indidit patris æterni ſapientia, ſecularis ſcientię bonitas tanquam à ſuo toto forma ſpecifica, primum nec immerito, locum tenens, non ſolum mentes quibus infunditur, ſed & loca ſtudentium in eadem decenter irradiat, nobilitat, & illuſtrat: ex hac enim homines ipſi reformantur in melius, & perſpicacius, inter vtrunque rectũ vbicunque diſcernitur, ſalutaria conſilia prodeunt, ſtatus vrbium in pace dirigitur, & iuſtitię copia miniſtratur. Hæc itaque tantorum bonorum priuilegijs extollenda, vt dum ſe plenioribus fulcitam libertatibus exhibet, gratius ad ſe filios ſcientes alliciat regentes in ſcientiæ exhortantibus ad ſe trahat per hoc. Sanè grande fuit & non ſine cauſa miniſterium, quod per bonæ memoriæ Dominum patrem noſtrum in ciuitate Neapoli, vtpote, ab adiacentia ſitus, & opportunitatibus alijs accommoda ſtudio, & ſtudentibus opportuna, literalis ſcientiæ ſtudium extitit reformatum, cæteriſque illud libertatibus, & immunitatum largitionibus gratioſè præuentum, ſpeciali ſuo, quod infra de verbo ad verbum diſtinctè ſubnectitur, priuilegio inde facto continentiæ talis.

CArolus primus &c. Circa reformationem, & incrementum continuũ ſtudij generalis, quod in ciuitate noſtra Neapolis prouidit noſtra Serenitas reformandum, eo libenter intendimus, & noſtrum ad hoc præſidium impartimur, quo per effectum ſubſequentem, & fructum eiuſdem ſtudij regni noſtri decus extollitur, & ſubiectorum procuratur vtilitas: & gloria noſtri nominis propagata diffunditur ad remotas partes, & exteras nationes. Quapropter præſentis priuilegij ſerie, notum fieri volumus, vniuerſis & ſingulis, tam præſentibus, quàm futuris, quod nos attendentes diligenter, & ſolicitè circa ſtatum doctorum & ſcholarium omnium in trãquillitate placida confouendum, qui ſub regiminis noſtri præceptione præcipuè in dicta ciuitate Neap. ſcholaſticæ ſunt militiæ deputandi. Volumus, decernimus, & mandamus, quòd in omnibus quæſtionibus, tam ciuilibus, quam criminalibus coram Iuſtitiario ſuo, ſiue conueniantur, ſiue conueniant alios, vel ſcholares, vel ciues, tam Doctores, quàm ſcholares, & ſcriptores eorum, apothecarij, ac cęteri, qui ibidem ratione ſcholarium morantur, audiri & trahi debeant & eorum cauſæ quęlibet coram eo, ſecundum quòd iuſtum fuerit, terminentur: reſeruata tamẽ optione ſcholaribus ipſis iuxta legitimas ſanctiones, ſi cauſam ipſam maluerint coram Archiepiſcopo ciuitatis ipſius, vel ſuo Doctore potius ventilari. Qui ſiquidem Iuſtitiarius creandus, & ſtatuendus per nos, ſi Neapolitanus ciuis fuerit viginti: ſi verò extraneus triginta vncias auri ſcholarium de officij ſui prouẽtibus annuatim habebit: tribus ſibi in miniſtranda iuſtitia communiter aſſeſſoribus adhibendis: vno Vltramontano, videlicet, quem ſcholares illarum partium elegerint: altero Italico eligendo per ſcholares Italiæ: & tertio Regnicola per ſcholares adhibendo Regnicolas. Qui de tribus in tribus menſibus iugiter mutabuntur. Et quia circa forum rerum venalium ſtudentium ſtatus, & ſtudij conſeruatio, in magna parte ſubſiſtit, ordinamus, & volumus, quòd per eundem Iuſtitiarium cum aſſeſſorum conſilio, & Doctorum, ac magiſtrorum ſcholarium in rebus venalibus certa conſtituatur aſſiſia, quæ inter fines modeſtiæ conſtituta, nec emptoribus, nec venditoribus ſit iniqua, inuiolabiliter obſeruetur: certa cõpetenti pœna ipſius tranſgreſſoribus imponenda: quæ exacta & extorta, vt conuenit ab eis, qui in eam inciderint, noſtri fiſci commodis applicetur: deducto tamen ex his alijſque prouentibus officij prædicti Iuſtitiarij ſalario ipſi Iuſtitiario conſtituto. Conſtituantur etiam per eundem Iuſtitiarium & Doctores cum aſſenſu ſcholariũ probi viri ad taxandum hoſpitiorum loeria à ſcholaribus conducenda: ad quam taxationem faciendam tres ſcholares, & tres ciues idonei ordinentur, qui taxent hoſpitia quælibet, quæ ſcholares voluerint, manſione ipſarum dominis congrua reſeruata, ita quòd nullum hoſpitium vltra duas vncias taxetur per annum: ſed certè quãtitates ipſæ, prout vniuſcuiuſque qualitati & conditioni conuenit, æſtimetur. Et vt Philoſophię ſtudio, ad quam laboratur in otio liberius, & quietius dicti ſcholares intendant; expreſſa, & inuiolabili iuſſione mandamus: Quod nullus officialis Curiæ noſtræ, vel ciuis terrę eiuſdem, & ſtationarij, ac ſcriptores eorum, & ad quoſlibet alios ibidem commorantes, ſcholarem trahat ad angariam, vel ad exactionem aliquam, ſeu ſeruitium perſonale, pro ſeruitiis noſtræ Curiæ, vel ciuitatis ipſius; nec de rebus, aut mercibus, quę tranſmittuntur ſcholaribus, & pro eorum neceſſitatibus, tantum per ſtationarios ſuos ius aliquod pedagij, fundici, & dohanæ ſoluatur Baiulis & officialibus ciuitatis ipſius, nullam iuriſdictionem habentibus ſuper ſcholaribus, & prædictis perſonis aliis propter ſcholares ibidem morantibus: nec de eis, & eorum cauſis ſe intromittentibus vllo modo. Et vt ad idem ſtudium, ad quod grauantur, inuitemus vniuerſos ſcholares de partibus vniuerſis, exceptis Romanæ eccleſiæ ac noſtris hoſtibus, ſecurus acceſſus & liber habeatur receſſus; fertile regni gremium, & tranquillum vndecunque ſcholaribus, & accedentibus omnibus cum rebus, pecunia, & ſupellectilibus eorundem

ad eoſ-

ad eoſdem ex omnibus ingreſsibus, tam benigne, quàm liberaliter aperimus fauoris & protectionis noſtræ præſidium pollicentes eis. Præſentis igitur priuilegij noſtri authoritate mandamus omnibus officialibus, & perſonis aliis Regni noſtri, quòd contra prædicta, vel aliquod prædictorum, quæ accurata volumus diligentia penitus obſeruari, contra quod temerariis auſibus nullus penitus obtineat, vel venire præſumat. Quod ſi quis fecerit, tanquam ſacræ ordinationis noſtræ trangreſſor, indignationem perpetuam ſe noſtri nouerit culminis incurſurum. Vt autem prædicta omnia inconcuſſa maneant, & illibata ſeruentur, præſens priuilegium exinde fieri, &c.

Data in Caſtro Nuceriæ Chriſtianorũ per manus Dñi Roberti de Baro, Regni Siciliȩ protonotarij, anno 1266.

De reformatione ſtudij Neapolitani, & interdicendo particulariter ſcholas in vtroq; iure vbilibet infra Regnũ. Rub.

RObertus, &c. Iuſtitiarijs, & officialibus alijs per regnum noſtrum Siciliæ conſtitutis, &c. Grande fuit & non ſine cauſa miniſterium diuis regni Siciliæ Regibus, qui de ſubditorum commodis cogitando, ſtatuerunt, quòd in ciuitate Neapolis literalis ſcientiæ ſtudiũ ſuis continuatis temporibus ſiſteret, vt quia inter cætera virtutum inſignia literalis ſcientia corda nobilitat, regni gubernacula regit & dirigit: non fieret ei de remotis de quærendo neceſſitas, quòd congruè poterat à proximo poſſidere. Hanc profectò & nos prouiſionem tam vtilem imitantes, paternis deſiderijs inhærendo, præfati ſtudij promptuaria ex hoc in illud vberius locupletari diſponimus, & eius radicem in ſurculis, ac in fructu propagines, & Deo propitio augmentare. Et ne prout increuiſſe didicimus ſtudium ipſum deductum informiter per loca diffuſius deminutionem, aut vllatenus alterius damna fleat. Expediens verò fecimus decretum, quòd ſtudium ipſum in vtriuſque præſertim iuris ſcientia in prædicta ciuitate Neapolis vigeat, & continuis ſucceſſibus perſeueret, in cæteris regni locis & particularibus, & ſtudiis, in prædicti iuris vtriuſque dogmatibus interdictis, excepto ſtudio medicinæ, quod inibi exerceri cóſuetudo diuturna teſtatur. Hoc enim & iuris ſcripti ſanctio admonet, & ipſorum Regum traditio conſtitutionis inducit vſquequaque tenaciter obſeruari. Quapropter fidelitati veſtræ præcipiendo mandamus, quatenus receptis præſentibus per terras & ſingula loca iuriſdictionis veſtræ, ſub certa & formidabili pœna, ſtudium & particulares ſcholas in ipſius iuris vtriuſque ſcientia faciatis in teſtimonio publico interdici. Et deinde attentius prouiſuri, quòd ſi ſecus fuerit in ipſarum aliqua quomodolibet attentatum, pœna huius tã ab vniuerſitate loci, quæ ſtudium ipſum permiſerit, quàm à Doctore, qui huic noſtro beneplacito præſumpſerit contraire, pro parte Curiæ irremiſſibiliter exigatur. Taliter, &c. hoc noſtrȩ volũtatis impleri decretũ, ꝙ nõ detur ex defectu veſtro neglectui, ꝙ exinde iam decreta & ſtabilis noſtra opinio tenet, ſicut pœnã ſimilẽ à vobis cupitis non auferri. Data, &c.

Litera Regis & Reginæ contra vſurarios. Rubr.

LVdouicus & Ioanna, &c. Regenti Curiam Vicariæ regni, & iudicibus ipſius Curiæ. Nouiter* noſtræ maieſtati relatũ eſt præpendiũ nodoſæ vobis dubitationis oriri, &c. Condẽnationem fœneratoribus delatis inferendã, eo ꝙ prauitatis huius criminis probatio difficilis cẽleat: nobis harũ ſerie noſtrȩ ſuper hoc, perpẽſa deliberatione conſilij, prouiſionis beneplacitũ accepimus, & volumus quo minus exigẽte immanitate prȩdicta, de certa noſtra ſcientia concedimus & mandamus, quatenus vbi contra aliquem de huiuſmodi illicito crimine publica fama concurrit: Si tres teſtes* fide digni iurati teſtificantur criminatum ipſum in eos exercuiſſe huiuſmodi vſurariam prauitatem, nõ obſtante, ꝙ in eodem teſtimonio ſint ſingulares, & in eorum cauſis propriis quodammodo depoſuiſſe cognoſcantur, habeantur, ac ſi probatum eſſet legitimè crimen, & exinde merita condemnatio ſubſequatur, & illos iuris præſidia non defendant, qui ſpretis ſanctorum patrum decretis in charitatis opprobrium, & proximi perniciem minimè delinquere formidauerunt. Vobis nihilominus de ipſa certa ſcientia adiiciendo mãdantes expreſſius, quatenus in proceſſionibus per vos habitis & habendis contra fœneratores huiuſmodi, & exinde ferendis ſententiis prædictis beneplaciti noſtri mentem, & ſeriem ſtudeatis tenaciter obſeruare, lege vel cõſuetudine qualibet non obſtante in contrarium edita.

Data Neapoli, &c.

* ADDITIO. Nouiter. *De validitate huius c. quia multi tenent ꝙ nõ valeat, vide in per Alex. cõſ. 18. col. 4. uol. 6.* De B.

* ADDITIO. Si tres teſtes. *Si fama publicã concurrit contra vſurarium, ſufficiunt tres teſtes deponentes vſurariũ in eos vſurã exercuiſſe. vide in Calder. in tit. de teſtib. conſ. 5. & 6. vbi an probent, ſi ſunt ſingulares. vide Alex. conſ. 46. col. 1. vol. 3.* De B.

Litera Reginæ Ioannæ. Rubrica.

POndus æquum,* voluntas Domini, & qualitas oneris debita proportione neglecta ſe obiicit æquitati. Sanè pro parte Angeli de S. Seuero fidelis noſtri oblata in noſtro auditorio petitio continebat, quòd cum ipſe T. teneret & poſſideret in ipſo Iuſtitiariatu pro parte ſuȩ vxoris Caſtrum Petrepizulæ ex habitatum ab olim, & totaliter ab incolis derelictum. Et quanquam territorium Caſtri prædicti limitatũ ſit, & diuiſum a Territorijs Caſtrorum Caſalbulæ montis Salbij Geneſtre & Caſtelli franchi ipſis tamen contiguum, ſeu vicinum, domini & homines dictorum Caſtrorum in ipſo territorio Petrepizulæ aſſerentes territorium Petrepizulæ cum territorio dictorum Caſtrorũ fore commune. ſumũt paſcua & incidunt ligna, in iam dicto territorio Petrepizulȩ inuito & renitente prȩdicto Angelo in iuris iniuriam, ac eius præiudicium & grauamen. Quia igitur præfatus T. ſuper his prouideri ꝑ authoritatis noſtrȩ prȩſidiũ implorauit, propterea fidelitati veſtræ tenore prȩſentiũ, de certa noſtra ſcientia, committimus, & mandamus expreſsè, quatenus tu præſens Iuſtitiarie de cõmunione prȩfata, quæ ponitur, diligenter inquiras, & ſi quidẽ ipſa minus legitimè, ſine authoritate eius, q potuit, factã fore cõpereris, cum talis cõio alienationis ſpeciem continere noſcatur,* quæ in feudalib. ſine ſuperioris licẽtia eſt penitus interdicta,

* ADDITIO. Pondus æquum. *Ego reperio in regiſtro, ꝙ hoc ca. eſt Regis Roberti, car. 121. nu. 106. & incipit, Robertus, &c. Iuſtitiarijs Principatus vltra Serras Mõtorij præſentibus, & futuris fidelibus ſuis, &c.*

Vide Affl. in dec. 254. & Loffr. conſ. 25. ꝑ totũ.

Cõmunio in feudalib. ſine aſſenſu non valet. vide quæ latè poſuit Loffre. in cõſ. 25. & Matth. in dec. 290. De Bottis.

* ADDITIO. Noſcatur. *No. ꝙ communio aquãdi & paſcẽdi, quia ſeruitus eſt, ſine ſuperioris aſſenſu, non tenet. fortè poſſet dici, dum loquitur de licentia ſuperioris, ꝙ intelligatur, ſ. Baronis ipſius Caſtri, tamen Loffred. in conſil. 25. col. fi. intelligit de aſſenſu regis. quicquid tamen ſit, ſi attendimus ius commune feudorum, videtur quòd poſſit conſtitui ſeruitus duratura, donec feudum erit penes concedentem. c. 1. §. quid ergo. ibi Doct. de inueſtit. de re alie. fac. Capol. in tract. ſer. vrb. præd. in rub. qui poſ. conſtit. ſerui. Card. in c. 1. in prin. col. 1. de prohi. alie. feu. tamen per conſtit. diuæ memoriæ, quando aſſenſus nõ interuenit ipſe concedens poteſt reuocare, vt ibi in ver. minuendũ, & ibi, alienationes, quod verbum importat etiam*

etiam ſeruitutem, l.ſi.C. de reb. alie. non alienan. ſentit ibi And. dum dicit, ꝙ ſicut prohibetur alienatio rerum, ita iurium & ſeruitutum. vide Luc. in l.ſiquis. C. de agric. & cenſit. lib. 11. & And. in c. imperialem, in princ. 1. col. Et quòd requiratur aſſenſus in impoſitione ſeruitutis, tenet Lucas in l. ſi quis. C. de præd. nauic. lib. 11. & per Alex. conſ. 43. col. 2. volum. 5. De Bottis.

• Additio. Alterna communio. *Iſta verba ſtant, videlicet, & ꝙ alterna communio inſtabat æquale, altera tantũ ſuſpitio faciat inæquale. ſed in alio regiſtro ſub nomine Ioannæ ſtant, & quòd alterna communio inſtabat æqualis, altera tamẽ præſumptio faciat inæqualis*. De Bottis.

inhibeas Dominis ſeu patronis, & hominibus dictorum Caſtrorum, quòd in ipſa terra Petrepizulæ, paſcua ſumere, vel ligna incidere, vel aliter vti eius territorio ſine voluntate eiuſdem Angeli nõ præſumãt. Et ſi fortaſſe inueneris communionem prædictam præceſſiſſe legitimè inter eoſdem homines eorundem Caſtrorũ, & habitatores, ſeu morantes in dicta terra Petrepizulæ, tempore initę inter eos communionis eiuſdem, & nunc ipſam terram exhabitatam fore, & ab incolis totaliter derelictam. Quia perſonis deficientibus terræ præfatæ, & ab eius habitatione ceſſantibus, ipſa ceſſaſſe communio probabiliter iam videtur, cum ius vtendi cõmuniter præfatis territorijs ex defectu, & receſſu hominum terræ ſit ſublatum. Et quòd alterna communio * extabat æquale. Altera tamen præſumptio facit inæquale, eoſdem Dominos patronos & homines dictorum Caſtrorum in ſumendis paſcuis, & incidendis lignis in dicto territorio per pœnarum indictiones, & exactionem illarum, ſi in eas inciderint, & alia debita & ſtricta iuris remedia perſonaliter arceas & compellas. Quæ omnia vos etiam, & ſucceſſiuè futuri Iuſtitiarij, & Officiales alij ſupradicti, ſi opus exegerit, efficaciter obſeruetis. Vt æqualitatis cauſa ſublata, inæquale onus prouiſa ratione tollatur. Et quod in vſu prædicto claudicat, ad rectum æqualitas ordinata producat. Præſentes, &c.

Litera arbitralis. Rubrica.

• Additio. Robertus Dei gratia, &c. *Afflic. in deciſ. 291. & Alex. conſ. 65. volum. 1. & Gram. in voto 3. vbi ponit plures limitationes ad præeminentiã Curiæ Vicariæ*. De Bottis.

• Additio. Sceleratis & reprobis. *Adde quòd iſti ſcelerati ſunt per ciuitatem protrahẽdi, & demum ſuſpendendi: ita Luc. in l. 1. col. 9. C. de deſer. lib. 12. vide modum probandi, quòd quis ſit famoſus, & publicus latro, per And. in c. 1. in ver. publici latrones, de pace tenen*. De B.

Robertus Dei gratia, &c. * Ioanni de Haia militi Curiæ Vicariæ Regni regenti magiſtro Iuſtitiario Conſiliario familiari, & fideli ſuo gratiam, & bonam voluntatem. Si cum ſceleratis & reprobis, * quos notabiliter fama grauat, vel crebra cõmiſſio criminum dat inſignes lattrones, pro eorũ tali cõmiſſione, ſeu meritis non agitur ad vindictam, conſequens erit viros tales ex impunitate concreſcere, & noſtram rempublicam cũ noſtrorum nocumento fidelium grauia detrimenta ſentire. Sic igitur intellecto, ꝙ ſicut caſus accidunt, cauſæq; ſuccedunt, multi de talib. delati, vel capti ad Vicariæ Regni noſtri, cui præſides, Curiã producuntur, & iam aliqui peruenerũt, contra quos tum propter varios in ſuis opinionibus intellectus, iudicum dictæ Curiæ, tum propter alia, quæ per aduocatorum aſtutias ingeruntur præpendia & anfractus, non proceditur, prout decet, ad condignam & celerem vltionem. Mirari compellimur, & turbari, ſic ipſis deferendo maleficis, de tam generali eiuſdem republicæ derogatione, quæ ſequitur non penſatur, ita quòd dum vni, vel pluribus de huiuſmodi ſceleratis, vt euadant, applauditur, toti vniuerſo quod læditur derogatur. Verum attento quod ſcribitur, quia viam peccandi aperit, qui cum poſſit cohibere, permittit, quod nobis non immerito valeret impingi: Tibi, de cuius fide confidimus, de cuius zelo ad iuſtitiam, & odio ad ſcelera ineſſe ſperamus, de certa noſtra ſcientia, committimus vſque ad noſtræ beneplacitum maieſtatis, vt tu ſolus contra quoſlibet notatos, ſeu denuntiatos, aut infamatos, quòd ſint diſrobatores ſtratarum, aut homicidæ, fures, ſeu latrones inſignes, vel aliorum grauaminum labefactos infamia, cum delatione, vel ſine delatione quacunque, ad manus tuas quomodolibet venientes occaſione grauiorũ criminum generaliter, & ſpecialiter poſſis inquirere, & procedere contra eos, etiam quia in talibus eſt ordo, ordinem non ſeruare, qui nullum iuris ordinem obſeruarunt. Sicut in promptu de criminoſis perſonis, & earum criminibus tibi conſtiterit per aliqua indicia, vocem, ſeu famam publicam, * aut per aliquos teſtes, quos tantum ad tui informationem recipere te volumus, parte non vocata, aut eorum appellationibus, ſeu defenſionibus non admiſſis, iuxta tuum arbitrium, Deum tamen & iuſtitiam habendo præ oculis. Sis in promptu ad ſciendum de ipſis criminibus veritatem, eorumq; complices, & fautores eos prout tibi videbitur ſubijcere valeas quæſtioni, ipſoſque pro exceſſu, & criminum qualitate punias rigoroſè, quòd eis cedat ad pœnã, & alij terreantur exemplo, legibus, & conſtitutionibus, ac capitulis quibuſcunque his fortè contrarijs non obſtantibus, quoquo modo. In his enim tibi plenam poteſtatem meri & mixti Imperij, ac arbitrium cõpetens duximus concedendũ.

• Additio. Famã publicam. *Iſta famoſitas ſufficit ad torturã, And. de Iſer. in c. 1. §. publici latrones, de pace tenen*. Pulucrinus.

Datum Neapoli, Anno Domini 1313. die 18. Iulij vndecimæ indictionis, Regnum noſtrorum anno 5.

ISTAE SVNT ORDINATIONES & Capitula quondam Reginæ Ioannæ,

Pro ſtatu Regni, & cultu iuſtitiæ obſeruando, ne ſic Regnicolæ Regni indebitè ab officialibus vexentur.

Vt ſtatus reipublicæ Regni reformetur circa obſeruationem iuſtitiæ, ante omnia aduertendum eſt ſuper creatione officialium. Vnde videtur, ꝙ Domina Regina cum curioſa & maxima diligentia prouidet, ꝙ Iuſtitiarij prouinciarum, & Capitanei terrarum ſint homines fideles, Deum timentes, & honorem Dominæ diligentes, qui ſeruent mundas manus, & ſoliti ſint in officijs exercendis, actis retro tẽporibus alijſque agendis manus mundas habere, & ſeruare, & ſint homines, conditionis talis, ꝙ magno non ſint ſuffulti præſidio, & fauore, & reſpectum non habeant, niſi ad Deum, reginalemq; honorem, & conſcientiam eorum, & ipſam non lædant, Sed illam penitus ſeruent illæſam. Et idem intelligitur de iudicibus, & actorum notarijs, ſecundum eorum conditiones. Et nihilominus, vt officialibus ipſis creandis adſit materia bene regendi, & in iuſtitia gubernandi ſubiectos: vtq; eis propter abuſum præteritorum temporum prędeceſſorum ipſorum fortaſſis imitantibus veſtigia: excedendi iuſtitiæ limites deſit materia pariter & facultas. & ne ex iuris ignorantiæ nubilo excuſationes prætendere valeant commiſſorum, fræniq; temperies in eorum proceſſibus & exceſſibus adhibita videatur, condita ſunt capitula infraſcripta modica, & quaſi nulla ſtatuentia

tuentia noua. Sed ſolùm rememorantia, & reformantia iura antiqua, & capitula quæ per abuſum malorum officialium minimè fuerunt obſeruata modernis temporibus, videlicet.

Quòd de cętero ordinentur iudices, & aſſeſſores, qui ſaltem ſtuduerint per annos quinque, Conſtitutiones, & Capitula Regni: & antequàm ipſis de officijs prouideatur, examinentur per Prothonotarium, ſeu eius locum tenentem, & aliquos de conſilio. Et vbi reperiuntur ſufficientes, prouideatur eis de officiis: vbi verò reperti fuerint non ſufficientes, remittantur ad ſtudium: vt cùm erunt periti, prouidebitur eis de officiis: & idem intelligatur de actorum notario, attenta facultate ipſorum.

Item vt tollatur materia extortionum variarum, & importabilium: quæ modernis temporibus conſueuerunt fieri per officiales contra vniuerſitates Terrarum & locorum Regni, colore quęſito, quòd collectas generalium ſubuentionum, & aliarum fiſcalium functionum nõ ſoluerunt infra tempus per eos ſtatutum: qui adeò breue ſtatuunt tempus cum adiectione pœnarum, quòd quaſi impoſſibile eſt vniuerſitatibus ipſis huiuſmodi collectas ſoluere in terminis ſtabilitis. Et ſic officiales ipſi habent materiam extorquendi pœnas: & ad hoc quod ipſas vniuerſitates depauperare videntur, Domina prouidet, ꝙ vbi vniuerſitates ipſæ per totum menſem Decembris ſoluerint integras collectas, huiuſmodi officiales non poſſint ante pœnam aliquam propterea exigere, & vbi infra prædictum tempus non ſoluerint, pœna non imponatur vltra tertiam partem collectæ, nec impoſita exigatur.

Item ꝙ Iuſtitiarij & officiales quilibet, ad quos ſpectat, non procedant contra vniuerſitates Terrarum & locorum dicti regni ſuper renouato appretio, neque pœnã exigant pro cauſa prædicta, niſi tantummodo in caſu, quo aliquis de vniuerſitatibus ipſis, ſeu Terris & locis cõquereretur, & querelã poneret ſuper nõ renouato appretio prædicto, quo caſu procedant ſecundum formã eis traditam per capitula Regni ſuper his ſpecialiter edita.

Item quòd prædicti officiales Iuſtitiarij, videlicet, Capitanei, iudices, & aſſeſſores, actorumq; notarij in officiis, ad quę ſunt deputati nequaquam faciant, ſeu facere poſſint eorum ſubſtitutos in officiis ipſis, neque per eorũ ſubſtitutos ſeruiant in officiis memoratis, neque officia ſibi commiſſa ſub quocunque quæſito colore emant, aut vendant, nec vendere, aut emere præſumant publicè, vel occultè, & proinde iuramentum præſtent, ſingulariterque iurent ſecundum formam capituli Regni, quod incipit, Item recipiatur iuramentum, &c. eiuſdemque capituli tenor in omnibus obſeruetur.

Item quòd prædicti officiales Iuſtitiarij, ſcilicet Capitanei, iudices, actorumq; notarij, ſtipendiarij, & alij officiales eorum nulla recipiant dona ab vniuerſitatibus Terrarum & locorum commiſſorum eis officiorum, nec ẽt expenſas, nec eſculenta, nec poculenta etiam a ſponte dãtibus, nec aliqui recipiant huiuſmodi dona, ſub eo prætextu, ꝙ non accedant ad Terras & loca ipſorum, neque etiam recipiant a ſpecialib. perſonis Terrarũ, & locorũ officiorũ eorundẽ, niſi tantũmodo eſculẽta, quatenus eis ꝑ conſtitutiones, & capitula regni ꝑmittuntur, & nõ vltra.

Item quòd prædicti officiales nõ procedant * cõtra vniuerſitates Terrarum & locorum dicti Regni de receptatione bannitorum, malendrenorum, latronum, ſeu aliorum quoruncunque malefactorum, neque pro huiuſmodi receptationibus pœnas exigant, aut compoſitiones faciant, ſub prætextu quocunque, ea præſertim conſideratione, quòd dum ad ſoluendum huiuſmodi pœnas & compoſitiones tota vniuerſitas indiſtinctè compellitur, hi nonnunquam efficiuntur pœnæ participes, qui culpæ penitus ſunt expertes.

* Additio. Procedant. *Non ſequitur, quòd ſi fuit alium & non oppoſitum, quòd dicatur proceſſus nullus, vt in ſimili per Decium in conſil. 229. colum. 2.* De Bottis.

Item quòd prædicti officiales nullatenus de cætero audeant in Terris, & locis dicti Regni generales inquiſitiones facere de criminibus, & delictis, etiam ſaltem ſemel in anno, ſed contenti ſint contra maleficos proceſſus facere per ordinarias vias iuris, & ex officio ſeu ſpecialis inquiſitionis indagine in caſibus a iure permiſſis. Cum, ſicut frequens eſt fama notoria, officiales prędicti, qui pro temporibus retroactis fuerunt, ad huiuſmodi generales inquiſitiones faciendas prodierunt: Ita vt ex ipſarum inquiſitionum proceſſibus compoſitiones, & exactiones & aceruos fecerunt pecuniarum, licet per capitula regni eſſent inhibitæ. Et non pro vigore iuſtitiæ, ſed pro fine pecuniæ inquirebant, nec etiam officiales ijdem contra vſurarios * procedere audeant, niſi via ordinaria accuſentur.

* Additio. Vſurarios. *Contra vſurarios ordinariis vide Socin. conſil. 119. vol. 2. vbi an ſit locus torturæ.* De Bottis.

Item quòd prędicti Iuſtitiarij, & capitanei nullum audeant capere, neque capi mandent, ſeu faciant de perſona, niſi conſilio iudicis, & aſſeſſoris ſibi per Curiam dati, neque etiam aliquem actum iudiciarium exercere attentent abſque conſilio iudicis, & aſſeſſoris ſui in pręſentia actorum notarij ſibi per Curiam dati, prout ad vnumquemque ipſorum ſpectat. Et vbi Iuſtitiarij, & Capitanei prædicti hæc non ſeruauerint, iudices teneantur reſiſtere eiſdem, & ſi eis reſiſtentibus nihilominus Iuſtitiarij & Capitanei contrafacient, ipſi iudices teneantur ſignificare hæc Dominæ Reginę: & vltimatè ad pręſentiam eius perſonaliter ſe conferre.

Officiales non poſſunt exercere actũ iudiciariũ, ſine cõſilio aſſeſſorũ.

Item quia, ſicut habetur per capitula regni, Iuſtitiarij tenentur diſcurrere prouincias, & per ſingula loca circuire illas ad purgandum illas malis hominibus, & pro iuſtitia ſingulis miniſtranda. Et vt Iuſtitiarii non habeant occaſionem Terras, & loca demanij, & eccleſiarum, prout conſueuerunt, modernis temporibus durioribus extortionibus & oneribus aggrauandi: Prouidet Domina tam pro honore ſuo, quam pro debito iuſtitię cum effectu, ꝙ Iuſtitiarii & officiales cum eis deputati poſſint diſcurrere prouincias, & perambulare, ſtare, & cõmorari ꝑ Terras, & in Terris Comitũ, & Baronum, aliorumq; magnatũ ad iuſtitiam miniſtrandam in illis, prout tẽpore claræ memorię Domini Regis Roberti extitit hactenus obſeruatum. Et quod poſſint in illis eorum officium exercere, ſicut in Terris demanij & eccleſiarum, ſalua iuriſdictione * cauſarum ciuilium, & aliis: quę eiſdem Comitibus, Baronibus, eorumq; officialib. competere dignoſcuntur.

* Additio. Iuriſdictione. *Iuſtitiarius poteſt iuſtitiam miniſtrare in Terris Baronum, ſalua iuriſdictione eorum. vide ſupra, in cap. exercitium. vide q. tactam per Luc. in l. prædia. col. 32. verſ. tertiò quæritur. C. de loca. præd. ciuil. lib. 11. & quæ ponit Curt. iun. in conſil. 2.* De Bottis.

Item quòd Iuſtitiarij de cætero non faciant vocari homines Terrarum, & locorum decretarum eis prouinciarum ad nouem, neque eos iubeant ſequi per prouincias: donec ſe rediment, tollaturque penitus abuſus qui communiter in omnibus huiuſmodi officialibus hactenus inoleuit de vocando, vt prædicitur, homines Terrarum & locorum ipſorum ad nouem, & de iubendo eos ſequi per prouincias, donec ſe rediment ab eiſdem.

Item

ITem quòd prædicti officiales Iuſtitiarij, ſcilicet & Capitanei, iudices, aſſeſſores, actorum Cameræque notarij, qui vno anno habuerint, & exercuerint officia huiuſmodi, non poſſint nec debeant in ſequenti anno officia ipſa obtinere & exercere in eadem prouincia, ſeu terra, vel alia ad hoc, ut ſuper reddendis rationibus officiorum, ceſſet omnis confuſio, faciliuſque haberi poſſit, & officiales ijdem abſque excuſatione aliqua ualeant ſyndicari.

Quis nō poteſt officialis eſſe duob. annis in vno loco.

ITem quòd Iuſtitiarij in principio ſuorum officiorum mandent Comitibus, & Baronibus dicti Regni, quòd ipſi non debeant exercere merum & mixtum Imperium in terris ipſorum, neque pro criminibus & delictis, quorum punitio ſpectat ad Curiam Reginalem aliquas compoſitiones facere, neque eorum vaſallos mulctare, & ab eis aliquas pœnas exigere in maiori quantitate, quàm eis permittatur a iure, & per conſtitutiones & capitula regni. Et ſi infra tempora officiorum ipſorum Iuſtitiarij ipſi ſenſerint, ad eorumque notitiam quoquomodo perueniret, quod contra factum fuerit in præmiſſis, vel aliquo præmiſſorum, ſtatim teneantur & debeant ſingulis vicibus ſignificare D. Reginæ prædictæ.

ITem quòd omnes officiales in futurum creandi, tam ſcilicet Iuſtitiarij & Capitanei, quàm iudices & aſſeſſores, actorum Cameræque notarij, cum iurant in manibus Prothonotarij, vel locumtenentis ipſius fidelitatem Reginali Maieſtati, & de officijs ipſis fideliter exercendis, inter cætera iurare teneantur ſeruare præſentia capitula, & alias quaſcunque conſtitutiones, & capitula Regni, quæ eis inquantum commode fieri poterit, & ſpecialiter præſentia exponantur, & legantur per Prothonotarium, & Locumtenentem prædictum, vel alium de mandato ipſius. Et niſi conſtiterit in Summaria Mag. Regni Siciliæ Camerario, ſeu loca tenentibus ipſius, cancellario, ſeu locumtenenti eius de præſtationibus iuramentorum prædictorum, ipſi non faciant deliberari eis literas officiorum eorundem. *

• Additio. Eorundem. *Ita ſeruatur, quia datur cautio in regia camera. vide Afflic. in cap. quoniam. de prohib. feu. alien. per Lothar.* De Bottis.

ITem quòd ad petitionem Iuſtitiariorum, & Capitaneorum, & quoruncunque officialium dicti regni aliquæ cedulæ non concedantur eiſdem, ſub Annulo ſecreto, etiam ſub quibuſcunque clauſulis in eiſdem cedulis appoſitis, ſeu apponendis: Sed tantum fiant literæ ſub ſigillo pendenti ſub datis Prothonotarij, ſeu eius locumtenentis. Et quòd ipſæ etiam literæ ſub ſigillo pendenti non fiant, niſi ſecundum tenorem capitulorum & conſtitutionum Regni. Et quòd factæ contra prædictam formam non valeant, nec teneant, nec aliquam habeant roboris firmitatem.

ITem quòd dicti Iuſtitiarij & Capitanei non poſſint de facili diminuere, & defalcare quantitates pecunię, quas recipiunt, tam ab vniuerſitatibus, quàm a ſingularibus perſonis, nec cauſas pro cauſis, & ſpecies pro ſpeciebus ſolutionis ipſius pecunię commutare teneantur, & debeant a ſingulis vniuerſitatibus & perſonis alijs ſoluentibus fieri facere & recipere ſuis uicibus, Antapochas publicas, ſeu priuatas, ſub ſigillis ſaltem ipſorum ſoluentium continentes quantitatem ſolutæ pecuniæ, & cauſam, ſeu cauſas ſolutionis pecuniarum ipſarum, quas Antapochas tempore poſitionis rationis ipſorum cum cautelis eorum alijs producere teneantur.

ITem quòd prædicti officiales obſeruare teneantur conſtitutiones & capitula, ac bonas obſeruantias Regni. Neque præmiſſa capitula nouiter edita ipſis in aliquo derogent, ſed rata & firma permaneant in omni parte ipſorum.

LAdiſlaus Dei gratia Hieruſalē, & Siciliæ Rex, &c. Vniuerſis * præſentis edicti ſeriem inſpecturis tam præſentibus, quàm futuris. Non ſine prudentis prouiſionis miniſterio ſtatuerūt decreta & Principes, ſtabilierunt leges & ſacrarum conſtitutionum codices ediderunt, quo vtique prudentium digeſto cōſilio diuinitus inceperunt exordiū, & catholicorum Principum ſubſequenter roborati præſidijs cuncti iuſſerunt honeſta quærere, & per limitatos ordines in partes diſtinguētes officia, numerum perſonarum in ordinibus ipſis omnes ſiſtere uoluerunt, & ſub earundem ſacrarum conſtitutionum viuere ſalubribus regulis, & doctrinis. Sanè igitur intra noſmetipſos aſſiduè reuoluentes ipſarum cōſtitutionum effectus inter alia earum prouida inſtituta reperimus, quod primus earum conditor de ordinandis notarijs publicis curam habent, illos in certo numero ordinari ſtatuit. Et voluit quòd nullus ex eis, niſi eſſet de Demanio, vel homo demanialis, notarius publicus crearetur, quaſdā conſtitutiones per Reges illuſtres progenitores noſtros recolendæ memoriæ confirmantes, earum obſeruationem indixere. Verum, ſicut ad noſtræ celſitudinis deuenit auditum, nonnulli ex noſtris primogenitoribus, & nos etiam ipſarum conſtitutionum, in hac parte, Sanctioni prouidere, ſiue multis curis impliciti, & ipſarum effectus minimè recordati, plerunque contra uenientes creauerunt infra ipſorum regiminis tempora, & nos etiam creauimus multos notarios publicos, nonquidem Demaniales, ſed de Terris Comitū, Procerum, & Baronum Regni noſtri Siciliæ oriundos, quorum aliqui, ut accepimus, coacti forſitan eorum vtiliter Dominorum moleſtia, multa fecerunt hactenus inſtrumenta, & ſcripturas alias à ueritatis eſſentia multipliciter deuiātes, per quos, ſeu quæ multorum iura fuere deperdita aliquorum, & ſignāter dominorum Terrarū prædictarum, iniquæ cauſæ penitus releuatæ, ob quæ multorū coram nobis præſepè inualeſcente clamore, aures uerberantur. Nos nolentes geſta per dictos genitores noſtros, & nos omnino ſuccidi: Sed volentes talium notariorum, & vtiliter Dominorum eorum ineffrę̄natam licentiam cohibere, vt inſtrumenta illa fiant per illos ex dictis notariis publicis, quibus nulla poſſit eſſe cauſa timoris, de certa noſtra ſcientia, præſenti ordinatione noſtra firmiter ualitura, perſcribimus, volumus, edicimus & iubemus, ut ex nunc in antea omnia inſtrumenta, ſcripturæ & cōtractus publici, qui ſunt in formā publicā redigendi, tāgentia, & tangentes quoſcunque dicti Regni Magnates, Proceres, Comites, Barones, & Terrarum Dominos fiant & fieri debeāt per notarios publicos homines vtique Demaniales, & de dicto noſtro Demanio, & non per notarios publicos de Terris dictorum Magnatum, Procerum, Comitū, & Baronū ordinandos, uel in eis, aut ipſarū altera terra, ſiue alijs commorantes. Ex nunc prout ex tunc, & hęc ex

• Additio. Vniuerſis. *Inſtrumenta confecta per notarios inter dominum eius & alios, non valent, procedit hoc cap. etiam ſi inſtrumenta contineant damnum Baronis. ita Moder. in conſtit. in locis demanij, colum. 5. vbi multa ad intellectum huius capit. An ſufficiat probatio per teſtes, vide Hippol. in conſil. 68. num. 28.*

Vide Ioan. de Imo. in l. qui teſtamento. §. mulier. in fi. ff. de teſtamen. Quid ſi notarius vaſallus Baronis conficiat inſtrumentum inter duos alios Barones, an valeat. vide Afflic. in conſtit. in locis demanij, & ibi quid ſi conficiat inſtrumētum contra ſuum Baronem. De Bottis.

● ADDITIO. Scripturas & contractus. *Vide Pau. de Caſt. in conſil. 44. videtur dicẽdum. volum. 1. vide dum loquitur de contractibus, quia videtur prohibita etiã probatio per teſtes. nam aliud eſt inſtrumentum, aliud contractus, pro quo vide Paul. de Caſt. conſi. 101. notandum, in antiquis. quod eſt in 2. volum. in nouiſ. nume. 75. vide de veritate per Tiraquell. de vtroque retrac. car. 135. colum. ſecunda.* De Bottis.

C*Arolus Illuſtris. Oportunis teſtibus.* Qui, ſcilicet, deponant ſe interfuiſſe cõtractui, ut dicit conſtitutio, Baiulos, de offic. Baiuli. & aliàs ſine ipſorum teſtificatione ex ſola ſcheda præmortui notarij non poſſet refici inſtrumentum, & hæc eſt forma conſtitut. Quidam verò prauè intelligentes dixerunt ex his literis aſſumi, quod ſine vlla teſtium, qui interfuerunt contractui teſtificatione, ad ſolam inſpectionem & approbationem ſchedæ, quæ ſcilicet reperta ſit inter alias ſchedas notarij, ſeu tabellionis præmortui, quòdq́ue manus eius nota ſit alijs tabellionibus & iudicibus ciuitatis, & fuerat aliàs ipſe bonæ opinionis & famæ, poſſit ſimiliter refici inſtrumentum. Sed ipſi manifeſte cenſentur errare. Nam per conſtitutionem, inſtrumentorum robur, de inſtrumento conficien. etiam inſtrumento in publicam formam redacto, & in membrana conſcripto, ſine ſubſcriptione teſtium debito numero fides aliqua non daretur, minus ergo abbreuiatura ſola fide iurata teſtificatione duorũ teſtium ad minus ſecundum formam conſtitutio. Baiulos, poterit fidem facere: Cum forma huius reſcripti reducenda ſit, ac interpretanda ſecundum formam conſtitutionum ipſarum, vt patet. ff. de vulgari, & pupillari ſubſtitutio. l. ex facto. & C. de inofficio. teſtamento, ſi quando. Item cum contrahentes, qui rogarent fieri inſtrumentum, teneantur monere tabelliones,

tunc prout ex nunc, de ipſa noſtra certa ſcientia, & Regiæ poteſtatis plenitudine, omnia & ſingula inſtrumenta, ſcripturas, & contractus* publicos, fienda, fiendas, & fiendos, ex nunc in antea per ipſos notarios publicos nõ Demaniales, quæ tangere & tangi poterunt dictos tantum Magnates, Comites, Barones, & Terrarum Dominos eſſe inania, & inanes, ac nullos, nullas, & nulla, nec vllam in iudicijs vel extra obtinere deinceps roboris firmitatem. Quibuſcunque literis per dictos progenitores noſtros, & nos, notarijs ipſis conceſſis, quas quantum ad præmiſſa tollimus, efficacia vacuamus, non obſtantibus quoquomodo. Ecce namque magiſtro Iuſtitiario, & Magiſtro Camerario Regni noſtri Siciliæ, eorumque locatenentibus, ac vicegerentibus, Iuſtitiarijs, capitaneis, Baiulis, Iudicibus, & officialibus noſtris alijs, quacunque diſtinctione notentur, per dictum regnum noſtrum Siciliæ cõſtitutis, vel eorum locatenentibus præſentibus & futuris damus ipſius noſtri præſentis edicti ſeriem diſtrictius in mandatis, quatenus ex nunc in antea huiuſmodi inſtrumenta, ſcripturas, & contractus publicos in iudicijs, vel extra iudicia non recipiant, audiant, vel admittant. Sed eos, eas, & ea recipere, audire, & acceptare plenius denegent, & recuſent. Alijs inſtrumentis & ſcripturis, & contractibus publicis, vel priuatis per dictos notarios publicos non demaniales fiendis, quæ alias perſonas concernerint, quatenus tam aliàs rite, & prouidè fient iuxta cõtrahentium voluntates ualituræ ſimiter, atque in eorum robore, & efficacia permanſuræ. Et vt præſens edictum noſtrum in notitiam perueniat ſingulorum, nec ipſius ignorantia, a quocunque valeat allegari: Chartas, ſiue membranas eius ſeriem continentes porticibus, ſeu valuis Caſtri Noui de Neapoli, & domorum, in quibus regitur Magna noſtra Curia Regni noſtri Siciliæ appendi fecimus, & aſſignationem, illiusque tenorem cunctis patulo in iudicio publicarũt. Cum non ſit veriſimile apud alios remanere incognitum, quod tam patenter in oculis omnium diuulgatur. In cuius rei teſtimonium præſens edicti ſcriptum exinde fieri, & pendentis maieſtatis noſtræ ſigilli iuſſimus appenſione muniri.

Datum Neapoli per manus uiri nobilis Gentilis de Morilinis de Sulmona, legum Doctoris, Magnę noſtræ Curię magiſtri rationalis locum tenentis, Logothetæ, & Prothonotarij Regni &c. Anno Domini 1403. die decimoquinto Ianuarij, duodecimæ indictionis, Regnorum noſtrorum anno 17.

C*Arolus illuſtris Regis primogenitus, ac eius in Regno Siciliæ Vicarius, Camerarijs, & Iudicibus ciuitatis Theatinæ fidelibus paternis deuotisq́; noſtris, gratiam & bonam voluntatem.

Ne perſonatum caſu teſtificantium fides publica pereat, & veritatis eſſentia ſub modo poſita deliteſcat, rei geſtæ memoria documentis publicis ſtudioſè redigitur, & in præſentium notitiam cum cautela proinde releuatur.

Sanè venerabilis Frater Reuerẽdus Theatinus epiſcopus Cancellarius noſter nobis nuper expoſuit, quòd tempore quo T. veñ. prædeceſſor eius in prædicta Theatina eccleſia pro Antiſtite præſidebat, tunc Robertus Morellus nunc miles, ſpontè confeſſus fuit locationis titulo ab eadem maiori eccleſia Theatina medietatem pro indiuiſo caſtri Mucclæ de Aprutia prouincia in contrata Thetis maioris poſiti, nomine coniugis tenere, habere, & poſſidere, pro qua medietate ipſi T. tunc epiſcopus, ligij, homagij, & fidelitatis debitæ corporale præſtitit iuramentum, præſentibus & viuentibus tunc C. de tali loco pro iudice, & P. Regia authoritate tali loci Prothonotario, & ſubſcriptis teſtibus, videlicet A. & B. &c. Et priuſquàm de prædicto cõtractu publicum fieret inſtrumentum, memorati iudices, notarius, & teſtes humanæ ſortis debitũ perſoluerunt. Supplicauit itaque nobis Pręſul idem, vt ſuper hoc ſibi prouidere præſtantius dignaremur, ne rei veritas lateat, de authoritatis noſtræ præſidio. Nos autem cupientes integrè quod negociorum veritatis eſſentia pateat, & fides probationis publicæ non decreſcat, fidelitati veſtrę tenore pręſentium committimus, & mandamus, quatenus vos Camerarij, & iudices, vel alter veſtrum, deinde dictum Dominum Robertum, nũc de mandato noſtro captiuum, propterea intereſſe perſonaliter huiuſmodi contractui nequeuntem, per ſpeciales veſtras literas requiratis attentè, quòd ipſe circa refectionem

liones, ac offerre & præſtare ſalaria, vt conficiant inſtrumenta, ut in conſtitutione prædicta, Baiulos. §. 1. Si hoc non fecerint, imo poſt eorum deſidiam, tabelliones, iudices & teſtes obierint, iam meliores cõditionis erunt, quàm forent, qui fuiſſent diligentes. Cum iſti per ſolum prothocollum tabellionis fundent eorum intentionem. Illis uero per maiorem numerum teſtium & ſcripturarum eorum intentionẽ probare neceſſe eſt. Cum aliàs inter deſides & vigilantes debeat eſſe diſtantia. C. de annali exceptio. l. ut perfectius, in princip. Ius ciuile vigilantibus ſcriptum eſt. ff. quæ in fraudem creditor. l. pupillus, in fine, non negligentibus. in Authen. quibus modis natura. efficiun. ſui. §. natura. collatio. ſeptima. Fructus quippe negligentię, damnũ eſt. C. contra impuber. ordin. l. ſecunda, in fine. Item quia poſſet in hoc fraus fieri, & in fraudem procurari, ut ſcheda ſcripta mortuis tabellione & teſtibus, inueniretur contra ueritatem, quare non eſt eius probatio admittenda, ad hoc extra, vt lite non conteſtata. capitu. quoniam. §. ſed & ſi actor. Item ſcriptura propria contra ſcribentem maioris eſt efficaciæ quàm ſcheda ſola. Sed illa non facit fidem contra producentem, niſi probetur ſcripta per eum, vt ff. de probationib. l. cum de indebito. §. primo, in Authent. de inſt. caut. §. primo, & §. ſi uerò aliquid. & §. ſequen. & quod not. in eis. ergo fidem non faciet ſola ſcheda, niſi debitis probationib. fulciatur, & pro hoc ſatis apertè facit quod not. in ſimili in d. conſtitut. inſtrumentorum robur. in verbo, ſubſcribant. Scheda quippe ſola niſi in publicam formam redacta fidem non facit. de legat. 3. l. fideicommiſſa. §. primo, cum ibi no. Nam ſcriptura imperfecta nulla eſt in ſe. Inſtitut. quibus modis teſtamen. infirm. §. ex eo.

Lucas de Penna, & cæt.

● ADDI-

huiuſmodi contractus præſtet, & exhibeat ſuum aſſenſum, vel procuratorem conſtituat, qui ſufficienter inſtructus interſit: quòd ſi fortè, poſt requiſitionem eandem, dictus R. refectionem eiuſdem contractus refugeret, aut indurato, & repugnante forſitan animo, recuſaret, Vos ſi de manu dicti notarij iam mortui, de contractu prædicto ſchedam, ſeu notam fuiſſe conſcriptam vobis cõſtiterit, præter alios iudices, atque notarios Theatinę ciuitatis eiuſdem aſſumptos per vos, in cõtumaciam dicti R. præfatis iudice, notario publico, & teſtibus alijs, qui ſe dicto contractui interfuiſſe non aſſerant, ſed in ſcriptis memorent, & præmortui notarij ſchedam ipſam, ſeu notam inueniſſe dicant. Inſtrumentum publicum cum opportunis teſtibus ſecundum formam conſtitutionis Regni Siciliæ, ſine alterius dilationis & contradictionis anfractu, refici faciat, eidem ſupplicanti, ſeu eius procuratori, vel nuncio poſtea aſſignandum, vt fides publica teſtificantium morte non deſinat, & veritatis eſſentia ſub latibulo poſita præſidio reparante probationis exurgat.

Data Neapoli per Bartholomæum de Capua, &c. Anno Domini, M. CCC. XXII. menſis Septembris, ſextę indictionis.

Conſtitutio Domini Imperatoris Frederici ſuper iure congrui non incorporata in conſtitutionibus Regni. Rubrica.

• ADDITIO. Denuncietur illis. *Sed pone quòd non ſit facta denunciatio, an alienatio ſit nulla, ſi vicinus habuit ſcientiam, Alexan. conſi. 27. in 1. dub. vol. 6. tenet quòd ſit nulla. vide quæ etiã tangit, an habeat locum in re feudali, vel emphiteutica alienata, vel quis cõiunctus preferatur. & an ſi unus egit & fuit victus excludatur alter coniunctus. & latius per Parid. in tracta. reinteg. feud. c. an ſi vendatur, car. 133.* De Bottis.

• ADDITIO. Dederit. *Iſta verba tollunt difficultatem, ſi teneatur ſoluere totum pretium, quando erat data emptori dilatio ad ſoluendum, vt per Capol. in conſ. 46. colum. 2. & latè per Tiraq. de vtroq. retrac. car. 143. verſi. Septimò quæro. & quid ſi confeſſus fuit recepiſſe pecuniam. vide 12. q. ...* De Bottis.

SAncimus amodo in antea, & in omni prouincia, & in omni ciuitate, Si quis forte ex parentela habeat communem agrum, vel domum, vel vineam, vel rem immobilem diuiſam, vel indiuiſam, aut in communi emptione, vel ex aliquo alio huiuſmodi titulo, vel aliquo alio modo, & coniunctus voluerit alienare per emptionẽ, vel per emphyteuſim, vel locationẽ, non aliter concedimus eas alienare, niſi prius denuncietur illis, * quos vocamus per ordinem in iure prothomiſeos. In primis vocentur parentes, qui ſunt cõiuncti, poſtea ſocij, qui ſunt ſimiliter cõiuncti, poſt hos illi, qui ſunt coniuncti tantum, etiam qui extranei ſint, poſt omnes iſtos, vocentur illi, qui ſunt ſub vno ſeruitio, & ſunt coniuncti ex aliqua parte. Sin autem plures ſint, qui habeant ius prothomiſeos, omnibus denuncietur, vt infra triginta dies ſoluendo iuſtum precium ſine mora, aut quantum verus emptor ſine fraude dederit, * vnuſquiſque ſecũdum portionem recipiat. Verum ſi infra ſtatutum tempus iuſtum pretium non ſoluerint, de cætero non habet ius prothomiſeos, niſi forte ſi quis eorum in captiuitate erit, vel fuerit deportatus, vel in exiliũ miſſus, vel fuerit abſens cauſa reipublicæ, vel ex propria cauſa ſua, ſine dolo, & fraude, aut ſi fuerit minor viginti quinque annis. Et licet iſti fuerint abſentes ex iuſta cauſa, tamen tutores eorum, vel curatores, vel defenſores debent infra quatuor menſes venire, & ſoluere iuſtum precium cum legitimis vſuris & expenſis neceſſarijs, & accipere ius prothomiſeos, & extraneos emptores omnimodo expellere, & ſi neglexerint hoc facere, reſarcient de proprijs ſuis, quicquid incommodi illi haberent. Licet autem ſupra dixerimus, quòd omnes vocentur ad ius prothomiſeos: tamen ſi probati fuerint, quòd atroces iniurias, vel manus impias venditori, vel eius familiæ intulerint, vel ipſius ſubſtantiæ grauem iacturã moliti fuerint, vel contra vitam niſi ſint, vel etiam ei pecuniarium damnum intulerint, omnes iſti nullo modo ſine voluntate venditoris ad ius prothomiſeos veniãt. Cauſa verò dotis, vel donationis propter nuptias, vel ſimplicis donationis, vel donationis cauſa mortis, vel ex teſtamento, vel ex permutatione, vel ex tranſactione, & parentes & extranei omnes poſſunt alienare, niſi forte ſiquis vendendo, vel locando cum illis, qui non habent ius prothomiſeos ſimulatè donauerit, aut per legatum dederit, &c. Ideoque illi, qui habent ius prothomiſeos poſſunt exigere iuramentum a venditore, & emptore. Si autem poſt iuramentum probati fuerint, contra conſtitutionem iſtam, ſimulatè hoc feciſſe, venditor & emptor debent ſuſtinere pœnam periurij, & inſuper uenditor rem amittat, & emptor precium, & fiſco applicabitur. Fiſcus autem vendat rem illam illis, qui habent ius prothomiſeos. Sed, ſi ante iuramentum probati fuerint hoc feciſſe, venditio erit irrita, & venditor cogetur inuitus vendere illis, qui habent ius prothomiſeos. Prohibemus inſuper potentes perſonas accipere a minoribus ſub prætextu emptionis, aut donationis ſimplicis, vel cauſa mortis, vel ex teſtamento, vel ex vſu tantum, vel ſub prætextu defenſionis, niſi ſint potentes. Potentes autem dicimus illos, qui non tantum per ſe ſunt potentes, ſed etiam per propinquiores illis, per quos poſſunt inferre timorem alienatoribus, aut per promiſſionem beneficij. Si quidem aliquis ex potentioribus hoc præſumpſerit facere, ſit alienus ab illa re, & æſtimationem illius rei præſtet fiſco. Tranſcurſo autem decennio, ſi non denunciauit, nulla de cætero moueatur controuerſia illis, qui poſſident ex aliquo contractu, vel ex donatione, vel ex teſtamento, nec ab illis, qui habent ius prothomiſeos, nec etiam a fiſco. Scriptum enim eſt Græcorum legibus de iure prothomiſeos, vbi dicitur de termino, & fine, qui ius ipſum habet, videlicet, quòd illi, qui in circuitu ſunt, per finem ſecundum ipſam propinquitatem, quam ipſi habent. Et propè ſunt in venditione coniuncti qui victoriam ipſius venditionis habeant. In tali itaque ordine, vt qui habent ipſam prothomiſim, & non ſunt in ipſa terra, ſed in alia habent in venditione prothomiſim, infra vnius anni ſpatium: poſt annum vero nullam prothomiſim habeant. Si autem ſint in ipſa terra, vel in ipſo loco, habeant prothomiſeos victoriam vſque ad quatuor menſes: Ita tamen vt ſi fuerint a venditore ſolenniter requiſiti, & non renunciauerũt emere. Item de ipſa prothomiſi in alio Græcorum capitulo continetur, ut qui habent prothomiſim a tribus partibus, illorum potior ſit venditio, & vna pars nihil ibi habeat: ſed ſi habeant a duabus partibus, collatione facta, recipiant eam omnes, ſicut propinquitatem habent. Si autem domum prope caſtrum habeant, ipſe eam habeat, qui per caſtrum habet, & non illi qui ipſam prothomiſim per paritatem habent. Eſt autem de generali conſuetudine approbatum, quòd tria ſunt quæ prothomiſim non habent, ſcilicet, via publica, eccleſia, & curia.

Fredericus Imperator.

Robertus Dei gratia, &c. Vt delatas ad noſtrã audientiam ſæpius de proceſſibus, qui per nonnullos præſides Regni noſtri Siciliæ per officiũ indiſtinctè quodammodo ponebantur querimonias, grauesque vndique profectò moleſtas ſentibus ſ. daremus. Nec omitteremus optima remedia circa refrænãdam peruerſorum audaciam ad patrãdum delicta. Quin potius in puniendis eiſdem vbi facti qualitas poſcet iuſtitiæ rigor exercendus adeſſet. Præhabita pridie conſulta deliberatione, præuidimus ex nunc in antea nulli prorſus ex officio fiant præterquam in ſubſcriptis caſib. noſtra limitatione reſcriptis, vbi videlicet imponitur pœna mortis ciuilis, vel naturalis, aut membri abſciſſio, & cum in perſona eccleſiaſtica, vel pupilli, ac viduæ flagitium eſt commiſſum, etiam ſuper homicidijs clandeſtinis, vbi nullus accuſator appareat, in quibus etiã per veterem conſtitutionem regni ſpecialis permittitur inquiſitio facienda. Fidelitati itaque veſtræ harum ſerie iubemus expreſſe, quatenus, præſcriptis deliberatione ac prouiſione diligenter attentis, ſeruatisq; tenaciter, & fama deferente clamorem, vt fieri cõſueuit, huic hactenus non ſine eiuſdem iniquæ vſurpationis abuſu, a proceſſib. noſtris repulſa penitus, & excluſa, tam in præfatis caſibus, quàm alijs quibuſcunque criminibus ex fama, & vbi accuſator, ſeu denunciator legitimus nõ appareret, præterquam videlicet præmiſſis caſibus iam dicta limitatione reſtrictis. In quibus etiam non ex prædicta forma, ſed accuſatore, ſeu denunciatore legitimè comparẽte, per officium procedere nullatenus prçſumant. Nos enim omnẽ proceſſum per vos contra præſentem iuſſionem noſtram fortaſſis habendum irritum ex nũc fore decernimus, videlicet & inanem. vt autem, &c.

Data &c. Anno Domini 1324. die 12. menſis Iulij, ſeptimæ indictionis.

Robertus. Vt delatas ad noſtram audientiam. Cum iſto c. cõcordat aliud qđ inc. Robertus Capitaneos, &c. In rub. de nõ proced. ex offi. &c. ¶ Pro declaratione iſtius c. vide late p Parid. in ſyndicatu. Vide And. de Iſer. in cõſt. ſi quis. in §. de ſpecialib. qui dixit, nõ poſſe procedi per inquiſitionẽ ſpecialẽ, niſi in duobus caſibus, ſcilicet, crimine lęſæ maieſtatis, & qñ princeps ſpecialiter mãdat. Ipſe vero addit quoſdã alios, dic vt ibi. Et an in caſu, in quo poteſt procedi ex officio poſſit appellari? Barto. in l. ante ſententię. ff. de appel. recip. tenet q ſic. vide ad idem Bald. in l. 1. C. de epiſco. aud. Sed contrariũ cauet ritus magnæ Curiæ Vicariæ, Itẽ cauſę, in rub. appel. ¶ Vltra hos caſus adde, q poteſt procedi ex officio contra receptatores maleficorum, & bannitorum, cap. creſcit culpa. Item & cõtra periuros. c. contingit plerunque, ſupra. Et adde q dixit Pau. de Caſt. in l. mãcipia. C. de ſer. fug. q officialis põt compellere aliquẽ ad reſtituendum quod dentur ciuitati, alias tenetur in ſyndicatu. Scias tamen, q in caſibus hic omiſſis debet procedi ſeruato ordine iuris. c. cũ oportet. & c qualiter, & quando extra, de accuſa. Mulier annumeratur inter miſerabiles pſonas, vt per And. in cõſt. ſtatuimus. Vidua etiam dicitur miſerabilis, quãdo eſt pauper, vel quando ei denegatur iuſtitia, ut no. Io. And. in cap. ex tenore. de fo. compe. & Ang. iſt addit. Ang. de maleſ. in ver. mentitor de mali dadi. Meretrix dicitur miſerabilis perſona, ut in conſt. omnes. de violen meret. ¶ Sed quæ perſonę dicuntur miſerabiles? dic vt per Inn. in c. ſignificantibus. de offic. delega. in glo. ubi, duas. & cano. plene in c. ex tenore. In materia iſtius cap. vide ritum, ſi quis cum planello. qui incipit, Item ſeruat ipſa Curia. adde gl. in conſtit. ſi quis cum armis.

Aduerte, quia magna Curia Vicarię hẽt quaſdam literas, quarum authoritate proceditur ex officio. Et primo contra omnes homicidas, quæ litera incipit, Nos Dei gratia Ioanna Siciliæ Regina, &c. Et poteſt procedere ſecundũ ordinẽ in ea ſeruatum. Alia, quia contra inſignes, & famoſos latrones, & cõmittentes alia grauia crimina. Tertia eſt cõtra fures tantũ, & proceditur ex officio, ſed ſeruato iuris ordine. Pet. Picc.

Expliciunt Regni Capitula.

RITVS MAGNAE CVRIAE VICARIAE REGNI NEAPOLIS, AD ORDINEM REDACTI PER V. I. D. D. CAESAREM DE PERRINIIS:

Nunc recens Iacobi Anelli de Bottis, & aliorum doctiſſimorum hominum Additionibus illuſtrati.

IOANNA II. *Dei gratia, Vngariæ, Hieruſalem, & Siciliæ, Dalmatiæ, & Croatiæ, Romæ, Seruiæ, Galitiæ, Laodomeriæ, Comaniæ, Bulgariæque Prouinciæ, & Forcalquerij Regina, ac Pedemontis Comitiſſa: Vniuerſis & ſingulis præſentis edicti ſeriem inſpecturis. Circa reformationem, & augmentum regni noſtri Siciliæ, ac generalis Iuſtitiæ Regni eiuſdem, &c. Itaque tam officialium noſtrorum proceſſibus, quàm fidelium ſtatibus prouiſionis noſtræ remedio ſubuenimus, maximè in noſtris, magnæque Vicariæ Curijs, quæ ſub regimine noſtræ protectionis, præcipuè in hac noſtra ciuitate Neapoli, & toto Regno noſtro ſunt iuſtitiæ deputati, harum ſacrarum nouiſſimarum noſtrarum Conſtitutionum edicto irrefragabili, ac firmiter valituro, ſancimus, decernimus, ſtatuimus, & mandamus, motu proprio, de certa noſtra ſcientia, cum prouiſa, matura, & digeſta noſtri conſilij deliberatione conſulta: Quòd omnes infraſcripti Ritus, * Obſeruantiæ, in noſtris magna & Vicariæ Curijs, & qualibet earum de cætero inuiolabiliter obſeruentur. Omnes verò alios Ritus, & obſeruantias dictarum Curiarum hactenus obſeruatos & obſeruatas per præſentes de dicta certa noſtra ſcientia, & proprio motu, & cum dicti noſtri conſilij deliberatione matura irritamus, caſſamus, ac viribus & efficacia vacuamus, nulliuſque eſſe decernimus roboris vel momenti.*

De ordine & numero officialium Magnæ Curiæ. Rub.

IN primis: quia vbi ordo deeſt, firmum rectúq; omnium rerum firmamētum, nihil ſuperædificari poteſt. neque enim vniuerſitas aliqua ulla poteſt ratione ſuſtentari, niſi huiuſmodi magnus cauſa differentiæ ordo ſeruaretur, quia non quæque creatura in una eadéq; qualitate gubernari, vel viuere poteſt, ut cæleſtium militiarum exempla nos inſtruunt, quia ſunt Angeli, & ſunt Archangeli, licet non æquales ſint, ſed in poteſtate & ordine differunt alter ab altero. Sicque ut in prædictis noſtris Magnæ & Vicariæ Curijs, * & qualibet ipſarum certus debituſque numerus officialium dictæ Curię reducatur ad debitum numerum infraſcriptum, videlicet, quòd iudices debent eſſe ad minus tres, treſque alij magiſtri actorum, ſex ſubactarij, duo Fiſcales, vnus Ærarius, vnus Aduocatus fiſci, & procurator fiſci, unuſque aduocatus pauperum, & unus ipſorum procurator, unus Comeſtabulus, unus Carcerarius, vnus Tubitta, & unus contumaciarum accuſator, & omnes debeant ſeruire perſonaliter, & non per ſubſtitutum, & quòd omnia dicta officia ſint ad beneplacitum reginale. Cum verò hodie in dictis Curijs plures ultra dictum numerum exiſtant, volumus quòd omnes prædicti exiſtentes pręſentialiter officiales in illorum exercitijs remaneant: ita tamen quòd quilibet ipſorum unum tantum officium perſonaliter exerceat. Declarantes, ꝙ decedentibus, ſeu cedentibus ex eis, nullus alius poſſit in eorum locum ſubrogari vſquequo perueniatur ad ſupradictum numerum deſignatum. Verum volumus ꝙ prędictis nunc exiſtentibus omnibus officialibus ſoluantur gagia rata ad rationem gagiorum ſoluendorum officialibus iuxta ſupradictum numerum tātummodo, & non ultra.

● Additio. Ritus iſti debent obſeruari per omnes Iudices inferiores Regni, Luc. in l. 1. C. de profeſſ. qui in urbe Conſtant. & Capic. in verbo, Rex Siciliæ, §. magiſter Iuſtitiarius. & debent obſeruari pro lege, l. ſi quando, i fi. C. de inu. & Gui. Papa, cōſ. 7. in fi. & Hipp. ſing. 118. An aūt debeāt ſeruari in Curia Archiepiſcopali Neapolitana, vel corā alio Iudice eccleſiaſtico, Affl. in conſtit. ſi quis in poſterum. num. 8. 10. 26. dicit ꝙ non. Et de modo probandi ritus curiarum, vide Affl. in conſtit. prædicta. & an ritus debeant obſeruari, vide Dec. latè in conſ. 699. 1. col. & ſententia contra ſtilū, an valeat, vide Gui. Papa in proœ. deciſionum ſuarum. De Bottis.

● Additio. Et Vicarię Curijs. *Vide D. Tho. Gram. in deciſ. 34. nu. 9.* De Bottis.

De officialibus Magnæ Curiæ in genere, & his quæ eis incumbunt. Rubrica.

ITem ꝙ omnes officiales Curiæ prædictæ teneantur in ſecreto ſecreta ipſius curiæ tenere, & nemini pandere. Et quòd quando aliquis bannitur, & condemnatur in ipſa Curia, aut locumtenens vellet aliquem capi de perſona facere, nemini debeant notificare & notificari facere per ſe, ſeu per interpoſitam perſonam.

Item quòd ſi aliquis officialis dictæ Curiæ ſciuerit aliquem officialem aliqua enormia & minus debitè cõmittere tangentia honorem, & licitum commodum dictæ Curiæ, teneatur ipſe reuelare Locumtenenti, & in caſu quo non reuelaret præter & ultra pœnas inferius annotatas, incidat in pœnam, ac ſi ipſemet talia commiſiſſet & procuraſſet.

Item ꝙ omnes officiales pro poſſe teneantur facere omnia, quæ tendunt ad honorem, ſtatum, & licitũ commodum ipſius curiæ & officialium eius.

Item quòd cauſa appellationis inchoetur per aperturam proceſſus.

Officiales non poſsũt diſcedere a ciuitate Neapolis abſque licentia.

Item quòd nullus officialis debeat recedere de dicta ciuitate Neapoli, & extra ipſam ciuitatem ſe perſonaliter conferre, nec infra regnum, nec extra regnum, ſine expreſſa licentia Locumtenentis petita & obtenta prius ab eodem Locumtenẽte, ſeu magiſtro Iuſtitiario, ſi perſonaliter eo tẽpore reſideret in prędicta ciuitate Neapoli.

Item quòd in dicta Curia nullus officialis poſſit per ſubſtitutum ſuum ſeruire, ſed debeat perſonaliter ſuum officium exercere.

Item quòd nullus officialis ipſius Curiæ poſſit in eadem magna Curia exercere duo officia, ſed vno tantum eſſe contentus.

Item quòd Locumtenens, iudices, magiſtri actorum, & ærarius teneantur quolibet menſe in fine ipſius menſis facere diuiſionem de pecunia prouentuum inter officiales dictæ Curiæ, & dare, ſeu dari mandare, & ſolui vnicuique ratam ſibi contingentem, prout antiquitus in ipſa Curia facere conſuetum, & obſeruatum extitit.

Item quòd Locumtenens, iudices, ærarij, & magiſtri actorum, aduocatus fiſci, & alij fiſcales, teneantur ſemel ad minus in hebdomada requirere omnia acta Curiæ & proceſſus, & acta fiſcalia, & dare expeditionem litibus, & mandare fieri executiones ſecundum antiquum ritum & obſeruantiam Curiæ prædictæ.

Item quòd nullus officialis dictæ Curiæ audeat cauſas, quæ vertuntur in dicta Curia procurare, ſeu procurationes, aut aduocationes ſuſcipere in dicta Curia, in quantacunque ciuili vel criminali cauſa, quæ in ipſa curia agitatur, exceptis duntaxat aduocatis fiſci, & pauperum, qui poſſunt, ſecundum formã ſuperius expreſſam.

Item quòd de pulſatione campanæ fienda in decimaoctaua hora in ſancto Laurentio, & quòd iudices, & alij officiales ipſius Curiæ ſint ſimul congregati in hora vigeſimanona, &c.

Item quòd nullus ex ſubactarijs fiſci ſurgat de loco ſuo poſtquam iudices ſederint, & ſimiliter de alijs notarijs, qui ſcribunt in alijs locis Curiæ præfatæ.

De officio iudicum Magnæ Curiæ in ſpecie. Rub.

Item [a] quòd iudices ipſarum Curiarum, & cuiuslibet ipſarum nõ audeant recipere, & extorquere pro ſubſcriptione, & manus impoſitione in proceſſibus fiendis, nec pro deciſione quarumcunque cauſarũ, & pro ſententijs per ipſam Curiam ferendis, ſeu aliter modo quocunque, excepto pro examinatione teſtium de trigeſimis cauſarum commiſſarum eiſdem: tunc enim recipiat quantum de iure eis permittitur, & ſecundum laudabilem & antiquum ritum Curiæ prædictæ, & non vltra, nec alio modo, & ſi contrafecerint, incidant in pœnã quinquaginta ducatorum auri fiſci commodis applicandam.

Item quòd vnus ad minus iudicum, & omnes, ſi voluerint, debeãt continuè perſonaliter intereſſe in dicta Curia, & ſe coram dicto Locumtenente præſentare de mane, poſt prandium, & de ſero hora congrua, & abinde non recedere, licentia a dicto Locũtenente non petita.

Item ꝙ iudices prædicti non audeant, neque poſſint cauſas ciuiles etiam infra libram auri ſibi ipſis cõmittere, ſed eas committere debeãt in caſu, quo eſſent committendæ alijs literatis idoneis liberè, & abſque ſorde.

De officio aduocati, & procuratoris fiſci in ſpecie. Rubr.

Item [b] quòd procurator fiſcalis * ſine aduocato fiſci, vel econtra, nihil facere poſſit.

Item quòd aduocatus fiſci poſſit & valeat aduocare in cauſis priuatorum, quę vertuntur in ipſis Curijs, tamen non tangentibus fiſcũ, nec cauſas habentes cum Curia.

Item quòd procurator & aduocatus fiſci, necnon procurator & aduocatus pauperum, nihil recipiant pro defenſione cauſarum fiſci, pupillorum, viduarum, & miſerabilium perſonarum, ipſoſque fiſcum, pupillos, viduas, & miſerabiles perſonas tangentes, ſed pro cauſis huiuſmodi gratis debeant procurare, & aduocare, ac patrocinari, & proinde ſint contenti gagijs ſuis.

Item quòd in huiuſmodi cauſa vſurarũ procurator fiſci debeat deſignare, quæ deſignare debet accuſator ex tenore l. libellorum. ff. de accuſat.

Item quòd procurator Curiæ poteſt cauſam uſurarum proſequi, & ad proſecutionẽ, & publicationem bonorum ſecundum formam conſtit. nullo alio crimine in iudicio præcedente.

Item procurator ſine aduocato fiſci, vel econtra, nihil poteſt.

De aduocato & procuratore pauperum. Rubrica.

Item [c] ꝙ aduocatus pauperum * cõtra Curiam, & contra omnes, & pro omnibus, quos ipſe vult, aduocare poſſit, exceptis in cauſis eccleſiarum, viduarum, pupillorum, & miſerabilium perſonarum, quibus neceſſariò & gratis aduocare teneatur, & debeat.

De officio iudicum magnæ Curiæ in ſpecie. Rubrica.

a *Item ꝙ iudices ipſarum Cur. & cuiuſlibet ipſarum, &c.* In ver. *pro ſubſcriptione, &c.* Adde glo. in conſti. conſtitutionem. in ver. cum cauſa. in fi. & ibi ſequitur Matth. in 4. q. M.

In eo. in ver. *cauſarum, &c.* Sequitur Matthæus in conſti. cum circa. in 3. col. ver. an autem iudex, &c. ſubdit ꝙ ita obſeruant hodie iudices magnę curię Vicarię authoritate huius ritus. Matth.

De officio aduocati, & procurat. &c. Rub.

b *Item quòd procurator fiſcalis, &c.* Practicatur, & eſt repetitus inf. Adde ꝙ procurator, & aduocatus fiſci poſſunt creari non ſolum a Rege, ſed etiam a magiſtro Iuſtitiario, & a Iuſtitiario prouinciarũ: ita dicit pulchrè tex. in conſtitut. beneficium. in fi. ¶ Adde ꝙ officium aduocati fiſci de iure cõmuni durat biennio. tex. eſt in l. ſancimus. C. de aduoc. diuerſorum iudi. & in l. petitionem. §. egredientem. & ibi glo. in ver. ei. eo. tit. Adde quòd ſententia lata contra fiſcũ abſente aduocato fiſci, eſt nulla, & ex integro cognoſcendum eſt. tex. eſt notabilis in l. non intelligitur. §. diuus. & in l. ſi fiſcus alicui. ff. de iure fiſci. & glo. in l. 1. C. de ſenten. aduer. fiſc. lat. li. 10. & Franciſ. de Parm. in tract. de priuilė. fiſci. in 4. col. ver. ſeptimus caſus eſt. Et quod dictum eſt in aduocato, dicitur idem in procuratore. cum & ipſe aduocatus dici poſſit, & econtra. ita inquit gl. in d. §. diuus. Et intellige hoc verum, quando ſententia eſt lata contra fiſcũ, ſecus ſi eſſet lata pro fiſco, quia tunc valet etiam abſente aduocato, vel procuratore fiſci. ita inquit d. gl. notabilis in d. §. diuus. Matth.

Vide ibi ꝙ nullum & idẽ in antiquis quod hic.

• Additio. Item quod procurator fiſcalis. *Concordat cum l. ſi fiſcus. ff. de iure fiſci. & l. 2. C. ſi aduer. fiſc. vide etiam aliquantulũ Bal. in l. ſi idem. §. fi. 1. col. de iuriſd. omn. iud.* De B.

Et infrà de eiſ. alium.

De aduocato & procuratore pauperum. Rub.

c *Item quòd aduocatus pauperum, &c.* Hunc ritum refert & ſequitur Matth. in rub. de dan. aduoc. pup. & miſ. perſon. Matth.

• Additio. Item quod aduocatus pauperum. *Vide Aff. in conſti. lege præſenti, in rub. nu. 11. & ſeq. vbi latè de materia, pro quibus debeat procurator aduocatuſque pauperum aduocare, & pro quibus non. & etiã quid ſi litigatur coram iudice eccleſiaſtico vel coram arb.* De B.

Et vide ſupra de of. in genere.

De officio magiſtrorum actorum, & ſubactariorum. Rub.

Vide in tit. de ſent.

ITem quòd magiſtri actorum debeant annotare in quaterno deputato, & ſcribere omnia acta, quæ fiunt in curia per dies, & facere quaternos omnium bannorũ tertiariatum, & etiam compoſitionũ dictæ curiæ per dies, & ipſos quaternos cõſeruare in caſſono cõi in dicta curia pro parte exiſtenti, & ad id deputato, ſiue deputando.

De officio magiſtrorum actorum, &c. Rub.

a ITem quod magiſtri actorum, &c. Hunc ritum, dum loquitur de ſcripturis ſentẽtiarum, refert, & ſequitur Math. in conſt. pro ſcripturis. in uerſi. ſed iuxta hoc quæro, &c. M.

Item [a] ꝙ magiſtri actorum nihil in pecunia, ſeu alijs rebus recipere audeant a quocunque pro actis ſcribendis, & faciendis in dicta curia: excepto pro copia ſcripturarum, & exceptis fideiuſſionibus, comparitionibus, literis, & ſcripturis ſententiarũ, necnon caſſaturis, pręſentationib. literarũ, & tũc ſi & ꝑut iura volunt, & ꝑmittunt, & extitit laudabiliter obſeruatũ, vt ſ.

Itẽ ꝙ debeant dicti magiſtri actorũ, & teneantur ponere oẽs ſcripturas, & proceſſus in dicta Curia & in ipſa Curia tenere, & cõſeruare in dicto caſſono cõi, ut ſupra, ad hoc vt abſentia alicuius ipſorũ partib. quę tangunt, & copia ipſorũ actorũ quærentium, & volentium pręiudicare non habeat, & propter alias iuſtas & rationabiles cauſas.

Item quòd magiſtri actorum debeant intereſſe in dicta Curia, ſiue ad minus vnus ipſorum continuè permanere, & intereſſe, & ab ipſa Curia non diſcedere, licentia à dicto locumtenente non petita.

Item quod teneantur dicti magiſtri actorum notificare iudicibus omnes illos, qui fuerint per ipſam Curiam banniti, & condemnati, & non comparuerint eodem ſero purgaturi eorum cõtumaciam, necnon ipſo die facere mandatum executiuũ, ſecundum quod merita cauſæ exigunt, & requirũt de illis, videlicet qui nõ comparuerint, & purgauerint forte contumaciã prædictam, ſi & prout hactenus in ipſa Curia extitit laudabiliter obſeruatum.

Itẽ ꝙ teneantur fiſcales facta aut data eis denuntiatione ꝑ quoſcũq; denuntiatores, facere citationẽ contra denuntiatũ, & ipſas denũciationes regiſtrari facere in quaterno Locũtenentis, & in vltimo pereꝑtorio citationũ prędictarũ facere interlocutorias, ſeu capitula cõſueta, & nõ permitti labi terminos conſuetos.

Itẽ ꝙ dicti officiales non audeãt recipere aliquid pro aliqua ſcriptura, exceptis de præſentatione inſtrumentorũ, & examinatione teſtiũ ad petitionẽ partium, de ſignificatorijs ſcripturis & copijs, quæ dantur partibus, de comparitionibus in vltimo termino dato ad probandum, & de alijs, prout conſuetum eſt, & de iure eis permittitur, vt ſupra.

Item [b] ꝙ fiſcales prędicti debeãt intereſſe in ipſa Curia horis conſuetis, & debitis & omnia dicta capitula & denunciationes facere & ſcribere de conſilio procuratoris & aduocati fiſci dictæ Curiæ.

b *Item quòd fiſcales prædicti debeant intereſſe in dicta Curia, &c.* in ver. *horis conſuetis & debitis, &c.* Adde hic ꝙ quando iudex debet adeſſe in certo loco, non creditur ei, niſi probet legitime. ita notab. inquit Bar. i l. 1. C. de ſta. & imagin. ſubdens formaliter, & ideo ſis cautus, qñ eris aſſeſſor, ꝙ cũ dicit ſtatutum, quod qualibet die, horis congruis iudex debeat ſedere ad banchum, ne poſſit ſibi obijci in ſyndicatu, facies qualibet die à notario actorum ſcribi, qualiter horis congruis ſediſti ad banchum. Illam doctrinã refert, & ſequitur And. Sicul. in l. ſciendũ. in ult. col. circa fin. ff. de uerb. obl. & Catal. in tract. de ſynd. in pen. charta. in 3. col. ver. 248. incip. quod ſi ex forma ſtatuti. & Paris in tract. ſyndi. in verbo, iudex. in 15. col. ver. ſi. iudex tenetur, &c. ſubdens quod hoc ſeruatur in camera Sum. & ibi ſubdit, ſi tamen aliquo caſu venire non potuerit, vide Bal. in l. itẽ illa. ff. de cõſt. pec. & Bar. in l. 1. ff. de uar. & extraor. cog. tñ Bartol. & Bald. in dictis locis non dicũt aliquid de hoc. M.

Item quod teneantur fiſcales notificare iudicibus omnia acta facienda per Curiam publicatam in omnibus cauſis fiſcum tangentibus, & in præmiſſis nullam moram aut tarditatem committant.

Item quod teneantur omnes, qui recipiunt fideiuſſiones eodem die, quo recipiunt reuelare Locumtenenti, & iudicibus, ſeu vni ex ipſis iudicibus, ac ærario, & ad tardius ſequenti die, ad hoc vt exequenda circa præmiſſa poſſint executioni demandari.

Item quod in eiſdem Curijs & qualibet ipſarũ notarius actorum ſcribat acta per ſcriptores ſuos, inſtrumenta vero ſententiarum ſcribat manu propria.

Item quod ſcriptor fiſci debeat ſcribere omnes proceſſus cauſarum fiſcum tangentium.

Quod ſubactarij debeant tenere acta, & ſcripturas Curiam concernentes in ipſa Curia.

Item quod omnes ſubactarij non audeant recipere fideiuſſores, & obligationes, niſi de conſcientia & voluntate actorum Magiſtrorum, ſeu alterius eorundem, & eo caſu ipſas regiſtrari faciant in communi quinterno, & ponant ac ſcribant in actis.

Item ſcriptor fiſci debet ſcribere omnes proceſſus, & cauſas fiſcum tangentes.

Item in eadem Curia notarius actorum præſens, vel abſens ſcribit acta per ſcriptores ſuos, inſtrumenta vero ſententiarum ipſe propria manu ſcribit.

Quòd magiſtri actorum ſcribere non tenentur in ſententijs, niſi diem manu propria. *Rubrica.*

ITem ſeruat ipſa Curia quod magiſter actorum eiuſdẽ curiæ vel eius locumtenens ponat ſolum ſaltem manu propria diẽ, quo proferuntur ſententiæ diffinitiuæ, & ipſa ſententia, quæ legitur, non autem expedit eũ ponere niſi diem, non autem menſem, vel annũ, vel vbi expedit neceſſariò niſi diem tantum in principio ſententiæ, id eſt circa principiũ, vbi ponitur dies, qua fertur, & hoc quãdo fertur ſententia præſente magiſtro actorum, vel ponit dictam manum qui loco dicti magiſtri eſt iuxta ſcripta infra de fideiuſſoribus, vbi omnino vide.

Vide ritum infra, item qualibet fideiuſſio.

De tubitta. *Rubrica.*

ITem quòd dictus tubitta non audeat vocare aliquem ad petitionem partium, ſeu procuratorum, quando regitur curia, excepto de mandato dictæ curiæ.

Vide de bannito & condem.

De capturis, carcerarijs, & carceratis. *Rubr.*

ITem quòd Locumtenẽs dictæ magnæ Curiæ nõ mandet, nec faciat aliquem capi de perſona prætextu cuiuſcunque exceſſus ſeu delicti, aut alia quacunque cauſa, abſq; conſilio ſaltem vnius iudicum ipſarum Curiarum, & ſi faceret non poſſit eum captum detinere vel relaxare abſque conſilio vnius iudicum prædictorum, excepto ſi de Reginalis maieſtatis expreſſo procederet mandato in ſcriptis facto dicto Locumtenenti.

Vide alium ritum in titulo de procur.

Vide de fideiuſſ. & bannit.

Quod incarceratus propter crimen non liberetur niſi poſt concluſionem etiam ſi allegetur eius ignorantia. *Rubrica.*

ITem quòd ſi procedatur per dictam curiam cõtra aliquem, vel aliquam de aliquo crimine per accuſationem, vel ex officio, quod conſtet de crimine contra eum, aut eã, & propterea carceri mancipentur facta publicatione in cauſa, quantumcunq; allegẽtur per aduocatos dicti carcerati ſeu carceratæ, quod ipſe carceratus ſeu carcera-

Vide ritũ, item quod off. titu. generali de offic.

ta

* Additio. Item ſi accuſatur aliquis. *Vide omnino Scribent. in c. regni, ab illo inchoandũ, nu. 34. & quaſi per totũ illud cap. & Gram. deciſ. 60. nu. 19. vbi quando Iudex poteſt inquiſitum realiter citare. & Affl. in conſtit. Capitaneorum. nu. 14. & quid de iure cõmuni, vide Doct. relatos per Hip. in ſing. 93. & Blanc. in tract. de indicijs, nu. 6. & ſeq. & vide optime per Purpur. in l. magiſtratib. nu. 13. ff. de iuriſd. om. iud. vbi quòd requirũtur aliqua indicia. & vide caſum, in quo vnus teſtis nõ ſufficit ad detinendum, per Gram. in voto 34. num. 22. Luc. in l. quoties, C. de dignit.* De Bottis.

* Additio. Item quod ſeruientes. *Vide Affl. in dec. 387.* De B.

* Additio. Item quòd carcerarius. *Vide Moder. in c. regni, Caſtellanos, nu. 44. fol. 73. & Doct. in conſtit. Caſtellani. & eſt alius ritus incip. item carcerarius. Adde moder. in conſtit. humanitate col. 9. & And. in repert. in ver. accuſatus, vel inquiſitus.* De Bottis.

Et de carceratis vide plures ritus infra de fideiuſſ. & alium in tit. de pęnis. vbi de eorũ alimentis, & in priuileg. Neapol. & in ti. de banni tis.

ta probauerit exceptiones ſuas, propter quas probationes eſt a dicto carcere liberandus, aut liberanda de iure, nullo modo ab eodem carcere liberatur, niſi facta prius concluſione in cauſa.

Detinetur inquiſitus, ſi incipit conſtare. Rubrica.

ITem ſi accuſatur aliquis, * vel ex officio contra eum proceditur de aliquo crimine, ſtatim quod conſtat per vnum teſtem contra eum de viſu, & perſona aliàs de fama publica, detinetur, in talibus tamen, in quibus ipſa curia conſueuit ponere ad torturã reum.

Item quòd ſeruientes * vt notarij curiæ qui capiunt aliquem de mandato ipſius curiæ, vel aliam quamcunque examinationem vel executionem faciunt, nihil recipiãt a captiuo vel alio, contra quem executionem ipſam faciunt, ſub pœna exigẽda ab eis per dictam curiam arbitrio ipſius curiæ.

Item quod carcerarius * nihil recipiat a carceratis non pernoctantibus, & ſi pernoctauerint, recipiat grana 13. quanto tempore ſteterint in carcere, prout cauetur in capitulis regni.

De cautelis recipiendis a captiuis, quando liberantur. Rub.

ITem ſeruat ipſa Curia, quòd quãdo liberatur aliquis per curiam aliquo die feriato, ita quòd curia regi illa die non poſſet: tunc ſi ille liberandus debet iterum venire ad curiam, quia fideiuſſio tali die recipi non poteſt, tenetur tamen iſte modus videlicet, quod regens perſonaliter aſſignat per clamydem liberandum aliquibus, vel alicui pro captiuo, & ille promittit primo die iuridico eum præſentare in Curia ad certam pœnam arbitrio Regentis, puta, centum vnciarum, & de hac aſſignatione cum iſta pœna ſpecificata, vel maiori, vel minori ſecundum delicti qualitatem fit publicum inſtrumentum inter Dominum regentem tanquam officialem, & perſonã publicam ſtipulantem nomine, & pro parte dictæ Curię, & illum cui dictus captiuus aſſignatur, & alia, & deinde ille cui aſſignatur captiuus venit primo die iuridico, & obligat ſe voluntariè præſens apud acta ad dictam pœnam præſentare dictum captiuum ipſi Curiæ, ſi & quoties fuerit per ipſam Curiam requiſitus.

De ærario ſeu perceptore prouentuum. Rubrica.

ITem quòd ærarius teneatur facere quaternum prouentuum lucidum, & diſtinctum in debita forma: nec non de omnibus actis, de quibus poſſet commodum prouenire Curiæ prælibatæ.

De iuriſdictione & cognitione Magnæ Curiæ. Rubr.

Quòd omnes Regnicolæ, vel habitantes in regno compellantur ad Magnam Curiam Vicariæ, non obſtante priuilegio eis conceſſo.

Vide de iuriſdictione, &c. et de foro compet.

IN primis, cũ non humanæ cõſtitutioni, ſed diuinæ potius inhærẽtes, vt in lege diuina ſcriptũ nouerimus, Ita magnũ iudicabis vt paruũ, nec erit apud te exceptio perſonarũ, noſtrarũ cõſtõnũ, & edictorũ, & de certa nr̃a ſcientia, motuq́; ꝓprio, & matura nr̃i cõſilij deliberatione, iubemus, decernimus, volumus, & mãdamus, ꝙ oẽs Principes, Duces, Comites, & Barones, & alij ſubditi huius nr̃i regni, cuiuſcũque ſtatus, gradus, cõdõnis, dignitatis, & præeminẽtię fuerint, ac eius vniuerſitates Terrarũ, ciuitatũ, caſtrorũ, & locorũ quorũcũq; huius regni nr̃i, ac hoĩes ſingulares ipſarũ & quoſcũq; ſubditos, pſonas, ciuitates, terras, caſtra, & loca pñtib. pro expreſſis & ſpecificè ac ſingulariter declaratis haberi volumus, mandamus, & decernimus, ꝙ poſſint & valeãt conueniri, accuſari, trahi, & euocari a quibuſcũq; ipſos, & quẽlibet ipſorũ & ipſarũ cõuenire, citare, trahere, & euocare volẽtib. in p̃dictis nr̃is Magna, & Vicariæ Curijs, & qualibet ipſarũ, & ẽt quod p̃dictæ nr̃æ Curiæ, & q̃libet earum poſſint cõtra tales p̃nominatos ꝓcedere ſiue p accuſationẽ, ſiue p denũciationẽ, inquiſitionẽ, & ex officio ꝓut aliàs a iure, & regni cõſtõnib. & capitulis declaratur, & permittitur, nõ obſtãtib. quibuſcunq; priuilegijs, & indultis p̃dictis vniuerſitatib. hominib. & alicui ipſorũ & ipſarũ de nõ trahẽdis, & conueniẽdis eiſdẽ in dictis Curijs cõceſſis, ſiue p claræ memoriæ dñm Regẽ Carolum II. Et dominã Reginã Margaretã reuerendiſs. parentes, & Dominũ Regem Ladiſlaum reuerendiſs. fratrem noſtrum, ac per noſtrã celſitudinẽ, ſiue p quoſuis alios illuſtres regni nr̃i prædeceſſores cuiuſcũq; p̃textu, etiã pro ſtatu reipublicæ, & motu proprio, & cõſiderationib. alijs quibuſcũq; cõceſſis, cũ qbuſuis clauſulis derogatorijs, etiã ſi de illis, vel aliqua ipſarũ eſſet hic de verbo ad verbũ expreſſa mẽtio & notitia faciẽda, ſeu totus illorũ & illarũ tenor præſentib. inſerendus. Quæ priuilegia & indulta & ipſorum tenores de dicta certa nr̃a ſcientia, & proprio noſtro motu, ac plenitudine noſtræ dominicæ poteſtatis, cum dicti noſtri conſilij deliberatione totaliter reuocamus ac annullamus, caſſamus, & tollimus, viribuſq́; & efficacia vacuamus, ac nullius eſſe roboris decernimus, vel vigoris: Exceptis dũtaxat familiaribus * noſtris, & cõmenſalib. domeſticis, & actu ſeruientib. qui in eiſdẽ Curijs nequeant citari, cogi, cõpelli, aut quomodolibet euocari.

Item [a] quòd Curiæ ipſæ & quęlibet ipſarum cognoſcãt & cogno-

* Additio. Familiaribus. *Iſtud de iure procedit. vide Pau. de Caſtro in l. de die, §. fi. ff. qui ſatiſd. cog. cap. conſtitutus, de fideiuſſor. gl. in cap. ſtatutum. §. pen. in ver. expenſas, de reſcrip. lib. 6. Iaſ. in l. 1. col. 1. ff. ſi quis ius dicen. non obtemper.* De Bot.

[a] ITem quod Curia ipſa. &c. Practicatur & eſt repetitus infrà nu. 110. & incipit, item quod nullus admittatur, & alius ritus eſt infra incip. item ſeruat ipſa curia. Adde pulchrè Luc. in rubr. C. de delat. lib. 10. in 2. colum. ver. cæterum. & ver. itẽ dicunt aliqui. cum prin. ſeq. colum. & ibi etiam ponit quibus pœnis punitur delator non probans, & quibus caſibus delator non probãs nõ punitur. Quid ſi iſte delator probat plene, vel ſemiplene, ſed ex aduerſo probantur iuſtæ defenſiones, vel reprobantur teſtes denunciatoris, an iſte denunciator veniret condemnandus ad pœnam, ad quam ſe obligauit de probando: vide pulchrè eundem Luc. in l. 1. in 3. col. ver. ſed pone aliquis &c. cũ ſeq. col. eo. tit. & cum hoc ritu concordat conſt. Reg. pœnam calumniæ, idẽ vult Matth. in cõſt. peſſimã. 5. colum. in fi. & allegat hunc ritũ, & d. conſtit. hunc ritũ etiam alleg. Matth. in cõſt. præſenti lege, circa prin. & dicit ꝙ ſic hodie practicant in magna curia Vicarię, & eſt etiã tex. ibi, & dicit etiã Matth. in d. conſtit. pœnã calumniæ. in 2. no. quod iudices qui admittũt accuſatores ſine obligatione accuſatorũ ad certam pęnam de probando, & abſoluunt accuſatum, vel denunciatum, tenentur in ſyndicatu ſoluere illã pœnã, ad quã illi accuſatores eſſent obligati Regio fiſco. Et poſſet hoc procurator fiſci licitè petere, & nõ petẽdo illam pœnam, qñ iudices ſtant in ſynd. poſſet argui de negligentia a ſuperiore, & per conſequens priuari officio, vt in conſt. officiales, & in cõſti. ſi quis in poſter ũ. nec eos excuſat conſuetudo, quia eſt contra d. conſt. ut in pœnam conſti. §. fin. quod dicit eſſe menti tenendũ. Matth.

* Addi-

ſcere poſſint de guerra mota, priuato carcere, & omnibus alijs pœnis fiſcalibus. Nullus verò deferens de prædictis admittatur, niſi Curiæ ad certam pœnam ſe obliget de probando, & proſequendo. Et idem vbicunque aliquod fiſcale eidē Curiæ nūcietur, conuentio tamē iſtius pœnæ fieri debeat cum aduocato, & procuratore fiſci.

Item quòd Curiæ ipſę & quælibet ipſarum, dum ſunt extra ciuitatem Neapolis, cognoſcent ibi de cauſis ciuilibus & criminalibus quandocunque, & vbicunq; commiſsis, & cauſa ipſa incipit per litis conteſtationem, & nō aliter, etiā ſi Curię indè recedant antequàm cauſa ipſa terminetur, & dum eſt in loco & ciuiles & criminales taceāt, & nō reddatur ius, niſi p Curiā hoc eis permittatur.

Idem antiquitus.

Item quòd Curia ipſa & quęlibet ipſarum cognoſcāt de exceſſibus officialium aliorum delinquentium in eorum officijs ea exercendo, & non aliter.

Itē q Curiæ ipſæ, & q̄libet ipſarū cognoſcāt & cognoſcere poſsint tā de toto feudo, q̄ de quacūq; particula caſtri, vel alterius feudi quaternati, & quota ēt trāſeunte ad tripōdiū: de feudis verò non quaternatis, vel ſingulari re feudi quaternati, curia ipſa ēt ex priuilegio nō cognoſcat.

Item q dictæ Curiæ * & quælibet ipſarū cognoſcant de exceſsib. officialiū, ſi deliquerint in officijs eorū ea exercendo, & non aliter.

Item quòd Curiæ ipſæ,* & quęlibet ipſarum cognoſcant & cognoſcere poſsint de appellationibus, & nullitatibus omnium proceſſuum inferiorum iudicum immediate, & etiam ſi inferiores ipſi iudices fuerint officiales prælatorum in terris eccleſiarum, dumtamen terræ ipſæ teneantur in feudum a Curia, vel alio domino temporali.

Item quòd in Curijs ipſis magiſter Iuſtitiarius, & eius locumtenētes cognoſcant, & pronuncient, & cognoſcere & pronunciare debeāt cum vno ex iudicibus, ad minus tamen cum duobus, qui inueniuntur in curia aliorum abſentia non obſtante, nec in aliquo exinde requiſito & expectato.

Item [a] quòd nulla alia præter ipſam Curiam Magnam Vicariæ cognoſcere poſſit & valeat de pręſentationibus inſtrumentorum, & interrogationibus fiendis, & ſuper ipſis & circa prædicta ſeruetur laudabilis ritus dictæ Curiæ hactenus obſeruatus, & ſuperius expreſſus.

Item quòd Capitaneus ciuitatis Neapolis non poſsit cognoſcere, nec ſe aliquatenus intromittere debeat de cauſis merè ciuilibus, cum non debeat, neque poſsit.

Itē quòd curia ipſa cognoſcat * de guerra mota, priuato carcere, & omnibus alijs pœnis fiſcalibus, Nullus vero deferens de prædictis admittatur niſi curiæ ad certam pœnam ſe obliget de probando, & proſequendo, & idem vbicunque aliquod fiſcale eidem curiæ nuncietur, conuentio tantum ipſius pœnæ fieri debet cum aduocato & procuratore fiſci.

Item in curia ipſa contra Curiam, vel procuratorem non mouentur quæſtiones reales ſine mandato.

Item de donis curię in curia ipſa non cognoſcitur ſine ſpeciali mādato. Et cum cauſa ipſa agitur oſtēſo priuilegio donatarij, non autem procurator & aduocatus curiæ donatario tenetur aſsiſtere, & aduocatum donatarius ſibi habeat aliunde ſi habet vnde ſoluat eidem, alioquin aduocatus curiæ gratis patrocinetur eidem. Sed vbi ſoluendo eſt, & vult quòd aduocatus curiæ pro ipſo principaliter aduocet, debet ſibi ſalarium ſoluere, quod poteſt cum ipſo conueniri.

Item curia ipſa dum eſt in loco cognoſcit & pronunciat ibi de cauſis ciuilibus, & criminalibus quandocunque commiſsis. Sed dum eſt in loco cauſa in curia ipſa incipit per conteſtationem non aliter, & Curia inde recedit antequam cauſa in eadem curia terminetur, dum eſt in loco, & ciuiles & criminales tacent, & non reddunt ius niſi per ipſam curiam permittatur eis.

Item [b] curia cognoſcit de quacunque particula caſtri, vel alterius feudi quaternati, dummodo agatur de quota etiam tranſeunte ad tripondium, de feudis vero non quaternatis, vel ſingulari re feudi quaternati curia ipſa etiam ex priuilegio non cognoſcet.

Item curia ipſa cognoſcit & pronuntiat de exceptione excommunicationis. *

Item curia ipſa cognoſcit de exceſsibus officialium, ſi delinquant in officijs ea exercendo, & non aliter.

Itē curia ipſa cognoſcit * de appellationibus & nullitate omnium proceſſuum inferiorum iudicum etiam immediate. Et etiam ſi inferiores ipſi iudices ſint officiales prælatorum in terris eccleſiarum.

Item in curia ipſa magiſter Iuſtitiarius, uel eius locumtenēs cognoſcit, & pronunciat cum illo, & cum illis ex iudicibus, qui inueniuntur in curia aliorum, abſentia non obſtante, nec aliquo exinde requiſito.

Item in curia ipſa ante in medio intelligitur vbi tantum magiſter Iuſtitiarius, vel eius locumtenens mutatur de mutatione iudicum & notariorum actorum magnæ curiæ.

* Additio. Item quod dictæ Curiæ. *Vide Capic. deciſ. 27. num. 11 qui intelliget hūc ritum in officialib. regijs, non autem Baronis. contrarium tunc fuit iudicatum in magna curia Vicaria, & in Sacro Conſilio, me referente, vt notam in deciſ. d. Capicy.* De Bottis.

* Additio. Item quod Curiæ ipſæ. *Vide Didac. Couar. in cap. 4. pract. qq. nu. 11. & Guil. Benedict. in c. Rainutius. in ver. & vxor. 2. deciſ. nu. 25.* De Bottis.

a *Itē quod nulla alia præter ipſam curiam, &c.* Tu adde quod iſtū ritum reprobat Par. in tracta. ſynd. in ver. inſtrumentum. vbi ponit, & concludit plene, q ſi capitaneus coram quo fuit præſentatū inſtrumentum, proceſſit executiue ſecūdum formā ritus præallegati, incipiendo a detentatione perſonæ, excuſatur in ſyndicatu, & non tenetur, ſi ipſe Capitaneus habebat merum & mixtum imperium, per plura fundamenta, & maxime ex generali conſuetudine Regni, quia in omnibus curijs Regni proceditur per Capitaneos ſuper præſentationibus inſtrumentorum, ſecundum formam prædicti ritus. ¶ Et ſubdit poſtea quod male, & peſſimè fecit magna curia Vicariæ ſeruās iſtū ritum hic, videlicet q quando appellatur ad eam de præſentationibus inſtrumētorum factis coram Capitaneis, reuocat facta corā Capitan. quia totum Regnum ſeruat contrariū, & omnes Capitanei cognoſcunt de præſentationibus inſtrumentorū ſecūdum formam ritus prædictū, etiā Barones omnes, merum & mixtū imperium habentes, vide eſt omnino. ¶ Et ita ego uidi determinari p ſacrum Regium conſilium Neapo. per quod fuit decitum & iudicatum quod præſentatio ſecūdum formam ritus poſſit fieri in quacunq; curia, ēt in terris Baronū, & ita ſeruaī in prouincia Terrę laboris. Et ita uidimus ſeruari ī alijs puincijs Regni. M.

Reliqua de materia pſentationis inſtrumentorum, ēm formā ritus magnæ curiæ Vicariæ, habebimus copioſiſſime ex aureo tractatu excellen. domini Marini Freccię Patricij Neapolitani V.I.D. ac Regij conſiliarij celeberrimi, in quo omnes ferè quæſtiones, ac dubia occurrentes circa materiā iſtam ita eleganter, ac doctiſſime enodātur, ac deciduntur, ut nullus ſit addendi relictus locus, ac ita ut nihil in eo deſiderari poſſit, quem ſpero (ſi fata ſinant) citiſſimè in lucem editurum. M.B.

* Additio. Item q Cur. ipſa cognoſcat. *Eſt n. de capitulis in crimine læſæ maieſt. vt l. 1. ad leg. Iul. maieſt. & ſubſequens crimen punitur ad inſtar læſæ maieſt. & in curia ipſa cognoſcitur, vt in conſtit. 2. de offic. magiſtri Iuſtitiarij.* De Bottis.

b Additio. *De poteſtate cognoſcendi & iuriſdictione Magnæ Curię, vide in cōſtit. Regni, ſtatuimus vt magna. & in conſtit. Iuſtitiarij nomen & normam, uide conſtit. Capitaneorum.*

* Additio. Excōmunicationis. *An ſeculares cognoſcat de excōmunicatione, vide Gem. in c. fi. de foro compet. lib. 6. Phil. Franc. in c. decernimus. de ſent. excom. in c. 1. §. 1. de excep. And. in c. 1. in uer. cōtrahētium, quæ ſint regalia, Bal. in l. 3. in fi. C. de iud.* De B.

* Additio. Itē curia ipſa cognoſcit. *Vide Franciſ. Aret. in c. at ſi clerici. 1 reſpōſo, pen. col. extra de iudic.* De Bot.

a *Item*

a *Item ſi aliquis clericus citatus fuerit etc.* Vide omnino alium ritum infra, char. 5. col. pen. incip. itẽ ſeruat ipſa curia q̃ nullus clericus, &c. qui alia plura addit. Ego autem huiuſmodi ſum ſententiæ, q̃ iſti duo ritus, ex quo tẽdunt contra libertatem eccleſiaſticarum perſonarum, non debent ſeruari. l. priuilegia, & auth. caſſa. C. de ſacro. eccle. & imò fortius dicit ibi tex. quod etiam debent penitus aboleri a capitularibus, & a libris ſtatutorum.

• Additio. Item ſi aliquis clericus. *Contrarium eſt conſilium Cępolla 11. & Alex. cõſ. 8. & 9. vol. 2. Vide etiam c. 1. de cler. coniug. in 6. & Abb. in cap. Ioannes, e. tit.* De Bot.

b *Item quòd ſi aliquis citatus fuerit, &c.* Matth. in conſti. ſi damna. 15. colum. ver. ſed iuxta hoc quæro, &c. dicit ſe credere quòd iſti ritus debeant intelligi in ciuilibus, non in criminalibus, per capit. 1. de cler. coniug. lib. 6.

Additio. *Sed fuit quæſitum tẽpore meo de quodã ſatuo iudice, qui percuſſit quendam cum libro tabulato, quem honoris cauſa non nomino: ſed tunc fuit dictum, q̃ ſuperſederetur, & quod dictum eſt de percuſſionibus ſupra, idem intelligas de inſultu, ſecus eſt in Curia magiſtri Iuſtitiarij, in qua proceditur per eum in omni crimine.*

• Additio. Item quòd ſi aliquis. *Clericus coniugatus cõuenitur in magna Curia Vicaria, quid ſi clericus reconuenitur, eſt altercatio inter Canoniſtas, an procedat coram Iudice ſeculari, vt in c. at ſi clerici, de iud.* De Bottis.

Clericus citatus debet perſonaliter comparere, & Curia cognoſcit de ſuo clericatu. Rubrica.

Item [a] ſi aliquis clericus * citatus fuerit vt laicus de mandato dictæ curiæ pro aliqua criminali cauſa vel ciuili, bannitus, vel foriudicatus, & voluerit poſtea ſuã purgare contumaciam, ad purgandum ſuam contumaciã debet in eadẽ curia perſonaliter cõparere, & ipſa curia cognoſcet de ſuo clericatu prædicto, cũ habitu & tonſura demonſtrato, & conſtito ipſi curiæ de clericatu hmõi eadem curia remittit ipſum ad ſuum iudicem competentem, & hoc quotidie obſeruatur.

Clericus cõiugatus non admittitur ad priuilegiũ per eandẽ Curiã. Rub.

Item [b] quòd ſi aliquis * citatus fuerit de mandato dictæ curiæ, & ad citationem ipſam compareat in dicta curia allegans ſe eſſe clericum coniugatum, & gaudeat propterea priuilegio clericali, huiuſmodi priuilegium per dictã curiam ſibi non admittitur, ſed tanquàm contra laicum contra eũ proceditur per curiam memoratam.

Quòd tenetur clericus reſpondere per viam reconuentionis. Rub.

Item q̃ ſi clericus in maiorib. vel minorib. ordinib. cõſtitutus, vel alius priuilegiatus, vt pupillus, vel vidua eligat forũ ipſius Curię agendo contra aliquẽ, in ipſa curia compellatur per modũ recõuẽtionis in eadem curia aduerſario reſpõdere.

In quibus denuntiationibus proceditur. Rubrica.

Item ſeruat ipſa curia non procedere ad denunciationem, nec ex mero officio, nec de percuſſione illata cum aliquo inſtrumento nociuo, ſicut eſſet planella pedis, corrigia, aluta, & ſimilia, ſecus ſi cum baſtone, vel ſimili, quia tunc proceditur iuxta capitulum regni.

De modo procedendi, & de proceſſibus cauſarum. Rubrica.

Vt dilationum materia præcidatur, & in quantum poteſt tollantur quædam aliæ ordinationes de nouo factæ olim in anno Domini 1385. die 6. menſis Octob. octa. indict.

In primis detur terminus ad ponendum, & probandum in qualibet cauſa, tam ciuili, quàm criminali competens iuxta materiam cauſæ & locorum diſtantiam, & quòd in dicto termino ad probandum duo teſtes prædicti iurati examinari debeant infra ipſum terminum, aliàs de cætero non audiantur, niſi iuſta & rationabilis cauſa mouerit iudices ad concedendum, vt teſtes iurati examinentur vltra dictum terminum, & cum datur terminus ad probandum, fiat commiſſio examinationis teſtium. Et idem ritus ſeruetur in cauſis commiſſis, & de cętero committendis.

Item quòd infra ipſum terminum ad probandum datũ fieri debeant reſponſiones tam ſuper articulis, quàm ſuper exceptionibus oblatis in cauſa principali, & in cauſa beneficiorum, in cauſis ipſis petitorum per principales, ſeu procuratores eorum habentes ſpeciale mandatum ad prædicta, & reſponſiones ipſæ aſſignatæ in dicto tempore ſcribantur in actis in fine vniuſcuiuſque articulorum, ſeu exceptionum per ſubactarios actorum, & ſi infra dictum terminum ad probandum datum non fierent dictæ reſponſiones in actis oblatis, per quem ſteterit dictarum partium principalium incidat in pœnam Tarenorum 15. dictæ curiæ applicandam, qua pœna ſoluta datur alius terminus ad dictas reſponſiones faciendas iuxta prouiſionem iudicum, in quo termino dando ſi non fuerint factæ dictæ reſponſiones, & in actis dictæ Curiæ aſſignatæ vt ſuprà, habebuntur articuli ipſi, ſeu exceptiones pro confeſſatis, niſi de conſenſu partium infra dictum primum terminum vel ſecundum fuerit dictis reſponſionibus expreſsè renuntiatum, Curia ipſa pro tribunali ſedente.

Item quòd in cauſis, in quibus petuntur beneficia reſtitutionis in integrum, & peti poſſint, detur terminus in primo beneficio petito & conceſſo ad probandum, medietas videlicet termini dati in primo beneficio, & quòd teſtes iurati examinentur infra terminum datum, tam ſuper primo, quàm ſuper ſecundo beneficio, ita quòd de cætero non audiantur.

Item quòd elapſo termino tam in cauſa ciuili, quàm in cauſa beneficiorum dato, infra dies quatuor a die dicti elapſi termini petatur per partes principales, ſeu procuratores eorum publicatio in cauſa. Et ſi infra dictum terminum non peteretur, habeatur ex tunc pro publicato in cauſa, & ſcribatur in actis publicatio tanquàm eſſet facta de conſenſu vtriuſque partis, & facta publicatione eodem die detur terminus ad recipiendum copiam proceſſus dictæ cauſæ iuxta prouiſionem iudicum, & naturam ipſius cauſæ, ita quòd elapſo dicto termino ad recipiendum copiam, dato, de cætero nõ audiantur, niſi ſteterit per magiſtrum actorum, vel ſubactarios Curiæ, quo caſu teneatur magiſter actorum, ſeu ille qui fuerit negligens in dando dictã copiã ad pœnam Tarenorũ decẽ excõputandorũ in gagijs eius, quod no.

Item quòd facta publicatione in cauſa, ſi partes vel aliqua ipſorum voluerint petere terminum ad repulſam * teſtium: petere debeant infra decem dies numerandos a die aſſignatæ copiæ proceſſus dictæ cauſæ plus vel minus ad arbitrium iudicum, iuxta quantitatem proceſſus, & quòd detur terminus ad probandum iuxta materiam cauſæ, & locorum diſtantiam, & quòd dicta repulſa concedatur vtrique parti per dationem vnius termini, & infra terminum datum ad probandum in cauſa repulſæ iam dicti teſtes iurati examinentur, ita quòd de cætero non audiantur, niſi ex iuſta cauſa.

• Additio. Repulſam. *In repulſa non examinatur poſt terminũ, niſi ex iuſta cauſa, vide Aret. in c. vlt. col. 10. extra, de teſtibus.* De B.

Item quòd elapſo termino dato ad dictam repulſam infra quatuor dies petatur, & fiat publicatio dictæ repulſæ, & ſi peteretur poſt dictam publicationem repulſa repulſæ concedatur vtrique parti per dationem vnius termini infra ſex tantum dies numerandos a die aſſignatæ copiæ

tæ copiæ dictæ repulſæ, & petatur vt fiat publicatio, vt ſupra, & ſi infra dictum terminum non fuerit petita ipſa publicatio, habeatur pro publicato, vt ſupra, quod ſeruatur.

Item facta publicatione dictæ repulſæ, & omnium actitatorū prędictorum in dicta cauſa, ita quòd nihil reſtet fiendum, fiat concluſio infra quatuor dies numerandos à die factę publicationis, & detur terminus procuratoribus dictę cauſæ, quòd producant in dicta cauſa allegationes in ſcriptis, cum rubricis aſſumptis breuibus, vt melior poteſt, infra 15. dies numerandos à die factæ concluſionis, & aliàs ad arbitrium iudicum, cōſiderata qualitate, & natura cauſæ, quo termino elapſo, ſiue fuerint præſentatæ ipſæ allegationes, ſiue non, iudices dictæ curiæ procedant ad diffinitiuam ſententiam ferendam breuius quam poterunt, iuxta naturam cauſæ prædictæ.

Item quòd quandocunque de ſero proponerentur aliquæ cauſæ, ſiue fiſcales, ſiue priuatorum, in quibus requirerentur diſputationes, ſiue allegationes, quòd transferantur in ſequentem diem de mane.

Item quòd quolibet ſero poſtquàm aduocati compleuerunt propoſitiones eorum, audiantur procuratores ad actus per eos faciendos in cauſis.

Item quòd cum datur terminus ad probandum, & ponendum in vltimo die ipſius termini, vel ſequentis ad plus, petatur terminus ad examinari faciendum pro parte actrice, vel cōuenta, ſi teſtes iurati, non examinati tunc eſſent: aliàs de cætero dictus terminus ad examinari faciendum peti non poteſt, nec conceditur, quod obtinet locum tam in cauſis principalibus, quàm in appellationibus, qui terminus ad examinari faciendum in ſupradicto termino & tempore peti poteſt, & conceditur in bancha, & extra bancham, die feriata, vel nō feriata, de conſcientia tñ duorum iudicū, &c.

Item q̄ quandocunque partes* principales [a] actorum, & cōuentorū citantur & requiruntur, tanquā legaliores & ſcientes exinde melius veritatem, reſpondeant ſuper articulis, exceptionibus, & quibuſcunque alijs poſitionibus tangentibus proprium factum, reſponſiones ipſæ fiant ſtatim per ipſas prin-

• ADDITIO. Item q̄ qñcunq; partes. *Limita vt per Socin repet. l. 1. ff. de vul. & pup. & Maran. in rep. l. ſi actor. nu. 68. ff. de procu. Adde And. in conſt. partes in iudicio. & per Matth. de Aff. dec. 294.* De B.

a *Item quòd quandocunque partes principales, &c.* Adde hic pulchram quæſtionem, Titius bannitus citatur vt veniat tanquam principalis, ad reſpondendum ſuper poſitionib. mittit procuratorē ad deponendum, an habeatur pro confeſſo? vel admittatur reſponſio procuratoris? hāc quæſtionem ponit Matthæus in conſtitutione, partes in iudicio, in 1. notab. in 4. quæſtione, & determinat quod non debet haberi pro confeſſo ſed proceditur contra eum tanquam contra contumacē. vide eū omnino. ¶ Adde vnam limitationem ad hunc ritum, vt non habeat locum in emptore conuento. nā non tenetur reſpondere poſitionibus aduerſarij ſuper dominio rei emptæ, Bart no. in l. at qui natura. §. cùm me abſente. verſic. & propter hoc. ff. de neg. geſt. refert, & ſequitur Matth. in loco præalleg. in ij. notab. ¶ Adde tamen q̄ quando principales perſonæ debent per ſe reſpondere poſitionib. propter diſtantiam loci, ſit remiſſio ad partes, vbi ſunt principales perſonę litigantes: non autem compelluntur perſonaliter comparere, ad reſpondendum poſitionibus coram iudice. iſte eſt tex. in ca. præſentium. & ita ibi formaliter notat illum text. Gem. in 11. not. de teſt. in 6. Tene menti, quia faciet tibi honorē. ¶ Adde pro hoc ritu pulcham doct. Bal. in l. cum falſum. ff. de acqu. hære. vbi inquit, quod non debet dari terminus accuſato de delicto in facto proprio, ad deliberatè reſpondendum, an ſit ſic vel non: quia in facto proprio debet eſſe certus: ſecus ſi ex facto alieno conuenit, vt quia villa conuenitur de robaria commiſſa in ſuo diſtrictu, quia cum conueniatur ex delicto alieno, veriſimiliter poteſt ignorare: ideo debet habere terminum. quam doctrinam refert, & ſumme commendat Areti. in tract. malefic. in ver. comparent dicti inquiſiti, & confitentur totum, &c. in 3. colum. ver. & bene aduertas tu iudex, &c. ¶ Et no. etiam Bald dicta l. cum falſus, quod in facto ſuo quis errare non poteſt. ſubdit etiam quòd illa lex inducitur, quod quotieſcunque quis interrogatur de facto ſuo, debet reſpondere ſimpliciter, non ſub conditione, vel proteſtatione, quod dicit tenēdum menti. Et in quantum hic dicitur ſtatim, tu limita niſi factum eſſet multum antiquum, vel recens, ſed implicitum, & ualde intricatum. Quia tunc non cogitur reſpondere ſtatim & incontinenti; ſed debet ei dari terminus ad deliberandum, ut poſſit reſpondere. ita no. limitat Bartol. in l. 2. §. quod obſeruari. in 3. colum. ver. ſed pro eius declaratione quæro, &c. C de contrahen. & committen. ſtipulatio. dicens quòd ſic no. Cyn. in dicto §. quod obſeruari. tene menti. Vtrum autem iſte ritus habeat locum in procuratore, qui interrogatur, vt reſpondeat poſitionibus, & ipſe dicit ſe non inſtructum, an debeat habere dilationem ad Dominum conſulendum? Cyn. hoc ponit in authen. qua in prouincia. C. vbi de crimi agi opor. Innocen. in c. cum dilectus. de procuratoribus, dicit q̄ ſi ſolus procurator interrogatur, vel etiam citatur Dominus generaliter, non expreſſo ſuper quo, & mittit procuratorem, & tunc tribuitur ei dilatio, quia non potuit diuinare. Sed ſi fuit citatus Dominus ad certum quid, & ipſe miſit procuratorem, & tunc non datur, nam debuit deſtinare eum inſtructum, & ſi non deſtinat, reputatur contumax, quod eſt not. & ita practicatur. ita formaliter inquit Ange. in l. non ſolum, in prin. in 2. colum. verſi hic autem incidenter, &c. ff. de procuratorib. tene menti. Et quod de iure communi detur partı terminus ad deliberandum, ſi dicit ſe dubitare, & petit terminum

ad

ad deliberandum, tenet etiam Bald. in rubr. in 2. colum. ff. de iureiur. allegat l. iuſiurandū, & ad pecunias, §. fin. eodem titu. Poſtea ſubdit, ſed in teſte non occurrit modo lex, quæ hoc dicat, tamen idem credo, quia eadem eſt ratio æquitatis. ita Bald. tene menti hoc dictum de teſte, quia pauci ſciunt, & faciet tibi honorem in facto. Adde Luc. in lege, in ſacris, la grande. in 12. colum. C. de proxi. ſacro. ſcrin. libro duodecimo. vbi inquit, quòd ſi principalis de aliquo interrogatur, diſcretus iudex rationabiliter inuenerit ipſum dubitare, poterit admittere ipſius reſponſionem, (dubito) vel dilationem tribuere competentem, in qua melius inſtruantur. Et dū iſte ritus vult, q̄ quādo principalis reſpōdit poſitionibus, non poteſt vti conſilio aduocati, tu limita hoc non procedere quādo eſſet iſte principalis nimium indiſcretus & groſſus: nam tūc de iudicis licentia poteſt per alium reſpondere, & ſequi conſilium aduocati. ita no. limit. Luc. in loco proximè alleg. tex. no. in cap. paſtoralis. de iudicijs.

Adde hic vnum pulchrū dictum Hoſtien. in capit. dilecti. vbi arg. capit. paſtoralis, ſupra alleg. inquit, quod propter ſimplicitatem partis principalis, ſi timetur ne in reſponſionibus ad poſitiones capiatur, quia eſt homo groſſus, debet permitti aduocatum reſpōdere pro eo, quod dictum ſequitur, & ſummè commendat Panor. in dicto ca. paſtoralis, circa finem, ſubdens eſſe bene notandum, & ibi etiam ſequitur Fely. in penul. colum. uerſ. amplia primo, &c. & ſumme extollit Imo. in d. cap. dilecti. & ſequitur etiam Barth. Bolog. in repetitione authen. habita. in 14. char. in 3. colum. C. ne fil. pro pat. ſubdēs tamen iſtud eſſe intelligendum, dummodo aduocatus veritati innitatur in reſponſione. Plus ſubdit Inno. in d. cap. paſtoralis, quòd non eſt malum ſi indiſcreta perſona etiam compellatur per alium, & ſic per aduocatum factum exponere, & reſpondere poſitionibus. Quod dictū refert & ſequitur Franc. ibi in fi. de quo tamen dicto dubitat Felin. ibi in penul. colum. ver. dubito tamen &c. Vbi latè per eum. Amplia illud quod ſupra dictum fuit in perſona indiſcreta, vt habeat locum etiam & extendatur ad omnes perſonas miſerabiles. Ita no. inquit Felin. in loco præalle. ver. amplia. 2. &c. Alleg. Bald. in l. magis puto. §. in primis. ff. de reb. eo. tene menti. Et dum ſupra poſui limitationem in perſona nimis indiſcreta, adde Spec. idem dicentem in titulo de poſi. §. 1. ante fin. Et adde etiam ad hunc ritum pulchrum tex. in conſtit. aduocatos. ibi, ipſas de facto, &c. & ibi omnino uide Matth. in 4. no. ponen. plura pulchra dicta. & poſtea ponit limitationem hic poſitam, quando principalis eſt indiſcretus, & ſimplex. & vnam aliam limitationem, nam aduocatus poteſt facere clientulum ſuum reſpondere libello per procuratorem inſtructum cum ſpeciali mandato, ad ſic reſpondendum: nam tunc iudex non poteſt dicere, quod vult, quod reſpondeat principalis, & alleg. cotas, & ſubdit quod ſi iudex vult omnino quod principalis reſpondeat poſitionibus, quia melius ſcit ueritatem, tunc aduocati conſulunt, quòd ipſe ore proprio petat terminum ad reſpondendum poſitionibus, & tunc iudex debet terminum dare, & tunc aduocatus conſulit quomodo reſpondebit clientulus, & allegat cotas. uide omnino, & tene menti prædicta. Quis autem dicatur principalis. habes tex. no. in l. principaliter. la ſeconda, C. de liber. cauſa. illum tex. alleg. Bald. in rubr. in ulti. colum. de cont. inueſt. uerſi. quis autem dicatur, &c. Et in quantum hic ritus uult, quod principalis reſpondeat ſine conſilio aduocati, tu adde & dic, q̄ imò aduocatus eſt arcendus a conſpectu reſpondentis, ne ipſum in reſponden. inſtruat, ſaltem nutu. ita no. inquit Spec. in ti-

tulo

cipales perſonas ſine conſilio procuratorum & aduocatorum in ſecreto, & ſub ſilentio coram iudicibus dictæ Curię, vel eis, aut ei, quibus ſeu cui cauſa eſt commiſſa, & reſponſiones ipſarum partium per eoſdem iudices, ſeu commiſſarios in ſcriptis redigi mandetur. Quod habeat locum tam in cauſis ciuilibus, quàm in criminalibus, tam principalibus quàm appellationibus, abſque tamen periculo pœnæ varietatis, periurij, * &c.

Practica, quando actus fiendus cadit in diem feriatum. Rubr.

ITem [a] ſeruat ipſa Curia, * quòd ſicut de iure communi vbi debet fieri aliquis actus vno die, qui reperitur eſſe feſtiuus ſeu feriatus, tunc ſequenti die iuridico fit ille actus, & dicitur pro eo quòd tali die, & tali die non potuit fieri &c. per tale & tale feſtum, quibus diebus curia ipſa recta non fuit, &c.

Item ſeruat ipſa Curia ante publicationem dare terminum de exceptionibus, & articulis: & hoc poſtquàm oblati ſunt articuli & exceptiones, & non antè: ſed poſt publicationem datur de omnibus etiam de inſtrumentis, cum die & conſule.

De reſponſalibus literis præſentandis. Rubrica.

ITem [b] ſeruat ipſa Curia, vt ſi die quo debet aſſignare reſponſale

ne ſpiret citatio, puta, dicto vndecimo die, & ipſo die vndecimo ſit feſtum, & per ipſam curiam celebratur, ſufficit ſi aſſignetur magiſtro actorum, vel alicui ex ſubactarijs, qui ibi ſcribat præſentatam die illo feſtiuo; non tamen dicit ipſe notarius, quòd præſentatum fuit in iudicio, ſed apud acta tantùm: quia tali die non poteſt eſſe iudicium: & ita diu ſeruauit ipſa curia, & ſeruat ad pręſens: quia quando poteſt eſſe iudicium die feriata, ſcilicet, die primo, quo prima contumacia accuſatur licet curia, vt hic dicitur, non regatur, dicitur die tali talis præſens in iudicio, & apud acta, &c. accuſauit contumaciam dicti talis in dicta curia vocati & non comparentis. Et hoc ſemper ſeruauit, & ſeruat ipſa curia. & primo die iuridico debet accuſari contumacia prima: licet curia non regatur, quia ſiue regatur curia ſiue non, dummodo non ſit dies feriatus, in omni caſu accuſatur & accuſari poteſt prima contumacia pręſente magiſtro actorũ, vel aliquibus ſubactarijs, licet non ſit pręſens Regens, vel alius officialis, vel alius ex iudicibus, quo die ſimiliter non feriato in præſentia vt ſupra poſſunt recipi fideiuſſores, & offerri articuli, exceptiones, inſtrumenta, & alia iura, ad quæ producenda terminus datus erat, licet ipſa Curia non regatur. & hoc etiam ſeruant alię Curiæ Regni.

tulo depoſi. §. 3. ante ſi. refert, & ſequitur Luc. in loco prææalleg. in ſequen. col. tene menti, quia eſt no. verbum. & dixit glo. no. in cap. 1. in glo. magna, de confeſſ. in 6. quod ad poſitiones debet reſpondere pars, non autem aduocatus. imò ſolent cauti iudices tunc reſpondentis aduocatos expellere. ita illa gl. Adde ſic And. in reperto. ſuo, in uer. Aduocatus. in 3. verſi. & ex iſta gl. potes notare, &c. ubi primò allegauerat gl in conſt. præſenti. ſub rubr. de excep. ma. non oppo. poſtea inquit formaliter, & ex iſta glo. potes notare, q̀ quando quis citatur, vt teſtificetur vt principalis, & legalior, antequam examinetur, poteſt petere, vt detur ſibi copia iuriũ aduerſarij, ſuper quib. debet interrogari, ut cõſulat aduocatũ, de quo cogita. ita Andr. dictum Hoſt. in d. c. dilecti, ſup. relatum, refert, & ſequitur ibi Imo. & alij, & Alex. poſt Bart. in l. ſi poſtulauerit. §. quæſtioni. ff. de adulte. Pro intellectu huius ritus quęro an de iure communi ſuper facto proprio detur dilatio ad reſpondẽdum? dic quòd ſic, ſi eſt de longinquo, vel ſi eſt factum implicitũ, quod dependet ex calculo, ſecundum Iac. Butr. in l. emptor. §. Lucius. ff. de pact. ita Bald. in c. dubium. il 2. in 10. colum. verſi. ſed nũquid ſuper facto, & c. de elect. Et inquantũ iſte ritus vult, quòd debet reſponderi poſitionibus, & articulis per principales perſonas, etiam in criminalibus cauſis, limita ut non procedat in muliere coniugata accuſata, quæ poteſt reſpondere capitulis per procuratorem ſufficienter inſtructum, nec poteſt cogi per iudicem vt reſpondeat perſonaliter. ita no. inquit Matth. in conſtit. generalia iura. in 6. no. per tex. ibi. tene menti, quia faciet tibi honorem in facto. & aduerte quia dictus procurator debet habere ſpeciale mandatum, quia hoc importat illud verbum, ſufficienter inſtructum. ita inquit Matth. ibi, quem vide. Vtrum autem parti ſit danda copia poſitionum, & terminus ad conſulte reſpondendum, ponit, & late examinat Matth. referens opiniones in conſtit. partes in iudicio. in 1. no. verſi. ſed pone quòd iudex, &c. vbi ſemper videas melius quàm alibi, & ibi etiam quid in Regno, & ille tex. in dicta conſtitutione, vuit quod principalis poſſit reſpondere poſitionibus per ſe, vel per alium, cum conſilio aduocati.

Hunc tamẽ ritũ nõ uideo ſeruari.

In verbo *periurij, &c.* Hunc ritum etiam allegat, & ſequitur Par. in tract. ſynd. in ver. tortura. in 8. col. & de eo qui reſpondit poſitionibus cum iuramento, & vtrum poſſit de periurio accuſari? hanc q. ponit, & examinat pro & contra Bald. in repet. l. 2. in pen. col. ver. ſed nunquid de eo, &c. ff. de iureiur. tandem concludit quod non, quod dicit eſſe verius per plura iura & fundamenta. vide cũ omnino, & pauci ſciunt hanc notam. Vtrũ peccet reus interrogatus a iudice ſuper crimine, mentiendo, cũ ſi confiteatur mortem incurrat? dicit Archid. q̀ ſic, & hoc ſi iuſta eſt interrogatio: ſi autem eſt iniuſta, fugiat quantũ poteſt, ne reſpondeat, appellando, vel alias: q̀ ſi hoc non poteſt, non mentiatur, ut hoc ipſe latius no. ſecundum beatum Thomam 2. 2. q. 2. in c. ipſarum. refert, & ſequitur Luc. in l. nec ipſi. in 2. col. verſi. an peccet, &c. C. de iurad. lib. 10. An autem, & q̀n de iure cõi principalis periurus puniatur, vide ſemper melius quàm per aliquẽ, magiſtralem doctorem Corradi in §. item ſi quis iurauerit. in 12. col. Inſtitut. de actio. Vtrum autem reus principalis varius torqueatur? vide late Parid. in tract. ſynd. in uer. tortura, in 6. col. cir. ſi. Adde q̀ reſpondens inquiſitioni cum iuramento contra veritatem, non punitur de periurio, ita no. inquit Alex. in apoſtil. ad Bart. in l. 1. in ſi. ff. de bo. eo. qui mor. ſibi conſci. ſubiicens ita ſuiſſe conſultum per quoſdã peritos Doctores, tene menti. Vtrum autem hoc c. ſit iuſtum, Matth. in conſtit. Regni in rubr. dixit ſe dixiſſe in cap. 1. §. fina. de contuc. rectũ feud.

In ver. *ad compoſitionem, &c.* Cõpoſitio nõ poteſt fieri niſi probato delicto. Adde Parid. in tract. ſynd. in ver. compoſitio. in 2. col. M.

* ADDITIO. Periurij. *Vide And. in conſt. ſi damna. tu vide Bart. in contrarium, in l. de minore, §. tormenta, ff. de qq. & Parid. de Puteo in tract. ſindic. in verbo, tortura. & in cap. viſo, ext. de iudic. Sed tu aduerte, quia iſte ritus non videtur determinare de tortura ſed dicit non aligari pœna variationis, & periurij, quia non punietur vt periurus & ut varius: quoniam iuſiurandi contenta religio. l. 1. C. de reb. cred. Sed non determinat an varius, & periurus non torqueatur & poſſit torqueri. vide Bald. in l. preſbiteri, C. de epiſc. & cler. maxime quia iuncta variatione, & quæ non proſunt ſingula, multa iuuãt. Aff. in cap. 1. §. ſi. de conſuet. recti feudi. & in rub. conſtitut. eos qui ſcienter.* De Bottis.

Practica quando actus fiendus, &c. Rub.

a ITem *ſeruat ipſa Curia, quòd ſicut eſt de iure communi, &c.* Adde hic duos alios ritus, vnum ſupra incip. item ſi datus terminus alium incipien. item quòd tã in ciuilibus, &c. in quibus dicitur, quòd ſi terminus incidit in diem feriatam, contumacia debet accuſari die ſequenti. Quid autem ſi iudex dicit, a die craſtina vſque ad 7. diem proponas omnes exceptiones tuas dilatorias tam contra perſonam, quàm contra alia: ultima dies reperitur feriata, nunquid die poſt illam ſequenti poterit eas producere? hanc quæſtionẽ ponit Spec. in tit. de dilat. §. 1. verſ. ſed pone quòd iudex. & concludit quòd non: quia potuit illas producere 1. vel 2. vel 3. dilatione, & ſic de alijs. ſecus ſi dictum eſſet, deberet die ſequenti proponere: Si vero dictum eſſet, da tuas exceptiones in ſcriptis, tunc etiam die feriata dare poteſt: quia dare ſcripturas non eſt actus iudicialis. & allegat iura. uide omnino, Quid ſi fiat citatio die feriato, ut compareat die non feriato? hanc quæſtionem examinat pro, & contra Tancred. in ſua compend. in rubrica de quæſt. ver. citationes. in 7. quæſt. tandem dicit quòd de conſuetudine approbatur quòd ualeat, uide eum. Quæro de alia quæſtio. ſit citatio quæ nõ valet, an nihilominus teneatur citatus comparere die ſequenti non feriato? hanc q. ponit & examinat pro & contra Tancre. vbi ſupra in 9. q. ubi omnino uide. & quid ſi ultimus dies dilationis incidit in diẽ feriatum? non admittitur die ſequenti. & tenet idem Tancr. vbi ſupra, in 17. q. vide eum. Et dum ſupra allegaui Tancredũ, adde quod idem tenet Alb. de Roſ. in l. ſi. verſi. item eſt ar. ff. de offi. præſe. vrb. ar. illius tex. M.

* ADDITIO. Item ſeruat ipſa Curia. *Vide And. de Iſer. in c. 1. §. ſacramentum. il 2. de conſuet. recti feudi. & Parid. in tract. ſindicat. in verbo, tortura. verſic. viſo de indicijs, num. 12.* De Bottis.

b ADDITIO. *De reſponſionibus autem dic vt in quadam alia obſeruantia huius curiæ quæ eſt hic, &c.*

Ordinationes factæ in Magna Curia in Anno Domini milleſimo quadringenteſimo, die ſexto menſis Septembris octaua indictio. regnante Sereniſſimo Domino Noſtro Rege Ladiſlao Dei gratia.

In primis, qualibet hebdomada eligantur duo ex iudicibus dictæ curiæ, qui iudices hebdomadarij nuncupentur: & facient audientiam in bancha de omnibus cauſis ciuilibus, & criminalibus, ordinarijs, & extraordinarijs occurrentibus in hebdomada ipſa, & infra. Et omnes cauſas ex eis, quæ committi ſolent & debent iuxta ritum & obſeruantiam dictæ Magnę Curiæ, ipſis duobus hebdomadariis committant, & examinationes teſtium, & alia hebdomada ipſarum cauſarũ conſimilium occurrentium ipſis iudicibus, vel hebdomadariis applicentur.

Item quòd ſeruentur omnia capitula, & conſtitutiones Regni editæ ad adminiſtrationem Regni, & pro ſtatu pacifico ſubiectorum.

In proceſſu ſeruitutum non datur copia partibus. Rubrica.

ITem [a] ſeruat ipſa Curia, quòd ſi proceditur extraordinariè de mãdato ipſius Curiæ per duos Curiales Neapolitanos communiter electos per partes, & per vnum aduocatum per ipſam Curiam datum, fiat inter ciues & incolas ipſius ciuitatis de conſtruendis, vel aperturis, & ſeruitutibus quibuſcunque, & quod ipſius proceſſus copia partibus non datur ad tollendum ſubterfugia, & cauillationes aduocatorũ, ſed iuxta relationem ipſorum Curialium, & aduocati facere mandata per ipſam Curiam partibus ipſis fit: nec aliqua appellatio, vel allegatio admittatur aduerſus ipſum mandatum.

a ADDITIO. *Et ita fuit ſeruatum in denunciatione facta per egregium virum militem Franciſcbellum Galiozum pridie, quando denunciauit Buffillũ Brancatium de certis, in qua cauſa, quia teſtes non venerunt, fuit idem Buffillus abſolutus de hoc preſenti anno duodecima indictionis, primo tamen condemnatis teſtibus ad quatuor vncias, vt fit.*

Quid ſit ſi atteſtationes vnius partis veniunt, & alia non. Rubrica.

ITem ſeruat ipſa Curia, quòd ſi examinationes teſtiũ, ſcilicet vnius partis ſunt præſentatæ in actis, & nõ examinationes alterius partis, puta, quia examinati ſunt teſtes citius vnius partis, quam alterius, tunc ſi Curia vult, & hoc petatur, fiat publicatio atteſtationum illius partis quæ ſunt in actis, deinde venientibus aliis atteſtationibus fit publicatio de eis venientibus, vel præſentibus: de aliis autem quæ primo venerunt, de quibus iam publicatio facta fuit, non fiet iterum, & idem intellige de reſponſionibus partium: nam fit multoties publicatio reſponſionum vnius partis tantum, & multoties alterius tantum, quandoque fit publicatio ſimul atteſtationum omnium, & reſponſionum, & omnium aliorum actitatorum. Vnde notandum eſt, quòd publicatio poſſit fieri de quolibet actu per ſe: ſi quis vellet, tamen prædicta ſunt in vſu, copiæ tamen reſponſionum dantur, prout in quadam alia obſeruantia Curiæ.

Et de ꝑ teſtibus, vide ritum in ti. de appellatione.

Curia ipſa procedit ad anteriora condemnatis teſtibus. Rubrica.

ITem ſeruat ipſa Curia, quòd citatis teſtibus & ipſis condemnatis ad pęnam in citatione mandatoria contentam, licet non veniant, nihilominus Curia ipſa ad poſteriora procedit, quamuis conſtitutionum regni forma videatur aliquantulum refragari.

De atteſtationibus præſentandis. Rubrica.

ITem ſeruat ipſa Curia, quòd quando fiunt commiſſiones examinationum teſtium, illę atteſtationes poſſunt produci in ipſa cauſa per partem vſque ad concluſionem cum ſigillis examinatorum, per quod teſtes iurauerint infra terminum iuxta conſtitutionem regni, & hoc diu ſeruauit & ſeruat ipſa Curia, & quando præſentantur, fit actus per ſubactarios in principio earum, vbi ſubſcribitur dies præſentationis earum.

In quibus cauſis ponitur infra biduum. Rubrica.

ITem [b] ſeruat ipſa Curia, quòd in ciuilibus & in criminalibus partes principales debent ſpeciales articulos, poſitiones, & exceptiones ponere vſque, & per totam ſequentem diem, qui ſequitur poſt data capitula, ſeu poſt libellum accuſatorium, vel ciuilem. In ciuilibus tamen ſi ſit procurator ſufficit, ſi infra biduum prædictum det exceptiones generales, vel ſi eſt procurator actoris articulos generales, ſecus in criminali.

Fiſco non datur terminus ad examinari faciendum. Rubr.

ITem ſeruat ipſa Curia, rarò dari terminum ad examinari faciendum fiſco, ſed aliis datur, quando Curiæ videtur, & talis terminus quandoque ſcribitur in actis, quandoque non, ſecundum quòd partes inſiſtunt, & prout Curiæ videtur. Sed pro maiori parte ſemper ſcribitur. & quamuis vnus habeat, vel petat terminum ad examinari faciendum, ſemper datur ipſe terminus ambabus partibus, &c.

Practica, ſuper ponendo infra biduum. Rubrica.

ITem [c] ſeruat ipſa Curia declarare in termino, qui datur ad probandum multoties, quòd per totum ſequentem diẽ quicquid competit, &c. vt in repulſa & in beneficio reſtitutionis in integrum non reſtitutę, dierum feriatorum, etiam in termino qui datur in criminalibus ſuper capitulis, non ſuper actione ordinaria, non declaratur, ſed intelligitur, licet in prædictis poſſet intelligi.

b ADDITIO. *Sed circa hanc materiam de ponendo infra biduum vide in hac eadem charta ex alio latere maxime in vltima obſeruantia, vbi omnino vide, vbi habes quod in termino dato ſuper capitulis, & quando fit actus repulſa & quando datur terminus ad probandum in cauſa appellationis, & quãdo datur terminus ad probandum in petitione reſtitutionis in integrum, debet omnino in iſtis quatuor caſibus ſpecificari, quod ponant per totum diem ſequentem: ſed in libello ciuili & criminali dictũ eſt, ꝙ ſpecificatur, quia ſubintelligitur. Item in cauſis, quæ cõmittuntur de voluntate partiũ per ipſam Curiam alicui literato ſuper ſumma quatuor vnciarum, ſi eſt de voluntate & hu quæ ad ſummam quatuor vnciarum eſt partibus contradicentibus iuxta aliã obſeruantiam eiuſdẽ Curiæ: tunc coram commiſſario tali non ponitur de neceſſitate infra biduum iuxta aliam obſeruantiam. Et nota ꝙ in actu qui fit per notarium actorum, ſeu aliquẽ ex ſubactarijs, quãdo datur terminus ad probandum, non fit mentio quòd debeant ponere infra prædictũ biduum, quia intelligitur etiam ſi non dicatur.*

c ADDITIO. *Sed ſic ſeruat hæc Curia. vbi q. tamen ſufficit vbi interuenit procurator, quòd infra prędictum biduum offerantur generalia, vbi procurator interuenit qui habet iuſtam ignorantiam, puta, quia conteſtata eſt lis per procuratorem actoris, vel rei vel ſtatim poſt cõteſtationem litis per dominum fuit ibidem procurator conſtitutus penes acta: vt fit aliquoties: qui procurator poteſt interuenire ẽt in criminalibus & ingerentibus pœnam infra relegationem, vt no. per Doct. in l. penul. §. qui ad crimen. ff. de publ. iudic. excepto tamẽ crimine iniuriarum, in quo non interuenit pcurator, vt C. de iniur. l. ſi. & hoc ſeruatur per Magnã Curiam Vicariæ. No. ꝙ hoc biduũ eſt commune & adeo continuum, ꝙ etiam paſchalem vel Dominicum cõprehẽdit, vt ſi volo die ſequẽti ponere exceptiones vel articulos, vel poſitiones.*

nes, debeo eas dare & offerre magiſtro actorum, vel vni ex ſubactarijs, & in oblatis dic oblata apud acta, &c. non autẽ dicet in iudi. 10, cum illo die fuerit dies feriatus.

a ADDITIO. *Et intelligitur, quòd reſtituũtur dies, qui fuerunt feriati, quando indicũtur feria de menſe Iulij, & Auguſti tantum, puta, datus fuit mihi terminus ad probandum per duos menſes, de quibus duobus menſib. fuerũt feriati quinquaginta dies, certè iſti quinquaginta dies reſtituũtur mihi per reſtitutionẽ in integrum ex illa clauſula generali, Si qua iuſta mihi cauſa uidebitur &c. Et quia terminus eſt communis, reſtituuntur etiã aduerſario, & vna petitio ſufficit, ſiue ego primo petã, ſiue aduerſarius, nã ex vna petitione reſtituuntur mihi & aduerſario, propter actum qui fit in ea, quia actus duo fiunt in ea per ipſam Curiam, qui ſunt primi duo actus hic in obſeruantia reſtitutionis in integrum, id eſt, vtrique parti conceditur, quod petit vna pars tantum propter actũ ſecundũ in ordine dicta obſeruantię reſtitutionis in integrũ, qua incipit, forma actorum, &c. Et ſufficit vna petitio, vt dictum eſt.*

Practica ſuper cõdemnationibus & actis fiendis. Rubrica.

b ITem ſeruat ipſa Curia in principali cauſa, &c.* Vide aliũ ritum ſimil. ſupra incip. item ſeruat ipſa Curia, quod contumacia.

ADDITIO. *In teſtib. autem ſeruatur & alius modus, quia illo ſero, quo debuerunt comparere, accuſatur contumacia contra eos non cõparentes per fiſcũ, ſi cauſa erat ex officio, vel per accuſatorẽ vel per aliũ agentem ciuiliter, & deinde expectantur triduo ipſi teſtes, & poſtea condemnantur, imò ſolet eis teſtibus ſeruari aquitas, vt durante termino, infra quem iurare poſſunt non condemnentur. Poteſt etiam fieri contra eos condemnatio ante vltimum diem termini, vt dictum eſt, per quod ſciunt diem quo debuerunt comparere & ſit accuſata cõtumacia.*

c ADDITIO. *Et no. quòd*

Item [a] no. ꝙ in beneficio reſtitutionis dierum feriatarum nõ datur terminus, nec ꝙ ponat per diem totum ſequentem, nec ad probãdum in petitione, quæ de hoc offeretur, quia notorium eſt Curiæ ferias indixiſſe, & terminum datũ tali fuiſſe, de quo termino reſtituũtur dies qui fuerunt feriati.

De reſponſionibus fiendis. Rubr.

ITem ſeruat ipſa Curia, quòd reſponſiones partium, quæ fiũt ſuper articulis, exceptionibus, & poſitionibus poſſunt fieri vſq; ad concluſionem excluſiuè, ſiue infra terminum præceſſit citatio; ꝙ veniat ad reſpondendum, ſiue non: & ſiue ſint reprobatoriæ exceptiones ſiue non, & quandoq; etiam procuratores reſpondent quando eſſent informati a principalibus per inſtrumẽtum exinde confectũ ad ſic reſpondendum, hoc tamen, ſcilicet, reſpondere per procuratorem eſt in arbitrio Curiæ, &c.

Item no. ꝙ quando aliquis comparet eadem die vſque ad primum ſonum reuocatur bannum, vel condemnatio ad tertiam. Et licet non cõparuerit, Curia pro tribunali ſedente, dicitur in actu ꝙ comparuerit Curia pro tribunali ſedente, &c.

Practica ſuper condemnationibus & actis fiendis. Rubrica.

ITem [b] ſeruat ipſa Curia in principali cauſa ciuiliter, vel criminaliter, & in fideiuſſorib. ſuis, quando citantur ad aliquem actum poſt cõteſtationem litis, ꝙ illo ſero, quo debuit comparere ad citationẽ factam, accuſatur contumacia tantũ: & ſequenti ſero fit condemnatio. & deinde ipſo ſequenti die fit ille actus, ad quem fuit citatus, & abinde in antea quandocunque.

Practica in aſſignandis reſponſalibus. Rubrica.

ITem [c] ſeruat dicta Curia, ꝙ illa dies, qua debuit accuſari contumacia prima, ſi fuit dies feriata etiã paſchalis, debet aſſignari nihilominus ipſo die reſponſale magiſtro actorũ, vel alicui ex ſubactarijs de voluntate magiſtri prędicti, & in ipſo reſponſali ſcribitur præſentata, ſcilicet, die illo feſtiuo, quo fuit pręſentatum ipſum reſponſale. Et primo die iuridico accuſatur prima contumacia, & proceditur ad vlteriora iuſtitia mediãte, & poteſt accuſari prima contumacia, etiam ſi Curia non regitur, dũmodo coram magiſtro actorum, vel aliquibus ex ſubactarijs in curia exiſtenti, vel exiſtentibus.

Item quòd proceſſus originales in dicta Curia agitati & facti ac faciendi nõ poſſint nec deãnt ad petitionem partium ab ipſa curia tolli & eleuari, ſed ſi ipſæ partes voluerint Reginali maieſtati, vel alteri iudici producere & præſentare, teneãtur recipere copiã de eiſdem, vt ſolitũ eſt fieri, & dicti proceſſus originales in ipſa Magna curia cõſeruentur ſicut de iure conſeruari debent.

Practica ſuper triduo expectãdo. Rub.

ITem [d] ſeruat ipſa curia † in primis citationibus expectare triduum etiam elapſum, antequã condemnet, vel aliquẽ banniat: in aliis autem citationibus quæ in proceſſu cauſę fiunt lite cõteſtata, vt quando citantur fideiuſſores, vel quãdo citatur quis ad publicationem, & ſimilibus nunquàm expectat triduũ, ſed condemnatur hoc modo, ſi hodie dicunt comparere, accuſatur hodie contra eum contumacia, & cras cõdemnabitur ad pœnam quatuor vnciarum, ſeu ad tertiam partẽ bonorum ipſius mobiliũ. Si dicta tertia maior pars dictæ pœnæ exiſtat, & facta dicta condẽnatione per interlocutoriam, fit dictus actus.

Quomodo & quando iudices ponunt manum in proceſſibus. Rubr.

ITem [e] ſeruat ipſa Curia, quãdo deputatus eſt proceſſus, & deinde ſecundum ordinem dictę Curię eſt viſus per omnes iudices ſeu examinatus in Camera, iudices qui debent dare ſententiã ſimul cum Regente, prout continetur in alia obſeruantia, ponunt manum ſuam in proceſſu hoc modo in fine proceſſus, videlicet, fiat ſententia condemnatoria, per quam dictus talis conuentus condemnetur ad dandum, tradendum, & aſſignandum dicto tali conuento in prædicta cauſa domum prædictam.

De aduocatis practicãtibus in magna Curia, ordine, & ſilentio ipſorum. Rubrica.

ITem quod in curijs ipſis fiat & fieri debeat diſtributio aduocatorum non habentium ſalarium ẽt de publico. Ordo per Curiam datus aduocatis ſedentibus per ſubſcriptum ordinem habeant loca, qui quidem aduocati non audeant accedere ad bãcham, niſi vocati ſeruato dicto ordine, & quòd non in-

quòd quando dies eſt feriatus & aſſignatur prædictum reſponſale & ſit præſentata in eo non dicitur quòd fuit præſentatum in iudicio, & apud acta tantum: quia non eſt iudicium tali die. Sed acta ſemper ſunt, & ita obſeruat ipſa Curia, quod tali die fierent quo iudicium eſſe non poteſt, ſed quãdo accuſatur prima contumacia, ſcilicet, hora qua accuſatur ſi non regatur, dicitur tali die talis indictionis & talis menſis, talis in iudicio præſens: & at ad acta dicta Curia accuſauit cõtumaciam dicti talis vocati in dicta curia & nõ comparentis, & ita ſeruatur, & dum eſſet quæſtio de hoc tempore felicis memoriæ & recolendæ domini Caroli Ducis Calabriæ fuit facta terminatio per iudices ipſius curiæ vt dictum eſt præſente magiſtro Lancea dictæ Curiæ actorũ magiſtro, tunc ſubactario, ſeu ſcriptore in eadem Curia, vt ipſe retulit, &c.

Et de modo trucidendi, & de ſimi per tatu de riſactis. Item ſonas tria curia, & ex pena dore.

d ADDITIO. *Oportet enim de neceſſitate vt primo fiat condemnatio, ad hoc vt fiat actus in contumacia, & ſit citatio illo modo, ſcilicet: Poſt litem conteſtatam mandamus, quatenus citetis dictum talem ad pœnam vnciarum quatuor auri, non tamen in citatione dicitur, ſeu tertiã partem bonorũ mobilium, &c. vt ſupra. & quamuis in citatione non dicatur ſic, vt dictum eſt, condemnetur. fideiuſſores autem requiruntur vt ſiſtant principaliter, & ad pœnam fideiuſſionis, & condemnantur per dictũ modum ad pœnam fideiuſſionis non expectando triduum. Sed teſtes quã citantur ad pœnam vnciarũ auri quatuor tantum, & non veniunt ad deponẽdum teſtimonium veritatis, expectãtur per ipſam Curiam triduo, & elapſo ab eo tempore cuius memoria hominũ in contrariũ nõ exiſtit, &c.*

e ADDITIO. Item ſeruat ipſa Curia. *Vide conſti. pœnam nouem vnciarum, & ibi Afflic. in 1. & 2. col. & Oldr. in conſ. 15.* De Bot.

e ADDITIO. *Et ita uidetur militi Franciſco de Rapolano de Senis legũ doctori dictæ Curię iudici, & ego Henricus Accõzaiocus iudex dictæ curiæ concordo: quod nota.*

Super

tromittant ſe de actis ordinarijs ſpectantibus ad ordinem cauſarũ, ſicut eſt publicatio, petitio repulſæ, concluſio, & alij eiuſmodi actus, qui actus fiant per procuratores, vt ſpectat ad officium ipſorum: & ꝙ quilibet aduocatus qualibet vice, qua venit ad bancham ponat duas cauſas tantum.

Item in curia ipſa fit diſtributio aduocatorum nõ habentium etiam ſalarium publicum.

Super ſilentio. Rubr.

IN [a] primis Doctores ſedeant * hoc modo, videlicet, quod ille qui eſt antiquior in doctoratu, præcedat. Alij aduocati ſeruent ordinem, ꝙ antiquior aduocatus præcedat in ſedendo alium aduocatum. Item nullus aduocatus aſcendat ad bancham, niſi vocatus per Iudices hebdomadarios, & vocatus non proponat, niſi duas cauſas, vel vnam ſi eſſet multitudo cauſarum, & ſedeat ſub pœna vnius tareni.

Item quod nulla priuata perſona, quæ eſt in curia loquatur, niſi vocatus per aduocatum, ſeu procuratorem, ſed ſtet in ſilentio, & qui contra fecerit, ſoluat grana 10. & ſi pauper eſt, grana quinque.

Item quod quicquid exactum erit de dictis pœnis conuertatur in alimentationem captiuorum, & pauperum.

Item quod deputentur quatuor de ſeruientibus Curiæ qui habeant eſſe in quatuor locis curiæ, & indicere ſilentium, & exigere pœnam à contra factoribus.

Super ſilentio. Rub.

a IN *primis Doctores, &c.* Adde tu quod aduocati tẽporibus & horis, quibus agitantur cauſę, non debent ſedere coram iudice. tex. eſt not. in l. 1. C. de off. ciuil. iud. illum alleg. glo. in c. nullus. lo 2. in gl. 1. in fi. 4. q. 4. Adde ꝙ vir in dignitate conſtitutus litigãs coram iudice nõ debet ſtare, ſed ſedere paulo inferius. iſte eſt tex. no. in l. quoties. ibi, ſedendi quoque &c. C. vbi ſen. vel clariſ. & ibi no. Bal. arg. illius tex. ꝙ Epiſcopus accuſatus coram iudice debet ſedere, tamẽ paulo inferius, non ſuperius cum cognitore cauſæ. refert & ſequitur Felin in rubr. de maio. & obe. in 4. co lum. Adde ꝙ iudex cũ iuſtitiam reddit, debet ſedere ſublimior. 95. di ſt. c. Epiſcopus in eccleſia. & Luc. in l. 2. C. de proxi. ſac. ſcri. lib. 12. Adde ꝙ quãdo Doctores vadunt ad iudicem, iudex debet facere eos ſedere ꝓpe ipſum. tex. eſt no. in l. fi. cum gl. C. de offic. diuer. iudic. illum alleg. Barthol. Bologn. in reper. auth. habita. in 11. char. 4. col. verſi. & ideo, &c. C. ne fili. pro patre. Math.

* ADDITIO. Sedeant. *Solet ergo Aduocatus, quãdo regitur Curia, & ſic tollitur dubitatio, de qua per Alber. in l. quiſquis, col. 2. in fi. C. de poſtul. & in l. 1. C. de offic. iudic. ciuil.* De Bottis.

De procuratoribus procurantibus in Magna Curia. Rubrica.

QVidam tenent eiuſdem curiæ quod in cauſis criminalibus, in quibus procurator non admittitur ad media etiam procurator non admittatur.

Item quod in cauſis criminalibus in dictis Curijs, & altera ipſarum, in quibus procurator non admittitur, etiam ad media non admittatur.

Item ſi procuratori * detur poteſtas faciendi alium procuratorem, & non exprimatur ante litem conteſtatam, procurator ipſe nõ poteſt facere alium procuratorem ante litem conteſtatam.

* ADDITIO. Item ſi procuratori. *Vide Marant. in repet. l. ſi actor, nume. 8. ff. de procurat.* De Bottis.

De procuratore non conſtituendo ante litem conteſtatam. Rubrica.

ITem ſi aliquis aut aliqua citatus, aut citata fuerit de mandato dictæ Curiæ de cauſa, ſuper qua procurator interuenire poteſt: & vigore ipſius citationis venerit perſonaliter ad ciuitatem Neapolis, vel ad locum alium, in quo forte tunc ipſa curia reſidet, non poteſt ibidem ſuper dicta cauſa procuratorem conſtituere: niſi poſt conteſtationem litis in cauſa huiuſmodi faciendam: & id ſimiliter obſeruari debet in actore, vel actrice. Idem modus ſeruetur in ciuibus Neapolitanis, ſeu alterius loci, in quo dicta Curia reſidet, qui citantur de mandato dictæ Curiæ, ipſa curia reſidente ibidem.

Quod nõ admittitur procurator ſuper tenore inſtrumẽti. Rub.

ITem [b] ſeruat dicta curia, quod in cauſis extraordinariis ſup tenoribus inſtrumentorũ etiam ad media ipſius cauſæ * (licet ſit ciuilis) non admittitur procurator.

Item quod omnes procuratores curiæ aſſignent interlocutorias faciendas per eos ad petitionem partium vni ex præſcriptoribus actorum; vel alteri deputando per ipſam curiam, & eidẽ ſoluant granũ vnũ pro qualibet interlocutoria dãdum per eum ſubittis; & ꝙ dictus ſubitta non recipiat, niſi granũ vnũ pro qualibet interlocutoria: quantumcunq; plures cõtineantur in ea.

Item quod nullus procurator ſtet in loco aduocatorum, nec accedat ad locum illum, ſeu banchum, niſi vocatus per aduocatum de ſententia Iudicum hebdomadariorum, ſeu per Iudices hebdomadarios, & vocatus nihil proponat ipſe procurator, ſed in ſecreto dicat quicquid vult aduocato ſuo, & ſi quis contrarium fecerit, ſoluat pœnam vnius carleni.

Item quod nullus procurator ſub pœna granorum decem ducat ſecum ad bancham aliquem clientulum ſuum, niſi primo fuerit clientulus ipſe vocatus.

Item quod procuratores pro actis ordinariis, & cauſarum audiantur ſemel in hebdomada.

b ADDITIO. *Et vide in quibus admittatur, ſupra de ordine procu. in ritu, item ſeruat ipſa Curia declarare.*

* ADDITIO. Ad media ipſius cauſæ. *Quæ ſint media cauſæ, vide Bald. in l. Seruius quoque. § publicè. ibi, ſed iuxta hoc quæro. ff. de procur. ſed hodie pro muliere admittitur. procurator per cap. regni Neap. 73. Reg. Catholici in anno 1515. & de verbo, extraordinarius, poſito hic, vide Capol. conſ. 47. col. fi. ibi, nõ obſt.* De B.

Et de procuratore vide inf. & per die 21. menſis, &c.

Nota, ꝙ cauſæ ſuper tenore inſtrumẽti ſũt ciuiles.

De [c] citationib. & mandatis. Rub.

ITem [d] quod litera citatoria * vel alia per ipſas curias, ſiue alteram ipſarum non committatur, niſi habenti officium publicum.

Itẽ quod omnes citationes, poſtquam accuſata eſt prima contumacia in caſſano magno communi dictæ curiæ ponantur, & conſeruentur, & ꝙ nullus audeat abinde ipſas recipere, niſi ſit procurator in ea, vel eũ tãgat, & ꝙ ea recepta ſcribat, & annotet in quaterno, ſeu manuali in prędicto caſſono exiſtẽte.

Item litera citatoria, vel alia per ipſam Curiam non committatur niſi habenti officium publicum.

c ADDITIO. *Vide de inſtrumentis, item notarijs & practica ſuper copys, & de bannitis & ordine, & de citatione.*

d ITem quod litera citatoria, &c. Practicatur, hũc ritum refert & ſequitur Matth. in conſtit. citationis literę, in 9. not. in 6. & eſt repetitus infra. Matth.

* ADDITIO. Item ꝙ litera citatoria. *Ad iſtos ritus vide Marã. in pract. 6. par. ver. venio ad tertiũ, n. 41.* De B.

Practica ſuper mandatis fiendis. Rubr.

ITem ſi aliquis, vel aliqua venerit ad dictam Curiam aſſerens aliquem, vel aliquam ſibi teneri vel dare debere aliquã pecuniæ quantitatem, vel aliã rem mobilẽ, & nolle ſibi ſatisfacere, Curia ipſa, ad tollẽdum lites, mãdet alicui ſeruienti, vt mãdet & iniungat ei ex parte d. Curiæ ſub certa pęna, vt reſtituat pecuniã ipſam, vel rẽ, vel ſe quẽti die cõpareat in d. Curia allegaturus cãm rationabilẽ, quare pecuniam ipſam, vel rẽ reſtituere recuſat. Sed in cauſis modicis, vel ẽt inter ſtipendiarios, & hoc & his ſimilia facit ſuo ſolus Regens vel alius officialis arbitrio.

De citationibus fiendis. *Rubrica.*

ITem [a] ſeruat dicta Curia, q citatio * debet fieri die feriato, vt cõ pateat die non feriato.

Practica ſuper citationibus impetrandis & exequendis. *Rubr.*

ITem prelibata Curia ſolet ſeruare hanc practicam, q data cõmiſſionis cuiuslibet, vel data citationis cuiuſcunq; poteſt fieri ſub quocũq; die etiam feriato, die etiã paſchali, & ea, quæ cõcurrunt in dicta cõmiſſione, vel citatione, ſi ſit actus iuridicus, debẽt fieri die nõ feriato, puta, debet quis citari nõ feriato, & attenditur vtrum ſit feriata vel non, conſuetudo loci in Regno, in quo loco fuit facta citatio, vel ille alius actus, quando tamen committuntur citationes a parte, ſicut ſi quando quis debet citari, qui ſit in loco, * vbi Curia regitur, & eius loci pertinentijs, tunc dies datę talis citationis debet eſſe iuridicus ſecundum conſuetudinẽ dictæ Curiæ in ipſa Curia diutius obſeruata.

Item no. q ſi ſit mãdatum alicui extraordinarium, tamen non in aliqua cauſa, vbi ſit inchoatus proceſſus ad aliquã pęnã, ſemper expectatur ille, cui eſt factũ mandatum triduo, vt ſit in citationib. ordinarijs, & hoc ſemper ſeruauit & ſeruat ipſa Curia de conſuetudine antiqua.

Non computatur dies citationis in termino. *Rubrica.*

OBſeruat ipſa Curia, & omnes aliæ curiæ huius regni, q vbi quis citatur, vt 15. die, vel alio quocunque poſt citationem compareat in dicta curia, non computatur in illis 15. diebus illa dies, quo fuit facta citatio, id eſt, quo fuit citatus.

De forma citandi quem vt legaliorem. *Rubrica.*

ITem ſeruat ipſa curia, q ſi quis * citatur de mãdato dictæ curię vt tanquam principalis & legalior veniat reſponſurus ſuper tenore articulorum, ſeu exceptionum, aut poſitionum, & non venit, tũc curia habet eum pro cõfeſſo. & ita determinatum fuit in cauſa Antonij de Celano. Eſt verũ q in vltima ipſarum citationum debet inſeri totus tenor articulorum, ſeu exceptionum, & adiecto decreto nũquã appellatur.

De tempore citationis. *Rubr.*

ITem [b] ſi quis impetrat citationem * a dicta curia nõ poteſt eã tenere ſemper, & non facere citare eum, contra quem impetrauit, ſed dẽt curare dictus impetrans, q citetur aduerſarius ſuus, & in criminali banniatur & condemnetur, & in ciuili, vt condemnetur infra ſex menſes, ſi eſt prope locũ, vbi curia regitur per vnam dietã: ſi verò eſt infra duas dietas, tunc infra 8. menſ. ſi verò vltra duas dietas vſque ad quatuor incluſiuè, tũc infra 10. menſes: ſi verò vſq; ad quatuor, infra annũ. Aliqui dicũt infra ſex mẽſes in omnib. prędictis caſib. vbiq; per regnũ, aliàs citatió euaneſcit. Et ſic determinatũ fuit in cã D. Iacobi Barilij.

Quanto tempore durat citatio. *Rub.*

ITem [c] ſeruat ipſa curia, q ſi aliquis impetrat citationẽ ciuilem vel criminalẽ ab ipſa curia, non põt eam tenere a die dictæ citationis, niſi per 6. menſes. Vnde infra tempus ſex menſiũ debet facere citare reũ, & aſſignare reſponſale in actis, & accuſare primam contumaciã, & facere condemnare in ciuilibus ad tertiã, vel in criminalib. banniri & cõdemnari. Dico banniri & condemnari ſecundũ conſtitutionẽ Regni.

Practica ſuper citationibus. *Rubrica.*

ITem ſeruat dicta curia in citatione * dare terminum ſecũdum diſtantiam locorum, vt ẽt de iure eſt, hoc modo, quatenus ex dicta Reginali noſtraq; parte citetis eundẽ A. vt 10. poſt citationem in d. curia ſe præſentet, &c. & dies quo ſit citatio non cõputatur in termino. Vnde ſi die 1. Auguſti citatur quis, vt 10. poſt citationem compareat, die 11. eiuſdem menſis debet accuſari prima contumacia, aliàs ſpirat citatio, & deinde põt ſi non compareat ipſe reus condemnari, põt tamen in ciuili ad tertiam partem, vel criminali condemnari ad eandẽ teritam partem, & banniri die 15. eiuſdem menſis & abinde in antea. Et hoc fuit de facto in eadem curia die decimoquarto menſis Auguſti, 15. indict.

De cauſis & executionibus committendis, ac earum commiſſarijs. *Rubrica.*

ITem quòd curiæ ipſæ * & quælibet ipſarum poſſint ſi voluerint, cõmittere cauſas pecuniarias ibi mouendas vſque ad ſummam vnciarum ſex de carlenis argenti (& non vltra) alicui literato, qui rite procedat, & deinde ipſi curiæ referat in forma conſueta.

Item q cauſæ committendæ per curiam non excedãt vltra ſummam vnciarum ſex, ut ſupra.

Item curia ipſa, nec cauſas delegat, nec mandatum facit, quod habeat in ſe cauſæ cognitionem quo ad commiſſarium. Sed bene committit, q ad certam pœnam mandetur alicui, ne turbet, ſpoliet, vel iniurietur.

a ADDITIO. *Vt ſi curia ipſa regeretur in vno loco, puta Neapoli, & quodam die quidã citaretur in aliquo alio loco, puta Salerni, vbi dicto die eſſent feriæ, puta, quia ibi celebraretur a clero & populo aliquod feſtum, & eodem die in loco vbi curia prædicta reſideret & regeretur, puta, fortè Neapoli, non eſſent feriæ, tunc citatio non valet, quia attenditur locus factæ citationis, & ita practicatũ eſt multoties, & obtentum per dictam curiam ad præſens.*

* ADDITIO. Citatio. *Adde q vbi iudex in citatione excedit modum & ſtilum conſuetum, impunè non paretur, & talis citatus excuſatur a contumacia. ita habetur per Hippol. in l. ſi. nume. 37. 38. ff. de iuriſdic. omnium iud. & in ſing. 117. adde Andr. in rubr. conſtit. regni, edictorum.* De Bottis.

* ADDITIO. In loco. *No. q oſtenditur locus factæ citationis, non autem locus iudicij contra opin. Inn. & aliorum in c. fin. ext. de fer. & ita fuit obſeruatũ in magna Curia Vicaria, die 23. Decembris 1556. in cauſa liquidationis inſtrumẽti ducatorum quinquemille, ad inſtantiam D. Marini Spinelli cõtra Illuſt. Marchionem Oriæ, quod decretum fuit confirmatum per ſacrum Conſiliũ die 4. eiuſdem, Actuarius egregius Antonius Milonus.* De Bot.

* ADDITIO. Item ſeruat ipſa curia, q ſi qs, &c. *Vide omnino quæ poſuit Francus in cap. ſi poſt, col. 2. & 3. in fi. de confeſſ. in 6. vide Campeg. in l. 2. §. quod obſeruari, C. de iura. calum. Bal. in l. 1. col. 2. in fi. cum ſeq. C. quomodo & quãdo iud.* De Bottis.

b ADDITIO. *Et hæc obſeruantia facta fuit, quia quidã impetrabãt citationes, & eas tenebant longo tempore antequã facerẽt citari, quando faciebãt citare reum & aſſignato reſponſali in actis Curiæ, & accuſata prima cõtumacia, nõ curabant ad ulteriora procedere, vnde infra dictos menſes dẽnt hæc omnia facere, ſeu curare q fiãt, & computãtur a die datę dictæ citationis, vt dictum eſt, & in hoc, ſcilicet, ſex menſibus concordant omnes antiqui literati & procuratores ac ſcriptores dictæ Curiæ, quorum aliqui dicunt, q non prædicti ſex menſes, ſed dantur alia tẽpora, ſecundum hoc amodo teneque quod vis, quãdoq; ſeruatur vnum, quandoq; aliud de prædictis duabus opinionibus concordant tamen in prædicta vltima opinione, quòd dentur illa tempora limitata, &c.*

* ADDITIO. Item ſi quis impetrat citationem. *An autẽ per talem citationem circũductam iudicatur litis pendẽtia, vide aliqua per Io. Lup. in repe. c. per veſtras, nume. 3. & 4. extra de donat. inter vir. & vxor.* De Bottis.

Quãto tempore durat citatio. *Rubr.*

c *ITem ſeruat ipſa curia q ſi aliquis impetrat, &c.* In ver. *ſex menſes, &c.* vide omnino alium ritum inf. incip. Item ſi quis impetrat citationem, &c.

* ADDITIO. In citatione. *No. q citatio expirat. vide Affl. in conſti. edictorũ. ver. octauò quæro. & Ang. in l. 2. ubi, in tex. amouerit, C. de tempor. appel.* De Bot.

* ADDITIO. Item quòd Curiæ ipſæ. *Vide omnino Bal. in l. ſi idem. §. ſi. colum. 1. ff. de iuriſdict. om. iudic. vbi ponit quatuor no. quæſtiones.* De Bottis.

Vide de appel. vide de te. ſtibus. & de comp.

De

De relationibus fiendis. *Rubrica.*

ITem obſeruat d. curia committere cauſas, ſi vult 4. vnciarum alicui literato, qui rite procedat, deinde ipſi curiæ referat in ſcriptis id, quod ſibi videtur, & forma relationis eſt: quia facit mentionem de toto proceſſu, & deinde dicit in fine relationis, ſi eſt probata intentio actoris, ꝙ ſibi videtur mandatum per dictam curiam dicto reo, ut petita per dictum actorem in cauſa prædicta infra terminum duorum dierum aſſignet ipſi actori, & etiam datur maior terminus arbitrio ipſius curiæ.

Non conſueuit ipſa curia aliquem pignorari facere. Rub.

ITem curia ipſa nõ conſueuit ad alicuius inſtantiã facere aliquem pignorari, niſi ſentẽtiam diffinitiuã, vel interlocutoriã exequendo, uel niſi fiſco in aliquo teneatur.

Executio fit in pœnis accuſati, etiam parte non vocata. *Rubrica.*

ITem ſeruat ipſa curia, ꝙ quandocunq; * aliqua pœna eſt ſtipulata penes acta curiæ ſemper executio illius pœnæ fit ſine vocatione partis, ac ſi eſſet vna ſententia, nec datur libellus, nec petitio, ſicut etiã ipſa curia facit executionem ſententiarum partis, contra quam ſit nullo modo vocata, quamuis altercatio iuris peritorum diu circa hoc nondum fuerit terminata.

* ADDITIO. Item ſeruat ipſa Curia, qđ quãdocunque, &c. *Vide Aff. in conſtit. edictorũ, col. 10. 4. fal. Moder. in c. regni, ab olim. fol. 176. ibi, ſine vocatione partis. intellige quando eſt ſtipulata penes acta magna Curia & per ipſam exequitur. ſecus ſi in dicta Curia producatur obligatio alibi ſtipulata, quia tunc debet citari ad dicendum cauſam, quare non debet exequi. ita Aff. poſt And. in conſtit. Baiulus, ſi furem, nu. 3. Adde Bald. in l. eũ, pro quo. de in ius voc. vbi Alex. poſt alios. Quid ſi debitor habet bona ſufficientia, an deueniatur ad capturam perſonæ, vide Felin. in c. quod ad conſultationem, col. 7. de re iud. per Ludo. in conſ. 244. et Alexan. conſ. 30. col. fi. vol. 5.* De Bottis.

Qualiter detur terminus in cauſis commiſſis. *Rubr.*

ITem ſeruat ipſa curia, ꝙ in cauſis, in quibus ipſa curia committit literas, ꝙ ipſi commiſſarij dent vnum, vel eundem terminum ad ponendum, & probandum, puta 15. dierum, vel alium maiorem, vel minorem, & non aſtringuntur partes offerre infra biduum generalia, & ſpecialia, iuxta conſtitutionem regni, & aliã obſeruantiam curiæ.

Item ꝙ cauſæ committantur in ordine ſolito per dictam Curiam vſq; ad ſummam vnciarum auri 12. vel infra perſonis idoneis & peritis pro qualibet ipſarum cauſarum, & commiſſarius earundem cauſarum in relatione fienda per eum ponat terminum ad ſoluendum pro qualitate cauſæ, & qualitate perſonarum: dum tamen non excedat terminum quadrimeſtris temporis.

Item ꝙ cauſæ modicæ infra vnciam vnam examinentur per commiſſarium deputatum per curiam ipſam ſummatim vſque ad dationem termini ad probandum, & de plano audiãtur teſtes vtriuſq; partis & ſtatim fiat relatio.

Ritus & practica executionum commiſſionum contra bannitos & condemnatos &c. per Curiam & commiſſarios eiuſdem curiæ, &c. *Rubrica.*

IN primis, quòd dicti commiſſarij de literis executorialib. criminalibus commiſſionis eorum, & qualibet ipſarũ, & de qualibet criminali cuiuſcunque, & quorũcunque bannitorum fieri faciant publicũ inſtrumentum, ſeu publica inſtrumenta per iudicem, notarium, & teſtes, quod & quę contineant inquiſitionem factam per dictos commiſſarios, vel alterum ipſorum, de bonis omnibus tam mobilibus, quàm ſtabilibus, quæ reperierint in dictorum contumaciam bannitorum per dictam curiã pro cauſis quibuſcunque, & captionem & venditionem tertiæ partis ipſorum bonorum mobilium repertorum legaliter, & ſine fraude per eos facienda, & quæ bona mobilia fuerunt, & in quib. ipſa bona conſiſtant. Item contineantur in quolibet dictorum inſtrumentorum cuiuſlibet literæ executoriæ criminalis diuulgatio banni in qualibet litera executoria denominati, ſeu denominatorũ, & dies diuulgationis banni, ſeu bannitorum ipſorum, & etiam dies annotationis reliquorum bonorum omnium mobilium, & ſtabilium contumacis, vel contumacium, & banniti, ſeu bannitorum eorundem per dictos commiſſarios ad opus dictæ curiæ faciendorum, & quę per ipſos reperta fuerint tempore inquiſitionis pręfatæ, & inſtrumenta ipſa ſcripta & ſubſcripta, & omni ſolennitate vallata, & ſignata, & completa, continentia omnia ſupradicta ad dictam Curiam infra terminum in dictis literis commiſſionis eorum deſcriptum & diſtinctũ, vnà cum pecunia dictarum tertiariarum mittere, ſeu ducere ſtudeant, & procurent.

Item de literis executorijs ciuilibus commiſſionis dictorum commiſſariorum, commiſſarij ipſi non curent facere inſtrumentum, ſeu inſtrumenta, ſed facta fideliter & legaliter inquiſitione per eos de bonis omnibus mobilibus tantum condemnatorum quorumcunque in dictis literis contentorum, tertiam partem bonorum mobiliũ prædictorum capiant, & capta vendant, ſeu captas precio, ſeu precijs, quibus poterunt melioribus, ſeu de illis componant, conditionẽ dictæ curię faciendo propterea meliorem, licet in dictis literis commiſſionis eorum non contineantur, ꝙ poſſint componere de eiſdem.

Item quòd ſuper exactionibus pęnarum fiſcalium, ad quas nonnulli de regno iſto, maximè de partib. & prouinciis Aprutinis citra & vltra flumen Piſcariæ ſunt per decreta ipſius curiæ diuerſimodè legitimè condemnati (prout in aliis literis commiſſionis ipſorum commiſſariorum exactiones pœnarum ipſarum plenius continentur) dicti commiſſarij habeant facere vnum vel plura inſtrumenta publica, quibus ſit inſertus tenor dictę commiſſionis, & contineant bona omnia tam mobilia, quàm ſtabilia dictorum condemnatorum vendenda, ſeu quæ vendantur per dictos cõmiſſarios, mobilia primò ſi ſufficientia fuerint, & ſi non ſufficerent ad dictam pœnam, ſtabilia. Et ſi mobilia bona & ſtabilia non ſufficerent, capiant & arreſtent perſonas principalium condemnatorum ipſorum, habito tamen reſpectu ad perſonas ipſas ſecundum conditiones ipſarum, & ſi fuerint capiendi, & ipſos captos mittere captiuos ad curiam ſupradictam, & aliàs ſuper aliis debitis coertionis modis tenendis per prædictos commiſſarios, & dictæ pœnæ exinde habeantur, vel ſuper compoſitionibus ipſis etiam faciendis per eos, cum condemnatis eiſdem: cõmodum ſemper dictę curiæ augmentando prouideant, prout melius & vtilius pro indẽnitate dictę curiæ videant prouidendum.

Item ꝙ dictus cõmiſſarius ex poteſtate ei conceſſa per dictam curiam, in alijs literis commiſſionis eius contenta a quibuſcunq; & omnib. & ſingulis bannitis in literis aliis commiſſionis eius denominatis, & ſe ſpontè a bannitis ipſorum extrahere ſe volentibus in teſtimonio publico, primo & ante omnia recipiat iura banni, ſeu bãnorum eorundem ad rationẽ de Tarenis 16. pro quolibet banno cuiuſcunque banni ſolidum, quam pecuniam legaliter ad opus curiæ prædictæ conſeruet, per eum infra terminum ei admittendũ pecuniam tertiariarum, tã banni-

nitorum, q̃ etiam cõdemnatorum ciuiliter iam fixum ad eandem curiam deſtinandam, & deinde ad receptionem fideiuſſionum dictorum bannitorũ procedat (debito modo) prout in literis de recipiẽdis ipſis fideiuſſionib. bannitorum plenius continetur. Qui fideiuſſores recipiẽdi per eum ſint idonei & ſufficientes, & non ſint clerici, nec filijfamilias, nec aliàs aliis obligationibus obligati, &c.

Item ꝙ dictus cõmiſſarius ex dicta poteſtate ei conceſſa componat, & componere poſſit cum dictis bannitis, & quolibet ipſorũ de tempore quo durauerint contumaciter in bannis eorum iam dictis, qui tantundem moraturi eſſent in carcere curię ſupradictæ, prout melius eidẽ commiſſario cũ vtilitate & augmento curiæ videbitur cõponendũ, & pecunia exinde percipienda per eos, vna cũ aliis pecuniis tã bannitorum, q̃ tertiatiarũ & pecuniarum ſupradictarum fideliter ad opus curię obſeruent, & deinde ipſam ad eandem Curiã mittere in terminis ſupradictis.

Item ꝙ ſe in prædictis omnibus legaliter, & fideliter ac ſolicitè gerant, nullamq; fraudem committant, aut extorſiones inuſitatas & illicitas, & ſine dolo, ſicut perſonas eorum haberent aliorum merito chariores.

Et vide ad materiam de modo ꝑcedẽdi plures ritus. Vide de ordine ꝑcedendi, & in ti. de contumacijs.

Item ꝙ quando occurrit aliqua cauſa in qua præceſſit citatio criminalis de aliqua re, in qua verſaretur cõmodũ pecuniariũ vſq; ad ſummã vnciarũ triũ ſeu quatuor, ꝙ ſit in arbitrio iudicũ, vbi videbitur eis expedire, & cõmittere cauſam ipſam cuilibet quãtuncunq; pars cõtradixerit.

Item ꝙ inſtrumenta ipſa de exactionibus pęnarũ prædictarum debitis ſolennitatibus roboranda, & ad dictam curiam infra terminum in dictis commiſſionis eorum literis declaratum, ſimul cum pecunia dictarum pęnarum mittere non poſtponat, &c.

De teſtibus. Rubrica.

Item niſi eſſent teſtes extra Regnum degentes quo caſu prorogatio ipſa fiat ſecũdum diſtantiam locorum, vbi teſtes degant depoſita pecunia neceſſaria per producentem pro examinatione ipſorum, ipſiſq; teſtibus ſpecificè nominatis, ac præſtito iuramento per producentem prædictum, quòd non fiat id animo differendi & calumniandi. Et iudices ipſi prædictarum curiarum, & cuiuſlibet earum eo caſu poſſint dictam inſtantiam prorogare attẽta diſtantia loci prædicti. Verum ſi pars vel eius procurator aſſerat habere teſtes abſentes extra regnũ exiſtentes, & per hoc petere dilationem, & prorogationem non faciẽdo infra tempus ſibi datum, & per hoc prorogatum teſtes ipſos examinari, talis petens, ſiue fuerit procurator, ſiue principalis, puniatur per dictas Curias, ſeu alteram ipſarum tanquam calumniator, nec non ipſo facto incidat in pęnam Florenorum auri 50. dictis curiis applicandã. Et a tranſgreſſoribus prædictis inuiolabiliter exigendam, & condemnetur nihilominus parti aduerſæ ad ſolutionem expenſarum.

Teſtes extra regnũ debent ſpecificè nominari per nomina, & cognomina.

Et de teſtium, vide Ritus de inſtantia.

Item ꝙ curiæ & altera ipſarum non cõmittant audientiam teſtium in cauſis criminalibus infra dictam vnam legalem a dicta ciuitate Neapolis, niſi eſſent ſenes, & valitudinarij, & honeſtæ mulieres, ſimileſq; perſonæ, & niſi de partium voluntate proceſſerit.

Item quòd non audeant iudices teſtes productos in curiis ipſis, ſeu altera ipſarum extra curiam examinare, niſi fuerint mulieres, & perſonæ egregiæ, aut graui infirmitate detentæ, aut alio modo impeditæ, quæ nõ poſſint propter hoc perſonaliter ad dictam curiam accedere, & in ipſis caſibus pro ipſis mulieribus & perſonis egregijs examinandis accedant ad aliquam eccleſiam, & pro infirmis ad loca honeſta, vbi dicti infirmi morantur.

Itẽ quòd ſi detur terminus * ad probandum & veniendum ad curiam, & ad procedendum in cauſa in vltima die termini, qui interpellat teſtes, qui producuntur per partem alteram iurare poſſint & deponere vocata parte in curia, & eius contumacia accuſata, & ſi teſtes iurant die nõ feriata, in die feriata audiantur, & examinentur.

Item [a] ꝙ ſi teſtes iurant die non feriata, examinari poſſunt.

Quòd clerici non admittãtur ad iurandũ & deponendũ in cauſis ciuilib. niſi prius habita ĩ ſcriptis a ſuo prælato lictẽtia iurãdi & deponẽdi. Rub.

Item [b] quòd clerici tam in minoribus * quàm in maioribus ordinibus conſtituti producti ad teſtimonium, nõ admittantur in ciuilibus cauſis ad deponendum, & perhibendum eorum teſtimonium in ipſis curijs, & qualibet ipſarũ, niſi prius iurauerint coram ſuo iudice, & licentiam obtinuerint iurandi & deponendi in cauſis ipſis ciuilibus. In criminalibus verò ordinarijs vel extraordinarijs nullatenus * ad teſtificandum admittantur, niſi pro defenſione conuenti.

Item ſi detur terminus in cauſis ad probandum & veniendũ ad curiam & procedendũ in cauſa, in vltima die termini, quæ interpellat teſtes, q producuntur per partẽ alterã iurãt & deponũt vocata parte in curia, & eius contumacia accuſata.

Itẽ curia ipſa non cõmittit extra curiã audientiã teſtium reprobãdorum ẽt ſenũ, & valitudinariorum.

Item [c] ſi in rubr. teſtium non dicantur teſtes producti, &c. Et iurati parte præſente vel abſente per contumaciam, ita ꝙ de contumacia ipſa cõſtet, depoſitiones teſtium non valent, & idẽ in iuramẽto calũnię.

Item ſi teſtes iurãt die non feriata, etiam die feriata examinentur.

Quãdo citati infra terminum poſſunt iurare poſt infra triduum. Rub.

Item ꝙ in quibuſcũque * cauſis ciuilibus, quæ in dicta curia aguntur, ſi teſtes, qui producuntur in cauſis ipſis tã per actores quàm per conuentos citati fuerint infra terminum datũ ipſis partibus ad probandum, infra ipſum terminũ non iurauerint in cauſis eiſdem, conceditur ipſis partibus, ꝙ per dies tres poſt eũdem terminum immediate ſequẽtes dicti teſtes iurare poſſunt, & ſubſequẽter deponere eorum teſtimoniũ veritatis in cauſis eiſdem.

* Additio. Item ꝙ ſi detur terminus. *Adde alium ritũ infra incip. itẽ ſi detur terminus, & de iure cõi ſeruatur cõtrarium, vt per Marant. in pract. in ver. propoſui, in 6. parte, nume. 15. vide Affl. in deciſ. 47.* De Bot.

Additio. *Et vide de prima parte huius Ritus plene dicta per dominum Parid. de Puteo in tract. de ſyndic.*

a *Item ꝙ ſi teſtes, &c.* Iſte ritus eſt repetitus ſup. incip. item ſi teſtes iurent, &c. Tu adde de hoc glo. in clem. 1. gl. 1. de offi. deleg.

b *Item quòd clerici tã in minoribus, &c.* Adde hic ꝙ clericus litigioſus repellitur a teſtimonio, inquit Io. de Imo. in c. cũ decorem. de vita & hone. cler. refert & ſequitur Matth. in conſtit. apoſtatantes. in 3. no. Matth.

Clerici non admittũtur in teſtim. niſi præſtita licentia.

* Additio. Item quod clerici tam in minoribus. *Ad hunc tex. vide Abb. in c. nuncius, de teſtib. & in c. 1. de iur. calum. Pau. in l. cum clericis. § memorati, in fi. C. de epiſ. & cler.* De B.

* Additio. Nullatenus. *Nota, quòd hæc dictio, nullatenus, importat actus nullitatem, vt eſt gl. in auth. ſi qua mulier. C. ad Velleia. & eſt ac ſi eſſet appoſita clauſula annullatiua, ut per Imo. in cle. 1. in ver. nullatenus. de ſeq. poſſ. vide Iaſ. in conſ. 7. volu. 1. & conſ. 198. col. fin. volu. 2. Marſ. in ſing. 675.* De B.

In repulſis non admittuntur aduocati teſtibus.

c *Item ſi in rubrica teſtium, &c.* Hunc ritum refert, & ſequitur Blaſi. de Mor. in titu. de teſt. vlt. col. vlti. ver. Adde tu ꝙ iſte ritus concordat cum iure communi, tex. eſt no. in l. ſi quando. C. de teſti. & ibi no. Bart. dicens no. illũ tex. ꝙ teſtes debent iurare præſentibus partibus, vel per contumaciã abſentibus, & alle. concor. ſubdens ꝙ ita hodie ſeruatur. Adde aliũ ritum ſup. inci. item ꝙ ſi detur terminus. Matth.

* Additio. Item quòd in quibuſcunque. *Cõtrarium ſeruatur, v. per And. in conſ. obſcuritatem. No. ꝙ de iure cõmuni dubiũ eſt, an teſtes iurati infra terminũ poſſint examinari poſt, vt habetur in l. damni infecti. § Sabinus, ff. de dam. infec. tamen glo. & And.*

in conſtit. in pecuniarijs, tenēt: q iudex debet recipere teſtes etiam poſt terminū infra modicū tempus, ſi tamen videt partem hoc petere nō calumnia cauſa. Ad hoc vltimum vide Rot. in deciſ. 465. incip. extra rotum fuit dubitatū, ſub rub. de teſtib. Lanfranc. in c. quoniam contra, in ver. teſtiū. in verſi. ſeptimò quęro, extra de probat. De Bottis.

Quod poſſunt examinari teſtes die feriata. *Rubrica.*

ITē q ſi teſtes producti in dicta curia iurati die nō feriata & die feriata volunt deponere examinationem, quòd examinari poſſunt.

Non committitur audientia infra dietam. *Rubrica.*

ITem curia non committit * audientiam teſtium in cauſis ciuilibus infra dietam vnam.

• ADDITIO. Item Curia non cōmittit. *Limitatur ex hoc ius commune, vt in auth. apud eloquentiſſimum, C. de ſi. inſtr. in conſt. in pecuniarijs. Item in cauſa repulſa non cōmittitur, etiam ſi teſtes eſſent valetudinarij, vt dicit Ritus precedens, qui incipit, item curia ipſa non committit extra curiam, &c. & per gloſ. & And. de Iſer. in d. conſtit. in pecuniarijs.* De Bottis.

Quod nō poſſint examinari teſtes poſt terminū ad examinari faciendum. *Rubrica.*

ITem ſi aliqui litigant * in dicta curia ciuiliter, ſi infra terminū ad probandum datum non fecerūt examinari teſtes per ipſam curiā, deinde terminus ad examinari faciendum datus fuerit, ſi teſtes ipſi infra eundem terminum ad examinari faciendum datum non fuerint examinati, de cætero nō audiant, niſi fuerit mulier, vel pupillus, vel uidua, & eccleſia, vel fiſcus, qui vel quę per beneficium reſtitutionis in integrum ad pinguius, probandum de nouo admittantur.

• ADDITIO. Item ſi aliqui litigant. *Ad ritum hunc vide And. in conſtit. lite legitimè, per gloſ. & Andr. in conſtitu. in pecuniarijs.* De Bottis.

Quod mittitur commiſſarius ad examinandū teſtes. *Rub.*

ITem ſi epiſcopus, vel ſuperior, vel alius prælatus, & quęuis alia egregia perſona litigat in ipſa curia, & citetur de mandato ipſius curiæ, &c. veniat reſponſurus ſuper poſitionibus aduerſarij ſui in cauſa factis, debet veni re prælatus, & rńdere, niſi petatur pro parte ipſius &c. ad eius expenſas mittatur aliquis de Curia ad interrogandū ipſum ſuper dictis poſitionib. quo caſu ipſa curia mittit ad eū vnum de curia cū poſitionib. in ſcriptis redactis, & ſigillo ipſius curię ſigillatis, & niſi rńdeat, cōcluſio in cauſa ipſa differtur, donec reſpōdeat ſuper poſitionib. ipſis.

Poteſt accuſari abſens citatus ad videndum teſtium iuramenta. *Rubrica.*

ITem fuit quæſitum: Ecce datus eſt terminus ad probandum in ciuili vel criminali. vna partium facit aliam citare ad videndum iuramentum teſtium ad pœnam ſolitam per curiam, non comparuit citata, an detur excuſatori terminus ad denunciandum, & comparere faciendum poſt litem cōteſtatam? determinauit Conſilium quod fuit heri 18. Septemb. 1. indict. quòd ſic.

a ADDITIO. *Et ita vidi pluries practicari, & ideo iurabunt, & etiā præſente ipſo aduerſario meo ſuper ſuis exceptionibus, & articulis quod nota.*

Quod teſtes producti per vnā partium produci poſſint per aliam. *Rubr.*

ITem [a] ſeruat ipſa Curia, * q ſi feci citare teſtes ad mei petitionem, poteſt meus aduerſarius, cū facio eos iurare, facere eos etiā iurare pro ſe, ſine alia citatione de nouo.

• ADDITIO. Item ſeruat ipſa Curia. *Ad hunc ritum adde Doct. in cap. præſentium. de teſti. & Aret. conſil. 140. verſ. ad propoſitum.* De Bottis.

Et no. q teſtes citātur ſemper ad pœnam quatuor unciarum: & ita fit cōdemnatio, ſed alij poſt ipſam litem conteſtatam, ad pœnam quatuor unciarum, ſeu tertiæ partis bonorū mobilium, ſi dicta tertia maior dictæ pœnæ exiſtat, & ita fit condēnatio.

Committitur examinatio teſtium ſenum & valetudinariorum in criminali. *Rubrica.*

ITem [b] ſeruat ipſa curia alicui cōmittere examinationes teſtiū in criminali ſenū, & valetudinariorū.

b ADDITIO. *Iuxta tex. illū notabilem conſtitutionis regni, in pecuniarijs. et ita fuit in facto in curia pridie, vbi fuit cōmiſſa examinatio cōtra ſtatutū Salerni in dicta ciuitate Salerni, &c.*

Non committitur examinatio teſtium in criminali, niſi literatis Curiæ. *Rubrica.*

ITē ſeruat ipſa Curia, q quāuis regulariter nō pōt committi examinatio teſtiū in alijs caſib. q̄ in prędicta proxima obſeruātia cōtentis: tn̄ aduocatis & literatis, qui ipſam curiā ſequuntur, cōmittitur pro maiori parte quaſi examinatio oīum teſtiū in criminali, & examinat in ipſa curia. i. in loco, vbi regitur. & eſt ratio, quia tunc nō vr̄ eſſe cōmiſſa, imò potius ipſa curia ur̄ examinare, & iſta eſt ratio literatorum rńdentium ad iura loquentia, q nō poteſt cōmitti examinatio in criminalib. & tūc aut eſt extra ordinarius, puta qn̄ dantur capitula inquiſitionum proceſſus, & Regens ipſe elegit unū examinatorē: aut eſt ordinarius proceſſus, & tunc dum curia regitur, quilibet eligit ſuū, ideſt, accuſator & accuſatus, qui duo electi literati habeant teſtes examinare vtriuſq; partis, & ſoluitur eis de examinatione eorum teſtium utriuſque partis: ſed in extraordinario proceſſu nō ſoluitur examinatori, niſi de teſtibus partis, quę infertur, nō de teſtibus fiſci. Et q dictę examinationes fiunt in curia, nō ſcribuntur in actis, quia non ſcribitur, quando talis examinatio commiſſa eſt tali, nec ipſi examinatores, qui examinant in curia ipſa, ut dictum eſt, faciunt mentionem, q ipſi examinauerunt, ſed ſimpliciter dicitur, Talis de tali loco, teſtis iuratus & interrogatus ſuper primo capitulo, uel articulo dixit hoc inde ſcire, q talis, &c. & omnia quæ dicta ſunt in proceſſu criminali ordinario ſeruantur in proceſſibus ciuilibus inter partes adinuicem cauſantes, &c.

Practica ſuper commiſſione de examinandis teſtibus. *Rub.*

ITem ſeruat ipſa Curia, qn̄ cōmittitur examinatio teſtium * in ciuilibus, ut in debito, vel in caſu criminali, qui teſtes examinētur extra cōſpectum curiæ: tunc fit commiſſio cum inſerta forma articulorum, vel capitulorum, &c. cū nominibus teſtium, & fit vt plurimum cum clauſula, ideſt, ſi vnus dictorum examinatorum non poterit intereſſe, alius poſſet exequi commiſſionem, &c. Et aliquando reſiſtente aliqua partium ex aliqua iuſta cauſa fit ſine clauſula.

• ADDITIO. Teſtiū. *Vide Parid. de Puteo in verbo, ſententia, verſ. reſtat. 2. col.* De Bot.

Et no. q ad hoc vt fiat cū clauſula, oportet q petatur a partibus concordantibus, aliàs curia facit ſine clauſula. Vbi verò pars vna non cōcordaret, & alia inſiſteret q fieret cum clauſula: tunc niſi pars, quæ diſcordat, allegat iuſtam cauſam, mandatur ſibi parti diſcordanti, q conſentiat ad certam pœnam, & vbi cōdemnatur, detinetur pro pœna, & ſcribitur in actis tale mādatum, nec appellatur, quia notorium eſt, &c. Quia talis commiſſio oportet q fiat de partium voluntate, ſicut publicatio, & concluſio, & alij actus, in quibus ſimpliciter fit mandatū parti non concordanti, & iuſtam cauſam non alleganti, ita q quandoque fit cum clauſula, & quandoque ſine clauſula arbitrio dictæ curiæ, & ſecundum quod partes concordant, vel diſcordant: nā in caſu quo ambæ partes concordant, tunc curia facit id, in quo concordant partes, &c.

Vide de capturis

De

De fideiuſſoribus ac Ritu curiæ. Rubrica.

Hec not. in conſt. regni, lite. lib. 2.

IN primis quòd fideiuſſores iurant ſicut principales in criminalibus, ſed in ciuilibus, nec principales, nec fideiuſſores iurant.

Item notandum eſt, quòd fideiuſſores ſe obligant prę ſentare eum, ſi & quoties ipſe principalis fuerit requiſitus, vel ipſi fuerint requiſiti. Verum quando extra iudicium requiruntur dicti fideiuſſores, requiritur in eadem requiſitione etiam ipſe principalis, fideiuſſores ad pœnam fideiuſſionis, & principalis ad pœnam quatuor vnciarum, ſi dicta tertia maior dicta pœna exiſtat.

Item [a] nota quòd in criminalib. fideiuſſores * recipiuntur ad pęnas iuſtas, videlicet, pro homicidio ad pœnam vnciarum centum: ſi verò de priuato carcere, vel etiam falſitatis ad pœnam 15. vnciarum: ſi verò ſint alia delicta, ad pœnam vnciarum 25. & obligant ſe, & bona eorum omnia inſolidum, &c. prout poſt infra in ritibus executionum commiſſionum in 5. Ritu, &c.

Item quòd nullus recipiatur fideiuſſor de Capuana nobilis, nec nobilis de Nido, maximè milites, & alij potentiores Curiales, vel alij, ſed habiles ad conueniendum, & faciendũ executiones cõtra eos. Verũ vnus nobilis de Nido, vel de Capuana recipitur pro alio nobili.

Item quælibet fideiuſſio poteſt recipi omni die, licet illo die curia non regatur: dummodo poteſt regi, ſi voluiſſet, licet eſſet dies feriata, & qualibet hora poteſt recipere, de mane, de ſero, & quacunq; hora diei, præſente vel abſente Regente, & iudicibus. Sufficit enim quòd eam recipiat magiſter actorum, & notarius: quia in actu dictæ receptionis dicit, magiſtro N. dictæ curiæ actorum notario, prædicta omnia & ſingula ſolẽniter & legitimè ſtipulante nomine & pro parte dictæ curiæ. Quandoque etiam ſubactarij dictæ curię prædicto modo recipiunt fideiuſſores, quamuis magiſter non eſſet ibi pręſens in curia, dummodo eſſet in curia, & dicitur nihilominus pręſente dicto N. &c.

Item [b] ſi eſſet dies feriata, itaquòd curia regi illo die non poteſt, tunc ipſis fideiuſſoribus aſſignatur captiuus pro captiuo, non vt fideiuſſoribus, ſed quando pro captiuo recipientibus eum tanquàm captiuũ, & non fit mentio quòd ſint fideiuſſores, & Regens vel Locumtenens ſuus capit captiuum per clamydẽ, & aſſignat tunc aliquibus de ipſis prædictis, & promittunt ad certam prædictam pœnam præſentare primo die iuridico, quando curia ipſa regitur, & de hoc inter Regentem prædicta ſtipulãtem nomine curiæ ſolenniter & legitimè, & per illos qui recipiunt eum pro captiuo, fit publicum inſtrumentum, & primo die iuridico veniente, ſiue regatur curia ſiue non, obligant ſe de præſentando eum, &c. & penes acta in forma curiæ conſueta. quo facto in continenti Regens rumpit inſtrumentum prędictũ dictis accipiẽtib. ſe obligantib. modo prædicto, &c.

Item [c] pro quolibet denuntiato debent eſſe duo fideiuſſores, qui non ſint filijfamilias, nec clerici, & iurent quantum valent bona ipſorum, extractis debitis, & dotibus ipſorum: & quamuis iurent vſque ad certam ſummam, tamen quilibet tenetur inſolidum. Verũ quando eſſent tres denuntiati, ſi eſſent quatuor diuites fideiuſſores, curia recipit eos quatuor, vel quinq; arbitrio dictæ curiæ, & ſic deinceps: & quando eſſent quatuor denuntiati, ſufficerent ſi darentur ſex vel ſeptem diuites: & quando eſſent multi denuntiati, curia recipit pro medietate fideiuſſores, quos deberet recipere ſecundum dictum ordinem: & pro alia medietate ipſi denuntiati inter ſe vnus pro alio fideiubet, & vocatur Vicaria fideiuſſio, quando vnus pro alio fideiubet, & hoc ſeruatur.

Item non poſſunt purgare moram fideiuſſores infra dies ſeptem, vt dictant iura communia, & capitulum regni, quia curia ipſa non vtitur dictis iuribus, & capitulo de hoc loquentibus, licet in alijs regni partib. obſeruentur dicta iura, & capitulum illud, id eſt, veterem, &c.

Item quando requiritur principalis & fideiuſſores, licet ſit in loco, vbi curia regitur: fit litera clauſa cum ſigillo iuſtitiæ, quo ipſa curia vtitur.

Item quòd ſi condemnatus eſt fideiuſſor, quia non præſentauit principalem, licet ipſe fideiuſſor compareat eodem die, non purgat contumaciam, niſi dicto die veniat cum principali, quem præſentet. & ita ſeruatur in curia.

Item eodẽ ſero ſeu die faciãt condemnari fideiuſſores ſuos ſimul cũ eo ad pęnã fideiuſſionis, ſine noua requiſitione fideiuſſorũ. Et ſi tu dices, qũo poſſunt condẽnari fideiuſſores ſine requiſitione? Rñdetur quod hoc eſt propter formã fideiuſſionis, quæ eſt, ꝙ præſentabunt eũ, ſi & quoties ipſe fuerit per curiam requiſitus: qui reus etiam tunc cum datur terminus, requiritur ſi quis attendat formam dati termini, quæ hodie vſitatur in regno.

Item ꝙ a bãnitis, ſeu pro dictis bannitis, & quolibet ipſorũ, ſi pro homicidio, & de homicidio banniti fuerint fideiuſſionẽ ad pęnam vnciarũ centum recipiant. Si vero

cle raptu

a *Item no. quòd in criminalibus, &c.* Qualiter obligantur fideiuſſores in criminalibus, adde quòd tenetur iudex ſi non recipit fideiuſſores ab inquiſitis, vel accuſatis, Bald. in auth. generaliter. circa ſi. C. de epiſc & cle. refert, & ſequitur Alex. ad Bart. in l. ex iudiciorum. ff. de accuſ. Matth.

* ADDITIO. Fideiuſſores. *De iure communi admittitur fideiuſſor, vbi venit imponenda pęna pecuniaria. ſecus per hunc Ritum, ponit Bart. in l. 1. ff. de in lit. iur. vbi Iaſ. in ver. extra glo. & in criminali facit ratio: nam nemo eſt dominus membrorũ ſuorum. l. liber homo. ff. ad leg. Aquil. Hic ritus fundatur ſub ratione legali: nam fideiuſſor in duriorem cauſam acceptus in nihilum obligatur, in minorem ſic. Conſtat enim hic in mitiorẽ cauſam obligari, quia pro homicidio obligatur ad pœnam 100. vnciarum, & ſic non ad pœnã capitis. vide quando poſſit obligari, tex. in l. Gracè. §. illud. ff. de fideiuſſ. & vide rõnem in l. in ſeruorum, in ſi. ff. de pœnis, vbi eſt minor pœna quælibet pecuniaria quàm corporalis, & aduerte ad glo. in c. cum homo,* 23. q. 5. De Bottis.

b *Item ſi eſſet dies feriata, &c.* Captiuus pro captiuo per clamydem eſt repetitus ſupra, incip. Item ſeruat ipſa curia, quod quando liberatur, &c. vbi vide.

c *Item pro quolibet denuntiato, &c.* in verſi. *vicaria fideiuſſio, &c.* Et quòd quando ſunt plures accuſati, vel ſimul cum armis inuenti, uel ſimul conueniuntur, poſſunt adinuicem vnus pro altero fideiubere, voluit etiã pulchre Bar. in l. Romanus Appulus. argum. illius tex. ff. de tutor. & curat. dat. ab his. Bal. in l. omnes. per tex. ibi, vicarijs fideiuſſoribus. C. de epiſcopis & cler. & Ang. & Imola in l. reos. in principio. ff. de duobus reis. & ſequitur etiam Iaſon in l. 1. in ſecunda colum. ver. adde etiam, &c. ff. ſi quis in ius uocatus non ier. & doctrinam Bart. refert & ſequitur Aretin. in tractatu maleficio. verſi pro quibus Anto. fideiuſſit. in ſecunda columna. verſi. quæro an vnus ex malefactoribus, &c. Et dicit Ange. in dicta l. reos. in principio. quod eſt ibi caſus notandus. Auguſtinus tamen de Arimino in apoſtil. ad Areti. in loco præallegato, intelligit hoc eſſe uerum, ſi ſocius non eſſet ſuſpectus: nam ſi eſſet ſuſpectus, & nihil poſſideret, tunc non haberet locum hæc uicaria fideiuſſio, vide eum dicentem eſſe tenendum menti, & allegat quandam gloſſ. uide eum. Et quod duo accuſati poſſunt inuicem fideiubere, videlicet, vnus pro alio, tenet etiam Bald. in d. l. Romanus Appulus. dicens quòd illa lex allegatur ad hoc. poſtea ſubdit quod hoc eſt uerum, ſi non ſint ſuſpecti, aliàs ſecus. allegat gloſſam in §. ſuſpecto. in Authentico, de exhibendis reis. quam dicit eſſe notandam, & illum textum in d. l. omnes. in verſi. vicarijs fideiuſſionib. notat ibi ad hoc Pau. de Caſtro, quod quando plures ſimul uocantur, poteſt alter pro altero fideiubere, ſubdens: idem ſi de nocte reperiuntur duo cũ armis, qui tenentur dare fideiuſſores, poteſt alter pro altero fideiubere, ſubdens quod ad hoc allagatur d. l. Romanus Appulus. & §. ſancimus. in Auth. de exhibend. reis. M.

a Nota

de raptu cuiuſcũq; mulieris, ac etiã de priuato carcere, vel etiã quacũq; ſalſitate, fideiuſſionẽ, ad pęnã vnciarũ quinquaginta, & alijs quibuſcũque cauſis, & negotijs criminaliter, quæq; fuerint ad pœnã auri 25. dictæ curiæ applicandã, ſimiliter recipiat eoſdẽ, qui ſe & bona eorũ omnia mobilia & ſtabilia ſolenniter obligent notario publico pro parte ipſius curiæ ſtipulanti, ꝙ dictus bannitus ſeu banniti extrahẽtes ſe a bãno ſeu bãnis prædictis ſtabũt ſuper cauſis, de quib. banniti ſint, iuri in iſta curia: & præſentabunt ſe in dicta curia: & fideiuſſores ipſi præſentabunt eoſdem, ſi & quoties ipſi bãniti ſe præſentant: vel dicti fideiuſſores, ꝙ pręſentent eoſdẽ, qui fuerint per dictã Curiam requiſiti, &c.

No.[a] ꝙ hęc dictio, Vel, eſt dictio diſiũctiua, & quaſi ſufficit, vt condẽnentur fideiuſſores, qñ eſt requiſitus principalis; tñ abſq; requiſitione ipſorum fideiuſſorum pp hanc formam fideiuſſionis, quæ vſitatur per ipſam Curiã, excepto quod in ciuilibus fideiuſſores non iurãt: in criminalib. aũt iurant fideiuſſores & principales. In ciuilib. non iurãt principales, nec fideiuſſores, &c.

De inſtrumentis & eorum præſentationibus. Rubrica.

ITem [b] quòd ſi debitores aut debitrices * quarũcunq; perſonarũ

a *Nota quòd hec dictio, Vel, eſt dictio diſiunctiua.* In verbo, *in ciuilibus, &c.* In ciuilibus non iurant principales, nec fideiuſſores. adde alium ritum ſimilem ſupra inci. item quod fideiuſſores.

De inſtrumentis, & eorum præſentationibus. Rubrica.

b *ITem quod ſi debitores, &c.* Adde quod cauſa præſentationis inſtrumenti ſm formã huius ritus magnæ curiæ Vicariæ, eſt criminalis pp periurium, vt in cõſtitutione, eos qui ſciẽter, &c. ita multum egregie inquit deciſ. S.C. 64. incip. quidã mercator. ¶ Et ibi pulchre determinat in facto, ꝙ creditor non põt præſentare inſtrm criminaliter iuxta formã huius ritus contra debitorẽ, qñ nõ fuit debitor qui ſe obligauit in inſtrõ, ſed procurator, qui procuratorio nomine ſe obligauit: ſed bene poteſt ciuiliter, vt ibi plene.

¶ Adde quod præſentatio inſtrumentorũ ſecũdũ formã huius ritus non põt fieri, niſi in magna curia Vicariæ, & nulla alia curia põt cognoſcere, iſte eſt ritus no. J. incip. item quod nulla alia præter. ¶ Et inquit deciſio præallegata, ꝙ illo caſu, qñ procurator nomine debitoris ſe obligat, nec cõtra ipſum debitorẽ poterit criminaliter, & ſm formam huius ritus præſentari inſtrm, quia nõ eſt iuratum de facie ad faciem: vnde concludit ꝙ hoc caſu debet procedi contra ipſum procuratorẽ, qui condemnabitur, ſed executio non fiet contra eum, ſed contra dñm. l. 1. C. de ſentent. vide ibi plene. ¶ Adde ꝙ vt inſtrm poſſit præſentari ſm formã huius ritus, debitũ debet excedere ſummã vnius vnciæ: ſed ſi eſt infra vnciã, non præſentatur ſm formam huius ritus, ſed alius modus ſeruatur, vide pulchrũ ritum infra incipientẽ, idem quicunq; inſtrã. ¶ Et vide alium ritum conformẽ cum illo infra incipientẽ, itẽ ſeruat ipſa curia, ꝙ ſi aliquis, &c. qui ritus vult etiam, ꝙ iſta probatio debet fieri in promptu per publicum inſtrm quietationis, vel aliam ſcripturam authenticã, vt eſt alius ritus infra incipiens, itẽ in caſu præmiſſo, &c. qui vult ꝙ debitor põt in promptu probare ſe ſatisfeciſſe, non ſolum per inſtrm publicum, vel aliam ſcripturam authenticã, ſed etiã per teſtes, quo probato ipſe non detinebitur, ſed ſuus aduerſarius tanquam calumniator, & periurus. ¶ Et infra quantum tempus põt pręſentari inſtrm ſm formam huius ritus, vide ritum ſequentem incipientem, nota quod iſte ritus, &c. ¶ Adde quod ad hoc vt poſſit præſentari inſtrm hoc modo, debet eſſe liquidum, vt ibi pulchre dr, & ibidem etiam dr, quid ſi eſſent plura inſtrumenta, quorum vnũ eſſet liquidum per reſpectum ad aliud. ¶ Et in ritu incip. item ꝙ aſſignãs inſtrm, ponit ꝙ præſentans inſtrm debet obligare ſe, & bona ſua, non concordare ſe cum parte, ſine licentia curiæ ad pœnam tarenorum ſex, pro qualibet vncia contenta in inſtrõ, & ibi etiam ſubdit, quid ſi eſſet vna ſumma exceſſiua. ¶ Quæro, dr hic ꝙ non admittitur niſi ſolutionis exceptio, an poterit per debitorẽ opponi exceptio cõpenſationis? dic ꝙ ſic, adduco Angelum conſi. 209. incip quidam nomine Nicol. &c. vbi egregie & in terminis conſuluit, ꝙ ſi ſtatutũ prohibet opponi niſi exceptionẽ ſolutionis, tñ etiam opponi poterit exceptio compenſationis. refert, & ſequitur conſulendo Alex. conſi. 12. incip. viſo themate ante ſcripto &c. in pen. col. in 2. volu. & Iaſ. de eo facit magnum feſtũ in l. cũ qui. §. ſi iurauero. 2. col. ver. 2. facit quod &c. ff. de iureiur. ¶ Adde tñ quod debitor interim donec ſua exceptio cõpenſationis examinetur, ſtabit in carcere, qua exceptione cõpenſationis verificata relaxabitur. ita inquit no. Cal. in l. in ea. C. de cõpen. Si aũt ſtatutum, vel lex requireret verã ſolutionẽ, tunc non admittitur exceptio cõpenſationis, ita no. inquit Bald. in d. l. in ea. in fi. quod dictum refert, & ſequitur Iaſ. in d. §. ſi iurauero. in pen. col. in princ. Benedict. tñ in tract. de inſtrõ guarentigiato, in 3. par. princ. in 3. quæſt. tenet ꝙ non poteſt opponi exceptio compenſationis, vt ibi plene per eum. ¶ Adde ꝙ licet iſte ritus intelligatur qñ inſtrm eſt liquidum ut ſupra dictum eſt, tñ habebit locum etiam in inſtrõ conditionali, p aduentum conditionis purificatæ, & liquidatæ, vt eſt ſing. dec. Ang. in l. fin. §. Titius. per gloſſ. ibi no. ff. de vulg. & pup. Quod dictum tamẽ impugnat ibi Imo. cuius fundamenta refert ibi Alex. qui tñ poſtea diſtinguit, quod aut ſtatutũ tribuit executionẽ pro debito puro, aut pro inſtrõ puro. Primo caſu loquitur optime Ang. ſecundo caſu nõ, vt ibi per eum. Franc. de Aret. in d. l. fi. §. fi. in 1. col. 3. no. ff. de verb. oblig. dat alium diſtinctionẽ, quod aut ſtatutum reſtringit ſe ad debitum quod a principio erat purum, & tunc forte opinio Ioan. de Imo. eſſet vera: aut ſtatutũ loquitur de debito puro, & tunc interpretatio fit hoc modo de debito puro, ſ. tempore cũ pro eo agitur, & tunc ſatis eſt debitũ, vide eũ, quia pulchre loquitur, & allegat optima iura. ¶ Vtrum aũt ceſſionarius poſſit præſentare inſtrm ſm formã huius ritus? dic, ꝙ ſic, Bar. i 4. col. ver. quæro &c. ff. de actio. & oblig. Bald. in l. ex legati. in fi. C. de leg. Iſtud etiã quod ceſſionarius poſſit petere iſtã executionẽ inſtrumenti, ſicut poſſet creditor principalis, tenet Pau. de Caſt. in l. poſtulante. in 2. col. in princ. ff. ad Trebel. alleg. Ioã. And. ita tenentẽ in add. Spe. in tit. de ceſſ. actio. quia tranſit ius ceſſionarium cũ priuilegio ſuo cohærente actioni, vel inſtrumento. Facit etiam ſm eum quod no. Bar. in l. poſt dotẽ, in pen. col. ff. ſol. matr. & ibi ſequitur Alex. in 3. col. in d. l. poſtulãte. & etiam plenius in 5. col. ubi alleg. plures cotas, & ſubdit, quod iſta eſt magis cõis concluſio. Hoc idẽ tenet Benedict. de Blaſ. in d. tract. in 1. par. prin. in 9. q. ver. item quod agẽti nomine alieno, &c. vbi uide. ¶ Vtrum aũt iſte ritus habeat locũ in tranſumpto authoritate iudicis, ita quod dictũ trãſumptũ poſſit præſentari ſm formam huius ritus, vide Ant. de Can. pulchre declarantẽ in tract. de inſtrumen executio. in 37. quæſtio. vbi vr ſentire quod ſic vide eum. ¶ Quid aũt in protocollo? dic quod non habet executionem paratam, nec poteſt præſentari ſecundum formam huius ritus, ita pulchre tenet Anto. de Can. in loco præalleg. & in q. 38. vbi pulchre declarat. ¶ Quid ſi procurator eſt procuratorio nomine ſtipulatus nomine creditoris, an dictus procurator poſſit præſentare dictum inſtrumentum ſm formã huius ritus? dic ꝙ non, & ita fuit deciſum, & iudicatum in S.R.C. tene menti. ¶ Adde hic, ꝙ non habet locum inter clericos litigantes in foro eccleſiaſtico, iſte ritus magnæ curiæ Vicariæ ſuper præſentatione inſtrumenti, ita no. inquit Matth. in cõſtitutione, ſi quis in poſterum. in 6. col in princ. alleg. Bal. in l. cunctos populos. in 7. col. ver. ſed hic dubitatur. C. de ſum. Trin. vbi hoc decidit in terminis, & ibi etiam allegat alias cotas. tene menti. ¶ Tu pro intelligentia huius ritus, Item quod ſi debitores, &c. in quantũ dicit ꝙ debitores incarcerantur, dic ꝙ incarceratus dr ille, qui ad ſui libitum de loco recedere non põt, ita dixit Ang. in l. 1. C. de pri. car. Imola & Doct. in cap. nuper, de ſent. exc. Bald. in l. 1. in 10. col. C. de confeſ. & propterea dixit Ang. multum ſing. in d. l. qui in carcerem, ꝙ ſtante ſtatuto, ꝙ quis debeat poni in carcere pro delicto, ſi aliquis nobilis accuſatus uenit carcerandus, ſatisfactum erit ſtatuto, ſi aſſignetur ſibi pro carcere amplus locus, puta palatiũ Poteſtatis, vel tota ciuitas, quod dictũ ſequitur, & dicit eſſe ſing. & cordi tenendum, Iaſ. in rep. l. admonendi. in 16. char. in 1. col. ff. de iureiur. & Bonus de Cur. in tract. de nobilita. in 16. char. in 1. col. quod tene menti, præcipuè quia ſi præſentatur inſtrumentum ſecundum formam ritus contra quendam nobilem, ſatis diceretur cautus, ſi datur tota ciuitas ei pro carcere. Et no. quia pauci ſciunt, & faciet tibi honorem. Hanc doctrinam Ang. ſequitur & ſummè commendat Iaſ. in l. ſi pecuniam. §. 6. ff. de cond. ob cauſ. Adde in hoc ritu, ꝙ in Regno in inſtrumentis teſtes debent eſſe bonæ & optimæ uitæ, & omni exceptione maiores, alias inſtrumenta ſunt nulla, & non probant, dicit tex. in conſtit. Inſtrumentorũ robur. Et propterea inquit multum no. Matth. ibi, in 3. no. & hoc patet, ꝙ ſi præſentetur inſtrumentum ſecundum formam huius ritus, & opponitur quòd teſtes non ſunt probatæ uitæ, & omni exceptione maiores, & ſic quòd non eſt inſtrumentum, non poneretur in carcerem, ſed debet audiri, & præſtari fideiuſſio de ſtando iuri ſuper hoc. Et ſi poſtea non probaret, quod illi teſtes non eſſent probatæ uitæ, tunc procederetur ad interrogationem inſtrumenti, iuxta hunc ritum: tene menti, quia ſi practicabis facies tibi honorem.

Vide de præſentationibus ſcriptũ.

* ADDITIO. Item quod ſi debitores, aut debitrices. *Iuxta hũc ritum quæro, tu petis a me centum ex cauſa mutui, ego ex illa cauſa facio tibi inſtrumentum, confitens me debitorem tuum ex illa cauſa, notarius conficit inſtrumentum, nunquid tale inſtrumentum habebit executionem paratam, prout in hoc ritu? Ang. ſingulariter tenuit quod non in l ſi fideiuſſor. poſt princip. C. de fideiuſſ. mandat notari in practica Hip. Marſ. in ſing. 135. vide Alex. conſ. 101. 4. col. in princ. Hip. ſing. 484. An autem contra hunc ritum, ſeu obligationem Magnæ Curiæ*

Vicariæ

Vicaria poſſit opponi ceſſio bonorum, vide Bart. in l. filius. ff. quod cum eo. & in ſpecie ad intellectum huius ritus Ang. in l. alia. §. eleganter. ſol. mat. vbi decidit quod non, de quo articulo vide. plenum conſilium Cornei 212. uol. 2. vbi ſecundum terminos huius ritus concludit, quòd talis ceſſionis exceptio non obſtat, maxime ſi inſtrumentum erat iuratum, per cuius deciſionem no. quòd iuramentum impedit poſſeſſionem, quod mihi nouum eſt hucuſque. Vide etiam, an poſſit opponi ceſſio bonorum, per Socin in conſ. 204. 2. par. Alex. in d. §. eleganter. Adde quòd nedũ inſtrumentũ mandabitur executioni in hoc in his, ſuper quibus fuit directè confectum, ſed etiam in his, quæ indirectè probãtur in inſtrumento. ita Ant. de Butrio. & ibi ſequitur Abb. in ver. item aliud, in c. cum olim, ext. de cenſib. vide tamè Bar. in l. 1. ff. de his, q̃ in teſta. delen. quẽ ſequitur Soc. in conſ. 51. col. 2. in prima parte antiquorum. Item mandabitur executioni etiam pro intereſſe, quãdo debitor voluit ſtare declarationi creditoris, qui declarauit ſe paſſum intereſſe in decẽ. ita Soc. in conſi. 90. col. 2. par. 2. nouorum. An ſi inſtrumentum eſt ſtipulatum per procuratorem, vide Bart. & alios in l. poſſeſſio. §. 1. ff. de acqui. poſ. quid de compenſatione, Bal. in l. 3. C. de compenſat. vide Alex. in conſil. 92. vſque ad 94. vol. 4. vide Marſil. in ſing. 208. Sed iuxta hunc ritum quæro de quæſt. notabili. Opponitur exceptio ſolutionis in carceribus datur terminus ad probandum. & quia non fuit verificata ſolutio, ſoluit, liberatus de carceribus vult repetere ſolutionẽ, & probare quòd ſoluit, an poſſit. vide eleganter Fulg. in conſi. 187. incip. Titius. vbi latè concludit quod ſic, diſtinguendo vt ibi per eum, & per Floria. in l. cum putarem, col. 2. fam. erciſ. vide in tract. de execut. inſtrum. in 3. volum. tract. car. 107. col. 3. Ex quo infero, quòd nec poteſt opponi exceptio compenſationis, poſtquàm nullum tempus datur ad ſoluendum. ita Bart. in l. aufertur. §. qui compenſationem. ff. de iure fiſci ſequitur Alex. conſ. 61. 1. col. volum 3.

No. quòd iſti ritus ſunt contra ius commune. ita Ang. in l. ait prætor. §. ſi iudex. vbi etiam alij. ff. de re iud. ſequitur Soci. in conſi. 231. col. 6. 2. par. Abb. in c. ſciſcitata. de in integ. reſtit. voluit quòd ſtante ſtatuto, quòd nulla exceptio admittatur, non prohibetur quis incontinenti probare exceptionem legitimam. ratio eſt, quia ſtatutum videtur excluſiſſe exceptionem propter præſumptam fraudem opponentiũ, quæ quidem fraus non militat, quando probatio incontinenti offertur, & hæc ratio poteſt in hoc ritu aſſignari. Limita tamen, quando eſſet præſumptio contra opponentem, quia calumnioſè opponeret: quia licèt offerat ſe probare incontinenti, non eſt admittẽdus, & ita ſingulariter declarat Corſetus in ſing. in verbo, exceptio, col. 26.

Quæ uia eſt vt agat creditor petendo debitum, quia ſi debitor confitetur, tunc fit condemnatio, quia non ſunt aliæ partes iudicis in confeſſum, niſi in condemnando, l. vnica, C. de confeſſ. ſi verò negabit, tunc ad liquidationem iurium ſuorum creditor præſentat inſtrumentum; quo præſentato, quia eſt probatio probata, fiet cõdẽnatio. ita Bal. ad intellectũ huius ſtatuti in l. 3. ff. quod falſo tut. de quo meminit Crem. in ſing. 140. & Ferrat. in caut. 50. latius Fel. in c. cum venerabilis, col. 9. de excep. & Soc. in cõſi. 51. col. 1. p. 1. antiquorũ, & in 3. parte cõſ. 108. col. 4. De B.

In principio in ver. *publica inſtrumenta*, &c. Ex quo ille ritus dicit publica, ſcias quod ante omnia inſtrumentum debet conſtare eſ-

ſeu eorum fideiuſſores, ex quibus debitis publica inſtrumenta appareant: & in dictis curijs ſeu altera ipſarũ præſentantur, & de mandato ipſarum curiarum ſeu alterius ipſarũ citentur, vt in certo termino peremptorio eis dato in ipſa curia perſonaliter compareant reſponſuri ſuper tenoribus inſtrumentorum ipſorum, & ſimili modo cõparere debeant perſonaliter creditores, debitores debitorum ipſorum reſponſuri ſuper his quæ verſa vice de iure competũt ad releuamẽ debitorum eorundem, ipſisq; partib. in iudicio comparentibus, interrogentur principales debitores ſeu eorum fideiuſſores ſuper tenoribus inſtrumentorum, quæ præſentabuntur in ipſis curijs, ſeu altera ipſarum per creditores eorundem præſtito prius per eos de veritate dicẽda corporali ad ſancta Dei euangelia iuramento. Et facta reſponſione per ipſos principales debitores ſeu eorum fideiuſſores, per quam confiteantur, ꝙ inſtrumenta ipſa & contẽta in eis vera ſint, quantumcunque aſſerant ſe ſatisfeciſſe dictis eorum creditoribus de debitis contentis in inſtrumentis iam dictis, niſi in promptu & in ipſo inſtanti doceant de ſatiſfactione ipſa, ſi in inſtrumẽtis cõtineantur pœnæ pecuniariæ, vel iuramenta, vel alterum eorundem ſtatim incarcerãtur, & datur ipſis debitoribus ſeu eorum fideiuſſoribus terminus ad probandum ſolutionẽ prædictam, & ſimiliter detur terminus dictis creditoribus ad probandum, ſi qua eis competunt ad præmiſſa, & interim donec probent legitimè ſolutionem prædictam, debeant in vinculis cauſam dicere. Quam ſolutionem ſi infra dictum terminum non probauerint, teneantur ad pœnas pecuniarias, & iuramentorum contentas in inſtrumentis iam dictis, & nihilominus ſatiſfacere debeant eorum creditoribus de debitis memoratis. Et ſi fortè dicti principales debitores, ſeu eorũ fideiuſſores, aſſerant dicta inſtrumẽta fore falſo modo confecta, vel aliter voluerint dicere, & allegare,* quòd inſtrumenta ipſa non valeãt, detur etiam eis terminus ad probãdum falſitatem prædictam: qui ſi falſitatem ipſam, vel defectus alios huiuſmodi infra ipſum terminum non probauerint, teneantur propterea ad pœnam debitam præter dictas pœnas in dictis inſtrumentis contentas, prout hactenus in curijs ipſis, & qualibet ipſarum extitit laudabiliter obſeruatum. Et ſi debitores incontinenti,* vel in vinculis exiſtẽtes probauerint ſolutionem, falſitatem, vel defectus prædictos, tunc & eo caſu creditores ipſi puniuntur pro qualibet uncia in vno Auguſtali, quæ pœna pro medieta-

ſe publicum, aliàs non habebit locum iſte ritus, nec ſtatutum loquens de inſtrumento publico, ita no. inquit Bar. in l. 1. §. & parui. 2. col. in princ. ff. quod ui, aut clam. & Pau. de Caſt. conſi. 70. incip. ſuper eo vero.

In ver. *in vinculis cauſam dicere*, &c. Hæc uerba ſunt ſcripta ex tex. in l. Cornelia. ibi, vt ex uinculis cauſam dicant. ff. ad Syll. & ibi Bar. addit alium tex. ſimil. in l. 2. ff. de cuſto. reorum.

In ver. *iuramentorum*, &c. Adde hic qđ non fit condẽnatio ad pœnam periurij, & ſic manus contra eum, contra quem proceditur ſecundum formam huius ritus, ſed conſuetum eſt quod punitur pecuniariter, Matth. in conſtitutione, ſtatuimus. in 2. no. tene menti. Matth.

ADDITIO. *Iſta fuit determinatio facta, die 5. menſis Augu. 15. indictionis, quam determinationem de mandato Curiæ reſpondit, & fuit iudex Henricus Aconzaiccus pro parte totius Curiæ tunc ſedentis, & tunc erat aduocatus parti præſentantis dictum inſtrumentum, Iudex Blaſius Laiuus.*

* ADDITIO. Dicere, & allegare. *Vide Iaſ. in conſi. 85. vol. 1. ſentit ergo, quòd poterit alia exceptio inhabilitatis opponi, vel quod non teneatur. ita etiam eſt tex. in l. ita nobis, C. de adult. & Canar. in tract. de execut. inſtrum. q. 3.* De Bottis.

* ADDITIONES. Et ſi debitores incõtinẽti. *Quid ſi in inſtrumento fuit promiſſa certa quantitas cũ pacto, ꝙ ſi facto calculo minus deberetur, illa minor quantitas cenſeatur promiſſa, an dicatur liquidum, ita quòd habeat executionem; an tamen Soc. in l. pecuniam ff. ſi cert. pet. Gram. deciſ. 80. nu. 11. Adde ꝙ ſi in inſtrumento ſunt ſubſcripti teſtes omni exceptione maiores, non poteſt præſentari iuxta formam ritus, Affl. in conſtit. inſtrumentorum robur. col. pen. & ibid. quid ſi ſunt ſubſcripti teſtes non literati. An autem confectum inſtrumentum extra regnum poſſit præſentari iuxta formam ritus, Bald. quòd ſic in l. 1. nu. 4. C. ne fil. pro pat. Et an poſſit præſentari contra filiumfamil. obligatum cum conſenſu matris. Tiraquel. de ll. connub. in glo. 3. nume. 154. Et quid ſi non habet ſolemnitates requiſitas per conſtit. regni. vel contentũ in inſtrumento non eſt liquidum. vide per Rebuf. in tract. de lit. obli. ar. 1. in glo. 9. vbi multa ad materiam. Et an inſtrumentum ſine cauſa poſſit præſentari iuxta formam ritus: ibi nu. 25. & Bald. in l. ſi cauſam, col. 1. de exceſ. rei iud. Et quid ſi erat inhabilis obligatus ratione ætatis vel morbi, vel quia prodigus, aut cui bonis interdictum eſt. An contra inſtrumentum poſſit opponi exceptio rei non traditæ, vel alia exceptio oriẽs ex inſtrumẽto met. vide Dec. in cõſ. 119. 1. dubio. & 221. Et an poſſit opponi exceptio, quæ incõtinẽti probatur. vide Dec. in conſ. 424. nu. 6. Vide practicã præſentandi inſtrumentum damnorum & intereſſe, per Bar. in l. 1. nu. 3. ff. iud. ſol. An compromiſſum impediat liquidationẽ inſtrumenti. Soc. in l. pecuniam ff. ſi cer. pet. dicit quòd non. an inſtrumentum debiti ſine cauſa poſſit liquidari. Bald. in l. 2. in fi. C. de exec. rei iud. omnino Iaſ. in l. ſi unus, §. ante omnia. ff. de pact. 2. col. Affl. in conſtit. eos, qui ſcienter, nu. 14. An iſte ritus procedat in ceſſionario, vide Marant. in repet. l. ſi actor, nu. 22. ff. de procur. vbi determinat quòd magna Curia hoc non ſeruat. Quid ſi inſtrumentum non fuit liquidatum ex poſt facto, an poſſit præſentari. vide no. verbum Bal. in l. cum teſtamento. C. de teſtam. manum. An procedat in ceſſionario, vide Lud. Rom. conſi. 38. vbi determinat quod ſic. Sed aduerte, quia iuramentum non eſt præſtitum*

in factum

ſe

te applicetur fiſco, & reliqua medietas parti læſæ perſoluatur, & eo facto debitores ipſi de facto liberentur. Nota [a] quòd iſte ritus hoc modo practicatur, videlicet, quòd fit interrogatio ſuper tenore inſtrumenti, niſi fuerint tranſacti anni viginti a die natiuitatis actionis cõtentæ * in ipſo inſtrumento, quo caſu quando tranſacti eſſent, non fit interrogatio, ſed proceditur uia ordinaria, prout de iure communi conceditur.

Item [b] intelligitur iſte ritus, quãdo inſtrumentũ eſt liquidũ * per ſe ſine alia probatione, vel petitione danda ad probandũ liquiditatẽ ipſius inſtrumenti. Poteſt ẽt fieri interrogatio, qñ eſſent plura inſtrumenta, quorum unum eſſet liquidũ per reſpectum ad aliud, vt ſi eſſet hæres, qui de hæreditate apprehenſa ex teſtamento in promptu conſtaret per inſtrumẽta publica, & haberet inſtrumentũ debiti liquidũ.

Item no. quòd aſſignans inſtrumentum in dicta Curia & petit interrogationem fieri, obligat ſe &

in faciem eius. An procedat contra procuratorem obligatum procuratorio nomine, vt inſtitore obligato nomine banchi. Affl. deciſ. 64. Quid ſi inſtrumentum venditionis per informationem extraiudicialem appareret vſurarium, an poſſit præſentari iuxta formam ritus huiuſmodi, vide Capic. deciſ. 175. determinantem quòd non. An autem inſtrumentũ dotale ſit liquidum, vide Bal. in l. ſi cauſam, vlt. col. C. de excep. rei iudi. Cott. in uer. pacta executiua. & ad hoc vt tale inſtrumentum poſſit præſentari, requiritur ꝙ habeat omnia requiſita neceſſaria ad inſtrumentum, vt per Affl. deciſ. 283. in prin. An clericus poſſit uti hoc ritu, vide Paul. conſi. 300. ad primum quæſitum in antiquis, Cottam in uer. clerici ligantur. vide etiam Barth. de Capua, in l. Celſus. ff. de arbit. & Iaſ. in l. 1. colum. 1. de bon. poſſ. ſecun. tab. Alex. in l. 4. §. condemnatum. de re iud. vbi ponit, ſi eſt impetrata abſolutio, nihil poteſt innouari per iudicem ſecularem. quod no. & conſidera, quia per iſtum ritum videtur limitari diſpoſitio iuris cõmunis, ſcilicet quod ubi eſt dies pœna & iuramentum, non admittitur purgatio moræ iure ciuili, licet de æquitate canonica ſic, vt pulchrè per Alexan. in l. ſi inſulam. de verb. oblig. quia in iſtis inſtrumentis ſunt omnia iſta tria, & plus, quia præſentatur lapſo termino ſolutionis, & ſic poſt periurium debitoris: & tamen ſi venit cum ſacculo paratus purgat moram. Iſte ritus non militat contra clericum, nec in curia eccleſiaſtica. Bal. in auth. caſſa & irrita, C. de ſacroſ. eccleſ. & quid ſi inſtrumentum non eſt liquidum, ſed liquidandum, an poſſit præſentari. vide Bar. in l. 1. in princ. ff. de eden. & uide Iaſ. in l. nec quicquam. §. ubi decretum. ff. de offic. procon. ubi ponit illud, an ſit impetrata abſolutio a iuramento, & vide omnino Affl. il. deciſ. 30. & 31. uide Bar. omnino in l. nemo carcerem. C. de exact. trib. lib. 10. ubi dicit, quòd licet pro debito ſit facta perſonalis executio, nihilominus poteſt creditor tenere debitorem carceratum & exequi in bonis ſuis, donec ſatisfaciat. Et ad intellectum iſtius ritus, an poſſit præſentari inſtrumentum ſi debitum purè promittitur, ſed apponitur aliqua conditio reſolutiua contractus, ſi euenerit. vide omnino Bart. Socin. in l. pecuniam. ff. ſi cer. peta. ubi ſingulariter loquitur. vide etiam aliud dictum Pau. de Caſt. in l. ſi fullo. in fi. ff. de condi. ſine cau. ꝙ licèt contra inſtrumentum nulla admittatur exceptio ante ſolutionem, bene tamen admittitur qualibet exceptio poſt ſolutionem. vide Io. de Platea, in l. nemo carcerem, 7. col. verſ. tertio colligo ex hoc tex. & Bart. in l. conſentaneum. colum. fi. C. quo. & quan. iud. Ad materiam huius ritus, quod ſolum haberet rigorem ſuum contra debitorem principalem, uide omnino Iaſ. in l. certi cõdictio. §. quoniam. antepen. col. ff. ſi cert. pet. uide Alex. in l. 1. col. 5. de leg. 1. omnino Bal. in l. etiam. C. de exec. rei iud. Franc. de Aret. conſi. 32. in princ. ubi Bal. ponit quæſt. quando eſt factum pactum quòd liceat creditori accipere debitum ab alio ſub vſuris, an pro illa poſſit inſtrumentum præſentari. Et ad hunc ritum vide Bal. in l. 2. col. fi. ver. pone, dicte ſtatutum. C. de ex. rei iud. ubi dicit ꝙ ſi inſtrumentum non eſt liquidum, poteſt etiam teſtib. liquidari. & quæ inſtrumenta habeant executionem paratam, vide Alexan. in l. ſi. in prin. de edic. diui Adr. toll. ubi ponit, unde ſumpta eſt illa practica, quod creditor per ſuum inſtrumentum prius liquidatum præſentatum debet conſequi. vide Iaſ. in l. 1. col. 6. ff. de eden. & Iaſ. in l. in illa. ff. de verb. oblig. ubi ponit quando inſtrumento liquido eſt appoſita conditio. Adde ꝙ tenens introitus feudales, ſaluo aſſenſu regis, promittens illas ſoluere poteſt conueniri ſuper tenore inſtrumenti non præſtito aſſenſu, D. Freccia, fol. 113. num. 37. Quid in inſtrumento confeſſionis mutui, vel depoſiti, aut alterius cõtractus. vide Hipp. in ſing. 135. & ſing. 484. omnino, quia in uno dicit in alio quod. Adde quod hic ritus eſt ſtricti iuris, ut per Soci. conſi. 51. vol. 1. col. 1. contrarium tenent Doct. relati per Camp. eg. in tracta. de dote, par. 5. q. 11. Adde alium ritum, incip. vt ſeruat. & ſub rub. de præambulo. vide Affl. in conſt. ... es, qui ſcienter, nu. 7. & an petens declarari hæres debeat probare ſe proximiorẽ, vel ſufficiat probare ſe conſanguineum, vide Tiraq. de retract. lign. §. 11. in glo. 1. num. 8. cum ſeq. Quid in inſtrumento conditionali, cuius cõditio eſt purificata. Dec. conſil. 46. num. 3. An pendente iudicio ſuper reſciſſione, vel falſitate inſtrumenti poſſit interim liquidari. vide Pet. Duenas in reg. 276. 4. fal. & de inſtrumento dotali, vide Loffr. conſi. 18. An inſtrumentum in quo promiſſum eſt intereſſe poſſit liquidari, vide Couar. in ſecundo lib. var. reſolut. cap. 11. & quid ſi certa quantitas vini, vel frumenti, ibid. fol. 544. verſic. 4.

An autem poſſit præſentari contra hæredes debitoris, vide Doctores relatos per Cottam in ver. hæres cenſetur. Et an contra tale inſtrumentum admittatur exceptio nullitatis, uel exceptio confuſionis, vel compenſationis vide Guid. in deciſ. 209. & an exceptio litis pendentiæ, Guido deciſ. 421. Et an poſſit inſtrumentum præſentari per filiumfam. & quõ, vide Bar. in l. fin. §. pupillus. ff. de verb. obligat. & an contra præſentantem inſtrumentum poſſit opponi exceptio minoris ætatis, vel quia eſt filiusfam. vide Bar. in l. 1. §. & parui refert, num. 6. ff. quod ui aut clam.

An inſtrumentum poſſit præſentari contra clericum, ſeruata forma ritus in foro eccleſiaſtico, uide Barto. in l. cunctos populos, nume. 29. C. de ſumma Trinit. & Couar. in cap. 8. pract. qq. in fi. & ca. 16. De Bottis.

¶ *De reſolutiua, vel aliqua negatiua, quæ, ſi vera eſſet reſolueret inſtrumentum, cui incumbat onus probandi: nam licèt dicatur quod incumbit debitori: tamen ſecundum ritum poteſt interim præſentari. licet Bal. in l. in teſtamento, in fi. C. de teſtamen. tut. uideatur ſentire aliter, & ita fuit deciſum per ſacrum Conſilium in cauſa D. N. Fourij cum Barone Toloſa. Et an ſi inſtrumentum fuit factum cum d. ... cto poſſit per ſuum filium infantem cum tutore præſentari, vide text. cum gloſ. in l. 1. §. ſufficit. ff. de adminiſtrat. tut. ubi uidetur dici quòd non, maximè quia non fuit iuratum in faciem tutoris, & pupillus non poteſt fari, quia infans nec poteſt eſſe in iudicio. hic caſus non fuit deciſus, tamen totum conſilium ſentiebat quod non poterat præſentari per infantem, nec per tutorem, quia iuramentum non fuit præſtitum in faciem ipſius tutoris.* M. Ant. Puluer.

a *Nota quòd iſte ritus hoc modo practicatur, &c.* Cum hoc ritu concordat ſingul. doctr. Bal. in l. plane. ff. quod fal. tut. auth. ubi inquit, quod ſi ſtatuto cauetur quod poſt decennium poſſit peti executio inſtrumenti, poſt d. decem annos creditor poteſt agere uia ordinaria, porrigendo libellum, petendo debitum in inſtrumento contentum. & poſtea poterit producere inſtrumentum ad probationem, nec ei obſtabit exceptio, ſeu præſcriptio decennij, quia licet poſt decennium non poſſit producere inſtrumentum in modum executionis, poterit tamen in modum probationis, & ſubdit Bald. ſe ibi Barto audiuiſſe in d. l. ita dicentem, ar. illius. l. refert, & ſequitur Anto. de Ca. in tracta. de inſtrum. execu. in quæſtio. 56. & Crem. no. ſuo 140. in cap. ſtatuto cauetur quod poſt decennium, &c. Et cum hoc ritu: quod elapſis viginti annis poteſt præſentari inſtrumentum ſecundum formam ritus, ſed agendum eſt uia ordinaria, concordat alius ritus ſinul. in ritibus vulg. 125. incipien. item ſe tale inſtrumento paſſaſſe uinti anni. ¶ Vtrum autem huic ritui, & ſtatuto præallegato poſſit debitor renuntiare? dic quod non, quia odio negligentis creditoris inductus eſt, adduco ad hoc no. doct. Barto. in l. prima, in fine. ff. de uſucap. vbi inquit, quod ſi ſtatutum dicit quod ſi creditor ſteterit per decem annos, & non petierit, quod non audiatur, quod non poteſt illi ſtatuto renuntiari per debitorem, quia odio negligentis creditoris inductum eſt. tene menti, quia faciet tibi honorem.

* Additio. Actionis contentæ. *Vide Loffred. conſil. 18. No. quòd in ſacro Conſilio de anno 1518. de menſe Ianuarij in cauſa cuiuſdam Septembris fuit decretum quòd hæc verba, a die Natiuitatis, intelligantur a die quo fuit actio cum effectu nata, id eſt a die, a qua intentari potuit, quia uerba ſunt cum effectu intelligenda.* De Bottis.

b Additio. *Quæ prædicta omnia fuerunt terminata per curiam die prædicto, &c.*

* Additio. Eſt liquidum. *Dicitur liquidum & purum inſtrumentum etiam ſi in eo ſit poſita conditio reſolutiua. ita Soc. in conſil. 62. colum. 2. volum. 2. no. & vide Alexand. in conſil. 119. colum. 2. volum. 1. & late Socin. conſil. 89. in nouis, vol. . . . vide Bald. in l. cum teſtamento. C. de manumiſ. teſt. quem ſequitur Dec. in conſil. 7. colum. 3.* Iacob. Anellus de Bottis.

In ver. *plura inſtrumenta, &c.* Hoc idem uoluit Bald. in l. fin. ſecundo no. per illum textum. C. de fal. cau. adiec. leg. ubi formaliter inquit, no. ex duobus inſtrumentis ſimul coniunctis aliquod eſſe liquidum quod ex uno ſolo non eſſet liquidum. l. ait prætor. ff. de re iud. quod eſt vtile ad executionem inſtrumentorum liquidorum. ita Bald. quem ibi ſequitur, & commendat Sal. Raph. Ful. & Plu. Cor. & multum commendat Bened. de Barſ. in tract. de inſ. guarentig. in 5. col. in prin. aliter referendo, ſcilicet quod unum inſtrumentum eſt aliquando liquidatiuum alterius inſtrumenti, ita quod ex duobus inſtrumentis reſultat quòd unum liquidat aliud. M.

tum

* Addi-

* ADDITIO. Dicti instrumenti. *Ex hoc infertur, quòd ſi in inſtrumento promiſſa certa quātitas ſit cum hoc quòd ſi facto calculo minus debe retur, illa maior quantitas cenſeretur promiſſa, quod inſtrumentum poteſt exequi pro quanti tate certa promiſſa. Idē ſi inter partes eſt factum compromiſſum ſuper exceptionibus oppoſitis contra inſtrumentū, qđ pendente cōpromiſſo pōt inſtrumentum præſentari. ita in omnib. decidit Soc. in l. pecuniā. ff. ſi cer. pet. & quòd ſi primo erat aliquid implendum per creditorē, vide Gui. Pap. in deciſ. 15.* De Bot.

bona ſua non concordare cum parte altera ſine licentia Curiæ, immo de proſequendo dictam cauſam extraordinariam ſuper tenore dicti inſtrumenti * vſque ad finem, ad pœnam tarenorum 6. pro qualibet uncia contenta in dicto inſtrumento, & non minus: tamen quando eſſet vna ſumma multum exceſſiua, puta, duarum vel trium milliū vnciarum, tunc committitur arbitrio Curiæ, &c.

Nota quòd ille ritus illo modo practicatur per ipſam Curiam, videlicet, licet inſtrumentum ſit liquidum, & omnia concurrant, quæ in eo continentur, tamen ſi ille, qui petit aduerſarium ſuum interrogati eſt præuentus per citationem a dicto aduerſario ſuo, vt rumpat inſtrumentum illud ſuper quo petit interrogationem fieri, tunc non poteſt fieri interrogatio, niſi ſit finita dicta cauſa ruptionis dicti inſtrumenti, qua finita videbitur, ſi eſt locus interrogationi uel non & fit interrogatio hoc modo videlicet, vnus aduocatus fiſci legit in conſpectu Curiæ alta uoce dictum inſtrumentum, quo lecto audiuntur aduocati fiſci ad fundandum intentionem Curiæ, & procedat interrogatio. Secundario audiuntur aduocati eius, qui præſentauit inſtrumentum. Tertio audiuntur aduocati illius, contra quem petitur interrogatio fieri. Quibus auditis, ſi procedit interrogatio, vnus ex iudicibus Curiæ facit iurare illum, contra quem eſt præſentatum inſtrumentum, ſi illud inſtrumentum habet pro vero, & ſiue dicat ſic, ſiue non, detinetur in carceribus. Et deinde facit iurare facientem interrogari, ſi aliquid recepit de ſumma in inſtrumēto contenta, & deinde datur vtrique parti terminus ad probandum, quo termino dato, procedatur in dicta cauſa hoc modo, videlicet, quia dato termino ad probandum, & elapſo, vel non elapſo, renunciato tamen ipſi termino, ſicut etiam fit in alijs cauſis publicis, & deinde alij actus, & concluſio fit, & datur ſententia ciuilis, quo ad ſortem, non autem ad pœnam pecuniariam, vel ciuilem.

Ille autem qui præſentat inſtrumentum obligat ſe ad pœnam tarenorum ſex pro qualibet vncia infra duos menſes proſequi, quod intelligitur proſequi cauſam ipſam per citationem, & alios actus, & non paciſci cum parte aduerſa ſine licentia Curiæ. Et tunc cauſa ipſa poteſt finiri quantumcunq; etiam poſt duos menſes, prout de iure eſt.

Vbi autem citatus ſuper tenore inſtrumenti venit ad ipſam Curiam in termino ſibi dato in prima citatione, vel infra triduum cum ſacco paratus, ideſt, cum pecunia, vel eo quod debetur, tunc poteſt exigi pœna, ad quam ſe obligauit præſentans inſtrumentum, ſed denarij tunc ponuntur in manibus ærarij, qui ærarius ſubtiliter indagat ſi facta fuerit aliqua concordia extra iudicium inter ipſas partes ſine voluntate dictæ Curiæ: & ſi reperit fore factam aliquam concordiam extra iudicium inter partes ipſas ſine voluntate curiæ, tunc de ipſa pecunia quæ intrat in burſam actoris ſe obligantis retinet pœnam, ad quam actor voluntariè ſe obligauerat, quando præſentauit dictum inſtrumentum, ſcilicet, tarenorum ſex pro qualibet vncia, & ipſa pœna acquiritur ipſi Curiæ, &c.

Item nota quòd quando volens interrogationem fieri, id eſt, actor habet inſtrumentum publicum & liquidum, & dicit aduerſarium ſuum poſt confectionem dicti inſtrumenti factum eſſe fugitiuum, & duo teſtes dicunt reum nihil poſſidere immobile in regno, licet non aſſignent bene cauſam ſcientiæ, tunc fit citatio contra ipſum debitorem iſto modo ſuper tenore inſtrumenti, videlicet, quòd citet eum, & in defectu fideiuſſoriæ cautionis de iuri ſtando eum capi faciat de perſona, quæ citatio vocatur vulgariter citatio ſuper tenore inſtrumenti de citando & capiendo, & hoc quotidie ſeruat ipſa curia, præſentato prius inſtrumento in dicta curia in forma prædicta, & facta obligatione vt ſupra dictum eſt: aliàs ſi non facit ipſum capi, curia incipit a citatione multoties, etiam non præſentato inſtrumento in curia ipſa, & ſufficit ſi inſtrumentum præſentatur, poſtea veniente reo vel die quo condemnatur ad tertiam partem bonorum eius mobilium, vbi etiam decernitur per ipſam curiam actorem fore ponendum in poſſeſſionem pro menſura debiti declarati in ipſo inſtrumento. Multoties etiam antequam fiat citatio præſentatur ipſum inſtrumentum, & ſe obligat vt ſupra dictum eſt.

Item [a] nota quòd ille qui carceratur vigore inſtrumenti ſi non probat legitimè infra terminum ſibi datum ad probandum, curia ipſa procedit etiam ad probationem, ſiue ad mutilationem manus.

Item quòd ſi debitores citati ſuper tenoribus inſtrumentorum in dictis curijs, vel altera ipſarum fuerint contumaces: & non comparuerint in termino ſtatuto, ſtatim tanquam ſuſpecti poſſint capi de perſona.

Item [b] quòd ſi aliquis vel ſi aliqua citatus vel citata * fuerit de mandato dictarum curiarum, ſeu alterius earum ad reſpondendum ſuper tenore inſtrumenti alicuius debiti, in quo contineatur pœna pecuniaria & iuramentum: ſi de periurio vel pœna accuſetur, aut aliter quomodolibet conueniatur: citatus vel citata compareat in curia in peremptorio termino ſibi præfixo cum ſacculo paratus, ſeu parata ſatisfacere de debito creditori, ad quod teneatur, etiam ſi lapſus fuerit terminus, in quo ſoluere tenebatur huiuſmodi debitum, in dictis curijs & qualibet ipſarum ex quadā æquitate nullatenus procedatur contra dictum debitorem aut debitricem ſuper pœnis prædictis.

a *Item no. quòd ille qui carceratur, &c.* Hunc ritum refert Matth. in conſtitutione, ſtatuimus, in 6. col. poſtea ſubdit ſe uidiſſe ſuo tēpore, quòd non fit condēnatio ad pœnā periurij contra illum qui periurauit, quando contra eum proceditur ſecundum formam ritus, ſed conſuetum eſt quod punitur pecuniariter. M.

ADDITIO. *Vt uidi ſeruari tempore regis Ladiſlai, ſcilicet, contra notarium And. Burranam de Neapol. contra quē præſentauerat quoddam inſtrumentum dominus Gualterius Galeota de Neapoli: verū non fuit facta executio dictæ mutilationis manus, quia habuit concordiam cum parte: licet in quadam obſeruantia in hoc libro contenta dicatur quòd non proceditur ad mutilationē manus, niſi via ordinaria & non via extraordinaria agatur, quod no.*

b *Item quod ſi aliquis, vel aliqua, citatus vel citata, &c.* Adde eundem ritum in ritibus vulg. 120. inci. item quando alcuno e citato, &c. ubi ſubdit vnum aliud, quod tamen debitor tenetur ad ſoluendum creditori expenſas factas in reaſſumptione inſtrumenti, & in alijs actis factis in curia. hunc ritum refert & ſequitur Par. in ſyndic. in uer. inſtantia. M.

* ADDITIO. Citatus vel citata. *No. quòd vbi aliquis iurauerit ſoluere die dominico, quòd poterit abſque periurio ſoluere vſq; ad mediam noctem ſequentem. ita etiam in citato, vt compareat tali die, vide Cet tum in verbo, diem. col. fin.* De Bottis.

* ADDI-

• Additio. Item ſeruat ipſa Curia, q. ſi aliquis, &c. *Idē fuit ſeruatū in ſacro regio Conſilio ſi fuit facta præſentatio non in magna Curia, ſed in ſacro regio Conſilio, quia attenditur præſentatio inſtrumenti, & ita fuit ſeruatum in cauſa Comitis Rocchæ cum Nicolao Anello Imperato, 1504. & in cauſa Iulij de Vico, cum Phiſico Maruſſo. vide etiam Afflic. deciſ. 387.*

M. Ant. Puluer.

• Additio. Interrogatus vel interrogata. *Collige, q. contra inſtrumentum nulla exceptio opponi poteſt, quia ſi poſſet nō obtineretur. Limita tamen, q. licèt exceptio opponi non poſſet, tamen poterit implorari officiū iudicis vt non permittat fieri illicitas extorſiones: vel dato quòd pars hoc non peteret, ipſe tamē ſupplere pōt. ita ſingulariter voluit Bal. in l. planè. ff. de peti. hęre. ſequitur Alex. in conſi. 77. vol. 3. col. pen. ver. ſecundò reſpondeo. Quid ſi in breui erat liquidandum inſtrumentum, vide Pet. Phil. Corn. conſi. 223. 2. vol. Adde quòd contra iſtum debitorem nullus ordo iuris ſeruari debet. ita Barto. in l. miſſi. colum. 2. C. de exact. trib. lib. 10. Sed quęre, an debitor poſſit paciſci vt ſi elapſo termino non ſoluat quòd poſſit per iudicem carcerari: an termino elapſo, inſtante creditore debeat capi. dic quòd non, vt latè examinat Luc. de Pen. in l. 1. 3. colum. C. de curio. & ſta. lib. 12. Adde ad ritum quòd non ſolum poterit detineri, ſed etiam poterit fieri executio in bonis, vt per Barto. in l. conſentaneum. C. quomodo, & quando iud. & in l. nemo carcerem, C. de exact. trib. lib. 10.*

Iac. Anellus de Bottis.

Practica ſuper tenore inſtrumenti. Rubrica.

Item ſeruat ipſa Curia, * q. ſi aliquis vel aliqua, interrogatus vel interrogata * per ipſam Curiam ſuper tenore alicuius inſtrumēti, depoſiti, cōmodati, vel alterius debiti; ſiue confiteatur inſtrumentū ipſum eſſe verū, aſſerens ſe ſatisfeciſſe, ſiue neget inſtrumentum eſſe verum: ſtatim detinetur, & cōpetens terminus datur ad probandū defenſiones ſuas: niſi in promptu doceat per publicum inſtrumentū quietationis, vel per aliam ſcripturam authenticam: quo caſu nō detinetur.

Item in caſu præmiſſo interrogatus per ipſam Curiam ſuper tenore alicuius inſtrumenti ad inſtantiam ſui aduerſarij doceat in promptu per publicum inſtrumentū quietationis, vel aliam ſcripturā authenticā, vel per teſtes ſe ſatisfeciſſe * ſuo aduerſario de debito in ipſo inſtrumento contento non detinetur, ſed detinetur ſuus aduerſarius prædictus tanquā calūniator & periurus.

• Additio. Per teſtes ſe ſatisfeciſſe. *Intellige q. teſtes debent eſſe in promptu, non autem quòd debeat dari dilatio ad examinandum, quia tūc non diceretur in prōptu, ſeu incontinenti, ita Pau. de Caſt. in l. continuus, in prin. ff. de verb. oblig. quem ſequitur Alex. in conſ. 73. col. fin. vol. 3. & intellige, dummodo inſtrumentum non ſit abolitum, cancellatum, nec in aliqua ſui parte vitiatum, alias non exequeretur. ita Bal. in l. 1. C. vt in poſſeſ. legat. ſequitur Iaſ. in l. edicto, in 4. not. l. de edic. Diui Adr. tollen. Aduerte, quia ritus dantes executionem paratam, ſunt contra ius commune, vt eſt tex. in l. minor 25. ann. cuius fidei. ff. de mino. no. Iaſ. vbi ſup. in 5. not. Aduerte etiam quòd in executione talium inſtrumentorum mulier poterit ſe opponere, vt declarat Bal. nouel. in tract. dotium, 7. par. 18 priuil. Sed an hic ritus habeat locū in inſtrumento reaſſumpto manu alterius notarij mandato iudicis. Franc. de Aret. in c. Albericus, in fi. de teſtib. poſt Bar. tenet quòd non, & an habeat locum in inſtrumento tutelæ, in quo quis promittit vtilia agere & reliqua reſtituere, & computum ponere, Alex. in conſ. 192. vol. 7. tenet quòd non. hodie inoleuit practica quòd teſtes ſuper ſolutione recipiuntur poſt præſentationem inſtrumenti, ita quòd in vltimo reperitur examinatio facta, & ſic impeditur executio & iſta practica fundatur ex his, quæ decidit Bar. in l. 4. §. condemnatum. de re iudi. vbi dicit quando exceptio nullitatis non dicitur requirere altiorem indaginem. vide etiam Aret. in c. ſeries, de teſtib. in fi. Solent etiam teſtes produci in vltimo peremptorio termino in banca in promptu, & vtroque modo practicaui.* De Bot.

Practica ſuper copijs inſtrumentorum. Rubrica.

a *Item ſeruat ipſa curia, quòd quamuis, &c.* Et q. copia inſtrumentorum debeat remanere penes acta, & originalia debeat ſecū portare producens, voluit Spe. in tit. de inſtr. edit. §. videndum. poſt prin. Tu adde hic Spe. in tit. de teſt. §. publicatis. in prin. vbi ponit q. originalia acta remanere debent penes iudicem vel notarium actorum, ne poſſit fabricari falſum. d. c. quoniam contra. & l. fi. ff. de tabu. exhib. ſic enim debet fieri de qualibet ſcriptura in iudicio exhibita, vt ibi. ¶ Poſtea quærit Spec. quid ſi magiſter actorum vult q. penes eum remaneant acta, vt d. c. quoniam contra. Iudex vero vult apud eum, vt c. fi. de prob. & vult magiſtrum actorum eſſe præferendum, cui poſſit imminere periculum, ſi de ſuo officio di[...]tatetur. vide eum. ¶ Adde q. originalia acta non debet dare iudex, ſed tantum exēpla, ſeu copiam, tex. eſt in l. eos. §. ſuper his. in ver. exempla. & ibi gl. & Bar. C. de appe.

Et

Et in quantum ſuprà poſui eſſe præferendum notariū actorum: adde q. hanc quæſtionem ponit Io. And. idem concludit in d. c. quoniam contra. & ibi eum ſequitur Panor. in 2. col. verſ. & per hęc eſt expedita quæſtio, &c. & hanc q. an originalia acta debeant remanere penes notarium actorum, vel penes curiā, ponit Bal. in c. fi. in fi. ver. quæro vtrū originalia, &c. de proba. & dicit penes curiā, d. c. quoniam contra. Si tñ remanent penes iudicē, non derogatur fidei ipſorū actorū. & dicit eſſe tex. no. in d. c. fin. & vide de hoc Luc. in l. fin. in vlt. ver. C. de prim. agen. in reb. lib. 12. Quid de inſtro procuratorio, an remanebit penes acta? vide Soc. diſtinguentē in ti. de proc. §. rō quoque. in fi. & doc. Bal. in d. c. fi. refert & ſequit̃ Matt. in conſtitu. magiſtri camerarij. in 13. no. in fi. ¶ Adde tu quod vtens inſtrumento, vel priuilegio in iudicio, non tenetur originale dimittere apud acta, ſed ſatis eſt præſentare in iudicio præſente parte ad fin. eius imponendam, & copiam illius capituli, de quo eſt quæſtio. edere. c. contingit. & ibi no. Pano. in 1. no. de fi. inſtru. quod dicit eſſe notandum. Et dū ſup. allegaui tex. glo. & Bar. in d. l. eos. quod iudex non debet dare originalia acta, ſed copiam & exemplum: adde alium tex. no. in l. quā nonnulli. ibi, nec iam opinionis exemplum. & in l. a proconſulib. ibi, ita vt appellanti iudex præbeat opinionis exemplū. C. de app. & idem voluit Matth. in conſtit. appellationum tempora. in 5. no. alleg. glo. & Bar. in d. l. eos. & dicta copia debet eſſe fidem faciens. hoc eſt quod ſit exemplata authoritate iudicis, qui eis fidem ſua authoritate imponat. Bar. in d. l. eos. quem ſequitur Panor. in c. quoniam cōtra. in 13. col. in fi. cum prin. ſeq. col. de proba. & Matth. vbi ſup. qui allegat alias cotas: in qua copia nihil addere, minuere, vel mutare debet, ſed totum tenorem de verbo ad verbum ponere. Bal. in l. fin. in 1. not. C. de precibus Imp. offer. refert & ſequitur Matth. vbi ſupra. ¶ Adde hic, quod ſi eſt tranſmittendus proceſſus, & acta ad ſuperiorē, vt ſe informet, non cogitur magiſter actorū, ſi non vult, mittere acta originalia, ſed copiam cum fide, & originalia penes ſe retinere, ita no. voluit Sali. in l. fi. in fi. C. de relatio. ſubdens q. ita ſeruat communis practica. tene menti. & quod proceſſus originalis debeat conſeruari in ipſa curia, eſt ritus in terminis ſupra, incip. item quod proceſſus originalis. M.

Practica ſuper copijs inſtrumentorum. Rubrica.

Item [a] ſeruat ipſa Curia, q. quāuis ſ̃m practicam, imò per cap. quoniā contra falſam. extra de probat. apud acta debent remanere originalia documēta, tamen ipſa curia facta collatione reſtituit partibus.

Item q. citationes quęcunque in proceſſib. factis nunquàm ponūtur in proceſſibus, ſed in faſcio citationū. Et hæc duo ſemp fuerūt ſeruata & ad pñs ſeruatur per dictā Curiā.

Fit interrogatio ſuper tenore inſtrumēti ad petitionem hæredis. Rub.

Item [b] ſeruat ipſa Curia quòd ſi debitor alicuius viuit, * & ipſe

b *Item ſeruat ipſa Curia, &c.* Tene mēti hunc ritū, quod ſi eſt mortuus debitor, non poteſt præſentari inſtrumentum contra eius hæredem, ſecundum formam ritus. Item q. ſi qui debitores, &c. & non poterit carcerari. Tu pro hoc dic, q. bene facit no. doct. Bar. & multum ad propoſitū in l. ſi deceſſerit. ff. qui ſatiſ. cog. vbi inquit, q. ſi debitor in inſtrumento expreſſè conuenit, q. ſi non ſoluerit in termino poſſet incarcerari, præſuppoſito q. tale pactum valeat, de quo tamen per Bar. in l. Titio centum. §. 2. de cond. & dem. & in l. alia. §. elegāter. ff. ſol. mat. q. hæres debitoris quamuis non ſoluat, non tñ poterit rigore talis pacti incarcerari. quod dictum ibi ſumme cōmendat, & ſequitur Pau. de Caſt. Alex. & alij Mod. ſubdētes ſecus eſſe in ſtatuto, quia ſi ſtatutum diſponat q. debitor non ſoluens poſſit incarcerari eo mortuo, ſimiliter eius hæres poterit incarcerari. & ſic ſtatutū loquens de incarcerādo debitorem, habet locum etiam in hærede eius, iſta eſt doct. Bar. & aliorum in l. poſtulanti, in prin. ff. ad Treb. vbi Alex. limitat tripliciter, vide eum, quia pulchre loquitur & cum præalleg. doc. Bar. in l. ſi deceſſerit, concordat pulchre Do. Bal. in marg. ſua. in ver. hæres. ver. fi. vbi inquit q. hæres debitoris capi non pōt virtute licentiæ de capiendo debitorem. Et in quantum ſuprà dixi de ſtatuto, adde quòd ſtatutum diſponens quòd pro debito poſſit capi debitor, poterit ita demum capi eius hæres, cum præceſſit legitima diſcuſſio, & probatio, quod ille capiendus fuerit hæres debitoris. ita multum no. inquit Bal. in l. per diuerſa. in 10. q. in fi. C. mand. alleg. ad hoc Inno. in cap. quia. in fi. de iud. quod reputat multum no. conſulendo Alex. in conſ. 188. inci. viſo proceſſu agitato inter, &c. in 2. col. 2. vol. M.

• Additio. Item ſeruat ipſa Curia, q. ſi debitor alicuius viuit. *Vide Bal. in l. fi. §. & ſi præfatam, verſ. vnū tamen ſciat. C. de iure delib. vide*

vide Aret. in conſ. 32. 1. dub. qui ponit hanc practicã, & melius per Soc. in conſi. 89. in nouis. Ad intellectũ huius ritus no. ꝙ mortuo debitore creditor cũ authoritate iudicis poterit detineri facere cadauer debitoris defuncti, donec ſibi ſatisfiat. ita ſingulariter uoluit Ang. in Auth. defun. ſeu fun. colla. 5. de cuius veritate vide Felin. in cap. ſicut, colum. 2. de iud. De Bottis.

creditor ſit defunctus, & habeatur de debito ipſo publicũ inſtrumentum, & præſentetur in curia ad petitionem filij & hæredis dicti creditoris defuncti: dictus debitor viuens interrogatur ſuper tenore inſtrumenti, ſi conſtat eum eſſe hæredem: ſecus autem ſi debitor ipſe ſit mortuus, creditor aũt uiuat: nã hæredem debitoris ipſius quomodoli bet interrogare non poteſt ſuper tenore inſtrumenti, cùm præſumatur iuſtam ignorantię cauſam habere.

Proceditur ad mutilationem manus contra interrogatum ſuper tenore inſtrumenti. Rubrica.

ITem ſeruat ipſa Curia, quòd ſi aliquis uel aliqua, interrogatus ipſam curiam ſuper tenore alicuius inſtruměti fuerit incarceratus, & infra terminũ ad probandum ſibi datum non probauerit defenſiones ſuas: facta deinde concluſione Curia ipſa procedit cõtra eum ad ſententiã mutilationis manus, & tãdiu tenet ipſum captiuum; donec cõtentabit aduerſarium ſuũ, qui fecit eum carcerari.

De reſtituendo inſtrumento præſentato. Rubrica.

ITem ſeruat dicta curia ꝙ poſtquã ille fecit citare aliquem ſuper tenore inſtrumenti, & fecit condẽnari eũ, quia non comparuit, & forte fuit ipſe accuſatus, aliàs, accuſator miſſus in poſſeſſionẽ ex primo decreto, & trãſierunt duo mẽſes à die factæ obligationis, tunc adhuc ipſo reo condẽnato ſcilicet ad tertiam partem bonorum mobiliũ, ſtatim poſt lapſum dictorum duorum mẽſium redditur inſtrumentũ ipſi actori, quod in dicta curia aſſignauerat, & fecerat obligationẽ, quæ obligatio ſcribitur ſupradicto inſtrumento à tergo, cuius obligationis tenor ſtatim ponetur, quo inſtrumẽto reddito nõ exigitur obligatio ab illo, qui obligauit ſe, licet ſe cõcordet extra iudicium ſine ſententia curiæ. Tenor obligationis, quæ fit in ipſa curia per eum, qui aſſignat ipſum inſtrumentũ, qui actus aſſignationis eſt primus in dicto extraordinario proceſſu, & citatio eſt ſecundus, talis eſt, videlicet a tergo hoc modo, inſtrumentum pro, &c.

Practica ad liquidandum per hæredem inſtrumentum præſentandum. Rubrica.

* Additio. Item ſeruat ipſa Curia, ꝙ ſi ſit præſentatio inſtrumenti. *Eſt fundatum in iure hoc præambulum, vt colligitur ex no. per Bal. in l. 2. C. de exec. rei iud. & per Aret. in l. si poteſt. col. antep. in fi. & l. ſeq. poſt Ang. ibi, de acquir. hæred.* De Bot.

ITẽ ſeruat ipſa curia ꝙ ſi ſit præſentatio inſtrumenti * debiti in ipſa curia, quod non eſt liquidum, puta, quia dico me hæredem Titij cui feciſti tale inſtrumentum, &c. licet non conſtet per publicũ inſtrumentum qũo ſum hęres, tñ poſſum dare petitionẽ, & probare per quaſcunque probationes me eſſe hæredem, & interpoſito decreto ꝙ ſum hęres procedat interrogatio. Aliqui tamen dicunt contrariũ dicentes, ꝙ debeo probare in promptu per publicum inſtrumentum me eſſe hæredem, prout in quadam alia obſeruantia, ſeruata quandoque una, quandoque alia.

Poteſt præſentari inſtrumentum contra citatum de periurio. Rubrica.

ITem ſeruat ipſa Curia & procuratores & alij in dicta curia, ꝙ ſimul toties aliquis citari faciat Titium, quem Titiũ dicit in citatione ſe velle de periurio accuſare, quia conſtitutus. Idem Titius in teſtimonio publico corã iudice, notario & teſtibus, &c. præmiſſis, &c. iurauit, &c. Et deinde Titio veniẽti aſſignatur inſtrumentum contra eum cum obligatione, & nõ proceditur ordinariè, ſed ſuper tenore inſtrumenti, & hoc approbatũ eſt per ipſam curiam & approbatur, &c.

Item ꝙ vbi aliquod inſtrumentum præſentatur publicè in dicta Curia per aliquem creditorem contra aliquem debitorem, ſeu eius fideiuſſores, ꝙ in primo perẽptorio dictus creditor debeat accuſare contumaciã, in vltimo peremptorio debet inſtari, vt interrogentur debitor, & fideiuſſores ſuper tenore dicti inſtruměti, uel in eius contumaciam ipſos debeat condemnare, niſi iuſta cauſa interuenerit, & non poteſt creditor prorogare dicto ſuo debitori, ſeu dictis eius fideiuſſoribus terminũ ad condemnari faciẽdum eos, nec aliquod pactũ põt dictus creditor dicto ſuo debitori, ſeu dictis eius fideiuſſoribus, tam ſuper prorogatione dicti vltimi perẽptorij, quàm ſuper reſtitutione dictæ pecuniæ, ſeu partis ipſius, aut aliter quoquomodo.

Item quòd facta cõdemnatione per dictam curiam ad petitionẽ dicti creditoris cõtra dictum debitorem ſeu eius fideiuſſores, præfatus creditor ſaltem ſemel in ſeptimana debeat inſtare in dicta curia, & dictus debitor ſeu eius fideiuſſores capiantur, & cõtra eos procedatur ad interrogationem ſuper tenore dicti inſtrumenti, & non poteſt ſe dictus creditor modo aliquo concordare cum dicto debitore, ſeu eius fideiuſſoribus, vt ſupra.

Item ꝙ facta cõdemnatione prædicta ad petitionẽ dicti creditoris contra dictum debitorem ſeu eius fideiuſſores, non debeat fieri reſtitutio inſtruměti dicto creditori infra menſes duos à die pręſentationis ipſius in antea numerãdos. Sed lapſis dictis duob. mẽſibus, fiat reſtitutio dicti inſtruměti creditori præfato.

Item ꝙ vbi facta eſt præſentatio alicuius inſtrumenti liquidi * cõtra aliquem debitorẽ, ſeu eius fideiuſſores, & eodem die ſit facta præuẽtio in dicta curia ante vel poſt ꝙ per dictam pręſentationẽ, ſeu citationem pręuentioni ipſius facta eodem die cum præſentatione dicti inſtrumenti, interrogatio ſuper tenore dicti inſtrumenti non impediatur, imò poteſt fieri dicta interrogatio dicti inſtrumenti dicta præuentione fa-

* Additio. Item ꝙ vbi facta eſt pręſentatio alicuius inſtrumenti liquidi. *Credo ꝙ hic ritus procedat ſecundũ hæc tẽpora, quibus niſi in magna Curia poterat fieri præuentio, vt patet in precedẽti ritu. Sed hodie ex quo per Pragm. Regis Ferdinandi I. cauetur ꝙ poſſit fieri coram quocunque iudice, putarem ꝙ ſi fuit facta corã ſuperiore puta in ſacro Cõſilio, vel Vicerege, ꝙ ex quo diceretur cauſa auocata ad eũ iudex inferior, & ſic magna Curia non poſſet procedere. & ratione diuerſitatis, vide per Inno. in c. cũ tu. col fi. de conſt. & per Doct. in c. ut noſtrã, de appel. & omnino per Dec. in cõſi. 137. col. 3. & ex hoc ritu collige ꝙ præuẽtio inducitur per citationẽ. ad declarationem vide Affl. decis. 294. Aduerte, quia hic attẽditur tẽpus præſentationis inſtrumenti, & non citationis, & ita alias fuit iudicatũ in ſacro Conſilio in cã Comitis mõtis Draconis cum Nicol. Anello Imperato. Quid aũt ſi eadẽ die fuit facta pręuentio, quia eſt maius tribunal: & quoniã vbi princeps apponit manus, alij inferiores nõ poſſunt ſe intromittere, c. noſtrũ, de appel. tum & quia ſola ſupplicatio Princips oblata habet uires litis conteſt. l. 1. C. quãdo lib. Prin. in cõtrariũ tamen facit, ꝙ ſemper citatus ſup tenore inſtrumẽti præueniret eodẽ die in ſacro Conſil. ad euitãdã dictã præſentationẽ, et ſic ſemper iſte ritus eluderetur, & aperiretur hac via fraudib. quod indubitanter procedit, quãdo poſt citationẽ ſuper præſentatione inſtrumenti fuit facta præuentio. & ita fuit iudicatũ in ſacro Conſilio in allegata cauſa Comitis mõtis Draconis cũ d. Nicolao Anello Imperato, an. 1504. & ꝙ quãdo prius eſſet facta præuẽtio in ſacro Conſilio eodem die & plus greſſum ad citationem ꝙ alia pars præſentauerit inſtrumẽtum, in magna Curia eſt deciſum pluries in ſacro Conſilio, & maxime in quadam cauſa inter Carolũ Funicella & filiũ die 20. Decẽb. 1515. nã ad inſtantiã Petri Pauli Funicella fuit promiſum in ſacro Conſilio eſt actorum magiſter Antonius Mancuſius.* De Bottis.

Non

cta eodẽ die in aliquo non habito reſpectu de horis diei, in quo fuerit facta præuentio ante præſentationem inſtrumenti prædicti vel poſt, &c.

ITem quæcunque inſtrumenta quæ præſentantur in dicta Curia recipiantur per dictam curiam ſuper illis, quæ continent quantitatem vnius vnciæ incluſiuè, & vltra vnciam vnam fiet interlocutoria ſecundum ritum curiæ, ſuper aliis autem quæ continent quantitatem infra, interrogetur conuentus per Curiam, & ſi non confitebitur, mandetur ſibi ad certam pœnam, quòd ſoluat infra certos dies ſecundum quantitatem perſonarum, & quantitatem debiti. Et hæc quando eſt poſſidens, & non ſuſpectus de fuga, aliàs vel caueat de ſoluendo, vel detineatur in defectu fideiuſſionis. ſi autem citatus aliquid allegaret contra inſtrumentum, vel quòd ſoluerit, vel aliam iuſtam cauſam, Curia ipſa committit vni, qui examinet teſtes ſuper ſolutione, & aliis dicendis per eum, vt ſupradictum eſt in cauſis modicis committendis.

Non datur fides inſtrumentis confectis extra Regnum. Rubrica.

ITem [a] ſeruat ipſa curia, quòd in inſtrumentis * confectis extra regnum non creditur, niſi per modũ, qui ſequitur infraſcriptũ, quia aut inſtrumenta Apoſtolica, vel alia nõ regia nec regalia facta in Regno, quòd non adhibetur fides, ſi ſunt facta extra Regnũ dicta inſtrumenta Apoſtolica, vel alia, tunc ſi habetur aliqua ſummaria informatio extraiudicialis, quòd notarius qui publicauit, ſit notarius publicus, & locus vbi fuit confectum eſt notus, vt Florẽtiæ ſtatur ſibi. Si vero non eſt notus locus, puta vltra montes, eſt locus, qui raró nominatur & nõ habetur fides, quòd ſit publicus notarius, nõ ſtatur: ſufficit enim quòd habeatur ſummaria fides, quòd ſit publicus notarius extraiudicialiter, vt credatur dicto inſtrumento Apoſtolico, vel non apoſtolico confecto & publicato extra regnũ.

Non datur fides inſtrumẽtis cõfect. &c. Rub.

a ITem ſeruat dicta curia, qđ inſtrumentis cõfectis extra Regnũ, &c. Vide omnino Andr. de Iſer. in repertorio ſuo, in verbo, inſtrumentũ, in 1. ver. Adde Paul. de Caſtro in l. ij. C. ubi de crim. agi opor. in fi. ubi inquit, qđ ille tex. eſt ar. ꝙ non deẽ fides inſtrumẽto facto in longinqs partibus, per illum qui ignorat an ſit notarius. de quo dicit eſſe videndũ Spec. in tit. de inſtr. edit. §. reſtat. ver. ſed qđ ſi producit. ſubdit Pau. de conſuetudine ſeruatur quòd portatur litera teſtimonialis, qualiter ille eſt notarius factus p ſuperiorẽ illius loci. ita Pau. Et de hoc an notarius poſſit conficere inſtrumentum extra territorium illius à quo conſtitutus eſt, vide Geminianum in ca. Romana. §. fin. ultima col. uerſ. quæro an notarius, &c. de foro compe. li. 6. ubi poſt aliqualem diſcuſſionem inquit, ꝙ concluſio ueritatis eſt, quòd aut tabellio eſt conſtitutus ab Imperatore, uel a Papa, uel ab eo, cui ſpeciali priuilegio conceſſum eſt per illos & tunc poteſt ubiq; facere inſtrumenta: arg. 9. q. 3. cuncta. dũ tamen priuilegiũ non ſit reſtrictũ ad certũ territoriũ, quia tunc tenor priuilegij eſſet ſeruandus. de priui. c. ſane. aut eſt creatus ab aliis ĩferiorib. habentibus certũ territoriũ, & tunc non poteſt exercere illud officium extra territoriũ cõſtitutum,

Vide de inſtrumẽtis, &c. in ritu nota.

Et vide alium ritum in antiquis de præuẽtione.

De præuentione. Rubrica.

ITem ꝙ quando contigerit * fieri præuentionem per debitorem alicuius contra aliquem creditorẽ, quòd reſtituatur inſtrumentum debiti, quod eſt penes eum pro rupto & caſſo, & faceret mentionem in citatione præuentionis, quod eſt eidem creditori ſatisfactum per ipſas curias, & in altera ipſarum debeat dari breuis terminus, ſecundũ diſtantiã locorum ad probandum de ipſa ſatiſfactione, & ſi actor probauerit pecuniam fore ſolutam eidem creditori per debitorẽ, ſeu aliũ eius nomine, aut per alias legitimas probationes, ꝙ fuerit ſatiſfactũ dicto creditori per ipſas curias, ſeu alteram ipſarũ condẽnetur creditor ad dandum & reſtituendum ipſum inſtrumentũ pro rupto & caſſo ipſi debitori, interim vero * donec cã præuentionis pendet non procedatur ad interrogationem inſtrumenti contra debitorem ipſum iuxta ritum per nos ſuperius expreſſum, & ipſo facto puniatur debitor eo caſu pro qualibet vncia debita ad tarenos auri 6. dictæ curiæ applicandos pro medietate fiſco, & reliqua medietate parti.

Quædam aliæ ordinationes nouiter factæ in eadem Curia. Rubr.

IN primis ꝙ vbi aliqs habeat aliquod inſtrumentum publicum cõtra aliquẽ mutui, depoſiti, ſeu cuiuſlibet alterius cõtractus, ita quòd inſtrumentum illud ſit liquidum ex omni parte, & debitor ſeu fideiuſſores eius velint preuenire ſuum creditorem, quòd ſibi ſatiſfecerint, ſeu aliter quouis modo velint dicere contra dictum inſtrumentum.

Item ꝙ ad ſatiſfactionẽ * dicti debiti, debitor ſeu fideiuſſores eius non teneantur dicto ſuo creditori, ꝙ preuentio ipſa nõ poteſt fieri, niſi in dicta curia, & ſi fiat in aliis curiis nullius ſit roboris vel momẽti, niſi creditor ſit clericus, quo caſu præuentio ipſa fieri poſſit in curia eccleſiaſtica, imò ſi inſtrumẽtum præſentatur in dicta Curia, poſt præuẽtionẽ factam in aliis Curiis procedat interrogatio ſuper tenore dicti inſtrumenti, præuentione ipſa facta in aliis curiis non obſtante.

De accuſationibus, denunciationibus, inquiſitionibus, & deſiſtentibus, vel ſe concordantibus. Rub.

QVod nullus admittatur ad accuſandũ vnũ de populo, niſi ſuã ſuorũq; * iniuriã proſequatur.

Item ꝙ nullus laicus admittatur tanquam vnus de populo ad accuſandum de aliquo crimine, vel ad denunciandum, niſi ſuam vel ſuorum iniuriam proſequatur.

Item ſi quis vel ſi qua accuſauerit * vel denunciauerit aliquẽ in dictis curiis, ſeu altera ipſarum de aliquo crimine, durante ipſa cã dictæ accuſationis, vel denuntiationis per ſona prędicta accuſans, vel denuncians, ſiue ẽt pater, mater, filij, fratres, ſorores, nepotes, & neptes carnales ipſius accuſatoris, vel denuntiatoris accuſari vel denuntiari nõ poſſint in dictis Curiis per dictam perſonam primo accuſatam, vel denuntiatam, niſi eadem die denuntiauerit vel accuſauerit eoſdem, & niſi ex nouo delicto. *

tum, vt eſt caſus hic: Tamen inſtrũ, quæ facit in territorio, in quo eſt eis cõmiſſum officiũ, faciũt fidẽ extra territoriũ, ut eſt caſus ĩ c. cũ dilectus. ita Geminianus. Matt.

• ADDITIO. Itẽ ſeruat ipſa Cur. ꝙ inſtrumẽtis, &c. *Ad hunc ritũ uide Doct. in cõſtit. inſtrumentorum robur. ſup & Affl. dec. 251. & omnino Hip. de Marſ. in l. ſi quis ne qõ. col. 29. cũ ſequẽ. ff. de qſt. ubi latè declarat ad intellectũ huius ritus, & And. in conſt. inſtrumẽtorũ robur. col. 2. & Pau. de Caſt. in l. 1. col. 2. C. ubi de crim. agi o[p]or.* De B.

• ADDITIO. Itẽ ꝙ qñ contigerit. *Vide limitationes decem per Mar. Soc. in c. ex literis. nu. 69. de mut. petit.* De Bottis.

• ADDITIO. Interim uero. *Adde Pragmaticã Regis Ferd. incit. maiteſtatis. quã videas.* De B.

• ADDITIO. Itẽ ꝙ ad ſatiſfactionem. *Vide Fel. in conſ 300. factum tale, D. Ang. in l. 4. §. condemnatũ, de re iud. Alb. in c. . . . de iureiu. Lãfr. in c. quoniã contra, verſ. cõfeſſiones, de probat. Mod. in l. nulli. C. de iud.* De B.

• ADDITIO. Quod nullus. *ibi,* ſuorumque. *Qui veniãt appellatione ſuorũ, vide Io. de Imo. in rubr. de furt. 2. col. verſ. quo circa prædicta.* De B.

• ADDITIO. Itẽ ſi quis vel ſi qua accuſauerit. *Vide in l. is qui reus. ff. de pub. iud. ubi de hac materia, & in l. qui de crimine, C. de accuſat. & Grã. dec. 53. & vide inf. ritũ, Item ſeruat ipſa curia ꝙ accuſato.* De B.

• ADDITIO. Niſi ex nouo delicto. *Intelli ge cõmiſſo poſt accuſationem, quod declaratur in c. Regina Ioanna, qđ eſt in fine Rituum. quæritur an fiſcus ex officio poſſit inquirere. dic ꝙ ſic, maximẽ ſi eſt crimen, de quo in c. regni, ab illo inchoandũ, & in c. ſubiungendo, & ad hoc alleg. Bal. in terminis, in l. 1. col. 3. C. de appe. ver. vel pone aliud. ubi dicit, ꝙ licet pro uiolentia nõ poſſit agi pendẽte cã ciuili poſſeſſoria: tamen ſecus eſt ſi ex officio Curię vellet inquirere. ad idẽ adduco clarã doctrinã Bar. in l. 1. ibi, vl' imò quæ. ff. rerũ amot. ubi dixit ꝙ licèt maritus non poſſit agere furti contra vxorem, tamen iudex poterit criminaliter caſtigare.* De Bottis.

Vide de iuriſdictione, vide de capturis.

Item [a] ꝙ nullus clericus * in ipſis Curijs, & qualibet ipſarum admittatur ad cām, dum aliquem de aliquo crimine etiam citra pœnã ſanguinis accuſauerit, niſi ſuam ſuorumq; iniuriam proſequatur. Veruntamen admittatur ad denuntiandum cum obligatione pęnali facta per laicũ pro parte ipſius clerici.

Non admittitur aliquis tanquã vnus de populo ad accuſandum. Rub.

ITem [b] quod nullus laicus admittatur per ipſam curiam tãquam vnus de populo ad accuſandum de aliquo crimine, niſi ſuam ſuorumque iniuriam proſequatur.

Non poteſt quis accuſare aliquem de vſuraria prauitate ſine obligatione. Rubrica.

ITem [c] quod nullus admittatur * per ipſam curiam ad accuſandũ aliquem de vſuraria prauitate. vel ad denuntiandum, niſi cum obligatione pœnali, & aduocatus & procurator dictæ curiæ procedũt contra dictum denuntiatum ad priuationem bonorum omnium, itaque eius obligatio ſit in bona ſententia iudicis officio reſeruato.

De eo qui prius curiam adiuit. Rub.

ITẽ [d] ſeruat ipſa curia, quòd accuſator, * qui prius curiã adiuerit, non poſſit ipſa accuſatione pendente in aliqua curia, de aliquo crimine, in quo nõ poteſt interuenire procurator accuſari vel denuntiari, dum tamen ſit paratus in dicta Curia reſpõdere pro denuntiationib. vel accuſationibus quibuſcunq; occaſione durante, & nihilominus ſi deiuſſoria cautione cauere, ꝙ accuſatione finita reſpondeat accuſationibus, * vel denuntiationib. coram quocunque iudice competenti.

Quod tenetur accuſator, & accuſatus ſe præſentare in quolibet termino. Rubrica.

ITem ſeruat ipſa Curia, ꝙ vbicunque in termino, qui dicitur peremptorius ad dictam Curiam veniendũ vſq; per totum diem talem, mẽſis talis, huius anni, talis indict. ſicut fit in principali termino, qui datur ad probandum in tota cauſa, & tã in termino repulſæ, & in termino cuiuſlibet publicationis cauſæ primæ, quã publicationis repulſæ, quàm publicationis reſponſionũ, qui termini ſuper aliqua petitione beneficij, &c. quæ quidem verba, ſcilicet, peremptorius ad dictã Curiam veniendum, cũ ponuntur, vbi datur aliquis terminus ad aliquid faciendum, tunc accuſatus criminaliter, ſi illo die vltimo termini non compareat, & accuſator cõpareat, vel coadiutor, ſeu aduocatus fiſci, ſi eſt ex officio accuſatus, contra dictum accuſatum, vel inquiſitum cõtumacia accuſatur, & ſequenti die ad petitionem dicti accuſatoris, vel aduocati fiſci põt idẽ accuſatus, vel inquiſitus cõdemnari ad pœnam ſi deiuſſionis: & bãniti fideiuſſor cõdemnatur ad pœnam fideiuſſionis.

Non recipitur denuntiatio abſque obligatione. Rubrica.

ITem ſeruat ipſa curia non recipere denunciationem * aliquam niſi denũtians ſe obliget ad certam pęnam de probando ipſam denuntiationem, & non concordari cum denuntiato ſine licentia Curiæ, deinde Curia procedit ad dationem capitulorum.

Clericus denuntians debet præſtare fideiuſſorem laicum. Rubr.

ITem ſeruat ipſa curia, quòd quãdo aliquis clericus denuntiat aliquem, debet dare aliquos fideiuſſores, qui ſe obligent in caſu, quo ipſe clericus abſque licentia Curię cõcordet cum parte, vel non probaret dictam denuntiationem. i. pœnę ad quam tenetur clericus, qui non probat vel concordat ſecum parte ſine licentia Curiæ memoratæ: nec obligat ſe clericus, quia non poteſt coram iudice ſeculari, ſed alij pro eo obligantur non in modum fideiuſſorum, ſed obligant ſe voluntariè prædicti. Aliquando, quãdo eſt miſerabilis perſona, vel eccleſiaſtica, recipitur denuntiatio ſine aliqua obligatione.

Filiusfamil. non admittitur ad denunciandum ſine obligatione. Rub.

ITẽ ſeruat ipſa Curia, quòd quãdo venit aliquis qui ſit filiusfamilias, & vult denuntiare * aliquẽ, nõ recipit denuntiationẽ, niſi cũ obligatione vt ſupra, cui obligationi pater conſentiat, vel niſi cõſtet Cu-

---

a *Item quòd nullus clericus, &c.* Vide omnino alium ritum infrà inci. item ſeruat ipſa curia, quod quando aliquis clericus, &c. vbi plenius loquitur. & eſt ſimilis ritus in vulgaribus, char. 45. incip. *Item che nullo clerico, &c.* adde hic etiam, quod per verbum, denuntio, fit accuſatio criminalis. Bald. in repetitione Paduana l. edita. 11. col. C. de edendo. Adde hic quod denuntiatores habẽtur loco accuſatorũ, & idẽ eſt denuntiare, & accuſare. And. de Iſern. in conſt. literas, & loquitur ibi Matt. in 4. no. & allegat infra, vide eũ. M.

• ADDITIO. Item ꝙ nullus clericus. *Ad hunc ritum vide Abbatẽ in c. cum P. Mancinella, de accuſat.* De Bottis.

Non admittitur aliquis tanquam, &c. Rub.

b *ITem quod nullus admittatur ad accuſandum tanquam, &c.* Practicatur, & eſt repetitus infra incip. Item quod nullus laicus. Idẽ ritus eſt in ritibus vulgarib. *Item che nullo laico.* hũc allegat, & ſequitur Matth. in conſtitut. præſenti lege, circa princ. Matth.

Non poteſt quis accuſare aliquem, &c. Rub.

c *ITem quòd nullus admittatur ad accuſandum aliquem de vſuraria prauitate.* Practicatur, vt non admittatur denũtiatio ſi per vſura, ſed accuſatio, & agitur via ordinaria. refert, & ſequitur Matt. in conſti. vſurariorum. in vlt. colum. Matth.

• ADDITIO. Item quòd nullus admittatur, &c. *Vide Innoc. in c. 1. iuxta fi. de elect. & Angel. in tit. ſi reus vel accuſ. mort. fuer. Adde ꝙ niſi fuerit præſtita dicta obligatio, accuſatio non tenet, vt latè probat Albert. in tracta. de forma. car. 40. col. 4. Sed quid ſi probauit, ſed teſtes fuerint repulſati, vide And. in conſtit. peſſimam. Sed pone ꝙ accuſaui aliquem de pluribus criminib. & quadam probaui, quædam non, an ſufficiat, vide Angel in l. cura. C. de ſuffrag. & Hip. de Marſ. in l. ii. qui cum t lo colum. 7. C. de ſicar.* De Bottis.

De eo qui prius Curiam adiuit. Rubr.

d HOc quod dicitur hic quod accuſatus non accuſat. &c. Intelligatur quod non accuſat de aliquo crimine, in quo non poteſt interuenire procurator, & ille ritus eſt non plus ex c. Regni inci. niſi ut no bis. circa final. et c. ver. item accuſator qui primum, &c. & de hac materia vide tex. & gl. & ibi latiſſime Bart. Ang. & Imol. in l. ſi qui reus. ff. de publ. iu. & tex. & glo & ibi latiſſime Cy. Pet. Bal. & Sal. in l. neganda. C. qui accu. non poſſ. & tex. in l. 1. & etiam ibi latè Cyn. Bald. & Sali. C. eo. tit. & plene per Ioan. And. in addi. Spec. in tit. de accu. §. 1. verſi. item quod eſt accuſatus & pulchrum cõſiliũ Fed. de Senis, in cõſ. 93. inc. factũ quod proponitur &c. & latiſſimè per Gãd. in trac. malef. in rubr. de filioſ. & vtrũ poſſit accuſare, in 2. col. cũ ſeq. & pleniſſime per Aret. ĩ trac. malef. in gl. in ver. nec nõ ad q̃relã. § 5. char. in col. . . i uer. quæro an accuſatus &c. vbi per tres col. examinat referendo omnes opiniones. vide ibi ſemp & vide omnino conſtit. regni, ſi ciuiliter agens & ibi glo. & And. Adde ꝙ de iure ciuili accuſatorem ſuum reaccuſare poteſt. tex. eſt & caſus in l. ſi quis in graui. §. vtrũ. ibi, an ẽt is qui, &c. ff. ad Syllan. & ibi no. Bal. dicens no. hic, ꝙ accuſatus poteſt accuſatorẽ ſuum reaccuſare, & retorquere illud crimẽ in ipſum & alle. alia iura. Adde hic, ꝙ ſi Titius accuſat Sẽpronium de crimine, puta de homicidio, Sẽpronius poteſt ſuum accuſatorem reaccuſare de falſo, & debet prima accuſatio differri, quia hæc ſecunda eſt præiudicialis ad primã, quod patet, quia lata cõdemnatoria ſuper falſo, abſolui debet reus ab homicidio. l. fin. §. quod ſi prædictũ. C. de fide inſtr. Cy. in l. 1. C. qui accuſ. nõ poſ. in fi. & ſequitur Sali. in l. ſi docueris. C. de fal. Et de hac materia, an accuſatus ab aliquo de aliquo crimine, poſſit illũ reaccuſare, vide Pet. de Bel. magiſtraliter diſtinguẽtẽ in ſuis quæſtionib. in q. 144. inc. qui accuſat, &c. Matth.

De accuſatore, & actore, & eo mente ciuiliter, dic vt in dicta infraſcripta obſeruantia continetur.

• ADDIT. Itẽ ſeruat ipſa curia ꝙ accuſator. *Vide Iac. in l. ii. q reus, ff. de pub. iud. vbi multa. & vide in fi. horũ rituũ.*

Ad iſtos tres ritus, quorũ initia ſunt, Item ſeruat ipſa Cur. ꝙ accuſator. & aliũ, Itẽ ſeruat ipſa Cur. non recipere. & aliũ inc. Itẽ ſeruat ipſa Curia ꝙ quãdo aliquis &c. vide Modernos in c. regni, ſubditorum, nu. 135. & 136. De Bottis.

• ADDITIO. Accuſationib. *Gram. dec. 53.*

• ADDITIO. Denũtiationẽ. *Vide Gram. deciſ. 39. col. fi.* De Bottis.

• ADDITIO. Denũciare. *Vide Ang. in trac. maleſ.*

malef. in ver. nõ ad querelam. col. 21. vide Bal. in l. ſi criminis, C. ad leg. Iul. maieſt. De Bot.

a Additio. *In denuntiatore no. vide c. ad audientiã. Sed Curia Vicaria non ſeruat ipſum, & ſi denũtiator deſiſtit, procedit ad dationẽ capitulorum, & ſi probatur delictum, proceditur ad condemnationẽ. ſed exigitur obligatio, quia obligat ſe de non cõcordando ſe cum parte ſine licẽtia Curiæ & de probãdo. Interim tamen Curia admittit partem denunciatam ad compoſitionem, vbi denũtiator ſit in concordia cũ eo, quod, ſcilicet, habere cõcordiã cum eo non poteſt ſine licentia Curiæ, quæ Curia conſentit ſemper, verũ non componit, niſi in caſibus comprehenſis in conſtitutionibus Regni, & ideo in caſibus, in quibus non poteſt componi Curia, procedit ad anteriora, & expedit proceſſum iuſtitia mediante.*

* Additio. Item ſeruat ipſa Curia, ꝙ ſi accuſator. *Ad ritum de deſiſtẽtibus & ad ritum de bannitis, & cõdemnatis, vide conſt. regni, accuſatorum, & conſt. accuſatorem, & c. regni, ad audientiã. & ibi Scribentes fol. 76. & an Curia poſſit procedere contra accuſatum poſt remiſſionẽ, vide prag. regni, editã per Regem Catholicum in anno 1462. die 9. Octob. incip. Ferdinãdus &c. vniuerſis, &c. Adde ꝙ cõcordia facta inter delinquentes non nocet Curiæ. ita Luc. vbi latè, in l. vnica, col. 20. C. publ. lætit. lib. 12.* De Bottis.

Quod bãnitus ſemel pro eodem, &c. Rub.

b *ITem ſi aliquis bannitus, &c.* Refert & ſequitur Matth. hic in 3. col. ver. an autẽ bannitus. ſubdit tamen ꝙ expreſſe cõtra ſtatuit Rex Robertus. c. incip. regenti Curiam, &c. ego tamen non potui inuenire illud cap.

* Additio. Itẽ ſi aliquis bannitus, uel bãnita. *Adde ad hunc ritũ infraſcriptã literã, q̃ poterit inſeruire pro glo. & valet ad multa quæ incipit, videlicet, Robertus Dei gratia Rex, &c. Regenti Curiæ Vicariç regni Siciliæ, & iudicib. eiuſdem Curiæ cõſil. arijs, & familiaribus ſuis. Nicolai*

riç ꝙ habeat de bonis aliis, de quib. poſſet ſolui dicta pęna, vt puta, bona caſtrẽſia in actu armorum quæſita, vel quaſi caſtrenſia, vt id, quod lucratur procurator, & aduocatus filiusfamilias ex induſtria, cui ſimiliter obligationi conſentiat pater, & niſi ſit aliquis qui ſe ſpontè obligat non per modum fideiuſſorum, ſed principaliter de ſoluenda dicta pœna in caſu, quo non probauerit vel cõcordauerit ſe ſine licẽtia Curiæ cum denuntiato.

ITem quòd ſi partes noluerint ſeu procuratores in earum cauſa ciuili & criminali ad anteriora procedere, & fuerint forſitan in cõcordia, quod debeant petere à Curia licentiam deſiſtendi ſoluto iure Curiæ conſueto, iuxta antiquã obſeruantiam dictæ Curiæ, & ſi non petierint, teneantur ad pœnam tarenorum decem.

ITem no. quòd die vltimo termini, qui datur ad probandum in cauſa criminali, debeo ego accuſator, & etiam accuſatus ſcribere facere comparitionem ſuam, & deinde in antea facere me citari ad procedẽdum in cauſa ad illum actum, vel actus, quem vel quos vult facere. Vbi verò ipſe accuſatus non cõparet ipſo die accuſabo contumaciam contra eum, & die ſequenti faciam eum condemnari ad pœnam fideiuſſionis, & banniri.

Sed quid ſi partes in iudicio deſiſtunt? Reſpon. aut ante litem conteſtatam, & ſoluit actor tarenos 3. poſt lit. conteſt. tarenos 12. & hoc cũ licentia Curiæ ſolet fieri, & tunc ſeruatur. Quandocunq; tamen contingit in prædictis caſibus me accuſatorem, vel actorẽ eſſe in iudicio, & etiã conuentum, mandabitur mihi ꝙ dent libellũ, vbi non velim deſiſtere, ſed velim agere vel accuſare.

Item no. ꝙ die vltimo termini, qui datur ad probandum in cauſa criminali, debeo ego accuſator & etiam accuſatus in dicta curia comparere principaliter: vbi verò non compareo ipſo die, facit accuſatus ſcribi cõparitionem ſuam, & deinde in antea facit me citari ad procedẽdum in cauſa ad illum actum, quem vel quos vult facere. vbi verò ipſe accuſatus non comparet ipſo die accuſabo contumaciam contra eum, & ſequẽti die faciam eum condemnari ad pœnam fideiuſſionis & banniri. Item eodem ſero ſeu die faciam cõdemnari fideiuſſores ſuos ſimul cum eo ad pœnam fideiuſſionis.

De deſiſtentibus. Rubrica.

ITem [a] ſeruat ipſa Curia, ꝙ ſi accuſator * vult deſiſtere ante litis conteſtationem ſoluit tarenos ſex, poſt litem cõteſtatã 12. Sed in ciuil. ante litis conteſtationẽ tarenos tres, poſt litẽ conteſt. tarenos ſex.

De bannitis condemnatis, & condemnationibus. Rubrica.

ITem quia plerunque contingit, ꝙ aliqui banniti legitimè per dictas Curias ſeu alteram ipſarum, & condemnati ciuiliter die quo banna ipſa, & condemnationes editæ ſunt, de ſero compareant in Curia, vt eſt diutius in dictis Curijs obſeruatum, dictam eorũ contumaciam purgaturi, nec amplius vlterius in Curia comparere curant in cauſis ipſis proceſſuri, ſed ſecedũt pro eorum libito volũtatis, cauſis ipſis indiſcuſſis, & minime terminatis, prę dicti tales poſtquam de ſero comparuerint coram Regente & magiſtro actorum iuxta antiquam formam, & curiarum ipſarũ obſeruantiam, & contumaciã prędictam eorũ purgauerint ſequenti die teneantur & debeant, quãdo curia ipſa regitur perſonaliter cõparere proceſſuri ĩ cauſis ipſis, prout iuſtitia ſuadebit, & nihilominus in omnẽ euẽtum cauere debeant de ſtando iuri, ſi quidẽ criminalis fuerit cauſa infra tres dies poſt diem dicti banni immediatè ſequentis: ſi vero cauſa fuerit ciuilis inſtare debeat, ꝙ procedatur aut à Curia ipſa licẽtiatur, alioquin dicta eorum contumacia & bannitio ſeu cõdemnatio duret, & procedatur cõtra eos in cauſis ipſis, ac ſi contumaces fuerint, prout de iure videbitur conuenire.

Quod bannitus ſemel pro eodem debito poteſt iterum banniri per Curiam. Rubrica.

ITem [b] ſi aliquis bãnitus vel bannita * fuerit pro quocunq; debito tã via ordinaria, quàm ex officio per aliquem officialẽ Regni huius, banniri poteſt per dictam Curiam Vicariæ pro eodem crimine etiam ad petitionem ſeu denuntiationem illius, ad cuius petitionẽ ſeu denuntiationem bannitus extitit per officialem prædictum.

Practica ſuper bannitis & condemnatis. Rubrica.

ITem [c] ſeruat ipſa Curia, ꝙ ſi aliquis bannitur, & ad tertiã vel ad ſextam partem bonorum condem

lai de Amore fidelis noſtri, oblata nobis petitio continebat ꝙ ipſe de homicidio cõmiſſo per eum, vt ponitur in perſonam magiſtri Lucę Ferrarij, citatus extitit per Capitaneum Ciuitatis Neap. & quia nõ comparuit in termino ſibi præfixo, fuit banno ſuppoſitus ad tertiã partem mobiliũ condemnatus reliquis bonis eius vſq; ad anni circulum ad opus dictæ Curiæ annotatis, poſtea ad petitionẽ Altrudæ mulieris viduæ Nicolaus idẽ ſupradicto homicidio, dicto banno durãte citatus ponitur, ſuper quo dictus ſupplicans aſſerens ſe ſuper nouo delicto duplici pęna pergrauari indebitè petijt ſibi pro noſtra iuſta prouiſionis remediũ ſupplicanti, cuius ſupplicationibus inclinati fidelitati veſtræ præcipiendo mandamus, quatenus ſi durãte primo banno prædicto idem Nicol. de ipſo homicidio citatus extiterit, & ſic contumax bannitus, iterum ſecũdo bãno quòd de facto proceſſit libere extrahentes condemnationem dictæ tertiæ partis mobilium, & annotationem bonorum ſecundo habitas relaxetis ſententia primi banni condemnationis tertiæ partis mobilium & annotationem bonorum ſecundo habitas ex prima contumacia portulit in ſuo robore & efficacia duraturis.

Datum per Barthol. de Capua &c. Vidi hanc literam in regiſtro D. Antonij Barattucij c. 106. De Bottis.

Vide de iuriſdictione, vide de ordine Ritus, et vide de compoſitionib.

Practica ſuper bannitis & cõdemnatis. Rub.

c *ITem ſeruat ipſa Curia ꝙ ſi aliquis bannitur, &c.* Vſque ad primum ſonum poteſt cõparere cõdemnatus. adde alium ritum idem dicentẽ ſupra, incip. Item ſeruat ipſa curia in citatione, in fi. vide omnino ſupra pulchrum ritum, incip. item quòd plerunque, &c. vbi ponit de contumace condemnato eodẽ ſero cõparente quid requiritur ad hoc vt purget morã, & euadat cõtumaciam, & condemnationem, vide omnino eum hunc ritum incip. Item plerunque contingit. ſupra allegatum. refert, & ſequitur Matth. in conſti. grandis. vlt. col. M.

natur, poteſt comparere illo ſero quo condemnatur vel bannitur vſq; ad primum ſonum, ſcilicet, coram Regente vel alio officiali, vel magiſtro actorum, vel altero eorum, & Curia ſcribit comparitionem eius, & dicit, quòd talis comparuit dicto die banni vel condemnationis adhuc ipſa pro tribunali curia ſedente: & licet in rei veritate quando comparuit idem bannitus vel cõdemnatus curia non ſedebat, poſito quòd compareat eodem die vſq; ad primum ſonum, non remanet tunc bannitus vel condemnatus, & idem in alijs decretis, puta, in decreto quòd imponitur contra teſtem non comparentem citatum ad pœnam quatuor vnciarum, vt fit per ipſam Curiam, vt compareat perhibiturus teſtimoniũ veritatis, quia in eadem citatione à tergo ſcribitur decretum, & vocatus & non comparens condemnatur ad quatuor vncias accuſata contumacia per aduocatum fiſci, vel per alium, ad cuius petitionem fuerunt citati. Si non proceditur ex officio, ſed alio modo ciuiliter vel criminaliter contumacia prima accuſatur per partem, quæ fecit citare. Sed ſecunda accuſatur per ipſam partem, & aduocatum fiſci, quia ſecunda contumacia fit cõdemnatio vbi eſt commodum Curiæ. Et idem in omnibus condemnationibus ſimilibus, & idem eſt in condemnationibus fideiuſſorum, qui eodem modo per decretum, quod ſcribitur a tergo, ſi cõpareant eodem die vſque ad dictam horam cum principali, quem præſentant. aliàs ſecus, quia remanent condemnati, extenderentur in alia charta magis extenſè, puta, ſi expediret: Aliter in dicta citatione requiſitionis eorum condemnantur, poſtea tamen ſi expediret quod fieret teſtimoniale, vel alio modo, & idem in omnibus condemnationibus interlocutorijs, & quocunque decreto, vel interlocutoria. Si quis tamen bannitus ſic compareat debet dare fideiuſſores de ſtando iuri infra tres dies, aliàs remanet bannitus. Sunt autem prædicta vera, ſi prædicti dicto ſero, vt dictum eſt, compareant * perſonaliter, ſiue ſint ciuiliter, ſiue criminaliter condemnati, vel banniti, & non per procuratorem, etiam ſi procurator veniat Curia ſedente pro tribunali. Si tamen ſcriptus eſt ille actus, videlicet, lata eſt dicta interlocutoria, quia procurator pro tali comparere illo ſero non poteſt, ſecundum antiquam obſeruantiam dictæ Curiæ.

De ciuiliter condemnato vide in ritibus dictæ Curiæ prædicta vltimum Ritum, Et quia plerumque.

* Additio. Dicto ſero compareant. *De comparitione de ſero hęc practica poteſt dici ſumpta ex tex. l. diuus. ff. de in integ. reſtit. quòd contumax veniens ad iudicem, donec ſedet pro tribunali auditur, de quo per Bellucc. folio 7. num.* 2. De Bottis.

Quod ſi plures continentur in vna citatione, vno licentiato alij licentiantur. Rubrica.

ITem ſeruat ipſa Curia, quòd ſi in vna citatione ſunt multi quotquot ſint citati, & pars actrix vel accuſatrix fecit vnum condemnari tantum, vel banniri, & condemnari ſemel vt fit contra contumaces, non poteſt demum alios condemnare ſeu condemnari facere, vel banniri alijs diebus ſine noua citatione & proceſſu. Et ſimiliter ſi vnus eorum citatorum venerit tãquam obediens, & die quo venit, fecit ſcribere comparitionem ſuã, & ſequenti die iuridica fecit condemnare actorem in tribus tarenis, vel accuſatorem in ſex, & licentiatus receſſit, vt fit ſemper omnes alij citati in ipſa citatione ſunt licẽtiati, & nõ poſſunt banniri neq; condemnari ſine noua citatione.

De æquitate, quam ſeruat Curia non condemnando aliquem prima die poſt ferias. Rubrica.

ITem ſeruat ipſa Curia, quòd primo die iuridico quo Curia regitur poſt quaſcunque ferias, ſcilicet, meſſium, vel uindemiarum, vel Natalis, vel Reſurrectionis, vel carniſpriuij, nullus condemnatur, neque bannitur in cauſa, qua factis omnibus actis potuiſſet illa die condemnari, vel banniri, & hoc fit de æquitate potiuſquam de iure.

Quod quando bannitur aliquis debet uocari per tubittas Curiæ. Rubrica.

ITem ſeruat ipſa Curia in ſero regi hora ueſperorum vel de mane, nec poteſt aliquis condemnari, neque banniri, niſi primò uocetur alta uoce per tubittam curiæ, vel alium loco eius in eiuſdem defectu, &c.

Non poteſt aliquis licentiari, niſi prius condemnato aduerſario. Rubrica.

ITem ſeruat ipſa curia, quòd nunquam aliquis licentiatur a dicta curia, niſi primò faciat condemnare aduerſarium ſuum ad pœnam in obſeruantia, quæ ſequitur ſtabilitam.

Item no. quòd ſi aliquis uadat ad curiam, & dicat uelle dare fideiuſſores de iudicio ſiſti pro aliquo bannito, & ſoluit ius banni, ſcilicet, tarenos 15. & eos fideiuſſoribus det, & ſoluat prædictum ius, tunc ille extrahitur a banno, qui fideiuſſores non debent eſſe de reficiendis expenſis aduerſario, niſi de iudicio ſiſti tantummodo, & tunc datur illi litera extractionis a banno, & idem in ciuilibus, quia ſi condemnatur ciuiliter aliquis, & det fideiuſſores de iudicio ſiſti, & de reficiendis expenſis aduerſario, tunc ipſi danti ipſos fideiuſſ. fit litera, quòd ille cuius nuntium ſe aſſerebat, reponebatur in poſſeſſione rerum, quarum aduerſarius fuit poſitus in primo decreto uigore dictæ condemnationis ad tertiam partem bonorum mobilium, non tamen in actis, nec in dictis literis fit mentio de dicto iure, uel nuntio: ſed dicitur, quomodo tales fideiuſſores uoluntariè ſe obligauerant in dicta curia pro tali, &c. in fine interlocutoriæ.

Item [a] nota quòd nullus bannitus poteſt capi ante lapſum duorũ menſium a die banni, niſi ueniat in conſpectu Curiæ: quod nota.

[a] *Item no. quod nullus bannitus poteſt, &c.* Bannitus non poteſt capi ante lapſum duorum menſium, niſi ſit in conſpectu Curiæ. refert & ſequitur Matth. in cõſt. clementiæ. in 3. col. ver. & iterum ſcias, &c.

Item nota quòd nullus bannitus componitur de mora carceris, niſi ſit captus in banno.

Item quòd ſi bannitus ueniat ad Curiam cũ denarijs in manu de iure banni, & prædictis fideiuſſoribus ſoluat ius banni, & præſtat fideiuſ. non capitur, & extrahitur a banno, & non componitur de tempore. Et idem ſi ueniat cum iure nuntius eius paratus cum dictis fideiuſſoribus, & cum dicta pecunia banni, quia tunc extrahitur a banno, & nõ componitur de tempore, & in prædictis duobus caſibus, quãdo aliquis eſt ciuiliter cõdemnatus, & idem bannitus, uel eorum iure, nnntij non coguntur cõponere de tertiarijs, ad quas fuerunt condemnati.

Item quòd illi qui ſunt banniti, debent præſtare infra dies tres fideiuſſores, ſi comparent eodem die, quo fuerunt banniti, quæritur quid in ciuiliter condemnatis, an debent præſtare fideiuſſores? Reſpondeo, non præſtant, immò eo ipſo quo comparent, etiam uſque ad primum ſonum, & faciunt ſcribi comparitionem, condemnatio illa ad tertiam, uel ſextam eſt retractata, abſque alia retractatione, ſed ſolum ſcribitur quòd eodem die ibidem dictus condemnatus comparuit in dicta Curia, & debet comparere dicto eodem die perſonaliter,

naliter, & non per procuratorem ad hoc, ut dicta condemnatio retractata intelligatur. & idem in bannito, vt ſi eadem die comparet vſque ad primum ſonum intelligitur eſſe retractatum bannum, & tertiaria. quod nota.

Item quòd de quolibet bannito extrahente ſe a banno, ſeu de pluribus, qui extraxerunt ſe ſuis vicibus a bannis ſimul vel ſeparatim, fiant & fieri debeant unum uel plura publica inſtrumenta debitis ſolennitatibus roboranda, in quo ſeu quibus contineatur litera commiſſionis dictorum commiſſariorum de recipiendis fideiuſſoribus a dictis bannitis cum diſtinctione nominum bannitorum, & diuulgationum bannitorum eorundem, ac annotationibus reliquorum bonorum omnium mobilium, & ſtabilium bannitorum præfatorum contentorum in eiſdem literis executionum, aſſumendaque infra terminum in dictis literis denotatum dictis ſolennitatibus minuenda mittant unà cum pecunia dictorum bannitorum, & tertiariarum ad curiam ſupradictam.

Item quòd poſt repetitionem dictarum fideiuſſionum commiſſarius ipſe mandabit ex Reginali, dictæque curiæ parte dictis principalibus bannitis, ſi præſentes fuerint, ſeu eorum fideiuſſoribus ſupradictis in illorum abſentia ad pœnam fideiuſſionum prædictarum, quatenus fuerint banniti, ſi quidem ipſi fuerint ex officio dictæ curiæ banniti, quòd dictos bannitos, ſeu ipſos bannitos principales infra terminum per dictum commiſſarium eiſdem bannitis, ſeu eorum fideiuſſoribus præfigendum, pro cauſis præmiſſis ſiſtant in iudicio dictæ curiæ & ſe præſentent.

Practica ſuper condemnationibus fiendis ad ſextam. Rubrica.

ITem ſeruat ipſa curia ab eo tempore, cuius cõtrarium in memoria hominum non exiſtit, hanc practicam in iſtis caſibus ſi facio aliquem citari ciuiliter, vel criminaliter, vt die, puta, ſexta Maij compareat in dicta curia, & dicto die ſexto non compareo, & comparet citatus ipſe ciuiliter vel criminaliter, & accuſat eodem die contumaciam contra me. deinde elapſo triduo condemnabor ad ſui petitionem ad ſextam partem bonorum meorum mobilium, ſcilicet quando citatus fuit aliquis extra locũ, & partem eius, vbi curia regitur, ſi ipſe citatus venit cum literis reſponſalibus citantis: quia citatio dicat, ſemper vtrique parti cum ſimilibus aſſignandis. Vbi verò comparet citatus ipſe die ſexto prædicto, accuſatur contra eum contumacia dicto die, & elapſo triduo condemnatur ciuiliter citatus ad tertiam partem bonorum mobilium, & criminaliter citatus ad tertiam partem bonorum mobilium, & etiam bannitur. Et no. quòd in caſibus prædictis primis, vbi ego accuſator uel actor cõdemnor ad ſextam partem mobilium, condemnor etiam tũc ad ſui petitionem ad expenſas taxandas per curiam. ubi verò ego in præmiſſis terminis comparui dicto die 6. & accuſaui contumaciam contra eum, quem ciuiliter feci citari, & ipſe ciuiliter comparuerit infra triduum, vel quandocunque durante citatione, ſcribitur comparitio ſua quomodo eſt paratus procedere in dicta cauſa ad vlteriora quatenus de iure opus fuerit, non tamen aliquam contumaciam accuſat contra me, & ſequenti die & quandocunque durante citatione licentiabitur, & ego condemnor ad tarenos tres tantummodo, & non ad expenſas: licentiabitur N. tunc quando condemnabor, & talis condemnatio ſcribitur in actis, ſed non legitur, & idem in proximo caſu ſeruabitur in criminali excepto, quia condemnabor ad tarenos 6. tantummodo, & non ad expenſas etiam ut dictum eſt, vt in caſu præcedenti.

De contumacijs. Rubrica.

ITem quòd tam in ciuilibus, quàm in criminalibus cauſis, quę in curijs ipſis tractantur, ſi terminus datus ad probandum partibus incidat in diem feriatam ſequenti die non feriata parte non comparente in curia, contumacia accuſetur.

ITem [a] ſi aliquis, vel aliqua bannitus, vel bannita * fuerit per dictas curias, ſeu alteram ipſarum, & ſubſequenter in banno ipſo perdurans citatus, vel citata fuerit de mandato dictæ curiæ in aliqua cauſa ciuili, non admittantur ad comparendum per procuratorem in curia ipſa, niſi contumaciam ſuam primo purgauerit, & ſi contumaciam non purgauerit infra ſpatium vnius menſis computandum a die banni emiſſi capi poſſit de perſona.

Item ſi datus * terminus incidit in diem feriatam, contumacia partis non comparentis accuſatur præcedenti & ſequenti die.

De contumacia accuſanda. Rubrica.

ITem quòd tã in ciuilibus quàm in criminalibus cauſis, quæ in ipſa curia tractantur, ſi terminus datus partibus incidit in diem feriatam ſequenti die feriato partis non comparentis in dicta curia, contumacia accuſatur.

De contumacijs accuſandis. Rubrica.

ITem ſeruat ipſa curia, quòd contumacia, ſcilicet prima accuſatur proximo die, quo ipſi teſtes debuerunt comparere: deinde expectantur triduo ſemper, ſed fideiuſſores ipſi expectãtur triduo. ſed ſi iſti ſero debuerunt comparere, & ego accuſabo hodie contumaciam contra eos, & cras condemnabuntur ad pœnam fideiuſſores. & hoc modo fit omnis condemnatio, & deinde eodem inſtanti acta poſt conteſtatam litem præterquam in teſtibus.

Item nota, quòd ubicunque contumacia debet uno die accuſa-

De contumacijs. Rub.

[a] I*Tem ſi aliquis bannitus, vel bannita, &c.* Refert & ſequitur Mat. in conſt. grãdis. in 7. no. & in conſt. clementiæ. in 3. col. uer. & ſcias.

* ADDITIO. Bannitus vel bannita. *Aliquo exiſtente bannito & citato pro alia cauſa ciuili, nõ permittitur conſtitui procuratorẽ ad cõparendũ pro illa cauſa contumacis, uide an ſi non ſit oppoſitũ & ſit lata ſententia vel factus proceſſus ſi teneãt, latè Iaſ. in cõſ. 166. vſq. ad 168 uol. 2. in quib. locis habetur quod ſi eſt conuentus quid debeat facere iudex ex officio. Marſil. in cõſ. 73. nu. 35. Adde quod nec poſſunt eſſe teſtes, Bal. in l. 2. col. 6. C. de her. inſt. & per Bal. in l. in exercẽdis in q. de notario banito. C. de fide inſtr. Iaſ. in cõſ. 131. nu. 3. uol. 1. Gratus in reſpõ ſo 183. nu. 28. uol. 2. Hip. in ſua pract. in ver. aggredior, nu. 94. cum ſeq.*

Licet bãnito nemo loquatur, tamẽ ſi cedit actiones alteri, nõ obſtabit ceſſionario bannum. ita Ange. in l. ſi quis in rem, ff. de procur. uide ad intellectũ Alber. 3 uol. ſtatutorum. fol. 21. col 3. in fi. cum ſeq. dum tractat de bannitis. De Bot.

Vide ſupra ti. 8. xi. & in ti. de ordine.

In ver. *& ſi contumaciã. &c.* Hũc ritũ alleg. & ſequit̃ Matt. in cõſt. pœnã 9. unc. in 2. col. in fi. dicẽs, quod per hũc ritũ eſt prouiſum, q. bãnitus ad tertiã partẽ bonorũ mobiliũ per cõtumaciã ſi non cõparet infra mẽſem pſonaliter ad purgandã contumaciã, elapſo mẽſe ſine citatione capitur de pſona, & ibi late examinat hanc q. quid ẽt de iure, & alleg. cotas, & poſtea ſubdit, q. ſp fuit ſeruatũ, quod facta condẽnatione ad tertiã partem bonorũ mobiliũ pro contumacia ſine alia citatione, curia mittit executores ad exequendũ. hunc ritum ẽt allegat Mat. in conſt. grandis. in 7. no. & cõſt. clemẽtiæ. in 3. col. uerſic. & ſciat. M.

* ADDITIO. Itẽ ſi datus. *Ad iſtos tres alios ritus, videlicet, Itẽ ſi datus, Itẽ quod tam, &c. Item no. quod: dum dicunt quod ſi citatio cadit in diẽ feriatũ accuſatur cõtumacia die ſeq. vide B. de Cap. in no. ſuo ad l. Celſus. §. idem ait. ff. de arbit. ubi quid de iure cõmuni.* De B.

* ADDI-

ri, ſi illo die ſunt aliquæ feriæ, intellige de ſequenti die iuridico immediatè ſequenti, & ſi plures dies eſſent feriati, etiam intelligit de primo ſequenti, & in actu, qui fit ipſo die ſequenti, fit mentio quomodo tali die non fuit accuſata contumacia propter feſtum tale, quo die dicta curia recta non fuit. & ſi fuerunt plura feſta, etiam fit mentio in ipſo actu de omnibus feſtis, puta, feſtum S. Ioannis, & S. Petri.

Item no. quòd tales primæ contumaciæ accuſantur die quo non regitur curia, per quod non ſit dies feriata, ſed ſit dies talis, quòd potuiſſet regi curia, ſi voluiſſet. Sed dubitatio eſt in curia, ecce ego debui hodie accuſare primam contumaciam contra Titium, quo hodierno die non fuerunt feriæ, ſed fuit dies iuridicus, non tamen fuit recta Curia: ego non accuſaui contumaciam dicto die hodierno, ſed cras uolo accuſare, quando Curia regitur, quæro an admittantur, vel ſpirat citatio: quia quamuis quando non tenetur Curia non poſſit accuſari contumacia, tamen de conſuetudine Regni eſt, quod accuſatur, & notarius actorum ſcribit præſentationem, & accuſationem contumaciæ, dummodo ſit dies, quo potuiſſet regi ipſa curia, ſi voluiſſet: quia fortè fuit impedita ex alijs? Solutio, ideo debet accuſari prima contumacia die termini, qui non eſt feriatus, licet curia non regatur, aliàs ſpirat citatio, & debet talis contumacia accuſari hora, qua ſolet regi curia.

Item nota, quòd ſi feci te citari ciuiliter, vel criminaliter, & accuſaui contra te contumaciam, & elapſo triduo poſt ultimum tempus, puta, vno menſe vel duobus, nec feceram te adhuc condemnari, nec banniri, quia poſſum ſtare certo tempore, prout continetur in quadam alia obſeruantia: tu compares in curia, & facis me vocari, & accuſas contumaciam contra me, die prima ſequenti potes licentiari, & ego condemnor. quod no. Si accuſatio contumaciæ cadit in diem feriatum accuſatur ſequenti.

Item nota quòd in omni caſu de mundo, vbi expedit, quòd accuſatur prima contumacia, ſemper ipſa prima contumacia poteſt accuſari, etiam ſi curia non regatur, dummodo non ſit dies feriatus, ſed talis, quòd illo die regi potuiſſet, ſi curia voluiſſet, ita ſeruatur.

De foro competenti uel declinando. Rubrica.

Vide de iuriſdictione.

ITem quòd nullus priuilegiatus * trahat alium priuilegiatum ad curiam ipſam, niſi ſit Curialis, ſed cum priuilegiatus trahit non priuilegiatum ad curiam ipſam, priuilegiatus iurat, quòd perhorreſcit, excepto curiali, qui non iurat.

Et priuilegiatus trahit ad curiam ipſam in iure ceſſo, ex cauſa tamen neceſſaria, non lucratiua, excepto Curiali, qui ad curiam ipſam de iure ceſſo non trahit, ſed nullus priuilegiatus trahit ex pœna ſibi ceſſa conuentionali, ſiue legali.

* ADDITIO. Item quòd nullus priuilegiatus. *Vide de priuilegiato, quòd non iurat, idem ſentit Andr. in conſtitut. ſtatuimus. de offic. mag. Iuſtitiar. dum de vidua, quæ habet fori electionem, ſecundum l. 1. C. quando Imperat. videtur tenere, quòd non iurabit. Idem dico in Neapolitano, qui virtute capitulorum conceſſorum Neap. trahit. & non iurabit, quia habet illam prærogatiuam iure illorum capitulorum.* De Bot.

Item ſi clerici de rebus eccleſiaſticis cum iuramento dixerint, quòd perhorreſcunt, & trahunt ad magnam curiam, non autem de rebus eorum priuilegio clericorum.

Item qui ſunt in magna curia ad gagia ipſius trahunt ad ipſam curiam priuilegio curialium.

Quod vidua vel pupillus compareant perſonaliter ad declinandum forum in cauſa criminali. Rubrica.

ITem [a] quòd ſi qua mulier, * vidua, ſeu pupillus citatur de mandato dictæ curiæ pro aliquo criminali debito, volens declinare forum iſtius curiæ ad alium iudicem competentem, comparere debet perſonaliter in dicta Curia Vicariæ allegatura, vel allegaturus in eadem curia, quicquid ſibi de iure competit, ſuper declinatione fori prædicti.

De pupillo & uidua uolentibus declinare forum. Rubr.

ITem ſi pupillus, vel vidua trahit in ipſa curia ciuiliter, vel criminaliter alium pupillum, vel viduam, & pupillus vel vidua conuentus vel conuenta uelit declinare forum, renunciet ius commune, & actor ſequatur forum rei.

De immunitate officialium curiæ. Rubrica.

ITem quòd omnes curiales dictæ curiæ, ſiue ſint ad gagia ipſius curiæ, ſiue non, omnes, qui dictam curiam ſequuntur, vt aduocati, procuratores, & alij ſcriptores curialium priuilegio permittente in ciuilibus, & in criminalibus cauſis trahunt eorum aduerſarios in dictam curiam, ſed ipſi in alijs curijs non trahuntur ad inſtantiam aduerſariorum ſuorum, vel ipſorum.

Quòd priuilegiati trahunt aduerſarios in dicta Curia. Rubr.

ITem clericus, * pupillus, vidua, clericorum, vel viduarum priuilegio permittente, ac curiales Regij, & Reginales, & alij regales curiales, Regalium & curialium priuilegio permittente in ipſa curia ciuiliter, vel criminaliter aduerſarios ſuos ſubtrahunt.

Non poteſt pupillus declinare forum in contractu paterno. Rub.

ITem vbi pupillus, * vel pupilla citatur de mandato dictæ curiæ

Quod vidua vel pupillus, &c. Rubr.

[a] ITem quòd ſi qua mulier, &c. Adde quòd pupillus habet hoc priuilegium fori, etiam ſi ſit diues, ita no. dixit Azo in ſum. C. quando Imper. &c. in fi. refert & ſequitur Andr. in conſtitut. lege præſenti. Et idem dic de vidua, quod quantuncunque ſit diues, tamen habet priuilegiũ fori. Andr. in conſtit. ſtatuimus. in 1. colum. niſi eſſet luxurioſa, vel inhoneſta: quia tunc perderet omne priuilegium ſecundum eum. refert, & ſequitur Matth. in conſt. præal. le. præſenti. in 2. colum. Vel niſi eſſet Iudæa vt per eũdẽ Matt. ibi, uide eum allegantem iura, & illud quod dixi de vidua diuite & inhoneſta allegãdo Andr. Adde quod cum remiſſiue ſequitur Matth. in d. conſtitut. ſtatuimus. 6. colum. ver. 3. quæro, an vidua, &c. Adde quòd iſte ritus in quantum vult quòd debet comparere perſonaliter, hodie non ſeruatur ex conſtitut. Reginæ Ioan. II. nam hodie ſufficit quòd proc. legitimus compareat, & alleget declinatoriam fori, ita no. inquit Matth. in 8. colum. ver. 7. quæro an mulier &c. Et in d. conſtit. ſtatuimus. 2. col. ver. item quid ſi vidua. Matth.

* ADDITIO. Item quod ſi qua mulier. *Vide Affl. in conſtitut. ſtatuimus, nu. 13. vbi de materia iſtorũ rituum.* De Bottis.

* ADDITIO. Item clericus. *Patet quòd loquitur in pupillo & vidua, l. 1. C. quando Imper. inter pupil. & vid. nam ſecus erat in iſto caſu de iure communi, vt per glo. & Bart. in l. hæres abſens, de iudic. vide etiam c. quia, de iudic.* De Bottis.

* ADDITIO. Item vbi pupillus. *Adde quòd ex contractu paterno hæres conuenitur in foro patris, etiam ſi hæres habeat priuilegium reuocandi forum in corpore iuris clauſum, hoc quando contractus fundatur in perſona defuncti, ſecus ſi hæredis, l. ſi fideicommiſſum, vbi Bar. ff. de iudic. adde Affl. in conſtit. regni, ſtatuimus, nu. 18.* De Bottis.

a ADDI-

ex officio, ſiue contractu paterno, vel materno hoc expreſſo in citatione ipſa, non auditur volens declinare forum ipſius curiæ.

De clericis volentibus declinare forum. *Rub.*

ITem [a] ſeruat ipſa curia, q̀ nullus clericus * poteſt comparere, niſi

a ADDITIO. *De clericis fac duas principales regulas, vnam criminalem, & aliam ciuilem. Et adde quod prima regula eſt, quod clerici non poſſunt coram ſeculari de crimine conueniri. Nec valeret conſuetudo contraria, ſiue agatur ciuiliter, ſiue criminaliter. Nec poſſunt perſonaliter, aut pecuniariter condemnari a ſeculari. Iſta regula fallit. Primò niſi Papa conceſſiſſet de clericis certis laicis poteſtatem. Secundò fallit in clerico fallitum deponente, quia executione reali punietur. Perſonalis tamen reſeruatur epiſcopo, & eodem modo in expenſis in cauſis ciuilibus litigans. Et idem de vtente falſo inſtrumento. Idem quando nollent in ciuilibus deponere, quia poſſunt a ſeculari per arreſtationem equi, vel aliam leuem coertionem cogi. Tertiò deficiente poteſtate eccleſiaſtica, quia tunc ſecularis poterit punire, maximè facientes ſchiſma in eccleſia Dei, ſi eccleſia non poſſet illos corrigere. Quartò fallit in actualiter degradato, quia effectus eſt de foro ſeculari, de quo per Lucam de Penna in l. 2. C. de priuileg. ſchol. Quintò fallit in clerico verbaliter depoſito, & incorrigibili, excommunicato, & contumace, anathematizato, qui a ſeculari comprimitur abſque degradatione actuali. Sextò in ioculatore etiam in ſacris conſtituto, qui monitus ſecundò, vel tertiò non deſiſtit, nam ipſo iure eſt priuatus ſuo priuilegio. Septimò in coniugato non deferente veſtes & tonſuram clericalem. Octauò in clerico in minoribus conſtituto, qui duas vxores habuit, aut viduam, vel corruptam. ſecus de monacho, vel conſtituto in ſacris. quia priuilegium clericale non amittit. Nonò fallit in appellatoribus, vel tabernariis, quia ſi tertiò moniti non deſiſterint, vel tale officium reſumpſerint, vel perſonaliter exercendo, puniuntur a laico, maximè coniugati, non coniugati ſi incedant ſine habitu & tonſura. Decimò ex delegatione ſedis Apoſtolicæ ad hoc. Vndecimò quando poſt capturam a laico aſſumpſit habitum clericalem, ſecus ſi ante iudicium inchoatum. quod intellige vt cognoſcat de cauſa, & non de perſona, ex quo clericatus illum omnino eximit a laici poteſtate. quod extendas etiam ad proceſſum. Duodecimò in Francia eſt præſcriptum, in fractione ſaluæ guardiæ, & etiam in portatione armorum offenſibilium. Decimotertiò quando clerici offenderent officiales Regios, quos modos vide per Bar. in l. vnic. ff. ſi quis ius dic. non obtem. puta, in omni genere contumaciæ impeditiuæ partes iudicis, & eius officium, vt non veniendi, non patiendi, non reſpondendi. Item propter calumniam. Item propter offenſam in perſonam officialium. Decimoquartò vbi clerici vellent vſurpare iuriſdictionem Regiam, quia tunc mulctatur a laico. Decimoquintò ratione alicuius artis vel officij. quo caſu, ſi in eo deliquit, eius ſuperior licet laicus, cognoſcit. Decimoſextò fallit in clerico officiali laicorum ratione eius adminiſtrationis. Decimoſeptimò in clerico aſſaſſino, qui criminaliter punitur a laico. Decimooctauò in clerico, qui poſt aſſumptum clericatum immiſcuit ſe enormibus & ſanis, & diu in illis perſeuerauit, habitu & tonſura dimiſſis. Idem de buffonibus, ſeu hiſtrionibus, & galiofardis, qui per annum illam artem exercuerunt. Decimononò, in clerico, qui relicto ordine clericali & habitu in apoſtaſia, tanquam laicus conuerſatur. Vigeſimò in clerico in minoribus conſtituto, qui effectus miles exercet arma. Vigeſimoprimò fallit in clerico arma militaria deferente, qui ſi tertiò monitus non deſiſterit, omne priuilegium perdit.*

Secunda regula ciuilis † eſt, clerici in cauſa ciuili etiam volentes de iure non poſſunt coram ſeculari iudice conueniri, contraria conſuetudine non obſtante. Fallit primò in cauſa ciuili feudali, vt quando inter duos vaſallos tractatur, quis ipſorum ſit potior in feudo, quo caſu laicus dominus eſt iudex, quod non procedit quando ageretur criminaliter, vel ciuiliter de delicto. Secundò fallit in epiſcopo vel clerico habente iuriſdictionem temporalem iure feudi. Nam dato quod vaſalli ſint clerici, tamen ad ſuperiorem temporalem appellabitur, quod non procedit ſi epiſcopus habet hæc ex collatione, cum reſeruatione alicuius ſeruitij a domino temporali, vel ab eo iuriſdictionem recognoſcit. Tertiò fallit in cauſa reconuentionis, quod non procedit quando in ſimili eadem hoc fuiſſet actum, vt ibi reconueniretur. Idem ſi laicus procuraſſet conueniri. Idem ſi conueniret pro re famoſa, vel iniuria laicum. Idem ſi cauſa tangeret rem ſpiritualem, vel illi annexam. Idem ſi reconueniretur de crimine. Idem ſi veniret reſtituenda perſona clerici, in quibus caſibus laicus nõ habet iuriſdictionem. Quartò fallit in actione reali, vel hypothecaria, pro qua ſecundum multos conuenitur coram laico, tamen in contrariũ eſt communis opin. Quintò fallit quando clericus laudatur in actorem, quia tenetur de euictione, nam tenetur coram ſeculari cauſam agere, & defendere. Sextò fallit † quando clericus efficeretur hæres laici, cum quo cauſa erat inchoata, quia tenetur proſequi cauſam coram iudice defuncti. & eſt opinio æquior, licet multi contrà. Septimò in emancipatione, quæ debet fieri coram laico. Octauò in inſinuatione donationis quæ ſimiliter debet fieri coram laico. Nonò fallit in inſinuatione teſtamenti, quando per ſtatutum debet fieri. Decimò fallit ſi clericus, & tertius vellet impedire executionem ſententiæ laici, quæ coram eo, &c. Vndecimò vbi vellet, cõtradicere publicationi teſtamenti, in quo eſt hæres inſtitutus laicus, ſi habet intereſſe tenetur contradicere coram laico. Duodecimò fallit in confectione inuentarij per laicum citatis creditoribus, ſi clericus ſit creditor, vel legatarius tenetur coram iudice inuentarij comparere. Decimotertiò in clerico ſucceſſore prædonis. Decimoquartò in clerico depoſitario ex ordine iudicis ſecularis, & idem in ſequeſtris. Decimoquintò ratione adminiculi & cauſæ connexitatis, vt ſi vnus ſit clericus cum tribus fratribus laicis conuentis trahitur coram ſeculari. Decimoſextò fallit ratione reconuentionis. Decimoſeptimò ratione abſurditatis euitandæ, quia vnus iudicaret aliter quam alter. Decimooctauò ratione adminiſtrationis, puta, datis pluribus tutoribus, quorum vnus erat clericus. Decimononò ratione vniuerſitatis, quia data maiori parte conuentorũ laicorum, conueniuntur etiam clerici coram laico. Vigeſimò ratione reclamationis a laudo ſuper compromiſſo facto per clericum & laicum, quo caſu clericus reclamans debet adire iudicem laici. Vigeſimoprimò ſecundum aliquos in hypothecaria reſpectu bonorum propriorum ipſius clerici, quod an ſit verum, non firmo. Vigeſimoſecundò ex delegatione per epiſcopum facta laico cognitionis cauſarum ciuilium, & pecuniarum. Vigeſimotertiò in appellatione a banno facto per laicum ſuper bonis clerici. Vigeſimoquartò ſi dubitatur an ſit clericus, vel cõmuni opin. reputatur laicus citatus a laico non comparens poteſt puniri, & condemnari in expenſis, quod extende etiam ad clericum certum, quando ex facie citationis appareret cauſa propter quam concluderetur citantem habere iuriſdictionem in eum. Vigeſimoquintò in poſſeſſorio ſi allegat ſe turbari ab alio clerico, vel laico, & intentat interdictum retinẽdæ, ad quod etiam ſunt c. regni, ad regale faſtigium, ſinu præteriti charitas, & alia procedit tam ſi contra clericum, quàm ſi contra laicum, &c. Et idem ſi intentatur c. reintegran. etiam ſi circa recuperationem, cum talia poſſeſſoria habeant plurimum facti. Vigeſimoſextò in proprietatibus omnium beneficiorum, quorum collatio ſpectat ad Regem. Vigeſimoſeptimò pro reparatione eccleſiæ ſecundum aliquos. Vigeſimooctauò pro cenſibus & tributis, pro quibus non ipſi, ſed eorum res videntur conueniri. Vigeſimononò in prouiſione tutelæ. Trigeſimò in curatore clerici minoris litigantis coram laico. Trigeſimoprimò in clerico negotiatore, quia de eius negocijs tenetur ad gabellam, & alia, vt laicus. Trigeſimoſecundò in clerico patiente ſe condemnari, & executionem a laico committi, quia licet poſtea alleget priuilegium, condemnatur tamen ad expenſas. Et non declinans forum laici venit puniendus arbitrio iudicis, tãquàm tranſgreſſor &c. Quod extenditur ad concubinas eorum, de quibus etiam iudex laicus cognoſcere non poteſt, niſi in notorijs. Item extenditur ad vxores clericorum incedentium in habitu & tonſura. Item ad familiam clericorum. Item ad eremitas. Item ad rectores hoſpitaliorum de licentia epiſcopi ædificatorum promittentium caſtitatem. Item ad fratres Tertij ordinis. Et hic attende opportune, quòd in concernentibus litis ordinationem, vt datione libelli, inſtantia, & ſimilibus, in præmiſſis caſibus ſeruabitur ius laicorum, in deciſorijs, ſi ratione contractus, & tunc ſecundum loci contractus, ſi ratione delicti locus delicti, ſi agitur de re ius loci, in quo res ſtat. ſi vero eſſet ſtatutum reſtringens per ſeruum, non ligaret clericum, de quo vide plene per Andr. de Iſer. in conſt. regni, ſi quis in poſterum, per Ang. in Auth. vt cleri. apud proprios epiſcopos. Philippum in c. 2. de arb. in 6. & omnino Fel. in c. eccleſia Sanctæ Mariæ. extra de conſt. in 7. concluſione, eodem 17. Ab. ibidem & in c. licet, & in cap. quod clericis, extra de fo. comp. & in c. cum ſit generale, vbi moderniores, eo. tit. Pau. de Caſt. in l. priuilegia, & in auth. caſſa C. de epi. & cler. Ant. in c. 1. de his, qui feu. da. poſ. col. 2. Alex. conſ. 5. in 5. vol. & conſi. 186. ſecundo volum. vbi inuenies hæc: quæ, quia notabilia, hic inſerui per concluſiones veras. Cæſar de Perinijs Neap. V.I.D.

† ADDITIO. *No. q̀ ab epõ habẽte iuriſdictionẽ inferiorẽ appellatur ad iudicem ſecularẽ, de quo Gul. in c. Raynutius. in ver. & vxorẽ, 2. dec. nu. 25. & Couar. in c. 4. prat. qq. nu. 2. Et adde q̀ clericus ante declinationem fori tenetur recognoſcere ſcripturã, vt per eundẽ Gul. Bened. in d. c. Raynutius, in ver. & vxorem. 2. deciſ. nu. 134.* De Bottis.

† ADDITIO. *Ad hãc ſextam fallen. vide Couar. 8. c. prat. qq.* De B.

● ADDITIO. Item ſeruat ipſa curia, q̀ nullus clericus. *Adde quòd clericus non deferens habitũ & tonſurã, ter monitus non deſiſtens perdit priuilegiũ clericale, c. in audientia, de ſent. exc. & ſi fuit occiſus, non incidit occiſor in pœnã c. ſiquis ſuadẽte diabolo, 17. q. 4. ſed ſine monitione perdit oĩa priuilegia, ſi exercet ſçua vel cõtraria ordini, c. 1. de apoſta. An laicus poſſit accuſare clericũ prima tonſura, & ſic an talis clericus retineat priuilegia clericorum. vide per Ant. Corſ. in ſuis ſing. in ver. accuſatio. 1. car. col. 4. vide Alex. in l. quid ergo. §. ſi hæres, de leg. 1. quẽ §. legit vnà cũ l. ſi ſeruus plurium, in fi. vbi tenet q̀ occidens clericũ deprahenſum in facinore, non incidit in canonem, ſi quis ſuadẽte. Bal. in c. cũ veniſſent. col. 4. de eo, qui mitt. in poſſ. tenet q̀ ſtatutum de cõpromiſſis nõ cõprahẽdit clericũ prima tonſura, vt per Glo. in c. nullus, in ver. tõſura, de tẽp. ord. in 6. Phil. Dec. in c. eccleſia, col. 2. ver. ſecũdo principaliter. de conſt.*

Quid ſi clericus eſt contumax coram Iudice ſeculari, an remittatur

non

Vide sup. c. 396. n. ii.

principaliter * cum documẽtis clericatus, aliàs nõ auditur in declinando forum curiæ ipſius, & ipſo veniẽte datur terminus ad probandum de clericatu, oblata per eum quadã petitione declinatoria fori. & rato quaſi dictus proceſſus finitur. vnde eo ipſo, quòd datur terminus intelligatur eſſe remiſſum, multoties etiam finitur proceſſus, & interponitur decretum eum eſſe clericum, & remittitur ſine ſeruientibus & ſi eſſet ſuſpectus & de graui re, cum ſeruientibus & ſub fida cuſtodia ad Archiepiſcopum, & ſi idem Archiepiſcopus vult petere copiam inuentorum contra eum curia mittit ſibi. Et hæc ſeruantur per ipſam Curiam, quamuis iura Canonica his prædictis videntur aliquantulum refragari.

De exceptionibus. Rubrica.

Quod exceptio excommunicationis non admittitur, niſi doceatur in promptu.

ITem quòd in quibuſcunque * cauſis ciuilibus vel criminalib. ordinarijs uel extraordinarijs, motis & mouendis, in dicta curia ante li. conteſt. uel poſt, exceptionẽ excõicationis proponendo, per partes altrinſecus, vel contra teſtes in cauſis ipſis productos, & etiam producendos, non admittitur per curiã, niſi proponens excommunicationẽ ipſam in promptu & in ipſo inſtanti legitimè doceat dictæ curiæ de excommunicatione prædicta per legitima documenta.

De vſuris. Rubrica.

ITem quòd nullus admittatur * ad denunciandum aliquem de vſuraria prauitate, ſed admittatur ad accuſandum agendo uia ordinaria, & tunc aduocatus & procurator fiſci dictarum cauſarum procedant ordinariè * contra dictum accuſatum ad priuationem bonorum ſuorum omnium.

De præſentationibus ſcripturarum. Rubrica.

ITem quòd poſt terminum datũ ad probandum non recipiantur aliquæ ſcripturæ, verum vbi pars producere uellet curia accipiat ipſas & non ponãtur in proceſſu, ſed teneat eas magiſter actorũ, & ſcribatur in eis, præſentatæ poſt terminum, ſcilicet die tali &c. poſt terminum &c. & iudices deinde videant eas ad eorum declarationem, & recipiant dicto modo etiã prius concluſionem.

Item ꝙ in quacunq; cauſa ciuili quæ in dictis curijs & altera ipſarũ agitatur, actor & reus præſentare debeant inſtr̃a & cautelas alias, ſi quas producere habent ad probandũ intentionem eorũ infra terminũ eis ſtatutũ ad probandũ in cauſa ipſa, ita quidem ꝙ terminus ad producendum omnia iura ſua, & non aliter, niſi eſſent inſtrumẽta & cautelæ nouiter repertæ, quæ ſecundũ iuris diſpoſitionẽ produci poſſunt etiam vſq; ad concluſionem, & niſi eſſent perſonæ priuilegiatæ a iure.

De ſcripturis non recipiendis poſt terminum. Rubrica.

ITem ſeruat ipſa curia, ꝙ poſt terminum datum ad probandum non recipit aliquas ſcripturas, verũ vbi pars producere uellet aliquas ſcripturas curia accipit eas, & non ponit in proceſſu, ſed tenet eas magiſter actorum, & ſcribitur in eis, pñtatæ poſt terminũ. ſ. die tali &c. poſt terminum, &c. & iudices poſſunt deinde uidere eas ad eorũ declarationem, & recipiuntur dicto modo etiam poſt concluſionem.

Quod debet offerri petitio ad producendum acta. Rubr.

ITẽ [a] ſeruat ipſa curia, ꝙ quãdo aliqua acta in aliqua cauſa ciuili vel crim. quę ſunt in actis curiæ ip-

non purgata contumacia, Gram. in voto 27. per totum. vbi concludit ꝙ ſic. Et quid ſi eſt proceſſum ad ſententiam, vel executionem in cauſa ciuili vel criminali, vide eundem deciſ. 6. num. 16. 19. & in voto 18. & Couar. in c. 33. pract. qq. fol. 223. col. 2. verſ. ſecundo eſt. Et quid ſi clericus confiteatur ſe laicum, ibid. fol. 224. col. 1. & Guido Papa dec. 73. vbi laicus cognoſcit de clericatu. vide latiſſime Couar. in d. c. 33. pract. qq. per totum. Adde ꝙ idem eſt de iure communi, vt per Boer. in deciſ. 303. poſt Bal. in l. eos. §. ſuper his. C. de appel. vide Pet. Duen. in regu. 42. verſ. vndecimò limita, & Couar. loco citato, vbi cuius expenſis debeat fieri remiſſio.

Adde quòd clericatus poteſt probari per vnum teſtem. ita Felin. in c. licet. in fi. de teſtib. & in c. cum cauſam, col. 4. in fi. eo. tit. Gram. in cõſ. 110. in ciuili. Vide etiã Bal. in l. ſi qua per calumniã, col. 2. C. de epiſ. & cler. vbi dicit ꝙ ſi reperitur clericus in habitu, ſtatim debet remitti: ſecus ſi ſine habitu. Immo ſtatim quòd oſtendit literas clericatus, debet remitti, vide in Bal. in l. nõ ignorat. C. qui accuſ. nõ poſ. & an debeat remitti cũ actis factis coram Iudice ſeculari, vide Bal. in l. eos. §. ſuper his, de appel. & Io. And. in regula, non licet, in Mercurial. vbi an ſufficiat producere literas Papæ, in quibus appellat eum clericum, vide etiam per Ang. in l. ſi prius. in fi. de ope. no. nunc. vide etiam Bald. in l. 3. in fi. C. de re iud. vide etiam Anto. de But. in conſi. 83. vbi nullo modo permittit clericũ debere aſtringi a laico. vide Guid. Pap. in deciſ. 73. vbi etiã de clerico cõiugato, vide Gram. dec. 81. Adde quòd interim non eſt excarcerandus pendente iudicio clericatus. ita Inno. in c. vt fama, de ſent. excom. in 6. ſequitur Francus in c. ſi iudex. §. non ſit. 3. no. eo. tit. illuq; dicit, ꝙ interim eſt ſuperſedẽdum in negotio principali. & ibi habes, an talis probatio poſſit fieri coram Iudice ſeculari, vide omnino ad materiam de clericatu, & quid ſi non incedit in habitu. & quis ſtatus debeat cõſiderari. & an teneat iſte ritus, & quis poſſit cognoſcere de clericatu, melius ꝑ Alex. in conſ. 8. primo vol. Cepol. conſi. 11. & Hipol. ſing. 383. vide ſi clericus non portãns habitum, perdat priuilegium, conſilium relatum in repertorio Franc. de Aretio per extenſum, in ver. priuilegium ceſſat. Andr. de Iſer. in conſt. apoſtatantes, loquitur latius, & Soc. in conſi. 20. col. 16. inter conſilia Curtij. De Bottis.

Vide de procuratorib. & in tit. de accuſ.

• Additio. Principaliter. *Limita, quia poterit comparere per procuratorem, & implorare iudicis officium, ne calumnioſè vexetur ab aduerſario: ita Bal. in l. planè. ff. de petit. hæred. vide omnino Inno. in l. fi. col. 12. a quib. appell.* De Bottis.

• Additio. Item quòd in quibuſcunque. *Vide ad hunc ritum Couar. 1. lib. var. reſolut. c. 18. nu. 5. vbi dicit, quòd in Hiſpania & in Francia non admittitur exceptio excommunicationis.* De Bottis.

• Additio. Item quòd nullus admittatur. *Per hunc ritum limitatur conſtit. regni, vſurariorum.* De Bottis.

• Additio. Procedant ordinariè. *Adde, an vſuræ poſſint repeti coram Iudice ſeculari. vide per glo. in ver. vſuris, in clem. diſpẽdioſam, de iud. Pet. de Ancha. Card. Io. de Imo. & Lanſr. in repet. d. cle. glo. fi. in c. ex literis, de iureiur. Fau. de Eleaz. & Card. in Cle. 1. de vſur. Io. Monach. & Bald. in c. 1. de vſur. lib. 6. & in c. quid dicam. 14. q. 4. Hoſt. in ſumma tit. de vſur. in §. qua pœna. verſ. quid ſi fœnerator. Idem Hoſt. in ſumma, tit. de pœn. in §. quibus. ver. ſed qua forma. Ant. de But. et Abb. in c. cũ ſit generale, de foro competen. Abb. in cap. poſt miſerabilem. 1. no. & ibi Io. de Anan. poſt eum. de vſur. Abb. in c. ad noſtram, el 2. no. 2. de iureiur. & in c. debitores, pen. col. eo. tit. & ibi Imola, Card. Zabar. in repet. c. in ciuitate, de vſur. Lap. in alleg. 45. & 46. Laurẽt. de Rodulph. in tract. vſur. q. 131. Bart. in l. 2. ff. de iuriſd. om. iud. & in l. nouatione, C. de ſacroſ. eccle. Bar. Bald. & Salic. in l. quoties, ff. de iudic. Bal. in l. eos. C. de vſur. Bald. in l. filium. ff. de his, qui ſunt ſui vel ali. iur. & in l. 1. ad fin. C. de ſent. quæ ſine cer. quant. & in l. 1. C. de oper. lib. Io. de Imo. in l. 4. §. condemnatum. ff. de re iud. Ang. in diſput. incip. Aſſenſis miles, ad fi. Archiepiſc. Florentinus 2. par. ſuæ ſummæ, tit. 1. c. 7. §. quis autem ſit Iudex. Fred. de Senis cõſ. 96. incip. apparet quãdã lex. & in conſ. 245. incip. D. Andreas Vicario epiſcopi Vulterani. & in cõſil. 300. incip. factum tale eſt, debitor promiſit, &c. Pet. de Ancha. conſ. 335. incip. In Chriſti nomine amen, caſus talis eſt. Calder. conſ. 3. in tit. de foro compet. Card. Zabarel. conſ. 120. incip. Titius obligauit Sẽpronio. Bald. conſi. 17. incip. factum, ſuper quo. 3. vol. Raphael Fulg. conſ. 134. incip. in queſtione verſa coram D. Capitaneo Trigeſtl. Alex. de Imola in conſ. 91. incip. viſis actis. 2. vol. Philip. Corn. conſ. 19. videtur prima fronte, 3. volum. Idem Phil. conſi. 227. viſo proceſſu agitato. in eod. vol. 4.* Superantius.

Vide de inſtrumentis productis ſupra per totum & c. alios ritus.

Quod debet offerri petitio ad producendum acta. Rubr.

a *ITem ſeruat ipſa Curia, quòd quando aliqua acta, &c.* Tu adde hoc eſſe verum, etiam de iure communi: nam ille, qui vult ſe fundare ex actis factis inter ſe & aduerſarium ſuum in alia cauſa, debet eſſe cautus, quia oportet ei, quòd in hac cauſa, & hoc proceſſu illa acta reproducat, alias illa acta non probant, nec releuant in hoc proceſſu, ita no. dicit Bart. in l naturaliter. §. nihil commune. ff. de acq. poſſeſſ. col. 8. verſi. ſit tamen cautus. allegat l. cum antea. C. de arbitr. Quod dictum

ſius inducerentur ad probationem alicuius alterius cauſæ vertentis in eadem curia, dicta acta nullam faciunt fidem, niſi ſit oblata petitio de producendis actis prædictis, quæ pars producere vult, & ita fuit de facto practicatum.

De productione fienda parte aduerſa non requiſita. Rubrica.

Item ſeruat ipſa curia, quòd dato termino ad probandū in quacunq; cauſa pendente termino partes, ſeu procuratores earum poſſunt producere ea, ad quæ erat datus terminus ad probandum ſine inquiſitione amplius alterius partis, vel præſentia, & poſſunt produci, & debent recipi per ſubactarios etiam quando curia non regitur, dummodo nō ſit illo die tempus feriatum, ideſt, quòd ſi illo die curia voluiſſet, potuiſſet regi.

De inſtantijs diuerſarum cauſarum. Rubrica.

Item [a] ꝙ cauſę ciuiles, nō tamen feudales, in poſterum mouendæ & agitandæ in dictis magna & Vicariæ curiis, & qualibet earum tam principales, quàm appellationum per iudices dictarum curiarum, & cuiuſlibet earum decidantur, terminentur, ac decidi, & terminari debeant infra terminos ſubſcriptos, videlicet, ſi quidem quando fuerint inter perſonas, ciues, ſiue habitatores ciuitatis Neapolis, & eius diſtrictus infra tres menſes continuos a die litis conteſtatæ in cauſa principali, & in cauſa appellationis a tempore prēſentati proceſſus: ſi verò fuerit de loco a dicta ciuit. Neapolis diſtante per vnā dietam * vulgarem infra quatuor menſes †, ſi verò per duas dietas infra menſes ſex. Et ſi vltra duas dietas infra octo mēſes in antea numerādos, & vltra metas & terminos prædictos cauſæ pdictæ prorogari nequeant, niſi ad id accedat expreſſus conſenſus, & volūtas ambarum partium, quo caſu de uoluntate partium prędictarum prorogatio ipſa fieri poſſit, vſque ad alios ſex menſes, & non vltra. *

Item ꝙ inſtantia * cauſarum feudalium tā principalium, quàm appellationum, & cuiuſlibet earum duret per annum unum integrum ad plus, incipiendo a die litis conteſtationis, ſuper teſtibus uerò producendis & prorogatione inſtantiæ ſeruentur ea, quæ infraſcripto proximo capitulo continentur.

Item [b] ꝙ termini dādi, & ſtatuēdi ad probandū, teſtes & inſtrumēta producēdum, & ſuper exceptionib. quibuſcunque oppoſitis & opponēdis, ſint, & eſſe debeant cōpetentes arbitrio iudicis moderandis ſecundum tempus inſtātiæ ſupradictæ. Ita quidem ꝙ iudices per hoc non permittant labi tēpus inſtantię ſupradictæ, & ſi permitterent partib. inſtantibus, vel earū altera, puniantur, videlicet pęna 50. florenorum auri fiſco noſtro applicāda. Et vltra hoc ēt alijs pęnis noſtro arbitrio reſeruatis, & ab abbreuiatione & modificatione ipſorum terminorum nullatenus poſſit appellari, aut reclamari, & ſi appellari contingat appellās, ſiue fuerit procurator, ſiue principalis incidat in pœnā florenorum auri 50. applicandam, ut ſup. Et ipſa appellatio nihilominus non teneat, & per ipſas curias, uel alterā ipſarum in cauſis ipſis procedatur, ac ſi appellatū non fuiſſet, & eſſet friuola, & fruſtratoria manifeſtè.

Item [c] ꝙ cauſę criminales mouēdæ in dictis curijs, & qualibet ipſarum decidantur & terminentur

dictum refert & ſequitur Anto. in cap. cum dilectus. in antepen. col. de cau. poſſeſſio. & prop. Alexan. conſil. 82. incip. in cauſa vertente inter Petrum, &c. 2. col. 1. uol. & Alex. in l. 2. ult. col. in fi. C. de eden. & ibidem Iaſ. col. 4. uer. no. tamen caſum, &c. & ſubdit Alex. in d. l. 2. ꝙ Bar. loquitur etiam quando una dictarū cauſarum eſſet cōuentionis, & alia reconuentionis, & ſic etiam in eadē inſtantia in genere, quāuis in ſpecie propter diuerſitatem actuum inſtantiæ ſunt diuerſæ, ex diuerſitate libellorum. uide eum omnino. tene menti. M.

De inſtantijs cauſarum diuerſar. Rubr.

a *Item quòd cauſæ ciuiles, &c.* Hunc ritum refert & ſequitur Matthæus in conſtitut. hac lege, in 2. col. uer. & eſt ſciendum. Matth.

* Additio. Per vnam dietam. *Adde, an appellatione dieta, intelligatur de vulgari, vel legali, vide gl. in c. nonnul li. de reſcrip. in c. cupientes. de elect. lib. 6. in c. ſtatutum, §. cum verò. ſuper verbo, dietam. eo. tit. & lib.* Superant.

* Additio. Non vltra. Addatur hic, videlicet. *Et niſi eſſent teſtes extra regnum degentes, † quo caſu prorogatio ipſa fiat ſecundum diſtantiā locorū, vbi teſtes degant, depoſita pecunia neceſſaria per producentem pro examinatione ipſorum, ipſiſq; teſtibus ſpecifice nominatis, ac prēſtito iuramento per producentem prædictū, ꝙ non fiat de animo differendi, & calumniandi. & Iudices ipſi prædictarum curiarum, & cuiuſlibet earū, eo caſu poſſint dictam inſtantiam prorogare, attenta diſtantia loci prædicti. Verum ſi pars, vel eius procurator aſſerat habere teſtes abſentes extra regnum exiſtentes, & per hoc peterent dilationem & prorogationem, non faciendo infra tempus ſibi datū, & per hoc prorogatum, teſtes ipſos examinari talis petens ſiue fuerit procurator, ſiue principalis puniatur per dictas curias, ſeu alteram ipſarum tanquam calumniator: nec non ipſo facto incidat in pœnam Florenorum auri quinquaginta dictis curijs applicandam & à tranſgreſſoribus ipſis inuiolabiliter exigendam. Et condemnentur nihilominus parti aduerſæ ad ſolutionem expenſarum.*

Nota tu, quòd prædicta verba hic addita, ſunt in vetuſtioribus codicibus, & hic deficiunt. De Bottis.

† Additio. *Adde & vide Abb. in c. conſtitutus. col. 2. ext. de fideiuſſ. & Pau. de Caſtro in l. interdum. ff. de iudic.* De Bottis.

* Additio. Item ꝙ inſtantia. *Aduerte quia tempus iſtud præfixum dicitur ſubrogatum loco inſtantiæ iuris communis. ita Alex. in conſ. 42. col. 2. vol. 3. & per totum. vbi ponit de teſtib. extra regnum, in 3. col. vide Luc. in l. 3. in 2. & 3. q. C. de primip. lib. 12. vide Dec. conſil. 550. colum. 2.* De Bottis.

b *Item quod termini dandi.* ver. *ſecundum tempus, &c.* Adde hic, ꝙ ubi eſt breuis meta iudicij, ibi breuiores dicūtur eſſe dilationes: non ita tamen ꝙ reddatur impoſſibilis defenſio. Bald. in c. fi. in 3. col. de iureiu. Et dixit Bal. in l. 1. in prin. C. de tempor. appella. ꝙ ubi tota inſtantia breuis, ibi & ſingula eius membra. refert Matthæus in conſtitu. cauſas. in 4. not. Matth.

In eodem ritu, in uer. *& abbreuiatione, & modificatione.* Adde ꝙ nimis arctare, breuēq; reo ſtatuere terminum ad probandum de iure ſuo, eſt quodammodo ſuas defenſiones tollere, quod fieri nō debet. Idem eſt enim & uidetur eſſe, nolle reum defendi, & eum arctare in termino, in quo ſe non poſſet defendere cōmodè. ita inquit Andręas in conſtitutione, pœnā eorum. in 3. col. in fi. refert & ſequitur Lucas in l. quamuis. in pe. col. uer. facit, &c. C. de decur. lib. 10. ubi no. illum tex. in fi. contra iudices, qui nimis arctant reos ad probādum defenſiones eorū. uide eū, quia pulchre loquitur. Adde ꝙ præſumitur in alijs grauare iudex, qui breuem terminum in citatione ſtatuit. textus eſt notabilis in c. 1. de dila. illum alleg. Luc. in l. quēadmodum. in 7. col. ver. 120. prēſumitur. C. de agri. & cenſi. lib. 11. & ibi etiam allegat alia iura. uide eum. Adde ꝙ ſi iudex dat dilationem nimis breuem, tenetur parti quā lęſit. Bar. in l. 4. §. prætor ait, in 2. col. ff. de dam. infe. Adde ꝙ ſi iudex dat minorē terminum, ꝗ ſit a iure ſtatutus, ſuppletur a lege. l. 4. §. ſi quis. ff. de re iudic. & no. Dy. in reg. indultum. de reg. iur. in 6. ita no. inquit Tancr. in ſua compend. in rub. de quæſt. circa citationes, & dilationes, in 16. q. verſi. prætereà ſcias. tene menti. Quid autem de iure cōmuni, an poſſit appellari a breuitate termini? dic ꝙ licet de iure ciuili ſit quęſtio, tamen de iure canonico certum eſt poſſe appellari. Bal. in c. 1. in 5. col. de mil. vaſ. qui cōtu. eſt & alleg. cotas. Et quòd poſſit appellari, eſt caſus in c. 1. de dilat. & ibi ſcribentes omnes. Adde ꝙ arctare, & limitare tempus ad ſe defendendum nō eſt prohibitum, nec eſt tollere defenſiones. Luc. in conſti. pęnam eorum. in 3. princ. Adde ꝙ iudex in dilatione danda debet eſſe parcus, in data benignus. Bal in cap. 1. §. & quia vidimus. in penul. col. de his qui feu. dare poſſ. Adde quòd terminus ad probandum non debet eſſe anguſtus, ſed condecens, vt poſſit ire & redire a loco, vbi eſt recipienda probatio. glo. eſt notabilis in conſtitut. ſi exceptio. in glo. ſed allego text. ita dicentem, in Longobar. in l. 1. de præiud. actio. & illam glo. multum ibi not. Matth. in vlt. colum. in fi. tene menti. Et adde quòd ſemper æquitas debet mouere iudicem in dandis dilationibus, ac moderandis. Bald. in l. 1. vlt. col. C. quomodo & quan. iudex. Matth.

c *Item quod cauſæ criminales mouendæ, &c.* De multiplici inſtantia cauſarum criminalium, uide alium ritum aliter loquentem infra incip. item ſeruat ipſa curia, ut inſtantia, &c. & ibi plene per me.

non

Quid

Quid de inſtantia cauſarum ciuilium? uide pulchrum ritum ſupra incip. item quòd cauſæ ciuiles, &c. & ibi per me. Quid de inſtantia cauſarum feudalium? vide ritum ſuprà incipientem, item q inſtãtia cauſarum feudalium, &c. quem ritum refert, & ſequitur Matth. in conſtit. hac lege, 2. col. qui ritus vult q inſtantia cauſarũ feudaliũ duret per vnum annũ. Et quęrit Matthæus, quid ſi eſt lata ſententia in cauſa feudali poſt annũ an valeat? & examinat pro & contra, tandem cõcludit q ſic. vide omnino eum. ¶ Adde q ſecundum conſtitu. regni inſtantia cauſarũ criminalium durat trib. mẽſibus. tex. eſt in conſt. cauſas, & quia in illo tex. tẽpus ſtatuitur iudici, & nõ inſtantię: quia verba illius tex. referuntur ad iudicem: ſi infra illud tempus cauſa non erit expedita, poterit poſtea expediri ĩ. biennium ſtatutum per ius ciuile, vt per l. properãdum. in princ. C. de iudic. ſm Bart. & alios ibi, & ſequitur Matth. in d. conſtit. in 3. no. vbi allegat cotas: & ſubdit quod ita obſeruat magna curia Vicariæ, & de hoc eſt ritus, & poſtea ſubdit, licet in ritibus magnæ curiæ Vicariæ, ordinatis per Reginam Ioan. II. aliter ſit ordinatũ, in 3. c. ita Matth. & credo quod uoluit allegare hunc ritum. M.

Quanto tempore durat inſtantia. Rubr.

a *Item ſeruat ipſa curia, vt inſtãtia, &c.* Adde tu, quod in cauſis feudalib. inſtantia durat per annũ tantũ. ita dictat ritus ſupra incipiens, Item q inſtantia cauſarũ feudaliũ. ¶ Adde, q vbicunque, ſeu in quacũq; cauſa iudex ſecularis aduerſus clericũ procedere poteſt, inſtãtia cauſæ eſt a die litis conteſtatæ, & ſolũ bimeſtri tempore durat. tex. no. in § . ſi tamen. ver. nõ trãſcendẽti, &c. in Auth. vt cler. apud propr. epiſc. &c. Similis terminus duorũ mẽſiũ eſt, cum appellatur a iudicib. ad alios iudices, in eadẽ ciuitate exiſtentes: nã tunc appellationis cauſa inter duos mẽſes eſt finienda. tex. eſt no. in § appellationis, in Auth. de iudic. refert & ſequitur Luc. in l. ſi coloni. ult. col. in fi. C. de agri. & cenſi. lib. 11. & uide alium ritum aliter loquẽtem in cauſis criminalibus, ſupra, incip. item quod cauſæ criminales, &c. ubi omnino vide. & ibi per me. Adde q vbi inſtantia eſt breuis, debent eſſe breues dilationes: non tamen ita breues, ut impoſſibilis reddatur defenſio.

Bal. in c. F. 5. col. de iureiuran. & refert & ſequitur Matth. in conſtit. cauſas. in 4. no. ubi omnino uide. M.

Additio. *Facit c. ſuper eo. el ſecondo, extra de appel.*

b Additio. *Sed in ſententijs oportet magiſtrum actorum eſſe præſentem: & ſic dicitur in fine ſententiæ: ſed ſi non eſt præſens in banca, dum fertur ſententia, curia eligit unũ notariũ, qui ſit publicus, vel duos ſcriptores, de quo uel de quibus ſit mentio in ſententia iuxta practicam Innoc. extra de proba. c. quoniam contra falſam. ſed vt plurimum eligitur notarius publicus, et ponitur aliqua cauſa, propter quam nõ eſt præſens dictus magiſter actorum, puta infirmitatis hoc modo præſente notario N. publico notario, &c. In abſentia magiſtri actorum Curiæ actorum notarij infirmi, vel aliter: aliàs dicitur ſolum, in abſentia magiſtri ſine ponere aliud: & ſine ponere infirmitatem.*

per iudices ipſarum curiarũ infra terminos ſubſcriptos, videlicet, ſi cauſæ fuerint in ciui. Neap. & eius diſtrictu infra dies 60. numerãdos a die oblationis libelli, ſeu capitulorum: ſi verò fuerint extra ciuitatem prædictam, & eius diſtrictum per vnam dietam vulgarem, tũc infra menſ. 4 & ſi vltra fuerint vbicũque per totum regnum: tunc infra ſex menſes, & vltra terminos prędictos cauſæ criminales prædictę nullatenus poſſint prorogari, & extendi, excepto, ſi teſtes producendi eſſent extra regnum, quo caſu prorogatio ipſa fieri poſſit & debeat per iudicem cauſa cognita, attenta diſtantia locorum dictorum teſtium, & prout ſuperius in cauſis ciuilib. exprimitur, & non aliter, nec alio modo, & ipſo caſu pęnas ibi expreſſas locum habere, & a tranſgreſſoribus exigi volumus, & iubemus, exceptis tamen cauſis criminalib. ex quibus pœna pecuniaria venit imponenda, in quibus ſeruetur, prout in ciuilibus eſt expreſſum.

Item q teneantur iudices poſtquàm fuerit in cauſis cõcluſum ipſas cauſas expedire, decidere, & per ſentẽtiam terminare infra 10. dies: nec non dare breues dilationes ſecundum diſtantiam locorum: & debeant, inquantum poſſunt, lites abbreuiare, & ſubterfugia procuratorum & aduocatorum amputare, prout ſuperius dictum eſt in deciſione cauſarum ciuilium.

Quãto tempore durat inſtantia. Rub.

Item [a] ſeruat ipſa curia, vt inſtantia in ciuilibus ipſo iure per lapſum triennij perimatur: & eidem in criminalib. per lapſum biennij: ſi verò domina prorogaret, vt quotidie fit, licet in curia non præſentetur litera prorogationis infra triennium vel biennium, non refert, ſi poſtea præſentetur, ſi prorogatio facta eſt infra terminum.

De ſententijs, relationibus & interlocutorijs. Rubrica.

Item quòd omnes interlocutoriæ, quæ tãgunt partes, aſſignantur vni ex fiſcalibus, vt ipſas legi faciant a iudicibus.

Item [b] q relatio ipſarũ cauſarũ commiſſarij dictis iudicib. hebdomadarijs fiat per ambos, vel vnum de conſilio alterius; & q pars, quæ ſenſerit ſe fore grauatã poteſt reclamare ad cõſocios iudices; quæ reclamatio debet fieri inſcriptis, & cũ cauſa grauaminis infra quatuor dies a die datæ ſententiæ in antea numerandos ſecundũ reclamationem præfatã, & deciſio reclamationis dẽt fieri infra decem dies a die reclamationis factæ in antea numerandos, & ex eiſdem actis nihilo de nouo addito, vel diminuto, &c.

De appellationibus & ſupplicationibus. Rubrica.

Item ſi appellans * fuerit negligens facta pſentatione proceſſus copiæ & appellatorum immediatè per menſem nõ proſequendo cauſam ſuæ appellationis, quòd eo caſu ſi appellatus voluerit appellationem ipſam ſtatim proſequi, poſſit, & proſequente vel non proſequente dicto appellante, non tenetur expectare tempus a quocunque iure Canonico, ciuili, ſeu municipali ſcripto, vel non ſcripto, ſpeciali, vel communi ſtabilitum in pręmiſſis.

Item ſi contingat * cauſas per ſupplicationem deuolui, quòd tũc debet fieri executio in cauſa principali, data cautione ſecundum formam auth. quę ſupplicatio. tamen in expẽſis executio non fiat quouſque cauſa ipſa ſupplicationis fuerit per ſententiam, ſeu ſententias debitè terminata.

Item in eiſdem curijs, & qualibet ipſarum in omni cauſa appellationis procedi poſſit ſine libello, & litis conteſtatione, & cauſa appellationis inchoet per aperturam proceſſus.

Item in curia ipſa in omni cauſa appellationis proceditur ſine libello, & litis conteſtatione.

Non datur libellus in cauſis appellationum. Rubrica.

Item [c] in appellationum cauſis, quæ agitantur in dicta Curia, non datur libellus, nec litis conteſtatio fit ibidem.

* Additio. Item ſi appellans. *Vide Rober. Maran. in pract. in ult. par. 6. par. ſecundus actus, nu. 193.* De Bot.

* Additio. Item ſi contingat. *Hoc intellige ſolum in cauſa reclamationis, non autem ſi in conſilio appellatur ab interlocutoria, quia ſi eſſet confirmata ſtatim etiam quo ad expenſas fiat executio, vt habetur per Affl. deciſ. 42. ſed an ſtãte carcerato poſſit procedi ad reuiſionem, uide Caput. in deciſ. 169. & uide de iſta cautione multa bona per Guid. Pap. in deciſ. 50. Vide Affl. dec. 358. in ſi. an autem interim poſſint taxari, vide Rotam deciſ. 635. in antiq. & de his ritibus facit mentionem Maranta in loco citato, num. 194.* De Bottis.

Nõ datur libellus in cauſis appellat. Rub.

c *Item in appellationum cauſis, &c.* Cũ hoc ritu concordat Innoc. in cap. cum contingat. de off. dele. ubi inquit quod in cauſa appellationis non eſt neceſſarius alius libellus quàm ipſa appellatio in ſcriptis facta, quæ habetur pro conuentionali libello, & ſuper ea poteſt fundari totus proceſſus. refert, & ſequitur Bald. in l. ſi quis filio. §. hi autem. ff. de inni. rup. teſt. ¶ Adde quod quis non dicitur proſequi appellationem per ſolius libelli appellatorij productionem, niſi pars citetur. glo. no. in l. ſi. §. illud. in uer. exordium. C. de temp. app. illam allegat, & ſequitur Ang. in §. appella. in Authen. de iudic.

De appellationibus admittendis. Rubrica.

ITem ſeruat ipſa curia, q; appellatio * in infraſcriptis caſibus remittitur, videlicet, quando fit mandatum per ipſam Curiam condemnatorium vel abſolutorium.

Item in cauſis duarum vnciarum ciuiliter petitarum non appellatur.

Item non appellatur ab omnib. ſententiis abſolutoriis latis per ipſam curiam ex mero officio, vel ex denuntiatione criminaliter procedenti.

Item non appellatur uigore certarum reginalium literarum à ſententia condemnatoria lata contra homicidam.

Item non appellatur in ipſa curia à tormentis aliquibus pro delictis, de quibus loquitur obſeruantia proxima præcedens.

Item non appellatur à decreto ipſius curiæ ciuili, vel criminali.

Item non appellatur ab omnib. caſibus, à quibus prohibetur appellari de iure communi, & Capit. & Conſtitut. Regni.

Practica ſuper præſentandis proceſſibus appellationum. Rub.

ITem [a] ſeruat ipſa Curia, quòd quando aliquis appellat * ad eã procurator, ſeu principalis appellans debet in ipſa Curia infra legitimum tempus præſentare in ea apoſtolos, & proceſſum, & debet obtinere literas reſponſales ab ea Curia illi iudici, à quo fuit appellatũ, & illas, ſ. reſponſales ſufficit ſi quicumque alius præſentet iudici à quo fuit appellatum, licet præſentans non ſit procurator, vel principalis.

Vbi vero denuntiatus velit litigare & non componere cum Curia procedit ad anteriora, raro tamen venitur ad ſententiam ferendam ex capitulis, id eſt, ex officio, ſi tamen veniatur, tunc in appellatione, ſi eſt condemnatoria, ſeruatur per omnia ius commune, & cõſtitutionum, & capitulorum regni: ſi vero eſt abſolutoria, ſiue ex mero officio, ſiue ex officio præcedente denuntiatione, nunquam appellatur in aliquo caſu, licet ipſa ſententia contra fiſcum proferatur, ſiue ſit confeſſus tantum, ſiue conuictus tantum.

Executio de appellationibus fit per iſtam Curiam ſemper. Rub.

ITem ſeruat ipſa Curia, q; quando aliqua cã deuoluitur ad eam remedio appellationis, ſiue ſit ciuilis, ſiue ſit criminalis, & ſiue ſit deſerta poſtmodum, ſiue pronunciatum per ipſam tacite vel expreſſe confirmando ſententiam, vel retractãdo nullam, ſemper executio fit per ipſam Curiam, & non per aliquam aliam, niſi Rex aliud demandaret, &c.

Item nota quòd quando appellatur ad ipſam Curiam, tunc citatur pars ad uidendum aperturam proceſſus, & datur etiam terminus ad ponendum per totum ſequentem, &c. vt ſupra, Et ſic vbi debet poni infra biduum, habes hic omnes caſus, &c.

De appellationibus. Rubr.

ITem ſeruat ipſa curia cognoſcere de omnibus cauſis ciuilibus, vel criminalibus, & appellationib. interiectis à ſententiis quorumcunque officialium, non tamen in prædictis caſibus in feudalibus, vnde ſi quis ex delegatione Regis cognouit de feudis, & dedit ſententiam, non bene appellatur ad Curiam Vicariæ. Item ſi quando in debitis caſibus appellatur ad ipſam Curiam, & appellatio deſeritur, tunc deſerta appellatione interponitur decretum per ipſam curiam, appellationem eſſe deſertam, non tamen ipſum legitur, ſicut leguntur talia decreta interponenda per curiam, & de ipſo decreto fit teſtimoniale in forma curiæ conſueta.

Item [b] ſi contingat iudicẽ ordinarium, vel delegatum allegari ſuſpectum, ſeruetur in hoc edictum maieſtatis noſtræ, cuius tenor ſequitur, & eſt talis.

IOANNA II. Dei gratia Vngariæ, Hieruſalem, & Siciliæ Regina. Vniuerſis præſentis ordinationis ſeriem inſpecturis tam præſentibus,

---

iudic. ubi magiſtraliter loquitur. & cum iſto rit. hic concor. alius ritus ſimi. ſup. anci. item in eiſdem curijs. Subdit etiam ille ritus quod cãæ appella. inchoantur per aperturam proceſſus. eſt alius ſimilis ritus ſup. incip. item in curia ipſa in omni cauſa appellationis, &c. ¶ Adde quod appellatio facta in ſcriptis, dicitur libellus, vt notat Spe. in tit. de lib. concep. §. quod aſt. refert, & ſequitur Bart. in l. 1. §. libelli. ff. de appel. & Bal. in l. ſi quis libellos. C. de appella. & dixit pulchre Inno. quod ſi appellatio in ſcriptis facta à judice a quo, producatur corã iudice ad quẽ, quòd poteſt ſuper ea procedi, nec requiritur alius libellus. ita not. dixit Innocen. in capit. cum contingat. circa fi. mag. gloſ. de off. deleg. quod dictũ refert, & ſequitur Bart. in l. 1. §. libelli. ff de appel. & Bal. in l. ſi quis libellos, præalleg. & hãc doctr. Inn. & Bal. in d. l. ſi quis libellos. refert & ſequitur Lanf. in repe. c. qm contra. in ver. interlocutiones. in 7. char. 2. col. ver. circa hanc materiã, &c. de probat. ¶ Iſte ritus eſt repetitus ſup. incip. itẽ quod cauſa appell. Adde hic quòd ualet pactũ, q; in cauſa appellationis pcedatur abſque libello, & litis conteſt. Bal. in l. ſi. §. ſi. circa prin. ver. per hunc tex. C. de tẽp. appel. & hũc ritum allegat, & ſequitur Matth. in cõſtitutione, dilationes. in 5. no. in fi. & illũ ritum ſupra relatum incip. itẽ in eiſdẽ Curiis, & refert & ſequitur Matth. in conſti. appellationum tempora, in 9. col. in fi. ¶ Adde alium ritum ſupra incip. item in curia ipſa in omni cauſa appel. De iure autem communi vtrum requiratur litis cõteſtatio, vide Bal. egregie in l. 1. in fi. ver. vlt. not. C. ne liceat tertio prouocare. tene menti. M.

• ADDITIO. Item ſeruat ipſa Curia quòd appellatio. *Vide Tiraq. omnino de retract. conuẽtio. §. 2. glo. 1. nu. 22. & 68. vbi an fiat coaceruatio ſummarum, omnino Bal. in l. pen. C. quor. app. non rec. Gram. deciſ. 14. per modernos in c. regni, plerumque, nu. 16. f. 156.*

Ad omnes prædictos ritus loquentes de appellationibus, adde Imolam in rubr. de furtis, col. 2. verſ. quaro. vbi declarat, qui veniant ſuorũ appel. vide And. in conſt. ſtatuimus, & de prædictis ritib. vide Thom. Ferrat. caut. 5. dum allegat conſil. [illegible] apel. 32 an 3. dub. vide Pragmat. ſub tit. de appel. & Affl. in deciſ. 265. & alium ritum incip. practica ſuper compoſitionibus. Item non appellatur à decreto, quòd quis habeatur pro confeſſo, quando fuerit citatus tanquam principalis venturus et reſponſurus ſuper tenore articulorum, vel exceptionum, & non venit. vide alium ritum incip. item ſeruat ipſa Curia, in fi. Nec a decreto lato ſuper aſſiſtentia ad effectum retardanda executionis, vt eſt Pragmat. Regis Ferdinandi I. quæ incip. Magna Cur. Vicaria ritum, quod à decreto. quid in fiſco, an poſſit habere recurſum grauãdo ſe de minoritate pœna, Bal. in l. quid ergo. §. pœna grauior, & ibi Ang. in ſindico ciuitatis dixerunt quòd ſic. de infa. Alex. vero per illum tex. in l. auxilium, de minor. tenet contrarium, & forte melius. ex quo fiſcus tractat de lucro pœnæ, & conſequenter non datur reſtitutio in integrũ per l. ſcio, de in integ. reſtit. vide omnino Gram. in deciſ. 14. qui latius tractat de hoc artic. De Bot.

Practica ſuper præſentandis, &c. Rub.

[a] *ITem ſeruat ipſa curia, quod quãdo aliquis appellat, &c.* Hunc ritum in prima parte refert & ſequitur Matth. in conſt. appellationum tẽpora. in 10. col. verſi. an autem. Matth.

ADDITIO. *Et ita pridie de præſenti anno 12 indict. rit. in ipſa curia ſeruatum in ſententia abſolutoria lata pro Buffilo Brancatio, qui impetrabatur per ipſam Curiam facta denunciatione contra eum per dominum Franciſcum Galiotam de Neap.*

• ADDITIO. Item ſeruat ipſa Curia, q; qñ aliqs appellat. *Decretũ ſuper deſertione appellationis, nõ legitur, allegat Marã. in ſuo Spec. in ti. de appel. f. 89. nu. 155. ubi de gl. in l. eos. in princ. in verbo, vel iniuſta, C. de appel.* De Bottis.

De appellationib. Rub.

[b] *ITem ſi contingat iudicẽ ordinariũ, &c.* In ver. *non obſtante diſpoſitione iuris ciuilis.* circa med. Quod nõ requiratur inſertio cauſæ de iu. ciuili, eſt gl. Bar. Bal. & alij Doct. in l. apertiſſimi. C. de iud. gl. Bar. & Doct. in l. qa poterat. ff. ad Treb. rationem autem ponit Petrus de Anch. in conſil. 258. inci. ſubtiliter, ubi inquit quod non eſt mirum ſi de iure ciuili recuſatio ordinarij etiam poteſt fieri ſine cauſa, qa in leuibus, & in quibus de facili poteſt alius ſubrogari, ſufficit pro ratione voluntas, per l. quia poterat. ff. ad Trebellian. quod dictum refert, & ſequitur Fel. in c quæ in eccleſiarum, in 16 col. uerſi. 4. declaratio. de conſtit.

quam futuris. Principis circunſpecta prouiſio * ad ſubditorum commoda ſuũ frequenter conuertit intentum: & ne in eorum litigijs ſubtiles, & magis ſophiſticas, quam veraces aduocatorum, & procuratorum verſutias, veritatem iuſtitiæ lateat, neve circa celerẽ executionem eius, cuius debitrices exiſtimamus in diffinitione litigiorum numerus producatur, congrua & debita remedia adhibet pro futuro. Sanè ſicut cunctis noſtris fidelibus notorium eſſe debet, patulum, & manifeſtum, qualiter Neapolitana ciuitas prçterito tẽpore fuit decorata ciuibus, & ſpecialiter Doctoribus & Iuriſperitis tã iuris canonici, quam ciuilis, qui velut lilia pomerijs floreſcere videbãtur, quatenus vel ad præſens depopulationibus, amaritudinibus, alijs generibus, & mortalitatibus varijs ſit imbuta, iudicet animus cuiuſlibet iudicantis cuius rei cauſa ipſorum Doctorum & Iuriſperitorum numerus eſt totaliter diminutus, propter ꝙ indignum cenſetur & abſonum, ſi tam pauco reſtanti dictorum Iuriſperitorum numero, in cauſis quæ inter partes plerunque uerterentur, ſuſpicio inordinata procederet. Et quia contingit interdum ex quadam abuſione obſeruata, hic hactenus prout clamoroſa inſinuatio noſtrorũ impulſauit auditum, quòd tam iudices ordinarij curiarũ noſtrarũ, quã alij iudices per maieſtatẽ noſtram delegati, aut delegãdi in cauſis, quã omnes alij literati ſiſtentes in ciuitate Neap. tam iuris cano. quam ciuilis nullo exceptuato, fuerant allegati ſuſpecti, & etiam allegãtur per alteram partiũ, interdũ per utramque partem litigãtium, nulla cauſa ſuſpitionis contra eos propria expreſſata, ob quod cauſæ ipſæ longitudinem recipiũt, & etiam tarditatem, nec diſcuti poſſunt, & fine debito terminari, propter quod prorogantur cauſæ in litigantium prçiudicium, contra noſtræ Maieſtatis honorem. Propterea nos cupientes maternæ circa prçmiſſa remediabiliter prouidere, & ſubtiles aduocatorum & procuratorum ipſorum in hac parte verſutias amputare, & orã calumniantium in quantum arbitrio noſtro poſſumus, reſtrænare, prouidimus, & hac edictali conſtitutione noſtra cũ deliberatione nobis aſſiſtentis conſilij ſtatuimus, & ordinamus, vt non obſtante diſpoſitione iuris ciuilis, qua cauetur ꝙ ſufficiat cauſam ſuſpitionis ſimpliciter allegare, nec allegans teneatur ad probationem illius, ſed ſequendo iuris cano. ſanctionẽ, quæ in hac parte videtur æquius prouidere, quod quotieſcunque occurrerit aliquem noſtrorum iudicũ ordinariorum, vel delegatorũ ac officialium

In eo ritu, in verbo, *officialium cum eis deputatorum, &c.* ¶ Adde tu, quod appellatione officialiũ, comprehenditur etiam notarius actorum, glo no. quam ego noto, & pondero in l. 1. in princ. in verſi. ad renunciandum. ff. de falſis. ibi, officialis, &c. puta notarius, &c. Et idem vult Bart. in l. cum ſententia. C. de ſent. & interloc. omnium iudi. vbi inquit, officialis qui incipit ſcribere cauſam, debet ſcribere vſque ad finem. Vnde infero ꝙ quando agitur de ſuſpicione magiſtri actorũ, debet ſeruari diſpoſitio huius cap. Et quòd venit notarius actorũ appellatione officialium, ego adduco tex. in terminis in cõſtitutione, occupatis. ver. horum officialium, &c. Tene menti, quia illum tex. pauci ponderant ad hoc. Et ꝙ iſte tex. etiam intelligatur in magiſtro actorum, patet in illis verbis, officialium cum eis deputatorũ, nam de iudice prius dixerat, ibi, iudicium ordinariũ &c. tene menti. ¶ Et quod cauſæ ſuſpicionis debẽt ſpecifice allegari, & exprimi, voluit Roffre. in ſuis libellis, in rubr. de iudi. recuſ. ¶ Adde hic quod poſt cõcluſionem in cauſa iudex non poteſt dari ſuſpectus, ut plene per oẽs poſt Lapum in c. iudex. de offi. delega. in 6. refert & ſequitur Feli. in cap. cum dilectus. in 1. colum. de fide inſtrum. hoc idem voluit Ioan. Andr. in c. 2. & ibi Panor. de ord. cogn. & Panor. in cap. 2. de mut. pet. ¶ Adde ꝙ exceptio iudicis delegati, vel ordinarij poſt cõteſtationem litis oppoſitam, quæ dicatur poſtea emerſiſſe, non admittitur, niſi lucide videatur, & notorie liqueat, quia poſt dictam litis conteſtationem emerſit, ita pulchre dictat c. Regni incipiens, prolixitatem, &c. ¶ Scias tamen vnum no. verbum, quod quando aliquis iudex eſt allegatus ſuſpectus in aliqua cauſa, ſi ipſe iurat ſe non ſuſpectum, ipſe excuſatur a ſuſpicione, ita no. inquit Bal. in quibuſdam ſuis not. tex. ibi, & glo. poſitis & impreſſis poſt repetitionem rubr. de arbi. per Roma. vlt. colum. incip. no. quod quando iudex, &c. alleg. glo. not. hoc dicentem in l. furti. §. & ſi iureiurando. in ver. innocentiam. ff. de infa. ¶ Adde quod Papa poteſt committere cauſam iudici ſuſpecto. Panor. in cap. cum inter. de excep. & in cap. ad hæc. de reſcrip. Quod tamen intellige & declara, vt per Abb. in d. cap. cum inter. ¶ Adde quod ille qui non eſt inimicus capitalis, poteſt dici ſuſpectus. glo. eſt no. in c. 2. in ver. inimicum, de procur. in 6. quam ibi ſumme commendat Gemin. Subdens eſſe bene notandum pro ſtatutis, an de iure communi iudex cognoſcat de cauſa ſuſpicionis, ſibi obiectæ. dic quod non, quia exceptio hæc non opponitur iuriſdictioni, nec elidit iuriſdictionem, ſed opponitur perſonæ, unde ſolus iudex in hac exceptione eſt aduerſarius, & nihil eſt tam graue quàm coram ſuſpecto iudice litigare, gl. multum not. ita inquit in l. 2. in verſic. ſciant. in fi. ff. ſi quis in ius uoc. non ierit. alleg. l. apertiſſimi. C. de iudi. & c. 2. requiris. de appell. Sed hodie eliguntur arbitri, vt ibi per eam, quam ſequitur Bald. & ponit prædictam rationem in 3. colum. ver. ſed iuxta hoc quæro, & alleg. alias cotas. ¶ Vtrum autem Papa, vel princeps ex certa ſcientia poſſit committere cauſam iudici ſuſpecto, vide pulchram diſtinct. Panor. in cap. cum inter priorem. 2. colum. de excep. ¶ Adde quod ſi aliquis allegat aliquem iudicem ſuſpectum, & mentiatur, tenetur ei actione iniuriarum, quia dicitur ei inferre conuitium. ita no. inquit Ang. in l. quæ omnia. per tex. ibi, in uer. magis conuitium. ff. de procura. ¶ Adde quod arbiter, & arbitrator poſſunt ut ſuſpecti recuſari. Imo & Panor. plene

plene in c. Quintauallis. in 5. col. ver. quinto, quod arbiter. de iureiur. per plura iura, & fundamenta, vt ibi per eum, & plene examinat Lanfran. & tandem eos ſequitur in tract. de arbi. in 34. q. & de arbitro eſt tex. & caſus in l. non diſtinguemus. §. cum quidam. ff. de arbitr. ¶ Et inquantum ſuprà dixi, quod cauſa ſuſpicionis debet de nouo ſuperuenire, tu adde, & dic idem eſſe ſi cauſa erat prius orta, & nunc nouiter detecta eſt, & ad notitiam partis peruenerit. iſta eſt glo. not. in §. exceptio. 3. q. 6. illam allegat & reputat not. Panor. à quo didici in loco proxime allegato. & ibi etiam ponit, quod etiã in notorijs poteſt iudex recuſari, ſi pœna imponenda non eſt expreſſa in iure, ſed uenit imponenda arbitrio iudicis, quia in arbitrando poteſt grauare partem, vt no. Archid. in c. quia ſuſpecti, 3. q. 5. & Hoſti. Ioan. And. & alij in cap. cum ſpeciale. de appella. & idem Panor. in c. cum ueniſſent. de iudi. Et inquantum ſuprà dixi, quod non poteſt iudex poſt concluſum in cauſa recuſari vt ſuſpectus, adde quod illud etiam uoluit Io. And. in c. cum dilectus. de ord. cogn. refert & ſequitur præceptor meus Hippol. de Mar. in l. maritus. in 5. colum. ver. & facit optime &c. ff. de quæſt. ſubdens tamẽ eſſe reſtringendum, & intelligendũ, niſi ſuſpicio ſuperueniſſet poſt concluſum in cauſa, quia tunc poterit recuſari. ar gu. c. inſinuanti. de offi. delega. de quo ibi per Doct. ita Hippol. ¶ Adde quod in S. R. C. & in magna curia vicariæ, & in alijs Tribunalibus regni, quando allegatur magiſter actorum ſuſpectus coram ipſis iudicibus, debet allegari cauſa, & allegare ut ipſi iudices ſe informent extraordinarie, & ſecundum quod eis videtur ſe gubernant, aliquando remouent magiſtrum actorum in totũ, aliquando dant ei adiunctum. ¶ Et dum ſupra dixi quod exceptio declinatoria iudicis non poteſt opponi poſt concluſionem in cauſa, allegando Ioan. And. in cap. 2. de ordi. cogn. adde Matthæum allegantem plures cotas in conſilio hoſtici. in 3. not.

In verbo, *eiuſque arbitrio committimus, &c.* Adde quòd allegans aliquem ſuſpectum infert ei conuitium. ſi ergo mentitur, & nõ probat tenetur iniuriarum, ita no. inquit Ang. in l. quæ omnia. ff. de proc.

In verbo, *adijcientes, quod in alijs ciuitatibus, &c.* Quid ſi diœceſanus eſſet ſimiliter ſuſpectus? dic quòd debet ei adiungi uicarius, & ſi in eo eſſet ſimilis cauſa ſuſpicionis, adiungitur alius, ſecundum Bal. in l. 1. C. ſi qua prædit. pot. ita no. inquit excel. doct. Ioan. Nico. Saler. præceptor meus, in rubr. ff. de offic. eius, &c. in 13. differ. ſubdens eſſe addendum ad hoc cap. regni. Matth.

• Additio. Principis circunſpecta prouiſio. *Cauſa ſuſpitionum remittuntur arbitrio protonotarij, ſi iuſta vel iniuſta ſunt. Adde quod dum in Audientia Aprutina fuiſſet declaratus ſuſpectus Magnif. Fabricius 35. iudex datus per D. Margaritam de Auſtria in cauſa Ioannis Felli de ciuitate Ducali, & eſſet appellatum pro parte d. D. Margaritæ, quæ prætendebat dictos ſuos officiales debere cognoſcere de tali ſuſpitione, magna Curia decreuit bene appellatum, & cauſam ſuſpitionis eſſe remittendam ad officiales d. D. Margaritæ. Et dum eſſet appellatũ ad ſacrum Conſ. die 6. Octob. 1569. facta relatione per me Iac. Anell. fuit per Aulã, in qua reſidebat Dominus d'alto mare, cõfirmatũ decretũ magnæ Curiæ, & fuit allegatus tex. in c. ſi cõtra, de offi. d. l. ... & ſic fuit iudicatum, quod Baro poteſt cognoſcere de ſuſpitione ſuorũ officialiũ, quod no.* De B.

Addi-

cum eis deputatorũ allegari ſuſpectum, cauſæ ſuſpitionis * exprimantur corã viro magnifico Logotheta, & prothonotario regni noſtri Siciliæ, collaterali, conſiliario, & fideli noſtro dilecto, vel eius locuntenente, aut alio cui ipſe Logotheta duxerit cõmittendum, qui extraiudicialiter, & ſine ſcripturis, prout expedire videbit, infra breues dies de cã ſuſpicionis huiuſmodi ſe informet oretenus. Et ſiquidẽ ſecundum eius arbitrium, & videre videbitur per informationẽ ipſam cauſam ſuſpicionis fore probatam, & ſecundum ſuum arbitrium eſſe iuſtam tunc recuſationem dicti iudicis, vel alterius officialis allegati ſuſpecti admittat, & vbi non videbitur ſibi cauſam ipſam ſuſpicionis infra breue tempus prædictum fore probatam, uel a principio non eſſe iuſtã, recuſationem ipſam iudicis vel alterius officialis nullatenus admittat, ſed ad ipſius prothonotarij dictum iudex ille allegatus ſuſpectus in cã illa procedat, non obſtante allegatione prædicta. Nos autẽ arbitrio, diſcretioni, & voluntati ipſius prothonotarij, eiusq; locumtenentis, vel alterius eligendi p eum, per præſentẽ ordinationem noſtram inſpiciendum cõmittimus, ſi cauſa ſuſpicionis ipſa iuſta ſit vel iniuſta. Et in caſu quo iuſta appareret, ſi ꝓbata ſit, vel non infra tẽpus prædictum, eius prothonotarij, ſeu eius locumtenentis dicto ſuper hoc ſtetur, abſq; aliqua cõtradictione quacunque. Eiuſq; arbitrio committimus imponẽdi, & exigendi pœnas, quæ ſibi videbuntur ab allegantib. cãm ſuſpicionis, & ipſam minime probantibus coram eo. Vt autẽ præſens edictalis ordinatio noſtra in notitiã deueniat ſingulorum: Et ne ipſius ignorantiam valeãt allegare, mẽbranam ipſius ſeriem continentem in porticib. caſtri nři noui Neapol. apponi fecimus, & affigi, quæ tenorẽ edictalis ordinationis affatæ, ſuoq; ſonoro præconio, & patulo iudicio publicabit. Cũ nõ ſit veriſimile remanere incognitũ, quod tã paētẽr in oculis omniũ diuulgatur. In cuius rei teſtimoniũ pſens edictalis noſtræ ordinationis ſcriptũ exinde fieri, & pendenti maieſtatis noſtrę ſigillo iuſſimus cõmuniri.

Datum Neap. per manus mag. viri Frãc. Zurli de Neap. Comitis mõtis Auri Logothetę, & ꝓthonotarij regni noſtri Siciliæ collateralis, cõſiliarij, & fidelis noſtri dilecti. Anno Domini, M CCCC XVII. die pen. Sept. 11. indic. reg. noſt. anno 4.

Adijciẽtes [a] ꝙ in alijs ciuitatib. & locis regni ſuſpiciones prædictæ modo, & forma prędictis debeant allegari coram diœceſano loci, vel eius vicario, qui ꝓcedat in præmiſſis, ſicut procedere debet prothonotarius iuxta formam prædictam.

De excuſationibus abſentium & aliorum. Rubrica.

De petitionibus abſentia admittendis.

ITẽ [b] ſi aliquis ciuiliter vel criminaliter ex officio, vel ex via ordinaria de mãdato ipſius Curiæ citatus fuerit, & excuſet per aliquã coniunctã perſonã ipſius, qđ citatus ipſe ſit abſens, & ꝙ arripuerit iter ad ſanctũ Iacobũ, vel ad ſanctũ Sepulchrum, talis excuſatio admittatur, niſi pſumatur malitioſè proponi.

Super excuſationibus infirmorum. Rubrica.

ITem * ſi aliquis vel aliqua [c] ciuiliter, vel criminaliter ex officio, vel via ordinaria de mandato ipſius curiæ citatus, vel citata fuerit, & excuſetur per ciuẽ idoneum, vel aliã coniunctam perſonã, quia infirmus vel infirma, vel mulier grauida ſit, adeò ꝙ ſine ſuæ perſonæ periculo in dicta curia cõparere non poteſt, quamuis in inſtrumento excuſationis ipſius, vbi vnus medicus, vel obſtetrix non ſit, nihilominus eius excuſatio ex quadã æquitate admittitur per Curiã ſupradictam.

* ADDITIO. Cauſæ ſuſpitionis. *Quod ſi allegatur ſuſpitio lite conteſtata, uide ſup. in c. prolixitatẽ. no. hac ad intelli. tũ qua ſcribit Alex. in conſ. 39. vol. 1. Item no ꝙ cã ſuſpitionis debet allegari & probari. Et ex his verbis no. ꝙ quando ſtatutum, ſiue lex mandat cum cã procedi ex non ſcripto, ꝙ tunc cenſentur reiecta omnes iuris ſolemnitates, etiam acta, libellus, & ſententia, vt poſt Angel. uoluit Paris in prin. tract. ſind. in 2. c. Adde vnam cõſt. cauſam ſuſpitionis, ſi iudex qui habet promulgare ſntam, dixerit uel propalauerit ꝙ aliqua partiũ nõ habeat ius in cã, quia tũc poterit, vt ſuſpectus recuſari. ita Inn. in c. irrefragabili. de off. ord. firmãt Domini de Ro. in antiq. deciſ. 256.* De B.

a ADDITIO. *Et de materia iſtius c. vide plene per D. Par. de Put. in tract. ſyndic. litera S.*

De excuſationibus abſentium & aliorũ. Rub.

b *ITem ſi aliquis ciuiliter, &c.* Iſte tamen excuſator ad excuſandũ citatum, & ad allegãdum cauſas abſentiæ, vel iuſti impedimenti, nõ debet audiri, niſi ꝓmittat de præſentando citatũ in certo termino. ita multũ no. inqt Bal. & ſequitur ibi Paul. de Caſt. dicens eſſe perpetuò menti tenendũ, & ſequitur ibi Alex. Iaſ. & idẽ Pau. in l. filiusfa. ff. qui ſatiſd. cog. Contra tñ hoc dictum adduco pulchrã deciſio. Ant. de Can. in tract. de excuſatio. in 30. q. ubi quærit ſi excuſator in cã criminali allegat cauſas abſentiæ, iudex vult quòd ſatiſdet de illo præſentando, tẽpore quo iuſta cã abſentiæ poterat eſſe finita, an ad id teneatur? & rñdet quod non, quia nulla lex hoc dicit allegat Io. And. ita plene tenẽt in addit. Spe. in ti. de defen. in rub. M.

Super excuſationibus infirmorum. Rubr.

* ADDITIO. Itẽ ſi aliquis, vel aliqua. *Vide Alex. in l. quæſitũ, §. fontico. ff. de re iud. Adde ꝙ ſicut infirmitas ſua excuſat, ita infirmitas ſuorũ, Alex. & Iaſ. in l. 1. ff. in ius voc. vt caut. & de excuſatore uide And. in conſtit. edictorũ. & Bar. in l. pen. §. ad crimen, antep. col. de pub. iudi. Ant. de Canar. in tract. de excuſator. an proceſſus valeat, Doct. in l. 2. §. ſiquis in iudicio, ff. ſi quis caut.* De Bottis.

c *Item ſi aliquis, vel aliqua, &c.* Hunc ritũ intellige, & declara, vt pulchre per Par. in tract ſynd. in ver. negligentia. in 5. col. vbi dicit ꝙ ritus iſte dicens, ꝙ ſi quis allegat infirmitatẽ, dẽt habere literas duorũ medicorũ, q̃ teſtificẽtur de infirmitate, debet intelligi ſi in illa ciuitate poterant haberi duo, aliàs ſufficit vnus, uel ſufficit ille, qui erit à cõi ad hoc deputatus: vt ritus intelligatur, & interpretatur ẽm ius cõe: quia ſtatuta ſunt interpretãda ſecundũ ius cõmune, vt l. oẽs populi. ff. de iuſtitia & iure, & l. 2. C. de nox. & ibi allegat iura, quod de iure cõi, qñ ſuper vulnere deberet adhiberi medicus a cõi ad hoc deputatus, eius cõſilio & dicto ſolius ſtabitur. Si aũt nõ eſt deputatus a cõi, dẽt duos adhibere, ſi reperiũtur in ciuitate. l. cõparationes. C. de fide inſtr. l. ſemel. C. de re mili. li. 12. alias ſi duo nõ reperiuntur, vnus ſufficit, vt in Auth. de nõ alien. vel pmut. §. qui ita. Bart. in l. 1. C. de pon. aur. lib. 10. nec ſufficit vnum medicũ adhibere, niſi ſit peritus. gloſ. in l. ab hoſtib. §. ſi uir. ff. ſoluto matr. ita Par. ¶ Adde tu ꝙ non creditur teſtificationi illius medici dicẽtis aliquem eſſe infirmum, & nihil operatur talis teſtificatio, & denuntiatio medici, niſi præcedat diligẽs iudicis inquiſitio. tex. eſt multum not. in l. ſemel. C. de re milit. lib. 12. & ibi multum not. Bart. illum textum ad hoc eſſe ſingularem. & ſubdit quòd iõ debet eſſe cautus aſſeſſor, quòd in actis faciat ſcribi & regiſtrari, quòd iudex diligenter inquiſiuit, & examinauit vtrum ſit infirmus, & ſi ex vulnere ſit remanſura cicatrix: & ipſo diligenter examinante, & inquirente medicus hæc retulit: aliàs non ualet. Quod dictũ ſequitur, & ſummò cõmẽdat Alc. poſt Bar. in proœ. ff. 3. col. in fi. & pceptor meus Corſ. in ſuis no. in uer. medicus, &c. inc. denũtiatio facta per medicũ, &c. Et in apoſt. ad Pan. in c. propoſuiſti. de prob. Et qualiter probet quẽ fuiſſe infirmũ, vide doc. Bar. in l. q̃ſitũ. in fi. ff. de re iu. vbi formaliter probabit ipſum fuiſſe ĩfirmũ per relationẽ medicorũ, ut l. ſemel. C. de re mili. lib. 12. ꝙ ut iudex mittat põt impetrare excuſator. arg. de vẽtre inſpic. l. 1. §. 1. & C. de fide inſtr. l. cõparationes. & poterit ipſe ꝙ fuerit infirmus docere proprio iuramẽto cũ aliis indiciis, putà quia facies eius eſt extenuata, quaſi hominis ſurgẽtis ab infirmitate: arg. l. minor 25. an. ſupra de min. poterit ẽt probare p duos aſtãtes ſibi familiares hoc caſu: arg. l. conſenſu. C. de repu. & de naufr. li. 11. ita Bar. tene mẽti, q. faciet tibi honorẽ in facto, quẽ ſequitur ibi remiſſiue Alex. & allegat cotas, & ꝙ impedimentũ infirmitatis allegatũ, & ſic ꝙ quis eſſet infirmus ex naturali iuſtitia, probatur iuſo. tenet And. de Iſer. in c. 1. in 3. col. de contr. inter vaſ. & aliũ de ben. alleg. l. ſcire, §. ſufficit. ff. de exc. tut. Et unde dr infirmus, & infinita dicta de infirmitate, & quotuplex eſt infirmitas, uide ſemp per Luc. in l. nullus, in 1. col. C. de decu. li. 10. ubi ſemp uide. Adde ꝙ iſte medicus dẽt eſſe inſignis & expertus, ac ꝓbatę artis, & fidei. Luc. in l. podagræ. C. qui mor. li. 10. ¶ Adde ꝙ teſtis põt deponere de ſanitate, & infirmitate corporis p aſpectũ. Bar. in l. 1. C. de

Vide de iuriſdictione & de ordine procedendi.

C.de men.val.lib.11.& Bart.in d.l.quæſitum.in fi.& ſequitur Franc. de Aret.in l.2.in antepen.col.ff.de teſta.& Iaſ.in l.ſeruum.in 2.col. circa princip.C.qui teſta.fa.poſ. ¶ An autem ſufficit ſi infirmus citatus mittat excuſatorem cum inſtrumento continente teſtimonium medicorum de ſuo morbo teſtificantium, uel debeat mittere procuratorem? hanc quæſtioné examinat pro & contra Lucas in d. l. ſemel.2. col.uer.ex pmiſſis, &c. Tandem concludit, ꝙ uſus iudiciorum æquitate ſuadente ſeruat, ꝙ ſufficiat excuſator, & ſubdit hoc eſſe uerum in medico approbato, & habente literas practicandi. Item intelligit uerum, niſi impedimentum ſit longum: & fortius eſt, ſi eſt perpetuū: nam tunc tenetur mittere procuratorem: aliàs contra eum tanquã contumacem proceditur. uide omnino eum plene loquentem & allegat iura, & in ſequen. col. uerſ. ſecundò quęritur, &c. ponit aliam quæſtionem, quid ſi citatus patiatur ęgritudiné non latétem, ſed manifeſtam & patenté, vtrum habeat locũ ſolennitas dictæ l. ſemel. & an poſſit probari per alios, quàm per medicos? & late diſputat, & concludit quod ſic. vide eum omnino. Adde ꝙ ſi medicus adhibetur ꝑ iudicem ad uidendũ, & iudicandum, an carceratus, qui allegat ſe infirmum graui infirmitate, uel ex febre peſtifera, & propterea ſe excarcerari petit, quòd medicus in hoc caſu debet iudicare de ueritate, quia febris cognoſcitur ex pulſu, & vrina, ex aliiſq; ueris ſignis, ita no. inqt Par. in tract. ſynd. uer. tortura. in cap. officialis poſuit ad chordam, &c. in 2. col. uerſ. & ego idé dicere, &c. Adde tu hic alium ſimilem ritum in ritibus vulgarib. char. 15. incip. *Item che ſe alcuno, &c.* ubi vult, quòd ſi aliquis eſt citatus, uel ei eſt mandatum factũ pro cauſa ciuili uel criminali, & in ultimo termino comparitionis nõ compareret, & eius procurator uel aliquis affinis cõpareret in curia, & allegaret infirmũ citatũ eſſe, ad probandã dictam infirmitaté, debet præſentare inſtrumentũ infirmitatis, & literas medici, per quas faciet fidé infirmitatis, alias ſi non præſentaret dictũ inſtrumentũ & literas, uel non doceret in prõptu de dicta infirmitate per teſtes fide dignos, & non compareret citatus: uel ſi eſt cauſa ciuilis, non cõpareret eius procurator, remaneret condénatus dictus citatus. ita uult c. prædictũ. tene menti. ¶ Et de hoc articulo qualiter probetur impedimentũ infirmitatis, quãdo quis citatur. uide latiſſime per Matth. in conſtitutione, cũ circũ. in 14. col uer ſexto quæro, & ibi ét ponit quid ſeruetur in magna curia Vicariæ. uide ibi omnino, & ibi allegat cotas. M.

● ADDITIO. Item ſeruat d.Cur. quod pro periurio. *Vide Moder. in c. regni, ſiue quis foriudicetur, nu. 20.*

De compoſitionibus. *Rubrica.*

a ITem quod *vbi proceditur ex officio Curia ad denuntiationẽ alicuius, &c.* Practicatur. Curia nõ componit, niſi prius parte cõcordata.

Non admittitur aliqua petitio, poſtquàm ſcripta eſt & lata interlocutoria. *Rubrica.*

ITem ſeruat ipſa curia ꝙ petitio excuſationis abſentiæ non admittitur per ipſam curiam, ſi datur petitio poſtquam lata eſt interlocutoria ciuilis, vel criminalis, & non ſufficit ꝙ ſit lata, niſi etiam lata ſit ſcripta in actis: vnde ſi eſſet lata, id eſt, lecta per vnum ex iudicibus, vt eſt de conſuetudine curiæ, non eſt ſcripta in actis, lata eſt dicta interlocutoria, &c. tunc auditur excuſatio, & datur excuſanti iuramentũ, ꝙ animo differendi iudicium & calumnioſè non facit, cuius datio iuramenti non ſcribitur in actis.

Item datur dicto excuſanti terminus ad denuntiandũ dicto excuſato, quod veniat, & ad comparere faciendum, qui terminus ſcribitur in actis, & datur eidem terminus ſecundum diſtãtiam loci iuxta formam iuris cõmunis. Si verò ille excuſator cum vellet offerre dictam petitionem, fuit forſitan impeditus, puta, quia ad locũ vbi curia regitur, intrare nequit, & curiæ hoc cõſtat verbotenus per aliquẽ, vel aliquos, qui illa hora, qua curia regitur, fuerit vel fuerunt in curia, tunc ipſa eadẽ hora antequam curia diſcedat, recipitur dicta petitio cum prędicto iuramẽto, & fit in ea prædictus actus, & habent locũ prędicta in ciuilibus & in criminalib. ſecũdum antiquã obſeruantiam dictæ Curiæ: quod nota.

De petitionibus admittendis in cauſis criminalibus. *Rubr.*

DIe 21. menſis Iulij primæ indictionis Neap. Anno Domini, M. CCC. LXXVIII. Prouiſum eſt per dictam curiam & decretum cum conſilij reginalis deliberatione matura, quòd in quibuſcunque cauſis criminalibus per quaſcunq; perſonas in dicta curia pro tempore mouendis nulla exceptio admittatur pro parte citati, vel citandi, aut citãdorum per procuratorem, ſcilicet, ipſius citati offerenda: niſi fuerit exceptio infirmitatis, aut abſentiæ, aut captiuitatis.

De foriudicatione. *Rubr.*

Non foriudicatur propter periurium.

ITem ſeruat dicta curia, quòd pro periurio * ſcienter commiſſo, vel ignoranter in iudicio, vel extra iudicium, non poſſit foriudicari de æquitate antiquata potius, quàm de iure.

De libellis dandis. *Rubrica.*

Practica ſuper dandis libellis.

ITem ſeruat ipſa Curia, quòd ſi actor vel accuſator fecit aliquem citari, & in peremptorio termino citatus comparuit, & etiam accuſator, vel actor, & ſi accuſator vel actor in dicto peremptorio coram Curia dixerit ſe non habere paratum libellum, & habet aliquam iuſtam cauſam, tunc Curia ipſa dat terminum arbitrio Curiæ vtrique parti, reo vt veniat pro libello, & accuſatori vel actori, vt veniat ad dandum, qui terminus raro ſcribitur in actis dictæ Curiæ.

De compoſitionibus. *Rubr.*

Quòd Curia ipſa nunquam componit denuntiatum, niſi pars denuntians ſit contenta.

ITem [a] ꝙ vbi proceditur ex officio Curiæ ad denuntiationem * alicuius, vel in obligatione pœnali maxime in aliquo maleficio, cu-

data. adde alium ritum ſimilem, inſ. col. ſeq. qui incipit, Itẽ quòd nullus locũ tenens. Adde tu ꝙ imo nec princeps poteſt remittere pœnã a lege ſtatutã, niſi offenſor ſatisfaciat parti læſæ, inquit And. de Iſe. in c. 1. in §. itẽ nulla, de ſtat. & conſuet. refert & ſequitur Luc. in l. ſi. in pen. col. C. de cond. in publ. horr. lib. 10. & in l. ſi apparitor, in pen. col. C. de cohor. lib. 12. Adde hic pulchram q. vtrũ Rex poſſit foriudicato remittere ſententiã foriudicationis, inuito eo pro quo ſola ipſa lata eſt. Hãc q. plene ponit Luc. ĩ l. ſi apparitor, in pen. col. ver. ſed quid in q. uetuſta, C. de cohor. lib. 12. & ibi arguit ad partes. tandẽ concludit in hoc, quod cã legitima ſubſiſtente, Princeps nedũ hoc põt, ſed debet, puta cũ de foriudicati innocentia liq̃at, nec hoc caſu debet ꝓcedere ſatisfactio parti: cũ offenſa eſt manifeſta, vide omnino eũ. Adde ét ecõtra, qđ licet pars remittat iniuriã, faciendo cõcordiã, vel pacẽ, non tñ iudex deſiſtet ab inquiſitione, uel punitione, Bal. ĩ l. ſi quis in hoc genus. per tex. ibi. C. de epiſ. & cler. ſequitur Fr. in tra. de epiſ. ĩ 32. char. in 2. col. Adde quòd iudex, qui male ſe habuit in offõ, debet prius & ante oĩa ſatisfacere his quos læſit &, tũc demũ pœna digna puniri. tex. eſt no. in d. §. ſi quis aũt. in Authen. de admi. illũ alleg. & ſequitur Luc. in l. iudices. in 3. col. ver. & no. quòd iudex. C. de dign. lib. 12. quẽ refert & ſequitur Par. in tract. ſynd. in princ. char. 14. col. 3. uerſ. iudices. in fi. Adde quod in pœna ordinaria, & certa lege ſtatuta iudex ob crimẽ ipſius ab officio remotus, debet primitus reſtituere dãna paſſis, deinde legis pœna puniri, ut in Authen. ut nulli iud. §. qm̃ uerò. uerſ. ſi. n. & in Auth. de admi. §. ſi aũt. Luc. in l. 2. in 3. col. C. de muner. lib. 12. Adde quod cũ aliqui alij inferũt læſioné, primo læſi debent recipere quæ contra iuſtitiã paſſi ſunt, deinde delinquẽtibus debẽt pęnæ legis inferri, vt in Auth. de q. §. ſi vero aliqui. & præalleg. §. ſi quis aũt. & 23. q. 8. peſſima. Luc. in l. 1. in 5. char. in 4. col. in fi. C. publi. læt. lib. 12. Adde eundem ritũ in ritib. vulg. char. 58. incip. *Item che la corte non deue admettere, &c.* Adde alium ritũ infra inci. Itẽ ſeruat ipſa curia non recipere, &c. vbi vult, qđ nõ dẽt admitti aliqs ad denũtiandũ, niſi prius obliget ſe nõ cõcordare cũ denũtiato. M.

Vide de iuriſdictione, &c. vide de cauſis et execu.

ADDITIO. *Et vide latè de hoc Par. de Put. in tract. de ſyn. litera C.*

● ADDITIO. Ad denuntiationem. *Vide Paridem de Puteo in tract. ſynd. in uerbo, compoſitio, col. 2. uide ritum incipientem, item ꝙ dictus locum tenens non debeat, neque poſſit. uide etiã alium ritum incip. item Curia ipſa componit de quolibet maleficio infra, & quomodo debet conſtare, uide alium ritum infra, incip. Item ſeruat ipſa curia nullum denuntiatum cõponere. & iſta obſeruantia eſt de iure cõi, vt per And. de ſtatu. & conſuet. cõtra liber. poſt prin. ſuper uer. bãno imperiali, ubi dicit ꝙ nedũ iudex, ſed Princeps nõ poteſt. uide eundẽ in tit. de Capi. q. cur. uẽd. & Bal. in l. unica, C. de in tus voc. & in l. generaliter, de ſer. fug. vlt. col.* De B.

● ADDI-

• ADDITIONES. Itẽ ſeruat ipſa Curia, nullum denuntiatum. *An fœmina poſſit facere pacem, vide in repet. c. quãuis, 24. col. de pac. lib. 6. & de materia vide Parid. de Puteo, de ſyndic. in uer. compoſitio. & ad iſta verba ritus, vide Alexan. in l. poſtquam liti. colum. pen. C. de pact. & uide praced. ritum quod curia componit ſaluo iure partis. & an ſufficiat habere pacem à defuncto, licet non ab harede, dicit quod ſic, ſtante ritu, qui loquitur, quod ſufficit habere pacem a parte. vide Bal. in l. 2. C. communia de leg. & Barto. in l. damni. §. ſi bini. ff. de damno infec.* M. Ant. Pul.

¶ *De compoſitionibus, vide omnino Paridem, in ver. compoſitio. Affl. deciſio. 287. & in c. 1. in ver pœnarum, nu. 17. & in ver. bona, nu. 127. in titu. quæ ſint regalia. & Gram. in voto fina. No. quod licet de iure communi poſſit remiſſio probari per teſtes, tamen ſecus eſt per iſtum ritum, vide quæ poſui ad l in ipſius, C. fa mil. erciſc.* De Bott.

• ADDITIO. Conſtitutionibus Regni. Sequuntur verba tex. quæ hic deficiunt, videlicet, *Verò denuntiatus velit cauſari, & non cõponere cum Curia procedit ad anteriora: raro tamẽ venitur ad ſententiam ferendam ex capitulis, id eſt ex officio. ſi tamen veniatur tunc in appellatione ſi ex cõdemnatoria ſeruatur per omnia ius commune, & conſtitutionum, & capitulorum regni. ſi verò eſt abſolutoria, ſiue ex mero officio, ſiue ex officio, pracedente denuntiatione, nunquam appellatur in aliquo caſu, licèt ipſa ſententia contra fiſcum proferatur, ſiue ſit confeſſus tantum, ſiue conuictus tantum.*

Et ita pridie de praſenti anno 12. indictio. fuit in ipſa Curia ſeruatum in ſententia abſolutoria lata pro Radulpho Brancatio, qui impediebatur per ipſam Curiam facta denunciatione contra eum per D. Franciſcum Galeetum de Neapoli. Et iuxta hunc ritum no. quod fiſcus non appellat ab abſolutoria, vide alium ritum incip. in cauſis. & Capic. in deciſ. 244. De Bottis.

ria nunquam componit denunciatum, niſi prius parte denuntiante contenta & concordata.

Item quod dictus locumtenens non debeat, neque poſſit aliquẽ pro quocũque delicto cõponere, vel aliquẽ ad cõpoſitionem admittere, ſiue procedatur per ipſam Curiã ad denuntiationẽ, ſiue ad accuſationẽ partis, ſiue ẽt ex officio ipſius Curiæ, niſi prius & ante oĩa pars læſa fuerit cõcordata, & tunc cõpoſitio ipſa fiat pręſentibus iudicibus, actorũ magiſtro, & ærario ipſius Curiæ. Verũ in caſu quo propter abſentiã pręedictorum a ciu. Neap. non poſſet hoc facere, & ſi propter dictã abſentiã huiuſmodi cõpoſitionem facere contigerit, ſubito teneatur & debeat reuelare eiſdẽ officialibus, & poni facere in quaterno prouentuũ dictæ Curiæ, & quod locumtenens ipſe nihil recipiat, niſi prout cõſuetum eſt in ipſa Curia, & antiquitus obſeruatũ.

Item Curia ipſa componit de quolibet maleficio ſaluo iure partis, excepto crimine hæreſis, & læſæ maieſtatis.

Practica ſuper compoſitionib. Rub.

ITem ſeruat ipſa Curia, nullum denuntiatũ * cõponere niſi pars ſit in concordia, cũ ea quæ eum denunciauit, & duob. modis põt cõſtare Curię de ipſa cõcordia, vel quod ipſe denuntiator veniat ad Regentẽ, vel ad quẽcunque alium officialem, & dicat, Ego volo iuſtitiam de tali denũtiato per me, ubi Curiæ & vobis placeat, vel ubi hoc nõ fiat per præſentiã denuntiantis, ſufficit ſi de iſta pace habita inter denuntiatũ & denuntiantẽ, & de renuntiatione talis denuntiantis reſeruato beneplacito Curiæ, conſtet curiæ per publicum inſtrumentum dictæ curiæ præſentatum, quod remanet apud acta dictæ Curiæ ſemper hoc conſtito dictæ Curiæ per unum de iſtis duob. modis, ſi denuntiatus vult cõponere cum dicta curia in caſibus tãtummodo a iure permiſſis, fit compoſitio, & ipſe denuntiatus admittitur ad compoſitionem indiſtincte ſemper in caſibus permiſſis a capitulis, & conſtitutionibus Regni.*

Item quod nullus accuſatus, vel denuntiatus, ſeu ex mero officio impetitus de aliquo crimine publico, vel priuato, ex quo ueniat imponenda pęna pſonalis, vel pecuniaria, nõ admittatur ad cõpoſitionẽ, niſi demum probato delicto per teſtes, uel per cõfeſſionem rei accuſati, vel denunciati, aut ex officio inquiſiti.

De literis. Rubrica.

ITem curia ipſa non credit literis ſigillatis alieno ſigillo, quantumcunque authentico, etiam ſi de hoc eodem literæ faciant mentionem.

Quod Regens debet ponere manum in literis. Rubrica.

ITem ſeruat ipſa Curia, quòd nulla litera Reginalis puta delegationis, ſeu reſcriptum in ea expediatur, niſi ſit manus propria Regentis, vel eius Locumtenentis, ubi ipſe ſcribit manu propria nomen ſuum tantum, aliàs dicta litera nullatenus habeatur pro admiſſa. Et no. quod quicunque præſentet aliquam literam quando ſcribitur in ea, præſentata fuit, &c. non dicitur per quem dirigatur ipſi curiæ cuiuſcunque officialis, vel Domini ſit de remiſſione, vel alio modo.

Item quòd nullus officialis audeat tradere, vel expedire aliquam literam abſque ſcientia Locumtenentis, & quòd primo ponat ſigillum Locumtenentis in ipſa litera, & deinde ſigillum magnum ſeu paruum dictæ curiæ, ſicut exigentia facti requirit.

Item omnes qui ſunt ad gagia Curiæ debent intereſſe lectionibus literarum.

De repulſa & impugnatione teſtium ſcripturarum & ſacramentalium. Rubrica.

ITem quòd curiæ ipſæ & quælibet ipſarum etiã inter Longobardos, repulſationem, & reprobationem ſacramentalium non admittant. *Vide de teſtibus.*

Non conceditur repulſa contra ſcripturas. Rubr.

ITem ſeruat dicta Curia, nõ concedere repulſas * alicui cõtra aliquas ſcripturas, videlicet, inſtrumẽta, vel alias ſcripturas, facta publicatione in cauſa poſt terminũ datũ ad probandum, ſed pars poteſt denuntiare de falſo, vel accuſare vtentes.

• ADDITIO. Item ſeruat dicta Curia non concedere repulſas. *Declara, ut per Capic. in deciſ. 63. habere locũ, quando ſcriptura ſunt praſentata ante litis conteſtat.* De Bottis.

Non admittuntur poſitiones reprobatoriæ in cauſa principali. Rubrica.

ITem ſeruat ipſa Curia, quòd in exceptionibus, * & articulis primis, nulla exceptio vel articulus recipitur, vbi reprobetur aliquis teſtis partis aduerſę, cum tempore repulſæ quilibet poteſt reprobari, iuxta cap. præſentium. extra de teſti. in dictis tamen primis exceptionibus, & articulis, quando reprobatur teſtis, quia inimicus, tunc ante repulſam recipitur talis exceptio, iuxta authen. ſi dicatur. C. de teſtibus. Quandoque etiam vidi in ipſa curia non recipere talem exceptionem inimicitiæ, antequam detur repulſa.

• ADDITIO. Item ſeruat ipſa Curia quòd in exceptionibus. *Exceptio inimicitia in teſte repellit examen. uide in glo. fin. in ſi. in conſt. reg. lite legitime.* De Bot.

Qualiter datur terminus in repulſa. Rubrica.

ITem ſeruat ipſa curia cum petitur repulſa, terminus ad repellendum teſtes datur iſto modo, ad ponendum hodie, vel cras, ad probandum per totum talem diem: & ſeruatur iſta practica.

Item ſeruatur in petitionibus beneficij reſtitutionis in illo, videlicet, in quo beneficio datur terminus ad probandum, ſicut petitio reſtitutionis dierum præteritorum

De pra-

feriatorum infra ferias non in honorē Dei: ſed de alijs ferijs, quę cōcurrent alicui in aliqua cauſa, cui aliquis terminus datus erat, ita ꝙ infra illum terminum ſibi datum, puta ad probandum, fuerunt dies feriati, puta 20. propter ferias meſſium: nam reſtituuntur illi data petitione, in qua nullus terminus datur: quia notorium eſt iudici, ut iudici ferias induxiſſe, & terminū illi dediſſe per acta Curiæ: dies enim feriarum in honorem Dei non reſtituuntur per ipſam curiam, quod nota.

De repulſa concedenda. Rub.

ITem ſeruat dicta curia, quòd cum actor vel reus petit repulſam, tunc curia interrogat aliam partem ſi vult etiam repulſam, & vbi voluerit, datur ambabus partibus, vbi non velit, tunc ſcilicet, abinde ad 15. dies petat, vel circa iſte alius: tunc curia præſumit, quòd ille qui tunc non voluit, fecerit cauſa protelandi, quia tūc noluit cum potuerit petere, & eſſet facta publicatio pro vtraq; parte, & ideo quando poſtea petit, curia cum maiori deliberatione concedit dictam repulſam ei, qui tunc petijt, ideſt, magis differt curia antequam concedat, multoties ante concedit ex cauſa prædicta, vel alia arbitrio dictæ curiæ.

De præambulis. Rubr.

ITem [a] ſeruat ipſa curia ꝙ quando creditor pręſentāt inſtrumentum debiti cōtra debitorem ſuum, & inſtrumētum non eſt liquidum de ſe, & velit creditor liquidare inſtrumentum per petitionem præambuli, & per teſtes examinandos in dicta petitione, vt puta, quia eſt hæres creditoris defuncti, & primo & ante omnia pręſentare debet in dicta curia inſtrumentum, & exprimere pro quanta quantitate præſentat inſtrumentum, & ſe obligare ad pęnam vnius floreni pro qualibet vncia debenda ei per debitorem, & perſequi cauſam infra duos menſes. & deinde offerre petitionem præambuli, ad hoc vt ſi appareret, quòd dictus hęres ſeu alius creditor non deberet habere integram pecuniam, pro qua ſe obligauerit, teneatur ſoluere eidem curiæ dictā obligationem ad rationem de Floreno vno per unciam, & ſi inſtrumentum ipſum non præſentabit in dicta curia, & obligationem ipſam non facit, primò & ante omnia, ut prædicitur, non admittatur per dictam curiam ad oblationem petitionis præambuli pro eo, quòd curia ipſa non intendit uexare partes, & iudicium eſſet eluſorium.

De ſaluo conductu vel moratoria. Rubrica.

NOta [b] quòd quando eſt conceſſus ſaluus conductus, vel moratoria, debitor tenetur cauere de ſoluendo poſt lapſum anni.

Item quia iudicia claudicare nō debent, & omnibus æqualiter ſunt obſeruanda, & iniqua iura conceſſa tollenda, & iure æquo confirmanda, de certa noſtra ſcientia, ac proprio noſtro motu prædictis volumus, mandamus, & decernimus, quòd omnes illæ perſonæ vniuerſitateſque Regni prædi-

De præambulis. Rubrica.

a ITem *ſeruat ipſa curia, quod quando creditor, &c.* Vnde autē fuit ſumpta iſta practica huius ritus, quod ſit præambul. vide Matthæum pulchre declarantem in conſtitut. eos qui ſcienter. in 4. quæſtione. Adde alium ritum in ritibus vulgaribus, char. 126. incipien. *Item ſi lo principale, &c.* Vbi vult quod quando principalis debitor eſt mortuus, & eius hæres vult præſentare inſtrumentum ſecundum formā ritus, primo debet facere præambulū, videlicet, debet præſentare teſtamentum, ad oſtendendū qualiter eſt hæres, & debet facere examinare nōnullos teſtes, ad probandū quòd adiuit, & accepit hæreditatē: & deinde præſentare inſtrumētum liquidum: alias non poteſt præſentari, nec procedi ad interrogationē ſuper dicto inſtrumento ſecūdum formam ritus. Ita vult illud cap. tene menti. & vide omnino alium ritum aliter loquentē ſup. inci. item ſeruat ipſa curia, quod ſi ſit præſentatio. M.

De ſaluo cōductu, & moratoria. Rubr.

b NOta quod quādo eſt conceſſus ſaluus conductus vel moratoria, debitor tenetur cauere de ſoluendo poſt lapſum anni.* Hoc autem voluit tex. in l. uniuerſa. C. de preci. Impe. offeren. qui text. habetur tranſumptiuè in Decretis 25. q. 2. cap. uniuerſa. ¶ Adde quòd hæc exceptio ſatiſdationis non præſtitæ, eſt exceptio dilatoria, quæ ſi non fuit in princ. oppoſita, intelligitur tacite remiſſa: ſecundum Franc. de Are. conſi. 136. incip. clariſſime domine &c. ſequitur, & magnifacit Iaſ. in d. l. vniuerſa. 2. col. ver ſic. vltra ſupradicta, &c. ¶ Adde quod ſi debitor iurauit nullā exceptionem opponere, & poſtea ſuperior ſibi conceſſit dilationem quinquennalem, poteſt iſtam exceptionem opponere, non obſtante iuramento, quia intelligitur excepta authoritas ſuperioris: ita ſingulariter dixit Cyn. in l. fi. 3. quæſt. C. ſi contra ius vel util. publ. & ibi ſequitur Salyc. & mod. ſequitur Pau. de Caſt. & Iaſ. in l. fin. in 3. colum. ver. ultimo facit, & c. ff. de his qui ſatiſd. cogan. ¶ Adde etiam quod tunc demum tenetur debitor ad præſtandum hanc ſatiſdationem, quando princeps hanc dilationem, & ſaluum conductum cōcederet ex alia cauſa, quam paupertatis, puta propter incommoditatem aliquam, ſecus ſi in reſcripto contineretur, quod propter paupertatem debitoris ita indulget princeps, quia tunc non eſt verisimile, principem velle eum teneri interim ad ſatiſdandum, ne dictum reſcriptum videatur fruſtratorium, & ludibrio conceſſiſſe. arg. cap. ſi Papa. de priuil. in ſexto, cum ſimil. ita ſingulariter dixit Bald. nouel. in tract. de dote in 8. parte. in ſecundo priuilegio. ſubdens quod nunc ſufficeret præſtare iuratoriam cautionem, ſecundum quoſdam in authen. generaliter. C. de epiſcop. & cleric. & per glo. not. in l. 1. ff. qui ſatiſdare cogan. Imo tunc forte teneretur cauere, cum generali hypotheca bonorum, & etiam cum adiectione pœnæ, ſecundum quod habetur in l. prætoriæ. ff. de præt. ſtipulat. & ibi per Bart. & per gl. & Ang. in l. 2. §. ſed ſi dubitetur. ff. de re iudic. & no. in l. filio. ff. ut leg. nom. caue. ita Bal. nouel. ¶ Adde quod hæc ſatiſdatio tandemum eſt præſtanda, ſi petatur per creditorem, aliàs ſi non petitur, poteſt debitor bene uti reſcripto. ita glo. ſecunda in dicta l. vniuerſa, quam ibi communiter ſequuntur Doctores, & ibi Iaſ. cumulat multa ſimilia. ¶ Et ſi hæc ſatiſdatio non præſtatur, licet ualeret reſcriptum eſſentialiter, tamen non ualet quantum ad utilitatem, & commodum impetrantis, niſi ſatiſdet, ſecundum Bald. in d. l. vniuerſa. & ſi præſtatur fideiuſſio, valet reſcriptū effectualiter, & cōfirmatur per ſatiſdationem ſubſequentem. ita Bal. ibi, dicens illam eſſe veram, & communē opinionem. ſequitur & multum commēdat deciſio ſacri Conſilij. 378. incipien. quidam debitor, &c. An autem debitor qui habuit dilationem quinquennalē elapſo dicto tempore poſſit cedere bonis? dic ꝙ non. ita eſt gl. multum no. in l. fin. quam ibi cōmuniter ſequuntur Doct. C. qui bonis cedere poſſunt, per quam glo. ita in facto determinauit deciſio ſacri Conſilij 378. incipien. quidā debitor, &c. allegat plures cotas. Adde quod ſi alicui debitori eſt cōceſſa dilatoria, dummodo quòd ipſe debitor ſit pauperior creditore, quod debitor debet probare hanc qualitatem, ſe eſſe pauperiorē, alias non gaudebit moratoria. ita in terminis determinauit deciſio S. C. incipien. Princeps conceſſit, &c. per plura fundamenta, ut ibi per eum.

An autē debitor qui impetrauit moratoriā, & ſic ius iniquum, contra ſuos creditores, poſſit pendente tempore moratoriæ cōuenire dictos creditores? dic quod non, per regulam l. ſi quis iniquum. ff. quod quiſque iuris. ubi dicitur quòd contra impetrantem ius iniquum fit retorquitio, etiam quod eo non ſit uſus. & ſic ipſe creditor ſi faciet conſtare quod eſt creditor, poterit ius iniquum retorquere. ita in terminis determinauit S. C. in deciſio. 66. incipien. quidam impetrauit, &c.

Adde quod iſtæ moratoriæ, & ſalui conductus, non extenduntur ad debitum iuratum: ita Alexand. conſil. 38. incipien. viſa petitione, &c. in ſecunda colum. ver. circa ſecundā dubitationem. in 3. uolum & conſi. 206. incipien. uiſis his, &c. 2. colum. uer. dico inſuper, in 2. uolum. & fuit originalis deciſio Cyni & Salyc. in d. l. fin. C. ſi contra ius uel util. pub. ſequitur Iaſ. in d. l. quoties. & in d. l. fin. & magnificat uſque ad aſtra M. doctor Thom. de Brix. in ſuis caute. no. caute. 55. incip. oculata fide, per plura fundamenta, & rationes. & alleg. plures cotas. Adde quod ſi tu impetraſti contra moratoriam, & tunc non eras creditor meus in aliquo, poſtea incepiſti eſſe, ſi ages, poſſum cōtra te retorquere, & uti ſimili dilatione, & exceptione. l. 3. §. illud. & ibi Pau. de Caſt. ff. quod quiſ. iur. Adde ꝙ hæc moratoria non poteſt concedi per poteſtatē ciuitatis debitori cōtra creditores. ita Pau. de Caſt. in l. 1. per gl. ibi. ff. quod quiſ. iur. Et hæc moratoria non tranſit ad hæredes. Io. de Imo. in l. maritum. ff. ſoluto matrim. Adde quod in iſtis moratorijs conceſſis debitori non comprehenditur

tur

tur dos, ſicut nec fiſcus, vt in §. neque. in Authen. de mand. princ. cum dos, & fiſcus paribus paſſibus ambulent. C. de priuil. fiſ. ita egregiè inquit Lanfran in l. 1. ff. ſoluto matrimo. refert etiam Baptiſta de ſancto Bl. ſio, in tract. de priuil dot. in 289 priuilegio. Tene menti, quia nunc habeo in facto in hoc S. R. Conſi. Adde quod impetrans moratoriã tenetur ſatiſdare, etiam ſi ſit ſoluendo, & ſit manifeſte idoneus facultatibus, quia poſſet poſtea effici non ſoluendo. ita no. inquit Bal. in d. l. vniuerſa. C. de prec. imper. offer. in 2. col. verſic. 3. caſu. ſequitur, & commendat Franc. de Aret. in l. diuortio. §. interdum in 4. colum. ff. ſolu. matrim. ¶ Et quod hæc moratoria, & ſaluus conductus non extendatur ad debita iurata, ponit pulchrè deciſio S. C. in deciſio. 5. incip. Dominus Rex. vbi alleg. plura alia conſil. Alex. & alias cotas. & refert ibi Matt. quòd ita fuit bis iudicatũ per S. C. ex voto omnium conſiliariorũ, nemine diſcrepante. & relatũ Regiæ Maieſtati & ſic fuit executum. & etiam ponit quod iſta moratoria, & ſaluus conductus intelligitur ſecũdũ pragma. Regis Ferdinandi I. quæ incip. nonnũquàm ſuper intelligentia, &c. ſub data 1486. ſcilicet, vt non intelligatur contra vaſallos Regis, vel collegatorum. Vtrũ autem iſta moratoria, & dilatio quinquennalis ad ſoluendum conceſſa debitori competat eius fideiuſſori? dic q; non: quia hoc priuilegiũ eſt perſonale, & perſonale nõ tranſit ad fideiuſſores. l. exceptio. ff. de except. ita no. inquit Cy in l. quoties. C. de prec. imper. offer. quem ibi ſequitur Bal. & Pau. de Caſt. qui ſubdit quòd ſemper remittitur ad dicta Cy. ibi. & Bal. in l. tam mandatori. in 3. col. verſi. ſecundum, &c. C. de non numer pecun. & Guliel. de Cun. in l. penul. C. quando Impera. in pup. & ui. &c. Bar. Imo. & Alex in l. cum filius. §. 1. ff. de verbor. obligat. vbi ſubdit Alexan. quòd ita tenent omnes cum Barto. & Cyn. Imo. tamen ibi limitat, niſi principalis compareret in iudicio, ad aſſumendũ in ſe onus, &c. quia tunc priuilegium competens principali, competeret etiam fideiuſſori. hanc limitatio. tamen reprobat Alexan. & ibi per eum pulchrè Cyn. in d. l. quoties. quem ibi ſequitur Bald. in fi. & inquit quod quamuis hoc caſu non proſit fideiuſſori dilatio cõpetens principali debitori, proderit tamen ei oppoſitio principalis, quia ipſe principalis debitor, tanquã procurator in rem ſuam accipiet defenſionem fideiuſſoris ex perſona ſua, & opponet beneficium dilationis, quod dicit ibi Bal. eſſe no. Adde vnum verbum in d. l. tam mandatori. quòd ne fideiuſſor habeat regreſſum contra principalem, poteſt principalis comparere ex perſona ſua, & opponere de beneficio ſibi conceſſo pro ſuo intereſſe, ne conueniatur a fideiuſſore, ſecundum Cyn. in d. l. quoties. ¶ Et ſi per principem concedatur dilatio debitori meo, an interim teneatur mihi ad vſuras, & an interim præſcribat contra me? vide Cyn. in d. l. quoties. quem ibi ſequitur remiſſiue Pau. de Caſt. Quæro de pulchra quæſtio. Titius habuit ſaluum conductum, & moratoriam a principe, quòd a nullis creditoribus ſuis hinc ad quinquennium poſſit moleſtari, an intelligatur quod non poſſit conueniri a creditoribus ratione delicti? dic quòd non, ita no. inquit Roma. quæſt. 182. incip. quid ſi Titius, &c. dicens quod illud eſt ſingulare uerbum Guil. de Cun. in l. ſi ex parte. §. quanquam. ff. quod cum eo. & in l. ſi reus. ff. de iudic. Verum autem ſufficiat iuratoria cautio ſi iſte debitor petens moratoriam, nõ poteſt inuenire fideiuſſorem? hoc argum. pro & contra diſputat conſulendo Roman. conſi. 439. incip. circa primum, &c. in vltimo dubio. tamen concludit quod non ſufficit iuratoria cautio, ſed debet præſtare cautionem pœnalem. tene menti, & tenet hoc per glo. not. in l. 2. §. ſed ſi du-

cti, quibus forſitan per noſtram maieſtatem, ſeu per noſtros prædeceſſores ſalui conductus, ſeu moratoriæ conceſſi fuerint, ſeu in poſterum forſitan concederẽtur, de non trahẽdo ipſos, & quẽlibet ipſorum in iudicio motu proprio conceſſi, & concedendi, cuiuſcunque dignitatis, ſtatus, gradus, præeminentiæ & conditionis exiſtant, vel exiſtat teneantur & debeant, ac teneatur & debeat, idoneam fideiuſſoriam cautionem eorum creditoribus ad omnem ipſorum creditorum requiſitionem præſtare de ſoluendo debitum, ad quod eis tenentur poſt tempus ſtatutum, & eis in dictis ſaluis conductibus ſeu moratorijs indultum, iuxta formam in moratorijs a iure communi ſtatutam, alias effectu dictorum ſaluorũ conductuum & moratoriarum careant ipſo facto: & eis huiuſmodi ſaluus conductus, & moratoria in iudicio, vel extra nõ opituletur, quibuſcunque clauſulis derogatoriis in eiſdẽ ſaluis cõductibus & moratoriis forſitan apponendis non obſtantibus quoquomodo, & præcipuè ſi in ipſis contineatur, q; non teneantur pręſtare fideiuſſoriã cautionem.

De ſupplendis defectibus cauſarum. *Rubrica.*

Capitulum emanatum a Duce Calabriæ Domino Ioanni de Haia Regenti Magnam Curiam de ſupplendis defectibus iudiciorum.

Item quòd in deciſione cauſarũ ciuilium in ipſis Curijs & qualibet earum agitandarum ſeruetur & ſeruari debeat litera Ducis Calabriæ & æquitas ipſius: cuius tenor ſequitur: & eſt talis.

CArolus Illuſtris Hieruſalem, & Siciliæ Regis Roberti primogenitus, Dux Calabriæ. & eius Vicarius generalis Ioanni de Haia Paterno Cambellano, magiſtro oſtiario, conſiliario, ac noſtræ magnę curiæ Regẽti, & iudicibus eiuſdem curiæ, conſiliarijs, & familiaribus paternis, noſtriſque ſalutem & dilectionem ſynceram.

Deteſtantes [a] quod plurimũ, & magis per ſophiſticas, quã ueraces aduocatorũ verſutias, veritas iuſtitiæ lateat, & celerem executionem eius cuius debitores exiſtimus, indefinitum litium terminũ non producat: de certa noſtra ſcientia, & pręſenti epigrammate declaramus, volumus, vobiſq; cõmittimus & iubemus expreſsè, vt ſi quãdo proceſſus cauſarũ, de quib. vos vel veſtrũ al-

ſi dubitetur. in ver. ſola promiſſione ff. de iudic. & ibi etiam allegat alia iura. vide eum. Adde hic vnum aureum verbum, quod hæc moratoria, ſeu ciuilitas poteſt allegari poſt ſententiam, adduco Bald. in l. ſi filiusfamil. in vltim. verb. ff. ſi certum petat. vbi formaliter inquit, & eſt argumentum quod ſi ciuilibus eſt aliquid in beneficium indultum, etiam poſt ſententiam poteſt reus ciuilitatem allegare. ita Bal. tene menti, quia eſt de pane lucrando. An autem debitor ex contractu iurato obtinens moratoriam a principe ſit periurus? hanc quęſtionem ponit & examinat pro & contra, Luc. in l. 1. in penult. colum. verſic. quidam iurauit. C. qui mili. poſſ. lib. 12. Tandé concludit quod eſt periurus, & hoc putat eſſe verius, niſi ad ipſam moratoriã neceſſitas, vel difficultas nimia induxiſſet, vel princeps eam motu proprio conceſſiſſet. tene menti, quia faciet tibi honorem in facto, vt valeas repellere aliquem a teſtimonio tanquam periurus. Et dum ſupra dixi allegando Bald. in l. quoties, quod iſta dilatio quinquennalis non prodeſt fideiuſſori, adde quòd eum ſequitur Matth. in conſtitut. patarenorum. in 4. colum. & allegat alias cotas. Quãto tempore debet eſſe iſta dilatio, quæ cõceditur debitoribus de iure cõmuni? dic quòd debet eſſe quinquennalis. Pau. de Caſt. in l. quoties, in vltima colum. verſi. extra Cyn. quæro, C. de prec. Impera. offeren. per tex. in l. fina. C. qui bonis cedere poſſ. Quid ſi dilatio conceſſa excedit quinquennium, an reſcriptum reddatur inutile? vel ſit vtile vſque ad quinquennium? dic quod in totum redditur inutile. Pau. de Caſt. in d. l. quoties in fi. ſequitur Matth. in conſtitu. ad officium Baiulorum, circa finem. Adde quòd iſtę moratoriæ non extenduntur ad debitum iuratum. tenet etiam Fely. in cap. conſtitutus. in 3. colum. & 5. de reſcrip. alleg. Salyc. & Cyn. in d. l. fina. hic allegata. & illud conſilium Alexan. hic alleg. 266. Adde quod iſtæ moratoriæ præſumuntur conceſſæ in dubio ad poſtulationem partis. cap. ſi motu proprio, de præben. in ſexto. l. 1. C. de pe. bono. ſubla. lib. 10. Alexan. in d. conſil. 266. in fine, refert & ſequitur Felin. vbi ſupra, in 3. colum.

Adde quod moratoria ſimpliciter conceſſa contra creditores, intelligitur conceſſa creditoribus tempore moratoriæ, & ſic non intelligitur conceſſa contra futuros creditores. Bar. & Ang in l. 3. §. illud. ff. quod quiſ. iur. vnde inquit Angelus, ſi impetraui, vt non tenear reſpondere creditoribus meis vſque ad quinquennium, ego non vtar reſcripto, & moratoria contra creditores futuros. ita Ang. per multa iura, & inter alia per l. ſi ita. ff. de auro & arg. leg. & imputatur mihi, dicit Ang. qui non prouidi melius. M.

a Capitulum, *Deteſtantes*. Adde hic vnum no. ver. quòd ex quo illa ſolennitas, quòd declaratur locus & tempus in accuſatione, eſt inducta de iure ciuili, vt l. prætor edixit. ff. de iniur. & l. libellorũ. ff. de accuſ. & per hoc c. ſunt ſublatæ omnes ſolennitates iuris ciuilis quod non erit neceſſaria declaratio, expreſſio temporis, & loci in accuſatione, ita no. inquit Matth. in deciſi. 5. cap. 250. incip. ſæpe ſæpius. vbi dicit, quòd ita fuit deciſum in d. S. R. C. Adde quòd hoc c. tollit ſolennitatem litis conteſtationis. Matth. deciſ. 283. & ita concludit Par. in tracta. ſynd. in commento huius cap. deteſtantes. Adde eundem Matth. in conſtitut. contumacem, in primo no. ver. ſed ex quo in Regno. vbi formaliter inquit, quod ex quo in Reg. ex defectu conteſtationis litis in proceſſu poteſt procedi ad diffinitiuam ſententiam, vt in c. hoc, deteſtantes, poteſt procedi in contumaciam citati, & non comparentis, etiam ad diffinitiuam ſententiam lite non conteſtata.

Adde

Adde quod per hoc cap. hodie eſt prouiſum poſſe procedi ad ſñiam diffinitiuam, etiam ꝙ non ſit lis conteſtata, dummodo cõſtet de veritate, & ſic eſt ſublata ſolennitas conteſtationis litis, dicit pulchre Matth. in procem. conſtit. in 12. quæſt. in 5. col. verſi. 8. concluſio. ſubdens poſtea formaliter. Et ideo in regno, ut plurimũ fiunt proceſſus ſine litis conteſtatione:

claratio fuit facta propter dubitationem And. de Iſer. in procem. conſt. regni, qui videbatur facere differentiam inter ſolennitates iudiciorum & ſubſtantialia iudiciorum, & fuit additum illud de ſententia rite & recte ferenda. vide Parid. de Puteo in tract. ſindicat. in c. deteſtantes, in ver. rerum Iudex, 6. colum. Iacobus Anellus de Bottis.

nam oblata petitione, & citata parte, ſi nõ obſtãt exceptiones oppoſitæ ad impediendũ litis ingreſſum, ſine litis cõteſtatione datur terminus ad probandũ, & defendendum, & niſi eſſet dictum capitulũ, deteſtãtes, omnes proceſſus ruerent in Regno: quia litis conteſtatio eſt de ſubſtantia ordinis iudiciarij. glo. eſt in cap. in cauſis. de offic. deleg. & in cap. dudũ eccleſia. de elect. vide eum. ¶ Adde eũdem Matth. in conſt. pacis cultum. in 16. col. vbi inquit, ꝙ hodie per hoc capitulum, deteſtãtes, Iudices procedunt ad ſñiam, dummodo cõſtet de veritate, etiam omiſſa litis conteſtatione, & quod hoc capitulũ tollat litis cõteſtationis ſolennitatẽ, & nõ requiritur litis cõteſtatio, tenet & pulchrè Paris in tractatu ſyndic. in cõmen. huius capituli, ſ. in 1. & 3. colum. uide eum pulchrè loquentem. ¶ Adde Matthæum in conſtitutione, iuriſperitorũ, in ult. col. dicentẽ ꝙ hodie in omnib. cauſis in Regno, litis conteſtatio omiſſa nõ reddit proceſſum nullũ, & allegat hoc c. & ſic in contumacia poteſt procedi ad dationẽ termini ad probandũ, & ad receptionẽ teſtium in contumaciã, omiſſa litis conteſtatione, quod etiã firmat Panormi. in c. cũ olim, in ult. col. de teſt. & poſtea dẽt citari ad alios actus incũbentes. ¶ Quia non ſequitur, fuit contumax in uno, ergo in alio, ut dicit glo. in 2. c. in verſi. teneris, de do. & con. quã ad hoc alle. Panor. in c. auditis. in 2. col. de procur. Et ſic cõtumax in uno actu debet citari in alio, ut in c. cõſuluit, de offic. deleg. ita Matt. allegans alias cotas. M.

Additio. *Et vide eſſe de intellectu huius pragmaticę per Dominũ Parid. de Put. in tract. de ſindicatu, in ſecundo quinterno. in c. an dictũ capitulũ & c. c. deteſtantes, ꝑ multas quæſtiones gloſſauit & declarauit.*

ter in dicta noſtra curia, vt ordinarij, vel delegati de eiſdem cauſis cognouiſtis, vel in antea cognoſcetis, vel quas ad vos deuolui per quãcũque viam contingat, vel cõtinget: ex defectu commiſſæ ſolennitatis iudiciariæ, proponi, allegari, dici, vel excipi cõtigerit eſſe nullos, dũmodo aliàs debito modo ſuper negotio liqueat de pura ſubſtantia veritatis, propoſitione, allegatione, aut exceptione huiuſmodi non obſtante, tunc ad finalẽ deciſionẽ cauſarum ipſarum Deum & ipſam iuſtitiã habendo præ oculis procedatis, aliquibus legibus, ſeu conſtitutionib. contrarijs non obſtantibus quoquomõ illo vel illis, ex veſtris iudicib. qui præſens ſeu præſentes extiterint executioni præſentiũ vacaturis, aliorum abſentia nõ obſtante. Exceptis tamen priuilegijs conceſſis Comitibus, & Baronibus, tã generaliter quàm ſpecialiter, quæ ex vigore præſentium infringi nolumus quoquomodo.

Datum Neapo. Anno dñi. 1320. die 28. Deceb. 3. indict. Regnorum dicti Domini patris noſtri, an. 11.

Quas quidem literas * declaramus, decernimus, & iubemus intelligi debere de quacunq; omiſſione etiam ſubſtantialis proceſſus ſolennitatis; dummodo aliàs ritè & rectè ſententia proferatur.

Litera de ſupplendis defectibus poſt literam, deteſtantes.

ISabella Dei gratia Hieruſalẽ, & Siciliæ Regina, Andagauiæ, Bari & Lothoringiæ Duciſſa, Põtis Marchioniſſa, prouinciæ Zenonianæ, Forcalquerij, ac Pedimontis Comitiſſa. Necnon & pro Sereniſſimo & Illuſtr. Principe, & Domino coniuge noſtro Reuerendiſ. Domino Renato eadem gratia dictorum regnorum Rege, &c. Vicaria generalis, magnifi. Raymundo de Vrſinis Nolano Palatino, ac Sarni Comiti magiſtro Iuſtitiario regni Siciliæ, collaterali & earum Locumtenenti: Necnon Regenti magnam Curiam noſtræ Vicariæ præſenti & ſucceſſiuè futuris conſiliarijs fidelibus Regis noſtriſq; dilectis gratiam & bonam uoluntatem, &c. Quãtum eſt poſſibile, * cordi nobis eſt lites minuere, & eiſdem finem breuem imponere, expenſis, damnis, ac intereſſe noſtrorũ fideliũ poſſe tenus obuiare. Qua de re calumnias litigantiũ, ſubterfugia, & protelationes poſtulãtium, ex debito nr̃i officij amputãtes: Hac lege noſtra Deo authore perpetuo valitura, oẽs cauſas, lites, quæſtiones, proceſſus, ſeu controuerſias, quę in noſtra Magna Curia Vicariæ Neapo. ordinariè, ſiue de iure delegationis, aut per modũ recurſus querelæ, nullitatis, ſupplicationis, ſeu appellationis, tractari, moueri, aut uentilari, ciuiliter vel criminaliter cõtinget: Non obſtãtibus quibuſcunq; libelli ineptudine ac nullitate, ẽt ſi totũ proceſſum reſpiciãt, ꝗ̃ perſonas litigantiũ, aut iuriſdictionis, ſeu iudicis nõ concernãt, dum tñ in proceſſib. ex articulis, poſitionib. capitulis productis, aut probatis, ſeu cõfeſſis, narratis, aut cõcluſis, de veritate illorum, de quib. ſeu pro quib. agitur cõſtet, & appareat ſm veritatẽ, & ipſa ſola veritate dũtaxat inſpecta & cõſiderata, decidi, diffiniri, & determinari ſancimus. Qm̃ ſcriptum eſt, veritati ſemper locum fore. Super expenſis vero proceſſuum vobis, & cuilibet veſtrũ, vt bonis viris, ac veſtrorũ arbitrio duximus relinquendũ. Quę oĩa ſeruari iubemus nõ ſolum in cauſis futuris, ſed etiã in pendentib. de pñti. Pręſentes autem literas magno nr̃o pendenti Vicariatus ſigillo munitas vobis duximus dirigendas, & etiã cõcedendas in teſtimonium pmiſſorum, quas pro ipſarũ ualidiori robore dedimus & ſubſcripſimus propria manu noſtra.

Datũ in Regio, noſtroq; caſtro Capuanæ Neap. per manus nr̃æ prędictæ Iſabellæ Reginæ, anno Dñi 1436. Die 14. mẽſis Apr. 14. Indic. Regnorum vero dicti dñi Regis II. De mandato Reginali. cum deliberatione & præſentia Conſilij. Vitalis Loc. prothon. Angedillus miles.

De iure ceſſo. Rubrica.

ITem [a] quòd nullus admittatur ad agendum iure ceſſo, * niſi fuerit cauſa neceſſaria, & ex cauſa non lucratiua facta.

Additio. Quãtum eſt poſſibile. *Adde alium ritum incip. item ſeruat ipſa Curia, quod ſi ſit præſentatio, ſupra & an requiratur citatio in hac liquid. inſtru. per præambulum, vide Rober. Marant in pract. in 6. par. ver. propoſui. num. 6.* De Bottis.

De iure ceſſo. Rub.

a ITem quod nullus admittatur ad agendũ iure ceſſo, &c. Practicat, & adde aliũ ritũ ſimil. ꝗ incipientẽ, & priuilegiatus, & hũc ritũ allegat & ſequitur Matth. in cõſtitutio. ſtatuimus. in 7. col. dicẽs quod hodie eſt in uiridi obſeruãtia. ¶ Adde ꝙ iſte ritus nõ intelligitur de perſonis miſerabilib. volẽtib. agere iure ceſſo ex cauſa lucratiua. Nã illę perſonæ poſſunt agere iure ceſſo ex cauſa lucratiua, ſi ceſſio fiat uere, bona fide, & ſine fraude, ita no. inquit Matth. in conſtit. ſtatuimus. in 5. col. & eſt de mẽte And. de Iſer. ibi, in 2. col. ver. Itẽ quid ſi utatur. Limita iſtũ ritũ, & l. per diuerſas. C. mãd. niſi debitor, cõtra quem habeo iura, quæ cedo alteri, eſſet in pñtia & nõ contradiceret, & ſic eo volẽte fieret ceſſio. nã ipſe nunꝗ̃ poterit opponere exceptionem ſimulationis cõtra talẽ ceſſionẽ, & hoc caſu nõ haberet locum d. l. per diuerſas. ita ſing. dixit Bal. in l. cũ eſſet. §. ſi. arg. illius tex. & ibi etiam no. Ang. & Flo. ff. de ſer. ruſt. præd. de quo facit magnũ feſtum Hipp. de Marſi. in ſuo ſing. 45. incipiente, Tu ſcis quòd ceſſio iurium &c. ſubdens ſe habere in facto in cauſa propria. Qualis aũt cautela poteſt adhiberi, vt repellatur agens ex iure ſibi ceſſo, ponit pulchrè Tancr. in ſua compen. in Rubr. de quæſt. cir. cautelas, in 11. q. vide omnino eũ. Quot autem modis impugnetur ceſſio, vide Bald. magiſtraliter loquẽtem in l. 2. in 2. col. ver. deinde conclude, &c. cum ſeq. C. ne lice. poten.

Additio. Quas quidem literas. *Erit ergo ſententia proferẽda ſecundum formam l. 1. & ſeq. C. de ſent. ex peri. recit. per additionem Regina Ioanna, alias per d. cap. deteſtantes, non erat neceſſaria, quæ declaratio*

Additio. Iure ceſſo. *Adde quòd hic ritus intelligitur alternatiue, ſiue ceſſio ſit neceſſaria, ſiue oneroſa, ſiue lucratiua, & ita practicatur in magna Curia Vicariæ & vbique, & quando cauſa dicatur lucratiua*

lucratiua vel oneroſa, vide Andr. in conſtit. regni, ſtatuimus. ibi, item quid ſi utatur. & Bald. in l. fi. C. de iure dot. Et quid ſi non ualuiſſet ceſſio, vel ex ea non poteſt agi, an debeat opponi a principio, vel poſt litem conteſtatam, vel poſt ſententiam, vide omnino Salic. in l. 2. C. ne lice. potent. Ego tamen audiui alias fuiſſe deciſum in Sacro Conſilio, quòd ſi creditor donat alicui creditum, ad quod aliquis ſibi tenetur, & cedit actiones, quòd poterit talis donatarius agere, & ad hoc alleg. tex. in l. ab Anaſtaſio. ibi, ſed ſi volueris, C. manda. nam ſi principaliter ſit donatio, licèt in conſequentiam veniat ceſſio, attenditur quod principaliter agitur, non illud quod venit in cõſequẽtiã, pro quo eſt ſingularis doctrina Bal. in l ſi cuiuſcunque, circa fi. C. ne lice. potent. & ſic iſte ritus non habet locum, quãdo ceſſio ſit principaliter per viam donationis, licèt in conſequentiam veniat ceſſio. & ita alias fuit pronunciatum in Sacro Conſilio.

Ad hanc literam vide Affl. in conſt ſi dãna. 9. no. & Moder. in c. regni, frequens, nu. 62. in fi. vide And. de Iſer. in cõſt. ſtatuimus, & ibi Affl. num. 18. vbi limitat non habere locum in miſerabilibus perſonis. Adde q agentis iure ceſſo ex cauſa oneroſa, ſtatim poteſt opponi exceptio declinatoria fori, Affl. in deciſ. 74. Et an debeat prius diſcuti, ſi ius crediti ſit bene ceſſum, vide Doct. relatos per Cottam, in verbo, hares cenſetur. Bald. in l. qui ſtipendia, de procur. vbi ceſſio præſumitur facta in fraudem eo ipſo quòd eſt facta potentiori. Guliel. Benedict. in ſ. l. 106 nu. 3. Et pro intelligetia huius ritus vide Maran. in pract. in 3. parte, nu. 93. cum ſeqq. De Bottis.

• ADDITIO. Item Curia ipſa dat mulieribus. *Vidi dubitari an ſi mulier fideiuſſit ſine mundualdo, valeat fideiuſſio? Et aliqui dicebant quod non tenet. Ego autem contrarium dicebam ponderando verba iſtius ritus, in quantum requiritur, quod detur mundualdus in omni caſu, ſi viuitur iure Longobardo: nam quando viuitur iure Romano, & fideiuſſio præſtita per mulierem ſit ſeruata forma iuris communis, fideiuſſio*

Vide præctica ſuper po. de ordine pro.

De tutoribus, curatoribus, & mundualdis. Rubrica.

PVpillo aſſerẽti ſe carere curatore, per ipſam curiã dat curator.

Item quód pupillis litigantibus in eiſdem Curijs, ſeu altera ipſarum aſſerentibus ſe carere curatoribus curia ipſa dat curatorem ad litem abſque aliqua difficultate, & cauſæ cognitione.

Item q curiæ ipſæ & quælibet ipſarum det mulieribus Longobardo iure viuentibus in ſingulis cauſis ſingulos mundualdos ſine difficultate, & cauſæ cognitione.

Item curia ipſa dat mulieribus * Longobardis venientibus in eam in ſingulis cauſis ſingulos mũdualdos ſine difficultate.

Item curia ipſa etiam inter Longobardos impulſationem ſacramẽtalium non admittit.

Practica ad docendum de ſolennibus per tutores. Rubrica.

ITem ſeruat ipſa curia, q cum aliquis tutor, * vel curator tutorio, vel curatorio nomine cõteſtatur litem in iudicio, ſiue conuenti, ſiue conuenientes nominibus, quib. ſupra, admittuntur per ipſam curiã, & ſi non habeant inſtrumentum tutelæ, vel curæ, ſiue veniant etiã cum pupillis, ſiue ſine. Verum facta litis conteſtatione & iuramento de calumnia, & dato termino ad probãdum, datur vnus alius terminus ad docendum de ſolennitatibus, ideſt, de curis & tutelis, infra quem ſi nõ docent, non recipiuntur iura ipſorum tutorum vel curatorum nominibus quibus ſupra, &c.

De ſyndicatu officialium. Rubr.

Quod omnes officiales debeant ſyndicari in fine officij.

ITem q quilibet officialis, Iuſtitiarius, Capitaneus, iudex & aſſeſſor in Regno, in fine officij debeant ſyndicari, prout conſtõnes, & capitula Regni iubent, & mandãt, & niſi demonſtrent literam ſui ſyndicatus non poſſint aſſumi, nec admittantur ad aliud officium.

De reſtitutione in integrum. Rub.

Poſt concluſionem non admittitur quis ad reſtitutionem in integrum.

ITem q in quibuſcunque cauſis* ciuilibus quæ in præfata curia pro tempore agitantur poſt concluſionem factam in illis per actores vel conuentos, aliqua petitio reſtitutionis in integrum offerri non poteſt.

De expenſis. Rubrica.

IN prima cauſa tam in ciuilibus quàm in criminalibus non condemnantur in expenſis.

Item ſeruat ipſa curia in prima cauſa, nec in ciuilibus nec criminalibus aliquem condemnare in expenſis.

De expenſis reſtituendis. Rubr.

ITem ſeruat ipſa curia, quòd quãdo expenſæ fiunt ante ſententiã in aliquo caſu, ſicut cõtingit in multis caſibus, tunc curia committit taxationem expenſarum ipſarum magiſtro actorum, & facta taxatione, ſi dictæ expenſæ ueniunt reficiendæ propter contumaciam, per l. ſancimus. C. de iud. & tunc non auditur in iuribus ſuis, niſi eis refectis. ſi alia de cauſa veniunt, tunc facta taxatione, & inquiſitione ipſarum per dictum magiſtrum actorum ab eius procuratore & aduocato & commiſſario, qui dicuntur recepiſſe dictas expenſas, fit executio per curiam, ſicut ſententiarum executio.

De clericis. Rubrica.

Acta quæ fiunt in petitionibus clericatus.

ITem ſeruat ipſa curia q quando datur aliqua petitio, puta, clericatus, vel ſimilis in proceſſu inchoato, vel non inchoato, vbi non requiritur libellus, non fit aliquis actus, niſi quia datur terminus ad probandum, ſi expedit, & alius actus non fit in ea petitione per ipſam Curiam.

De rei vendicatione. Rubr.

Quomodo proceditur in cauſis rei vendicationis?

ITem [a] ſeruat ipſa curia hãc practicam iuris inter conuentum rei vendicatione, & actorem. Nam ſi dico te iniuſtè & minus debitè tenere & poſſidere talẽ domum, ſeu dolo malo deſijſſe poſſidere, primò & ante omnia interrogaberis a iudice ante litem conteſtatam an teneas & poſſideas, & ſi dixeris te tenere & poſſidere iuſtè & rationabiliter, nec negas, tunc procedit libellus, quia intentatur directa rei uendicatio. Si dicis te non tenere, tunc etiam procedit libellus, quia intentatur utilis rei uendicatio.

deiuſſio tenet, quia de iure Romano non requiritur mundualdus. Sed de iure municipali in regno Neap. per Pragmaticam editam in anno 1543. per Illuſtriſſ. Don Petrũ de Toledo, eſt prouiſum quòd mulieres regnicolæ & Neapoli uel in regno habitantes nequaquam ex quacunque cauſa poſſint fideiubere vel intercedere pro aliquo etiam coniuncto, vel marito ſine ſpeciali licentia Illuſtriſſ. Proregis ſub pœnis in eadem cõtentis & ita hodie inuiolabiliter obſeruatur. De Bottis.

• ADDITIO. Item ſeruat ipſa Curia, quod cum aliquis tutor. *Dicit Luc. de Pen. in l. vnica, C. de profeſ. dig. lib. 12. q cautela eſt quòd contra tutorem opponatur, dicote non feciſſe inuentariũ: & ſi te feciſſe appareat, peto inde copiã mihi fieri. vide Ang. in l. ais prætor. §. poteſtatem. ff. quibus ex cau. in poſ. eat. & per Bart. in l. 1. ff. de curat. bo. dan. Parid. de ſindic. in uerbo, ſententia.* De Bottis.

• ADDITIO. Item quòd in quibuſcunque cauſis. *Hic ritus fuit obſeruatus per Sacrũ Conſilium in cauſa Benedicti de Pomis, de menſe Septemb. 1556. Franciſcus Campellonus actuarius.* M. A. Puluer.

a ADDITIO. *Et prædicta probantur in l. in rem. & in l. qui petitorio. ff. de rei vend. Vbi uero in libello non dicitur, ſeu dolo malo deſiit poſſidere, tunc non procedit libellus. Quod hic dicitur non procedere hoc caſu libellum, verum eſt ſi actor velit quòd ulterius nõ procedatur in rei vẽdicatione, ſed vult dare libellũ de mendacio. Sed vbi actor velit renunciare beneficio l. fi. de rei vẽdicatio. quia nõ vult dare libellum de mendacio ſed vult terminũ ad probandum contra negantẽ ſe tenere & poſſidere, procedit libellus, & proceditur in cauſa uſq; ad deciſionem cauſæ, & hoc eſt de iure, & hoc etiam ipſa curia ſeruat, & propterea in ipſo inſtanti, debet interrogari actor an velit dare libellum de mendacio iuxta formam l. fi. ff. eod. tit. & ſi dixerit, ita ſtatuatur ei dies, quo ueniat cum libello mendacij, & reo, vt veniat eodem die ad recipiendum eundem. Si dixerit, non, tũc curia licentiat ab illa inſtantia conuentũ. Et ſeruat ipſa*

Vide de fo. comp. de iu. de teſtib. de accuſ.

ipſa curia, quòd quandoque procedetur in vtili rei vendicatione, quando dico te dolo malo deſiiſſe poſſidere, non compellitur reus, niſi diceret, poſſidet, vel non. Et ſeruat etiam ipſa curia ſic interrogari procuratorē conuenti, quando comparet per procuratorem, ſcilicet, ante litis conteſtationem, vt dictum eſt. Verum tenet & poſſidet, deinde conteſtando litem poteſt reſpondere ipſe procurator. cætera verò in dicto libello ignorat prout poſita ſunt in lite conteſt. ſuper cauſa prædicta. Et no. quòd in cauſa rei vendicationis prædicta, quando actor vult conuincere reum de mendacio, & libellus rei vendicationis remanet in curia & ſcribitur in eo actus interrogationis ante litis ingreſſum, ſi tenet et poſſidet, dicit quòd non poſſunt tali actore reum de mendacio conuincere volentes, & nullus actus ſit in dicto libello, niſi quia datur terminus actori, vt veniat cum libello de mendacio, & ratio ad accipiendum libellum de mendacio.

Confirmatio & noua conceſſio priuilegiorum Neapol. facta per Reginam Ioannam II.

IOanna II. [a] Dei gratia Vngariæ, Hieruſalem, Siciliæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Romæ, Seruiæ, Galitiæ, Lodomeriæ, Comaniæ, Bulgariæque Regina, Prouinciæ Forqualquerij, ac Pedimontis Comitiſſa, Vniuerſis ſingulis præſentes literas inſpecturis tam præſentibus, quam futuris. Conceſſiones & gratias benemeritis fidelibus noſtris gratiosè conceſſas, licet perpetua firmitate conſiſtant, plerunq; ad maioris cautelæ præſidium non ſolum noſtræ confirmationis munimine roboramus, ſed libenti animo de nouo cōcedimus, atque damus. Sanè motæ nouiter ſupplicationibus vniuerſitatis, & hominum ciuitatis noſtræ Neapolis noſtrorum fidelium dilectorum, per eorum ſpeciales ſyndicos ad noſtræ maieſtatis præſentiā deſtinatos humili cum deuotione porrectis; Volenteſque cum eis benignè, & gratiosè agere, eidem vniuerſitati & hominibus præfatæ ciuitatis noſtræ Neapolis, omnes & ſingula franchiſias, immunitates, exceptiones, priuilegia gratiosè factas & facta, ac conceſſas, & conceſſa ei per claros memoriæ dominos Reges & Reginas prædeceſſores noſtros, a tempore, ſcilicet, Domini Regis Roberti VIII. noſtri citra per eos, literas & priuilegia, ac omnia & ſingula in eiſdem literis, & priuilegijs contenta in earum, & eorū continentias & tenores, quos haberi volumus de certa noſtra ſcientia præſentibus pro ſufficienter expreſſis, & ſpecificè declaratis, necnon & omnes conſuetudines, ſtatuta, ritus, obſeruantias, & capitula antiquata tempore dicti Regis Roberti, & ſucceſſiuè vſque ad præterita tempora obſeruata in dicta ciuitate noſtra Neapolis eius caſalibus & pertinentijs omnibus, quæ hic etiam haberi volumus pro ſufficienter expreſſis, in quarum & quorum poſſeſſione, ſeu quaſi ad præſens exiſtūt, tenore præſentium de certa noſtra ſcientia, ſpecialique gratia cōfirmamus, & ad maiorem cautelā de dicta certa noſtra ſcientia de nouo concedimus atque damus. Declarantes tamen expreſsè de eadem ſcientia certa noſtra earundem tenore præſentium, ꝙ per huiuſmodi noſtræ confirmationis & nouæ conceſſionis dictorum priuilegiorum, franchiſiarum, immunitatum, & exemptionum, & omnium aliorum ſuperius expreſſorū literas ſeu priuilegium eidem vniuerſitati & hominibus per nos factas, ſiue factum, nos & noſtra Curia, noſtriq; in dicto regno hæredes & ſucceſſores non teneamur, nec teneantur ad ſolutionē prouiſionum quarūcunque, aut pagamēti, ſeu ſolutionis alterius cuiuſcunque, nec etiam per eas vel ea volumus aliorum iuribus quomodolibet derogari: Confirmantes ac de nouo concedentes earundem tenore præſentium de dicta certa noſtra ſcientia iam dictis vniuerſitati & hominibus præfatæ ciuitatis noſtrę Neapolis, infra ſcriptas alias gratias & priuilegia, videlicet, ꝙ ciues noſtræ ciuitatis Neapolis & habitantes in ea, & eius diſtrictu non poſſint vocari vel ad iudicium trahi ciuiliter vel criminaliter infra ex delegatione extra ciuitatem Neap. ratione contractus, & ratione delicti.

Confirmatio & noua conceſſio priuilegio. &c.

a IOanna II. *Dei gratia, &c.* In ver. *Ciues noīe ciuitatis Neap. &c.* Adde quod interdū ciuibus priuilegium propter inclytā nobilitatē ciuitatis conceditur, vel quia concedenti priuilegium ſunt coniuncti. ff. de excuſ. tu. l. non tantum. §. 1. & illum alleg. Luc., a quo didici, in l. vnica. in 1. col. verſ. 5. præterea datur, &c. C. de Metropo. Ber. li. 11. Adde hic pulchrā qſt. Actor habet priuilegiū ne extra ſuā diœceſim trahi poſſit per literas Apoſtolicas. iſte trahit alium extra ſuā diœceſim, qui reus vult ſe tueri priuilegio quod habet actor, ꝙ non poſſit extra diœceſim trahi, vtrum ſit audiēdus? dic ꝙ poteſt dici ꝙ ſic, ſi ad actoris inſtantiam priuilegium datū ſit, alias ſi motu Principis datum eſſet, ſecus eſſet. ita no. inquit Archid. in c. hæc autem. 1. diſt. de pœn. alleg. plura iura. tene menti, quia quilibet prima facie diceret contrarium. Adde aliud priuilegium Neapolitanorum, nam cōtra eos Magna curia Vicariæ nō poteſt vti præeminētia, ut procedunt ex proceſſu informatiuo, ſed debet procedere ſecundum iura, & conſtit. Reg. Matt. in deciſ. 302. inc. fuit iudicatum. Adde aliud priuilegium. nam Regina Ioan. II. conceſſit priuilegium ciuitati Neapolitanæ, ut dicta ciuitas nō teneatur in aliquo pro homicidio, vel dāno clandeſtino, refert & ſequitur Matt. in rubr. de homi. clandeſt. in 2. col. ver. 10. 1. prouiſio, &c. Adde aliud priuilegium ciuitatis Neap. nam in ea non poſſunt eſſe officiales, niſi viri de Regno. Matth. in conſti. iudices. in 4. no.

In verbo, *Item quod actorum notarij, &c.* Adde ꝙ ſi iudex, vel alter officiarius acta non publicata, vel dicta teſtium non aperta manifeſtat parti, tenetur de falſo. Par. in tract. ſyndic. in ver. iudex. in 7. col. in princ. in uer. ſi iudex uel tabell. &c. alleg. l. 1 in princ. ff. de fal. & idem uoluit Fel. ubi alleg. plures cotas, in cap. vltra tertiam. 7. col. ver. incidenter no. &c. & ſubdit ꝙ talis notarius eſt periurus, quia iuratur in creatione, dicta teſtium tenere ſecreta, vt per Hoſt. & d. Ant. in cap. ſicut. de ſimonia. Adde, quòd notarius actorum reuelans dicta teſtium ante aperturā, tenetur de falſo. Iac. de Belui. conſi. incip. quidam tabellio, ſiue iudex, per l. pen. §. qui inſtrumenta. ff. de fal. & l. 1. in prin. & l. ſi quis aliquid. §. 1. & §. inſtrum. ff. de pœnis. & l. ſaccularij. §. 1. ff. de extra. crimin. Et dum ſupra in præcedenti apoſtilla poſui, ꝙ ſi magiſter actorū ante aperturam manifeſtauit, uel legi paſſus eſt dicta teſtiū, tenetur pœna falſi. Adde ꝙ idē tenet Gandin. in tract. maleſ. in rub. de falſ. 3. col. ver. ſed quid ſi tabellio, &c. & alle. plura iura, & idem in iudice. Poſtea ſubdit idē eſſe in procuratore, & aduocato reuelante inſtrumēta, uel alia iura ſecreta ſuę partis alteri parti. Et in quolibet reuelante conſilia ſuæ ciuitatis, vel q. detexit priuata conſilia ſui poteſtatis, vel præſidis, vel alterius cuius officio fungitur, & obſequitur. Et idem in iudice manifeſtante, vel reuelante ſniam quam laturus eſt, ante pronunciationem, per plura iura, & rationes, & ſubdit ita contigiſſe de facto Paduæ, & ex conſi. plurium Doct. fuit cōdemnatus de falſo quidam magiſter acto. qui ante aperturam teſtium atteſtationes patefecerat, vide eum. Adde ꝙ magiſter actorum licite petit pecuniam pro copijs actorum. Lucas in l. in ſacris. la 3. in 4. col. verſi. & uſ ꝙ notarius actorum. C. de proximis ſacrorum ſcri. lib. 12. vbi ſubdit ꝙ in Regno per conſtitutionē Regis Caroli prohibētur notarij actorū aliquid recipere pro ſcriptionib. & ſubſcriptionib. ſententiarū, imò & gratis debēt ſcribere apodixas. uide eū. ¶ Adde ꝙ ſeparata ſolutio ſit magiſtro actor. ꝓ prima ſcriptura, & pro exēplo. Luc. in l. fin. vlt. colu. circa finem. C. de princ. agen. lib. 12. Adde ꝙ notarius actorum falſificans acta, dēt puniri pœna mortis, ut in conſt. iudices. & ibi ad hoc no. Matth. in 8. no. Et ꝙ notarius actorum oſtēdens articulos parti ante publicationem in cauſa, teneatur pœna falſi, tenet Par. in tract. ſyndic. in rub. de exceſſib. aduocatorum. in 1. col. Adde hic, ꝙ notarij actorum debent ſyndicari, vt vult cap. Regni incipiens, nouas formas, & aliud cap. Reginæ Ioan. incip. quid ſi prædicti officiales, in fi. & eſt tex. in l. conſiliarios, in verſi. cancellarios, iuncta glo. C. de aſſeſſor. Imò vult aliud dictum capitulum, item ꝙ prædicti officiales, ꝙ ſequenti anno nō poſſunt obtinere ſeu exercere officium magiſtri actorum in dicta terra, ſeu alia, niſi prius fuerint ſyndicati. tene mēti. Adde hic, ꝙ poteſt per legem dari forma notarijs actorum, ut pro editione actorum nō poſſint accipere niſi certam quantitatem. tex. eſt in l. cū in ſacris, in verſ. pro editione, &c. & ibi no. Bar. & ſequitur Iacob. Reb. C. de proxim. ſacrorum ſcrin. lib. 12. Adde hic Matth. in conſtit. puritatem, in 9 no. in fi. vbi inquit, ꝙ Neapolitani ſunt priuilegiati per Reginam Ioan. II. quod non teneantur ſoluere magiſtris actorum pro ſcriptura ſententiæ, & alleg. hoc cap. dicens ꝙ fuit expeditū 14. Ianuarij, indict. 13. 1420. Regni huius anno ſexto. Adde ꝙ non eſt in poteſtate magiſtri

Ciues & habitantes Neapoli non trahūtur extra Ciuitatem.

Item quòd Curia Capitanei ciuitatis noſtræ Neapolis non poſſit cognoſcere de cauſis ciuilibus, nec ſuper tenoribus inſtrumentorum, ſed tãtum habet cognoſcere de cauſis criminalibus iuxta antiquum ordinem, antiquitus obſeruatum.

Item [a] quòd carcerarius quarũcunque Curiarum ciuitatis noſtræ Neapolis non poſſit, nec debeat aliquid exigere à carcerato, vbi non pernoctauerit in carcere, & ſi pernoctauerit quocunque tempore ſteterit in carcere habere debeat tarenum vnum, Amalfiæ tantum iuxta formam capitulorum regni.

Item quòd honeſtatis cauſa mulieres ciuitatis Neapolis citatæ pro teſtibus in cauſis ciuilibus in quacunque Curia, & pro quauis cauſa coram iudice ordinario vel delegato, non compellantur ire ad iurandum & ad deponendum pro teſtibus, ſed mittatur ad domus earum vnus ſcriptor ad recipiendum iuramentum, & examinentur in domo ſua, vel in alio loco honeſto iuxta antiquã obſeruantiam, & ritum in talibus conſuetum, & ſic ſimiliter niſi dictæ mulieres litigarent in Curia, & eſſent citatæ ad reſpondendum ſuper articulis, in quibus fuerunt citatæ ad reſpondendum.

Item quòd de accuſatione contumaciæ in citationibus in Magna Curia ſoluatur tornienſis vnus tantum iuxta antiquum ordinẽ, & obſeruantiam dictæ Magnæ Curiæ, & eodem modo de ſigillo magno citationum.

Itẽ quòd vbi aliquis citatus vel citata ciuiliter vel criminaliter in quacunque Curia fuerit bannitus, vel condemnatus, ſeu bannita vel condemnata, deinde ſe poſſint præſentare eodem die Curia ſedente pro tribunali, vel poſt leuatam, & nihil recipiatur pro præſentatione iuxta antiquam obſeruantiam Curiæ Vicariæ, & tempore præſidatus quondam Domini Ludouici de Obicis.

Item quòd pro præſentatione inſtrumenti, & prima citatione quæ fit ſuper tenore inſtrumenti*, nihil exigatur nec recipiatur*, ſed pro interlocutoria ſoluantur Grana decem.

Item quòd pro ſyndicatione omnium officialium ciuitatis Neap. interſint duo ſyndici eligendi per vniuerſitatem, & homines ciuitatis Neapolis.

Item quòd Magiſtri actorum, & ſubactarij Magnæ Curiæ non debeant per ſubſtitutum ſeruire, ſed perſonaliter debeant vacare in exercitio officiorum ipſorum, non obſtantibus quibuſcunque literis & priuilegijs factis, vel in antea faciendis ſub quacunque forma, & expreſſione verborum.

Item iudices Magnę Curiæ tempore prolationis ſententiæ debeant taxare expenſas, & condemnare, & non reſeruare eis taxationẽ in futurum, & ita obſeruetur per omnes Curias, prout antiquitus ſolitum erat fieri, & etiam conſuetum.

Item quòd actorũ notarij nihil exigere debeant pro ſcripturis ſententiarum.

Item pro copijs proceſſuum,* & aliarũ ſcripturarum recipiendarum ex actis Curiæ ſoluat' tarenus vnus auri, videlicet pro ſingulis chartis octo, & quòd quęlibet facies dictarum chartarum contineat virgulos 25. & quòd quilibet virgulus 10. contineat partes. Et inſuper volentes cum eiſdem vniuerſitatibus & hominibus præfatę ciuitatis noſtræ Neapolis ad ſupplicationes eorũ, & petitiones gratioſius agere earũ tenore præſentium, de dicta certa noſtra ſciẽtia decernimus, ſtatuimus, volumus, & mãdamus, ꝙ nulla Curia ciuitatis noſtrę Neap. tam ſcilicet Magna Curia domini magiſtri Iuſtitiarij Regni Siciliæ, ſeu eius Locumtenentis ac regentis Curiam Vicarię, quàm Capitaneorum, vel aliorũ habentiũ merum ac mixtum Imperium cũ gladij poteſtate, de homicidio, & de damnis clandeſtinis contra vniuerſitatem, & homines dictæ ciuitatis Neapolis ad pœnã & damni ſatisfactionem, damnum paſſo à malefactore procedere poſſint, ſcilicet, cõtra eundem malefactorem ad punitionem, & damni ſatisfactionem ſecundum iura communia, cõſtitutiones, & regni capitula.

Statuentes etiã inſuper, & decernentes eandẽ tenore præſentium de dicta certa noſtra ſciẽtia, ꝙ nulla Curiarum prædictarũ dictæ ciuit. Neap. ex officio procedere poſſit de

giſtri actorum recipere a partibus quantum ipſe vult, & petit pro ſcribendis quæ occurrunt in lite, ſed debet recipere a litigantibus quantum eſt taxatum per Regiam Curiam. tex. eſt in conſt. magiſtri Camerarij. ibi, per curiam noſtram expenſas ſtatutas recipient, &c. & ibi no. Matt. in 14. no. ſubdens ꝙ male obſeruant dicti notarij, ſed tranſit, quia non faciunt. vide Luc. ponentem pulchrũ uerbũ contra magiſtros actor. petentes magnas ſolutiones pro minimis ſcripturis. in l. momentaneę. in 1. col. ver. & no. optimam legẽ. C. de anno. & tribu. lib. 10. ꝙ officiales poſſunt punire ſuũ magiſtrũ actor. in ſuo officio ſcribendi acta delinquentẽ. Inno. in c. dilectis. de per. quẽ ſequitur ibi Pan. & Lucas in l. quinque ſummates. 2. col. C. de decu. li. 10. Adde ꝙ magiſter actorum dans copiã atteſtationum ante publicationem, incidit in crimen falſi. ita ſing. dicit Cyrialup. in l. is apud. ſubdens ita fuiſſe iudicatum Paduæ ad conſi. Iaco. de Are. & plur. Doct. refert, & ſequitur præceptor meus Campeg. ibi, in 5. colum. in fi. Adde quòd notarius actor. manifeſtans, & reuelans ſecreta curiæ, incidit in pœnam falſi. Bal. in l. fi. in princ. C. de edendo. & refert, & ſumme commẽdat præceptor meus in loco præalleg. in 6. col. in prin. Adde ꝙ idẽ tabellio, ſeu notarius actor. q incipit acta ſcribere, debet illa perficere, & expedire uſq; ad fi. gl. no. in §. ſi uero abſunt. in uer. inuentariũ, in Auth. de hær. & Fal. illam ſequitur, & dicit eſſe no. Bal. in l. 1. in 7. q. in fi. ff. de offi. conſu. illam glo. tamen limitat ibi Ang. eſſe ueram, niſi notarius actor. ſit iuſte impeditus: nã tunc poterit per alium notarium actor. acta expedire. allegat no. in d. l. 1. & Inno. in c. quoniam contra. extra de probatio. Quid ſi notarius actorum eſt abſens, an poſſit deputare alium loco ſui? dic ꝙ non, ſed iudex poteſt ex ſe hoc facere. Bald in l. Imperator. la prima, in penul. col. uer. ſed nunquid notarius actorũ. ff. de ſta. ho. & allegat iura, ipſum alleg. & ſequitur Alexand. poſt Barto. in dicta l. prima, in 1. colum. Adde quod magiſter actorum non debet dare alicui copiam actorum ſine licentia & mandato iudicis, & iudex poteſt ipſum compellere ad dandum, quia iſtud ad officium iudicis ſpectat. l. is apud quem. C. de eden. quem tex. no. & ponderat Gul. de Cun. Bald. Rapha. Fulg. Paul. de Caſtro, & Iaſ. in ſecundo no. & Ant. de Alexan. ibi, in 3. no. ſequitur & dicit eſſe menti tenendum. Adde quod notarius actorum cancellans & caſſans acta, punitur de falſo pulchrum eſt conſi. Bal. in terminis 358. incip. quidam notar. &c. ſecundo volum. vbi omnino vide. Adde quod notarius actor. permittens parti aduerſæ legere dicta teſtium ante publicationem, tenetur pœna falſi. Bonifac. in tracta. de malefi. in rubr. de falſi. 4. colum. uer. quid ſi notarius. & allegat iura. uide eum. Adde quod notarius actorum nil ſcribere poteſt ſine mandato iudicis. ita no. inquit Cal. in l. 1. in 5. colum. C. qui accu. uide eum. Adde quòd appellatione officialium uenit magiſter actor. uide plene p me ſup. in ritu, de iud. iuſp. Quęro de pulchra q̃ſt. acta cõficiuntur corã iuſtitiario, & in quodam ſacco ſigillato reponuntur, quis debet ea ſigillare, iudex vel acto. notarius? hanc quæſt. ponit Luc. pro & contra, in l. unica, in 1. col. 2. q. C. de com. agro deſer. tandem concludit ꝙ iudex, per plura fundamenta. Adde quod magiſter acto. qui oſtendit articulos alteri parti ante publicationẽ in cauſa, tenetur pœna falſi. Par. in tract. ſynd. in c. de exceſ. aduoc. i 1. col. per text. in l. 1. §. is qui depoſita. cũ ibi no. per glo. & Bar. ff. de falſis. Adde quod ſecreta cauſæ aut iudiciorum nedũ aduerſarijs, ſed alijs publicanda & legenda non ſunt, & talia faciẽs tenetur pęna falſi, Luc. in l. in ſacris. la 2. col. 6. C. de prox. ſac. ſcri. lib. 12. Matth.

Vide ſupra ritu incip. itẽ ꝙ carcerarius.

Comparitio recta curia.

Magiſtri actorum non poſſunt ſeruire per ſubſtitutum.

a *Item quod carcerarius, &c.* Carcerarijs a non pernoctantibus nil ſoluitur. adde alium ritum ſimil. ſupra, incip. itẽ ꝙ carcerarius, niſi qñ pernoctauerit. tunc enim vult, ꝙ habeat tarenum unum, tu omnino vide capitulũ Caroli ſecundi inc. magiſtro iuſtitiario, & ibi per me, & aliud c. inci. item ſtatuimus ꝙ præſonerij.

No. ꝙ cõtra ciuitatẽ Neap. non agitur de dãnis clandeſtinis.

* Additio. Item pro copijs proceſſuum. *Vide contra ſcribas, Parid. de ſindic. c. iudex ex officio, colum. 2. in fi.* De Bottis.

* Addi-

Additio. Ad denũciationem partis. *No. ꝙ non põt procedi ex officio pro verbis iniurioſis ad denunciationem. Limita tamẽ nõ habere locũ in iniuria facta per Dominũ Vaſallo. Itẽ in iniuria facta viduis, pupillis, eccleſiaſticis, & miſerabilib. perſonis, Aff. in c.1. §. iniuria, nu. 7. 8. de pace iuram. firm.*

Adde ꝙ de iniuria non proceditur ex officio, Gramm. deciſio. 37. Quod autem ſi iudex proceſſit ex officio in caſu, quo non poterat, ſi nõ opponit inquiſitus ante litis conteſt. an poſſit poſtea opponere. tex. in c. vt delatas, videtur innuere ꝙ ſic, de quo per Fred. de Sen. in conſi. 220. inci. veritas. & And. in conſ. ſi damna, col. 4. facit tex. cũ ibi no. in c. 1. & 2. de accuſ. in 6. Aret. in c. fraternitatis. circa mediũ, de teſtibus. De Bot.

verbis iniurioſis ad denunciationẽ partis, * ſed p libellum accuſatoriũ inſtitutum ſecundum cõſtitutiones regni, & iura cõmunia, procedere valeat, atque poſſit. In alijs vero criminibus, & delictis dicta Magna Curia Vicariæ procedere poſſit & valeat non ex mero officio, ſed ad denunciationem partis, exceptis duntaxat criminibus, & delictis, ubi imponitur pœna mortis ciuilis, vel naturalis, aut membri abſciſſio, in quibus quidem caſibus per ipſam Magnam Curiam procedatur ſecundum iura communia, regniq́ue conſtitutiones, & capitula regni. Curia autem prædicti Capitanei ciuitatis noſtræ Neapol. procedendo in criminibus, & delictis contra quoſlibet, per omnia ſeruent iura communia, regni conſtitutiones & capitula, legibus, iuribus, cõſtitutionibus, capitulis, cõſuetudinibus, ritibus, obſeruantijs, priuilegijs, literis, & reſcriptis quibuſcũque præſentibus forte contrarijs, ſub quacunq; forma, & expreſſione verborum, etiã ſi de illis præſentibus eſſet ſpecialis mentio facienda, quibus, inquantum præſentibus refragantur, tenore præſentium de dicta certa noſtra ſcientia totaliter derogamus, non obſtantibus quoquomodo. Mandantes propterea præfatis vniuerſis, & ſingulis noſtris officialibus, maioribus & minoribus, quocunque nomine nuncupatis, ac officio & iuriſdictione fungentibus, eorumq; locumtenentibus ubilibet in toto regno noſtro Siciliæ, præſertim in prouincia Terræ laboris, præfataque ciuitate noſtra Neapoli conſtitutis, præſentibus & futuris, ad quod ſpectat & ſpectabit, quatenus forma præfatarum franchiſiarum, & priuilegiorum præfatorum Regum & Reginarum prædeceſſorum noſtrorum de præfatis franchiſijs, priuilegijs, immunitatibus, & exemptionibus eiſdem vniuerſitati, & hominibus, vt præfertur, conceſſarum, & conceſſorum, ac præſentium noſtrarum literarum per eos, & eorum quemlibet diligenter attenta: necnon & attentis præfatis conſuetudinibus, ſtatutis, & obſeruantijs, & capitulis antiquis, illas & illa ipſi & quilibet eorum officiorum ſuorum temporibus eiſdem uniuerſitati, & hominibus præfatæ ciuitatis noſtræ Neapolis, eodem modo, quo in ipſarum, & in illorum poſſeſſione, ſeu quaſi ad præſens exiſtunt: necnon & præfatas omnes alias conceſſiones, & priuilegia pręſentibus noſtris literis expreſſas, & declaratas obſeruent inuiolabiliter, ac mandent, & faciant ab alijs tenaciter & inuiolabiliter obſeruari, & obſeruari facere, ſicut habent gratiam noſtram charam & beneuolam. nec contrarium faciant contra præſentes, ſi prędicti & ipſorum quilibet indignationem cupiunt eidẽ eadem ſcientia certa noſtra ac ſub fidelitate earum tenore præſentium ſimpliciter & bona fide eiuſdem vniuerſitati, verbo & fide regalibus pureq; ſub noua conceſſione ad omnem ipſorum de huiuſmodi noſtra confirmatione legitimè pro eiſdem requiſitionem & voluntatem vniuerſitatum & hominum, ſeu per præſentes literas præſentibus conſimiles bulla aurea fieri facere, & mandare noſtras liquidas ſeu liquidandas. In cuius rei teſtimonium præſentes literas exinde fieri fecimus, & magno noſtro pendenti ſigillo iuſſimus communiri, quas pro ualidiori robore earum dedimus, & ſubſcripſimus propria manu noſtra, ritu, & obſeruantia noſtræ curiæ quacunque contraria non obſtante.

Datum in Caſtro nouo Neap. per manus noſtræ prædictæ Ioannæ II. Reginæ, anno Domini 1420. die 19. menſis Ianuarij. 12. indictionis. Regnorum noſtrorum anno ſexto.

Finis Rituum Magnæ Curiæ Vicariæ Regni Neapolis.

PRAGMATICAE REGNI NEAPOLIS,

CVM PRAGMATICIS INVICTISS. CAROLI QVINTI IMPERATORIS,

Iacobi Anelli de Bottis Regij Conſiliarij, Ioannis Angeli Piſanelli, & aliorum eruditiſſimorum Iureconſultorum Additionibus illuſtratæ.

De procedendi modo in cauſis Ciuilibus. Rubrica.

DIſpendia litiũ * remouentes ſancimus, in cauſis ciuilib. vel mixtis coram quibuſcũque iudicibus & delegatis procedi ſine figura iudicij, facti veritate inſpecta: Dum tamen pro libello præcedat talis qualis petitio, ex qua reus deliberare poſſit, an uelit cedere, vel cõtendere, declarãtes per præſentem diſpoſitionem, nec per capitulum, deteſtãtes, circa probationes neceſſarias nõ intelligi derogatum iuris, vel ſacrarũ Regni conſtitutionũ, vel Capitulorum diſpoſitioni.

De forma citandi reum, & aliarum quarumcunque citationum. Rub.

QVilibet [a] agere volens, aduerſarium (iudicis commiſſione * præcedente) citare faciat perſo-

De forma citãdi reum, & aliarum quarumcunque citat. Rub.

a QVilibet agere volens, &c. In ver. *Iudicis cõmiſſione præcedente*, &c. Vide de hoc plenam regulã in regulario meo, in reg. 406. & ibi etiam pono, ꝙ non ſufficit generalis commiſſio de citando, ſed debet eſſe ſpecialis, & particularis de citando talem, & ꝙ hæc eſt cõis opi. & allego plures cotas, ſed ibi etiã poſui quatuor nolimit. in quibus non requiritur commiſſio aliqua. vide ibi ſemper. In

In ver. *Per relationẽ nuntij, &c.* Quid ſi non citat, uel nõ refert citationẽ, prout ei iniunctũ eſt? dic ꝙ punitur pœna arbitraria. ita inquit pulchrè Bal. in l. ſi uacãtia. in 2. col. arg. illius tex. C. de bo. uac. li. 10. Ad de ꝙ iſte nuntius falſo referẽs debet ab officio remoueri, & alius loco ipſius ſubrogari, & põt etiã corporali macula puniri. tex. eſt no. in l. 2. & ibi Bald. in 2. no. C. de ſpõ. itẽ poteſt puniri pœna falſi, per no. ibi. & no. Bart. in l. qui nomine. ff. de fal. hæc duo ultima dicta refert, & ſequitur Mar. Soc. in tract. de cit. in 14. ar. prin. Vtrum

ADDITIONES.

a Diſpendia litium. *An hæc pragmatica valeat reſpectu cauſarũ, in quibus procedi debet ordinariè, vide Affl. in 9. quæſt. ſuper conſtit. Regni. & de materia huius Pragmaticæ eundem Affl. in conſtit. pacis cultum, num. 52. cum ſeq. Adde quòd per diſpoſitionem huius pragmaticæ aduocatus abſens non debet expectari, ſed procedi ad expeditionem cauſa. ita Bart. in extrauag. ad reprimendum, in ver. ſine ſtrepitu, in fi. de quo Feli. in cap. 1. vt lite non conteſta. Adde quòd licèt aliàs petens mutuum certo tempore factum, debeat verificare tempus, alias non obtinebit, vt per Ang. in conſi. 153. incip. in quæſt. vertente inter D. Michalettum. hoc tamen non procedit in regno virtute huius pragmaticæ, vt declarat Iacob. in l. 3. in prin. ff. de teſtib. num. 30. in ver. ibi, ſola veritate inſpecta, &c. Adde quòd iudex, qui poteſt procedere ſola facti veritate inſpecta, debet iudicare de iure, vt per Bar. in conſi. 172. & Roma. conſi. 248. incip. ex ſententia & Cottam in ver. Arbiter debet. An omiſſio probationis vitiet ſententiam. Alexan. in l. aut prætor §. ſi iudex, nume. 13. ff. de re iudi. Adde quòd etiam in cauſis ſummarijs ſemper debet legitimari perſona comparentis. Bart. in l. 2. C. de edic. diui Adria. tollen. Alexan. in conſi. 77. in fi. volum. 6. & conſi. 69. num. 2. volum. 2. Adde quòd per hanc pragmaticam iudex poteſt incipere ab articulis, quibus probatis ſtatim poteſt ferre ſententiam. Hippol. ſing. 102. An autem inferior a Principe poſſit committere cauſam ſummariè & de plano, Hippoly. in d. ſing. 102. An per hanc pragmaticam tollatur citatio teſtium ad videndum iuramenta, vide eundem infra in prag. reſponſionibus, nume. 8. An per hanc pragmaticam reus teneatur edere actori, vide Ant. de Matth. in tract. edit. inſtrum. nu. 36. vbi determinat quòd ſic, quando præſumatur lis conteſtata, & quis effectus habeatur pro litis conteſtatione in regno, vide Maran. in repet. l. ſi actor, nu. 12. ff. de procur.*

Per hanc pragmaticam non cogitur actor petere id, quod conſequi debet, in ſcriptis, ſed ſolo verbo. Maran. vbi ſupra, num. 39. & non eſt neceſſe in libello exprimere locum & tempus, Affl. deciſ. 250. poſt Bart. in tract. ad reprimendum, in ver. ſine figura iudicij.

Adde quòd per hanc prag. non eſt neceſſe quòd ſententia ſit conformis libello, Iaſ. in l. unum. ff. ſi cert. peta. Gram. deciſ. 15. Libellus non eſt neceſſarius per hanc pragmaticam, Cotta in ver. libellus. An autem tollatur exceptio nullitatis ſententiæ, Affl. in conſtitut. in omnibus, in fi. Adde quòd per hanc pragmaticam tollitur exceptio diſcuſſionis, vt per Dec. in conſi. 27. in fi. poſt Anan. in conſi. 52. cõtra fuit deciſum per deciſ. Pedem. ſecundam. An tollatur præſcriptio. Aym. conſi. 201. nu. 37. 39.

An poſſit agi ex pacto nudo, quòd ſic, tenet deciſ. Pedemon. 2. & infra Addit. in pragmatica, odia litium. Quid ſi iudex, qui poteſt procedere ſummariè, ſimpliciter & de plano, procedit ordinariè, & in ordine proceſſus errauit, an valeat ſententia, vide Fels. in c. dilecta. 14. colum. de reſcrip. Cottam in ver. arbiter. 2. Ad hanc prag. uide Guliel. Bened. in c. Raynutius, in ver. ſi abſque liberis, in tracta. de fideicom. ſubſt. num. 49. vbi an ſententia debeat eſſe conformis libello, & an poſſit eſſe vltra petita & alia.

Adde quòd ſi agitur ex mutuo, & probatur commodatum, poteſt ſequi ſententia ſuper commodato. Item ſi agitur quanto minoris, poteſt ſequi ſententia ſuper redhibitoria. vide Capic. in deciſ. 10. colum. fin. ubi multa alia. An poſſit citari procurator & dominus in proceſſu. Boer. in deciſ. 185. An procedat libellus generalis parte opponente. vide Doct. relatos per Io. de Arnono ſoliloq. 46. Iacobus Anellus de Bottis.

¶ *No. iſtam pragmaticã volentem procedi ſine figura iudicij, &c. unde ex ea infertur, non requiri hodie excuſſionem, quia illa eſt de apicibus iuris edita, in proprijs terminis conſuluit Socin. pater in cõſi. 24. in vlt. col. de quo fuit memoratus Iaſ. in l. ſi ante, in 3. prin. q. in 2. q. Bar. ſolu. matri. Contrarium tamen conſuluit & obtinuit, vt ipſe refert Georg. Natta in repet. cle. ſæpe, col. 74. in fi. vbi latè examinat, de verb. ſign.*

¶*No.ꝙ iſte terminus habet vim litis conteſt.vt habetur in c.paſtoralis. de excep.No.ex iſto tex.ꝙ ipſo iure dicitur ſtatutus terminus ad probandum.ex quo infero,quòd ſi pars examinauerit aliq; alia declaratione termini, quòd valet examinatio & ratio poteſt eſſe, quòd terminus non eſt de ſubſtantia probationis, quia non aſſignatur ad validitatem actus, ſed ſolum ſolet ad hoc præfigi, vt poſt terminum actus fieri non poſſit, vt poſt alios declarat Dec. in c.licet cauſam.col.9.verſ.quod autem.de probat. & in c.eccleſia S.Mariæ, col.11.de conſtit. Sed an Iudex poſſit ſtatutũ terminũ minuere.vide Bal.in l.iubemus, in fi.C.de iud.* Piſan.

* Manifeſtare. *Vide quando nominantur teſtes extra regnum, titum infra verſ.Item quòd cauſa ciuiles. Et an infra tempus dilationis poſſint examinari teſtes in ciuitate.dic quòd non.ita Soc.conſ.57.in fi.2.vol.nouorum.Gram.in conſ.148.in ciuilibus.* De Bottis.

* Nec

hanc caute.in ſpecie tradens in ſuis cautelis nouis, caute.46.incip.ſæpiſſime lit.gantes. Secunda cautela eſt, q; facies dictę parti dilationẽ petenti vnam cõminationẽ, & præceptũ pœnale, cũ ſit q; firmiſſime tenes q; illam dilationẽ petat cauſa litem in longũ protrahendi, q; ſuper dictos teſtes quos aſſerit eſſe abſentes, non probabit intẽtionẽ ſuam, q; mulctabis eũ in certa quantitate pecuniæ, ſi poſtea nõ probauerit, quod facere iure poteris, & ſic forſitã metu mulctę ceſſabit a dicta petitione calumnioſa. ita pulchre docet Pet. de Anch in d.cap. conſtitutus, quem ibi refert & ſequitur Ioan.de Imo.in vlt.col.verſ.alia cautela eſſe põt. dicens iſtud dictum eſſe menti tenendum, & q; in practica ſępe occurrit. qd dictum referunt, & approbando magnifaciunt Alex. in vlt. col. & Iaſ. in pen.in l.1.in princ.ff. ſi quis ius dicen.non obtẽp.& Alex. in l.filiusf.§.diui, circa fi.ff.de leg.1.& Lanc. Deci. Papi. in d.l.interdum, & præceptor meus Corſ. poſt Panor. in d. c.conſtitutus, & pulchrè hanc ſecundam cautelam tradidit & ſummè commendauit præfatus Thom.in loco præalle.ver. ſecunda cautela eſt.& primam cautelam ponit & ſequitur Pau.de Caſt.in d.l.quoniam libert. licet dicta glo.in d.cap.ſtatutum.non meminerit. & Iaſ.& Corſe.vbi ſupra. Tertia cautela eſt, vt tu iudex deferas iuramentum parti petenti dictam dilationem, ut iuret ſi eam petat, quia vere habet dictos teſtes abſentes, q; credit per eos probare ſuam intentionem, & quod non petit calumnioſe, & animo calumniandi, & differendi iudicium, & ſi iurabit, concedas ei dilationem: ſi autem nolet iurare, poteris dictam petitionem, vt calumnioſam non admittere, nec dilationem ei concedere.ita ſing.inquit glo.ſing in d.cap.ſtatutum. in dicto ver. expenſas.illam ſequitur, & commendat Pau.de Caſt.in d.l.interdum.tene menti prædicta, quia ſunt utilia, & faciet tibi honorem in facto, quia communiter non habetur.

Adde quòd primam cautelam poſuit, & ſecutus eſt Iaſ. in loco præallega. Adde in hac materia unum pulchrum dictum, q; ſi ſtatutum eſt in ciuitate, q; omnis cauſa infra tres menſes decidatur, & aduerſarius cauſa teſtium producendorum, qui ſunt in longinquis partibus vel vltra mare, dilationem petit, quæ ultra tres menſes extendatur, non obſtante ſtatuto eſt audiendus, & ſibi eſt danda dilatio, & ſic poſt tres menſes de cauſa cognoſcetur, ita not.determinauit Dyn. & Cyn.in l. ſi cum ipſis.arg. illius tex. ff. de excuſationib.tutorum. & ibi ſequitur Nicola.de Neapoli. & Bald. & ſubdit Bald.eſſe no.dignum.

minum quinq; dierũ pro qualibet dięta, attribuẽdo cuilibet dietę paſſuum uiginti millia, ita tñ quod excedere non poſsit terminum trium menſiũ, etiam ſi in remotiorib. regni partib. probationes fieri deberẽt, niſi iudici de cã cognoſcenti ex iuſta cauſa eius animũ mouẽte, maiorẽ dilationẽ ſtatuendã videretur, quo caſu pro eius arbitrio illã augere poſſit: dũ tñ intra regnũ terminũ trium menſiũ, vt ſuprà, nõ excedat: quod ſi partes ipſæ, vel ſaltẽ una ex eis in ipſa reſpõſione nõ manifeſtauerint loca, in quib.examinare intendunt, terminus ipſo iure viginti dierũ ad probandũ ſtatutus intelligatur. Nec poſſunt * dicti termini ſine iuſta cauſa, uel ſine expreſſa ambarum partiũ uoluntate prorogari, ad pœnã duarũ vnciarum a iudice auferendũ, qui talẽ prorogationem fecerit, q; ſi fortè * ad obtinendã calumnioſè, maiorẽ dilationẽ aliqua partiũ loca diſtãtiora nominauerit, in quib.teſtes examinare nõ fecerit, ſimili pœnæ * duarũ unciarũ ſubiaceat, ſine ullo proceſſu ab eis auferendę. Decernimus nominationem dictorũ locorũ fieri poſſe etiam in reſponſionibus faciendis per partes ipſas, poſitionibus, ſiue capitulis.

De poſitionibus articulis, & reſponſionibus ſuper eis. Rubr.

QVinta [a] die * dilationum prę dictarum, utraque pars poſitiones, * ſiue articulos producere teneatur, quę poſitiones ſint ſimplices, & non captioſę factum * &

gnum.hoc dictum refert, & ſequitur conſulendo Alex.conſi.62.incipien. videtur prima conſideratione dicendum, in princ. in 3.volum. & ſecundam cautelam ponit & ſequitur Matthæus, in conſtitutione, contingit.in 2.colum.alleg. Petr. de Anch.Imo. & Alex.in locis hic allegatis. Adde quod de iure maior terminus in via terreſtri, quam maritima requiritur. Quia quinquaginta milliaria per mare, ſunt minus una dieta, vt not. Bart.in tractatu, de inſu. in 1.colum.ver.nullius. per terram autem ſingulis uiginti milliaribus datur vnus dies l.1. ff. ſi quis cautionib.iſta refert, & ſequitur Philippus Decius in c. cũ ſit Romana.in 5.notab. de appel. Matth.

De poſitionibus articulis, &c. Rubr.

[a] QVinta die dilationum, &c. Hãc pragmaticam allegauit Matth. in cõſtitutione, in pecuniarijs. in 7. no. ver. & eſt ſciendum. vbi inquit formaliter, & eſt ſciendũ, quòd Rex Ferdinandus I. fecit pragmaticas q; poſitiones debent præſentari infra quinque dies poſt terminum datum ad probandum. poſtea ſubdit Matth. ſi modo non præſentantur infra quinque dies ſed poſtea, & petitur quod principalis reſpondeat poſitionibus, poteſt dicere principalis, non teneor reſpondere, quia poſt terminum feciſti poſitiones. ita inquit Bald.in l.in contractibus.§.ſuper cæteris. C.de non numer.pec.tene menti, quia faciet tibi honorem.

Adde vnum notab. ver. donec pendet terminus datus aduerſario meo ad reſpõdendum poſitionibus, non currit mihi terminus ad probandum eaſdem poſitiones, nam mora aduerſarij impedior, nã ignoro antequam reſpondetur quid mihi incumbat probandum, quid nõ probandum, cum eius reſponſiones releuent ab onere probandi, ita no. determinat Bald.in l.ſi cum ipſe.verſ.& ſic eſt argumentum, &c. ff.de excuſationibus tutorum. tenę menti. & hoc ſentit hæc conſtitutio.ibi, cum non conueniat dilationem ante reſponſionem poſitionibus factam currere.

In ver. *articulos, &c.* Verũ autẽ in productione articulorũ & poſitionũ requiratur citatio partis? dic quod ſic, cũ iſte actus ſit iudicialis, cũ poſſit opponere aliquos eſſe impertinẽtes, & non admittẽdos, & habeat facere ſua interrogatoria ad teſtes examinãdos, ſuper articulis datis per partẽ aduerſam, vt in c.2.de teſtib.in 6.ita tenent, & cõcludũt Ant.de Imo.Panor.Aret.& Fel.in c.2.de teſtib.in 6.& Philip.Franc.in c.præſentium.§.teſtes.in 2.col.de teſtib.in 6.Alleg.omnes Dominos de Rota in deciſ. 70. incip. itẽ ſi iudex, in nouiſſimis.

Quid

ADDITIONES.

• Nec poſſunt, &c. *No.tamen quòd ſi ſtetit per partem aduerſam, vel per Iudicem, vel propter infirmitatem probatu iſtiu vel ſimilib. impedimentis, non curret terminus, vel ſaltem prorogabitur, dummodo fuerit proteſtatus, vt concludit poſt alios Feli. in c.licet cauſam, 17.col. de probat. Aduerte, quia dato termino partes compromiſerunt, terminus non currit.ita Rota in nouis deciſ.360.* Piſanellus.

• Quod ſi forte. *Adde aliam pragmaticam infra quæ incipit, ſi quis petierit.ſub rub.de dilationibus per calum.non peten. An autem infra terminum examinandi teſtes in locis nominatis poſſint examinari teſtes in ciuitate. Socc.tenet quod non, in conſ. 52.alias 57 vol.2.in fi. vide Iaſ. in l.1.in princ.nu.27 ff.ſi quis ius dic.non obtemp.vbi dicit, quod iudex poteſt cogere partem nominantem teſtes in locis longinquis quod deponat expenſas, ſi calumnioſè inueniatur nominaſſe.* De Bottis.

• Simili pœnæ. *Vide, quia poterit etiam comminari hanc pœnam, vt per Alex.in l.1.in prin fi.col.verſ.Item in quantum.ff.ſi quis ius dicen.D.Hippol.de Marſil.ſing.384.* Piſanellus.

• Quinta die. *Vide ad intellectum huius pragmatica l.2.§.quod obſeruari, C.de iura.calum. Sed quid ſi interrogatur principalis ſuper poſitionibus continentibus factum alienum, & ipſe reſpondet, credo ſi hoc probet ni legitimè, an valeat talis reſponſio? Vide quòd ſic, vt latius tenet Luc.in l.fi.col.4.C.de diuerſ.offic.lib.12. Sed quid, donec non fuerit diſcuſſum de impertinentibus, an terminus currat. vide in conſtit.lite legitimè, col.5.& Bal.in l.ſi cum ipſe, de excuſ.tut. Adde quod donec principalis ſe examinauerit, terminus currit. iſta eſt gloſ.in ver.poſt dationem, in Clem.ſæpe, de verbo.ſign. ſequitur Bald. in l. fi.col. antepen.ff.de ferijs.* Piſanellus.

¶ *Quis debeat prius reſpondere, actor vel reus. vide Bal. in l.non erit, ff.de iureiur. de quo meminit Alex. in addit.ad Bart. in l quæro.§.inter locatorem.ff.locati. Adde quòd depoſitio principalis non poteſt negari, etiam ſi fuiſſet abſens principalis, etiam in ſummarijs, etiam ſi extaret ſtatutum, quòd probatio non poſſit fieri, niſi per inſtrumentum. hac omnia Gramm.in conſ.4. nu.18.in ciuilibus. Et an confeſſio ſuper articulis, poſſit reuocari. vide Arnon. in caut.9.& 86.vbi dicit q; pars, non tenetur reſpondere, niſi alia pars iuret quòd credit eos eſſe veros.* Iac. Anellus de Bottis.

¶ *Vide tex & glo.in c.1.de confeſ. & in c.1.de teſti.lib.6.& Bal.in l.3.§.quod obſeruari.5.col.de iuram.calum.* M. Ant. Puluer.

• Poſitiones. *No. quòd dicit poſitiones. nam ſuper interrogatorijs non tenetur reſpondere, vt no.Bal. in l.data opera, col.10.C.qui accuſ. non poſ.* Piſanellus.

• Factum. *Vide Philip. Franc.in c.ſæpe, col.2.de appel.& Fel.in c.paſtoralis, 2.& pen.col.de iudic. Adde quòd confeſſio principalis, ſi eſt per decretum iudicis reprobata, puta ſi eſt facta in articulis impertinentibus nullum effectum producit, Lud.in conſi.59.in fi. Et an confeſſio facta poſitioni captioſa, poſſit reuocari, Andr. Barb. in conſil. 76. 4.colum.* De Bottis.

• Vel

non ius cōtinentes, quib. infra tres dies, ſine preſentia procuratoris, vel aduocati * debeāt partes ipſæ viciſſim, & ſine tēporis interuallo rñdere, per verbū Credit, vel, Non credit: de quib. poſitionib. & reſpōſionib. infra duos dies continuos a die rñſionis copia * dari debeat, vt cognoſcatur, in quib. partes ipſæ, vel altera ex eis ab onere probādi fuerint releuatæ. Poſſintq; partes ipſę, uel altera ex eis, infra alios tres dies poſt dictā copiā datā cōtinuè ſequētes, perēptoriè alias poſitiones, vel articulos producere, quib. quarta die ſequenti poſt dictas poſitiones productas vt ſupra, reſponderi debeat. De quib. ſecundis reſponſionibus & poſitionibus infra duos dies immediatè ſequentes ſimiliter copia partib. detur. Qui dies ad reſpūdendū & copiā accipiendū partib. cucurriſſe non intelligātur, cùm nō conueniat dilationē ante rñſionem poſitionibus * factā currere: Decernentes partem negantē calumnioſè factū proprium, matrimoniū, filiationē, conſanguinitatem, affinitatē, vel notariatū, de quib. veriſimiliter notitiā habere poſſet: ſi de eis per probationes conſtiterit, condēnari debere pro qualibet poſitione negata, & probata ad pęnam arbitrio iudicis moderādā, perſonarumq; qualitate cōſiderata, quā pœnā in ſnīa iudex declarare debeat, pro quibus pœnis partes habere regreſſum poſſint cōtra procuratores & aduocatos eorū, ſi probauerint eorū conſilio talem negationē feciſſe. Et intelligatur eorum conſilio negaſſe, qui pñtes fuerint, cōtra prohibitionem pñtis cōſtitutionis rñſionib. prædictis: Et omnis poſitio, * cui nō fuerit reſponſum ſimpliciter per verbum, Credit, vel, Non credit, ipſo iure pro confeſſata habeatur. Pœnam verò ſupradictā poſitionum, vt ſuprà, negatarum euitare poſſint partes, ſi infra tres dies poſt negationem, eam reuocauerint, & per confeſſionem ſe purgauerint.

De examinationibus teſtium, & eorum examinatoribus. Rubr.

RESponſionibus [a] * uiciſſim factis, ad examinationē teſtium procedatur infra dilationem, eliga-

Quid autē in admiſſione, vel repulſione articulorū, vtrū requirat partis citatio? dic ſimiliter q ſic. ita tenet Ant. Imo. Arct. & Fel. in loco hic præallega. vt ibi late p eos, allegāt Dominos de Rota in loco pallega & reprobāt Panor. ibi tenentē contrariū, vt ibi plene p eos. Hoc idē quod requirat, tenet Philippus Frācus ubi ſ. allegans Rot. in deciſ. 10. Vtrū aūt ab hac admiſſione & repulſione articulorū, poſſit appellari? dic, q ſic. ita tenet Rota in deciſio. præalleg. 90. incip. itē ſi iudex admittēdo, & in deciſio. 292. incipiente, itē ſi auditor. & ſequuntur Panorm. & Arct. in loco præallega. & Philipp. Francus ubi ſ. verſ. 2. quærit, an ab admiſſione, &c. ¶ Adde q iudex recipiendo teſtes, vel inſtia, vel alias probationes ſuper articulis eo ipſo vr tacite articulos admittere, nec eſt neceſſe q iudex expreſſe pronunciet articulos admittēdos eſſe. ita notabiliter determinat Rota in præall. deciſ. 392. incip. itē ſi auditor, &c. & in deciſ. 105. incip. item q uolet, &c. ſequitur, & magnifacit Philip. Fran. in loco præallegato. Et dū ſupra poſui, an requiratur citatio in productione articulorū: adde quòd hūc articulū latè examinat referēdo oēs Alber. Malo. in tracta. de teſtib. in 11. char. col. 3. in verſi. ſed hic dubitatur, nunquid pars debeat citari, &c. ubi tandē concludit, tutius eſſe ad tollendum opiniones oēs, citari facere partē ad videndū produci articulos, ſeu capitula: & ſubdit ita ſe vidiſſe ſeruari. Et in quantū in reg. prag. dr quod pars tenetur producere articulos, q̄ro quid de iure cōi? Archid. quē ibi ſequuntur Ioan. And. Gemi. & Fran. & Phil. in c. 2. de teſtib. in 6. tenet quòd ſi petantur, ſunt dādi de neceſſitate articuli in cauſa: aliàs ſuffi it qualitercūq; teſtes ſint producti, dūmodo ſuper libello deponāt, ſiue ſint facti articuli, vel poſitiones, ſiue non. Dicit tñ Archid. quē ſequitur & cōmendat ibi Geminia. quod cauere dēt tradēs articulos, vel poſitiones ne faciat articulū plura continētem, nec obliget ſe ad totā probandā, taliter quòd perdat cauſam: niſi probet cui mos eſt gerendus. de prob. c. licet cauſam. quia bene pōt ſe obligare probationi ſub amiſſione cauſæ. de electionib. c. cū dilecti. de cri. fal. c. fi. & de teſt. c. tuis. aliàs ſufficeret probare vnū de mille propoſitis, quod ſufficeret ad intentionē fundandā. de app. c. ſignificauit. de præb. c. iā dudū. & ſubdit Gem. eſſe notandū, &c. alleg. illud dictū quod plura narrās in articulo uel in poſitione, vr ſe aſtringere ad probandū omnia in illa ſeu illo contenta. ita Gemi.

In verbo, *non ius, &c.* Limita quadrupliciter per præceptorē meum Campeg. in l. 2. §. quod obſeruari. in 16. char. in 2. col. cum duab. ſeq. C. de iur. cal. & ibi per me.

In ver. *per uerbū credit, &c.* Fallit in criminalib. ubi non admittūtur rñſiones per verbū credit, ſed de veritate rñdēdū eſt, ita pulchre inquit Bar. in l. genero. ff. de his qui not. infa.

In ver. *ab onere, &c.* Adde tex. in l. eū qui, in prin. ff. de iureiur. & gl. mag. in c. 1. de confeſſ. in 6. alleg. d. l. eum qui.

In ver. *contra procuratores, & aduocatos, &c.* Adde hic Spec. in tit. de poſitio. 1 §. 3. ver. & no. quod aduocatus. &c. ubi inquit q ſi aduocatus docet clientulū falſo rñdere, tenet alteri parti ad reſtitutionē dāni quod paſſus eſt, & idē inquit idē Spec. eo. tit. §. 9. ver. item no. &c. idē dixit glo. no. in c. 1. in glo. mag. poſt princ. ver. ſcire tñ debet, de confeſ. in 6. quòd qui facit poſitiones, debet prius iurare quòd credit eas eſſe veras, aliàs aduerſarius non teneatur reſpondere. glo. eſt in l. vnica. in gl. mag. ad fin. C. de confeſſ. quam ad hoc reputat ſingularem Bald. in c. in pertractandis. de iura. cal. refert, & ſequitur Iaſ. in l. iudices. in fi. ver. & ultra, &c. C. de iudic. & in l. iuſiurandum & ad pecunias. §. qui iuſiurandum, in princ. ff. de iureiurando. Matthæus.

De examinationibus teſtium. & eorum examinatorib. Rubr.

a RE*ſponſionibus, &c.* Adde hic pulchrum tex. in l. 3. §. itē diuus. ibi, nam ipſos interrogare ſoleo, &c. ff. de teſt. & ibi no. Raph. Fulg. dicens, no. iudices, & aſſeſſores qui committunt examinationem teſtium tabellarijs, nam ipſe Imperator hic examinat.

In verbo, *ad examinationem teſtium, &c.* Qui teſtes ſunt examinandi

ADDITIONES.

* Vel Aduocati. *Vide Bal. in l. 1. in fi. C. ſi plur. vna ſent. vbi ponit caſum in quo quis non tenetur reſpondere articulo partis aduerſæ. Nigeſant. de pignor. in 2. parte, 3. memb. 5. partis, nu. 12. vbi quando quis dicatur ſimpliciter reſpōdere poſitioni. & Dec. omnino in conſ. 118. vbi, quid ſi reſpondit, credo prout in tali inſtrumento, de quo etiam Guido Papa in dec. 334. & Bal. in l. 2. nu. 4. ſolis confeſſio. ad glo. in conſuet. Pariſ. in §. 5. in glo. 1. num. 77. & Pau. de Caſt. in l. fi. nu. 9. ff. de fer. omnino Arnon. in caut. 30. vide Fel. in c. paſtoralis. 2. & pen. col. de iudic. & ibi in uerſ. poſitiones & articuli factum & non ius continere debent, vide Phil. Franc in c. ſæpe, col. 2. de appel.* De Bottis.

¶ *Sequitur Ang. in §. ſi minus, col. 9. in fi. Inſtit. de actio. Sed quid ſi principalis recuſat deponere, quid ſeruandum, & an talis depoſitio poſſit per procuratorem fieri, vide Moder. in conſtit. partes in iudicio. vide Dec. in conſ. 677. col. fi.* Piſanellus.

* Copia. *Ante reſponſionem non eſt danda copia poſitionum, poſt ſic, vt hic, ad hoc vt interrogatoria formari valeant, & ita ſeruari teſtatur Luc. vbi latè examinat in l. ſacris, col. 5. C. de proxim. ſacro. ſcrin. lib. 12. Sed vſque ad quod tempus poterit & debet principalis examinari, vide Fel. in rub. de probat. col. fi. vide omnino Bal. in conſ. 182. ſtatuto cauetur. vol. 1. de contumace de non reſpondendo poſitionib.* Piſ.

* Reſponſionem poſitionibus. *Confeſſio principalis ſi eſt per ſententiam, vel decretum iudicis reprobata, nullus effectus oritur, puta ſi eſt facta in articulis impertinentib. Lud. Rom. conſ. 59. in fi. Poſitio ſi eſt captioſa, & fuit reſpōſum credit, an reuocetur. And. Barb. conſ. 76. 4. vol. Poſitio, cui non fuerit reſponſum, ipſo iure habeatur pro confeſſata. vide Soci. in l. hæredes. 5. & 6. col. ff. de vulg. & pupil. & Philip. in c. de cauſis §. præterea, de offic. deleg. Bald. in l. 1. 2. no ff. de vulg. & pup.* De B.

* Omnis poſitio. *Vide omnino per Scrib. in l. 1. §. ſiquis ſimpliciter. ff. de verb. oblig.* Piſanellus.

* Reſponſionibus, &c. *Adde quòd in cauſis modicis committitur examinatio teſtium. vide Fel. in cap. nonnulli, in princ. de reſcrip.*

An valeant probationes factæ ſine dilatione, vide Bar. in l. in crimine. ff. de adult. & in l. fi. ff. de fer. per Abb. in c. licet, 6. col. extra de prob. & per Annib. Troyſ. Cauenſ. hic. & Affl. omnino in deciſ 50. per totam. & qui teſtes debent prius examinari, actoris vel rei, vide Bal. in c. 1. §. ſi duo, nu. 3. de pace tenen. & an quis cogatur examinari facere eius teſtes citatos, vide infra in prag. Teſtem falſum. No. quòd teſtes debent deponere in ſecreto, vnus poſt alium, iuxta tex. in cap. cum venerabilis, ext. de teſtibus, iuncta glo. in cap. 2. in ver. audire, ext. eod. tit. & l. teſtium. C. de teſtibus. quod limita non habere locum in cauſis ſummarijs. glo. & Pau. de Caſt. in l. minime, ff. de legibus, Spec. in tit. de teſtibus. §. nunc tractandum, & no. in d. cap. 2. de teſtibus, vt per Gallum in tract. de fat. princ. fol. 144. An defectus citationis ſuppleatur per cap. regni, deteſtantes, vide Cauenſ. hic, qui latius diſcutit, & Decium in 54. nimime, num. 2. omnino videndum qui videtur tenere contrarium. Iacobus Anellus de Bottis.

turq́ue examinator * poſt reſponſionem poſitionibus, incontinenti extra ſuſpectos per partes tunc in promptu nominandos, quos ſi nominare neglexerint, iudex illum ex officio eligat, & pro mercede examinatoris, & magiſtri actorum in loco, vbi cauſa agitur, decē Grana pro quolibet teſte recipiantur, ſoluenda pro duabus partibus examinatori, pro tertia magiſtro actorũ, niſi aliter inter examinatorem, & magiſtrum actorum concordatum fuerit. Extra verò ciuitatem vbi litigatur, & ſi partes non fuerint in cōcordia, quòd ſolus magiſter actorũ examinet: Similiter examinator cũ magiſtro actorum teſtes recipiat. Et pro examinatore intelligatur ordinarius loci, & in eius abſentiã, vel ſi præſens fuerit & ſuſpectus, Epiſcopus vel eius Vicarius. Item rector maioris Eccleſiæ vbi Vicarius non eſſet, niſi prædicti ſimiliter ſuſpecti eſſent, quo caſu prædicti ſine vlla dilatione in promptu aliũ eligant partib. non ſuſpectũ, cũ ſimili mercede, niſi ex eo, quia magiſter actorũ tũc accedat ad aliena loca extra ciuitatē maiori ſumptu duæ partes mercedis ſint magiſtri actorum, & tertia examinatoris, ad rationē decē Granorũ, vt ſupra pro quolibet teſte, vel eius mercedis pro qua cũ partibus ſe compoſuerint: Ita tamē quòd compoſitio excedere non poſſit Carlenos octo pro ſingulo die, vltra expenſas victus, quarum expenſarum onus, vltra dictos octo Carlenos, ad partes pertineant.

De pœna examinatoris, vel magiſtri actorum eorũ negligentia non examinantium in termino. Rub.

ET [a] ſi per examinatorē, & magiſtrum actorum, vel eorũ alterum ſteterit, quo minus teſtes infra terminum examinarentur, condemnetur quilibet, per quē ſteterit ad pœnam arbitrio iudicis moderandã, perſonarum qualitate inſpecta, quã iudex cauſæ exigere nō negligat, debeatq́; iudex ipſe reſtituere terminũ partib. culpa magiſtri actorum, vel examinatoris decurſum.

De refrenatione teſtium. Rub.

STatuimus [b] * ſuper articulis, & poſitionib. non confeſſatis amplius quàm ſeptē teſtes pro ſingulo

nandi per iudicem, vel per alium de iudicis commiſſione, Abb in c. cũ coram, ext. ſi. de teſtib. Soc præceptor meus cōſulendo in cōſ. 224. incip. conſiderata facti contingentia, in 3. col. vbi alle. alias cotas. Verũ autem magiſter actorum de conſenſu partium ſine præſentia iudicis poſſit recipere teſtium iuramenta & dicta, nulla facta per iudicem cōmiſſione? Bald. ponit hanc qōnē, in tit. de pace Conſtan. ver. hoc qđ nos, in fi. & dicit q̃ non reperitur q̃ tabelliones poſſint recipere talia iuramenta. allegat gl. in l. hac cōſultiſſima. §. pen. C. de teſta. ſed bene de iudicis cōmiſſione pōt, alleg. glo. in Clem. 1 de offic. deleg. quod dicit eſſe menti tenendum. Adde hic Luc. de Pen. in l. 2. in 2. col. C. de iure fiſ. lib. 10. ubi inquit, q̃ perperam agũt multi iudices teſtiũ examinationem notarijs committentes, cũ hoc ſit ſpeciale officium aſſeſſoris. l. 1. cum gl. ff. de offi. aſſeſſ. ſubdens q̃ quamuis iudex poſſit com̃ittere tabellioni receptionē teſtium quãtum ad ſcribendum, non tñ quantum ad examinandum. alleg. Inn. in c. cum Bertoldus. in uer. alijs fungeretur. de re iud. & alias cotas. uide eum, & q̃ non ualet receptio teſtium per notariũ ſine mandato iudicis, tenet conſulendo Gemin. in conſi. 78. incip. pro clara deciſione, &c. in 2. col. in fi. & allegat iura. vide eum, & inquit Bald. quòd in grauibus cauſis ſeu quæ non poſſunt delegari, iudex debet perſonaliter examinare teſtes. ita no. inquit in rubr. in 2. col. de controuer. inueſti. allegat no. in c. a uobis, qui maiores accu. non poſſunt. in nouellis. tene menti. Matthæus.

Reſpon-

Reſponſionibus, &c. Adde quòd nō proceditur ex mero iudicis officio, nec ad iudicis officiũ pertinet teſtiũ examinatio ſine partis requiſitione. c. qualiter & qñ, de accuſ. ſed ad requiſitionē partis teſtes ſunt examinandi, & cogendi. 2. quæſt. 9. c. fi. ita inquit Rota in deciſ. 445. incip. extra Rot. in 2. col. & quod notarius actorum non poſſit examinare teſtes ſine cōmiſſione iudicis, tenet pulchrè Matth. in cōſtitutio. in pecuniarijs. in 4. col. ver. 7. quæro utrũ notarius, vbi allegat plures cotas, vide eũ. Matt.

De pœna examinatoris, vel mag. &c. Rub.

a ET *ſi per examinatorem, &c.* Quid ſi magiſter actorũ examinauit teſtes in termino abſq; iuramēto, qua pœna punietur? dic q̃ ſi per negligentiam omiſit iuūm, debet ab officio remoueri, ſi p̄ dolũ tenet pœna falſi. ita dixit no. Richar. Malũb. quem refert & ſequitur Ioan. And. in reg. nō eſt ſine culpa. in vlt. col. de reg. iur. in 6. in mercurialibus. & alleg. iura. tene menti.

In ver. *debeatq́; iudex ipſe, &c.* Tu adde quod idem voluit Bal. in authent. qui ſemel, in fi. ver. ſcias. C. de probationi. ubi inquit, q̃ qñ ſtetit per iudicem, vel per examinatorem teſtium, tunc debet ſuppleri tēpus, & non dicetur noua dilatio, ſed ſuppletio prioris. tene menti.

De refrenatione teſtium. Rubrica.

b STatuimus *ſuper articulis, &c.* Quid autem de iure communi? Bart. in l. quoties. C. de nauſ. ag. lib. 11. dicit per illum tex. no. quod effrenata multitudo teſtiũ ſuſficit, quod reducatur ad tres teſtes.

ADDITIONES.

a Examinator. *Vide Affl. in conſtit. Iuſtitiarij per prouincias, & ibi an poſſit commiſſio cauſę committi: & examinatio teſtium. & an iſte examinator deputatus ad receptionem teſtium poſſit recipere confeſſionem partis. Rota in deciſ. 535. decreta. & Aym. de antiq. temp. fol. 61. nu. 87. dicit quod ſic, de quo per Philip. Franc. in c. 2. de teſtib. lib. 6. An autem notarius poſſit commiſſionem ſibi iniunctam a iudice de examinandis teſtibus ſcribere ſua propria manu, vide Bal. in l. iudices, C. de fide inſtrument. & in l. iuſiurandi. C. de teſtib. qui dicit quod non. quod ſequitur Affl. in deciſ. 317. Quid autem in magiſtro actorum, vide Sal in l. apud eloquentiſſimum. C. de fide inſtrum. qui tenet quod ſic. & ad ea quæ ponuntur hic, & an de conſenſu partiũ notarius poſſit recipere iuramentum, & depoſitiones teſtium, vide quæ ponuntur per Cottam in ver. notarius non poteſt. Et an credatur notario aſſerenti ſibi fuiſſe commiſſam receptionem teſtium, Guid. Pap. in deciſ. 126. alias 136 qui dicit quòd non. vide Dec. in conſ. 42. nu. 4. Adde quòd ſi aliquis in cauſa dat aliquos ſuſpectos, videtur omnes alios dare confidatos. & ſic eſt contra Bal. in l. cum ita legatum. ff. de condit. & demonſt.*

No. etiam q̃ termino ad probandum pendente, ſi aliquod dubiũ circa illam emergit, donec dubium diſcutitur, an terminus currat, vide Cauenſ. hic, in eius commen. nu. 25. & Cottam in ver. inſtrumenta. & omnino Bal. in l. fi. C. de aduit. Aret. in l. quamdiu, la 3. ff. de acq. hæred. & in conſi. 100. & Gramm. deciſ. 65. nu. 46. De Bottis.

¶ *Vide de electione examinatoris, quod dicit Ang. in l. obſeruandum. ff. de iudic.* Piſanellus.

a Statuimus, &c. *Dum D. A. Treſius Cauenſis hic in ſuo Commen. nu. 3. tractat de materia terminorum antiquorum & nouorum, adde Affl. in deciſ. 23. & an inſtrumenta facientia mentionem confiniũ probent inter tertias perſonas, vide Bal. in l. pen. 2. col. C. de iure delib. Cott. in verbo, antiquitas, & in ver. inſtrumentorum pluralitas. Quid ſi inſtrumenta contrariantur inter ſe circa confinia, & an ſufficiat vnũ inſtrumentum, vel requirantur plura. & qualiter probetur indemnitas rei, ſi ſunt mutati confines, vide Aym. Crauet. in conſ. 57. num. 7. & eundem Cauenſ. hic, nu. 10. in ver. quid in ſententia, &c. Adde eundem ſupra in pragmat. quarta die, nu. 45. & 46. Quid ſi iudex dixit condemno, quia eſt probatum per A & B. an valeat ſententia, ſi non reperitur probatum per A. & B. vide Affl. in deciſ. 39. & Feli. in c. illa, in fi. de accuſ. & an iudex poſſit refrenare numerum teſtium, vide Bald. & Aret. in l. qui plures. ff. de vulg. & pupil. & Euerar. in loco a perſona ad tempus.* De Bottis.

¶ *Pone caſum, Mulier ſecundum formam conſtitutionis, obſcuritatem, habet duo beneficia, quæ competunt, quando mulier læſa eſt. pone quòd in termino primo examinauit ſeptem teſtes, an poterit ſuper eiſdem examinare alios ſeptem teſtes? Iſta quæſtio fuit inter Illuſtr. Duciſſam Mediolani, D. Iſabellam Aragoniam, & nobilem Heliam de Sartirano, cuius partes ego tuebar coram Excel. Hieronymo Colle Regente Regiam Cancellariam: & dicebam quòd ipſa beneficia conſequi non poterat: quia illa, vt dictum eſt, competunt ex cauſa læſionis. Sed ſi in primo termino examinauit ſeptem teſtes, non fuit læſa, quia vſa fuit prag. quæ omnes comprehendit. Igitur &c. maximè, quia d. conſtitutio eſt correctoria iuris communis, per ea, quæ habentur per Bar. & alios in l. 1. §. nunciatio. ff. de noui oper. nunc. & multa alia tandem conſultis Dominis de Conſilio fuit per ipſum determinatum, beneficia eſſe concedenda, & quòd ſuper quolibet articulo poſſet examinare 7. teſtes, & non vltra. Decretum tenet magiſter actorum Hiſpanus Villaut.* Bartholomæus Marzalis.

¶ *Circa hanc refrenationem vidi dubitatum in cauſa Epiſcopi Policaſtri cum Comite Policaſtri: fuit petitum beneficium pro parte Eccleſiæ. Oppoſitum fuit, quòd non reciperētur vltra numerum huius pragmaticæ, vt ſi in primo termino in quolibet articulo erant examinati ſeptem teſtes non admitteretur alia productio, ſi ijdem articuli in beneficio*

articulo examinari non debere, niſi in materia confinium, & factis antiquis, de quibus prætenderetur memoriam hominum non extare, quo caſu, decem teſtes ſuper tali articulo examinari poſſint, omnisque examinatio fiat * per extenſum, & non per vera eſſe, nec dixit, ut proximus, de interrogatione, de cauſa ſcientiæ, loco, tempore, præſentibus, & alijs generalibus, ad pœnā decem unciarum ab examinatore, qui maiorem numerum acceperit, auferendam. Niſi forte per iudicem in cauſæ interlocutū appareat ex cauſa eius animum mouente maiorem numerum examinari poſſe, arbitrio cuius iudicis relinquatur augendi dictum numerum uſq; ad tertiam partem. *

teſtes. & ita dixit eſſe intelligendum tex. in l. 1. ff. de teſtib. dicentem debere refrænari multitudinem teſtium, & dicit eſſe tex. manifeſtum in dicta l. teſtium. & ibi ſequitur Ang. & ſequitur & magnifacit Ro. in repeti. l. ſi vero §. de viro. in 45. fallentia. & dicit quod illum tex. in dicta l. quoties pauci ſciunt. hoc tenet & ſequitur Alex. poſt Bart. in dicta l. 1. allegat illum textum & Bart. in dicta l quoties Communis tamen opinio omnium ſcribentium eſt, quod quæ dicatur multitudo ſufficiens teſtium, hoc eſt arbitrarium iudicis, qui ſecundum qualitatem cauſarum & perſonarum taxabit certum numerum. ita dixit Spec. in titu de teſtibus. §. reſtat. ver. hoc. & Ioan. And. in additio. Spec. eodem titulo, in rubr. & Ioan. Andr. & alij, maxime Panorm. & Franc. de Aret. in cap. cum cauſam, quæ inter Archiepiſcopum. de teſti & dicit ibi Franciſ. de Aret. in 7. not. quòd de hoc eſt caſus clarus in dicta l. 1. Adde Flori. in dicta l. 1. circa fin. dicentem, quòd effrænata multitudo teſtium dicitur ſecundum æſtimationem iudicis. alle. Innocen. in dicto cap. cum cauſam. & quanquam tex. in dicto cap. cum cauſam, reducat effrænatam multitudinem teſtium ad numerum 40. teſtium: dic quòd illud fuit ibi ex accidenti, & ſic iſte numerus non facit regulam, nam in d. tex. ſic fuit uiſum æquum. Sed regulariter iudex in alijs cauſis ſecundum qualitatem cauſæ & perſonarum aliquando poteſt plures admittere, quandoque pauciores, cum ſit arbitrarium. ita Panor. & Are. poſt Ioan. And. in dicto c. cum cauſam. Adde quod ante depoſitionem poteſt fieri iſta refrænatio teſtium, Bald. in l. 1. & doctrinam præallega. Bart. in d. l. quoties. refert, & ſequitur Iac. Rebuf. ibi, circa princ.

Additio. *Adde quòd per ſacrum Regium conſilium Neapolitanum facta relatione in Collaterali conſilio, ac accedente voto omnium regentium Regiam Cancellariam, fuit ſuper dicta refrænatione teſtium interpoſitum decretum, per quod non ſolum confirmatur diſpoſitio præſentis pragmat. circa refrænationem ſeptem teſtium ſuper quolibet articulo: ſed etiam fit refrænatio teſtium, qui producuntur in qualibet cauſa. Nam etiam quòd fuerunt quamplures articuli, non poteſt excedi numerus ſtatutus per dictum decretum, quia eſt numerus quadragenarius ex motu iudicis, in cauſis ordinarijs, & quindenarius in ſummarijs poſſeſſorijs, Cuius Regij decreti tenor talis eſt, qui ſequitur, vt omnibus innoteſcat.*

Decretum ſuper refrænatione teſtium.

VT litigantium expēſis ſuperfluis occurratur, & ad lites ipſas breuiori tempore dirimendas, & ne partes ipſæ Regiæ pragma. ſuper numero teſtium eludentes, effrænatum articulorum numerum, & per conſequens teſtium producentes, in ipſorum partium detrimentum, cauſas ipſas in longum trahentes, ſcriptas, & iudices fatigare valeant, communi voto omnium regentium Regiam Cancellar. & regiorum conſiliariorum, facta etiam relatione in Collaterali conſilio, decretum eſt, vt in cauſis omnibus, ſiue in eis deducatur ius reale, ſiue perſonale, ſiue mixtū, & tam ſi agatur de poſſeſſione, ſeu quaſi, quam de proprietate, ſeu de vtroque, quam de quocunque alio iure, vel cauſa, etiam in cauſis feudatalibus & perſonarum, & locorum quantumcunque priuilegiatorum, etiam priuilegio in iure expreſſo, non poſſint recipi teſtes vltra quadraginta pro qualibet parte. Et ſi iudici uideretur ex cauſa, poſſit vſque ad decimum aliorum teſtium numerum pro qualibet parte diſpenſare. Exceptis cauſis, in quibus de ſummario agitur poſſeſſorio, ſeu quaſi durante lite mota, vel mouenda duratura, in quibus cauſis quindecim tantum teſtes pro qualibet parte recipiantur, & non vltra. Et præfatum numerum teſtium ſeruari uolumus, etiam ſi plures, & multi eſſent articuli, quòd in omnibus articulis ſimul iunctis teſtes ultra dictum numerum quadraginta, & ex cauſa quinquaginta, aut in ſummarijs poſſeſſoribus quindecim, nullatenus recipiantur. Ita tamen, quòd pro quolibet articulo non excedatur numerus a prædicta pragma. Reg. Ferdinan. primi ſtatus, ſub pœna priuationis officiorum eorum. Lectum, latum, &c. die 24. Iulij 1524. Neapoli, in ſacro Reg. conſilio, publicè pro tribunali ſedēte apud monaſterium ſanctæ Claræ, per me Antonellum Falangonum Secretarium prædicti ſacri Cōſil. aſſiſtentibus ibidem excell. mi & magn. fico vtriuſque iuris Doctore, Domino Cicco de Loffredo præſidente, & viceprotonotario, Domino Ioanne Martiale, Domino Antonio Capice, Domino Nicolao Moccrana, Domino Alexandro Seuerino, Domino Bernardino Galeoto & Domino Iacobo della Quadra, Regijs Conſiliarijs, & quamplEribus alijs doctoribus, & aduocatis, actorum magiſtris, procuratoribus, & ſcribis in numero copioſo. Cuius Decreti Regij tenorem volui hic ad uerbum inſerere, quia Regnicolis eſt valde neceſſarium, & hactenus non fuit impreſſum, & quia huic Regiæ pragmaticæ ſatis conuenit. M. B.

In verbo, *vera eſſe, &c.* Adde hic unum no. verbum Bal. in conſi. 181. incipien. item quod Titius. &c. vbi inquit quod capitulatum eſt, quod iam ſunt triginta anni, quòd Titius deceſſit, & teſtes ſuper hoc prædicti dixerunt vera eſſe contenta in capitulo, & interrogati de cauſa ſcientiæ, dixerunt, quia fuerunt præſentes morti, & ſepulturæ. & licet nihil de tempore dicant, tamen illud probatur, cum dixerunt vera eſſe contenta in capitulo, neceſſario includunt tempus. uide eum, & tene menti. Adde quod de iure communi teſtis dicens vera eſſe contenta in articulo, probat. ita in terminis tenet conſulendo Bald. in conſilio 10. incipien. in quæſtio. quæ vertitur, in 2. colum. verſ. tenuis teſtis. in 5. vol. Idem dicas eſſe de iure communi, ſi non eſt contraria conſuetudo in loco, ut multū late per Bal. meum, in l. fina. §. in refutatorijs. C. de appellatio. & ponit Bar. in l. 3. §. 1. in fi. ff. de teſtibus, & canoniſtæ omnes in cap. nihil obſtat. maximè Alb. de verbor. ſign. ſic. quicquid dixerit ibi Ioan. Andr. in nouella. & ibi vide amplam apoſtillam per Corſe. & ibi per me. Adde tamen quod pulchre dixit Angel. in §. fina in ver. exemplum. per illum textum ibi, in Authen. ut iud. ſi. quo. ſuffrag. quòd quando reperitur dictum teſtium ſcriptum in hac forma: Talis dixit, vt ſupra: per omnia identitatem importat. tene menti. Et quod non probat hæc depoſitio, vult Specul. in titulo, de teſtibus §. nunc tractandum. verſi. cautionem quoque. & ibi per me. Adde tamen quòd Bald. poſtea in dicto §. in refutatorijs dicit quod putat ipſe, quod debeat per iudicem mandari notario, quòd extendat ſcripturam talem, ſaltem in cauſis magnis, & grauioribus, & magni ponderis: ſi tamen hoc fieri non poſſet, quia notarius eſt mortuus, putat ipſe, quod talia verba dixit idem quod alius, ut ſupra: debent intelligi de conſonantia uerborum, non poteſt ſcribere nec atteſtari, ſed ſolum id quod audit expreſſe. ita Bald. & ipſum refert, & ſequitur ibi Paulus de Caſtro. Matthæus.

Statuimus, &c. Adde hic illud quod inquit Bald. in l. qui plures, in princ. ver. item hæc lex. ff. de vulg. & pup. ubi formaliter inquit Itē hic eſt arg. quod ſicut iudex poteſt abbreuiare terminum dilationis, ita poteſt taxare numerum teſtium producendorū, arguendo de tempore ad perſonas. ita ſentit gl. tamen dicit Inn. q̃ hoc non debet facere, niſi ubi putat ſuperfluere, vel vbi eſſet nimia multitudo teſtiū, ut de probatio. c. licet cauſam. & ſupra, de teſti. l. 1. in fi. ita Bald.

A D D I T I O N E S.

ficio ponerentur: nam ſi beneficium concedebatur propter læſionem, non dicebatur læſa, ſi erant recepti ſeptem teſtes, vtēdo hac pragmatica, quæ omnes comprehendit. tamen fuit conſultus Dominus Prorex, & tādem fuit ordinatum, quòd poſſit in beneficio examinare ſuper quolibet articulo 7. teſtes. Et alias dum eſſet ſimilis quæſtio inter Duciſſam Mediolani & Heliam Sartianum coram Domino de Colle, conſultato Sacro Conſilio idem fuit deciſum, vt vidi in actis Ioā., ut tunc Scriba mandati. Vide Bar. in l. 1. §. quamquam. de teſtibus in materia huius pragmatica. uide Laur. Syluanum in conſ. 19. col. 4. dum allegat Innoc. in c. auditis, de reſtit. in integ. Piſanellus.

• Examinatio fiat. *No. ergo quòd ſi teſtes dixerit vera eſſe contenta in articulo, non probat, nec ſi refert ſe ad proximam depoſitionem alterius teſtis. & per hoc apparet corrigi quæ habentur in l. eos. ff. de falſ. & in l. legata inutiliter. de legatis primo.* Ioan. Angelus Piſanellus.

• Vſque ad tertiam partem. *Crederem in hac refrænatione eſſe attendendam doctrinam Innoc. in cap. cum cauſam. in fi. de teſtibus. No. quia alias dubitaui, an ſi fuerit exceſſus numerus, in exceſſu, actus ſit nullius maxime parte ante citationem non proteſtante, conſului quòd non, præcipuè per doctrinam Bal. in l. certi conditio, §. quoniam. in fi. ff. ſi cert. pet. & in l. illicitas, §. veritas. de offic. præſid. cum alijs plenè adductis per Iaſ. in l. patre furioſo, de his, qui ſunt ſui vel alie. iur. Et ponderaui quòd hic imponitur pœna in præiudicium alterius, quàm illius, cuius actus veniret annullandus. & ſic remanet actus validus, vt declarat Bartol. in l. prætor ait, in fine, de noui oper. nunciat. & pulchrum caſum decidit Alexan. in conſilio 24 volum. 6.* Ioan. Angel. Piſanellus.

De publicatione proceſſus. Rubr.

a *CVrſu dilationum, &c.* Adde quòd atteſtationes debent eſſe clauſæ donec publicentur, ne committatur ſubornatio. ita no. inquit Bald. in l. ſi quis. §. iuſſum. ver. planè. ff. de acquir. hæred.

Curſu dilationũ, &c. In ver. *quibus vltimis, &c.* Vtrum autem poſſit ſimul dari idem terminus ad probandum, & reprobandum? Ioan. Andr & Gemin. in capit. præſentium, §. teſtes. de teſt. in 6 dicunt, quòd licet poſſit, tamen non expedit ut ſimul detur, ſed quod primò detur ad probandum, & illo elapſo detur ad reprobandum. & hoc expedit ad euitandas fraudes, quas poſſet facere actor, producendo ſuos teſtes reprobatorios ultima die termini, de quo remittunt ſe ad Spec. in titulo, de probation. in princ. ubi Specul. dat remedium circa hanc fraudem, ſcilicet quod detur reo noua dilatio ad reprobationem faciendam. Cardin. in cle. ſæpe. in §. & quia. in 11. quæſtio. de uerb. ſig. tenet quod nõ poſſit dari idem terminus ad utrũq; in cauſis ſummarijs, ſed ꝙ primò detur probationi, ſecundo reprobationi, per iura per eum alleg. & quod debeat nouus terminus ſtatui ad reprobandum, & quod non poſſunt ſimul dari ad utrunque, tenet Philip. Franc. in d. §. teſtes. in 2. no. per tex. ibi. & allegat Spec. in loco præalleg.

De publicatione proceſſus. Rubr.

CVrſu [a] dilationum, * vt ſupra, finito, ſiue teſtes fuerint examinati, ſiue non, ipſo iure in cauſa publicatum intelligatur, niſi partes ipſæ, vel aliqua ipſarum infra quatuor dies poſt dictas dilationes decurſas continuo coram iudice cauſas allegauerit, quare dicta publicatio pro facta haberi non debeat: & maximè ſi allegauerit magiſtrum actorum, qui ad teſtes examinandos acceſſiſſet, adhuc non fuiſſe reuerſum, quo caſu, iudex pro eius arbitrio, iuſta cauſa præcedente, ipſam publicationem retardare poſſit. Publicatione autem facta, * infra dies octo proceſſus copia partibus detur, vt ammodo infra alios octo dies immediatè ſequentes aduocatus, & procurator proceſſum videre poſſint, & debeant. Quibus ultimis octo dieb. elapſis,

ADDITIONES.

• Curſu dilationum, &c. *An publicatio proceſſus requiratur in cauſis ſummarijs, vide Capic. deciſ. 55. & an teſtis bonæ famæ poſſit produci poſt didicita teſtificata. Guil. Bened. in c. Raynutius, in ver. adiecta impuberi, nu. 20. An autem infra hunc terminum publicationis poſſint teſtes examinari, vide Tiraquel. de retrac. conuent. §. 1. in glo. 5. nu. 10. poſt Bald. in l. fin. colum. 2. verſ. incidenter quæro. ff. de ſer. An petens publicari in cauſa poſſit producere teſtes anteaquam didicerit teſtificata. Ioan. And. in c. conſtituta, colum. fi. de teſtibus. Alex. conſ. 63. in prin. colum. 3. dicunt quòd non. vide Franc. Ripam, in l. admonendi. nu 63. ff. de iureiur. & Abb. in c. fraternitatis. colum. 5. de teſtib. Quid ſi teſtes ſunt citati, & articuli præſentati in termino, an poſſint recipi extra terminum. Cap. deciſ. 90 Hip. ſing. 113. vbi etiam ponit, an infra terminum datum ad producendum ſcripturas, ſufficiat producere copiam, & poſt terminum originale.*

An publicatio debeat peti, ita quòd ſi non petatur & non fiat, non dicatur pars grauari. vide Rip. in tit. de conſtitut. 1. reſponſo, nu. 3. & ibi an poſſit appellari a denegatione publicationis. de quo etiam per Felin. in c. cum l. & A. de re iudic. Publicatio non eſt ſienda teſtium examinatorum poſt terminum, quia nec tales teſtes recipiendi erant. ita Ripa in d. primo reſponſo, num. 4. Et an quis poſſit reprobare dicta teſtium per teſtimonium productorum, vide in ſ. eundem Cauenſ. in pragm. teſtem falſum. & Abb. in cap. præſentium, nume. 6. 7. extra. de teſtibus. Item an concedatur repulſa teſtium examinatorum in termino poſt concluſionem, reſciſſam tamen per conceſſionem primi, vel ſecundi beneficij, vide Capic. in deciſ. 157. & quid de iure communi, quando concedatur repulſa, vide Couar. in cap. 18 pract. qq. num. 5. & licet alias quis non poſſit reprobare perſonam teſtis, poteſt tamẽ reprobare eius dictum, Hip. ſing. 92. An autem in hac dilatione poſſit altera pars approbare ſuos teſtes, Guid. Papa in deciſ. 500. & ibi, an tales teſtes repulſati efficiantur infames: & an poſſint agere actione iniuriarũ contra repulſantem ſi non probentur delicta obiecta, adde quòd teſtis citatus per vnam partem ſi examinatur per aliam partem, nõ poteſt repulſari, quia eius perſona eſt approbata per citationem, vt per Curt. ſeniorem conſi. 56. colum. 3. in fi. Aymo de antiq. temp. fol. 40. num. 15. Et an petens repulſam poſſit cogi ad declarandum crimina & defectus teſtium repulſandorum. vide tex. in cap. præſentium. de teſtib. lib. 6. & ibi ponitur an debeat declarari locus & tempus, vt per Franc. in §. teſtes. nu. 7. in præcitato c. præſentium. An autem repulſa concedatur poſt concluſum, uel poſt ſententiam in cauſa appellationis teſtium examinatorum in prima inſtantia, uide Affl. in deciſ. 266. & Capic. 157. An in cauſis ſummarijs concedatur repulſa & in quibus, vide late per Capic. in deciſ. 55. per totam, vbi etiam quia in cauſa alimentorum, & quid in impugnatione ſcripturarum. & Affl. in deciſ. 351. & an in repulſa poſſint examinari affines & conſanguinei, Gram. deciſ. 34. num. 14.

Et an Iudex poſſit denegare repulſam teſtium omni exceptione maiorum. Affl. in conſt. ſi quis in poſterum, num. 29. qui dicit, quòd non. & num. ſeq. ponit, quòd in caſu, quo non conceditur repulſa teſtium, non denegatur probatio per ocularem inſpectionem, quod no. Et an fiſco concedatur repulſa, uide Parid. de Puteo in tract. ſynd. in verbo, inquiſitio. §. 1. colum. 1. vbi tenet, quòd non. & an ſi articuli repulſatorij producantur in prima inſtantia & ſuper eis teſtes non examinantur, poſſint examinari in cauſa appellationis, vide Guido. Papa in deciſ. 500.

Et hic D. A. Troyſius Cauenſis in eius comment. nu. 15. in verbo, debet autem fieri proteſtatio contra teſtes ante publicat. alias repulſa non conceditur, &c. Adde quòd hæc proteſtatio non debet eſſe generalis, ſed ſpecifica, & exprimere qualitatem futuræ obiectionis, videlicet de falſitate, & ſimilibus, alias non valeret. ita Bald. poſt glo. in c. paſtoralis, de except. dicens quòd ſæpe errant Aduocati. Adde unum ſatis no. quòd ſi fiat talis proteſtatio & teſtis poſtea dicat aliquid in fauorem proteſtantis, illud dictum non releuat. tex. eſt in alleg. c. præſentium, in fi. & ibi Felin. vlt. no. Adde ꝙ ſi poſt concluſionem in cauſa petatur beneficium, & concedatur, & in eo non fuerit aliquid probatum, non requiritur alia concluſio, quia perinde eſt ac ſi non fuiſſet conceſſum, aut petitum. ita Affl. in conſt. inter multas, nu. 9. vide etiam eundem Affl. in deciſ. 210. Quæro, an mulier, vel minor poſſint cogi ad petendum beneficia, vide Capic. in deciſ. 110. Et an poſt primum beneficium concedatur repulſa teſtium examinatorum in primo termino, Cap. deciſ. 157. & ibi, an aduerſus omiſſionem repulſæ concedatur beneficium. ibidem, num. 2. & quid in termino dato ad probandũ, vel opponendum dilatorias exceptiones, Capic. deciſ. 13. per totum, vbi latiſſime de materia reſtitut. in integrum, & Iaſ. in l. ſi ſuper. C. de tranſact. Et an iſta beneficia competant hæredibus mortuo minore, vel muliere, Capic. deciſ. 109 & ibi, an competant etiam elapſo quadriennio, & an competant ratione perſonæ, vel ratione læſionis. & quid ſi non eſt conceſſum in cauſa principali, an poſſit peti in cauſa liquidationis. vide Affl. dec. 14. no. quod pro primo beneficio debet dari terminus, qui ſit medietas primi termini. Affl. in dec. 124. Quid ſi minor litigat & infra tempus litis eſt factus maior, an concedantur ſibi beneficia, vide Affl. deciſ. 210. quid ſi minor ſucceſſit maiori, an poſſit petere beneficia. Affl. in deciſ. 212. & an beneficia concedantur authori laudato comparenti in cauſa poſt concluſionem, Affl. in deciſ. 15. & an concedantur beneficia in iudicio ſummarijſsimo, puta dato termino ad capiendum informationem, vt ſciatur, quis eſt manutenendus in proxime lite pendente, Capic. deciſ. 209. num. 1. dicit quod non. Et an in cauſa criminali dentur beneficia, vide Moder. in c. regni, plerunque, num. 20. fol. 156. ex delicto alterius ad lucrum non dantur beneficia reſtitutionis in integrum. l. auxilium. ff. de minor. vide late per Affl. in deciſ. 390. Quid ſi reperitur datum ſecundum beneficium, non autem reperitur datum primum, an debeat dari aliud beneficium. ſacrum Conſilium determinauit quod ſic, in cauſa inter monaſterium Sancti Martini Cartuſienſis & Violacaueſe de Puteolis, & litis conſort. magiſter actorum Ant. Mancuſius.

Quid ſi minori eſt datus terminus, & infra tempus litis eſt effectus maior, & petit primum beneficium, & ſibi conceditur, an poſſit poſtea petere ſecundum, dummodo infra quadriennium petatur. per ſacrum Conſilium & Regiam Cameram Summariæ determinatum fuit quòd ſic, in cauſa regij fiſci cum Illuſt. Marchione Vallis ſiculæ, die 3. menſis Decembris 1572. actuarius Ioannes de Florio, in qua cauſa ego fui deputatus pro fiſci aduocato.

Adde ad commentum Troyſij hic, ſub num. 33. dum declarat, quæ ſint perſonæ miſerabiles. Quod nauigantes dicuntur perſonæ miſerabiles, & ſunt de foro eccleſiæ, Benuenutus in tracta. de nauigat. num. 5. fol. 166. Idem de mercatoribus exiſtentibus in nundinis, vt per eundem in tract. de mercat. in 2. parte, nu. 38. De Bottis.

¶ *Sed an teſtes repulſandi, debeant per producentem exhiberi & præſentari. Lucas de Penna in l. quoties, colum. 2. C. de naufrag. lib. 11. dicit quòd ſic. Idem ſi accuſantur de falſo, Capic. deciſ. 60. Bald. in l. fin. C. de fide inſtrum. & Andr. in cap. 1. §. quod ſi veritatem. verſic. Ratio autem. de inueſtit. inter domin. & vaſal. & in conſtitut. in pecuniarijs.* Fabius Iordanus.

• Publicatione autem facta. *Practicat ſacrum Conſilium, vt infra hoc tempus examinentur teſtes citati. quod intellige quo ad partem, quæ non petijt publicationem: nam petens dicitur renunciare, vt in c. ſeries, colum. 3. in fi. de teſtibus.*

Vide, qualiter præſumatur quempiam calumniosè petere terminum, vel aliquam examinationem, per Hipp. de Marſ. in l. ſi quis ne quo. in fi. ff. de qq. Prancellus.

• Repul-

ſi aliqua partiũ die ſequenti repulſam petierit, * ipſo iure cõceſſa intelligatur, & pro dilatione habeat medietatẽ primæ dilationis, qua dilatione decurſa ſi factæ fuerint probationes, intelligatur in cauſa repulſæ publicatũ: & pro termino accipiẽdi copiã probatorũ, & percũctã di probata per aduocatũ, & procuratorẽ intelligatur ſtatutus terminus octo dierũ. Poſt quorũ decurſum, ſi ſequenti die fuerit petita repulſa, repulſa intelligatur ipſo iure cõceſſa cũ dilatione medietatis termini dati ad probandũ in repulſa. Quibus terminis elapſis, ſi in dicto termino aliquæ probationes factæ fuerint, incõtinẽti intelligatur publicatũ: poſt quã publicationẽ partes producere debeãt omnia inſtrũa, & cautelas, ſiue ſcripturas, intra quatuor dies vtiles, cõtra quas ſi aliquid probãdũ cõtigerit, illud fieri debeat infra terminũ arbitrio iudicis ſtatuẽdũ. Si aũt poſt publicationẽ in terminis p̃dictis nõ fuerit petita repulſa, vel repulſa repulſę: Terminus ad producẽdũ ſcripturas curret a die publicationis: quib. terminis finitis, cã pro concluſa habeat.* In cauſis * aũt pupillorũ, minorũ, eccleſiarũ, viduarũ, & aliarũ miſerabilium perſonarum, vltra terminos p̃dictos, ſalua ſint beneficia de iure, vel ſecundũ formã Cõſtitutionũ, & Capitulorum eis conceſſa.

leg. & in §. videndum. verſi. & not. & ibi per Ioan. Andr. in addit. ¶ Vtrum autem iudex poſſit præfigere terminum ad reprobandum perſonas teſtium ante publicationem? dic quod ſic. ita tenet Inno. in cap. præſentium. §. ſi verò. per tex. ibi, quem ibi ſequuntur Gem. & Phil. Franc. de teſti. in 6. ¶ Vtrum autẽ is, cuius teſtes ſunt reprobati, poſſit eos p̃ alios teſtes approbare honeſtos eſſe, vel aliud ſimile? dic quòd ſic. Luc. in l. 2. in 5. col. verſi. an autem is cuius, &c. C. de delator. li. 10. & de hoc an approbatio poſſit fieri eodem tempore, vide Salic. in l. ſi quis teſtib. antepenult. col. uerſi. ex prædictis. C. de teſtib. Et quod poſſit dari vnus terminus ad probãdum, & reprobandum, tenet Luc. in l. in ſacris. la grande. in 7. col. C. de prox. ſacro. ſcrin. lib. 12. allegat c. licet. poſt prin. de teſti. Et adde q̃ vnica tantùm dilatio debet dari ad reprobandũ teſtes. iſte eſt tex. in cap. licet cauſam. circa prin. de proba. & glo. in c. licet dilectus. in 1. glo. de teſti. Gemin. de Bouerio in ſuis ſingu. in ver. dilatio. in 3. no. incip. vnica tantùm dilatio, &c. Adde hic quòd teſtes non poſſunt repulſari in termino probatorio, ſed poſt publicationem. gloſ. in conſtitutio. lite, in glo. fin. in ſi. quam ad hoc ibi ponderat, & no. Matth. in vltima colum. in fine.

In verbo, *in cauſis, &c.* Et tu extende hanc conſtit. ad furioſum, & prodigum, qui pupillo æquiparantur, textus eſt multum no. in l. Fulcinius. §. adeo. ff. ex quib. cauſ. in poſſeſ. eat. ibi, quia omnis ſtatus furioſi, & habitus, a pupilli conditione non multum abhorret. Quod quidem non eſt ſine ratione. idemq́; eſt dicendum in prodigo. Cæterum quia curatorũ ope iuuantur, hinc eſt q̃ ſicut minori non currit præſcriptio. l. fina. C. in quib. cauſis in integrũ reſtitu. non eſt neceſſa. ita non currit furioſo, uel mente capto, & prodigo, qui minorib. æquiparantur: quia gaudebunt beneficio dictæ l. fin. iſta eſt gloſſa multũ notabilis in l. 2. in verbo, aſſignatum. C. de cur. furi. quam ad hoc ſumme notat ibi Bald. & idem Bald. in d. l. ſi. & inquit Bal. in d. l. 2. no. hanc l. q̃ leges loquentes de minorib. & eorũ fauore. extenduntur ad mente captos, & furioſos, & illam gl. in uer. & in alijs beneficijs, &c. no. ibi Bal. quòd furioſus, & mente captus habent beneficium reſtitutionis in integrum, ſicut minor, quod dicit eſſe no. ſubdens, item non valeret ſententia contra eos indefenſos, ſicut in minore: nam hoc eſt beneficium

ADDITIONES.

• Repulſam petierit. *Vide proteſtationem fiendam ante publicationem, vt poſſit peti repulſa, in deciſ. 351.* Piſanellus.

• Cauſa pro concluſa habeatur. *Vide Lud. conſ. 176. 2. col. Fel. in c. cum dilectus. §. infraſcripta. antep. col. de ſi. inſtru.* De Bottis.

¶ *Adde quòd ſit concluſio ſi acta tranſmittantur ad ſuperiorem, vel ei ſit relatio. ita Feli. in c. tam literis, in princ. de teſtib. vide in deciſ. Capic. 109.*

Dicitur in hac pragmatica, quòd repulſa eſt petenda, & concedenda ante concluſionem: & ita practicatur quod non conceditur repulſa poſt concluſum, niſi fuerit petita repulſa in illo inſtanti, quo intimatur concluſio facta. Pone modò, quod fuit facta concluſio, nec fuit tunc petita repulſa: tamen quia erat minor ſeu alius cui beneficia conceduntur, vt dictat pragmatica, fuit petitum & conceſſum beneficium, quod concedit etiam poſt concluſum, vt per Andr. in conſtit. obſcuritatem, col. 2. & ſic practicatur, in quo beneficio pars vult repulſare teſtes examinatos in primo termino: quæritur an poſſit. & eſt clara deciſio D. And. in d. conſtit. obſcuritatẽ. 1. col. Sed an facta publicatione in beneficio antea quàm fuerit concluſum in cauſa, poſſit peti repulſa teſtium examinatorum in primo termino. Videbatur aliquibus Dominis de Conſilio, quòd ſic, quia ſublatum erat impedimentum concluſionis per conceſſionem beneficij, & ſic per actum contrarium, vt poſt Rotam firmat Alex. in conſil. 72. col. 2. vol. 3. & in l. quod iuſſit. de re iud. Ego in cauſa Illuſt. Ducis Neritonij cum Illuſt. Principe Biſignani pro ipſo duce dicebam quòd non mouebar per doctrinam Andr. vbi ſupra, quòd beneficium & reſtitutio vt ſaciat præiudicium alteri, aduerſus quem non debet dari reſtitutio, vt eſt theorica Bar. in l. ab hoſtib. § ſed quod ſimpliciter. col. 3. ver. nono. ex quibus cau maio. & ſic non poteſt extendi vt dicatur reſciſſa concluſio ad finem vt poſſit fieri repulſa. Adducebam etiam: nam vſque ad concluſionem poteſt fieri ſuſpenſio petitorij. & tamen ſi fuit concluſio facta, & demum petatur beneficium, non poterit ſuſpenſio fieri, vt no. Inno. quem ibi ſequitur Abb. in fi. in c. paſtoralis. de cau. poſ. & propriet. & ita deciſum fuit die 1. Octob. 1519. referẽte D. Antonio Iannario Commiſſario, & extat decretum penes Nicol. Thomaſium de Ianuario actorum magiſtrum, qui habet proceſſum. Sed demum in cauſa Domini Ioannis Cicinelli euenit ſimile dubium cum vniuerſitate Machiagodenę, & fuit contrarium determinatum, referente Domino Nicol. Maiorana, die 27. Maij 1525. actorum magiſtro exiſtente Alexandro de Ambroſijs. Et dum fuiſſet oſtenſum dictum decretum, quod nunc conſeruatur per Ariſtotelem Guadinum, qui ſucceſſit in officio D. Nic. Thomaſio, per Dominos de Conſilio fuit dictum quòd erat diuerſus caſus: nam in cauſa Ducis, Dux ipſe non examinauit in beneficio: ſecus erat in cauſa Cicinelli. & ſic quia iterũ dictis teſtibus examinatis in beneficio poſſet reſultare victoria cauſæ, æquum videtur admitti vniuerſitatem ad repulſandum, nec confidentia, quam habet in non repulſando teſtes primi termini, quia concludebant, cauſaret detrimentum nunc, & quia ſacrum regium Conſilium repræſentat regem, poſtquàm ita placuit, fuit, &c.

Deciſ. Sacri Conſilij.

Deciſ. Sacri Conſilij cõtraria primę.

Sac. Conſilium repræſentat regem.

Dicitur in hac pragmatica & ſeq. quod non cadunt impertinentia in beneficijs: intellige niſi eſſet conceſſum ſuper de nouo ponendis: tamen vt habetur in deciſ. 89. & ego in facto aſſignabam rationem: nam poſt publicatum non licet ponere idem, vel de directo contrarium, vt habetur in d. pragmatica, & in clem. 2. de teſtib. habetur latè in deciſ. 216. ſi ratione beneficij habilitatur, & ipſe petens beneficium reſtringit quòd non vult, niſi ſuper nouo ponendis. ſequitur quòd regula impertinentium remanet firma. Sed an lata ſententia condemnatoria reſeruans liquidationem tempore executionis, vt quotidie videmus, poſſit pars in cauſa liquidationis deducere illud, quod deduxit in cauſa p̃ principali. Fuerunt conceſſa duo beneficia, quòd in cauſa liquidationis non conceditur tertium, quia non reſtituitur niſi bis, vt per And. in conſtit. obſcuritatem. Secus tamen ſi vnum vel nullum fuit conceſſum, quia in liquidatione ſupplebatur, vt habetur in deciſ. 114. Piſanellus.

An liceat in beneficijs ponere idẽ, vel de directo contrariũ in primo termino, & quo caſu dicat impertinẽs.

• In cauſis, &c. *Communiter practicatur, quòd primum beneficium ſit medietas primi decreti, & ſumpta fuit ex ritu magnæ Curiæ Vicariæ, car. 106. col. 3. an ſi dato beneficio ſit facta nominatio teſtium, & illa medietas non ſufficiat, debeat terminus regulari ſecundum loci diſtantiam, prout habetur in prag. de dilatio. in cau. dandis. vide in deciſ. 124. pro quo vide Abb. in c. ad hæc, in fi. de appel. & Andr. in repert. in ver. terminus, & per Dec. in cap. cum ſit Romana, 3. colum. in fi. de appell. Quid ſi minor pendente lite efficiatur maior, an poſſit habere beneficiũ. vide in deciſ. 210. & quid ſi maior cedit minori, vide in deciſ. 211. Et quid ſi minor ſuccedit maiori, vide in deciſ. 212. Et an ſi inter litigantes eſt vnus minor, ſi conſortes litis gaudeant beneficio per minorem petito, in deciſ. 213.*

An, & quo caſu procedat p̃dicta in cã liquidationis.

Dicit pragmatica quòd præſentatis ſcripturis ſi pars voluerit aliquid probare contra, & ſic voluerit terminum ad impugnandum, poterit ſtatim per Iudicem eius arbitrio, &c. & vltimo loco mandat fieri concluſionem. quaſi velit quòd poſt concluſum non datur terminus ad impugnandum, & ita practicatur niſi ſtatim intimata concluſione fuerit petitus terminus ad impugnandum, vel niſi fuerint præſentatæ ſcripturæ poſt concluſionem, quia ſemper hodie ſit concluſio in forma, quæ intelligitur ſalua productione ſcripturarum, quo caſu poterit peti terminus ad impugnandum & etiam ad comprobandum, vt habetur in deciſ. 271. vbi allegatur deciſio Rotæ, quæ eſt in tit. de teſtib. in nouis. pro qua deciſ. vide Rot. in antiquis, deciſ. 383. incip. dat aliquis. & Fel. in cap. dilecti, in fi. de appell. Sed quid ſi ſcripturæ præſentatæ, ſint priuatæ, an ſit dandus terminus ad probandum. vide in deciſ. 272. pro qua vide Alexan. in conſil. 36. viſo proceſſu. volum. 5. & Dec. in l. certi condictio, §. quoniam. in fine, ff. ſi certum petatur. An ſufficiat generale mandatum vel ſpeciale ad petendum beneficium, & quid in coniuncta perſona. vide Bartol. & alios in l. illud. §. 1. de minoribus. Piſanellus.

Clauſula ſub illa forma, in forma ſolita poni in cõcluſionibus cauſarũ, quomodo intelligatur & quid operetur.

• Contingit.

De capitulis & poſitionibus impertinentibus in repulſa non ponendis. Rubrica.

CONtingit ſæpe * poſt proceſſus publicationē, ſub nomine repulſæ articulos, ſiue poſitiones impertinentes poni, * idem vel de directo contrariū cum primis capitulis continētes, vnde naſcitur ſubornationis, & falſitatis materia. Vnde oportunè prouidere volentes, inhibendo mandamus, vt nullus in cā appellationis, vel in repulſis ponere audeat articulū, vel poſitionem impertinentem, cū his, qui ante publicationem in principali cauſa poſiti forent, niſi in caſibus in quibus beneficia, vt ſuprà, conceſſa forent. Et pars quæ contrafecerit pro quolibet articulo impertinēter poſito, in eadem ſententia, in quinq; Tarenis condemnetur, procurator verò duplicatam pœnā ſoluere teneatur.

De proceſſibus ordinandis per magiſtros actorum, & iudici præſentandis. Rubrica.

COnclusione [a] facta * teneatur magiſter actorum proceſſum in cauſa factū iudici de cauſa cognoſcēti præſentare infra octo dies à die cōcluſionis ordinatū, in quinterno ſignato per numerū chartarū: in quo dictus proceſſus à reſcripti præſentatione, vel à citatione vſq; ad concluſionem incluſiuè appareat deſcriptus, ita ꝙ vnus actus ad alterum ſine præpoſteratione ſequatur, cū apparitione Milleſimi, Indictionis, Menſis, diei, & loci, cū deſcriptione perſonarum ſcripturas præſentantiū, regiſtratione fideli dictarum ſcripturarū productarum, cum extractione in margine ſummarij cuiuſlibet actus. Alium verò proceſſum originalem cū ſcripturis, & actibus productis & factis per partes, vnde ſit extractus proceſſus, vt ſuprà iudici pręſentādus, dicti magiſtri actorum perpetuo penes ſe retinere debeant, nec illum partibus, vel iudici dare debeant, & hoc ad pœnā falſi, ſed illū penes ſe retineant, tanquàm matricē notarij. Mandantes proceſſum, vt ſuprà iudici pręſentandum ſcribi debere per ipſos magiſtros actorum, ſi boni & aperti fuerint ſcriptores, aliàs per eorū ſubſtitutū bonis & apertis literis ſcribentē, & fidelem copiā ex originali in publica forma reaſſumentē, ſine vlla caſſatione, vel interlineatura, quæ ſi quandoq; fieri contigerit: magiſter actorū in publicatione de ea mentionē facere debeat. Quē proceſsū ſic reaſſumptum fideliter & auſcultatū cum originali concordet, Idē magiſter actorū ſua manu ſubſcribere debeat cum appoſitione ſigni conſueti, atteſtando manu ſua ſcriptum & cum originali concordem repertum. Nec poſſit ipſe magiſter actorum, vel ſubſtitutus, pro dicto proceſſu iudici præſentādo, merce-

beneficium nullitatis in quo pariſicantur, per hanc gl. ſicut in beneficio reſtitutionis, quia hæc loquitur naturaliter de quolibet beneficio, quod eſt not. ita Bald. & illam gl. ad hoc ſemper ſolent allegare Docto. quòd in omnibus priuilegijs, & beneficiis, minor & furioſus æquiparantur. eam ad hoc allegat pro no. Bal. in l. iubemus. la grāde. in princ. in 2. col. C. de ſacroſan. eccl. & illā gl. ad hoc ꝙ omnia beneficia pupillorū concedunt prodigis, & furioſis, allegat Bal. in l. qui neque. ff. de reb. eo. vbi ponderat eſſe tex. de hoc no. & illam gl. allegat pro no. Bal. in l. infantis, in 3. q. C. qui admit. vbi inquit ꝙ illa gl. dicit ꝙ omnia beneficia minorū ad furioſum trahātur, & per illam gl. determinat ibi poſt Bart. ꝙ ſi furioſus eſt læſus in agnitione bonorum poſſeſſionis, propter moleſtiam creditoris, curator eius poterit in integrum reſtitui nomine pupilli, & illam glo. ad hoc ꝙ illud quod dicitur in pupillo ad furioſum, & prodigū trahi poſſit, allegat Bal. in c. 1. in 2. col. de bene. fra. pro gl. eleganti, ſubdēs formaliter, quia eiſdem priuilegiis potiuntur, quæ gl. dicit omnia priuilegia competentia pupillo cōpetere prodigo, cui bonis eſt interdictū, & furioſo, & alibi nō reperitur ſimilis gl. ita Bal. & propterea dicit pulchrè Bar. in l. Imperatores. ff. de re iu. ꝙ ſicut ſententia lata contra rempub. retractatur ꝑ inſtrumenta de nouo reperta, vt in tex. illius l. quā l. gl. ibi extendit ad minorē. Bart. ibi dicit idē eſſe dicendū in cā furioſi & prodigi, qui æquiparātur pupillis. d. l. Fulcinius. §. adeo. pro quo Imo. ibi alleg. gl. ꝓ ſing. in d. l. 2. vbi priuilegia cōceſſa minoribus, extēduntur ad alios qui ꝑ procuratores regūtur, i. ad furioſos, & prodigos. & ibi ſequit Alex. in d. l. Imperatores. in 9. no. vbi allegat pręal. gl. Bal. alleg. dictā gl. M.

De proceſſibus ordinandis per magiſtros, &c. Rubr.

a *COnclusione, &c.* Vtrum autem iudex poſſit cōcluſionem in cauſa per partes factam reuocare? dic ꝙ nō, quia non eſt interlocutio iudicis, ſed actus partiū. arg. l. poſtquā liti. C. de pact. & l. 1. in fi. ff. de præto. ſtipul. & de re iudi. l. ſi conuenerit. ita no. inquit Bald. in repet. l. 2. in 5. col. circa fi. ff. de re iud. Adde tamen tu, ꝙ in hoc ar. dñi de Rota, in deciſ. 5. incipien. itē ſi poſt concluſionem, &c. dicunt ꝙ ſi poſt concluſionem in cā factam ad inſtantiam actoris, admittuntur argumenta, vel inſtrumenta rei, tacitè videtur reuocata concluſio facta in cauſa, allegat in arg. l. illud. ff. de acq. hæred. & c. de multa. de præb. & hoc intelligunt verum, ſi iudex cauſæ ſciebat in cauſa fore concluſum, ſecus ſi ignorabat. allegat clem. 1. de procu. Inſti. qui da. tuto. po. ver. plene. Præſumitur tamen ſciuiſſe ſecundū eos, ſi ipſemet iudex admittens articulos, eſt ille qui concluſit in cauſa. arg. l. fin. ff. pro ſuo. & c. veniens. de fi. presb. & l. quamuis. ff. ad Trebel. cum ſim. ſecus cum eſſet forte ſubrogatus poſt concluſionem factā in cauſa, quia haberet iuſtam ignorantiam. l. qui in alterius. de regu. iu. & ca. qui in ius. eo. tit. in 6. & ſequūtur Anto. & Imo. in c. auditis. de procur. Hoc idem tenet Panor. in c. quoniā contra. in 8. col. de probatio. allegando Rotam in deciſio. præalleg. & maximè probat hoc eſſe uerum, quando alterius actus admiſſionis fit parte pręſente, & non contradicente. allegat quod legitur, & notatur in c. cum cauſa, in fi. de teſt. & ſequitur cōſulēdo Alex. in cōſ. 72. incip. prima cōſideratione dicendū, in 1. col. in 3. uol. & hanc doctrinā alleg. Domini de Rota in loco pręalleg. ad hoc ꝙ ſi poſt concluſionē in cauſa admittuntur articuli, tacitè uidetur reuocata concluſio, decretū fuit aliàs per Sacrum Conſil. Neapolitanum, ut refert Matth. in deciſ. 115. incip. in cauſa illorū. vbi ad hoc allegat Beluiſ. in deciſ. 55. & deciſ. 57. & Panor. in loco præallegato, dicens propterea, ꝙ Sacr. Conſil. determinauit quæſtionē in facto. nam ante concluſionem in cauſa fuerunt præſentatæ ſcripturæ publicæ quæ indigebant comprobatione, deinde partes fecerunt

ADDITIONES.

• Contingit ſæpe, &c. *Limita vt habetur in deciſ. 216. idem dixit Luc. de Pen. in l. 2. col. 3. C. de delat. lib. 10. ſed an detur repulſa poſt concluſum reſciſſa concluſione per beneficiū, vide Capic. in deciſ. 157. Quid ſi repulſa petatur in cauſa appellationis reſpectu teſtium examinatorū in cauſa principali, vide in deciſ. 266. & vltra poſita ibi, vide Pariſium in c. 1. §. deniq., col. 3. de excep. vbi meminit de illa dec. & latè examinat.*

Dicitur ꝙ poſt publicationē non pōt ſub nomine repulſæ deduci illud idem. Sed quid ſi in termino fuit qui i articulatum, an poſſit poſt articulari tempus non deductum. Io. de Piatea in l. 1. circa fi. C. de iure fiſci. lib. 10. tenet ꝙ ſic. vide Imo. in cap. cum clamer, in fi. de teſtib. Pilan.

• Poſitiones impertinentes poni. *Ne ꝙ tunc dicuntur articuli impertinentes, ſi ex eis nullus effectus ſequitur, Aym. conſ. 5. in fi. an autē poſſit articulari quòd teſtes aliter dixerint quam fuerit ſcriptum, vide Aym. in conſi. 74. nu. 4. 5. & conſi. 974. An principalis ſaltem teneatur deponere ſuper articulis impertinentib. vide latè per deciſ. Pedem. 10. & Capic. deciſ. 15. Adde ꝙ die 15. Nouemb. 1580. in cauſa Donnæ Annæ Claricis Carrafæ cum Illuſt. Principe Hoſtiliani unitis magnificis Conſiliarijs duarum aularum fuit iudicatum quòd ſuper articulis dicti Illuſtr. Principis Hoſtiliani factis in termino conceſſo ad repulſam teſtes in quib. pro parte Principis articulabatur ꝙ teſtes qui depoſuerunt ſuper certo facto non fuerunt in loco, in quo factum prædictum ſequutum fuit, nec eſſe potuerunt quin viſi fuiſſent, non admitteretur magiſter actorum Scannapecus. & an habeat locum in cauſa liquidationis, vide Affl. in deciſ. 35.* De Bottis.

• Concluſione facta, &c. *Adde ad Commen. Troiſij hic, nu. 3. in verbo, ordo, &c. vide omnino Cottā in ſuis Memoralib. in ver. ordo. Gul. Bened. in c. Raynutius, in uer. teſtamentum, il 2. nu. 28. de teſta. latiſſimè per Rob. Marant. in ſuo Spe. 3. parte, nu. 8. cum multis ſeqq.*

Item adde Commen. eiuſd. in A. Troiſij Cauen. propriè nu. 4. dum loquitur de præcedentia inſtrumentorū ſcriptorum repertorum in libro notarij publici ꝙ præſumatur prius ſtipulatū, &c. cui adde, quid in duob. inſtrumentis, uno donationis facta a patre filio, & alio emancipationis, ꝙ præſumatur præceſſiſſe. vide Alex. in l. a morte. nu. 9. ff. ſol. mat. cum alijs adductis per Cottā in verbo, actus. vide latiſſimè per Iaſ. in l. ſi. col. pen.

cerunt concluſionem in cauſa, demum pars, quæ præſentauit ſcripturas, videns, q illæ ſcripturæ impugnantur, petit terminum ad ipſas cõprobandas, an talis terminus ſit dandus? fuit determinatũ in dicto conſi. q detur terminus ad impugnandũ & comprobandũ dictas ſcripturas. & dicit, q hoc potiſſime fuit deciſum authoritate deciſionis Rotæ quintę prællegatæ, ſubdẽs q ſi illæ ſcripturæ fuiſſent priuatæ, ſacrum Conſil. ſuſ. ſiſtit, ut melius, & maturius deliberetur. ita Matth.

dem aliquam recipere. Iudex vero cauſæ proceſſum ſibi præſentatum referre, & expedire debeat iuxta pragmaticã ſuper expeditione cauſarum ordinatam. Eoq; per vltimã ſñiam finito, ipſum trãſmittat perpetuo conſeruandũ in Archiuio ciuitatis, vbi iura publica ſeruari cõſueuerunt, ad pœnã priuationis officij, magiſtro actorum qui in prædictis, vel aliquo ex eis contrafecerit. Prohibẽtes neminẽ præter magiſtrum actorum, vel eius ſubſtitutũ ſcribere debere citationes, vel alios actus ad pęnã vnius vncię ꝓ quolibet actu exigendã ab eo, qui cõtra præſentẽ prohibitionẽ tales actus ſcripſerit.

De pœna opponentium exceptiones, quas non probauerint. *Rubr.*

QVicunque [a] exceptionẽ ſolutionis, trãſactionis, iuriſiurandi vel pacti de nõ petendo oppoſuerit, & eas, vel alterã ipſarum nõ probauerit, ſaltẽ ſemiplene, in decem Tarenis ꝓ qualibet exceptione huiuſmodi oppoſita, & non probata condemnetur: quam pœnam iudex cauſæ de ſuo ſoluere debeat, ſi negligens fuerit tpe ſententiæ cõdemnationẽ dictæ pęnæ facere: & ſi ad proceſſum fuerint oppoſitæ, & non probatæ, vltra pœnã prædictã, in expẽſis pars nõ probans condẽnetur.

De pœna opponentium contra perſonas teſtium crimina, ſi ea non probauerint. *Rubrica.*

CRimina, [b] & defectus ad infamiam teſtium, ſi non fuerint ſemiplene, uel per famã publicam probari, vel probata, puniatur opponens in decẽ Tarenis, quæ pœna in fine officij à iudice exigatur, ſi neglexerit opponentem, & non probantem in dicta pęna cõdemnare.

De teſtibus, qui de nouo ſuperueniſſe alleguntur. *Rubrica.*

QVandoq; [c] ſolent * partes poſt publicationẽ allegare nouiter teſtes reperiſſe, quos examinari petũt, nõ ſine euidẽti ſubornationis ſuſpicione, cõtra iuris, & ſacrarũ cõſtitutionũ ſuſpitionẽ. Quibus inhærẽtes mandamus, poſt proceſſus publicationem, ſuper articulis in cauſa productis, teſtes etiam extra proceſſum nõ eſſe recipiendos, ad effectũ, vt de eis ſententiando ratio aliqua

De pœna opponentiũ exceptiones, quòd probauerint. *Rubrica.*

a QVicũque exceptionem, &c. Limita hanc pragmaticã, & pęnã ipſius non habere locum, qñ libellus eſt ineptus, per pulchrã doctrinã Bal. in l. edita, in repet. Paduana, in penult. col. verſi. item qñ libellus eſt ineptus. C. de eden. vbi formaliter inquit, q quando libellus eſt ineptus, nulla exceptio eſt pœnalis, & ſiue reus tunc mentiatur dicendo ſe poſſidere nomine alterius, cũ teneat pro ſe, ſiue aliter calumnietur, non punitur, ut C. de his quæ pœ. no. in l. 1. in ver. ſolẽniter, à cõtrario ſenſu. quod eſt no. ad multa ſtatuta de exceptio. pen. ita Bal. tenementi, quod dictũ ſequitur, & ſummè commendat Alex. in l. 1. in 1. no. & Alexand. in l. etiam. §. 1. in vlt. colum. ff. ſol. matrim. & Felyn. in cap. ex tenore. in 3. colum. de reſcriptis.

Adde aliam no. limitationem, qñ exceptio fuiſſet oppoſita ineptè: nam ſtatutum puniens opponentem aliquã exceptionem non cõprehendit opponentem illam ineptè. ita ſing. Bald. in l. 1. §. 1. per illum textum. & ibi ſequitur Alexan. in 3. no. ff. quod quiſque iuris, ſequitur Iaſ. in l. fi. in pen. col. C. de iure emphyteu.

De pœna opponentium contra perſonas teſtium crimina, &c. *Rub.*

b CRimina, & defectus, &c. Limita hanc pragmaticam non habere locum, quando non potuit probare crimina cõtra teſtes propter potentiam ipſorum teſtium, uel propter potentiam aduerſarij, uel quia ipſe deceptus à teſtibus. nam tunc non tenetur actione iniuriarum, uel alia pœna. ita no. inuuit Io. And. in addi. Spec. in tit. de act. §. 1. uer. ſed pone q non animo iniuriandi, &c. & q tenetur iniuriarum excipiens de infamia, & non probans, tenet Specul. in titu. de acc. uer. ſed pone quod obijciens.

In uerbo, *decem tarenis, &c.* Tu dic, q tenetur actione iniuriarũ. ita no. Alex. in l. fi. ff. quod quiſ. iur. ubi inquit q ita intelligit deciſ. Guil. de Cuneo, Bal. Ang. & aliorum ibi dicentium, q ſi contra teſtes contra me productos oppono, q ſint infames, criminoſi, & ribaldi, q non teneor actione iniuriarum: nam dicit Alex. q hæc doctrina eſt uera, qñ fuiſſent illi uerè infames, & criminoſi, & fuiſſet hoc plenè probatũ, per l. eũ qui nocentẽ, in prin. & q ibi Bar. ff. de iniu. alias aũt quia per calumniã ego allegaui eos criminoſos & infames, teneor iniuriarũ. l. iniuriarũ, la grã de. §. ſi quis iniuriarũ. ff. de iniu. ita Alex. ibi. q d no. in prac. ¶ Licet Gul. & Bal. dicãt in d. l. fi. vtilem eſſe cautelã q proteſtetur opponens crimẽ contra teſtem q nõ facit animo iniuriandi, ſed cauſa iuris ſui cõſeruãdi, q̃ cautelam refert & ſequitur Par. in ſuo trac. ſynd. in uer. iniuria officialis, in 2. col. uerſ. an ſi cõtra, &c. Tu tñ dicas, q hæc proteſtatio nihil releuat, & contrarium in terminis tenẽt cos reprobãdo Alex. & Iaſ. in d. l. fi. ubi allegat gl & Fely. in c. 1. in ult. col. de excep. ubi alleg. cotas. & q non probans crimen oppoſitũ cõtra teſtes, tenet pulchrè Fely. ubi alle. cotas, in loco præalleg. niſi doceat dolo caruiſſe, ut qa deceptus à teſtib. vel impeditus probare pp potentiã aduerſarij, nã hoc caſu nõ tenebitur actione iniuriarũ. ita Fel. vbi ſup. & alle. cotas. & Pari. ubi ſupra, alle. cotas, & ibi ponit Fel. q cum quis probat crimẽ oppoſitũ contra teſtes, nõ tenetur actione iniuriarũ, eo quia fecit animo defendendi, per d. l. eũ qui nocentẽ. & ibi Bar. ff. de iniu. & alle. cotas. limita hoc, niſi excipiens proruperit cõtra perſonas teſtiũ ad uerba iniurioſa, vltra q̃ litis utilitas expoſcat: nã tunc teneur actione iniuriarũ: ita no. inquit Pau. de Caſt. in l. quiſquis, in fi. argu. illius tex. C. de poſtul. dicens ita ſe vidiſſe ſeruari. quantũ autẽ uideatur utilitas litis expoſcere, dic ut in l. quæ omnia. ff. de proc. & uide omnino per me ad Bar. in d. l. eum qui nocentem. Matth.

De teſtibus qui de nouo ſuperueniſſe allegantur. *Rubrica.*

c QVandoq. ſolent, &c. In uer. *nominatos teſtes, &c.* Quia in hac conſtitutio. fit mentio de teſtibus nominatis, quæro de pulchra quæſtio. Iudex cõmittit nuncio citationem meorũ teſtium, aduerſarius meus dicit, ede nomina teſtium, quia forte ſunt aliqui contra quos uolo opponere in perſonam ne recipiantur ad iuramenta. Ego reſpondeo, ſi ederem, tu ſubornares teſtes, & ideo nolo edere. Quæritur quid iuris, utrum aduerſario meo tenear edere nomina teſtium quibus volo vti? hanc quæſtionem ponit Bald. in l. fin. in antepe.

A D D I T I O N E S.

pen. C. de edic. diui Adr. toll. vbi quid in teſtamẽto, quid in codicillo, quid in ſententia, quid in inſtrumẽto, quid in duabus venditionibus feudalib. factis eod. die virtute vnius aſſenſus generalis ad vendendum. vide Camerar. in repe. l. imperialem. fol. 45. litera S. De duob. mãdatis eodem die confectis, vide Iaſ. in l. ſiquis ante, nu. 5. ff. de acq. poſſ. vbi etiã nu. 5. multa ponit. De inſtrumento debiti & quietationis eod. die confectis, uide Alexandr. in conſ. 109. Dicit tamen D. Couar. in 1. lib. var. reſol. c. 16. nu. 2. q ſi reperiuntur duo inſtrumenta eodem die confecta, nec apparet de prioritate, alterũ alteri non præualet, niſi vnum eſſet pro fiſco, ex cauſa tamen onoroſa. & de veritate dictorum per dictũ Cauenſ. in loco ſupracitato, vide omnino Dec. in c. quoniam Abbas, 7. col. de off. deleg. Cottã in ver. actus. & de teſtamentis duob. eod. die confectis, vide tex. in l. Sempronius Proculo, ff. de leg. 2. & Affl. in dec. 387. Et quid ſi in vno appoſita eſt hora, vide Cott. in ver. hora, & latè Negoſant. de pignorib. in 4. memb. 2. par. nu. 109. & in 2. memb. 6. par. nu. 45. Si eodem die eſt facta petitio, vt caſſetur inſtrumentum, & eſt petita liquidatio inſtrumenti, q videatur præceſſiſſe, uide Affl. vbi ſup. & in duob. codicillis, vel duob. mandatis confectis eod. die, vide Gul. Bened. in repe. c. Raynutius, in ver. teſtamentum, il 1. in fi. ext. de teſta. Quid in inſtrumentis eod. die confectis, quorum uni primo venit dies ſolutionis, Pau. Caſt. in l. ſi ex plurib. §. fina. ff. de ſolu. Quid ſi vxor & maritus vendunt, ad quem præſumitur perueniſſe pecunia, vide Affl. in deciſ. 209. Cor. conſ. 123. 1. vol. Alex. in addi. ad Bar. in l. Marcellus. de fideiuſ. adde gl. ſing. in l. ſed Iulianus, §. item ſi duos. ff. ad Maced. vide Tiraq. de retrac. ligu. §. 31. gl. 1. nu. 6. 7. cum ſeq. vbi etiã de patre & filio, & alijs. Quid ſi vxor & maritus emunt eodẽ die in eodem inſtrumento, per quem præſumitur pretiũ ſolutũ, vide Bal. in conſ. 223. 5. vol. & conſ. 67. eo. vol. quib. adde tex. & Doct. in l. ſcriptura, C. de fi. inſtru. & Pau de Caſt. in d. l. Sempronius, de leg. 2. De Bottis.

a Quandoque ſolent, &c. *An teſtes recepti parte non citata, poſſint repeti parte citata, poſt concluſum in cauſa. vide Capic. deciſ. 35. in fi. & Affl. deciſ. 231. & Cauenſ. ſup. in commen. prag. quinta die.* De Bot.

¶ *Vide Felin. & Mar. Socin. in cap. ſi æternitatis, de teſtib. Iaſ. in l. fin. ff. de ſer. & quæ adduxi ſupra in conſ. tu. in pecuniarijs, & Io. And. de Iſer. 1. colum.* Mar. Ant. Pulueri nus.

a Per

haberi debeat, niſi appareat ex actis tales teſtes ante publicationem fuiſſe per partẽ nominatos, * & aliquo iuſto impedimẽto interueniente nõ fuiſſe examinatos, quẽ caſum iuris diſpoſitioni relinquimus.

De præſcriptionibus calumnioſè non excludendis. *Rubrica.*

IVris vtriuſque cenſuram, quæ præſcriptiones legitimas ad vtilitatem publicam introduxit, ne rerum dominia in occulto eſſent, & obligationes perpetuo remanerent, imitantes, Statuimus legitimas præſcriptiones excludi nõ poſſe per allegationem peſtis, & guerrarum, niſi conſtiterit excludere volentem ipſam præſcriptionem fuiſſe abſentem à loco, vbi iudicium agitari debeat, & vbi peſtilentia, vel guerra, viguerunt. Tunc enim tanquam agere non valenti, propter non tantum acceſſum, conuenit præſcriptionem non currere. Quòd ſi abſens non fuerit, minime poſſit dictam præſcriptionem excludere, quia forte allegatum fuerit ius redditum non fuiſſe, niſi per acta docuerit ſe tribunal iudicis adiuiſſe, & ius ſuum conſequi non valuiſſe, quia ius non reddebatur.

Aliam calumniam * remouẽtes eorum qui ſubmittere ſolent amicum, qui inſtrumentum nouiter repertum eſſe dicit, & coram notario, & teſtibus aſſignat, vt ſub colore ignorantiæ facti, reſtitutio concedatur. Statuimus talem aſſignationẽ pro reſtitutione decurſi temporis obtinẽda minime iuuare poſſe, niſi citata parte, corã iudice competẽti illius curiæ, præſcriptio procedeſſe poſſet in præſentia ipſius citati, ſi comparuerit, vel in eius contumaciam coram ipſo iudice tale inſtrumentum nouiter repertum parti præſcriptionem excludere volenti aſſignauerit, cum iuramento, ꝙ illud inſtrumentũ penes ſe habuit, parte, cui illud aſſignatur, ignorãte: & illo, qui illud aſſignat, neſciente: ꝙ pars, cui aſſignatur, notitiã de eo habuerit illudq́ue bona fide, omni dolo, fraude, & colluſione ceſſantibus aſſignat: de quibus dolo, & colluſione, ſi quando conſtiterit, aſſignans, & recipiens pœnam 25. vnciarum pro quolibet incurrat.

De compromiſſis inter cõiunctas perſonas. *Rubrica.*

ODia, [a] quæ inter coniunctos * ex litibus occurrunt, caſſare

antepe.col.ver.quæritur hic de editione perſonarũ, &c. C.de eden. vl i pulchrè examinat: tandem concludit, quod ſi eſt ſuſpicio subornationis, non debent edi nomina teſtium, quia quando timetur de ſubornatione, non debet fieri editio. alleg. Gul. de Cun. ita dicentem in l. edita. C. de eden. ſubdens eſſe notatu, dignum. & poſtea ſubdit, hinc eſt, ꝙ ſtatuta Terrarũ cõiter diſponunt, ꝙ in cauſa criminali nomina teſtiũ ſint ſecreta vſq; ad iuramenta eorũ. & ſunt bona ſtatuta, propter metum ſubornationis. ita Bal. qui hanc q. ponit in l. non ex omnibus. ff. de ar. vbi tenet hoc idẽ, ꝙ ille qui vult vti teſtibus, non tenetur edere nomina teſtium, antequam producat. allegat duplicem rationem, prima ne teſtes poſſint ſubornari, vel impediri ab aduerſario, ſecundum Gul. Secundo, quia nõ tenetur quis inſtruere ſuum aduerſarium. l. 1. §. 1. ff. de lib. agno. & quod non ſint edenda nomina teſtiũ, tenet idem Bal. in addi. Spe. in ti. de inſtr. edi. in 4. col. & in c. ꝑ tuas. de teſtib. & Spec. in ti. de teſte. §. qualiter. ver. poſt hoc. vbi dicit, ꝙ non teneor edere, ſed ſufficit ꝙ iudici nominem. & ibi vide Io. And. hoc idẽ tenet, quòd non teneor edere, Alex. in l. 1. § editiones. in vlt. colum. ff. de eden. Io. And. in c. conſtitutus. de fidei. ponit hãc quæſt. vtrũ quis teneatur nominare teſtes producẽdos pro ſe? & dicit ꝙ ſic, quando illos vult producere, non autem quando recipit dilationem ad producendum. allegat Spec. idem dicentem in d. §. qualiter. & ſequitur Barbat. in d. c. conſtitutus. in pen. col. alibi dixit Innoc. quòd nomina teſtium debent exhiberi dato termino ante aperturam teſtium, ad opponendum contra perſonas teſtium. ita dixit Inn. in c. præſentium. ad fi. de hær. in 6. & Bal. in margarita. in uer. teſtis. in 9. col. tamen gratia uitandi ſcandala, poſſunt nomina teſtium ſubticeri, textus eſt ſingularis in c. fi. de hæret. in 6. illũ allegat, & dicit eſſe ſingularem Panorm. in c. cum I, & A, in 3. col. de re iudic. ¶ Adde quod ſi teſtes non nominẽtur inquiſito petenti per iudicem inquirentem poteſt appellari. Specula. in tit. de appella. §. 2. ver. cæterum, quod licet aliqui iudices poſſint compellere partes edere nomina teſtium producendorum, tamen ſecus eſt in arbitro, qui non poteſt cogere litigatorem, vel alterum litigantium exprimere, vel exprimi facere nomina teſtium, quos producere vult, caſus eſt expreſſus in l. nõ ex omnib. ff. de arbi. ita no. inquit Lanfr. in trac. de arbitr. in 2. col. in fi. cum principio ſeq. Adde quod iudex ad inſtantiã alterius partis nõ coget me edere nomina teſtiũ. Andr. in c. 1. in 3. col. in princ. ſi de inueſt. inter domi. & vaſal. lis oriat. Et quòd pars nõ cogatur edere nomina teſtium ante productionem, ne aduerſarium inſtruat, qui illos corrumpere valeat, tenet Luc. cum allegat l. nõ ex omnibus, & doct. Bartol. in d. l. non ex omnibus. in l. in ſacris. la grande. in 6. col. C. de prox. ſacr. ſcrin. lib. 10. refert, & ſequitur Matthęus in conſtitutione, exceptiones. in 1. col. in fi.

De compromiſſis inter coniunctas perſonas. *Rubr.*

a ODia quæ inter coniunctos, &c. Quæ autẽ ſit ratio huius pragmaticæ, ſeu ſtatuti: dic ꝙ hoc ſtatutũ fuit introductum odio litium, & ad mouendas lites inter agnatos, ita inquit Bald. meus, in l. qui

A D D I T I O N E S.

* Per partem nominatos. *Adde quòd ſi Iudex admiſerit partem ad examinandum, ſi iurauerit ſe nominaſſe teſtes ante publicationem: ꝙ ſi iurauerit intelligitur alia conditio, ſi ita eſt, uidelicet quod nominauerit teſtes. ita Soc. conſi. 99. col. 8. in fi. 1. uol. nouorum. & Fel. in c. paſtoralis, col. pen. de excep. vide Laur. Silua. in conſ. 19. col. pen. & fin. vide ad hanc prag. Fel. in c. 2. col. 3. uer. & no. quod ſi Iudex, de reſcrip. uide Abb. in c. fraternitatis, col. 6. in prin. de teſtib. uer. fateor.* Piſanellus.

* Aliam calumniam. *An autem virtute inſtrumenti nouiter reperti ſine forma huius pragm. concedatur reſtitutio in integrum aduerſus præſcriptionem 30. vel 40. an. uide Affl. in decis. 37. & 329. & de inſtrumento nouiter reperto, quo caſu iuuet contra ſententiam, uide latè per Curt. iun. in conſ. 18. per totum & an ſententia retractatur uirtute iuramenti nouiter reperti, vide addit. ad Affl. dec. 356. & an iuramentũ poſſit præſtari per procuratorem: & an requiratur ſpeciale mandatũ, vide Couar. in c. 2. pract. qq. nu. 8. col. 4. uerſ. eſt tamen. Vide I oſt. in materia in c. ex trãſmiſſa, de pſcr. & Fel. in c. uigilãti, 2. col. de præſcr.* De B.

¶ *Vide in deciſ 329. &c.* Ioan. Ang. Piſanelius.

* Odia quę inter coniunctos. *No. ꝙ ſententia iſtorũ arbitrorum eſt propria ſententia, & res iudicata, Iaſ. in l. 1. 2 col. de re iud. & in l. ſi cõuenerit, 4 eo. tit. & ex ea oritur actio, Iaſ in l. aıt prætor, 2. col. de re iu. Alex. conſ. 96. pen. col. uol. 1. põt opponi nõ eſſe factũ cõpromiſſum, uel nulliter factũ. Iaſ. in l. nã & poſtea, §. ſi minor, 2. col. de iureiu. Liquida, an cõpromittantur, uide Barb. conſ. 42. antepe. col. vol. 1. Iaſ in l. 1. ff. de trãſact. An ſit faciendũ compromiſſum ſuper incidenti, vel emergenti, Soc. cõſ. 30?. col. 3. uol. 2. ſi habet exceptiones litis finitę non cõpromittit, Iaſ. in l. ſi æris, C. de tranſact. ſi non eſt actũ uia executiua, uel opponatur ꝙ non eſt nouatũ, uide Alex. conſ. 85. vol. 5. uel alia exceptio, uide Roma. cõſ. 323. Fel. in c. ſicut. de re iu. in prin. Tutor, an cõpromittat, Bar. conſ. 47. An iſte arbiter habeat iuriſdictionẽ, Fel in c. duob. col. fi. de re iud. exceptiones impedientes cõpromiſſum ponuntur per Soc. cõſ. 38. uol. . . . Diſſoluta affinitate, nõ fit cõpromiſſum, Iaſ. in l. ſicut aũt. de re iud. An ſtor laudatus, an petat cõpromiſſum, Bar. in diſput. incip. Ciuitatis Piſane, Bal. & Ang. in l. uenditor, de iudic. & Bart in l. 1. C. ubi in rẽ act. Hoc ſtatutũ de cauſis compromittẽdis dicitur fauorabile, Iaſ. in l. qui ſe patris, col. 25. C. unde lib. exẽplo litis pendentia corã arbitro, an poſſit opponi, Fel. in c. ex tenore, in fi. de reſcr. An fideiuſſio, ſeu promiſſio facta corã iudice, habeat locũ corã arbitrjs, uide Aret. conſ. 87. & facta publicatione in cauſa, non poteſt peti cõpromiſſum, Aret. conſ. 100. & poſt concluſ. Alex. in l. poſt rẽ. ff. de trãſact. in apoſtil. Iaſ. in l. eleganter. 2. col. de condi. indeb. in appellatione nõ petitur. Compromiſſum debet bis fieri, Ro. conſ. 504. Iaſ. in l. fi. col. 5. C. de ſacroſ. eccl. & ſtante iuramẽto, non põt peti, Iaſ. in l. eleganter, 2. col. de cõd. indeb. Alex. conſ. 37. col. 8. uol. 2. ſi eſt quæſtio facti, ſecus ſi eſt quæſtio iuris, Philip. Franc. in c. ſæpe, 3. col. ext. de appel. vide And. Barb. conſ. 42. antep. col. uol. 1. Alex. conſ. 164. 2. vol. Iaſ. in l. 1. ff. de tranſact. vide omnino ad materiam compromiſſorum, Boer. deciſ. 283. Quid ſi coniunctus ceſſit actiones & iura, an ceſſionarius teneatur compromittere, vide Affl. in deciſ. 74. quòd non, Rober. Maran. in repet. l. ſi actor, num. 30. ff. de proc. Dec. conſil. 59. colum. fi. tenet contrarium. Quid ſi actor comparet antequam ſit laudatus, & ſuſcepit iudicium, an poſſit peti cauſa compromitti. vide Aret. in §. in omnibus, num. 8. Inſtit. de fideiuſ. & Bar. in l. 1. C. vbi in rem actio, & in diſput. incipien. Ciuitatis Piſanæ.*

Ad hanc pragm. vide Alexan. conſi. 165. volum. 2. & Dec. conſ. 3. vbi multa dicit. & maxime quòd non dicit derogatum ordinariæ iuriſdictioni.

volentes, præſenti conſtitutione ſtatuimus, & ordinamus, inter coniunctos vſque ad quartum gradum conſanguinitatis, vel affinitatis incluſiuè computandum ſecundum ius ciuile in cauſis ciuilibus,

qui ſe patris.in 8.col.verſ.& ideo ſi ſtatutũ dicit,&c.& ibi ſequuntur Doct.maxime mod.C.vñ lib.& ſi vis ſcire,quæ ſit ratio fundamentalis huius ſtatuti,ponit aureus tex.in l.congruentius.C.de pat.pot.vbi dicit,congruentius quidē videtur intra domũ inter te,& filios tuos ſi quæ cõtrouerſiæ oriuntur terminari,& ille tex.occurrit mihi in ſomnis Salerni,dũ ibi ſtuderē,& videbatur mihi in nocte in ſomno, ꝙ diſputarē in circulis, & tunc didici, & illũ text. ſummè commēdat Aretin.in rubr.Inſtit.de except.7.col. Adde ꝙ hoc ſtatutũ publicã vtilitatē conſpicit,ita inquit Bar.in 1.conſtit.C.in 2.col.refert, & ſequitur Alex.in l.1.§.lex Falcidia. & ibi allegat cotas. ff. ad leg.Falc. & Iaſ.in l.ueluti.§.hæc uox.ff.de eden.vbi allegat cotas. ¶ Adde ꝙ hęc conſtit.ſeu ſtatutũ non intelligitur de primo cõpromiſſo tantũ, ſed toties quoties opus fuerit,donec cauſa expediatur, unde ſi in una cã factum fuit cõpromiſſum virtute ſtatuti, & ſic huius conſt. & per lapſum termini expirauerit,iterato debebit fieri compromiſſum, toties quoties cauſa finē accipiat,cũ diſpoſitio ſit legalis, & de natura legis ſit diſponere,non ſolũ ſu per uno caſu,ſed toties quoties opus fuerit, ita multum eleganter dixit Bald.meus in l. veluti.§.hæc uox,per illũ tex. ff.de eden. & ibi vide plene per modernos, maximè Iaſ.in ſi. cotas allegat, & ibi aſſignat triplicē rationē huius deciſionis, uide eum. Et poſtea limitat pulchre ex mente Bal. ibi,ut procedat quando compromiſſum deberet fieri ex diſpoſitione ſtatuti, ſecus ſi ex uoluntate partium. hinc eſt quod ſi partes uoluntariè ſecerunt compromiſſum de iure, & de facto in amicum communem, quòd duret per mēſem, cum poteſtate ꝙ poſſint prorogare toties quoties voluerint,tunc iſta poteſtas reſtringitur ad duas vices tantum,& nõ plures,ſecundum Spe.in titu.de arbit.§.excipitur. ver.ſed quid ſi fuerit actum,&c. Bal.in l.ſi diuerſa.in 1.col.C.de tranſact.ita ibi, vbi alleg. plures

ADDITIONES.

ctioni. Item iſta pragmatica non cõprehendit ſpurios. Bal.in l.id quod pauperib.fin.colum.in prin.C.de epiſc.& cler.

Item iſta pragmatica ceſſat in apodiſſa, quæ non eſt inſtrumentum in ſtatuto, nec ſecundum cõmunem vſum loquendi. Et nunquid lis orta inter ſocerum & generum mortua filia altero reluctante debeat compromitti. dicit Pau.de Caſt.in l.rei iudicatæ.§.ſocero,in fi.ff.ſol.mat.quòd non. & vide ad hanc materiam omnino Alexan. in l.1. C. vnde vir & vxor. Et quid ſi ſemel, bis & vltra fuit cauſa compromiſſa, ſed non deciſa,an cogatur amplius compromittere. dic quòd non,ſecundũ Alex. in l.qui bona §.fi.in fi.ff.de damno infec. Item limita iſtam pragmat. ſecundum Iaſ.in l.fratris, C.de tranſact. quando altera partium habet exceptionem litis finitæ, quia pars eadem non cogitur compromittere. Item iſta prag.non comprehendit clericos, Bald.in cap.ſi clericus.de pace Conſtan.& in quadam addit.in auth. caſſa & irrita. in c. eccleſiaſtico. C.de ſacroſ.eccleſ. vide omnino Bald. in conſ.171. vol.1.Dec.in c.iudex in eccleſiarũ.de conſt.vbi alleg. conſ.Corneí 14.vbi latè de hac materia.

Et quid ſi aliquis litigaret ex cauſa teſtamenti.vltra alleg.vide Capic.deciſ.48.& ibi.an teſtamentum ſit ſcriptura liquida.& ibi vide infra quantum tempus poſſit peti compromiſſum. & quid in cauſa matrimoniali.Capic.deciſ.7.& an comprehendat clericum,vltra ſupra allegata, vide Capic.deciſ. 66.Cott.in ver.clericalis. An exceptio compromiſſi, quæ competebat contra creditorem, competat etiam contra ceſſionarium. vide Bald. & Ang.in l.ſi quis rem.ff.de procur. Affl.in deciſ. 74.An cauſa ſpolij de recenti facti, debeat compromitti, vide Affl. deciſ.84.& ibi,an cauſa criminalis ciuiliter intentata, debeat compromitti. An articulus, ſi cauſa debet compromitti, eſt compromittendus, vel ſi debitor ſuſpectus debeat præſtare cautionem. vide Affl. in deciſ. 170. vbi an interim debeat dare cautionem. Quid ſi detur terminus in contumaciam, & quando ſit talis terminus reus petit cauſam cõpromitti, an ſit audiendus, vide Affl. deciſ.185. & an arbitri habentes poteſtatem prorogandi compromiſſum abſentib.partib.ſi prorogent, debeant notificare partib. Bald.in l.eos.§.apoſtolos, num.6.C.de appel. Et an poſſint præcipere, ꝙ donec ſoluantur pecuniæ debitæ, ſoluãtur quinque pro centenario, Abb.in cap.cum contingat, colum. 1.de arbit. Cotta in ver.arbiter non.& an clerici poſſint petere cauſam compromitti vigore huius pragmaticæ, vide Bald.in c.cum ueniſſet, 2.colum.ver.oppono. dicitur hic de eo, qui mittitur in poſſeſſionem, Cotta in verbo, clerici ligantur.& an dicatur fauorabilis vel odioſa diſpoſitio huius pragmaticæ, & an comprahendat emancipatos, vide Cott. in ver.lites. Si ſtatutum dictat quòd filius non poſſit obligari ſine conſenſu patris, poterit cõpromittere, Alex.in l.quæſitum, in fi. ff.de fun. inſtruc. in apoſt.Tiraq. de ll.connub.in gl. 3. nu. 191. Arbiter pronuncians contra ius litigatoris, non valet.Fel.in c.cauſam, quæ.col.4.de re iud. Compromiſſo durante non poteſt adiri ordinarius, Iaſ.in l.pecuniam, 8. not.ff.ſi cert.pet.Ceſſionarius non poteſt petere compromiſſum, Iaſ.in l.ſi ſic,§.ſiquis ita,de leg. 1.An prohibitus alienare poſſit compromittere, & an bona prohibita alienari poſſint in compromiſſum deduci, vide Tiraqu. de ll.connub. in gl. 3.n.190.& 191. An tutor ſine decreto poſſit compromittere cauſam pupilli ex diſpoſitione huius pragmaticæ, Tiraq.vbi ſupra in gl.6.nu. 192. An Iudæi teneantur compromittere, & quib. debeat fieri compromiſſum, ſi in Iudæos,vel Chriſtianos, vide Corne.conſi.65.2.uol. Adde ꝙ laudi uerba interpretantur vt magis valeant, quàm tollantur, Aymo conſi.52. & creditur arbitro aſſerenti in laudo ſe audiuiſſe partes, Raph.Cum.in conſ.7.col.4. & conſ. 12.col.1.uol.1. An poſſit renunciari nullitati laudi, Paul. de Caſt.in conſ.73.in antiq. alias eſt in conſi.260. uol. 1.nu.2.& conſ.50.& conſ.91.relatum in additionibus ad Alex.in l.generaliter.ff. de in ius voc. ubi vult ꝙ habet locum ſtatutum etiam finita affinitate per mortem uiri. ad quod facit, quod uoluit Alex.d.l. generaliter.nu.1. An conſanguinei in quartum gradum compromittentes dicantur in dubio facere compromiſſum uoluntarium, uel neceſſarium, uide Doct.in l.ſi.C.de iud.& Camil.Viſita.in rep.l.1.n.184.ſol.mat. Quid ſi nõ eſſet expreſſum ꝙ poſſit peti compromiſſum ante dationem termini, an poſt terminum poſſit peti, uel publicatis atteſtationib.uide Bal.in l.1.ff.de tranſac.cum alijs adductũ per Cott.in uerbo compromiſſum, lo 3.& iſti coniuncti non poſſunt recuſare compromiſſum, ſed tenentur acceptare, Barb.in c. Ioãnes.ext.de teſta.quod dicit eſſe nouũ.ſequitur Cremen.ſing.58.An ſententia arbitrorum doctorum ſecundũ formã iſtius prag.ſi ſuit contra ius litigatoris,dicatur nulla,uide Cott.in uerbo compromiſſum. l'ultimo. vbi ponit deciſiones pro, & contra, & Pet.Duen.in reg.57. Iacob. Anellus de Bottis.

¶ Et ad hanc ſanctionem vide quæſt.poſitam per Bart. & Alex.in l. procurator.§.ſi procurator.ff.rem rat.hab. Sacrum Regium Conſilium regni Neapolis decreuit clericum cogi poſſe ad compromittendum, iuxta formã regiæ pragm. Et in materia huius pragmaticæ uide in tract. de arbit.q 52.in vlt.parte, Et an compromiſſum vigore huius pragmaticæ peti poſſit poſt publicatum in cauſa. Dic ꝙ non, vt per Alex.in l.ſi cã cognita.C.de tranſact.& idem in cauſa appellationis. & quæ ſit ratio, ꝙ non poſſit peti compromiſſum,quando extat inſtrumentum in medio, vel litera cambij, vide Iaſ.in d.l.ſi cauſa cognita. 1.col. & Abb. in c.expoſita, 2.col.de arbit. Et ſi bis fiat compromiſſum & expirauit, non cogitur actor amplius compromittere, Affl.dec.46.& an habeat locum in uita & militia, vel in feudo. Affl.in deciſ.43.uide Lanfr. in tract.de arb. q.47.ubi bona q. & q.48.50.52.& q.45.Item iſta prag.habet locum durante affinitate, Aret.in §.ſocrum.inſtit.de nupt. Et quid ſi eſt quæſtio inter fratrem actorem,& alium fratrem auctorem laudatum a reo, an debeat cauſa cõpromitti. vide omnino Bar.in ſuis qq.poſt conſil.q.2.inc. Piſanæ ciuitatis cõſilio cauetur.& poſt concluſum in cauſa non poteſt peti fieri iſtud compromiſſum.Fel.in c.cum dilectus, 1.col.ext.de fide inſtr. allegat Bal.in l.1.C.de tranſactionib.& expirato primo compromiſſo, an debeat fieri aliud toties, quoties,vide Alex.in l.ſi quis ex argentarijs.§. hac uox, in fi.de eden.& vide ad iſtam prag.omnino Iaſ.in l.quadam.ff. ſi cer.pet.& an ad inſtantiam tutoris petentis debeat cauſa pupilli cõpromitti, Tiraquel.de retrac.ligna.§.1.gl.8.nu.11.vide etiam ad iſtam prag.Fel.in c.inter monaſterium.15.colum.limit.8. vbi declarat iſtud, quod dicitur, ꝙ in re iudicata ceſſat pragm.Et an cauſa ſtatus, vel matrimonij, vel legitimitatis poſſit compromitti, vide Lud.Rom.conſ.299. in propoſita conſultatione. ubi dicit ꝙ non. idem uoluit Cald. conſil fin. de foro comp.& ibi ponit Lud.an ſi partes conſenſerint, ꝙ valeat,& fiat compromiſſum de re ſpirituali,vel feudali,an ualeat de cõſenſu partiũ, & tenet ꝙ ſic.& ad hanc materiam,vide Alex.in l.1. ſol.mat. Fel.in c. 1.de treg.& pace,ſeu potius in rub. & an ſpurius poſſit petere iſtud cõpromiſſum uirtute iſtius prag.vide Alex.conſ.59. uol.2. Item pondera prag.hic quæ dicit, ꝙ non habet locum præſens prag.ubi eſſent inſtrumenta liquida. Sed nunquid appellatione inſtrumenti ueniat teſtamentum adeo quod ſi quis litigaret ex cauſa liquidi teſtamẽti teneatur cõpromittere, vide Iaſ.in l.ſi idẽ.C.de teſtam. ubi dicit quod ſic, licèt appellatione contractus,non ueniat teſtamentũ.Bald.& Iaſ.in l.teſtamentũ,C.de codicil.& an debeat fieri toties quoties, vide Iaſ.in l.ſiquis ex argentarijs.§.prætor ait,ff.de dã.infec. & quõ intelligatur dictio quãdocunque, hic poſita,uide Alex.in l.1.§.qui præſens, 2.col.de uerb.obl.& uide Iaſ. in l.præſcriptione, 3.col.C.ſi cõt.ius vel util.pub.& ad iſtã materiã uide omnino Iaſ.in l.quod Seruius,de condic.ob cau.& ad iſtud de inſtrumẽto liquido,vide Bar.& ibi Alex.in l.ambitioſa.de decr.ab ord.fac. Pul.

¶ Dec.in conſi.3.col.4.tenet quòd ſit odioſum.vide an terminus compromiſſi computetur de momento ad momentum, Bal.in conſi.372.proponitur, col.2.Infero ex hoc quòd curator vel tutor poterit abſque decreto compromittere.ita Ang.in conſ.192.quæritur an de iure,in fi.& Bar. in conſi.incip.nunquid tutor. vide quæ dicit Bal.in l.præſes, in 6.q.C.de tranſac.& Ang.in conſ.61.Comes Robertus. Adde ꝙ omnis exceptio,quę impedit litis ingreſſum,impedit compromiſſum.ita Soc.in conſ.203.in fi.

compu-

vel mixtis,* qñcunque ante dationẽ termini ad probandũ, ad petitionẽ cuiuslibet ex dictis cõiunctis cõpromiſſum fieri debere in duos cõiunctos, vel cões amicos de iure & de facto,* in procedendo, & in ſententiãdo de iure tm̃, niſi inter partes aliter concordatũ fuerit, ẽt de facto in ſententiando. Qui arbitri iurare debeant ad cognitionẽ, & deciſionẽ ipſius cauſę ſe proceſſuros, ipſam veritatẽ, & Deum præoculis habentes. Debeãtq; cauſam ipſam per ſniam terminare infra duos menſes, ſi fuerint cõcordes. Si aũt fuerint diſcordes, vltima die, vel prius debeãt eligere tertiũ nõ ſuſpectũ, vocatis partibus, quę in promptu ſuſpectos nominare debeant. Quòd ſi partes, vel altera ex eis nominare dictos ſuſpectos in prõptu ceſſauerit, arbiter electus, per partẽ, quæ nominauerit, in contumaciã alterius partis nõ nominantis tertiũ eligat. Et ſi vtraq; pars nominare neglexerit, arbitri ipſi ſub ſimili prædicto ſacro tertiũ eligãt, q tertius infra vnũ menſem, vnà cũ dictis arbitris, vel altero ex eis per ſuũ laudum cauſam expediat: Habeantq; arbitri & tertius, qñ contigerit eum eligi, pro eorũ ſalario* quintã partem trigeſimæ, quæ iudicibus olim ſolue batur, diuidendam inter eos, qui cõcordes in ſentẽtiando fuerint, ad pęnam dupli eius, qđ pro eorum ſalario taxandum ueniret, ſi infra dictũ terminum cauſam non expedierint, ordine ſupraſcripto ſoluendã inſolidũ pro quolibet ex dictis arbitris, & nihilominus ad petitionẽ partium, vel alterius ex eis per nouã coertionẽ, ſeu mulctæ

plures cotas. ¶ Adde q eandem deciſionem ponit Bal. in l. qui per ſalutem. & ibi plene Iaſ. poſt alios Mod. alleg. cotas. ff. de iureiur. & q ratio finalis huius conſtitutionis, & ſtatuti fuerit ad tollendas lites, vltra ſupradicta, dic, q eſt tex. in l. quamuis. in fi. ff. de arbi. ita Iaſ. in d. l. veluti. & in d. l. qui per ſalutẽ. Adde hic vnam auream cautelã, quam ponit per hoc ſtatutum Iaco. But. in l. Plancius. quę ibi ſequitur, & refert Alb. de Roſ. ff. de procu. & Alb. de Roſ. in 2. par. ſtatutorũ. q. 202. inci. caut. talẽ ponit Iac. Butr. Nam cliẽtulus cõueniebatur a creditore, & dubitabatur ne ſuccũberet. Iac. Butr. fecit q clientulus ſuus inueniat vnũ coniunctũ aduerſarij, & fecit cũ procuratorẽ in rem ſuã, & ſuſcepit iudicium aĩo nouandi, poſtea iſte petijt inter eos tanq̃ coniũctos cauſam cõpromitti ex forma ſtatuti, & fuit abſolutus per arbitratores, tene menti. ¶ Et q hęc pragm. non hẽt locum, nec põt peti q cauſa cõpromittatur, virtute huius pragm. poſtq̃ eſt lis conteſtata, vel eſt datus terminus ad probandũ, eſt pulchra deciſ. ſacri Conſil. in terminis proprijs, inci. dictat Regia pragmat. ubi allegat cotas, ſubdens q poſtea pluries ita fuit determinatũ in d. conſil. in diuerſis cauſis, & ibi ſubdit q iſta allegatio q cauſa cõpromittatur uirtute huius pragmat. eſt de excep. declinatoria, & nõ durat niſi vſq; ad litis conteſtat. & allegat cotas. ¶ Adde q hęc pragmat. non habet locũ, nec procedit ubi actor cõueniet reũ vigore promiſſionis iuratæ, & ſic ſuper cõtractu iurato, quia reus petẽdo cõpromiſſum fieri, incideret in periuriũ, vnde non eſt uetiſimile principem ſtatuentẽ de hoc caſu cogitaſſe, quia modo aperiret viã periurijs, quod non eſt dicẽdum, iuxta l. 1. C. ſi aduer. vend. & c. ſi vero, eũ fin. de iureiu. ita eleganter, & in proprijs terminis cõſuluit Pau. de Caſt. conſ. 66. incip. viſis, & conſideratis omnibus, &c. de qua deciſ. multum exclamat, & ſecutus eſt conſulen. Alex. conſ. 37. incip. viſo, & opportune diſcuſſo proceſſu &c. in 7. col. ver. pro hoc facit. &c. in 2. vol. vbi dixit illo anno ita fuiſſe iudicatũ apud Parmam. & Tho. de Brix. in ſuis cautelis nouis, cau. 55. inci. oculata fide, &c. circa fin. ¶ Adde q cauſa ſpolij nõ compromittitur virtute huius pragmaticæ, vt pulchre, & in proprijs terminis decidit ſacrũ Conſil. deciſ. 84. incip. fuit determinatum, vtrum hæc cauſa debeat cõpromitti, per plura iura, & fundamẽta. uide omnino ibi, & tene mẽti, quia faciet tibi honorẽ in facto. Adde q quæſtio de uita, & militia, q̃ petitur per ſecundogenitum a primogenito poſſeſſore feudi, non dẽt cõpromitti uirtute huius pragm. quia uita, & militia, eſt loco portionis feudi, & onus feudi. ita egregie determinauit ſacr. Conſil. in deciſ. 43. incip. dictat pragmat. Regis Ferdinandi, p fundamẽta, & iura, quæ ibi vide, & ibi cõcludit ſecus eſſe ſi eſt q̃ſtio quantũ debet eſſe vita, & militia, quia tunc debet cõpromitti, q a nõ eſt quæſtio đ feudo, uide ibi omnino. Et q hoc ſtatutũ, ſeu pragmat. non ligat clericos cõiunctos ſm Bal. in cõſi. 100. inc. Venãtius, &c. vbi in terminis cõſuluit q ſtatutum loquens de cõpromiſſo inter cõiunctos nõ ligat clericũ. refert, & ſequitur Fel. in c. Eccleſia S. Mariæ, in fi. de conſtit. hoc idẽ voluit Bal. in c. cum veniſſent. de eo, q mit. in poſſeſ. refert, & ſequit Barba. in rep. rub. de reb. eccl. non alie. in 12. char. not. Dec. in c. 1. de no. oper. nunc. & in l. 1. C. de ſum. Tri. & fi. cath. Inno. cõſi. incip. pũctus ſuper quo, &c. & in minorib. conſtitutos, ſm Bal in d. c. cũ veniſſent. & Alex. conſi 95. 210. & ſeq in 2. vol. Bal. cõſi. 100. inc. Venantius, quod refert Alex. cõſi. 93. in 2. vol. q cõprehendit contrahentẽ cum clerico, & plene de materia p Canoniſtas, in c. quod clericis, de foro cõpe. Et q non cõprehendat clericos, in minorib. conſtitutos, tenet Andr. Bar. in repe. rubr. C. qui admit. in 5. col. ver nono adduco. allegat Bal. in d. c. cũ veniſſent. Et q hoc ſtatutũ non liget, nec includat clericos, tenet Bal. in repet. l. cunctos populos. C. de ſum. Trin. & ibi refert, & ſequitur Cazial. in repe. in vlt. char. 2. col. uerſi. Item dicit ſe plene dixiſſe. in l. omni nouatione. C. de ſacroſan. eccleſ. tu de hoc art. vide pulchrum conſil. Bal incip. nũquid clericus, vbi omnino uide. Quæro hic de pulchra quæſt. In hac pragm. imponitur pœna arbitris, qui nõ expediunt infra terminũ hic ſtatutũ, partes prorogant dictũ terminũ, vtrum arbitri euadant dictam pœnam? hanc quæſt. ponit Bal. in 1. q. in pen. col. uer. & faciunt ad quæſtionem. de offi. deleg. & diſtinguit, quod

A D D I T I O N E S.

computatis conſilijs patris. Sed quid ſi cõtra ius litigatoris arbiter tulit ſententiã. dic q erit nulla tanquàm excedẽs formam. ita Bal. in l. diẽ. §. ſtari, de arbi. ponit Fel. in c. cauſam, quæ. col. 4. ver. obſt. fortiter, de re iud. & Iaſ. in l. qui Roma, §. duo fratres. 2. no. de verb. obli. Bal. tamen de quo ſcribentes non meminerunt, conſuluit contrariũ in conſ. 351. 10. & Fredericus. col. 4. verſ. circa tertium, cum duabus columnis ſeq. vol. 5. Item adde quòd ſi agitur vigore inſtrumenti contra aliquem vt hęredem, non dicitur liquidum, niſi fuerit liquidatum q ſit hæres. ita poſt alios Felin. in c. quia. V. col. fi. de iud. vbi quid in tertio poſſeſſore. Piſanellus.

• Mixtis. *No. verbum mixtis. & ſic comprehendit ſiue ſolum pœna applicatur parti, ſiue & fiſco etiã, vt per Doct. in rub. ext. de iud. & ex hoc infero, male conſuluiſſe Alex. in præd. conſi. 82. in fi. vol. 1. ac male deciſum in deciſ. 84. An habeat locum inter iudæos, per Corn. conſ. 65. vol. 2. Vtrum hæc pragmatica procedat inter clericum & laicum coniunctum, Pal. in c. cum veniſſet. col. 4. de eo qui mitt. in poſſ. tenet, q non. Sed quid ſi clericus egit contra laicum coram iudice laico, nunquid poſſit laicus petere compromiſſum debere fieri ex forma huius pragmaticæ. dic q ſic. ita concludit Pet. Phil. Corn. in conſ 114. incip. quamuis primo aſpectu. col. 2. & ultra eam idem latiſſimè comprobat Dec. in c. eccleſia S. Mariæ. col. 23. in fi. de conſt. quem omnino videas. Adde ad intellectum pragmaticę: nam ſi calumnioſè petatur tale compromiſſum, per iudicẽ non debet admitti, ita Bal. in l. cum quadam puella. §. quoties, in 2. ſt. antiq. ff. de iuriſd. omn. iud. idem voluit Ang. in l. ampliorem, §. fin. C. de appel. Pau. de Caſt. in conſi. 65. viſis & conſideratis. in fi. & in conſi. 63. quòd in cauſa appellationis. vbi alleg. tex. & q ibi Bald. in l. ſatis aperte. C. de fal. vide Dec. a quo didici, in c. ſuper. col. vlt. ext. de appel. hoc etiam ſequitur Soc. in conſ. 300. col. 6. verſ. tertia & vltima, computatis conſilijs patris. vide omnino Alex. conſi. 82. vol. 1. vbi dicit debere fieri probationem quòd ſunt infra quartum gradum. An habeat locum in cauſa matrimoniali, Lud. conſ. 299. tenet q non, vbi poſt Bart. tenet q cauſa quæ non tranſigitur, nõ compromittitur. & an ſint iudices ordinarij vel delegati, per Bal. in conſ. 74. quæritur. vol. 3. iſta pragmatica eſt fauorabilis, ideo extendenda. ita Bal. in l. qui ſe patris, vlt. col. C. vnde lib. ſequitur Iaſ. in col. antepen. & Soci. pater in conſi. 4. in fi.* Piſanellus.

Opin. cõtra conſ. Alexã. & cõtra deciſ. Sacri Conſil.

• De iure & de facto. *Adde q tales arbitri non debent adhibere fidem teſtibus nullam rationem dicti aſſignantibus, vel malam. & quid ſi perſuaſiuam. uide Bald. in l. 3. vlt. q. C. de teſtib. & Aret. conſ. 84. 2. col. cum alijs adductis per Cott. in verbo, arbiter debet. An poſſint procedere ſine citatione. Hip. ſing. 75. poſt Rom. in rub. de arb. dicit q non. An poſſint adhibere fidem ſcripturę priuatę aut libro rationum & probationibus minus integris, vide latiſſimè per Aym. de antiq. temp. fol. 71. nu. 1. cum plurib. ſeqq. vbi late de poteſtate horum arbitrorum circa probationes. Et an tales arbitri poſſint & debeant iudicare ſecundum ſtatuta & conſuetudines, vide Pet. Dueñ. in reg. 56. & Bal. in l. ſi cum ipſe, ff. de executo. Quid ſi aduerſarius protrahat cauſam per dilationes & ſubterfugia, vide Tiraq. de retrac. lignag. §. 12. in gl. 2. fol. 139. nu. 2. Et terminus compromiſſi currit de momento ad momentũ, Iacobi. in l. cali. in prin. de iu. dot. ff. & Cotta in uerbo, arbiter debet. & omnino Cottam in ver. compromiſſum, lo primo. vbi allegat plura conſi. Alex. ad materiam.* De B.

• Pro eorum ſalario. *Vide quę cumulat Luc. in l. in ſacris, col. 8. C. de proxim. ſacro. ſcrin. lib. 12. Bal. in conſi. 38. ſuper iſto puncto, volu. 5. An autem procedat inter quendam ſocerũ & quendam generũ, vide Alex. in l. non tantum, in fi. ff. de re iud. Et an procedat, ſi dedi fideiuſſorem de iudicio ſiſti, vel iudicatum ſoluendo, uide Aret. conſ. 87. 1. vol. No. q tertius debet eſſe amicus communis & de confidatis partium, & ſuperior poteſt cogere ad eligendum. ita Bal. in conſ. 3. in ciuitate, vol. 1.* Piſan.

indictionẽ cogantur, poſtquàm cõpromiſſum acceptauerint, effectualiter cauſam in eos compromiſſam diffinire. Hoc tamen locum non habeat, vbi eſſent inſtruméta, * ſententia, & obligationes liquidæ, nec ẽt in cauſis feudalibus, in quib. ſimilis petitio cõpromiſſi non admittatur.

De reclamatione laudi, ſiue ſententia arbitrorum. Rubrica.

ET [a] ſi aliqua partium * ſe grauatam ſenſerit a ſentẽtijs, vel laudis prędictis, adeat iudicẽ loci,* vbi tale laudum latum fuit, qui auditis primis arbitris, infra menſem de dicta grauaminis cauſa, ſine figura iudicij, viſa facti veritate, & ex eiſdẽ actis,* ſi dolus ex ꝓpoſito, vel re ipſa arguatur: Si aũt alia læſio allegetur, per alias probationes iuſtificare poſſit infra terminum dicti iudicis ſtatuẽdum, dummodo cauſa infra dictũ menſem, & ad plus, alium menſem ſententiam arbitrorum approbet, * improbet, ſeu modificet, & quod per eũ fuerit iudicatũ, executioni mandetur, nec audiatur ſe grauans, niſi facta reali executione, cum fideiuſſione de reſtituen-

quòd aut eſt uera prorogatio, & arbitri euadunt pœnam, aut eſt nouum cõpromiſſum, & tunc de rigore inciderent in pœnam, ſecus de æquitate, quia pœna ſtatuti requirit moram, ſed hic non eſt uera mora, cum litigatores rei ſuæ ſint arbitri, & moderatores, ut ff. de arb. l. arbiter ita, in ſecundo reſpon. & l. ſi cum dies. & l. ſi quæ. §. fina. cod. tit. ita Bald.

b In ver. *inſtruméta, &c.* Hoc intelligitur de qualibet re ſumente originem ab inſtrumentis, ita ſing. dixit Bal. in l. 1. in ſeptima oppoſitione, in lectura antiqua. C. com. de leg. M.

De reclamatione laudi, ſiue ſentẽtia arbitrorum. Rubrica.

a ET *ſi aliqua partiũ, &c.* Hęc pragmatica corrigit ius cõmune de quo per Bart. in l. ſi ſocietatem. §. arbitrorum. in 5. col. uer. infra quantum tempus. ff. pro ſocio.

De

ADDITIONES.

• Hoc tamen locum non habeat vbi eſſent inſtrumenta. *Quid ſi hæc pragmatica generaliter loqueretur, nec exciperet iſtos caſus, an diſpoſitio ipſius haberet locum in inſtrumentis liquidis, quæ poſſunt præſentari iuxta formam ritus, ſtante ritu magnæ Curiæ? Dicas quòd non, ut no. voluit Bal. in conſi. incip. ſtatuto Aſtenſi, relato per Dec. in conſi. 3. nu. 5. Quid ſi producitur inſtrumentum, in quo extat iuramentum, & petens incideret in periurium. vide Pau. de Caſt. conſi. 67. & ibi quid ſi iudex videt petentem ad vexandum mouiſſe litem, non quòd ius foueat. Quod ſi eſt quæſtio iuris tantum. vide Bal. in l. ancilla. C. de furt. & Iaſ. in l. penul. C. de pac. Soc. conſi. 4. vol. 1. 7 bi quid in inſtrumento nullo, vel ſi eſt factum inſtrumentum de contractu inualido.*

Quando dicatur acceptaſſe compromiſſum. vide Cottam in ver. compromiſſum, lo primo. & a quo die incipiat, compromiſſi terminus. vide Iacob. in l. tali. ff. de iure dot. Quid quando petitur vita & militia? diſtingue vt per Affl. in deciſ. 43. Quid ſi in aliqua cauſa opponitur exceptio rei iudicatæ, an debeat compromitti, vide Cottam in ver. compromiſſum, lo 3. Quid ſi agitur virtute inſtrumenti, & dicatur illud non eſſe publicatum vel non facere fidem, an debeat cauſa compromitti, vide Dec. conſi. 44. num. 6. & quid ſi dicatur ſimulatum, vide Arno. caut. 17. de teſtamento vel inſtrumento, quod de facili poſſet liquidari, vide omnino Capic. dec. 48. & de inſtrumẽto, quod dicitur ſimulatũ, vel in eo partem læſam, vide Alexan. in conſi. 102. 4. vol. & Bal. in l. precib. C. de probat. in l. 1. C. plus vale. quod agitur. Quid in apoca liquida, vide ſupra in princ. prag. Quid in cauſa alimentorum, Minadois deciſ. 3. dicit ꝙ non eſt facti, ſed iuris tantum. Et an quæſtio iuris debeat compromitti, Alex. conſi. 62. 2. col. vol. 2. & Bal. in l. cum proponas. C. de reb. cred. No. ſecundum Hipp. Marſi. in ſing. 172, vbi dicit quòd debet bis fieri, quando per ſtatutum quis compellatur: quando verò ex diſpoſitione hominis, puta quia teſtator grauauit hæredem, tunc ſemel tantum compellitur compromittere. An comprehendantur clerici. vide conſ. Bal. incip. veniamus. quod alleg. Feli. in c. eccleſia S. Mariæ. 50. car. de conſtit. alias conſi. 210. volu. 2. Adde tamen quòd licet Bal. in d. ſuo conſilio dicat non comprehendere clericos, Corn. conſi. 114. 2. parte, tenet contrariam partem: ſecundum quam opin. ſuam in ſacro Conſilio in vna cauſa vertente inter duos fratres, videlicet D. Hieronymũ de Roſa & Iacobũ fuit pronunciatũ debere ſeruari regiam pragmaticam etiam quo ad clericum, Magiſter actorum cauſæ eſt.... & in alia cauſa. in qua interuenit magiſter actorũ Marcus Antonius Sabatus inter quoſdam aduerſarios, die 26. Octob. 1519. Soci. in conſi. 71. 4. volu. tenet contrarium. vide etiam Capic. deciſ. 7. Bartholomæus Marzalis.

¶ *Vide Alex. in conſ. 166. vol. 2. ſed ſi contra inſtrumentum vel ſententiam opponantur exceptiones peremptoriæ, an ſuper diſcuſſione taliũ & cognitione ipſarum debeat fieri compromiſſum. vide Anch. in conſi. 183. pro clariori. An habeat locũ inter fratrem legitimum & naturalem, & fratrem naturalem tantũ, per Anch. in conſ. 187. apud me. & a decreto, ꝙ fiat compromiſſum, poteſt appellari, vt conſuluit Cum. in conſ. 17. in fi.*

Dicitur non liquidũ debitum, quando eius probatio requirit altiorem indaginem. ita tex. & ibi Sali. in l. fi. de compenſat. An, quando tractatur de vita & militia, debeat compromitti, vide in deciſ. conſ. 43. & in deciſ. 138. & an habeat locum poſt dationem termini quãdo intimatur terminus, uide in deciſ. 185. Et quid ſi agitur ſpolio, uide in deciſ. 84. Et an ſi iuratur conſanguineus ſuſpectus de fuga, debeat compromitti articulus ille, ſi debeat cauere, vel ne, uide in deciſ. 170. Sed an vltra duas uices poſſit compromitti. uide in deciſ. 46.

Et dum loquitur de quarto gradu ſecundum ius ciuile, uide And. in c. 1. §. hoc quoque. col. 1. qui feu. da. poſ. An pupillus ſeu eius tutor cogatur ad compromittendum, per Alex. conſi. vlt. uol. 6.

Vidi pluries practicari, ꝙ quando in compromiſſo ponitur clauſula, ꝙ habeat executionem paratam, ſicut ſententia ſacri Conſi. quod tunc præſtita cautione non proceditur in cauſa appellationis, ſeu reductionis. contra iſtam practicam ſacri Conſi. urgent conſi. Philippi Dec. allegata in conſi. 60. col. 2. uer. nec talis.

Fuit quæſtio in cauſa mota contra me per D. Io. Laurentium Piſanellum, utrum eſſet compromittenda: quia dictus Ioan. Laurentius demonſtrauit ſe clericum: quæſtio erat tacta in c. eccleſia S. Mariæ, & per Soci. in conſ. 71. in 4. uol. per Bal. in conſ. 5. uol. 2. nouorũ. tandem concluſum fuit ꝙ ſic relatore D. Galeotto Fonſeca, die 15. Martij 1535. Actuarius Io. Bernardinus de Penna. & ego demonſtraui ita alias fuiſſe deciſum in cauſa Ioãnis de Lamberto, cum Paulo Dic. uide in deciſ. Capic. 66. An ſi coniunctus, uel affinis cedit aliquod ius competens contra alium conſanguineum, uel affinem alicui tertio, ſi mouetur lis per illum tertiũ, an poſſit peti fieri compromiſſum. dic ꝙ ſic, Marſi. in ſing. 335. Io. Ang. Piſ.

Decisio Sacri Cõſilij.

• Et ſi aliqua partium. *Vide Capo. in conſi. 16. in ciuilibus. uide ultra hanc prag. an licitũ ſit appellare a ſententia arbitri electi ex forma præd. pragmatica, Alex. in l. arbitro. col. fi. qui ſatiſd. cog.* Piſan.

¶ *De iure communi quis poſſit eſſe iudex reductionis ad arbitriũ boni uiri, uide latiſſimè per Couar. in 2. lib. var. reſol. c. 12. nu. 1. & ſeq. & an à pronunciatione iudicis pronunciantis, ut bonus vir, poſſit appellari. ibi. nu. 3. & ſeq. & ibi, an modica læſio debeat admitti per talẽ iudicem. ver. 3. Quid ſi ſtaret ſtatutum ꝙ contra laudum nõ poſſit opponi exceptio, an admittatur reductio ad arbitrium boni uiri. Hip. ſing. 62. Quid ſi unus ex arbitris, vel cõpromittentib. eſt clericus, coram quo iudice, laico uel clerico petitur reductio, uide hic Annib. Troyſ. gloſſatorẽ. & Bal. in l. præcipimus, in fi. C. de appel. & Bar. in l. 2. C. ubi & apud quem. Vbi, quid ſi eſt factum compromiſſum in duos laicos, diuerſi tamen fori. & Cottam in ver. compromiſſum. lo. 2. ubi latè.*

An iudex coram quo petitur reductio laudi ad arbitrium boni uiri, poſſit cognoſcere de nullitate laudi. uide Dec. conſi. 39. col. fi. in fi. ubi dicit quod ſic. De Bottis.

• Adeat iudicem loci. *Vide elegans conſilium Alex. 139. uol. 6.* Piſ.

• Ex eiſdem actis. *Infertur ꝙ acta facta coram arbitris, ualeant coram iudice, quia alias non procederetur ex eiſdem actis. Et alias dum eſſem ſcholaris, uidi de hoc dubitatum. & ut tollantur dubitationes, referente D. Ant. Palmerio, de menſe Aprilis 1516. fuit in cauſa Ioannellæ de Alex. cum Ant. de Alexandro latum decretum ſub his uerbis, ꝙ fiat compromiſſum, iuxta formam pragmaticæ, in quo apponatur clauſula, ꝙ omnia acta facienda coram arbitro, remaneant firma coram iudice. No. quia faciunt ad quæſtionem, in qua hoc anno conſului & obtinui in prouincia Comitatus Moliſy, uidelicet compromiſſum erat factum penes acta Curiæ de iure & de facto, & renunciatũ reductioni, &c. fuit latum laudum, in quo enormiter erat læſio ex una parte. fuit petita reductio, quæ non denegabatur, iuxta doctrinam Bar. in l. ſi ſocietatem. §. arbitrorum. pro ſocio. Sed haſitabat, eo quia erat compromiſſum factum penes acta, & ſic obligatio quo ad pœnam habebat executionem paratã, iuxta ritũ magnæ Curiæ, qui in toto regno ſeruari debet. ut tenet And. in conſti. ſi quis in poſterum. & etiam de iure communi, ut per Doct. in l. cum, pro quo. de in ius uoc. ego tenui contrariũ iſta noua ratione. quia quantumcum que ſit amplum compromiſſum, habet in ſe tacitã conditionem, ſi æquè fuerit arbitratum, ut no. Bar. in d. §. arbitrorum. & Dy. in reg. ſciens, de reg. iur. & Alex. in conſi. 28. col. 4. uol. 1. ſed regula eſt ꝙ ubi obligatio habet executionem paratã, intelligitur de pura, liquida & non cõditionali. ẽt in conditione tacita, ut firmant Scrib. in l. itẽ quia, in prin. ff. de pact. & Alex. in l. 1. de leg. 2. Sed in caſu iſto habet tacitã conditionẽ. ergo, &c. ad hoc multa adduxi & conferunt hæc dicta, quæ nota, quia noua, in cõſ. 11. Fran. de Aret. in prin. 1. col. uerſ. tamẽ illa dicta eſſent intelligenda.* Piſ.

Decisio Sacri Cõſilij.

• Approbet. *Et talis pronunciatio erit interlocutoria, vt tenet Soci. conſ. 63. in fi. nouorũ, vol. 1. uide, quia contrariũ eſt uerius de iure cõ. & ẽtiã ad intellectũ huius pragmaticæ per Alex. in cõſ. 106. uiſo themate, ꝙ tertiũ. 3. uol. Et ꝙ poſſit appellari, firmat Vitalis in trac. clauſularũ, car. 92. ver. poſtremo uidendũ teſtatur. & Alex. in d. conſ. 106. vol. 3.* Piſ.

• Si quis

do in caſu retractationis: Poſt quã executionem ſacrum noſtrum conſilium, vel deputãdus ab eo, vel magna curia Vicariæ de prætenſo grauamine cognoſcant. Et ſimilis obſeruantia locum habeat in compromiſſis, & laudis inter extraneos factis, poſt cõpromiſſum volũtariè factum, & per arbitros acceptatum.

De dilationibus per calumniam non petendis. Rubrica.

SI [a] quis petierit dilationem * vltramarinam, vel repulſam, ſiue beneficium, eiſq́; vſus non fuerit, nec probationes aliquas infra eas fecerit, vnius vnciæ pœna mulctetur, qui tales dilationes petierit: procurator verò, qui ſine ſpeciali mandato illas petierit, vel petendã eius principali perſuaſerit, duplicatam pœnam ſoluere teneatur. Nec per præſentem diſpoſitionẽ derogatum eſſe volumus pragmaticæ per nos, aliàs ſuper dilatione vltramarina, vel extra regnũ editæ, quæ per oĩa in ſuo robore firma remaneat.

De temporibus appellationum. Rubrica.

APpellationum [b] tẽpora * per conſtitutiones ſacras præfixa obſeruari uolumus coram quibuſcunque iudicibus, etiam in ſacro noſtro Conſilio, in quo etiam circa fatalia diſpoſitionem dictarum conſtitutionum locum habere decernimus.

De expenſarum condemnatione non reſeruanda. Rubr.

TEmeritatem [c] litigantium * a legibus punitam approbãtes, Mandamus uictum uictori in expenſis per ſententiam condemnandum, vel ex iuſta cauſa abſoluendum, Prohibentes in ſententijs expenſarũ condemnationem ſeruari.

De præuentione moderanda. Rub.

MAlitijs [d] litigantium, * qui præuentiones indebitas faciunt occurrere volentes, Statuimus, vt nullus præueniendo credi-

De dilationib. per calumniam, &c. Rub.

[a] *SI quis petierit, &c.* Hãc pragmaticã in hoc principio alleg. & ſequitur Matth. in cõſtit. cantias alias. in 6. notab. ſubdens formaliter: tñ ſuper petitione dilationis vltramarinæ debet iurare, & nominare teſtes, & facere depoſitũ, prout cauẽ in primo ritu mag. curiæ Vicariæ. & hoc eſt hodie in viridi obſeruãtia. ita Matt.

De temporibus appellationum. Rubr.

[b] *APpellationũ tẽpora, &c.* Hãc pragmaticam, dum dicit, in ſacro Cõſi &c. allegat, & ſequitur Matth. in cõſtit. appellationum tempora. in pen. col.

De expenſ. condemnatione non reſer. Rub.

[c] *TEmeritatẽ litigãtium, &c.* Vtrum aũt poſt ſniam poſſit peti condẽnatio expenſarũ, ſi fuit in ſnĩa omiſſa? dic, q̃ ſic. ita no. doctr. Bart. in l. 3. §. ſi rẽ. ff. de leg. 3. vbi inquit, q̃ ſi ſtatuto cauetur, q̃ victus victori cõdemnetur in expenſis, poterit poſt ſniam peti condẽnatio expenſarũ, quæ poterũt principaliter peti, ex condictione ſtatuti, ſeu prag. vt ſic ſtatutũ aliq̃d conferat ad ius cõe, q̃d dictat contrariũ, in l. terminato. C. de fruct. & lit. expen. hãc doctrinã Bar. refert, & ſequiẽ Panorm. in c. 1. in 3. col. de ſumpt. recup. vbi quærit, ſtatutũ dictat uictũ victori condemnandum eſſe in expẽſis, quid operabiẽ hoc ſtatutũ? & primò dicit, q̃ vẽ quod nihil, cũ hoc omni iure, & ciuili, & canonico expreſſũ inueniatur, tãdẽ allegando Dy. in terminis, in l. 3. ſup gl. in ver. temperamentum. ff. de leg. 3. dicit, q̃ quamuis hoc ſtatutum cũ l. properandum. cõcor. in hoc tamen id operatur, ut li. finita poſſint expenſæ peti uigore ſtatuti, licet iudex non condemnauerit in ſententia. & alleg. Arch. hoc idẽ tenentem, in c. cum appell. de appel. in 6.

De præuentione moderanda. Rubrica.

[d] *MAlitijs litigantiũ, &c.* De hac materia præuentionis, vide omnino pulchrum ritum incipientem, item quòd quando contingit fieri præuentionem per debitorem, &c. & alium

ADDITIONES.

• Si quis petierit dilationem. *Adde aliam pragmaticam ſupra quę incipit, poſt prædicta. & Iudex poteſt deferre iuramentum facienti nominationem, quòd non petit animo differendi, vt per Affl. in conſtitut. cauſas alias, nu. 7.* De Bottis.

• Appellationum tempora. *An habeat locum in ſententia Sacri Conſilij, a qua fuit reclamatum, vide in deciſ. 78. & quando per modicum tempus eſt deſerta appellatio, ſi poſſit reuideri ex eiſdem actis, vide in deciſ. 79. vide Loffr. in conſi. 14. nu. 72. ſed hodie per decretum in ſententiam Sac. Conſilij currunt fatalia, per Gram. in deciſ. 13.* Piſan.

¶ *Vide Affl. deciſ. 78. & Gram. in deciſ. 13. quæ locum habet etiam in cauſis reclamationum.* De Bottis.

• Temeritatem litigantium. *Perempta inſtantia vel declarato proceſſu nullo, ſi actor iterum dedit lib. llum, an debeat prius ſoluere expenſas aduocatorum, vel debeant reſeruari in fine litis, vide Affl. deciſ. 70. Adde ad materiam huius prag. quod ſi debitor vocatur ad iudiciũ, ſi ſtatim dixit ſe velle ſoluere, non tenetur ad expenſas, Ang. in l. 1. C. de obſeq. & Aret. in §. ſic itaque. Inſtit. de actio. quod limita, niſi per prius fuiſſet interpellatus extraiudicialiter. Hinc datur cautela, quòd in libello dicatur quòd fuit pluries interpellatus, vt per Cępol. in caut. 84. in libellis. Adde quòd etiam clericus poteſt condemnari in expenſis per Iudicem. Et quid ſi in ſolutione expenſarum deficit vnus nummus, vide Tiraquel. de retrac. conuent. §. 4. glo. 6. nu. 23. ad 26. Quid ſi Iudex appellationis ab interlocutoria pronunciauit bene præuiſum & male appellatum, an debeat partem appellantem in expenſis condemnare. vide Affl. deciſ. 42. vbi etiam, quid ſi non condemnauit, an videatur abſoluere ibid. & Bart. in l. ſi mulier. §. ſi rem. & ibi Alex. in addit. de leg. 2. vide omnino Couar. c. 27. pract. q. 9.* De Bottis.

• Malitijs litigantium. *Ampliа hanc pragmaticam habere locum etiam in vniuerſitate præueniente. ita fuit deciſum in S. R. C. referente magnifico D. Marino Freccia in cauſa inter Illuſtriſſ. Marchionem Oyrę, & vniuerſitatem Francauillæ in anno 1547. de menſe Iunij ſeu Iulij, Actorum magiſter Ioannes de Florentia. Affl. in conſtit. ea quæ ad decus num. 11. Quid ſi eodem die, quo eſt facta præuentio, eſt accuſata obligatio, vide Affl. deciſ. 387. Et ad materiam præuentionis vide omnino Pet. Rebuff. in tract. de lit. oblig. in 1. artic. glo. 9. nu. 45. vſq; ad 56. Et ibi, an poſſit peti quòd fiat quietatio cum effectu, vel quòd inſtrumentum laceretur. & ibi coram quo Iudice debet fieri pręuentio, coram Iudice debitoris, vel creditoris, de quo vide Boer. in deciſ. 114. Et an iſta prag. comprahendat vniuerſitatem, vel collegium, vide Cottam in ver. ſtatutum loquens. & Alex. conſi. 17. nu. 6. vol. 6. Adde an iſta prag. habeat locum in extraneis, ſiue forenſibus præuenientibus, vide Hip. in l. ſi. num. 120. ff. de iuriſd. om. iud. vbi videtur tenere, quòd ſtatur iuratoriæ cautioni. de materia præuentionis etiam non exiſtente inſtrumento de debito quis ſit Iudex, vide Abb. in c. ſi quis contra, nu. 2. de foro compet. Bar. omnino, in l. ſi finita. §. eleganter. ff. de dam. infec. Moder. in c. regni, & ſi frequenter. nu. 21. fol. 69. Gul. Bened. in c. Raynutius. in ver. & vxorem. 2. deciſ. num. 126. Couar. in 1. lib. var. reſol. c. 18. nu. 3. fol. 326. An fideiuſſio debeat peti, vide vnũ verbũ Iaſ. cõſi. 9. nu. 13. in fi. vol. 1. An clericus præueniens teneatur adimplere contenta in hac prag. Minado. in deciſ. 4. dicit fuiſſe dubitatum in Sacro Conſil. Si non fuit præſtita cautio, nec petita, an proceſſus ſit nullus propter verbum nullus, quod negat potentiam & priuat. vide Iaſ. in l. Gallus. 3. col. de lib. & poſth. An ſi fuit poſita & non præſtita, valet proceſſus, vide Feli. in c. ſuborta, 6. col. de re iud. Alex. conſ. 37. col. 4. vol. 2. & ſi eſt facienda ceſſio. vide Rom. in conſi. 462. in fi.* De Bottis.

¶ *Vide in reformationibus rituum mag. Curiæ Reginæ Ioannæ, car. 2. col. 4. & in deciſ. 137. vbi allegatur hæc prag. Alias in cauſa Roberti de Morſico cum Franciſca de Gallutio fuit dubitatum, ſi poſſit denegari repulſa pręuenienti, quando præuentus examinauit teſtes. & fuit deciſum quòd niſi præuentus renunciaſſet teſtibus pro ſua parte examinatis, quòd repulſa eſſet concedenda, maximè ſi per teſtes examinatos pro parte præuenientis conſtaret de iuſtitia præuenti, ac etiam ſi præuentus in primo termino repulſaſſet teſtes examinatos in eodem termino, commiſſarius D. Ioannes Martialis, actorũ magiſter Antonius Mancuſius.*

Fuit etiam dubitatum, an d. pragmatica habeat locum in omni præuentione, quomodocunque præueniens dicat inſtrumentum debere caſſari & in cauſa Baronis Tholoſæ cum Manfredino. Eodem D. Martiale Commiſſario exiſtente habita in foro a Sacro Conſ. cum voto D. Ludouici Montalti, & Domini de Colle fuit decretum quòd ſic, Actorũ magiſter fuit . . . . . vide ritum incip. In primis, quod vbi ſeu aliter quouis modo. Sed pone quòd fuit præſtita cautio, & præuentus dicat, dedit fideiuſſorem non idoneum, an poſſit petere quòd iterum caueatur, vide Pau. de Caſt. in l. 1. ſi quis in ius uoc. & Alex. in conſ. 34. 7. vol.

In eadem cauſa Baronis Tholoſæ dubitatum fuit, quòd ſi facta præuentione noluit cauere, & ſic vult deſiſtere, an poſſit cogi propter intereſſe præuenti tam in cautione quàm in ſatisfactione ſtatim facta publicatione. Pro parte Manfredini multa fuerunt allegata, q̃ non, præcipuè ex doctrina Bal. in l. poſtq̃ liti, C. de poſt. Dicti cõmiſſarij fuerant in voto cõtrario, & tunc fuit diſcuſſum, attento q̃ Baro erat perſona diues, ſi ſufficiebat ſua cautio ſine fideiuſſore, per ea quæ dicũt Doct. in l. 1. qui ſatiſd. cog. in eodẽ proceſſu extãt decreta. An iſti fideiuſſores ſint pſtadi in loco iudicij, vel poſſit peti remiſſio ad partes, vide in dec. 137. Piſan.

• Coram

& alium ritum incipientem, in primis, q ubi aliquis, &c. & alium ritum incipientem, item quòd vbi eſt facta. ¶ Primus ritus vult in effectu, quod ſi debitor vult præuenire creditorem allegando ſatiſdationem, & petendo ſibi reſtitui inſtrumentum, quod eſt penes creditorem pro rupto, debet dari breuis terminus ſecundum diſtantiam locorum ad probandũ dictam ſatisfactionem, & ſi debitor probabit ſatisfactionem, condemnabitur creditor ad reſtituendum debitori dictum inſtrumentũ pro rupto, & caſſo, & pendẽte dicta cauſa præuentionis nõ proceditur ad interrogationem inſtrumenti contra debitorẽ, iuxta formam ritus, itẽ q ſi debitores, qui debitor non probans in præuentione, punitur pœna ſex Tarenorũ pro qualibet uncia, pro medietate curiæ, pro alia medietate parti. Secundus ritus vult, quod quãdo inſtrumentum mutui, depoſiti, ſeu alterius cuiuſlibet contractus, etiã liquidum ex omni parte, ſi debitor, vel fideiuſſor, vult præuenire creditorem, præuentio nõ poteſt fieri in alia curia, niſi in curia Vicariæ, & ſi fiat in alijs curijs, præuentio eſt nulla, niſi eſſet clericus, quo caſu poteſt fieri in curia eccleſiaſtica. & ſi inſtrumentum præſentatur in dicta curia poſt præuentionem factam in alijs curijs, procedit interrogatio ſuper tenore dicti inſtrumenti, non obſtante præuentione in alijs curijs facta. Tertius ritus vult, quod ſi fuit præſentatum inſtrumentum, & eodem die ſit facta præuentio, ante vel poſt præſentationem, procedit interrogatio non obſtante præuentione & nullo habito reſpectu de horis diei, ſi fuerit facta præuentio ante vel poſt præſentationem. & illum alle. & ſequitur Matthæus in deciſione 387. incip. Si vno, & eodem die, &c. & ibi ponit rationem illius ritus. Et ibi ponit idem, ſi fuit facta obligatio penes acta curiæ, nam non obſtante petitione eodem die per debitorem facta, quod dicta obligatio declaretur nulla ex certis cauſis, procedetur in exactione obligationis, & ita ibi in terminis proprijs fuit deciſum. vide ibi omnino. ¶ Et aduerte, q debitor volens præuenire creditorẽ, vt ſibi caſſet inſtrum, debet ante citationem præſtare fideiuſſorẽ, de quo in hac pragmatica. Quia cũ dicta fideiuſſio ſit præparatorium iudicij præuẽtionis, debuit debitor in primis inuenire fideiuſſorẽ, & illũ præſtare ante citationem, iuxta formam huius pragmaticæ hoc dictantis, in verſi. niſi prius præſtita fideiuſſione. & non citari facere ſuum creditorẽ, niſi prius inuenta & præſtita dicta fideiuſſione. ita vult hæc pragmatica, quã allegat, & ſequitur in proprijs terminis Matth. in deciſ. 127. incip. dictat nouella pragmatica ¶ Vtrum autẽ ſi iſte debitor non poteſt præſtare fideiuſſorẽ in loco iudicij, poſſit petere ut remittatur in loco domicilij, & ſic præſtetur dictus fideiuſſor in loco domicilij? dic quod non: quia cũ hæc fideiuſſio ſit præparatorium iudicij præuẽtionis, debuit iſte debitor in primis inuenire fideiuſſorẽ ante citationẽ. ſi ergo fuit in mora, nõ eſt audiẽdus, ſi petit ut remittatur in loco domicilij. ita in proprijs terminis deciſum fuit p S.R.C.N. vt eſt pulchra deci. 137. præallegata. Subdit etiam quod bene ante citationem poterit debitor impetrare a iudice, vt reſcribat iudici in loco domicilij, q recipiat idoneos fideiuſſores, iuxta formam huius pragmaticæ, & dictam fideiuſſionem tranſmittat: quandoquidem ipſi fideiuſſores ſunt ſub eodem regno, per ea quæ no. Bart. in l. 3 in pen. quæſt. ff. de fideiuſſor. & Alex. in l. 1. ff. q ſatiſ. cogan ita Matth. ibi. ¶ Adde q hæc præuentio fit per citationẽ, ut nõ habeat locũ præſentatio inſtrumenti ſm formam ritus, ita eſt ritus ſupra, incipiens, no. quod ille ritus. M.

torem ſuum conuenire poſſit corã quocunque iudice, [*] niſi prius præſtita fideiuſſione de ſoluendo debitum, [*] caſu quo ſolutionem in cauſa præuẽtionis legitimè probatum non fuerit, Qui fideiuſſor etiam promittat uncias decem pro pœna, quam ipſo iure ipſum principalem incurrere uolumus, qui talem præuentionem fecerit, & in ea ſuccubuerit. Mandantes in eiſdem præuentionibus ritũ magnæ curiæ obſeruari, prouidentes quòd tempore publicationis proceſſus, debeant tales debitores præuenientes perſonaliter comparere, vt detineri poſſint, ſi nihil probatum apparuerit.

De termino citandi actorem in cauſa reali. Rubrica.

DVbitationem [a] [*] circa dilationem petitam in realibus ad citandum auctorẽ in iudicijs ſæpius uentilatam remouẽtes, Statuimus, ut huiuſmodi petitionis uigore iudicium nullatenus retardetur. Si auctor in loco, ubi iudicium agitatur, præſens fuerit: cùm tunc in dilatione ad reſpondendum libello reus ab auctore informari poſſit: Si autem abſens auctor fuerit, dilationẽ iuſtè petendam & concedendam, & interim cum reo ſuperſedẽdum decernimus, ut reus ipſe de defenſionibus ignarus ab auctore de ipſis plenè informari poſsit, & eius cauſam inſtruere: qui auctor citatus ad ſubminiſtrandum litis expẽſas, ad quas obligatus appareret, & ſingula ſeruãdam, ad quæ ſe in inſtrumento inter reũ & actorem, uel aliter obligaſſe apparuerit, ad petitionem ipſius rei cogatur, ſine figura iudicij, ſententiamq; latã contra reum defenſum contra auctorem ſuum citatum, qui ut defenſorem ipſius rei ſe præbeat, executioni mãdari volumus, ſine alio nouo proceſſu, pro his, quæ in inſtrumento defenſionis obligatus fuerit.

De termino citandi actorem in cauſa reali. Rubrica.

a DVbitationem, &c. Adde hic vnum pulchrum verbum. nã communiter dicitur quod laudatur author, vt in l. authore laudato. C. de euictio. Quæro, quare dr laudari author? Dic, nam laudare [illegible] ſignificat

ADDITIONES.

● Coram quocunque iudice. *Pendera hanc prag. quia alias allegaui, quòd ritus magnæ Curiæ, Item quod vbi facta eſt præſentatio, diſponens, quòd ſi eodem die ſit facta præuentio quo præſentatur inſtrumentum, quod non obſtante præuentione procedetur ſuper præſentatione, quod habet locum ſecundum illa tempora, in quibus in magna Curia tantum poterat fieri præuentio; vt dictat ritus incip. In primis, quòd vbi. Secus tamen eſt ſecundum hæc tempora, quibus poteſt fieri præuentio coram quocunque Iudice. Et videmus obſeruari, quia fiunt præuentiones in ſacro Conſ. & coram Regentibus Cancellariam, qui ſunt Iudices ſuperiores, quo caſu diceretur cauſa auocata ad eos, & erunt ligatæ manus Iudicum inferiorum, vt eleganter dando rationem diuerſitatis, declarat Innoc. in c. cum M. Ferrarienſis, col. fi. ext. de conſtit. & refert Dec. in cõſ. 137. col. 3. & ita Domini de Rota affirmabãt ſeruari.* Piſan.

● De ſoluendo debitum. *Hoc verbum ſolutionis, hic poſitum eſt gratia exempli, quia hæc prag. licèt ſit ſtricti iuris, tamen verificatur in qualibet compenſatione, & ponitur largè l. ſolutionis. & ibi ſingulariter Bart. ff. de ſolut. & vide ritum 7. qui loquitur de præuentione aduerſus inſtrumenta, licèt hæc prag. non ſe aſtringat ad inſtrumenta, ſed remittit ſe ad ritum. Et ex hoc infertur quòd non habet locum forma iſtius fideiuſſionis in præuentione, quæ fit aduerſus apodiſſam priuatam propria manus. Lud. conſi. 23. & Felin. plene in rub. de fide inſtr. in fine, cũ iſta fideiuſſio debeat fieri p creditorẽ, & ſi nõ petatur & procedatur valeat proceſſus. vide Pau. de Caſt. in l. peto, § fratre, de leg. 2. & cũ ponderabis, quia loquitur, quãdo creditor patitur in eũ procedi.* M.A. Pul.

● Dubitationem. *Author laudatus, an poſſit petere beneficia poſt concluſum in cauſa, ſi eſt minor. Afflic. in deciſ. 15. Et quid ſi in duobus correis in ſolidum obligatis, an poſſit vnus ipſorum conuentus petere quod ex eodem proceſſu condemnetur ſibi alter correus ad quantitatem eum tangentem, vide per Gloſ. in conſuet. Pariſien. gl. 4. §. 2. nu. 41. qui tenet quòd ſic. Et an author ſuſcipiendo in ſe iudicium fiat nouatio, ita quòd proceſſus debeat fieri cum ipſo: vide Bart. in q. 2. nu. 21. & hic per Caueñ. gloſſat. in ſuo comment.* De Bottis.

¶ *Sed ſi author ſuſcepit defenſionem, tenetur ſatiſdare ad inſtantiã actoris de iudicato ſoluendo. ita fuit deciſum in Capella Tholoſ. vt habetur in deciſ. Tholoſ. q. 360.*

No. quia hæc pragmatica loquitur de principio litis. ergo ſi poſt litem non retardatur, licet poſſit fieri denunciatio quolibet tempore, vt eſt tex. in l. ſi rem. §. quolibet tempore. ff. de euict. Limita tamen, ſi eſſet concluſum in cauſa, vt dicit ibi glo. in fi. gl. 5. fin. quam ſequitur Corſet. in ver. denuntiatio. col. 22. in ſuis ſing. vide deciſ. Rotæ, in antiquis, 4. ſub tit. de iudic. incip. tres veniunt. quæ tenet quòd etiam comparente authore laudato poſt concluſum impeditur cauſa. Si author laudatus ſit minor, qualiter regulabitur iudicium, vide in deciſ. 15. & an tunc reſtituetur minor ad omiſſam exceptionem. Bart. in l. minor. ff. de minoribus tenet quòd ſic, quem ſequitur Aret. extendens id. in in fiſco. in conſ. 20. in fi. And. in conſtit. obſcuritatem, tenet contrarium, col. 1. aliàs dum in cauſa magnificorum Guliel. & Antonini Ruffi, cum Comite Suriani eſſet hoc dubitatum, quia fiſcus laudatus in authorem per Comitem volebat reſtitui ad omiſſam exceptionem ad finem faciendi defenſiones, quia fuit laudatus poſt concluſum virtute pacti appoſiti in inſtrumento: fuit adhibita diſtinctio, quòd aut petitur reſtitutio ad exceptionem dilatoriã ſeu peremptoriam ad effectum deliberandi, & procedat dictum And. aut ad effectũ fundandi exceptionẽ reſpectu beneficij competẽtis authori laudato, quando eſt talis iuxta terminos dictæ deciſ. 15. & prout tunc erat caſus. & ſic pro faciendis defenſionibus omiſſis, & procedit dictum Bar. allegantur dicta Innoc. & aliorum in c. . . . . Piſanellus.

● Qui

ſignificat priſca lingua nominare appellareq́ue: ſic in actionibus ciuilib. actor laudari dr̃, ſecũdum Macrobiũ in Saturnalib. ita formaliter inquit Luc. de Pen. in l. 3. in pen. col. C. de can. larg. tit. lib. 10. ¶ Qualiter eſt formãdus libellus cõtra authorẽ laudatũ, pulchre per Blaſ. de Morcono, in opere ſuo de diff. inter ius Longob. & ci. in rubr. de euict. in 7. col. ubi ponit duas formas, & aliam vide ibi in margine, & illã cotam pauci ſciunt, & in præcedẽti col. ver. itẽ no. quod author laudatus, ponit plura de authore laudato. tene mẽti, quia eſt pulchrũ, & pauci ſciunt. ¶ Adde q̃ author laudatus dẽt facere copiã inſtrumentorum ſuorũ ei, cui vendidit pro defenſione poſſeſſionis, & ceſſionis iurium. Bald. in conſi. 52. incip. obligatio prima. in fi. 3. vol. alleg. tex. in l. Titius. ff. de actio. empti. Adde q̃ laudare in hac materia exponitur, id eſt, admonere. ita exponit Bald. in l. autore laudato C. de euict. ubi Bald. exponit illud verbũ laudato, id eſt, admonito. tene menti. ¶ Adde quod hæc laudatio authoris nõ habet locũ, qñ agitur iure congrui & in materia & iudicio iuris congrui, ita no. vult Blaſ. in cõſtit. ſancimus. Vtrum aũt de iure cõi ſit danda dilatio ad denuntiandum authori? hanc q̃ſtionem ponit glo. in l. 1. C. ubi in rẽ actio. & tenet quod ſic. & eã ſequitur ibi Salic. Io. And. in add. Spe. in tit. de dilat. in addit. incip. dubitatur. refert plures opiniones, poſtea ipſe tenet, q̃ ſi uenditor eſt præſens, non eſt danda dilatio, cum infra terminum reſpondendi libello denuntiari poſſit. ex circunſtantijs igitur uideat iudex an ſit danda. vide omnino eum pulchre loquentem.

De expenſis ſoluendis per appellantes, qui nihil in cauſa principali probauerint. Rubrica.

QVi [a] in cauſa principali * nihil poſuerint, vel probauerint cũ condemnantur in expenſis, ſæpius appellãt, magis vt differant, q̃ quia credant iuſtam cauſam proſequi: propterea ad remouẽdum fruſtratorias dilationes, Statuimus, eũ qui in iudicio principalis cauſæ nihil probauerit, proptereaq́; ſuccubuerit in expenſis condemnatus ad remediũ appellationis nullatenus admitti * niſi prius expẽſas condẽnationis legitimè taxatas cum effectu ſoluerit: præſtita tamen idonea cautione per eum, cui dictæ expenſæ ſolutæ fuerint de eas reſtituẽdo, ſi per iudicẽ appellationis eas reſtitui debere iudicatum fuerit: niſi in promptu talis appellans iuſtè ſe impeditum docuerit in probationib. faciendis. Quo caſu etiam reſpectu dictarum expenſarum ſentẽtia per appellationem ſuſpenſa remaneat. Et præſens diſpoſitio non habeat locum in cauſis eccleſiarum, pupillorum, viduarum, minorum, & miſerabilium perſonarum, in quibus ius commune ſeruetur.

De aſſiſtentia ſine diſcuſſione bonorum præſtanda. Rubrica.

ASſiſtentiam [b] & appretium * contra tertium poſſeſſorẽ pro executione inſtrumenti continẽtis

De expenſis ſoluendis per appellantes, qui nihil, &c. Rub.

a QVi in cauſa principali, &c. Adde vnũ, quod pulchre dixit Bal. in l. per hanc. in 2. col. C. de temp. appel. quod ſi quis in prima cauſa habebat probationes, & cauſa morandi iudicij, & ſub ſpe futuræ appellationis noluit eas producere, quod nõ debeat poſtea audiri. ibi uide remiſſiuè per Alex. in addit. ¶ Adde tñ, quod hæc pragmatica nõ habet locum in cauſa reuiſionis a ſnĩa ſacri Conſilij Neapolitani, reſpectu expenſarũ, vt eſt pulchra deciſio dicti ſacri Conſilij 331. incipiens, dicit Regia pragmatica, dictũ Bal. præallega. ſequitur, & cõmendat Alber. Mall. in tracta. de teſt. in antepen. col. verſi. notandum eſt tñ. ¶ Scias tñ vnum ſingulare verbum, quod ſi teſtes extra iudiciũ iactauerunt ſe ſcire veritatẽ, & poſtmodũ receſſerunt, vel ſunt mortui pendente iudicio, ante eorum depoſitionẽ, ſi volens producere teſtes ſuccũbat, eo quod non potuit per eos probare, quia mortui uel abſentes, nõ cõdẽnabitur in expẽſis tanquã non probãs. ita ſingulariter dicit Ioan. And. in c. 1. in fi. de electionib. in 6. refert, & ſequitur dicens eſſe not. Bald. in l. non ignorat. verſ. quid ſi teſtes. C. de fructib. & li. expen. & Lanfran. in repetit. cap. qñ cõtra. in materia expenſarũ, in 6. col. in ver. vnũ cõmemoro, &c. de probati. tene menti. q̃d dictũ referunt, & ſequũtur Alex. & Iaſ. in l. properandũ. §. ſiue autem. Alex. in 4. col. in fi. & Iaſ. in 4. col. uerſi. 6. cõclu. qñ teſtes, &c. C. de iud. & hanc conſtitutionem & dictũ Bal. in d. l. per hanc. refert, & ſequitur Matth. in cõſtitutione, iuriſperitorum. in 4. notab. & in illa cõſt. verſ. quod ſi nulli. eſt tex. quod ſi in prima inſtãtia, in termino probatorio pars nil probauit per teſtes, niſi doceat ſe fuiſſe impeditũ ex iuſta cauſa in d. termino probatorio, nõ admittitur in cauſa appellat. & ibi no. Matth. in 4. no. quem omnino vide.

In ver. *Nihil probauerit, &c.* Quando autem quis dicitur nihil probaſſe? uide pulchre Bart. in l. admonendi. & ibi ſequuntur moderni allegantes cotas. ff. de iureiur. ¶ Adde hic vnum no. dictum Hoſt. ¶ Io. And. in c. inter monaſterium. de re iud. ubi dicunt, quod ſi pars malitioſe cauſa uexandi aduerſarium diſtulit in prima inſtantia opponere exceptiones peremptorias, non admittitur ad opponendum in cauſa app. ſequitur Pan. in c. 1. in 3. col. de excep. M.

De aſſiſtentia ſine diſcuſſione bonorum præſtanda. Rubr.

b ASſiſtentiam, &c. Hoc idem eſt de iure communi, ut eſt ſolẽnis doctrina Bart. quæ ſemper alleg. in repet. l. creditores. in 7. col. in prin. C. de pig. de materia aſſiſtentiæ, & huius pragm. vide, has pulchras deci. per Matth. ſcilicet deciſ. 186. incip. quidam tertij poſſeſſores, &c. cum duab. ſequenti. & deciſ. 383. vbi omnino vide. & dũ hæc conſtit. ponit, q̃ ſi in inſtrumento obligationis bonorum continetur conſtitutio

ADDITIONES.

• Qui in cauſa principali. *Adde Alex. in l. ſi finita. §. Iulianus. col. 18. de dam. infec. & in l. 1. §. ſublata, ad Treb. Iaſ. in l. ſtipulatio, §. 1. de oper. no. nunc. Fel. in c. ſi autem, col. 4. de reſcript.*

Adde quòd ſi pars non oppoſuit, & petierit expenſas proceſſus valet per ea quæ voluit Pau. de Caſt. in l. peto, §. fi. de leg. 2. vide ſupra in prag. temeritatem, vbi no. quòd ſi deficit vnus nummus. & quid in paupere. vide Crem. in not. 121. & Matthę no. ſi. De Bottis.

¶ *Vide notab. dictum Bal. in l. 1. §. huius ſtudij. ff. de iuſt. & iu. vbi dicit quòd ſi fuerit datus terminus ad opponendum, vel ad articulandum, ſufficit generaliter vel dialecticè opponere vel ponere, & poſt terminum declarare. vide ibi Claud. Seiſel. omnino.*

An autem ſi propter paupertatem expenſas quis ſoluere non potuerit. dic quòd poterit appellare. ita voluit poſt Bart. Crem. ſing. 121.

An ſubeat locum in cauſa reclamationis a ſententia regia, in deciſ. 331. dicitur quòd non. ſed an in cauſa appellationis poſſint produci teſtes non producti in cauſa principali, vide Card. in Clem. 2. de teſtib. in 6 quæſt. Piſanellus.

• Nullatenus admitti. *Declara, de clauſula, nullatenus, & ſimilibus vide Barb. in conſ. 24. nu. 8. vol. 1.* Piſanellus.

• Aſſiſtentiam & appretium. *Vide an poſſit opponi præſcriptio, in deciſ. 139. & qualiter hoc iudicium reguletur & intentetur, per Alex. in conſ. 85. vol. 6. & in conſi. 83. eo. vol. & qua probatio requiratur in conſi. 112. eo. vol. & in deciſ. 37. & 383.* Piſanellus.

¶ *No. quòd ſi proferantur decreta ex cauſa partim vera & partim falſa, ruunt in totum, Ant. de Alex. poſt cæteros in l. ſi non ſortem, §. ſi centum, ff. de condit. indebi. Capic. deciſ. 51. & 54. de quo omnino Affl. in deciſ. 178. nu. 8. Adde quòd creditor, quando vult agere contra tertios poſſeſſores, ſi poſſidet etiam ipſe, debet ſibi diminuere de debito, ex quo inter alios poſſeſſores poſſidet etiam ipſe. ita refert fuiſſe votatum, Cap. d. deciſ. 51. nu. 8. per dictum Spec. in tit. de ceſſi. actio. §. 1. verſ. ſed pone, habeo, an poſt ſententiam competat ius offerendi remedium l. vetuſtiſſimam, C. de iure dom. impet. ad hãc prag. vide Affl. deciſ. 187. deciſ. 37. nu. 4. 5. An penſiones domorum, ſuper quibus petitur aſſiſtentia perceptę pendente lite per conuentum veniant in adiudicatione aut augeant pretium domorum, vide Capic. deciſ. 177. Vnde oriatur iſta aſſiſtentia, vide Capic. deciſ. 151. num. 3. Quid ſi præſtatur aſſiſtentia ſuper pluribus rebus, quarum aliqua non fuerunt obligata, an tale decretum ruat in totum, Affl. in deciſ. 218. & in deciſ. 37. & quãto tempore præſcribatur remedio huius pragmaticæ per tertios poſſeſſores, vide Affl. in dec. 139. Et an in tali adiudicatione requiratur citatio. vide Capic. dec. 119. & quid ſi aliquis non agit aſſiſtentia, ſed agit hipothecaria virtute inſtrumenti cum pacto de capiendo. Et an obſtet exceptio diſcuſſionis, vide Bal. in l. 1. verſi. quæro quid ſi debitor, C. quæ in fraud. cred. & Capic. deciſ. 54. & Hipp. ſing. 158. & ibi latè de materia huius prag. & de effectu conſtituti, & precarij.*

Adde quod dum per magnam Curiam Admiratię in cauſa Iulia Paſſara petentis aſſiſtentiam ſuper quadam naui ſibi hipothecata, quã promiſerant exhibere nob. Matthæus Burrellus & Galeatius Dugranus, & quòd nauigaret riſico & periculo ipſorum fuiſſet præſtita aſſiſtentia ſuper dicta naui, fuiſſentq́; condemnati dicti Matthæus & Galeatius ad ipſum exhibendum, alias ad pretium dictæ nauis die 24. May 1561. per Sacrum regium Conſil. vbi pendebat appellatio, referente Illuſt. D. Antonio Orificio, tunc regio Conſiliario & cauſæ Commiſſario, ad præſens Præſidente & vice protonotario digniſſimo, fuit pronunciatum quòd ſententia mag. Curiæ Admiratię non mereatur executionem, non obſtante quòd fuerit ſuper aſſiſtentia, ex quo nauis re vera erat perempta. Magiſter actorum Io. Nicolaus Longus, alias Ioannes Alfonſus de Capua. De Bottis.

• Magnæ

conſtitutio precarij, poteſt agi contra tertium poſſeſſorem, nulla facta diſcuſſione bonorum principalis. tu dic, quod illud uoluit ſing. Iaco.But.in auth. hoc ſi debitor, in finalib.verbis.C.de pig.& ſequitur Ang.Raph.Imo.Rom.& Alex.in l.exitus. in vlt.col.ubi alle. cotas.ff.de acq.poſ.& Vital.in tracta.clauſu.in clauſ.conſtituit ſe precario nomine, &c. in 4. col.ver.item precarij cóſtitut. &c. & præceptor meus de hoc facit magnum feſtum in ſuo no. 158.incip.hodie cómuniter in obligationibus, vbi pulchre loquitur, & declarat, & allegat cotas.& ſubdit eſſe menti tenendum, quia ſæpe occurrit in facto. M.

obligationem bonorum, pactũ de capiendo, cum conſtitutione precarij peti poſſe, & per iudicem concedi abſq; aliqua bonorum diſcuſſione contra principalem facta, alijs concurrentibus, quæ de iure neceſſaria ſunt in aſſiſtentiæ, vel hypothecariæ cauſa, declaramus.

De appellatione in cauſa aſſiſtentiæ. Rubrica.

MAgnæ [a] Curię Vicariæ * Ritũ, ꝙ a decreto ſuper aſſiſtẽtia affirmatiuo non appelletur, ad effectum retardãdæ executionis locum habere decernimus. Poſt executionem vero factã appellationem iuſtificari poſſe ad effectũ etiam ipſius aſſiſtentiæ reuocandæ declaramus. De nullitate * autem ipſius decreti ex eiſdem actis cognoſci & iudicari poſſe volumus & mãdamus ad effectum etiam ipſius executionis retardandæ, quouſque de dicta nullitate iudicatum fuit.

De inſtantia non reſtituenda ſine reſtitutione expenſarum. Rub.

INſtantia [b] cauſæ * in iudicijs a iure præfixa ſi decurſa fuerit per negligentiam partis, nullatenus reſtituatur, niſi prius refectis expenſis. * Si autem culpa iudicis * tunc reſtituta ipſo iure intelligitur, & intelligatur per iudicem ſtetiſſe, ſi per duos menſes ante lapſum inſtantiæ proceſſus concluſus ipſi iudici fuerit præſentatus, cum petitione & proteſtatione, * vt ad expeditionem cauſæ procedere de-

De appellatione in cauſa aſſiſtentia. Rub.

ALPHONSVS* Dei gratia Rex Aragonum, Siciliæ citra & vltra Farum, Vngariæ, Maioricarum, Sardiniæ, & Corſicæ: Comes Barchinonæ, Dux Athenarum, & Neopatriæ, ac etiam Comes Roſſilionis: Inſuper Illuſtri Ferdinando de Aragonia Duci Calabriç chariſſimo filio & Locumtenenti generali noſtro, Præſidenti in noſtro regio Conſilio, nec non illuſtribus & magnificis, atque ſpectabilibus viris Raymundo de Vrſinis Principi Salerni, magiſtro Iuſtitiario, Franciſco de Aquino, Comiti Laureti, maiori huius regni Camerario, præſidentibus Cameræ Summariæ, Regenti Vicariam, atq; iudicibus Magnæ Curiæ huius regni Siciliæ citra Farum, Cæteriſq; vniuerſis & ſingulis magnificis nobilibus Viceregentibus, Iuſtitiarijs, Iudicibus delegatis, vel ſubdelegatis, Capitaneis, & officialib. ordinarijs quibuſlibet regni huius, ad quos præſentes peruenire contingat, Salutem & ſynceram dilectionem. Intelleximus nuperrimè, quòd coram vobis, ſeu aliquibus veſtrum nonnullæ intentantur lites, ſeu controuerſiæ, tam aduerſus eos, qui inter bellorum præteritorum inuolata, lucra aliquas alias terras, caſtra, & loca, aliaque bona ſtabilia, & mobilia occuparunt, aut aliter ex priuilegijs bonæ memoriæ prædeceſſorum noſtrorum, & vel noſtris obtinuerunt, quæ ſaltem aliquandiu poſſederunt, prout poſſident etiam de prçſenti: tum etiam propter nonnullas incurſiones, prædas, iniurias, offenſas, atq; damna inter eos illata dictorum bellorum temporibus, ac vſque in dies, ſeu tempora generalis, feliciſque pacis, atque quietis prçſentis regni huius. Quamobrem nonnulla inter ipſos Regnicolas iurgia, & animorum diſſidia, quæ communiter contra bonum & pacificum ſtatum dicti regni turbant, poſſent faciliter oriri, & licet acceptum iuſtumque nobis ſit ius vnicuique reddere, quod ſuū eſt, verum quia in ipſa iuſtitia diſpenſanda tum modus omnis, tum tamen temporum & rerum conditio, tum etiam temporis qualitas & prælij cōſideranda eſt, quæ etiam in diſtributione ipſa non exiguam ſibi vendicat partem. Præſente hoc noſtro inuiolabili edicto, atque pragmatica ſanctione ſtatuimus, adijcimus, ſancimus, & ordinamus, quòd pro incurſionibus, inuaſionibus, offenſis, violentijs, iniurijs, damnis illatis quibuſlibet inter Regnicolas quoſpiam ſupradictos, nec etiam pro deprædationibus, occupationibus, detentionibus, vel acquiſitionib. quibuſlibet de ciuitatibus, caſtris, & terris, oppidis, forteliciis, locis, caſalibus, feudis, & alijs rebus, tam ſtabilibus, quàm mobilibus, perpetratis, tentatis, ſ. aut factis, ſeu commiſſis, & perpetrandis quoquomodo ante tempus vniuerſalis feliciſq; pacis, & quietis huius regni, nullus aduerſus ipſos aggreſſores, inuaſores, patratores, atq; detentores, occupatores, ſeu poſſeſſores, poſtquàm titulo conceſſionis, ſeu cōfirmationis noſtræ illa poſſideant, in iudicio, vel extra, coram vobis, ſeu aliquibus veſtrum, ſeu in veſtro examine, cōſilio, uel audiētia poſſint intētari, audiri, ſeu ventilari, ſeu examinari lis, actio, ſeu controuerſia, uel cauſa quæcūque iuſta, niſi prius conſultatio de his, per vos, vel veſtrum aliquē, veſtriſq; cū literis delata fuerint ad nos, ſubeundum etiam noſtris cum reſponſalib. literis ad nos ſubinde, de cōſultatione ipſa ſpecialem mentionem habentibus, de mente & deliberatione noſtra ſuper his inſtructi iuſſerimus reſcribendū, pronunciādum, alioquin inhabiles effectus ex nunc prout ex tūc, ad ea ipſa vlterius inſtruendū obtinendum, exercendūq; officia, priuationē perpetuā illorū vos decernimus incurriſſe, nulliuſq; fore efficaciç, uel momēti ſi quid, & quicquid per vos, aut veſtrum aliquē, ſecus contigerit attentari. Et ad maiorem cautelam faciendam vobis, & cuilibet veſtrum auferimus omne poſſe. Præſentes autem literas noſtro paruo ſigillo munitas vobis in præmiſſorum teſtimonium duximus dirigendas, remanſuras ad cautelam vicibus ſingulis præſentanti.

Datum in noſtris felicibus caſtris prope Pentimam, die 2. menſ. Aug. 6. indict. anno Dom. 1443. &c.

Decretum Regium tale eſt.

MAndatur magnifico Prothonotario, & cuicunque præſidenti in regno, & Regenti Curiam Vicariæ, atq; iudicibus Magnæ Curiæ, ꝙ in derogatione quoruncunque capitulorum, priuilegiorum, & confirmationum factarum per regiam maieſtatem, quibuſuis magnatibus Baronibus huius regni, per ea quæ poſſident in præſentiarum, nullo modo procedāt, donec aliter per ipſam maieſtatem habito ſuper his maturo, & digeſto conſilio decretum fuerit. Id idem fieri iubet de moratorijs ſeruandis, prout conceſſæ fuerint ſupradictis, alioquin decernentes irritum, & inane, ſi quid in contrarium per eos, aut eorum aliquem fuerit attentatum.

Capitulum reaſſumptum ex regio regiſtro quondam Regis Alphonſi à capitulis factis per ipſum Regem, videlicet, apud Mazonum Roſarum prope Spitaletum. die 1. menſis Nouemb. 10. indict. 1446.

De hoc edicto facit mentionē Capic. in deciſio. 86. nu. 13.

ET perche alcuni Giuriſti del detto conſiglio per cupidità di guadagnare il dritto della trigeſima, o ſeſſageſima, contra volontà, & ordinatione fatta per il detto Signore, ſi hanno procurato alcune commiſſioni delle cauſe, nelle quali deue eſſere denegata tutta audientia, pigliandone colore, che la detta Maeſtà per le ſue lettere, o comādamenti haueria proueduto eſſere fatta giuſtitia in qual ſi voglia delle dette cauſe, non è ſtata, nè è intentione ſua derogare a i priuilegij di neſſuno per la detta ſua Maeſtà di nuouo conceſſi, o confermati a i poſſeſſori delle coſe dimandate: Nè ancora è ſtata, nè è de intentione di ſua Maeſtà ſi debbia procedere contra quelli, che innanti la morte del Re Ladiſlao in quà, continuamente per loro legitimi anteceſſori, & per ſe hanno poſſeduto, & poſſedono, qual ſe uogliano caſtelle, terre, & coſe, Conſiderato, che ſe originalmente s'haueſſero da cercare, uedere, eſſaminare loro dritti antiqui, & dependentie di quelli, ſeria ſubuertire diuerſi ſtati, & conditioni di gente di queſto regno, la qual coſa la detta Maeſtà non cōporteria, e coſi è ſtato deliberato per ſua Maeſtà, & ha dichiarata la ſua intētione a gl'incoli di queſto regno: tanto in conſiſtoro, & parlamento generale: quanto in conſiglio, & diuerſe altre parti. Et coſi comanda ſia oſſeruato. Et qual ſi uoglia giudice, o cōmiſſario, che attēterà il contrario, incorra ipſo facto in pena de oncie dugento, lequal ſi debiano eſigere, e applicare alla Regia Camera, &c.

Lecta, & pronunciata fuerunt ſupradicta capitula in Regio Conſilio, die 7. Nouemb. in Caſtello Capuano.

PRAG-

PRAGMATICA REGINAE IOANNÆ II.

Quòd in locum teſtium, & Iudicis demortuorum, & quos in contractu interfuiſſe conſtat, alij teſtes & iudex aſſumantur per Curiam, qui ſe ſubſcribant inſtrumento, ne fides publica teſtificantium mortuorum decidat.

IOANNA II. Dei gratia Regina &c. Baiulo & iudicibus ciuitatis noſtræ Neapolis, ſuíque diſtrictus pręſentibus, & futuris fidelibus noſtris dilectis gratiam, & bonam voluntatem. Ne teſtificantium perſonarum defectu fides publica pereat, & veritatis eſſentia ſub modio poſita delitеſcat rei geſtæ memoria documentis publicis ſeriofe redigitur, & in præſentem notitiam cum cautela prouida renouatur. Scire vos volumus, quòd pro parte Verdellæ Ronchellę de Neapo. fidelis noſtræ oblata fuit nuper nobis, & Concilio noſtro petitio tenoris inſerti ſubſequentis. Sacræ Reginali maieſtati reuerenter exponit Verdella Ronchella de Neap. fidelis maieſtatis eiuſdem, vt cum olim in anno à Natiuitate Domini noſtri Ieſu Chriſti 1390. die 4. menſis Iulij, 13. indictionis, Neapoli in teſtimonio publico conſtitutis quondam Abbate Ioanne tunc viuente, & Franciſco Ronchello de Neapoli fratribus, tam pro ſeipſis quàm nomine, & pro parte Rentij Ronchelli cõmunis fratris eorum, ac nomine & pro parte dictæ exponentis communis ſororis eorum, de quibus pro rato, & ratihabitione promiſerunt, & ipſa Verdella & Rentius omni futuro tempore rata habeant, atque firma omnia & ſingula infraſcripta, & contra non venire quoquomodo ex parte vna, Et Saliceto de Mari de Neapoli filio & hærede quondam Domini Petri de Maro de Neapoli milite pro ſeipſo ex parte altera. Prædictę partes publico inſtrumento ad certum contractum de matrimonio pariter contrahendo inter dictum Salicetum, & dictam exponentem pariter deuenerunt, cũ certa promiſſione dotium infra certum terminum proinde aſſignandum dicto Saliceto contemplatione matrimonij ſupradicti. Et cum certa promiſſione ante facti conſtituendi per eum dictæ exponenti, & cum certis alijs pactis & conuentionibus habitis, & firmatis inter partes prædictas, contemplatione & cauſa matrimonij ſupradicti, prout prædicta in actis, nota & prothocollo notarij Andręaſſi Caccabelli de Neapoli notarij per totum regnum Siciliç plenè continentur, in quo contractu interuenit dictus notarius Andręaſſus pro notario publico, & pro iudice ad contractus interuenit, tunc Ioannes Baia, tunc annalis iudex ciuitatis Neapolis, & certi teſtes in numero opportuno tunc ſimiliter interuenerunt in contractu prædicto, videlicet, quondam Iacob. Cicarus miles & legum Doctor, tunc iudex: Dominus Nicolaus de Voino Iudex, Laurentius Brancia, Franciſcus Piper, Franciſcus Venata, Antonellus Spica de Neapoli. Et antequàm de dicto contractu aſſumptum, ſeu confectum fuerit publicum inſtrumentum per notarium antedictũ: dictus iudex Ioannes, qui interuenit pro iudice in contractu prædicto, & teſtes prænominati mortui ſunt, ſicut Domino placuit. Supereſt tantum dictus notarius Andræaſſus, qui interfuit pro notario publico ſupradictis: Interfuit, & intereſt dictæ exponentis de prædictis contentis in contractu, actis, & prothocollis prædictis habere publicum inſtrumentum, ne teſtificantium perſonarum defectu fides publica pereat, & veritatis eſſentia ſub modio poſita delitеſcat. Dignetur maieſtas ueſtra ſuper prædictis de remedio opportuno benigniter prouidere, ac committere, & mandare Baiulo, & iudicibus ciuitatis veſtræ Neapolis, quatenus uocatis partibus coram eis cum dictis actis, nota, & prothocollis ſuis prædictis, & alijs euocandis. Vbi dicto Baiulo, & iudicibus & eius Curiæ conſtiterit per acta, notam, & prothocollum prædictum, quòd præfatus notarius, & dictus quondam iudex fuerunt homines integræ famæ & opinionis, ac manus, & ſcriptura dicti notarij ſit alijs nota iudicibus, atque notarijs ciuitatis prædictæ noſtræ Neapolis, & quòd dicti iudex, & teſtes præmortui fuerunt, inſtrumentum prædictum prædicti contractus de prædictis in formam publicam redigi, ſeu confici faciant per notarium antedictum: adhibito in prædictis per dictum Baiulum, & iudices, ac eorum Curiam alio iudice publico in loco, & vice dicti quondam iudicis Ioannis, ac etiam adhibitis alijs teſtibus in numero opportuno in locum, & vicem dictorum iam præmortuorum. Qui iudex aſſumendus, & teſtes prædicti ſe ſubſcribant in locum, & uicem dictorum teſtium præmortuorum, non quòd prædicto contractui ſe interfuiſſe fateantur, ſed ꝙ ſe aſſumptos per dictam Curiam dicti Baiuli in prędictis loco, & vice præmortuorum iudicis, & teſtium fateantur, & inſtrumentum ipſum ſic ſolenniter confectũ cum clauſulis, & ſolennitatibus debitis roboratum aſsignari mandent, & faciant, dicti Baiulus, & iudices per notarium antedictum dictæ exponenti prius ſoluto ſibi ſalario propterea competenti, vt fides publica teſtificantium non decidat, & veritatis eſſentia ſub latibulo poſita præſidio reparata probandis exurgat. Poſt quidem petitionem oblatam, nos habita ſuper prædictis noſtri Conſilij deliberatione matura, Conſiderantes, quòd non abſque myſterio iuris norma dictauerit de contractibus, ne pereant prothocolla tranſſumi. Et proinde cupientes, ꝙ rei ueritas pateat, & fides probatione publica non decreſcat: fidelitati veſtræ præſentium tenore de certa noſtra ſcientia committimus, & mandamus: quatenus ſtatim receptis præſentibus, vocatis coram vobis partibus, quæ tanguntur, & prędicto notario Andręaſſo, qui interfuit pro notario publico in contractu prædicto, & alijs euocandis, vbi vobis conſtiterit per acta, notam, ac prothocollum dicti notarij Andræaſsi, quòd ipſe notarius Andræaſſus, & dictus quondam iudex fuerunt homines integræ famæ & opinionis, ac manus, & ſcriptura dicti notarij ſit nota alijs iudicibus atque notarijs dictæ ciuitatis Neapolis. Et quòd dicti iudex, & teſtes præmortui fuerint. Inſtrumentum ipſum prædicti contractus de prædictis in formam publicam redigi, & confici mandetis, & faciatis per dictum notarium Andræaſſum: adhibito in præmiſsis per uos, & veſtram Curiam alio iudice publico de dicta ciuitate Neapo. in locum, & uicem prædicti quondam iudicis Ioannis, ac etiam adhibitis alijs teſtibus in numero opportuno in locum, & vicem dictorum iam præmortuorum. Qui iudex aſſumendus & teſtes prædicti ſe ſubſcribant in inſtrumento prædicto: dictus, videlicet, iudex aſſumendus in locum, & vicem dicti iudicis præmortui, & dicti teſtes ſimiliter aſſumendi in locum, & uicem dictorum teſtium præmortuorum, non quòd prædicto contractui interfuiſſe ſe aſſerant, ſed ꝙ ſe aſſumptos per nos, & veſtram Curiam in prædictis loco, & uice præmortuorum iudicis, & teſtium fateantur: ipſumque inſtrumentum ſicut prędicitur, ſolenniter confectum clauſulis, & ſolennitatibus roboratum aſsignare mandetis, & faciatis per dictum notarium expenſis prædictis, vt fides publica teſtificantium mortuorum non decidat, & veritatis eſſentia ſub latibulo po-

lo poſita præſidio reparari probandis exurgit conſtitutione regni noſtri Siciliæ ſi & prout circa hoc refragatur in aliquo non obſtante.

Datum Neapoli per virum magnificum Franciſcum Zuruli de Neapoli, Comitem, &c. Anno Domini 1447. die 1. Iunij, 10. indict. regnorum noſtrorum anno 11.

PRAGMATICA REGIS ALPHONSI PRIMI:

Cum inſertione Bullæ Papæ Nicolai Quinti, ſuper Cenſibus.

* ADDITIO. Alphõſus Dei gratia Rex, &c. *An valeat emptio annuorum introituum in pecunia, vide Couar. 2. lib. var. reſol. c. 7. & quid ſi fiat ad vitam ementis. ibi. num. 3. & quid ſi fiat pro certo tempore, ita quòd eo elapſo teneatur venditor, ſi res, ſuper qua conſtitutus fuit redditus, peruenit ad tertium. ibid. nu. 6. Et an perempta re cogi poſſit venditor ſuper alia re conſtituere. ibi. ver. quod item diximus. Quid autem ſi talis cenſus imponatur ſuper pluribus rebus quæ peruenerunt in poſſe plurium, an omnes teneantur in ſolidũ. ibid. nu. 7. 8. Et quid ſi apponitur pactum, quòd durante pacto de retrouendendo licitum ſit emptori percipere fructus. Couar. in d. lib. 2. var. reſol. c. 8. nu. 6. Et quid ſi dicatur quòd elapſo pacto de retrouendendo non liceat amplius redimere, niſi poſt certum tempus. ibid. nu. 8. fol. 8; 8. Et quid ſi apponitur pactum quòd venditor teneatur redimere quando emptor voluerit. vide Couar. lib. 3. varia. reſol. c. 9. in prin.* De Bottis.

ALphonſus Dei gratia Rex * Aragonum & Siciliæ, &c. Viceteх in dicto regno Siciliç: Vniuerſis, & ſingulis eiuſdem Regni Prælatis, officialibus, Baronibus, & perſonis alijs, ad quos ſpectabit, præſentibus & futuris, oratoribus, conſiliarijs & fidelibus Regijs dilectis ſalutem. Cum idem Sereniſſimus dominus noſter Rex prouiderit, & mãdauerit ſub hac forma.

ALphonſus Dei gratia Rex Aragonum Siciliæ citra & ultra Farum, Valentiæ &c. Vniuerſis & ſingulis prçſentium ſeriem inſpecturis: tam præſentibus quam futuris notum facimus, & teſtamur, Quia heſterno die Sanctiſſimi Domini noſtri Nicolai diuina prouidentia Papæ V. literas recepimus, eius vera bulla plumbea in filis ſerici rubei, croceique coloris more Romanæ Curiç bullatas, non vitiatas, neque in aliqua ſui parte ſuſpectas, ſed omni prorſus uitio, & ſuſpitione carentes, tenoris & continentiæ ſubſequentis.

NIcolaus Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei ad perpetuam rei memoriam: Solicitudo paſtoralis officij fores noſtræ prouidẽtiæ pulſare non deſinit, vt indemnitati, ac ſtatui proſpero fidelis populi curiæ noſtræ cælitus commiſſi iuris moderando rigorem per optimæ prouiſionis remedia quantum ex alto nobis permittitur ſalubriter conſulamus. Sanè ſicut fide dignorum relatione didicimus in regno Siciliæ, ac certis alijs dominijs, & Terris chariſſimi filij noſtri Alphonſi Aragonum, & vtriuſque Siciliæ Regis Illuſtris, auaritiæ cæcitas, & damandæ ambitionis improbitas quorundam oculos adeo excæcauit, vſurariaq; prauitas illis in partibus tantum excreuit, ꝙ incolæ, & habitantes partium illarum pecunijs indigentes eas uix aliter quam fœneratorum opera quaſi inauditũ fœnus exercentium conſequi poſſent, & cũ eas acceperint ſi in tempore percepta non reſtituent, breui eorum bona inſatiabili uſurarum voragine miſerabiliter conſumuntur. Et quod in dominiis, & Terris ipſius Regis ultra montes conſtitutis, videlicet, in Regnis Aragonum, Valentiæ, & Maioricarum, ac principatu Cathaloniæ, & Comitatibus Roſilionis, & Ceritaniæ: vniuerſitates, & ſingulares perſonæ tam eccleſiaſticæ quàm ſeculares huiuſmodi pecunijs indigentes, vt cum minori incommodo eas habere poſſint per uenditiones annualium cenſualium, quæ Mortua nuncupantur ſuper domibus, poſſeſſionibus, & proprietatibus ſpecialiter, vel etiam generaliter ſuper omnibus bonis, redditibus, emolumentis, iuribus & rebus eorum: Mediante tamen inſtrumento gratiç redimendi onera eorum ſibi vt plurimum proſpicere, & conſulere conſueuerunt: Quod in prædictis eiuſdem regni partibus, & regnis vltra montes conſtitutis non ſolùm in longam conſuetudinem, de cuius contrario memoria hominum non exiſtit, more vtentium deductum eſt: ſed etiam per municipalia huiuſmodi regnorum, & partium iura per Regem ipſum, ſeu eius prædeceſſorem cum conſenſu trium brachiorum, videlicet, eccleſiaſtici militaris, & Regalis, promulgata ſpecialiter confirmatur. Cum itaque multis incolis & habitatoribus partium, & dominorum eiuſdem Regis citra mõtes conſtitutorum indigentibus per huiuſmodi cenſualium venditiones ſubueniri, ipſiſque fœneratorum vſuris eximi poſſint. Sed qui in hoc pecunijs abundantes dubitant vſurariam prauitatem committere, & ſic eiſdem indigentibus more præmiſſo ſuccurrere formidant, in indigentium detrimentum & fœneratorum eorundem euidens incremẽtum: Pro parte eiuſdem Regis aſſerentis ſubditos Serenitatis ſuæ quàmplures grauium vſurarum voraginibus magnis hactenus pecunijs exhauſtos exiſtere: Alios quoque in dies pecunijs egentes fœnore magis opprimi, & vexari, nobis fuit humiliter ſupplicatum, vt eis paterno compatientes affectu in primis de opportunæ prouiſionis opere ſuccurrere: præfataq; cenſualium venditiones cum clauſulis, & cautionibus ad earum validitatem inter venditores, emptores, mutuo conſenſu ineundis abſque læſione conſcientiæ in regnis Siciliæ citra & vltra Farum fieri poſſe debere decernere, & declarare de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur pro debito paſtoralis miniſterij nobis diuinitus iniuncti ſuper his ſalubriter prouideri, ac ſtatui, & indemnitatibus incolarum, & habitatorum regnorum, & Terrarum dicti Regis citra montes conſtitutorum, præſentium & futurorum, quantũ cum Deo poſſimus ſubuenire cupientes: & attendentes, quòd clero Terrarum & dominiorum ipſius Regis citra montes conſtitutorum in ſuis olim indigentijs per venditiones prędictorum cenſualium authoritate Apoſtolica pluries conſultum & prouiſum fuit, prçfati Regis in hac parte ſupplicationibus inclinati, tam eidem Regi quàm huiuſmodi regnorum Siciliç citra & vltra Farum: omnibus & ſingulis incolis & habitatoribus, ac locorum, ciuitatum, & Terrarum vniuerſitatibus præſentibus, & futuris huiuſmodi cenſualia ſuper rebus & proprietatibus ſuis, ac facultatibus, & emolumentis eorundem inſtrumento gratiæ pro conſimili pretio illa redimendi mediante: Dummodo annualis cenſus huiuſmodi cenſualium decimam partẽ principalis recepti ſeu pretij eorundem non excedat, inter ſe contrahendi, uendendi, & emendi cum oportuna contrahentium ſecuritate, tuitione, & indemnitate, ac cum poteſtate vendentes perſonas, eorumque proprietates, redditus, iura, iuriſdictiones, cenſus, ac omnia & ſingula mobilia, & immobilia, bona obligandi, & obligari faciendi, ac etiam quaſcunque alias obligationes & ſubmiſsiones cuicunq; foro: necnon renuntiationes, promiſsiones, ſtipulationes, pœnis, iuramentis, & alijs cautionibus vallatis, & alia quæcunque, de quibus inter ementes & vendentes huiuſmodi cẽſualia conuentum & in pactum deductũ fuerit,

rit, plenam licentiam & liberam authoritate Apoſtolica, tenore præſentium concedimus facultatem: Decernẽtes & declarantes eoſdem incolas, & habitatores ac ciuitatum, & Terrarum vniuerſitates, cenſualia prędicta modo præmiſſo in regnis ipſis Siciliæ citra & vltra Farum libere & licite contrahere, ac emere, & vendere poſſe: Neque propterea vſurariam prauitatem committere: dummodo aliàs quàm ut pręmittitur quodlibet annuum cenſuale decimam partem recepti, ſeu precij uenditionis ipſius non excedat. Et penſionibus, ſeu annualitatibus illorum in ſortem non computatis, pro totali redemptione præter principalem ſummam, nihil vltra percipiatur ab emptore, vel exhibeatur a venditore: non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus, ac priuilegijs Apoſtolicis: necnon ſtatutis etiam municipalibus, vel regalibus, & conſuetudinibus ciuitatum, & Terrarum regnorum prædictorum Siciliæ citra & vltra Farum: etiam iuramento confirmatione Apoſtolica, vel quacunque firmitate alia roboratis: etiam ſi de eis facienda eſſet ſpecialis mentio, quæ hic haberi volumus, & habemus pro ſufficienter expreſſis, cæteriſque contrarijs quibuſcunque. Nulli ergo omnino hominũ liceat hanc paginam noſtræ conceſſionis, conſtitutionis, & declarationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum eius ſe nouerit incurſurum.

Datum Romæ apud S. Petrum, Anno incarnationis Dominicæ 1451. Pridie Calendas Octobris. Pontificatus noſtri anno ſexto.

Ex quibus in hac parte indemnitati, ac proſpero ſtatui incolarum, & habitatorum huiuſmodi regnorum noſtrorum Siciliæ citra & vltra Farum, rationibus & cauſis in eis expreſſis multis modis plene conſultum, atque proſpectum eſt: Noſtra propterea laudatione, & acceptatione dignum. Quocirca ſcienter, deliberate, & conſulte huiuſmodi Apoſtolicas literas & ſingula in eis contenta tenore præſentium laudamus, & acceptamus: Decernentes & declarantes tanti roboris, & authoritatis exiſtere, quanti ea, quæ a noſtræ maieſtatis prouidentia legem condendo decreta, & ſtatuta ſunt. Planè circa executiones uigore contractuum huiuſmodi cenſualium faciendas, & exceptiones aduerſus eas quomodolibet apponendas certum & determinatum ordinem dare volentes: Hac edictali lege perpetuo valitura ſancimus, huiuſmodi cenſualium contractus, ſeu inſtrumenta tanquàm res iudicatas nulla prouocatione ſuſpenſas, promptam & paratam executionem habere. Et non ſolùm contra perſonas, res, & bona illorum, qui originaliter cenſualia huiuſmodi vendiderint: necnon eorum fideiuſſorum, hæredum, ſeu vniuerſalium ſucceſſorum, ſed etiam abſque aliqua bonorum principalis debitoris diſcuſſione contra perſonas, & bona quorumcunque ſingularium detentorum, rerum, iurium, vel bonorum, ſuper quib. cenſualia ipſa fuerint ſpecialiter onerata: quàm diu apud eos illorum detentio fuerit. Quæ quidem executio nullo falſitatis, nullitatis, aut alterius cuiuſuis exceptionis obiectu impediri valeat quomodolibet, vel differri: præterquam realis ſolutionis, ſi de illa ante captionem perſonæ debitoris, vel eius bonorum iudicialem diſtrictionem legitimè conſtiterit authenticis documentis, vel alijs ſcripturis plenam fidem facientibus. Sed in cauſa executionis huiuſmodi, in qua ſolum de allegata realis ſolutionis exceptione, de qua ſupra diximus, conſtare habeat, tractari volumus, & ſuper cauſa in vicem prouiſionis iudicialis, contra quem inſtabitur non audiatur appellans, ſupplicans, vel recurrens. Cognitione tamen ipſius allegatæ ſolutionis, ſi ea non obſtante ad vlteriora executionis proceſſum fuerit, & aliarum quarumuis exceptionum, ſeu iurium vtrique parti in alia iudicij inſtantia reſeruata. Penſiones quidem huiuſmodi cenſualium, neque apud debitores, neque penes Curiam ad cuiuſuis inſtantiam emparari vel ſequeſtrari poſſit, niſi qui ſequeſtrum vel emparam inſtituerit de debito prius docuerit authentico documento. Neque aliqua ex cenſualibus huiuſmodi, quæ pro redemptione rerum demanialium quoniſmodo alienatarum aut pro ſubſidio vel dono vobis vel veſtris ſucceſſoribus facto, & de cætero facienda vendita ſeu onerata fuerint. Neque illorum annualitates ſeu penſiones, propter quæuis illorum emptorum, vel eorum etiam in rem ſucceſſorum, crimina vel delicta, præterquam pro crimine læſæ maieſtatis in primo capite confiſcari, ſequeſtrari, aut in cauſam pignoris, vel aliter fiſco etiam inſtante deferri, apprehendi, aut publicari poſſint. Et ſi forte a nobis, vel a noſtris ſucceſſoribus, officialibus, ſeu miniſtris noſtris, ſeu eorum quouis officio, aut poteſtate fungentibus aliqua ſuperſedimenta, guidatica, elongamenta, moratorias, ſaluos conductus, mandata, inhibitiones, emparas, commiſſiones, euocationes, reſeruationes, prouiſiones, iuriſdictiones, abdicationes, vel ſuſpenſiones, aut aliqua quæuis reſcripta, ſub quauis forma ſeu colore etiam pro quibuſcunque cauſis publicam vtilitatem regnorum noſtrorum, aut commodum Curiæ noſtræ quomodolibet concernentibus, etiam pro eis qui nobiſcum, aut pro noſtra republica perſonaliter militarent, aut aliàs actu ſeruirent, aut pro alijs quibuſuis conſiderationibus, ſiue cauſis, quæ dici, exprimi, & excogitari poſſint quantũcunque vrgentibus ad alicuius inſtantiam impetrari, vel motu proprio concedi contigerit, quæ executionibus vigore contractuum huiuſmodi cenſualium faciendis directe vel indirecte impeditiua eſſe poſſent, hac noſtra huiuſmodi edictali lege volumus, expreſſe decernentes, ꝙ propterea ſic vel aliter impetrata, vel conceſſa, executiones huiuſmodi minime impediri, differri, aut retardari poſſint. Quinimo eis non obſtantibus executiones ipſæ ſuum debitum ſortiantur effectum, pœna vnciarum centum, quæ neque componi poſſit pro virilibus inter fiſcum & creditorem huiuſmodi executionem proſequentem diuidenda, tam impetrantibus, quàm præſentantibus, & etiam iudicibus ſi illa forſitan commiſerint vicibus ſingulis imminente. Præterea diſpoſitionibus Apoſtolicis ſuperius inſertis inhærentes volumus atque decernimus, res, bona, vel iura ad præſtationem huiuſmodi cenſualium obligata, propter penſiones eorum ſtatutis terminis non ſolutas, vel huiuſmodi rerum, iurium, vel bonorum deteriorationem, aut eorum alienationem, uel aliàs minimè incidere in commiſſum, quibuſcunque pactionibus in contrarium initis, etiam pœna, aut iuramento firmatis obſtantibus ullo modo.

Et vt prædicta a nobis ſuperius conſultò & deliberate promulgata perpetua ſtabilitate ſubſiſtant, per nos & noſtros hæredes, & ſucceſſores quoſcunque huiuſmodi cenſualium emptoribus, & eorum in rem ſucceſſoribus promittimus, & fidem publicam pollicemur, ea omnia & eorum ſingula tenere, & inuiolabiliter obſeruare, & obſeruari facere, & non contrafacere vel venire aut quouis reſpectu vel colore aliquid eorum vllo vnquam tempore immutare. Atque ita uniuerſis & ſingulis Regijs officialibus tam ordinarijs, quàm delegatis, & alijs

quibuſ-

quibuſcũque quouis nomine, officio, iuriſdictione, & poteſtate fungentibus, præſentibus & futuris dicimus, & diſtricte præcipiẽdo mandamus, ſciẽter, & expreſsè, quatenus noſtrã huiuſmodi edictalẽ legem, atq; omnia, & ſingula a nobis ſuperius acceptata, laudata, decreta, & promulgata inuiolabiliter teneãt, & obſeruent, exequãtur, & cõpleant, ac teneri, & obſeruari, exequi, & compleri faciãt per quoſcunq; omni obſtaculo, & quibuſuis impugnationib. reiectis & funditus repulſis, & nõ contrafaciãt, neq; aliquem contraire permittant, quauis ratione, vel cauſa. Vt aũt præſens edictalis lex omnia quęque & ſingula pręſcripta omnib. innoteſcãt, iubemus ea in ciuitatibus huiuſmodi regnorũ inſignibus p loca ſolita voce pręconia, aut per edictũ publicè diuulgari. In quorum teſtimoniũ præſentes fieri iuſſimus noſtro cõi pendenti ſigillo munitas.

Dat. in Turri Octaui. Die 20. mẽſis Octob. Anno a natiuitate Domini, 1451. Regni huius noſtri Siciliç citra Farũ anno 18. Aliorum vero regnorũ noſtrorum an. 37. R.

ALphonſus Dominus Rex præcedente eius conſilij deliberatione mandauit mihi Arnaldo Fonoledã, & viderunt Valentinus Clauer. Vidit Rodoricus Falco. M. Ricius, Iacobus de Pilaia aduocatus fiſci. P. Regij prati conſeruator generalis.

PRAGMATICA REGIS FERDINANDI PRIMI.

Pro meretricibus.

Bando & comandamento da parte della Maeſtà del S. Re Ferdinando, per la gratia di Dio Re di Sicilia, di Hieruſalem, Vngaria &c.

COnſiderato che a notitia di detta Maeſtà è peruenuto, come la felice memoria del Signor Rè Alfonſo padre di detta Maeſtà, volendo obuiar a i mali portamenti, trattamẽti, & crudeltà, quali fanno i Ruffiani alle donne, che tendeno al publico, con impegnarle, e con danno venderle alle hoſtelerie, e altre perſone, chè teneno alberghi, in tanta exceſſiua barattaria, che dette donne erano ſerue, & ſchiaue de' detti hoſtolani il piu tempo di loro vita innanti che poteſſero reſtituire il debito. Et multoties ſe dette donne non voleano obligarſi a la quantità, che voleano pigliare detti Ruffiani da li detti hoſtelani macerauano dette donne di baſtonate, & etiam feriuano: ſtatim ordinò, & fece bandire publicè che nullo hoſteleri, o altro albergatore non poteſſe improntare a donna di partito, ouero publica vltra una onza, & per mangiar è beuere ſuo & de lo Ruffiano, o per veſtire, o che etiam quale ſe voglia obligatione che faceſſero, o contraheſſero dette donne ad inſtantia de detti Ruffiani, ſub quouis quæſito colore oltra detta onza, quomodocunque ſi prouaſſe dette donne hauere fatte dette obligationi per cauſa de' Ruffiani, foſſero nulle, & gli hoſtelieri, e altre perſone, che contra detta obligatione haueſſero fatta, incorreſſero ad altra pena ad arbitrio de la Corte. & al preſente ſe abuſaua detta ordinatione, & editto. La detta Maeſtà vuole, & comanda che la ſopradetta ordinatione fatta per il detto Signor Re ſuo padre, quale etiam per il preſente bando ordina, & di nuouo fa, che ſia oſſeruata. Et qualunche perſona farà il contrario improntare oltra detta onza per altro, che per detta cauſa, perda la attione, & il debito. Et incorra pena arbitraria de la Corte. Quale onza habbia da ſeruire, & ſia per malatia, o magnare, & veſtire de la donna, & non per altro modo & cauſa. Ilquale impronto ſi habbia da fare con licentia in ſcriptis de la Corte della detta Maeſtà.

Data in caſtro Nouo Neap. 25. April. 1570.

Rex Ferdinandus. Paſchaſius Garlon. Fe. Secret.

Valentinus Daneo Vicecancellarius. Man. R. die 20. menſis Decemb. 9. indict. 1490. Mandato Reg. R. Fer. Magnifico domino Ioſeph de Columbinis de Palma Regente, &c. Prouiſum, decretum & ordinatum eſt, q nemo audeat, nec præſumat mutuare, nec aliter credẽtiam facere meretricibus, & mulieribus publicis, pro quauis cauſa vltra ducatos ſex, & hoc cum licentia dicti domini Regentis, & non aliter ad euitandum indebitas extorſiones, & ſolutiones: quas tam hoſtolani, quàm aliæ perſonę exigunt a dictis mulieribus. Si quis autem contra formam præſentis decreti attentare præſumpſerit a pręſenti die in antea, ipſo facto in pœnam amiſſionis eius, quod mutuauerit, & aliam pęnã Regio arbitrio reſeruatam ſe nouerit incurſurum: extracta ab inferno Magnæ Curię Vicariæ.

PRAGMATICA REGIS CATHOLICI FERDINANDI, &c.

De Blaſphemia.

Bando & comandamento da parte della Maeſtà del Sereniſſimo & Catholico Re noſtro Signore Don Ferdinando per la diuina gratia Re di Aragonia, &c.

COnſiderando la prefata Maeſtà, quãto ſia deteſtabiliſſimo, & horrẽdo nella bocca di ciaſcheduno Chriſtiano, & molto piu nel coſpetto de l'altiſſimo & omnipotente Dio maledire, & beſtẽmiare il ſuo ſantiſſimo nome, & della ſua miracoloſiſſima madre Vergine Maria, & delli ſuoi glorioſi Santi & Sante. Et hauẽdo ancora informatione cõ quanto poco riſpetto, & timore di pena, & di giuſtitia ſi frequẽti tale enorme, & grauiſſimo delitto di beſtẽmia, dalquale ſpeſſe volte ne è proceſſa, & procede l'ira del noſtro Signore Dio, ſopra la terra, in filios diffidẽtiæ. Perciò fu ottimamente decreto per conſtitutione di queſto Regno cõtra tali Blasfemi, ſe debbia procedere al la mutilatione di loro lingua, & ſucceſſiuè ſantamẽte prouiſto per nuoua Pragmatica del Sereniſs. Re Ferdinando primo, d'immortale memoria, che la prenarrata pena, cõtra qual ſi voglia pſona ſi debbia irremiſſibiliter eſequire. Et vltra aggiũgendo diſpone, che tali Blasfemi incorrino nella amiſſione della tertia parte de ſuoi beni, allequali pene s'habbia a procedere conſtando ſolum per due teſtimonij ſenz'altro proceſſo. Et accioche le coſe ſignale, & di ſpeciale approbatione degne nõ apparano neglette ſe expreſſamẽte non ſi notino. Per tanto volendo ſua Catholica Maeſtà eſequire i retti ordini, & prouiſioni, e decreti de i Sereniſſimi retro Principi circa la obſeruantia della religione dell'eccelſo noſtro Signore Dio. Et accioche per il timore delle pene predette ogn'vno ſe ne debbia da quà innanti aſtenere, vuole, & per il preſente generale editto in perpetuum valituro ordina, & comanda, che contra tali Blasfemi s'habbiano inuiolabiliter indiminutamente da oſſeruare le prefate conſtitutioni del Regno, & pragmatica da tutti, & qual ſe uoglia officiale di giuſtitia, ſotto pena della ira, & indignatione della Maeſtà, & priuatione di lor'officij, cum nota infamiæ, & de altra pena reſeruata ad arbitrio della ſua Altezza.

FErdinandus Dei gratia, &c. Hac perpetua futura lege ſancimus, vt quiſquis poſt hac cuiuſuis ordinis, numeri, dignitatis, poteſtatis, ſexus, ætatis, gradus, & cõditionis eundẽ immortalem Deum, eiuſq; matrem ſanctiſſimam

Mariam Virginem: Apoſtolos,alioſq; quoſuis ſanctos in Cathalogo ſanctorum aſſumptos,auſus fuerit blaſphemare, pœna afficiatur irremiſſibili amputationis, & præciſionis linguæ,& bonorũ omnium ſuorũ partis tertię confiſcationis. vtq; pęnæ huiuſmodi formidine facilius oẽs ab hoc eodẽ deteſtãdo crimine abſtineant, Volumus de eius crimine nullũ fieri proceſſum,ſed tñ admiſſum eſſe duob. teſtibus conuinci, Mandantes magiſtro Iuſtitiario huius regni eiuſq; locũtenenti,Regenti,& Iudicibus Magnę Curiæ Vicariæ,Viceregibus,Iuſtitiarijs, Capitaneis,& cæteris officialib. noſtris, inſuper Principibus, Ducibus, Marchionibus, Comitibus,& Baronibus,Terrarũ dominis, & cæteris, ad quos ſpectauerit, ſub irę & indignationis noſtræ incurſu, quatenus præſentẽ noſtrã legem inuiolabiliter obſeruẽt, cõtra eos qui cõtrafecerint ad pęnarũ ipſarũ executionẽ procedant. Et contrariũ nõ faciãt,ſi vltra ſupradictas pęnas,priuationes officiorum, & bonorũ omnium cupiũt euitare. In quorum fidẽ &c. In ciuitate Matherę 21.Apr. 1481.Regnorum noſtrorũ anno 4.

Rex Ferdinandus.

• ADDITIO. Ferdinandus Dei gratia Rex Siciliæ,&c. *Adde* ꝙ *ſummus Pontif. poteſt facere pacẽ de blaſphemia, non autẽ epiſcopus. Arnon. caut.56. vide Dec. conſi. 137. col.2. vbi tenet* ꝙ *ſufficit agere pęnitentiã in foro interiori a cõfeſſore ſibi datã. de quo Conar. in 2.lib.var.reſol.c. 10.nu.3.in fi. & Ferrat. in caut.25. vide aliquas pęnas contra blaſphemãtes per Gul. Bened. in c. Rayn.in ver.duas, num. 95. An ſemel tantũ blaſphemãs poſſit puniri iſta pęna, vide Arnon. caut. 33. & de eo, qui eadem continuatione plures blaſphemias in Deum effuderit, vide Conar. vbi ſupra loco citato, vide Girar. in ſing. 83. & an poſſit procedi ex officio, vide Sebaſt. Napod. in c.regni, ab illo inchoandum. nu.14.fol.130. Et an blaſphemans Deum ſit infamis, de iure ciuili, vide Aym.conſ.6.nu.4. Et an conſuetudo loquẽdi excuſet ab iſta pœna, vide Aym.cõſi.6.nu.103. vbi allegat Bal.* ꝙ *ſic. Et quis propriè dicatur blaſphemare, & alia, vide per Pet.Duen.in reg.292. in vlt.fall. Et an in libello cõtra blaſphemantem debeat inſeri locus & tempus & alia ſolennitates libellorũ. Ang.in §.fi.in Auth.quõ opor.epiſc. tenet* ꝙ *nõ. refert Maran. fol.13.nu.7. Et de eo qui dixit ad deſpectum Dei, vide Grã.in deciſ.50.Girard.ſing.83.& ibi, quid in ſtatuto de habente pacẽ cũ offenſo, an habeat locũ in blaſphemãte qui confeſſus eſt peccata ſua ſacerdoti, de quo Bar. in conſi.incip. Miniſter fratrũ. vide Moder. in c.regni, ab illo inchoandum. nu.49. Et adde* ꝙ *vbi nõ admittitur repulſa, quę reſultat ex cõtrarietate ipſorũ, Domi.in c.2.§.fi. de teſtib.lib.6.& Decium in cõſi.8.nu.8. ex capite inimicitia repelluntur teſtes etiã in crimine exceptuato. de quo vide Arnon.in ſoliloq.55.* De B.

FErdinandus Dei gratia Rex Siciliæ,* Hieruſalẽ, & Vngariæ,vniuerſis & ſingulis pręſentiũ ſeriẽ inſpecturis,tã præſentibus, q̃ futuris. Maxima nobis ingratitudo,quę perpetuũ pietatis fontẽ deſiccat,profectò ineſſet,ſi ſummi, ac ęterni Regis a quo regimen omne dependet,laudem,honorem,& gloriam in regno hoc tpe nobis collato ab eo, qui dominatur excelſis,in regno cœlorum hominũ,& cuicũque voluerit,dabit illud, minimè cuſtodiri, ac ſeruari curaremus. Ipſe.n.eſt Rex Regũ,& dominãtium dñs, quem & timere, colere,amare,atq; eius pręcepta illibata ſeruare debemus: cuius eſt poteſtas non ſolũ interimẽdi corpora, ſed poſtq̃ occiderit,& animã & corpus mittere in gehennam. Quare ſi oẽs homines diuino cultui,ac diuinę maieſtatis reuerẽtiæ ante oĩa per mandatorũ obſeruantiã toto conatu intendere debent,tanq̃ a ſummo Deo, & optimo ſingulari quadã excellẽtia creati. Nã cæteras creaturas dicẽdo fecit,hominẽ verò creans dixit,Faciamus hominẽ ad imaginẽ, & ſimilitudinẽ noſtram. Quod quidẽ,vt mentibus hominũ fortius imprimeretur,primitus Dñs Deus,primæ tabulę pręceptũ primũ per Moiſen Iſraelitico populo, & ex hoc nobis expreſſit dicẽs: Audi Iſrael,Dñs Deus tuus vnus eſt, & ſtatim adiungit: dilige Dominum Deum tuũ in toto corde tuo,& in tota anima tua & in tota fortitudine tua. hoc procul dubio nobis oſtẽdere volens,ꝙ totum Deo debemus, quod ſumus: Princeps tñ, & potiſſimũ Rex huic diuinæ poteſtatis obediẽtię,ac diuino cultui,ẽt vt homo maximè obligatione tenetur. Nã hoĩes, quia natura rationabiles nobilitatẽ poſſidentes ad memoratũ adſtringuntur opus, atq; præceptũ. Reges vero ipſius rationalis naturæ eminentiã excellẽtius generis rõne participãt. Ad diuinę itaq; maieſtatis honorẽ, & cultũ peramplius obligantur, & Reges,& eo quidẽ magis,qñ dominium quo toto orbe nihil diuinius,nihilq; præſtantius, quod reliquis hominib. nõ datur,Reges ipſi nõ niſi a Deo optimo,a quo oĩs poteſtas, poſſidẽt in terris, ac ſupereminenti dignitate coronãtur. Quamobrem ſanctiſſimũ quidem, atq; iuſtiſſimũ eſſe arbitrati ſumus,vt oĩpotentis Dei,ſummi Regis,qui nos regio honore hoc in regno decorare uoluit,laudem,honorem,& gloriã a noſtris ſubditis,q̃diu hac mortali vita nos ꝑmanere voluerit, pręomnib. ſeruari faciamus, atq; Dei dignitatẽ, Mariæq; ſemper Virginis totius orbis Reginæ digniſſimæ omniumq; Sanctorum, ac Sanctarũ ſupernæ Curiæ pro nobis Deum ſupplicantiũ,reuerentia cuſtodiri mandemus. Si quis igitur oĩpotenti Deo,aut matri Dñi noſtri Ieſu Chriſti,aut alicui Sanctorũ,atq; Sanctarũ Dei maledixerit, aut in eos blaſphemus extiterit,iuxta formã conſtitutionũ, & capitulorum huius regni, haud attenta qualitate perſonarum, nihilominus ſp perſonalitꝰ arbitrariè, & irremiſſibiliter puniatur: liceatq; vniuerſis & ſingulis officialibus in hoc regno noſtro, qui pro tpe fuerint,tàm terrarum demanialium,q̃ quorumcunque Baronum huiuſmodi delinquentes, ac blaſphemos mulctare, debitaq; pęna caſtigare. Et ut ita faciant huius noſtræ ſanctionis authoritate expreſsè iubemus: ꝙ ſi neglexerint,a cõmiſsis ſibi officijs priuẽtur, & grauiorib. pęnis noſtro arbitrio reſeruatis puniantur. Volumus ẽt, vt poſtergatis his,quę noſtram maieſtatem reſpiciunt,circa ea magis intendant, quæ diuinam Maieſtatem, ac diuinum cultum concernunt. Et hanc noſtram pragmaticam ſanctionem ad perpetuã rei memoriam, & firmitatẽ volumus ſtatim publicari,& in Archiuis de verbo ad verbum annotari.

Data in Caſtello Nouo ciuitatis noſtrę Neap. per ſpectabilẽ & magnificũ virum Honoratum Gaietanũ, Fundorũ Comitem, Regni huius Logothetam,& Prothonot. collateralẽm,& Cõſiliarium nobis plurimum dilectũ, die 10. menſis Aprilis 11.indic.1483. Regnorum noſtrorũ an.6.

Rex Ferdinandus.

Paſchaſius Garlon.

Dominus Rex mandauit mihi Thomæ de Griſalco.

Regiſtrata Priorum Curiæ ij.

De Sodomia.

ITem perche l'abomineuole, * & nefando vitio ſodomitico cõtra natura, è vno delli principali delitti prouocãte il noſtro Sig. Dio ad ira: per ilquale ſuccedendo ſopra la terra,fame,guerra,peſtilẽtia, terremoti,& le città cõ gli habitatori giuſti, & ingiuſti egualmẽte ne vengono a perire. Alla punitione del quale eſſendo degnamente prouiſto per nouella pragmatica di ſua Catholica Maeſtà, edita in queſto Regno, auãti il ſuo feliciſſimo aduento, & già vniuerſalmente publicata,che quelli ſaranno legitimè dĩ tali crimine cõuitti,ouero confeſſi, ſi debbiano alla pena capitale,& de vltimo ſupplicio condannare. Et con tutto queſto

• ADDITIO. Item perche l'abomineuole. *Adde ad hãc prag.* ꝙ *ſodomita illico amittit dominiũ bonorum ſuorũ et efficitur inteſtabilis. de quibus per Gul. Bened. in c.Rayn.in ver.mortuo, il primo, nu.134.cum ſeq. Dec.in l.1.nu.7.8. de ſecun.nupt. & ibi an cum fœmina cõmittatur tale vitium. & an vxor ex hoc petat ſeparationem thori, &c.* De Bottis.

queſto gli è riferito da molte parti, che ſecretamente nõ ſi ceſſa al tutto da tale vitio: com'è il ſupremo deſiderio di ſua altezza, che s'habbia d'aſtenere. Per ilche volendo la prefata Maeſtà opportunè prouedere, accioche totalmẽte s'habbia da ceſſare da tali crimine, vuole, ordina, & comãda, che nõ ſia perſona alcuna, di qual ſi voglia ſtato, grado, & cõditione ſi ſia, c'habbia audacia, nè preſuma incorrere in tale crimine ſodomitico cõtra natura, nè con maſcolo, nè con femina, ſotto la pena di perdere la vita, iuſta il tenore, & continentia di detta pragmatica, la quale ſenza riſpetto di perſona, & ſenza permutatione di pena alcuna irremiſſibilmẽte ſi eſequirà, tãto cõtra i detti delinquenti, quãto cõtra gli vfficiali, che nõ procedeſſero alla detta debita punitione, o che quella differeſſero, ouero diſſimulaſſero, coſi come in detta pragmatica ſi cõtiene.

NOs Ferdinandus, & Heliſabet, &c. Hac noſtra lege ppetuò duratura ſtatuimus, cẽſemus, & ordinamus, vt ſi quis de cętero a die publicationis præſentis legis denũciatus, aut accuſatus, aut inuẽtus fuerit tale crimen cõtra naturam, aut cũ maſculo, aut cũ fęmina, poſt pręſentis legis noſtrę publicationẽ cõmiſiſſe, pęna mortis naturalis abſq; vlla venia, omni dilatione poſtpoſita plectatur: ita videlicet, vt qui cõfeſſus, aut legitimis probationib. cõuictus fuerit, tale crimẽ poſt prædictã publicationem cõmiſiſſe, igne cõburatur. Fęmina præterea, * quæ confeſſa, aut legitimis probationib. cõuicta fuerit, tale crimen cõtra naturã poſt huius pręſentis noſtræ legis publicationẽ cõmiſiſſe, ẽt abſq; venia igne cõburatur. Verùm, vt deteſtabilis talis criminis culpa, quæ & puniendi modũ, & pęnæ genus omne excedit nullo modo impunita poſſit remanere, ſtatuimus, & ordinamus, vt de cætero a die publicationis præſentis Locũtenens generalis noſter, qui nũc eſt, aut pro tpe fuerit, & oẽs gubernatores, pręſides, & quicũque alij quacunq; in prouincia, vrbe, villa, aut oppido dicti Regni officiales, præſentes & futuri iuriſdictionẽ criminalem exercẽtes, ſub irę, & indignationis noſtræ incurſu, officiorũq; ſuorũ priuatione, q̃ ipſo facto, ſi hoc diſſimulauerint, incurrant, aliaq; grauiora noſtro arbitrio reſeruata, teneantur ex officio contra illos, qui poſt publicationẽ præſentis dictum crimen cõtra naturã cõmiſerint, nulla expectata denũciatione, vel accuſatione inquirere, & inquiſitos, quos legitimè conſtiterit dictũ nefandũ crimen poſt prædictã præſentis publicationem cõmiſiſſe, ſupra dicta pęna caſtigare: q̃ pęnã remittere, aut perdonare, neq; Locũtenens noſter, neq; dicti officiales præſentes, aut futuri vllatenus poſsint: imò illi prædictã pœnã remittendi, aut pdonandi omnem cũ nullitatis decreto abdicamus poteſtatẽ. Itaq; non obſtante illorũ remiſsione, aut perdonamento, qui præfatũ abominabile crimen, aut cõfeſsi, aut legitimè conuicti fuerint poſt præſentis legis publicationẽ cõmiſiſſe, ſupradictæ pœnæ ſubiaceãt. Vtq; facilius ad caſtigationẽ tanti, & tã abominãdi flagitij perueniri poſsit, ſtatuimus, & ordinamus, vt quilibet, qui denũciauerit aliquẽ tale crimen poſt præſentis noſtræ legis publicationem cõmiſiſſe, vncias decẽ recipiat de bonis illius, qui tale crimen poſt publicationẽ pręfatã, aut cõfeſſus, aut legitimè conuictus fuerit cõmiſiſſe. Cæterum, vt nullũ detur tã abominandi criminis perpetratorib. pęnã ſubterfugiendi, refugium, ſtatuimus, iubemus, & ordinamus, vt reos, ſeu inquiſitos, aut delatos pręfati criminis cõmiſsi, poſt publicationẽ præſentis noſtræ legis, neq; locũtenens noſter, neq; alij quicunque officiales, qui nunc ſunt, aut pro tẽpore fuerint, guidare, neq; aſſecurare, neq; ẽt ad longum, vel breuiſſimũ tempus, etiã ſi ſolum eſſet vnius, aut mediæ horæ inſtantis ſpatiũ, ullatenus poſsint, quauis ratione, vel cauſa, illis omnem ſecus agendi cum nullitatis decreto auferentes poteſtatem. Quinimò volumus, ſtatuimus, & ordinamus, ꝙ a guidaticis quibuſcunq; aut aſſecurationib. quantumcunq; generalibus, & quibuſuis de cauſis per locumtenẽtem, aut officiales noſtros, qui nõ in dicto regno ſunt, aut pro tempore fuerint cõcedendi, ſemper dictum crimen ſi poſt publicationẽ præſentis noſtræ legis fuerit cõmiſſum, intelligatur & ſit exceptum. Mandantes per hanc eandẽ Illuſt. & ſpectabilibus, magnificis, dictiſq; cõſiliarijs, & fidelibus noſtris locumtenẽti generali noſtro in eodẽ regno noſtro Siciliæ, ſacroq; noſtro Conſilio, & eius præſidenti: magno quoq; Camerario Logothetæ, & Prothonotario: nec non magiſtro Iuſtitiario, pręſidẽtibus quoq; & rationalibus noſtræ Cameræ Summariæ, cæteriſq; alijs officialib. tam maioribus, q̃ minoribus, quouis nomine nuncupentur, ac officio, titulo, poteſtate, pręeminẽtia, & iuriſdictione fungẽtibus, in eodẽ noſtro Siciliæ citra Farum Regno conſtitutis, & cõſtituendis, dictorumq; officialiũ loca tenẽtibus, ſeu officia ipſa Regentibus, ad quos ſeu quẽ ſpectent pręſentes, ſeu copia earundẽ authentica peruenerit, ſeu fuerint quomodolibet præſentatæ, ſub noſtræ gratiæ & amoris obtentu, pęnaq; vnciarum mille auri monetæ iſtius noſtri Regni vltra pęnas prædictas noſtris inferendas ærarijs, quatenus pręſentem noſtrã legem & ſanctionẽ, ac omnia & ſingula deſuper contenta ad vnguem teneãt, & inuiolabiliter obſeruẽt, faciantq; per quos deceat obſeruari. Et caueãt diligenter a contrario peragendo aliqua ratione, ſeu cauſa, ſi gratiam noſtram charam habẽt, irãq; & indignationem noſtrã, ac pęnas prędictas cupiũt euitare. Volumus inſuper & expreſsè mandamus, ꝙ pręſens noſtra pragmatica publicetur per vniuerſas ciuitates, villas, & caſtra dicti Regni: Adeo ut ab incolis, & habitatoribus, ac declinantibus in eiſdẽ ignorantia minime valeãt allegari. In cuius rei teſtimonium pręſentem, &c.

* Additio. Fęmina præterea. *Vide Doct. relatos per Pet. Ducn. in reg. 113. & ibi vide caſus, in quib. imponitur pœna cõbuſtionis. Et adde ꝙ non debet cõburi viuus, ſed mortuus, vt per Couar. in 2. lib. var. reſol. c. 10. nu. 9.* De Bot.

Datum in oppido Medinæ del Campo 17. menſis Februarij. 7. indictio. Anno 1504.

Yo el Rei, Yo la Reina.

De vſura.

ITem aduertendo alle molte & diuerſe querele, quali poi lo feliciſſimo aduẽto di ſua Maeſtà queſto Regno di cõtinuo cõ moleſtia ſua Maeſtà ha hauuto, & ha da infinite perſone delle publiche, & manifeſte & intolerabili vſure, quali ſono fatte, & ſi fanno di cõtinuo in molte parti di queſto Regno, & da infinite perſone, alle quali come ad immemore della ſalute delle anime loro gli pare eſſere licito inſatiabilmente beuere il ſangue humano, ſenza nullo riſpetto, nè a Dio, nè alla carità del proſſimo, cõtrauenẽdo expreſsè al diuino precetto, & alle leggi humane. Al che volendo debitamẽte prouedere ſua Maeſtà per lo preſente editto in perpetuũ valituro: vuole, ordina, & comanda: che da quà auanti nõ ſia perſona alcuna di qual ſi voglia ſtato, grado, o conditione ſi ſia, che habbia audacia, nè preſuma publicè, nè occultè, nè per ſe, nè per altro commettere, nè fare commettere vſura, nè in gran quantità, nè poca: ſotto la pena cõtenta nelle ſacre conſtitutioni, & capitoli di queſto Regno. Alla punitione & proceſſi de quali vſurarij ſi habbia a procedere giuſta la forma di dette conſtitutioni, & de' detti capitoli, che tale è incommutabile volontà di ſua Altezza.

Datum in Caſtro Nouo, 20. Aprilis 1507.

PRAG-

& relationem ad nos mittere, ac peruenire procuret. Vt tam de ipſarum rerum, quæ petuntur & prætenduntur, quàm de ipſarum perſonarum, inter quas negotium vertitur qualitate, nos edocti, ac plenius informati, quod magis expedire viſum fuerit, melius & circunſpectius decernere, ac iubere poſſimus: Mandantes propterea ſcienter & expreſsè illuſtr. ſpectabilibus, magnificis, dilectis conſiliarijs, & fidelib. noſtris Viceregi & locútenenti noſtro generali in dicto Siciliæ citra Farum regno exiſtenti, magno Camerario, ac magiſtro Iuſtitiario, ſacroque noſtro Concilio, locumtenenti, præſidenti, & rationalibus Cameræ noſtræ Summariæ, ac alijs omnibus & ſingulis officialibus maioribus & minoribus quocunque officio, titulo, authoritate, & dignitate fungentibus, eorumq; locatenentibus, & ſubſtitutis in regno præfato conſtitutis & cõſtituendis; ad quos, ſeu ad quem ſpectat & pertinet, ſub iræ & indignationis noſtræ incurſu, pœnaq; ducatorum decem millium noſtris inferendorum ærarijs, quatenus noſtram huiuſmodi pragmaticam ſanctionem, & prouiſionem, ac omnia & ſingula in ea contenta teneant, & firmiter obſeruent, faciantq; per quos deceat inuiolabiliter obſeruari. Et vt effectus præſentium omnibus innoteſcat, volumus & expreſsè iubemus dictis noſtris officialibus, quatenus eam voce præconis, &c.

Datum in ciuitate Thori, die 18. menſis Febr. 1505. Regnorum noſtrorum anno 3.

Die 21. menſis Iulij primæ indic. Neap. anno Domini 1358. Prouiſum eſt per d. curiam, & decretum in conſilio reginali cum deliberatione matura, ꝙ in quibuſcunque cauſis criminalibus per quaſcũque perſonas in dicta curia pro tempore mouendis, nulla exceptio admittatur pro parte citati, vel citandi, vel citandorum per procuratorem ipſius citati offerenda, niſi fuerit exceptio infirmitatis, aut captiuitatis.

Indultum ad inſtantiam electorum.

ITem ſupplicano V. M. conceda indulto generale alle terre demaniali del regno per tutti li maleficij commiſſi per tutto lo meſe di Ottobre proſſimo elapſo da che V. M. entrò in Neap. parte concordata, vel concordanda infra ſpatio de 40. dì.

Placet Reg. M. Expeditum fuit 29. Ianuarij. 1507. Malferitus.

Forma in ſuſtantia dello indulto generale.

Si ſupplica allo Illuſtr. S. Vicerè & Locumtenen. generale delli Sereniſsimi S. Regina, & Prencipe Don Carolo di Spagna noſtri Signori.

CHe V. Illuſt. S. ſe degni concedere alli M. eletti della magnifica città de Neapo. per nome della vniuerſità, & particulari gentil'huomini & cittadini di detta città: & a tutti loro famigli & ſerui & domeſtici in genere & in ſpecie, & a tutte città, Terre, & luoghi, vniuerſità, & particulari huomini demaniali di queſto Regno: eccetto quelli che haueſſero caputo directè vel indirectè, o ſaputo la morte del Conte di Mathera, Conte di Populi, & Conte di Maneri. Et quelli che haueſſero caputo, o ſaputo la rebellione de S. Seuerina, & Martorano; indulto, & remiſsione generale, & generaliſsima in tutta quella piu ampla forma, che ſe poteſſe dire, exprimere, & interpretare, di qual ſi voglia delitti, crimini, ſeu exceſsi de homicidij, falſe monete, periurij, ferite, deprędationi, ſacrilegij, & altri qual ſi voglia delitti graui, & grauiſsimi, enormi, ſeu enormiſsimi, etiam ſi foſſero crimen lęſæ maieſtatis, & Hæreſis, in quocũque capite, & etiam maiori delli predetti, etiam ſi foſſero tali, delli quali biſognaſſe farne expreſſa mentione: etiam di quelli che per alcuno modo ne pendeſſe lite criminale ſeu capitale, etiam che ne foſſero inquiſiti, carcerati, banniti, condemnati, ouero foriudicati: ouero in exilio, & deportatione: a tutti & ſinguli in genere, & in ſpecie perdonargli, remettergli, & farli gratia, che non per pena corporale quomodocunque, & qualitercunque, ne pecuniaria poſſano eſſere moleſtati, ne turbati, ne pigliati, ne carcerati, ne condennati, ma liberè & ſecurè, ſtare, & commorare, vt liberi & penitus abſoluti, nec ad inſtantiam Curiæ & fiſci ex officio: non meno ad inſtantiam partium quarumcunque, ſi foſſero, di qual ſi voglia conditione, qualità, & priuilegio, particulare, generale, ſeculare, eccleſiaſtico, vniuerſità, collegio, & ogni altra qualità foſſe, che li M. eletti pigliano carico di accordare le parti intereſſate, reſtituendo & reducendo tutti i predetti, & ſinguli in genere, & in ſpecie alla priſtina libertà, innocentia, & ſtato, honori & beni: intendendoſi, pro nunc le predette coſe quãto a lo indulto reſeruate a detta città maggiore, & piu ampla facultà di ſupplicare & impetrare dalli detti Seren. S. Regina & Prencipe o ſuoi locumtenenti alcuni condennati in Galera, che in ſpetie li M. eletti manderanno, & ogni altri capitoli concernenti detta città conceſsi, & da concedere. Quale indulto ſe intenda conceſſo a gli huomini di eſſa città di Neapo. & etiam de i ſuoi caſali, & deſtretto, & coſi anchora alle cittate, & terre demaniali: & anchora de i loro caſali & deſtretto.

Placet Illuſt. D. Viceregi, exceptis crimine læſæ Maieſtatis in primo capite, & foriudicatis ex cauſa homicidij tantum in perſona, ſeu perſonis Neap. niſi infra annum haberent remiſsionem partis, & in alijs, reſeruato intereſſe parti læſæ ciuiliter proſequendum, & de condemnatis in triremibus contentatur ſua Illuſt. Dominatio liberare aliquos, & ad ſupplicationem dictorum Magnificorum Electorum Prouiſum per eundem Dominum Viceregem, In Caſtello Nouo Neap. die 23. Februarij 1516.

Seron Secret.

Contra receptatores malefactorum.

FErdinandus Dei gratia Rex, &c. Ioannes de Aragonia, & Comes Ripatuciæ Caſtellanus Ampoſtæ præfati Sereniſs. & Cath. R. Capitaneus Vicerex & Locumtenens generalis, &c. Vniuerſis & ſingulis, &c. tam præſentibus quàm futuris, &c. Nuper accepimus literas a Cathol. Maieſta. tenoris ſequentis, &c. Conſiderantes quod in noſtro Siciliæ citra Farum Regno, inſtigante Diabolo, qui poteſt unanimes diſiungere fratres, multifariam multiſq; modis zizanias, diſcordias, & ſimultates ſeminare, & inter mortales hinc mortes mortibus exagerãtur: hinc gladiatoria ars pollet, hinc latrocinia cæteræq; peſtes hominum animos inuadunt, & eneruant: & ad cætera mala pronius alliciunt: cupientes has malas artes, & peſtiferas machinationes omnino, & radicitus a noſtris Regnis euellere. Conſiderantes ꝙ nonnulli Barones dicti noſtri Regni prætendentes habere facultatem guidandi, & aſſecurandi quoſcũque malefactores in eorum terris in vim priuilegiorum, aut aliàs eoſdem homicidas, gladiatores, latrones, cæteroſq; facinoroſos malefactores receptãt, & hinc ad delinquendum datur pronior licentia & temeritas. Cupientes igitur ſuper prædictis debite prouidere, quia non eſſent malefactores, ſi non eſſent receptatores, & fautores, per hanc noſtram pragmaticam ſanctionem ſancimus, ſtatuimus, & ordinamus, ꝙ nullus Baro cuiuſcunque gradus, aut conditionis exiſtat: aut alia quæuis

perſona, tam Eccleſiaſtica quàm ſecularis, iuriſdictionem in dicto noſtro Siciliç citerioris Regno exercens, audeat, aut præſumat prædictos facinoroſos, gladiatores, homicidas, latrones, aut cæteros malefactores in eorum terris receptare, aut illis conſilium, auxilium, vel fauorem impendere, quin potius eos capere teneantur, captoſque, vinctos, & bene cuſtoditos ad nos, ſeu nobis abſentibus a dicto regno, ad noſtrũ Proregem, aut magiſtrum Iuſtitiarium dicti Regni, aut officiales noſtros, & per eos plectẽdos, & debite caſtigandos remittere teneantur. Quòd ſi quis contra huiuſmodi noſtrã pragmaticam ſanctionem venire præſumpſerit, iram, & indignationem noſtram, ac pœnam mille vnciarum, aut aliam pœnam pecuniariam arbitrio noſtro reſeruandam, ſecundum qualitatem delicti, abſque ſpe veniæ nouerit ſe irremiſſibiliter incurſurum. Abdicantes cum cautela ab illis poteſtatem omnimodam guidandi, aut aliter faciendi contra huiuſmodi noſtram pragmaticam, cum nullitatis decreto, pro beneficio, & tranquillo ſtatu totius Reipublicæ noſtri Regni. Illuſt. propterea, & reuerendo locumtenenti generali, Magno Camerario, magiſtro Iuſtitiario, Regenti Magnam Curiam Vicariæ, Principibus, Ducibus, Comitibus, Baronibus, & cæteris vniuerſis & ſingulis officialibus ſubditis noſtris in dicto Regno conſtitutis, & conſtituendis dicimus, & mandamus eadem ſub pœna, quatenus huiuſmodi noſtram pragmaticam ſanctionem, cæteraſq; omnia præcontenta teneant firmiter, & obſeruent, tenerique inuiolabiliter per quoſcunque faciant. Nec non, vt prædicta omnibus innoteſcant, & nullus de prædictis ignorãtiam allegare valeat, præſentem noſtram pragmaticam ſanctionem, cæteraq; omnia præcontenta per ciuitates, & villas principales publicari faciant, contrarium nullatenus tentaturi ratione aliqua, ſiue cauſa, pro quanto gratia noſtra eis chara eſt, & pœnam præappoſitam cupiunt euitare. In cuius contrauentionis caſu rigida non deerit exequutio. In cuius rei teſtimonium præſentem fieri iuſſimus noſtro dicti Regni ſigillo a tergo munitam.

Datum in villa Valdolti, die 21. menſis Aprilis 12. indictionis, anno 1509. Sequitur mandatum.

Quibus quidem Regijs literis acceptis, & per nos habitis, volentes Regijs, vt tenemur, parere & obedire mandatis, &c.

Contra lenones.

FErdinandus Dei gratia, &c. Conſaluus Ferrandes de Corduba, &c. Deſiderantes itaque ab hac ciuitate Neapoli, & a toto hoc regno non ſolum lenones expellere, ſed lenonum nomen extinguere, inuenimus ſubſcriptam pragmaticam Sereniſſimi bonę memoriæ Domini Regis Ferdinandi I. ſuper hoc editam tenoris ſequentis.

Ferdinandus, &c. Magn. Bernardino de Gerardinis de Amilia, Militi, Comitiq; Palatino Regenti noſtram Magnam Curiam Vicariæ præſenti, & ſucceſſiuè alijs Regentibus, Conſiliarijs, & fidelibus noſtris dilectis gratiam, & bonam voluntatem. Satis odibile in nobis videtur, atque inuiſum eſſe peſtiferum genus nefandumq; nomen lenonum, qui miſerandas puellas a caſtitate, quæ Deo cũ fiducia ſola poſſibilis eſt hominum animas præſentare, ad luxurioſam vitam deducunt, attrahunt, & impellunt, omnem turpiſſimum quæſtum ex corpore earum proficiſcẽtem, ac prouenientem modo blanditijs, modo minis decipientes extorquent: inde flagitioſis laſciuijs deprauati tabernas frequentant, inebriantur, luxuriantur, ludunt, blaſphemant, armati vicos diſcurrunt, furta faciunt, homicidia committunt, & a nullis denique peſſimis ſceleribus, & delictis ſe abſtinent. Et quia Regiæ dignitati noſtræ, qui ſapientiam meditamur: cultum iuſtitiæ vigere ſtudemus, quietam atque pacatam rempublicam noſtrã Deo authore tenemus, & illi incrementum quotidie addere deſiderantes congruit ſollicitè curare, vt unaqueq; noſtri Regni prouincia malis hominibus, & ſignanter ſceleratis lenonibus careat: Quandoquidem lenones homines peſtiferi, & caſtitatis, atque pudicitiæ diſtractores, ſint de caſtris, terris, & ciuitatibus, rectè gubernatis iure merito expellendi. Proinde ad pietatem, & caſtitatem mentem noſtram dirigentes, & ea de re intendentes prohibere, ne lenocinium fiat, ac prouidere, ut factum puniatur: Hac noſtra perpetuã valitura lege ſancimus, lenones, qui mulieres quæſtuarias proſtituunt, ſeu ad miſeram, luxurioſamque vitam deductas ad meretricandum retinent, vltimo debere ſupplicio condemnari & puniri. Receptatoreſq; eorum, ſine quibus leno huiuſmodi uitæ genus exercere non poſſet, mulctandos, caſtigandoſq; volumus, & iubemus, eorundem receptatorũ conditione, & qualitate penſata, Baronem, ſcilicet, aut uniuerſitatẽ cuiuſuis ciuitatis, Terræ, vel caſtri in uncijs de Carlenis argenti ducentis, nobilem Burgenſem in vncijs centum, Plebeium verò, ſeu villanũ in vncijs quinquaginta pro quolibet, & quoties contrafactũ fuerit, noſtri fiſci cõmodis applicandis. Qui quando ſoluẽdo reperti nõ fuerint, luant in corpus. Mandantes propterea harũ ſerie Viceregibus Iuſtitiarijs, officialibus, commiſſarijs, ac locatenentibus eorundem, cuiuſcunq; fuerint ſtatus, dignitatis, & præeminentiæ mediatè, vel immediatè nobis ſubiectis: Necnõ Baronibus, dominis temporalibus, vniuerſitatibus, & alijs quibuſcũque rectoribus ciuitatum, Terrarum, caſtrorũ, locorum omnium Regni noſtri, quatenus ſub pœna vnciarum centũ, & maiori, noſtro arbitrio reſeruata, omni prorſus priuilegio ceſſante, huiuſmodi legis intimatione eis facta, ſeu ipſa per vnamquamq; prouinciam publicata contra mentionatos lenones, & receptatores intra eorum territoria de tempore in tẽpus, ex officio inquirant, lenones capiant, & ad noſtram Magnam Curiam Vicariæ bene cuſtoditos remittãt, per eandẽ præinſerta pœna mulctãdos. Denunciamus inſuper per eoſdẽ dictæ Magnæ Curiæ iudices, ſi qui fortè fuerint receptatores ſimiliter, ut pręmittitur, puniantur. Vt ergo omnibus in republica noſtra habitantibus hæc manifeſta fiant, Committimus uobis antedicto Regenti, quem ad præmiſſorum obſeruationem ſpecialem commiſſarium, ac executorem eligimus & deputamus, vt factam hanc legem non ſolum in hac noſtra ciuitate Neap. publicare, verum etiam Viceregibus, & Iuſtitiarijs in prouincijs regni exiſtentibus per veſtrum ſcriptum exẽplar inſinuari, & intimari faciatis, per eoſdem deinde per prouincias publicãdam, ac ſingulis antedictis officialibus Baronibus, & vniuerſitatibus ſimiliter inſinuandam & intimãdam, quam omni futuro tempore tenaciter obſeruandã, inuiolabiliter cuſtodiendam, quibuſcunque priuilegijs primarum cauſarum, ſeu exceptionis, & gratiæ, ſub quibuſuis clauſulis quomodocunque derogatorijs, & iuratis, motu etiam proprio, & ex certa ſcientia: pro quibus conſiderationibus atque cauſis, ſtatus pacis, & reipublicæ conceſſis, non obſtantibus eis quo ad hoc ſpecificè derogando eorundem tenores hic habendo pro ſufficienter expreſſis. Veteribus tamen cõſtitutionibus ſuo robore permanentibus motu proprio, & ex certa noſtra ſcientia edicimus, ſtatuimus, & decernimus. In cuius rei teſtimonium præſentes fieri fecimus, & magno Maieſtatis noſtræ pendenti ſigillo munitas.

In Caſtro Nouo per Lucam Tozulum, 1480.

Quod

Quod diaconi, vulgo dicti ſaluatici, vadant in habitu & tonſura.

• Additio. Ferdinãdus, &c. Vniuerſis, &c. Quemadmodum, &c. *Aduerte, quia iſta pragmaticę nunquam fuerũt in obſeruãtia tanquàm contra libertatem eccleſię, iuxta no. in authen. caſſa. C. de ſacroſan. eccl. vt refert Capic. in deciſ. 161. in fi.* De Bot.

FErdinandus, &c. Vniuerſis, &c. Quemadmodum * Canonicis Ciuilibusq; conſtitutionibus pręceptum eſt, quòd clerici, qui verè religioni inſeruiunt, Eccleſiaſtica fruantur iuriſdictione, atque libertate: ita eſt iuri diuino, & humano conſentaneum, vt qui ſe falsò, & dolo clericos profitentur, cũ ſint re ipſa merè laici, nihilominus iudicijs, legibusq; ciuilibus ſubiaceãt, ne impunitate, & veluti quadam licentia peccandi præbeatur occaſio, & huiuſmodi fraudum, & circumuentionum fructũ percipere glorientur. Cum itaque in hoc noſtro Regno, quamplures hi ſint merè laici, tam coniugati, quàm ſoluti, qui ſub uelamine cuiuſdam ſpiritualitatis caracter primæ tonſurę clericatus aſſumant, quo ſe magis exceſſibus, & criminibus immiſcere poſſint, & gladij ſecularis iudicium euadere, forum ciuile declinare, laicales ſolutiones fiſcalesque functiones, ac cætera munera, oneraque ciuilia euitare, quo fit ut per eoſdem falſos clericos, qui ſe vulgo Diaconos Saluaticos appellant, plurima enormiſſima contra ius, & fas patrentur in Dei optimi maximi contemptum, regalis faſtigij dedecus, iuſtitiæ, ſtatusque pacifici euidentiſſimam læſionem. Idcirco volentes huic morbo, ne populos inficiant, ſalubriter mederi, priſcis legum ſanctionibus prædeceſſorum Regum ordinationibus inhærentes, ex certa ſcientia noſtrique Conſilij deliberatione matura, conſulto, inuiolabiliterque per hanc noſtram pragmaticam ſanctionem ordinamus, atque ſancimus, quòd omnes, & ſinguli ſupradicti Diaconi Saluatici vulgo appellati, ſeu clerici primæ tonſuræ præſentes, & futuri, qui gaudere decernunt, atque decreuerint priuilegio clericali, teneantur, & debeant vbique aſsiduè, & continuò incedere in habitu & tonſura clericali, diuinis officijs horis congruis deſeruire, & perſonaliter intereſſe eccleſiæ, actu deſeruire perſonali, prout ſacrorum canonum inſtituta præcipiunt, & ad eorum ſpectat officium, quo caſu quandiu in ſtatu clericali, & officio permanſerint, & a ſecularibus negotijs ſe abſtinuerint, uolumus ꝙ eccleſiaſtica fruantur libertate, & fori eccleſiaſtici priuilegio gaudeant. Verum quia rationi, & honeſtati repugnat, quòd clerici rebus temporalibus, & laicalibus ſe immiſceant, eiſdem muneribus publicis, & officijs Regijs, & laicalibus decernimus non lætari, ꝙ ſi nomine ſolùm clericos, & diaconos de cætero voluerint profiteri, cum moribus, habitu, officijs, & exercitijs ſint merè laici, cũ id in fraudem facere dignoſcatur, eos veluti verè laicos cenſemus, atque decernimus foro ſeculari eſſe ſuppoſitos, & coram iudicib. ſecularibus ciuiliter, & criminaliter poſſe, & debere conueniri: munera oneraque ciuilia ſubire conſtituimus, ſolutiones functionesque fiſcales non euadere. Quapropter Illuſtriſſimis, & Reuerendo Don Alphonſo de Aragonia primogenito Duci Calabriæ: Don Frederico de Aragonia, & Don Ioanni Apoſtolico prothonotario locumtenen. noſtris generalibus, & cæteris filijs noſtris mentem noſtram declarantes, præterea huius regni magiſtro Iuſtitiario, & magno Camerario, & cæteris huius regni collateralibus eorumq; locateñ. & ſubſtitutis, Viceregibus, Iuſtitiarijs, theſaurarijs, commiſſarijs, iuriumq; fiſcalium perceptoribus, capitaneis, iuſdicentibus, aſſeſſoribus, officialibus magiſtratibuſque quibuſcunque, cæteriſque cuiuſvis ſtatus, gradus, conditionis, poteſtatis, dignitatis, & officij exiſtant, maioribus, & minoribus præſentibus, & futuris, ad quos ſpectat, ſeu ſpectabit, & pręſentes deuenerint, ſcienter & conſultò dicimus, & mandamus, quatenus ordinationem, & pragmaticam præſentes in ſingulis locis iuriſdictionem eorum voce præconia in conſuetis locis publicari faciant, & publicationem ipſam annotari, ne quiſquam ualeat ignorantiam allegare, eandemque uero ita publicatam teneant, obſeruentque ad unguem, teneri obſeruarique faciant per quoſcunque omni ſiniſtra interpretatione ceſſante. In quorum fidem præſentes fieri iuſſimus, magno maieſtatis noſtræ ſigillo pendenti munitas.

Datum in Caſtro Nouo Neapol. per magnificum virum Lucam Tozolum Romanum Locumtenentem Fundorum Comitis Logothetæ & prothonotarij. Die 23. Aprilis 1469.

Rex Ferdinandus.

Paſchaſius Garlon.

Dñs Rex mandauit mihi Antonello de Petrutijs.

Contra Diaconos Saluaticos.

• Additio. Magnifici Regenti &c. Giudici, &c. *Iſta pragmatica & eius diſpoſitio expirauit finito officio & regimine diſponẽtis, vt declarat Pernus in conſi. 14. & refert Capic. in deciſ. 161. in fi.* De Bot.

REx Aragonum vtriuſque Siciliæ. Magnifici Regenti, &c. Giudici * della gran Corte della vicaria. Noi intendiamo, che molti uarij, & diuerſi delinquenti per euitare la condegna punitione, allegano eſſere clerici, benche primæ tonſuræ tantum. Et cum clipeo di detto clericato intendono potere declinare il foro ciuile, preſentando le ſignificatorie del Vicario, facile a ſignificare ſe detti delinquenti adimpleſſero quello gl'incumbe per potere fruire i priuilegij clericali. Et eſſendo queſto molto pernitioſo al ben uiuere, & bene publico di queſto Regno: come la eſperientia ogni dì dimoſtra, non ſenza giuſtiſſima cauſa la feliciſſima memoria del Re Ferrando primo promulgò pragmatica ſantione edita alli 23. di Aprile 1469. Intitulata, quòd Diaconi vulgo dicti Saluatici &c. Continente in effetto, quòd Diaconi primæ tonſuræ deberent ubique aſſiduè, & continuè incedere in habitu, & tonſura clericali, & diuinis officijs horis congruis deſeruire, & perſonaliter intereſſe, ac eccleſiæ actu deſeruire perſonaliter, per poter goder i priuilegij clericali. Altramente in cunctis foſſero trattati come meri laici, & ciuiliter, & criminaliter ſe conueneſſero coram iudicibus ſecularibus, come piu largamente in detta pragmatica ſi contiene, il tenore della quale uolemo ex certa ſcientia s'habbia per expreſſo, ac ſi in queſte noſtre lettere fuſſe di uerbo ad uerbum inſerto. Et perche la Catholica Maeſtà del Re noſtro s'ha ordinato, che tutte le coſe ordinate, diſpoſte, & ſancite per la prefata felice memoria del Re Ferrando, in lequali ſi include detta pragmatica, che ſi debbiano inuiolabiliter oſſeruare: Per tanto noi volemo, & per la preſente ordiniamo, & comandiamo expreſſe ex certa noſtra ſcientia, che tanto per queſta gran Corte della Vicaria, come per quoſcunque iudices, in quibuſcũque cauſis etiam pendentibus, quarum ſtatus habeatur pro expreſſo, in tutto queſto Regno ſi debbia ad unguem oſſeruare detta pragmatica del Re Ferrando primo, iuxta ſui ſeriem & tenorem. Decernentes expreſſe eadem certa ſcientia noſtra, tutto quello foſſe ſtato in contrario attentato, & de cætero ſe preſumeſſe attentare contra

la forma, & tenore della pragmatica preſata, ex nunc prout ex tunc, & econtra, ſia nullo, irrito, & inane.

Data Neap. in Caſtro Nouo, 10. Martij 1519.

Il Conte Locumtenente generale. V. Montaltus R.

Quod ob accuſationem de falſo contra partem, vel teſtes per alterum ex litigantibus inſtituta principalis cauſa non retardetur, quo minus ſententia diffinitiua proferatur. Et quod qui petierit dilationem vltramarinam pro ſingulo menſe dilationis obtentæ quindecim ducatos realiter deponere teneatur.

* ADDITIO. Cum frequentius, &c. *Nota iſtam pragmat. & ad eius materiam vide Afflic. in deciſio. 103. & 229. Capic. deciſio. 25. qui de hac mentionem non faciunt, vide Grammat. in deciſio. 60. in fi.* De Bottis.

FErdinandus, &c. Raimundus, &c. Vniuerſis & ſingulis pręſentium ſeriem inſpecturis, tàm præſentibus, quàm futuris. Cũ frequentius * litigantes prætextu occaſionis falſi contra partem, & teſtes, cauſæ principalis expeditionẽ differre conantur, huic rei prouidere uolẽtes, ac celeritati expediendarum litium omni ſtudio indulgentes, decernimus, ac ſtatuimus, ut de cætero in accuſationibus hinc in antea de falſo proponendis in quacunque parte litis, huiuſmodi accuſationem falſi contra partem & teſtes fieri contigerit, ſuper dicta accuſatione procedatur, & nihilominus proceſſus & expeditio ipſius cauſæ principalis etiam per ſententiam diffinitiuam non retardetur. Ita tamen quòd ſi ad ſententiam diffinitiuam ſuper negotio principali in fauorem partis accuſatæ cuius teſtes de falſo ſint accuſati fuerit deuentum, priuſquam cauſa falſi fuerit determinata per ſententiam, prædicta pars obtinens fideiuſſoriam cautionem præſtare teneatur de reſtituendo quicquid per dictam ſententiam fuerit conſequuta una cum expenſis litis, caſu quo fuerit in accuſatione falſi pronuntiatum in fauorem accuſantis, & altera pars condemnata iuxta formam Regiæ pragmaticæ alijs pœnis a iure, Regnique conſtitutionibus, capitulis, atque pragmaticis editis contra huiuſmodi accuſatos, & conuentos in ſuo robore manentibus. Verum tamen, ſi pars de falſo accuſans falſitatem allegauerit ex ijſdem actis, procedatur nihilominus in cauſa principali, donec iudici de dicta falſitate conſtiterit, quo caſu ſuper cauſa principali iuxta formam iuris ſuperſedeatur, & ſuper falſitate prædicta iuſtitia mediante prouideatur, ſeruata forma pragmaticæ prædictæ: in accuſationibus autem falſi ante hanc noſtram ordinationem iam propoſitis ſeruari uolumus ordinem, & ſtylum hactenus conſuetos. Aliam ſimiliter occaſionem differendi amputantes decernimus, vt ſi quis dilationem ultramarinam, vel aliam extra Regnum petierit, ſiue principalis, ſiue procurator, & a commiſſario cauſæ obtinuerit, iuxta eius arbitrium per locorum diſtantiam pro unoquoque menſe ipſius dilationis obtentæ quindecim ducatos realiter deponere teneatur, ſtatim ipſa dilatione obtenta. qui ſi dilatione prædicta uſus non fuerit, nec probationes aliquas fecerit in nominatis locis, vel ipſorum aliquo, amiſſione pecuniarum depoſitarum mulctentur, pro medietate alteri collitigatori applicanda, unà cum expenſis uiatici ſi aduena fuerit collitigator, & pro alia medietate commodis Regij ſacri Concilij, ſeu alterius tribunalis, ubi cauſa fuerit uentilata, & agitata, nec per ipſorum aliquem poſſit remitti. Nolumus tamen per præſentium diſpoſitionem derogari alijs pragmaticis, ſeu ritibus, ſuper huiuſmodi dilationibus ultra mare extra Regnum editis, ſed in cæteris omnibus firmæ in ſuo robore permaneant. Quapropter uolentes præſentes noſtras ordinationes nomine Cath. Maieſt. editas debitæ executioni demandari, tenore præſentium de certa noſtra ſcientia, conſultò, & deliberatione matura Regij nobis aſſiſtentis conſilij, Dicimus, committimus, & mandamus Illuſt. Magno huius Regni Camerario, Iuſtitiario, Prothonotario, eorumque locatenentibus, præſidentibus Regiæ Cameræ Summariæ, Regenti, & Iudicibus Magnæ Curiæ Vicariæ, cæteriſque alijs omnibus & ſingulis officialibus maioribus, & minoribus, quocumque titulo, authoritate, & poteſtate fungentibus, præſentibus, & ſucceſſiuè futuris, ad quos, ſeu quem præſentes peruenerint, & fuerint quomodolibet præſentatæ, quatenus præſentes ordinationes, vt ſupra factas, & omnia in eis contenta teneant firmiter & obſeruent, tenerique & obſeruari faciant atque mandent, per quos decet iuxta ſui ſeriem & tenorem: & ut effectus & tenor pręſentium omnibus innoteſcat, volumus & ita iubemus prædictis omnibus officialibus, ut eas voce præconia per loca ſolita quomodolibet in iuriſdictione publicari faciant, & cõtrarium non faciãt pro quanto gratiã regiam charam habent, pęnamq; ducatorum mille cupiunt non incurrere. In cuius rei teſtimonium præſentes patentes literas exinde fieri fecimus, regio huius regni negotiorum cõmuni ſigillo munitas.

Datum in Caſtro Nouo Neap. 10. Decemb. 1509.

Don Raymundo de Cardona, Locotenente generale.

V. Montalt. R. V. de Colle. R.

Dominus Locumtenens generalis mandauit mihi Petro Lazaro de Vea.

PRAGMATICA REGIS HISPANIÆ.

Quòd Regnicolæ committentes delicta in Regno Siciliæ vltra Farum remittantur ad hoc Regnum.

FErdinandus Dei gratia Rex Caſtellæ, Aragonum, Siciliæ, Granatæ, &c. Vicerex in dicto Siciliæ regno, Spectabilibus, & magnificis, & nobilibus eiuſdem regni magiſtro Iuſtitiario, locumtenenti, iudicibus Magnæ Regiæ Curiæ, necnon Capitaneis, iudicibus, & alijs omnibus officialibus eiuſdem Regni: quarumcunque ciuitatum, Terrarum, & locorum, eorumque locumtenẽtibus: ad quos, ſeu quem peruenerint & fuerint quomodolibet præſentatæ, collateralibus, conſiliarijs & fidelibus regijs dilectis ſalutem. Cum fuerit inter ſereniſſimum Regem Alphonſum Regni Neap. & nos iam actum, conuentum, & firmatum, quòd delinquentes & facinoroſi homines, qui delicta & facinora committunt in hoc Regno Siciliæ, & in Regno Siciliæ vltra Farum, remittantur per officiales Regni hinc inde, videlicet, ad loca, in quibus dicta delicta committuntur, vt iuſtitia mediante puniri poſſint, & ipſis delinquentibus cedat in pœnam, & alijs in exemplum. Idcircò tenore præſentium noſtra ex certa ſcientia, deliberatè, & conſultò uobis omnibus ſupradictis officialibus, vnicuique veſtrum dicimus, committimus, & mandamus expreſsè, quatenus ſemper & omni futuro tempore, quòd delinquentes prædicti ex dicto Siciliæ vltra Farum regno, in hoc Siciliæ Regnum tranſire, & in eo ſe recipere contigerit, ad omnem inſtantiam, & ſimplicem requiſitionem, & literas eiuſdem Ser. R. Alphonſi, ſeu aliorum quorumcunque officialium dicti eius Regni ulterioris Siciliæ, ad quos ſpectauerit, ipſos delinquentes & facinoroſos homines remittatis, & remittere debeatis prædicto Sereniſſimo Regi, & officia-

& officialibus dicti ſui Regni, a quibus fueritis requiſiti. Vniuerſi, quando occurrat quòd delinquentes ex hoc Siciliæ Regno in prædictum vlterioris Regnum ſe recipiãt & transferãt, requiretis & requirere debeatis prædictum Sereniſſimum dominum Regem Alphonſum, ſeu officiales ſui prædicti Regni, quorum iuriſdictioni ſpectauerit, quòd iuxta conuentionem prædictam vobis, & omnium unicuique prædictos delinquentes, & facinoroſos homines remittere debeant, vt puniri, & caſtigari poſſit quilibet delinquens & facinoroſus homo in eodem loco, vbi delictum ab illo commiſſum fuerit, prout iura volunt, & mandant, prout obſeruabitur, ut confidimus, a dicto Sereniſſimo Rege Alphonſo, & ſuis dicti vlterioris Regni Siciliæ officialibus, ſic obſeruari volumus, & mandamus per vos prædictos officiales Siciliæ Regni, & veſtrum quemlibet, indiminutè, & inconcuſsè iuxta tenorem, & formam prædictæ contentionis, quoniam ſic de mentis noſtræ plenitudine pro conuentorum obſeruatione, & delictorum animaduerſione procedit, & contrarium non faciatis pro quanto gratiam ſacræ Maieſtatis Serenis. Domini Regis charam habetis, ac pœnam ducatorum auri mille cupitis euitare, in quorum fidem præſentes fieri iuſſimus, magno huius Regni Regio ſigillo pendenti munitas.

Datum in clariſſima ciuitate Cathaniæ, die 26. menſis Maij 12. indictionis, 1494.

Ferdinandus de Aragonia.

Dominus Vicerex mandauit mihi Antonello Sallima Locumten. & magnifico notario in officio prothonotarij, & viderunt eam theſaurarius, & Gaſpar conſeruator.

Gaſpar conſeruator.

PRAGMATICA REGIS CATHOLICI.

Reuocationis gratiarum factarum per Regem Fredericum in inſula Siciliæ a 25. Iulij 1501. in antea.

• Additio. Multa quidem, &c. *Vide Gram. in deciſ. 65. per totum.* De Bottis.

NOs Ferdinandus, &c. Pro Sereniſſima Regina, &c. Multa * quidem principes, temporis cōditione, & rerum difficultate aſtricti, facere coguntur, quoniam eiuſmodi neceſſitas vrgeret non modo non facere, ſed ne cogitare quidem nunquam in animum adduceret: Quapropter cum ad aures noſtras iam pridem peruenerit Sereniſſimum Regem Fredericum, prædeceſſorem noſtrum poſtquàm intellexit Gallorum copiam ad inuadendum ipſum Siciliæ regnum feſtinare, cum aduerteret nullum ſibi ad illud medium ſupereſſe præſidium, cumque poſt raptam vi Capuam de regno penitus deſperaſſet, Et propterea die 25. menſis Iulij. 1501. nuncios miſit locatenentibus, ac capitaneis Regis Gallorum, vt illis certis rationibus poſſeſſionem ciuitatis Neapo. Caſtri Noui, & aliarum ciuitatum, terrarum, & locorum regni prædicti eidem daret, & denuo diuerſis hominibus, & perſonis multa ſtabilia, & iura donaſſe, & permutaſſe, in ſolutum dediſſe, multaſque conuentiones, & abſolutiones, priuilegia, & alias ſcripturas, & cautelas, vel quibuſuis poſtulantibus conceſſiones, quæ & quas quando de regno ipſo tutando aliqua ſpes fuiſſet nullo pacto facturum, conceſſiſſe, nec feciſſe credendum eſt, veluti cum ipſum Regem Fredericum, ſi hoſtem regno victor extitiſſet, quæ tali tempore contradictione aſtrictum fuerat executurum, & obſeruaturum nemo ſanæ mentis putat, quinimo dictum non iniuria fuiſſet illud ore omnium vſurpatum prouerbium:

Quod importunitate conceſſimus, conſultò reuocamus.

Ita ne vos quidem illa ſeruare, ac exequi æquum eſſe cenſemus. Volumus propterea, & iubemus quatenus quaſcunque donationes, alienationes, permutationes, ſatisfactiones, quietationes, conceſſiones, priuilegia, aliaſque ſcripturas eiuſmodi per eūdem Regem Fredericum factas, & expeditas, facta, & expedita fuiſſe, compertum fuerit, poſt diem iam dictum, licet ſcripturæ ipſæ ante diem dictum ſcriptæ, ac datæ appareant, quòd ab impetratoribus, vt ipſorum fraudem dolumve tegerent, excogitatum fuit, reuocamus, caſſamus, reſcindimus, ac penitus annullamus, ac omni efficacia & viribus euacuamus, ac pro reuocatis, irritis, & nullius ponderis haberi volumus, & iubemus. Et quoniam ſi ſuper prædictis conceſſionibus, & ſcripturis poſt dictum diem ab eodem Rege factis, & emanatis aliquæ approbationes, cōfirmationes, & executiones per nos, vel per noſtrum Viceregem nomine noſtro editæ, factæ fuerint, illud proceſſit per ſubreptionem & obreptionem ſupplicãtium, qui ſi modum & ordinem quibus illam ſubripuerunt non tenuiſſent nec obreptione falſa expreſſiſſent, minimè nos cōfirmaremus etiã vbi in confirmatione dicta animus confirmantis nulla mentio iudicatur confirmatio, ideo pro irritis, reuocatis, & nullis profuturis habeantur, cum merito ſubreptitiæ dici poſſint, & tacita veritate impetratæ. Et ne in futurum uetuſtate temporum fraus & dolus patrocinentur impetrantibus, declaramus in primis irritas, & inanes omnes ſequentes conceſſiones, priuilegia, & ſcripturas, quas & quæ poſt diem ipſam expeditas, & expedita eſſe veridica relatione Cameræ noſtræ Summariæ percipimus. In primis vniuerſitatem Capuæ, &c. Verum quia vt percepimus teſtimonio minimè negligendo ultra prædictas conceſſiones, priuilegia, & ſcripturas, fuerunt dicto modo & tempore expeditæ & expedita, aliæ multæ: volumus igitur, vt de prædictis etiam ueritas clareſcat, tenore præſentium mandamus Viceprothonotario, & Conſeruatori generali noſtri patrimonij in dicto Regno, quatenus uocatis Vito Piſanello Secretario dicti Regis Frederici, & alijs, qui de prædictis notitiam habent diligenti perquiſitione inquirant omnia alia expedita per dictum Regem Fredericum poſt diem iam dictum, & illa alia nomine noſtro declarent, irrita, caſſa, & nulla, & vnà cum præſenti noſtra pragmatica ſanctione in quinternionibus noſtræ Cameræ Summariæ ſcribi faciant pro declaratione veritatis, noſtræque Curiæ indemnitatis, & declarantes per præſentē omnia quæ per prædictos Commiſſarios noſtros ſuper prædictis nomine noſtro fuerint declarata, firma, ſtabilia, & perpetua ac ſi nos ipſi declaraſſemus. In cuius rei teſtimonium præſentem iuſſimus noſtro negotiorum Siciliæ citra Farum ſigillo in calce munitam.

Datam in ciuitate noſtra Thori, decima die menſis Februarij, 1500. Regnorum uerò noſtrorum Siciliæ ultra Farum 38. Aragonum & aliorum 27. Siciliæ autem citra Farum & Hieruſalem anno 3.

Yo el Rei.

Licentiat. Sabata prothonot. Santangelus conſeruator generalis.

Malferitus R. & Locumten. prothonotarius.

Aloyſius Sances generalis theſaurarius.

Dominus Rex mandauit mihi Michaeli Peren Dalmazan.

In Curia Siciliæ citra Farum. primo. Regiſtro 17.

PRAGMATICA REGIS CATHOLICI.

Quòd omnes adminiſtratores regni perſonaliter adminiſtrent eorum officia, & non per ſubſtitutos, aliter priuentur eorum officijs.

• ADDITIO. Nos Ferdinandus, &c. Vniuerſis, &c. Prudẽtia rerum, &c. *Vide pragmaticã Regis Caroli V. quæ incip. prohibemus. & Meder. in cap. regni, quia de vicarijs, fol. 7. num. 12. cum ſeq. vbi ponit quòd officiales in regno poſſunt habere ſubſtitutos. Et adde quòd ſubſtituentes tenentur de delicto commiſſo per ſubſtitutũ, Luc. de Pen. in l. agentes, col. 3. C. de agen. in reb. & tenens locũ alterius, debet gaudere omnibus prærogatiuis & priuilegijs eius. Luc. in l. in officio. C. de caſtrenſiarijs.* De Bot.

NOs Ferdinandus, &c. Vniuerſis, &c. Prudẽtia rerum * omnium Dux & magiſtra, maximum Regibus & Principibus ornamentum, qui rectè uiuere populos ſibi commiſſos, ad virtutem, atque laudabilia opera inſtituere, ac regere conantur: non tantùm officia, verùm etiam omnia pro fine, quæ bene laudabiliter agenda: & ea enim non ſolùm reſpicit finem, ſed præparat omnia, quæ ſunt ad optimum finem, & ad illum rectè prudenterque venire, idem fuit ſemper inſtitutum, vt quæcunque meditaremur, quæque pro communi regni noſtri beneficio nobis agenda eſſent, conſultò ac prudentiſſimè perfruerentur: Ob idque conſiderantes nobis quàm ſit neceſſarium, ac conducibile rebus noſtris officiales noſtros ad adminiſtrationem, & exactionem pecuniarum, & iurium noſtræ Curiæ ordinatos iam, ac deinceps ordinandos conſtituere, proque faciliori & expedienti adminiſtratione iurium & pecuniarum ipſarum noſtræ Curiæ dare, conſtituereque ordinem certum, ac firmum, vt ipſa adminiſtratio, & pecuniarum exactio fiat diligenter: vtque ex pecunijs his prouenturis ex iuribus nobis, & noſtræ Curiæ debitis rebus, atque neceſſitatibus, inde his occurrentibus & aduenientibus, tam pro ſtatu regni noſtri, noſtrorumque ſubditorum ad pacem atque tranquillitatem obſeruatione per manutenentes armigerorum, gentium noſtrarum in hoc regno, proque ſtipendiorum ipſorum armigerorum commodiori ac faciliori ſalario ad pacem tuendam, & conſeruandam, ſicque prudentiſſime nobis viſum, tàm ad facilitatem exequendam, quàm ad ordinem miniſtrandum, & ad conditionem miniſtrantium. In quibus eſt maximè conſiderandum pragmaticam ſanctionem edicere, prout literarum ſerie ex certa noſtra ſcientia, conſultò, & deliberate edicimus, & ordinamus, ac pro inuiolabili lege decernimus, & ſancimus, tenerique & obſeruari inuiolabiliter volumus, & iubemus, vt poſthac theſaurarius, Commiſſarij, magiſtri Portulani, Dohanerij, Fundicarij, Capitanei, Graſſerij huius regni, Credentierij, Portulani, Guardianique, & alij quicunque officiales quouis nomine nuncupati, officioque, authoritate, ac poteſtate fungentes, ad pecuniam noſtræ Curiæ colligendam, recipiendam, conſeruandam, & exigendam quouiſmodo ordinati, & conſtituti ad prædicta eorum, & cuiuſlibet ipſorum officia exercendum, & pecuniarum noſtrarum, & Curiæ noſtræ in hoc regno, & ciuitatibus & terris ipſius recollectionem, & perceptionem & exactionem per ſe ipſos principaliter & immediatè, & non per eorum ſubſtitutos & miniſtros ſubiectos per eos deputatos colligere, habere, percipere, & exigere teneantur, & debeãt, omnia exactiſſima diligentia de pecunijs ipſis per eos præmiſſo modo exactis, & exigendis facere, prout & quemadmodum eiſdem fuerit ordinatum, per noſtras literas, nec alio modo. Decernentes, declarantes, & iubentes expreſsè literarum ſerie, ſcienterque, quòd ſi aliqui ex dictis ſubſcriptis ad exactionem pecuniarum noſtræ Curiæ prædictarum ſubiecti per eorum principales ad eaſdem exactiones, vel acceſſerint, ſeu exegerint nullo pacto admittantur, ſed vt priuatæ perſonæ habeantur, & reputentur: dictique eorum principales quicunque fuerint ipſo facto, ipſoque iure eorum officijs priuentur, atque ex nunc priuati cenſeantur, & habeantur, & teneantur, & contrarium minimè tentari quauis cauſa, pro quanto gratiam noſtram charam habent, iram & indignationem noſtram, ac pœnam prædictam, & aliam grauiorem noſtro arbitrio reſeruatam cupiunt euitare. In cuius rei teſtimonium præſentem fieri iuſſimus magno negociorum noſtro ſigillo in dorſo pendente munitam.

Datum in Caſtello noſtro Nouo Neap. 20. Nouemb. 10. indict. anno 1506. Regnorum verò noſtrorum Siciliæ ultra Farum, anno 39. Aragonum & aliorum 26. Siciliæ autem citra Farum, & Hieruſalem, & Vngariæ, &c. anno 3.

Yo el Rei. Vidit Malſeritus R.
V. Loyſius Sances generalis Theſaurarius.
V. Antonius Ianuarius vice prothonotar.
Michael de Afflicto locumten. Magni Camer.
Soluat nihil, quia pro curia. Lopes taxator.
Ioannes Baptiſta Spinellus conſeruator generalis.
Dominus Rex mandauit mihi Michaeli Peren Dabnatzor.
In char. 11. Regiſtro primo.

PRAGMATICA REGIS CATHOLICI.

Super ſolutione facienda in Regia Cancellaria pro ſcripturis ibidem expediendis.

NOs Ferdinandus Dei gratia Rex Aragonum, &c. Vniuerſis & ſingulis præſentium seriẽ inſpecturis, tàm præſentibus quàm futuris. Egregia ſanè antiquorum, ac ſatis laudata ſententia eſt, ſic regna imperia rectè & tutè gubernari, ſi leges, edicta, & decreta principum ad Redemptoris noſtri Ieſu Chriſti, & ad ipſorum decus, & gloriam, ſubditorum vtilitates omnia referantur. Contra enim ſi neglecta ſubditorum ratione ad fiſci tantum vtilitatem ampliandam ſpectare uideantur, neque principum imperia diuturna eſſe, neque ipſi non potius Tiranni, quam principes dici poſſunt. quid eſt igitur, quo magis ſubditorum ferè omnium vtilitas verti poſſit, quodque ad Regis dignitatem magis attinet, quàm eorum, qui penes Regiam Curiam negotiaturi ſunt, rationibus ſic conſulere, vt ad ingentes ſumptus, quibus dum peregrè ſunt quotidie premuntur, etiam immoderatas ſcripturarum mercedes Secretarijs, & bis ſoluere non cogantur. ſicut enim fraudari quemquam iuſti laboris ſua mercede iniurium eſt: ſic omnino maiori, quam decet ſolutione negociantes grauari, tum iniquum, tum nobis minimè perferendum ducimus. Quapropter ea nobis cura fuit, vt acceptis vndequaque ipſius regni noſtris Siciliæ citra Farum antiquis Cancellariæ taxis, adhibitiſque circunſpectis, & in huiuſmodi exercitationibus viris expertis, de mera & certa noſtra ſcientia, & prouidentia, eorumque conſilio, veterem ſolutionis conſuetudinem, nimia ſecretariorum, & ſcribarum

rum licentia deprauatam cohibendam reformandamq; decreuimus. *Volentes proinde*, & per hanc noſtram pragmaticam ſanctionem promulgantes, quatenus in ſingulis poſthac priuilegiorum, literarum, prouiſionum, & ſcripturarum generibus, hic ſequens modus, & regula, ſeu forma iſta inuiolabiliter, & omnimodè ſeruetur.

In primis per ciaſcuna lettera clauſa di giuſtitia ſi paghino tre Carlini, & non più.

Per moratorie quinquennali, ſuperſeſſorij, & literis de dandis bonis in ſolutum, vno ducato, & ſi è coſa de 50. duc. in giù, paghi Tarì 3.

Per commiſſione, ſeu lettere patente di giuſtitia, Carlini 5.

Per aſſecuratione de' vaſalli d'uno caſtello, o terra, paghi vno duc. Per due terre, 2. duc. Per tre terre, Carlini 25. & inde ſupra duc. 3.

Per lettere executoriali di ſententia fra la ſumma de duc. 50. ſi facciano in conſiglio: & in la cancellaria non ſi paghi coſa alcuna, & di duc. 50. fino in 200. ſi paghi dece Carlini in cancellaria, & inde ſupra ad quamcunque ſummam aſcendat Carl. 16.

Per lettera de eſcambio paghi la mità di quello, ſi paga per prima conceſſione.

Per ciaſcuna lettera patente fauorabile in car. Car. 6.

Per lettera commendatitia ſemplice, Carl. 3.

Per lettera commendatitia de beneficij, & bona utilità, Carlini 4.

Per guidatico, & ſaluo condotto di naue, galeazze, & legni maritimi mercantili, duc. 4.

Per guidatico, & aſſecuramento de mercanti foreſtieri con le robbe ſue, duc. 4.

Per guidatico di maleficio commiſſo duc. 4. ancor che ſiano più perſone.

Per indulto di homicidio, o altro maleficio, duc. 3.

Vbi etiam veniret imponenda abſciſſio membri, du. 2.

Per indulto, & remiſſione generale di vniuerſità, ſe la vniuerſità ſarà di 100. fuochi, o meno, paghi vno ducato: ſe ſerà di 200. dui duc. ſe ſerà di trecento, quattro duc. & deinde ſupra duc. 2.

Per indulto & remiſſione di Barone, o feudatario rebello, ſi hauerà rendita di ducati 500. infra, ſei duc. ſi fine in mille, duc. dodeci, & deinde ſupra per ogni centenaro duc. dui, ita tamen, che non paſſi la quantità di ducati 30.

Per nuoua conceſſione di Baronia, feudi, & boni feudali, di Contato, Marcheſato, Ducato, & Principato, ſe renderà da 100. duc. in giù, paghi 5. duca. & da 100. ſopra per ogni centenaro paghi dui duc. ita tamen, che per Baronia, o Contato, non poſſa excedere la ſumma de ducati trenta di Marcheſato, Ducato, & Principato ducati cinquanta: alla medeſima ragione paghi de i beni burgenſatici.

Per confirmatione, ouero noua inueſtitura di Principato, Ducato, Marcheſato, & Contato, Baronia, feudi, & altre coſe ſtabili, cuiuſcunque qualitatis fuerint: ſi paghi la metà di quello, ſi paga per la nuoua conceſſione, & gratia, come nel precedente capitulo ſi contiene, & non più.

Per conceſſione di nouo titulo di Conte, Marcheſe, Duca, di Principe, ſi concede ſenza ſtato, ma con il ſtato, che tenea primo paghi la metà di quello pagheria, ſi ſe li donaſſe con il ſtato, come nel precedente capitulo ſi contiene: ma quando ſe li dona il titulo, & lo ſtato giunto, paghi alla ragione, che nel precedente capitulo ſi contiene.

Per priuilegio di venditione de' feudi, terra, & ſtato, ſe renderà mille ducati, & infra, paghi ducati quattro: da mille ducati fino a quattro milla, duc. 8. & inde ſupra, ducati 15.

Per Capitania s'habbia riſpetto alla terra, & città, ſi haueranno prouiſione di ducati trecento, o ſopra, paghi ducati quattro: ſi ſerà di ducento, o ſopra, ducati dui: ſi ſerà di ducati cento, o infra, o ſenza prouiſione, duc. uno.

Per Iuſtitierato per prouinciam, duc. diece.

Per priuilegio di conſiglieri, o militia, duc. 4.

Per legitimatione, & ſucceſſione, habbiaſi riſpetto alla ſucceſſione, che li ſpetta, ſi ſerà di beni burgenſatici, paghi duc. 6. ſi ſerà di beni feudali, duc. 12.

Per priuilegio di preſidente della Summaria, duc. 4.

Per priuilegio di Regentato di Napoli, duc. 10.

Per priuilegio di rationale della Summaria, duc. 2.

Per priuilegio di maſtro rationale della Zecca, duc. 2.

Per priuilegio di uno delli ſette officij del Regno, cento ducati.

Per priuilegio di Theſoriero, ſeu perceptore prouinciale, duc. 4.

Per priuilegio di credenzero, ſi hauerà ſei onze di prouiſione, paghi ducati 2. & da ſei fino a 8. tre duc. & dein de ducati 4.

Per priuilegio di nundine, ſeu mercati, ſi ſono con franchiſia, duc. 6. ſinautem duc. 3.

Per priuilegio di fare molino, ſe valerà da 100. duc. in giù di rendita, paghi 5. duc. da 10. fino a 208. & inde ſopra, diece, & non più.

Per albarano di officio & beneficio, Carlini 6.

Per albarano di debito, nihil.

Per priuilegio di aſſenſo ſi ſerà feudo da 100. duca. da 30. abbaſſo duc. 2. da ducento in ſu, tre, & inde ſopra, quattro.

Per lettera di conſignatione, o pagamento di danari, che ſi fa a creditori, o a ſalariati di noſtra corte, nihil.

Per conceſſione di pecunie numerate per vna vece tantum, o di coſa mobile, paghi per ciaſcuna onza, fino a cinque onze incluſiuè, vno carlino: da cinque onze ſin 100. incluſiuè, paghi uno ducato, & vno Tarì, & inde ſopra ad quamcunque quantitatem aſcendat pecunia, vel valor rei mobilis, paghi duc. 3. & ſi ſerà coſa ſtabile, che non renda, paghi per il ualore alla ragione predetta.

Per conceſſione di Protettiuo, che è viceadmirato di una terra, o città, duc. 2. & ſimiliter per conceſſione di Mareſcalco, che è maeſtro di campo del Regno.

Per lettera di extractione foriudicationis, duc. 2.

Per priuilegio di legitimatione ad honorem tantum, duc. 4.

Per remiſſione de' rebelli ſi non ſerà Barone, o feudatario, duc. 4.

Per lettera di extractione di bando ſemplice, Tar. 3.

Per abſolutione, ſeu quittatione de' Conti, Carl. 4.

Per lettera executoriale, che vno ſia poſto in poſſeſſione della gratia gli è ſtata conceſſa, Tarì dui, ſi eſt in carta de bambace: ſi eſt in carta di corio, Tarì 4. quando della detta gratia ne foſſe ſtato fatto priuilegio, & quando non ne foſſe ſtato fatto priuilegio paghi il doppio.

Per lettera di pigliare informatione di annuo valore, Tar. 2.

Per conceſſione di coſa, che non ſe può iſtimare in danari, ſi eſt per priuilegium, paghi 15. Carl. per littera Carl. 10.

Per

Per lettera di dando tutore per Curiam, Tar. 3. & ſi eſt relictus per teſtamentum, Tar. 2.

Per remiſsione di Colletta generale, o ſubuentione extraordinaria, duc. 1. ſi ſerà una perſona, o famiglia; ſi ſerà vniuerſità, duc. 2.

Per conceſsione di Baleato per feudo, ſeu baronia, duc. 1. per baronia magna, dui, per Contato, duc. 3. per Principato, Ducato, o Marchelato, duc. 4.

Per lettera di extrahere vittuaglie dal Regno per extra regnum, ſi eſt cum gratia exemptionis iurium regiæ Curiæ, paghi per cinquanta ſalme Carli. 7. da cinquanta ſalme fin'a cento, Carlini quindici: da cento ſopra duca. 3. Se la gratia foſſe comparata, paghi la metà, & ſi eſt per infra Regnum, paghi la metà in quocunque caſu fuerit.

Per gli orgi, & altri legumi, ſi paghi la meta di quel ſi paga per li grani, in quocunque caſu fuerit.

Per lettera di franchiſia per li ſcolari, & ſtudianti, paghi come per lettera di giuſtitia.

Per lettera di maeſtro datto appreſſo li giuſtitieri & capitanei, duc. 2.

Per lettera di aſſeſſore, o giudici appreſſo li giuſtitieri, & capitanei, duc. 2.

Per commisſione di maſtro iurato, duc. 1.

Per lettera di gratia, che una terra ſia in demanio, duca. 2.

Per lettera di notario, a conto, ſi ſerà per una città, paghi vno duc. ſi ſerà per una prouincia, duc. 2. ſi per due prouincie, o per totum Regnum cũ poteſtate ſubſtituendi, duc. 4. ſi ſerà cum clauſula legitimationis per quello atto paghi uno duc. più della ſopradetta taſſa.

Per lettera de' giudici à contratto, quia parui eſt lucri, paghi la metà del notariato in quocunque caſu.

Per conceſsione di mero, & miſto imperio in perpetuum, duc. 4. ad uitam, duc. tre, ad beneplacitum, duc. 1. & queſto ſe intenda in maioribus, in minoribus verò paghi duc. 2. indifferenter.

Per conceſſione di ſalario annuo paghi vno Carl. per onza fin a 50. onze, & inde ſopra fin a 100. mezzo Carli. & inde ſupra, lo quarto, ſi eſt in perpetuum; ſi verò ad uitam, paghi grani 7. & ad beneplacitum, mezzo Carlino, ſi foſſe per cinque anni a baſſo, duc. 1. indifferenter.

Per executoria in bulle in maioribus, duc. vno in paruis cinque Carlini.

Per lettera di debitori, paghi come lettera giuſta.

Per lettera di familiarità, di nobilità, di capellania, o militia, & per ciaſcuna, duc. 2.

Per lettera di prothomedico, duc. 4.

Per lettera di prothochirurgo, duc. 2.

Per conceſſione di officio ſenza ſalario, ma ſolo con gli emolumenti, duc. 1. Tar. 2. & grani 10. ſi cum prouiſione de cento duca. ſi de ducento, duc. 3. & inde ſopra duc. 4.

Per lettera di caſtellania, ſe ſerà ad vitam, duc. 4. ſi ad beneplacitum, duc. 2.

Per conceſsione delle arme reali, duc. tre.

Per reduttione di feudo in burgenſatico, duc. tre.

Per conceſsione di Secretariato ſenza prouiſione, duc. due; ſe con prouiſione, duc. quattro.

Per cõceſſione di beneficio Reale, duc. uno; ſi paruum Carlini cinque.

Per lettera aduocandi, duc. 1. & procurandi, duc. mez.

Per lo giudicato della Vicaria, duc. quattro.

Per lettera di cittadinanza, duc. due. & coſi per lettera di ſanſaria, & di Conſolato.

Per lettera d'aſſumere contratto di notario morto, vel aliàs impediti, Tarì dui: & ſi ſerà per atto generale, duc. 2.

Per remiſſion di pagamenti fiſcali a tempo, duc. 1. ſi ſerà per vna perſona, ò famiglia; ſe per vniuerſità, duc. due.

Per conſeruatione quando ſi fanno per beni, che aliquo modo ſpettaſſero alla corte, ſi paghi come ſe dette robbe ſi concedeſſero pro tertia parte taxæ prædictæ.

Per conceſſione di repreſaglie, Carlini cinque.

Per conceſſione del maeſtro della Zecca, duc. due.

Per refare vna prouiſione, non mutata ſubſtantia, neque datum, vno Tarì: & ſe ſarà priuilegio, duc. uno.

Per conceſſione di ſubattario in Vicaria, duc. uno.

Per conceſſione delli Comiti di Galere, duc. uno.

Per conceſſione di incorporare uno Caſtello alla Baronia, o ſtato, duc. due.

Per lettera di emancipatione, duc. uno.

Per conceſſione di franchiſia di pagamenti fiſcali per quello, che hà dodici figliuoli maſcoli, Tarì due.

Per conceſſione di ſeparare vno Caſtello dalla Baronia, o ſtato, duc. due.

Per conceſſione di maeſtri datti dalla Vicaria ad uitam, duc. due.

Per conceſſione di maeſtri datti di altra terra, uno duc. in paruis; in magnis verò duc. due.

Per lettera di dohanero delle pecore della dohana di Nap. maeſtro Portulano di Capitinata: & Barì, maeſtro Portulano & Secreto di terra d'Otranto: & Baſilicata, maeſtro Portulano & Secreto di Calabria: maeſtro Portulano & Secreto di Abruzzo: per ciaſcuno duc. quattro, pro ſubſtitutis duc. due per ciaſcuno.

Per lettera di dohanero, Portulano Secreti, & Capitanei della Graſſa delle altre prouincie, duc. due, & pro ſubſtitutis la metà.

Per lettera di Secreti & Portulani di una terra, duc. 1.

Per lettera delli Dohaneri delle ſaline ad uitam, dui ducati, ad beneplacitum vno ducato.

Et nota che ſe in una ſcriptura, o gratia, ſi conteneno piu perſone ſi deue taxare per una, ſe quella coſa che ſi concede, & poſſedeua per indiuiſo da dette perſone.

Volemo anchora che li ducati ſi intendano ad diece Carlini per ducato, dui Carlini per Tarino, & diece Grana per Carlino: caſſando & annullando lo abuſo di fare pagare Coronati per Carlino.

Volemo anchora che per confirmatione di tutte le gratie conceſsioni prefate cuiuſcunque generis exiſtant: da poi che le coſe contenute in capitulo di Confirmatione, & noua inueſtitura de beni feudali, ſtati, & Baronie ſi paghi la metà di quello, ſi paga in conceſsione.

Præterea declariamo che li ſopradetti capituli s'intendino per tutto quello pagamento ſpetta alla Cancellaria per priuilegij, patente, & lettere, cioè per lo mandato del Secretario, fattura di minuta, ſcrittura, regiſtratura, & ogni altro pagamento, eccetto il ſigillo, & pendente.

Et acciò niſſuno ſia fraudato della ſua fatica & diritto, declariamo, che al regiſtro per ogni lettera clauſa, cuiuſcunque generis ſit: della quale ſi pagano tre Carlini, in Cancellaria ſi li paghi mezzo Carl. Si ſerà lettera clauſa, che ſe ne paghi in Cancellaria piu de tre Carlini ad quamcunque quantitatem aſcendat, ſe ne paghi al regiſtro uno Carlino.

Per lettera patente di giuſtitia, uno Carlino.

Per priuilegio, & qualſiuoglia altra prouiſione, della quale

la quale la Cancellaria habbia uenti Carlini, ne ſiano dui Carlini del regiſtro: & ſe ne hauerà trenta Carlini, ne habbia tre: da trenta Carlini fino in dieci ducati, ne habbia cinque: da dieci ducati fino ad quindici, ne habbia ſette Carlini: da quindici in sù ad quamcunque quantitatem aſcendat, ne habbia 10. Carlini: Lo reſto ſi ſparta, la metà al Secretario, & l'altra metà per la minuta, forma, & Cancellaria.

In Camera noſtra Summariæ Neapol. ſeruetur ordo ſequens.

Per le citationi, o monitorie, ſeu inculcatorie con lo ſigillo, & ogni altra coſa ſi paghi vno Carlino.

Per lettera di giuſtitia con il ſigillo, & ogni altra coſa, Grani quindici, & non più.

Qua propter tenore præſentium de certa noſtra ſcientia, conſultò, & deliberatè præcipimus, & mandamus Illuſtr. ſpectabilibus, magnificis, dilectiſque conſiliarijs, & fidelibus noſtris: Viceregi, & Locumtenenti noſtro generali, & magiſtro Camerario, noſtroq; ſacro Conſilio, Locumtenenti, præſidentibus, & rationalibus Cameræ Summariæ, Prothonotario, Secretarijs, & Scribis noſtris, tam penes nos, quàm in Cancellaria præfati regni noſtri Siciliæ citra Farum exiſtentibus, & in cęterum conſtituendis, cæteriſque alijs officialibus, & ſubditis noſtris maioribus, & minoribus, quouis officio, titulo authoritate, & dignitate fungentibus: ad quos ſeu quem ſpectabit, præſentes peruenerunt, & fuerint quomodolibet pręſentatæ, ſub noſtræ gratiæ & amoris obtentu, pœnaque vnciarum auri mille noſtris inferendarum ærarijs, quatenus præſentem noſtram pragmaticam ſanctionē, & omnia & ſingula deſuper contenta ad vnguem teneant, & inuiolabiliter obſeruent, faciantque per quoſcunque, ut decet obſeruari, iuxta præſentium ſeriem, & tenorem, in cuius rei teſtimoniū præſentes fieri iuſſimus, noſtro negotiorum citra Farum Regni ſigillo in dorſo munitas.

Datum in ciuitate Thori, die trigeſima menſis Ianuarij, octauæ indictionis, anno a Natiuitate Domini milleſimo quingenteſimo quinto.

Yo el Rei.
V. Malferitus R. & pro Locumtenen. prothonor.
V. Loyſius Sances theſaurarius.
Curiæ Regiſtro primo.
Licentiatus Capata.
V. Santangel. conſeruator generalis.
Dominus Rex mandauit mihi Michaeli Peren Dalmacan.

PRAGMATICA REGIS FERDINANDI PRIMI.

Quòd eccleſiarum prælati domini Barones non petant a vaſallis eorum ſubſidia, niſi in caſibus a iure & conſtitutionibus Regni permiſſis: & quod ſinant eorum vaſallos victualia, animalia, & alias res vendere pro eorum libito voluntatis, &c.

Ferdinandus Dei gratia Rex Siciliæ, Hieruſalem, & Vngariæ: Magnifico viro Aloyſio Coppulæ de Neapoli, magiſtro Portulano prouinciarum Terræ Idrunti, & Baſilicatę fideli noſtro dilectiſſimo gratiam, & bonam voluntatem. Officij noſtri debitum remedijs inuigilat ſubditorum: quia dum eorum excutimus onera, dum ſcandala remouemus, nos in eorum quiete quieſcimus, & fouemur in pace, & cum ipſorum ſubditorum commodis ſolicitudinis ſtudio intendimus, in eorum proſperitate proſperamus. Attendentes igitur, quòd & ſi prædeceſſorum noſtrorum conſtitutionibus dum prælati eccleſiarum Comites & Barones, in neceſſitatibus ſuis pro ſuæ voluntatis arbitrio ab hominibus ſuis adiutorium exigebant, & extorquebant, hactenus prouiſum extitit, tam diræ ſubiectorum oppreſſioni dominos, non niſi in certis prætaxatis caſibus tantū ab hominibus eorum adiutorium petere, & exinde ſtatutum, quòd ſi in caſu non conceſſo, vel ultra moderatum adiutorium ſecundum quòd regni conſtitutio ſuper hoc edita diſponit, aliquis prædictorum vaſallos ſuos afflixerit, poſt emendationem damni faciendam perſonis, quibus illatum eſt, tenetur Regiæ Curiæ ad duplum ipſius, quod indebitè extortum fuerit, vel ſuperexactum illicitè. Attamen nobis illati belli neceſſitas tulit, vt non modò non nulli ex prædictis Comitibus, & Baronibus, adiutorijs, talijs, collectis, & diuerſis oneribus ſuos afflixerint vaſallos, & hoc pro ſuæ voluntatis arbitrio ab hominibus ſuis exegerint, & extorſerint. Verum etiam de ſuis victualibus eorum laboribus partis, ſuis poſſeſſionibus quæſitis, animalibuſque ipſorum, maſſarijs, induſtria, vel aliter ſibi obuentis pro ſuæ voluntatis arbitrio contrahere, de illiſque vendere, & quo voluerint vendēda deferre, vel ſi vendiderint per ipſorum emptores de ſuis Terris aſportare, ſuos vaſallos diuerſis inhibitionibus prohibuerunt, eoſq; coegerunt. Taxatis quibus uoluerint precijs ad ea ſibi vendendum, & illa ſibi pro ſuo libito voluntatis dimittendū, de quibus ipſi poſtmodum negotiati fuerunt, & quæ a ſuis uaſallis vili quidem precio extorſerant, eorum vaſallis poſtmodum illis indigentibus precijs, quibus voluerunt, vendiderunt. Et ſi qui eorum inhibitionibus ipſis contrauenerint, eos diuerſis pecuniarijs, ac etiam quandoque corporalibus pœnis affecerint: Quibus niſi debitis prouidetur remedijs, dum ijdem homines ſui laboris fructum eripi ſic ſibi cernerent, agrorum culturam relinquere, a maſſarijs, cæteriſque ruris operibus non niſi quatenus ſibi ad neceſſitatem victus opus eſſet intendere cogerentur, creſceretque inde ipſorum inopia: & ad reipublicæ onera ſoluenda impotentes redderentur, & rectio regni huius ad quam nos intendimus, impediretur. Vt igitur, quod belli calamitas introduxit, pacis lenitas ſopiat: Et quia nec pax poteſt ſine iuſtitia ſubſiſtere, quia pax & iuſtitia ſic complexæ ſunt, vt una ſine altera plena haberi non poſſit, volentes propterea ſuper his, quibus noſtræ rei publicæ ſtatus indubiè læditur iuſtitiæ remedio prouideri, vt unuſquiſque ſuo iure contentus, ab alterius iniuria ſe abſtineat: Tenore præſentiū noſtra ex certa ſcientia, & cum noſtri Conſilij matura deliberatione, regni conſtitutionibus, & capitulis ſuper prædictis hactenus editis, in ſuo robore, & efficacia duraturis, Prouidemus, ſtatuimus, & ordinamus, quòd vnicuique libera ſit facultas, ſua quæque victualia, animalia, & alia quibus iure licet, prout iure, & legibus ſibi permittitur, vendere, & de illis contrahere, cum quibus & prout voluerit vendenda, & alienanda conducere, atque deferre, nec ab eorum dominis directè, vel indirectè, aut aliàs quouis modo prohibeantur, vel in his impedimentum quomodolibet inferatur: nec ad ſibi vendendum, vel alienandum, præſertim taxatis precijs cogantur. Curentque & faciant prælati, Comites, & Barones ipſi, quòd nec per ſuos officiales homines, & alios pro ſe, vel ipſorum authoritate huiuſmodi prohibitiones fiant, vel impedimenta præſtentur. Si quis autem contrafecerit uice qualibet pœnam

nam incurrat ducatorum mille, ab eo irremiſſibiliter exigendam. Et ne his fraus fieri contingat, earundem tenore præſentium mandamus vobis, & noſtris commiſſarijs, atque theſaurarijs, ſecretis, & magiſtris Portulanis, quarumlibet prouinciarũ regni huius, quatenus frequenter & diligentius inquiratis, ſi qui fuerint, qui huiuſmodi ſtatuto, atque ordinationi contrafaciant, aut contra fieri ſinant, aut permittant, quamprimum id inueneritis, nobis, & noſtræ Curiæ intimare procuretis, ut inde per nos prout res exegerit pro huiuſmodi obſeruatione valeat debitè prouideri: & ſi caſus fortè acciderit, quod victualium pecunia pro neceſſitate ciuitatis Terræ, vel loci prouidendum videatur, ne inde victualia extrahantur, id noſtræ maieſtati nuncietur, ut inde pro huiuſmodi neceſſitate debita prouiſio ſubſequatur, ne inde hoc prætextu in fraudem huius noſtræ ordinationis quicquam excogitari contingat. Et ut præmiſſa ueniant in notitiam ſingulorum, ne quiſquam ignorantiam allegare ualeat, Volumus & uobis tenore præſentium committimus, & mandamus, quatenus præmiſſa publicari mandetis, & faciatis voce præconia in locis, & terris veſtræ iuriſdictionis, de quibus uobis expedire videbitur. Et ipſorum publicationem in ſcriptis redigi faciatis, ita quòd cum opus fuerit de ipſorum publicatione conſtare ualeat.

Datum in Caſtello Nouo Neapolis per ſpectabilem, & magnificum virum Honoratum Gaietanum, &c. die 23. menſis Iulij 13. indictio. Anno a Natiuitate Domini 1466. Regnorum noſtrorum anno octauo.

Rex Ferdinandus.
Paſchaſius Garlon.
Dominus Rex mandauit mihi Antonello de Petrutijs.
N. A. de Montibus, Locumtenens Magni Camerarij.

Confirmatio ſupradictæ Pragmaticæ.

FErdinandus, &c. Vniuerſis, & ſingulis Illuſtribus Principibus, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, Terrarum dominis, & dominabus: necnon omnibus & ſingulis Capitaneis, Camerarijs, magiſtris iuratis, & Baiulis, quarumuis Curiarum, Terrarum, caſtrorum, & locorum Regni huius: & præſertim prouinciarum Terræ Bari, Baſilicatæ, & Capitanatæ: eorumq; locatenentibus & ſubſtitutis, ad quos ſpectabit, & præſentes peruenerint; Collateralibus, Conſiliarijs, & fidelibus noſtris dilectis gratiam, & bonam uoluntatem. Recolimus, prout uniuſcuiuſque veſtrum notitiæ perueniſſe certo ſcimus, ſuperioribus diebus, quibuſdam noſtris pragmaticæ ſanctionis literis ordinaſſe, licitum eſſe cuilibet noſtrorum ſubditorum liberè, & abſque aliquo impedimento, ſeu obſtaculo quæcunque uictualia, res & bona eorum uendere, mercarique ad eorum arbitrium, & voluntatem: non obſtantibus quibuſcunque inhibitionibus, & prohibitionibus per quoſuis homines fortè factis, & in poſterũ faciendis, nec debere per quempiam noſtrorum fidelium cõtra tenorem dictarum noſtrarum literarum vllo tempore aliquid attẽtari, prout in eiſdem literis, ad quas nos referimus, continetur. Quo circa volentes nos, quòd huiuſmodi literarum tenor pro communi commodo & utilitate noſtrorum fidelium, & noſtræ Curiæ ad vnguem, & inuiolabiliter obſeruetur: Tenore præſentium uobis omnibus ſupranominatis, & ueſtrum cuilibet noſtra ex certa ſcientia, & expreſsè dicimus, præcipimus, & mandamus, quatenus dictis noſtris ordinationibus, & mandatis obtemperando nullatenus vos, ſeu aliquis veſtrum emptionem, ſeu uenditionem quorumcunque uictualium, per quoſuis homines factam ſeu de cætero faciendam impediatis, aut impedire aliquo pacto permittatis: quinimo ſi fortè prohibitio & uetatio aliqua per vos in terris & locis ueſtris de non extrahendis victualibus facta fuit, eam ſtatim ad receptionem præſentium caſſare, & annihilare debeatis: nullum deinceps ſuper emptione & uenditione prædictis obſtaculum, ſeu impedimentum inferendo, ſeu inferri permittendo: cum ſic pro communi commodo noſtrorum fidelium, & melioratione iurium tractarum noſtræ Curiæ fieri omnino volumus, & iubemus, nec contrarium faciatis, aut fieri permittatis pro quanto gratia noſtra uobis chara eſt, & pœnam ducatorum aureorum decem mille per quemlibet noſtro Fiſco applicandorum cupitis euitare, præſentes autem literas noſtro paruo ſigillo munitas, poſt earum opportunas inſpectiones ſingulis vicibus reſtitui volumus præſentanti.

Datum in Caſtro Nouo Neapo. Die 15. menſis Auguſti 1466.

Rex Ferdinandus.
P. Comp. pro Paſch. Garlon.
Dominus Rex mandauit mihi Antonello de Petrutijs.

Fiat apprecium, & per illud taxentur, & ſoluantur iura Fiſcalia.

FErdinandus, &c. Magnifico viro Rentio * de Afflicto prouinciarum Principatus vltra, & Capitinatæ commiſſario fideli noſtro dilecto gratiam, & bonam uoluntatem. Vt iniuſta fidelium grauamina tollantur, & prementium onerum releuentur anguſtiæ: certa dudum claræ memoriæ Dominus Carolus II. prædeceſſor noſter in hoc Regno ſtatuta, & capitula edidit perpetuo valitura, qui expreſsè iubet, ut ſingulis annis de Mẽſe Maij in Terris, & locis omnib. regni noſtri Siciliæ bonorum omnium, tam mobilium quam ſtabiliũ vniuſcuiuſq; fiat, & renouetur apprecium, ſecundum quod quilibet bona poſſidet, & pro modo, exigentiaque eorundem, ſiue ibi, ſiue alibi habeant incolatum, contribuant in fiſcalibus functionibus, & collectis, quæ pro tempore per Curiam imponuntur, prout apertius capitula ipſa dictant. Porrò ſicut ex querimonia nonnullorum hominum diuerſarum ciuitatum, Terrarum, & locorum huius regni, præſertim prouinciarum Principatus ultra, & Capitanatæ noſtrorum fideliũ dilectorum coram Maieſtatis noſtræ præſentia facta nuper accepimus, aliqui de ciuitatibus, Terris, & locis ipſis, qui vel ea, fauore, vel potentia ſua onus alleuiant aſtutia, ſatagunt, ut ipſum in huiuſmodi ciuitatibus, Terris, & locis poſtponatur apprecium, nõ ſine graui onere pauperum & moleſto iudicio plurimorum, quo fit, ut qui alleuiandi ſunt grauamini ſubijciantur: & econuerſo leuiantur qui onus commodè ferre poſſent,

* ADDITIO. Ferdinandus, &c. Magnifico viro Rentio, &c. *Ad materiã huius pragm. vide Guid. Pap. deciſ. 5. 83. 87. 88. Et an bona tenentes teneantur contribuere in reparatione murorum, Guid. Pap. deciſio. 372. vide Doc. in conſi. 335. vbi quòd onera & collecta imponuntur per as & libram. Et quid ſi augeantur, vel minuantur facultates poſt apprecium. Et adde quòd collecta debent imponi ſubditis, quia eſt actus iuriſdictionis, Alexand. conſil. 78. num. 8. volum. 6. An autem liber extimi, prebet dominium vel poſſeſſionem. vide glo in conſuetud. Pariſ. in §. 5. in glo. 5. nume. 13. An autem exemptus ſi patiatur ſe deſcribi in extimo, ſibi praiudicet, & infra quantum tempus debeat appellare, vide Aymon. conſi. 54. nu. 4.* De Bot.

poſſent,per quod ipſius ſtatuti intentio fallitur, & introductũ pro cõi bono remedium deprauatur: Quia ergo decet ipſorum nos cõmoda non poſtponere, cum & ipſa fidelium proſperis celſitudo regia concreſcat: de fide, diligentia,prudentia,& ſagacitate veſtra plurimum confidentes, vobis tenore præſentium de certa noſtra ſcientia cõmittimus & mandamus expreſſe: quatenus per vniuerſas,& ſingulas Terras, caſtra, & loca ipſarũ prouinciarũ, tã noſtri demanij,quàm Baronum quorumcunque, ac ẽt eccleſiarum, intimari mandetis & faciatis ſub pœna ducatorum mille,vt infra triũ menſium ſpatium poſt veſtram intimationem,vt infra,faciendã immediatè ſequentium, Capitaneus, ſeu officialis vniuſcuiuſque ciuitatis,Terræ, Caſtri, ſiue loci dictarũ prouinciarum,vnà cum ſex fidelibus & probis viris illarũ, ſex ex meliorib. nobilibus & ditioribus, totidem ex mediocrib. & totidẽ ex minorib. vniuſcuiuſq; ciuitatis,Terræ, caſtri, ſiue loci, & totidem ẽt de caſalib. ciuitatum, terrarum, caſtrorum, & locorũ, Qui iurent ad ſancta Dei Euãgelia in poſſe eius capitanei ſiue officialis hoc facere & prudenter,prece,precio,odio, timore,gratia,vel amore, ſeu cõſanguinitate,vel affinitate remotis, bona omnia ſtabilia & mobilia ciuitatũ, Terrarum,caſtrorum,& locorum,& eorumq; caſalium,& cuiuſuis alterius ibi bona prædicta tenentis,licet alibi incolatum habeant,vt præfertur,vnà cum officialib. fideliter, & legaliter apprecient, iuxta formã capitulorum ipſius. quodq; officialis vniuſcuiuſq; ciuitatis, Terræ,caſtri, ſiue loci, cum eiſdem deputatis æſtimationem ipſam debita conſideratione & reſpectu habitis ad familias, & ad poſſeſſiones,ex quib.onera eis, & emolumenta proueniunt, ac expenſas moderatas,& congruas,induſtrias etiã hominum,& cõditiones eorum,prece tamen,uel precio,timore,gratia,odio, vel amore,vt dictum eſt remotis,quemlibet hominum eorundem iuxta facultates ſuas taxare ſtudeant,& procurent,vt iuxta ipſum appreciũ, dictorumq; officialium taxationem prædictam vnuſquiſque taxam cõtribuat,in eiſdem Fiſcalibus functionibus & collectis, nulluſque inibi bona præmiſſa poſſidens eis exinde penitus eximatur, niſi fortè ſpeciali priuilegio eius, qui potuit, aut aliàs legitimè exinde ſit exemptus,nec alter alterius indebitè onus ferat: Faciatiq; fieri officiales ipſi de apprecio, & taxatione prædictis quaternos duos conſimiles, continentes particulariter omnia, quæ in appreciando,& æſtimando bona prædicta gerentur in bonis omnibus ſingulorum,quorum unus penes ædem ſacram vniuſcuiuſq; ciuitatis,Terræ, caſtri, ſiue loci, inibi conſeruandus deponatur per officiales illarum, alterum ad cameram noſtræ Summariæ ad opus noſtræ Curiæ deſtinare ſtatim procuret: Prouiſo tamen ꝙ prætextu præſentium recollectio ipſarum ſubuentionum & collectarum fiſcalium non impediatur in aliquo, vel tardetur; Prædicẽtq; officiales ipſi vniuerſitatibus, & hominibus ipſarum ciuitatum,Terrarum,& locorum, & caſtrorum, ꝙ vnuſquiſque in apprecio bona omnia ſua integrè & ſine fraude ponat. Quoniam facto apprecio bona omnia eorundem inquiri facietis,& ſi alia quàm poſita in apprecio inuenitur habere,illa pro parte noſtræ Curiæ capi mandabimus,& faciemus. In cuius rei teſtimonium præſentes magno noſtro ſigillo munitas fieri iuſſimus.

Datum Neapo.per ſpectabilem,& magnificum virum Honoratum Gaietanum, Fundorum Comitem, &c. Die 19.Menſis Nouemb.1467.Regnorũ noſtrorũ an.10.

Rex Ferdinandus. Paſchaſius Garlon.

Dñs Rex mandauit mihi Antonello de Petrutijs.

N.A. de Montibus, Locumten. Magni Camerarij.

Delinquentes mittantur ad iudicem competentem, & quòd non receptentur, vel alantur.

FErdinandus, &c. Vniuerſis, &c. Licet ut uniuerſalis Italiæ pax tueatur,conſeruetur que,omni ſtudio laborandum ſit,ne quis calliditate, aut fraudibus eã violet & deturbet:ad diſpoſitionem tñ ſtatus tranquilli hæreditarij noſtri Siciliæ calumnijs noſtra præcipua ſollicitudo cõuenit obſtare, cui qñ pacis & iuſtitiæ cultũ per vniuerſas,& ſingulas eius partes præcipimus obſeruari: tãto honorem noſtri diadematis,quo ſumus Dei dono decorati, conſeruamus: noſtrum eſt.n.amplexando iuſtitiam,fouere pacẽ,& quæ paci cõtraria ſunt, reſecare: Nam a iuſtitia pax,a pace iuſtitia abeſſe non poteſt. Sanè cõplurium regni noſtri fidelium ad nos querela peruenit, ꝙ ſi quando cõtingat,quoſcunque iniquitatis filios, proditores,fures,homicidas,falſarios,raptores,aut alios cuiuſcunq; criminis, & delicti reos, in vnius Baronis, ciuitatis, Terræ, vel Caſtri,territorio,pertinentijs, & diſtrictu,ſeu in una Regni noſtri prouincia delinquere,ad alterius Baronis,ciuitatis,Terræ,uel Caſtri territorium,pertinentiã & diſtrictum,ſeu ad aliã eiuſdem noſtri Regni prouinciã fugientes proficiſcantur, & conuolent, ibiq; laxatis iuris & honeſtatis habenis, tanquã tuti & ſecuri extra territoria, & loca cõmiſſi criminis,recipiuntur aluntur que: & qui eos protegunt, & defendunt reperiuntur eoſdem ad forum cõmiſſi ſceleris ſub prætextu priuilegiorum primarum cauſarũ,& meri mixtiq; Imperij remittere recuſantes,ſeque illos,nec ratione originis, nec loci patrati delicti punire nõ poſſe excuſantes, facilẽ delinquendi cauſam præſtant,cùm impunitas delictorum incentiuum præbeat delinquendi: nõ conſiderantes ꝙ grauem regali noſtro faſtigio moleſtiam inferant: quoniã,vt iuſtum Principem decet,per vniuerſas Regni noſtri prouincias,ciuitates,locaque, Vicarios, Locatenentes, Vicereges, Gubernatores, Iuſtitiarios, Capitaneos, & officiales neceſſarios opportunos deputamus; quibus ius gladij, & maius Imperium demandauimus,ut curare habeant malis hominibus prouinciam purgare: nõ vnde ſint diſtinguentes, ut demum noſtram magnam Curiam Vicariç vniuerſalem omnium prouinciarum Regni iudicem competentem,uigilem & ſolicitum teneamus: qui malis hominibus his Regnum hoc totum carere, in eoſque inquirere poſſit, & debeat, prout quiſque deliquerit,in eum animaduertat,receptatoreſque eorum coerceat: ſine quibus latro, & criminis reus diutius latere non poteſt. Proinde nos huiuſmodi occaſionem amputare uolentes,occurrere potius eligentes in tempore, ꝙ poſt exitum uindicare, prædeceſſorum noſtrorum ueſtigiis inhærentes præſenti edicto perpetuo valituro ſancimus, ut ſub pœna ipſius rei criminis teneantur: necnon unciarum ducentarum ipſis receptatoribus infligenda,& noſtri Fiſci commodis applicanda prohibemus: quatenus ne quis de cætero Baro, ciuitas, uniuerſitas, Caſtrum etiam demaniale, aut alia perſona cuiuſuis dignitatis,gradus, præeminentiæ,ſtatus, & conditionis fuerit: quibuſcunq; gratijs, prærogatiuis,officijs, & priuilegiis quibuſuis clauſulis,& iuramentis firmatis, munita: etiam ſi de illis, hic habenda foret ratio ſpecialis,illorum tenores per omnia hic habẽdo pro expreſſis: quantum præſentibus contradicerent motu proprio, ex certa noſtra ſcientia, & dominica poteſtate ſpecificè derogando, aliquem cuiuſuis criminis & delicti commiſſi uel cõmittendi reum obnoxium,uel culpatum, aut alios quomodocunque, & qualitercunque mala committens in quacunque huius noſtri Regni parte, ad ſe quantumcunque

cunque ſeparatæ iuriſdictionis & fori, fugientem, aut ue nientem recipiant, victualia miniſtret, ſeu in ipſis ciuitatibus, Terris, Caſtris, & locis fugere, recipi, venire, victualia miniſtrari, vel manere faciat, ſinat & permittat: immo receptum, venientem, ſtantem, ingreſſum, vel morantem illico cum primùm ſciuerit, ſeu ſaltem ad requiſitorias literas officialis, vel domini loci & fori, vbi deliquerit, culpatusue fuerit ſeu originis, vel incolatus ſui iudicis cõpetentis, aut dictæ noſtræ Magnæ Curiæ Vicariæ, eiuſq; Regentis, & iudicum pro tẽpore exiſtẽtium capiat, & remittat ipſum iudici loci delicti originis, aut Magnæ Curiæ Vicariæ, vel alterius eorum requirentis cognitionem, examen, & debitam pro delicti patrati & mali cõmiſſi qualitate ſniam, pœnã, & mulctã ſubiturum. In quorum fidẽ, & ad perpetuam rei memoriã, præſentes fieri iuſſimus, & magno Maieſtatis noſtræ ſigillo communiri pendente.

Datum in Caſtello noſtro Ciuitatis Auerſæ, die ſecunda menſis Nouembris, 1468.

Rex Ferdinandus.

Ægid. Sebaſt. pro Paſchaſio Garlon.

Dñs Rex mandauit mihi Antonello de Petrutijs.

Quòd clerici coniugati contribuant in fiſcalib. functionibus.

FErdinandus, &c. Magnifico viro Garſię de Vera Commiſſario noſtro prouinciæ Terræ Laboris, & Comitatus Moliſij familiari, & fideli dilecto gratiam, & bonam voluntatem. Nuper ad Maieſtatem noſtrã plurium vniuerſitatum, prouinciarum prædictarum noſtrorum fidelium querela peruenit: quòd nonnulli in eis ſunt, qui ſe clericos aſſerunt, & cum uxoribus uixerunt, & viuunt: & contra collectarum & fiſcaliũ functiones, cum eis pro rata contingentes eis ſubire recuſant, ſuper quo Maieſtati noſtræ remedio ſuppliciter poſtulato, nos attendentes quod nec communi iure, nec regni huius conſtitutionibus & capitulis clerici coniugati quantũcunque unicam & virginem duxerint uxorem, & tonſuram & veſtes deferant clericales, ab huiuſmodi oneribus & ſolutionibus ſunt exempti, uolumus & tenore præſentium de certa noſtra ſcientia, & cum noſtri Conſilij matura deliberatione mandamus: quatenus dictarum prouinciarum ſingulos clericos coniugatos efficaciter rogetis, & compelli mandetis, & faciatis, quòd in collectis omnibus, & fiſcalibus functionibus, cæteriſq; oneribus, vniuerſitatibus ciuitatum, Terrarum, & locorum dictarum prouinciarum quomodolibet imminentibus contribuant: & teneantur pro rata unumquenque tangente, cùm ipſi coniugati clerici a laicis in nullo alio differant, niſi quòd pro commiſſis ab eis exceſſibus uel delictis trahi non poſſunt criminaliter aut ciuiliter in iudicium ſeculare, & ꝙ ſi quis in eos manus iniecerit violentas, excommunicationem incurrat: qui etiam non gaudent, niſi tonſuram, & veſtes deferant clericales. Has noſtras literas vobis propterea dirigentes, quas vt in ſingulorum notitiam deueniant, publicari more ſolito mandetis, & faciatis in ciuitatibus, & locis inſignibus dictarum prouinciarum, munitas magno Maieſtatis noſtræ ſigillo.

Datum in Caſtro noſtro ciuitatis Auerſæ, per magnificum V. I. D. Conſiliarium noſtrum dilectum Lucam Toczulum Romanum Locumten. Fundorum Comitis Logothetæ & Prothonotarij. Die 24. Maij. 1449.

Similes directæ fuerunt alijs Commiſſarijs.

Rex Ferdinandus. Paſchaſius Garlon.

Dñs Rex mandauit mihi Antonello de Petrutijs.

N.A. de Montibus, Locumten. Magni Camerarij.

Quod non exigatur aliquid per Dohanerios Neap. ab extrahentibus res emptas in apothecis dictæ ciuitatis.

FErdinandus, &c. Magnifico uiro & Egregio Dohanerio, & Credenzerijs maioris fundici, & Dohanæ ciuitatis Neapol. fidelibus noſtris dilectis gratiam & bonam voluntatem. Licet inter cætera iura noſtræ Curiæ competentia fuerit, & ſit ius Dohanæ antiquum quidem & vetus, quod eſt granorum 18. per unciam ſoluendum de mercibus, de quibus contrahitur, quod iuxta ritus Dohanæ ſolui debet toties, quoties de mercibus fit uẽditio, ſiue contractus alienationis alterius: Necnon in ciuitate Neapoli ſimiliter fuerit & ſit ius, quod appellatur boni Denarij, quod eſt gra. 10. per unciam noſtræ Curiæ ſoluẽdum de mercibus, quæ in ciuitate noſtra Neap. alienantur, quod ſimiliter iuxta capitula iuris eiuſdem ſolui debet toties, quoties de mercibus fieri contingat alienatio, ita ut ſi pluries eædẽ merces alienentur, pluries & toties, quoties alienantur huiuſmodi iura pro mercibus ipſis alienatis iuxta ritus & capitula ſolui debeant. Attamen conſuetudine prædeceſſorum noſtrorum temporibus tollere huiuſmodi ritus, & capitula executionem & obſeruantiam hactenus habuerunt, & habent de præſenti. In his tamen rebus & mercibus, quæ in ciuitate ipſa Neap. alienantur, & extra ciuitatem ipſam deferuntur, & non quidem de omnibus, ſed aliquibus ex huiuſmodi alienationis ſolutionis onere, quod illis dum extra ciuitatem ipſam deferendæ ſunt remanſit. Et pro quibus dum in apothecis dictæ ciuitatis eiuſmodi emuntur precijs, quibus cum venditoribus emptores conueniunt. Quia oportet exinde Dohanam adire, & huiuſmodi iura pro illis ſic emptis ſoluere: inde ſe plurimum retrahunt homines ab emendo huiuſmodi res, & merces in apothecis ciuitatis eiuſdem, & illas inde alibi emere curant, ut huiuſmodi oneribus non grauentur, nõ ſine damno ciuium ciuitatis prædictæ, apothecas rerum huiuſmodi in ipſa ciuitate tenentium, qui longe minoris huiuſmodi rerum, & mercium quantitatem uenderent, niſi emptores huiuſmodi oneribus pro illis non grauentur. Nos igitur attendentes quòd quanto magis erit frequentia hominum cõcurrentium ad huiuſmodi rerum & mercium emptionem in ipſa ciuitate Neapol. tanto maior erit concurrentia uenditorum & negotiãtium de rebus, & mercibus ipſis in ipſa ciuitate, & magis inde ciuitas ipſa liberis replebitur hominibus, indeque ciuitas hæc, quæ caput Regni huius noſtri Siciliæ magis efficietur populoſa, turbis diuerſorum hominum ſuas prouincias & ciuitates relinquentium in habitandum hanc noſtram inde concurrentium ciuitatem: inde nec iuribus noſtris parcere decreuimus, nec ius his rebus, & mercibus inde nobis competens exercere: ſed quod communiter omnibus prodeſt, & præſertim ciuitati noſtræ prædictæ hoc priuatæ noſtræ utilitati præferendum eſſe cenſemus, noſtrum eſſe proprium ſubiectorum commodum regaliter exiſtimantes. Quocirca vobis tenore præſentium de certa noſtra ſcientia, noſtroque motu proprio, cum noſtri Conſilij matura deliberatione dicimus, præcipimus, & mandamus, quatenus de cætero ad huiuſmodi iurium exactionem pro rebus, & mercibus prædictis, de quibus iura noſtræ Curiæ debita ſemel in maiori fundico, & Dohana ſoluta fuerint, ſi poſtea uendantur vel aliter alienentur in ciuitate ipſa, ſiue de ipſa ciuitate extrahantur, & extra ciuitatem ipſam, & eius territorium deferantur, non iura Dohanæ & boni Denarii ulterius minimè exigatis, aut exigi faciatis, vel permittatis, quinimo merces ipſas, atque

que res ſic emptas, vel aliàs habitas liberè de ciuitate ipſa extrahi, & deferri prouideatis, & faciatis, ſinatis, atque permutatis abſque vllo impedimento per vos aut per alios, & præſertim cuſtodes Dohanæ prædictæ extrahentibus ipſis, aut deferentibus propterea quomodolibet inferendo. Et vt præmiſſa in notitiam deueniant ſingulorum, & tanto maior inde fiat concurſus hominum ad emendum, & aliter habendum de rebus & mercibus ipſis in ciuitate prædicta, volumus & eorundem tenore præſentium mandamus, quatenus membranam præſentium forma in ſe continentem, in valuis maioris fundici, & Dohanæ prædictæ affigi faciatis, & affixa ibidem ſtare: vt inde quaſi ſuo ſonoro præconio omnibus patulo ſe publicet iudicio. In quorum teſtimonium præſentes fieri iuſſimus noſtro magno pendenti ſigillo munitas.

Datum in Caſtello Nouo Neapo. per Magnificum uirum V. I. D. Lucam Toczolonum Romanum, Locumten. Fundorum Comitis, die 14. Iulij, 1469. Regnorum noſtrorum anno vndecimo.

Rex Ferdinandus.
N. A. de Montib. Locumten. Mag. Camer.
Egidius Sebaſt. pro Paſchaſio Garlon.
Dominus Rex mandauit mihi Antonello de Petrutijs.

Quòd deferentes mercantias ſolutis granis ſex per vnciam extrahere poſſint dictas mercantias ad eorum libitum per mare tantum.

FErdinandus, &c. Pateat uniuerſis & ſingulis præſentis noſtri edicti ſeriem inſpecturis, tam præſentibus quàm futuris, quòd licet ab Illuſtriſſimis & Sereniſsimis Regibus, & Reginis huius Regni noſtri Siciliæ prædeceſſoribus noſtris ordinatum, & ipſorum temporibus, & noſtro obſeruatum fuerit, quòd mercatores ad hanc noſtram ciuitatem Neapolim confluentes pro mercantijs ad ipſam ciuitatem delatis, tenerentur ſoluere, & ſoluerent grana ſex per vnciam quamlibet valoris dictarum mercantiarũ, quod ius nuncupatur, *La gabella noua*. Quod debetur ex deportatione ſiue exoneratione dictarum mercantiarum, & mercium, & immiſſione ipſarum in dicta ciuitate, & gran 15. pro iure fundici, cum illas vendi aut a ciuitare prædicta extrahi contigiſſet. Tamen nos qui ipſarum mercium, & mercãtiarum copiam ipſius ciuitatis abundantiam, & mercatorum commodum, & liberam cupimus facultatem, de certa noſtra ſcientia, noſtriq; proprij motus inſtinctu decreuimus, & in præſentiarum tenore præſentium deliberamus, ſtatuimus, & ordinamus, quod liceat omnibus, & quibuſcunque mercatoribus, cuiuſuis nationis ad dictam noſtram ciuitatem Neapolis de cætero merces, & mercantias qualeſcunque, cuiuſcunque ſpeciei, generis, & ualoris undecunque per mare, & in quibuſuis vaſis maritimis deferentibus mercantias, & merces ipſas ſoluto tantum iure gabellæ Nouæ, quod eſt gran. 6. pro qualibet vncia, vel unius pro quolibet centenario, quod debetur, vt præfertur, pro exoneratione, & immiſſione dictarum mercium & mercantiarum in dictam ciuitatem Neapolis, merces ipſas ad omnem ipſorum mercatorum, & cuiuſlibet eorum diſpoſitionem, arbitrium, & voluntatem per mare tantùm extrahere, ſeu extrahi facere, extra dictum regnum deferre, ſi voluerint reportare, dicti iuris fundici & alterius cuiuſuis vectigalis, ſeu gabellæ ſolutione ſublata. Ita quidem quòd mercatores ipſi non poſſint, nec compelli debeant ad ſoluendum ius fundici, & alterius vectigalis, niſi pro illis tantùm mercibus & mercantijs, quas uendi, ſiue quouiſmodo cõtrahi contingit in dicta ciuitate Neapolis. Mandamus propterea earundem tenore præſentium dohanerio maioris fundici, & dohanæ dictæ ciuitatis noſtræ Neapolis præſentibus & futuris, eorumque Locatenentibus, cæteriſq; alijs officialibus dictæ dohanæ: quatenus a prædictis mercatoribus deferentibus per mare dictas mercantias, & merces volentibus illas a ciuitate prædicta quandocunque extrahere, & extra dictum regnum deferre, & reportare, uel aliquam ipſarum partem, nullum ius gabellæ fundici, ſiue alterius vectigalis, quàm dictæ gabellæ nouæ: quod eſt unius pro centenario, vel gra. 6. pro vncia exigant: quinimò dicto iure gabellæ nouæ tantum ſoluto; quod pro exoneratione, & immiſſione prædictis debetur mercatoribus: ipſos liberè & ſine impedimento extrahere, & quo voluerint extra regnum deferre permittant: Quibuſuis ritibus, & obſeruantijs, & ordinationibus in contrarium facientibus non obſtantibus, quouiſmodo: Et vt præſens noſtri edicti ordinatio, & reformatio omnibus innoteſcat, mandamus prædicto præſenti Dohanerio, eiuſq; locumtenenti, quatenus receptis præſentibus huiuſmodi noſtri edicti continentiam, & tenorem per dictam ciuitatem noſtram Neapolis in locis ſolitis, & conſuetis publicari, & banniri faciat, & ipſius edicti copiã in valuis ipſius Dohanæ, & Caſtri Noui affigi: adeò ꝙ omnibus huiuſmodi noſtra ordinatio, & reformatio innoteſcat, & contrarium non faciat: ſi gratiam noſtram charam habet, iramque, & indignationem, ac pœnam noſtro arbitrio reſeruatam cupit non ſubire. In cuius rei teſtimonium præſentes fieri iuſſimus magno Maieſtatis noſtræ ſigillo pendenti munitas.

Datum in Caſtello noſtro Neapolis per Magnificum virum Vtriuſque Iuris Doctorem, Lucam Toczulum Romanum Locumtenẽtem ſpectabilis & magnifici viri Honorati Gaietani Fundorum Comitis Logothetæ & Prothonotarij huius Regni Collateralis & Conſiliarij fidelis noſtri plurimum dilecti. Die 20. Iunij, 1469. Regnorum vero noſtrorum anno 11.

Rex Ferdinandus.
Paſchaſius Garlon.
N. A. de Montib. Locumten. Mag. Camer.
Dominus Rex mandauit mihi Antonello de Petrutijs.

PRAGMATICA CONTRA officiales, & etiam exigenda a magiſtris actorum.

FErdinandus, &c. Vniuerſis, & ſingulis, &c. Suſcepti a Deo regiminis nos cura ſolicitat, vt utilitatibus ſubiectorum nunc nouorum editione iurium, nunc antiquorum innouatione ſolicitè prouidere curemus: quia dũ eorum excutimus onera, dum ſcandala remouemus nos in eorum quiete quieſcimus: Cum igitur antiquis legibus, mandatiſq; principum cautum ſit, ꝙ ſi quando cõtingat prouinciarum iudices, & officiales eorum circuire prouinciam, vel de ciuitate ad ciuitatem venire, neque expenſis, neque alio diſpendio debeant grauare ſubiectos, ſed ex deputatis ſibi a Fiſco annuis, ſiue ſtipendijs expenſas facere, neque verò conſuetudines innouare aut quærere: quas fortè aliqui prædictorum iudicum in proprium lucrum iniuſtè adinuenerint. Mali enim admittantur, maleq; conſuetudines, neque ex longo tempore, neq; ex longa cõſuetudine comminuantur.

Indeque regni huius capitulis per retro Reges prædeceſſores noſtros ſtatutum fuit, quod Iuſtitiarij, iudices, & actorum notarij, camerarij, ſtipendiarij, & alij familiares, & officiales eorum, ab vniuerſitatibus Terrarum, nihil recipiant in pecunia, precijs, ſeu alijs quibuſcunque rebus, nec etiam eſculenta & poculenta, felicisque memoriæ Alphonſus Rex genitor noſter colendiſſimus in generali Parlamento Neapoli celebrato: ſubſtulit propterea & prorſus ceſſare ſtatuit prandia, & iura prandiorum, quæ Iuſtitiarij & officiales alij ſibi per vniuerſitates Terrarum præſtari faciebant, eiſdemque legibus, & mandatis Principum ſimiliter ſtatutum fuit, prouinciarum iudices eorumq; officiales de ciuitate ad ciuitatem venientes, minimè angarijs grauare ſubiectos; nam & prouinciales qui tributa præſtant, Imperialibus antiquitque legibus ad operas aliquas non tenentur: nec aliquod angarium uel perangarium officialibus præſtare uel exhibere: Similiterque prædeceſſorum noſtrorum Regum Regni huius capitulis mandatur Iuſtitiarijs, quòd pro ſuis vel aliquorum de familia ſua arneſijs deferendis vel equitaturis, eorum equitaturas non auferant, uel auferri patiantur, & ſi fortè aliquando equitatura aliqua ſit ſibi, vel eiſdem neceſſaria, eam conducant vel conduci faciant pro ſuis & ſuorum ſeruitijs ſoluto prius logherio conſueto. Necnon eiſdem capitulis prouiſum fuit, quòd Iuſtitiarij, vel alij pro parte ipſorum nihil recipiãt pro ſigillo cuiuſcunque literæ ſigillandæ per eos: & ſi quando literæ Regiæ ſibi diriguntur pro utilitate principum, ſiue de aſſecuratione vaſallorum executionibus ſententiarum, ſeu alijs quibuſcunque de cauſis: mandatum Regium celeriter exequantur, nec recipiant aliquid pro literis ſigillandis, & ſi contrafecerint reſtituant illico illi, a quo receperunt rem receptam cum damno, & quadruplum Curiæ, & propter hoc Iuſtitiarij & alij officiales cuſtodiant ſigilla ſua ſecum, ut propter hoc ſe excuſare non poſſint. Inſuper capitulis Regni prædicti ſtatutum fuit, quòd victores ſententias redimere non cogantur, nec aliquid nomine compoſitionis pro parte Curiæ, neque pro ſubſcriptionibus ſeu ſcripturis ſententiarum a Iuſtitiarijs, iudicibus, ſeu actorum notariis exigantur: cum iuſtitia uendi non debeat, & tales ſuis ſalarijs debent eſſe contenti. Nos hæc omnia & ſingula propterea innouantes, & omnem uetuſtatem in his officialium antea iam deperditã, ſiue diminutã reparantes, tenore præſentium de certa noſtra ſcientia, cum noſtri Concilij matura deliberatione ſtatuimus, mandamus, atque iubemus, præmiſſa omnia, & ſingula huiuſmodi legibus, mandatiſque Principum, Regnique capitulis, ut præmittitur, ſtatuta, decreta atque diſpoſita perpetuo, & inuiolabiliter, vbique in dicto noſtro Regno, eiuſq; prouincijs, ciuitatibus, Terris, & locis per noſtros Vicereges, Gubernatores, Iuſtitiarios, Capitaneos, Iudices, Auditores, Conſiliarios, actorumque notarios, Camerarios, ſiue magiſtros Cameræ, ſtipendiarios, & familiares eorundem noſtrorum officialium, officiales quoſcunque, quibuſuis officio, & iuriſdictione fungantur, & quacunque dominatione notentur, quarumuis prouinciarum, ſeu partium regni prædicti ciuitatum, Terrarum, locorum, cuiuſlibet ipſorum locumten. præſentes & ſucceſſiuè futuros, prout ad unumquenque ipſorum præmiſſa & ſingula præmiſſorum ſpectauerint quo quomodo ſub pœnis quidem a iure, Regniq; huius conſtitutionibus, & capitulis contentis, atque ſtatutis, quibus contra facientes irremiſſibiliter puniri decreuimus, & per quos decet uolumus atque mandamus, & eum quilibet, qui ſibi ſtipendia publicè decreta conſequitur, ſi amplius quærit tanquam calumniator, & concuſſor iuris ſententia condemnetur. Statuimus ſimiliter, mandamus, atque iubemus, quòd iudices, aſſeſſores, atque auditores, ſiue conſiliarij officialium prædictorum, ac etiam noſtrorum generalium locumtenen. vel apud eos deputati, ſiue deputandi, qui in literis, prouiſionibus, mandatis, decretationibus, inhibitorijs, executorijs, vel alijs quibuſcunque manus poſuerint, vel eas viderint ſiue ſignauerint, per manuum impoſitionem in eiſdem viſione, ſignatura, quacunque alia nihil recipiãt: ſed ſuis ſtipendiis contenti neminem concutiant, neque calumniam faciant, alioquin qui contrafecerit tanquam calumniator & concuſſor condemnari per quos decet puniri volumus, atque decernimus. Item cum notarii, vt plurimum in exigendo ſalarium metas rationis excedunt, volumus, & de certa noſtra ſcientia ſtatuimus, & mandamus, quòd in ſalariis actorum notariorum in Curiis officialium prædictorum, & cuiuſlibet earum ſeruari debeat atque ſeruetur: quod in Magna Curia Regni huius extitit hactenus obſeruatum, cum ipſius obſeruantias aliis Regni huius Curiæ debeant obſeruare, & proinde nihil in pecuniis, ſeu aliis rebus magiſtri actorum Curiarum prædictarum per ſe, uel per alios recipere audeant, vel recipi ſinant, aut permittant, quomodocunque pro actis ſcribendis, & faciendis ipſis Curiis, excepto pro copia ſcripturarum, rubricis, fideiuſſionibus, literis, caſſaturis, ac præſentationibus literarum & inſtrumentorum, & tunc ſi & prout iura uolunt & permittunt, & extitit in dicta Magna Curia laudabiliter obſeruatum. In qua Curia obſeruatum extitit & obſeruatur pro infraſcriptis ut ſequitur, videlicet.

¶Quòd de accuſatione contumaciæ ſoluatur gra. vnũ.

¶ Item quòd ubi aliquis citatus ciuiliter vel criminaliter bannitus fuerit, ſeu condemnatus, & deinde ſe præſentet Curia ſedente pro tribunali, vel poſt eleuatam Curiam, nihil recipiatur pro huiuſmodi repræſentatione.

¶ Item quòd pro præſentatione inſtrumenti & prima citatione, quæ fit, vt quis veniat reſponſurus ſuper tenore ipſius inſtrumenti, iuxta ritum ipſius Curiæ, ſoluantur grana decem; & ſi poſtea feratur interlocutoria contra huiuſmodi citatum in termino non comparentem, ſoluantur alia grana decem. ¶ Item pro copiis proceſſuum & aliarum ſcripturarum recipiendarum ex actis Curiæ ſoluatur Taren. vnus, pro ſingulis chartis octo iuxta literas Reginæ Ioannæ II. quælibet facies ipſarum chartarum contineat virgulos 25. & quilibet virgul. 10. contineat partes. ¶ Item pro præſentatione inſtrumentorum, priuilegiorum, & quarumcunque cautelarum, quæ producuntur in cauſis, quæ in Magna Curia agitantur, etiam ſi mille eſſent, ſoluatur Carlenus unus: ſed ſi duo inſtrumenta, priuilegia, & cautelæ præſententur, duntaxat nihil ſoluitur pro præſentatione ipſorum.

¶ Item pro præſentatione inſtrumenti procurationis, ſeu ſyndicatus, nihil ſoluatur. ¶ Item pro fideiuſſione qualibet ſoluatur Carlenus unus. ¶ Item pro compoſitionibus nihil ſoluatur. Verum ſi compoſitus vult literas abſolutorias ratione compoſitionis, pro literis ipſis ſoluatur Carlenus vnus, & aliquando plus pro magnitudine criminis, de quo facta eſt compoſitio, ſed raro & vix aliquando aſcendat ſolutio ad Tarenos duos, etiam ſi de homicidio fieret compoſitio. ¶ Item pro caſſatura qualibet banni, vel denunciationis, aut alterius, de quo fiat caſſatio ab actis, ſoluitur Carlenus unus, nec vniuerſitas ſoluit pluſquàm unus priuatus.

¶ Item

¶ Item pro rubricis in cauſis ordinarijs grana 10. & in extraordinarijs a ſex uncijs infra, gra. 5. ¶ Item pro obligationibus, quæ fiunt penes acta ad plus ſoluãtur gra. 5. ¶ Item pro interpoſitione decreti ſuper tutoribus dandis pupillis, ſeu decernenda tutela communiter ſoluantur gra. 10. Verum pro magnitudine tutelæ aliquando ſoluantur Carleni duo, quandoque tres, aliquando quatuor ad plus. ¶ Si quis igitur amplius, ſiue plus quàm ſuperius continetur pro præmiſſis, vel aliquo præmiſſorum extorſerit, vel receperit aliquid, aut extorqueri, vel pro ſe recipi fecerit, ſiue permiſerit iuxta huius Regni capitula, ad quadrupli pœnam teneatur, nec minus, extraordinaria pœna noſtrorum puniri poſſit arbitrium, relegando, vel in exilium mittendo, vel alio modo plectendo: Et ut præſens ordinatio, ſanctioque pragmatica ad unguem obſeruetur, & omnibus innoteſcat, illam publicari uolumus in unaquaque prouincia, ciuitate, Terra, ſiue loco conſueto huius noſtri Regni, per omnes Officiales noſtros, ad quos, ſeu ad quem ſpectat, ſeu ſpectabit. Ea propter omnibus officialibus noſtris, Iuſticiarijs, commiſſarijs, & alijs ad quos ſpectabit, dicimus, præcipimus, committimus, & mandamus, quatenus in omnibus locis conſuetis præſentem pragmaticam ſanctionem, & edictum obſeruare debeant, & faciant, ſub pœna ducatorum decem millium, & incurſione noſtræ iræ, & indignationis. In cuius rei teſtimonium præſentes fieri iuſſimus: Magno Maieſtatis noſtræ ſigillo pendenti munitas.

Datum in Caſtello Nouo Neapolis per ſpectabilem, & Magnificum virum Honoratum Gaietanum de Aragonia Fundorum Comitem, die 25. Maij, 1469. Regnorum noſtrorum anno 12.

Rex Ferdinandus.
Paſchaſius Garlon.
N. A. de Montib. Locumten. Mag. Camer.
Dominus Rex mandauit mihi Antonello de Petrutijs.

Quibus immunitatibus debent gaudere clerici, & in quibus tenentur.

FErdinandus Dei gratia, &c. Illuſtriſſimo Don Henrico de Aragonia, filio, & Locumtenenti generali noſtro dilecto in Ducatu Calabriæ ſalutem, & paternam benedictionem. Felicis memoriæ Carolus Illuſtriſſimi Regis Siciliæ, & Hieruſalem, primogenitus Princeps Salernitanus, ac eius in Regno Siciliæ Vicarius generalis, Prælatis Eccleſiarum, Comitibus, Baronibus, uniuerſis officialibus, & hominibus a Faro citra ipſius Regis fidelibus, & deuotis ſuis, ſuas direxit literas nouas ſui nominis, ſanctiones, atque leges in ſe continentes, quibus inter cætera de immunitatibus Eccleſiarum, & Eccleſiaſticarum perſonarum nonnulla voluit, & inuiolabiliter obſeruari mandauit: in quibus inter alia continetur capitulum tenoris ſequẽtis. Item ſtatuimus, quòd clerici qui clericaliter viuunt, non teneantur communicare cum alijs in collectis, & exactionibus alijs quibuſcunque, nec bonis Eccleſiaſticis, nec patrimonialibus de portionibus eos legitimè tangentibus, pro quibus quidem legibus ſequutæ fuerint exinde Apoſtolicæ literæ felicis recordationis Honorij Papæ in ſerie ſubſequenti.

HOnorius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei, ad perpetuam rei memoriam. Dilectus filius nobilis Carolus claræ memoriæ Caroli Regis Siciliæ primogenitus, tunc Princeps Salernitanus, & eiuſdem Regis in Regno Siciliæ Vicarius generalis, tanquam vir Catholicus de genere ortus Chriſtianiſſimo, deuotã ad Deum, & ipſius eccleſias mentem gerens, eiuſdem generis veſtigia imitatus, pro bono ſtatu eccleſiarum Regni prædicti, & ad conſeruationem iurium earundem, inter cætera licet ſub alio forſitan verborum ſchemate, dicitur ſtatuiſſe, & mandaſſe inuiolabiliter obſeruari. Quod decimæ quę debebantur eccleſijs & perſonis eccleſiaſticis Regni prædicti, Catholicorum Regum Siciliæ temporibus recipi ab eccleſijs ipſis conſueuerunt ſine difficultatis obſtaculo, amoto diſpendio perſoluantur ſimiliter quæ debentur in pecunia in feſto Pentecoſtes, & alia quæ debentur in frumento, & alijs uictualibus uino, oleo, ſeu fructibus alijs, his temporibus, quibus percipiuntur, & ſi aliqua ſint quæ certis diebus perſolui conſueuerunt, die debita perſoluantur. Et ne de hoc eccleſiæ uel perſonæ eccleſiaſticæ neceſſe habeãt ſingulis annis a Curia literas impetrare, ſtatuit, quod ſub pœna dupli pro decimis, & aliis iuribus, quæ perſonis, vel eccleſiis debentur, quibus ſecundum ordinationem præmiſſam ſolutum non fuit: magiſtri procuratores, ac magiſtri ſalis, Baiuli, & alii officiales, qui eis debent perſoluere, tam præſentes quàm futuri, teneantur integraliter ſoluere, ſecundum quod ſuperius dictum eſt, nullo tamen mandato expectato. Item quòd Comites, & Barones, & cæteri, qui tenentur ad decimas, & iura alia eccleſiis, vel perſonis Eccleſiaſticis pro bonis, quæ tenent, ea teneantur ſoluere ſuis temporibus, quibus hactenus extitit conſuetum, adiciens quòd ad hoc authoritate ſui ſtatuti ſuper hoc edicti ad requiſitionem perſonarum, quibus debentur per iuſtitiarios prouinciæ compellantur, quod ſoluantur ab aliis quibuſcunque, per quos bona pupillorum terras, & feuda tenentium procurantur. ſiue Baliatus Curiæ teneant, ſiue alii ſint commiſſi ſiue terra, uel feuda aliquorum occaſione delicti, vel quacunque alia cauſa per Curiam teneantur. Item quod clerici,* niſi pro bonis feudalib. prout continentur ex conuentionibus inter dictum Regem, & Romanam Eccleſiam habitis, ad iudicia ſecularia non trahantur. Item quòd eccleſiæ * in toto Regno prædicto gaudeant priuilegio eis per cõmunia iura indulto, ſed illi, qui ad eas confugiunt abinde non extrahantur inuiti, niſi in caſibus a iure permiſſis. Itẽ quod qui in domo religioſorũ prælatorum,* & aliarum eccleſiaſticarũ perſonarum recepti fuerint, ibi criminalia iudicia exercere aliquatenus non præſumant, nec lectos vel res eorum contra voluntatem ipſorum accipiãt: & ſi ſecus factum fuerit poſt reſtitutionem & emendationem damni, ſi Comes fuerit, uel Baro, qui contra faceret, teneatur ad pœnam duodecim unciarum: ſi ſimplex miles, ad ſex: ſi burgenſis, ad tres. Item quòd Comites, Barones, officiales * & aliæ quæcunque perſonæ laicales non intromittant ſe de electionibus Prælatorum, vel collationibus præbendarum, ſeu quorumlibet eccleſiaſticorum beneficiorum directè vel indirectè, nec de aliis ad ſpiritualia pertinentibus, niſi quantum ratione iuris patronatus aliquibus cõpetit, uel ex priuilegio eſt conceſſum: nec propter prælatos capitula eccleſiarum, ſeu con-

* ADDITIO. Clerici. *Vid. Guid. Pap. deciſ. 139.* De Bottis.

* ADDITIO. Eccleſiæ. *Concordat c. regni. Item ſtatuimus quòd eccleſiæ. ubi vide Scrib. fol.* 113.

* ADDITIO. Prælatorum. *Concordat c. regni. Item ſtatuimus quòd domus prælatorũ. ubi vide Scrib. fol.* 113.

* ADDITIO. Officiales. *Concordat cap. regni, item ſtatuimus quòd officiales, ubi vide Scrib. fol.* 114. De Bottis.

uentus piorum locorum : ipſorum conſanguinei, uel vaſalli quomodolibet moleſtentur. Item quòd clerici,* qui clericaliter viuunt in collectis, & exactionibus alijs quibuſcunque, nec pro bonis eccleſiaſticis, nec pro patrimonialibus, de portionibus eis legitimè contingentibus cum alijs teneantur. Item quòd res & poſſeſſiones,* quę non ſunt in aliquo Curiæ, uel alijs obligatæ, donari poſſint eccleſijs, & legari. Sed ſi ea obligatione tenentur, propter quam datio, & legatio, uel donatio de iure impediri non poſſit : hoc caſu res & poſſeſſiones huiuſmodi prædictis titulis cum onere ſuo ad eccleſias transferant. Item quòd vaſalli* eccleſiarum, qui ea, quæ habent ab eccleſijs, ſunt eiſdem eccleſiis ad ſeruitia propria obligati, officia per Curiam, Comites, Barones, vel alios, ſine ipſorum pręlatorum licentia nullatenus committantur. Item quòd priuilegia* & iura conceſſa eccleſijs, & perſonis eccleſiaſticis a Catholicis & antiquis Regibus Siciliæ, in quorum poſſeſſione exiſtunt, ſeruentur illæſa : de illis verò, in quorum poſſeſſione non ſunt, fiat eis ſine difficultate iuſtitia in Curia competenti. Item quòd Officiales,* & Commiſſarij Curiæ, poſſeſſiones, & res, quæ ab eccleſijs poſſidentur, non auferant, nec in ipſis eaſdem eccleſias contra iuſtitiam moleſtare aliquo modo præſumant. Item quod officiales ſeu ſeculares perſonæ ſe nullatenus intromittant ad cognoſcendum de aliquo crimine eccleſiaſtico : nec impediant prælatos, aut ipſorum officiales, quin de huiuſmodi crimine libere coguoſcant, & puniant, ut eſt iuris. Item quod Iuſtitiarij,* vel alij officiales vaſallos eccleſiarum coram ſe vel ad ipſorum iudicium in ciuilibus trahere non præſumant. Item quod prælati eccleſiarum, eccleſiaſticæ perſonæ, aut Officiales ipſorum uaſallos debitores ſuos poſſint, prout competit, eos compellere ad ſatisfaciendum ſibi de debitis & iuribus eorundem, contradictione aliqua legitimè non obſtante. Item licet idem Princeps* ſtatuerit aliqua de vaſallis eccleſiarum eis ad perſonalia ſeruitia obligatis : ſi forſan a Terris, in quibus morari debent aufugerent, per prælatos & perſoſonas eccleſiaſticas reuocandis. Nos autem dicimus diſtinguendum, vt ſi ratione perſonæ ad huiuſmodi ſeruitia teneãtur, poſſint ſi receſſerint legitimè reuocari : ſi verò tenentur rerum tantummodo ratione, & recedere voluerint, res ipſas eccleſijs & perſonis eiſdem omnino dimittere compellantur. Item ꝙ Iudæis, qui ſunt eccleſiarum vaſalli, nulla committantur officia : nec eis aliæ oppreſſiones, vel grauamina inferantur. Nos itaque cum fratribus noſtris deliberatione habita, præmiſſa in fauorem eccleſiarum Dei, & miniſtrorum eius attendentes inducta, de ipſorum fratrum conſilio, & aſſenſu, ac plenitudine poteſtatis, ea firmiter perpetuo robur ſtatuimus obtinere : ipſaq; pręcipimus perpetuis temporibus inuiolabiliter obſeruari. Decernimus ergo ꝙ nulli omnino hominum liceat hanc paginam noſtræ conſtitutionis, atque decreti infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit, indignationem omnipotentis Dei, ac beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum eius nouerit incurſurum.

• Additio. Clerici. *Vide c. regni, itē ſtatuimus quòd clerici, & ibi Scriben. fol.* 114. De Bottis.

• Additio. Poſſeſſiones. *Vide cap. regni, item ſtatuimus quòd poſſeſſiones, & ibi Scrib. fol.* 115.

• Additio. Vaſalli. *Vide c. regni, item ſtatuimus quòd vaſalli, & ibi ſcrib. fol.* 115. *& Capic. in deciſio.* 118. De Bottis.

• Additio. Priuilegia. *Vide cap. regni, item ſtatuimus quod priuilegia. fol.* 115.

• Additio. Officiales. *Vide cap. regni, item ſtatuimus quòd officiales, fol.* 116.

• Additio. Iuſtitiarij. *Vide cap. regni, item ſtatuimus quòd iuſtitiarij, fol.* 117.

• Additio. Princeps. *Vide omnino Scriben. in cap. regni, ſtatuimus, quod ſi vaſallis. fol.* 117. De Bottis.

Cum igitur plurium fidelium noſtrorũ ducatus prędicti ad nos querela deuenerit, quod quamplurimi fuerunt & ſunt in ducatu pręd:cto, qui ſe clericos aſſerant, nec clericaliter viuunt, ſed potius negotiationib. & quæſtibus ſecularibus, q̄ diuinis vacauerũt & vacant officijs, quidã ex eis nec habitum nec tõſuram clericalem detulerũt, aut deferũt: Et quidam & huiuſmodi habitũ & tonſuram clericalem detulerunt aut deferunt, negotijs cõmunib. ſecularibus præſertim officijs inhoneſtis, ſiue prohibitis, minime ſe abſtinuerunt, quorum quidam etiam vilibus ſe immiſcuerunt, nihil de clerico prætendẽtes, niſi forte ſolum habitum & tonſuram, ſordida ac vilia exercentes, quæ etiam in profanis dedecent, quorum quidam etiam publicè ſuas operas locauerũt & locant ad arandum, ſodiendum, & ſimilia ſordida faciẽdum : quidam uero & ſi clericaliter uiuere uiſi fuerint ac uideantur, tamen non contenti huiuſmodi ſibi conceſſa immunitate pro bonis eccleſiaſticis, & patrimonialibus, de portionibus eis legitimè contingentibus, ut dictis in hoc regno capitulis diſponitur, ſed etiam pro bonis alijs eis aliunde quæſitis, non pro eccleſijs, ſed pro ipſis in grauamen fidelium noſtrorum, cum quibus pro illis cum alijs noſtris fidelibus in huiuſmodi oneribus non contribuant. Nos igitur attendentes quod Chriſtus tributa Cæſari monet reddi, quia propter bella neceſſaria militi ſtipendia præbeãtur: quadam enim prudentia ſtipendia militibus conſtituta ſunt, ne dum ſumptus quæritur, prædo graſſetur: & quod niſi noſtris in his fidelibus iuſtis prouideatur remedijs ad tributa nobis præſtanda, ſiue fiſcales functiones nobis debitas inſufficientes reddunt, præſertim dum ſub prætextu clericalis muneris, quod quidẽ minimè impleuerint, ab his ſe muneribus conantur ſubtrahere : quorum fraudibus merito cenſemus obuiandum, ne quis ſub ſpecie muneris, quod minimè exequitur, alterius muneris oneribus releuetur: Vobis tenore præſentium de certa noſtra ſcientia cum noſtri Concilij matura deliberatione dicimus, & mandamus, quatenus, receptis præſentibus, ſingulos Prælatos ducatus prædicti moneri, requiri, & exhortari mandetis, & faciatis, quod ſuarum ciuitatum, & diœceſum clericos nominatim ſemel, bis, & tertio moneant, quod clericaliter uiuentes habitum & tonſuram clericales deferant, diuinis officijs ut tenẽtur intendant, & a negotiationibus, quæ clericis ſunt prohibitæ, & alijs quæ clericis non decent ſe abſtineant : nec ad ea redeant ſiue alia reaſſumant. De quibus quidem monitionibus ſic inde per eos factis, uos ſuis literis inde reddant certiores. ut qui contrafecerint, & qui hactenus minimè clericaliter uixerunt, quo minus cum aliis non contribuant in fiſcalibus functionibus pro eorũ bonis quibuſcunque, minimè defendant, quinimò eoſdem cogant ad contributionem huiuſmodi cum aliis noſtris fidelibus pro bonis eiſdem, necnon alios clericos quoſcunque, qui etiam clericaliter uixerint, ad contribuendum cum aliis in eiſdem fiſcalibus functionibus nobis debitis, & debendis pro bonis aliis, quàm Eccleſiaſticis, & patrimonialibus de portionibus eis legitimè contingentibus efficaciter compellantur, vt inde noſtrorum fidelium omnis ceſſet iuſta querela : ſcituri ꝙ niſi in his celeriter, & debite prouideatur, cum hæc contra quietem publicã tendere uideantur, nos oppor-

opportunis debitis pro releuatione, & quiete noſtrorum fidelium prouidere curabimus. De quibus quidem inde ſequutis monitionibus, requiſitionibus, & exhortationibus, nos veſtris literis informare curetis, & quicquid per ſingulos eorum inde factum fuerit Maieſtati noſtræ inde fideliter referre, ut inde per nos, prout expedire videbitur, valeat debitè prouideri. In quorum teſtimonium, &c.

Datum in Caſtello Nouo Neapo. per Spectabilem & magnificum virum Honoratum Gaietanum. Die 25. Maij, 1469.

Rex Ferdinandus.
Paſchaſius Garlon.
N.A. de Montib. Locumten. Mag. Camer.
Dominus Rex mandauit mihi Antonello de Petrutijs.

Quod officiales poſſint procedere contra delinquentes, etiam parte offenſa deſiſtente, aut minimè deferente.

• Additio. Ferdinandus, &c. Vniuerſis, &c. Nonnullis, &c. *Vide in conſtit. accuſatorum cum conſtitutio. ſequen. quæ incip. accuſatorum. & ibi Afflic.* De Bottis.

Ferdinandus, &c. Vniuerſis, &c. Nonnullis * vniuerſitatibus ſupplicantibus quandoque conceſſimus, quòd in earum ciuitatibus, Terris, & locis in occurrentibus caſibus ſiue cauſis, contra ſpeciales perſonas officio Curiæ procedendi non poſſet de criminibus, & delictis, quæ prætendebentur fore commiſſa, ſed duntaxat ad inſtantiam partis offenſæ, ac etiam quod cauſa ad inſtantiam partis inchoata, quando ipſa deſiſtente, vel remittente accuſationi, denunciationi, vel querelæ, vlterius per Curiam contra delatos procedi non poſſet. Quod dum communi vtilitate credebatur indultum, ſiue conceſſum, ſicut experientia docuit, tendere dignoſcebatur ad noxiam, dum ſæpe contingit, quòd parte minimè deferente, aut quandoque deſiſtente, aut renunciante, ſæpe minis terroris incuſſione deterius inde ſibi contingat, deſiſtere cogitur, & quandoque corrupta precio ad deſiſtendum, & renunciandum inducitur, impeditaque inde iuſtitia creſcunt maleficia, crimina, & delicta, quia impunitas criminis incentiuum præbet delinquendi. Cum igitur interſit reipubl. ne maleficia remaneant impunita, quia non tantum vtilitas priuatorum, qui offenduntur, verum etiam vigor publicæ diſciplinæ poſtulat maleficia puniri, congruitque bono & graui præſidi curare, vt pacata atque quieta prouincia ſit, quam regit, quod non difficilimè obtinebit, ſi ſollicitè agat, vt malis hominibus prouincia careat, eoſque conquirat. Propterea uolentes his debitè prouidere, tenore præſentium de certa noſtra ſcientia, noſtrique Conſilij matura deliberatione præcedente, huiuſmodi concuſſiones, priuilegia, & literas inde ſequutas, ſub quibuſuis tenoribus, ſiue formis, & quibuſuis confœderationibus hactenus emanatis, quatenus a iure Regni huius conſtitutionibus, & capitulis in his deuiant, & exorbitant reuocamus, & annullamus. Volentes, & decernentes, quod illis non obſtantibus in his iura communia, & Regni conſtitutiones, & capitula illibatè ſeruentur. Mandantes propterea Magnifico Regni huius magiſtro Iuſtitiario eiuſque Locumtenenti, & Regenti Curiæ Vicariæ, & iudicibus eiuſdem, noſtriſque Vicemgerentibus, Iuſtitiarijs quarumuis Prouinciarum Regni huius, & Capitaneis quarumuis ciuitatum, locorum, & terrarum dicti Regni: cæteriſque officialibus quauis de nominatione notentur, & quibuſuis officio, & iuriſdictione fungantur, ad quos ſpectauerit quoquomodo, quatenus præſentium forma per eos diligenter attenta, illam in occurrentibus caſibus atque caſus efficaciter obſeruent, & mandent, & faciant ab alijs efficaciter obſeruari, in his iura utique communia, conſtitutiones, & capitula huiuſmodi præſertim pro Regni ſtatus informatione compoſita ſine tranſgreſſione ſeruantes, prædictis conceſſionibus, priuilegijs, & literis, quas ut præ dicitur, reuocamus, non obſtantibus quoquomodo. Nec contrarium faciant pro quanto gratiam noſtram charam habent, iramque & indignationem ac pœnam vnciarum auri mille cupiunt euitare. In cuius rei teſtimonium, &c.

Datum Neapo. per Magnificum uirum Lucam Toczulum, &c. Die 9. Octob. 1452.

Rex Ferdinandus.
Paſchaſius Garlon.
Dominus Rex mandauit mihi Antonello de Petrutijs.

PRAGMATICA SVPER *fiſcalibus iuribus de cætero exigendis.*

Rex Siciliæ, &c. Commiſſario, licet per molte guerre nel preſente Regno ſeguite, dopoi la morte della felice memoria della Sereniſſima Regina Gioanna ſeconda, eſſendo per la felice memoria del Rè Alfonſo noſtro colendiſſimo padre redutto, & poſto il regno in pace, congregati i Baroni, & vniuerſitate di detto Regno, a generale Parlamento in Napoli celebrato foſſe concordato per tutto lo Regno, & inde impoſto, che alla Regia Corte per tutte, & ſingule uniuerſitati di detto Regno ſi doueſſe pagare un ducato per ciaſcun fuoco di eſſe vniuerſitati in certi termini a tali pagamenti ſtatuti, ſub certe pene impoſte: non pagandoſi in li termini ſtatuti, multiplicando in eſſe pene ſecondo la mora & la ceſſatione, che dopò li termini ſuccedeſſe, & che in ciaſcun termino s'haueſſero li fuochi a renumerare, & per lo numero, che ſi trouaſſe pagare il detto ducato per fuoco. Attamen ſuccedendo dopoi non pagarſe per molte uniuerſitati tale impoſitione nelli termini ſtatuti, & exinde incurſi in le pene, & quali per la mora, & ceſſatione poi li termini iuſta li capitoli del detto Parlamento, multiplicati in gran ſomma da non poterſi ſenza incommodità di eſſe vniuerſità pagarſi, & anche in le renumerationi fatti nel primo triennio dopo le dette impoſitioni ſucceſſe in de molte difficultate, fuor per tutto lo Regno exinde con la ditta felice memoria di noſtro Padre concordato, & redutto alla ſomma del pagamento del detto ducato per fuoco a ducento trenta milla ducati per anno da pagarſe in li termini in lo detto Parlamento ſtatuto, & per quelle quantità, che in detti termini, & infra dieci dì, dopò ſeguenti ſe non pagaſſe, incorreſſe alla pena dello doppio per le uniuerſitati, che ceſſaſſero in tale pagamento. & che lo Maziero, che ſe mãdaſſe per la exattione della ſorte, & per la pena haueſſe un ducato per dì, da quelle uniuerſitati, che non haueſſero pagato in detti termini. Et anche exinde fu ſimiliter concordato, & ſtatuito, che per la Regia Corte ſe diſtribuiſſe vn tumolo di ſale l'anno per ciaſcun fuoco, ilquale ſe pagaſſe ad ragione di Carlini cinque all'hora correnti, & Grana doi, ch'erano Carlini di Re Roberto della lega & peſo delli Incoronati, che'l preſente correno, & ſeruano, exinde exigere il detto ducato per fuoco dalle vniuerſitati, che in li termini

ſtatuti non pagauano etiam cum la pena dello duplo & con lo ducato per dì per lo tempo, che'l Maziero haueſſe uacato in tal exattione dopò li detti termini iuſta lo tenore di detti capitoli di cio fermati. Nientedimeno ſuccedendo noi per diuina clemēza in lo detto Regno hauuto compaſſione a noſtri Regnicoli, declinando dallo rigore, & condeſcendendo alla equità, hauemo di detta ſomma de ducento trenta milla ducati conuenti, & promeſſi per lo detto Regno alla felice memoria de noſtro padre, per ſe & ſuoi ſucceſſori percipere multo meno, & lo pagamento de quello aſpettarſi molto piu, che li termini ſtatuti tanto per li focolari, quanto per lo ſale, & quello tempo molta expettatione dopo li termini exigere ſenza pagamento di pena, & anche per lo ducato per dì per lo Maziero. Verum eſſendo per queſto ſucceſſo di non poterſi delli pagamenti inde a noi debiti ſupplire al le neceſſitati a noſtra corte occurrenti in li tempi, in liqual'è ſtato neceſſario prouidere per conſeruare'l noſtro Regno in ſtato pacifico & quieto, & euitare guerre, & altri inconuenienti, che haueſſero poſſuto ſeguire non prouedendo in tempo, ne è ſtato neceſſario ſupplire per altre uie, & modi cum grande intereſſo di noſtra corte, alquale uolendo ſatisfare, è ſtato a noi neceſſario imponere alcuni carichi extraordinarij in ipſo Regno, & per tale cauſa in lo proſſimo paſſato meſe di Febraro mandamo diſtribuirſi mezzo tumolo di ſale per fuoco, & pagarſi a noſtra corte per lo pretio conſueto. Verum occorrendo a noi nouiter modo aliàs ordinato, & ſeruato in tempo de antiqui Re del preſente Regno noſtro predeceſſori, loquale ſeruandoſi per l'auenire, cerca la recollettione, & pagamento di dette pecunie a noſtra corte, ut ſopra debiti, una cum l'altre prouiſioni, aliàs per noſtra Maeſta fatte per tali recollettioni, & pagamento, eſtimamo tal pagamenti poterſi ragioneuolmente douerſe fare in ſuoi termini, onde per la ceſſatione de quelli non habbiano incorrere intereſſi come per lo paſſato hauemo incorſi, doue neceſſità ne habbia conſtringere ad imponere carichi extraordinarij ad noſtri popoli, lo che deſideramo ſommamente non ſucceda, contenti dell'ordinario ad noſtra Curia debito, non obſtante lo intereſſo già per lo paſſato per noſtra Corte incorſo per tali pagamenti in ſuoi tempi non fatti. Haueuo deliberato, & uolemo l'impoſitione del detto mezzo tumolo di ſale gia impoſto in lo detto meſe di Febraro debbia omninò ceſſare & hauere ſolo li pagamenti ordinarij a noſtra Curia debiti, liquali poi s'habbiano di quà innanti in ſuoi termini vnà cum li reſidui pro preſenti ad noi debiti, & proinde ſeruarſe le coſe infra ſcritte, accioche ogni altro carico extraordinario de cætero habbia da ceſſare come è noſtra ferma intentione, & propoſito, che ceſſare debbia exiſtimando noi quieſcere, & proſperare in la quiete, & proſperità de noſtri ſubditi & fideli. Et per tanto receptis præſentibus fate de continente denunciare alle uniuerſitati delle terre, & lochi delle prouincie ad uoi decreti, che noi per le cauſe predette remettemo alloro la detta impoſitione dello detto mezzo tumolo di ſale, ut ſupra impoſto, & a quelle uniuerſitati, che in tutto, o in parte, haueranno pagate la detta impoſitione, lo pagamento per eſſe fatto li ſia ſcomputato in li reſidui, in liquali foſſero tenuti per altri pagamenti a noſtra Corte debiti, & quale che per tale reſiduo non foſſero tenuti, li ſia ſcomputato in li pagamenti dello terzo della nona indittione a noſtra Curia debito in le feſte di Paſca proſſima futura, & quelle vniuerſitati, che haueranno lo ſale riceuuto, li ſia ſcomputato, & accettato in quello, che doueriano pigliare in lo Settembre da uenire, & allhora l'habbiano da pagare.

Et accioche li pagamenti ordinarij ſi facciano a noſtra Corte in ſuoi tempi, & ſignāter lo detto terzo ad noi de proſſimo debito, mandareti di continenti ad tutti & ſinguli officiali, & ſindici dell'vniuerſitati, delle Terre, & lochi tanto demaniali, quanto de prelati, & Baroni, & etiam alli utili ſignori d'eſſe Terre, & luochi di eſſe prouincie ad uoi decrete, ſi come etiam noi per tenore delle præſenti mandamo di continenti fatta ad loro intimatione delle preſenti noſtre lettere curano, & facciano congregare gli huomini d'eſſe uniuerſitati, & per quelle eleggere taxatori, & collettori dello pagamento ordinario a noſtra Corte debito in la feſta di Paſca proſſimè futura: liquali ad minus ſiano tre, de quali uno ſia di quelli di piu facultate, & uno delli mediocre, uno altro di quelli di minori facultate, liquali incontinenti debbiano diſtribuire la ſomma, che per voi ad eſſa uniuerſità iuſta lo cedulario a uoi dato, ſe li manderà pagare per il detto terzo dì di Paſca, iuſta le facultate di ciaſcuno di quelli, che in eſſo pagamento hauerà da contribuire, De liquali ut ſupra eletti per eſſi officiali, & ſindici ſi pigli corporale giuramento, che in eſſa taſſatione, & diſtributione a nullo debbiano differire per preghiere, pretio, amore, gratia, o timore, affinitate alcuna, ouero parentela, ne anche per odio alcuno aggrauano, ma ſolamente a Dio ſecondo il propoſito di noſtra mente hauendo riſpetto, coſi ſupra ciò l'equalità ſe ſerui, che li poueri iuſta lo ſolito, nullo modo ſiando oppreſſi: alliquali Taſſatori & Collettori, liquali hanno la detta ſomma taſſare, & diſtribuire ut ſupra, & exinde raccogliere, dicano, che in eſſa diſtributione & recollettione della pecunia iuſta la detta diſtributione, coſi ſi monſtrino ſtudioſi omni æqualitate ſeruata, che tutta, & integra la quantitate, che per uoi ſi manderà di preſente pagare per lo detto terzo in ciaſcuno luogo, & terra taſſata per eſſi collettori per tutto'l meſe d'Aprile proximè futuro, ſi poſſa raccogliere & hauere, & s'habbia & aſſigni a uoi per parte di noſtra Corte, & coſi in l'altri pagamenti ordinarij da farſi ſucceſſiuè. ſimiliter ſi proueda & s'habbia da ſeruare, & fare, che nullo reſiduo per occaſione di pouertate, o de abſentia d'alcuno in fine del detto termine proponino, potere hauere: & che quello, che mancherà all'integrà ſomma del pagamento predetto in fine del predetto termine del proprio d'eſſi Taſſatori & Collettori a noſtra corte ſi ſupplirà. Et come noi aliàs per noſtre patente lettere foſſe proueduto, che concorrente lo pagamento a noſtra Maeſtà debito con altro pagamento debito al Barone, o utile Signore della Terra & luoco, finche lo noſtro foſſe integramente pagato, ſe ſopraſedeſſe in altro pagamento, loquale interim ceſſaſſe, & anche che li Baroni, & Vfficiali, tanto di Terra demaniale, quanto de' Baroni prouedeſſero & curaſſero, che noſtri parenti foſſero pagati in ſuoi termini, altramente quello, che reſtaſſe, ſi exigeſſe da loro unà con le ſpeſe, & ſalarij, che per tale exattioni correſſe douerſi pagare, Volemo & tenore præſentium vi commandiamo, che a Baroni, & Vfficiali di dette prouincie commandare, che dette noſtre ordinationi & prouiſioni ſupra ciò fatte debbiano efficaciter & ad unguem ſeruare, & a quelle in nullo contrauenire, ſotto le pene in quelle contente, lequali incorrendo volemo li ſiano per voi da loro rigidamente exatte, & debbiano eſſi & ciaſcuno di loro dare tale fauore a detti exattori, & collettori, che detti pagamenti ſiano integramente con effetto pagati, alio-

ri, alioquin quello, che reſterà per li termini pagarſi da loro exigere, & per quello paſſati detti termini volemo vediate quello, che per detti Collettori ſarà ſtato raccolto, & da chi, & quello, che reſta pagarſi, & per quali, & tanto quello che è ſtato raccolto, quanto quello, che reſtarà, exigerete da detti Colettori ouero Vfficiali, o Baroni, non eſſendoli datto il detto fauore da eſſi Vfficiali, o Baroni cerca la detta recollettione, & quelli dalliquali exigerete tali reſidui con le ſpeſe della executione inde facienda, gli habbiano da exigere & recuperare cum danni & intereſſe, & ſpeſe che perciò haueranno incorſi, da quelli, che ſaranno ſtati in mora, & haranno ceſſato di pagare in li termini ſtatuti, & in quello non haueranno da contribuire quelli, che infra lo termino haueranno pagata la rata ad eſſi contingente, ſi come per lo paſſato è ſtato fatto, & ciò ogn'uno ſia prompto ad pagare ſua rata in ſuo tempo. Et per meghiore executione di quello, che in la preſente ſi contiene, & che s'intendi la contributione da farſi da ciaſcuno in tali pagamenti, & la ceſſatione del pagare in ſuoi termini quando ſuccederà ſeguendo le ordinationi de' detti Re noſtri prædeceſſori, volemo, che mandi ſimiliter receptis præſentibus a detti Baroni, & Vfficiali ſyndici, & vniuerſitati detti Terre & luochi de dette prouincie, che de continenti prouedano, cureno, & facciano ſia fatta l'elettione di detti Taſſatori & Collettori, vt ſupra, & exinde eſſi Taſſatori & Collettori ſubito debbiano fare la diſtributione della ſumma ad ciaſcuna d'eſſe vniuerſitati contingente, & che per uoi li ſarà mandata pagare per lo detto terzo de proximo ſoluendo per ciaſcuno d'eſſe vniuerſitati, iuſta ſue facultati, ut ſupra, dellequali diſtributioni in ſingule Terre, & luochi d'eſſe prouincie facciano fare cinque quinterni conſcribendi per ſcribam, qual'eſſi Taſſatori eleggeranno, & conduceranno: delliquali vno ne debbia aſſignare a voi: loquale ritenerete appreſſo di voi per ſapere in fine dello termine quelli, che haueranno pagato loro rata, & quelli che reſteranno pagarla, & prouedere exinde ſecondo ui parerà expediente, & vn'altro debbia remanere ad eſſi Collettori, & lo terzo ſi aſſigne a uno, ilquale ſia eletto per eſſa vniuerſità, ilquale gratis per ipſum ſi dimoſtri a ciaſcuno, che uorrà ſapere la quantità, in laquale ſarà taſſato: & c'hauerà da pagare in lo detto pagamento: lo quarto ſia remeſſo a uoi, loquale remittiate alla noſtra Camera della Summaria, & lo quinto ſimiliter, loquale remittiate al magnifico M. Paſchale generali receptore delle pecunie di noſtra corte. Et acciò ſi poſſa ſapere la rata a ciaſcuno di detto pagamento continente: & in fine dello termino quelli, che haueranno loro rata pagata, & quelli, che non, & inde prouederſi ſecondo piu expediente parerà. Et coſi mandarete, che per li Baroni & per li Vfficiali, & ſyndici preſenti & ſucceſſiuè futuri d'uniuerſitate: ſi debbia de cætero oſſeruare, & le predette coſe eſequire in gli ordinarij futuri pagamenti di noſtra Corte: Liquali quaterni da peruenire in uoſtre mani, ut ſupra mandarete ſotto la pena a uoi ben uiſte, che infra quindeci dì, depoi l'intimatione della præſente ui ſiano remeſſi, liquali hauuti da quelli ne' mandati alla detta noſtra Camera, & al detto meſſer Paſchale quelli, che ut ſupra ſaranno da mandare. Et acciò ciaſcun'intenda quali debbiano eſſere detti quaterni, con la præſente ui ne mandamo forma, & copia delli quaterni, che ut ſupra antiquamente ſi faceuano & mandauano alla Regia Corte, la copia delli quali gratis farete pigliare dalle dette uniuerſitati, & quelle, che loro voranno, accioche iuxta la detta forma ſiano fatti detti quaterni da aſſignarſi & mandarſi, ut ſupra, & nullo per ignorantia ſi poſſa excuſare di non farli in la forma ſopradetta. Et queſto etiam uolemo ſi obſerui, accio che le pecunie per tale cauſa s'imponeno, in altra cauſa non ſe conuertino, & che ſe ueda in eſſi ciaſcuno contribuire per la rata ad eſſi contingente per quello, che hauerà ceſſato pagare la ſua, come per lo paſſato ſuccede: ma ciaſcuno porta lo ſuo carico, & non d'altri. Inſuper come molti reſidui delli pagamenti in præteritum impoſti ſiano debiti ad noſtra corte per diuerſe uniuerſitati di Terre, & luochi di dette prouincie, uolemo, & per la preſente ſimiliter ui mandamo, che ſimiliter mandati a detti Baroni, ſyndici & uniuerſitate, che di continente di ciaſcuno pagamento delloquale reſidui reſtano pagarſi, facciano fare quinterni, in liquali ſimiliter ſia notata la quantità di eſſi pagamenti a ciaſcuna di eſſe vniuerſitate contingenti. Et quello, che per ciaſcuno è ſtato pagato, & quello, che reſta pagarſi, delliquali tre ne ſiano mandati a uoi, & uno ne ſia dato a Collettori: liquali di continente ſe debbiano deputare alla recollettione di eſſi reſidui exigendi da quelli, che deuerranno pagare le exactioni, alliquali ſia dato tal fauore per eſſi Baroni, & officiali, che in fide del proſſimo meſe d'Aprile futuro ſiano integramenti pagati a noſtra Corte: altramente li exigerete da loro, ut ſupra, ſtatim paſſato il detto meſe, & delli detti quinterni vno ne mandarete alla detta Camera, & vn'altro a M. Paſchale per ſapere, chi deue detti reſidui, & farſi inde debita prouiſione.

Item è informata noſtra Maeſtà, che molti adminiſtratori, che ſon ſtati delle uniuerſitati, & hanno percepute le pecunie d'impoſitione de fiſcali, ad quelli impoſte non le hanno a quelle conuertite: ma di quelle ſi hanno ritenuti & reteneno. & d'eſſe non gli hanno dato debita ragione, nè curano dargli, & per la detta cauſa ſono reſtati, & reſtano di molti reſidui a noſtra Corte debiti non ſolamente in danno & intereſſe di noſtra Corte, ma etiam d'eſſe vniuerſitati, che per tal cauſa hanno patito di molte ſpeſe, danni, & intereſſi per non hauerne pagato in li termini ſtatuiti. Per tanto uolendo prouedere all'intereſſi di noſtra Corte, & releuare noſtri popoli di tante oppreſsioni, grauezze indebite, & quòd vnuſquiſque reddat rationem uillicationis ſuæ: volemo per la preſente, ſimiliterve comandiamo, che comandati alli detti Vfficiali, ſyndici, & utili Signori di Terre & luochi predetti, che in la congregatione, che, vt ſuprà, ſi farà di dette vniuerſitati curino, & facciano eleggere alcuni idonei & ſufficienti, alliquali detti adminiſtratori donano ragione di loro adminiſtratione præſentando quinterno ciaſcuno di quello, che hauerà adminiſtrato, & deuuto percipere, in liquali ſia introito integro di quello, che haueranno per certo, & lo exito di quello, che realmente haranno pagato: loquale exito habbiano da verificare, & exinde per eſſi deputati ſiano a ragione terminati, & exinde eſſeguiate quello, che per loro ſerà terminato: & inde in mano uoſtra ſia remeſſa copia di eſſe ragioni & terminatione: laquale receputo, ne manderete di continente alla noſtra Camera della Summaria, accioche ſi uedano per eſſa Camera, & prouederſi ſecondo parerà eſſere expediente: & le dette ragioni ſiano date & uiſte determinate per tutto lo meſe d'Aprile proſſime futuro: & deinde a voi remeſſe, ut ſuprà. Vſate adunque ogni diligentia neceſſaria, & opportuna, che alle coſe predette

dette

dette ſia data pronta, & debita executione, ſi che noſtri ordinarij pagamenti s'habbiano in ſuoi termini: vnde per la ceſſatione di quelli in li termini debiti non ſucceda, o non incorra intereſſe, per ſatisfare, alloquale ſia neceſſario per l'aduenire imponere piu a noſtri popoli carichi extraordinarij, lo che ſeria contra lo propoſito di noſtra mente: come hauendo noſtri ordinarij pagamenti in ſuoi tempi de quelli ſiamo contenti, & non intendamo vltra de quelli grauare noſtri popoli.

Datum in Caſtello noſtro Nouo ciuitatis Neapolis, die 22. Martij, 1470.

Rex Ferdinandus.
Paſchaſius Garlon.
A. Secretarius.

Quòd iudices quicunque a litigantibus trigeſimas, ſiue ſportulas non exigant, & non exigantur iura paſſuum exituræ.

FErdinandus, &c. Vniuerſis & ſingulis fidelium noſtrorum commodis libenter intendimus, & eorum onerá quatenus præſentium temporum conditio patitur remouemus, & quidem ut eis a iudicibus ubique per noſtrum hoc Siciliæ regnum ad iura reddendum, ſiue merita cauſarum, vel earum articulos nobis, vel alijs referendum deputatis gratis iuſtitia miniſtretur, quibus de ſuis ſtipendijs, quibus debeant eſſe contenti, prouidere intendimus: tenore præſentium de certa noſtra ſcientia, noſtroque motu proprio ſtatuimus, & ordinamus: quatenus de cætero iudices omnes ubique per dictum hoc regnum propterea deputati, in quibuſcunque iudicijs, tribunalibus & foro quocunque etiam in noſtro conſilio, noſtraque camera Summariæ a perceptione, exactione, ſiue receptione Trigeſimarum, ſalariorum, ſiue ſportularum quarumcunque pro cognitione, relatione, ſeu deciſione cauſarum quarumcunque, & cuiuſuis articuli, tam in principalibus quàm appellationum, ſiue ſupplicationum cauſis recurſus, ſiue querelæ, & alterius cuiuſuis querelæ, & alterius cuiuſuis naturæ cauſarum prorſus & omnino de cætero ſe abſtineant, abſtinereque debeant: nihil de cætero perinde recipiant, quoniam ab huius exactione, atque ſolutione præmiſſorum prædictos noſtros fideles, & alios quoſcunque coram prædictis litigantes, cauſas quomodolibet habentes earundem tenore præſentium liberos facimus, & immunes reddimus, & perpetuo eſſe volumus, conſuetudine contraria non obſtante quacunque. Volentes & decernentes expreſsè præmiſſa locum habere, tam in cauſis pendentibus quàm futuris: quibus, ut præmittitur, gratis iuſtitia miniſtrari volumus, atque mandamus. Excipimus tamen a prædictis Curias Baiulorum, in quibus Regni conſtitutiones de Curijs ipſis expreſsè in his diſponentes iuxta ipſorum tenorem præmiſſis non obſtantibus obſeruentur. Inſuper cum pro exactione iuris Exituræ hactenus ſtatuti, quod ab antiquis temporibus exactum fuit, & exigebatur in paſſibus circa Regni confinia conſtitutis, ac in locis pro huiuſmodi iuris exactione, ſiue ſolutione deputatis pro rebus, quarum exactio, ſiue ſolutio iuris huiuſmodi fuit hactenus, ac erat de dicto Regno prohibita, quæ pro rebus ipſis, & alijs, quarum omnino abſque Regiæ Guriæ licentia prohibeatur extractio, exacta diligentia cuſtodiebatur plurimorū tam Regnicolæ, quàm exteri uexati fuerunt, & vexabantur, tàm pro rebus ipſis in eiſdem paſſibus perquirendis, pro quibus tranſeuntes ſæpe ſpoliari cogebantur, per nonnullos, & uſque ad interulas perquirebantur; quàm etiam ex eo, quòd nō prohibita quandoque a tranſeuntibus in paſſibus ipſis auferebantur: ac etiam quandoque extrahi prohibita auferebantur his, qui ignorabat morem regionis, & paſſuum ſtatuta, & paſſus ipſos, extrahenda deferebant, qui & ſi quandoque ad Curiam Regiam recurſum habentes ablata huiuſmodi recuperarent, non ſine ipſorum vexatione, ſumptibus, & intereſſe, dum eas recuperari contingebat, ipſa procedebat recuperatio, multaq; etiam quibus Regnum ipſum abundabat, extracta fuiſſent, quæ pro iure prædicto & uexationibus quæ in obtinendis literis, ſiue apodiſſis extractionis eorum per extrahentes incurrebant, minimè hactenus propterea extracta fuerunt, non abſque damno & intereſſe fidelium noſtrorum Regni prædicti. Nos propterea huiuſmodi uexationibus, oneribus, damnis, & incommodis, tam noſtrorum fidelium, quàm etiam exterorum finem temporibus prædictis imponere uolentes: Tenore præſentium de certa noſtra ſcientia, noſtroque motu proprio pro libertate hominum regni prædicti, fidelium noſtrorum dilectorum, & etiam exterorum in dicto noſtro Regno Siciliæ, & ad commercium ampliandum in Regno prædicto pro ipſius Regni decore, ac fidelium noſtrorum commodo: conſtitutiones omnes, capitula, & ſtatuta, tam noſtrorum prædeceſſorum, quàm noſtri ſuper huiuſmodi prohibitione, & exactione iuris prædicti hactenus editas caſſamus, irritamus, & annullamus: volentes & decernentes expreſsè, & licentiam omnibus & ſingulis concedentes, quòd de regno prædicto per paſſus prædictos quoſcunque, & quemlibet eorum, etiam ſi ius Exituræ pro rebus inde extrahendis alijs quibuſuis, aut cuiuſuis conditionis, dignitatis, & gradus exiſterent, quos hic pro nominatis & expreſſis haberi uolumus atque decernimus, competerent, in quibus etiam certis ex cauſis mentem noſtram mouentibus, quas hic pro ſufficienter expreſſis ſimiliter haberi volumus hæc procedere, & locum ſibi uendicare decernimus, liberè, & abſque ſolutione iuris hactenus pro huiuſmodi exactione ſtatuti extrahere poſſint, & valeant quæuis uictualia, legumina, arma, mulos, equos cuiuſuis ſtaturæ, boues, vaccas, porcos, oues, caſtratos, arietes, iumenta, ſeu quæque alia animalia, & res alias ad graſſiam pertinentes, vtpote carnes ſalatas, caſeum, recotam, oleum, & huiuſmodi pinguia, piſces, & quęuis alia animalia, quorum etiam hactenus prohibita erat extractio, vtpote aurum, argentum laboratum, ſiue non laboratum, ſiue in virgis, aut plactis, ſiue in pecunijs, & monetis quibuſlibet cuiuſuis generis, ſpeciei, ſiue cunei: ita ut de cętero & in perpetuum huiuſmodi extractio liberè, licitè, & impunè procedat: Volentes & iubentes expreſsè, ut ſi quicquam pro huiuſmodi extractione induxerit exigendum, aut exigi proinde fecerit, ſiue permiſerit, ipſo facto pœnas incurrat, quas noua & illicita uectigalia imponentes, ſiue exigentes, de iure incurrunt. Mandantes propterea ſpectabilibus & magnificis huius Regni magno Camerario, eiuſque locumtenenti, & præſidentibus Cameræ noſtræ Summariæ, collateralibus, conſiliarijs fidelibus noſtris dilectis, quatenus tenore præſentium, quas pro libertate & releuatione hominum Regni prædicti ab illatis hactenus ſibi propterea grauaminibus fieri iuſſimus, prout expedire uiderint, publicari mandent, & faciant, & prouideant quòd præmiſſa efficaciter obſeruentur: & ſi qui fuerint præmiſſorum in aliquo tranſgreſſores, in eos, prout expedire uiderint, procedant, & puniendos exinde puniant, taliter quòd eis cedat ad pœnam, & alij a tranſgreſſione

huiuſmodi

huiuſmodi eorum coerceantur exemplo. In cuius rei teſtimonium, &c.

Datum in Terra noſtra Fogiæ per magnificum uirum Lucam Toczulum,&c. Die 20. Ianuarij, 1471. Regnorum noſtrorum Anno 14.

Rex Ferdinandus.

Paſchaſius Garlon.

Dominus Rex mandauit mihi Antonello de Petrutijs.

N. A. de Montib. Locumten. Mag. Camer.

Contra vſurarios.

* ADDITIO. Ferdinandus, &c. Magnifico viro Berardo, &c. *An poſſit procedi ad torturã contra vſurarios, vide Soc.in conſ.219.vol....*

FErdinandus, &c. Magnifico viro Berardo * Striuerio de Squillatio V. I. D. Conſiliario, noſtroque aduocato fiſcali, plurimum dilecto, gratiam & bonam uoluntatem. Cum ſatis ſuperque ſatis in huiuſmodi noſtri regni pacationem inuigilauerimus, maximiſque & corporis, & animi defatigati laboribus, Deo authore ipſum quieti & paci ſtabiliuerimus: curæ noſtræ maieſtatis fuit cunctis rebus maximè iuſtitiæ cultui modum imponere, & non minori diligentia crebrioribusque vigilijs inſudare diſpoſuimus, vt ne quod belli calamitas aliquando introduxerat, liberioribus laxa frænis illud in tantis laboribus condonata quies & pax multis adinuentis, & quæſitis abutatur coloribus, ſed tantum increuiſſe malorum infrænatam cupiditatem, peruerſitatem, atque malitiam cognouimus, vt nec tantis impoſitis curis, adhibitiſque remedijs metam benè uiuendi impoſuiſſe dignoſcamur. Continuò namque aures noſtræ non ſine grandi animi moleſtia varijs adimplentur clamoribus & aliquos quidem a primoribus regni cæteriſque officialibus uexari quàm grauiter, alios graui fœnore & vſurarum pondere premi: multas plebes & vniuerſitates ab earum concitibus & primatibus qui vniuerſitatum iura adminiſtrare ſe aſſerunt, opprimi & diſrobari: & pecuniæ quæ publicis utilitatibus inſeruire deberent priuatis commodis applicari: furta & etiam quàmplurima adulteria, homicidia, virginum uiolationes, ſtratarum effractiones, falſificationes monetarum, adulterationes, & alia his ſimilia, & maiora patrari paſſim intelleximus: quæ & mentem & animum noſtrum taliter fatigarunt, vt ad ea caſtiganda, comprimenda, puniendaque ſalubre remedium adhiberi compellamur. Confiſi igitur de prudentia, & integritate, ſufficientia, fide, & legalitate tuis, quas ab experto facto, & opere comprobauimus, committimus, & mandamus vobis, quatenus receptis præſentibus uos perſonaliter conferatis ad omnes, & ſingulas huius noſtri regni prouincias, & præcipuè in prouincijs Idronti, & Baſilicatæ, ac Terræ Bari, & alias ſingulas ciuitates, caſtra, Terras, & loca, tam noſtri demanij, quam procerum, & Baronum huius regni, & cum inibi fueritis, oppreſſos ab eorum grauaminibus releuare curetis, & oppreſſoribus normam imponere ſtudeatis: malefactores omnes reprobos, & facinoroſos homines diligenti ſtudio perquiratis, & contra eos proceſſus ſummariè, ſimpliciter & de plano formetis: ſola facti veritate inſpecta, & quos culpabiles inueneritis, puniatis, caſtigetis, & pœnis legitimis, vel alijs melius vobis bene viſis compeſcatis, & mulctetis; necnon & contra vſurarios, qui directè, vel per indirectum, vel quibuſuis quæſitis coloribus fœnus, aut vſuras commiſerint, ſiue, vt aiunt, ad accimentum dederint, uel quocunque alio vocabulo, aut cautela vſi fuerint, procedatis ad ſimplicem denuntiationem, vel querelam quorumcunque, vel pro inquiſitione, aut ſimplici officio, vt melius vobis videbitur expedire: non obſtantibus legibus regni, conſtitutionibus, ritibus, & capitulis quibuſcunque, quibus per præſentem ex certa ſcientia, conſultò, & deliberatè derogamus: Volumus etiam quòd in ſingulis locis, ciuitatibus, Terris, & caſtris: ad quos, vel quas uos contuleritis, ſyndicos, magiſtros iuratos, Conſules, Maſſarios, Camerarios, cæteroſque alios, quouis vocabulo nominentur, qui pecunias vniuerſitatum exegerint, vel alio quouiſmodo adminiſtrauerint, vel ad eorum manus peruenerint compellatis, & omnibus iuris remedijs aſtringatis ad ponendum de adminiſtratis lucidum computum rationis, & calculum: & ad reſtituendum vniuerſitatibus prædictis omne, & totum id, quod vſurpatum & indebitè acceptum inueneritis: necnon & vſurpatores tales debitis pœnis mulctetis & puniatis; & cautelas tales adhibere, modumque imponere curabitis, quod de cætero talia nec ipſi, nec alij audere præſumant, poſſitiſque delinquentes omnes de loco ad locum trahere, & conuocare, prout aptius & commodius vobis uiſum fuerit. Volentes etiam & decernentes, quòd ſi quos proceſſus contra prænominatos, cæteroſque malefactores apud quoſcunque officiales maiores, vel minores cæptos inueneritis, in his terminis, in quibus ſunt, ad uos aduocare poſſitis, ipſoſque finire, decidere, & terminare, ac debito fini trahere, & ſuper his Iuſtitiam miniſtrare, prout melius de iure vobis congruere uidebitur. Concedentes vobis in præmiſsis, & quolibet præmiſſorum cum dependentibus & emergentibus & connexis ex eis plenam authoritatem, baliam, & poteſtatem inquirendi, condemnandi, proceſſandi, puniendi, liberandi, & abſoluendi, necnon componendi, pœnas commutandi, aſſecurandi omnes, & quoſcunque malefactores, & criminoſos de quibuſcunque criminibus, exceſſibus, & delictis cuiuſcunque generis & ſpeciei: etiam ſi crimen maieſtatis noſtræ læſæ in primo capite attingunt ad pœnam mortis, & mutilationis membrorum incluſiuè: & hoc tam ad ſimplices querelas, quàm ad denunciationem, & ex mero officio: & omnibus modis & formis melius uobis uiſis: non obſtantibus quibuſuis regni conſtitutionibus, ritibus, capitulis, pragmaticis, cæteriſque ordinationibus quomodolibet factis in contrarium facientibus. Quibus ex certa ſcientia, deliberatè, & conſulto derogamus: dantes uobis in præmiſsis & circa præmiſſa cum eorum dependentibus, emergentibus, & connexis ex eis, omnes uices, & uoces noſtras, ratum, gratum, firmum, & acceptum habentes quicquid per uos ſuperinde factum, ordinatum, deciſum, & executum fuerit: quibuſcunque priuilegijs, capitulis, gratijs, & reſcriptis per noſtram Maieſtatem quibuſuis uniuerſitatibus Comitibus, & Baronibus & particularibus perſonis, etiam illis de quibus oportet fieri de uerbo ad uerbum mentio ſpecialis: quæ uolumus hic haberi pro ſufficienter expreſsis, & particulariter annotatis: quos & quæ in quantum præſentibus obſtarent tenore præſentium de certa noſtra ſcientia, & dominica poteſtate, legibus non ſubmiſſa caſſamus, irritamus, annullamus, non obſtantibus quoquomodo, Mandantes propterea vniuerſis, & ſingulis noſtris officialibus maioribus & minoribus, quouis officio & iuriſdictione fungentibus, ac uniuerſitatibus quarumcunque ciuitatum, caſtrorum, Terrarum, & locorum huius Regni noſtri, qui, uel quæ

per

per nos fuerint requiſiti, quatenus ad omnem ueſtram ſimplicem requiſitionem literas, vel nuncium, nobis aſſiſtere debeant omni opere, ope, auxilijs, conſilijs, & fauoribus opportunis, nec contrarium faciant pro quanto gratiam noſtram charam habent: iramque & indignationem ac pœnam ducatorum decem mille, a quolibet contrafaciente exigendam, cupiunt euitare. In cuius rei teſtimonium pręſentes fieri iuſſimus magno Maieſtatis noſtræ ſigillo pendenti munitas.

Datum in Caſtello Nouo Neapo. per magnificum uirum Lucam Toczulum Romanum, V. I. D. Locumten. Fundorum Comitis Logothetæ Prothonot. &c. Die 13. Septembris, 1472. Regnorum noſtrorum anno 15.

Rex Ferdinandus.
E. S. pro Paſchaſio Garlon.
N. A. de Montib. Locumten. Mag. Camer.
Dominus Rex mandauit mihi Antonello de Petrutijs.

Quòd omnes conſtitutiones ad releuationem ſubditorum latę obſeruentur. Quod nemo compellatur ad Curiæ ſeruitia ſine competenti ſalario, quod hic ſtatuitur. Et quòd quilibet cum animalibus vti poſſit paſcuis, nemoribus, & aquis Regni, ijs exceptis, quæ ad ſolatia, & Aratias Regis ſunt deſtinata. Pro nouis ædificijs nemo quicquam ſoluere cogatur, niſi pro reparandis veteribus, ſuæ cuiuſque ciuitatis ædificijs. Quod nullus ſpolietur poſſeſſione rei etiam ad Curiam pertinentis, niſi iudicio ordinario conuictus. Quod quilibet res & victualia cuilibet vendere & emere libere poſſit. Quod nouæ defenſæ ab vtilibus Dominis non imponantur, aliàs ſint nullæ. Quod conſtitutiones de moderatis Adiutorijs a prælatis, Comitibus, & Baronibus, exigendis inuiolabiliter obſeruentur. Quod quilibet poſſit itinerantes hoſpitari, & Camponariam in proprijs domibus exercere, non obſtantibus vtilium dominorum contrarijs ordinationibus.

FErdinandus &c. Ad perpetuã rei memoriam * vt poſt bellorum ſtrepitus obtenta uictoria noſtri fideles in cultu iuſtitiæ debito viuant, & ſecuræ quietis & pacis tranquillitate lætentur, & ab illatis ex longęua guerrarum turbatione, & oppreſſionibus grauioribus liberentur: quę tẽpore ſuccedente iam in pernicioſum proceſſerunt abuſum, prout in pręſentiarũ occurrit, in noſtri cognitione nouiter ſunt deducta: Tenore præſentium de certa noſtra ſcientia ſtatuimus, atque iubemus, vbique in noſtro Siciliæ regno conſtitutiones, & capitula Regni eiuſdẽ prædeceſſorum noſtrorum Siciliæ Regum ad releuandum ipſorum fidelium onera, & eorum ſtatum pacificum ſalubriter conſeruandũ ab hominibus efficaciter obſeruari: quacunque in contrariũ hactenus forte dicta conſuetudine non obſtante. Item cum ex ipſa longæua guerrarum turbatione * inuenerimus hactenus introductum, quòd pro Curiæ ſeruitijs fideles ipſi ad proprios ſumptus mittebantur: ſeu ipſorum animalia ſine competenti ſalario: animalia etiam ab eiſdem exigebãtur & ſeruitia: huiuſmodi abuſum radicitus extirpare volẽtes, volumus, & tenore præſentium ſtatuimus, atque iubemus, quod nullus Officialis, aut familiaris eius, vel alius quauis authoritate fidelem aliquẽ ad proprios ſumptus, ſeu fidelium animalia ſine competenti ſalario mittere de aliquibuſuis aliquod: vel antiqua obtenta conſuetudo permitteret. Salarium autem competens eiſe volumus, atque decernimus: cum aliquem ex noſtris fidelibus pro ſeruitijs Curiæ contigerit, denariorum quatuor pro quolibet miliario itineris per eum faciẽdi, & denariorum ſex grani unius, ſi cum animali proprio fortè mittantur, & grana quinque ſi cum curru, & bobus proprijs mitti contingat: in cæteris vero ſeruitijs id quod in loco ubi ſeruitium fuerit iniunctum communiter ſolui contigerit. Hoc autem ſalarium per officialem qui ſeruitium iniunxerit; ſiue eum qui iniungi fecerit, & procurauerit pro Curię ſeruitijs ſolui uolumus, de cætero inde ad nos querela non perueniat, nec pro his fideles noſtri vlterius aliquando grauẽtur. Verùm ſi fortè is qui ſeruitium iniunxerit, aut iniungi fecerit ſiue procurauerit, tunc de pecunia noſtræ Curiæ, quam præ manibus non habeat de ſeruitio ipſo proinde iniuncto non ſatisfecerit, certificationẽ gratis faciat, qua ei qui ſeruitium inde præſtiterit ſatisfieri ad ſolã ipſius oſtenſionem debita facultate ceſſante, uolumus, & præſentium tenore mandamus per Theſaurarium, commiſſarium ſiue perceptorem noſtrarum fiſcalium pecuniarũ in prouincia, qua ſeruitium fuerit iniũctum: Vel id quod proinde ſoluendũ fuerit excomputari in ſumma noſtræ Curię debita per vniuerſitatem, cuius fuerit, qui ſeruitium præſtiterit, inde ſibi realiter exſoluendum: Caueantque noſtri Officiales, quicunque, ne in his ſecus agant, ſi iram & indignationem noſtram ultra pœnam Regni conſtitutionibus, & capitulis in his ſtatutam, & aliam grauiorem noſtro arbitrio reſeruatam ſubire non cupiant. Hoc tamen tenore pręſentium uolumus * & expreſſius declaramus, quòd fideles noſtri quibus noſtræ Curiæ ſeruitia fuerint iuncta, quæ ſtatum, & conditionem eorum deceant, mandatis noſtrorum officialium, & a nobis pote-

• ADDITIO. Ferdinandus, &c. ad perpetuã rei memoriam, &c. *An ſalariũ hoc debeatur pro redditu ita quòd computentur etiã miliaria & redditus. vide l. ſi cui §. 1. ff. ex quib. cauſ. maio. Felin. in c. quàm ſit. col. 2. de Iuda. l. quòd niſi. de oper. lib. Guid. Pap. deciſ. 217. In hoc dubio, dum uerteretur inter uniuerſitatẽ Terræ Oliueti cum magnifico Barone in anno 68. de menſe April. per ſacrum Conſi. iunctis aulis, referente Illuſtr. V. I. D. D. Ioan. Andrea de Curte, tunc regio Conſiliario, fuit deciſum in fauorem Baronis, quòd pro acceſſu tantum debeat ſalarium, niſi in redditu deſeruiret Baroni cum animalibus oneratis, Actuarius Ioan. Nicolaus Longus, ad pręſens eſt Aſcanius eius filius. Adde Paridem de Put. in tract. ſindic. in ver. iudex. car. 75. in fi.* De Bot.

• ADDITIO. Guerrarum turbatione. *Quid ſi aliquis Baro eſt in quaſi poſſeſſione exigendi ſeruitia a Vaſallis ſine ſalario per tenorem huius pragmat. Baro verò dicit quòd talia ſeruitia ab antiquo exigit ante diſpoſitionẽ huius pragm. quid ſit probandum, vide Ioan. Andr. & Ant. de But. in cap. cum Apoſtolica, de his quæ fi. a prę la. ſi. conſen. cap. vbi inter alia cõcludunt, quòd ſi Baro poſſeſſionem tanti temporis in contrarium memoria non extitit, obtinebit ac ſi probaret de poſſeſſione ante pragmat. ſequitur Alexand. in conſi. 6. num. 5. volum. 1. & Barb. conſi. 35. volum. 2. Iacobin. in ver. & cum mero, in fi. an & quando Baro poſſit petere ſeruitia perſonalia, puta camerariũ, ſiue baiulum. vide Capic. deciſ. 118. & de competenti ſalario, vide Modern. in cap. regni, grauamina, nume. 39. 40. & nume. 44. vbi qua pęna puniantur officiales. Et de materia huius pragmat. uide Ioan. de Platea in l. fina. §. erit autem. in fi. C. de re milit. lib. 12. & Gul. Bened. in cap. Raynutius. in ver. condidit. il primo, num. 26. & an vaſalli poſſint ſe conſtituere angarios domino ſine regio aſſenſu, Afflict. in conſtit. pacis cultum. nume. 16. & ibi an requiratur ſpecialo priuilegium Baroni vt poſſit exigere angarias a vaſallis. de modo probãdi præſcriptionem vide Moder. in cap. grauamina, num. 53. Adde quod quando vaſalli ſunt angarij, vel perangarij, intelligitur de angaria intra pertinentias feudi, vt per Afflict. in conſtit. Iuſtitiarij non per calendas. nume. 3. in fi. limita hanc pragmat. habere locum in officiali regio, non autem in Barone, Afflict. in titu. quę ſunt rega. in uer. plauſtrorum. num. 1. contra tenet Frez. fol. 223. nume. 2. in prima impreſſ.* De Bottis.

• ADDITIO. Tenore præſentium volumus. *No. hæc verba, & vide Moder. in c. regni, ſubditorum, nu. 139. & in cap. item ſtatuimus, quod Comitib. fol. 120.* De Bottis.

poteſtatem habentium promptè pareant & obediāt: nec ſeruitia præſtare recuſent, differant, vel retardent, prætextu occaſionis ſeu cauſæ, quod tūc ſibi ante exhibitum per eum ſeruitium ſalarium per nos proinde ſtatutum non ſoluatur, vel aliter inde ſatisfiat, quoniam ſeruitium iniunctum omnino præſtari volumus, prout inde mandatum fuerit, & præſtito ſeruitio ſi modo præmiſſo ſalarium ſolutum non fuerit, aut ſaltem certificatio modo præmiſſo facta, habita exinde per nos querela, pro parte ipſius qui ſeruitiū præſtiterit, vel uniuerſitatis eiuſdem, ſic prouidebimus, quod de ſalario huiuſmodi debiti ſatisfiat, & qui contra præmiſſa in his deliquerit taliter pręmiſſorum contemptu punietur, quòd alii eius terreantur exemplo ſimilia ulterius attentare.

* Additio. Item ſtatuimus. *Vide Moder. in cap. grauamina. nume.* 71. De Bottis.

Item ſtatuimus * quòd hominibus ciuitatum, Terrarum, & locorum noſtri Regni huius cum eorum animalibus, vel ſine, libere vti liceat paſcuis, vel nemoribus, atque paſcendis ſpicis, aquis, & alijs, prout hactenus antiquitus conſueuerunt, quæcunque in eorum prę iudicium innouata poſt obitum felicis memoriæ Alphonſi Regis patris & domini noſtri colendiſſimi, tam pro parte noſtræ Curiæ & per quoſuis noſtros Officiales, quam alios quoſcunque reuocari volumus, & mandamus, ut liber in illis ſit uſus cuilibet, ut ante obitum prædicti Regis competebat, illis duntaxat exceptis, quæ noſtris ſolatiis ſunt deputata, & pro vſu noſtrarum Aratiarum, quæ ab his duntaxat excipimus, & noſtris ſolatiis, ac pro uſu noſtrarum Aratiarum reſeruamus, prout eſt per nos iam hactenus ordinatum.

* Additio. Item ne in reparatione. *Vide Moder. in d. cap. grauamina. num.* 73. *& in cap. item ſtatuimus, quòd ab uniuerſitatibus. fol.* 127. De Bottis.

Item ne in reparatione * caſtrorum, & ædificiorum quorumcunque vniuerſitatis, Terrarum, & locorum regni prædicti, ac homines earundem indebite de cætero grauari contingat, ſtatuimus, & iubemus quod ab uniuerſitatib. Terrarum, & locorum, & hominibus earundem non requiratur, vel exigatur pecunia, vel aliud pro reparatione caſtrorum, niſi ab illis vniuerſitatibus, quæ huiuſmodi reparatione iure teneri compertum fuerit, atque oſtenſum: & ab illis tūc pecunia neceſſaria dūtaxat pro reparatione ueterum ædificiorum ipſorum caſtrorū, & ad noua ædificia conſtruenda exigatur, iuxta prædeceſſorū noſtrorum conſtitutiones, capitula, & ordinationes, ſicque pro nouis ædificiis nullus quicquam ſoluere, vel prę ſtare cogetur.

* Additio. Item cum ſæpius. *Adde Moder. in cap. grauamina, nu.* 57. De Bot.

Item cum ſæpius * ad nos querela peruenerit, quòd quidam fuerint per noſtros Officiales ſuis poſſeſſionibus de facto ſpoliati, Statuimus popterea quod ſi procuratores fiſci, & alii officiales publicæ perſonæ ad quorum officium iſtud ſpectat: credant poſſeſſiones aliquas ſiue iura ad fiſcum ſpectantia detineri per aliquos occupata, detentores ſeu poſſeſſores ipſarum poſſeſſionum ſeu iurium in competenti tribunali conueniant, & contra ipſos ſeruato iuris ordine procedatur: nec ipſorum poſſeſſione priuentur: ſed legitimè conuenti fuerint, prout regni huius capitulis eſt expreſſum.

Item ꝙ ab illis quibuſdam demania, morticia, & excadentia procuranda, ac iura quælibet exigenda cōmittenda non exigantur: niſi duntaxat fructus, redditus, & prouentus inde anno quolibet proueniētes, quamuis in quibuſdam locis ſecus hactenus factū extiterit per abuſum.

* Additio. Quòd omnibus. *Vide Moder. in cap. grauamina. num.* 52. De Bottis.

Itē ſtatuimus quòd omnibus, * & ſingulis fidelibus noſtris, quibus iure nō prohibetur, libera ſit facultas ſua quibus, & quādo uoluerint vendere & alienare: & ſignanter uictualia quælibet, uinum, oleum, gallas, ſalnitrum, & alia quælibet: & ſimiliter a quibus uoluerint emere, & alias obtinere, quæ voluerint, qualibet prohibitione ſiue fortè hactenus a nobis, ſiue noſtra Curia, ſiue noſtris Officialibus proceſſerit, non obſtante quod de cætero omnino ceſſare uolumus, & iubemus, nec quicquam de cætero fiat vel fieri quomodolibet attentetur, quominus ſit omnibus & ſingulis ſemper omni tempore huiuſmodi libertas, atque libera facultas vendendi, alienandi, emendi & alias obtinendi, quæ voluerint, ut præmittitur, nec quiſquam ſua vendere cuiquam, vel quælibet emere a quocunque directè, vel indirectè: dum alijs vendere, vel ab alijs emere uoluerint prohibeātur, vel aliter quomodolibet aſtringantur. Hæc autem quæ nobis ut præmittitur licere non patimur, alijs omnibus & ſingulis merito prohibemus, ac ſtatuimus, & uolumus, & iubemus, quod ciuitatum, Terrarum, & locorum utiles domini cuiuſuis conditionis, gradus, & qualitatis fuerint: præmiſſa omnia & ſingula in ſuis ciuitatibus, Terris, & locis hominibus, & uaſallis inuiolabiliter obſeruentur: & ab alijs faciant & curent efficaciter obſeruari, nec quicquam in contrarium ipſorum hominum & uaſallorum præiudicium, vel grauamen attentent, & attentari mandent, & faciant, ſinant, vel permittant. Et cum nec Comitibus, * nec alijs foreſtas, ſeu defenſas abſque noſtra conceſſione inſtituere liceat: & quæ inſtitutæ fuerint dimitti præcipiātur, ſtatuimus ſimiliter & iubemus, quòd defenſæ omnes ſiue foreſtæ nouiter inſtitutæ, quæ ſcilicet, antiquitus non ſint, ab omnibus cuiuſuis conditionis, dignitatis, gradus, ſeu prærogatiuæ, prorſus & omnino dimittantur: ita ut liber ſit in illis uſus, quibus ante competebat, quoniam & ſi qua ſuper illis inſtituendis a nobis conceſſio fortè fuerit obtenta: Cum tenore præſentium de certa noſtra ſcientia reuocamus, uiribus & efficacia vacuamus, cum noſtræ intentionis non fuerit, neque ſit id concedere, quominus ſuo iure vterentur hi, quibus in illis ius antea competebat.

* Additio. Comitibus. *Vide Scriben. in d. cap. grauamina. nume.* 62. *& Didac. Couar. lib.* 1. *varia. reſolu. cap.* 17. *num.* 11. *fol.* 319. *verſi. ſi rector.* De Bottis.

Item cum regni huius conſtitutionibus, & capitulis cautum ſit, quòd prælati eccleſiarum, Comites, Barones, & milites in neceſſitatibus ſuis non pro ſuæ uoluntatis arbitrio adiutoria petere, vel exigere a ſuis hominibus poſſint, ſeu duntaxat certis caſibus in eiſdem conſtitutionibus & capitulis expreſſis, & in illis etiam non niſi moderatum adiutorium, de quo ſi controuerſia oriatur, an moderatum ſit, vel immoderatum, quòd in illis caſibus peti contigerit, huius cognitio & deciſio committitur Iuſticiario regionis, pęna impoſita huiuſmodi conſtitutionibus, & capitulis, ſi caſu in eiſdem conſtitutionibus, & capitulis non conceſſo, vel ſi ultra moderatum in conceſſis caſibus adiutorium exigatur, huiuſmodi conſtitutiones & capitula ab omnibus & ſingulis inuiolabiliter obſeruari ſtatuimus, atque iubemus.

* Additio. Terrarum. *Vide Moder. in cap. grauamina. nu.* 53. De Bottis.

Item quòd nōnulli Terrarum, * & locorū utiles domini in ſuis terris, & locis, eorumq; territorijs obſeruauerint & obſeruari fecerint & faciant, quòd itinerantes non niſi in ſuis domibus, ſiue hoſtarijs hoſpitari ualeant: nec alio hoſpitio recipere, aut hoſpi-

hoſpi-

hoſpitium retinere, vel hoſtariam in proprijs domibus exercere poſſit, nec quibus in hoſtarijs ipſorum dominorum hoſpitio recepti fuerint eſui, uel potui neceſſaria uendere: vel ijdem qui recepti fuerint hoſtarijs ipſorum dominorum ab alijs emere, & ſub hac lege ſuas hoſtarias locant quantitatibus longe maioribus, quàm aliàs locarent, ſeu locare poſſent, quæ cum in grauamen & vaſallorum eorundem, & itinerantium proceſſerit, atque procedat, nos qui ab indebitis grauaminibus fideles noſtros releuare intendimus remedijs neceſſarijs & opportunis: Tenore præſentium de certa noſtra ſcientia, præmiſſa prorſus, & omnino prohibemus, & ſtatuimus, volumus, & iubemus, quòd omnibus & ſingulis ſit libera facultas itinerantes in ſuis domibus & ædificiis hoſpitio recipere, & quæ voluerint eiſdem vendere & alienare, hoſtarias exercere in ſuis bonis: domos quas voluerint conſtruere & ædificare: in eis hoſtarias exercere & itinerantes hoſpitio recipere. Caueantque quilibet Terrarum & locorum vtiles domini, quòd nihil per eos vel pro parte ipſorum fiat palam, publicè, & occulte, aut aliter quouiſmodo, quo minus eorum vaſalli & quamuis alij huiuſmodi per nos facultate ſibi conceſſa liberè utantur, & gaudeant, ſed noſtris legibus deuotè pareant. Et quoniam cordi nobis eſt noſtros fideles quos nobis tradidit Deus ab indebitis oppreſſionibus & grauaminibus releuare, cum Regum proprium ſit officium, facere iudicium, atque iuſtitiam, & liberare de manu calumniantium vi oppreſſos, præſertim quia Imperialibus legibus cauetur, ne damnis extrinſecè illatis, & tributorum ſolutionibus, ſine quibus reſpublica ſuſtineri non poteſt, qui omni alia calumnia liberius ſeruari facilè, & in promptu tributa ſoluant præmiſſa. Propterea per nos, vt ſupra, ſtatuta pro releuamine noſtrorum fidelium, ab omnibus & ſingulis, præſertim Principibus, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, ciuitatum, Terrarum, & locorum dominis cuſtodiri, & inuiolabiliter obſeruari præſentium tenore volumus, ſtatuimus, iubemus, atque mandamus: ſicque ipſi & quilibet eorum, prout ad vnumquemque ipſorum ſpectauerit in ſuis dominijs, ciuitatibus, Terris, ſuis locis, ſuis hominibus, & vaſallis eadem obſeruent, & faciant ab alijs efficaciter obſeruari, & quæ nobis licere, vt ſuprà, non patimur, nec ipſi attentare præſumant: nec contrarium faciant, aut fieri ſinant, ſi ſibi iura, atque iuriſdictionem in ſuos homines, & vaſallos conſeruare cupiunt: nec mero imperio, quod in illos ſibi competat præmiſſorum cótrauentione priuari. Illuſtriſſimo propterea Alphonſo de Aragonia duci Calabriæ primogenito, & Vicario noſtro generali, noſtrum in his declaramus intentum, noſtriſque generalibus Locumtenentibus, magiſtro Iuſtitiario, eiuſque locumtenenti, & regenti magnæ curiæ Vicariæ, magnificoque regni huius camerario, eiuſque locumtenenti, ac præſidentibus cameræ noſtræ Summariæ, cæteriſque noſtris officialibus quibuſcunque officio, & iuriſdictione fungentur: & præſertim theſaurarijs, & commiſſarijs, & perceptoribus quarumuis pecuniarum fiſcalium, quibuſuis eiuſdem regni prouincijs mandamus, quatenus præmiſſa obſeruent, & faciant, prout ad unumquemque ipſorum ſpectauerit, ab alijs efficaciter obſeruari, & aduerſus contrauenientes, prout iuris rigor exegerit. In quorum teſtimonium præſentes noſtras literas magno pendenti ſigillo munitas exinde fieri iuſſimus, quarum exemplum in ualuis Caſtri Noui Neapo. noſtræ dohanæ, & magnæ curiæ Vicariæ affigi iuſſimus, & per noſtros commiſſarios vniuerſitatibus, & dominis quarumcúque Terrarum regni huius ſpecialiter intimari, vt nullus inde ignorantiam prætendere poſſit: cùm non ſit veriſimile, cuiquam fore occultum, quod tam patenter ſe exhibet oculis ſingulorum.

Datum in Terra noſtra Fogiæ 14. Decemb. 6. indict. 1482. Regnorum noſtrorum anno 16.

Rex Ferdinandus.

E. S. Paſchaſius Garlon.

Dominus Rex mandauit mihi Antonello de Petrutijs.

N. A. de Montib. Locumten. Mag. Camer.

Quòd quis non audeat citare aliquem in regno ſine licentia.

Ferdinandus, &c. Vniuerſis, &c. Cum nulli * liceat re, vel verbo, aut literis aliquem citare pro quauis cauſa in alieno territorio, quod ſub eodem ſupremo dominio, ſub quo citans ſeu citari mandans non ſit, ſed literas ſcribere debet iudici, in cuius territorio fuerit citandus, vt ipſe iudex citationis literas ipſi citando notificet, ſeu ipſum citandum citet, & nouiter, vt percepimus, nonnulli citati fuerint, atque iuſſi, & literæ citationis, & mandatorum præſentatæ ſibi per nonnullos ex parte diuerſorum officialium, ſiue iudicum alterius, quanquam noſtri dominij in hac ciuitate Neapolitana, in qua commorabantur prædicti citandi, ſiue iubendi, & coram eis pro his quæ per eos commiſſa prætendebantur, ſiue cauſis alijs ſe præſentarent, aut comparerent in terminis inde ſibi ſtatutis, atque præfixis: nulla nobis inde ſuper his petita atque obtenta licentia, imò abſque noſtræ maieſtatis conſcientia. Propterea nos ſuper his prouidere volentes, ne quiſquam ſimilia de cætero attentare præſumat, uolumus & tenore præſentium de certa noſtra ſcientia ſtatuimus, ordinamus, atque iubemus, quòd nullus de cætero attentare præſumat, nec in ipſa ciuitate Neapolis, nec in qualiber parte, ſiue loco dicti noſtri regni Siciliæ quemlibet ibidem commorantem, ſiue quòd ibidem quomodolibet reperiri contingat ex parte quorumuis officialium, ſiue iudicum, & cuiuſuis ſuperioris, ſiue domini, ac dominationis alicuius, quàm noſtri dominij, aut qui noſtro dominio, ſiue iuriſdictioni non ſubſit, re, uerbo, uel literis pro quauis cauſa citare, ſiue quicquam eis iubere, ſiue mandare, aut ſibi literas, cuiuſuis citationis, iuſſus, ſiue mandati præſentare, ſiue exhibere, vel oſtendere, ſiue legere, aut quouiſmodo intimare, aut notificare per ſe, uel alium quomodolibet præſumat, aut quicquam agere, per quod ad ipſius notitiam id deducatur. Si quis autem in his, uel eorum aliquo contrauenerit, ſiue fecerit, aut contrauenire, ſiue fieri tentauerit, pœnam confiſcationis ſuorum bonorum omnium ipſo facto incurrat, & aliam noſtro arbitrio reſeruatam. Et ne præmiſſorum quiſquam ignorantiam prætendere poſſit, membranas præmiſſa continentes poni, & affigi uolumus, & mandamus, ac affixas ſtare in ualuis Caſtri Noui Neapo. dohanæ noſtræ, ac magnæ curiæ Vicariæ, cum non ſit ueriſimile

* Additio. Ferdinandus, &c. Vniuerſis, &c. Cum nulli, &c. *Vide Affl. in conſtit. edictorum. num. 20. & Feli. in c. eccleſia S. Mariæ. 41. col. 4. q. de conſtit. Abb. in conſi. 83. cum alijs alleg. per Capic. in deciſ. 132. vbi an obſeruans hanc pragm. ſit excommunicatus. An Papa poſſit citare in terris Imperij, vide Hipp. in l. ſi. num. 147. ff. de iuriſdi. omn. iudi. Ad hanc prag. vide Couar. in c. 35. pract. qq. num. 4. & ſeq. vbi ponit de validitate.* De Bot.

riſimi te remanere occultum, quod tam patenter ſe exhibet oculis ſingulorum.

Datum Neapoli per Magnificum virum Lucam Toczulum, &c. In cuius rei teſtimonium, &c. die vigeſimoquarto Aprilis, 1473. Regnorum noſtrorum anno 17.

Rex Ferdinandus.
Paſchaſius Garlon.
N. A. de Montibus, Locumtenens Magni Camerarij.
Dominus Rex mandauit mihi Antonello de Petrutijs.

Prohibitio repreſaliarum.

FErdinandus, &c. Ad audientiam noſtram exclamoſa multorum inſinuatio peruenit, quòd nonnulli ex officialibus, Baronibus, & vniuerſitatibus Regni huius noſtri alios pro alijs capientes, vel exigentes, res, ac bona arreſtantes, preſalias facientes, & repreſalias, ſub prætextu, quòd uniuerſitas, & populus, aut Baro neglexerit, ſeu denegauerit iuſtitiam facere requiſitus. Quocirca nos animaduertentes aliquid huiuſmodi pignorationis, & hominum, ac bonorum captiones, quas vulgaris locutio Repreſalias vocat, in quibus alius pro alio prægrauatur, tanquam graues legibus, & æquitati naturali contrarias, ciuili etiam conſtitutione prohibitas: cum ſcriptum ſit, Filium non portare iniquitatem patris, ſed quòd anima, quæ peccauerit, ipſa morietur: maximè autem temporibus noſtris, quibus pacis cultus, qui a iuſticia, & æquo abeſſe non poteſt, & per uniuerſas, & ſingulas Regni noſtri partes obſeruatur, & ad nos, noſtroſq; ſe Locumtenen. recurſus habetur, & ad Vicarios noſtros quoque: Volenteſque his grauaminibus opportunè prouidere, & quia iuſtitia ſine acceptione miniſtratur, præſenti hoc edicto perpetuò, & inuiolabiliter valituro, prædeceſſorum veſtigijs noſtrorum inhærentes, ex certa noſtra ſcientia, noſtrique ſacri Conſilij deliberatione præeunte, Statuimus, decernimus, & ſancimus nemini licere ſua authoritate ius ſibi dicere, nec repreſalias facere contra quaſcunque perſonas, ſeu bona ipſarum quæcunque, aut alium pro alio pignorare, capere, exigere, vel grauare, prætextu, quòd uniuerſitas, populus, aut Baro iuſtitiam neglexiſſe, diſtuliſſe, uel denegaſſe dicatur, ſeu cauſa alia quacunque, uel conſuetudine, ſed ad Iuſtitiarios prouinciarum Vicereges, Magnam Curiam Vicariæ, ſacrum noſtrum Conſilium, & ad noſtræ maieſtatis culmen recurrant, & recurſus pro iuſtitia habeatur. Qui autem contrafecerit, dixerit, tentauerit, aut uenerit: medietatis ſuorum bonorum omnium publicatione damnetur, & alia grauiori pœna noſtro arbitrio reſeruata, mulctetur.

Datum Auerſæ per Magnificum uirum V. I. D. Lucam Toczulum Romanum Locutenentem Fundorum, & Triuenti Comitis huius Regni Logothetæ, & Prothonotarij, & Conſiliarij noſtri fidelis, & plurimum dilecti. Die 21. Martij, 1474. Regnorum vero noſtrorum anno 17.

Rex Ferdinandus.
Dux Aſculi.
Anton. de Alexandro.
Ioannes B. de Bentinolis.
Dominus Rex mandauit mihi Io. Pontano.

Super immunitatibus exterorum vxorem ducentium Neapolitanam, & domum ædificantium.

FErdinandus, &c. Pateat vniuerſis, * & ſingulis præſentis noſtri edicti ſeriem inſpecturis tā præſentibus quàm futuris, quòd licet ab Illuſtriſſimis & Sereniſsimis Regibus, & Reginis huius Regni noſtri Siciliæ prædeceſſoribus noſtris ordinatum, & ipſorum temporibus & noſtro obſeruatum fuerit in noſtra ciuitate Neapolis, quòd nullus ipſius noſtri Regni exterus, ſeu exteræ nationis reciperetur, uel admitteretur in ciuem, gauiſurus priuilegijs, prærogatiuis, libertatibus, & exemptionibus, quibus ipſi ciues Neapolitani potiuntur, & gaudent, ac potiri & gaudere ſoliti ſunt, & debent, ſine ſpecialibus Regijs literis, cum ſpeciali conſcientia Regum prædeceſſorum noſtrorum, quod adeo tenaciter extitit ſuperioribus temporibus, & noſtro ſeruatū, & etiam licet ipſi exteræ nationis noſtri Regni emiſſent bona ſtabilia in ipſa ciuitate Neapolis, & bona fide, & non in fraude tranſtuliſſent domicilium, in eadem ducendo uxorem, inibiq; patriam, prætoriumq; uxoris conſtituiſſent, non tamen vt Neapolitani ciues haberi, & tractari tales exteræ nationis conſueuerunt, niſi ſpecialibus literis Regiis, & ipſorum Regum expreſſa notitia id eis concederetur. Nos tamen attendentes maiorem fieri frequentiam hominum exterarum nationum in hanc noſtram ciuitatem Neapolitanam, quæ caput noſtri Regni eſt, ad domicilium contrahendum, eamque magis inde repleri liberis hominibus, ac fieri populoſam turbis diuerſorum hominum, ſuas prouincias, & ciuitates relinquentium, ad habitandum hanc noſtram inde concurrentium ciuitatem, ſi id quod ſpecialibus literis noſtris gratiæ impetrandum erat, nos motu proprio generali edicto concederemus. Quocirca hoc præſenti generali noſtro edicto, ex certa noſtra ſcientia, noſtriq; ſacri Conſilij deliberatione matura, conſultò, inuiolabiliterq; ue per hanc noſtram pragmaticam ſanctionem ordinamus, atque ſancimus, quòd omnes cuiuſcunque exteræ nationis etiam non Regni noſtri, & ex eis deſcendentes, hanc noſtram ciuitatem Neapo. ad habitandum, & domicilium contrahendum confluentes: Si tamen uxorem Neapolitanam duxerint, & in ipſa ciuitate domum emerint, aut ædificauerint, ſint & eſſe debeant Ciues Neapo. in omnibus, & ſingulis priuilegijs, gratijs, libertatibus, prærogatiuis, exemptionibus, immunitatibus, atque dignitatibus, tractentur, & reputentur Ciues Neap. vt oriundi potiuntur, & gaudent, atque potiri, & gaudere ſoliti ſunt, & debent, ſiue melius gaudere poſſunt, & debent, ac conſueuerunt, declarantes & decernentes ex certa noſtra ſcientia, quod omnes & ſinguli, qui a noſtra Maieſtate obtinuerunt priuilegia, & gratias ciuilitatis in hac ciuitate Neapo. quod ita demum ipſo priuilegio ciuilitatis gaudent, & gaudere poſſunt, & debent ſi tales vxorati non fuerint, ſupradicta omnia fecerint, & adimpleuerint. Vxorati verò domum emerint, aut ædificauerint, aliàs dicta ciuilitate minime gaudere poſſint, neque valeant, & dictum eorum priuilegium ſit nullum, nulliuſque roboris, vel momenti. Illuſtriſsimo propterea & chariſsimo filio primogenito Alphonſo de Aragonia Duci Calabriæ Vicario noſtro generali noſtrum ſuper his declarantes intentum, mandamus Magno dicti noſtri Regni Camerario eiuſdem Locumtenenti, & præſiden-

* Additio. Ferdinandus, &c. Pateat uniuerſis, &c. *Vide Dec. in conſi. 283. nume. 1.. & an & quando acquiratur domicilium, vide Socin. in cap. licet ratione. num. 25. 26. de foro compet.* De Bottis.

ſidentibus, & rationalibus Cameræ noſtræ Summariæ, Dohanerio, & credenzerio ciuitatis Neapolis, cæteriſq; vniuerſis, & ſingulis ſubditis noſtris maioribus & minoribus, quouis officio, poteſtate, & authoritate fungentibus, nomineq; nuncupatis, eorumq; locatenentibus, præſentibus, & futuris, quatenus forma præſentium per eos, & unumquemque eorum diligenter attenta, & in omnibus inuiolabiliter obſeruata, prædictos, & ab eis deſcendentes in omnibus & ſingulis, uti ciues oriundos Neapolitanos habeant, reputent, atque tractent, ipſoſq; gaudere ſinant, atque permittant, omnibus priuilegijs, gratijs, libertatibus, prærogatiuis, exemptionibus, immunitatibus, atque dignitatibus, quibus cæteri ciues, & oriundi potiri & gaudere conſueuerint, poſſunt & debent, quibuſuis ritibus, obſeruantijs, literis, ordinationibus in cõtrarium facientibus, non obſtantibus quouiſmodo, ſupra dictis alijs habentibus ſpeciales literas a noſtra ciuitate immunitatis, & prædicta non adimplentibus, & ſeruantibus minimè permittant ipſa immunitate gaudere, ſed prædictum eorum priuilegium perinde habeant, ac ſi a noſtra Maieſtate modo aliquo fuiſſet conceſſum eiſdem, ſeu ipſorum alteri. Et ut præſens edictum noſtrum ad notitiam deueniat ſingulorũ, per chartas, ſiue membranas illius ſeriem omnibus patulo iudicio publicabunt: cum non ſit uerisimile apud alios remanere incognitũ, quod tam patenter oculis omnium diuulgatur. In cuius rei teſtimonium præſens edictum fieri iuſsimus noſtro paruo ſigillo ſigillatum.

Datum in Caſtro noſtro Nouo Neap. die 4. menſis Iunij, 12. indict. 1469. Regnorum noſtrorum anno 22.

Rex Ferdinandus.
Paſchaſius Garlon.
Io. Pontanus Locumten. Mag. Camer.
Dominus Rex mandauit mihi Antonello de Petrutijs.

Super ſale vendendo per vniuerſitates in fundicis.

FErdinandus, &c. Magnificis, nobilibus, & egregijs viris fundicarijs, alijſq; adminiſtratoribus fundicorum Salis ciuitatibus noſtræ Neap. Gaietæ, Salerni, Policaſtri, Caſtriq; maris, fidelibus noſtris dilectis præſentibus & futuris. Non ſine noſtræ mentis perturbatione intelleximus nonnullas uniuerſitates a prædictis fundicis ſalem accipientes, & accipere debentes a Curia pro diſtributione foculariorum, prout ſolitum eſt, & conſuetum, ſalem ipſum non accipere, ſed quærunt diuerſos emptores, quibus uendere poſſent in ipſis fundicis, quo fit, ut minori pretio vendant, quàm ipſi noſtræ Curiæ ſteterit, & ſtat in ipſis fundicis, quod nõ ſolum redundat in damnum euidens ipſarum uniuerſitatum pro tam vili pretio vendentium, quàm noſtræ Curiæ. Noſq; volentes, tam indemnitati ipſarum uniuerſitatum, quàm noſtri Fiſci prouidere. Ex certa noſtra ſcientia, & noſtri Conſilij deliberatione matura decernimus, committimus, & mandamus vobis, & cuilibet ueſtrum, ꝙ quoties, & quando contingeret vniuerſitates prędictas, ſeu alteram ex eis velle vendere ſalem ipſum, uos illum emere debeatis, pro eo pretio, quo ipſi noſtræ curiæ in dictis fundicis & vnoquoque ipſorum, prout ad unũquemq; veſtrum ſpectauerit, ſteterit, & ſtare contigerit, & in eiſdem fundicis retineatis ad opus noſtræ Curiæ, ſcribiq; faciatis per credenzerios nomina ipſarum uniuerſitatum vendentium quantitates ſalis, pretium, & diem, & exinde per veſtras literas curabitis auiſare perceptores noſtrorum iuriũ fiſcalium, qui a uobis certiorati, aut ab altero veſtrum, prout ad quemlibet ſpectabit, de quantitate ſalis prædicti empti, ſeu emendi nomine curiæ Regiæ, & pretio, ad quod ipſa noſtra curia tenebitur ex cauſa prædicta, dictis vniuerſitatibus eiſdem acceptent, & excomputent dictum pretium in iuribus fiſcalibus noſtræ curiæ debitis & debendis per ipſas uniuerſitates: necnon certiorem faciatis noſtram cameram Summariæ, vt eadem camera certiorata, poſsit maturè prouidere de quantitate ſalis neceſſaria in dictis fundicis ſuis temporibus, nec contrarium faciatis, ſi gratiam noſtram charam habetis, & pœnam ducatorum mille cupitis euitare.

Datum in Caſtello Nouo Neapolis 4. Iulij, 1479. & Regnorum noſtrorum anno 17.

Rex Ferdinandus.
Paſchaſius Garlon.
Io. Pontanus Locumten. Mag. Camer.
Dominus Rex mandauit mihi Antonello de Petrutijs.

Pragmatica ſuper obſeruatione guidaticorum.

FErdinandus, &c. Vniuerſis, &c. Ad tollendam * omnem dubitationem, quæ quomodolibet oriri poſſet ſuper obſeruatione guidaticorum, quę in futurum per nos verbo, aut in ſcriptis ſub generalib. verbis cõcederentur, per præſens noſtræ pragmaticę ſanctionis edictum omni futuro tempore firmiter obſeruandũ, noſtra ex certa ſcientia declaramus, & volumus guidatica ipſa, ſicut præmittitur per nos in poſterum concedenda, ita demum per noſtros officiales & ſubditos obſeruari debere, ſi qui ex quouis reſpectu guidati, & aſſecurati extiterint Regnicolę, ſeu exteri nulli noſtrorum fidelium terræ, ſeu mari damnum aliquod in perſona, aut in rebus intulerint, ſeu aliàs quouis modo eos offenderint, uel ex contractu, ſeu alia cauſa eis fuerint obligati: nam qui talia cõmiſiſſent, & ſic obligati reperirentur, conceſſorum ſibi eiuſmodi guidaticorum beneficio gaudere nullatenus uolumus, ſed aduerſus eos iuſtitiam miniſtrari guidaticis ipſis nequaquam obſtantibus: abſurdum enim eſſet, & ab officio boni principis alienũ, ſi in iuriſdidictione noſtra guidaremus eos, & aſſicuraremus, qui fidelib. noſtris obligati eſſent, aut eos, ſeu ipſorum quempiam damno aliquo affeciſſent. Quorum quidem & fidelium noſtrorum cõmodis, & vtilitati ſi rectè imperare uolumus vigilare debemus. Omnibus propterea, & quibuſlibet officialib. & ſubditis noſtris maioribus vel minoribus quouis nomine nuncupatis, officioque, titulo, poteſtate, & authoritate, & iuriſdictione fungentibus in toto hoc regno noſtro, & quauis parte ipſius conſtitutis, & cõſtituendis, ad quos ſpectat, & ſpectabit, & præſentes quomodolibet fuerint præſentatæ, earundem tenore præſentium præcipimus, & mandamus expreſsè, quatenus forma pręſentis noſtræ Pragmaticæ diligenter inſpecta, illam ipſi, & quilibet ipſorum obſeruent, & inuiolabiliter obſeruari faciãt per quoſcunque ſub pœna indignationis noſtræ, & mille ducatorum auri, in quorum fidem, &c.

* ADDITIO. Ferdinandus, &c. Vniuerſis, &c. Ad tollendam, &c. *An guidatica extendantur ad debita iurata, vide Afflict. in deciſ. 5.* De Bottis.

Datũ in Caſtello Nouo ciuitatis noſtræ Neap. die 27. menſis Ian. 1484. Regnorum noſtrorum felicium an. 27.

Rex Ferdinandus.
Paſchaſius Garlon.
N. A de Montib. Locumten. Mag. Camer.
Dominus Rex mandauit mihi Antonello de Petrutijs.

Pragma-

Pragmatica ſuper primis cauſis, quòd non abſtrahantur extra diſtrictum proprij incolatus, & pro ſecundis cauſis extra prouinciam.

• ADDITIO. Ferdinandus, &c Illuſtriſſimo, &c. *Vide Ioan. Anton. de Nigris in cap. regni, pridem, num. 19. & in cap. grauamina in ſi & Gramm. in deciſio. 30. & Afflict. in conſtit. Capitaneorum. num. 11. ubi an rex poſſit agitare cauſam inter ſubditos extra regnum, vide Curt. Iun. in conſi. 2. per totum. ubi an ſuperior dominus poſſit cognoſcere de vaſallis demum in ſiriceris inter uniuerſitatem & homines ciuitatis Sulmonis, & Illuſtr. Principem Sulmonis orta fuit differentia, an teneatur Illuſtr. Princeps tenere auditorem ſecundarum cauſarum in ciuitate Sulmonis. tandem per ſacrum Conſil. referente D. Felice de Rubeis regio Conſiliario, de menſe Iulij 1559. fuit deciſum quòd ſufficiat illum tenere in ſtatu. Magiſter actorum Vincentius Bozzanotra. ad quod vide quæ habentur per Affl. in d. conſtit. Capitaneorum. An autem vaſalli poſſint cogere Baronem habitare in loco feudi, vide Rolan. à Valle conſil. 1. an ſi. ubi tenet quod non. nihil tamen allegat. vide D. Frezzam in 3. authorit. Baronis. ubi in alijs cauſis fuiſſe deciſum quod Iudices ſecundarum cauſarum deputari debent in terris vaſallorum, & quòd unus tantum, & non plures deputandi ſunt.* De Bottis.

FErdinandus, &c. Illuſtriſſimo* huius Regni Iuſtitiario, prothonotario, & magno huius regni Camerario, eorumque Locumtenentibus, necnon noſtris in regno Locumtenentibus, & reliquis huius regni tribunalibus & alijs officialibus, tàm noſtris quàm Baronum quorumcunq; huius regni: ad quos ſeu quem noſtra Pragmatica peruenerit, ſeu de ipſa notitiam habuerit, collateralibus conſiliarijs, fidelibus noſtris dilectis gratiam, &c. Querula expoſitione per multos, & diuerſos ex noſtris ſubditis nobis facta, intelleximus, quanto detrimento & incommodo, & expenſis afficiantur noſtri ſubditi, cum pro primis cauſis extra diſtrictum incolatus ipſorum, ad inſtantiam nonnullorum euocantur, & diſtrahuntur, per quod euenit, quod ipſi noſtri ſubditi multiplicibus laboribus, incommodis, & ſumptibus onerantur, ex quo fit, vt paupertate, & inopia opprimantur. Super quibus uolentes, ut optimum & prudentem Regem decet, opportunè prouidere, habita ſuper præmiſſis noſtri ſacri Conſilij matura deliberatione, præſertim cum nihil tanto ſtudio, ac diligentia curemus, quàm iuſtitiæ erga omnes cultum, & obſeruãtiam, & quòd ipſi fideles noſtri ab impenſis & incommodis quo ad fieri poteſt illæſi præſeruarentur: Eam ob rẽ præſentis noſtræ Pragmaticę tenore, edicti, & ſanctionis perpetuo duraturæ edicimus, ſancimus, & ordinamus, quod publicatione illius in antea nullũ ex noſtris tribunalibus, vel aliquis ex noſtris officialibus, & Baronũ quorumcunq; audeat, uel præſumat pro primis duntaxat cauſis ad inſtantiã cuiuſuis perſonę quantumuis priuilegiatę extra diſtrictum proprij incolatus, cuiuſq; noſtri Regnicolæ aliquem ex noſtris ſubditis diſtrahere, vel illum euocare. Quinimò ſtatuimus, & ordinamus, quòd in hoc caſu quicunque euocatus, vel diſtractus ex ipſis fuerit, non teneatur pro quacunque prima cauſa modo aliquo comparere, ſed ad ſuum iudicem ordinarium, & pro tempore ſtatutum, quo ad cognitionem ipſarum primarum cauſarum remitti: ita quidem & taliter, quòd intra diſtrictum ſuum aliquis ex ipſis noſtris ſubditis, uel Baronum non diſtrahatur. In cauſis uero appellationum grauaminum, & nullitatum, ſancimus & ordinamus, quòd ipſi noſtri Regnicolæ ad inſtantiam quarumcunque perſonarum contra eos legitimè agentium poſſint intra prouinciam per noſtros generales locatenentes & gubernatores, ſeu auditores per nos ordinatos, vel ordinandos in unaquaque prouincia, ut præſens pragmatica ſuum ſortiatur effectum: ipſam Illuſtriſs. Alphonſo de Aragonia Duci Calabriæ primogenito, & Vicario noſtro generali ſignificantes mandamus iam dictis noſtris tribunalibus, & cuilibet ipſorum, necnon reliquis officialibus noſtris, ac Baronum quorumcunque huius noſtri Regni, quatenus forma, & tenore præſentis noſtræ Pragmaticæ edicti, & ſanctionis per eos, & unumquemque ipſorum intellectis, illum & illam ad unguem ſeruent, & faciant ab omnibus intactè ſeruari, nec contrarium faciatis pro quanto dictus Illuſtriſſimus Dux nobis morem gerere cupit: cæteri uerò gratiam noſtrã charam habeant, & pœnam ducatorum duorum millium cupiunt non ſubire. In quorum fidem, &c.

Datum Puteolis per Magnificum Conſiliarium noſtrum V. I. D. & militem Andræam Maricondam Locumtenentem Fundorum Comitis, die 1. menſis Ianuarij, 1488. Regnorum vero noſtrorum felicium, annò XXXI.

Rex Ferdinandus.
Ægidius Sardonail pro Paſchaſio Garlon.
D. Rex mandauit mihi Io. Pontano.
Iulius de Scorciatis Locumten. Mag. Camer.

Litera, quòd clerici contribuant in ſolutionibus fiſcalibus pro bonis quæ emunt.

REx Siciliæ. Spectabiles & magn. viri Collaterales Conſiliarij fideles noſtri dilecti. Per molte querele hauute de' noſtri ſubditi, che i boni in li cataſti & apprezzi di loro terre, & vniuerſitate aſcritte, & taxate per li pagamenti delli focoleri ciaſcuno anno giuſtamente a noſtra Corte debito per gli huomini del preſente Regno per conuentione olim hauuta tra la Maeſtà della felice memoria di Re Alfonſo noſtro colendiſſimo genitore, & le uniuerſitati, & huomini del Regno predette fino alla ſomma di ducati ducento trenta mila per anno, ſon ſtati, & ſon per diuerſi contratti alienati & tranſportati in clerici, & perſone eccleſiaſtice, & tuttauia li alienano per perſone, lequale quellè innante le loro alienationi contribueuano in lo pagamento da farſi per le terre, & uniuerſitate in lo territorio delle quale erano ſiti, & poſti in lo pagamento della ſomma predetta, & per quelli eſſere inde alienati in li detti clerici & perſone Eccleſiaſtice, ſe debba per quelli beni coſi alienati contribuire in lo pagamento predetto, al che non ſi prouedẽdo noſtri ſubditi molto meno poteriano comportare lo carico dello pagamento predetto mancandoſi la contributione, che aliàs inante tale alienatione per tali beni ſi faceua in lo pagamento predetto. Per tanto volemo, & de certa noſtra ſcientia commettemo, & mandamo, che prouedeti, mandati, & fate che per tali beni coſì alienati, & che de cætero ſi alienaranno in clerici, & perſone eccleſiaſtice, ſi contribuiſca in lo detto pagamento per li poſſeſſori di quelli, ſiue clerici, ſiue perſone eccleſiaſtice, o altro ſiano, coſi come per quelli ſe contribuiua, & ſe deueua contribuire per li laici alienatori, de quelli tanto per lo paſſato poi la alienatione di quelli fatta ut ſupra: quanto per lo aduenire, & eſſendo li poſſeſſori di quelli a tale contributione renitenti ſi pigli tanto di detti beni, & frutti de quelli peruenuti, & peruenturi, che inde ſia ſatisfatto a quello, che debito ſerà per tale contributione da farſi ut ſopra per li beni predetti. Significando alli Prelati, & ordinarij delli luochi, in liquali ſi prouederà a tutti contributioni, che a quelli non doneno alcuno impedimento ſe

ſe noſtra gratia haueranno cara, & deſiderano fare coſa a noi grata.

Datum in Caſtello noſtro Nouo Ciuitatis Neapol. 3. Maij, 1473.

Rex Ferdinandus. A. Secret.

Spectabilibus & Magnificis uiris, magnifico huius Regni Camerario, eiuſq; Locumtenenti, Præſidentibus & rationalibus Cameræ noſtræ Summariæ &c.

PRAGMATICA, QVOD officiales ad iuſtitiam ordinati non recipiant donatiua.

FErdinandus, &c. Vniuerſis, &c. Cum multa ſint, quæ Reges & principes ſumma diligentia & cura prouidere oporteat, ut Regna & Imperia quibus diuinitus præſunt rectè gubernentur, illud nobis præcipuè curandum eſſe uidetur, vt eorum ſubditi ab oppreſſionibus, & indebitis grauaminibus releuentur. Cum itaque nuper ad noſtram notitiam peruenerit, officiales, & Capitaneos adminiſtrationi iuſtitiæ per nos ordinatos vltra prouiſionē, & ſalarium eis taxatum varijs modis, vel lucri, vel donatiui nomine a vaſallis noſtris pecuniam extirpare, & interdum plures perſonæ ac ciues, ut gratiam, & fauorem ipſorum officialium adipiſcantur, eiſdem dona & pecunias ex publico procurant. Ne ſubditi noſtri prædicti extorſionibus, & indebitis ſolutionibus iam dictis continuè grauentur, & officiales ipſi, qui pro tempore fuerint prouiſioni tantummodo ipſis ordinata, uel taxanda contenti remaneant, & acquieſcant; remoti penitus ab omni ſpe alicuius alterius lucri, uel donatiui, ſed in ipſa adminiſtratione iuſtitiæ ſemper intenti & ſolliciti ſint. Nec non etiam vniuerſitates, terræ, caſtra, loci, ciueſque & homines in illis habitantes, & incolatum ducentes, nec poſſint nec ualeant amicitias, ſuffragia, & fauores ipſorum officialium ſibi hac ratione uendicare, & acquirere, cum erogatione bonorum & rerum vniuerſitatū, pauperum, pupillorum, viduarum, & miſerabilium perſonarū, quæ dictis ſuffragijs, fauoribus, & amicitijs, ut poſſint in eorum priuatis commodis, & ad proprios uſus conuerterc, cum derogatione iuſtitiæ & adminiſtratione ipſius: quinimò, ut illa rectè, & bene, & diligenter ut decet, omnibus æquè, & ſine exceptione aliqua miniſtretur: Volumus & præſentium tenore noſtra ex certa ſciētia, proprio motu, deliberatè, & conſulto ordinamus atque decernimus, quod deinceps in futurum & perpetuū officiales, & Capitanei prædicti per nos ordinandi, & deputādi, ſeu iā deputati in adminiſtratione iuſtitiæ, prouiſione ſolummodo ipſorum ordinata, uel aliàs taxanda per nos, contenti remanere debeant, eamque tantummodo conſequantur, & illā habeant indiminutè in terminis ſolitis & conſuetis, iuxta noſtras ordinationes, & pragmaticas, nec vltra prouiſionem prædictam directè, vel indirectè aliquid lucri, vel donatiui ab vniuerſitatibus accipere debeant. Nec ipſæ vniuerſitates, ciues, & habitantes eadem donatiua, & lucra procurare debeant, ſeu habeant. Quinimò ab hoc omnino abſtineant, & cauere debeant. Declarantes expreſsè de eadem certa noſtra ſcientia, quod ſi quis officialium prædictorum præſenti noſtræ ordinationi, diſpoſitioni, & pragmaticæ contrauenerit, ab officio, & adminiſtratione iuſtitiæ ipſo facto ſuſpendatur, pœnamq; vnciarum quinquaginta incurrat. Ciuitates autem, terræ, Caſtra, & loca, ac uniuerſitates, priuati ciues & habitantes ſub pæna centum unciarum irremiſſibiliter exigendarum, & fiſco applicandarum, & centum cum reſeruatione etiam pœnas ipſas augendi, & commutandi prout nobis melius uiſum fuerit, & placebit iuxta demerita contrauenientis pro arbitrio noſtro reſeruamus.

Datum in ciuitate noſtra Capuæ per Magnificum uirum Andræam Maricondam Locumtenen. Fundorum Comit. &c. die 3. Auguſti, 1490. Regnorum noſtrorum anno 34.

Rex Ferdinandus.

Iulius de Scortiatis Locumten. Mag. Camer.

Dominus Rex mandauit mihi Io. Pontano.

Litera Regia ſuper graſſia ciuitatis Neapolis.

REx Siciliæ, &c. Commiſſario. Per lo grande amore, & affettione portiamo alla noſtra città di Napoli, per li continui ſeruitij, che da quella hauemo riceuuto & che di continuo riceuemo, & anche per obſeruatione de gli antichi priuilegij, quali le ſono ſtati conceſſi per il Re, & Principi noſtri predeceſſori: l'hauemo conceſſo tra l'altri capitoli, che nouiter l'hauemo fatto expedire, Che tutta la graſsia, che venirà di ſuora alla detta città, debbia eſſere franca di ogni gabella, & vittuaglie chiamate, come ſi uoglia, eccetto della gabella del Bon Denaro: qual'è di noſtra Corte: quale s'exige al tenimento di detta città, Per tanto volendo noi per commodo & vtilità di detta città, alla quale in molto maggiore coſa deſideramo compiacere per il grand'amore le portiamo, vi commandiamo expreſſe, che a tutte cittate, terre, & luoghi di noſtra giuriſditione facciati intendere, come noi hauemo conceſſa la gratia ſopradetta alla detta città, accioche n'habbiano notitia, & portino della graſsia alla detta città, ſenza pagare le gabelle, etiam vittuaglie, che pagauano auanti. Hauendoſi però aduertenza per detti gabellotti, che quelli portaranno la graſsia habbiano la patente delli eletti di detta città, per la quale ſi notifichi hauernela portata in quà & non altroue, & queſto dicemo, che non vorremo fraudaſſero la gabella, che ſotto preteſto, & colore di portarla in quà, la conduceſſero altroue. Et li fate intendere, che a noi ne ſaranno ſeruitio accettiſsimo, oltra, che ne reſulta grandiſsima utilità, & non facendolo ne diſpiacerà grandemente.

Datum in ciuitate noſtra Auerſæ 3. Maij, 1496.

Rex Ferdinandus. In Curia 15.

Quod datia vniuerſitatis locorum a forenſibus non exigantur.

FErdinandus, &c. Vniuerſis, &c. Etſi hactenus certa vectigalia, quæ Datiorum appellatione vulgaris includit locutio, uniuerſitatibus petentibus prædeceſſorum noſtrorum temporibus aliquando impoſita fuerint, quorum impoſitionis cauſa potiſsima fuiſſe dignoſcitur, vt collectorum ſolutioni primo proficerent, & ſubſequenter alijs commodis communis utilitas attenderetur, ut Roberti Regis prædeceſſoris noſtri ordinatione uniuerſitatibus, quæ contra facerent ultra, vel præter prædictam formam ipſorum datiorum ſoluendo pecuniam, dupli eius quantitatis, quæ ſic fuiſſet illicitè perſoluta, ſiue impoſita: Conſueta tamen conceſsionis forma vectigalium eorundem hactenus fuiſſe dignoſcitur, quòd vſque ad ipſius Regis concedentis beneplacitum eorum conceſsio vim haberet, atque uigorem, nullo propterea iuribus Regiæ Curiæ, & immunitatis clericorum.

ricorum præiudicio generato, & quòd ab ipſorum datiorum exactionibus ipſe Rex & eius Curia, atque Regina, & liberi eius exempti eſſent, & illi, qui in ipſa terra, in qua imponerentur, vel eius territorijs feuda, ſeu dona a Curia regia tenerent: pro quibus feudis ſeu donis nihil ſoluerent, ac nuncij principum & magnorum uirorum, qui haberent titulum dignitatis: quodque vniuerſitas, cui conceſſio ipſa fieret, datijs non uteretur eiſdem, quouſque regionis Iuſtitiario, cui exinde ſcribebatur per ſuum legitimum ſyndicum ad hoc ſpecialiter deputatum ſe obligaret, & per præſtationem cautionis fideiuſſoriæ caueret idoneè de reſarciendo regiæ Curiæ toto eo, quod per conceſſionem & uſum datiorum ipſorum in ipſius Curiæ diſpédium forſitan reſultaret, ut ex prædeceſſorum noſtrorum regiſtris, quæ in noſtro ſeruantur Archiuio, manifeſtius apparet. Et cum ipſa eorundem vectigalium impoſitionis cauſa potiſſima fuiſſe dignoſcatur, vt primò collectarum ſolutioni prodeſſent, & ſubſequenter alijs uniuerſitatum commodis ex ea conſequenter infertur, vt inter ipſos ciues, & homines vniuerſitatum ipſarum, & ab ipſis ciuibus exigenda eorundem impoſitionis conceſſio proceſſerit, cenſeri debeat, cum inter ipſos ab eis exigenda ipſis petentibus licitè imponi potuiſſet: non autem ab extraneis exigenda pro ipſorum ciuium oneribus inde ſubeundis, cum eo caſu irrationabiliter & illicitè proceſſiſſet eorum conceſſio, & exactio, cùm unuſquiſque ſuum onus portare debeat, & pro alienis debitis, ſiue oneribus alius non debeat prægrauari. Huiuſmodi conſuetudinis Regiæ Curiæ attenta forma etiam cẽſendum eſt, quòd ipſorum ſic proceſſerit conceſſio ut eorum uſus, & exactio abſque præiudicio Regiæ Curiæ procederet, ac immunitatis clericorum, & cum exceptionibus prædictis, & uſque ad concedentis beneplacitum, vbi aliter de ipſorum conceſſionis forma non appareat. Cum igitur intellexerimus, quòd in nonnullis ciuitatibus, atque terris huiuſmodi datia non modo inter ipſos ciues, & ab ipſis ciuibus exiguntur, ſed etiam a forenſibus, & extraneis pro ipſorum rebus, & commercijs in ciuitatibus ipſis, atque Terris, & etiam immunitatibus, & exemptionibus prædictis non ſeruatis, quodque pro grano, & alijs victualibus, atque mercibus, pro quibus ius Exituræ & alia iura noſtræ Curiæ debentur in ipſis ciuitatibus atque Terris, datia exiguntur pro uniuerſitatibus ipſis, in euidens noſtræ Curiæ detrimentum, atque præiudicium, cum exinde mercatores, & alij ad emendum ibidem, & indè extrahendum de grano, victualibus, & alijs mercibus tanto minus confluunt ad ipſas ciuitates, atque terras, quanto vendenda ibidem & emenda per eos, & inde extrahenda maioribus oneribus, & exactionibus ſentiunt fore ſubiecta. Qui plerunque ad alia regna ſe transferunt pro his emendis, & inde extrahendis, ſuiſque gerendis negocijs non abſque noſtræ Curiæ præiudicio, noſtrique ac reipublicæ damno, quod praua temporum diſpoſitione, quæ hactenus in noſtro regno ſucceſſerũt proceſſiſſe credimus, quibus huc vſq; toleratum eſt uectigalia huiuſmodi modo præmiſſo exigi ſic illicitè, & cum Regiæ Curiæ præiudicio: cum tamen abſque conceſſionis conſueta forma regiæ Curiæ procederent huiuſmodi datiorum conceſſiones, ipſi Curiæ reſarciri deberet totum id, quod per conceſſionem & uſum ipſorum datiorum in ipſius diſpendium reſultaret. Quapropter his meritò prouidere volentes, vt quod belli calamitas hactenus introduxit, pacis lenitas ſopiat, Tenore præſentium de certa noſtra ſcientia, & cum noſtri Conſilij matura deliberatione, huiuſmodi vectigalia, ſiue datia quatenus non inter ſe ipſos ciues, & homines ipſarum vniuerſitatum exigantur, ſed a forenſibus pro uictualibus & mercibus, quas & quæ ad ipſas ciuitates, & Terras per eos deferri contigerit, ibidemque emi, ſiue uendi, & aliàs de his negocium contrahi, & abinde extrahi per ipſos forenſes, de quibus ſpeciales, & expreſſæ conceſſiones eius, qui potuit præter dictam conſuetam formam in contrarium non oſtendatur, reuocamus & annullamus huiuſmodi exactiones, tamquam illicitas, & noſtræ Curiæ ac reipublicæ damnoſas fieri omnino prohibemus. Ita, vt ſi qui poſt publicationem præſentium huiuſmodi exactiones, quas fieri, ut prædicitur prohibemus, facere tentauerint, ſiue contrauenerint, aut fieri, aut continuari mandauerint, fecerint, ſiue permiſerint, pœnas incurrant impoſitas contra noua vectigalia abſque iuſſu Principis imponentes, ſiue exigentes: Mandantes propterea ſpectabili Magno Camerario Regni huius, eiuſque locumtenenti, & præſidentibus Cameræ noſtræ Summariæ: necnon Secretis, & magiſtris Portulanis in quibuſuis prouincijs Regni huius conſtitutis, & tam qui huiuſmodi officia geſſerint in credentiam, quàm illi qui ea geſſerint in gabellam, quatenus præſentem noſtram ordinationem, atque ſtatutum per decretas ſibi prouincias prædicti Secreti, & magiſtri Portulani, & quilibet eorum ſolenniter publicari faciant, & ſignanter in locis famoſis, & præſertim maritimis, in quibus huiuſmodi datia exiguntur, inuiolabiliter obſeruari, nullamque in his committant negligentiam, vel defectum, ſi gratiam noſtram charam habent, & pœnam ducatorum mille a ſingulis contrafacientibus exigendam cupiunt non ſubire. In quorum teſtimonium, &c.

Datum in Caſtello Nouo Neapolis per Magnificum Lucam Toczulum, &c. die penultimo Octobris 1470. Regnorum noſtrorum anno 13.

Rex Ferdinandus.
Paſchaſius Garlon.
N. A. de Montib. Locumten. Mag. Camer.
Dominus Rex mandauit mihi Antonello de Petrutijs.

PRAGMATICA REGINAE IOANNÆ II.

Super ſucceſſione ſororis fratribus præmortuis, & quando excluditur, & quando non.

IOanna II. Regina, &c. Vniuerſis & ſingulis præſentes literas inſpecturis, tàm præſentibus quàm futuris, &c. Sanè pro parte magnificæ mulieris Catherinæ Filigeriæ vxoris viri magnifici Ser Ioannis Carazoli de Neapoli militis Magni Seneſcalli Regni noſtri Siciliæ, ac filiæ quondam Iacobi Nicolai Filigerij Comitis Auellini iure Francorum uiuentis, fuit culmini noſtro oblata petitio in ſerie ſequenti. Sacræ Reginali Maieſtati reuerenter exponitur pro parte Catherinæ Filigeriæ filiæ quondam Iacobi Nicolai Filigerij Comitis Auellini iure Francorum uiuentis fidelis V. Maieſtatis, dicentis, quòd olim dum dictus quondam Iacobus Nicolaus Comes Auellini pater ipſius exponentis in humanis ageret habens quatuor filios maſculos, uidelicet, Gurellum Filigerium primogenitum, Alduinum, Ioannucium, & Vrbanum Filigerios, & ipſam exponentem, ſuum ultimum ſolenne nuncupatiuum condidit teſtamentum, in quo quidem teſtamento ſibi uniuerſalem inſtituit hæredem in om-

omnibus bonis ſuis feudalibus ratione primogenituræ, dictum Gurellum filium ſuum primogenitum, & omnes filios ſuos prædictos, ac ipſam exponentem inſtituit hæredes in Burgenſaticis, ac eidem exponenti prælegauit vncias octingentas, prout hæc, & alia in quodam publico inſtrumento teſtamenti exinde facto ſerioſius continetur. Qui quidem Iacobus Nicolaus Comes Auellini in eadem voluntate teſtandi perſeuerans extitit, ſicut Domino placuit vita functus, ſuperſtite in mundo dicto Gurello filio primogenito, & hærede inſtituto per eum in bonis feudalibus prædictis: Qui Gurellus hæreditatem dicti patris ſui adiuit cum beneficio inuentarij, & mortem dicti patris ſui nunciauit & releuium ſoluit, & obtinuit literas aſſecurationis, vigore quarum aſſecuratus fuit, ſuperſtitibus etiam prædictis Alduino, Ioannucio, Vrbano, ſuis maſculis hæredibus inſtitutis in Burgenſaticis, ſuperſtite etiam dicta exponente hærede inſtituta, ut ſupra, ac debente conſequi, & habere dictas vncias octingentas prælegatas eidem exponenti. Poſtquam dictus Gurellus Filigerius Comes Auellini frater exponentis eiuſdem, ipſam exponentem maritauit & eam nuptui tradidit præfato Ser Ioanni, eique dedit ſeu promiſit dare dictas vncias octingentas prælegatas eidem exponenti per dictum quondam Iacobum Nicolaum Comitem Auellini patrem ipſius exponentis: Et deinde præfatus Gurellus extitit, ſicut domino placuit, vita functus, ſuperſtitibus dicto Aldouino, Ioannucio, & Vrbano fratribus ſuis, qui poſt mortem ipſius quondam Gurelli mortui fuerunt unus poſt alium in pupillari ætate infra octo dies modicum plus, vel minus: ſuperſtite eis, ſeu ultimo decedenti ipſa exponente ſorore Alduini, Ioannucij, & Vrbani, ſuperſtite etiam Philippo Filigerio patruo dictorum quondam Gurelli, Alduini, Ioannucij, & Vrbani, necnon Rizardo Matthæo Filigerio filio & hærede quondam Rizardi Filigerij ſimiliter patrui dicti quondam Gurelli & fratrum. Cumque benigna Maieſtas propter mortem dicti quondam Gurelli Comitis, & fratrum prædictorum ipſius exponentis, ipſa tanquam ſoror vtrinque coniuncta fuerit & ſit rationabiliter ſucceſſura eis, ſeu ultimo decedenti ex eis, excluſis dicto Philippo patruo, ac Rizardo Matthæo fratre eorum conſobrino, excluſo etiam fiſco, non obſtante forma conſtitutionis Regni, quæ vult quòd ſoror maritata, & dotata excludatur a ſucceſſione fratris in bonis feudalibus ſecundum quod tenuit glo. conſtitutionis Regni, quæ incipit, vt de ſucceſſionibus, in §. & coniugatæ & dotatæ. Cum illa conſtitutio vendicet ſibi locum quando ſoror fuerit maritata, & dotata de bonis fratris, de cuius ſucceſſione agitur, ſecundum quod tenet Andr. de Iſern. in dicta conſtitutione, ut de ſucceſſionibus. in §. coniugatæ, & in conſtitut. in aliquibus. ibi, ſic intelligunt omnes, &c. idem ipſe tenet 9. col. in titu. de natu. ſucceſſ. feud. Idem tenet Dom. Barth. de Capua, qui mouetur per tex. in l. quoniam nouella. in fi. C. de inoffic. teſtamen. vbi dicit eſſe caſum. & ibi eſt tex. ad literam, & eſt etiam glo. ordinaria in l. prima. C. de leg. hæred. Non obſt. glo. in uer. dotatæ. quæ uidetur tenere, quod ſufficit ad hoc, vt ſoror excludatur a ſucceſſione fratris, quòd ſit dotata de bonis ipſius fratris, ſeu a communi patre, in quo caſu debet eſſe contenta de eo, quod accepit in die uotorum, ſiue nuptiarum, ſi habuit dotem in paragio. Quia illa glo. vendicat ſibi locum de iure Longobardorum, attento quòd glo. mouetur per legem Longobardam, quæ incipit, ſi pater filiam. & non in perſonis, quæ viuunt iure Francorum, aliter eſſet deſtruere omnia iura ſuperius allegata. Dictaque exponens nullatenus intendit litigare, ac iudicium ſuſcipere cum V. Maieſtate, ac fiſco: Propterea pro parte ipſius exponentis, V. Maieſtati humiliter ſupplicatur, quatenus dignetur V. Maieſtas intuitu Dei, iuſtitiæ, ac attentis ſeruitijs præſtitis V. Maieſtati per ipſam exponentem, & eius anteceſſores, ac dictum eius uirum, videri facere per Doctores, & iuriſperitos, ſi exponens ipſa fuit, & eſt de iure rationabiliter ſucceſſura dicto quondam Gurello Comiti Auellini eius fratri in bonis feudalibus, ſeu fiſcus V. Maieſtatis, ſeu alius: Et ubi per iuris peritos doctores eligendos per V. Maieſtatem erit per V. Maieſtatem dictum, & conſultum, quòd exponens ipſa eſt rationabiliter ſucceſſura dicto quondam Gurello eius fratri in bonis feudalibus ſupradictis: nõ obſtante quòd fuit maritata per dictum quondam Gurellum fratrem ſuum, & datæ, ſeu promiſſæ fuerunt ſibi, ſeu dicto eius viro dictæ vnciæ octingentæ ſibi prælegatæ, prout ſuperius eſt expreſſum, attento quòd non fuit maritata, & dotata de bonis dicti fratris ſui, V. Maieſtas per ſuas literas magno pendente ſigillo munitas decernat, & declaret interpretando & declarando dictam conſtitutionem Regni, prout V. Maieſtati erit relatum, & conſultum per Doctores & iuriſperitos eligendos per Maieſtatem eandem, & exinde fieri facere literas opportunas.

Qua petitione noſtro culmini vt prędicitur oblata pro parte Catherinæ prædictæ, nos attendentes petitiones ipſius fuiſſe & eſſe conſonas rationi, & attendentes quòd ad noſtram Maieſtatem ſpectat lites dirimere, ac dirimi facere, & dubia, ac leges declarare & interpretari, ac etiam attendentes merita ſynceræ deuotionis, & fidem dictæ exponentis, & eius viri, dictam petitionem diſcuti & uideri fecimus per quàmplures doctores, & iuriſperitos, videlicet, magnificum uirum Marinum Boſſam de Neapoli, cancellarium noſtri regni Siciliæ: Ioannem de Monte Magno, Petrum de Piſtorio Iudices Magnæ Curiæ, Ioannem Archamonum de Neapoli iudicem appellationum dictæ Curię: Blaſium Liſtum, Carolum de Gaieta, Gurellum Caraciolum, & Carolum Molicellum de Neapo. legum Doctores, ac iudices; Iacobum de Griffis, & Abbatem Raynaldum Vaſſallum de Neapo. Qui diſcuſſis & diligenter una cum nonnullis alijs iuriſperitis ruminatis, ac libratis & penſatis dubijs prædictis in effectu maieſtati noſtræ retulerunt, & conſuluerunt, quòd ſecundum opiniones eorum, tunc ſoror uiuens iure Francorum excluditur a ſucceſſione fratris, quando ipſa fuit maritata & dotata de bonis fratris ſui: aliàs, ubi de bonis fratris ſui dotata non fuerit, non excluditur a ſucceſſione bonorum fratris, & hoc in uiuentibus iure Francorum. In uiuentibus autem iure Longobardorum vendicat ſibi locum glo. Marini in allegata conſtitutione regni, vt de ſucceſſionibus. in uerbo, coniugatæ ſeu dotatæ, quòd ſufficit ſororem fuiſſe dotatam a communi patre, uel a fratre, ut excludatur a ſucceſſione fratris. Habita itaque relatione ac informatione & declaratione prædicta nobis facta, ut præfertur per doctores & iuriſperitos præfatos: Volentes finem liti ponere ac iuſtitiam miniſtrari facere, ad quam nos debitores exiſtimus, & vt de cætero inter noſtros ſubditos iure Francorum uiuentes dubitatio nulla ualeat exoriri: Ea propter tenore præſentium de certa noſtra ſcientia, & cum deliberatione noſtri Concilij, ac proprio motu, gratia generalis legis condendæ, ac interpretandæ dictæ conſtitutionis, declaramus

ramus ac interpretamur dictam conſtitutionem, ut de ſucceſſionibus, ac gl. Marini ibi poſitam intelligi, & interpretari debere, ſecundum ueram opinionem, quòd in uiuentibus iure Francorum, tunc ſoror excluditur a ſucceſſione fratris, quando ipſa ſoror fuerit maritata de bonis fratris, de cuius ſucceſſione agitur, aliàs non excluditur: In uiuentibus autem iure Longobardorum uendicat ſibi locum glo. Marini de Caramanico, quòd ſufficit ſi fuerit maritata & dotata a communi patre, vel a fratre, dummodo habuerit dotes de paragio, ut excludatur a ſucceſsione fratris, quibuſcunque iuribus, conſtitutionibus, ritibus, obſeruantijs, & Capitulis, ac priuilegiis, & reſcriptis factis, & in antea faciendis in contrarium diſponentibus, repugnantibus, ſeu obſiſtentibus nullatenus obſtaturis. Mandantes propterea ipſarum tenore præſentium de dicta noſtra ſcientia magiſtro Iuſtitiario dicti noſtri Regni Siciliæ, eiuſque locumtenenti & iudicibus Magnæ Curiæ Vicariç, cæteriſque officialibus dicti Regni noſtri quacunque poteſtate fungentibus, & eorum locatenentibus præſentibus & futuris, quatenus ex nunc in antea præſentem noſtram declarationem, & interpretationem tàm in præſenti cauſa, quàm in alijs ſucceſsiuè futuris, obſeruent, & iubeant pro lege obſeruari, & ſic decernimus, & iubemus. Præſentes autem literas magno noſtro ſigillo munitas fieri fecimus, in teſtimonium præmiſſorum.

Datum in Caſtro Nouo Neapolis per manus noſtræ prædictæ Ioannæ Reginæ, anno Domini, 1418. die 19. menſis Ianuarij, 11. indictio. Regnorum noſtrorum anno 4. feliciter.

Pragmatica vſurarum.

IOanna Dei gratia, &c. Regenti Curiam Vicariæ Regni, & Iudicibus ipſius Curiæ, &c. Quia nouiter noſtræ Maieſtati relatum eſt præpedium nodoſæ uobis dubitationis occurrere circa condemnationem fœneratoribus delatis in dicta Curia inferendam: Quodque eorum prauitatis huius criminis probatio difficilis cenſeatur: Vobis harum ſerie noſtræ ſuper hoc perpenſa deliberatione Conſilij prouiſionis beneplacitum aperimus, & uolumus, quominus exigente immanitate prædicta, de certa noſtra ſcientia concedimus, & mandamus, quatenus ubi contra aliquem de huiuſmodi illicito crimine publica fama concurrit: Si tres teſtes * fide digni iurati teſtificentur criminatum ipſum in eos exercuiſſe huiuſmodi vſurariam prauitatem, non obſtante, quòd in eorum teſtimonio ſint ſingulares, & in eorum cauſis proprijs quodammodo depoſuiſſe cognoſcantur, habeatur ac ſi probatum eſſet legitimè crimen. Et exinde merita condemnatio ſubſequatur, & illos iuris præſidia non defendant: qui ſpretis ſanctorum Patrum decretis, in charitatis opprobrium & proximi perniciem minimè delinquere formidauerunt. Vobis nihilominus de ipſa certa ſcientia adijciendo mandamus expreſſius, quatenus in proceſſibus per nos habitis & habendis contra fœneratores huiuſmodi, & exinde ferendis ſententijs prędicti beneplaciti noſtri mentem, & ſeriem ſtudeatis tenaciter obſeruare, lege, conſuetudine qualibet non obſtante in contrarium edita.

* ADDITIO. Tres teſtes. *An de iure communi teſtes facerent fidem, vide Aymen. in conſil. 6. nume.* 102. *Adde Grammat. in deciſio.* 53. *per totum.* De Bot.

Datum Neapoli ſub annulis noſtris ſecretis, die 8. Iunij, 7. indictio.

PRAGMATICA ſuper accuſatione.

IOanna [a] Dei gratia, &c. Regenti Curiã Vicariæ regni Siciliæ, & iudicibus eiuſdem Curiæ Regiis, nalibus Conſiliarijs, familiaribus, & fidelibus noſtris gratiam, & bonam voluntatem. Legiſlatoris eſt proprium ſubditis iudicia declarare, quæ varia vetuſtate legum, diuerſaq; obſeruantia temporum inuoluuntur, vt moderna clara ſtabilitio ordinet, quod præteriti temporis curſus inordinatum perpenditur reliquiſſe. Sanè licet in regno Imperialis ſanctio ſtabilitione firmauit accuſatum poſſe ſuum accuſatorẽ pendente accuſatione prima de maiori crimine accuſare, ſitque ſimul utriuſque accuſantis & accuſati iudicium: quia poſtpoſita agitetur aduerſarij cauſa Sancita legum priſcarum, & diuerſæ obſeruantiæ quæ per ſpeciales literas varijs caſibus occurrentibus emanaſſe dicuntur, quæ tam ad alias diuerſas perſonas, quàm diuerſa etiã crimina, ſiue cauſas factæ fuerunt per tempora retroacta. Vt igitur noſtrorum temporum ſecta luculenta obſeruantia decideret, quid ſit de cæteris ſuis occurrentibus caſibus obſeruandum, præſenti noſtra ordinatione, ac declaratione præſcribimus, ut ſi quãdo aliquem cõtingat per accuſationem, vel denunciationem ad alicuius tribunal iudicis quouis crimine publico, vel priuato per citationem emiſſam, vel denunciationem ſaltem criminis apud acta dictæ Curiæ inſtitutam trahi iniuriã ab aliquo ſuam, ſuorumque proſequendo, non audeant accuſatus, eius coniux, liberi, parentes, aut fratres utrinq; coniuncti inſimul habitantes, de crimine alio priuato, vel publico quantumcunque maiori, prima denunciatione pendente, accuſatorem, eius uxorem, liberos, parentes, fratreſve, ut præfertur utrinque coniunctos, in eadem tamen habitatione manentes, per quamuis viam in iudicium euocare, vel alterum denunciationis ſubintrare certamen. Niſi tamen, quòd accuſatus, vel de-

[a] IOanna Dei gratia, &c. In ver. *vt igitur noſtrorũ temporum, &c.* ¶ Accuſatus pẽdente accuſatione accuſatorem non accuſat. limita niſi eodem die accuſauerit, vel denuntiauerit accuſatorem, & niſi ex nouo delicto. ita no. limitat pul. ritus, item ſi quis, vel ſi qua. &c. ſuprà. & cũ hac litera hic cõcordat ritus incipiẽs, Item ſeruat ipſa curia q accuſator, &c. ſupra. vbi etiã aliter limitat, ut hoc quod dicitur hic quòd accuſatus non accuſat, &c. intelligatur, quòd non accuſat de aliquo crimine, in quo nõ poteſt interuenire procurator, & ille ritus eſt ſumptus ex c. Regni incip. iniunxit nobis. circa fi. illius cap. verſi. itẽ accuſator qui primũ, &c. & de hac materia vide tex. & gl. & ibi latiſſimè Bar. Ang. & Imo. in l. is qui reus. ff. de publ. iud. & tex. & gl. & ibi latiſſime Cy. Pet. Bal & Sal. in l. neganda. C. qui accuſ. non poſſ. & tex. in l. 1. & etiam ibi latè Cy. Bal. & Salic. C. eo. titu. & plene per Ioan. And. in addit. Spec. in tit. de accuſat. §. 1. verſi. item quòd eſt accuſatus, & pulchrum cõſilium Frede. de Senis, in conſ. 93. incip. factum quod proponitur, &c. & latiſſimè per Gandi. in tract. maleſi. in rubr. de filioſam. & utrum poſſit accuſare. in 2. col. cum ſequ. & pleniſſimè per Aret. in tracta. maleſic. in glo. in ver. nec querelam. in 5. char. in 1. col. in verſic. quero an accuſatus, &c. vbi per tres col. examinat referẽdo omnes opiniones. vide ibi ſemper, & vide omnino conſtit. Regni, ſi ciuiliter agens, & ibi glo. & And. Adde q de iure ciuili accuſatorem ſuum reaccuſare poteſt. tex. eſt & caſus in l. ſi quis in graui. §. utrũ. ibi, an etiam is qui &c. ff. ad Syll. & ibi no. Bal. dicens no. hic, q accuſatus poteſt accuſatorem ſuũ reaccuſare, & retorquere illud crimen in ipſum, & alleg. alia iura.

Adde hic, q ſi Titius accuſat Sempronium de crimine, puta de homicidio, Sempronius põt ſuum accuſatorẽ reaccuſare de falſo: & debet prima accuſatio differri, quia hæc ſecunda eſt præiudicialis ad primam, quod patet, quia lata condemnatoria ſuper falſo, abſolui debet reus ab homicidio. l. fi. §. quod ſi prædictũ. C. de fi. inſtru. Cy. in l. 1. C. qui accuſ. non poſ. in fi. & ſequitur Sal. in l. ſi docueris. C. de falſ. Et de hac materia an accuſatus ab aliquo de aliquo crimine, poſſit illum reaccuſare, vide Pet. de Belu. magiſtraliter diſtinguentem in ſuis quæſtionibus, in quęſt. 144. incip. qui accuſare, &c. M.

nunciatus huiuſmodi, contra quem infertur iudicium, præſter fideiuſſoriam cautionem de ſtando iuri, prima denunciatione, vel accuſatione finita. Euidens enim accuſatoris, vel denunciatoris talium perſonarum ſanguinis vinculo coniunctarum, videtur eſſe nequitia & quædam calumnia manifeſta, qui non prius uoluit aduerſarium accuſare, vel publicè perſonas accuſatori, vel denunciatori proximitate coniunctas accuſando, vel denunciando reos facere, quàm eſſet accuſatus primo, vel denunciatus, vel per querimoniam laceſſitus, non poteſt alicuius mens recta concipere, quòd aliunde proueniat talis actus, niſi quòd prouocati confeſtim quo poſſunt modo cupiunt ſe vlciſci. Poſtquàm uerò fuerint obiecti termini, priore accuſatione ſententiata, vel terminata, poterunt eorum accuſationem, vel denunciationem reaſſumere, vel proponere, & ſi prout eis permittunt legitimæ ſanctiones ſuper hoc ciuiles ac etiam emanantes ex delictis, quin poſſint citati eorum quæſtiones proponere: etiam pendente litigio criminum obiectorum. Contra uero prædictas perſonas ſupra comprehenſas noſtram ordinationem procedere uolumus quoquomodo. Prædictis tamen determinando adijcimus, quòd ſi contingat crimen de nouo poſt motam cauſam denunciationis, uel accuſationis prædictæ in perſonam accuſati, uel denunciati committi: ipſeque tunc cupiat ſuam, vel ſuorum iniuriam proſequi, non quodcunque etiam ſi minus illud crimen exiſtat, poſſit tunc ſuam querelam deponere, ſeu adijciantur perſonæ prædictæ cupientes eorum iniuriam in iudicio vindicare, & abſque præiudicio aliquo poſtea in utraque eodem tempore procedere, coram tamen eodem iudice ſi aliàs competens eſſe cenſeatur, ne valeant delinquẽtes cognitionem & punitionem criminum etiam ad tempus fugere commiſſorum, & ſubtrahatur talis occaſio fortaſſis præbita delinquendi: Vt autem prius noſtra ordinatio in communem deueniat notitiam ſingulorum, illam prouidimus uobis præſentialiter deſtinandam, ut tam per noſtram Curiam, quæ norma alijs inferioribus debet exiſtere, quàm per alios officiales & iudices quocunque cenſeantur titulo inuiolabiliter obſeruetur. Quibuſcunque alijs ſcriptionibus ſeu mandatis factis fortaſſis in poſterum in aduerſum non obſtantibus quoquomodo.

Datum Neap. per Matthęum de Porta de Salerno, &c. anno 1437. die 10. menſis Octobris.

Pragmatica de modo ſeruando in Magna Curia Vicaria per actorum Magiſtros.

FErdinandus, &c. Vniuerſis & ſingulis præſentium ſeriem inſpecturis tam præſentibus quàm futuris, Vt res humanæ & maximè quæ pro R. P. concernunt intereſſe, ac publici officij exercitium perpetuo curſu durare poſſint, modo quidem certo ac recto ordine agere eas & exequi oportet, & ideò ſummopere principibus aduertendum, ut hi, quibus officia commiſſa ſunt, nihil præter ius ac honeſtum & rationabile tempore ipſorum principum ſacra inſtituta, & ordinationes tranſgredi, aut peruertere auſu temerario præſumant, ſed ſuo quiſque exercitio, commodo, & lucro contentus ſit, ne dum rei alienæ ſtudeat, omnem ordinem peruertat, quod raro ſine ſummo incommodo & rerum iactura accidere ſolet. Et quoniam ad aures noſtras peruenit, quòd in magna Curia Vicariæ in præſentiarum inter actorum magiſtros in ipſorum officijs agendis nullus ordo ſeruatur, ſed alijs temporibus retro lapſis bonus ſeruabatur: quia aliqui ex dictis actorum magiſtris, quaſi totum exercitium, & conſequenter omne lucrum ſibi retinere & occupare, ac exquiſitis coloribus habere procurauerunt: alij uero abſque exercitio, & lucro pati uidentur, ex quo alijs dignius officium habere quodammodo iniuſtum eſt: quod minimè uerum eſt, quia omnia dictorum magiſtrorum officia indifferenter ęqualia ſunt, neque vnus ex ipſis actorum magiſtris maior in gradu, & dignior eſt: niſi inquantum uirtutibus, ætate, ſufficientia, & maioribus alios præcedit: ideo æqualiter labores & lucra diuidi debent. Volentes igitur cauſas omnes ipſius inordinati modi inter ipſos actorum magiſtros ſecare, amputare, atque remouere, quodque, vt negotia, tam noſtram Curiam, quàm partes priuatas quaſcunque tangentia, quæ in Magnæ Vicariæ Curijs tractantur, & de cætero tractabuntur, bene recteque ſine fraude exerceantur: quodque actorum magiſtri ipſarum Curiarum, vt decet, officium eis commiſſum gubernent, & exerceant, & unuſquiſque lucrum, atque laborem æqualiter ſentiat: noſtra pragmatica ſanctione cunctis futuris temporibus ualitura, atque inuiolabiliter obſeruanda, de certa noſtra ſcientia, deliberatè, & conſultò uolumus, decernimus, ſtatuimus, ſancimus, & prouidemus, quòd nullus actorum magiſter Magnæ Curiæ Vicariæ per ſe, ſeu eorum domeſticos, ſeu familiares pro euitandis præiudicijs, fraudibus, ac damnis quæ noſtræ Curiæ ac R. P. huius noſtri regni, & aliàs fortaſſe ſequi poſſent, deinceps poſſit, ſeu ualeat tenere ſigilla ipſarum Curiarum, neque ius ipſorum ſigillorum, ſeu alicuius eorum exigere, petere, ſeu recipere. Item quòd proceſſus agitandi in dictis Curijs poſtquam concluſi fuerint, ſiue facta in eis fuerit concluſio, & ſcripta per ſubactarios, qui in illis interuenerint, ſtatim facta & continuata concluſione per ipſos ſubactarios debeant in manibus iudicis Hebdomadarum aſſignari per eum ſeriatim inter ipſos actorum magiſtros diuidendi. Volumus etiam, iubemus, atque ſancimus, quòd omnes & quæcunque ſcripturæ præſentandæ in bancha, ac per ipſam Curiam faciendæ & prouidendæ, putà, ut ſunt literæ regiæ, ſupplicationes, petitiones, decreta authentica, literæ de ponendo aliquem in poſſeſſione ex primo & ſecundo decreto, ac conſeruatoriæ, & alia quæuis ad actorum magiſtrorum officia ſpectantia diuidantur, & diuidi per ordinem debitum debeant inter ipſos actorum magiſtros: nec aliquis ex his actorum magiſtris debeat, nec audeat huiuſmodi ſcripturas, & acta a partibus, ſeu a procuratoribus extra bancham aliquo modo, ratione, ſiue cauſa recipere, ſub pœna ſuſpenſionis eius officij, & alia noſtro arbitrio reſeruata, & ſic eo modo ſeruetur contra partem, & eorum procuratorem, ſi contra per ipſos factum fuerit, ſiue attentatum, quo caſu ſtatim ab eorum officijs priuatos nunc pro tunc eſſe cenſemus. Præterea uolumus, atque iubemus, quòd tam libri bannitorum, quàm obligationum, & aliorum actorum dictæ Curiæ facti iam & de cætero faciendi, ſiue componendi reponi, & conſeruari debeant in uno loco communi in dicta magna Curia: ita quòd vnuſquiſque ex actorum magiſtris poſſit illos, cum opus fuerit capere, & habere, & in eis acta conſcribere, & alia occurrentia, prout expediens fuerit, agere. Inſuper uolumus, atque mandamus, quòd de omnibus & ſingulis proceſſibus, & ſcripturis in archiuio ipſius curiæ exiſtentibus per ipſos actorum magiſtros debitum in-

uentarium fiat, & deinde reponi debeat quolibet trimeſtre, & cum aliqui proceſſus, ſiue ſcripturæ perquirendi fuerint, ſiue perquirendæ, illos, & eas perquirere debeant illi duo actorum magiſtri, qui de eo tunc claues ipſas cuſtodiunt, ſeu conſeruabunt: verum omne lucrum inde prouenienduum, æqualiter inter omnes actorum magiſtros diuidi debeat, & diuidatur. Rurſus volumus atque iubemus, quòd dicti actorum magiſtri teneantur, & debeant conficere quinternum de omnibus & ſingulis dictis occurrentibus intereſſe Curiæ tangentibus, & omni die de ſero, quæ occurrerint, regenti ipſius curiæ, ſeu aduocato fiſci notificare, ne fiſcalia negocia in longum protrahantur, nec ſubtrahantur & defraudentur, atque occupentur. Item, quòd menſe quolibet ordinetur vnus ex dictis actorum magiſtris, qui recepturus ſit proceſſus appellationum in dicta Curia præſentandos, illosque inter ipſos actorum magiſtros ſeriatim diſtributurus, ita quòd vnuſquiſque per ordinem proceſſum ſuum habeat. Cæterum, quia iam aliàs per capitula huic noſtræ ciuitati Neapoli conceſſa ſuper hoc prouiſum eſt, volumus pro obſeruatione eorundem capitulorum, decernimus, atque iubemus, quòd nullus actorum magiſter deinde officium ipſum in dictis Curijs exercere valeat, ſiue poſſit. Et quoniam ea, quæ ſuperius declarauimus, mente incommutabili decernimus, ſtatuimus, & ordinamus obſeruari, ac inconcuſſè, per actorum magiſtros dictæ Magnæ Curiæ Vicariæ procuratores & alios præſentes, & ſucceſſiuè futuros ſub pœna eorum officiorum priuationis, & alia inſuper noſtro arbitrio reſeruata: Volumus ea propter Illuſtr. & chariſſimo Alphonſo de Aragonia Duci Calabriæ filio primogenito, & Locumtenen. generali noſtro hunc noſtrum declarare intentum: Mandantes magiſtro Iuſtitiario Regni noſtri huius Siciliæ, eius Locumtenenti, & Regenti Magnæ Curiæ Vicariæ ac iudicibus eiuſdem Curiæ, cæteriſque officialibus, ad quos ſpectet: aduocato inſuper & procuratori fiſcalibus noſtris, quatenus obſeruata ad unguem forma noſtræ huius pragmaticæ ſanctionis, & ſtatuti, illa, & omnia in ea contenta iuxta eius ſeriem & tenorem per dictos actorum magiſtros, procuratores, & alios ſupradictos, qui ſunt, & pro tempore fuerint, teneri, & obſeruari facere, atque mandare: ipſe aduocatus & procurator fiſcalis circa obſeruantiam omnium & ſingulorum prædicto iure præſtent officium, tàm circa executionem pœnarum illorum, qui in eas inciderint, & contra per uos ordinata fecerint, qui aliàs inſtantiam faciant opportunam, & contrarium non faciant, ſeu fieri patiantur, ſi dictus Illuſtr. Dux primogenitus noſter, & locumtenens generalis nobis complacere optat: cæteri officiales noſtri prædicti quanto gratiam noſtram charam habent, iramque & indignationem noſtram, ac pœnas prædictas, & pœnam ducatorum mille de auro, cui ſuo caſu prompta non deerit executio, cupiunt non ſubire. In cuius rei teſtimonium præſentes fieri iuſſimus magno Maieſtatis noſtræ pendenti ſigillo muniras.

Datum in Caſtello Nouo Neapolis per Magnificum virum Lucam Toczulum, Romanum, Locumtenen. Fundorum Comitis Logothetæ prothonotarij. Die 28. Martij, 1469.

Rex Ferdinandus.

Paſchaſius Garlon.

Dominus Rex mandauit mihi Antonello de Petrutijs.

PRAGMATICAE CAROLI V. ROM. IMPER. INVICTISS. AC SEMPER AVGVST.

CAROLVS, diuina fauente clementia, Romanorum Imperator, ſemper Auguſtus, Rex Germaniæ, &c. Ioanna eius mater, & idem Carolus eius filius Dei gratia Reges Caſtellæ, Aragonum, vtriuſq; Siciliæ, Hieruſalem, Vngariæ, Dalmatię, Croatiæ, Nauarræ, Granatæ, Toleti, Valentiæ, Galletiæ, Maioricarum, Hiſpalis, Sardiniæ, Cordubæ, Corſicæ, Murtiæ, Giennis, Algarbij, Algerizæ, Gibraltaris, Inſularumq; Canariæ, Indiarumque inſularum, & terræ firmæ Maris Oceani, Archiduces Auſtriæ, Duces Burgundiæ, Comites Barchinoniæ, Flandriæ, Tirolis, &c. Domini Biſcaiæ, & Molinæ, Duces Athenarum, & Neopatriæ, Comites Roſſilionis, & Ceritaniæ, Marchiones Oriſtanni & Gotiani, Vniuerſis & ſingulis præſentium ſeriem inſpecturis, tam præſentibus, quàm futuris. Poſtquàm nobis annuente Deo, & illius fauente clementia datum fuit, vt poſt debellatum Turcharum Tyrannum, & recuperatum Regnum Tuneti, & redactum ad noſtram deuotionem, poſſe uiſitare hoc noſtrum fideliſſimum Regnum, quod a multis annis nobis maximè cordi fuit: inuigilauit cura noſtra ſubditos & uaſallos huius noſtri Regni ab omnibus oppreſſionibus, extorſionibus indebitis exactionibus liberare, & ut omnes honeſtè uiuerent: alios non læderent, & Officiales, & ſuperiores ius ſuum vnicuique tribuerent, ut iura præcipiunt, & mandant: Non enim aliter rectam & bonam villicationis noſtræ Omnipotenti Deo rationem redderemus, a quo ſua infinita clementia tot Regna, & dominia ad illa rectè gubernanda accepimus, tot etiam victorias contra noſtros inimicos conſecuti ſumus.

Vt Parthenopes, Regniq; officiales iuſtitiam non violarent, eorum numerum, ac ſtipendium augeri mandauit.

ET quia præcipua cura verſari debet circa perſonas Officialium, Mandamus omnibus Officialibus noſtris, ut rectè eorum officia adminiſtrent, & officialibus Iuſtitiæ, ut iuſtitiam colant, liberi ab omni odio & amore, ab omni corruptione, & timore ius dicant, & decernant. Ex hac enim cauſa numerum Conſiliariorum ſacri Regij Conſilij, & Iudicum Magnæ Curiæ Vicariæ, vbi præcipuè iuſtitia miniſtratur, augeri mandauimus, vt ſycerrimis eſſet iudicijs, quod plurimorum ſententijs confirmaretur. Maius etiam ſalarium dictis Conſiliarijs dari mandauimus, ut omnis tollatur occaſio a recto iudicio deuiandi.

Adminiſtrandæ iuſtitiæ & officia exigendæ pecuniæ non venundanda fore, attamen gratis conſerenda.

MAndamus* etiam per pręſentem noſtram ſacram ſanctionem, ne de cætero officia deputata ad adminiſtrationem iuſtitiæ, vel perceptionem pecuniæ vllatenus, nec per noſtram Curiam, neque per particulares, qui dicta officia obtinent, vel obtinebunt, uendi poſſint, neque interueniente pecunia in fauorem alterius renunciari, ſed conferantur, cum uacauerint, dicta officia.

* ADDITIO. Mandamus. *Vide omnino Gul. Bened. in cap. Raynutius, in ver. duas habens filias, nume. 52. & 58. ponit an emens officiũ dicatur habere titulum lucratiuum, vel onerosum.* De Bot.

cia perſonis dignis, habilibus ad rectum exercitium dictorum officiorum. Et qui contrafecerint, tam uendentes, quàm ementes, & renunciantes, & illi, in quorum fauorem renunciatur, ipſo iure cenſeantur priuati dictis officijs, & alijs conferri poſſint. Pecunia uerò, quæ pro uenditione, vel renunciatione data fuerit, pro dimidia hoſpitali incurabilium, & pro dimidia Regiæ Curiæ applicetur. In quibus pœnis uolumus incurrere illos, qui per priuilegium habent nominationem in terris demanialibus, ſi dictas nominationes fecerint interueniente pecunia.

Renouamus etiam Pragmaticam ſanctionem actam per quondam Cathol. Maieſta. Regis Catholici aui & patris noſtri colendiſſimi.

Datum in uilla Vallis Oleti 26. Febr. anno a Natiuitate 1510. Tenoris ſequentis.

Regijs magiſtratibus a Municipio, collegio quouiſque litigatore quicquam extorquere interdicitur.

NOs Ferdinandus Dei gratia, Rex Aragonum, Siciliæ citra, & ultra Farum, Hieruſalem, Valentiæ, &c. Decet iuſtum Regem quidem, imo ualde neceſſarium eſt ſemper & continuò cogitare, atque animaduertere, & amplecti ea, quæ cultui, & adminiſtrationi iuſtitiæ ſunt conuenientia, & neceſſaria, ut rectius & abſque perſonarum exceptione illa inter ſuos ſubditos gubernetur, miniſtretur, & fiat. Nam per iuſtitiam Reges regnant, populi abundant, Regna conſeruantur & augentur, atque etiam ex aduerſo uias exquiſitas, cum quibus iuſtitia claudicare poteſt, pro uiribus deſtruere, euertere, expellere: Volentes atque huic tàm ſanctæ cogitationi ſingularem effectum dari, iuſtitiamque inter ſubditos & alios ab altiſſimo nobis commiſſos æqua lance miniſtrari, & quod ſuum eſt, unicuique rectius & ſecurius tribui: Hac edictali pragmatica ſanctione perpetua, Statuimus, ordinamus, & in vim perpetuę legis edicimus inuiolabiliter obſeruandum eſſe de cætero, nulli conſiliariorum noſtrorum reſidentium cum Illuſt. Viceregе, & Locumtenente generali noſtro in præſenti Siciliæ citra Farum regno, conſiliariorumque locumtenenti, Prothonotarij, ac dictorum ſacri noſtri regij conſilij de Sancta Clara, conſiliariorumque locumtenenti, præſidentium & rationalium noſtræ regiæ Cameræ Summariæ, conſiliariorumque regentis Vicariam iudicum magnæ Curiæ, & aliorum quorumcunque officialium & miniſtrorum prædictorum tribunalium, & etiam aliorum uniuerſorum & ſingulorum officialium noſtrorum præſentium & futurorum, in prædicto regno, liceat, neque aliquo pacto, aut uia permittatur directè & indirectè, ſeu quouis quæſito colore etiam ſub nomine aduocatorum, auditorum, conſultorum, aut alijs quomodocunque & qualitercunque, accipere, conſequi, & habere aliquam penſionem, prouiſionem, gagia, ſalarium, ſeu lucrum, aut ſtipendium, a quibuſuis uniuerſitatibus, collegijs, & ſingularibus perſonis: cuiuſuis ſtatus, dignitatis, & præeminentiæ fuerint, ſed contententur, & illos contentari uolumus de ſalarijs, gagijs, emolumentis, & alijs ordinariè, & iuxta ſtilum eis pertinentem: ſub pœna priuationis officiorum ſuorum, & alia grauiori arbitrio noſtro, ſeu Illuſt. Viceregis, & locumtenen. generalis noſtri reſeruata. Hanc itaque noſtram edictalem pragmaticam ſanctionem, ſtatutum, ordinationem, & in vim perpetuæ legis edictionem, & inuiolabilem mandati obſeruationem prędicto Illuſt. Viceregi, & Locumtenenti noſtro generali, & Magnificis dilectis cõſiliarijs, & regentibus noſtram cancellariam declarantes, & intimantes ex animo regali noſtro charius, & ſtrictius, quo poſſumus præcipientes, dicimus, & mandamus. Quatenus ipſa omnia & ſingula deſuper cõtenta teneant firmiter, & obſeruent: tenerique & obſeruari faciant inuiolabiliter per quoſcunque: omni dubio, exceptione, & contradictione quacunque repulſis, ipſaque omnia & ſingula intimari faciant ſupradictis officialibus, & tribunalibus, & alijs uniuerſis, & ſingulis officialibus noſtris in forma debita, & de dicta intimatione actum confici ad perpetuam rei memoriam, ut ijdem Officiales noſtri de ſupradictis nullam ualeant ignorantiam allegare, ſed omnibus patefaciant, & præcipiant, atque effectualiter efficiant per uniuerſos & ſingulos, ea omnia & ſingula inuiolabiliter teneri, & cuſtodiri, ſi omnes prædicti, & alij quicunque, præter irę, & indignationis noſtræ incurſum, pœnam decem mille ducatorum auri Curiæ noſtræ, quoties contrafactũ fuerit irremiſsibiliter exigendorum, & applicandorum cupiunt euitare. In quorum omnium, & ſingulorum teſtimonium præſentes fieri iuſſimus, noſtro magno Siciliæ citra Farum Sigillo in dorſo munitas.

Datum in villa Vallis Oleti, die vigeſima menſis Februarij, anno a Natiuitate Domini 1510.

Yo el Rei.

Vidit Auguſtinus Vitus, & Locumten. Prothonotarij, & Magni Camerarij.

Vidit Generalis Theſaurarius.

Vidit Conſeruator Generalis.

Dominus Rex mandauit mihi Michaeli Perem Dalmazan.

Quam ad unguem iuxta ſui ſeriem, & tenorem obſeruari mandamus.

Regij magiſtratus Baronis tutelam, necnon iuriſdictionem exercere vetiti.

ADdentes inſuper dictæ Pragmaticæ, quòd nullus Conſiliarius Regius, ſeu officialis exercens iuriſdictionem, ſeu adminiſtrationem pecuniæ, poſſit eſſe Baiulus, neque tutor, ſeu procurator, alicuius Baronis, ſeu alterius, ad exercendum iuriſdictionem alicuius priuati, ſiue intra Regnum, ſeu extra exiſtentis, ſine expreſſa licentia Illuſtr. Viceregis in ſcriptis.

Cum regio fiſco regij magiſtratus non contrahant.

NEque poſſint etiam dicti Cõſiliarij, & officiales participare per ſe, uel per interpoſitas perſonas in cambijs, ſeu alijs contractibus faciendis per regiam Curiam ſub pœna priuationis officiorum ipſo facto, & alia reſeruata arbitrio Illuſtr. Viceregis.

Fiſci debita, chirographa, ſiue liberantias regij officiales non emant. Necnon in locis iuriſdictionis a negotiationibus arceantur.

NEque etiam * ſub dicta pœna emere debita Curiæ, ſeu chirographa, vulgo dicta Liberantias, debitas per regiam Curiam: Neque ſuper illis contractus aliquos facere. Et qui contra fecerint ultra dictas pœnas, perdant ipſo iure dictas Liberantias, & nihil petere poſſint a Curia, neque ab ijs, cum quibus contraxerint.

* ADDITIO. Neque etiam. *Vide prag. nouellam incip. & quia ex cauſa. Et an officialis pecuniarius poſſit facere mercantiam de pecunia publica. vide Dec. conſil. 6. & 473.* De Bottis.

Non

Non poſſint etiam dicti officiales in locis & prouincijs, in quibus officia exercent, aliquas mercantias, neque per ſe, neque per interpoſitas perſonas ſub dictis pœnis exercere.

Vetantur iuſtitiæ rectores completo tempore ante ſucceſſoris aduentum recedere. Et regiarum arcium cuſtodes ſubſtituere. Et regia Tribunalia ad oppida commiſſarios legare, niſi teſtium excutiendorum gratia non poſſint.

PRohibemus etiam, ꝙ nullus officialis deputatus ad adminiſtrationem iuſtitiæ poſſit recedere a loco, in quo fuit deputatus, vſque ad aduentum ſucceſſoris in dicto officio, etiam quòd eſſet finitum tempus, ad quod erat deputatus: ſaluo ſi obtinuerit licentiam ab Ill. Vicerege in ſcriptis ex aliqua iuſta cauſa: aliàs incurrat ipſo iure pœnam inhabilitatis ad exercenda ſimilia officia. Mandamus porro, quòd omnes Caſtellani, ſeu cuſtodes caſtrorum Regiorum, & alij officiales noſtri perſonaliter, & non per ſubſtitutos officia eorum exerceant ſub pęna priuationis ipſo iure officiorum, niſi licentiam obtinuerint in ſcriptis a noſtra Maie. vel ab Ill. Vicerege ex aliqua iuſta cauſa; Et vt moderetur commiſſariorum frequentia, a quibus multa mala audiuimus, & grauamina ſubditis noſtris inferri: Mandamus, ut de cætero, neque a Regijs tribunalibus, neque a Gubernatoribus, & Audientijs prouinciarum poſſe deputari, vel mandari commiſſarios generales, neque ſpeciales, ſed quando neceſſitas occurrerit mittendi extra locum dictorum tribunalium, committatur ordinarijs locorum, gubernatoribus, vel adiutoribus prouinciarum, in quibus commiſſio erit exequenda, vel etiam Magiſtris Portulanis, ſeu perceptoribus, ſi talia fuerint negotia, quæ illis committi poſſint. Et ſi caſus occurrerit mittendi ſpecialem commiſſarium ex iuſta aliqua cauſa, non poſſit mitti ſine expreſſa licentia Ill. Viceregis in ſcriptis, cui ſecundum qualitatem perſonæ debeat per dictum Illuſt. Viceregem taxari ſalarium moderatum, habita conſideratione ad ſalarium, quod aliàs recepit, ſi fuerit aliàs officialis. Non intendimus tamen comprehendere commiſſarios, qui pro examinandis teſtibus in cauſis vertentibus neceſſariò mittuntur, aut pro aliqua informatione recipienda, ſeu pro executione ſententiarum, ſeu decretorum. Quibus volumus ſolui ſalarium per Regiam Pragmaticam ordinatum, & non ultra, etiam a ſponte dantibus Iniungimus etiam per præſentes ſpecialem curam Illuſt. Viceregi inueſtigandi, & puniendi rigoroſe dictos commiſſarios, ſi illos repererit aliquid ultra commiſſa feciſſe, uel aliquas extortiones, ſeu concuſſiones commiſiſſe.

Exoleſcat officialium abuſus, dum decernunt a litigatoribus candelas petere. Et ſcribæ, actuarÿ, carcerumque cuſtodes, ſtatutis mercedibus contenti ab extorſionibus abſtineant.

ET vt etiam vaſallos noſtros ab officialium exceſſibus liberemus, mandamus, & ſtatuimus, ut officiales noſtri tam maiores, quam minores, nihil poſſint a partibus recipere pro ſententijs, decretis, ſiue interlocutorijs, ſeu remiſſionibus, ſeu examinationibus teſtium, neque etiam candelas, aliudve etiam candelarum nomine, vt aliquos auaritia docuit, ſed contenti ſalarijs ſuis iuſtitiam æqualiter adminiſtrent. Secretarios etiam, Magiſtros actorum, ſcribas portionis, commentarienſes, ſiue carcerarij, etiã ſi in caſtris carcer delatis eſſet deputatus: Noluimus vt a parentib. etiam ſponte dantibus recipiãt, præter illas ſolutiones, quæ ſecundum Regni conſtitutiones, capitula, & Pragmaticas, & Pandectas, eis recipere licet: Et qui contrà fecerint, ultra pęnas a iure, & conſtitutionibus Regni, & capitulis ſtatutas, pęna arbitrio Viceregis infligenda puniantur.

Quòd officiales deputati per regnum, ſeu commiſſariÿ non debeant habere ab vniuerſitatib. ſiue terris niſi lectum, ſtantiam & paleas.

OFficiales * autem noſtros, & commiſſarios, ut ſupra deputatos, ſi contigerit eos per hoc noſtrum Regnum pro aliquo Regio ſeruitio iter facere, & portauerint patentes literas a noſtro Illu. Vicerege, cum per nonnullos alios dictas patentes expedire uolumus, uirtute dictarum literarum nihil aliud ab vniuerſitatibus, etiam ſponte dantibus recipere uolumus, niſi ſtantiam, lectos, & paleas, & hæc pro tranſitu tantum, & non ultra, & id quidem moderatè & ſine concuſſione.

* ADDITIO. Officiales. *Vide Modernos in cap. regni, hac edictali, fol. 83.*

Quòd Officiales, conſiliarÿ Regÿ, præſidentes regiæ Cameræ Summariæ, iudices Magnæ Curiæ Vicariæ, & auditores prouinciarum non poſſint eligi ad alicuius partis inſtantiam, vt libera ſit electio perſonarum habilium.

REcolimus etiam nos præteritis annis mandaſſe, & ſanxiſſe per noſtram regiam Pragmaticam, quòd conſiliarij Regij præſidentes regiæ Cameræ Summariæ: Iudices Magnæ Curiæ Vicariæ: Auditores prouinciarum non poſſint eligi ad alicuius partis inſtantiam, ut libera poſſit fieri electio perſonarum habilium ad dicta officia, ut conuenit exercenda: Renouantes dictam noſtram regiam Pragmaticam, Mandamus illam inuiolabiliter obſeruari: declarantes ipſos iure inhabiles & non idoneos ad dicta officia omnes illos, pro quib. per quaſcunque perſonas preces effundentur. Mandantes Illu. Viceregi, quòd nullatenus dicta officia, ad cuiuſcunque preces ſeu interceſſiones concedat: ſed illos tanquam inhabiles a dictis officiis repellat.

Quòd non poſſint commutari pęnæ criminales, ſcilicet mortis, ſeu membri mutilationis inconſulto Prorege.

ET quia facilitas veniæ incentiuum tribuit delinquendi: nullamque reus pertimeſcit culpam, quam pecunia redimere poſſe exiſtimat: Mandamus & prohibemus, quod neque per tribunalia iuſtitiæ, neque per Gubernatores prouinciarum, ſeu Auditores, neque per Capitaneos Terrarum demanialium, neque etiam Commiſſarios, ſi qui eligerentur ſeruata forma per nos data, poſſit fieri remiſſio, ſeu compoſitio aliquorum criminum, pro quibus de Iure veniret imponenda pœna mortis, uel mutilationis membri, inconſulto & abſque expreſſa licentia Illuſtr. Viceregis in ſcriptis, poſtquam fuerit informatus de qualitate delicti, & perſonarum, Decernentes irritas & inanes, nullas, nulliuſque valoris remiſſiones aliter factas, vltra pœnam priuationis Officiorum, in quas incurrere mandamus ipſo facto Officiales, qui contra præſentem Pragmaticam, remiſſiones, ſeu compoſitiones fecerint.

Quòd contra vſurarios poſſit procedi, etiam ex officio manifeſto.

• ADDITIO. Vſurarum. *Adde quòd in crimine vſurarium ſit annotatio bonorum, vt declarat Luc. in l. facultas. col. 2. C. de iure fiſci.* De Bottis.

VSurarum * etiam voraginem, quæ animas deuorat, facultates exhaurit, compeſcere cupientes: conſtitutionem huius Regni Imperatoris Frederici incipiẽtem, uſurariorum nequitiam, obſeruari præcipimus & mãdamus contra uſurarios manifeſtos, contra quos procedi mandamus, etiam ſine inſtantia partis. Declarantes capitulum & ritum Magnæ Curiæ Vicariæ non comprehendere dictos manifeſtos uſurarios, neque illos iuuare debere, neque poſſe: quia vilitas vitę & illorum infamis vita non patiuntur dictos manifeſtos vſurarios dictorum Capituli & Ritus fauore defendi: præſertim, quia magiſtra rerum experientia docuit, quòd pauperes, qui ut plurimum dictarum uſurarum ſarcina grauantur, & corroduntur, propter illorum impotentiam nullas audeant accuſationes contra uſurarios tanquàm lupos rapaces, eorum ſanguinem ſitientes proponere, vnde illorum numerus in tantum creuit, & in dies creſceret, quòd niſi hac ſalubri & pia ſanctione prouideretur, nulla nos excuſatio apud Deum defenderet. Inuenimus etiam contra vſurarios aliter prouiſum & cõmiſſum per Regem Ferdinandum I. cum ſua prouiſione ſub data Neapo. in Caſtro Nouo 13. Septemb. 1472. Per hanc tamen ſanctionem non intendimus derogare alijs capitulis ſignanter Neapolitanis conceſſis, limitantibus pœnam dictæ Conſtitutionis ſcilicet tantum, quòd contra dictos uſurarios prædictos poſſit procedi ex Officio, & ſine patris inſtantia.

Quomodo debet procedi contra falſos teſtes.

• ADDITIO. Teſtes inſuper falſos. *Vide omnino Gram. deciſ. 43. vbi de quibus teſtibus loquitur hac prag.* De Bottis.

TEſtes inſuper falſos, * quorum numerum mirum in modum creuiſſe intelleximus, pœnis a legibus, conſtitutionibus, capitulis, & Pragmaticis Regni ſtatutis, caſtigari mandamus irremiſſibiliter. Addentes, quòd falſus teſtis, qui de falſo fuerit condemnatus, ſi iterato in falſi crimen inciderit, pœnam mortis naturalis incurrat.

Quomodo debet procedi contra nummularios, & bancherios.

• ADDITIO. Nummularias menſas. *De ſtatutis contra mercatores fallitos, vide multa per Benuenut. in tracta. de mercat. decoct. in 4. par. per totũ. & Claud. Seyſel. in l. 1. num. 27. ff. de inſt. & in. Dec. in l. ſi filius, C. de pact. & Barb. in cap. ex literis. colum. 5. ver. no. de pig. & Hip. in ſing. 224.* De Bot.

COntra autem exercentes nummularias menſas, * quos vulgus Campſores ſeu Bancherios appellat, qui deficientes a fide, negociatores, & deponentes pecunias in eorum menſis illorum fidem ſecuti, quotidie decipiunt, denegantes reſtitutionem pecuniarũ in eorum menſis depoſitarum, & creditarum, grauem pęnam ſtatuendã eſſe cenſuimus, ut pœna unius, metus ſit multorum. Statuimus propterea, & mandamus, ꝙ dicti Campſores ſeu Bancherij, qui ſe abſentauerint, & per ſex dies latitauerint, citentur in domibus, in quibus habitare ſolebant, & ſi citati per alios ſex dies non comparuerint, & ſuis creditoribus ſatisfecerint, in pœnam mortis naturalis incurrant, & ꝙ elapſis dictis ſex diebus poſt citationem ita factam procedatur contra eos ad forıudicationem, nullo alio tempore expectato, & pro foriudicatis publicentur per ſolita loca.

Quomodo debeat procedi contra facinoroſos homines portantes Sclopppeta & Archebuſia.

AD reſtringendum malefactorũ, & facinoroſorum audaciã, qui ruptis totius timoris habenis, nõ dubitant temerario auſu, cũ armis prohibitis, vulgariter dictis Scloppetis, & Archebuſijs, & Baliſtis impetere, quos offendere cupiunt: Statuimus & mandamus, ꝙ quicũque ad nocẽdum alicui dictis inſtrumentis vſus fuerit, etiam ꝙ non ſit ſecutus effectus, nec ictus nocuerit, dum tamẽ emiſſus ſit ad nocendum, in pęnam mortis naturalis incidat ipſo facto, ſiue intra ciuitates, uel terras, ſeu extra, ſi dictum delictum perpetrauerit. Volumus enim, propter atrocitatem delicti, affectum deductum ad actum proximum, pro effectu conſummato puniri.

Quomodo debeat procedi contra receptatores Latronum, & malefactorum.

• ADDITIO. Præterea. *Pro huius Prag. & ſequen. declaratione ampla habere locum etiam ſi eſſet amicus. l. nullus, & ibi Salic. C. de maleſ. & math. enat. de quo tamen vide Hippol. conſi. 119. num. 13. cum ſequen. & conſil. 34. nume. 25. & Afflict. 3. lib. feud. fol. 244. numé. 172 Baldan conſil. 34. lib. 3. in antiq Addit. ad Dec. in l. culpa caret. ff. de regu. iur. Hippel. in l. 1. nu. 203. de rapt. virg. Quid ſi abſcondito pro delicto aliquis det pœnam, vel commeſtionem, an teneatur. quid in receptante per terrorem. Bal. in l. 2. C. de noxal. Barbat. in cap. cæterum. 22. colum. de re iud. tenens, quòd non teneantur. aliqua referr Capic. in tracta. de feud. cap. fru. excuſ. § neceſſitas. vbi multa ad materiam. & Cotta in ver. bannitorum, allegat Socin. conſil. 262. colum. fina. volum. 2. vide Modern. in cap. regni, licet contra. fol. 180. & an habeat locum in receptante clericum bannitum per Iudicem Laicũ, Gramma. deciſio. 29. ad materiam huius prag. vide latiſſime per Affl. in conſtit. patarenorum, per totum. & quid in receptante patrem, fratrem, filium, vel maritum, vide Afflict. in conſtit. patres pro filijs. An autem dominus poſſit receptare vaſallum delinquentem, vel teneatur ipſum tradere Curiæ, vide gl. in cõſue. Pariſ. § 2. in glo. 4. nu. 23. de patre receptante filiũ & uxorẽ maritum, vide Aym. in conſi. 309. de materia receptionis, vide omnino Igneũ. ff. ad Sylla.* De B.

PRæterea * quia non eſſent fures, niſi eſſent receptatores, neque alij malefactores diu latere & condignas pœnas effugere poſſent: recolentes a quondam Catholica Maieſtate emanatam eſſe pragmaticam ſanctionem, & per Illuſt. Bernardum de Villamari eius Locumten. generalem in hoc Regno, aliã promulgatam eſſe Pragmaticam, cum inſertione dictæ Pragmaticæ ſub Datum Neap. 18. Aprilis 1515. tenoris ſequentis, videlicet:

FErdinandus Dei gratia Rex Aragonum, vtriuſque Siciliæ, Hieruſalem, &c. Bernardus de Villamari Comes Caputacij Regni huius Admiratus, ac prædicti Catholici Domini Regis Maritimi exercitus Capitaneus Vicerex & Locumtenens Generalis. Cum ſit, quòd temporibus retroactis, attenta frequentia delictorum, quæ quotidie diuerſimodè committebantur in hoc regno, quibus ſumma occaſio erat, quòd facinoroſi homines de facili poſt delictum, tutum receptaculum, ac ſecuram habitationem in pleriſque locis dicti Regni inuenire poterant, quo cognito, Sacra Catholica Maieſtate pro optimo remedio, in primis ſtatuit, ac ſua Pragmatica ſanctione mãdauit, ne de cætero huiuſmodi delinquentes ſub formidabili pœna receptarentur, quæ eſt tenoris ſequẽtis.

NOs Ferdinandus Dei gratia Rex Aragonũ, Siciliæ citra & vltra Farum, Hieruſalem, Valentię, Maioricarum, Sardinię, & Corſicę, Comes Barchinoniæ, Dux Athenarum, & Neapatriæ, Comes Roſſillionis, & Ceritaniæ, Marchio Oriſtãni, & Gotiani, Vniuerſis, & ſingulis præſentiũ ſeriem inſpecturis, tã pręſentibus, ꝙ̃ futuris. Aſſiduo penſantes quibus modis, quibuſve proviſio-

uiſionibus tranquillo ſtatui noſtræ Reipublicæ conſulamus, vaſalloſque & ſubditos noſtros in pacis amœnitate faueamus, latrones, gladiatores, homicidas, cæteroſque malefactores, & pernicioſos pœnis affici ſtatuimus. Sanè conſiderantes, quòd in noſtro Siciliæ citra Farum Regno inſtigante Diabolo, qui poteſt unanimes diſiungere, multifariam multiſque modis zizanias, diſcordias, & ſimultates ſeminare inter mortales: hinc mortes mortibus exaggerantur: hinc gladiatoria ars pollet: hinc latrocinia, cæteræque peſtes hominum animos inuadunt, eneruant, & ad certa bona pronius alliciunt. Cupientes igitur has malas artes, & peſtiferas machinationes omnino & radicitus a noſtris Regnis euellere, conſiderantes, quod nonnulli Barones dicti noſtri regni prætendentes habere facultatem guidandi, & aſſecurandi, quoſcunque malefactores in eorum Terris, in uim priuilegiorum, aut aliàs, eoſdem homicidas, gladiatores, latrones, cæteroſque facinoroſos & malefactores receptant, & hinc ad delinquendum datur pronior licentia, & temeritas. Cupientes igitur ſuper prædictis debitè prouidere, quia non eſſent malefactores, ſi non eſſent receptatores, & fautores, per hanc noſtram pragmaticam ſanctionem ſancimus, ſtatuimus, & ordinamus, quòd nullus Baro, cuiuſque gradus aut conditionis exiſtat, aut alia quæuis perſona, tam Eccleſiaſtica, quàm ſecularis, iuriſdictionem in dicto noſtro Siciliæ exterioris regno exercens, audeat aut præſumat prædictos facinoroſos, gladiatores, homicidas, latrones, aut cæteros malefactores in eorum Terris receptare, aut illis conſiliũ, auxilium, uel fauorem impendere; quin potius eos capere teneantur, * captoſque, uinctos, & bene cuſtoditos ad nos, ſeu nobis abſentibus a dicto regno, ad noſtrum Proregem, aut magiſtrum Iuſtitiarium dicti regni, aut alios officiales noſtros, & per eos plectendos, & debitè caſtigandos, remittere teneantur. Quòd ſi quis contra huiuſmodi noſtram pragmaticam ſanctionem uenire præſumpſerit, iram & indignationem noſtram, ac pęnam mille vnciarum, ac aliam pœnam pecuniariam arbitrio noſtro reſeruandam ſecundum qualitatem delicti abſq; ſpe veniæ nouerit ſe irremiſſibiliter incurſurum. Abdicantes ad cautelam ab illis poteſtatem omnimodam guidandi, aut aliter faciendi contra huiuſmodi noſtram pragmaticam cum nullitatis decreto, pro beneficio, & tranquillo ſtatu reipublicæ dicti noſtri regni Illuſtri. Propterea & reuerendo Locumtenen. generali, magno Camerario, magiſtro Iuſtitiario, regenti Magnam Curiam Vicariæ, Principibus, Ducibus, Comitibus, Baronibus, ac cæteris vniuerſis, & ſingulis officialibus & perſonis ſubditis noſtris in dicto regno conſtitutis & conſtituendis dicimus, & mandamus eadem ſub pęna, quatenus huiuſmodi noſtram pragmaticam ſanctionem, cæteraque omnia præcontenta teneant firmiter & obſeruent, tenerique inuiolabiliter per quos decet, obſeruari faciant. Necnon ut prædicta omnibus innoteſcant, & nullus de prædictis ignorantiam allegare valeat, præſentem noſtram pragmaticam ſanctionem, cæteraque omnia præcontenta, per ciuitates, & villas principales, publicari faciant, contrarium nullatenus tentaturi ratione aliqua ſiue cauſa, pro quanto gratia noſtra eis chara eſt: & pœnam præappoſitam, cuius in contrauentionis caſu rigida non decet executio, cupiunt euitare. In cuius rei teſtimonium præſentes fieri iuſſimus noſtro dicti regni ſigillo a tergo munitas.

* Additio. Capere tenẽatur. *An aduocatus, procurator, vel fideiuſſor dicatur præſtare auxilium bannito, ita quod incurrãt in hãc pœnam, uide Bar. in l. poſt legatum. §. his verò. in fi. & in §. ſunt qui putant. ff. de his quibus vt indig.* De Bottis.

Datum in Villa Vallis Oleti, die 22. menſis Aprilis duodecimæ indict. anno a Natiuitate Domini 1509.

Yo el Rey.

Et quia ſæpe accidit, quòd poſt legis inuentionem ſolet ſequi fraus, ut per malos homines legis pœna euitetur: Super dicta pragmatica fuit hæſitatum prædictam Regiam & Catholicam Maieſtatem per eam noluiſſe comprehendere priuatas perſonas, quæ aliquos delinquentes receptauerint: Sed tantum illas, quæ iuriſdictionem haberent: Rurſuſque euitare ſolent pœnam dictæ pragmaticæ tam perſonæ iuriſdictionem habentes, quàm priuati receptatores ſub prætextu ignorantiæ illos receptatos fuiſſe banditos, vel delinquentes. Inſuper (& quod peius eſt) Barones, eorumque officiales, quos maximè regni tranquillitatem ac æqualitatem Iuſtitiæ tueri obſeruarique decet, receptantes tam regios uaſallos, quàm aliorum Baronum banditos, ſeu aliter delinquentes, contra quos ipſi receptatores de dictis delictis cognoſcere legitimè non poſſunt, nec eorum ſint iuriſdictionis, requiſiti a Regijs officialibus ſeu ab alijs Baronibus, eorumque officialibus vt illos delinquentes capiant, & remittant, aut non exequuntur: aut (quod turpius eſt) illos temerariè in eorum ſtatu ſeu territorio eorum iuriſdictionis palam retinent, & ſecuros: Qua ratione tam ſancta Regia pragmatica ac ſaluberrima varijs ex cauſis concurſa nullius remedij, aut ſaltem parui momenti efficitur. Quapropter uolentes pro cultu Iuſtitiæ & tranquillitate ipſius regni, vt decet, obuiare: habita matura deliberatione ſacri Regij Conſiliarij penes nos aſſiſtentis declaramus, ac de nouo ſtatuimus, & Regia qua fungimur authoritate mandamus, ſupradictam Regiam pragmaticam, tam in Baronibus aliis, quam officialibus tam Regijs, quàm ipſorum Baronum iuriſdictionem habentibus, quàm in omnibus alijs priuatis perſonis iuriſdictionem non habentibus, qui contra formam dictæ Regiæ pragmaticæ facinoroſos homines delinquentes, vt in illa exprimitur, guidauerint, ſeu receptauerint in Baroniis, & locis, ubi iuriſdictionem habent, quàm in domibus ſeu alijs locis eorum priuatis, vires habere in omnibus & per omnia: illaſque perſonas tam iuriſdictionem habentes, quàm non habentes, comprehendere tales receptatores ſupradictorum hominum delinquentium: etiamſi priuatæ perſonæ eſſent, & in domibus, alijſque maſſarijs, locis eorum priuatis, illos receptauerint, aut conſilium uel auxilium, aut fauorem impenderint, contra formam dictæ pragmaticæ, pœnam in ea contentam declaramus incurrere, præſentibuſque ſtatuimus: Et ſi ſupradicti Barones, & officiales ſciuerint tales delinquentes homines pro eorum delictis cognoſci debere, & caſtigari a regijs officialibus uel ab aliis Baronibus & eorum officialibus & non ab ipſis, qui eos retinent, illos captos remittere debeant ad dictos Barones, ſeu officiales, ad quos illorum delinquẽtium de iure cognitio pertinet, ſeu illos de retentione talium hominum certiorare, ut pro eis mittant: Et ſi ipſi neſciuerint tales homines eſſe delinquentes, requiſiti ab officialibus Regijs, ſi ad eorum iuriſdictionem caſtigatio dictorum delinquentium pertinet, ſeu ab alijs Baronibus & eorum officialibus de quorum iuriſdictione dicti delinquentes eſſent, illos illico abſque mora & fraude ad dictos officiales, & Barones remittere debeant: Quòd ſi contrafecerint,

rint, aut abſque cauſa legitima diſtulerint, incurrant ipſo iure in pœnam ſupradictæ Regiæ Pragmaticæ. Et ut allegatio ignorantiæ receptandi de cętero non det fiduciam, ſtatuimus, & ordinamus, ꝙ nemo cuiuſcunque ſtatus, ordinis, ſiue dignitatis extiterit, audeat de cætero in domibus, villis, maſſarijs, & alijs locis eorũ receptare, ac hoſpitari aliquem exterũ illius loci, vbi receptat, ultra binas noctes, quin illico tranſactis duabus noctibus quibus pernoctauerit, & ſteterit in eorum domibus & locis, denunciare debeat officiali iuriſdictionem exercenti in dicto loco ſeu territorio, quando ſcilicet ignorauerit, an ille eſſet delinquens: ꝙ ſi ſciuerit illum eſſe delinquentem, quàm primum poterit, non expectata pernoctatione duarum noctium, officiali denunciare debeat, ſub pœna dictæ pragmaticæ, ad hoc ne elapſis dictis duabus noctibus poſſit de cætero allegari ignorantia illos fuiſſe delinquentes ipſos receptatores, nec per Barones, alioſq; ſupradictos officiales ignorantia, non inueſtigandi, inquirendique, data tali notabili mora in loco eorum iuriſdictionis, an illi eſſent delinquentes, & qua ex cauſa ibidem morarentur: conſiderata ut conſiderari debeat conditione, exercitio, qualitateq; perſonarũ, & loci in quo illi morantur, quibus debitę executioni demandatis certi ſumus delinquẽtes & facinoroſos homines a manibus officialium diutius euadere non poſſe: Quo fit ut ſublata ſpe receptaculi, ac auxilij, & fauoris, homines non ita de facili ad delicta & crimina promptus labi, & prolapſos non poſſe effugere condignas pęnas. Et vt de cætero, & ne in futurum ſupra dictæ Pragmaticæ ſanctionis cũ iſtis nouis ordinationib. prætendi poſſit ignorantia, Mandamus eam more ſolito per totum Regnum locis ſolitis, & conſuetis publicari, & promulgari. Excipimus tamen a denunciatione facienda Officialibus quando aliquis detineret ultra binas noctes aliquem exterum in domo ſua in fideliſſima ciuitate Neapolis, ex iuſtis & rationabilibus cauſis, cum alijs modis, alijſque remedijs, attento quòd perſona noſtra in illa degit, ac in ea cum toto conſilio moratur circa hoc prouiſuri ſumus.

Datum in ciuitate Neap. 18. Aprilis, 1515.

Dom. Bernar. de Villamari Locumten. gener.

Vidit Montaltus Regens.

Vidit de Colle.

Dom. Locumten. gener. mandauit mihi Balthaſſari Villagut in Curiæ locum. Quinto fol. 363.

Approbatio ſupradictæ Pragmaticæ.

QVas Regias Pragmaticas ut iuſtè & ſanctè promulgatas approbantes, & confirmantes, Mandamus illas iuxta illarum ſeriem, & tenorem inuiolabiliter obſeruari.

Quomodo debeat procedi contra delinquentes Inſulę Siciliæ venientes in hoc Regno, & econuerſo.

REnouamus etiam aliã pragmaticã per nos factam, ꝙ delinquentes in Inſula Siciliæ ſi peruenerint ad hoc Regnum, capiantur, & remittantur ad Viceregem Siciliæ, vt illos pœnis condignis punire & caſtigare poſſit. Econuerſò faciat Illuſtriſs. Vicerex dictæ Inſulæ de Regnicolis huius Regni, ſi deliquerint in Regno, & confugerint ad dictam Inſulam, & pro faciliori executione, per dictos Vicereges ſingulis annis detur notitia adinuicem de dictis delinquentibus ex bannitis, qui a dicto Regno, vel a dicta inſula aufugerint.

Quòd debeant capi malefactores per Regios officiales huius Regni, qui deliquerunt extra territorium.

ITem ꝙ officiales Regij huius Regni debeant capere malefactores qui deliquerint, etiam extra territorium, conſtando illos maleficium commiſiſſe, vel aliter bannitos eſſe, & illos remittere ad officialem territorij, in quo deliquerint, ſi aliàs non eſſent publici latrones, & diſrobboratores ſtratarum publicarum, qui poſſunt a quocunque officiali capi, puniri, & caſtigari.

Quod gubernatores Prouinciarum & Capitanei Regij ſingulis ſex menſibus debeant dare notitiam de omnibus delinquentibus.

ITem quòd Gubernatores Prouinciarum, & Capitanei Regij terrarum Demanialium ſingulis ſex menſibus debeant dare notitiam. Illuſt. Viceregi per ſuas literas de omnibus delinquentibus per eos bannitis, & condemnatis, & de cauſis propter quas, & de tempore.

Quod in nemoribus tam Regiæ Curiæ quàm priuatorum non poſſint incidi arbores aptæ ad conſtruendum triremes.

POrrò quia creſcente numero piratarum, & claſſium inimicorum, neceſſe eſt vt creſcat etiam numerus triremium, & aliorum vaſcellorum, non ſolum ad defenſionem, ſed ad offenſionem. Et quia intelleximus nemora tam Regalia, quàm priuatorum per 30. Miliaria circa Neapolim, ita arboribus exhauſta, ꝙ niſi prouideretur deficeret materia lignorum ad dictas Triremes fabricandas: Prouidemus propterea, & mandamus, quòd in dictis nemoribus per tempus nobis bene uiſum non poſſint incidi arbores idoneæ ad dictas Triremes fabricandas a radicibus. Sed in ramis tantum, niſi ex aliqua iuſta cauſa licentia per Illuſtr. Viceregem concederetur, ſub pœna unciarum centum.

Contra Barones opprimentes ſubditos.

QVinetiam * nuper ingreſſis nobis eiuſdem citerioris Siciliæ Regni fines, crebra multorum populorum, clamoſaque ad aures noſtras querela peruenit: a varijs utiliũ Dominorum oppreſſionibus ſeu releuari quærentium: Durumque uiſum vt populos, quos ab exterorum impetu armis tutamur, a noſtris opprimi audiremus. Statuimus igitur, ac in perpetuum valitura pragmatica ſanctione prouidemus, vt Barones cuiuſcunque ſtatus, gradus, aut conditionis exiſtant, & alij utiles Domini ſuis contenti, vaſallos ſine moleſtia, & oppreſſione pace & Iuſtitia noſtra gaudere permittant.

* ADDITIO. Quinetiam. *Vide Modernos in capit. regni grauamina. num. 76. & in cap. item recipiant. nume. 15. fol. 92.* De Bottis.

Contra Barones vendentes Officia & Capitanias.

ET inter alia audiuimus, quòd quàm plures Barones, & alij utiles Domini Officia Gubernatorum & Capitaneorum, pro iuſtitia miniſtranda deputandorum, vendunt, quod non ſolum a iure exorbitat, ſed magna ex eo populorum cauſatur oppreſſio. Mandamus igitur, ne ulterius talia officia uendant, aut interueniente pecunia concedant. Et ſi contrafecerint, Gubernatores, ſeu Capitanei taliter electi nullam habeant iuriſdictionem: Sed taliter concedens officia pœnam unciarum centum incurrat: & qui dedit pecuniam amittat. Cuius pecuniæ dimidia pars hoſpitali incurabilium, & alia dimidia Regiæ Curiæ applicetur.

Quòd

Quòd Officiales Baronis ſint annales, & ſtare debeant ſyndicatui.

• ADDITIO. Volumus. *Vide Scrib. in c. regni, electionem, fol. 156. & quid de iure cõmuni, vide Bocr. dec. 149 col. 1. Et ibi an poſſint cõfirmari per biennium. Et adde an rex poſſit punire capitaneos Baronũ. uide Cur. iun. in cõſ. 2. nu. 5.* De B.

VOlumus* etiam ut Barones prouideant, quòd eorum Officiales ſint annales. Et finito anno debeant ſtare & parere ſyndicatui, faciendo per ſyndicos eiuſdem ciuitatis, Terræ, ſeu Caſtri, in quibus officia exercuerint, iuxta formam Regiæ Pragmaticæ.

Quòd Barones & eorum Officiales debeant delinquentes in eorum ſtatu punire, & caſtigare.

MAndamus etiam ut Barones & eorum officiales debeant malefactores, & delinquentes debitis pœnis punire, aut puniendos mandare: & ij qui poteſtaté virtute ſuorum priuilegiorũ habent cõponendi, permutandi, aut remittendi pœnas, ea poteſtate taliter utantur, ne nos ex eorum abuſu pro Iuſtitia taliter prouidere cogamur.

Quòd Barones & eorum Officiales debeant condemnatos ad remigandum mittere ad triremes Regiæ Curiæ.

VOlumus etiam, vt ſi quãdo contigerit per Barones, vel eorum officiales aliquem ad remigandum condemnari ad vitam, vel ad tempus, quod talis condẽnatus debeat deſtinari in triremibus noſtræ Curię deputatis ad cuſtodiam Regni, & non aliorum, ut omnis tollatur occaſio ultra tempus, uel modum condemnationis, taliter condemnatũ grauari, & finito tempore quo condemnatus fuit, debeat incontinenti liberari: Ante uero tempus finitum, ſi ad certum tempus erit condemnatus, non poſſe modo aliquo liberari ſine Baronis condẽnantis, & noſtro, uel noſtri Viceregis conſenſu. Si uerò ad beneplacitum Baronis, eiuſdem Baronis uoluntate liberetur.

Quòd Barones non exerceant merum nec mixtum Imperium, aliamve iuriſdictionem vltra eorum priuilegia.

• ADDITIO. Prohibemus. *Vide pragmaticam regis Cathol. ſupra, quæ incip. Nos Ferdinandus, vniuerſis, &c.* De Bottis.

PRohibemus* etiam Barones, & alios utiles Dominos, ut nõ exerceant merum aut mixtum Imperium, aliamve iuriſdictioné, aut exerceri mandent. Niſi quatenus eis, uirtute ſuorum priuilegiorum, vel legitima præſcriptione liceat. Scientes, qui ſecus fecerint, vſurpatæ iuriſdictionis eos crimen incurrere.

Quòd Barones & alij habentes iuriſdictionem non audeant impedire matrimonia inter vaſallos.

• ADDITIO. Item ex quo. *Vide Moder. in d. cap. regni, grauamina, nu. 77.* De Bottis.

ITem ex quo * diuino & humano iure matrimonia libera eſſe debent, mãdamus, ut nullus Baro, aut alius quicunque & quacunque præditus põteſtate poſſit aut ualeat matrimonia impedire, directè uel indirectè, nec vaſallos prohibere, ne ad eorũ libitũ filias, ſorores, neptes, aut alias mulieres maritẽt, ſub pęna noſtro, aut noſtri Viceregis arbitrio reſeruata.

Quod Barones non imponant nouas gabellas, angarias, & alia grauamina contra ſubditos.

• ADDITIO. Audiuimus. *Vide Modernos in c. regni, grauamina, nu. 80.* De Bot.

AVdiuimus* etiam ꝙ complures ex huius regni Baronibus, & utilibus dominis indies nouas exactiones, & varias impoſitiones, angarias, & alia diuerſa grauamina ſubditis & vaſallis imponunt, qui & multoties ipſos ſubditos, & uaſallos, aut aliquos ex eis ad fideiubendum pro ipſis Baronibus cogunt, & vt facilius prædicta conſequi poſſint, Syndicos, Electos, aut alios uniuerſitatum officiales, ad eorum libitum eligunt, aut eligi procurant. Quod malo quidem procedit exemplo, & ſatis iniquum eſſe cognoſcimus. Vnde volentes etiam iſtis uaſallorum oppreſſionibus prouidere, mandamus, ꝙ dicti Barones, aut utiles domini, ex nunc in antea nullas imponant, aut imponi faciant nouas exactiones, impoſitiones, aut gabellas, nec noua ſeruitia, nouaſue angarias, aut alia noua onera inducant, aut induci faciant directè vel indirectè, ſine expreſſa licentia noſtra, aut Viceregis noſtri generalis, ſi caſus talis occurrerit, quod fieri debeat. Nec poſſint cogi vaſalli pro dominis fideiubere, exceptis caſibus per Regni conſtitutiones declaratis. Et fideiuſſio taliter præſtita ſit nullius roboris, & momenti.

Quòd ſyndici & alij officiales liberè eligantur per vniuerſitatem cum interuentu ciuium ipſius, & alia.

• ADDITIO. Volumus etiam. *Adde cap. regni, item collatores ſindici. & ibi Scriben. & Guid. Pap. omnino in deciſ. penul. uer. ad tertium punctum. Et de ver. liberè, vide Iaſ. in l. 1. C. de ſacroſan. eccle. & Curt. iun. in conſi. 2. num. 3. & vide Guid. Pap. in deciſ. 106.* De Bottis.

VOlumus etiam, * ut Syndici, & alij Officiales vniuerſitatũ eligantur liberè, per ciues ipſarum vniuerſitatum, interuenientibus tamen ijs, qui ſecundum dictarũ vniuerſitatum conſuetudinem, interuenire debent, ac ſecundum ordiné & modum in ipſa vniuerſitate ſeruari conſuetum: & officiales ipſi debeant confirmari per eos, ad quos confirmatio de iure, uel antiqua, & legitima conſuetudine ſpectat.

Barones municipale nemus claudere, paſcuaque, agroſque municipum ſuis gregibus occupare prohibentur.

• ADDITIO. Vaſallorum. *Vide Moder. in cap. regni, grauamina, nu. 62.* De Bottis.

AVdiuimus inſuper quamplures Barones, & vtiles dominos indies territorijs ipſarum vniuerſitatum, vel communibus nouas defenſas, ſiue foreſtas, aut clauſuras facere, per Regni Capitula, & Pragmaticas prohibitas: alios etiam percepimus in territorijs vel nemoribus vaſallorum, uel communibus culturam agrorum ita occupare, & pro ſuis gregibus, armẽtis, paſcuis, ſpicis, glandibus adeo immoderatè uti, ut a cultura, a paſcuis & nemoribus proprijs, aut cõibus pauperes vaſalli prohibeantur, in graue vaſallorum * & vicinorũ cõionem forſan, uel ius aliquod habentium detrimentum, ſalubriter prouidere volentes, Mandamus vt in terris cultis ſiue incultis, aut nemoribus ipſarum uniuerſitatum, aut communibus Barones ipſi, aut alij utiles Domini, nullas defenſas, foreſtas, ſeu clauſuras facere poſſint ſine expreſſo cõſenſu vaſallorum, & uicinorum, communionem forte, aut ius aliquod in territorijs ſeu nemoribus ipſis habentium, & de licẽtia noſtra aut noſtri generalis Viceregis: & ſi quę forte factæ ſunt, Volumus per officiales noſtros ſummarie partibus auditis prouideri de iuſtitia.

Barones municipum priuilegijs vtantur: temperatè tamen ne ipſis incommodo fiant.

• ADDITIO. Volumus. *Vide omnino Modernos in d. cap. grauamina. nu. 72.* De Bot.

VOlumus * etiã vt ipſi Barones, & alij utiles Domini terris, & nemoribus communibus, vel de demanio moderatè vtantur, & quã uis ut primi ciues, ciuium priuilegijs, & bonis uti poſ-

ſunt, debent tamen taliter uti, vt ſuis commoditatibus ſatisfiat, & vaſalli a paſcuis, nemoribus, & cultura non arceantur: quòd ubi caſus euenerit: noſtro, aut noſtri Viceregis alteriusve, per nos, aut Viceregem noſtrum deputandi arbitrio reſeruamus.

Vaſalli emere conducereve ſuis Dominis non compellantur.

• ADDITIO. Graues. *Vide Moder. in d. capitu. grauamina, nume. 72.*

GRaues* inſuper querelas accepimus, quòd multi Barones, & vtiles Domini cogunt uaſallos ſuos, aut eorum aliquos ad emendum ſeu conducendum ipſorum dominorum gabellas, furnos, dohanas, baiulationes, defenſas, molendina, trappetos, paſſus, & terragia, & alios eorum redditus & iura, precio ipſis Baronibus, & vtilibus Dominis bene viſo: Quod quidem ab omni iure & æquitate alienum eſſe cognoſcimus: vendendi enim & emendi vſus cuilibet liber eſſe debet. Mandamus igitur ne de cætero per Barones, aut alios vtiles Dominos vaſalli poſſint cogi ad tales emptiones faciendas: ſed vendant aut locent ſuos reditus & iura, uolentibus & precio, quo cum volentibus conuenire poterunt, & non aliter. Si quis autem huic noſtro mandato contrafecerit, venditio & locatio ſit nulla. Et Dominus taliter vendens pœnam noſtro aut Viceregis noſtri arbitrio reſeruatam, incurrat: ultra quod volumus ipſum perdere precium, ſeu mercedem talis coactæ venditionis, aut conductionis.

Barones in ſuis terris, furnos, molendinos, torcularia, & cauponas habentes, ſuis vaſallis alia habere, & ad alia accedere interdicere nequeant.

• ADDITIO. Audiuimus etiam. *Vide Moder. in d. cap. regni, grauamina. nume. 53. & Guid. in deciſ. 298. & late Iacobi. in ver. & cum molendinis, & Boer. in deciſ. 125.* De Bot.

AVdiuimus etiam * complures Barones, & vtiles Dominos vaſallos ſuos cogere, ne panes coquãt in alijs furnis, quàm in furnis ipſorum Dominorum, certum quid pro iure furni accipientes. Item etiam mandant, ne triticum ad molendum in aliorum molendina conducant, præterquam in molẽdinis ipſorum Dominorum: multi etiam mandant, vt oliuas in eorum Trappetis terendas, & nõ aliorum conducant. Complures etiam prohibent vaſallos & alios in eorum terris habitantes ne poſſint aduenas, aut alios in eorum domibus hoſpitari. Neve vaſalli ipſi Tabernas, vel Hoſtarias in eorum domibus, vel aliorum teneant, & ſi qui tenent, prohibent ne hoſpites recipiant, donec Hoſtariæ ſeu Tabernæ Dominorum ſint plenæ, quæ omnia contra ſubditorum noſtrorum libertatem, in qua illos diuina & humana iura conſeruari mandant: Et nos qui iuſtitiæ cultores ſemper extitimus, & Deo dante erimus, ea non patiemur. Volumus igitur atque mandamus omnibus Baronibus, & alijs vtilibus Dominis, ut liberè permittant vaſallos ſuos in ipſorum vaſallorum, aut aliorumlibet furnis panem coquere: & ſimiliter poſſint granum ad molendum, & oliuas terendas, ad quorumlibet Molendina, vel Trappetas conducere. Et poſſit in domibus proprijs, uel aliorum Hoſtarias, aut Tabernas facere & tenere, hoſpites recipere, etiam quod Dominorum Hoſtariæ non eſſent plenæ, nec poſſint præfati aliqualiter impediri ſeu prohiberi. Exceptis illis, qui Furnos, Molendina, Trappetas, Tabernas, & Hoſtarias, ſeu Hoſpitia cum huiuſmodi iure prohibendi vaſallos particulari priuilegio, aut legitima præſcriptione, uel conſuetudine legitimè præſcripta habent. Nos enim ſicut vaſallos in libertate retinere quærimus, ita iura, quæ Barones & alij utiles Domini habent, conſeruare intendimus.

Vaſallos merces ſuas liberè diſtrahere & extrahere abſque Baronum prohibitione, penuriæ autem tempore, frumentorum Domini, Baronibus, deinde municipibus, vendere compellantur.

• ADDITIO. Quinetiam, &c. *Vide Moder. in cap. regni, grauamina, num. 52. & 81. Adde tamen quòd Barones præferuntur in emptione fructuum peruentorũ ex terris feudalibus, vt eſt tex. in l. fin. C. de metal. & metallar. quod qualiter procedat, declara vt per D. Frec. fol. 228. 2. facie in 1. impreſſio. & Affl. in cap. 1 § poſt natale. nume. 11. de pace tenen. An autem de iure communi poſſit fieri prohibitio, quòd vaſallus nõ extrahat res ſuas extra territoriũ Baronis, vide Rolan. a Valle in cõſil. 3. num. 16. volum. 2. vbi tenet, quòd ſic. allegat Signoro. in conſ. 108. nu. 20.* De Bottis.

QVinetiam * non ſine moleſtia audiuimus complures Barones, & alios utiles Dominos, prohibere vaſallos ſuos ne ſericum, lanam, frumentum, vinum, ordeum, oleum, crocum, & alia ſimilia, ad libitum vendant vel extrahant ab eorum Terris, & locis pro ſuæ uoluntatis arbitrio, multi etiam cogunt vaſallos pręfata omnia Dominis, aut perſonis eis beneuiſis tantum vendere, & non alijs, aliquando etiam inuitos cogunt ad emendum præfata omnia. Quinetiam carnes, caſeum, & ſimilia, pretio eis uiſo, cogunt etiam aliqui uaſallos ſuos, vt in eorum fundicis, aut Dohanis, aut aliorum, uendant, aut emant, & non alibi, quæ omnia iuris diſpoſitioni, & naturali ſunt æquitati contraria, & a noſtrorum temporum iuſtitia longè aliena: Mandamus igitur & prohibemus expreſsè, ne ulterius, per Barones aut alios utiles dominos fiant huiuſmodi prohibitiones, aut coactiones, ſed liberi ſint vaſalli, cui voluerint, quando voluerint, & ubi & quæ voluerint uendere, & emere præfata omnia, & alia quæcunque, & extrahere ad eorum libitum voluntatis, nec in prædictis poſſint modo aliquo per vtiles Dominos, aut eorum officiales ſub pœna noſtro aut noſtri Viceregis arbitrio reſeruata, directè uel indirectè, uel impelli, impediri, cogi aut prohiberi, ſalua immunitate ſeu franchiſia, utilibus dominis iuſto titulo aut legitima præſcriptione, vel conſuetudine, legitimè præſcripta fortè competenti, urgente etiam neceſſitate, & ſupplicantibus vniuerſitatibus poſſint particulares dictarum uniuerſitatum, in quorum poſſe eſſent frumenta, compelli illa uendere dictis vniuerſitatibus ſeu particularibus pro illorum neceſſitate, pro communi pretio, quo dicta frumenta ualebunt. Etſi Domini pro ſuis & domus ſuæ neceſſitatibus emere aliquid uoluerint, a uolentibus uendere pro eodem pretio, quod ab alijs etiam exteris reperitur, emere poſſint. Et hoc caſu pro ſuo, & domus ſuæ vſu, vel in emendo ab habentibus uænalia, alijs præferantur pro eodem pretio.

Barones nouas angarias non inducere, neque ſub prætextu conſuetæ clauſulæ, quæ de antiquis grauaminibus intelligitur.

• ADDITIO. Ad noſtras etiam aures. *Vide Moder. in cap. regni, grauamina, nu. 25.*

AD noſtras etiam aures * peruenit, quòd Barones, & alij utiles domini, ut noua ſeruitia, nouaſque angarias uaſallis imponant, eo ſe uelamento excuſant, quòd in priuilegijs quæ de ciuitatibus, Terris, caſtris, caſalibus, & villis, tenent, conceſſio facta eſt cum angarijs, perangarijs, furnis,

nis, trappetis,hoſtiarijs,&c. Aſſerentes in omnibus in dicta clauſula contentis titulum habere. Et quia intentionis noſtræ non fuit,neque eſt, per tales clauſulas nouas inducere angarias, aut perangarias, aliave populis inferre noua grauamina; Sed talis clauſula de antiqua huius Regni citerioris Siciliæ conſuetudine & ſtylo procedit: Nec debet priuilegium,aut conceſſio noſtra aliquid ultra concedentis intentionem inducere, Declaramus ut iura etiã uolunt & mandant, per talem clauſulam uidelicet, cum angarijs, perangarijs,furnis,trappetis,&c. Noſtræ Regię intentionis non fuiſſe, neque eſſe, nouas inducere angarias,aut perangarias, nec nouas defenſas, aut ius prohibendi aliorum furnos, trappetos, molendina, aut alia in eadem clauſula contenta: Sed eas & ea tantum ſub tali clauſula, & conceſſione comprehendi quæ tempore dictorum priuilegiorum, & conceſſionum, aut iuſto titulo, aut legitima præſcriptione,ſeu conſuetudine, præſcripta erant, in ciuitatibus,Terris,caſtris,caſalibus taliter cõceſſis acquiſita per alios Barones,qui ciuitates,Terras,caſtra, & caſalia ipſa tenuerint, taliter priuilegia & etiam conceſsiones noſtras & uenditiones, & condemnationes noſtro cum aſſenſu factas & firmatas faciendas etiam, & facienda declaramus.

Barones vaſallis ſubuentionis vel adiutorij grauamina præterquam in præmiſſis caſibus non iniungant.

MAndamus etiam ne Barones aut alij utiles domini poſſint mandare, aut cõpellere uaſallos,ut ſoluant ſubuentionem uel adiutoria: Niſi in caſibus per Regni conſtitutiones,capitula, uel iura permiſsis. Et ijs caſibus moderatè, ſecundum dicti Regni capitula, & Pragmaticas, & potiſsimè in Pragmatica felicis memoriæ Regis Ferdinandi primi.

Data in terra Fogiæ. 14. Decembris, 1477. incip. Ad perpetuam rei memoriam. quam Pragmaticam ſeruari mandamus.

Hæ Pragmaticæ nouas pœnas inducentes, antiquas non ſuſtulerunt.

VOlumus etiam & declaramus, quòd per pœnas in præſenti noſtra Pragmatica ſanctione appoſitas,pœnæ aliæ a iure communi, uel per ſacras Regni cõſtitutiones,Capitula, & Pragmaticas inductæ, non ſint ſublatæ: Sed in arbitrio noſtro,aut noſtri Viceregis remaneat, imponere,aut exigere, imponi uel exigi facere ſupradictas pœnas, aut alias iure communi, conſtitutionibus, capitulis, aut Pragmaticis inductas.

Poſtremo has ſuas Pragmaticas Imperator præcipit publicari per totum Regnum, ne quis ignorantiæ clipeo ſe tueatur.

PRopterea Illuſt. Viceregi, Locumtenenti & Capitan. Generali, Illuſtrib. Magno Camerario, Prothonotario, Viceprothonotario,Magiſtro Iuſtitiario,Conſiliarijs Sanctæ Claræ, Regenti, & Iudicibus Magnæ Curiæ Vicariæ,præſidẽtibus, & rationalibus Cameræ Summariæ, Principibus, Ducibus, Marchionibus, Comitibus,Baronibus, ac cæteris uniuerſis,ſingulis,& officialibus & perſonis, ſubditis noſtris in dicto Regno cõſtitutis & conſtituendis,dicimus,& mandamus,ſub pœna unciarum mille: quatenus huiuſmodi noſtram Pragmaticam ſanctionem,cæteraq; omnia præcontenta teneant firmiter,& obſeruent,teneriq; inuiolabiliter per quoſcunque faciant. Necnon ut prædicta omnibus innoteſcant, & nullus de prædictis ignorãtiam allegare ualeat,præſentem noſtram Pragmaticam ſanctionem,cæteraq; omnia præcontenta, per ciuitates, & uillas principales,publicari faciant, nullatenus tentaturi ratione aliqua ſiue cauſa, pro quãto gratia noſtra eis chara eſt,& pœnam præappoſitam,cuius in contrauentionis caſu,rigida non deerit executio. In cuius rei teſtimonium præſentes fieri iuſſimus, noſtro magno negotiorum Siciliæ citerioris Regni Sigillo pendente munitas.

Datum in Caſtro noſtro nouo Neapo. die 22. Menſis Martij,1536.Imperij noſtri 16. Regnorum autẽ noſtrorum uidelicet Reginæ,Caſtellæ,Legionis Granatæ, &c. 33. Nauarræ 22. Aragonum utriuſque Siciliæ, Hieruſalem & aliorum 21. Regis verò omnino 21.

Yo el Rey.
V. Pernoctus pro Prothon.& mag.Camer.
V. De Colle. R. V. Figuero R.
V. Loffredus Præſidens & Viceprothon.
Sacra Cæſa. & Catho.Maieſta.mandauit mihi Bernardino Martirano.
V. Maius Vice. V. Loffrandus. R.
Hieronymus Locumten. M. Camer.
V. Alphonſus Sanch generalis Theſa.

CAROLVS V. Diuina fauente clementia,Romanorum Imperator,ſemper Auguſtus, Rex Germaniæ,&c. Ioãna mater,& idem Carolus eius filius Reges Caſtellæ,Aragonum,utriuſque Siciliæ, Hieruſalem,Vngariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, &c.

Don Petrus de Toledo Marchio Villę Franchæ, Cęſareæ & Catholicæ Maieſtatis in præſenti Regno Vicerex,Locumtenens, & Capitaneus generalis, &c. Vniuerſis, & ſingulis præſentium ſeriem inſpecturis, tam præſentibus, quàm futuris. Nuper a Cæſarea Maieſtate emanauit quædam pragmatica, ſeu ſanctio, tenoris ſequentis, videlicet; Carolus Diuina fauente clemẽtia Romanorum Imperator, ſemper Auguſtus, Rex Germaniæ, &c. Ioanna mater, & idem Carolus eius filius, Dei gratia Reges Caſtellæ, Aragonum, vtriuſque Siciliæ, Hieruſalem, Vngariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Nauarræ, Granatæ, Toleti, Valentiæ, Galletiæ, Maioricarum, Hiſpalis, Sardiniæ, Cordubæ, Corſicæ, Muriæ, Giennis, Algarbij, Algezziræ, Gibraltaris, Inſularum, Canariæ, Indiarumque & Terræ firmæ Maris Oceani, Archiduces Auſtriæ, Duces Burgundiæ & Brabantiæ, Comites Barchinonæ, Flandriæ, Tirolis, &c. Domini Biſcaiæ, & Molinæ, Duces Athenarum & Neopatriæ, Comites Roſsilionis, & Ceritaniæ, Marchiones Oriſtanni, & Gotiani, &c. Ad perpetuam rei memoriam vniuerſis & ſingulis præſentium ſeriem inſpecturis, tam præſentibus quàm futuris. Quum nihil magis ſit nobis cordi, quàm ut prouinciæ, Regiones, & Regna, quæ Deus Optimus Maximus clementia ſua, ditioni noſtræ ſubiecta eſſe diſpoſuit, ita gubernentur, atque ea ratio regiminis ipſorum habeatur, vt populi uidentes delicta coerceri, homines facinoroſos puniri, probos, & officioſos honeſtari, atque ornari, gaudeant: quòd nos eorum commoda non negligamus, imò communi omnium utilitati aſsiduè inuigilemus. Sed quia Imperij atque Chriſtianæ Reipublicæ amplitudo; negotia penè innumerabilia nobis ingerit, quibus aliò diſtracti ſubditos, uaſalloſque noſtros frequenter reuiſere, ut cupimus, minimè poſſemus: præter id, quod accurate perpendimus: Quibus viris Magiſtratus, populoſque gubernandos tradimus. Conſueuimus etiam alios viros fide & mo-

morum probitate inſignes, aliquando mittere, qui reuiſendo Regna, inueſtigandoque quibus remedijs commoditati publicæ conducentibus indigeat: noſtri uicem ſuſtineant, & quodammodo uideantur adimplere, & exhibere præſentiam, ſicut ſuperioribus annis non ignotum eſt nos feciſſe in Regno Neapolis, cum ibi diutius immorari potuerimus: qua quidem in re ipſius ciuitatis Neap. & totius Regni uoluntati gratificati fuimus. Namq; ſupplicauerant nobis, ut quod iam in animo teneremus de relinquendo aliquo reuiſore, id exequi minimè grauaremur. Tunc enim iuſſimus, ut publicarum perſonarum officialiumq; noſtrorum, quo quiſque modo, quoue ſtudio erga Dei ſeruitium & noſtrum, uitã uiueret, diligenter examinaretur. Itaque, cum poſt iuſſa noſtra executioni demandata acceperimus, plura eſſe in dicto Regno, quæ nouam prouiſionem atque reformationem noſtram expoſcerent, decreuimus per hanc Pragmaticam, & Regni, quod præcipuo amore proſequimur, beneficio, & legum, conſtitutionum, cæterarumq; Pragmaticarum inuiolabili obſeruantia, in perpetuum conſulere.

Prouiſiones de faciendo verbo in collaterali conſilio, non debent expediri niſi in cauſis magnæ importantiæ, & tunc facienda eſt relatio infra octo dies.

ET quia per dictæ reuiſionis informationem conſtat, per Sacrum collaterale Conſilium noſtrum in dicto Regno ſæpe prouiſiones expediri, per quas mãdatur inferioribus tribunalibus, ne aliquibus in cauſis, niſi prius facto uerbo de eis coram Prorege, vel dicto Conſilio collaterali, procedatur, quod ad ipſarum dilationem plerunque tendere dignoſcitur, non ſine damno partium litigantium. Idcirco præcipimus & mandamus, ꝙ huiuſmodi prouiſiones in poſterum non expediantur, niſi in cauſis arduis, & magnæ importantiæ: in quibus Proregi noſtro præſenti, & ſucceſſiuè futuro, aut pro cõſideratione ſtatus, & ſeruitij noſtri, aut pro bono regimine Regni, & recta adminiſtratione Iuſtitiæ, videatur eas expediri oportere. In talibus caſibus uolumus, & mandamus, ꝙ infra octo dies numerandos a die expeditæ prouiſionis, uerbum coram Prorege fiat, & relatio audiatur, aliàs ea infra dictum terminum non audita, cauſa intelligatur remiſſa ad ordinarium tribunal, quod in ea abſque alia licentia procedere, & iuſtitiæ complementum miniſtrare valeat.

Pena mortis naturalis, vel membri abſciſſionis non poteſt commutari, vel componi.

• Additio. Et ne ſperata. *Vide Moder. in cap. regni, item prædicti. Ammirati, nume. 5. fol. 106. & Guid. in deciſio. 326. ubi quid de iure cõmuni. & Aff. in deciſ. 287.* De Bottis.

ET ne ſperata * delictorum uenia improbos omnes ad patranda crimina procliuiores reddat, aliosq; impunitos, ipſa pelliceat, vnde delinquentium numerus augeretur. Mandamus, ꝙ deinceps in quibuſcunque delictis, ubi pœna mortis naturalis, uel mutilationis membri infligenda ueniret, pœna ipſa nequaquam commutetur: Sed malefactores pro commiſſis exceſſibus debitè plectantur, præterquam ſi delictum commiſſum eſſet huiuſmodi, quod ex eius circunſtantijs & qualitatibus uideretur Proregi noſtro, ſimul & Conſilio collaterali penes ipſum exiſtenti, pœnam illius eſſe omninò commutandam, quo caſu bene examinatis qualitatibus & circunſtantijs prædictis, liceat Proregi, & dicto Conſilio, pœnam commutare, cuius loco ſuccedat condemnatio ad remigandum in triremibus noſtris in perpetuum, unde dicti condemnati nullo tempore extrahantur. Mandamus etiam quod delictorum poſthac, committendorum, in quibus pœna mortis naturalis ſeu mutilationis membri, vel quæcunque alia pena naturalis imponenda veniret, compoſitio fieri minimè poſſit, præcipuè partis remiſſione non apparente. Præterquàm ſi ex cauſis iuſtiſſimis & concurrentibus qualitatibus ad hoc rationabiliter impellentibus Proregi noſtro & Collaterali Conſilio aliter uideretur, quibus rectè examinatis, & uerificatis, partiſque remiſſione accedente, liceat dictis Viceregi, & Conſilio compoſitionem facere, uel fieri mandare.

Mandatur Officialibus vtriuſque Siciliæ vt ſeruetur Pragmatica edita circa delinquentium remiſſionem.

ITem quia delinquentes facinorum ſuorũ pœnam euitare cupientes, ad Regnum Siciliæ ultra Farum confugere, eademque de cauſa malefactores regni prædicti ad iſtud Regnum Neapolis ſe proripere cõſueuere. Mandamus propterea ſuper hoc Pragmaticam prius editam, & per nos Neapolitanis ſancitam, inconcuſsè ſeruari, Proregesq; vtriuſque regni formam eis traditam ſectando, & obſeruando ad capturam dictorum delinquentiũ procedere, ipſos ad Regnum, ubi delicta commiſſa fuerint, remittendo reſpectiuè, cum debita & ſufficienti cuſtodia, pro exequutione Iuſtitiæ, & conſeruatione amborum Regnorum, nec non ad dandum ſingulis annis notitiam dictorum delinquentium, quos tam ex officio, quàm ad partis inſtantiam capi diligẽter curent & mandent. Mandamus etiam fiſci patronis utriuſque Regni, ut ſingulis annis iſtam contumaciam, & delinquentium tranſmittendo, procurent in hoc diligenter iuſsionum noſtrarum obſeruantiam.

Aurum, argentum, & animalia extra Regnum non ſunt extrahenda.

ET quoniam in Regno extractione auri & argenti extra Regnum, ſæpius penuria ſequitur, Regnumque ipſum exhauſtum remanet, præcipimus ꝙ nulla deinceps licentia extrahendi ea concedatur, niſi quantum ſeruitio noſtro uidebitur expedire, quo in caſu tantum ipſa licentia concedatur, præcedente informatione in ſcriptis capta, ſigneturq́ manu Proregis, & regentium Cancellariam, vel ſaltem unius ex eis, & expediatur in forma Cancellariæ, idq; ſeruetur in concedendo licentiam pro extractione bouum, & vaccarum, & aliorum animalium, qui contrafecerint irremiſsibiliter puniantur pœnis ſtatutis, & alijs arbitrio noſtro reſeruatis.

Officiales non capiant munera, neque mutuent, ſub pœna priuationis officij.

• Additio. Quis neſcit. *Vide latiſſimè Moder. in cap. regni, hac edictali, fol. 83. & in capit. item quòd Iuſtitiaru. fo. 92. & Aff. in conſtitut. regni, Capitaneorum. nume. 24. & in conſtitutio. apud iuſtitiarios. per totum. Gul. Bened. in cap. Raynutius. in ver. duos habens, num. 26.*

QVis neſcit * munera habere uim euertendi animum a recto iudicandi tenore; Ergo, ut omnis aditus corruptioni & ſubornationi præcludatur, Mandamus expreſsè, quòd nemo ex conciliarijs noſtris collateralib. ſacri noſtri Cõſilij, Cameræ Summariæ, aut Magnæ Curiæ Vicariæ aut ex alijs officialibus cuiuſuis conditionis, qualitatis, aut dignitatis, nec eorum vxores, aut filij, alijq́, eorundem poteſtati ſubditi, neq; per ſe ipſos neque per interpoſitam perſonam, poſſint nec debeant, ullo modo, aut ullo tẽpore, accipere aut aurum, aut argentum, aut res aliquas cuiuſcunque generis, etiam comeſti-

comeſtibiles, ſiue magni, ſiue parui valoris, quantitatiſve ſint, ſub pœna reſtitutionis rei donatæ cum duplo, atq; ſuſpenſionis officij prima vice qua contrafecerint. Secunda verò totalis priuationis ipſius: in quas pœnas ex nūc pro tunc & econtra officiales, qui ſecus fecerint ipſo iure incidiſſe declaramus. Quod quidem delictum corruptionis, attēto quod eſt difficilis probationis: Volumus & mandamus quod in deteſtationem eius criminis, poſſit probari per teſtes ſingulares, ad minus tres, qui ſint bonæ famæ & bonæ opinionis. Mandamuſque etiam prædictis ſub eiſdem pœnis, quod in futurum a litigantibus coram eis, vel eorum tribunalibus nullam pecuniæ quantitatem per eos, uel per alios mutuo accipiant.

Prouinciarum Gubernatores aliquid a prouincialibus etiam ſponte offerentibus non accipiant.

GVbernatores prouinciarum, neque donatiuum hactenus ipſis dari conſuetum a ciuitatibus, neq; munera cuiuſcunque generis, aut qualitatis, etiam rerum comeſtibilium, a ſuis prouincialibus etiam ſpontè offerentibus accipiant, neque per eos, neque per interpoſitas perſonas, neque eos ad portandum, conducendumq; ſibi frumentum, Ordea, Ligna, Paleas, uel alia quæcunque pro ſuis munitionibus compellant. Et cùm diſcurrunt viſitando prouinciam, neminem ad illud, quàm ad ea, quæ per regiam pragmaticam eis accipere licet, aſtringant: circa quod dictam pragmaticam, aliaſq; obſeruantias Regni legitimas mandamus obſeruari.

Iuſtitiæ officia ſuper virtutis merita condonanda non pecunijs vendenda.

ET quia ſæpenumero contingit homines inhabiles, & imperitos ambitionis impulſu, officijs iuſtitiæ inhiare, quæ tantummodo pecuniæ auxilio conſequi conantur, cum id in ſubditorum noſtrorum damnum tendat, rectuſq; iuſtitiæ cultus propterea maximè turbetur, atq; etiam patrimonio noſtro detrimentum paret, præcipimus & expreſsè iubemus, quod in poſterum, conſtitutiones, capitula, & Pragmaticæ inuiolabiliter obſeruentur ſuper hoc, & ſignanter Pragmatica Neap. edita a nobis, ſub pœnis in eiſdem contentis, & aliis grauioribus arbitrio noſtro reſeruatis. Declarantes expreſsè, quòd eos qui pecuniam pro dictis officijs recepiſſe detegentur, ad reſtituendam illam compelli omnino uolumus, compellendoſque eſſe per præſentes mandamus, eamque ex tunc publicatam eſſe declaramus. Mandamus inſuper ſuper hoc ſeruari Capitulum tenoris ſequentis.

* ADDITIO. Sacramentum. *Vide ſupra in alia prag. edita in anno 1536. incip. mandamus.* De Bottis.

¶Item recipiant Sacramentum * in forma ſubſcripta a quolibet prædictorum officialium, in quocunque officio ordinetur, ſcilicet, quòd per ſe uel per alium ſub ſpe, & occaſione habendi huiuſmodi officium non dedit aliquid: nec intendit aliquid dare, nec aliquis per ſe, nec promiſit Iuſtitiario alicui alijve officiali, uel alicui pro ipſo, uel vxori, nec alteri perſonę ſub colore mutui, vel ſub colore fraudis durante officio, nec finito, occaſione promiſſionis prædictæ, ratione officij obtinendi. Simile iuramentum præſtabunt omnes officiales, qui per nos, vel per noſtram Curiam creabuntur pro tempore. Et niſi iurauerit modo præfato, non poſſit dictum officium exercere. Eadem teneatur pœna, qua teneretur ſi ſine mandato ſibi officiū vſurparet. Et ille qui debet iuramentum præfatum ab officialibus recipere: ſi non receperit, pęnam vnius libræ auri fiſco noſtro condonat. Et tota forma præſentis capituli in commiſſione vniuſcuiuſque officialium inſeratur, officialis autem qui debet prefatum iuramentum recipere in præſentia decem teſtium ipſum recipiat.

Commiſſarij Magnæ Curiæ cum ampliſſima poteſtate non deſtinentur, niſi in magnis cauſis.

ITem volumus, ꝙ in cauſis leuib. & modicæ importantiæ iudices Magnæ Curiæ Vicariæ, uel aliorum Tribunalium extra ciuitatem Neapo. cum ampliſſima facultate, ut aſſolet, non mittantur, ſed tantùm in cauſis grauibus magniſq; ponderis & momenti. In quibus, de ordine & mandato Proregis noſtri, & Conſilij collateralis mitti debeant. Eligenturque ad hoc uiri honeſtatis, & bonæ conſcientiæ, fama probati: qui quidem nec ipſi nec eorum, aut domeſtici aut miniſtri rem aliam cuiuſcunque generis, aut qualitatis, etiam a ſpontè offerentib. niſi ſalarium, quod in eorum commiſſionibus fuerit declaratum, & ea alia, quæ per Regias Pragmaticas permittuntur, accipere debeant. Delicta verò nec commutare, nec componere poſſint, & in regreſſu a commiſſionibus dent omnium, quæ geſſerint rationem, & computum in Tribunali, a quo miſſi fuerint. Seruando tamen circa huiuſmodi commiſſarios tranſmittendos, id quod continetur in Capitulis, & gratijs, quas in generali parlamento, menſib. proximè præteritis in ciuitate Neap. per Proregem noſtro nomine celebrato: dictæ ciuitati & Regno conceſſimus.

Cauſæ primò concluſæ prius expediri debeant.

SImiliter mandamus vt obſeruetur id quod in alijs eſt ordinatum circa cauſarum expeditionem, videlicet, ut cauſæ primò concluſæ expediantur, & terminentur. Quodq; actuarij & commiſſarij cauſarum de Sabbato cuiuſlibet hebdomadę eas, quæ in ſubſequenti hebdomada ex dicto ordine expediendæ ſunt notare debeant, vt partes & aduocati, in quibus cauſis informare debēt ſcire poſſunt. Sed ſi fortè aliquæ cauſę arduæ expeditionem celeriorem deſiderare uiſæ fuerint: earum diſcuſſio fiat in vltima hora. Quæ ſi plurimæ ſint, in ipſis quoq; procedatur, concluſionum prius factarum ordine inſpecto, atque ſeruato.

Conſiliarij, & vota, & conſilij ſecreta non publicent.

CVm verò * ex propalatione eorum, quæ in conſilijs, & tribunalibus noſtris geruntur, & præſertim votorum in cauſis, quæ in his tractantur, magnum inconueniēs, & obſequio noſtro, & rectæ adminiſtrationi iuſtitiæ ſequi poſſet: Volentes huic malo, ut par eſt, debitè mederi, ſtatuimus, & interdicimus, ne cui Conſiliariorum, aut officialium noſtrorum cuiuſcunque authoritatis, aut qualitatis ſit, liceat liberum ve ſit conſilia, & negotia in præfatis conſilijs, aut tribunalib. agitata, & diſcuſſa cuiquam hominum aperire, ſeu declarare: neque uotorum ſententiam, vel ante, vel poſt deciſionem cauſarum reuelare. Volumus etiam quod uota dictarum cauſarum expediendarum illico annotentur, & ſententiæ ipſæ deſuper ferendæ, atque decreta promulganda pro maiori parte votorum ferantur. In ſecus verò facientes vltra iræ, & indignationis noſtræ grauiſſimæ, & priuationis officiorum pœnas, alias noſtro arbitrio reſeruatas exequi mandabimus.

* ADDITIO. Cum verò. *Qua pœna puniatur officialis, qui reuelat votum de iure communi, vide Egid. Boſ. in tracta. de carcer. fideiuſ. com me. nu. 30.* De Bot.

Ritus Regiæ Cameræ mandantur ſeruari.

CVm reges anteceſſores noſtros in dicto Regno in regia Camera Summariæ, ubi magna negotia tractantur, tam ad Patrimonij noſtri, quàm ad ſubditorum intereſſe ſpectantia ritus, & conſtitutiones, magno cum ſtudio prouidiſſe, ſummaque diligentia feciſſe, atque ordinaſſe conſtet: Volumus propterea, atq; mandamus, vt omnes exactè ſeruentur: & ſignanter diſponentes, quod officiales pecuniarij ſingulis annis in dicta camera, eorum computa, cum debitis cautelis exhibere, & præſentare debeant: ad hoc ut percunctari liquidari, & cito expediri poſſint. Nam dilatio expeditionis eorum hactenus Curiæ noſtræ & ſubditis fuit nō mediocriter perniciosa. Quam liquidationem infra annum omnino fieri iubemus. Prætereaq; locumtenenti præſidentibus dictisque rationalibus mandamus, quòd in liquidatione computorum ita ſolliciti ſint, atque feſtinent, ut ſingulis annis computa præterita liquidata remaneant; nec in annum ſequentem liquidatio differatur: ne ſic differendo liquidationes fiant immortales, & Regia Curia noſtra ignorare cogatur, an in officialium noſtrorum poſſe quantitas aliqua pecuniarum Regiarum remanſerit. Et qui contra fecerint pœnas in eiſdem contentas, aliasque arbitrio noſtro reſeruatas grauiores incurrant.

Officiales Regiæ Curiæ Cameræ in cauſis coniunctorum non interueniant.

MAndantes etiam, quod neque Locumtenens neq; præſidentes, neque rationales, aut aliquis alius ex officialibus dictæ Regiæ Cameræ in cauſis conſanguineorum, coniunctorum ſuorum interuenire, aut relationem facere, votare, vel aliter quoquomodo intereſſe poſſint. Sed ut cauſæ præfatæ ſine vlla ſuſpitione tractentur, termineturque, officiales omnes dictæ Cameræ penitus ab eis abſtineant.

Locumtenens Regiæ Cameræ ſolus recipere oblationes, alioſve actus in locationibus regiorum directuum non poſſit, ſed in bancha celebrantur.

VOlumus etiam atque mandamus, quod Locumtenens dictæ Regiæ Cameræ ſolus & extra bancham recipere oblationes, vel ut dicitur, Incanta aliquoſve alios actus in locationibus ſiue affictibus vectigalium, gabellarum, aliorumque regiorum directuum, facere minime poſſit, ſed omnia præfata in bancha vna cum alijs, qui in eadem bancha intereſſe conſueuerunt fiant, atque celebrentur.

Theſaurarius abſque interuentu ſcribæ portionis pecuniam non recipiat.

ET ne in Regia generali Theſauraria ubi ratio pecuniarū, ſolutionumq; multiplex verſatur, agitaturq; quotidie, & quo pecuniæ regiorum directuum, atq; omnes aliæ ad Curiam noſtram ſpectantes afferentur, eis officialibus cōmoditas offeratur agendi aliqua minus debita, minusq; congrua honeſtati: Mandamus ꝙ Theſaurarius ipſe generalis, & eius Officiales nullam pecuniæ ſummam accipere poſſint, abſq; interuentu ſcribæ portionis. Qui quidem numerum, qualitatemq; pecuniarum, cum ipſarum receptionis die annotare teneatur.

Officiales pecuniarij cum fiſco non contrahant.

ET quoniam per Pragmaticam a nobis editam Neapoli prohibitum eſt, quòd officiales pecuniarij, neq; per ſemetipſos, neq; per interpoſitas perſonas in cambijs partitis, & quibuſcunq; alijs contractibus faciendis cum regia Curia participare, aut interuenire directè, vel indirectè vllo pacto poſſint: nunc denuò mandamus, quòd dicta pragmatica inuiolabiliter ſeruetur, tam per Theſaurarium præfatum, quàm per reliquos alios officiales ſub pœnis in ea contentis, & alijs maioribus arbitrio noſtro reſeruatis.

Officiales Theſaurariæ creditoribus Regiæ Curiæ in ſolutione eis facienda, aliquid non exigant.

ET quia ex cauſa conſignationum faciendarum accepimus officiales dictæ Theſaurariæ, ſolutiones illicitas ab aliquibus capere conſueuiſſe: vel aliquam partem quantitatis per regiam Curiam debitæ penes ſe retinuiſſe, aliter creditoribus dictæ Curiæ, ſibi debitum conſequi non valentibus, cum ipſi officiales pro exercitio ſuo ſalarijs ipſius regiæ Curiæ gaudeant: uiſum eſt idcirco mandare, & expreſsè iubere: prout mandamus, & expreſsè iubemus, quòd poſthac dictis conuentionibus ſolutionibusq; illicitis, ſeu retentionibus abſtineant. Mandamusque inſuper, ut id quod indebitè perceperunt, eis a quibus perceperint, ſeu quorum debitorum partem retinuerint, omnino reſtituant.

Perceptores prouentuum pœnas pecuniarias recipiant.

ET quia ad hoc inſtituti sūt in Magna Curia Vicariæ, & in regni prouincijs perceptores prouentuū, & magiſtri Cameræ, ut in eorum poſſe pęnæ pecuniariæ peruenire debeant: earumq; rationem reddere teneantur: Idcirco mandamus, ꝙ neque regens, neq; aliquis ex iudicibus dictæ Magnæ Curiæ, nullusque ex gubernatoribus aut auditoribus prouincialibus, vel ex alijs officialibus, pęnam vllam pecuniariam, aut compoſitionem legitimè factā audeat in ſui poſſe accipere, ſeu retinere: ſed illam tradat, ſeu accipi faciat a dictis perceptoribus, & magiſtris cameræ: ad quos dictarum pœnarum, & compoſitionum receptio, & conſeruatio, ſpectat, ſub pęna, tam dictis recipientibus, illas duplicatè reſtituendi, quàm ſoluentibus aliſque antedictis, illas penitus amittendi.

Singulis Sabbatis vnus ex Regentibus Cancellariam, vnuſque ex conſiliarijs Conſilij, in caſtro Capuanæ reſidentis, Magnam Curiam viſitet.

MAndamus inſuper, quòd die Sabbati ſingulis Hebdomadis vnus ex Regentibus cancellariam regni præfati, vnuſque etiam ex Conſiliarijs ſacri noſtri conſilij in caſtro Capuanæ reſidentis, viſitent Magnā Curiam Vicariam cauſaſq; carceratorum audiant, & earum celeri expeditioni vacent, ne diutius in carcere maccerentur, ſed noxij dent pęnas legibus debitas, innoxij indebitas non luant. Si verò contigerit feſtiuitatem aliquā die Sabbati celebrari, fiat viſitatio die Veneris præcedenti. Et caſu quo Regens præfatus, ad quem viſitatio fienda ſpectaret, reperiretur infirmus, aut alio iuſto impedimento detentus, alius Regens Cancellariam dictam uiſitationem faciat: Ita quod in præſenti capitulo contentum obſeruetur inuiolabiliter.

Capitaneis & Alguzerijs pro alicuius captura ſoluatur ſalarium in Pandecta taxatum.

ET ad tollendam abuſionem a Capitaneis, & Alguzerijs inductam percipiendi quicquid libeat pro captura alicuius capiendi; Mandamus, quòd non liceat eis pro qualibet captura intus ciuitatem Neapolis accipere vltra

taxatum

taxatum ſibi ſalarium per Pandectam ſuper hoc editam, quam obſeruari uolumus ſub pœna priuationis officij.

Capitanei aliquem capientes, non debent arma de eius domo auferre.

CApitanei, & alguzerij omnes, qui ad capiendum aliquem delinquētem aduocantur, armaque in eius domo inuenerint, nequaquam accipiant, ſecùmue auferant, nam contrafacientes præter officij priuationem, furti pœnis alligamus, puniriq; uolumus, & ex nunc prout tunc, & econtra, puniendos eſſe decernimus.

Actuarij debent integra teſtium dicta in ſcriptis redigere.

*Additio. Item quia nobis. *Quid autem ſit de iure communi, vide Rapha. Cuman. conſi. 178. Theſaurarius, in 2. dub. & Dec. in conſi. . . num. 2. & conſi. 473. & Gul. Bened. in cap. Raynutius. in ver. cætera bona. nu. 60.*

ITem quia nobis * datum eſt intelligi, quod commiſſis criminibus intus uel extra ciuitatem Neapolis, Iudices uel actuarij, ſeu eorum ſcribæ, qui ad informationem capiendam accedunt, dicta teſtium ſuper ipſis criminibus deponētium diuidere, eaque integra prout teſtes deponunt ſcribere quandoque non conſueuerunt, ſed tantummodo ſcribunt id, quod contra inquiſitos, vel accuſatos, teſtes ipſi pro fiſco noſtro deponunt: Si quid autem in fauore reorum per eaſdem depoſitiones apparuerit, illud ſcribere omittunt. Quod quidem mali exempli, magnique præiudicij inquiſitorum fortaſſe innocentium eſſe videtur: Idcirco mandamus, quòd in poſterum, quicunque Iudex actuarius, ſiue ſcriba ad informationes huiuſmodi capiendas acceſſerit intus, uel extra ciuitatem Neapolis, teſtium dicta ſuper crimine, ſeu criminibus deponentium indiminuta, atque integra recipiant, receptaque ſcribant, adeo quòd eorum quæ deponuntur ſiue contra, ſiue pro inquiſitis faciant, nihil omittatur. Qui contrafecerint, tanquàm Officijs eorum abutentes pœnis noſtro Proregiſq; noſtri in dicto Regno arbitrio reſeruatis puniantur.

In decreto de aliquo torquendo debet maior pars Iudicum Magnæ Curiæ ſe ſubſcribere, & duo ad minus in eius exequutione interuenire.

MAndamus quoque, quòd decreta de torquendo, quæ per Iudices dictæ Magnæ Curiæ, aut aliorū tribunalium fiunt, per omnes Iudices, uel per maiorem ipſorum partem ſubſcribātur, aliàs exequutioni demandari non poſſint, quòd in dictorum decretorum exequutione duo Iudices ad minus ex his, qui uotarunt, interuenire teneantur, & hoc intelligatur ſi in Tribunali, in quo exequutio fienda eſt tot Iudices reperiantur. Qui quidem videre debeant, ſi iuxta ordinem decreti, & Iudiciorum menſuram, qualitatemve, decreta ipſa exequutioni demandentur.

In magna Curia octo ſint actuarij criminales, quorum quilibet tres ad plus habeat ſcribas.

ITem mandamus, ne actuarij criminales Magnæ Curiæ Vicariæ ſint in numero plures octo, ſecundum diſpoſitionem Regiæ Pragmaticæ. Et ſi plures in præſentiarum reperiuntur, aliquibus in poſterum decedentibus, ad numerum præfatum reducantur. Quorum octo actuariorum quilibet habeat non plures trium ſcribarum, qui per Regētem, & per Iudices ipſius Magnæ Curiæ cum interuentu regij fiſci patroni examinentur, & de ipſorum habilitate, fama, & moribus informatio capiatur. Quibus non ſeruatis, ſi in dictis banchis intereſſe reperti fuerint; illico remoueantur, nec vlterius ad ſeruiendum in eiſdem admitti poſſint.

Citatio criminalis extra ciuitatem non expediatur, niſi viſa informatione per vnum Iudicem magnæ Curiæ.

QVoniam hucuſq; citationes in cauſis criminalibus fieri, & extra Neapolim mitti conſueuere, poſt ſolam informationem captam per unum ex magiſtris actorum: abſque eo quòd a Iudicibus inſpectæ fuerint informationes, in graue damnum nonnullorum: Propterea ſtatuimus, quòd nulla poſthac citatio expediri, & extra ciuitatem Neapolis mitti poſſit, niſi ſit prius inſpecta informatio capta ſaltem per unū ex Iudicibus, & per eum citatio ſit ſubſcripta, atque ſigillata: ſi ſecus factum fuerit, actorum magiſter falſi pœnam incurrat.

Regenti & Iudicibus ægrotorum carceratorum cura demandatur.

PRo cura pauperum, & vulneratorum in carcere Magnæ Curiæ exiſtentium, mandamus, quòd ultra Phiſicum medicum adhibeatur etiam Chirurgicus, cui aſſignari debeat honeſtum ſalarium: deputeturq; aliquis, qui curet infirmos, eorumque ſeruitijs uacet: Circa cuius rei exequutionem, Regentis, & iudicum Magnæ Curiæ conſcientiam oneramus.

Carceres Magnæ Curiæ non poſſunt locari.

ITem volumus & mandamus, quòd carcer Magnæ Curiæ affictari poſthac non debeat, ut hactenus fieri conſueuerat: nec cogantur carcerati dum exiſtunt in carcere ius aliquod ſoluere. Nam accepimus ex huiuſmodi affictationibus illicitas ſolutiones plurimas a carceratis ipſis extorqueri.

Iubet ſeruari Iura Regni circa Blaſphemias, falſitates, & vitium nefandum.

CIrca Blaſphemias, falſitates, & uitium nefandum iam extant leges, Capitula, Conſtitutiones, & Pragmaticæ. Iubemus itaque illas inconcuſsè & inuiolabiliter obſeruari, ſub pœnis in eiſdem contentis, aliiſque grauioribus noſtro arbitrio reſeruatis.

Cauſæ in ordinarijs tribunalibus decidantur.

ITem mandamus, quòd præſidentes Tribunalium, in eorum domibus nullo pacto cauſas aliquas tractent, vel decidant, niſi iuxta ordinem ſuper hoc datum, nec etiam congregentur pro cauſarum expeditione alibi, quam in ordinarijs Tribunalibus.

Certus debet eſſe in Tribunalibus alguzeriorum, & porteriorum numerus.

VOlumus etiam, quòd in unoquoque Tribunali certus alguzeriorum, & porteriorum numerus ſtatuatur: qui Viceregi, collaterali Conſilio, & præſidentibus Tribunalium prædictorum neceſſarius, & congruens videatur: Et hi omnes alguzerij & porterij legere, & ſcribere non ignorent, ad hoc ut quilibet ipſorum in citationibus faciendis relationes propria manu ſcribere poſſit, prout eas ad ſcribendum propria manu teneri uolumus, ne ſi aliter factum fuerit incōueniens aliquod oriatur, & ſinguli præſtent idoneam fideiuſſoriam cautionem de eorum officio fideliter adminiſtrando.

Cauſæ

Cauſæ ſuſpitionis debent in Tribunalibus allegari.

* ADDITIO. Statuimus etiam. *Qualiter probetur ſuſpitio contra magiſtrum actorum, vide Aff. in conſtitu. iuſtitiarij per prouincias nu. 5. Et an talis ſuſpitio poſſit allegari poſt ſententiam ſcriptam, non autem publicatam, vide Conar. capit. 26. pract. qq.* De Bottis.

STatuimus etiam, * ꝙ ſi contigerit aliquem uel aliquos ex Conſiliarijs noſtri conſilij, uel præſidentibus & Rationalibus Regiæ Cameræ, vel Iudicibus Magnæ Curię fore ſuſpectum, uel ſuſpectos partibus, vel ipſarum alicui: ꝙ tunc pars illa, quæ illum ut ſuſpectum, recuſare prætendit, cauſas ſuſpitionis & recuſationis in ſcriptis alleget coram omnib. Iudicibus illius Tribunalis, in quo eſt qui ſuſpectus allegatur, ipſo tamen excepto. Et ſi omnibus Iudicibus, vel eorum maiori parti cauſæ ſuſpitionis rationabiles viſæ fuerint, iubeant illum abſtinere: Cæteri verò procedant in cauſa, ſi remanſerint numero non tribus pauciores in dicto ſacro Conſilio. Sin autem contigerit remanere pauciores, aggregentur ex numero Conſiliariorum alterius Aulæ dicti Conſilij.

Officiales non poſſint ſeruire per ſubſtitutos.

ITem mandamus ꝙ habentes officia debeant ipſi perſonaliter ſeruire, & non per ſubſtitutos, aut alios per eum deputatos, abſque noſtra expreſſa licentia: exceptis tamen illis, qui in eorum priuilegijs a nobis conceſſis, ſeu confirmatis ſubſtituendi facultatem habent.

De Iudæis.

*ADDITIO. Et quia perfidorum Iudæorum. *An Iudæi poſſint ſine cauſa expelli a ciuitatibus, vide Doct. relatos per Petr. Girar. ſing. 59. vide cauſam expulſionis a regno Frãcia per Gul. Bened. in cap. Raynutius. in ver. duas habens. nu. 90.* De Bottis.

ET quia perfidorũ Iudæorum * cum Chriſtianis conuerſatio, atque commiſtio periculoſa, indecentia facinora producere plerunque conſueuit: ſitque propterea inconueniens, quòd alius non diſtinguatur ab alio: Et ideo pro Dei ſeruitio, & bono publico illos a ciuitate Neapolis, totoq; regno decreuerimus, quàm citius expellere: nõ obſtante conuentione cum eis per Proregem noſtrum habita. Volumus interim donec id, quod decreuimus exequutioni demandetur, illos a Chriſtianis quoad poſſibile eſt ſecernere. Eam ob rem Mandamus, quòd eiſdem tam Neapoli, quàm alijs in ciuitatibus, Terris, & locis quibuſcunque vbi commorantur, locus, vel platea ſeparata aſſignetur, in qua ipſi ſimul habitent ſeorſum a Chriſtianis, nec alia in parte, quàm in loco eis aſſignato ualeant habitare. Et ut a Chriſtianis diſcerni facilè poſſint, cogantur penitus ad portandum ſignum coloratum & notabile, maſculi in capite videlicet, Pileum ſiue biretum rubei, ſeu crocei, giallive coloris, ita ut tegi nullo modo poſſit. Similiterque eorum Mulieres ſignum, vel in capite, vel alio loco ubi pateat cunctis, uideriq; liceat, portare cogantur: ſcilicet faſciam, eiuſdem coloris. Si qui autem contraueniſſe reperientur non habitando in loco, qui deputabitur eis, uel ſignum ut ſuperius dictum eſt non portando, uel portantes illud cooperiendo, pœnam publicationis bonorum omniũ incurrant: in quam ex nunc pro tunc, & econtra, illos incidiſſe declaramus: bonaq; eorum omnia, uel eius qui cõtrauenerit fiſco noſtro in caſu contrauentionis applicata eſſe decernimus. Quam quidem pœnam omni & inuiolabili modo exigi volumus atque mandamus.

QVæ omnia & ſingula ſupraſcripta, in omnibus ſuis punctis, articulis, & clauſulis integrè, inconcuſſe obſeruari volumus, & per noſtrum in eodem Regno Viceregem, & Locumtenentem generalem præſentem, & per alios Conſiliarios, & Officiales noſtros cuiuſcunque nominis, gradus, conditionis, & qualitatis exiſtant debitæ exequutioni mandari, omni dubio, difficultate, & ſiniſtra interpretatione ceſſantibus. Nec ſecus attentari vlla ratione, prætextu, ſiue cauſa: ſi vltra iram & indignationem noſtram grauiſſimam, pœnas ſupra expreſſas, & alias grauiores, quas nobis & ſucceſſoribus noſtris reſeruamus, incurrere formidant. In cuius rei teſtimonium præſentes fieri iuſſimus, noſtro magno negotiorum Siciliæ citerioris Regni ſigillo pendenti munitas.

Datum in oppido noſtro Madrili die 11. menſis Nouembris, Anno a Natiuitate Domini 1539. Imperij noſtri 19. Regnorum autem noſtrorum videlicet Reginæ Caſtellæ Legionis Granatæ, &c. Anno 36. Nauarræ 25. Aragonum vtriuſque Siciliæ, Hieruſalem, & aliorum 24. Regis uero omnium 24.

Yo el Rey.
V. Maius Viceprothon. & pro magno Camer.
V. Seuerinus R.
V. Geldran R. generalem Theſaurariam.
Sacratiſsima Cæſ. & Catholica Maieſtas mandauit mihi Alphonſo Idiaqui.

EA propter, uolentes, ut tenemur Cæſareæ & Catholicarum Maieſtatum obedire mandatis, præcipimus & mandamus omnibus & ſingulis, ad quos ſpectabit, quatenus ſeruata forma præinſertæ Regię Pragmaticæ, illam ad unguem, & inuiolabiliter omnibus, & per omnia obſeruent, obſeruariq; faciant, per quos decet, iuxta ipſius Pragmaticæ ſeriem, & continentiam, omni dubio & difficultate ceſſantibus. Et contrarium nõ faciant pro quanto gratiam præfatarum Maieſtatum charam habẽt, ac pœnam præappoſitam cupiunt euitare. In quorum fidem præſentes fieri fecimus, magno præfatarum Maieſtatum ſigillo pendenti munitas.

Datum in Caſtro Nouo Neapolis, die ſeptimo menſis Februarij, 1540.

Don Petro de Toledo.
Vidit de Colle R. Et pro Prothonot.
Vidit C. Loffredus R.
Dominus Vicerex Locumtenens generalis mandauit mihi Bernardino Martirano.

Finis Pragmaticarum Regni.

REPERTORIVM CONSTITVTIONVM, AC CAPITVLORVM REGNI NEAPOLIS, ET GLOSSARVM, D. ANDR. DE ISERN. VTRIVSQ. IVR. DOCT.

Poſtremò a pluribus Doctoribus auctum, locupletatum, ac pulchriori ordine digeſtum.

A

ACCVSATI ſiue ſint decem vel plures, de vno crimine uel diuerſis ex eodē facto deſcendentibus, poſſunt conſtituere ſyndicum, & per ipſum reſpondere, præterquàm in crimine læſæ maieſtatis, & hereſis, ut in c. Regis Roberti, quod incip. Robertus, &c. Studioſis, &c. & in c. ſequēti, itē ſtatuimus, in quo non excipitur crimen læſę maieſtatis, ſed loquitur indiſtinctè.

Accuſator ſi eſt contumax ante litē conteſtatam, damnatur curiæ in ſexta parte bonorum mobilium, & accuſatur in expenſis, ut in conſtit. accuſatorum, in ti. ſi quis aliquem petierit citari. Et ſi eſt contumax poſt litem conteſtatam punitur in tertia parte bonorum mobilium: & pro ſequenti inquiſitione ſeu citatione punitur in centū Auguſtalibus, vt in conſt. accuſatorem. de deſiſt. accuſator habet pœnam ſextæ partis ante litem conteſtatam. Et pœna centum Auguſtalium non habet locū in muliere accuſante. Et eadem pœna tenetur, ſi accuſator expreſsè renunciat. Iſta pœna centū Auguſtalium, & in ſexta parte bonorum ſuccedit in locum Turpilliani: & habet locum in delictis publicis, ſecus in priuatis quoniam ipſis pœna imponitur arbitrio iudicis. Item gl. dicit, quòd deſiſtens infra biennium non incurrit infamiam. D. And. in conſtit. poſt citationem. de lite non conteſt. vel accuſatur. Sed ſi poſt biennium expirat accuſatio, punitur accuſator in quarta parte bonorum mobilium, & eſt infamis. Dom. Andreas in conſt. conſtitutionem.

Accuſator & accuſatus in caſib. criminalibus, in quibus poteſt tranſigi poſt citationem ante litem conteſt. & antequam partes in iudicio comparuerint, poſſunt inter ſe tranſigere, nullo dato vel retento. Sed ſi forte aliquid fuit donatum vel retentum ſine licentia curiæ, ſoluet curiæ duplum eius, quod recepit, niſi pro æſtimatione damni recipiatur aliquid. Sed ſi facta citatione partes in iudicio præſentantur, ſine licentia & mandato curiæ non poſſunt tranſigere: quando non fecerint, ſoluet accuſator 12. Auguſtales curiæ, ſi non eſt lis conteſt. ſi tranſigunt, uel componunt ſine licentià curiæ, ſoluunt ambo curiæ 12. Auguſtales, & nihilominus in cauſa proceditur, ſi curia compoſitionem, uel tranſactionem non acceptat: & hoc habet locum in criminalibus, in quibus imponitur pœna ſanguinis. Præterquam in adulterijs, & in alijs remaneat ius commune, ut in conſtitut. poſt citationem. de lite non conteſta. in cri. Item non habet locum iſta tranſactio in iniurijs enormibus, vt in glo. in uerbo, ex parte. Sed quid ſi accuſator tantùm, vel accuſatus cōparuit, alter non, & poſtea tranſigunt, an incidant in pœnam 12. Auguſtalium? D. Andr. dicit quod non. Sed Io. contra. Sed quid ſi ſtatim non reuocat tranſactionem, an poterit ex interuallo reuocare? D. Andr. in d. conſt. dicit quod non.

Accuſator & accuſatus ſi concludunt, & in termino eis dato non comparēt in iudicio, vel terminum prorogant, quem ſponte in cauſa ceperunt, puniuntur in centum Auguſtales, quilibet pro medietate, vt in conſt. ſæpe contingit. de pœna collud.

Accuſator. Si cœpta cauſa citatus non comparuit, iudex ex officio ſtatuet alium virum idoneum ad proſequendum cauſam, in c. Regis Roberti, quod incip. Robertus iudicib. magnæ curiæ, &c.

Accuſator ſi in termino ante lit. conteſt. non comparuit, deſtitit, & per conſequens uolens rurſus accuſare nō auditur, per l. poſt quàm lit. C. de pact. & per Dom. Andr. in conſtit. accuſatorum, in tit. ſi quis petierit aliquem citari.

Accuſator ſi moritur, & accuſatus fuit contumax, & bona notata, ſi accuſatus non redit infra annum, an bona per lapſum anni perdantur? dic quòd non, in conſtitutione, grandis. de pœna contum. in criminalib.

Accuſator. Si commiſſo delicto in aliquem, ita eſt læſus, quòd non poſſit ſuam iniuriam proſequi, nec poteſt adeſſe iudicio, in iſto caſu vel accuſator deficit, & cōſtat ſummariè, hoc ſuppleat officium iudicis ex eius ſolertia & per ſuum ſtudium proſequatur, ut in c. Regis Caroli, quod incipit, plerunque.

Accuſator an poſſit ab illo, quem accuſat, ciuiliter conueniri, uel accuſari de maiori crimine? Dic quòd ſic, & in vtroque procedere, ut in conſt. ſi ciuiliter agens, de li. conteſta. in crimi. etiam ſi crimen læſæ maieſtatis fuerit obiectum, eadē cenſura ſeruatur in quibuſcunque præiudicialibus, etiam ſi tales ſint, quæ iudiciū reddunt nullum, dummodo ſuper cauſa criminali ſententia primo feratur condemnatoria vel abſolutoria, & nō ſuper præiudiciali: ut ſi tu agis cōtra me, & ego oppono, quòd es ſeruus meus: obiectu iſtius præiudicialis nō impeditur prima actio. Idem in exceptione excommunicationis, uel infamiæ. & de iſtis exceptionibus emergētibus uide hic, & quòd opponi poſſunt ante lit. conteſt. uide hic.

Accuſator & accuſatus, uel delatus debent iurare & dare ſecuritatem, & dicant factum prout ſe habet, & tempus, & locum, & nomina illorum, per quos poterit ueritas iudicari, ut in c. ſubditorum. de uiolen. inferen.

Accuſatus. de maleficio noctis tempore commiſſo, ſi probatur quod fuit de die. Vel actus, qui fuit cum armis, probatur quòd fuit ſine armis, & ſimilia. Quæro an debet abſolui? dic quòd ſic, quia de neceſſitate eſt, quòd fiant probationes ſecundum formam accuſationis. ff. ui bono. rapt. l. prætor. §. docere. & § hic autem. ff. de adulter. l. denuntiaſſe. §. quid tamen. ibi, neque cum, &c. Et ſecundum formam accuſationis facienda eſt condemnatio, ut l. fundus. ff. commu. diui. & extra de accuſ. c. qualiter & quando, il 2. & de ſimo. c. licet Heli. & ſequitur abſolutio ſi probatio non eſt facta ſecūdum formam accuſationis, quia non debet quis innouare delictum in ſe commiſſum, ut ff. de dolo. l. ex dolo. §. hoc. & l. ſeq. nulla qualitate declarata in ſe commiſſa. Sed ſi accuſator uult accuſare de nouo, & nouam actionem facere de inſultu ſine ſanguine non facta de die. Vel ſi index vult inquirere hoc modo, nunquid poſſit? Dic quod non: quia nō debet ſæpius de eodem delicto quæri, ut l. licet. ff. nautæ, caup. ſtab. Item obſtat exceptio rei iudicatæ. de re iud. l. 2. Sed uerius eſt, ut cognoſcat facta tamen abſolutione ab obſeruatione iudicij.

Accuſatus dando fideiuſſores in caſibus permiſſis non debet retineri, nec compellitur ſtare in curia, niſi pro termino a iure permiſſo, ut in cap. Iuſticiarij delatos. in ti. qui accuſ. dant, &c. Item quando liberatur dando fideiuſſores, uide infra in uerbo, fideiuſſor, &c.

Accuſatus fuit quidam, qui percuſſerat cum baculo magno, uel lapide magno: & ſtatutum dictat, quòd ſi quis percuſſit gladio, puniatur in centum. Certe debet dicta pœna puniri, quia appellatione gladij continetur haſta, lancea, &c. ut Inſtit. de public. iud. §. item lex, ff. de ui & ui arma. l. 3. §. 1. de uerborum ſignificat. l. armorum. & omne aliud nocendi cauſa. ff. de furtis, l. ſi pugnatione furem. Item omne aliud quod nocere poſſit. l. armatos. ff. de ui publica. & l. is qui hæres. §. telo. Et intelligo ſi ſatis nocere poteſt. Si autem eſt modicus lapillus, uel bacillus & alia res modica, quæ nihil, uel parum no-

cere poſſit, puto quòd de minimis non eſt curandum. ff. de ventre inſpic. l. 1. in fi. argu. l. 1. §. inde. ff. de ædilitio edic. Et in talibus modicis continetur iudicijs arbitrium. l. 1. ff. de extraordi. crimin. Sed contrarium teneo per cautum l. omne delictum. §. ſi quis commilitonem. ff. de re mil. Nec obſtant iura prædicta, quia ſtatutum ſimpliciter & proprie debet intelligi, per ea quæ dicit Bar. in repetit. l. omnes populi. ff. de iuſtitia & iure. & Bald. in l. 1. C. de ſumma Trinit. & quæ no. l. vt gradatim. §. 1. ff. de muner. & hono. l. 2. C. de noxal. & in l. quicquid aſtringendæ. cum ſimilib. de verb. obl.

Accuſatus, uel inquiſitus de crimine capitali, vel ex quo imponitur pœna mortis uel membri abſciſſionis, cum plenè conſtat facto proceſſu arreſtandus eſt de perſona, etiam ſi præſtiterit idoneam fideiuſſionem, non expectata publicatione proceſſus, ſed in vinculis ſe defendat, & ſi facta publicatione de ſua ignorantia liquebit. non expectata ſententia datis fideiuſſoribus liberatur, & ſi dare fideiuſſores non poterit iuxta qualitatem delicti, & conditionem perſonæ in cauſa cõmuni detinetur. & inquiſitio nõ eſt facta iuridice, quia inquiſitus non fuit citatus, uel non fuit patefactum illud, de quo inquirebatur, uel aliter aggrauetur ex inquiſitione proceſſus eſt nullus, ut in c. ab illo inchoandum in tit. de inquiſitionibus. Sed quid ſi non conſtat plene de maleficio, ſed incipit conſtare per vnum teſtem iam carceretur? dic ꝙ ſic, ne fugiat, ut in conſt. humanitatem. de his qui fideiuſ. da. po. per Dom. And. ſolet allegari l. ſi hominem. ff. depo. quod propter indicia uerisimilia capiuntur. no. in fi. dic. c. ibi, datis fideiuſſoribus liberatur. Et propter hoc nota, quod primi fideiuſſores dati per accuſatum, uel inquiſitum, ſi accuſatus fuit propterea incarceratus ſunt liberati, & non exigerentur fideiuſſores, & ſic incarcerato accuſato, &c. fideiuſſor videtur liberatus. Iſtud cap. facit pro hoc. Sed tu uide ſubtilius, quia video ſeruari contrarium, ut plene no. Cy. in l. pœnale. C. de cuſto. reo. Et pro materia adde Barto. in l. diuus. la grande. ff. eodem titulo.

Accuſatus quando præſentatur in iudicio ad procedendum in cauſa, accuſatus debet præſentari ſolutis uinculis, & cathenis, & accuſator debet inſtare, ut accuſatio expediatur, alias pœnam deſiſtentiæ incurrit tex. eſt in conſtit. humanitatem. in tit. de his qui fideiuſ. da. po.

Acta ſi quis notarius dictet & doloſe aliquid omittat tenetur lege Cornelia de falſis. Bar. in l. ſi quis obrepſerat. ff. de fal. aliás ſi non eſt in dolo non tenetur illa l. ſi non eſt in dolo, fieri faciens, uel mandãs, vt in Bartol.

Acta facta in cauſa ciuili non faciunt fidem in criminali, ut quia conſtat de ſpoliatione, & poſtea agitur de interdicto vnde ui, criminaliter non facit fidem, uel ſi agitur condictione furtiua, & fuit probatum, poſtea agitur furti, non faciunt fidem illa acta in criminali glo. in l. ſi quis ad ſe fundum. C. ad l. Iul. de vi. & do. Anto. in conſti. ſi quis in poſterum.

Acta iudicialia debent ſcribi per actorum notarium, vel duos ſcriptores, ita quòd unus ſcribat & alius ſe ſubſcribat, ad probandũ quæ ſcripta ſunt, unde glo. in conſti. lite legitime conteſta. & in c. quoniam contra, extra de proba. Et ex prædictis quære, an proceſſus poſſit probari per teſtes? Adde glo. in l. curent. in verbo ipſis. ff. de teſti. & Bar. in l. iſta. C. de iure fiſci. vbi dicitur, quod non reperitur quod Iudex poſſit teſtium examinationem committere notario, niſi teſtium productionem, &c.

Acta ſi ſunt perdita quid agendum de iure Romano? Reus incipit nouam cauſam, & conficientur acta de nouo ut in Auth. de mandat. prin. §. cogendum. de admi. tut. l. chirographis. Sed ſi poſtea inuenientur, quibus ſtatur? dic quòd primis; Quid ſi lata eſt ſententia ſecundum ſecundã, & poſtea reperiuntur prima contraria ſecundis, an retractetur prætextu actorum nouiter repertorum? dic quod non, niſi eſſet iuratum & ſententiatum ſecundum prima acta. D. And. in conſt. cordi. de ſcribendis maleſactoribus & ſuſpectis.

Actio. Ex re iudicata datur actio in factũ, & durat 30. an. ſicut aliæ actiones perſonales vt in l. ſi quis in rem. C. de præſcrip. 30. ann. & in loco illius ſubrogatur officium iudicis, arg. l. 1. §. hæc act. ff. ſi quis teſtamento lib. eſſe iu. fu. & per Do. And. in conſt. dilationes.

Actor & reus ſi per ſe litigant lite legitime conteſtata, & præſtito iuramento de calumnia, iuxta diuales ſanctiones ora iura probatoria offerenda ſunt per actorem, vel accuſatorem, uel reum, uel accuſatũ, quæ faciunt ad probationes per ipſos, vel per eorũ aduocatos eodem die, vel ſequenti ad plus in ſcriptis. Et ſic etiam cõuentus omnes ſuas defenſiones, & eodem die, uel ſequenti per ſe uel per aduocatum in iudicio offerant, & terminum ad oblata probãda recipiant ambæ partes. Si verò iudicium per procuratorem, vel defenſorem in caſu, quo poſſint interuenire ea iura allegata, & defenſor illas defenſiones opponat, quas principali parti competere non ignorat. Si forte ignorantias procuratores prætendant iura principalis conſcij poterunt reſeruare, & in termino, quem ipſi procuratores ceperint, probent tam ea quæ primo propoſuerunt, quam ea quæ ex conſcientia principalis ad eorum notitiam venerunt. Et in prædictis omnibus & alijs actibus iudicialibus terminus arbitrio iudicis ſtatuatur. Prædicta ſunt in cõſt. lite legitimè conteſtata de iura. cal. Sed prædicta fallunt in conuento ex ſpreta defenſa, quia omnia iura ſua poteſt ponere, & probare vſq; ad aperturam proceſſus, niſi uellet probare quòd tempore ſpretæ defenſæ alibi erat, ut in cap. regni, quod incipit, poſito de ſpreta defenſa. Quæro qualiter & quando dicatur lis legitime conteſtata? D. Anto. dicit, quod ſi fuit conteſtata coram iudice incompetenti non dicitur legitime conteſtata. Item quæro an exceptio peremptoria poſſit opponi per reum uſque ad ſententiam? Videtur quod ſic. l. peremptorias. C. ſen. reſcin. non poſ. & l. exceptionem. C. de proba. glo. in d. conſt. dicunt, quòd ipſa iura corriguntur, quia exceptiones peremptoriæ per reum infra biduum ſunt offerendæ, alias non auditur: ſecus ſi agitur, uel defenditur procurator, quia tũc ſi reſeruauit conſcientiam principalis, infra terminum ad probandum opponere poteſt, Item gl. exponit tex. ibi, ſimul & coniunctim, ideſt, antequam labatur biduũ ipſa iura ſunt præſentanda. Sed an iſta iura habeant locum quando inquiritur ex denunciatione, ut infra biduum offerantur iura prædicta? Puto quòd non, quia iſta eſt ſtricti iuris, & odioſa, & loquitur in actore & accuſatore, merito non extenditur ad ſimilia. ¶ Quæro ſi non poteſt haberi copia aduocati, vt comprobentur iura rei, uel accuſati, An ex iſta cauſa excuſentur ſi non obtulerunt iura infra biduũ? Puto quòd ſic, per tex. ibi, uel ſi cauſa alia ſuperuenerit, &c. Nam iuſta impedimenti cauſa eſt non inuenire aduocatum in loco iudicij, & oportet ad aliena loca forte longinqua perquirere. Hoc latius probatur per glo. in ver. de communi iure. in tex. & ibi dicit, ſed ſpeciale, vt ſi dicat ſe fuiſſe abſentem cauſa reipublicæ, vel iuſta cauſa, & tunc reſtituitur per clauſulam generalem, ſi qua mihi iuſta cauſa. ff. ex qui. cau. ma. l. ſi. in fi. Sed quæro, quia tex. dicit, iura ſunt offerenda eadem die uel ſequenti, Si ſequens dies incidit in feriarum, an infra tertium ſint offerenda? Cogita in hoc, Et ſi tenetur in iudicio, & in Curia offerre, an ſufficiat ſi offerantur extra iudicium? Puto quòd uerbum, iudicij, ſit largiſsime accipiendum, id eſt, iudicio. Et in hoc cogita, quia conſuetudo eſt quòd ſequẽti die etiam feriata præſentetur, ideo ſeruemus conſuetudinem l. teſtamenta omnia, C. de teſta. & in c. fi. extra de conſue. cum multis ſimilibus.

Actor. Antequam finiatur cauſa per eum mota contra reum, contra eundem non poteſt quæſtionem, alias cauſa per eum mouere in eadem curia, niſi prima finita uel per ſententiam diffinitiuam, uel interlocutoriam, vide conſt. primam, quæ eſt poſt conſti. de dandis aduocatis pupillis.

Actor & reus lite legitimè conteſtata in cauſa ciuili in termino eis dato, ſi non uenerunt, vel prorogent infra ſe ſine conſenſu Curiæ, puniuntur in decima parte litis motæ, ut in conſt. contingit. de contemptu termini. Aliud autem ſi tranſegerunt, quia puniuntur in tertia parte datorum, & habet locum in mutuo, depoſito, & commodato, ut in d. conſtit.

Actor ſi eſt contumax ante litem conteſtatam, reus eſt comparẽs, circunducitur edictum, & tunc poteſt damnari ad ſumptus & uiatica ipſi reo, & non tenetur reus plus uenire ad iudicium, niſi ſolutis expenſis ei, ut l. eum quem temere. ff. de iudi. Vide D. And. in conſt. volentibus, de pactis inhibitis.

Actor uel reus ſi faciunt poſitiones contrarias, uel procuratores ipſis ſcientibus perdunt cauſam, ut in c. fi. extra de iureiu. & ſi actor probat res deberi ſibi ex alia cauſa quàm ex illa, qua petit, perdit cauſam, ut dicit Inno. in d. c. fi. quod no. Sed hic noluit intelligere de inſtantia non de cauſa, nec primum hic poſitum probat ille tex. Niſi dicamus, quod ab inſtantia reus &c. abſoluitur per l. qui accuſare. C. de eden. cum ſi. & ſic non meruit notari, nec hic deſcribi, de qua materia uide plenè Bar. in l. eadem. §. accuſatores. & in l. ſi mater. §. an eadem. ff. de excep. & vide infra in uerbo depoſitum &c.

Adultera ſi conuincitur in adulterio, de iure Codicis tã ipſa, quàm adulter pœna capitis puniuntur. l. quãuis. C. de adult. De iure auth. adultera verberata includitur in monaſterio, & bona remanẽt filijs pro duabus partibus, tertia datur monaſterio, & infra biennium maritus poteſt eam recuperare, quo elapſo perpetuo ibi erit, ut in auth. ibi, poſita. De iure uero conſtituti, adultera conuicta de adulterio traditur uiro, ut in recompenſationem thori uiolati, truncetur ei naſus, & ſi maritus ei truncare non vult, fuſtigabitur, & ultra inſeruire non poteſt, nec parentes: bona uero, ſi non habet filios, confiſcantur, tex. eſt in conſtit. aſperitatem. de adulter. & ſic per iſtam conſtitut. fauetur fiſco, quia habet omnia bona, & fraudatur monaſterium. Item pœna fuſtium alteratur in truncationem naſi. Sed Domin. Andræ. quærit ſi illa authen. eſt correcta, ſeu limitata quantum ad incluſionem monaſterij? & dicit quòd non, ſed remanet punitio naſi per iſtã conſti. remanet per illam auth. ꝙ cum naſo truncato deducatur in monaſteriũ, & ſi maritus voluerit truncare naſum inducitur in monaſteriũ, & ſeruabitur illa authẽtica in hoc. Sed q a dicit tex. ꝙ parẽtes nõ poſſunt vltra inſeruire. Pone ꝙ pater accuſet filiã, & maritus non vult ei naſum incidere, & ſic fuſtigatur, an pater teneatur incidere? textus nil dicit de patre, ſed ꝙ maritus incidat. Cogita. Quæro an ſicut iſta cõſtitutio habet locũ quando maritus accuſat uxorẽ de adulterio vt incidatur ei naſus, an habeat locum ſi parentes, uel extranei accuſant? Do. Andr. intelligit indiſtinctè, & dicit ſi conuincitur uxor de adulterio,

terio, maritus incidat naſum, non diſtinguendo quando maritus uel alius accuſat. Sed an iſta conſtitutio innouet aliquid in pœna ſtupri, inceſti, & raptus? Dic quod non, ſed in adulterio loquitur. Dom. Andr. de Iſer.

Adulterium vel violẽtia mulierum qualiter debet probari, ut puniatur adulter, vel corrumpens, vel ut ponatur in torturam ſecũdum conſtitut. regni? Vide quæ ſcripſi in verbo, mulieri.

Adulterium. Secundum communem opinio ſi agitur ciuiliter ad thori ſeparationem cognoſcit iudex eccleſiaſticus, ſi criminaliter, iudex ſecularis, vt in conſtitutio. maieſtate. de priuilegijs eccleſiarum.

Aduocatus non poteſt comparere in iudicio ad aduocandum, niſi fuerit examinatus & approbatus per iudices Magnæ Curiæ, vide conſtitutio. aduocatorum officium. ſecus in legum doctore, qui ſine examine & approbatione prædicta aduocat, vt ibi dom. Andr. Et debet iurare ante corpus officium, quod partem, quam ad adiuuandum recepit, cum omni. fide, & ſine calumnia adiuuabit, clientulos de facto non inſtruet, & in veram conſcientiam non allegabit ullatenus, & quod cauſas non recipiet deſperatas, & ſi quis receperit informationem ſorte partis, ipſum clientulum & proceſſum dimittat, ita quod non capiat aliam partem, nec in proceſſu iudicij petet ſalarium augmentari, nec paciſci de quota litis, vt in tex. in dicta conſtit. aduoca. Item quòd clericus non poteſt eſſe aduocatus, niſi in cauſa propria & conſanguineorum, pauperum, & eccleſiarum, & tunc ſine ſalario, vt in dicta conſtitu. Et ſecundum prædicta iura. anno quolibet prædicti aduocati ſunt ordinandi, ut ſupra coram magiſtro Iuſtitiario regionis. Et ſi quis officialis contra formam huius conſtitut. admiſerit aduocatum ad aduocandum, punitur in libram unam auri. tex. eſt in d. conſt. aduocatorum. de officio aduocatorum. Et quando licentiam aduocandi habet, alias non poteſt aduocare in ſua prouincia, alias punitur in dicta pœna, ut no. D. Andr. in conſtitut. iuſtitiarij, in tit. ut Iuſtitiarius certos habeat aduocatos, &c. Sed quæro, ſi clericus viuit de rebus eccleſiaſticis, an regulariter vltra dictos caſus aduocet? glo. dicit quòd ſic.

Aduocatus eſt dandus pupillo, orphanis, viduis, & pauperibus, & miſerabilibus perſonis ad expenſas Curiæ, præſertim contra potentes agentes, uel defendentes, & expenſas neceſſarias, victus & impendia ad producendum teſtes habeant, ſportulas non ſoluant, vide conſtit. præſente, de dandis aduocatis.

Aduocatus poteſt petere aduerſarium in iudicio interrogari. ff. de interrogat. actio. l. ſi vero. in princ. Item offert articulos pro clientulo, & inſtruit eum in reſpondendo, non tamen ſuper facto. gl. in conſtit. præſente. de exceptionibus malitioſe opponendis. Et ex iſta gl. notari poteſt ꝙ quando quis citatur, ut teſtificetur, ut principalis & legalior antequam examinetur poteſt petere, ut detur ſibi copia iurium aduerſarij, ſuper quibus debet interrogari, vt conſulat aduocatum, de quo cogita.

Aduocatus cum eſt in curia debet moderate loqui cum ſilentio, aliàs incurrit pœnam impoſitam in conſt. cultus iuſtitiæ, & iudex poteſt interdicere aduocationem aduocato perpetuo. D. Andr.

Aduocatus in cauſa priuatorum non poteſt recipere pro ſalario, niſi ad rationẽ de ſexageſima parte litis ad rationem granor. decem, pro vncia. In cauſis vero vbi non venit æſtimatio, vt in cauſa ſtatus, & in cauſa criminali, tunc arbitrio iudicis pro facundia aduocatorũ, & difficultate cauſæ, & in cauſis iniuriarum tempore oblationis libelli ipſi iudices taxant ſalarium, vt in conſtitut. hac edictali. de ſalario aduocatorum.

Agens nomine alieno, ut tutor, curator, procurator, adminiſtrator, & ſimiles. ſi in proceſſu non apparet probatum ſe eſſe tales, qui pro alio poſſint agere, procuratorium iudicium eſt nullum, licet a principio non fuerit oppoſitum, vel in aliqua parte litis ſeu iudicij. Secus in matre, & in patre, & in filio, ſi agit tanquam mater, uel tanquam pater: nam ſi non fuit oppoſitum per aduerſarium, tamen proceſſus ualet, ſecundum Andr. in conſtitut. exceptionem. de lit. conteſta.

Agens ciuiliter contra aliquem, an poſſit accuſari criminaliter ab aduerſario ſuo, ita ꝙ in utroque procedatur? dic quòd ſic, ut in conſtit. ſi ciuiliter agens. de conteſta. In criminali, ſiue ante litem conteſtatam, ſiue poſt. Sed quæro, ſi iſta conteſtatio habeat locum quando quis in delicto publico accuſatur. Vide tex. qui dicit quãdo quis non proſequitur ius ſuum, vel iniuriam ſuam, agere non poteſt ille cuius intereſt. l. fideiuſſor. ff. de leg. 1.

Alimenta debentur liberis & omnibus deſcendentibus, & etiã nurui. ff. fam. erciſc. l. filius. §. amplius. nã pater tenetur alere omnes, qui appellatione filiorum nuncupantur. ff. de verborum ſignific. l. liberorum. Et econtra deſcendentes tenentur alere patrem, auos, & cæteros aſcendentes, ſi agerent, ut ibi. & l. ſi quis a liberis. §. alimenta. ff. de libe. agno. Et frater tenetur alere fratrem, ut in glo. l. 2. C. de alen. liber. in verbo, ſi indiget. Item ſoror & frater tenentur dotare ſororem etiam ex alio patre, ſi aliàs non habet vnde. l. cum plures. §. in primis. de admin. tut. Item libertus tenetur alere patronum & filium. Et primogenitus tenetur alere ſecundogenitum, & uitam & militiam ei dare. Et mortuo ſecundogenito ſi habuit uitam & militiam nepotes habebunt cuiſque filij. Dom. And. in conſti. comitibus, de adiuto. pro militia. Item perdunt alimenta propter ingratitudinem in caſibus in quibus poteſt quis exhæredari. ff. de liber. agno. l. ſi quis a liberis. §. idem iter.

Animalia. Nulli eſt licitum aliena animalia capere uel capta retinere apud ſe, niſi forte cum latrone ceperit, & ſtatim cũ latrone Curiæ Iuſtitia. aſſignauerit, & ſi non fecit, apud quẽcunque inuenta ſunt vel fuerint pro latrone habendus eſt, ſi forte in damno ea inuenerit poteſt ipſa capere, non retinere, ſed ipſa capta Iuſtitiario aſſignare, ut conſequatur damnum, & ſi hoc non fecerit & animalia capta retinuerit, pœna furti tenetur. Et qui aſſignant animalia cum latrone decimam partem a patrono animalium conſequantur. tex. eſt in conſtit. peruenit, de furt. & latroc. Sed per aliam conſtit. quæ incipit, animalia. de animalibus inuentis in damno, emendatum eſt in hoc, quòd ſufficit, ꝙ animalia inuenta in damnis aſsignentur Baiulis locorum, per ipſos & conſequitur emenda, in d. conſtit. Sed cauſa cuſtodiæ poteſt includere animalia inuenta in damnis. No. ex iſta conſt. contra illos, qui tenent animalia errantia intra gregem eorum animalium, quia furti tenentur, & nõ ſolum cuſtos, ſed etiam patronus, per tex. ibi, retinere, &c.

Animalia, de una contrata in aliam, ſi deducta fuerint in tranſitu animalia, per vnum diem vel vnam noctem non vltra in tenimento alicuius domini paſcua ſumpſerint, non licebit ipſis dominis uel Baiulis alienis aliquid capere, ſed ſine impedimento pertranſeant. ſi forte animalia de vna contrata in aliam fuerint inuenta, & paſcua ſumpſerint per vnum diem, vel duos damnum dederint, tenetur patrono emendare damnum datum, in alio verò non tenetur patronus animalium. Si vero inuenta fuerunt cum cuſtode & damnum non dederunt, tunc ſi dominus tenimenti vult concedere paſcua, capiat affidaturam, iuxta quod poterit conueniri. Si uero ultra dominus affidaret, capiat pro illis diebus pro quibus paſcua ſumpſerunt per viam vt vicini ſolent capere. Si forte animalia ſine paſtore fuerint inuenta, ſi iuxta decem dies in tenimento ſteterint recepto ſacramẽto a cuſtode vel domino, ꝙ ipſa non duxerunt ad ipſa tenimenta, ſine damnatione aliqua ipſa abire permittant. Si uerò vltra decem ibi ſteterunt & paſcua ſumpſerunt iuxta affidaturam quam vicini ſoliti ſunt recipere capiat dominus tenimenti. Et de numero dierum ſtatur ſacramento cuſtodis, vel domini, ſi forte animalia terræ vicini intrent tenimenta terræ uicini, & ſi in die & in nocte paſcua ſumpſerunt fiat proteſtatio ſemel, bis, ut emendet damnum illud, & ſi non emendat, & poſtea inueniet, capiet, & faciet ſolui prout dictum eſt ſuprà, niſi paſcua ſint communia, ut multi habent, ut in gl. Et ſi quis contrafecerit perſonam perdet, & bona publicabuntur. Et tranſeuntes per nemora ſi forte rugas fecerint in aliquo nõ tenentur, tex. eſt in conſtit. cum per partes, de anima. aſſi. in paſcua. Sed an ſit licitum dominis uendere tenimenta & glandes cui volunt, dic quod ſic. Dom. And. Sed pone quod dominus alicuius terræ a tempore, cuius cõtrarium non eſt memoria, fuit ſolitus affidare animalia vicinorum in tenimentis ſuis, & nunc nõ vult affidare, an poſsint dicere vicini propter diuturnitatem temporis uidetur permiſiſſe? Dom. And. dicit quod ſic. Item ſi probarent communitatem in paſcuis, nõ prohiberi. Dom. And. Sed quid ſi dicit dominus, nunc nõ ſunt paſcua ſufficientia pro me, & herbam iſtam uolo pro me? Dic ꝙ auditur, pro quo facit l. præſes. C. de ſerui. Dicit Dom. And. no. tex. ibi patronus, tenetur emẽdare. pro damno dato per animalia cõuenitur patronus & non cuſtos, ſed cuſtos poſtea conuenitur cum patrono. Item no. quòd pœna dictæ conſt. de animalibus inuentis & indebite captis, quæ bona publicantur & capite puniebantur: eſt correcta per conſtitutio. ſequentem, quæ incipit, ut delicti fines, quia punitur in quadruplum eius, quod extorſit & fiſco applicatur, vt in tex. Et utrum poſsis includere animalia propria authoritate dantia mihi damnum euidenter, uide in l. hoc amplius. §. de his. ff. de damno infecto.

Animus an præſumatur in delictis? dic quòd quando in finibus cogitationis ſtatur, non punitur, l. cogitationis. ff. de pœnis. quandoque vltra proceditur, & ex facto continetur delictum: tum præſumitur animus delinquendi. Item ex facto iniurioſo præſumitur animus iniuriandi, niſi contrarium probetur. C. ad l. Cor. de ſica. l. 1. & l. ſi non conuicij. C. de iniurijs. uide glo. in conſtitutione, Iuſtitiarij nomen. de officio Iuſtitiarij.

Apoſtatantes a fide Catholica apoſtaſia maiori, qui a præſide Prouinciæ puniuntur pœna publicationis, a profeſsione, & omni iure legitimo abdicantur, vt in conſtitutione, apoſtatãtes. Item apoſtaſia eſt triplex: una eſt perfidiæ, ideſt a fide: alia eſt ordinis aſſumpti uel religionis: alia eſt inobedientiæ, quando nõ obedit prælato, uel iuſsionibus Canonum: de primis habetur in conſtitutione prædicta, apoſtatantes, & puniuntur publicatione bonorum: & de ſecunda, quando recedit ab ordine, vel religione, vel clericatu abijciendo tonſuram, veſtes, ſeculariter uiuendo, ut in d. cõſtit. glo. Et quando priuantur beneficijs poſt nouationem. Dom. Andreas.

Appellans debet petere proceſſum cum apoſtolis: & ſi non dabitur ei, proteſtabitur: & iudex, qui non dat, punitur, ut in Authentico, vt nulli iudi. §. illas. quæ pęna iudicis non excuſat nõ petentem, quia videtur cauſam aſſerere, ff. de adulte. l. 1. §. ſi publico.

Item ſi non præſentat appellator proceſſum cum apoſtolis in termino, & pars vult, ut habeatur pro præſentato, non ualet, quia ſententia eſt expirata, & ſi in termino ſtabilito appellator non præſentauit proceſſum, iudex appellationis notificet iudici, a quo, ut exequatur ſententiam ſine alia pronuntiatione.

Item debet appellator proſequi ſtatim cauſam appellationis, cùm præſentauit proceſſum. Hoc eſt, quod dicit textus, ibi reſponſum debitum &c. Et ſic tenetur non tantum præſentare proceſſum, ſed ſequi, & tunc proſequitur, quando citari facit appellatum ad proſequendum. De iure communi reſpondere non cogitur, niſi in fine termini anni vel biennij, ut in auth. ei qui. C. de temp. appella. Item ut expiret appellatio, duo requiruntur, ut recedat ſine licentia, & ut non inſtet. Item ſi appellator non recedat a Curia, non tamen inſtat ad proſequendum cauſam. Dic quod pars appellata poteſt inſtare, non per conſtitutionem, nec de iure communi.

Sed quid ſi præſentauit proceſſum, & impetrauit citationem, non fecit citari, & ſi non proſequitur, habetur, ac ſi non fuiſſet appellatum, vel fecit citari in die feriato. Item ſi facta citatione appellatus eſt contumax, punitur in tertia parte bonorum mobilium, ſicut in cauſa principali. Idem ſi ambo rei. Item ſi pro appellatore comparet iuridica perſona ſine mandato ad proſequendum admittitur cum cautione de iudicato ſoluendo. Vide de omnibus prædictis Domin. And. in d. conſti. appellationum. de appella. Et in cauſa appellationis etiam non poſita ponam, & non probata probabo. l. 1. & l. per hanc, C. de temporib. appellat.

Appellare an poſſit raptor, & conſocius damnati? Dic q; ſic ex cauſa, ut per Dom. And. in dicto proęmio, in ver. princeps. nec poteſt tollere appellationem ſine cauſa, ut in uer. quintum exemplum.

Appellari an poſſit ad Papam per hominem huius regni? Dic q; regulariter non. Sed fallit, quando ſunt homines multi damnati ad mortem, & hoc eſt notorium & manifeſtum quod eſt male damnatus, per procuratorem Regis appellatur ad Papam, ut per Do. And. in ſuo proęmio. §. item iura. verſi. item damnati ad mortem. Item in crimine læſæ maieſtatis, vbi bona confiſcantur, poterit appellari ad Papam. Sed prouiſum eſt per Reges ad euitandum, quod non appelletur ad Papam, quia de Magna curia appellatur ad iudices appellationis: Secundo ad Regem, & Rex alij committit, & ſic vlterius non appellatur ad Papam. Sed ſi Papa videt ſubditos regni grauiter opprimi, ipſe occurrit. Et ſi uiderit, quod Rex animoſe procedat iniuſte, Papa inquirit, ut in dicto proęmio, ver. quoniam ergo, &c.

Appellari an poſſit a ſententia Baiulorum vel aliorum iudicum etiam delegatorum ad regem, omiſſo medio, ſcilicet, Secreto & alijs iudicibus? Dic quod ſic. & idem in Papa, vt in conſtit. quod noua. de iudi. mercatoribus. ſecus ſi appellatur ad inferiores iudices omiſſo medio, ut in glo. ibi.

Appellari an poſſit a ſententia interlocutoria annotationis bonorum, quod fiet contra contumacem in cauſa criminali de capitali, quando eſt contumax, & damnatus per interlocutoriam in tertia parte bonorum mobilium, & reliqua annotata, an ab iſta interlocutoria poſſit appellari? glo. in conſtitut. grandis. de pę. contu. in criminali, dicit quod ſic.

Appellari an licet, ſi quis eſt damnatus de portatione armorum, de ſpreta defenſa, de vſuris, & alijs pœnis legalibus? videtur quod non, quia a pœnis non appellatur, niſi fateretur factum, ſi aggrauatur de pęna, ut in conſtitu. intentionis. de portatione armorum. per Dominum Andr.

Appellatio. Si fuerit appellatum a ſententia cuiuſcunque iudicis ordinarij, vel delegati, quinquaginta dierum tempus habet appellator a tempore interpoſitæ appellationis, infra quod proceſſum iudicij, & appellationis curiæ principis repræſentet: & ſufficit quod præſentetur proceſſus ipſe magiſtro Iuſtitiario, vel iudicibus Magnæ curiæ. ſi forte fuit appellatum ad alios iudices, & non coram Principe, tunc prędictum tempus eſt in arbitrio iudicis, a quo, dummodo quod non excedat tempus quinquaginta dierum, & pro locorum diſtantia, & cauſarum qualitatibus, necnon & perſonarum limitabitur: & ſic ſi poſt præſentatam appellationem ſine licentia iudicis a quo, appellator diſcedat, nec inſtanter inſtet, ut reſponſum debitum conſequatur, quaſi nunquam appellauerit, rata ſententia permanebit, ut in conſtitutione, appellationum. in tit. de appellationib.

Appellatio. Quid ſi appellatur primo a ſententia uiua uoce, & poſtea in ſcriptis, quæ ſit valida, & quam proſequi debet & poſſit? Dic quod prima eſt ualida, & eam proſequi poſſet, niſi ſit ſententia interlocutoria, quia tunc ſecunda facta in ſcriptis ualet, & eam proſequi debet, ſcilicet cautatiue ſi vult, ut per Barto. in l. cum procurator ſibi dominus. ff. de noui oper. nuntiat. Sed quid ſi dixit, appello uiua uoce, reſeruato inde beneficio appellandi in ſcriptis, quam proſequitur? Et concludit ibi Bart. quod vtranque poteſt proſequi, vel alteram, ſi vult, & de ratione uide ibi. Sed quid ſi iudex binas protulit ſententias, a qua appellabitur? Dic ut ibi, quia hoc capit diſtinctionem non multum breuem.

Appellatio. An in numero quinquaginta dierũ, infra quos debet præſentari proceſſus cum apoſtolis, computetur dies interpoſitæ appellationis, & dies præſentationis? Dic quod ſic, & computatur ipſum tempus quinquaginta dierum de momento in momentum: ut ſi appellatio fuit interpoſita hora veſperarum, in die in illa hora finitur. Et idem in termino decem dierum dato ad appellandum, quod computatur de momento ad momentum. Vide glo. ordinariam in uerbo, ſpatium. in conſtitutione, appellationum. de appellat.

Appellatio. Olim apoſtoli cum proceſſu petebantur infra triginta dies. l. 1. C. de lib. el. dimi. per conſtitutionem regni, infra quinquaginta dies debet præſentare, & ipſi triginta dies includuntur in ipſis quinquaginta, & non ſufficit petere apoſtolos & proceſſum, & iterum petere eodẽ impetu, ſed bis debet petere in diuerſis uicibus: quia unus actus eodem impetu factus pro eodem reputatur. ff. ad leg. Aquil. l. illud. §. fin. l. apud Labeonem. ff. de iniurijs. niſi plures iniuriæ eodem impetu ſunt datæ, &c.

Appellatio. An in cauſa appellationis iura probatoria, articuli, & exceptiones ſint dandæ infra biduum? Dic quod non, ut in conſtitu. lite legitime conteſtata. per Dom. And.

Appellatio. In cauſa appellationis ſi teſtes fuerunt producti in cauſa prima, ſuper eiſdem capitulis non producuntur ipſi teſtes, & in hoc corrigitur l. per hanc. C. de temporibus appellat. Si verò non fuerunt producti in primis capitulis, & allegatur cauſa, quare non produxit, poterit de nouo producere, & producentur utraque parte præſente, vel appellata parte citata, & contumaciter abſente, vt in conſtitutione, iuriſgentium. & ſuper nouo articulo connexo primis. l. per hanc. ſtat in ſuis terminis, quia teſtes producuntur in cauſa appellationis, ſecundum gl. Item ſuper veteribus articulis producuntur inſtrumenta, ſiue in cauſa principali fuerunt producti teſtes, ſiue non, ut in glo. Et quæ dicta ſunt in iſta conſtitutione, notantur per Domin. Andr. quod in cauſa ciuili habent locum, non in cauſa criminali. Et quando agitur de nullitate per eundem in conſtitutione dicta, iuriſperitorum. Sed quæro, textus dicit in dicta conſtitutione, ſi nulli teſtes fuerunt producti in cauſa principali. Sed quid ſi aliqui fuerunt producti, non omnes: & nunc in cauſa appellationis volo producere ſuper primis articulis illos teſtes, quos non produxi? Dic quod poteſt, ſi iuſta cauſa fuit impeditus in prima inſtantia, & ſic utimur. Dicit Dom. Andr. quia ratio diuerſitatis non poteſt reddi, quando nullos vel aliquos ex iuſta cauſa non potuit producere teſtes in cauſa principali. Per eundem in dicta conſtitutione, Iuriſperitorum.

Appellatio. Hodie per conſtitutionem regni, quæ incipit, iuriſperitorum. in cauſa appellationis ſuper primis capitulis non producuntur teſtes: ſuper nouis connexis & dependentibus a primis producuntur teſtes, dummodo contumax probet aliquid cõtinens aliud, quàm id a quo dependet. Exẽplum, peto decem ex mutuo, tu probas in cauſa principali pactum de non petendo, & obmutuiſti: in cauſa appellationis poſſum probare pactum de petendo poſtea factum, quod eſt dependens, & aliud continet. Vel pone aliud exemplũ. In cauſa principali fuit probatum, quòd promiſiſti per metum, in cauſa appellationis poſſum probare, quòd incępiſti ſoluere ſponte. Vide Domin. And. in conſtitutione, Iuriſperitorum, & in iſtis omnibus non corrigitur. l. per hanc C. de tempo. appellat.

Appellatio. A ſententijs Baiulorum terræ demaniæ appellatur ad ſecretum, ut in conſtitutio. officiorum. in titu. de diſc. comer. cauſarum a Baiulis Baronum appellatur ad Baronem, & in defectu ad Iuſtitiarium, per Dominum Andræam ibi quando eſt defectu Baronis. uide ibi in uer. Baiuli. Item a ſententia Baronis appellatur ad Iuſtitiarium.

Appretium ratione collectarum omni anno debet renouari, & Iuſtitiarij debent mandare vniuerſitatibus in Calendis Martij, vt faciãt appretiationes, ita, q; per totum menſem Auguſti ſit finitum appretium, & ſi impedimentũ fuerit datum exiguntur ab impediente vnc. 10. ut c. hæc l. Madii de appretio. D. And.

Arborum & domorum combuſtio, & ſi de nocte talia committantur ſi inuenitur malefactor capite punitur, ſi de die forte minus, ſi animo furandi punitur pęna furti. vide Dom. And. plene in conſt. ſuper inciſionibus arborum, vide cap. Regni. quod incipit, Item ſtatuimus, & dicta conſtitutio in hoc ceſſat.

Archimia. Licitum eſt facere aurum, argentum &c. ut in conſtit. adulterina moneta. aurum vel argentum qui tenet uitioſum vel falſum, quomodo teneatur, uide in conſtitut. ſi quis, &c.

Arma nulli licitum eſt portare in Regno, uidelicet, cultellos cum punctis, tela, enſes, lanceas, pancerias aut loricas ferreas, & omnia alia arma, quæ nocendi cauſa potius quàm alterius cauſa ſunt inducta. Curialibus autem & familiaribus eorum donec in Curia eius commorantur permittitur, vel quando uadunt ad domum, vel redeunt pro ſeruitijs Regijs & vadunt. Item excipiuntur milites & filij eorum, & Burgenſes, qui cum equitant extra locum, & uadunt, arma

licet

licet eis portare, dummodo cum reuertuntur deponant ipſa. Et contra facientes: Si eſt Comes, ſoluat unc. 5. Si Baro, quatuor: Si miles, tres: Si Burgenſis, duas: Si ruſticus, unam. Et ſi propter paupertatem ſoluere non poſſunt, publicatis bonis, operibus publicis deputentur. tex. in conſtitutio. 1. de illicita portat. armorum. Quæro an uenatores gratia uenationis portent arma impune? glo. dicit quod ſic. Idem in mercatoribus cauſa commercii itinerando. Dominus Andr. tenet quòd per loca nemoroſa & inſidioſa licitum eſt arma portare. Sed per loca ſecura itinerando pedeſter cum aſino, vel equo, ſeu iumento, vel mulo, non licet. Idem ſi nauigando, niſi illud cauſa ſalutis faciant, & hoc quando in via eſſet aliquod periculum. Vnde cauſa ſalutis licitum eſt arma portare. Dom. Andr. in 3. col. Item quando quis eſt armatus an præſumatur cauſa nocendi? & quando quis ingreditur fundum alterius? vide Dom. And. Idem & quando fiet uiolentia cum armis perſonæ vel rei, vel conuocans homines ad illud faciendum, & non deliquit, vel quando prohibet cum armis, in omnibus tenetur pœna legis Iuliæ de ui publica. Et de portatione armorum, uide in uer. ui publica. Item an quis portet licitè roncham eundo foras? Dic quòd ſic, quia cauſa eſt incidendi uepres, & ſpinas, ut ibi.

Arma. Si quis extraheret arma prohibita contra aliquem animo percutiendi, & prouocatus ab aliquo. Si non percuſſit tenetur ad duplicatam pœnam de portatione armorum, non ſecundum ius commune quod uolebat quòd teneretur lege Iulia de ſicarijs. uide conſtitutio. aſperitatem. de pœna eius qui extra. arma contra aliquem. & animus percutiendi præſumitur. Quæ autem ſunt arma prohibita, uide ſupra in uerbo, arma. & in cap. plectetur, & in cap. cum roncha. de pœna porta. armorum. Sed ſi forte percuſſit & non moritur ex illa percuſſione, tenetur pœna manus, ut in conſtitutio. ſi quis aliquem. de percuſſio. illicita. Sed quid ſi percuſſit animo occidendi, & non occidit, an teneatur ſolum pœna manus? Dom. And. dicit ibi quòd ſic. Sed quid ſi conſtat quòd animo occidendi extraxit arma, & non percuſſit, an teneatur tanquam ſi percuſſiſſet? dic quòd non, ut in dicta conſtitutione, aſperitatem. Sed quid ſi tendit baliſtam, & non proiecit? dic quòd tenetur ad duplicatam pœnam pòrtationis armorum. Sed quid ſi proiecit & non percuſſit, vel modicum? non tenetur ac ſi percuſſiſſet ad pęnam manus, ut in dicta conſtitutione, ſi quis. vel alia pęna, vt in glo. quia debet percuſſio eſſe ut ex ea vulnus ſeu liuor appareat, tenetur percuſſor pœna iniuriarum, vel l. Iul. de ui publica, ut in glo. Et idem in dardo & lancea ſi proiecit & non percuſſit, quia tenetur arbitrio iudicis, ut in glo. Sed quid ſi aliquis percuſſit cum lapide vel fuſte, an teneatur pœna manus? dic quod non, ſed erit pœna iniuriarum, ut in dicta conſtitutione, ſi quis. per Dom. Andręam. Sed quæro ſi manus eſt amputanda, & ſumus in dubio cum qua percuſſit? dic quòd amputatur illa, cum qua magis poterat, Dom. Andr. ibidem. Quæro ſi timetur de inſultu, an per officiales poſſit concedi quod portentur arma contra uolentem offendere? dicit quod ſic in dicta conſtitutione, aſperitatem, &c. Sed ſi ex percuſſione caro non tangitur, ſed tantum ueſtes ſunt inciſæ, non tenetur pœna manus, ſed iniuriarum, ut in gl. d. conſtitutio. quia expedit ut vulnus & liuor appareant, ut teneatur pœna manus, ut in glo. Sed quid ſi cum roncha ſeu ſecuri manuaria, vel cum alio inſtrumento ferreo percuſſit, an teneatur pęna manus, ac ſi cum enſe? dic quòd ſic, ut in cap. Regni, quod incipit. ſi quis cum roncha.

Arma. Si quis portat arma ad offenſam, & non offendit, tenetur pęna legis Iuliæ de vi publica de portatione armorum, ut no. in conſtit. intentionis. de portatione armorum.

Articuli. Exceptiones ſi ſunt præſentatæ infra biduum & nõ fuit poſitum, reus offert & vult probare, an ſufficit? dic quòd ſic. Domi. And. in conſtitut. lite legitime conte. & ponuntur ſecundum conſuetudinem, nam ſi conſuetudo eſt quòd actor faciat rubricam, videlicet, articulos, &c. & reus exceptiones, &c. bene ſtat: aliás uterque actor poteſt fundare rubricam articulorum vel capitulorum, ut in gl. dicta conſtit. & ſic aliquando rubrica poteſt dici inepte, ſi aliter quam conſuetum ſit, fiat. Dom. And.

Artifices. Artifices, fabri, ſellarij, frænarij, baliſtarij, caldarij, buccerij, & tabernarij, vendentes piſces & candelas, curbiſerij, & ſartores, & alij in ſuis artificijs debent eſſe fideles, & ut cautius agatur per Baiulos ſtatuendi ſunt uiri circunſpecti qui eorũ artificia & geſta conſiderent, & ſi falſificant, & in argento vel auro miſcent de ære, & ſic in cæteris corrumpendo artes, & buccerij vendentes carnes morticinas, vel de uno die pro alio, vel uinum limphatum, vel aliter artes corrũpentes, & hoc non dicunt ementibus, puniuntur pro una libra auri pro prima corruptela, & ſi non eſt ſoluendo fuſtigabitur, & pro ſecunda corruptela mutiletur ei manus, & in tertia uice deprehenſus furcarum ſuſpendio punietur. Et eadem pœna punitur ſuper hoc, ſi timore, amore, pretio, vel precario commiſſas fraudes neglexerint nunciáre, ut in conſtit. mechanicarum artium. de fide mercatorum.

Aſſeſſor ſi non audita appellatione a tormentis, dedit ſententiam punietur in pęnis poſitis in verbo, tormenta.

Auus maternus non tenetur alere nepotem ex filia, niſi ſit inops, quia ſequitur auum paternum, non maternum, ut in l. non quemadmodum. ff. de libe. agnoſc. Vide Dom. Andr. in conſtitut. Comitibus. de adiuto. pro militia.

B

BANNITVS infra duos menſes a tempore banni numerandos poteſt ſecurè comparere in iudicio, nec poteſt aliquis eum impunè offendere, nõ tamen intra duos menſes prohibetur offendi, ſed etiam decętero non permittitur, impetrata tamen poſtea licentia comparendi in iudicio a Iuſtitiario, poteſt ſuam ignorantiam excuſare præſtita prius idonea cautione, & ſolutis expenſis actori. Eſt differentia inter bannitum & foriudicatum, quia foriudicatus ab omnibus offendi poteſt impune: bannitus uero poſt duos menſes tantum. Item nec poſt duos menſes habita ſecuritate a iudice comparendi in iudicio. Item foriudicatus non auditur allegans ſuam ignorantiam, ſed bannitus ſic etiam poſt duos menſes, hoc vult tex. cum gl. in conſtitut. clementiæ, de forbannitis. Quæro, an poſt duos menſes poſſet offendi bannitus a priuato ſine licentia Curiæ? Dom. Andr. dicit quòd non, allegat uſum Curiæ, & intelligit ipſe quòd infra duos menſes non debet capi nec offendi, hoc eſt uerum in ciuilibus, in quibus admittitur quis dando fideiuſſores: ſecus in criminalibus, in quibus non relaxatur datis fideiuſſoribus, ut in conſtitutio. humanitatem. Dom. Andr. Item ſi capitur infra duos menſes, debet liberari datis fideiuſſoribus etiam ſi ſit uerus contumax. Item ſi non poteſt dare fideiuſſores, & ponitur etiam in carceribus, ut ſe defendat in uinculis poteſt petere, ut extrahatur a banno. Sed quid ſi non uenit & fuit captus? dic idem quòd extrahetur a banno, & tolletur annotatio. Dominus Andr. Item bannitus infra duos menſes eſt infamis de facto, ut ſi iudex non poteſt exercere iuriſdictionem.

Bannitus an infra annum banni liberè alienat bona ſua? dic quòd non, & ſi redit ad iudicium infra annum, an firmetur alienatio? dic q ſic, & ſi moritur accuſator & accuſatus bannitus non uenit ad iudicium, bona annotata non perdit. uide conſtit. grandis. de pœna contuma. in crimina. Dom. And. uide de iſta materia cap. Regni, quod incipit, ſiue quis ſit forbannitus. in tit. forban.

Bannitus an infra annum ſit infamis infamia facti? Dom. And. dicit quòd ſic, ſed ſi infra uenit, & extrahitur a banno, an remaneat infamis? dic ſi fuerit verus contumax remanet: ſi fictus, ut quia citatus ad domum, & non remanet. Dom. And. in conſti. grandis.

Balius. Pupillis habentibus feudum datur Balius a fiſco, & Balius adueniente pubertate tenetur reddere poſſeſſiones pupillo, & reddere rationem præſente Iuſtitiario, vel altero, cui Rex commiſerit, & deductis legitimis expenſis, quas legitimè ſoluit pro uita ſua, & indumentis pupillorum, & alijs neceſſarijs, reſidua bona reſtituet pupillo, & tantundem fiſco: textus eſt in conſtitutione, maioribus. de iure Balij.

Sed quid ſi pupillus eſt in poteſtate aui paterni, an detur balius? Dic quod non, ſi auus eſt legitimus adminiſtrator, ut in conſtitutione, ut de ſucceſ. vbi dicitur, quòd balius eſt tutor, & tutor non datur niſi in capite libero, quo ſuperſtite auus ipſe eſt tutor, & per conſequens balius. Sed an Barones, Comites, & feudatarij poſſint in teſtamento balium dare pupillis? Reſpondeo quod non, ſed benigne agendo cauſa cognita conſideratur per Regem, &c.

Sed nunquid mater, & ſoror, vel alia domina poſſit eſſe balia filio vel nepoti? Dic quòd ſic, Rege permittente, ut in glo. conſtitutionis, peruenit. de adminiſtrat. rerum eccle uide capitulum Regni hoc declarans, quod incipit, feudatarios. de ſtatuendo balio. vbi dicitur, quòd ipſe in teſtamento ſtatuit balium, quem vult nulla licentia a Rege habita: ſed ſi non in teſtamento, tunc curia Regis eligat de proximioribus defuncti, & tunc mater ſi eſt idonea, præfertur alijs proximioribus: & ſi nubit, ipſo facto perdit baliatum, & alij eliguntur, & tenetur conficere inuentarium: ita tenet Domin. Andr. in conſtitutione, minoribus. & dicit, quòd ſicut balius in feudalibus, ſic tutor in burgenſaticis. Sed an balius poſſit adminiſtrare burgenſatica? Puto quòd ſic, quia ſi baronia & feuda, quæ ſunt maiora, multò magis quæ ſunt minora. Item Domin. Andr. in conſtitutione, minoribus, dicit: quòd ſi dico, conſtituo adminiſtratorem, refertur ad balium. In feudatarijs ita facit inuentarium, ſicut in burgenſaticis. Idem in conſtitutione, ut de ſucceſſionibus. Dominus Andræ. dicit Balius eſt tutor.

Sed an mater feudataria, auus paternus, vel maternus, qui non habet filium in poteſtate, det balium in teſtamento? Dominus Andr. dicit quòd ſic, ſed requiritur confirmatio iudicis, ſicut in datione tutoris. Et dicit Dominus Andr. quòd humanior eſt ut illa datio ualeat omni iure, quo melius ualere poteſt, & quia dicitur ſine licentia curia adminiſtrat. & maſculinum comprehendit fœmininum. Dominus Andr. in conſtitutio. minoribus, de ſtatuendo balio. ſed tunc pater vel adminiſtrator non auditur contra voluntatem matris, ut ibi Dominus Andr.

Balius. Officium Balij finitur adueniente decimoquinto anno pupillo, ut in conſtit.in aliquibus.de ſucceſſ.fil. Comit. Baron.& ſiue ſit maſculus, ſiue fœmina feudum nobile habens : & licet maiores dicantur in decimooctauo anno, regulariter iſti feudatarij ſunt maiores in decimoquinto anno, intra quod tempus tacent, & non adminiſtrant, ff.de iure deliberan.l.1.§.prætor. Dom. And.in conſtitu.minorum.de reſtit.minor.ſed ſi eſt maior quindecim annis, agit & contrahit, ut maior: ſi læditur, uſque ad decimumoctauum annum reſtituitur : quia licet ſit maior, ut agat & adminiſtret ſine curatore, non tamen dicitur quod non reſtituatur ; quia quod non mutatur, quare ſtare prohibetur.C.de appellat.l.præcipimus.C.de teſtam.l.ſancimus. Dom.And. Sed quid ſi fœmina, cum excedit duodecimum annum, & nupſit in virum, an finiatur officium balij ? dic quod ſic, ſed remanet nomine, quia poſſet eſſe uidua ante decimumquintum annum, & ipſa erit balius : & ſi nupſit ante duodecimum annum, non finitur niſi ſuperueniente 12.anno, ut ibi.

Baiuli habent cognitionem & iuriſdictionem omniū cauſarum ciuilium perſonalium & realium, præterquam in minimis ſeruitijs, & cauſis feudorum,& de offenſis, vbi venit inciſio membri, alias non uenit, vt in conſt.locorum Baiuli, de cauſæ cognitione. Sed ſi de nummis furatis agitur criminaliter aliâs ciuiliter, an cognoſcat Baiulus ? Dom. And. ſe inuoluit, & concludit quod poteſt recipere informationem ad informandum Iuſtitiarium, & habet coertionem quouſque mittet ad Iuſtitiarium ſuum. Sed an poſſit dare tutorem pupillo, & etiam remouere ſuſpectum ? Dom. And.dicit quod ſic,licet glo. contrarium dicat de reuocando. Item ſi eſt negligens Baiulus per duos menſes decidere cauſam, & iſta negligentia concurrit cum Secreto recurritur ad Iuſtitiarium regionis, ſi negligentia eſt Baiuli tantum, & poſt duos menſes recurratur ad Secretum, & poſt duos menſes per negligentiam Secreti recurritur ad Iuſtitiarium, glo. eſt in conſtitutio. Iuſtitiarij nomen,de offi. Iuſtitia. Sed quid in Baiulis Baronum, an propter eorum negligentiam recurratur ad Iuſtitiarium, qui eſt iudex appellationis ? puto quod non, ſed ad Baronem, qui eſt loco magiſtri Baiulorum, & in defectum Baronis facta requiſitione & monitione Baroni per Iuſtitia. vt faciat iuſtitiam poſt duos menſes reuoluitur ad Iuſtitia. vt in conſtit. Iuſtitiarij nomen,de offi. Iuſtitiarij. & Dom. Andr. in conſtitu. officiorum. de diſcep.cogni. cauſarum. Sed quæro, an Baiuli ponant in poſſeſſionem ex primo, vel ſecundo decreto? dic quod ſic, quia eſt mixti imperij. Dom.Andr.

Baiuli & iudices ſtatuuntur & ordinantur a Rege & non ab alijs, & cauſas audiunt & ſimul decidunt, ſed an ſententiando debeant loqui tantum ut nos iudices, &c. vel Baiuli tantum, vt nos Baiuli, &c. vel uterq; loqui debeat, licet nos Baiuli & iudices ? Aliqui dicebant, quod iudices tantum loquebantur in præſentia Baiuli, & cautius eſt ne ambo loquantur, videlicet, nos tales iudices, & tales Baiuli. pro hoc eſt tex. in conſtitu. iudices. & in hoc ſerua conſuetudinem. & ſic vnus ſine alio cognoſcere & determinare non poteſt, quia ambo ſunt iudices ordinarij, & de eorum ſententijs in terris demanialibus appellatur in defectum Baronis, quia appellatur omiſſo medio, vel a ſententijs Baronum ad Magnam Curiam, unde conſti.cum in noua.de iudi. & amezatoribus ſublatis. Dom. And.ibi dicit, quod in Baiulis in cognoſcendo & ſententiando ſeruatur conſuetudo &c.

Baiuli Baronum & etiam demanialium, pro adminiſtratione Baiulationis omnia bona eorum ſunt tacite obligata, vt in conſtit.ſi quando.de hominibus Baronum.

Baiuli . ad eorum officium ſpectat pœna contenta, aſſiſtere ſuper ponderibus, & aſſiſijs,& menſuris. venditoribus rerum, & factoribus operarum exigunt & extorquent, & ſi in totum vel in partem remiſerint de bonis ſuis tenentur fiſco: menſe quolibet perquirunt diligenter tranſgreſſores, pœnas bannorum unius vnc. exigunt, ut in conſtitutio. de officio Baiulorum. Item ſi furem ceperint, ipſum ne non permittant, ſed cum re furtiua Iuſtitiario regionis aſſignent, & ſi eſt exterus ciuis, vel villicus, cum re furtiua aſſignent Iuſtitiario, & bona furis per Baiulos fiſco Curiæ confiſcantur ut in conſtit. Baiuli, ſi furem, de fure cap. ſi forte alius aſſignauerit furem Baiulo, vel ipſe receperit, capta cautione mandauit ei ad certam pœnam, vt ſe præſentet Iuſtitiario.& ſi eſt contumax Iuſtitiarius exiget pœnam a Baiulis. ſed quid ſi Baiulus mandat ſine pœna alicui, ut ſe præſentet coram Iuſtitiario, & eſt contumax, quid exigitur? dic quod hoc caſu pœna remittitur arbitrio iudicis, ut ibi.

Baiuli in ingreſſu officij ſiue emant, ſiue ad credentiam habeant debent iurare de adminiſtrando officio ſuo ſine odio, amore, vel timore, non præponendo diuites & potentes, & quod decident cauſas primo ſecundum conſtitutiones, ſecundo ſecundum conſuetudines approbatas, tertio ſecūdum ius Longobardorum, vbi uiget : aliâs ſecundum ius commune, & quod non fraudent, nec alienent bona Demanialia & alienata notificent Curiæ, & niſi recipient a litigantibus pro ſcriptura ſententiarum. Sed quid de iudicibus, an iurent, ut ſupra ? dic quod ſic, ut in glo.per tex.ibi, iudicabunt. Et ſic nota, quod ſecundum ius Longobardum iudicatur ſecundum qualitatem perſonarum, ut in tex. Sed an conſuetudo præferatur conſtitutioni Regni ? vide conſtitutionem, puritatem, de ſacra. præſt. a Baiulis.

Baiulus vel magiſter iuratus ſi imponunt pœnam, vel capiunt cautionem, vt aliquis ſe præſentet corā Iuſtitiario, vel Capitaneo, ſi contra fiet, Iuſtitiarius, vel Capitaneus exiget pœnam, & ſi mandatur ſine pœna imponitur pœna arbitrio Iuſtitiarij vel Capitanei. Dom. And. in conſti. Baiulus.de fure capiendo.

Baro,& Comes, miles,&c. ſi accuſatur, vel contra eum inquiritur ex officio, de quocunque crimine perſonali præterquam de crimine læſæ maieſtatis, vt quando conuenitur de ſtatu perſonarum, vel de rebus omnibus, vel maiori parte, vel de aliquo Caſtro, qui teſtes ſint producendi ? vide conſtitutio. ſequentem, vbi dicitur contra Comitem, duos Comites, vel quatuor Barones, vel octo milites, vel 17. Burgenſes. Si Baro contra Baronem quatuor milites, octo Burgenſes. Si contra militem, duo milites & quatuor Burgenſes. & intellige de militibus & Burgenſibus, qui viuunt in ſtatu militari, & Baronis armis & equis muniti, alias non gaudent iſto priuilegio. Villani angarij uileſque perſonæ contra prædictos non teſtificantur in aliqua cauſa, textus eſt in dicta conſtitutione, proſequentes. & contra prædictum nulla probatio eſt, ut in tex.ibi, omnino. Sed an iſta conſtitu.habeat locum, ſi Comes vel Baro eſt actor vel reus, ut contra iſtos debeant haberi teſtes iſti ? Dom.And dicit quod non. Sed quando Comites & Barones conueniuntur de alijs cauſis actione perſonali vel reali, quæ hic non numerantur, an requiratur iſta ſolemnitas teſtium ? & dicit quod non. Sed milites, & Burgenſes bonæ opinionis teſtificantur, & in numero ſecundum diſpoſitionem iuris ciuilis, quæ ſpecialitas eſt quando cōuenitur criminaliter, vel conditione perſonæ de omnibus bonis vel maiori parte, per idem de uno caſtro, quia contra Comitem accuſatum requiruntur duo Comites, vel Barones duo, & non eſt plene probatum, an ad minus faciant ſemiplenam, vt ponatur ad torturam. tex. videtur quod non. ibi, pauciores numero nullum omnino. Item habet locum quando inquiritur, per quæ dicit Domin. Andr. Sed quid ſi contra prædictos probatur per inſtrumenta, confeſſionem, & ſcripturam propriam, & non per prædictos, an ſit probatum ? videtur quod non, quia hic dat modum probandi. Puto contrarium, quia cum iſta conſtitutio non eſt probatoria, ſed dat modum probandi alias probationes, puto quod ſtetur diſpoſitioni iuris communis.

Baro eſt iudex ordinarius vaſallorum, ut in conſtitut.dilationes. & in conſtitut.officiorum.de diſcreta cogn. cauſarum.per Dom.And.& ab eius ſententia appellatur ad iuſtitiarium, ut ibi eſt conſti. iuſtitiarij, per Dom.Andr.

Baro ſi citatur vel citari faciat, & citatus eſt contumax, pœna eſt vnius auguſtalis. Glo.ſecunda in conſtitutione, rei venditio. conuentus, &c. ſicut Baiulus. Sed quid in banno, quod imponet Baro ſub pœna unius unc. ut in conſtitutio. officiorum. de offic. Baiu. ſicut Baiulus, vt ibi.

Baro an poſſit habere vaſallos Demaniales recommendatos, vel affidatos ? Dic quod non, ut in conſtitut. cum uniuerſis, de hominibus affidatis. Et dicitur recommendatus, quando aliquid dat Baroni, ut faueat ei, & qui contra facit poſt denuntiationem in 10. libris auri tenetur, & ſi ſecundo recipiunt, bona omnia publicantur. & ſi tertio recipiunt, capite puniuntur. Item ſi vaſalli Demaniales habent bona in terris Baronum, quæ tenentur ab ipſis, coguntur ipſa vendere, & Barones cogunt vaſallos eorum ad emendum multos, ut in conſtitutio.ad ſubiectorum.

Baro dicitur ille qui habet caſtrum, ſeu caſtra, vel feudum quod habet ſubfeudatarium. & iſte Baro ſi habeat tria feuda, ſuper vnum poteſt conſtituere dotarium, & ſic in Caſtris præterquam in illo, in quo habet titulum & dignitatem, ut in conſtitut.ſi quis Baro.de conſtit.dotar.& ſic ſi habet pluſquam vnum, poteſt conſtituere in pluribus dotarium quam in vno: ſed ſi vnum tantum non, vt in conſtit. licentiam Baronibus.de feudo dota.

Baro ſeu Comes vel miles primogenitus feudatarius tenentur alere fratrem,& præſtare vitam & militiam, & poteſt iſte petere ſubuentionem a vaſallis pro militia fratris, moderate tamen, prout ponitur in conſtitutio. Comitibus, de adiutorijs pro militia fratris,& vide infra in verbo, vaſalli . vbi plene poſui an alimenta & militia ſuccedant loco hæreditatis, quæ competerent fratri ſecundogenito in Baronia. Item propter ingratitudinem a fratre poteſt exhæredari. Dom. And. & quantam partem debet habere pro alimentis,& militia, an de tertia parte illius partis, quæ vnicuique ſucceſſit in feudo vel Baronia. Item an frater poſſit petere alimēta extra domum primogeniti ? Dic quod ſic. Dom. And.in conſtit. militibus. Sed quid ſi ſecundo genitus eſt diues, an petat vitam & militiam a primogenito? dic quod ſic, vt ibi. Et in caſibus præmiſſis poteſt Baro petere adiutorium moderatum, aliâs tenetur pœna poſita in capit. item ſtatuimus. in capit. quod Comes. & ad prædicta de primogenitis nepotibus, vide in uerbo, frater nepotibus.

Baro, Comes, vel miles, qui gaudent priuilegio conſtit. proſequentes.de teſti. Comit.an ſint torquendi, non obſtante eorum dignitate ? dic quod ſic, in crimine læſæ Maieſt. & in crimine mathematico, & vbi

vbi princeps mandat, & in crimine ſimili, & de carcere priuato, ut ſic teſtes producti valeant, vel ſi de latrocinio fuerint conuicti, nam de iſtis præcedentibus indicijs tormentantur, & poſſunt accuſari ab infamibus, & omnes teſtes cuiuſcunque ſtatus teſtificantur contra eos, etiam ſi ſint infames. vide conſtitutio. proſequentes, de teſti. Comit. Sed hoc procedit de iure communi. Sed quia d. conſtit. requirit dictam ſolennitatem, puto, quod in crimine læſæ maieſtatis torquentur ſecundum ius commune, in alijs prædictis non.

Baro vel quilibet alius, qui in Regno guerram mouet, capite punitur confiſcatis omnibus bonis, ut in conſtit. Comes. & guerram facit qui congregat comitiuam gentium armorũ ad offenſionem alterius, ſine licentia principis.

Baro eſt qui habet Baroniam. Baronia eſt Caſtrum uel feudum quaternatum, quod aliquis tenet, ut in conſtitu. poſt mortem. & Do. Andreæ in conſtitutio. ſi quis Baro. a quo tenetur feudum, ſeu Caſtrum quaternatum. an omnia caſtra ſint feuda quaternata, dic per Dom. And. in conſti. poſt mortem, an de morte Baronis.

Baro non eſt iudex ordinarius vaſallorum in feudis quaternatis, vel non quaternatis. Do. And. in conſti. Iuſtitiarij nomen & normam. Sed Iuſtitiarius, & magiſter Iuſtitiarius, in alijs autem actionibus realibus & perſonalibus non feudalibus ſic, de fideiuſ. vaſall. per Dom. Andr. & in conſtit. Iuſtitiarij nomen & normam, & in alijs caſibus, in quibus Baiuli Demaniales poſſunt cognoſcere. Do. Andr. ibi. Item ſi Baro vult reuocare feudum propter defectum, & culpam feudatarij non cognoſcet ipſe Baro, ſed complures feudatarij ſi ſunt, cognoſcét. aliàs magiſter Iuſtitiarius uel Iuſtitiarius, & ſeruare ordinem iuris ab ipſo compellantur. Dom. And. in conſtit. ſi uaſallus, de fideiuſſ. Non obſt. conſti. Iuſtitiarij nomen & normam. de offi. Iuſtitia. quæ dicunt Iuſtitiarius & magiſter Iuſtitia. &c. quia iſto caſu non corrigunt, vt dicit Dom. Andr. in dicta conſtit. ſi uaſallus. Et executio ſententiæ iſtorum comparium fiat per ſuperiores, ſcilicet, Iuſtitiarium, ut ibi. Sed ſi non ſunt compares, Iuſtitiarius cognoſcit.

Barone vel Comite feudatario mortuo, filij vel nepotes non capiunt ſacramentum a vaſallis ſine Regis licentia: & ſi ſecus fit, perdent feuda & omnia bona, ut in conſtitutio. Comite & Barone, &c. Et dicit glo. q. ſi Rex ſcribit alicui commiſſario, quod faciat ipſum ab hærede poſſidente aſſecurare, & attendi, & reſponderi a vaſallis, & quòd iurent, &c. & ſi Baro recepit Caſtrum aliquod, inde poteſt homagium capere a vaſallis ſine licentia principis. Sed pone quòd vaſallus Regis, vel alterius Baronis vult alteri Baroni iurare homagiũ, tenetur Baro ad pęnam ſupraſcriptam: ſi ſine Regis licentia talia iuramenta recepit præeminentia, quæ ſuperioritatem habent. Dom. Andr. in dicta conſtitutio.

Barones ſi ſint negligentes uaſallis eorum iuſtitiam facere, poſt monitionem eis factam per Iuſtitiarium regionis, uel Regem, & infra duos menſes non fecerint, cauſa reuertitur ad Iuſtitiarium regionis, vt in conſtitutio. Iuſtitiarij nomen. de officio Iuſtitiarij. & in conſtitutio. officiorum. de diſcreta cognitione cauſarum.

Barones, Prælati, & vniuerſitates, & alij feudatarij nõ poſſunt exercere in terris eorum merum Imperium, ſed illud ſpectat Iuſtitiario regio. niſi habeant priuilegium a Rege, & qui contrafaciunt perdunt illud terræ, vbi merum Imperium exercent, & publicantur omnia bona. Sed ſi conceditur merum Imperium Baroni ad beneplacitum, an per alia priuilegia reuocatoria reuocatum uideatur illud priuilegium ſpeciale? dic quod non, quia requiritur ſpecialis reuocatio. Do. And. in conſtitutio. ea quæ, in tit. Nullus Prælatus, uel Comes. ſed ſi conceſſum eſt merum Imperium Baroni propter meritum, an ſine ratio nabili cauſa princeps reuocet? dic quòd non, ut ibi. Sed quid ſi moritur princeps qui conceſſit merum Imperium? uel quid aliud ad beneplacitum, an expiret? dic quod ſic. cap. ſi gratioſe. de reſcript. in 6. & vide infra in verbo, priuilegium.

Barones & Comites prohibentur retinere milites & Barones Demaniales, & Baroniam Demanialem retinere, & habere recommandatos non præſumant, & qui diſſimulando pertranſeunt, & non notificant Curiæ, qualiter detinent, bona eorum publicantur, & detentor ſciens ſimili pœna tenetur. & ſi tenet terram Demanialem in tantundem punitur, & ſimiliter Baro bona perdit, ut in conſtitu. perſonas. de iure ſti. cu.

Barones, Comites & milites excadentias poſſunt locare cum aliquo ſeruitio, ita quod in nullo dictum ſeruitium uel redditus minuatur, aliàs non tenet locatio, ut in conſtitutio. de aliena. feu. Quæro de quibus excadentiis loquitur hic? de illis quæ per excadentiam veniunt ad Barones, & ſic ſunt excadentialia feudi Comitatus uel Baronię. Sed an Baro locet, uel det in feudum? dic, Baro dat excadentiam in feudum, reinfeudando, & requiritur conſenſus Regis, vt ibi in glo. fin. Sed an poſſit de rebus Baroniæ locare ſine conſenſu Regis? dic quòd ſic, ſcilicet, ad modicum tempus, videlicet, ad quinquennium, ſed ad longius tempus non, ut in dicta gl. ſine Regis conſenſu. Sed nota, quòd Barones non poſſunt locare pro minori ſeruitio quàm conſueto, vel dare ſine ſeruitio excadentias. Item quòd Barones non locant excadentias, niſi cum mercede conſueta ex dono: nam bona fiſcalia Demanialia Baroniæ ſuę nõ dat, nec locat ſine conſenſu Regis, niſi ad modicum tempus.

Barones, Comites & alij non poſſunt facere eorum officiales clericos, qui in Curia Regis non poſſunt conueniri, nec laicos qui non ſunt vaſalli Regis, nec a Curia Regis, nec a Curia Regia teneant in Regno, uel alibi deſignata: & contrafacientes in 20. vnc. puniuntur, vt in c. Regni, cum nihil habeant, in titulo de conſtituendis clericis.

Barones Comites q; feudatarij nullos de publico capient, nec priuatum carcerem faciant tormenta, vel iniuriam non inferant uaſallis, uel alius, nullas extorſiones, vel violentias faciant. defenſas pro parte eorum impoſitas non exigant, nec de eis cognoſcant, cum defenſa debet imponi nomine Regio, & exactio ſpectat ad Curiam Regis, vel Iuſtitiarij, nec gabellas ſuarum terrarum vendant inuitis. Et ſi ad credentiam dederint non exigant, niſi merces peruentas, quòd ſine qualitate exegerint. nec recipiant ad habitandum in terris eorum homines de terris Demanialibus: & ſi contra fecerint, tenentur de contentis in cap. Regni terrerij, in rubr. de terrerijs, videlicet, per captionem perſonę, priuato carcere pœna priuati carceris puniatur, pro alijs iniuriis per magiſtrum Iuſtitiarium punitur, vel per Iuſtitia. Item non ponat bannum ultra pœnam unius Auguſtalis, ut in capi. Item inquiſitionem authoritate propria. Item territoria uicina publica, uel priuata non occupent, aliàs reſtitutis territorijs occupatis in æſtimationem eorum Curiæ damnantur, vt in cap. item prædicti conuenti, &c.

Barones & feudatarij poſſunt exigere a vaſallis adiutorium pro ſeruitio, quod præſtiterint, vel ſeruierint illo anno noſtræ Curiæ, & poſſunt tantum petere medietatem illius pecuniæ, quam ſoluerant, dummodo quod non excedat ſummam medietatis collectę generalis, ſi forte in aliis caſibus a iure conceſſis etiam exigunt, debent petere medietatem ſecundum facultatem vaſallorum, & negotium pro quo ſeruitium petitur, quia uaſalli dicunt, quòd facultates non ſunt tantæ: & prout Baro petit, & negotium, pro quo petitur per Baronem exigit tantam quantitatem pecuniæ. Si eſt diſcordia, Iuſtitiarius eſt competens iudex, ut in cap. Comites. de ſubuentione vaſallorum. & moderabitur quod ſoluitur ſecundum quantitatem negotij, & facultatem vaſallorum.

Barones nõ poſſunt cognoſcere nec mandare, vt cognoſcatur ſummariè & de plano, ſed ſolus Rex & Papa. Do. Andr. in ſuo proœmio in verbo, nullus, &c.

Barones non audeant retinere vaſallos Demaniales in terris eorum ſub pœnis poſitis in c. Regni, quod incipit, Comitibus.

Blaſphemantes Deum & Virginem puniuntur pęna linguæ. Sed an ſint infames? dic quòd non, niſi fuerint condemnati de blaſphemiis, vt in conſtitutio. blaſphe. & per Do. Andr.

Bona damnatorum Burgenſatica, & feudalia an ſpectent ad fiſcũ, etiam ſi ſit vaſallus Comitis & Baronis? & bona non tenentur ab eo, vel tenentur quando ſpectent ad fiſcum. De iſta materia uide in tit. de pace tenenda in l. ſi quis hominem. §. ſi quis uiolator, per Dom. Andræ. & per eundem in conſtitutio. ſi quando, in fine, de pœnis foriudicatorum.

Boues aratorij tam in terris Demanialibus, quàm in quibuſcunque aliis locis Regni non poſſunt capi pro debito, vel alia cauſa, cum inter priuatas perſonas agitur. Et idem de aratro, & aliis rebus ad laborandum: & ſi non habeat alia bona pro debito Regis Curiæ, ſi debitor in aliis rebus inuenitur ſoluendo, boues non capiuntur, vt in c. Regni, quod incipit, contra inſolentiam. de vio. & ſi contra fiet, Iuſtitiarius boues, & alia inſtrumenta ablata ad dandum Domino coget: & ſtatur iuramento Domini, hoc corrigitur per capit. Regni conſtitu. de bobus aratoriis, niſi in caſu, quando boues ſpeciali obligatione eſſent pignorati, quia tunc capiuntur. & ſi damnatur per ſententiam, iudex faciet executionem in bobus iuxta conuentionem debitoris, vt ibi, & ſi officialis fuerit inquiſitus, ut corrigat prædicta, ſi neglexerit, ſimili pęna tenetur, ut ibi.

C

CADAVER vel alia ſordida debent proijci extra terram per quartum miliare, uel in mare, uel in fluminibus, aliàs ſoluit vnum Auguſtalem Curiæ, ut in conſtitutio. ſalubriter. de conſeruat. aeris.

Calumnia. De iure ciuili non probans puniebatur ad ſimilitudinem ſupplicij. corrigitur dictum, verum in hoc tamen: quia nõ præſumitur calumniari, qui non probat, ſed debet eſſe in euidenti calumnia, quia tunc punitur pœna ſimilitudine ſupplicij: tex. eſt in conſtit. pœnam calumniæ. de pęnis. & exemplum de euidenti calumnia ponitur in tex. in conſtit. ſi ciuiliter agens, de contuma. criminali. quando non prius quis accuſat, niſi poſtquàm fuit a ſuo aduerſario accuſatus, & non probauit accuſando ſuum accuſatorem. Aliud exemplum poſuit D. Andræas, quãdo accuſator dicit: ego habeo cum reo ſuo accuſato magnam litem, ſeu brigam, ut in conſtit. pœnam. & ſi iudex omiſit calumniantes condemnare pęna prædicta, & ipſam pœnam exigit, iudex notatur infamia, & punitur pęna duarũ librarum auri. medietas

dietas applicatur fiſco, & medietas parti læſæ. Vide cap. Regis Caroli, quod incipit, accuſatorum temeritas.

Capere. Nulli licitum eſt capere aliquem, ſeu arreſtare de perſona, vel capere, ſeu arreſtare bona cuiuſcunque conditionis, & capta tenere, iuriſdictionem ſibi uſurpando: & qui contrafecerit, pœna capitis punitur, ad hoc ut nullus extendat ſe ad capiendum, ſeu ad arreſtandum, & detinendum aliquem, ſeu eius bona præſumat, ut eum detineat: ſecus ut præſentet iudici eum, quia poteſt, ut in cap. Regni, contra effrænatas, in titulo, ne quis authoritate propria. etiam ſi ſit dominus in vaſallum, quia ſi in abſentia præſidis caperet uaſallum delinquentem, & detineret plus per duos dies, punitur, ut in cap. amplius, de non capien. Et intelligas, quando committit crimen publicum: tūc ſiue ſit perſona priuata, ſiue dominus in uaſallum poteſt ipſum capere delinquentem, & ad præſidem mittere infra duos dies, aliàs pęna priuati carceris punitur, ut in dicto cap. item inuentum in flagranti crimine quilibet capit. C. l. 3. de furtis. in aliis criminibus non, niſi ſit proditor. Dominus Andræas in conſtitutione, Iuſtitiarij non per Calendas. niſi ex licentia iudicis, uide infrà in uer. delinquentem, & in crimine notorio. Sed in prædictis criminibus, licet poſſit capere, non cogitur niſi in proditore. Item officialis ſubditum incidentem in pœnam pecuniariam, uel bannum, & cauendo idonee de ſoluendo ipſum de perſona non capiet, & ubi contrafecerit, & fuerit conuictus, arbitrio Regis punitur, ut in capitulo, ſtatuimus, vt nullus officialis capiat. Item accuſatus in cauſis præmiſſis dando fideiuſſorem idoneum, non debet cogi in curia permanere, niſi in terminis conſuetis, & contrafaciens punitur arbitrio Regis, ut in capit. item Iuſtitiarij.

Carceratus ſi per vnum diem, uel plus, ſteterit in carcere, non ſoluit plus quàm medium Tarenum, alias officialis punitur in nonuplum. vide capitulum Regni, Magiſtro Iuſtitiario & carcerati debent cuſtodiri expenſis ſuis, uel Curiæ, ſi eſt pauper: & vnus pro alio non debet detineri in carcere propter defectum fideiuſſionis: & filius pro patre, & frater pro fratre & ſimiles, vt in conſtitutione, humanitatem. de his qui in fideiuſſores dantur.

Cardinalis habet maieſtatem, ſicut Papa, & dicitur filius ſpiritualis primogenitus Papæ, & qui offendit Cardinales, committit crimen læſæ maieſtatis, etiam ſi priuato odio ipſius Cardinalis fiat. Dominus Andræas in conſtitutione, vt participatio. de iniuria Curialibus illata.

Citatio olim fiebat quatuor edictis. ff. de iudiciis. l. ad peremptorium. Hodie per conſtitut. fit una citatio peremptoria pro omnibus in ſcriptis: & ſcribatur peremptorie, aliàs non valet citatio. Dominus Andræas. Quæ citatio deſtinabitur citanda per aliquem virum probum, & eſt iudex loci, vt in gloſſa hic. Vel magiſter iuratus, qui moratur in loco, ubi degit citandus: vel per ſpecialem nuntium ei literæ citatoriæ deſtinentur, vel aliud citatorium edictum, in quo contineatur coram quo, a quo, & de qua re, & cuius nomine querimonia deferatur, & tempus expreſſum, in quo per ſe tantum ſi ſit criminaliter accuſatus, vel per alium, ſi ciuiliter conuenitur, in cauſa debet comparere. Et citatio fiat vna pro omnibus peremptoriè hoc exprimendo, & terminus 30. dierum a die citationis numerando in quacunque parte regni degerit citandus. Plerunque breuius tempus apponitur ex qualitate temporum, & proximitate locorum, vel ſi cauſa ſit vrgens, per quam longum tempus concedi non poſſit. Si forte extra regnum citandus degit, 40. dierum ſpatium contineat citatio, & tunc debet per ſe comparere, ſi ciuilis eſt cauſa quod defendatur uel legitime excuſetur allegando, & probando, quod in termino non potuit, uel non debuit comparere. tex. eſt in conſt. edictorum. de literis citat. Et habent locum hæc in magiſtro Iuſtitiario. Sed quid ſi Iudex citet oretenus, an debeat dicere, compareas cras peremptorie? videtur quod ſic, vt eſt gloſ. in conſti. ſequenti. de extraordi. iudi. in gloſ. fina. & ſi in citatione non eſt ſcriptum, peremptorie, citatio non valet. Domin. Andræ. in conſtitutio. edictorum. & licet iudex vltimo die & hora citationis non comparente reo, poſſet ipſum contumacem condemnare vltima hora termini: poteſt ſi vult ſibi facere gratias, in tempore dando dicendo: Venias cras, uel poſt cras. Dom. Andr. in conſtitutio. de aſſignatione literarum, & infra in uer. contumax, &c. Sed quia de conſuetudine & æquitate poſſet expectare reum elongando tēpus ex gratia in præiudicium actoris, uide glo. in d. c. conſuluit.

Citatio debet fieri de mandato domini, uel officialis. glo. eſt in cōſtitut. edictorum, alias, aſſeſſoris. gl. in l. 1. ff. de aſſeſſo. uide Cyn. in l. ſi. C. de exhibend. reis. & Bal. in l. ſi quando. C. de teſti. Sed quid in citatione ciuili ſi non continetur quando compareat perſonaliter, vel per alium, gloſſa eſt in allegata conſtit. edictorum.

Citatio ſi legitime non procedit modo prædicto, & reus ſit condemnatus, nulla eſt ipſo iure ſententia. C. quomodo & quando iud. l. ea quę. Et idem in accuſatione ſi eo non citato legitime reus ſit abſolutus, accuſatio de nouo requiritur. C. de accuſat. . . . gloſſa eſt in d. conſtitutione, edictorum. Sed caue ne erres, quia Bar. in l. 1. de in ius voc. dicit, quod non citatur præſens in iudicio, ſed poteſt reſpondere & tenet iudicium, & hoc ſi ſponte reſpondeat, cogi tamen non poteſt ſine citatione, vnde ſi apparet quòd reus contradixit dicendo, nolle reſpondere non citatus, iudicium tenet. idem tenet gloſſa in cōſtitutio. conſtitutionem. de præſcrip. vbi dicit, quòd ſi ſine citatione ex conſenſu lis fuit conteſtata, uel de præcepto iudicis, & ſic remanet gl. prædicta in conſti. edictorum. quando lis fuit conteſta. contradicente nolle reſpondere, & petente citari.

Citatio. Literæ citatoriæ quæ mittuntur citādo, ſi copia ſui haberi poteſt ſub teſtimonio perſonæ publicæ. ſi non poteſt haberi, aſſigetur, uel in præſentia duorum uel trium teſtium, ſi forte non inueniatur, uel aditus ad eum haberi non poteſt, nuncietur citato, & citatio domi affigatur, ubi uxor uel familia & filij, & alij de ſua familia commorantur recepto ſacramento a familia, quod quamprimum poterit citationem ad notitiam citati faciet deuenire. Idem ſi non fecerit intrare. Dom. Andræ. Si forte domus citati non aperiatur citanti, apponatur citatio in limite domus ſub teſtimonio prædicto, & tunc 20. uel 30. dierum ſpatio, quod literæ continent numerentur, & omnia fient per eum, cui commiſſa eſt citatio, tam per ſe, quam per alium fide dignum, cui ſpecialiter commiſerit, exequatur, cum hoc poſſit committi, quia eſt nudum miniſterium, vt in gl. & ſic poteſt aſſumi nuntius per illum, cui committitur. Et prædicta locum habent ſiue ciuiliter, ſiue criminaliter agatur, & ſi non comparet, vel legitime excuſatur, ut contumax habebitur & damnabitur ut cōtumax. tex. eſt in conſtitutio. citationis literæ. de literis citatoriis. Et habent locum in magiſtro Iuſtitiario. No. tex. quod ſi pars poteſt inueniri, ipſa eſt citanda perſonaliter & non ad domum. Sed Dom. Andr. & glo. hoc non tenent, ſed ſufficit quod citetur in domo tam in cauſa ciuili, quam criminali. Sed quid ſi fiet citatio in domo, & non fecit iurare familiam? dic quòd non obſtat. Dom. Andr. Nota quod hodie utimur quod iſtæ literæ citatoriæ dirigantur ſerUienti, vt ipſe citet ſecundum tenorem citationis, & ipſe det copiam citato ſi eam vult. Quæro ſi citandus nullam perſonam dimiſit in domo, an valeat citatio ibi facta? dic quòd ſic.

Citatio in cauſis ciuilibus per Baiulos & iudices quæ fiet ad petitionem agere uolētis, Baiulus reum citari faciat per apparitores ſuos, qui iurent de veritate dicenda pro qualibet citatione fienda in loco congruo, & extra ciuitatem, aut pro quolibet miliari granum unum, & erit citatio Baiuli peremptorie, aliàs non ualet, ſi non eſt ſcriptum peremptorie. Et continere debet terminum trium dierum in citatione, computata die citationis, in qua comparet extra ciuitatem quarti, uel quinti, uel octaui diei & extra prouincias vnius menſis, tex. eſt in conſtitut. in ciuilibus. de appari. Sed in conſtit. dilatio. de dil. re. &c. iduerit, quod futurus reus eſt citandus pro die ſequenti. Sed gl. dicit, quod iſta corrigit illam, quia illa conſtitutio, in ciuilibus, contineat ius nouum & ita tenet Dom. Andr.

Citatio Baiuli quomodo fiat extra prouinciam? Dic duobus modis. Primo, quod citetur per illum iudicem ubi degit ad requiſitionem iudicis, & Baiuli citare uolentis, ut in Authen. ut nulli iudicum. §. ſi uero. & imò ſatis eſt ſi citet Baiulus ad ſui requiſitionem. Fit & alio modo, ſi eſt extra prouinciam, citetur in domo, & detur terminus vnius menſis, nam ſufficit citatio facta domi ubi habeat familiam, ut in conſtitutio. edictorum. de citat. Dom. Andr. in conſt. in ciuilibus de apparitoribus.

Citatio poteſt fieri conditionaliter, gloſ. in l. ea quidem. C. ſi mancipium ita fuerit alienatum. & Doct. in Authen. de hæred. & falcid. §. ſi vero illo edicto. Sed an fiet alternatiue? videtur quòd ſic, per gl. in d. § in uer. agentis. ibi, annotari ueniat.

Citatio eſt de proceſſu iudicij & ordine iudiciario, ut in conſtitutio. edictorum. & in conſtitutio. ciuilibus, & in cap. quoniam contra falſam. extra de probatio. nam omne iudicium incipit a citatione. Inſtit. de pœna te. litig. §. omnium. & imò citatio non debet fieri die feriato. C. de fer. l. dies. ff. eod. l. 1 nec cadere in die feriato. ff. ſi quis in ius uocatus. l. 2. in fi. licet uideatur contrarium, ff. de noui operis nunciatio. l. 1. §. idem nunciare. & de adulter. l. miles. §. ſexaginta. Sed ibi ideo procederet in dieb. feriatis, quia eſt tale factum, in quo non eſt neceſſe adire prætorem pro tribunali ſedentem, & ita poteſt expedire diebus feriatis C. de fer. l. acta. hoc tenet glo. in rubr. conſt. de extraor. & appari. Sed Dom. And. hoc corrigit, ſi citatio cadit in diem feriatum, etiam ſi in citatione dicit iudex, quòd cōpareat die feriata, in ſequenti die comparere debet, per Inno. in c. conqueſtus. de fer. Dom. And. in rubrica in dicta conſtitu.

Citatio, an vnus iudex poſſit citare extra ſuum territorium, & nūquid iudex Regni vnius citet extra Regnum, puta Romanum qui contraxit, uel deliquit in Regno? & dic in iudicibus qui ſunt ſub eodem Domino vnus requiret alium per ſuas literas, ut citet conuentum in territorio ſuo. Sed ſi non ſunt ſub eodem Domino, ſed extra Regnum, tunc extra Regnum per nuncium poteſt citari exiſtens extra Regnum, ſi citatio cōtinet nudum miniſterium, nō cauſæ cognitionem. Vide Dom. And. in conſtitu. edictorum. de literis citatorijs. §. ſi uerò. vide per eundem in tit. de controuerſia inter Dominum & uaſallum, uide de iſta materia in capit. Romana. §. contrahentes. de

foro competen. in 6. ubi quis non conuenitur ratione contractus, niſi inueniatur in loco, ubi contraxit. uide Bart. in l. hæres abſens. ff. de iudi. & per tex. in d. §. ubi dicit, niſi iudex eum inuenerit in loco contractus, trahere queni coram ſe non debet. Et an iudex unius territorij citet in territorio alieno? uide Bal. in l. 1. de requiren. reis. & no. in l. omnes §. hac. C. de epiſco. & cleric.

Citatio non debet fieri in die feriato, & ſi cadit in diem feriatum etiam expreſſo mandato iudicis citatus debet cõparere in die ſequenti non feriato, ut in cap. conqueſtus. extra de fer. & Dom. And. in rub. de extraor. & præpa. iudi.

Citatio, quid ſi in citatione non apponitur dies comparitionis? dic quòd in dubio debet comparere, cum primum poteſt, argum. l. hæc conditio. la piccola. ff. de conditionib. & demonſtrationib. hoc etiam tenet Specu. in titu. de citat. §. ſequitur ver. ſed quid. Illud etiam ſequitur Ioan. And. in cap. cum parati. de appellatio. & Bal. in l. fin. C. de iure domin. impe. Sed Cyn. tenet contrarium in l. dies. C. de fer. Bal. in l. 2. C. de hæred. inſtituen. dicit, quod illa dies debet ſubaudiri officio iudicis, quia non eſt uerîſimile iudicem apponere diem, niſi in illa die, in qua poteſt comparere. Bar. autem tenet contrarium ſequendo opin. Cy. in l. liber homo. §. homine. ff. de verbor. obligatio. in l. aut qui aliter §. 1 ff. quod ui aut clam & no. Innoc. in cap. 2. de appellat. Dom. Ioan. de Imo. in d. l. hæc conditio. concordat, quod uerum eſt primum dictum quo ad finem puniendi, & mulctandi, quòd debet comparere ex quacunque cauſa etiam ſine die, argum. l. ex quacunque. ff. ſi quis in ius voca. ſecus quo ad finem procedendi ad partis petitionem, quia tunc non tenet.

Citatio. Licet in citatione debeat cauſa exprimi, tamen ſi reus eſt certus de cauſa, valet citatio, licet cauſa non exprimatur, vt in conſtitutio. prima, de literis citatorijs.

Citatio ſi in citatione non apparet, ſeu non eſt ſcriptum quòd quis citetur peremptorie, illa citatio non tenet, Dom. And. in conſtitu. 1. de literis citatorijs.

Citatio. In citatione, quæ fit extraordinarie & extraiudicialiter poteſt imponi pęna ad arbitrium iudicis iuxta conditioné negotij. de quo ſit. & ſi non comparet citatus, exigitur illa pęna ſine aliqua ſententia, Dom. Andr. in conſtitutione prima, de literis citator. in ultima colum. Et hoc intelligas in officialibus habentibus merum imperium, qui cognoſcunt de magnis cauſis, & de ſtatu, & imponunt pœnam ſecundum qualitatem, magnitudinem, & arduitatem negotij, ut ibi.

Citatio. Si apponitur in ea pęna pecuniaria, & fuit contumax, an iudex exigat tertiam partem bonorum mobilium, vel pœnam pecuniariam tantum, ut in conſtitut. edictorum. de literis citatorijs. in fi. per Dom. Andr.

Citatio. An iudex poſſit mandare nuncio, q̀ citet omnes facientes brigam, ſeu delictum in platea? Dic quod non: nam citatio debet continere de qua re, ad cuius petitionem, & alia, quæ ponuntur in conſtitutione prima de literis citatorijs.

Citatio. Si quis inuenitur in iudicio ſine citatione, & ſine cauſa legitima, ſed ex cauſa uoluntaria, & actor vult eum conuenire in caſu, quo poteſt, & offert ei libellum, an ſit opus alia citatione? Domin. Andr. dicit quòd ſic, in conſtitutio. de extraordi. & præpara. iudic. Contrarium tenet gl. in conſtitutio. conſuetudinem. de reſcriptis. in verbo, conſtitutio. vbi dicit, quod actor ſine citatione petit a reo, & ipſe ſponte fuit lité conteſtatus conſentiendo, & ſic de conſenſu utriuſque lis eſt conteſtata, vel mandato iudicis. Bar. tenet quod non cogitur. l. 1. ff. de in ius vocan. niſi iudex mandet ex officio, quod poteſt. vide ſupra in verbo, citatio.

Citatio ſimpliciter ad procedendum ad ulteriora ad omnem cauſam in omnibus capitulis videtur citatus ut in cap. conſuluit, extra de offi. deleg. per Inn. & in c. ſi uaſalli. de fideiuſ.

Citatio. An iudex oretenus citet? dic quod ſic, ut per gl. in conſt. edictorum, in uerbo citatorium. & in l. ea quidem. C. quomodo & quando iud. An iudex dicat tunc, cito te peremptorie? dic quod ſic, vt dicit glo. in conſtitu. de extraordin. & præpara. iud. & uide in glo. fi. ibi, teneri peremptorium.

Citatio. An ſolennitas, quæ ponitur in conſti. edictorũ, & in alijs ſupradictis, debeat ſeruari in citationibus, quãdo princeps citat? Item ſi debeat ſeruari ſi aliquis Dominus vel officialis citat non ordinarie, ſed extraordinarie. Tertio ſi eſt contumax citatus in extraordinarijs, an ſine alia ſententia exigatur pœna? Ad primum dic, quod ſic, quia princeps in dubio videtur uti iure communi. Ad ſecundum reſponde quod officialis poteſt citari facere aliquem ſine cauſa & extraordinarie forte, quando vult prohibere citato præſente, ne faciat aliquid prohibitum, vt ne moueat arma & ſimilia, & in hoc ſeruatur conſuetudo. & poteſt ponere pœnam in citatione grauem ſecundum quod negocium eſt graue, & ponderoſum. Et hoc in officialibus habentibus merum Imperium, non in alijs, vt Baiulis, & Secretis, Baronibus, qui tantum habent cognitionem ciuilium cauſarum: & ſi in citatione prædicta extraordinaria eſt impoſita certa pœna, illa exigetur, ſi non eſt impoſita, & eſt contumax, in citatione principis eſt pęna ſacrilegij, in officialibus pœna ſtellionatus. Ad tertium reſpondetur, quod in extraordinariis citationibus contra contumacem pœna exigitur, ſine aliqua ſententia ſeu condemnatione ad arbitrium iudicis propter contemptum citationis, & contumaciam, uide Andr. de Iſer. in dicta conſtit. in vlt. col. quòd in extraordinarijs non requiritur illa ſolennitas. facit glo. in rubr. de extraordin. & præpara. iud quæ dicit, quod in actibus qui fiunt a iudice non ſedente pro tribunali, citatur die feriato, ut ibi.

Citatio. An mortuo citato, vel mortuo actore, qui citari facit, expiret citatio? ego dico quod ſic, ita quod eſt opus noua citatione in perſona hæredis. tam ex parte actoris, quàm ex parte rei. Do. And. in conſtit. citationis. in fi. de præſentatione literarum.

Citatio. ſi actor fuit contumax in vltimo peremptorio, vel miſit procuratorem non idonee inſtructum, non purgat moram, ſed expirat citatio. Dom. And. in dicta conſtitutio. citationis, de præſentatione literarum.

Citatio. An in prima citatione poſſit imponere aliam pœnam & grauiorem pecuniariam, quàm tertiam bonorum mobilium, puta ſub 10. vel 30. vnci. ut compareat reſponſurus? & dic quod ſic. Dom. And. in conſtit. pęna contumaciæ. Sed tunc an poſſit exigi propter contumaciam pœna pecuniaria, & tertia pars bonorum mobilium? dic tantum pęna pecuniaria, ut ibi, per eum. Sed an contra contumacem exigatur dicta pęna pecuniaria, quando eſt impoſita, vel quando non eſt impoſita, an exigatur tertia pars bonorum mobilium ſine aliqua ſententia? vt ibi per eundem in conſtit. in pecuniarijs.

Citatio. An iudex poſsit in citatione imponere grauiſſimam pęnam pecuniariam, puta omnium bonorum? dicit Dom. Andr. quod ſic. Tamen non ſeruatur hodie dicit ipſe, uide eum in conſtitut. pœna contumaciæ.

Citatus eſt quis ad certum quid, vel eſt citatus ad aliquem actum, ad alia non proceditur niſi iterum citetur, arg. C. de procu. l. maritus. & in cap. conſuluit, extra de offi. delega. per Dom. And in conſtitu. ſi vaſallus. Item ſi eſt contumax in primo & ſecundo peremptorio, an poſſit actor petere ut condemnetur ad expenſas, ſi non comparuit non expectato ultimo peremptorio? dic quod ſic, ſecundum glo. in c. 2. extra de procurat.

Citatus eſt quis comparens in iudicio aſſerens ſe nõ fore citatum, præſumitur quod citatus compareat, niſi probet, quod alia iuſta ex cauſa comparuit. & ſi comparet excuſator ad excuſandum, quòd non fuit citatus, præſumitur quod compareat vigore citationis, Do. And. in conſtit. præpara. de exor. & præparato. iud. Prædicta uera puta de iure Cano. ſed per conſtitu. Regni, & ſpecialiter in conſtitu. 1. de aſſigna. cita. literarum. vbi dicitur, quod ſi citatus negat ſe fore citatum probabitur, quod fuit citatus per duos teſtes. Dom. And. ibi, & in tex. dicit quod fiet citatio coram perſona publica, vel duobus teſtibus. Et ita eſt cautela contra citatos negantes fore citatos, merito licitum eſt comparere & dicere ſe non citatum, & auditur.

Citatus debet uocari ad locum iuriſdictionis, & honeſtum & tutum citato, aliàs nemo tenetur ſe ſubmittere manibus inimici capitalis, licet etiam habeat ſaluum conductum, vide glo. in conſtit. quorundam. de priuilegiorum reuocatio.

Citatus non comparendo in iudicio, & recedendo illicentiatus, an incidat in pęnam cõtumaciæ tertiæ partis bonorum, vel alia pena cõtenta in citatione? dic quod ſi citat aliquem, ad actum expreſſum in citatione, ſi ſe præſentauit, & expediuit illum actum, ut quia fuit citatus uiſurus iuramenta teſtium, vel publicatio. vel in ſimili, poteſt ſine licentia Curiæ recedere, & ſi citatus ſit ſine cauſa ſimpliciter proceſſurus ad ulteriora, tunc ad omnes litis & articulos videtur productus. licet in aliquo actu interſit, non poteſt ſine licentia recedere. & ſi recedit eſt contumax. vide Dom. And. in conſti. in pecuniarijs.

Citatus ad certum quod eſt in certa forma, & in certa cauſa non tenetur comparere vel reſpondere pro alia cauſa ſeu non contento in citatione, ſine alia citatione: ut puta quia citatus eſt in ſcriptis: & citatus recipit copiam citationis, & comparet in iudicio: & recipit libellum, & uidet ipſum libellum in alia forma, quam fit citatio, non tenetur reſpondere ſine alia citatione. Dom. And. in conſtitut. ſi uaſallus, de fideiuſſ. vaſall. allegat dictum Innoc. in cap. conſultationibus. de offic. delega.

Ciuitas quæ dicatur, & quid oppidum: uide conſtit. proſequentes. de teſti. committ.

Ciuitas habens iuriſdictionem poteſt facere ſtatutum contra ius, per Dom. Andr. in prooemio, in ver. nunquid ergo. & eodem modo ſi non habet iuriſdictionem, quia tunc cum conſenſu domini faciunt ſtatuta, ut in uer. dicit ergo. Item ſtatuta ciuitatis ligant conſentientes & præſentes, & non abſentes vel diſſentientes, ut in prooemio §. & ut fructus. per Dom. Andr. Item reſtituitur ſicut reſpublica. C. de offi. eius cui man. eſt iuriſdi. l. 1. Dom. Andr. in conſtitut. beneficium. de conſtit. reipublic.

Clandeſtine damnum habet locũ in inciſionibus arborum, & combuſtionibus domorum, & ſimiliũ. vnde in omnibus maleficijs, in quibus habet locum in iure communi lex Aquilia, ut in inciſionibus arborum,

borum, ruptis & effuſis, combuſtis, quæ nocturnis tantum temporibus committuntur ſecundum unam opin. glo. ſecundum aliam opin. in omnibus maleficijs, quibus proſequitur quis damnum rei familiaris, & iſta ſecunda eſt uerior, Dom. Andr. Et habet locum in furto, & in rapina, & ſi non inuenitur maleſactor incolæ tenentur ad emendã, & ſi maleſactor habetur tenetur pœna capitali, & de hoc gaudent Iudæi & Saraceni. Et habet locum ſiue de nocte talia committuntur, ſiue de die, ſecundum glo. Sed Dom. And. dicit forte minus punitur de die, & refert ſe ad conſuetudinem. vide conſti. ſuper inciſionib. de homicidijs, & damnis quorum actores. Sed quid ſi clandeſtinum committitur contra hominem? vide in uerbo, homicidium.

Item uniuerſitas non tenetur ad emendam furtorum quæ per ſpeciales perſonas committuntur. ut in cap. Item ſtatuimus. quod uniuerſitas, etiam in furtis habet locum in illo cap. iſta conſti. habet locum in rapinis, & iniurijs, & alijs maleficijs. Item glo. fin. dicit, quod pro quolibet maleficio nocturno imponitur pœna capitis, & fundatur ex tex. ibi, cæteris maleficijs. Sed Dom. And aliter intelligit tex. ibi, maleficijs ſcilicet ſimilibus, & ſic glo. non obſtat, quia habet locum iſta conſtitutio in omnibus maleficijs, in quibus ſequitur damnum rei familiaris, ſecundum Dom And vnde ſi fiet de nocte maleficium ultra damnum rerum non habet locum iſta conſtitutio: ut ſi dedi tibi alapam, & fieret percuſſio & ſimilia. Item ſi uniuerſitas poſuit cuſtodes territorij, & ipſi dicunt, quod uiderunt q Titius commiſit damnum, ſeu homicidium, creditur eis. Dom. And. Quæro, accuſatus aufugit, an liberetur uniuerſitas? Dic ſi ante litem conteſt. ante factam querelam uniuerſitas tenetur, ſi poſt tanquam reus criminis vniuerſitas non tenetur, ut ibi. Item ſi reperitur maleſactor, & punitur pœna capitali, tenetur damnum paſſo in triplum de iure Longobar. Sed Dom. And. dicit, quod de iure communi tenetur ad emendam damni, & in plus inquantum eſt in edicto legis Aquiliæ. Sed quid ſi per violentiam auertitur res, vel capitur, habet locum conſtitutio, violentias. de violen. ut teneatur reſtituere rem, & medietatem pretij. Hoc quando agitur ciuiliter, ſed quando accuſatur criminaliter ſi fuit maleſactor nocturnus capite punitur, ſi diurnus minus. Item incolæ tenentur de arrobaria, & alijs damnis, ex eo quod tenentur cuſtodire territorium, & ſi cuſtodiunt & neſciunt maleſactores, non tenentur. ¶ Sed ſi de nocte homines incogniti, & tincti deprehenduntur, & incolæ inſurgunt, & proſequuntur, faciendo poſſe eorum non tenentur. ¶ Item ſi corrariæ eſſent pergentes, quibus incolæ non poſſent reſiſtere faciendo eorum poſſe non tenentur. ¶ Item in furto ſiue de nocte ſiue de die habet locum. cap. regni, quod incipit, item ſtatuimus quando excedit vnc. & quando non. Et ſunt tria crimina quæ puniuntur pœna capitali. in omnibus alijs damnis rei familiaris habet locũ iſta conſtit. in nocturnis eſt pena capitis, in diurnis minus. ¶ Item ſi probatur damnum clandeſtinum fore commiſſum, & non cõſtat de quantitate rerum, vel ualore, an ſtetur iuramento paſſi damnum? glo. dicit quod non, in conſtitu. ſi quis damna, in glo fi. ſecus in inocentijs, per l. ſi quando. C vnde ui, &c. ¶ Quæro ſi non inuenitur maleſactor, an fiat inquiſitio generalis, & ſi ſemiplene probatur contra perſon. uilem, & leuem, an ponatur ad tormenta, ita quod ſi fateatur ſine timore tormentorum, quod moriatur? & dic quod ſic per tex. in conſti. ſequenti. ibi, poſt inquiſitionis. ¶ Item ſi in vno territorio eſt quis percuſſus, in alio reperitur mortuus, tenetur. ¶ Sed ſi in uno loco eſt vnum membrum, in alio aliud, inſpicitur locus ubi eſt caput. ¶ Item dicitur clandeſtinum ſiue fiat de nocte, ſiue de die in locis ſolitarijs, & loca ſolitaria ſunt ſyluæ, & ſi per uiã latrones diſrobant. Sed ſi nullus vidit quomodo poteſt probari? & ſic deficiente probatione, &c. Si aliqui uiderunt, & tunc locus ſolitarius non fuit, quia ibi non fuit ſolus ille qui diſrobatus eſt. Item ſi viderunt agere contra latrones & non contra incolas? reſpondetur ad prædicta quod loca ſolitaria dicuntur quando diſrobantes non fuerunt cogniti, & ſic non reperiuntur, ſic dicit litera quorum commiſſores non poſſunt inuenire, cognoſcuntur non inueniuntur, licet poſſit agi alias ut exhibeantur, ut cognoſcantur, vide Dom. And.

Clerici non poſſunt eſſe aduocati in ſecularibus cauſis, prætèrquam in cauſis proprijs conſanguineorum & affinium & in cauſis eccleſiarum, & miſerabilium perſonarũ. & tunc ſine precio debent procurare, vt in conſtitut. aduocatorum. de officio aduoc. Sed glo. dicit, quod tunc clericus non aduocat regulariter, quando de rebus eccleſiaſticis uiuit, alias ſecus, & in prædictis caſibus clerici poſſunt eſſe procuratores.

Clerici uiuentes clericaliter non debent communicare cum laicis in collectis & functionibus, nec pro bonis eccleſiaſticis, vel patrimonialibus, ut in capit. regni, Item ſtatuimus quod clerici, in rubrica, quod clerici. Item comites & barones & perſonæ ſeculares non ſe intromittant electionibus prælatorum, nec collationibus beneficiorum directe vel indirecte, vt in capit. Item ſtatuimus, quod officiales, &c. Item domus clericorum & prælatorum non capitur ultra uoluntatem eorum ad hoſpitandum officiales, vel alios, ſi ſponte concedatur, in ipſis criminalia iudicia non exerceantur. cap. Item ſtatuimus. in rub. quod domus, &c. & ſi quis contrafacit punitur, ut dicitur ibi.

Clerici pro bonis feudalibus trahuntur ad iudicium ſeculare, ſecundum conuentionem Papæ cum Rege Carolo V. in cap. Regni, Item ſtatuimus. de clericis non trahendis, &c.

Clericis ſubuenitur per conſtit. regni, quòd filij eorum qui de iure non ſuccedunt, ut patris & matris bona capiant ſub titu. locationis a rege ſub annuo redditu ſoluendo fiſco in feſto Natiuitatis Domini, & uiuente clerico eorum pater eſt vſufructuarius, & ipſo mortuo filij ſoluent redditum, & habent bona. vide conſtitutio. ſicut, de filijs clericorum.

Ciuitas quæ dicatur, & quid opidum? vide conſtit. proſequentes, de teſt. committ.

Clericus ſi fuerit criminaliter accuſatus, non per procuratorẽ regium ſed per iudices eccleſiaſticos conſtringitur, præterquam de proditione & crimine læſæ maieſt. quia iſto caſu per iudices principis punitur, quia propter delictum perdit priuilegium, vt in conſti. perſonis, de clericis crim. conueni. Sed Dom. And. dicit quod iſta conſtitu. non procedit per iura ciuilia. C. de epiſco. & cler. auth. ſtatuimus, & auth. clericus, & ibi gl. fi. per c conuentione, Regis Caroli primi.

Clericus ſi recedit a clericatu, vel religione non parendo prælatis vel tranſgrediendo iuſſiones canonum, eſt apoſtata, & ſi fecit aliquid irreparabile contrarium ordini, ut exercere uſuras, capere duas uxores, vel unam corruptam, exuitur priuilegio clericali, nec eſt locus pœnitentiæ, quia non poteſt reparari. Secundo caſu quando facit aliquid reparabile quod non ſit contrarium ordini, quia ſe facit militem, induit uirgatam, abiecit tonſuram, nutriuit comam: ſi monitus deſiſtat, non perdit priuilegium clericale, ſi non deſiſtit perdit honorem. Si eſt conſtitutus in ſacris ordinibus, vel eſt profeſſus, ſecus ſi grauia committat, quia ſi exerceat tabernam, vel clerica dimiſſa negotiētur ut ſecularis ſic faciendo grauia vel irreparabilia, perdit priuilegium clericale, faciendo alia prædicta reparabilia, quia fecit ſe militem, uirgatam &c. Si monitus abſtinuit, recuperat omnia, ſi vero non abſtinuit, & erat in ſacris ordinibus conſtitutus reuocatur a clericatu, ſi non eſt in ſacris conſtitutus, tunc perdit priuilegium clericale. Dom. And. in conſti. apoſtatantes, de apoſtatis. & in c. ſi quis ſuadente. 17. q. 4.

Collecta. Clericus non tenetur ad collectas, vide cap. regni, quod incipit, item ſtatuimus q clericus, &c. Sed an uſufructuarij teneantur ad collectas? dic quod non, unde tex. in l quomodo. ff. de vſufruc. lega. l. apud Iul §. hæres, de leg. 1. l. ſi pendentes, l. aquæ ductus. ff. de vſufru. ſecus ſi collectæ ex collectione fructus debeantur. caſus eſt ſingularis in l. qui concubinam. §. qui certus, de leg. 3. ubi eſt glo. & Bart. in l. his uerbis. § item teſtamento. ff. de leg. 3. vide glo. in l. 1. C. de anno. & tribu. lib. 11. & ad materiam collectæ uide Docto. in l. ſi unus. §. ſtipu. ff. de pactis.

Comburentes doloſe domum alterius pena capitali puniuntur, ut in conſtit. qui doloſe.

Comes, Baro, & miles uiuentes in honore militari ſi agatur ciuiliter vel criminaliter, vel conueniuntur ciuiliter, vel contra ipſos inquiritur ex officio Curiæ vel ex denunciatione alterius ſecũdum Dom. Andr. ſententia eſt proferenda contra eos per tres alios Comites, vel Barones & milites, qui debent ſententiari primo ſecundum conſtit. regni, ſecundo ſecundum cõſuetudines, tertio ſecundum ius commune, quarto ſi dubium eſt recurritur ad conſcientiam principis, & idem eſt in cauſa appellationis quæ cognoſcenda eſt per Comites, Barones, vel milites, & idem ſi ſententia eſt ferenda pro eo, & illud priuilegium tranſit ad filios eorum. Ac eo ipſi filij gaudent, & licet non honorifice, & armis, ſi fiert tamen quod eorum patres modo prædicto uiuant, licet filij feudum non habeant, Dom. And. & ipſi Comites, Barones, & milites debent iurare, ut modo prædicto iudicent. tex. eſt in conſtit. vniuerſis, de ſeruando iu. Comitis. Sed an huic priuilegio poſſit renunciari? dic quòd ſic. Et ut illud priuilegium habeat locũ in milite expedit ut uiuat honorifice ut miles in armis & equis, & hoc ſit notorium, alias ſi negatur, expedit quod probetur, & ſic iſto caſu ſi eſt lata ſentẽtia ſine comparibus, & non fuit oppoſitum de militia, nec conſtat per acta, tamen ſi appellat, alij tres compares ſententiabunt male ſententiatum, vel bene. vide Dom And. in conſtit. Item Comites, & Barones tenentes agentes & conuenientes ciuiliter vel criminaliter per compares ſunt condemnandi, vel abſoluendi, ut in capitulo regni, quod incipit, Item ſtatuimus quod Comites, & Barones. in rub. no. quod Comites, &c. ſic iſtud cap. attingit de feudatario, licet ſit miles. Sed quid ſi miles non tenet feudum, an gaudeat iſto priuilegio ſi non tenet feudum? dic quod ſic. Dom. And. ibi. Item Comes inueſtitur per uexillum, & hoc propter dignitatem Comitatus ex more, ut in proœmio prope finem.

Comes ſi conuenitur criminaliter de ſtatu perſonæ vel rerum, vel de aliquo caſtro, quot teſtes producantur contra eum? vide ſupra in verbo, Baro. & in uerbo, teſtes.

Compenſatio fit non ipſo iure, ſed oppoſita ab homine. Fallit in delictis & alijs caſibus no in l ſi conſtat. C. de compenſa. in quibus fit ipſo iure, & fit de quantitate vel ad ſpeciem non exiſtentem, quæ deducitur in precium. l. neque co. tit. Item fieri debet in modum reconuentionis, ut ibi, & in l. 1. C. rerum amo. Et debitum quod patitur

compenſari,

compenſari, debet eſſe liquidum, vel ſine difficultate liquidandum. l. fi. C. eo. dicitur autem ſine difficultate, ſi oppoſitiones compenſationis poſſunt incontinenti probari infra duos menſes. ff. de iure fiſci. l. aufertur. §. qui compenſationem, refert glo. in c. fi. extra de depoſi. Et poteſt damnatus eam opponere tempore, quo debet ſoluere. Sed glo. in l. ex cauſa. eo. titu. dicit quod videtur mirum, quia debet opponi in modum reconuentionis, quæ poteſt fieri vſque ad concluſionem, imò etiam poſt ſententiam, ſi pendente iudicio ſit oppoſita, & iudex eam non admiſit, ſecus ſi eam reprobauit expreſſe. ff. de appella. l. quod in die. §. 1. & in c. ſuborta. extra de re iudi.

Commodatarius ſi conuentus ad iudicium negat commodatum, tenetur Curiæ in tertia parte æſtimationis, ſi eſt conuictus, ſi eſt confeſſus, & ſi ſoluit ante ſententiam euitat ipſam pœnam. vel ſi fuit confeſſus antequam fuiſſet libellus oblatus, licet ei fiat præceptũ de ſoluendo, euitat pœnam, ſi tranſigit, ſoluit tertiam. vide conſtitut. regiæ maieſta. de muta. pecu.

Compoſitiones debent capi, & fieri per officiales cum conſilio aſſeſſoris & actorum notarij, quas ipſi taxabunt pro qualitate negotij, vt in conſtitu. cauſas alienas. de offi. Iuſticiarij. An officiales poſſint componere vel tranſigere in delictis rationis dubij euentus, &c. ſine ſpeciali conceſſione & priuilegio principis? Dic ut in cap. Regis Caroli, quod incipit, Item liter. tuarum ſciens.

Compromiſſu. An iudex ordinarius poſſit prohibere ſubditos ne compromittant in arbitros? vide in verbo, iudex ordinarius.

Confeſſio, ſi quis confitetur in tormentis non ſtatim eſt puniendus, niſi perſeuerauerit in confeſſione. l. 1. § diuus. ff. de cuſto. reor. Nec iudex imponat timorem tormentandi oſtendendo ſibi chordam, & dicendo, niſi ratifices reiterabo te ad torturã, ſed placabiliter dicere debet ei, tu confeſſus fuiſti hoc & hoc: ſi feciſti non tormentaberis, dic verum, ſi tunc perſeuerat, valet prima confeſſio, nec auditur poſtea dicendo contrarium, niſi probet tormentatus iuſtum errorem, ex quo fuit inductus ad confeſſionem, & debet eſſe interuallum de vna confeſſione ad aliam. ff. de adult. l. quod ait. §. fi. vide Dom. Andr. in conſti. ſi quis dam. de dam. clande.

Confeſſus in tormentis de ſe & de ſocijs, non creditur ſibi de ſocijs, niſi in caſibus no. in l. fi. C. de accuſa. & in illis caſibus non creditur, niſi cum aliqua præſumptione, nec debet interrogari tortus, niſi aliqua præſumptio præcedat in ipſis caſib. no. in d. l. fin. vnde ſi teſtes dicunt contra, quòd talis fecit homicidium cum Caio, & Titius fatetur de Caio, non creditur ei de Caio, iudex tamen inquirit de fama Caij, & ſi inuenerit ipſum bonæ famæ ipſum liberet, nec mouebitur ex ſola confeſſione prædicta. Et iſtud, quod dicitur de teſte, intelligitur de eadem inſtantia. Dom. And. in conſtit. ſi quis damna clandeſtina. Item ſi tres latrones confitentur ſeparatim de ſocio, tunc iudex ex officio inquirit contra ſocium nemine accuſante. Sed quid ſi ipſi latrones poſt ipſam confeſſionem de ſocio dicunt, quòd non eſt uerum, quod dixerunt contra illum? dic quantum ad ſocios ſtatur ultimo dicto. hoc tamen ſtat arbitrio iudicis, Dom. And. ibi.

Confeſſus occidens hominem ad ſui defenſionem, hoc debet probare, vel de homicidio punitur, ut per Dom. And. in conſti. terminum vitæ hominum, de homi. pu.

Confeſſus, ſi quis cõfiteretur crimen ex abrupto, iuris ordine non ſeruato, coram iudice ſine proceſſu li. conteſt. an iudex mandet eum ad ſupplicium ſine ſententia? Dom. And. in conſtit. pęnam eorum, de foriudi. videtur tenere, quod in delictis vbi non poteſt procedi ſine accuſatore, arguendo pro & contra, concludit quod requiritur cognitio cauſæ, & ſententia: ſed in alijs criminibus ubi poteſt procedi ſine accuſatore, iudex mandat ad ſupplicium ſine aliquo proceſſu & ſententia, & tunc iudex debet notificare delinquẽti, quod mandat ipſum ad ſupplicium ad hoc, ut poſſit de præcepto appellare.

Confeſſus, quid ſi aliquis obligauit certa bona poſt primam obligationem, fuit confeſſus ſe obligaſſe dicta bona ante dictam primam obligationem, an iſta cõfeſſio noceat habenti primam obligationem? Spec. dicit quod non, in tit. de obligationibus & ſolutionibus. §. 1. uer. ſed quid ſi primo obligauit, niſi generaliter, &c. vide in l. ſi quis in graui. §. 1. ff. ad Syllan. & in l. aſſiduis. C. qui po. in pig. ha. & Auth. de iureiur. a moriente præſtito. §. 1.

Conſtitutiones regni ſunt ſtricti iuris, & non proceditur ad ſimilia, & ad conſequentia, nec diſceditur a uerbis, niſi conſtet de contraria voluntate condentis, vt in conſtitut. proſequentes, de teſtibus committendis. Contrarium videtur notari per Domi. Andr. in conſtitutione, uniuerſis, de ſerua. iudi. Comitatib. vbi dicitur quod extenditur. & in conſtit. iuriſgentium. dicit Dom. And. quod conſtitutiones, quæ ſunt redactæ in uolumine conſtitutionum, extenduntur ad ſimilia: & non ſunt ſtricti iuris, & non trahuntur ad cõſequentiam. Item conſtitutiones iſtæ uincunt conſuetudines inductas & inducendas, ut eſt tex. cum glo. in conſtit. poſt mundi machinam. Sed an conſtitutio tollat conſuetudinem, in cuius contrarium non exiſtit memoria? vide infra in verbo, conſuetudo, &c.

Contractus. Si in contractibus conſueuit apponi clauſula ab antiquo conſueta, præſumitur appoſita, licet non exprimatur. ff. de ædilit. edic. l. quod ſi nolit. §. ſi quis. & in conſtitutione, ſi uaſallus. de fideiuſ. uaſal.

Conſilium. An quis ex ſuo conſilio teneatur? Innoc. in cap. querelam, de electio. per l. ex hoc edicto. ff. de eo per quem fact. erit. dicit, quòd ille, qui conſuluit maleficium fieri, ſemper tenetur de maleficio, quando is, qui fecit maleficium, non eſt ſoluendo, & ſic limitatur regula, nemo, &c. de reg. iur. in 6. facit quod no. Bal. in l. 1. in fi. 2. col. C. de ſer. fugit.

Conſuetudo, in cuius contrarium memoria hominum non exiſtit, habetur perinde ac ſi princeps conceſſiſſet per priuilegium: exemplum extra de verborum ſignificatio. cap. quibuſdam. §. præterea. vel cap. ſæpe. ff. de aqua quotid. & æſtiua. l. hoc iure. §. ductus aquæ, per Dominum Andræam in proœmio ſuo, ver. item ille. vide Dominum Andræam in conſtitutio. ſi dubitatio. de probatio. per inſtrumenta. ubi parificat probationem, quæ fit per priuilegia, & per conſuetudinem, in quibus non eſt memoria. vide quæ ſcripſi in verbo, præſcriptio. Sed quare in conſtitut. uniuerſis, & in conſtitutione, puritatem, dicitur, quòd debemus primo iudicare ſecundum conſtitutionem, quàm ſecundum conſuetudinem? Quid ſi eſt conſuetudo, in cuius contrarium memoria hominũ non exiſtit? puto quod præferatur conſuetudo. Tu cogita, ne erres. Sed quid ſi eſt ſolitum ſententiari ſecundum conſuetudinem, quæ uincit legem in illo loco: an præferatur conſtitutio? dic quòd deberet articulari, & probari quòd ſolitum eſſet determinari ſecundum conſuetudinem, non obſtantibus conſtitu. Cogita, quia alias vidi ſeruari opinionem Dom. Andr. in conſtitut. ſi quando. de homi. Baron.

Conſuetudo quomodo probatur? dic, ſi dico quòd de facto ſit conſuetudo, & aduerſarius dicit, quod non eſt conſuetudo, poſſum probare, quod ſemel fuit iudicatum, eſſe conſuetudinem: ſufficit, quòd bis fuerit iudicatum, putà contra ſororem pro fratre, ut non maritet eam de paragio infra decem annos, & ſic ex ipſis duabus ſententijs infra decem annos inducitur conſuetudo. Item quod ſunt triginta anni, quod fratres præferuntur in bonis maternis, &c. Item quod populus voluit, quod ſic ſit conſuetudo: & dicitur titulata, quia potius eſt lex municipalis. Vide Dom. And. in conſtit. an aliquibus, de ſucceſ. in ver. ſed ex primo caſu dicitur conſuetudo iudicata: in ſententijs duabus dicitur præſcripta. in quatuor dicitur vetuſtas. Item debet eſſe conſuetudo in illa terra, vnde fratèr & ſoror ſunt. Item ſufficit, quòd in parte vel in regno, quia inæqualiter præſumitur eſſe: quia ea quæ dicimus de toto, dicimus & de parte.

Conſuetudo licet ſit iniqua, ſi tamen eſt in obſeruantia antiqua, ſi non eſt ſublata per ſententiam, quandiu eſt in obſeruantia, debet obſeruari, vide in conſtit. 1. quæ incipit, poſt mundi machinam, in glo. in verbo, præſcriptione. in fi.

Contumax. In rei vendicatione ante litem conteſtatam ponitur actor in poſſeſſionem rei petitæ recuperabilis infra annum: poſt annum eſt uerus poſſeſſor, & damnatur curiæ in tertia bonorum mobilium: ut in conſtitutione, rei uendi. conuentus. de reſignanda poſſeſſione. Hoc uerum dicit glo. & Dominus Andr. quia ad condemnationem tertiæ partis bonorum mobilium, ſi fuit verus contumax, quia citatus perſonaliter contempſit uenire, quia tunc videtur delinquere, non uenire, Dominus Andr. ſed ſi fuit fictus contumax, quia citatus ad domum, fit miſſio ſolum in re petita: ſed non damnatur ad tertiam partem bonorum mobilium. Sed dicit Dom. Andr. quòd hoc iudices malè obſeruant: & hoc faciunt de rigore, hoc dicit ipſe in conſtitutio. citationis literæ. Item ſi reus eſt abſens, uel præſens, quando fuit citatus, & habet iuſtam cauſam, vel iniuſtam non comparendi: quia poſt nouem dies poſt mortem filij erat doloroſus, & non uenit ad iudicium: & ſi iſta cauſa non fuerit allegata a principio: & conſtat iudici, quòd propter cauſam iuſtam, vel non iuſtam, non uenit: ut quia iudex ſciebat illam cauſam, vel nuntius retulit ſibi illam cauſam, citatus excuſatur a condemnatione tertiæ partis bonorum mobilium. Si verò eſt contumax in realibus poſt litem conteſtatam, & non poteſt liquere dicta per dictam ſententiam diffinitiuam, tunc actor ponitur in poſſeſſionem rei quæſitæ: & ex tunc efficitur uerus & perpetuus poſſeſſor. Vide tex. & Dominum Andræ. in conſtitutio. prima. de reſigna poſſeſſ. & rei vendi. & glo. intelligit tex. ibi, perpetuus, quòd infra eſt uerus poſſeſſor, poſt annum eſt uerus & perpetuus, & ſic intelligit ipſum textum: quia reus infra annum ueniens recuperat poſſeſſionem, & hoc ante litis conteſtationem: quia ſi poſt litis conteſtationem eſt contumax, fiet reus poſſeſſor ſtatim. Vide gloſſam in l. conſentaneum. C. quomodo & quando iudex.

Contumax. Pœna contumaciæ eſt tertia pars bonorum mobilium, tam in criminalibus, quàm in ciuilibus: & hoc in curia Iuſtitiarij, ſed in curia Baiulorum eſt unius Auguſtalis pro qualibet contumacia, & augetur per quemlibet menſem, in quo etiam contumacia perdurat in uno Auguſtali, ut in conſtit. pœnam, de pœna contuma. Item contumax in actione ciuili perſonali propter contumaciam ante litem conteſtatam fit miſſio in poſſeſſionem in locis pro menſura debiti declarati. Primo in burgenſaticis. Secundo in feudalibus.

vt tædio

vt tædio affectus ueniat reſponſurus. Et iſta æſtimatio fit, ut contumax, & ambo poſſideant, ut actor & reus, ſed tantum actor erit tædio ſubiectus. Vide conſtitutionem, contumacem, de pœna contumaciæ, & ibi glo. magna. In realibus miſſus in poſſeſſionem propter contumaciam ſtatim poſſidet, vt ſi reus veniat infra annum, ipſam poſſeſſionem recuperat, & interim reus non poſſidet. Vide ibi glo. Sed an reliqua bona annotentur? dicit glo. in ciuilibus non, ſed in criminalibus ſic, vide per dictam conſtit. pœnam, & uide de hoc l. ſi finita. §. Iulianus. ff. de dam. inſec.

Contumax. In actione perſonali & ciuili poſt litem cõteſtatam, ſi liquet de cauſa, poteſt ferri ſententia pro illo, vel cõtra eum: & condemnatus contumax in iſto caſu eſt fictus, quia citatus in domo non comparuit, non appellat: ſi vero liquet de cauſa, & eſt contumax, & latitat, fiet miſſio in poſſeſſionem pro menſura debiti declarati: & uenditio poſt annum. hoc eſt de iure nouo Codicis: quia contra latitantem non fit uenditio. Feudalia non venduntur ſine licentia principis, ſi forte erat contumax: ſi iudex vult, capiet eum de perſona propria, & detinebit eum in carcere, quouſque durabit inſtantia, ut in conſtitutione, ſi quis poſt litem. de pœna contu. Sed quid ſi uerus cõtumax ante litem conteſtatam, qui inuentus dixit, volo uenire? dic quod capitur de perſona, & incarcerabitur, ut in glo. & Dom. And.

Contumax. In actione perſonali fit miſſio pro mẽſura debiti declarati: & iſta declaratio fiet iuramento actoris ſecũdum qualitatem perſonæ actoris, & rei quantitatem, quæ liquide petitur, ut in conſtitutione, quæſtionem. de fide nobilium. & declarationem debiti. Si eſt Comes, creditur ei uſque ad uncias centum. Si Baro, uſque ad quinquaginta. Si miles, uſque ad uigintiquinque. Si burgenſis & bonæ famæ, in uncias duodecim, in alijs vſque ad uncias tres. In reſiduo probatur per inſtantiam, & teſtes omni exceptione maiores. Sed in perſonis magnis & honeſtis ſufficit, quod iurent verbotenus non tactis Euangelijs. Dom. And. Item ſi agatur ex delicto, unde uenit intereſſe pecuniale, vt in furto, in quo uenit reſtitutio, & in actione iniuriarum, vnde uenit æſtimatio, & in alijs, ſi accuſatus in iſtis & alijs delictis, ubi uenit commodum pecuniale, eſt contumax, fit miſſio pro menſura, facta æſtimatione. ita tenet Dom. And in dict. conſtitutio. Item ſi agatur pro ſeruitute, vel ad præſtationem operarum, vel ad ius vaſallorum, quia æſtimatur iuramento actoris, & fiet miſſio in bonis, Dom. And. Sed an miſſus in poſſeſſionem in actione perſonali lucretur fructus? dic quod ſic, ut per gl. in l. Fulcinius. in fi. propter contumaciam: quia citatus dixit, nolo venire.

Contumax. In reali non ſequitur ſecũdum decretum, ſed in perſonalibus ſic: ratio, quia in realibus quis dicit ſe dominũ: Sed in perſonalibus dicit habere ius: ſecundum decretum transfert dominium: & ille, qui dicit ſe dominum, non poteſt iterum fieri dominus, dicit glo. & Dom. And. in conſtitut. rei vendi. de reſignanda poſſeſſione. & ibi glo. & Dom. Andr. Sed in perſonali petitur ſibi debitum, meritò requiritur ſecundum decretum, & transfertur dominium, glo. in uerbo, per lapſum. in fi. Sed nunquid contumax poſt litem conteſtatam patiatur aliam pœnam, vt perditionem tertiæ partis bonorum mobilium? glo dicit quod non.

Contumax poteſt comparere poſt terminum contentum in citatione re integra ſolutis expenſis actori, quas fecit ex die, qua fuit citatus contumax, niſi probet abfuiſſe iuſta cauſa. Idem in defenſore, qui excuſatur ab expenſis, ſi ſtatim uenit ſicut in principali, ſecus ſi ex interuallo, quia tenetur ad expenſas. Dom. Andr. Et iudex poteſt facere gratiam contumaci in tempore, expectare eum ultima hora peremptorij ad condemnandum, vel poteſt elongare terminum dicendo, elonges uſque ad cras, vel venias cras, vel poſt cras, vel aliam gratiam facere, Dom. And. in conſtitutione, citationis. de aſſignat. literarum, & glo. in conſtitutione, in pecuniarijs. de audientia teſtium, ubi dicit in magna glo. quod iudex poteſt parcere contumaciam, etiam in præiudicium partis aduerſæ. Sed quia de æquitate poſt terminum citationis expectatur citatus per triduum, ut notatur in cap. conſtituit. extra de officio delegati, & ſic dicimus, quod quælibet citatio habet ſeptem dies. An poſt terminum ſeptem dierum, ſeu poſt triduum datum de æquitate iudex poſſit citato facere gratiam, & elongare terminum etiam in præiudicium actoris? vide glo. in d. capit. & cogita. Sed quia Dom. And. dicit, quod iudex poteſt facere gratiam contumaci, & contumax eſt poſt triduum. ergo videtur quod iudex poſt triduum poteſt facere gratiam. Sed quid ſi actor eſt contumax, an iudex poſſit facere gratiam, vt elonget terminum? dic quod non, quia ſi eſt contumax circumducitur edictum, &c.

Contumax in criminali ſiue capitali actione ante litem conteſtatam, ſiue poſt, punitur in tertia parte bonorum mobilium, quæ fiſco applicantur: reliqua bona annotantur, quibus notatis a die annotationis quod per annotatorias literas publice notauerit, fiſco acquiritur, ſi non habet liberos vel parentes vſque ad tertium gradum, ſecundum glo. per iuſtitiam, cùm de contumacia liquebit, banniri mandamus, etiam diuulgari publice fore bannitos, bannum, & cauſam banni, & diẽ banni, quominus in actis uolumus annotari, & ipſis infra annum prædictum redeuntibus bona prædicta annotata recuperare licebit, tertia parte bonorum mobilium in omnem euentum apud noſtram curiam remanente, vt contumax de ſua contumacia non lucretur, ut eſt tex. in conſtitutione, grandis. de pœna contuma. & poſt annum prædictum, poſtquam accuſatus fuit bannitus, accuſatus actor accuſat contumaciam banniti, & petat, quod forindicetur, ut in conſtitutione, pœnam eorum, de forbannitis. Et nota, quod iſta conſtitu. grandis, ſecundum glo. in uerbo, capitaliter. habet locum in cauſa capitali, ubi imponitur pœna corporis afflictiua, & tunc ſi eſt contumax poſt litem conteſtatam, & conſtat de crimine, non datur ſententia, ſed lucratur tantum tertiam partem bonorum mobilium, ut in glo. magna in cauſis, in quibus imponitur pœna relegationis infra non habet locum iſta conſtitutio: quia ſi eſſet contumax poſt litem cõteſtatam, ſi liquet, proceditur ad ſententiam. Et ſic nota, quod ſi cauſa criminalis eſt talis, in qua imponitur pœna pecuniaria, non lucratur tertiam partem, ſi uenit infra annum, ut in glo. magna. & Dom. Andr. Sed an iſta conſtitutio, grandis, habeat locum, quando mouetur ex officio, vel denuntiatione? dic quod ſic, Dom. And. in conſtitutio. uniuerſis. de reſer. iud. Comitibus.

Contumax. An lite conteſtata vel poſt, citatus re & uerbo eſt uere contumax, & poteſt incarcerari, & in ipſis carceribus permanere, quouſque lis finitur. Dom. And in conſtit. 1. de pœna contum. poſt litem conteſtatam, & uerus contumax ulterius non citatur: glo. eſt in l. tres. C. quomodo & quando iudex.

Contumax tam in perſonali quàm in reali ſi uenit infra annum, & vult recuperare bona feudalia, vel alia feudataria, vel, burgenſatica, in quibus fuit poſitus actor in poſſeſſionem, debet ſibi computari in fructibus illud, quod actor ſoluit Regi pro iure feudi, vel cenſus, vel redditus: & antequam reſtituatur, debet ſoluere Baiulis Auguſtalia, in quibus tenetur pro contumacia. & ſi Baiulus ſoluendo non ſit, tenetur de proprio. tex. eſt in conſtitutio. ſiue reali. de perceptione fructuum.

Contumax coram Barone in prima contumacia damnatur in uno Auguſtali, ſicut coram Baiulo, ut in glo. 2. & in conſtitutio. rei vendi. Sed an Barones vel baiuli poſſint imponere pœnam in citationibus, & in bannis ultra Auguſtales? puto quod ſic, vſque ad unciam, ut dicimus in banno baiulorum ſuper ponderibus, ut in conſti. ad officium baiulorum. ad ſimilitudinem baiulorum.

Contumax. Si filiusfamilias eſt contumax, an fiet executio in peculio aduentitio, vel profectitio? dic quod non in præiudicium patris. l. 4. C. de bon proſcrip. ſed glo. in l. 3. §. ſed utrum domino. ubi dicit, quod differtur executio in tempore, quo erit ſui iuris. Sed arg. in l. cum filius. de his qui bo. cede. poſ. tenet contrarium, & in l. ſi dubitetur. §. ſi filius. ff de fideiuſ. & in d. §. ſed utrum. Sed quid in uxore contumace, an fiat executio in dotem durante matrimonio? dic quod non, ſed differtur ad tempus ſoluti matrimonij. l. 3. ff. ad leg. Aquil & l. quinque legibus. de bonis dam. & in l. ſi maritus ff. ſol. matr.

Contumax in cauſa appellationis in prima citatione an patiatur pœnam tertiæ partis bonorum mobilium? dic quod ſic. Dom. Andr. in conſtitutione, pœnam contumaciæ, in titu. de pœna contu. in conſtitut. appel. tempora.

Contumax. Ad hoc ut ex cõtumacia teſtis vel alterius citati acquiratur pœna tertiæ partis bonorum fiſco, vel alia pœna poſita in citatione, ſufficit quod pars accuſet contumaciam teſtium, vel alterius contumacis, licet procurator fiſci dicat non, quia una accuſatio poteſt operari duplicem effectum. ibi uide per Dom. And.

Contumax. Teſtis, qui uenire contempſit in termino poteſt damnari pro contumacia ad pœnam, ſi a principio non fuit damnatus uſque ad biennium, vel triennium, ſi cauſa fuit ciuilis. Sed ſi criminalis, quatenus durat inſtantia. Dom. And. in conſtitut. in pecuniarijs. Sed quid ſi contumax, antequàm condemnetur ad tertiam partem, comparet in iudicio, an euitet condemnationem? dic quod ſic, ut ibi.

Conuentus rei uendicatione, vel re ipſa lite pendente conteſtata vel quaſi, poſſeſſionem vel rem alienauit, & in aliquem tranſtulit, aut ſciens, aut ignorans rem vitio litigioſi effectam poſſeſſionem intrauerit, iudicium debet finiri in perſonam ipſius alienantis: & ſi per multas manus poſſeſſio ipſa ambulauerit, executio fiet contra poſſeſſorem, apud quem ipſum ius & poſſeſſio reperitur, ut in cap. regni, conuentus poſſeſſione, in tit. de conuentis qui alienant.

Conuentus. Si quis conuenitur coram minori iudice, ut Iuſtitiario in cauſa ciuili vel criminali: & in alia cauſa criminali vel ciuili coram iudice maiori, vt magiſtro Iuſtitiario, de cauſa pari vel minori crimine, non tenetur comparere coram iudice, niſi expediatur prima cauſa: ſecus ſi coram maiori vel magiſtro Iuſtitiario conuenatur de maiori cauſa, vel crimine. quia tunc tenetur comparere coram maiori. Fallit in crimine læſæ maieſtatis, in quo ſi conuenitur coram Iuſtitiario, ibi perſiſtit puniendus, perdit uitam, & bona, ut in conſtit. contingit interdum, de accuſatis coram, &c. Nota in textu perdit uitam & bona. glo. dicit quod tex. corrigit iura cõmunia, quæ dicunt, quod in duobus caſibus perduntur, ſcilicet, quando contra principem, & quando contra rempublicam perdunt. Domin And. dicit, quod perdunt bona in caſibus, debent perdere in dictis duobus caſibus. Item

requiritur

requiritur ſententia in crimine læſæ maieſtatis, ut declaretur delictum, & propter poſſeſſionem & propter fructum medij temporis, propter alienationes interim factas.

Conuentus. Si accuſator priuato aut publico iudicio, uel criminaliter conuenitur oblato libello, qui libellus in omnibus iudicijs requiritur, prout accuſationis qualitas exigitur, niſi ſit cauſa valde modica infra duos Auguſtales, lis debet conteſtari per principalem per negationem, uel affirmationem in cauſis ciuilibus, uel per procuratorem per uerbum ignorantiæ reus eſt citandus in præcedenti die, in qua citatione contineatur a quo, de qua re, & in quo petitionis genere, & niſi proponatur exceptio dilatoria de liberatoriis iudiciis, ſimulatis gaudiis datis in ciuilibus ſtatim, & fideiuſſoribus poſt triduum præſtitis in caſu, quo non dantur pignora, niſi conuentus ſit poſſeſſor immobilium, quo caſu ſi fideiuſſores non inuenit, iuratoriæ cautioni committitur, niſi ſit pauper & monachus: & conuenitur de iniuriis, uel de maleficio, cuius cognitio ſpectat ad Baiulum, & ſi fideiuſſores dare nequierit, carceri per Baiulum mancipetur: tex. eſt in conſtit. dilationes, de dila. Nota etiam tex. quod præcedente citatione in ſcriptis, & in forma ſit clarus conuentus, ſtatim debet reſpondere, vt in gloſ. Quæro, cum conuentus nil poſſidet, an ſtetur iuratoriç cautioni? tex. hic requirit quòd ſi ſit poſſeſſor immobilium, quod datur iuratoriç cautioni: quando nihil poſſidet, tex. nihil dicit, ego credo, quòd ſtabitur iuri communi, ut in authen. generaliter. C. de epiſcopis & cler.

Conuentus in iudicio ſi recuſat accipere libellum, dic quòd habetur pro contumace, & ſit miſſio tanquam efficeretur contra contumacem. l. contumacia. ff. de re iudic. per Bartol. in l. ſi finita. ff. de dam. infecto, niſi cauſa eſſet, in qua non requireretur litis conteſtatio, vt in reſtitutionibus, in odium violentum, tunc mora in conteſtando litem habetur pro contuma. l. ſi cum. §. qui iniuriarum. ff. ſi quis cautio.

Conuentus ſi per ſe litigat, infra quæ tempora debet offerre iura probatoria, & quando litigat per procuratorem, quando reſpondebitur, & quando præſentabuntur iura, & de terminis ſtatuendis procuratoribus, vide tex. ſupra in uerbo, actor, ubi ſcripſimus.

Corrumpens iudicem dando uel promittendo pecuniam, ſi habet cauſam bonam, perdet eam, uide in dicta conſtitutione, corruptelæ, &c.

Corruptelæ crimen quod eſt? vide in uerbo, iudex, & in conſtit. corruptelæ. de corrupt. vel de pœna iudicis.

Crimen. In criminibus publicis quæ ſunt publicè diuulgata, & nominata, ſi nullus accuſator apparet, iudex ex officio procedit, ut in cap. Regis Roberti, quod incipit, cura nobis.

Curia. Cum aliquis eſt in Curia, debet habere ſilentium, & ſtare cum reuerentia, nec proponere poteſt pro ſe uel pro alio iura ſua, niſi prius licentiam habet a iudice, aliàs monitus a iudice, uel a ſeruiente, ut ſileat: & ſi non ſilet, & eſt ruſticus, tenetur ad duos Auguſtales. Si burgenſis, ad tres: ſi miles, ad quatuor: Baro, ad octo: Comes, ad ſexdecim, ut in conſtitutione, cultus iuſtitiæ, & poteſt deponi aduocatus propter eius inſilentium, ſi eſt tædioſus, ut ibi notatur. Hoc verum ſecundum prædicta iura, niſi litigans uellet corrigere errorem aduocati ſui, vel reducere aliquid ad ſui memoriam, & hoc ſecretè, niſi neceſſitas celeritatem exigeret, quia tunc eſt excuſatus, & ſi iudex aliquid de pœna dimiſerit, de ſuo proprio ſoluit curiæ.

D

DEBITOR. Si fiet miſſio in bonis ſuis propter debitum pro menſura, & datur licentia per decretum iudicis creditori quòd uendat, ſi ipſe non uendit, debitor infra 20. annos repetit. Domin. Andr. in conſtitut. de contumacia poſt litem conteſtatam.

Debitor ex cauſa mutui, commodati, uel depoſiti, ſi infra legitimum tempus non ſoluit debitum, & conuentus ad iudicium negat & conuincitur, tenetur ad tertiam partem æſtimationis debiti fiſco. Si verò conuentus ad iudicium fatetur, tunc ſi ſoluit ante ſententiã, euitat pœnam, ſed ſi ex abrupto ante oblatum libellum fuit interrogatus, & ipſe fatetur, non tenetur ad tertiam, & ſi poſt negationem tranſigit ſeu ſe concordabit, ſoluat tertiam quam ſoluit pro concordia. vide conſti. regiæ maie. de mutu pecu. quæ loquitur in depoſito, commodato, & in mutuo. Sed quid ſi interuenit ſtipulatio de reſtituendo, & creditor agit de ſtipulatu, an debitor incidat in iſtam pœnam? & uidetur quòd ſit ſpeciale in iſtis tribus actionibus, licet idem eſt, ſi agitur ex ſtipulatu in gl.

Decimæ. Rex mandat officialibus ſuis, ut de redditibus totius regni ſoluantur decimæ eccleſiæ, & in hoc ſequitur alios priuatos, vt conſti. quanto. de deci. Domin. Andr. dicit quòd debent fieri quatuor partes. Et idem de redditibus epiſcopatus. uide c. Regis Caro. quod incipit, uolumus, & in c. item ſtatuimus.

Defenſa ex parte domini Regis imponi poteſt quando quis timet offendi in perſona ſua, uel liberorum, uel parentum, uel in rebus ſuis, & prædictorum prohibere poteſt aggreſſorem ne ipſum offendat ex parte domini Regis, & hoc ſaltem coram tribus teſtibus, & ſi defenſa non fuit obſeruata, iminebunt pœnæ quæ ſunt infra de defen. & hoc ſi fuit defenſa iuſta, alias qui non obſeruat, non tenetur, & ſi vaſalli imponunt defenſam, dominus pro ſua perſona, & perſona liberorum, parentum, & pro bonis ſuis, & prædictorum, & tunc idem vt ſupra. Aut imponunt defenſam dominis exigendo ſeruitia ab eis, & tunc contempta defenſa exigunt. Si pœna eſt iuſta, punitur dominus, ſi iniuſta punitur uaſallus, ut in conſtit. iuriſgentium. de defenſis impoſitis. Sed an tutor, curator, & Mundualdus poſſint imponere defenſam etiam pro uiolentia illata in rebus pupillorum, & minorum? dic quòd ſic, etiam ſi non habeat ſpeciale mandatum, & ſic in aliis conſanguineis & perſonis coniunctis, ut in gl. de impo. defenſ. Sed quid ſi tutor, & curator iniuſtè ponunt defenſam? dic q tenentur de proprio. Nota quòd defenſa tuetur poſſeſſionem, uel poſſeſſorem. Sed quid ſi defenſa imponitur alicui, quòd non intret domum, quam tu habitas, an ualeat? dic quòd ſi intereſt imponentis tenet, aliàs non. Sed ſi obtemperas, an imponens incidat in pœnam? dic quod ſic. Quæro an pro iniuria uerboſa imponatur defenſa? dic q non, ſed pro violentia illata in iuribus imponitur defenſa, ſicut pro rebus, & hæc conſtit. habet locum in uiolentiis expulſiuis & ablatiuis, quando fiet iniuria in perſona vel violentia expulſiua in re immobili, uel ablatiua in re mobili. Sed quid de ui inquietatiua & turbatiua, ſi imponitur defenſa, ut non intres in feudum, & participes fructus? dic quòd ſtatur uſui iudiciorum, quia mos iudiciorum attenditur: ſed quid ſi impoſita eſt defenſa familiæ abſente domino, an teneatur dominus. & dic quòd non, ſi ratum habuerit, uel niſi mandauerit deiectionem fieri, ſed ſufficit ſi imponatur defenſa domini in ſua abſentia perſonæ ſuæ familiæ, quia timeo inferri mihi uiolentiã per Titium in perſona, uel rebus? dic quòd non tenet, ſed Titio præſente ſic imponitur. Et ſic nota quòd eſt actus violentiæ ſi timeo inferri violentiam in perſona, uel in rebus impono defenſam. Item familiares in perſonam domini imponunt defenſam, & in rebus quando ſunt in eadem cohabitatione, & econtra dominus familiaribus cohabitantibus cum eo. Item Abbas imponit pro monacho. Item imponitur pro curia habente ſpeciale mandatum, vel generale, vt in conſti. ſi quis in poſterum. Item clericus imponit laico defenſam, vt in dicta conſti. ſi quis. Quæro an poſſit imponi defenſa conditionaliter, ut impono defenſam ſi poſſum de iure? glo. dicit quòd non, in rubrica de defenſis. Item ſi prohibes me intrare in fundum, in quo habeo ſeruitutem intrandi, & impono tibi defenſam, ſi contra facies, teneris. Item quando denegas præſtari mihi annuum redditum, & ſum in poſſeſſione uel quaſi, impono tibi defenſam, ut ſoluas. Item pro inſultu excogitato cum iniuriis uerbalibus non imponitur defenſa. Item familiares, qui ſimul habitant, vnus imponit defenſam pro defenſione alterius: Domin. And. in d. conſt.

Defenſa. Non ſolum permittitur oppreſſo imponere defenſam, ſed etiam cuilibet officiali, ut Iuſtitiario, & magiſtro Iuſtitiario, Baiulis, & locorum iudicibus, ut ſi uiderint aliquem rixari imponunt defenſam aggreſſoribus, & rixantibus, & de contemptu cognoſcit Iuſtitiarius, & magiſter Iuſtitiarius, & imò Rex iſto caſu uidetur defenſare ſubditum per talem impoſitionem, ſicut pater filium, ut in conſt. fidelium. de defen. impo. per offic. Sed Baiuli de defenſa impoſita per eos habent ſexageſimam, de illa tertia, uel quarta rerum immobilium ipſius contrauenientis, quæ applicatur fiſco.

Defenſa. Si quis conuincitur per teſtes omni exceptione maiores, quòd fuit ſibi impoſita defenſa iuſtè in quacunque quantitate, vel ſine quantitate pecuniarum, & eam non ſeruauerit, ſi cum armis, punitur in tertia parte bonorum omnium, & cõtra dicta teſtium prędictorum non opponitur, ſcilicet, quòd res aliter ſe habeat, quàm ipſi teſtes dixerunt, ſi ſunt Deum timentes, & bonæ opinionis. Sed contra perſonas teſtium bene opponi poſſent aliæ exceptiones. Sed an pœna poſſit remitti? dic quod non, quia eſt fiſco acquiſita, & ſolum dicta pœna hic poſita, & in conſtitutio. præſenti exigitur: licet alia pœna fuerit appoſita uel imponenda, ut puta decem unci. &c. vel a lege. Item Iudæi & Sarraceni imponunt dictam defenſam, ut in conſti. ſi quis in poſterum. de defen. impo. & contemp. Item pupillus ſine tutoris authoritate non imponit, niſi ſit doli capax. Item ſi non exprimitur cuius nomine imponitur defenſa, non tenetur. Item antequam ſit ſpreta poteſt remitti per imponentem, ſed poſtea non quod ius eſt acquiſitum fiſco, ſic per officiales quando impoſita eſt per eum poteſt remitti, antequàm ſit ſpreta. Item poteſt agere coram ipſo iudice, qui cognoſcit de ſpreta defenſa, de reſtitutione rei, imò iudex ex officio ſine petitione reſtitui faciet rem, & puniet de ſpreta defenſa. Sed ſi officialis aliquid remiſerit, tenetur de ſuo reſarcire, ut ibidem. Sed quid ſi imponens defenſam, quæ eſt ſpreta, & non denuntiauit Curiæ, an teneatur in aliquo? dic ſi eſt priuatus punitur arbitrio iudicis. Sed antequam ſit ſpreta, poteſt remitti. Quæro, aliquis eſt conuentus de ſpreta defenſa, uſque ad quod tẽpus præſentabit iura ſua? dicit infra biduum vel alio modo? dic q tempus

præſentabit omnia iura ſua vſque ad aperturam proceſſus, & probare poterit, niſi uelit dicere quòd tempore ſpretæ defenſæ alibi morabatur, ut in c. regni, quod incipit, propoſito. de ſpreta defenſa. Sed pone quòd aliquis damnatur de ſpreta defenſa in tertia, vel quarta, an uxor recipiat iura ſua? gloſ. dicit quod ſic in conſtitut. ſi quis in poſterum.

Defenſa licet debeat imponi ex parte Regis non tamen ex parte Baronis, uide glo. in conſti. cum uniuerſis, de hominibus demanij in glo. in ver. cum vniuerſis. vbi dicitur, quod licet defenſa non poteſt imponi pro parte Comitis, & Baronis, hodie Barones hoc ius ſibi vſurparunt, & ſic in hoc uideas conſuetudinem ſi ab antiquo domini vſurparunt.

Defenſio eſt permiſſa unicuique pro ſe, uel rebus, & incontinenti cum moderamine inculpatæ tutelæ, id eſt, in ſimilibus & æqualibus armis, ut in conſtitutio. pacis, de pacis cultu. Hoc uerum dicit gl. niſi pugnus aggredientis noceat pluſquam enſis inuaſi. Dom. And. dicit poſſum defendere me, & meos, & proximum ut in cap. dilecti. extra de ſentent. excommunicatio. Et dicit quod hoc moderamen inculpatæ tutelæ exigitur quando in re patior moleſtiam, ſecus quando in perſona, quę omnia uide in tit. de pace tenenda, cap. ſi quis hominem. §. j. Do. And. in d. conſtit. pac.

Delegatus poteſt ad exequendum illud, quòd eſt ſibi commiſſum, imponere pœnam vltra pœnam legalem, & grauiorem. vide glo. in conſt. in pecuniarijs. de audientia teſtium in uerbo, maior, &c.

Delegatus an poſſit delegare examinationem teſtium? dic quòd non, niſi ſit delegatus a principe, uel ab alio qui poſſit ipſum ſubdelegare: ſed ex conſenſu partium bene poteſt delegare. Dom. Andr. in dicta conſti. in pecuniarijs.

Delictum ſi committitur de nocte in multitudine gentium coadunata iuſte, & de facili ignoratur. ff. quod metu cauſa. l. ubi, §. 1. in glo. & in conſtitut. ſi damna clandeſtina. in gloſ. in uerbo, nocturnis, circa finem.

Delinquens ſi eſt captus in flagranti crimine, an iudex ſine accuſatore uel denunciatore procedat contra eum? Dic quòd ſi per officialem, uel alium ad hoc deputatum eſt captus, tunc ſine accuſatore inquiritur, ut no. in l. ea quidem. C. de accuſa. Si capiatur per alios priuatos, tunc oportet quod accuſetur, quia nemo ſine accuſatore capeſcitur. l. ſi reſcripto. §. ſi quis. ff. de mun. & ho. Hoc eſt uerum, niſi capiatur in crimine notorio commiſſo in multitudine populi, uel multorum: ita quòd omnes ſic clamant. Et qualiter fit inquiſitio? vide Dom. And. in conſti. humanitatem. de fideiuſ. dan. Si forte capitur per alios ſine accuſatore non inquiritur, niſi captus in flagranti, & notorio crimine, quia in conſpectu populi, uel multorum deliquit: nam euidentia criminis non indiget accuſatore. Et ſi iudice ſedente pro tribunali quis deliquit, habetur ac ſi per teſtes fuiſſet probatum: & tunc ſtatim iudex poteſt damnare. Et ſi allegat quòd ad ſui defenſionem fecit, quemadmodum debet tenere iudex? dic quod ſtatim quæritur a circunſtantibus: & ſi uidet quòd ad morandum & ad fruſtrandum hoc dicat, denegabit ſibi audientiam, & ponat cauſam in actis, quare eum non admittit, quia ipſe uidit, & certus eſt per alios, qui interfuerunt. vide Dom. Andr. in dicta conſtit. humanitatem. Qualiter procedatur contra delinquentem captum in notorio & flagranti crimine, vide in d. conſtit. quia ſi in conſpectu populi deliquit, & omnes fere dicunt ipſum deliquiſſe, cum præſentatur officiali, quæret ab eo ſi deliquit. & ſi confitetur, damnabitur, & hęc confeſſio dicitur ex abrupto fieri. Si negat, capiat ſtatim teſtes uidentes ipſo capto. Et ſi conſtat per teſtes, dicat iudex delinquenti, hoc dicunt teſtes contra te, & hoc clamat populus, & teſtes, oportet quod dicant, quòd ſic deliquit in conſpectu populi, & multitudinis coadunatæ, nec requiritur iuris ordo, & ſi negat, torquetur. Sed quæro an capientes malefactores in flagranti teſtificentur contra ipſos? dic quod ſi non ſunt alij teſtes, tunc teſtificantur capientes. Sed quæro an ſit modus ut adiuuetur captus in flagranti, ut non noſcatur ſummarie, ſed ordinarie, & quod tempus differtur? dic quod modus adiuuaminis eſt, quòd compareat aliquis, & eum accuſet, & ſic proceditur iuris ordine; quia iudicium ordinarium præfertur extraordinario, & non fiet ſtatim executio. Quæro ſi fugit delinquens in flagranti, an procedatur contra eum iuris ordine non ſeruato? dic quod ſic. vide plene de iſta materia in uerbo, flagranti. & per Do. And. in d. conſti. humanitatem.

Demanialia. Nulli Baroni, militi, uel burgenſi, licet bona uel iura demanialia occupare occaſione conceſſionis meæ quę conceſſa nunquam fuerunt. Si quis contrarium facit propria authoritate, uel ex cauſa falſæ conceſſionis tenetur ad quadruplum fructuum perceptorum, uel obuenientium, & utilitatem & rem occupatam reſtituere tenetur, & qui feudum uel Baroniam vel quæ ad demanium pertinent retinet occupata, & Curiæ non denunciauit, pœna publicationis omnium bonorum tenetur, ut in conſtit. prædeceſſorum noſtrorum, in rub. de occupa.

Depoſitarius ſi ductus ad iudicium negat depoſitum, tenetur per omnia, ut ſupra diximus in debitore in uerbo, debitor eſt.

Depoſitum. Quando pecunia eſt depoſita, & eſt infra libram auri, debet probari per tres teſtes omni exceptione maiores, ſed ſi excedit libram, requiritur quod probetur per inſtrumentum ſubſcriptum tribus teſtibus, ut in conſtitut. 1. de cauſa depoſiti. Sed an hoc habeat locum in depoſito confeſſato in iudicio, uel extra? dic quod non, ſed ſtatur iuri communi. Sed an dicta conſti. haberet locum in depoſito depoſitarum rerum? dic quòd non, uide ibi Dom. Andræ. Sed quid ſi aliquis habens periculum perſonæ, ut quia accuſatus ſecrete deponit, an habeat locum iſta conſtitutio? & ſic poſſemus dicere in depoſitis, quæ fiunt propter guerras terrarum? glo. dicit, credo quod non, ſuper uerbo per manus. Sed an utendo pecunia depoſita committatur furtum? dic quòd ſi fuit data diſsigillata, videtur permittere, quòd utatur, ſi ſigillata non, niſi conſentiat, & tunc eſt mutuum. Sed quæro, quis fatetur habere decem vncias meas, volo agere contra ipſum actione depoſiti, an poſſum, quia non habeo inſtrumentum? dic quòd agi poteſt vtili ex confeſſione, vt quia fuiſti confeſſus habere decem uncias meas ex depoſito. Quæro, egi actione depoſiti, & probaui, quia fuiſti confeſſus? dic quod non ſufficit, ſed eſt directe probandum depoſitum. Sed quid ſi in loco ubi fuit depoſitum non habetur copia notarij & iudicis? dic quod ſtamus iuri communi, gloſ. hic. Sed quid ſi feci depoſitum & ſolennitatem non ſeruaui, an agam contra depoſitarium actione in factum? gloſ. dicit quòd ſic, ſed Domin. Andræ. contra. ſed an depoſitarius iſto modo poſsit accuſari? gloſ. dicit quod conſuluit, quod poteſt ex officio repetere rem depoſitam. dic quòd aduocatus debet eſſe cautus in libellando & articulando in depoſito.

Depoſitum factum in cauſa naufragij, uel incendij, & ruinæ domus, vel in cauſa tumultus, uel rebellionis, & poſtea negatur, capite punitur, & parti in quadruplum tenetur. Dom. Andr. in conſtit. ruinas. de naufra.

Deſiſtere an liceat partibus & in ciuilibus cauſis poſt litem conteſtatam deſiſtere, ſi concordant uel non comparendo, ſine licentia Curiæ, vel elongando terminum. dic quod non, imò puniuntur ambo ſi contrafaciunt in decima parte litis, ut in conſtitut. contingit, de contemptu termini. Quid in criminali? uide conſtit. poſt citationem. de lite non conteſt. & vide in uerbo, accuſator. Sed quid ſi tranſigunt poſt litem conteſtatam? vide ſupra in uerbo, actor & reus.

Diſputans de Regio iudicio, conſilijs, conſtitutionibus, actis, & an dignus ſit, qui eligitur Imperator, punitur tanquàm ſacrilegus, quia hoc facere eſt pars ſacrilegij, ut in conſt. diſputare, ut nullus ſe intromittat, &c.

Diſputatio eſt de proceſſu iudicij, ut in conſt. uniuerſitatis. de cauſis in iudicio cito diffini.

Dolus an remitti poſsit per pactum? dic quòd expreſſe non, tacite ſic, ut in l. ſi unus. §. illud & in l. intelligentium. ff. de pactis.

Dominium feudi, vel aliorum bonorum ſi perderetur ipſo iurè, ut quia ius dicit, perdat uel amittat, intelligitur per ſententiam, & ſic dominium non perditur ipſo iure, ſed requiritur ſententia, niſi in crimine læſæ maieſta. Domin. Andr. in conſtitutio. ſi uaſallus. de fideiuſ. uaſal.

Dominus tenetur ſeruare illam fidem uaſallo, quam uaſallus domino, præterquam in iuramento fidelitatis, quod non præſtat dominus. & ſic tenetur in omnibus, quę ponuntur in conſtitutio. domini a uaſallis de aſſe. do. uide in uerbo uaſallus Baronis. ibi ponuntur caſus, in quibus tenetur uaſallus, uide quæ no. per Domin. Andr. in tit. de forma fideli. in fine, in titu. ſi de feudo fuerit contro. capi. domino.

Dominus ſi a uaſallo criminaliter accuſatur de eo quod non ſpectat ad Regiam maieſtatem, non fiet iudex, uel ipſum ſine iuſta cauſa verberat atrociter ſecundum gl. uel cum uxore uel filia inuita concubuit, liberatur uaſallus ab homagio, & eſt demanialis, ut in conſtu. ſi vaſallus. de fideiuſ. uaſal.

Dominus, uel Rex ſi vult capere, uel capi facere uaſallum contra iuſtitiam hoc exprimendo, licite uaſallus aufugit & non dicitur inobediens, quia iſto caſu non dicitur Rex, uel dominus, & priuatur iſto caſu proprietate uaſalli. Dom. Andr. in conſtitut. de iniuria curiæ illata.

Dotarium conſtitutum in terra feudali legitimè, uel in pecunia uiro præmortuo cum liberis, uel ſine dote data, uel non, uel data in pecunia rebus mobilibus, uel terra, uxor lucratur, & uxor habet dotarium & dotem, niſi ſpeciali pacto aliud inductum fuiſſet, ut poſt mortem mulieris reintegrentur terræ uel Baroniæ. & ſi dotarium eſt conſtitutum in pecunia, uel in re mobili, mulier ipſum lucratur quo ad proprietatem, ſi non habet filios ex illo matrimonio: alias habet tantum uſumfructum, & ſi non nupſit uocátur cum filijs in portione proprietatis in uirilem portionem. Sed ſi nupſit habens filios, quo ad uſumfructum ſuccedit, in alijs rebus dotarium conſtitutum uxor eſt uſufructuaria, & ſi conſtituit dotarium in terra, aut feudo, non requiritur conſenſus Regis:

ſis: & mortuo uiro vxor non tenet ipſam terram, uel eius vſumfructum in dotem ſine conſenſu principis: vide c. Regni, quod incipit, mulier dotarium, in titu. de dotariis. Sed an debeatur dotarium ſi non apparet per maritum conſtitutum, quia conſtat de dote, & non de conſtitutione dotarij? lex quæ eſt in c. prædicto, dicit dotarium legitime conſtitutum, & ſic requirit, quòd ſit conſtitutum. Dom. And. in conſtit. licentia, de conſtituendo dotario dicit, quod dotarium non debetur a feudatario, niſi ſit conſtitutum: ille uidetur loqui in feudatario. Sed an idem erit in burgenſi? videtur quòd ſic, per illud c. quod loquitur indiſtinctè in dotario conſtituto in pecunia, rebus mobilibus, vel re feudali. vide in auth. dos, de dona. ante nup. in gl. ſed debet dotarium conſtitui. ſed in fi. ipſius gl. ſecundum Azo. dicitur, quod ipſo iure dotarium eſt conſtitutum, ſed petitur res: uide ibi doct. ne erres.

Dotarium ſi eſt conſtitutum in terra Baroniæ poſt mortem uiri, vxor habere debet maritum, vel dominum: & curare debet pro terra dotarij, uidelicet, pro uita muliebri, captura perſonæ, & quod nō quærit aliquo ingenio dictum dotarium de ipſa licentia ſubtrahere, ſaluo per omnia mandato ſuperioris. Item filij eiuſdem matrimonij aſſecurationem facere non tenentur. Item tenetur iſta uxor præſtare ſeruitium & adoham pro ipſa terra dotarij ad requiſitionem domini Baroniæ, aliàs tenetur nominatus. per dominum ipſum poterit ea priuari: homines verò ipſius terræ dotarij aſſecurare debent ipſum dominum, ſaluo iure ipſius Baronis. Similiter ipſum comitem & Baronem aſſecurare tenentur, ſaluo iure ipſius dotarij prædicti, & grauamina illata iniuſtè per ipſam dominam, & ipſum Baronem proprietarium emendare: textus eſt in conſtitutione, mulier, de dotariis conſtituendis. Et no. glo. & tex. quòd dotarium conſtituitur in die, qua ſponſalia contrahuntur, & ante fores eccleſiæ, & plus etiam ſeruabatur antiquitus, quod Barones conſtituebant dotarium cum quadam ſolennitate, uidelicet, loco cuiuſdam gaudij ſeu ſtipul. conſtituebant per quendā cultellum cum ferro incuruato circa punctam ad modum putatorij figuratiue, quaſi dicat, homo eſt firmus & conſtans, tamen incuruatur & flectitur ad ipſum dotarium conſtituendum. Vnde ſic concipiuntur uerba inſtrumenti dotarij. Talis Baro iure Francorum viuens tali die ante fores eccleſiæ talis, ibi cum tali contraxit matrimonium, conſtituendo ſibi tale caſtrum, uel feudum in dotarium. Sed gloſſa prædicta dicit quòd hodie ſufficit, quòd appareat inſtrumentum ſimpliciter confectum de conſtitutione, & traditione quartorum bonorum mariti: & ſic aſſignatione & traditione dotarij, licet non ſit ſcripta prædicta ſolennitas, quoniam omnia videntur ſolenniter acta, & qualiter agat mulier, quando fuit facta traditio dotarij, & quando non, vide gloſſam ibi, & quando uxor agit contra extraneum hæredem viri? vide ibi gloſſam. Item iure Francorum dotarium debetur loco quartæ, nam de iure Regni quarta debetur ſoluto matrimonio vxori ex morte uiri. Item iſta quarta non debetur, niſi ſit conſtituta & tradita: ſed quadam conſuetudine illud obtinetur in quibuſdam partibus Regni, ut ibi gloſſa. Sed an iſta conſtitutio in totum, uel in parte ſit correcta per ſupradictam conſtitutionem, mulier quæ dotarium. ubi dicitur quod lucratur dotarium conſtitutum in terra feudali, ſi acquiritur, an debeat obſeruari iſta ſolennitas, quod uidet homagium, uel non, quia per iſtam conſtitutionem ipſa uita durante erat vſufructuaria? in hoc dubito: cogita. multum facit c. ſequens poſt mulier. ubi dicitur, q non dat mulier dotem ſecundo viro ſine licentia Regis, ſi nihil ſeruat Baroni, ut ibi uide.

Dotarium. Si feudatarius habet tria feuda, poteſt reſtituere dotarium in pecunia ſecundum qualitatem & quantitatem feudorum. Baro poteſt conſtituere dotarium ſuper uno caſtro, præterquàm in illo, in quo habet titulum vel dignitatem: vide conſtitutionem, ſi quis Baro. de conſtituendo dotario. Et ſi feudatarius habet unum feudum, & medium, poteſt in medio conſtituere dotarium. Sed ſi unum tantùm habet, in illo non poteſt conſtituere dotarium. Sed ſi in pecunia pro qualitate feudi & quantitate conſtituatur dotarium in conſt. licentia, corrigit conſtitut. præcedentem: quia ſi habet unum & medium feudum, non in pecunia conſtituit dotarium, ut ibi dicitur, ſed in feudi medietate conſtituetur dotarium, ut ibi dicitur.

Dotarium non debetur, niſi conſtituatur per feudatarium. Item debet conſtitui inter viuos, non in ultima uoluntate experitur conditione præſentis conſtitutionis. Item ſi teſtator dicit, Conſtituo vxori meæ dotarium: uel ſi eſt præſens, ſi eſt factum per nuntium vel epiſtolam, requiritur ratihabitio vxoris. Item ſi in ultima uoluntate fatetur conſtituiſſe dotarium uxori, ualet. Item contra hæredes uiri agit mulier perſonali actione, ut tradant, aliàs ad intereſſe teneantur. Item feudatarius non tenetur de neceſſitate conſtituere dotarium, niſi ſponte velit conſtituere. Item ſecundum conſtitutiones mulier non lucratur dotarium, niſi quando per verba recipiat dotem: & hæc in dotario in pecunia, uel in terra feudali. Sed capitulum Regni, quod incipit, mulier: vult quòd ſiue det dotarium, ſiue non, lucretur dotarium in pecuniam, uel terram, & dotem. Item agit contra tertiam perſonam condictione ex iſta conſtitutione, uel rei uendicatione. Item quando agit pro re particulari dotarij, agit confeſſoriæ, ſi non fuit tradita; aliàs ſi fuit tradita, agit condictione l. ſi quis argentum. C. de donationibus. Item quando aſſignat certam rem pro decem pro qualitate feudi conſtituitur dotarium. Item pro pretio conſtituet dotarium in vncias triginta. Prædicta omnia, & plura ponit Dom. Andr. in laicis in conſtitutione, licentia. de feudis dotariis. Item ſi mulieri fuit conſtitutum dotarium in 20. & datus fuit fundus in ſolutum: ſi acceptat, valet, & ſibi præiudicat. Si minus valet, & ſi eſt decepta vltra dimidiam iuſti pretij, reſtituitur per l. ij. C. de reſcind. uend.

Dotarium. An ſit idem in aliis burgenſibus, ſicut in feudatariis: vt non debeatur, niſi ſit dotarium, ut capit. Regni, quod incipit, mulier quæ dotarium. quod dicit, quòd mulier lucratur in pecunia, ſi lege ſit conſtitutum? vide gloſſam in authen. dos data. C. de donationibus ante nuptiis. & ibi gloſſa tenet, quòd debet conſtitui: & in fine tenet, quòd ipſo iure debetur, uide ibi Doctores, ne erres.

E

ECCLESIA gaudet tam de iure communi, quàm de iure capitulorum Regni: ut rei, qui confugiunt ad eccleſiam ab inde non extrahantur inuiti, ut in capitulo, item ſtatuimus. in rubr. quòd reo fugiente. Item eccleſia præſcribit cōtra fiſcum, & contra priuatum eo modo, quo priuatus præſcribit contra priuatum. Domin. Andr. in proœmio in §. j. uer. ſed quanto tempore.

Eccleſijs. An ſit licitum donare uel legare res & poſſeſſiones alijs obligatas? dic quod ſic: dummodo Curiæ Regis non ſint obligatæ: & iſto caſu poſſint donari, ſeu obligari ſuo onere, & ſic res cenſualis legatur cum ſuo onere: ut in cap. Regni, item ſtatuimus, quòd vaſalli, in tit. de uaſal.

Eccleſijs & venerabilibus locis non eſt licitum donare, uel legare poſſeſſiones, niſi per uiam permutationis: & ſi legauerit uel donauerit, infra annum debet ipſas uendere: ut in conſtit. prædeceſſorum. de rebus ſtabilibus eccleſiaſt. non alien.

Ædificia prohibentur fieri in demanialibus locis ſine expreſſo conſenſu Regis, vt in conſtitutione, caſtra & loca. de nouis ædific. Barones in locis propriis poſſunt facere, ſi non ſunt propè confinia Regni: dummodo quòd non ſint ad æmulationem, & materia ſcandali exinde oriatur, ut in conſtitutione, caſtra & loca. ibi poſita.

Emphyteuta. Si emphyteuta meus facit emphyteutam, licet non ſit meus emphyteuta, tamen ſi non ſoluit mihi mercedem, repeto ab eo. Dom. Andræ. in conſtitutione, dom. a uaſallis, de aſſecurando dominum.

Emphyteuta. Bona quæ tenentur a Rege in emphyteuſim, uel ad cenſum per Barones, milites, & alios cuiuſcunque ſeruitij, non poſſunt alienari, uel in alium transferri in totum, uel in partem ſine conſenſu Regis, ne Curia Regis fraudetur, tam inter uiuos, quàm in vltimis uoluntatibus, ut in conſtitutione, hac edictali, de reuoc. feu. Sed an bona emphyteutica, quæ tenentur a fiſco, poſſint uendi ſaluo iure redditus fiſci? uidetur quòd ſic, per textum ibi in fine, ut ibi dicitur: Sed Domin. Andræas intelligit ipſum textum, quando aliquis obligat feudum ſuum fiſco pro decem quolibet anno ſoluendo fiſco: & tunc ſi uendo illud feudum ſic obligatum, ſaluo iure cenſus fiſci, & tunc tenet: Sed ſecus in alijs cenſibus, & redditibus, qui debentur pro rebus, quæ tenentur a fiſco: quia non poſſunt uendi, nec alienari inter viuos, uel in ultima uoluntate, etiam ſi diceretur, ſaluo iure cenſus uel redditus Curiæ ſine cōſenſu Regis, uel niſi Rex poſtea confirmaret. Dominus Andræas in dicta conſtitutione, hac edictali.

Excadentia. Quando terra, uel caſtrum deuoluitur ad principem per excadentiam: & princeps concedit rem particularem excadentiæ, uel totum, non requiritur quòd princeps dicat ex neceſſitate, ex certa ſcientia in priuilegio, ſed ſufficit quod dicat, concedimus tibi talem rem, caſtrum, uel ciuitatem, quæ deuenit ad nos per excadentiam talis: licet non dicat ex certa ſcientia. Dom. And. in conſtitutione, dignum fore credimus. de iure Curiæ. Sed quid ſi rem ſingularem per excadentiam Rex concedit uni cum ſeruitio, uel ſine, & poſteà concedit excadentiam totam cum ſeruitio conſueto, an debeat ſoluere antiquum ſeruitium, non obſtante, quod eſt diminuta certa res, uel quòd excomputetur Curiæ illud, quod præſtatur pro illa re? Et dicitur quòd totum ſeruitium in dubio debet ſoluere, prout facta eſt conceſſio. Dominus Andræas ibi ſic tenet, quòd Rex poteſt concedere bona excadentia ſine ſeruitio, & minori quàm ſolitum eſt, dummodo quod dicat ex certa ſcientia, uel non obſtante, &c.

Excadentia, vel tenimentum, uel beneficium, quod tenet uaſallus a Barone non in feudum, non poteſt ipſum alienare ſine licentia Baronis. gloſ. in conſtitu. ſi quando contingit. de hominibus Baronum.

Exceptio. Peremptoria replicatio, & triplicatio quando oppo-

nitur, datur iuramentum quòd non malitioſè opponitur, non obſtante iuramento calumniæ in principio cauſæ oppoſito, in hoc corrigitur ius commune, & remittitur arbitrio iudicis, uide conſti. ſi exceptio. de interrogat. litiga. Et ſi in termino dato non probat, ad expenſas tenetur ſacramento partis, & taxatione iudicis, ut ibi. Et hæ exceptiones peremptoriæ debent opponi infra biennium poſt litem conteſtatam, ut in conſti. legitime. de iura. calum. ibi, contentos defenſiones omnes &c. Et glo. ibi dicit, q illa conſtit. dat modum circa exceptiones peremptorias gratia diminuendarũ litium & hoc quãdo conuentus reſpondet & litigat per ſe, ſi per procuratorem, qui reſpondet per uerbum ignorantiæ ſeruata conſcientia principalis, tunc opponi poſſunt exceptiones peremptoriæ, ut ibi. & in hoc corrigitur ius commune.

Exceptio. Filia communis gentis, ſiue generis, & quòd non ſit hæres, & ſimiles, ut in glo. licet ſint peremptoriæ, & excluſiuę intentionis ſecundum Dom. Andr. non impediunt litis conteſtationem ſuper principali, & ſuper exceptione proceditur. Et hoc eſt ſpeciale in iſtis quatuor, & ſimilibus, & in aliis perẽptorijs exceptionibus permanet ius commune, ut ſunt illæ quatuor, quæ impediunt litis conteſtationem, ut rei iudi. tranſactionis, iuriſiurandi, & pacti, & idem in aliis ſimilibus, quæ impediunt intentionem agentis, ut non es mater, ut in gloſ. in uerbo, uillicationis. de litis conteſt. & ibi Do. And. & prædictæ quatuor exceptiones, & ſimiles excludunt illud, quod eſt de intentione actoris: quia ſi agis, ut filius, & opponitur, quod non es filius, & ſic de aliis: & ſic corrigitur l. non ignorat. C. qui accuſare non poſſunt. Differunt tamen ab aliis peremptoriis, quia illa perimit actionem, ut peto decem, & ille probat ſolutionem, excludet actionem, primo caſu excludit agentem non actionem: aliæ impediunt litis conteſtationem.

Exceptiones & articuli non poſſunt opponi & dari per reum in die feriata. Bart. videtur tenere q ſic, uſque ad illum actum præſentationis, ad inſtar libelli. l. miles. §. quinquaginta. ff. de adulteriis. l. qui domum. in §. miles. eodem tit. per Bartolum, licet terminus ad opponendum exceptiones non poſſit dari in die feriata, ut in dicto §. quinquaginta. & Bartolus, obſtante tamen conſtitutione, lite legitime conteſtata, ubi dicitur, quod infra biennium iura probatoria, & exceptiones, & articuli in iudicio ſunt offerendi, & etiam in actis. & ſic videtur, quòd non poſſint offerri die feriata. Sed quæro, ſi iura debẽt dari eodem die, vel ſequenti, & ſequens dies incidit in feriatam diem, an debent offerri eodem die, vel ſequenti in iudicio, & ſic non die feriato; puto quod illud uerbum in iudicio, ſumitur largo modo, & hoc etiam facit conſuetudo, quia ſequenti die dentur iura, etiam ſi dies ſit feriatus.

Exceptio emergens eſt, quæ emergit ante litis conteſtationem, vt ſi dico te iudicem incompetentem, vel falſum teſtem, uel dilationem dandam, & ſimiles. Incidens eſt, quæ competit poſt litis conteſtatio. vt rei iudicatæ, tranſactionis, & ſimiles: ſuper emergenti eſt pronunciandum: ſuper incidenti non. vide gl. in conſtitutio. ſi ciuiliter agẽs, de conteſta. in criminali. Exceptiones præiudiciales ſunt, ut exceptio excommunicationis, infamiæ, & rei uendicationis. Item cum agitur familiæ erciſcundæ, & negatur quod ſit hærẹs. Item communi diui. & negatur conſocius, vel exceptione quod metus cauſa, doli, & ſimiles præiudiciales, quando opponuntur, & probantur ſuper eis, non pronunciatur ſuper principali, prout eſt probatum, quia ſi probatur præiudicialis præiudicat cauſæ principali. Et illæ ſunt incidentes. vide gl. in dicta conſtitutio. de iſtis exceptio. vide in l. i. de ord. cog C. de dila. l. a procedente. Et no. quod incidens exceptio perimit, emergens vero iurgia differt. Prædicta ſi obiiciantur ante litis conteſtationem. Item in ciuili uel in criminali, uide compendioſam Bal. in tit. de exceptio. emergen. in 6. quæſtio. Nota de iſtis præiudicialibus omnibus, quia non impediunt litis conteſtationem, nec proceſſum: & ſic ante litis conteſtationem poſtea poſſunt opponi, ut in conſtitutio. ſi ciuiliter Et quæ ſint exceptiones præiudiciales, uide Inſtit. de actio. §. præiudiciales.

Exceptio excommunicationis ſi agitur criminaliter, uel petitur reſtitutio poſſeſſionis violentæ, & accuſatus uel conuentus opponit contra accuſantem, vel actorem exceptionem excommunicationis, non obſtante tali exceptione iudex ex ſuo officio non ad petitionem partis, ſed parte ſilente, procedit ſuper vtraque, & ad determinationem prinę cauſæ, & iſtius exceptionis, uide cap. Regis Roberti quod incipit, Robertus, &c. Iuſtit. principatus. & ſi ſpoliationem opponit, debet iurare, quòd non calumnioſe, nec cauſa differendi iudicium illam exceptionem opponit, & iſto caſu datur terminus ad probandum, & ſi deficit in probatione exceptionis, iudex ex officio non expectato alio, debet mandare ipſi expolianti, ut reſtituat poſſeſſionem: quia conuincitur in cauſa reſtitutionis propter mendacium, quo vſus eſt opponendo exceptionem excommunicationis. uide c. ſequens Regni quod incipit, iudiciorum, & intelligo illud c. iudiciorum in expoliatione, ſine violentia, ubi interuenit violentia, ſerua c. proximum, quod incipit Robertus, &c.

Exceptio ſuſpecti iudicis deleg. poſt litis conteſtationem oppoſita omnino ceſſat, & non eſt admittenda per iudicem, niſi emerſerit dicta ſuſpitio, & liquide liqueat, & manifeſte ſe oſtendat, & aliter non admittitur, ut in cap. Regis Roberti. quod incipit, prolixitatem tollere, &c.

Excommunicatio. Si iudex mandat ſub pœna excommunicationis, non eſt excommunicatus, ſi non fecit, extra de iure patronatus. capit. relatum, & locati, cap. 2. & hoc ſi ſtetit iudex in finibus prohibitionis: ſecus ſi dicat iudex, quod ſit excommunicatus, & tunc erit ſi contrafecerit. Domin. Andræ. in conſtitutio. edictorum, in ulti. col. & in conſtit. ſi vaſallus, de fideiuſſor. Domini a vaſal.

Excommunicatus a canone, uel ab homine iuris ordine ſeruato, ſententia lata. ſi durat in excommunicatione ultra annum, & fuerit denuntiatum ſeculari Curiæ per ipſum Prælatum excommunicantem, uel ſucceſſorem, vel per capit. ſede uacante, debet puniri per Curiam ſecularem, ut in capit. Regni, Item ſtatuimus quod ſi contingat, in rubrica, quòd ſit excommunicatus. Item ſi permanſit in excommunicatione lata a canone, vel promulgata ab homine, iuris ordine ſeruato per annum, ſi fuerit Comes ſoluet Curiæ Regis uncias 24. Si Baro 12. miles ſex, ruſticus vnã & mediam, & ſi in ſequenti anno durauerit, duplum ſoluet, niſi infra ipſum tempus abſolutionem petierit, & Prælatus denegauerit, uel ſi appellauerit & fuerit proſecutum in cauſa appellationis, ut in capit. Regni, ſi quis in excommunicatione.

Excuſatio. An in executione ſententiæ pars, contra quam fit, ſit citanda? Innoc. tenet quòd non, c. in ex ratione. extra de appel. & in clemen. ſæpe. de uerb. ſignif. Sed Dom. And. in conſti. dila. arguit pro & contra.

Excuſator. Si reus citatus excuſatur non proceditur ultra contra reum, tanquam contra contumacem, ſed dabitur terminus executori, infra quem denunciet citato, ut ueniat ad iudicium, quia etiam in capitali interuenit excuſator, licet non procurator. ff. de procur. l. ſeruum quoque. §. publice. Vnde ſi allegat quòd reus erat abſens cauſa reipublicæ, & probat, non proceditur ultra, & hoc ſpeciale, quia non datur terminus excuſatori vſque ad reditum ſuum etiam ſi eſſet lis inchoata, nam ſi non excuſaretur haberet reſtitutionem. C. de re mili. l. 1. Si vero excipitur quod tempore citationis erat abſens cauſa probabili, ut ſtudiorum: uel uoluntaria, ut mercantiæ, tunc dabitur terminus ad excuſandum, infra quem denuntiet citato, ut compareat ſecundum locorum diſtantiam, & ſic intelligitur illud, quod dicitur, quod citatio debet uenirẽ ad notitiam citati. ff. de appel. l. ſi ex conſenſu. §. fi. & in conſtitutio. edictorum. Nam ſi abſens dimiſit procuratorem generalem, potuiſſet petere tempus, ut notificet domui, an uelit cedere uel contendere. l. ſi quis inſtituatur. ff. de hæredibus inſtituen. Vnde ſi excuſator dicit citatum infirmum, vel peregre acceſſiſſe, vel ad Sanctum Iacobum, debet prorogari terminus, etiam ſi morbus erit grauis, ut ſonticus. ff. ſi quis caut. l. 2. §. ſi quis. ſecus ſi leuis febris, uel quartana. ff. de re iud. l. quæſitum. & tunc ſi abeſt cauſa reipublicæ. Domin. Andræ. in conſtitut. edictorum, de lit. citator. Sed quia requiritur quòd excuſator probet cauſam abſentiæ per teſtes, vel iuramentum ſuum, arbitrio iudicis, ideo Domin. Andræ. dicit: fallit in clerico excuſante, qui debet probare, & ſatiſdare de reſarciendis expenſis, & intereſſe ſi non probat. Domin. Andræ. in dicta conſtitutio. edictorum. Sed quomodo probat aliquem abſentem, puta, dicit teſtis, quòd uidit ipſum in tali loco, non præſumitur, quod nunc ſit ibi. Item dicunt quòd ante citationem uiderunt eum recedere de terra dicentem ſe ad aliquem locum uelle accedere, uel dicentem ire peregre. Domin. Andræ.

Excuſator comparet in iudicio, & allegat citatum abſentem, ſed neſcit quo iuit, quia uidit ipſum abſentare, dabitur ſibi dilatio quantum poſſit ipſum perquirere per prouinciam, & non præſumitur ſe ulterius abſentaſſe. Dom. Andr. in conſt. de literis citato. Sed ſi delictum eſt commiſſum, & accuſatus eſt Titius, & conuictus, comparet excuſator, ſi probatur quòd in die commiſſi criminis, vel præcedenti accuſatus fuit uiſus in loco commiſſi criminis, iudex procederet contra accuſatum, non obſtante excuſatione, ut in c. Regis Caroli, quod incipit, poſt commiſſum.

Excuſator. Si citetur infirmus, uel abſens, excuſatur, ſed datur excuſanti iuramentum: quia ſuo iuramento datur arbitrio iudicis. & ſi deſerat ſcienter, an puniatur pœna manus? Do. And. in dicta conſtitu. de lit. cita. arguit pro, & contra. concluſiue dicit, quod ſi contrarium probetur eius, quod excuſator iurauit, tenetur ad expenſas excuſator, & intereſſe actori. Sed quia eſt difficilis probatio intereſſe, non male faciunt iudices excuſatorem obligari ad certam pœnam. Domin. Andr.

Excuſator non poteſt comparere ad allegandum cauſas cauſę, vt quia citatus non tenetur comparere, quia actor, uel iudex eſt excommunicatus, ſed tantum cauſas abſentiæ, ut in c. ueniens. extra de accu. Domin. Andr. in d. conſtit. 1. de lit cita. §. 1. Sed cauſas iuris bene poteſt allegare, ut quia citatus non potuit citari, quia minor ſeptennio, ut ibi dicit Dom. Andr.

Excuſator. An infamis, vel minor, vel clericus poſſint comparere in iudicio ad excuſandum aliquem? dic quod ſic. Dom. And. in dicta conſti. Item eſt dubium de clerico, & dicitur quod debet ſatiſdare, ſi non probat abſentiam, quia ſoluet expenſas, & intereſſe, quia non ſtatur ſuo iuramento, vt in alijs ſecularibus, vel niſi immiſceat ſe in negotijs ſecularibus pro minori malo.

Excuſator poſt contumaciam re integra, admittitur, ſi ſtatim poſt interuenit, & ſi iuſta cauſa eſt, non tenetur ad expenſas, ſi non multum poſt tempus interuenit excuſator. alias tenetur actori ad expenſas à die contumaciæ uſque ad illum diem excuſationis, niſi iuſtam cauſam abſentiæ alleget & probet, quia tunc excuſator non tenetur ad expenſas, ſicut nec principalis. Do. And. in conſtit. citationis, in fi. de literis citatorijs.

Executio ſententiæ petitur per officiū iudicis ſeruiens iudicio, & in executione mandati tranſit in rem iud. ff. de rei uend. l. qui reſtituere. & de re iudi. l. a Diuo Pio, in princ. & iudex manu militari aufert rem quæ eſt in condemnatione. C. de exec. rei iudi. l. 1. & 2. & fi. Et hoc officium deſeruit liti & iudicio excepto & finito, quia nihil prodeſt, &c. C. ad Syl. l. penul. Nec datur libellus quando ſic agitur, arg. l. de pupillo. §. meminiſſe. ff. de noui operis nunc. Et an pars ſit citanda? doc. tenent quòd ſic. ſed Inn. contrarium. uide Domin. Andr. in conſtit. dila. & uide ſupra proxime. Alio modo petitur per actionem in factum ex re iudi. ff. de excep. rei iudi. l. ſi a te. §. 1. in fi. & tunc requiritur libellus, & ordo iudiciarius. ff. de re iudi. l. 4. Domin. Andr. in dicta conſtitutio.

Expenſæ debentur victori a victo, & eſt in electione victoris ipſas expenſas probare teſtibus, vel iuramento ſuo taxatione iudicis præcedente. Vnde ſi poteſt probare ipſas expenſas per teſtes, reſtituentur ei prout probat, ſine taxatione, ut in conſti. duorum principum. de expenſis. Item iudex appellationis condemnat de expenſis factis in cauſa principali. Dom. And. ibi.

F

FALSVM. Non tenetur de falſo, qui inſtrumento falſo vtitur ignoranter, vt in conſtit. qui falſo inſtrumento. & qui falſitatem inſtruit teſtibus, pœna falſi tenetur, vt in conſti. qui falſitatem. Et qui celat inſtrumentum, uel teſtamentum publicum, de falſo tenetur, vt in conſti. teſtamentorum. & qui teſtamentum patris aboleuerit, falſi tenetur, ut in conſtitu. ſi quis patris. Et qualitas perſonæ aggrauat, & releuat a pœna falſi, ut in conſt. qualitas. quæ omnes conſtitutiones ſunt in tit. de falſ. & de adult. mone.

Familiares Iuſtitiariorum, & capitaneorum, vel aliorum officialium ſine ſpeciali mandato ratione delationis armorum, uel alia cauſa non capient aliquē de perſona, ne iniuriā inferant, non auferāt res, nec auferant paleam, fœnum, ligna in locis habitabilibus recommendata, nec animalia, vel lectos, aut domos ingrediantur dominis inuitis, hoſpitibus eorum non inferant moleſtiam, & ab omni inſolentia abſtineant. Et ſi contrafaciant, pro captione perſonarum, & iniurijs illatis perſonis priuatis, priuantur equis & armis, & pro uiolentia illata qualibet vice puniuntur in vnam vnciā: & iſtud prohibetur etiam fieri a ſtipendiarijs familiaribus Regis, ut capitulo Regni, quod ſtipendiarij, & ſequentibus, & aliud, Item quod Iuſtitiarij, & iudices. & vide aliud, ad audientiam noſtram. vide aliud, Item ſtatuimus, quòd domos.

Feriæ. Licet per conſtitutiones Regni numerentur certi dies feriati ad honorem Dei, in quibus non debet reddi ius, vt in conſtitutione, Baro. de fer. Tamen hodie ſtamus iuri canonico, quod diebus ad honorem Dei feriatis, partibus renuntiare non licet. l. 1. C. de ferijs. Idem in omnibus feſtis, quæ populus illius terræ ſolenniżat, vbi redditur ius, ut extra de ferijs. c. fi. Do. And. in dicta conſti. de iure Longobar. tempore meſſis, & uindemiarum ſeruantur feriæ, & ita ſeruatur in regno, ut dicit gl. in dicta conſti. Sed an in feſto Natiuitatis Domini ſeruentur ſeptem dies ante, & ſeptem poſt? gloſ. dicit quòd non, ſed in Paſcalibus ſic, ut d. conſti. Item partes non poſſunt renuntiare ferijs ſolennibus ad honorem Dei. Idem ſi ad honorem Principis, vt dic Natiuitatis ſuæ, ſicut in alijs repentinis, vt meſſium & vindemiarum, quia renuntiatur. l. 1. ff. de ferijs. Item in die Dominico non fit executio ſententiæ. l. dies feſtos. C. de ferijs. Nota ex tex. quòd contractus poſſunt fieri diebus feriatis, & ſalarium debetur pro illis, ut uidebitis ſcriptum infra in uerbo, notarijs.

Feudatarius poteſt maritare filias, uel neptes, uel amitas ſine conſenſu Regis, dummodo non det feudum in dotem uel rem feudalem, vel non contrahat cum filio proditoris: quia iſtis caſibus requiritur conſenſus: uide conſtitutionem regni, item ſtatuimus, de matrimonio contrahendo.

Feudatarius Baronis ſi venit priuandus feudo propter culpam & defectus commiſſos contra dominum, & Baronem, quæ & qui ſi eſſent probati, eſſent ſufficientes ad priuandum feudatarium, non cognoſcit magiſter Iuſtitiarius, ſed eliguntur compares, ſi ſunt ſub ipſo Barone, qui cognoſcit de cauſa, & non de defectu, quæ & qui opponuntur contra ipſum feudatarium, & poterunt recuperari, licet eligantur a parentibus, tanquā ſi fuiſſent electi a Rege, & cognoſcerent compares ſeruato iudiciario ordine dato libello, & habitis ſolennitatibus iudicij & data ſententia per iudicem ordinarium, ſcilicet. Iuſtitiarium, uel magiſtrum Iuſt. & ſententiabunt ipſum feudatarium fore priuandum propter cauſam. Et iſta determinatio dicitur Exguardium, ſeu Laudamentum, & ſic priuatur feudatarius, id eſt, extra poſſeſſionem fit. Item poteſt appellari a paribus iſto caſu, & dictus dominus non poteſt eſſe iudex in cauſa ſua, nec inter uaſallos feudatarios, ſed Iuſt. & ſic dominus petit, quòd dixerit propter cauſas quod per eos fiat proceſſus, & detur ſententia, & ſi non appellatur mittitur dominus in poſſeſſionem per Iuſtit. & non propria authoritate. D. And. in conſt. ſi vaſallus. de fideiuſ. vaſal. Sed quid ſi non ſunt alij feudatarij, & tunc nō poteſt per pares, & tunc Iuſtitiarius cognoſcit, ut in conſti. ſi vaſallus, de fideiuſ. vaſal. per Do. And.

Feudatarius ſi requiſitus vt ſoluat ſeruitium, & recuſat, priuatur feudo. Sed quid ſi uenit & portauit ſeruitium diminutum, quia minus, an debet perdere feudum, an ſoluere quadruplum? diſtingue ſi ſcienter venit, & portauit diminutum, aut ignoranter, quia fuit hęres, & iſtis duobus caſibus quando ſcienter, & quando ignoranter ſunt pęnæ perditionis feudi, & ſolutionis quadrupli eius, quod diminute ſoluit, uide per Dom. Andr. in conſt. ſi uaſallus. in ultima colum. de fideiuſ. vaſal.

Feudatarius ſi dicit: Domine, oſtende mihi quantum ſoluere debeo: an teneatur dominus, ſeu Rex oſtendere? Dic ſi eſt notum feudatario de ſeruitio, ut quia habet priuilegiū. uel aliàs ſoluit, & non tenetur dominus oſtendere, & ſi hæc non ſunt, æſtimabuntur fructus feudi, & pro 20. unc. ſoluatur pro uno milite. Item ſi dominus dixit vaſallo, oſtende mihi feudum quod a me tenes, & non poteſt oſtendere, oſtendat bona quæ tenet a feudatario, quorum ualor pro portione æquiparatur ſeruitio, quod exprimit Dom. And. in conſt. ſi uaſal. de fideiuſ. uaſal.

Feudatarius qui a Comite uel Barone feudum, Baroniam, uel caſtrum tenet, quod feudum in quaternionibus dohanæ regis, uel Baronis inuenitur, ſi moritur, eius mors ſignificanda eſt per Baronem, vel Comitem, & feudum teneri infra annum denumerando a tempore mortis, & quid & quantum quod ab eo tenebat defunctus, & ſic etiam mobilia, quæ tenebat defunctus, aſcribi debent ſeriatim, & omnia in forma publica redacta ad Curiam Regis deſtinentur, ut ex eius mandato feudum aſſignetur, cui Rex aſſignare mandabit, & ſi Baroniam quæ ſpectat ad conceſſionem Regis ipſe Rex conceſſit, ſcribet Baro a quo feudum ſeu Baronia tenetur, ut illud feudum, quod tenetur ab eo, ſiue ſit caſtrum, ſiue terra plana, Baro aſſignare debeat, cui Rex conceſſerit nulla mora tracta, recepta ab eo aliqua quantitate pecuniæ uſque ad 10. unc. ut in conſti. per mortem. de morte Baro. Item dicit glo. ꝙ habet locum iſta conſti. quando defunctus feudatarius non reliquit ſucceſſores. Sed quęro, reliquum huius feudi cui debetur, Regi vel Baroni? glo. concludit quod Baroni. Et ſi iſte feudatarius moritur ſine hærede ad quem reuoluitur feudum, fiſco an Baroni? videtur ꝙ Baroni, cui debetur releuium. Item quia non tenetur immediate a Rege, quia Baro eligit, concedit & præſentat, cogita ne erres. Do. And. dicit ꝙ d. conſti. corrigitur per c. Honorij quod incipit, ſi contigerit. in quo dicitur, quòd non Rex, ſed Baro confert feuda perſonæ idoneæ præſentando regi Baronem, & pręſentabitur, ut uideatur ꝙ non ſit perſona ſuſpecta Regi. Sed ſi Rex ſine cauſa dicit, quod propter ſuum intereſſe non vult, ꝙ ille habeat feudum, non eſt audiendus propter illud c. Sed dicit Dom. And. quod iſtud c. non ſeruatur, ſed dicit, quod ſeruari deberet, quia non quid ſit, ſed quid fieri debet intuendum eſt.

Feudatarius ſi commiſit rebellionem, uel mortuus eſt ſine herede legitimo, cui applicari debeat feudum, & alia bona mobilia? Dic ſi immediate tenet feudum a Rege, alia bona mobilia applicantur fiſco, ſi tenet feudum a Barone, ſiue ſit feudum quaternatum, ut ſupra proximo, ſiue non, tenet illud a Barone, tunc in caſu prædicto, ſ. rebellionis feudum reuoluitur ad Baronem, ſed reliqua bona immobilia ad fiſcum, ut eſt gl. in conſti. poſt mortem, de morte Baronis. in uer. munificentiæ. Sed Do. And. dicit, ꝙ ſi uaſallus Baronis damnatur ad pœnam pecuniariam, eſt Baronis, qui habet feudum cum iuribus ſuis, ſed ſi damnatur ad publicationem bonorum Burgenſaticorum, omnia ſunt Regis præter ea, quæ tenet de Baronia, quia ſicut perſona eſt Regis, ſic bona. uide ca. Honorij quod incipit, ſi aliquem. in quo conſtituitur modus ſuccedendi in feudo, & conferendi, licet Dom. Andr. dicat, quòd illa capitula non ſeruantur, ſed non quod ſit, ſed quod fieri debet, &c.

Feudatarius ſi requiratur a Domino ut ueniat ad ſoluendum ſeruitium ſub pœna priuationis feudi ad certum tempus, ſi non uenit, an ſit neceſſaria ſententia? dic, quòd ſi mandatum dicit, ſi non uenit ex tunc ſit priuatus, ſine ſententia eſt priuandus, aliàs requiritur ſententia. Do. And. in conſtitutione, edictorum. de literis citatorijs prope finem. in conſtitutio. ſi uaſallus, de fideiuſ. a uaſallis.

Feudatarius ratione lenocinij priuatur feudo, unde retinendo vxorem deprehenſam in adulterio, perdit feudum. Domin. Andræ. in conſtitut. de leno. & rapto. Item ſi contrahat amicitiam cum inimicis Domini priuatur feudo, argu. gloſ. in l. liber. uer. amicitias. C. de inoffi. teſtam. ff. de offic. præfecti vrb. l. 1. §. cum patronus. ubi doct. in ipſa gloſ.

Feudatarius vt Comes, Baro, & alij ſi ſunt requiſiti per Regem, vt ſeruiant perſonaliter ratione feudorum, quod accedant ad conſilium cum Rege, ſi ſunt conuenti criminaliter debẽt mittere procuratorem inſtructum, ſi forte alium mittit pro eo uel ſoluit augmentum in pecunia, ipſe feudatarius debet comparere, vide Do. And. c. Regis Roberti uel Baro. uide conſtit. de hoſti. excep.

Feudatarius a Rege feudum tenẽs in agendo & cõueniendo criminaliter, uel ciuiliter, vel quando inquiritur contra eum per aliquem eſt damnandus per ſententiam dandam pro eo, ut in conſtitutio. item ſtatuimus. in rub. quod Comites uel Barones, & no. in conſti. uniuerſis, uide ſupra in ver. Comes. & idem in conſti. uniuerſis.

Feudatarius, ſi eſt officialis, & facit iniuſtitiam Comiti, uel alteri, a quo tenet feudum perdit feudum. Dom. And. in conſti. ut participatio. de iniuria curiæ illata.

Feudatarius habens tantum vnum feudum, & habens ſororem ad maritandum poteſt obligare partem illius feudi pro maritagio in pecunia communi. Si tria uel plura feuda habet, vnum poteſt dare in dotem. Item matrimonium iſto caſu contrahitur cum conſenſu Regis, & quando datur feudum in dotem, & ſi eſt ſoror ex patre, uide in conſtitutione, fratribus, de fratrib. obli. par. feu. ubi tenet, quòd ſorori ex eodem patre. Dom. And. idem. Item iſti ſunt caſus ſpeciales, q feuda alienantur ut in dote & in dotario, ut in glo. & dotatio ſine licentia Regis, ut in conſtit. Regni, mulier quæ dotarium. ſecus in dote, ut in c. item de matrimonio contrahendo.

Feudatarius ipſo mortuo debet notificare Regi hæredes ipſius ſi ab eo tenet feudum, uel Baroni ſi ab eo tenet, infra annum, vt dicunt in conſti. poſt mortem. de morte Baronis. Sed quid debet facere hæres Baronis poſt mortem Baronis? vide plene de hoc in cap. Regis Roberti, quod incipit, in nomine Dei æterni.

Feudatarius ſi vult agere & reuocare aliquam rem particularem diſtractam à feudo, qualiter concipiet libellum? vide conſtitut. conſuetudinem, in uer. cum his. & erit forma, Ago contra talem, qui tenet talem rem alienatam a feudo, ſeu partem feudi pertinentem ipſi feudo, vel quotam ipſius, quare petit ſibi reſtitui ac reintegrari & deduci ad dictum feudum, ſeu partem, & vocatur actio reuocatoria: nec oportet quod probet ſe Dominum, ſed quòd poſſedit feudum, & ſeruitium debitum præſtitit, & ipſe eſt tanquam organum feudi, tanquam ſi ipſe eſſet intus feudum, & feudum loqueretur. Sed quando agitur ad totum feudum, uel quotam, debet probari de dominio, vt dicit gl. in ſi. dicendo ſe eſſe Dominum, & ad ſe feudum, uel quotam pertinere ad eum iure dominij, uel aliter dicit gloſ. puta quòd Rex conceſſit feudum, & nondum cepit corporalem poſſeſſionem, & competit ſibi ius agendi uigore conceſſionis, licet per apprehenſionẽ poſſeſsionis non ſit adeptus poſſeſsionem. uide gl. hic.

Feudatarius bannitus ob maleficium ſi per annum poſtquàm fuit bannitus in contumacia perſeuerat, foriudicatur ab eodem præſide, qui eum banniuit. Et foriudicatus pro confeſſo & damnato habetur de crimine, & nullum remedium excuſationis, vel appellationis habet: ſed a quolibet, ut hoſtis publicus legitime poteſt occidi, & qui ceperit & noluerit ipſum occidere repræſentet ipſum Iuſtitiario regionis, qui eum mittit puniendum iudici, qui eum banniuit, & ſi propter diſcrimina uiarum non poteſt eum remittere, referat principi, & ſimili pœna tenentur recepeatores. tex. eſt in conſtitutio. pœnam eorum, de forbannitis. Sed gl. quærit, an poſt annum iudex uolens foriudicare debeat ipſum bannitum citare, & an requiratur ſententia foriudicationis? & tenet quòd ſic, poſtea tenet, quod non requiritur citatio, ſed bene ſententia. Poſtea concludit quòd prima continet æquitatem, ſecunda non. & Dom. Andr. dicit quòd ſemper citatur ſi bannitus uenit ante ſententiam foriudicationis, uel ſi mittet aliquem offerendo fideiuſſorem idoneum de ſtando iuri, auditur etiam poſt ſententiam iudice ſedente pro tribunali: vide conſtitutio. Regni, quæ incipit, ſi quis fuerit forbannitus. & ibi tractatur iſta materia, & multum corrigit. Item officialis pronuntiat ad requiſitionem Iuſti. qui forbanniuit, & tenetur capere forbannitos exiſtentes in territorio iuriſdictionis, vt in cap. Regis Caroli, quod incipit, mandamus etiam, vt quoties. Quæ eſt differentia inter forbannitum & foriudicatum, an poſsit foriudicatus allegare ſuam ignorantiam, vide ſupra in litera bannitus, & nota ex gl. magna, quæ dicit, quod ultimus dies anni eſt dies peremptorius banniti. Et ſi accuſator ultima die anni non compareat in iudicio ad accuſandum contumaciam, eſt circundictum edictum, & non poteſt foriudicari, & oportet, quod ille accuſatus denuò accuſetur per accuſatorem, vel alium, & ſic apparet quod illa citatio durat per totum annum, & in fine eſt vltimum peremptorium tam accuſato, quàm accuſatori, uide glo. Dom. And. in prin. Nota quod foriudicatio habet locum ubi imponitur pœna mortis, deportationis, inciſionis membri, perpetuus carcer, & non in aliis caſibus, ita dicit capi. ſiue quis forbannitus, de foriudica. & eſt Regis Caroli: & ſic tenet Domin. Andr. & in hoc corrigitur & limitatur etiam ipſa conſtitutio.

Feudi fructus, cuius debent eſſe, quando moritur feudatarius, & feuda reuoluuntur ad Curiam, an hæredis Domini feudatarij, uel Domini? vide Dom. And. in 10. collat. in titu. hic incipit lex Corra. §. & hic conſequenter, & ſic de Capellanis, & Prælatis de fructi. Prælatorum Epiſcopatus, quot partes debent fieri. vide ĩ. in verbo Prælati. An miſſus ex primo decreto lucretur fructus? dic quòd ſic per tex. ſingul. in l. Fulcinius. §. ſi. ff. ex quibus cauſis in poſ. ea. & uide fuiſſe de mente Inno. in cap. dilecto. de uerb. ſign.

Feudum. Si venditur aliqua res tanquam feudalis cum aſſenſu ſuperioris, an præſumatur feudalis? dic quod ſic. vide Dominum Andræ. in capit. 1. circa medium. de controuerſia feudi apud pa. faciunt no. per Barto. in Authen. qui rem. C. de ſacroſanctis eccleſijs, & Bal. in capit. 1. §. præterea ducatus. de prohibita feudi alienatione per Fredericum. & Angel. in l. ſi vacantia. in fine 6. colum. C. de bonis vacan. & vide Domin. Andræ. in capit. 1. in princ. ulti. colum. qui. cau. feud. amitt.

Feudum. Hodie mortuo feudatario deſcendentes ſuccedunt vſque in infinitum, ſiue tenuerit à Rege ſiue à Barone, & ſi mixti ſunt maſculi & fœminæ, maſculi ſuccedunt, & ſi non ſunt deſcendentes fratres & ſorores, ſiue ex utroque parente, ſiue ex altero ſemper intelligas maſculos præferri fœminis & maior natu præfertur. Si uiuebant iure Francorum, filij fratrum in his quæ fuerunt communis aui, illud ius quod pater eorum habuit, in acquiſitis patruo nepotes non ſuccedunt. filiæ minores in capillo in domo manentes præferuntur ſorori maiori maritatæ de paragio. ſecus ſi de bonis patris nõ ſunt maritatæ. Si iure Longobardo viuerent collatis dotibus in viriles ſuccedunt. vide conſtitutio. ut de ſucceſsionibus. de ſucceſsio. Comitum & Baronum. Item in ſucceſsione feudorum ſemper inſpicias formam conceſsionis, quia ſi ponitur pro ſe ſuiſque hæredibus & ſucceſſoribus de corpore ſuo legitime, &c. non ſuperſtitibus ſuccedentibus ſuccedit frater, & filius fratris, ut in capit. conſiderantes. prout dicit Domin. Andræ. ulti. colum. in dicta conſtitutio. ſiue feudum ſit nouum ſiue antiquum. Si forte dicitur in priuilegio, & filijs de tuo corpore deſcendentibus tantum, & tunc non uadit ad alios, quia Dominus facit conceſsionem perſonalem tantum. Domin. Andræ. ibi not. in capit. conſiderantes. quia innouat, auget prout infra patebit. Et no. cap. Honorij, quod incipit, ſi aliquem, &c. in quo ponitur nouus modus in ſucceſsione feudorum: licet Dom. Andr. in conſtitutio. poſt mortem Baronis, dicit illud cap. Honorij non ſeruari, licet ſeruari deberet. Sed quæro, de quo feudo loquitur hæc conſtitutio? glo. concludit, quòd loquitur in quaternatis feudis, quæ tenentur immediate à Rege, & ſunt ſcripta in quaternionibus Regis. idem in feudo quaternato, licet teneantur immediate, ut in feudo adiuncto Baroniæ, cuius conceſsio mortuo feudatario ſpectat ad Regem ex repræſentatione Baronis, ut in conſtitutio. poſt mortem Baronis. In feudis nobilibus, de quibus debetur militare ſeruitiũ, & non eſt ſcriptum in quaternionibus, & in alijs feudis planis, & de tabula ruſticanis, ex quibus debetur ſeruitium in pannis & petra & ſimilibus, à quocunque tenentur à Rege, uel à Barone, non habet locum iſta conſtitutio. Sed in iſtis ruſticanis habet locum ius, &c. ut omnes ſuccedant etiam collaterales, vt in gloſ. dictę conſtitutio. in titu. de ſucceſsion. quæ eſt ſecunda. & Domin. Andræ. hic tenet. Tamen in iſtis feudis attendas priuilegia, & conceſsiones Regis, vel Baronis, quia ſecundum priuilegia regulatur modus ſuccedendi, vt no. Dom. Andræ. in conſtitutio. in uer. hodie. & in uer. prædictam, ut quia in priuilegio feudorum ponitur pro te, & hæredibus de uno corpore legitime deſcendentibus. conceſsio dat formam ſuccedendi & non egreditur ab ea. Si fortè forma iſta non eſt de natura illorum feudorum ruſticorum ſuccederet modo prædicto: quia etiam toleratur talis, & ſic puto quòd limitetur dicta glo. Tu tamen in hoc cogita. Quæro, feudatarius habet filium primogenitum, mortuus eſt primogenitus, & ſimiliter mortuus eſt ſecundogenitus ſuperſtite patre, & filiis iſtorum defunctorum. Ex filio ſecundogenito ſunt filij primogeniti, ex filio primogenito ſunt filij poſteriores in tempore, deinde moritur auus ſuperſtitibus ipſis nepotibus ex filio primogenito, & ſecundogenito. Quæro, quis ſuccedat in iſtis feudis, an nepotes ex ſecundo, qui ſunt maiores, vel nepotes ex primogenito, qui ſunt maiores? Vel pone, quòd ex primogenito eſt filia fœmina, & ex ſecundogenito maſculus, quis ſuccedat? Hæ duæ quæſtiones non tanguntur per Dominum Andræam. Et puto per iſtum textum, quod debet nepotibus ſeruari prærogatiua ſexus & maioritatis, ut maſculus præferatur fœminæ, & quod primogenitus præferatur ſecundo, & hoc per textum dictæ conſtitution. in quo dicitur, quod in filijs & deſcendentibus eius ſeruatur prærogatiua, & maior præfertur minori. Sed quid in collateralibus ut fratribus, & nepotibus ex eis, an ſeruentur prædicta? dico quòd ſic, licet hic non dicatur hoc, vt in gloſſa, in verbo ſuccedant, vt ſeruetur prærogatiua in fratribus,

bus, hoc vult capit. conſiderantes. de ſucceſſio. Comitis & Baronis, vbi dicitur, quòd frater & ſoror ſuccedunt ſeruata prærogatiua ſexus, & maioritatis ætatis. Sed pone quod moritur filius ſine liberis & fratribus, ſuperſtite patre & matre, an ſuccedant? gloſ. in dicta conſtitutio. in dicto verbo, excluſo. ibidem dicit quòd ſuccedunt in feudis auitis. Sed an ſeruamus iſtam prærogatiuam, vt maſculus etiam præferatur feminæ? Puto quod ſic per identitatem rationis, per ea quæ dicimus in filijs in tex. dictæ conſtitu. de ſucceſſio. de ſer. filijfam. in feudis, quæ fuerunt communis patris aui eorum ſuccedunt. Sed quid ſi feudum eſt maternum, an habeat locum iſta conſtitu. Glo. in verbo, communis patris, dicit quod ſic, & reddit rationem, quam vide, & ſic quæ dicuntur in iſta conſtitu. de feudo paterno, eadem dicimus in materno. Sed quæro, tex. in dicta conſtit. dicit, quòd filius patris ſuccedit patruo, an econtra patruus ſuccedat nepoti? gloſ. in verbo eorum, dicit quod non, ſed Domi. Andr. dicit quòd ſuccedit, vide ibi. Item tex. dicit, quòd filia primogenita dotata excluditur a ſucceſſione feudi per ſecundum in capillo remanentem. hoc verum eſt ſi eſt dotata per patrem, & de alia, & per alium eſſet dotata, vel per fratrem vel per alium non excluditur, ita tenet glo. Dom. Andr. Et ſi minus habuit, patet ſupplementum, vel ſi pater maternus dedit, & voluit quòd ſuccederet, tunc ſuccedit: Sed quid ſi filia contraxit, & voluit dotari, vel ipſa ignorante fuit dotata, an præiudicet? dicit, Dominus Andr. quod non. Sed quid ſi fuit dotata ipſa ignorante, vel contradicente, & in vita? dic quod non præiudicat ſibi, quia ſuccedit. Sed quid ſi fuit tradita ipſa dos viro, an præſumatur, quod ipſa vxor ſciuit, & etiam conſenſit? vide Dominum Andr ibid. Sed an iſta ſoror maritata per fratrem poſſit petere reſtitutionem. Dom. Andr. non determinat, ſed remittit. ſed tex. in dicta conſtitu. dicit, quod collaterales ſiue ex vtroque, ſiue altero latere ſint coniuncti ſuccedunt. Sed quæro, Dominus Andr dicit, quòd ſi ſunt fratres vtrinque coniuncti, defuncto ſuccedit primogenitus ſexus prærogatiua ſeruata, ſcilicet, primogenituræ. glo. eſt in verbo, ſuccedunt, in cap. conſiderantes. Si ſunt alij vterini & alij paterni in feudis paternis, præferuntur paterni, & in maternis præferuntur materni: ſi eſt frater vtrinque coniunctus, & feudum eſt maternum, præfertur frater vtrinque coniunctus, licet ſit minor in tempore: ſi eſt ſolus frater vterinus, ipſe ſuccedit fratri. Item tex. dicit, quòd in acquiſitis ante ex largitione noſtra nepotes excludit. Domi. Andr. dicit quòd frater ſuccedit etiam in feudo nouo, etiam ſi clauſula fuit appoſita, quando fuit conceſſum fratri pro ſe & hæredibus de ſuo corpore, &c. vt in ver. acquiſitis, per Dominum Andræam. Et ſi ponitur clauſula, pro ſe & hæredibus ex ſe legitime deſcendentibus, frater ſuccedit, & nepotes, vt dicto cap. conſiderantes. ita tenet Dominus Andræas prope finem. Sed tex. dicit quod filijfamil. ſuccedunt omnino in feudo auito. Quid in filiabus fratris? Dominus Andræas dicit quod ſuccedunt, in ver. filij autem. Quomodo ſoror maritata à fratre excluditur a ſucceſſione fratris in feudo, quid ſi maritauit neptem filiam fratris, an excludatur iſta neptis à ſucceſſione patrui in feudo? Dominus Andræas dicit ſecus in ſorore, vt in uer. quid ſi patruo. ſecus eſſet in filia ſororis maritata, quia ex perſona matris excluderetur, ſed in conceſſione dicitur pro te & filijs tuis a tuo corpore legitime deſcendentibus, frater & nepotes ſuccedunt. dicto cap. conſiderantes. ita tenet Dominus Andræas in conſtit. vt de ſucceſſionibus, in fi. Item ſi dedi tibi filiam meam in vxorem, vel ſororem, & tu dediſti mihi filiam tuam in vxorem, vel filio meo, & tu nullam dotem dediſti mihi nec ego tibi, an videtur filia mea, vel ſoror dotata vt excludatur a feudo per ſecundam in capillo? dic quòd ſic, quando hincinde dos promiſſa fuit, & compenſata, ſecus ſi non fuiſſet conſtituta, vel promiſſa. Vnde ſufficit quòd dos ſit promiſſa, licet non ſit tradita tempore mortis patris, excluditur a feudo, quia cum dos promittitur, tunc non præſumitur quis ducere vxorem. niſi cum dote. & præſumitur quod reijceret, ſi ſolueret ſibi dotem. ſecus cum non eſt ſibi promiſſa, vt per Dominum Andræam in dicta conſtitutio. vt de ſucceſſionibus.

Feudum datum pro ſe & hæredibus & ſucceſſoribus ſuis de ſuo corpore legitime deſcendentibus, iſta clauſula non obſtante, frater & ſoror deficientibus deſcendentibus ſuccedunt fratri ſeruata prærogatiua ſexus, & primogenituræ, vt in cap. conſiderantes, de prærog. ſucceſſio. Comitum, & Baronum. Sed illud cap. poſſet intelligi quòd loquatur in filijs fratrum, vel ſororum, vt ſi frater vel ſoror non eſt, ſuccedat eis patruus, tex. in dicto capitu non dicit de nepote. Dominus Andræas in conſtitutione, vt de ſucceſſ. prope finem ſui operis, in verſic. quare fiſcalis dicit, quòd iſte caſus extenditur etiam ad nepotes, quod ſuccedant patruo, deſcendentibus fratre & ſorore non ſuperſtitibus. Sed quid ſi priuilegium dicit, pro te & filio tuo primogenito tantùm, vel tuis filijs tantum, & iſto caſu iſta conceſſio eſt perſonalis, vt non extendatur ad alias perſonas. Sed iſtud capitulum, conſiderantes, non dat de nouo ſucceſſionem patri huius nepotis, ſi viueret: ſed remouet impedimentum ei cauſatum per abuſum iam dictum: ſed ſi aliud diceretur in nepote, eſſet ex vitio iniquæ interpretationis, cùm ſit ſublatum in patre, tolli debet eadem ratione in filio, cùm ex vna radice initium naſcitur. Dominus Andræas in dicta conſtitutione.

Feudum conceſſum fuit Titio pro ſe & hæredibus de ſuo corpore legitime deſcendentibus: an, ſi moritur iſte Titius feudatarius ſuperſtite ſibi primogenito filio, & alio filio ſecundogenito, iſte filius primogenitus ſuccedat patri in feudo: deinde iſte filius primogenitus mortuus eſt ſuperſtite ſibi filio, & fratre ſecundogenito, ſeu fratribus, demum moritur filius primogenitus ſine liberis, an ille patruus, qui fuit filius ſecundogenitus Titij primi feudatarij, & frater patris dicti pupilli, ſuccedat in illo feudo, quod fuit illius Titij patris ſui? Videtur quod non propter clauſulam, pro ſe & ſuis hæredibus de ſuo corpore legitime, &c. vnde iſte filius primogenitus nepos illius Titij mortuus eſt ſine liberis ex ſuo corpore legitime deſcendentibus, ergo expirat ſucceſſio, & deuoluitur feudum ad fiſcum. Dic contrarium, quòd debemus inſpicere deſcendentes ex illo Titio, cui facta fuit prima infeudatio. Sed iſte patruus reſpectu iſtius nepotis filij illius primogeniti fuit legitimus deſcendens, quia filius ſecundogenitus Titij, primò feudatarij, licet quantum ad illum nepotem ſit iſte aſcendens, tamen ſuccedit ad illud feudum: & patruus iſtius nepotis tanquam deſcendens ex illo Titio: quia qui deſcendit à deſcendentibus meis, a me uidetur deſcendere: vide Dominum Andræam in conſtitutione, vt de ſucceſſionibus, in ver. item apparet, ibi, hic autem. Sed per iſtam clauſulam, pro te, & tuis liberis de tuo corpore legitimè, &c. excluditur pater iſtius Titij primi feudatarij, ſi iſte Titius moriatur ſine hærede de ſuo corpore, &c.

Feudum. An in feudo filij ſuccedant pater & mater? textus in conſtitutio. forbannitorum, de fiſco ſuccedendo, dicit quòd in feudo de nouo conceſſo filio per principem, ſi eſt foriudicatus filius, parentes non ſuccedunt, & ſic dicit glo. in dicta conſtitutio. in ver. aſcendentes. quod parentes in auitis feudis ſuccedunt filijs: & ſic dicit glo. no. quod mater ſuccedit filio in feudo: quia textus dicit, aſcendentes & parentes, & mater dicitur de parente, & pater ſimiliter: & aliæ rationes ſunt in glo. Tamen ſuper hac materia vide formam priuilegij: quia ſic regulatur ſucceſſio ſecundum intentionem concedentis. Sed prædicta loquuntur ſecundum naturam feudorum, quæ regulatur ſecundum formam conceſſionis.

Feudum. An feudatarius inſtituendo filium primogenitum, relinquendo ſibi burgenſatica & feudalia, an iſta diſpoſitio valeat, vt tranſeat feudum ex voluntate teſtatoris? gloſ. dicit forte ſic, in conſtitutione, hac edictali, de prohi. feu. Dominus Andræas dicit quod non valet diſpoſitio. Item an poſſit transferre cum vniuerſitate, vt quia vniuerſalem hæredem in omnibus bonis ſuis inſtituit, feudum tranſeat cum vniuerſitate? gloſſa prædicta dicit, quòd aliqui dicunt quòd tranſit. Dominus Andræas nihil dicit. Ego puto quòd gloſſa non bene dicat, quòd nulla diſpoſitio valet in feudis expreſſa nec tacita in conſtitutio. alienatione, de alie. feu. vide glo. in conſtitutio. vt de ſucceſſionibus, quæ dicit, ꝙ feudum non tranſit cum vniuerſitate. An feudatarius poſſit concedere feudum ſubiecto domini principis feudi ſine cõſenſu domini? Dominus Andræas dicit, quod non, vt in dicta conſtitutio. hac edictali.

Feudum prohibetur alienari, & res feudalis, & quilibet contractus ſine conſenſu principis. Item prohibetur tranſactio, & prohibetur compromitti non obſtante iuramento, & poſtea interpoſita clauſula, & alienatio iuris proprij, id eſt, iure ſpeciali: quia venit contra factum ſuum, tamen non auth. Iuſti. vel magi. Iuſti. Sed quo iure reuocabitur? dic, condictione ex hac conſtitutio. noua. vide in conſtitu. de reuo. feud. Ratio eſt, quia cognitio in feudalibus eſt conceſſa certis perſonis, vt magiſtro Iuſti. excadentias Baronibus licet locare ſub antiquo ſeruitio, vt in dicta conſtitutio. & poſſunt dare in feudum, ſed cum nouo ſeruitio non ſine conſenſu Regis. Sed an Baroni licet? dic, quòd ſic ad modicum tempus vſque ad quinquennium, ad plus non, vt in gloſſa fi. & nullus Comes vel Baro, vel quilibet alius, qui res tenet ſub quocunque ſeruitio a Rege alienare poteſt, nec pro anima iudicare ſine conſenſu Regis, vt in conſtitutio. hac edictali. eo. tit. Sed an emptor rei feudalis repetet pecuniam? Dic quòd ſic, ſi fuit ſtipulatus, vt in glo. dicta conſtitutio. Domi. Andr. Sed perdit & applicatur fiſco ex eo, quod fuit ſciens. Domi. Andr. Sed an ſufficit quod conſenſus Regis ſequatur alienationem? Glo. dicit quòd ſic, quia præiudicat ſibi, non alij. Item in alienatione paterna de feudo antiquo requiritur conſenſus primogeniti, & an tunc quando primogenitus conſenſit requiratur conſenſus Regis? dic quòd non. Sed an feudatarius poſſit alienare iure feudi ſine conſenſu Regis, vt ſeruet etiam redditum gallinarum & vſumfructum quem habet? dic quod non. Dominus Andræas. Sed an poſſit alienare vſumfructum feudi ſua vita durante? dic quòd ſic: ſed ipſo mortuo extinguitur alienatio, & feudũ reuoluitur ad fiſcum. Sed an poſſit feudum pignorare vel partem? vide gloſſam & Dominum Andræam. Item feudatarius non poteſt aliquid dare in feudum ſine conſenſu Regis. Sed an poſſit locare ad modicum tempus? dic quòd ſic, vſque ad quinquennium non plus, vt glo. fina. ſine conſenſu Regis. Item priuilegia, conceſſiones, & contractus facta de feudo cum conſenſu Regis, ſi ſunt inue-

ſtita poſſunt reuocari ſine conſenſu Regis, vti ibi gloſ. & Dominus Andr. in fine.

Feudum eſt res ipſa quæ fuiſſet conceſſa per Regem in feudum, vel eſt beniuola actio tribuens gaudium ſapientibus. vel feudum eſt beneficium, quod ex beniuolentia alicui traditur, in ver. feudi. in titu. qui cau. feu. amit. l. 1. in fi. & rub. in conſtitutio. regni, in tit. de proba. per inſtrumentum, in quæſtione demanij conſti. vna, in gloſſa magna ſuper verbo, facie, quaſi circa principium.

Feudum. An poſſit fieri tranſactio, vel pactum in rebus feudalibus, non minuendo feudum, vel etiam augmentando ſine conſenſu Domini? glo. dicit quod ſic, in conſtitutio. de reuocatio. feud. Dominus Andræas remittit in titu. de vaſallis. per quem conſtitu. locari feudum, in princip. & dicit hic quòd in capitulis continetur, quòd prędia ruſtica poſſint locare ad meliorandum in perpetuum. Dominus Andræas. Sed quid in alienationibus non minuendo rem feudi, vel augmentando? gloſſa nihil dicit, ideo vide Dominum Andræam in dicto titulo de vaſallis.

Feudum quod tenetur à Comite, vel Barone, ſi alienatur per feudatarium, cuius conſenſus requiritur, Regis, vel Comitis? gloſſa tenet, quod non. Dominus Andræas dicit quod hodie vtimur vt Rex conſentiat & Comes: vide in conſtitutio. de prohibita feu. alie. Et an Vicarius Regis confirmet alienationem feudi in abſentia Regis? vide ibidem.

Feudum an poſſit relinqui Eccleſiæ? dic quòd non, quia nunquàm eſſet reuerſurum ad Dominum, quia Eccleſia nunquam moritur. vide in titu. de alienatio. feu. & in conſtitu. hac edictali. aliàs de reuoc. feu. ſed ex largitione principis habere poteſt, vt in conſtitutio. iuſtitiarij nomen & normam.

Feudum ſeu quota pars feudi præſcribitur, ſed non res certa, & particularis. vide rationes, vt in conſtitutio. conſuetudinem. de præſcriptio. & præſcribitur ſpatio triginta annorum præſente aduerſario in Regno, & quod poſſidens ſit in continua poſſeſſione dummodo non ſit in præſenti præiudicio reipubli. vide in verbo præſcriptio.

Feudum. An in re feudali in defectu Burgenſaticorum fiat miſſio pro debito principali pro menſura debiti declarati? Dic quod ſic, etiam in proprietate cum conſenſu Regis, aliàs quo ad vſumfruct. durante vita feudatarij, & hæredum, ſi ad eos tranſit feudum, alias non. Dominus Andræas in conſtitutione prima. de pœna poſt litem conteſtatam.

Feudum. Frater ſuccedit ſorori vterinæ in feudo antiquo, quod prouenit dictæ ſorori ex alio latere, quam ex eo, vbi ſunt coniuncti, & hoc tenent periti in Regno, per conſtitutio. licet per leges vſus feudorum non ſuccedat frater ſorori, niſi feudum perueniſſet ab aliquo, qui fuiſſet agnationis communis, vt in titu. de grad. ſuc. feu. cap. j. & dicunt periti quòd conſtitutio non ſortitur illos vſus, ita tenet Dominus Andr. in conſtitu. ſi quando, de pœna foriudicat. & intellige de feudo quod tenetur à Comite.

Feudum. Si feudatarius commiſit felloniam, & feudum eſt quaternatum, an præiudicet agnatis ipſo delinquente, & poſtea mortuo? dic quod non. Domin. Andr. in conſtitutio. de pœna foriudicatorum.

Feudum. An vaſallus poſſit renuntiare feudum eius Domino inuito? glo. dicit quod ſic, in conſtitutio. hæres, de his qui debent accedere ad ordin. Domi. Andr. dicit quòd non poteſt, ſicut Dominus non poteſt ab eo auferre ſine iuſta cauſa, vt ibi per eum.

Feudum. An clericus poſſit habere feudum? gloſ. in dicta conſtitutione dicit quod non, ſi feudatarius eſſet clericus perdit feudum, vt ibi tenet Dominus Andræas. Sed Eccleſia poteſt habere feudum a principe liberum, ut in conſtitutio. Iuſtitiarij nomen & normam. Domi. Andr.

Feudum. Viuens iure Francorum in vltimis conſtitutus non poteſt diſpenſare, vel aliter alienare feudum, etiam cum conſenſu principis: niſi concederetur alteri ſucceſſori, ſcilicet, primogenito, ſi feudum eſt antiquum: ſecus ſi eſt nouum, quia cum conſenſu principis poteſt diſtribuere, & alienare inter viuos, & in vltima voluntate. Domin. Andr. in conſtitutio. inſtitu. de reuocatio. feud. Et filius primogenitus tenetur diſtribuere partes feudi fratribus vel extraneis, vt pater mandauit. Domi. Andr.

Feudum conceſſum eſt Titio pro filijs & hæredibus de ſuo corpore legitime deſcendentibus, an filij adoptiui, vel naturales ſuccedant? dic quod non: quia non ſunt legitimi deſcendentes. D. Andr. in conſtit. vt de ſucceſſionibus, ver. item apparet.

Feudum nõ poteſt dari in dotem in totum, vel in partem ſine conſenſu Regis: aliàs perditur feudum datum in dotem ſine conſenſu Regis, vt in c. Regni, inteſtatum. de matrimonio contrahendo. Item quando Dominus, vel Rex confirmat alienationem feudi, vel obligationem, videtur donare ipſe Rex Domi. Andr. in conſtit. fratribus, de fratribus obligantibus partem feudi. dicit quod ſi Rex conceſſit matrimonium non requiratur alius conſenſus in feudo, quod datur in dotem, ſed illud ſecundum ius conſtitu.

Feudum an poſſit reuocari ex qualibet offenſa etiam minima? dic quòd non, ſed ex magna ſic, quæ ponuntur per Dominum Andræam in decima col. in titu. quæ ſit prima cauſa benefi. amit. & in conſtitutio. Domin. à vaſallis. de aſſenſu Domi. Sed quid ſi eſt poſita in priuilegio clauſula, ſalua fidelitate & mandato noſtro, &c. an tunc ex leui cauſa reuocetur? & dic quod ſic. Domi. Andr. ibi. Item ex cauſis poſitis in conſtit. ſi vaſallus. de fideiuſſorib.

Feudum. An Rex, Comes, vel Baro capiat propria authoritate feudum, ſi feudatarius non ſoluit in termino? Dic aut feudatarius non negat ſe feudatarium, nec dicat ſeruitium præſtitiſſe, & tunc propria authoritate ſpoliatur, licet caute faceret Dominus, ſi ante iudex ipſum expoliari faceret, ſed ſi negat ſe feudatarium, vel dicit ſe non teneri ad ſeruitium, vel dicat velle probare, quòd ſoluit, vel de alio iuſto impedimento diceret: an Dominus capiat poſſeſſionem feudi? dic quod non, ſi ſe offert velle probare. Sed pone quod fuit ſpoliatus a Rege vel Comite, vel poſtea venit feudatarius ex interuallo, quia erat abſens, & velit oſtendere de iuſto impedimento, vel alia cauſa? audiendus eſt & reſtituetur. & iſta habent locum in Comite, & Barone, quia ſic eſt in emphyteuta priuati. Sed pone, quod feudatarius eſt ſpoliatus: & poſtea apparet quod iuſte Dominus ſpoliauit eum, vt puta, quia cõſtabat de impedimento legitimo antequàm caperet poſſeſſionem, vel quia ſeruitium præſtiterat, & propter hoc apparet Dominum feciſſe violentiam, priuaretur Dominus omni iure, quia videtur ſibi ius feciſſe, Domin. Andr. in conſtitu. vaſallus. de fideiuſſ. domin. vaſal. Prædicta ſunt vera, ne detur materia Baronibus aſſumendi.

Feudum. Si moritur frater ſuperſtite fratre vterino tantum, & fratre ex alio patre tantum, in paterno feudo præfertur, ſi ex eodem patre in materno is frater ex eadem matre. Sed ſi vnus eſſet a matre tantum, alius frater ex eadem matre & patre, iſto caſu coniunctus ex vtroque latere admittitur ad ſucceſſionem in omnibus feudis tam maternis quàm paternis, licet iſte vterinus eſſet primogenitus, quia primogenitura habet locum quando ſuccedit patri, non fratri. Domi. Andr. in conſtitu. vt de ſucceſſ. in ver. ſed ſi vnus. Item ſi ex fratre vtrinque coniuncto eſt nepos, & iſte frater defuncti coniunctus ex vno latere, præfertur nepos filius fratris vtrinque coniunctus patruo ſuo ex altero latere coniuncto. glo. eſt in dicta conſtitutione, in ver. ex altero. Domin. Andr.

Feudum dicitur a publico, quando fuit acquiſitum a Principe, & erit in ſua poteſtate quando velit reuocare. deinde ventum fuit vt non reuocaretur in vita fidelis, poſtmodum extenſum fuit ad alios vt Inſtitutio. de ſuc. in glo. Item feuda collata per Regem dicuntur quaternata, quia ſunt ſcripta in quaternionibus, de quo in tit. de controuer. inter pares. Domi. Andr.

Feudum. An mortuo filio feudatario ſine liberis, & ſine fratribus vtrinque coniunctis, an parentes pater & mater ſuccedant in feudo? gloſ. in conſtitutio. vt de ſucceſ. ſuper verbo, excluſo. & Dominus Andr. in verbo certe, tenet, quòd in feudis auitis ſuccedit, in non auitis ſed nouis non, & idem tenet glo. in conſtitutio. foriudicatorum. de foriudicatis. Sed quid ſi pater dedit filio emancipato feudum, qui moritur ſine filijs, & fratre vtrinque coniuncto, an frater vterinus excludat patrem? Dominus Andræas in conſtitutio. vt de ſucceſſio. in verbo ſolet, dicit quod pater admittitur excluſo fratre vterino. Sed an attendendum eſt in forma conceſſionis feudi, quando conceditur filijs pro ſe & filijs ſuis deſcendẽtibus, & fratre vtrinque coniuncto admittantur parentes, pater & mater? Sed dic quòd excluduntur propter iſtam clauſulam, quia pater & mater eſt in eo gradu, quo filius: ideo non poſſumus dicere, quod ſit de deſcendentibus. vide Dominum Andr. ibi in ver. ſi apparet.

Feudum quando dicitur antiquum? dic quando deſcendit a prædeceſſoribus, quia paternum vel auitum reſpectu illorum, qui volunt ſuccedere: & dic eo ipſo quòd feudum tranſit ad vnum ſucceſſorem dicitur auitum. Vnde ſi hodie habuit feudum, incontinenti vadit ad filios, quia ego morior, & dicitur antiquum, ſed nouum dicitur quando incipit a perſona viuente, & nunquam tranſiuit ad aliquem ſucceſſorem. idem eſſet in feudo materno. vide glo. in conſtitutio. de ſucceſſio. nobilium. in uer. uel quòd licet. unde tandiu dicitur nouum, quandiu non tranſiuit ad deſcendentes. & quando nouum & paternum, & de differentia inter ipſa, uide in decima col. j. reſpon. §. cum uero, de duob. fratribus. & de aliena. feud. in titulo, an uaſall. domin. aliena. in §. quarta. Domin. Andr.

Feudum. An ſoror maritata excludatur a ſucceſſione materna in feudo? gloſ. in conſtitutio. de ſucceſſio. in uer. coniugata. dicit quòd ſi eſt maritata ex patre uel fratre excluditur a ſucceſſione fratris in feudo fraterno. Domin. Andr. in uer. coniugata. dicit ſi eſt maritata ab eo, de cuius ſucceſſione tractatur, ut quia frater, excluditur a ſucceſſione fratris. & hoc ſi fuit maritata de paragio, alias agitur ad ſupplementum, & intellige ut excludatur ſi fuit data, uel promiſſa dos, & poſtea maritus excomputauit ſibi dotes, uel aliter tenuit ſe contentum. ſed ſi nulla fuit data uel promiſſa dos, licet ſit maritata per fratrem ſuccedit in feudo. Sed quæro, ſi fuit ſoluta marito, & non uxori ſuæ ipſa uxore ignorante, quid ſi ſciente & præſente filia

& ta-

& tacente, & non contradicente? Item ſi fuit minor quando fuit dotata, an poterit petere reſtitutionem? Domin. Andr. in dicta conſtitutio. vt de ſuc. in verbo, coniugatus. vt not. ſuc. feud. in procemio, tenet hoc, quod ſi filia vel ſoror ſua inuita maritata nolente, & non conſentiente, quòd dotetur, non præiudicat ſibi, & prædicta intellige in filia, vel ſorore.

Feudum. Si feudatarius habet filium primogenitum & ſecundogenitum, & moritur primogenitus ſuperſtite filio ſuo, & patre feudatario ex filio ſecundogenito, & poſtea moritur ille pater feudatarius, quis admittitur ad ſucceſſionem, an filius primogenitus, an ſecundogenitus? Domi. Andr. dicit, quòd eſt recurrendum ad principem in conſtitu. Comitibus, de adiuto. a vaſal. Sed puto quòd doctores iuris ciuilis dicunt quòd ſecundogenitus ſuccedat. Et ſi ſuccedit ſecundogenitus, an iſte ſecundogenitus dabit vitam & militiam nepoti ſuo ex primogenito? & ſic etiam dabit nepoti ex primogenito. Domin. Andr. dicit quòd ibi recurritur ad principem. vide Cyn in l. ſi viua. C. de bon. mater. & in ſuc. regni ſuccedit filius ſecundogenitus, vide glo. in l. vnica. C. de his qui ante apertas tabul.

Feudum quaternatum, vt eſt caſtrum, & alia quæ ſunt ſcripta in quaternionibus Curiæ cum Baronia conceduntur, vt ſolet fieri, quia Rex confert Baroniam, ſeu comitatum in tali caſtro, vel tali feudo: & ſic ſunt ipſa feuda ſcripta in quaternionibus cum Baronia mortuo ſuo feudatario, qui tenebat ipſum caſtrum ſeu feudum quaternatum, ad quem ſpectat collatio ipſius caſtri vel feudi? dic quod licet ipſe ſubfeudatarius, qui tenet ipſum feudum ſeu caſtrum, ipſum teneat a Barone, quia eſt adiunctum Baroniæ, tamen collatio ſpectat ad Regem. Ratio, quia mortuo ipſo ſubfeudatario, Baro ſeu Comes, a quo tenetur, debet notificare mortem ipſius ſubfeudatarij Regi, vt infra annum & diem ſcribendo qualitatem feudi, conficiendo inuentarium omnium bonorum ipſius feudatarij, & Rex prouidebit in ipſo feudo, & concedit ipſum, cui ſibi placet: & ſcribat Baroni vt ponat in poſſeſſione illum, cui ipſe conceſſit, pro intratura capiet ille Baro ab illo nouo ſubfeudatario vnci. x. & ſi iſte ſubfeudatarius moritur, vel committit delictum, ex quo bona ſunt confiſcanda, feuda & omnia bona reuoluuntur ad fiſcum. ad Baronem nil aliud ſpectat, niſi illud, quod ab ea tenetur: vide conſu. poſt mortem.

Feudum. Hæredes domini poſſunt auferre feudum propter felloniam commiſſam domino, ſi dominus nil dixit. vide gloſſ. in l. omnino. C. de meta. vide ſi eam tenent doct.

Feudum. Si feudatarius init amicitiam cum inimicis domini, feudo priuatur. l. ſi liber, de iniuſto teſt. in glo. in ver. amicitias. ff. de offic. præfec. vrb. l. j. §. cum patronus. vide eam ſi tenent Doct.

Feudum. Si quæſtio eſt de feudo quaternato, & magno, cognoſcit Magna Curia. ſi de non quaternato, cognoſcit Iuſtitiarius vſque ad ſententiam. & hoc verum ſiue quæſtio eſt inter dominum & vaſſallum. ſiue inter duos feudatarios, vide Dominum Andræam in conſtitutio. Iuſtitiarij nomen & normam. Item ſi eſt quæſtio de quota parte feudi, vel de re certa, vide conſtitutio. Iuſtitiarij nomen & normam.

Feudum. An bona feudalia poſſint capi, vt fiat in eis miſſio in defectum burgenſaticorum? & dicitur quòd ſic ex primo decreto, ſed non dabitur ſecundum decretum ſine licentia principis, nec diſtractio, & durabit viuente debitore & non vltra. Domin. Andr. in conſtitutio. ſi quis poſt. de contumacia poſt litem conteſtat.

Feudum. Si res particularis feudi, vt fundus eſſet abreptus, ſeu ſubtractus a feudo, feudatarius non tenetur ſoluere integrum ſeruitium, ſed diminutum.

Feudum æquiparatur Caſtrenſibus, & in eis pater vel auus non habet vſumfructũ, vt in conſtitutio. in aliquibus. de ſuc. Comi. pro illa re diminuta ablata, vide glo. ſi. in conſtitut. de præſcript. ſed hic bene procedit: & hoc facit, quia ſi feuda minuuntur, & inueniuntur diminuta de poſſeſſione poſſet petere, vt minus ſeruitium. Et quid ſi eſt diminuta quota pars, an minuetur ſeruitium? gloſ. in dicta conſtitutio. loquitur de diminutione rei particularis. ideo tu in prædictis cogita.

Feudum ſi eſt paternum, & feudatarius eſt inhabilis ad ſeruiendum, eſt ab eo feudum auferendum dimiſſis ſibi alimentis. vide Dominum Andr. in titu. ipſum habilem. §. reuertitur, & ſi ſunt collaterales, an excludantur? vide etiam ibi.

Feudum. An pater poſſit exhæredare filium de feudo ſi deliquit in ipſo? Domi. Andr. in 10. col. Imper. Lotharius, in ver. item licet. ff. de oper. lib. in l. ſi operum. & C. de ſec. nupt. l. j. in ſi.

Feudum. Si res feudi conceditur alicui, qui commiſit poſtea rebellionẽ, ad quem illa res reuertitur, an feudatario, an Domino principali? vide Dominum Andræam in titu. de vaſal. decrepi. æta. vide eundẽ in conſtitutio. poſt mortem, de morte Baronis. ubi dicit, quòd omnia bona applicantur Regi, propterea quæ tenẽtur per Baronem, & ſic feudum & excadentia quæ tenentur a Barone, per rebellionem feudatarij & vaſalli reuoluuntur ad Baronem, Burgenſatica & etiam mobilia, vt ibi.

Feudum. An princeps poſſit minuere debitũ feudale ſeruitium? vide Dominum Andræam in 10. colum. in conſtitutio. Imperialis.

Feudum. Si aliquis Dominus dat feudum alicui pro ſe & hæredibus ſuis & c. cum poteſtate, quòd poſſit vendere, donare, & alienare alteri, an feudatarius poſſit ipſum alteri vendere uel donare ſine conſcientia principis? & dicitur quòd ſic ſi datur ſimpliciter non dicendo, do tibi in feudum, & tunc habet ipſum liberum: & conſenſus Domini non requiritur, quia principis fuit adhibitus conſenſus. Secus ſi dicitur, do tibi in feudum, quia tunc habet in feudum. Sed talis poteſtas donandi & alienandi hic in Regno non eſt permiſſa, niſi Regi, unde ſi aliquis feudatarius talem poteſtatem daret, non poteſt: & ſi Rex concedit feudum cum poteſtate, quòd poſſit alteri concedere ſeu donare, intelligitur in feudum, aliàs non poſſet. Dominus Andræas in titu. de feu. non haben. propriam naturam feudi.

Feudum. An filius priuetur feudo ob delictum patris? uide diſtinctio. Bar. in l. cum ita. ff. de bon. eorum qui mortem ſibi conſciuerunt. & Cyn. in l. 2. C. de libe. & eorum lib. Item an perdatur propter felloniam patris? glo. in d. l. diui. diſtinguit, & Cyn. in l. manumiſſorum, C. de liber. & eorum lib.

Feudum. Si moritur feudatarius ſine liberis, & feudum reuertitur ad Dominum, & ipſe feudatarius fecit multas meliorationes in feudo, & rebus feudalibus, ut domos & uineas, & alia ante, hæredes illius feudatarij qui ſuccedunt in alijs bonis ex teſtamento, uel ab inteſtato poſſunt petere pretium meliorationis, quod expendit. uide Dominum Andr in x. col. in titu. de inueſtitura de re alie. fac. & in cap. 1. §. fina. Item fructus feudi quando moritur feudatarius, utrũ debent eſſe hæredis feudatarij, uel Domini? uide D. Andr. in titu. hic incipit lex. §. his conſequenter. de Capi. Corra.

Feudum. Si quis habens feudum commiſit aliquod delictum, propter quod bona ueniunt publicanda, an feudum publicatum tranſeat ad filios? Dic, aut feudum fuit paternum, aut quaternatum, aut antiquum, & ab anteceſſoribus abreptum, & tunc uadit ad filios Vide per Dynum in uſibus Feudorum, in cap. uidetur. & Cyn. ponit in l. 2. C. de liber. & eorum liber. Vide etiam quæ notat Bart. in l. eum qui. & in l. relegati. ff. de interdict. Et quando feudatarius cõceſſit rem feudi alicui, qui commiſit rebellionem, ad quem reuertitur? in titu. de uaſal. decrep. ætat. uide ſupra in uer. feudum, an pater qui reuoluitur ad fiſcum, & qui ad rem.

Feudum ſi uenditur ſine domini conſenſu, qualis cautela eſt interponenda, ut teneat alienatio, ut non reuocetur? Dic quod fiet conditionaliter, ſi dominus principalis conſentiet: quia iſto caſu ſi non conſenſit, non eſt alienatio, ut infra de uaſallis, qui contra conſtitutiones Lotharij. l. imperialis. Vel niſi alienans ſe obligauerit ad obtinendum cõſenſum, & eſſet ita domeſticus & familiaris domini quod in maioribus ſolet gratiam obtinere, & iſto caſu teneat alienatio, ut l. 1. de alien. feu. contra conſtit. Lotharij. & uide ibi Domi. Andr.

Feudum ſi tenetur a Rege, uel etiam ſubfeudatario, & moritur feudatarius nullo hærede ſuo de corpore remanente ſuperſtite, frater, uel filius fratris, & ſi feudum deſcendit a parentibus cõmunibus, frater ſuccedit, & deſcendẽtes uſque ad trinepotem, ille qui erit proximior, & ipſum habentem cum ſeruitio conſueto, & ſeruabitur prærogatiua ſexus, & maioris ætatis, ſi uiuitur hoc iure ſtatuetur, quòd uaſallus præfertur fœminæ: maior natu præfertur minori: & ſi fœminæ concurrunt, uel maior natu eſt maritata, uel minor eſt in capillo, præfertur minor. Si ambæ ſunt maritatæ, prefertur maior natu, ſi feudum incipit a defuncto, & non deſcendit a parentibus, ſolus frater ſuccedit, niſi contenſus aliud indicat. Vide cap. Honorij, aliàs incipit, ſi aliquod feudum. aliàs, ſi contigerit. Aduerte, quia Dominus Andræas in conſtitutio. poſt mortem. de morte Baronis. dicit, quod illud cap. Honorij non ſeruatur, licet ſeruari debet: quia non quod fit, ſed quod fieri debet. Sed aduertas ad obſeruantiam.

Fideiuſſor. An accuſatus de quolibet crimine ſit relaxandus fideiuſſoribus idoneis datis? Dic quod ſic, fideiuſſoribus datis ſecundum qualitatem negotij, ſeu criminis, & perſona, quia diues ditiorem fideiuſſorem dat, quàm pauper, atque quòd ipſi fideiuſſores facultate conueniendi ſufficientes & idonei reputentur, illo caſu admittitur fideiuſſor, & non traditur carceribus, niſi ex ſua confeſſione, vel ipſe in flagranti crimine deprehendatur, aut facta publica inquiſitione publicum & notorium habeatur, ut non ad aliud inficiari poſſit, niſi ut pœnam differat. hoc fallit in crimine læſæ maieſtatis in perſona Regis, uel collateralium. & hoc propter enormitatem criminis. Item ſi accuſatus eſt leuis & uilis perſona. & hoc conſtat per famam publicam, uel quia aliàs fuit contra eum inquiſitum & inquiſitio eſt leuis. Item ſi aliquis tanquam contumax fuit bannitus, in iſtis non liberatur datis fideiuſſoribus, in cæteris uerò ſic. Et ſi non dederit in caſibus præmiſſis, & carceratur accuſatus, poſteà dando fideiuſſores idoneos liberatur. Et ratio eſt, quia ſi non relaxaretur datis fideiuſſoribus, accuſati propter timorem carceris aufugerent, & facerent ſe nocentes, cùm eſſent innocentes, & incarcerati propter defectum fideiuſſorum, in iudicio ſunt præſentandi ſolutis uinculis, & cathenis, & accuſator iſto caſu debet inſtare, ut accuſatio expediatur, aliàs pœnam deſiſtentiæ incurrit. Et ob defectum fideiuſſorum filius non carceratur

ceratur

ceratur pro patre, nec alia coniuncta perſona. tex. eſt in conſtitutio. humanitate, de his qui fideiuſ. Sed quid ſi potuerit dare in principio fideiuſſores, & non dedit, an auditur poſtea volens dare? glo. tenet quod ſic, ibi. Sed quid ſi forbannitus accuſatur coram eodem iudice, vel alio de alio crimine, & non dat fideiuſſ. res, ſed carceratur? Dominus Andræas ibi. Sed quid ſi accuſatus fatetur crimen extra iudicium, an liberetur fideiuſſoribus? dic quòd non, ſed incarceratur. Sed quid ſi captus eſt in flagranti crimine, an det fideiuſſores? dic q non, vt ibi. Sed quid ſi incipit conſtare de delicto per vnum teſtem, vel per confeſſionem partis extra iudicium, an carceretur? dic quòd ſic, non obſtante fideiuſſione torquetur vt ibi. Sed pone quòd accuſatus non poteſt inuenire fideiuſſores, an poſſit petere dilationem ad eos inueniendum: glo. in dicta conſti. dicit quòd ſic, in verſic. vel poterat, in termino expectandus eſt, vt ibi. Nota, fideiuſſor debet eſſe idoneus pro qualitate delicti, quia ſi delictum eſt magnum, & atrox magna fideiuſſio exigitur, iuxta magnitudinem delicti. Item ſecundum conditionem perſonæ, quia ſi accuſatus eſt nobilis, & diues, magna fideiuſſió eſt danda, pluſquam ſi eſſet ignobilis & pauper, & ita intelligitur tex. in prin. ibi, pro qualitate criminis & perſonæ, in dicta conſtitu. humanitate. Idem glo. dicit ſi cõſtat per teſtes, vel confeſſionem de crimine non obſtante fideiuſſione incarceratur.

Fideiuſſor in grauibus delictis, & malefactoribus inſignibus & latronibus publice & notoriè diffamatis, & in alijs grauibus delictis notorijs populi opinione: relinquitur arbitrio iudicis, ſi ei videbitur ipſos relaxare datis fideiuſſoribus vel ſi non videbitur poteſt ipſos ponere ad torturam in diebus paſchalibus, vide conſtitu. Regis Roberti, prouiſa iuris ſanctio.

Fideiuſſor de iudicio ſiſti vel iudicato ſoluendo, infra, libellus. §. j.

Filia primogenita maritata tunc excluditur a feudo per filiam remanentem in capillo, quando eſt dotata de paragio, ſecus ſi per aliũ, vel ſi fuit maritata ſine dote non excluditur, vel quia ipſa contradixit, quando fuit maritata, & dotata, & ſi fuit dotata ipſa contradicente, vel ignorante, vel dos fuit data marito ipſa ignorante, vel contradicente, & tunc non excluditur. Dominus Andr. in conſtitu. de ſucceſ. feud. in verbo coniugata. Si fortè fuit promiſſa dos, licet non ſoluta, non quæritur. Sed quid ſi maritus excomputauit ſibi in dotem, puta dedit filiam ſuam patri ſuo, & te recipit, in vxorem, vt vna dos excomputaretur cum alia, iſto caſu ſufficit, & idem in ſorore, ſi non habuit dotem a fratre. D. Andr. ibi.

Filia, ſi filia renunciauit hæreditatem, &c. an talis renunciatio teneat? Barto. ponit in l. qui ſuperſtite. de acquir. hæred. vbi Ludouic. Roma. qui inter alia dicit, quod quando renunciatio continet iniquitatem, vt quia repudiauit hæreditatem valentem quatuor millia pro mille, tunc non tenet dicta renunciatio, etiam ſi interuenit iuramentum. Allegat Petr. de Anchar. hoc dicentem, c. 1. extra de conſti. & in c. licet mulieres. de iureiuran. Et ſic dicit d. Petr. conſuluiſſe, & dicit quòd eſt ratio, quia iuramentum non debet eſſe iniquitatis vinculum. c. quanto. cum ſimil. de iureiur. Item ſcias quòd dicta renunciatio per dictam filiam facta, videtur habere locum, quando filia fuit dotata, aliàs non valeret, etiam cum iuramento, quia c. quamuis, de pac. loquitur in muliere dotata, & ſic quia continet ius ſingulare, non debet extendi. l. ius ſingulare, de legi. & ita tenet Bart. in d. l. qui ſuperſtite. Item ſcias, quòd quando mulier indotata renunciat, cum dos ſuccedit in locum legitimæ; vt not. in l. quiſquis. circa medium. C. ad l. Iul. maieſt. & per Cy. C. de nup. l. ſancimus. Etiam ſi cũ iuramento renunciat, poteſt nihilominus petere dotem, de hoc habetur in l. ſi quando. §. & generaliter. C. de inoffic. teſtam. ita dicit Ludouic. in d. l. qui ſuperſtite. & ad materiam, vide Guliel. de Cun. in l. de his. ff. de tranſac.

Filius ſecundogenitus an præferatur nepoti ex primogenito mortuo viuente patre ipſius primogeniti in ſucceſſione feudi & ſi excludat, an teneatur ipſi nepoti dare vitam & militiam? Domi. Andræas dicit, recurrendum eſt ad dicta per eum in conſtitu. Comitibus, de adiuto. pro mili.

Filius ſi vult probare ſe filium alicuius, vt ei ſuccedat, debet ponere & probare quòd inter patrem & matrem fuit contractum matrimonium per verba de præſenti in faciem eccleſiæ, benedictione ſacerdotali interueniente, &c. Et quòd ex his coniugibus ipſe natus fuit, & ipſi coniuges ipſum vt filium tenuerunt, tractauerunt, & vocauerunt, &c. aliàs ſi iſta ſolennitas non probatur, tanquam natus ex clandeſtino matrimonio non ſuccedit patri, nec eſt in poteſtate patris, & tanquàm in peccato eſt, & tanquàm vulgo quæſitus, vt in conſtitutio. ſancimus, de matrimonio contrahendo. Domin. Andr. dicit, quòd ſi eſt articulatum, & ſi teſtes dicunt ſic, quòd eſt filius talis natus ex legitimo matrimonio, & ſic pater & mater tenuerunt & tractauerunt &c. tunc eſt probata filiatio, vide in dicta conſtitutione, & quæ ſcripſi in verbo, matrimonium, &c.

Fiſcus eſt vltimus ſucceſſor in bonis vaſallorum, & villanorum, Baronum, & feudatariorum, quæ bona ſunt in terris demanialibus, quando moritur inteſtatus, & deſcendentes vel aſcendentes, vel collaterales non ſunt. vide tex. in conſtitutione, ſi quando, de hominibus Baronum. Sed an ſit vltimus ſucceſſor in alijs bonis hæreditarijs, quàm in terris Baronum? hic textus dicit qualitercunque quæſitis, & ſic omnia comprehendit, & puto, quòd referatur ad hæreditaria quæſita in terris demanialibus. ſed vide ne erres, quia dicit textus qualitercunque quæſitis. Nota gloſſam quæ dicit, quòd cognati præferuntur fiſco ex eo, quia dicit collaterales. vide legem, vacatio. de iure fiſci. Dominus Andræas dicit, quòd ſi viuit iure Longobardorum cognatus non excludit fiſcum. Sed an vxor mortui præferatur fiſco? dic quòd ſic. Idem in adoptiuo filio. Dominus Andræas ibi.

Fiſcus Ad eum ſpectat theſauri inuentio. Item naufragia. Item bona defuncti ſine hærede, vt in conſtitutione, præſenti, de officio Secre. Et quando quis dicatur mori ſine hærede, vt ſuccedat fiſcus, vide ibi glo. Sed an fiſcus præferatur vxori defuncti, alio hærede legitimo non extante? gloſ. dicit quòd ſic, ſed Dominus Andræas contra. Item dicit gloſ. quod forenſis, qui moritur ſine hærede non poteſt condere teſtamentum ſine conſenſu Regis, vide ibi gloſ. pro iſta materia. vide rubricam, vnde vir & vxor.

Fiſcus. Quilibet poteſt denunciare fiſco, & proſequi cauſam fiſci. ff. de iure fiſ. l. 1. in fi. in glo. Domin. Andr. in conſtitu. beneficium, de reſti. reipublicæ.

Flagranti. Ille dicitur captus in flagranti crimine, qui in ipſo actu deprehenditur. l. raptores. C. de epiſcopis & clericis. Vel antequam veniat ad locum deſtinatum, ſicut fur manifeſtus, l. 3. ff. de furt. Aut latitat per magnum interuallum nullo alio actu extraneo interueniente. ff. de adulterijs, lege finali. & a quocunque poteſt capi, dicta lege tertia, multo fortius ab attinentibus læſo, aut tutore, vel curatore, dicta lege, raptores. dummodo capiens ipſum ducat ad præſidem puniendum, aliàs non capietur ſine licentia iudicis. C. de exhibendis reis, lege finali. Non tamen cogitur quis capere, niſi ſit commenſalis delinquentis, lege. culpa. ff. de regulis iuris. niſi ſit proditor, & ſi eſt clericus inuentus in flagranti crimine poteſt capi, & duci ad iudicium. extra de ſenten. excommunic. capitu. cum ſamæ. Et qualiter proceſſus ſit faciendus contra deprehenſum in flagranti crimine, vide conſtitution. humanitate. de his qui. fid. dare poſſ. & tunc dicitur conuictus, quando non poteſt negare crimen. Dominus Andræas in conſtitutio. Iuſti. cum per Calendas. vide ſupra in verbo, delinquens.

Foraſterij & cuſtodientes tenimenta ſi ratione affidaturæ vel tenimentorum vltra licitum aggrauant non mortis pena, nec publicationis omnium bonorum tenentur, ſed in quadruplum eius, quod extorſerunt damnum paſſo, quod vltra debitum ceperunt reſtituant, vt in conſtitu. vt delicti fines, de pena eorum affid. inſtin.

Forenſes in regno non poſſunt facere teſtamentum ſine conſenſu Regis. glo. eſt in conſti. præſenti. de officio Secreti, & ab inteſtato Rex ſuccedit. Domi. Andr. ibi.

Foriudicatorum bona, & aliorum damnatorum acquiruntur fiſco. ſi foriudicatus careat liberis & parentibus vſque ad tertium gradum, imò ſi habeat parentes & non filios in feudalibus, ſolus fiſcus ſuccedit. ſi verò filios natos, & conceptos ante foriudicationem, diuiduntur bona inter filios & fiſcum in virilem. Et ſic nota, quòd ſeruatur filijs legitima. & ſi ſunt parentes ſibi vt pater, & mater, fiſcus ſuccedit in virilem. Idem ſi vnus eorum ſupereſt, vt pater vel mater, & hoc in paganicis. In feudalibus autem dic vt in proxima conſtitutio. foriudicatorum, & datur fiſco electio ſi de portione ſua velit portionem, vel pretium, vt in conſtitutione, foriudicatorum. de fiſco ſuccedendo foriudicatis, de quibus bonis intelligitur? dic de ſtabilibus, quia mobilia ſtatim acquiruntur fiſco tam foriudicatorum, quàm damnatorum. dic de illis damnatis, ex quibus ex diſpoſitione iuris bona veniunt confiſcanda, vt in glo. ſecunda.

Frater primogenitus tenetur fratri ſecundogenito dare vitam, & militiam, ut in conſtitutio. Comitibus. Sed an teneatur dare filijs & filiabus ſecundo geniti? Dic ſi dedit fratri non tenetur dare nepoti, aliàs tenetur, quia tranſtulit pater iſtud ius in filios, Dominus Andr. in conſtitu. Comitibus & Baronibus. de adulterio pro militia. Item ſi frater maritauit ſororem de paragio, non tenetur ipſa mortua neptem maritare: ſed ſi non maritauit ſororem, tenetur neptem maritare. Dominus Andræas.

Fratres qui ſolent fieri, & dicuntur confratres, & capiunt religionem, qui relinquunt mundum, ingrediuntur monaſteria, ita euitant onera ſecularia, ſi intrauerint ad religionem approbatam oblatis bonis ſuis omnibus monaſterio non retenta vxore in ſeculo, uel uſufructu bonorum, ſeu parte, ita quòd in totum ſe expolient: & iſto caſu gaudent priuilegio clericali, aliàs non. & ſi habent filios, non poſſunt ipſos fraudare, uide cap. regni Regis Caroli, quod incipit, priuilegia.

Fratres, qui diuiſerunt patrimonium, infra triginta annos poſſunt petere, ut partes adæquentur non obſtante præſcriptione. Et ſi frater retinet res per triginta annos, & iurauit aliunde habuiſſe, quàm ex communi patre, creditur ei. & hoc eſt de iure Longobardo confirmato per conſtitutionem noſtram de præſcript. qui hoc non inducit

ducit

ducit ius commune, quod aliud vult, vt ſcripſi in verbo, præſcriptio.

Fuga. Si delinquens notoriè fugit, pro eodem contractu proceditur contra eum ex non ſcripto iuris ordine non ſeruato, vt in Auth. vt iudic. ſine quoquo ſuffra. §. neceſſitatem. Dominus Andr. in conſtitutione, humanitate. de fideiuſſor. in ver. ibi, imò contra. Item ſi delinquens eſt in fuga.

Furtum committens in re valente vnum Auguſtale debet fuſtigari, & mercari in fronte, & banniri de tota prouincia. Qui furatur rem valentem vltra Auguſtale excluſiuè, manum amittit: qui verò rem excedentem vnciam, ſuſpendio condemnatur. Item ſi nobilis eſt, capitali pœna plectitur, vt in cap. Regni, ad hoc. de furtis. Pro pluribus furtis, licet minimis, ad mortem punitur. Et quod minima requirantur, vt moriatur: vide Dominum Andræam in conſtitu. ſuper inciſionibus, de damnis clandeſti. vbi dicit, quod de pluribus licet minimis capitaliter punitur, non diſtinguendo quantitatem furtorum, ſed numerum: ſic in dicta conſtitutione Regni. Sed quid ſi aliquis in re, quam vult emere ſine pretio, committit rapinam, præterquàm in palea, quæ eſt extra domum, qua pęna punitur? vide quæ ſcripſi infrà in verbo, rapina.

Furtum. Si iudex cognoſcit de furto per viam accuſationis, vel ex officio, violentia, vel offenſa, vel alio delicto quocunque, iudex comperto delicto, pœna debita puniat, & in eadem inſtantia per ſuum officium condemnet, etiam in reſtitutionem rei ſubtractæ, vide cap. Regis Roberti, ſi de furto violentia. Sed quid ſi officium non fuit petitum, ſeu imploratum, an iudex faciet reſtitui rem, cognoſcendo de furto? puto quòd ſic etiam non petitum. hoc puto quod velit iſte textus.

G

Gabella. Si redditur ſimpliciter, intelligitur quòd ſubhaſtetur. Dominus Andræas in titulo, quæ ſint regalia. in ſecunda charta, de natura gabellarum. & quis imponit de nouo, & quæ pœna eſt? vide Hoſtien. in ſumma de cenſi. & ibi de omni genere gabellarum, & per Bartol. ff. de vectig. l. 1.

Gabelloti. Pro eorum adminiſtratione omnia eorum bona ſunt tacitè obligata Curiæ pro ipſa gabella, vt in conſtit. ſi quando, de homin. Baron. no.

Gabelloti Terrarum Baronum aliquando emunt gabellas vltra debitum, vel coacti ad hoc, vt cum fauore Baronis exigant vltra debitum à priuatis, & de affidatis poſſeſſiones & iura Curiæ accipiunt, & Terras occupant, fructus, & terragia vltra debitum, hoc prohibet textus, & vult quòd nullus taliter emat, nec dominus opem ferat. Et ſi contra ſit, rem, quam abſtulit a demanio Regis, reſtituet cum quadruplo fructuum: rem priuatorum cum medietate æſtimationis gabellotis deſtituens, & eandem pœnam domini, ſi opem gabellotis præſtiterint: vel ad eorum conſcientiam peruenerit, & non reſtituerint totum, poſſeſſione teneantur. Et ſi gabellotus non eſt ſoluendo, de perſona arreſtetur ad arbitrium Regis, vt in cap. quia quandoque. de occupationibus. Sed quid ſi ab alijs gabellotis exigitur nouum vectigal & inconſuetum dolo ſcientibus vel ſcire debentibus contra iuſtitiam: ciuiliter conuocatus ſi ſine vi reſtituat rem cum pœna dupli: & ſi per vim, cum triplo: & criminaliter punitur perpetuo exilio, & poſtquàm inſolitum exigit, illud plus cum dicta pœna reſtituat: & criminaliter extra ordinem punitur, vt C. de no. vectig. l. 3. in fine. ff. eod. l. licitatio. §. quod illicitè. & in ritu reg. de gabellotis. & ſic vniuerſaliter in gabellotis demanialibus.

Genitiuus interdum denotat dominium, interdum poſſeſſionem, interdum cauſam efficientem: vide Bartolum in l. j. ff. de noui operis nunciat.

Guerra. Si Baro, vel miles in regno ſine permiſſu principis guerram mouet, capitali pęna tenetur, vt in conſtitutione, Comes. de guerra mouen. Quæro, quis dicitur guerram mouere? Reſpondeo, ille, qui publice armatus cum comitiua vadit ad offenſionem alicuius commouendo exercitum hominum armatorum ſine iuſſu principis: & iſte committit crimen læſæ maieſtatis: quia tunc maieſtas læditur. ff. ad legem Iuliam maieſtatis. l. 3. & ſpernit principem parando talia. & vſurpando quod principis eſt: ſecus ſi cum gentibus, ac magna comitiua non armata aliquod delictum committitur non illo modo, quo guerra ſiet, tunc de vi publica tenetur. ff. ad legem Iuliam de vi publica. l. penult. in fine. Sed quomodo congregat gentes armatas ad mouendum guerram, & ad offenſionem: iſto caſu ſit guerra, & vis publica, & hæc vis publica locum habet, etiam ſi delictum non ſit ſecutum: & vna non tollit aliam, niſi in eo quod plus eſt, quia guerræ motio habet aliquid enorme. & confundit nimis. Sed quid ſi cum gentibus armatis eo modo, quo itur ad guerram cum banderijs & vexilliis Baro accedit ad aliquod delictum perpetrandum, erit guerra: & ſi ſine vexillis & banderijs, erit vis publica: & adiectio banderiarum & vexillorum aggrauat, vt teneatur aliàs de vi publica, & facit illum teneri crimine læſæ maieſtatis. Vis publica eſt motio gentium armatarum. Crimen læſæ maieſtatis inducit motio banderiarum & vexillorum ſine principis mandato vſurpando. ita intelliguntur dicta Domini Andr. in ſupradicta conſuetudine.

H

Hæres inſtitutus ſuper re certa cum clauſula taxatiua, quod vlterius petere non poſſit, non poteſt agere ad ſupplementum legitimæ, ſi non eſt de ſuis: imò habentur loco legatariorum, per Bart. in l. Lucius. ff. ad ſenatuſconſultum Trebel. vide in l. quoties. C. de hæredibus inſtituen. & ff. eod. titu. l. ſi ex fundo, & l. 1. ſecus in ſuis, qui poſſunt agere ad ſupplementum legitimæ, ita quòd ſi in vno nummo inſtitutus eſt, poteſt petere ſupplementum, vt in Auth. vt cùm de appella. cogn. collatione octaua. §. aliud quoque capitulum, vbi tex. & glo. in verbo, præterite. §. certè. & vide l. omnino. C. de inoffic. teſtam. & inſtitutus in re certa vltra hæreditatem habetur loco legatarij. l. quidam eulogio. C. de iure deliber.

Hæres. Si iurauit Titius, & periurauit, an hæres eius accuſetur de periurio? videtur quòd ſic: quia ſi Titius iurat, perinde eſt, ac ſi hæredes iuraſſent, cum cenſeantur eadem perſona, vt in Authen, de iureiurando a morien. præſti. in principio. Sic econtra, cum iurat defunctus, videtur iurare hæres: quia promiſſio facta cum defuncto, videtur facta cum hærede. ff. de probationibus. l. ſi pactum. in fine. Verius videtur quòd non, quia pœnales actiones ciuiles ex maleficijs deſcendentes dantur hæredibus, niſi competant ad vindictam, vt Inſtit. de perpe. & temporalib. actio. §. ſed hæredibus. Sic actio ciuilis furti ad duplum, vel quadruplum datur hæredi: & ſi eſſet mota per defunctum, tranſit in hæredem: fortius ſi mota non eſſet. ff. de actionibus. l. ex iudiciorum. in fine. Sed criminales actiones ex publicis iudicijs deſcendentes non dantur hæredibus: dicit gloſſa, C. ne ex delic. defunct. l. prima. in fine magnæ gloſſæ. nam & non extinguitur morte. C. ſi reus vel accuſ. mort. fuerit. l. accuſare. Vnde ſi defunctus potuit teſtes accuſare de homicidio, hæres eius non habet accuſationem extinctam per mortem defuncti, etiam ſi mota fuiſſet, ſed in ſui perſona poſſet quilibet de populo. Idem in priuatis delictis cum dicta gloſſa in l. ex iudiciorum. in fi. accuſatio depoſita pœna corporali, & de periurio non datur hæredi extincta per mortem, etiam ſi priuatus poſtquàm eſt hæres. Dominus Andræas in conſtitu. eos qui ſcienter. de periurio. Et pone exemplum: Titius promiſit & iurauit dare decem patri meo, nunc ſucceſſi, & quia non ſoluit patri meo in tempore, peto a Titio illa decem, qui non vult ſoluere, licet periuretur me exiſtente hærede non poſſum agere ego hæres de periurio, quia ſemel fuit extinctum. Item ſi defunctus in vltimis ſuis ſuper rebus ſuis iurauit, an teneatur hæres ſtare iuramento defuncti? dic quod ſic, in Authen. de iureiur. a mor. præſt. Dom. Andr.

Hæres & ſucceſſor violenti, an teneantur indiſtinctè ad reſtitutionem rei mobilis violenter ablatæ, & ad medietatem pretij pro pęna in conſtitu. violenter. de violen. dic ad rem, quatenus ad eum peruenit, & facti ſunt locupletes, ad pœnam tenentur, ſi lis fuit conteſtata cum defuncto. Domi. Andr. in d. conſtit. violenter.

Hæres. Quomodo quis dicatur mori ſine hærede, vt fiſcus poſſit occupare hæreditatem? vide glo. in conſtitu. præſenti. de officio Secre. & vide ſupra in verbo, fiſcus.

Hæres pro furto facto defuncto non accuſat furem criminaliter: ſed agit ciuiliter ad duplum, vel quadruplum, pro eo quod intereſt eius in criminali non dicitur intereſſe, quia ſatisfacit animo. Dominus Andræas in conſtitutione, eos qui ſcienter, de periurio, &c.

Hæretici qui ideo dicuntur, quia ab vnione Catholica deuiant: aliàs appellantur Patareni, quaſi expoſiti paſſioni, ad quos inquirendos iudex ſecularis debet ſolicite vigilare: & iam inuenta aliqua ſuſpicione laici per perſonas eccleſiaſticas examinabuntur: & ſi inuenti fuerint ſaltem in vno articulo deuiare præcedente ſolennitate opportuna, ſiue clerici, ſiue laici fuerint ad ſimilitudinem criminis læſæ maieſtatis bona eorum publicantur in laico, & applicantur fiſco, & ignis incendio concremetur. Si mortuus fuerit antequàm damnetur, damnabitur eius memoria, & nemo audietur pro eo, qui incipit ſupplicare. text. in conſtitutio. inconſutilem tunicam. de hære. & Patar.

Homicidium. Si quis aggreſſus eſt aliquem, & in aggreſſu ipſum occidit: ſi miles eſt ſuperior, tenetur pęna capitali ad inciſionem capitis, inferiores ad furcarum ſuſpendium. Si quis occiderit aggreſſorem vel latronem in dubio vitæ diſcrimine conſtitutus, vel nocturnum furem, quem comprehendere aliter non poterat cum clamore, nulla pœna tenetur. Infans etiam ſine malignitate animi, & furioſus hominem occidentes non tenentur, vt in conſtitutione, terminum, de homicid. Idem ſi non gladio, ſed fuſte, uel lapide, vel ſi ſuſpendit ad furcam, quia eadem pœna tenetur: ſatis

enim

enim occidit, qui ſtrangulat: qui enim cauſam mortis dat, occidere videtur, cum quis dat mala medicamenta, vel clyſtere, vel oſtendit malam viam, vbi erant latrones ſcienter. Item ſi plures percuſſerunt, & non apparet ictus cuius ſit, omnes puniuntur, ſecus in damno legis Aquiliæ. Pro qua materia vide l. ſi famil. ff. de iuriſdictione omn. iudi. & l. ſi quis id quod, & l. item Mela. §. ſi plures. ff. ad legem Aquiliam. Item quando quis eſt percuſſus. & poſt aliquot dies moritur, an præſumatur ex illo vulnere? dic quòd ſi infra breue tempus poſt percuſſionem moritur, puta infra decem dies moriturus eſt, quod ſic: ſecus ſi infra longum tempus, & quæ debent probari per actorem, an quod mortuus eſt ex illo vulnere, & quæ per accuſatum: vide plene per Dominum Andræam per duas columnas in dicta conſtitutione. Item ſi accuſatus negat homicidium commiſiſſe ante aperturam proceſſus, poteſt dicere & probare, quod ad ſui defenſionem fecerit, & non eſt ſibi contrarius, ſed confirmat quod negat. ¶ Item ſi fatetur occidiſſe hominem ad ſui defenſionem. ¶ Item occidens proditores, & transfugas, ac hoſtes Regis, non committit homicidium: quia hoſtis & proditor idem ſunt. Item textus dicit, occidi aggreſſores. ¶ Quid ſi ſine aggreſſura occidit aliquem? dic idem, qualitercunque aggredientem occidit. Domin. Andræas ibi. ¶ Item pone quòd volens occidere Titium, occidit Seium, credens ipſum fore Titium. Domi. Andræas arguit pro & contra: & concludit ibi quòd tenetur. ¶ Sed pone quod quis vnum mortifere percuſſit, alium exanimauerit, an teneatur? dic quod ſic. ¶ Et nota, quòd qui accuſat de homicidio, oportet quod probet id quod dicit, ſcilicet, quod mortifere percuſſit, & quod illud probet.

Homicidium. Si quis fuit clandeſtine occiſus, & non inuenitur malefactor, iudex inquirit diligenter ex officio ſuo: & ſi reperiat per ſemiplenam probationem aliquam perſonam vilem, vel leuem, ponet eam ad torturam: & ſi confitetur, vltimo ſupplicio ſupponatur, ita quòd duret in confeſſione ſolutus vinculis & cathenis: & ſi nullus reperitur ſuſpectus, citantur incolæ territorij, vbi homicidium eſt commiſſum. Et prædicta inquiſitio & ordo fieri debet & obſeruari. In alijs damnis clandeſtinis & nocturnis tenentur incolæ pro Chriſtiano occiſo in centum Auguſtalibus, & pro Iudæo vel Sarraceno in quinquaginta. Et ſi conſtat vniuerſitatem occultare velle, & non exhibet, tenetur arbitrio iudicis, vt in conſtitutione, ſi damna clandeſtina. de homicidijs & damnis clandeſtinis. Et nota, quod iſta conſtitutio ſecundum gloſſam habet locum, quando aliquis reperitur occiſus, ſecus ſi percuſſus, & poſtea moritur, cum qua gloſſa concordat capitulum Regis Caroli, quod incipit, Item ſtatuimus, quòd pœna quæ pro homicidijs. Item gloſſa tenet quòd iſta conſtitutio habet locum, ſi homicidium eſt factum intus ciuitatem, vide qua pœna tenetur vniuerſitas, per capitulum Regis, quod incipit, Conſtitutio diui patris, &c. & capitulum, clandeſtinis, vide capitulum, Statuimus quòd contra, in rubrica de conſeruanda pœna mortis, in quo dicitur, quod pro Chriſtiano ſoluuntur trecenti Auguſtales, ſecundum diſtinctionem ſoculatiorum, vide in prædicta conſtitutione.

I

IGNIS non poteſt opponi in reſtuchis, vel campis ante feſtum glorioſæ virginis Mariæ de medio Auguſto: & qui damnum dederit, contrarium faciendo, tenetur ad emendam, & ad eundem caſum ratione pœnæ. Et ſi malefactor non reperitur, vniuerſitas tenetur ad dictas pęnas: vide capitulum Regis Caroli, quod incipit, Carolus Dei gratia. de mittendo igne in reſtuchis. & ſi malefactor inuenitur, & non eſt ſoluendo, in ſubſidium tenetur vniuerſitas: vide in capitulo ſequenti, quod incipit, Imperator. ¶ Item officialis, qui ad prædicta fuerit negligens, tenetur Curiæ Regis ad pęnam vnciarum ducentarum: vide cap. Regni, quod incipit, Imperator. quod eſt prædictum capitulum.

Incendiarius domus in ciuitate doloſè, capite punitur, vt in conſtitutione, doloſe. de incendiarijs. Si alias res combuſſerit in ciuitate, maxime hominem, comburetur: vbi per Dominum Andræam, Si extra ciuitatem, punitur minus. ff. de pœnis. l. capitalium. §. qui ob inimicitias. de iure Romano, ſiue in ciuitate, ſiue extra fiat incendium, ſi homo, non comburetur, erit pœna arbitraria. ſed magis in ciuitate, & ſic videbitur qualificatio delicti, & perſonæ. Domi. And. ibi. Si de nocte committitur incendium in domo, capite punitur, vt in conſtitutione, ſuper inciſionibus. de homicid. clandeſtinis. & ibi vide pœnam incendiarij per Dominum Andræam. Sed quid de rebus, quæ euaduntur de incendio, vel ruina, an committatur furtum? dic ſi fatetur ſic, alias ſi captus in crimine, punitur pœna capitis, & læſo tenetur in quadruplum. ¶ Item qui non currit ad euadendum incendium, vel ruinam ad præſtandum iuuamentum, punitur in vno Auguſtali, vt in conſtitutione, ruinas. de ſurripientibus aliquid. Item ſi aliquis, quando comburitur domus, vel aliqua ruina fit, aliquid ſurripuit, tenetur pœna capitis, & læſo in quadruplo ſuccurrendum tenetur ad vnum Auguſtale, vt in conſtitutione, rapinas. de ſurripientibus aliquid. Quæro, incenditur domus, vel patitur aliquam ruinam, vel fit rebellio, & tumultus in ciuitate, bona recommandatur, & poſtea negantur, qua pœna tenetur negans? dic pœna capitis, & quadrupli. & Domin. Andr. in dicta conſtitutione. Et quando committitur incendium in arboribus, qua pœna teneatur immittens? vide ſupra in verbo, arborum, & in dicta conſtitutione, ſuper inciſionibus.

Indicia. Copia indiciorum eſt danda illis, qui debent tormentari, vt in conſti. tormenta ratio, quia ſi datur copia in quæſtione duorum denariorum, multo fortius cum agitur de vita hominis, vt in conſti. ſi quis damna. de dam. cland. per Domi. Andr.

Infirmus, ſi citatur, an debet mittere excuſatorem? gloſ. in conſtitutione, edictorum. de lit. cita. in verbo, allegari, dicit, quod ſic, ſi eſt talis infirmitas, propter quam non poteſt venire ad iudicium: & idem dicit Domin. Andr. vt eſt in morbo ſontico, ſecus in morbo leui, ut febris, ut quartana uetus. ff. de re iud. l. quæſitum. uide cap. 2. extra de procur.

Iniuria. Pœna iniuriarum eſt arbitraria, & iudex conſiderat conditionem perſonæ, loci, & iniuriarum, & in æſtimatione iniuriarum ſeruatur pro maiori parte ius commune, ut iniuria dicatur atrox, uel atrocior ratione perſonæ inferentis iniuriam, uel cui infertur, & ratione loci, & temporis, & uulneris, & in quo loco. ff. de iniurijs. l. ait Prætor. Item iniuriatus debet iurare iudicis taxatione præmiſſa, ut iuret, quòd potius uellet perdere de ſuo, &c. Et ſiue actor, ſiue reus ſenſerit ſe grauatum in taxatione poterit appellare a modica uel nimia taxatione. ¶ Item iniuriatus habet tertiam partem, etiam ſi pœna imponatur a lege ſine æſtimatione: quia tunc perimit delictum, & duæ partes pœnæ competunt Curiæ: & reliqua parti læſæ, ut in conſtitutione, uarietatem, de iniurijs. ¶ Item nota, quòd quo ad æſtimationem nullum ius eſt quæſitum ante condemnationem: & ſic Curiæ nihil debetur ante condemnationem, ut eſt gloſſa ibi. Et ſic nota formam libelli, quia faciet æſtimationem, & poſtea petet, quod condemnetur eidem actori ad ſoluendum, tradendum, & aſſignandum prædictas uncias decem cum iuramento ipſius actoris taxatione iudicis, &c. ut eſt gloſſa in uerbo, eius. Vel poteſt concludi in libello, Peto condemnari in uncijs decem ſecundum formam conſti. Regni, Iuſtitia mediante, ſaluo iure, &c. ¶ Item nota, quòd in actione iniuriarum appellatur ab immenſa taxatione, uel minima, puta, quia iudex modice taxat iniurias, actor appellat, ut notatur in tex.

Iniuria, quæ fit famulo, uel uaſallo in contemptum domini, uidetur facta domino. Dominus Andr. in conſti. de iniur. cur. illat.

Item iniuria officiali illata, uel familiæ, uel in bonis eorum, vide quæ ſcripſi in uerbo, officialis. in tribus locis.

Iniuriæ & uiolentiæ factæ eccleſijs, & perſonis eccleſiaſticis, & religioſis, licet nullus actor compareat, ex officio Curia inquirit, & iniuriantes debita pęna puniuntur, ut in cap. Regni, quod incipit, de iniurijs. in rub. de offic. & uio. & de iniuſtitia facta nobili, uide in uerbo, miles.

Inquiſitio generalis interdum notatur per inquiſitionem generalem, & non fit copia dictorum teſtium. interdum econtra, & interdum fiebat copia nominum teſtium, & non dictorum: interdum requirebatur conſcientia principis, ſi eſt facienda copia, uel non, cum inquiritur de crimine læſæ maieſtatis ut in conſtitutione, hi qui. de inquiſitoribus. Prædicta ſunt correcta per capitulum Regis Caroli II. quod incipit, in generalibus inquiſitionibus. de inquiſitione facienda. ubi dicitur, quod ſemper datur copia nominum teſtium, & omnium repertorum, ut infra patet.

Inquiſitio generalis, ſi in ea aliquis eſt notatus, ſtatim non capitur de perſona, dando fideiuſſorem etiam probato crimine, antequam detur copia repertorum: & ſi nullas defenſiones dederit contra reperta in inquiſitione, uel contra teſtes, uel defecerit in probando capitur de perſona, etiam ſi reperta contra ſe obtulerit reprobare, & ſemper eo capto uel non, auditur in ſuis legitimis defenſionibus, & de carcere liberaretur, niſi alia de nouo ſuperuenerint. Prædicta fallunt in confeſſo de crimine, uel capto in flagranti crimine, quia tunc ſtatur conſtitutioni regni. tex. eſt in conſtitutio. in generalibus. de inquiſitionibus facien. &c. Et quando legitima inquiſitio facta eſt, debet dari copia. Et ſi in generalibus inquiſitionibus eſt probatum per quatuor teſtes, qui non reprobantur, uel per inquiſitionem ſpecialem per teſtes competentes, de iure procedetur ad condemnationem, ut in conſtit. regni quæ incipit, ſubiungendo. de crimi. nunci. mag. Iuſtitia.

Inquiſitio ſpecialis ſine denunciatore non fiet tam de iure communi, quàm per conſtitut. regni, niſi in caſibus notatis in conſtitutio. hi qui. §. de ſpecialibus. Et in crimine læſæ maieſtatis, de quibus princeps ſpecialiter mandat. & de omnibus not. in l. 2. §. ſi publico. ff. de adult. vbi proceditur ſine accuſatore. C. de bon. lib. l. 1. Sunt & alij caſus poſiti in conſtitut. Iuſtitia. non per Calendas. & in conſtitutio. Iuſtitiarij nomen, & not. ut ſunt famoſi latrones, fures, & uiarum aggreſſores

greſſores,& publici homidæ,& cōtra fugientem & latitantem. Item contra ſocios criminis & confeſſatos per aliquem ex ſocijs, vbi confeſſio fuerit cum aliqua præſumptione, vt no.glo. C.de accuſat.l.fin. in fine, vide hæc omnia per Dominum Andræam in conſtitutio. hi qui. de inquiſitio. facien. Item quando fiet inquiſitio contra ſpecialem perſonam debent præcedere nomina delatorum. glo.eſt in prædicta conſtit.

Inquiſitio. Ex quolibet delicto poteſt inquiri, & procedi ſine accuſatore, cum ex delicto duæ naſcantur actiones, vna iniuriato, vel ei, contra quem eſt commiſſum delictum,& alia reipublicæ,& ſic illa poteſt procedere, nec poteſt remitti per iniuriatum. vide Ioannem Criſpanum in §. furtum.il 1. Inſtitut. de obligationibus quæ ex delicto naſcuntur. vbi dicit, quòd Barto. mouetur per l. licitatio. §.ſed quod licite. de public. Et vide Bart. ibi. Et an poſſit iudex procedere, ſi iniuriatus poſt denunciationem de accuſatione tempore licito, puta, infra triduum vult pœnitere ſe ex priuilegio,&c.in l.j.§.vſq; adeo ff.de iniur.vbi dicitur, quod non poteſt. Tamen ille tex.ſi bene inſpicitur, dicit quòd non poteſt. Vnde cogita,quia veniunt multa enormia. Sed adde ad illud dictum regulare Cy. in l. 1. alias 2. C.de abol.quod licitum eſt conſanguineo ſe pœnitere vſquequo iudici non ſit probatum.

Inquiſitio quando fiet ex denunciatione alterius contra aliquem debeat procedi vtraque parte præſente, vel altera contumace.& debet ſeruari ordo iudiciarius. glo.eſt in conſti. hi qui. §.de ſpecialibus. de inquiſi.

Inquiſitio ſpecialis fiet contra ſpecialem perſonam quando delicta committuntur, & ignoramus delinquentem, nec eſt qui deferat vel accuſet, & tunc proceditur ad inquiſitionem contra ſpecialem perſonam: quia maleficia non debent impunita remanere, ita tenet glo.in conſtitutio. præſenti, de inquiſitionibus. & ſic dicit quod intelligitur illud, quod intelligitur ſemper per §. de ſpecialibus. Sed Dominus Andræas non dicit hoc: ſed dicit quod ſi eſt delictum, in quo poſſet inquiri ex damno clandeſtino: inquiritur, & proceditur contra vniuerſitatem per conſtitut.ſi damna clandeſtina. Et inde arguit, quod idem eſſet in alijs delictis: ſed dicit,quod hoc eſſet deſtruere regulam illam, nemo ſine accuſatore punitur: & iſta eſt quædam adinuentio ſua.& dicit poſtea, quòd delicta ne remaneant impunita.licet nō inueniuntur accuſatores ſuper delictis in generalibus inquiſitionibus, quæ ſicut in quolibet anno veniunt examinanda iſta delicta, & probatur illud, quod eſſet probandum. & licet non cognoſcatur & probetur de maleficio,tunc poſſet probari in inquiſitione generali, ſed multum iudices procedunt in ipſis maleficijs ad examinationem teſtium ſine accuſatore: quia dicunt, quod teſtes ſunt ſenes valetudinarij,vel exteri, qui non poſſunt eſſe tempore generalis inquiſitionis,& ſic ne pereat teſtificatio,iudices capiunt ipſam. Ad quæ reſpondet Dominus Andr.quod iſta poſſent rectiſſime euenire, & ſi euenerint ſuſtinentur, nec rumpitur dicta regula. Tamen dicit, daretur materia, & occaſio malignandi officialibus malis, qui ſunt pleni auaritia, quia ſemper dicerent, quòd vellent inquirere propter ſenes valetudinarios,& exteros receſſuros. vide D.Andr.in dicta conſtitutio.poſſunt.vbi plene.

Inquiſitionem generalē Iuſtitiarius facere debet per prouinciam, & partes ipſius,quando ei videbitur de malefactoribus & hominibus malæ famæ per ſe,& notarios ſuos: & non per alios ſimplices(prout alias committebat) committere poteſt per edictum, quod quicūque non fecerit mentionem de malefactoribus, vel hominibus malæ famæ, & eorum pœna,vel de aliquo maleficio, vel crimine in prouincia, vel particip es veritatem non depoſuerunt, vel querelam non fecerint, donec inquiſitio fi. poſtea de maleficijs, vel iniurijs ſibi illatis, accuſans, vel teſtis poſtea non auditur, niſi iuſtam cauſam timoris oſtenderet,& ignorantiam,per quam tempore inquiſitionis conqueri,vel teſtari minime potuit,vt in conſtitutio.inquiſitiones,de inquiſitionibus faciendis. Sed per conſtitutio.regni,quæ incipit, generales inquiſitiones. de inquiſitionibus faciendis. corrigitur, quia ſemel in anno fiet inquiſitio generalis, vt ſub prætextu generalis inquiſitionis deſcendat ad ſpecialem inquiſitionem cōtra ſpecialem perſonam, niſi de mandato principis hoc faceret Magna Curia cum iudicibus, ſi facit ſine licentia principis, vbi omnes concordant, vel maior pars poteſt inquirere contra ſpeciales perſonas.

Inſtrumenta & aliæ cautiones debent ſcribi per notarios ordinatos in litera legibili, & non per ſigna, & in chartis membranis: alias non faciunt fidem, exceptis apochis & antapochis,quæ fiunt in papyro. vide conſtitutio. conſuetudinem, de inſtrum. faci. Multi Reges ſcribunt extra ſuum regnum in chartis membranis. In iſto regno eſt conſuetudo, quod Reges ſcribunt in membranis. Dominus Andr. ibi, Sed quæro, inſtrumentum factum eſt in chartis bombacis, & eſt ſubſcriptum per iudicem, notarium, & teſtes, an faciat ſemiplenam probationem? Puto quod non per tex.in iſta.conſtit.ibi,nulla omnino, & ſic corrigit ius commune, quod vult quod in chartis bombacis fiat inſtrumentum, & idem in teſtamentis, quia appellatione inſtrumentorum continentur teſtamenta, per tex. in d.conſtit. ibi, Inſtrumenta, & quælibet cautiones. Ex quo habes, quòd quælibet ſcriptura,ex qua fides fieri deſideratur, iudicis etiam,fieri debet in charta membrana,aliàs non valet vbi hoc.

Inſtrumenta in cauſa principali producuntur poſt aperturam proceſſus, vt no.in auth.vt qui ſemel. C. de teſti.in glo. niſi eſſet in cauſa concluſum,vt extra de fide inſtrumen.cap.cum dilectus. Item & poſt concluſionem,cum iuſta cauſa, vt ſi viderit iudex aduerſarium impeditum non producere inſtrumenta, vel ſubtraxit, vel ſimili cauſa. Contrarium tenet gloſ.in conſtitut. lite legitime conteſt. vbi dicit, quod Curia Vicariæ ſeruat, quod infra terminum datum ad probandum præſentantur inſtrumenta,& non vltra. Domi.Andræas ibi dicit de ipſa conſuetudine.vide Dominum Andræam in conſtitutio. iuriſperitorum.de prob. & appellat. Barto. tenet quod poſt concluſionem, in l.diui.de pœnis. Puto tamen quod ſit ſeruanda conſuetudo, dicit Dominus Andræas. Vnde ſi conſuetudo non apparet, inſtrumenta præſentantur in termino dato ad probandum.glo.in conſtitutio.probationum.de probatio.videtur tenere quod poſt publicationem producantur.Bart.in dicta l.dicit,quod poſt concluſionem, videas ſuper hoc bene.Et quando producuntur, ſignantur per actorum notarium, & ſcribitur præſentatio. vt in glo.dictæ conſtitutio.lite legitimè conteſtat. Sed quid ſi inſtrumenta apparent in actis,& non apparet ſcripta præſentatio, ſi probetur præſentatio per iudicem & actorum notarium,quia iudici non creditur, ſed iudici cum notario actorum, vt in cap.quoniam contra. de probatio. ſed ſi non probatur, puto quod præſentatio non tenet.

Inſtrumenta quæ fuerunt præſentata in cauſa principali præſentantur etiam in cauſa appellationis, quia ceſſat timor ſubornationis. Dominus Andræas in conſtit. iuriſperitorum. de proba.etiam ſuper veteribus capitulis. & hoc remanet pro hoc fortius. l.per hanc. C. de tem.appel.

Inſtrumenta. Si committitur examinatio teſtium alicui, poteſt recipere inſtrumenta: & hoc de æquitate quæ præualet iuri. Domi. Andr.in dicta conſti. iuriſperitorum.

Inſtrumenta facta ſub nomine hoſtis, ſeu proditoris Regis ſunt nulla,vide conſtitutio.inſtrumenta.de fide inſtrument.Item ſi inſtrumenta ſunt facta ſub nomine Regis hoſtis: & tabellionibus, & iudicibus factis per rebellionem hoſtis Regis, debent reuocari infra annum, poſtquam rebellio ſuit depoſita, vt in conſtit. principis. de reuo.priu.Dom.Andr dicit ibi,quod reuocantur.

Inſtrumenta quando notarius moritur, & non ſunt poſita in publicam formam, qualiter per alium notarium ponantur in publicam formam, & ar.cogetur in iſto caſu: vel quando inſtrumentum perditur, quod de nouo conficiet. & quantum ſoluitur pro confectione inſtrumenti. & quando notarius perdit inſtrumentum ſeu protocollum,an teneatur ad intereſſe,quādo pars prohibet notarium,ne conficiat inſtrumentum? vide plene in verbo,notarius.

Inſtrumentum. Si contractus excedit libram auri debet ſubſcribi per iudicem & notarium, & tres teſtes idoneos & fide dignos, & literatos omni exceptione maiores, qui interfuerunt contractui. Et ſi contractus non excedit libram auri ſufficiunt duo teſtes omni exceptione maiores tempore quo ſe ſubſcribunt inſtrumento. Et clerici in regno eſſe iudices non poſſunt, & notarij, vt in conſtitutio. inſtrumentorum robur. de fide inſtrum. Sed quid in teſtamentis & vltimis voluntatibus? gloſſa in dicta conſtitutio. tenet quod idem, ſicut in inſtrumentis, & ſic pertranſit Domin. Andr. Sed hoc credo verum, quo ad ſubſcriptionem propriæ manus iudicis & teſtium. Sed puto quod requiratur ſubſcriptio vij.teſtium ſecundum ius commune. & ſi apparet inſtrumentum ſubſcriptum manu notarij, iudicis,& vnius teſtis, & alij teſtes ſunt mortui. glo.in dicta conſtitutio. tenet,quod inſtrumentum non probat. D.Andr.dicit quod ſi ſtatim poſt confectum inſtrumētum caſualiter moriuntur teſtes,antequam ſe ſubſcribant, ita quod non ſuit negligentia domini inſtrumenti,illud inſtrumentum tunc facit fidem. Si contractus vltimæ voluntatis fuerit coram teſtibus, fit probatio ex parte & non requiritur ipſa ſolennitas. An notarius Imperialis faciat inſtrumentum in regno? dic quod non. Quid de Papalibus? dic quod non inter laicos, ſed in ſpiritualibus ſic. Quid in inſtrumentis venientibus ex aliena prouincia ex remotis partibus, an faciant fidem? dic quod non, niſi probetur, quod ſit tabellio. Prædicta notantur per Dominum Andr.in prædicta conſtitutio. Sed ſi teſtes literati haberi non poſſunt in loco, tunc admittuntur idoneiores,& debent facere ipſi idiotæ ſignum crucis.& notarius ſubſcribet ſua manu ſubſcriptionem,vt eſt glo.in dicta conſtit.iudices, de appari.

Inſtrumentum ſi facit mentionem de alio inſtrumento, vel priuilegium de conſuetudine, vel alio priuilegio, probat: nam textus eſt in l.chyrographis. ff.de adminiſtratio. tuto. C. de eden. auth.ſi quis in aliquo. & gloſſa in cap.abbate ſane.de verbo.ſignific.

Inſtrumentum ſi infra biduum fuit præſentatum, & non fuerunt præſentati articuli, ſeu examinationes: an ſufficit ſola præſentatio inſtrumenti ſuper ſolutione debiti, vel alterius cauſæ, ſuper qua me fundo infra biduum? hoc non ponam, quia pono & volo

probare. Reſpondeo quòd ſufficit præſentatio inſtrumenti, vt in conſtitutio. lite legitime conteſt. de iura.calum.

Inſultus. Gloſ. dicit quòd omnis inſultus præſumitur excogitatus, niſi probetur contrarium, & ſi præſumitur, ad quid ergo ponitur in libello, excogitatus? quia ſicut ex ipſo facto præſumitur animus, ita ex contrario facto poterit apparere, quòd non animo deliquit, maxime ſi caſu, vt venando, vel impetu, vel furore, vel ebrietate, & ſi apparet quod in libello ponatur, quod fecit inſultum excogitatum, & ſic propter inſultum imponitur pœna corporalis, quia numeratur inter criminalia. vide glo. & D. Andr. in conſtit. Iuſtitiarij nomen & normam. & leuius punitur ſi non ex cogitato deliquit. ff. ad legem Cornel. de ſica. lege prima. §. ſed ex longo. & vide gloſ. d. conſtitut. ¶Item quæ ſit differentia inter inſultum, aggreſſionem, aſſalimentum, & impetum, vide in titu. quæ ſit cauſa amit. feu. §. porro, &c. Andr. in titu. qui. modis feud. amittatur. §. & ſimiliter.

Inuentor pecuniæ, auri vel argenti vel alterius rei precioſæ quæ ſua non eſt, ſtatim ipſam aſſignet domino: & ſi non inuenit dominum, aſſignet Iuſtitiario, vel Baiulo, quas res debent mittere Curiæ conſeruandas infra annum, infra quem patrono aſſignatur, ſi reperitur, aliàs cõmittitur furtum, vt in conſtitut. ſi quis pecuniam. de pec. inuen. Et ſi Baiuli non mittent ipſam rem Curiæ Regis, vt ſupra, furti tenentur, & non poteſt inuentor aliquid petere ratione inuentionis. ff. de fur. l. ſi falſus procurator. §. qui alien. vide cap. regni, quod incipit, quia de theſauris.

Iudæi ſunt vaſalli eccleſiæ, & nulla officia eis committuntur: nec alias oppreſſiones vel grauamina, vt in cap. item ſtatuimus. de Iudæ.

Iudices Annales quolibet anno ſtatuantur viri fideles & iuriſperiti ſi poſſunt haberi, vel alij idonei ciues ad electionem ciuium remotis iudicibus perpetuis, & ipſi iudices & Baiuli habent iuriſdictionem contentioſam, & inſimul cum Baiulis cauſas audiunt & decidunt, in loco pro tribunali ſtabilito, & ſolito. Item dicti iudices in abſentia Baiulorum, cauſas audire & examinare poſſunt cum alio iudice ordinario, decidant tamen cum Baiulis. vide conſtit. iudices. de appa. vide cap. regni, electiones. de iudicijs.

Iudex poteſt partem interrogare ſiue ante litem conteſtatam ſiue poſt de his quæ conſiſtunt in facto, prout æquitas eum mouerit, & interrogati poſſunt habere conſilium aduocati in reſpondendo, non tamen aduocatus debet partem inſtruere, vt in gl. ſed ipſe debet hoc iudicare, & iudex poteſt cogere reſpondentem ad iudicandum vel non, ut ſibi uidebitur. uide conſt. partes in iudicio. de interrog. litig. cum glo. ſua. Et no. quia dicit glo. quod reſpondeat pars cum conſilio aduocati. Et ſic ex prædictis no. quòd ſi cogatur pars, ut deponat tanquàm legalis, poteſt petere copiam iurium ſuper quibus debet interrogari, ut cõſulat aduocatum, quia conceſſo uno uidetur conceſſum aliud, ſine quo non poteſt expediri. l. 2. ff. de iuriſd. omn. iud. unde quia non poteſt habere conſilium aduocati, niſi habeat copiam iurium, ideo eſt danda. uide glo. & Domi. Andr. & cogita.

Iudex an poſſit imponere confitenti, uel damnato de dèbito certam pęnam, ut ſoluat. puta, ſub pęna x. unciarum, quòd ſoluat intra x. dies, uel aliud faciat? dic quòd ſic, ut per Domi. Andr. in conſtit. in pecuniarijs, & hoc ubi uidetur iudici, puta, quia damnatus eſt brigoſus, & iudici uidetur quòd difficiliter ſoluet, uel parebit. & iſta pœna uenit loco intereſſe, ex eo quia eſſet difficile probare intereſſe, ut ibi dicitur. moderatã tamen pęnam imponet ſecundum conditionem ſoluentis, & quantitatem, quæ ſolui debet, ut bonus uir. uide conſtit. edictorum, de lit. cita. Domi. Andr. in qua dicit, quòd ſi conſtat iudici de debito, mandet ſub pęna, ut ſoluat. Et titu. comminationes, uel epiſ. habet locum in neganda.

Iudex ſi eſt recuſans, & alius eſt electus, an poſſet ſtatuere terminum recuſanti, intra quem compareat coram iudice electo? glo. dicit quod ſic. Dominus Andræas contra in conſtit. j. de exor. & præpa. iudiciorum.

Iudex ſi omittit quod lex mandat, facit litem ſuam, & de dolo tenetur, ut in conſti. 1. de lit. cita. Domi. Andr.

Iudex qui doloſe iudicat, uel fraudulenter contra leges, cadit ab authoritate iudiciaria, & notatur infamia bonis omnibus publicatis. Sed ſi per ignorantiam iuris errauerit in ſententiando punitur arbitrio iudicis, ut in conſtitutio. ſi iudex. de pœna iudi. In criminali non, niſi accepta pecunia reum aliquem criminis fecerit, punitur pęna capitis, ut in conſtitutio. ſi iudex. eod titu. Item ſi iudex corrumpitur, & accuſatur, & probatur, debet habere tantundem, & ſi tantum eſt promiſſum punitur arbitrio iudicis, & ſi corrumpens infra triduum notificat Curiæ tenetur fiſco in tantundem. Et qui corrumpit iudicem perdit cauſam, & iſtud crimen eſt publicum, & quilibet accuſat. uide conſtit. corruptelæ. de pœna iudicis. cum ſeq. quæ incipit, litigator.

Iudex ordinarius an poſſit prohibere ſubditos compromittere in arbitros? dic quod ſic, argu. ff. de arbi. l. non diſtinguemus. §. Iulianus. quod eſt uerum de eo ſeu re, quæ tenetur ab eo & lite eius rei, cuius ipſe eſt iudex. Sed ſi eſſet iudex ratione perſonæ, tunc poteſt ſe ſubmittere iuriſdictioni alicuius. ff. de iud. l. 1. uide Domi. Andr. in conſt. cum ſanc. de officio reproborum, uide conſtit. Imperialem. §. præterea. per Dominum Andræam.

Iudex ſi omittit examinare teſtem ſuper articulo, etiam poſt publicationem poteſt ipſum examinare. Dominus Andræas in conſtit. in pecuniarijs.

Iudex. Imperator uult ut iudex intendat abbreuiare lites, & poſt publicationem teſtium dare terminum duorum dierũ ad diſputandum, & ſi iudex uel pars ultra biduum differt cauſam, tenetur ad omnes expenſas, ſi differunt concludere, & facta concluſione infra decem dies pronunciet iudex quando poteſt, ut in conſtitut. uniuer. de cauſis iudi. cito deciden.

Iudex ſententiare debet primo ſecundum conſtitutio. regni, ſecundo ſecundum conſuetudines, tertio ſecundum ius Longobardum, quarto ſecundum ius commune, ut in conſtitutio. uniuerſos de reſeruan. iudi. Comi. & Baro. & in conſtitutio. puritatem. Sed quid ſi concurrit conſuetudo rationabilis, uel conſuetudo, in cuius contrarium memoria hominum non extat, & conſtitutio, an ſententient ſecundum conſtitu. uidi practicari ſecundum conſuetudinem. Tamen in hoc cogita, & uide quæ ſcripſi in uerbo, conſuetudines.

Iudex eccleſiaſticus an poſſit implorare auxilium brachij ſecularis, & an iudex ſecularis teneatur ſibi dare auxilium & fauorem tam ſi ſibi conſtat de cauſa, quàm ſi non conſtat per acta aſſumpta per iudicem eccleſiaſticum, & tam in ciuili, quàm in criminali? dic per Dominum Andræam in conſtitutio. poſt mundi machinam.

Iura, articuli, & exceptiones, & alia quæ ſunt præſentanda, an poſſint præſentari die feriata? uide quæ ſcripſi in uerbo, & actor, & in uerbo, exceptiones.

Iuramenta. An Barones poſſint capere iuramenta a uaſallis alterius, puta, ſi ceperunt caſtrum? dic quod non ſine conſcientia principis, ſicut filius Baronis, mortuo Barone non poteſt capere iuramentum ſine conſenſu Regis, alias eſt pœna perditionis feudi, & omnium bonorum, ut in conſtitutione, Comites, uel Barones, &c.

Iuramentum. Quid ſi aliquis, cum præſentaretur textus Euangeliorum dicat (non tactis) iuro per hæc ſancta Dei Euangelia, nunquid ualeat? uidetur, quod ſic: quia præſentia Euangeliorum pro iuramento habetur, licet non tangantur. C. de iudicijs. l. rem non nouam. §. primo. de iuramen. cal. et. 11. quæſtio. 1. cap. non ſlagitetur, Contrarium dicas: quia non ualet, niſi tangantur Euangelia corporaliter: & in hoc innuit cõſtitutio; cum dicit, corporali præſtito, &c. Si ergo non tangit, non ſeruat conſtitutionem, arg. extra de poſtu. c. reparandam. §. 1. Præterea in priuilegium honoris datum eſt Epiſcopo, quod non tangit, extra de iur. calum. c. ſi. 11. q. 2. c. nõ ſlagitetur. ergo alij tangere debent: & ita in hac quæſtione Papa Nicolaus eſt interlocutus; ita dicit Gratianus in c. ne circa. de elect.

Ius Francorum. Quæro quid ſit ius ſpeciale? ad differentiam iuris Romani, quod eſt commune, ut in conſtitutione, ut de ſucceſ. nob. in glo. in uerbo, ſpecialiter, & ſic frater primogenitus, qui dicit ad ſe ſpectare feudum, quia uiuit iure Francorum, debet probare quod uiuit iure Francorum: quia ius commune eſt contra eum. Sed quomodo probatur, an ſufficiat, quod uicini caſtri ſic uiuant? uide Dominum Andr. in d. conſtit.

Iuſtitiarij non debent trahere moram in qualibet ciuitate uel caſtro, niſi per tres uel quatuor dies, niſi neceſſitas aliud requirat, ſed diſcurrant per prouinciam expurgando ipſam malefactoribus: nec poſſunt recipere aliquid de terris uel uniuerſitatibus in ingreſſu officij prætextu alicuius conſuetudinis, niſi eſculenta, & poculenta. Et ſi reſtituant caſtrum, uel feudum alicuius ex noſtro mandato, non exigatur plus, niſi paraſredum tantum unum: uide c. Regni, quod incipit, hac edictali nullus officialis.

Iuſtitiarij recipiunt a iudicibus, & magiſtris iuratis pro ſigillandis literis eorum pro quolibet Tarenos duodecim, ut in cap. Item ſtatuimus, quòd Iuſtitiarij, in rubrica, quòd nihil ſoluatur pro ſcript. ſentent.

Iuſtitiarij nihil recipere poſſunt pro ſigillo cuiuſcunque literæ, aliàs incurrunt pœnam capituli, item iuſtitiarij. Item ſi oſtenditur ſibi, & curiæ ſuæ ſententia prædeceſſorum & officio conſti. datam illam obſeruare debet, alias incurrit pœnam c. regni, Item quia. Item non debet capere aliquem paratum dare fideiuſſorem ſine conſilio iudicis, niſi ex mandato Regis, uel in caſibus a iure permiſſis: & capiendo cum iudicis conſilio, Iuſtitiarius eximitur a pœna, & aſſeſſor debet reſtituere Iuſtitiario, ſi contrafecerit: & ſi aſſeſſor in caſu prohibito conſuluit, ut aliquis capiatur, tenetur ad medietatem gagiorum: & ſi Iuſtitiarius contrafecerit, uide capitulum, Item caueant Iuſtitiarij & aſſeſſores, ne procedant ad tormenta contra aliquem, niſi ſecundum formam iuris, ut in c. Item caueant. Item iuſtitiarij ad cognitionem cauſarum ciuilium & criminalium, & ad tormenta ne procedant, niſi cum conſilio iudicis, ut in c. Regni, quod incipit, in cognitionibus omnium cauſarum.

Iuſtitiarius non poteſt eſſe ordinarius de prouincia ſibi decreta per regem: nec de ea, ubi habet incolatum, uel maiorem partem fortunarum, uel ubi recipit dotes, uel contraxit matrimonium pro ſe

& pro

& pro filijs: & idem in aſſeſſoribus, & actorum notarijs, ne familiares aſſumant de ipſa prouincia: & ſi ante receperant, contra officium habuiſſent: & de delictis commiſſis antea a familiaribus non cognoſcunt: ſecus ſi poſt aſſumptum officium, vide conſtitutionem, Iuſtitiarij per prouincias, & in iudice & aſſeſſore, &c. Sed an de iniuria illata ſibi & ſuis familiaribus ipſe poſſit cognoſcere? dic quòd ſic: ita tenet Bart. in l. apud Labeonem. §. item ait. ff. de iniurijs. De cauſis ciuilibus non cognoſcit principaliter, nec per viam appellationis in terra demanij, niſi in defectum Baiulorum, & Secreti, vt in dicta conſtitutione, Iuſtitiarij per prouincias. per Domi Andræam, de feudis non quaternatis, & de eorum parte cognoſcit. Item in cauſis ciuilibus pupillorum, viduarum, eccleſiarum, & miſerabilium perſonarum cognoſcit Iuſtitiarius, per capitulum Regis Roberti, quod incipit, Robertus primogenitus.

Iuſtitiarius cõtinue per ſe Curiam deberet regere, vel per eorum iudices, quibus ſolùm committunt audientiam quæſtionum, tantùm: qui cauſas audiant, & decidant perquirendo locum ſuæ iuriſdictionis continua & notoria crimina, & flagrantia, & ſine accuſatore; & vt puniant malefactores in caſibus iſtis ſine alio denunciatore, vide conſtitutionem, Iuſtitiarij non per Calendas. ipſos puniunt in locis, in quibus delinquunt, & non protrahunt per prouinciam malefactores & publicos latrones, famoſos fures, qui nequeunt tergiuerſatione celari, publicorum itinerum aggreſſores, recentes & publicos homicidas, fugitiuos & latitantes ob commiſſionem criminis, & cauſas ipſas ordinariè audiant, examinent, & decidant infra trimeſtre tempus, niſi dilationes petantur propter teſtes in longæuis partibus exiſtentes: & tunc datur dilatio cum ſacramento, quòd non cauſa differendi iudicium petant. Item compoſitiones capiunt, quas aſſeſſor, & actorum notarius cenſebunt ſufficere, vt in conſtitutione, cauſas alias. Nota quòd captus in flagranti crimine eſt is, qui in ipſo actu deprehenditur l. raptores. C. de epiſcopis & clericis, & antequam deueniat ad locum deſtinatum ſicut fur manifeſtus. ff. de furtis. l. 3. & a quocunque poteſt capi in flagranti crimine, vt eum ducat ad iudicem, tamen non cogitur quis capere, niſi ſit proditor, vel niſi ſit officialis. Extranei autem non capiunt ſine licentia iudicis, vide ſupra in verbo, delinquentes in flagranti, &c.

Iuſtitiarius regionis cognoſcit de feudo non quaternato, quod detinetur a nobis, ſeu Curia noſtra, ſicut ſi teneret priuatus, & hoc vſque ad ſententiam, niſi deſtitutio fuiſſet facta ex mãdato Regis: quia tunc non cognoſcit, niſi ſpeciali mandato, & ordinabit procuratorem pro parte Curiæ regis præſentibus fiſci patrono, ac procuratore rerum Curiæ fiſcalis, qui ſunt in prouincia: & cõcluſo in cauſa ad ſententiam, mittat proceſſum Curiæ Regis dato parti peremptorio termino ad Curiam tranſmiſſuri, vt in conſtit. petitoris.

Iuſtitiarius regionis cognoſcit de omnibus criminibus quæ imponunt pœnam corporis. Item in magnis furtis, quæ excedunt viginti Auguſtales, etiam ſi ciuiliter agatur. Si furtum eſt modicum, & agatur ciuiliter, ipſe cognoſcit. Item de fractura domorum, de inſultu excogitato, de incendio, de inciſione arborum fructiferarum, & vitium, de vi mulieribus illata, de criminibus magnis, de defenſa impoſita, de armis molitis. Item de omni cauſa criminali, de quibus Baiuli non cognoſcunt. gloſſa eſt in iſta conſtitutione ſecunda. Item de ciuilibus cauſis cognoſcit in defectum Baiulorum: & ipſe defectus debet cognoſci cum defectu Secreti: vnde poſt duos menſe recurritur ad Secretum: & poſt duos alios ad Iuſtitiarium, vt in gloſſa. Item ſi Baro non vult facere iuſtitiam vaſallo ſuo, & in ciuili ex negligentia, intelligitur, ſi duo menſes pro negligentia ſunt elapſi a die proclamationis ad eum factæ: niſi neceſſitas inſtructionis longius tempus deſideret. Item cognoſcit de cauſis feudalibus non magnis, & non quaternatis vſque ad ſententiam, vt in conſtitutione, præſides prouinciarum, & in conſtitutione, Iuſti. nomen, etiam contra fiſcum tenentem feudum. Item de Caſtris & Baronijs magnis Magna Curia cognoſcit, vide particulariter conſtitutionem, Iuſtitiarij nomen. de officio Iuſtitiar. Hoc verum, ſiue ſit quæſtio inter dominum & vaſallum de feudo, ſiue inter duos vaſallos. Dominus Andræas in dicta conſtitutione, & in titulo de prohibita alienatione feudi. l. Imperialem. §. præterea, & extra de iudic. c. cæterùm. & c. nouit. Hoc fallit in caſu conſtitutionis, ſi vaſallus, de fideiuſſ. a vaſal. quæ non corrigitur per iſtam: & ille caſus eſt, ſi dominus vult reuocare feudum propter culpam vaſalli, cognoſcunt, & ſi ſunt aliàs Iuſtitiarij. vide Dominum Andræam in dicta conſtitutione, ſi vaſallus, quando cognoſcit de feudo, cognoſcit vſque ad ſententiam incluſiuè, & poſtea mandat ad Magnam Curiam Iuſtitiarij, vt in conſtitutione, præſenti. Item ſi Rex tenet feudum, an de eo poſſet cognoſcere Iuſtitiarius? dic quòd ſic, vt in gloſſa. Item habet Iuſtitiarius in ciuilibus iuriſdictionem implicatam, non exercitium: & hæc iuriſdictio poteſt extendi ad inſtitiarium per conſenſum tacitum vel expreſſum, vt puta de tacito conſenſu, vt ſi litigantes coram eo non erant de re ciuili, & non opponitur ante litem conteſtatam, prorogatur hæc iuriſdictio implicata, quia habet iuriſdictionem, & non exercitium. Dominus Andræas in dicta conſtitutio. Iuſtitia. intelligas quòd Iuſtitiarij & magiſtri Iuſtitiarij cognoſcunt de feudis, ſiue ſit quæſtio inter dominum & vaſallum, ſiue inter duos vaſallos, vt ibi. Item cognoſcit Iuſtitiarius in cauſa ciuili pupillorum, viduarum, & eccleſiarum, & perſonarum miſerabilium, vt in c. Regis Roberti, quod incipit, Robertus primogenitus Iuſti.

L

LATRONES vulgariter & publicè diffamati, qui in domibus, vel nemoribus, vel in mari faciunt violentias, & alij malefactores aggrauati notoriè publica opinione, ſtatur arbitrio iudicis, ſi capit fideiuſſionem ab eis, vel in retinendo ipſos, & omnia facient officiales cum conſilio iudicis, & aſſeſſoris, & magiſtri actorum. Et in talibus dantur tormenta etiam in diebus Paſchalibus, vt in cap. Regis Roberti, quod incipit, iuris ſanctio.

Latrones. Si tres latrones capti ſunt, & in tormentis confitentur delictum, aut eos receptatores, fautores, ſocios, & complices, qui eis victualia miniſtrabant: ſi hoc dixerint in præſentia publicarum perſonarum, vel trium teſtium fide dignorum, ita quod latrones ſigillatim, ſemotim, & occultè interrogati poſt tormenta, ita quòd vnus ignorat confeſſionem alterius: ſi ſunt concordes de facinoribus & receptatoribus, ſocijs, & adminiſtrantibus alimenta, & in ipſis confeſſionibus perſeuerant, tunc depoſitio trium latronum facit fidem quantum duo teſtes, vt in capitu. Regis Caroli, quod incipit, frequẽs, de teſtimonio publico, hoc declaratur per alium capitulum, quod incipit, conſtitutionem diuæ memoriæ, de confeſſio. latronum. Hoc verum quando ipſi nominatim reperiuntur perſonæ leues, & infamatæ, & tunc ipſis nominatis datur copia nominum de leuitate perſonæ & infamiæ · & audiuntur in eorum iuribus. Et ſi ipſi nominati non ſunt perſonæ infamatæ & leues, tunc iudex procedit ex his confeſſionibus ad inquiſitionem contra omnes, ſpecialiter ex officio, & datur copia, & audiuntur in iuribus, vt in dicta conſtitu. de confeſſione latronum.

Laicus poteſt habere beneficium Eccleſiaſticum, & præbendam cum diſpenſatione Prælati, ſi ille cui conceditur eſt vtilis Eccleſiæ, vt extra de cle. coniu. in c. cum Ioan. per Inno. & in cap. veniens. de cle. coniu. & in c. teſtes. ſecundum ius ſpirituale & cano. vide Dominum Andr. in conſti. de vio.

Lena, quæ ſollicitat ſororem, vxorem, & filiam, & perſonas quæ ſunt ſub cuſtodia boni viri, puniuntur ad naſi truncationem.

Si aliam fęminam ſollicitat, quæ ſtat de per ſe, ſine cuſtodia alicuius viri, pro prima vice fuſtigatur, pro ſecunda punitur pęna truncationis naſi, vt in conſtitu. lenas, de pœna leno.

Libellus offerendus eſt tam in ciuili, quàm in criminali, in ciuili offertur de neceſſitate, quando exceditur ſumma duorum Auguſtalium, & eſt reſpondendum libello per principalem, per verba affirmatiua, vel negatiua: per procuratorem per verbum ignorantiæ. ¶ Et citatio debet fieri in præcedenti die, in qua contineatur de qua re, & coram quo, & præcedente legitima citatione in ſcriptis: deliberatoria inducta tolluntur, niſi competat exceptio dilatoria. Et ſi non eſt poſſeſſor immobilium, debet dare pignora de iudicio ſiſti, & iudicato ſoluendo, vel fideiuſſoriam cautionem infra triduum. Et ſi fideiuſſores dare non poteſt, ſtatur iuramento ſuo, niſi ſit pauper: quia tunc incarceratus perſiſtet vſque ad finem litis, vt in conſti. dila. vel dilationibus.

Libellus. Si in libello ponitur aliquid, quod eſt excluſiuum intentionis agentis, ipſe actor ſemetipſum excludit, & iudex ex ſuo officio excludit, vt puta, peto rem talem quam tenes ex donatione tibi facta a fiſco, vide in conſtit. exceptiones filiationis, de lite conteſta. per Dom. Andr.

Libellus, an poſſit dari præſenti in iudicio nulla citatione interueniente, vide ſupra in verbo, citatio, &c.

Libellus. An in vno libello poſſit quis accuſari de pluribus delictis importantibus diuerſas pęnas, & ab aliquibus poteſt appellari, & ab aliquibus non? vide Dominum Andræam in conſtitutio. pœnam corporalem, de raptu virginum. Pono exemplum in raptore cum ſocio, & aſſociante, & dicit indiſtinctè, quòd in eodem libello accuſatur, quia cum eodem crimine & eodem facto, & ſi plures eſſent, accuſabuntur, vt in dicta l. prima. C. ſi reus vel accu. mor. fue. & l. qui de crimine. C. qui accuſare non poſſunt, & vnus poteſt damnari ad caput tantum. nam iniurijs licet diuerſæ pœnæ ſint, licet proponere in eodem libello. ff. de iniur. l. prætor. §. ſi plures. Poteſt etiam damnari quis in pluribus facinoribus diuerſas pœnas importantibus, & diuerſæ damnationes dantur ſuper diuerſis articulis: & appellatur ab aliquib. & ab aliquibus non. C. quo. appel. non reci. l. ab executore. Item eadem ratione quando diuerſæ ſunt ex eodem facto, vnde diuerſæ pęnę vel accuſationes oriũtur, videtur dicẽdum idem, cum ratio diuerſitatis non poteſt reddi. ff. de verb. obl. l. Titio. imò videtur eadem ratio, & cauſa minuendarum litium, vide Dominum Andr. in dicta conſtitu.

Libellus. An in cauſa appellationis detur libellus? dic ſi in cauſa appellationis nil proponitur de nouo, ſed tantum ex actis principalis cauſæ proceditur, & ſic non fiet lit. conteſt. ex quo in cauſa principali ſemel fuit facta: & ſic non datur libellus, ſi forte noua exceptio vel articuli ponuntur in contextu, & ſic dependent a primis: & ſic oportet quòd pars reſpondeat, & lis conteſtetur: & tunc datur libellus. Dom. Andr. in conſtit. dilationes, de dilat. ſed quando agitur de nullitate, an detur libellus? vide infra.

Libellus qualiter concipiatur ad reuocandum rem particularem diſtractam a feudo? vide glo. in conſtitutio. conſuetudinem, in verbo, cum his. de præſcriptio. & eius forma erit talis. Ago contra talem, qui tenet talem rem alienatam de feudo de parte feudi pertinentem ipſi feudo, vel quotam ipſius, quam peto mihi reſtitui, & reintegrari, & reduci ad dictum feudum, ſeu partem, &c. & vocatur actio reuocatoria, nec oportet quod probet feudum ſuum, ſed quod poſſedit feudum, & ſeruitium debitum præſtitit: & ipſe tanquam organum eſt feudum, tanquam ſi eſſet ipſe, qui inter dictum feudum, & feudum loqueretur, vide glo. Sed quando agit petendo totum feudum, vel quotam partem debet probare de dominio, vt dicit dicta gloſſa in fi. dicendo ſe eſſe Dominum, & pertinere ad ſe iure Dominij, vel quaſi, aliter dicit glo. prædicta, puta, quia Rex conceſſit feudum, & nondum cepit corporalem poſſeſſionem, vbi competit ſibi ius agendi vigore conceſſionis, licet adhuc non ceperit poſſeſſionem: vide glo.

Libellus, ſi agitur contra violentum, qui alienauit rem ablatam per eum, conuenitur ad intereſſe per conſtitutionem, circa violentiarum. Et poteſt reconueniri ad iſtam rem, & valet proceſſus, quia licet res eſſet in obligatione intereſſe, venit in ſolutione, quia res eſt effecta vitioſa, & alienatio & integritas non liberat violentiam, gloſ. in verbo, ad intereſſe, in dicta conſtitutione.

Libellus. An in eodem libello petatur reſtitutio rei immobilis violenter ablatæ, & medietas pretij pro pœna in conſtitut. violentias. de violen. puto quod ſic, ſicut dicimus in furto, ſi agitur ad rem, & ad duplum, ſi non eſt manifeſtum: vel quadruplum ſi eſt manifeſtum. Sed cui debeatur ipſa, an fiſco, an expoliato? puto ipſi expoliato per glo. in dicta conſtitutio. vbi dicitur, quod illa conſtitutio corrigit, l. ſi quis in tantam. quia non in totam æſtimationem damnatur, vt ibi, ſed in medietate, ergo illa medietas ſuccedit in locum illius pœnæ: vel vbi tota æſtimatio dabatur expoliato merito ipſa medietas pœnæ, ſi ſuccedit loco totius æſtimationis, debetur expoliato. & in eadem glo. videtur velle quòd in raptore ſeruetur ius commune, vbi datur pœna illi, cui factum eſt furtum.

Libellus an ſit dandus, quando agitur de nullitate ſententiæ? Dic, quod ſi ſententia tranſiuit in rem iudicatam, tunc requiratur ad reuocandum executionem, aut incontinenti infra duos menſes, poſt agitur de nullitate: tunc non requiritur libellus. Sed D. Andr. dicit quod parum deeſt ſi datur libellus vel non, vt in conſtitu. de dila. & agitur de nullitate infra 30. annos coram eodem iudice, vel alio ſuperiore.

Libellus an requiratur, quando petitur executio ſententiæ? dic, aut petitur per actionem in factum, & eſt res iudicata, aut per officiũ iudicis. Primo caſu ſtultus eſt qui ſic petit. l. ſi a te. §. 1. de execu. rei iudica. in glo. in verbo, fundus, quia tunc requiritur libellus, & omnia ſubſtantialia. ff. de re iudi. l. 4. in princ. quia dicitur actio & ratio reddenda. Secundo caſu, quando petitur officio iudicis deſeruienti iudicio & liti, & executioni mandatæ, quæ ſunt geſta, ſi in rem iudi. tranſiuerunt, a quo non poteſt appellari, de quo eſt l. qui reſtituere. ff. de rei vendica. & hoc officium deſeruit iudicio cœpto, & non datur libellus: quia nil prodeſt ſententiam ferri, niſi debitæ executioni mandetur. Dom. Andr. in conſtitu. dilationes. de dilation.

Libellus. Si in libello proponitur actio directa depoſiti, quia depoſiui penes te viginti libras auri, & probo quod fuiſti confeſſus habere penes te viginti libras auri meas in depoſito, an intentio mea ſit probata de iure communi? dic quod ſic, per l. Publ. in fi. ff. depoſi. Item dicit Bar. in mutuo recepto, ſufficit quod probetur per confeſſionem. l. 1. ff. de verb. obl. Sed in depoſito per conſtitutio. Regni ſi depoſitum in pecunia excedit ſummam vnius libræ auri, videtur requiri probatio per inſtrumentum, meritò non ſufficit probatio per cõfeſſionem, vide cõſtitutio. in cauſa depoſiti. in rubr. de cauſa depoſi. per Dom. Andr. ¶ Et quid in alijs rebus depoſitis? vide in verbo depoſitum. Et an ſit aliquod remedium? vide ibi plene.

Libellus quando formatur in actione in factum ſubſidiaria ex condictione generali ex bono, & æquo, quando res mea peruenit ad te, & volo agere ex contractu, vel non contractu? dic aut eſt natiua, aut datiua a lege. ſi natiua, ex contractu formatur libellus, quia res mea peruenit ad te ex cauſa depoſiti, & ipſam ſine cauſa detines iniuſte, peto vt mihi reſtituas, & illo caſu requiritur probatio quæ requiritur ex contractu depoſiti. Si eſt datiua a lege, dicas, quia res mea peruenit ad te ſine iuſta cauſa, & eam mihi reſtituere recuſas, peto vt eam mihi reſtituas. Et quid in iſto caſu, quando eſt datiua, habeat probare? vide Dom. Andr. in conſtit. in cauſa depoſiti.

Libellus ſi non offertur, an teneat iudicium? Dom. Andr. in prœmio ſuo, in ver. Item licet. dicit quòd tenet, & dicit quòd ex conſenſu procuratoris poteſt libellus omitti. ſed vide doctores Modernos, qui tenent contrarium.

Libellus an in actione iniuriarum concludat: Peto conſtito vobis ex præmiſſis contra prædictum conuentum per vos & veſtram Curiam illum condemnari ſecundum iura & conſti. Regni.

Linum, vel canapum debet adunari extra ciuitatem per vnum miliare, alias confiſcantur, ut in conſtit. ſalubriter, de conſerua. aeris.

Literas Regis qui falſificant, capitaliter puniuntur, qui literas alias falſificant minori pœna puniuntur, ut in glo. conſti. qui literas. de falſarijs. ff. ad leg. Corn. de fal. l. qui nomine, vide capitu. Regis Caroli, quod incipit, vt quæ ab excellentia veſtra, quod falſificatores ſigilli Regis, uel aliorum prædeceſſorum, vel vniuerſalium dominorum, tam in priuilegijs, quam in literis clauſis, & patentibus pœna capitis, & publicatione omnium bonorum puniuntur: Vide quæ ſcripſi in verbo, ſigillum. ¶ Et quot modis deprehendatur falſitas in ſigillis, alias literis? vide extra de crimine fal. c. licet. & de fide inſtru. c. inter dilectos.

Litigioſa res fit ante litem conteſtatam, & ante citationem, ſiue ſit res mobilis ſiue immobilis, etiam incorporalis: & in alium transfero quomodolibet potentiorem cauſa mutandi iudicij, non ad intereſſe, ut olim damnabatur, ſed ad tertiam partem æſtimationis rei, quam tranſtulit, condemnabitur, quæ fiſco applicatur. ¶ Poſt verò litem motam res in iudicio litigioſi cadentes, ſi quis ſcienter alienauerit, & in alium tranſtulerit, vt proceſſus iudicij impediatur, uenditor priuabitur pretio rei venditæ, & emptor ſi non probatur ſciens, cum præſumatur ignorans propter ſuam bonam fidem, pretium recuperat, quod exoluit: emptor propter ſuam ignorantiam reuocabit, & de toto pretio venditor damnabitur, quartam partem lucrabitur emptori ignorans, tribus alijs partibus fiſco relictis. ¶ Et prædicta omnia habent locum non in venditionibus ſolum, ſed in quolibet alio contractu, præterquam tranſactionis, dotium, vel donationum propter nuptias, necnon diuiſionum rerum hæreditariarum, & alienationum, legati, vel fideicommiſſi cauſa factarum, text. eſt in conſti. eorum fraudib. de alien. rerum in iudic. dedu.

Sed capitulum Regni, quod incipit, Conuentus poſſeſſione rei. dicit quod conuentus poſſeſſorio iudicis, vel re ipſa, ſi lite conteſtata pendente, vel quaſi, rem alienauerit: & in alium quemcunque talem tranſtulerit, ſiue ſciens, ſiue ignorans ipſam vitio litigioſi affectam, vel poſſeſſionem intrauerit, iudicium fiet in perſonam alienantis, & executio fiet contra poſſidentem, etiam ſi poſſeſſio per mille manus ambulauerit, vt in c. conuentus poſſeſſione rei. in titu. de conuen. qui alienam poſſeſſionem.

Litis conteſtatio ſi non interuenit in cauſa criminali contra delinquentem, ſed quaſi conteſtata, vt puta, quia conſtabat iudici de delicto per inquiſitionem factam, & poſtea inquiſitus reus oſtenſa ſibi inquiſitione, & dato tempore ad defendendum ſe ſine litis conteſtatione deuenitur ad ſententiam, qua habita habetur pro quaſi conteſtata: vide Dominum Andræam in dicta conſtitu. pœnam eorum. de forbannitis.

Locumtenens ſeu Vicarius non cõſtituitur per Iuſtitiarios & alios Regios officiales in terris demanij ſine ſpeciali mandato Regis, vt in c. regni, quia de Vicarijs, in titulo de non ordinan. Vicar. & in conſtitutio. non faciunt alios loco ſui, & ſic in aſſeſſore, & actorum notario, vt hic in conſtitutione, Iuſtitiarij non per Calendas.

Ludentes ad Ludum Azardi, ita quòd in ludo ipſo quotidie conuerſantur, & illi, qui accommodant taxillos ludentibus quotidie, ſunt infames, & repelluntur a teſtimonio, & ab officijs, vt in conſtitutione, mores, de his qui ludunt ad dados. ¶ Item iudices, notarij, & alij aduocati, qui talia exercent, vt in conſtitutione prædicta. ¶ Et idem eſt contra illos, qui expendunt bona ſua in potationibus, & ebrietatibus, vt in glo. ibi. ¶ Sed ſi mutatur in ludo, vide leg. ſi minor. §. fin. ff. de minoribus. in glo. magna. ¶ Et quid ſi ſoluitur ludenti, vel emitur ab eo? vide notata in l. ſi quis cum ſcirem. ff. pro empt. & in l. 2. ff. quarum rerum act. non da.

M

MAGISTER IVRATVS. Ad eius officium ſpectat cuſtodire nundinas, vt in cap. regni, Item ſtatuimus, in rubrica, ꝙ non ſtatuatur. Item ſi homines terræ qui fieri faciant excubias pulſata campana tribus vicibus, ſi poſt tertiam pulſationem campanæ inueniunt aliquẽ ambulantem per terram, ſi eſt bonæ famæ, ab eo exigitur vnum Auguſtale pro curia noſtra. Si vero ſit malæ famæ, & alias ſuſpectus in defectum fideiuſſoris, & cautionis ipſum captiuum mittat ad iuſtitiarium. Item publice faciat banniri, quod nullus ferat publice arma prohibita, vel occulte, quem ſi ceperit, ab eo capiat fideiuſſoriam cautionem de ſe præſentando coram Iuſtitiario. Et in defectu fideiuſſionis ipſum captiuum deferat ad Iuſtitiarium, ſi non cepit fideiuſſores, mandabit ei in certo termino & ad certam pœnam, vt ſe præſentet Iuſtitiario.

Item

Item ſi furem ceperit cum re furtiua, ipſum ad Iuſtitiarium mittet. Item quod accuſatores, denuntiatores, & nomina accuſantium, & accuſati in ſcriptis fideliter redigat, & accepta fideiuſſoria cautione ab eis mandet, ut ſe præſentet Iuſtitiario cum literis ſuis ſcribendo accuſationes, & denuntiationes, & nomina accuſantium & accuſatorum, & fideiuſſorum, & in defectum fideiuſſorum accuſatos captos ſub cuſtodia ad iuſtitiarium mittat. uide c. regni incip. Robertus Dei gratia Iuſtitiario principatus. in Rubrica, de offic. mag. Iuſtitiar.

Magiſter Iuſtitiarius, & Magna Curia cognoſcit de crimine læſæ maieſtatis, & de feudis quaternatis, & quota ipſorum, & de re particulari ipſius feudi, ut in gloſſa, & de appellationibus & de mandatis iudicum ſeu delegatorum ad Curiam Regis interiectis, & de quæſtionibus Curialium, qui immediate Regi aſſiſtunt, & ſine ſpeciali licentia non poſſunt recedere. Et de quæſtionibus miſerabilium perſonarum, quæ habent priuilegium eligendi forum, in alijs cauſis nulli licet aduerſarium ad Curiam noſtram trahere, ſed coram iudicibus alijs competentibus. Sed de crimine læſæ maieſtatis, ſi querela fiat coram Iuſtit. regionum, ipſe cognoſcet & decidet. Et ſi de periurijs vadunt ad Curiam Vicariæ cauſa agendi, inquiri uolumus primò ſi ad iudices ciuiles uel alios maiores recurſum habuerunt, alias remittuntur ad iudices eorum, cum damno expenſarum, & ſi per iudices coram eis fuerit denegata uel detracta iuſtitia, & cum ſacramento firmarit, ad magiſtrum Iuſtitiarium recurſum habeant, qui mandabit iudici deneganti iuſtitiam ut dilatanti eo modo ut continetur in conſtitut. ſtatuimus. de officio magiſtri Iuſtitiarij, & uide de iſta materia ſequentes conſtitut. de offic. mag. iu. & iu. Magnæ Curiæ. Et prædicta, quæ dicuntur de cognitione feudi ſunt vera, quando eſt quæſtio inter dominum & uaſallum ſiue uaſallos demaniales, ſiue quando inter duos vaſallos, per d. And. in conſtitut. Iuſtitiarij nomen & normam. Item ſi officiales faciunt concuſſiones, & extorſiones contra ſubditos capiendo bona mobilia & immobilia pro curia Regis, uel arreſtant homines de perſona, magiſter Iuſtit. de eis cognoſcit.

Maieſtas eſt in Imperatore & in Rege in Regno Siciliæ regnante, & in populo Romano. glo. eſt in conſtit. ſi uaſallus, de fideiuſſor. a uaſall. Item eſt in Papa & Cardinalibus. Dominus Andræas in conſtitutione prima, de iniur. js curialibus perſonis illatis.

Malefactores ſi fugiunt de una prouincia in aliam, an poſſint capi in alio territorio intrando per 15. miliaria, ut in cap. Regis Roberti, quod incipit, Robertus.

Mandatum Officialium Regis exequentium negotia Regis ſi quis contempſerit, punitur arbitrio Regis, ſi non eſt pœna, tunc punitur pœna arbitraria, cum contemptor ſacrilegij crimen committat, de crimin. ſacrileg. l. 1. & 2. uide glo. in conſtitutio. poſt mundi machinam, in uerbo immortalitatem. Contra quem contemptorem mandati poteſt procedi ciuiliter & criminaliter, vt in Authent. ut nulli iudic. §. ſi uero quis. Et mandatum executiuum non debet exequi per partem, ſed per nuncium Curiæ, ut in conſtitut. edictorum. de lite. citato. At mandatum factum ſine cauſæ cognitione executiuum eſt nullum, & non tenet iuxta theoricam Bart. & Ludo. Roma. in l. de pupillo. §. meminiſſe. ff. de noui operis nuntiatio. & Bal. in l. actione. C. de tranſactionibus. Et ab executione non eſt inchoandum. l. mi lites. C. de quæſtio. & per Dom. Baldum in l. 1. C. de prohibita ſequeſtratione pecuniæ.

Maritus ſi habet uxorem ſuſpectam, an ex hoc poſſit maritus accuſari de lenocinio? dic quòd non, ſecus ſi eam deprehenderit latenter, uel queſtus cauſa fecerit malum. tunc ipſam tenendo accuſari poteſt de lenocinio. uide cōſtitutio. quamuis. de prohibitio. quæſt. ſe. Et quando maritus permittit uxorem laſciuire, non poteſt eam accuſare de adulterio, ut in conſtitut. qui coram eo, & in conſtitut. maritum, de repu. Si inuenerit uxorem cum adultero nulla mora protracta cuiuſcunque conditionis ſit adulter, licet ipſum interficere, & idem in patre, ut in conſtitutio. ſi maritus, de repudi. & ſic corrigitur ius commune, quod uolebat, quòd poſſit occidere adulterum uilem, & turpem etiam in domo ſua. Sed quomodo intelligitur, quòd occidat, utrum quod nulla mora protracta etiam, quod in ipſo actu adulterium deprehenderit eos non diuertendo ab ipſo actu, vel ad alia extranea? per Dominum Andræam. Sed quid ſi maritus poſtquàm fuit in adulterio eandem ex interuallo occiderit, an puniatur pœna l. Cornel. de ſica. glo. in dicta conſtitutione, ſi maritus, tenet quod ſic. uide tex. in l. ſi quis in graui. §. 1. ff. de adulter. Sed ſi non deprehendatur, ſed probatum eſt in iudicio, tunc datur uindicta truncationis eius naſi marito, ut in conſtitutio. legum aſperitatem. Patri non licet occidere in ipſo actu, & in eodem impetu tam in domo ſua, quam generi, ut in glo. Et marito licitum eſt occidere utrunque in eodem impetu in omni loco, dummodo occidat incontinenti ambos, ut in glo. Item ſi uxorem in adulterio comprehenſam maritus in ſe retinuit, & adulterum dimiſit, ſi ſua culpa aufugerit pœna lenocinij ipſe maritus tenetur, ut in conſtitut. maritum, de repud. niſi proſequendo ipſum adulterum fugientem apprehenderit, ut ibi Dom. And.

Mater, ſi filiam uirginem proſtituit venalem, punitur ut lena ad naſi truncationem: ſed ſi ſolum conſenſit, quia filia per ſe proſtituit punitur arbitrio iudicis, ut in conſtitutio. maritus, de repu. Si fortè probetur inopia, quia non ſolum mater eam maritare nō poteſt, imò nec nutrire poteſt filiam, matrem illo caſu puniri, & ſuſtinere pœnam, non ſolum iniuſtum uidetur, ſed etiam ſeuerum, ut in conſtitu. matres, de pœn matris. Sed Domi. Andræ. dicit quod ſi propter neceſſitatem mater tradit filiam, vel conſenſit, non tenetur pœna naſi, ſed iudicis arbitrio, ut in conſtitutio. matris, in ſi ſed tex. hic non ſentit. Sed quæro, Domin. Andræ. dicit in iſta quæſtione, quod ſi mater proſtituit filiam uenalem, capitaliter punitur: ergo ſi non uenalem, ſed gratis eam proſtituit non tenetur prædicta pœna mater, ſed ſequens conſtitutio dicit, quod mater quæ publice filiam proſtituit perdit naſum, & refert ſe ad iſtam conſtitutionem diui Rogerij, & ſic uidetur ipſe intelligere, quando mater publice & uenalem proſtituit filiam, capite punitur, cogita in hoc.

Matrimonium. uolentes tam nobiles, quàm Burgenſes contrahere matrimonium, neceſſario imponitur, ut poſt ſponſalia celebrata ſolenniter matrimonium debeat fieri in facie eccleſiæ benedictione ſacerdotali interueniente, & tali ſolennitate matrimonium publice celebratum, aliàs moneâtur contra hoc edictum facientes matrimonium, ut nec ex teſtamento, nec ab inteſtato habebunt ſucceſſores filios procreatos ex clandeſtino & illicito matrimonio contra formam prædictam. Et mulieres aliter nubentes perdunt dotes: & hæc ſolennitas remittitur uiduis uolentibus nubere, tex. eſt in conſtitutio. ſancimus. de matrimonio contrahen. ſi forte propter infirmitatem, vel quia Eccleſia non eſt in loco, vel presbyter non inuenitur in loco, ſufficit quod matrimonium fiat coram multis, & publice, ut ualeat matrimonium. Dominus Andræ. ibi. ¶ Et quando matrimonium dicitur factum publice, & probatur per teſtes, & glo. & Domin. Andr. dicunt quod benedictio ſacerdotalis præſumitur. ¶ Sed quid ſi teſtis dicit, quod talis eſt filius legitimus, & ex legitimo matrimonio, & quòd ſic tenuerunt & tractauerunt, &c. licet non dicat de benedictione ſacerdotali in faciem Eccleſiæ, vocantur aduerſarij ut faciat interrogationem, quando teſtes ſic indiſtinctè teſtificantur de legitimo matrimonio, ut petantur in interrogatorijs, quod iudex petat a teſtibus, quare dicunt, quod fuit habitus pro filio, ſi uiderunt deſponſari matrem in faciem Eccleſiæ cum benedictione ſacerdotali, aliàs ſi hoc prætermittitur, dictum teſtis tenet. Domin. And. in dicta conſtitutione. Sed licet in dicto teſtis præſumitur dicta ſolennitas, an in articulis actor debeat ponere, quòd matrimonium fuit in faciem Eccleſiæ ſacerdotali benedictione legitime contractum, & ſic in exceptionibus quando expedit ei, etiam ſic uidetur ſentire Domin. And. ibi, cautus aduocatus, &c. quòd ſic, Sed an iſta matrimonialis ſolennitas habeat locum quando deſponſatur amaſia, quam longo tēpore quis habuit, & ex ea habet filios: an iſti legitimati per ſubſequens matrimonium ſuccedunt in feudum? glo. in dicta conſtitutio. & Dom. And. dicunt quod ſic, quia ſublata eſt omnis macula. Sed quid ſi legitimati ſunt per principem, an in feudo ſuccedant legitimis non extantibus? Et quid ſi poſtea naſcantur legitimi? uide dictam glo. & Dom. And. ibi. Et licet iſti filij qui ſunt nati de matrimonio, in quo non interuenit iſta ſolennitas, an nihilominus dicantur filij legitimi? glo. dicit quòd non ſunt in poteſtate patris. Sed quantū ad paternam poteſtatē ſunt vt vulgo quæſiti, ut in gl. Sed ad quē uadit talis ſucceſſio, quæ aufertur ab illis filijs illegitime natis? dic ad uenientes ab inteſtato, ut in gl. Sed quia tex. dicit quod dos aufertur uxori, cui applicatur? dic fiſco, ut in gl. Quæro an per iſtam conſt. innouetur aliquid filijs naturalibus tantum de ſucceſſione, quam habent ſecundum ius commune.

Matrimonium. Comites & Barones non capiebant uxores, nec maritabant filias, & ſorores: vel neptes vel filios ſine cōſenſu Regis, ut in conſtitutio. honore, de uxore non du. quod hodie eſt correctum per cap. Regni, quod incipit, item ſtatuimus quòd licitum &c. de matri. con. ubi licite contrahant ſine licentia principis, niſi feuda, uel res feudales dederint in dotes, & quod contrahant inter fideles, quia iſto caſu requiritur conſenſus Regis, ut in dicto cap.

Matrimonium non poteſt contrahi cum filijs & filiabus proditorum, & rebellium manifeſtorum ſine licentia Regis: & ſic de bannitis ut in cap. Carolus Dei gratia. in tit. quod nullus contrahat matrimonium. Sed conſti. quæ incipit humanitatem, de filijs Baiulo. dicit, quod licite contrahunt cum fidelibus Regis, exceptis, ſi propter crimen læſæ maieſtatis, uel hæreſis ſit bannitus, ut in dicta conſtit. etiam ſi feudalia habent, licite contrahunt matrimonium.

Medicus qui exercet practicā, vel ſcientiā medicinæ ſine licētia & examinatione ſolēni, & ſine literis practicæ, in publicatione bonorū, & carceris per annū punitur, ut in conſt. quiſquis, & in conſtitutione utilitatē, de mederi uolentib. ſed ſi ſe non gerit pro medico literato, uel illiterato, & dat conſilium ægris, maxime ſine pecunia gratia pietatis, uel conſanguinitatis, etiam ſi literas practicandi nō habeat, non tenetur aliqua pœna etiam ſi dant eorum ſalario prætermiſſo conſilium, uide conſtitutio. quia nunquam, quæ eſt ſequens.

Item quid ſi aliquis habet peritiam practicandi medicinam non per artem, quia non nouit literas: Sed per experientiam, an dabitur ſibi licentia practicandi? Dominus Andræas dicit, quod ſic in dicta conſtitutione. Sed an doctor medicinæ habeat neceſſe habere literas practicandi? dic quod non. Dominus Andræas in conſtitutio.quamuis.

Mercatores & vendentes vendant ad legitima pondera & menſuras. Si vero falſitatem vel fraudem commiſerint ſoluant pro prima vice libram vnam auri, quam ſi ſoluere non poſſint, cum ponderibus & menſuris in collo appenſis per ciuitatem, vbi fraudem commiſerint publice ſine mora fuſtigentur. Pro ſecunda vice amputabitur eis manus. Tertia vice ſuſpendantur, vt in conſtitutio.ad legitima pondera.de ponderibus & men. Si forte deceperint peregrinum, duplicabitur pœna, vt in conſtitutione, pœnas, de pœna contra mercato. Item nota quod mercatores debent habere menſuras a Curia. Et vendentes pannos non debent trahere, ſiue tirare pannos, vt in conſtitutio.mercatores.de mercato.

Meretrix. Licet de iure communi violentia illata meretrici ſit impunibilis.ff.de furt.l. verum. in fi. tamen per conſtitutio. Regni punitur vltimo ſupplicio inferens violentiam. debet tamen meretrix clamare, & teſtari dictã violentiam in locis habitabilibus infra octo dies poſt violentiam, aliàs non auditur, vt in conſtitu.omnes, de violentijs meretricibus illatis.

Meretrix non punitur de luxuria ſui corporis, etiam ſi ſit nupta. C.de adult.l.qui adulterium. Sed innupta erit pęna ad accuſationem alterius non mariti retinentis eandem, dic vt in l.ſi vxor. §.1.ff. de adult. Nec poteſt meretrix cogi violenter, aliàs violentia capite punitur, vt in conſtitutio.prima.de violen.meret. Item meretrix prohibetur habitare inter bonas fœminas. tex.eſt vna cum Domi. Andr. in conſtit.quæ paſſim.de adult. Sed an puniatur maſculus qui cognouit meretricem nuptam? vide quæ ſcripſimus in verbo, raptores.

Metus licet requirat cruciatum corporis, tamen propter metum, quia eſt ex nimia reuerentia, ſicut habet mulier ad virum & clericus in epiſcopum, reſcinditur promiſſio, vt eſt glo. & ibi Bart.in l.prima. §.quæ onerandæ. ff.qua.re.act.non da. & vide l.1. §.cum fœnerator. & §.fi. ff. quod metus cauſa. & præſumitur iſte metus, vt quia præceſſerunt minæ.ita Bart.dicto §. quæ onerandæ. & habetur in l.metus.C.quod metus cauſa.& in l.meminiſſe. in §.ſi quis ipſi prætori.& vide Bart.in l.1.de pa.iura.fir.§.item ſacramenta, vbi dicit, quod iſte metus in corde retentus probatur ex qualitate perſonarum. allegat Barto.in d.§.ſi quis ipſi.

Miles. Qui dicatur miles, & quæ dicatur militia, ſecundum vſum militum? dicit glo. ff.quibus ex cauſis maiores. l.fina. & ſi accuſatur vel inquiritur de quocunque crimine excepto læſæ maieſtatis, vel ſi inquiratur de ſtatu perſonæ vel rerum vel partis ipſarum, vel Caſtro. qui teſtes ſunt producendi contra eos? vide ſupra in litera Barones. Item de modo agendi contra ipſos milites, vel filios eorum, vel ſi agunt, debent damnari, & cognoſci per compares, vide in conſtitutio.vniuerſis.de reſeruan.iudi. Comi. & Baron. vide etiam in litera, Comes. Et idem in feudatarijs ſiue in criminali, ſiue in ciuili inquiratur, vel ex officio agatur, vt ibi.

Miles ſi verberatus fuit a ruſtico, vel Burgenſi, niſi ſe rationabiliter defendendo, ruſticus hoc fecerit, pœna manus punitur. Eadem pœna punitur valectus, qui militem maioris generis verberauit. Si forte verberauit militem eiuſdem nobilitatis, honore militiæ priuatur in perpetuo, & per annũ erit extra Regnum. Si fortè minus nobilem verberauit, pœna priuationis militiæ punitur. Si forte miles militem verberauit, arma & equos amittit, & extra Regnum per annum permanebit. Si forte miles verberauit Burgenſem non ſuum vaſallum, arbitrio iudicis punitur, conſiderata qualitate iniuriati, & loci, iuxta cõſtitutio.varietatem.text.eſt in conſtitutio. vt dignitatum gradus. Nota quod glo. dicit quod iſta conſtitutio loquitur in militibus viuentibus in honore militari, in equis & armis, quibus militibus & Baronibus conuenit honor.

Milites an habeant merum imperium, & non accuſent niſi ſuam, & ſuorum iniuriam proſequantur? lege prima. ff.de accuſatio.

Minoribus in iudicio vel extra non modice læſis iura communia ſeruantur illæſa: & in illis caſibus per beneficium reſtitutionis in integrum ſubuenitur, in quibus de iure communi eiſdem ſuccurritur.vel ſi falſitate eorum tutorum, vel curatorum, vel Baiulorum, vel procuratorum fraude vel ignorãtia, aut dolo aduerſariorum læſi probantur in delictis, nam ſi delictum procedit ex animo, non ſubuenitur minori, niſi quatenus miſeratio ætatis iudicem mouerit. ¶ Item in cauſis ciuilibus, vel criminalibus publicis, vel priuatis agitandis per ipſos minores authoritas tutorum, vel curatorum, ſeu aliorum eis aſſiſtat. ¶ Item ex prouidentia principis conceditur pupillis, vt cauſas criminales, vel publicas per tutores eorum, vel curatores ad litem datos in iudicio ducere valeant, dum proſequuntur ſuam, vel ſuorum iniuriam, ſiue accuſent ſiue ab alijs accuſentur, & pęnæ quæ ex conſtitutio. vel ex veteribus iuribus veniunt apponendæ, apponantur principalibus. ¶ Item minores hodie per conſtitutio. iſtam intelliguntur vſque ad decimum octauum annum, in antea iudicantur in omnibus tanquam maiores. hæc ſunt in tex.conſtitu. minorum. ¶ Nota quod iſta reſtitutio datur infra quadriennium poſt maiorem ætatem de læſione facta in minori ætate. C.de in integ.reſtitutio. l.fina. ¶ Et illud quadriennium incipit finito 18. anno, ſed gloſſa facit, & tenet quod iſta reſtitutio quadriennij extenditur ad 7. annos & 18. annos vſque ad 25. Sed D. Andr. corrigit eam, vt ſupra dixi. ¶ Nota quòd ſi minor eſt vſus iure communi, non eſt læſus, & non reſtituitur. C.de in integrum reſtitutione, l.fin. & hic in glo. ¶ Quæro, ſi minor caret tutore, vel curatore, ipſo iure non valet, quod actum eſt contra eum, l.pen. C. ſi aduerſus rem iudicatam. ¶ Nota ex gl. quod ſi minor læditur ex facto procurato. qui ſoluendo eſt, non reſtituitur, ſed agit contra ipſum. ff.de minoribus.l. cum mandato. Sed ſi facto tutoris, curatoris, & mundualdi, habet electionem, an agat contra ipſos, vel reſtituatur, niſi quando læditur, quia inſtantia triennij perit: tunc idem eſt, quod in procuratore, & ratio diuerſitatis eſt, quia procurator procurat ex voluntate tutorum, curatoi & Balius ex neceſſitate vt in glo. ¶ Nota gloſſam quòd minor debet probare ſe deceptum. Vnde ſi ita eſt induſtrioſus vt non ſit veriſimile eſſe deceptũ, propter ætatem, ei non ſuccurritur. C.qui & aduer.quos.l.1.nec enim quod minor eſt ſe circũſcriptum docuit. l.minoribus. C.de in integr.reſtitut. ¶ Nota quòd ſi minor emit ſeruum, uel animal neceſſarium, & crepuit, licet uſus eſt iure communi, non reſtituitur, quia euentus damni non indiget reſtitutione, ſed inconſulta facilitas. Secus ſi emit hæreditatem, in qua ſunt multa animalia, quæ poſtea mortua ſunt, tunc reſtituitur, quia non proſpexit de interitu, qui potuit euenire. ff.de minori. l.uerum, uide gloſſam in dicta conſtitutio.in uerbo, facultate, puta quia mortalitas erat generalis in regione illa, aut erat guerra.

Moneta. Qui cudit monetam adulterinam, uel qui ſcienter accepit capite punitur publicatis bonis, & contentiens prædictis pœnis punitur. Et qui nummos aureos, uel argenteos tonderit, uel quocunque modo minuerit, tam perſona, quàm bona publicantur, text. eſt in conſtitutio.adulterinam, & in conſtitut. qui nummos.de adult. mone. Sed quid ſi aliquis habet ferramenta faciendi pecuniam: & incępit facere, & poſtea pęnitet eam, ita quod non format totaliter pecuniam, an incidat in pęnam prædictam? glo. & D.Andr. dicunt quod non: ſed loquitur in cudentibus perfecte, & integre, ſecus ſi pęniteat formare eam, quia pęna eſt ratione principis figuræ adulteratæ, ut in glo. Sed quid ſi aliquis faciat alchimiam in auro uel in argento ſine aliqua figura? dic quod eſt licitum, ut in gloſſa. Nota quod dicit D. Andr. quod in accipiente, & utente ea pecunia eſt ſatis graue. Item Domin. Andr. in conſtitutione, ſi quis campſor. dicit, quod non eſt licitum retinere aurum uel argentum uitioſum, uel falſam monetam: imo ſtatim debet curiæ aſſignari & commercium ex ipſis non eſt: & nec uendi, nec emi debent dolo malo ſcienter, Curiæ ſeu fiſco, & ſatis cum ſcelere acquiritur.

Mora in iudicijs ante litem conteſtatã purgatur ex bono, & æquo, ſi ius partis non eſt factum deterius per tres uel quatuor dies. Hodie iſtud beneficium habet locum poſt litem conteſtatam, cum concurrat eadem ratio æquitatis: & beneficio dictæ legis non poteſt renunciari, vide cap. Regis Caroli, quod incipit, Carolus illuſtris Siciliæ Rex.

Mulier coniugata in criminalibus, ſi proſequitur ſuam uel ſuorum iniuriam, accuſatur per maritum, & per procuratorem ſufficienter inſtructum. Et ſi etiam ſe defendit in cauſa criminali per maritum & procuratorem: qui maritus & procurator ante litem conteſtatam poſſunt conſtituere procuratorem, & ſententia fertur contra principalem, ut in conſtitutione, generalia iura, ut uniuerſitas accuſata. Sed quid ſi non proſequitur ſuam uel ſuorum iniuriam, an accuſetur, & defendatur per maritum & procuratorem, ut ſupra? Dominus Andræas dicit, ſic, ſed requiritur, quod maritus habeat ſpeciale mandatum ab uxore in prædictis textibus: & Dominus Andræas non declarat, niſi quia dicit in textu per maritum & alios procuratores, & ſic uideretur quod maritus ſit procurator. Item Dominus Andræas adijcit, quod ex ſpeciali priuilegio concedatur mulieribus, ut in criminalibus agant, & defendantur per procuratorem: & ſic ſpeciale requiritur mandatum. Per iſta uidetur, quod maritus debet comparere ut procurator cum ſpeciali mandato uxoris. in hoc cogita, quoniam textus dicit, maritus & procurator, non aliter declaratur. ¶ Sed quæro, dicitur in textu, quod ante litem conteſtatam maritus conſtituit procuratorem, an poſſit hoc facere ſine mandato uxoris? Dominus Andræas dicit, quod maritus debet habere ſpeciale mandatum de conſtituendo procuratorem ante litem conteſtatam. ¶ Sed quid ſi curia inquirit contra uxorem, an perdat feudum? Dic quòd ſic, ſed Dominus Andræas dicit, quòd non ex denunciat. uel ex officio. Sed an habeat locum iſta conſtitutio? uidetur quod non: quia textus loquitur, quando agitur, uel conuenitur, & ſic ordinarie. Puto quod non ſic, quando inquiritur contra nomen in conſtitutione, uniuerſis reſeruantur iudicibus, ut ibi per Dominum Andræam: & dicit, ſi inquiritur,

tur, eò maximè, quia hic & ibi agitur de fauore: & ſic extenditur ad ſimilia.

Mulier an reſtituatur in iudicio criminali? dic regulariter reſtituitur mulier, ubi poteſt interuenire procurator: ſed in criminali non interuenit procurator, ergo hoc uerum, ſi mulier non eſt coniugata in criminalibus in exercitio iudicij. Dom. And. in conſtitutione, obſcuritatem. de reſtitutione mulierum. Sed quare? eſt textus in conſtitutione, lite legitime conteſtata, vbi dicitur, quod minor & mulier reſtituuntur in criminalibus ad præſentandum iura: ſed puto quod ſeruari poteſt illa conſtitutio, & habet locum, quãdo ex delicto non conſequitur rem familiarem, & damnum reipublicæ, ut notatur in conſtit. obſcuritatem. per Domin. Andr.

Mulier ſi malitioſe & calumnioſe accuſat aliquẽ probum virum aſſerendo commiſiſſe violentiam, vt de facili accuſatus propter timorem iudiciorum ipſam caperet in vxorem, ſi conuincitur de tali falſitate punitur pœna capitis, & ſi reperitur prægnans differtur iudicium, poſtquam peperit per dies 40. vt in conſtitutio. peſſimam, de pœna mulierum iniuſte conqueren. Hodie iſta fœmina licet nõ probauerit, non præſumitur calumniari, nec tenetur ad iſtam pœnam, niſi conuincatur, quòd fuit in euidenti calumnia per conſtitutio. pœnam calumniæ. de pœn. calum. quia iſto caſu tenetur pœna ſimilitudinis ſupplicij, per Do. Andr. & Bart.

Mulier ſi eſt prægnans, & eſt damnanda propter delictum, differetur iudicium poſt 40. dies poſtquam peperit, ut in conſtitut. peſſimam. de pœna mulierum.

Mulier. Omnes qui audierunt mulierem clamantem, & potuerunt occurrere & reſiſtere uiolentiæ mulieris, & non reſiſtunt, ut puta, quia erant ſub eodem tecto, tenentur pœna quatuor Auguſtalium, niſi iuſto impedimento fuerunt detenti, nec poſſunt ſimulare aliqua propter obauditum, quia aut fuerunt ſub eodem tecto, vel loco, vnde uocem audire poterant, aut ſurdus aut ſine dolo malo, claudus, aut imbecillis, aut tempore vociferationis dormiens, non probetur, ut in conſtitut. quicunque, ſi quis mulierem clamantem. & hoc in muliere propter ſexum. de iure communi non tenetur quis alium defendere, niſi ſubſit illi ratione dominicæ poteſtatis uel patriæ. ff. de reg. iur. l. culpa. ubi dicitur, quod hi ſub eodem tecto ſunt, vnde poſſent ſe ad inuicem audire.

Mulier, ſi contra eam fiat uiolentia, ſi probatur confeſſione uel teſtibus, qui uiderunt in actibus uenereis, quod raro euenit, tunc uiolenter punitur pœna capitis conſcientia legis inconſulta. Sed ſi rei ueritas probari non poteſt, facta denunciatione ter per mulierẽ, uel alium ex ſui parte alicui, quod non tentaret mulierem, & ſe abſtineret a tentatione, contra uiolentum ſeu tentantem uiolare, & poſtea ſuit uiſus colluctari, vel in fuga in domo, uel ante domum mulieris, & mulier hoc ferebat, uel denunciatione non præcedente, mulier fuit inuenta ſubtus uirum uociferantem, & ille maſculus conabatur ſeras ſuæ uirginitatis aperire, uel corruptam cognoſcere, tunc cauſa plene diſcuſſa mittitur ad principem, ut in conſtit. inquiſitionibus. de uio. mulie. illa. & dicit Dom. And. quod præcedentibus dictis indicijs, uel ſemiplena probatione de viſu torquetur, per Do. And. ibi. Sed tunc punitur pœna capitis per tex. conſtitut. probatur concubitus, quòd hic raro euenit, ſed ſi teſtes viderunt ipſam ſubtus uirum clamantem, auxilium petentem, uel uiderint ipſam colluctari cum clamore & fuga, &c. In omnibus iſtis habet locum tortura, unde non punitur pœna capitis ex actibus uenereis, ſed torquetur. Et ſic no. bene quando occurrunt iſti caſus, quia multi errant.

Mulieres Longobardo ſeu Francorũ iure uiuentes in iudicijs tantum reſtituuntur, quando per negligentiam, ſeu fraudem procuratorum, uel mundualdorum enormiter læſę probentur aduerſus ipſos mundualdos ſeu procuratorem, dummodo non ſint ſoluendo, indemnes ſeruari non poſſunt, uel ſi propter nimiam ſimplicitatem ipſarum enorme damnum incurrant. nam licet præſcriptorum enormitas ſeu ſimplicitas ipſos excuſet, ſimplicitas tamen eorum in damnum mulieris verti non debet. In contractibus uero non ſuccurritur mulieribus, niſi per circumuentionem, uel fragilitatem ſexus, immoderatam dotem ultra matrimonium, uel uires promiſit, ſi per errorem, uel pretio accepto ab accuſatione deſiſtat. Item ſi crimen inceſtus per ignorantiam iuris admiſit. Item ſi inſtrumenta per fragilitatem ſexus non edit, quæ erant edenda. Item ſi in ſatisdationibus præſtandis per iuris ignorantiam ſunt deceptæ. Item ſi ſoluerit ex fideiuſſione ignorans beneficiũ Velleiani: & de certis caſibus de communi iure comprehenſis. uide tex. in conſtitutio. obſcuritatem. de reſtit. mulie. Et prædicta ſunt uera in exercitio iudicij, ut in dandis actis, uel producendis teſtibus, & alijs actis vſque ad ſententiam, quia aduerſus ſententiam reſtituitur, ut in glo. dictæ conſtitutio. Itẽ quia tex. dicit ſi propter nimiam ſimplicitatem procuratoris læditur reſtituitur in integrum, ut in glo. ſi fecerunt procuratorem mundualdum, uel illud quod ſolebant facere in facto earum, ſi talem ſimplicitatem ſolitę eſſent habere in reb. earum, mulier reſtituitur in integrum in cauſa, ſi procurator uel mundualdus fecit, quod in ſuis reb. ſolitus erat facere. uide glo. in uerbo, ſimplicitatem. Item dicitur in tex. ſi enorme damnum occurrit. glo. dicit enorme, ideſt, nimium, ideſt, quod omne illud damnum propter nimium reſtituitur.

Mundualdus de iure Longobard. mulieribus cuiuſcunque ætatis cõſtitutis ſiue pupillis, ſiue maioribus uſque ad annos 40. debet eſſe eis mundualdus, ſine quo mundualdo mulieres uiuere non poſſunt: ſed Dominę Comitiſſæ, Baroniſſæ, & nobiles mulieres habent Balium uſque ad 14. annum. poſtea ſine Balio agunt, ſeque defendunt. Et prædicta de mundualdo de iure Longobardo. Sed de iure communi mulieres Burgenſes habent tutorem durante pupillari ætate, & poſtea curatorem uſque ad 18. annum. Et licet notarij dicant in contractibus mulierum, pro abundantiori cautela, conſenſu mundualdi in terris, vbi uiuunt de iure communi. Iſta clauſula nihil operatur, uide glo. de hoc pleniſſimè ponentem in conſtitutio. minoribus de Balijs.

Murus. ſi quis ingreditur per murum ciuitatis tempore pacis, pœna capitis punitur: ſecus in tempore guerræ ut dicit glo. in Lombar. de furt. l. 1. & Dom. Andræ. in conſtitutio. cum ſatis. de officialibus reprobatis.

N

NAVFRAGIVM. Si nauigia committunt naufragium, vel inceditur domus, uel ruinatur, & aliquis recipit bona, & denegat reſtituere, tenetur pœna capitali, & parti læſæ, in quadruplum. & ſi poteſt ſuccurrere & eſt negligens, punitur in uno Auguſtali, ut in conſtitutio. de furripientibus aliquid. Item ſi in iſtis caſibus fiat depoſitum. idem & in caſu rebellionis, uel tumultus, ſi negat, ſimili pœna tenetur, dixit Domin. Andræ. ibi.

Negans ſe homicidium commiſiſſe poteſt ante aperturam teſtium congruo tempore dicere, & probare, quod ad ſui defenſionem occidit, & non eſt ſibi ipſi contrarius, imo confirmat quod negauit, licet imperiti iudices ſitientes ſanguinem humanum ſeruent contrarium, uide Dom. And. in conſtit. terminum uitæ hominum, de homicid.

Notarius & iudex pro quolibet contractu, quem ſcribunt, ſi non excedit libram auri, debent habere Grana decem. ſi excedit libram auri, tunc unum. Et ipſa inſtrumenta debet conficere infra hebdomadam computandam a die, a quo partes requiſiuerunt eum, ut conficeretur inſtrumentum, offerendo pecuniam. & ſi notarius fecit inſtrumentum requiſitus a parte, poteſt ipſam partem cogere coram iudice ut ipſum inſtrumentum confectum pars recolligat. Itẽ pars quæ prohibet notarium & iudicem, quod non conficiant inſtrumentum cum ſolenni atteſtatione, punitur, de quo conficiendo fuerunt rogati, & ſic notarius & iudex prohibiti debent adire iudicem: & ſi allegauerit iuſtam cauſam eſt audiendus, ſi non, non eſt audiendus. & ſic iudex mandabit notario ut conficiat inſtrumentum. Dom. Andr. Item ſi notarius prohibetur aperte iniuſte, notarius non debet parere: & ſi paret punitur pœna contenta in textu huius conſtitutionis. Sed quæro, ſi notarius econtra conficit inſtrumentum, an teneatur ad intereſſe? videtur quod ſic, quia tenetur ad factum. dic quòd quando tenetur ex diſpoſitione legis, tunc tenetur ad factum ut hic, ſed quando ex diſpoſitione hominis, vel contractus, & tunc ad intereſſe. Domi. Andræ. Item ſi notarius denegat conficere inſtrumentum, uel eſt negligens, per iudicem cogi debet. Dom. Andr. ibi. Item ſi notarius non fecit protocollum, uel perdidit eum. & non poteſt refici, an teneatur notarius ad intereſſe? dic quod ſic, ſi dolo tenetur, ſi ex negligentia & culpa, aut fuit requiſitus a parte ut faciat inſtrumentum uel protocollum, & non fecit, tunc tenetur, ſi non fuit requiſitus non tenetur, quia paria delicta, &c. Domin. Andr. Item ſi iudex uel notarius eſt mortuus, & non potuit facere inſtrumentum, tunc requiruntur partes uel hæredes, quòd de nouo faciant contractum, aliàs cogentur per Curiam, quæ mandabit ut faciant per impoſitionem pœnæ, & captionem pignoris: ſi vero partes non ſunt, quia mortui, uel non apparent, tunc ſecundum textum, & glo. aſſumas ex te notarium publicum, qui tibi facturus eſt inſtrumentum, & facias ei mandari per Curiam, quod uadat ad domum notarij, qui eſt mortuus, qui fecit contractum, & ex libris ſuis ſeu protocollis capiat fidem ſeu contractum conſentiente hærede notarij, quem antea monebis: qui notarius deſtinatus ut ſupra, ducet dictum contractum ſeu fidem ad iudicem, qui mandauit, ut tunc iudex faciat conuocare coram ſe alios notarios, & bonos uiros alterius loci, qui habuerunt notitiam de ſcriptura notarij mortui, uel manus eius, & de fama ſua, & ſi de hoc conſtat ad petitionem tuam, qui uis fieri facere inſtrumentum, facias uocare ad minus duos teſtes, qui interfuerunt illi contractui, quos interrogabit ſi vera ſunt contenta in inſtrumento, aliàs contractu, & ſi interfuerunt teſtes qui dicunt quòd ſic, tunc iudex cum interpoſitione decreti mandabit notario, ut faciat inſtrumentum, qui notarius faciet inſtrumentum ponendo contractum de uerbo ad verbum, nihilo addito vel minuto, & in ipſo ſe ſubſcribant illi duo teſtes ex

mandato

mandato iudicis, & iudex, qui non interfuit in contractu facit fidem, ac ſi interfuiſſet. Item no. quod pars compellitur vt faciat con tractum ſi perditur inſtrumentum l. chyrographis. de adminiſtr. tuto. Pro prædictis uide tex. & Domin. Andreæ. & gloſ. in conſtitutio. omnes Baiulos, de feriis. quorum dicta hic recollegi, & effectualiter notaui.

Notarius & iudex qui conficiunt inſtrumenta falſa, non puniuntur pœna manus, ut olim, ſed pœna capitis, ut in conſtit. iudices, de apparito.

Notarius & iudex debent eſſe de terris Demanialibus, coram quibus omnes contractus celebrantur, nec ordinantur a Iuſtitiario uel a Secreto, ſed a Rege tantum. Excepto iudice & notario Secreti, qui ab eo ordinantur: & non debent eſſe vaſalli nec ſubiecti niſi Regi, & debent accedere ad Curiam Regis quando debent ordinari, cum literis teſtimonialibus, & inſtrumentis ab vniuerſitate ſua, in quibus inſtrumentis contineatur, quod ſunt de Demanio, & liberæ conditionis, legitimi, & nulli perſonæ ſubiecti, fideles Regis in eorum uetuſtate & loci conſuetudinibus inſtructi. & deinde examinabuntur per ſtabilitos procuratores Regis ut in conſtitutio. in locis noſtris. de ordina. iudic. Sed nunquid Barones poſſunt creare notarios vaſallos ſuos? Dom. Andr. indiſtincte dixit quod non, quia ratione maioritatis & præeminentiæ ſpectat ad Regem, niſi ex aliqua conſuetudine ſcripta hoc Barones haberent. ſed uaſalli Baronum hodie creantur a Rege notarij, & iudices cum diſpoſitione Regis, ut apparet ex literis tabellionatus. Domin. Andreæ. in dicta conſtitutione. Quando conſuetudo eſt per defectum iudicis, contractus celebratur coram duobus notarijs, an ualeat? glo. in dicta conſtitutione, dicit, quod ſic.

Notarius non poteſt eſſe aliquis vilis conditionis, ut villanus, & angarius. & filij clericorum, ſpurij, & naturales, vt in conſtit. præſente. de honore militum.

Notarius. An notarius unius loci ex conſuetudine, ſeu partium conſenſu faciat inſtrumentum in alio loco? vide Dom. Andr. in 10. col. quæ ſunt rega. §. poteſtas citandi, & tangitur in dicta conſtitutio. locis. de ordin. iudic.

Notarius Imperialis & Papalis non poſſunt conficere inſtrumenta in Regno iſto, niſi inter perſonas Eccleſiaſticas, & in cauſis ſpiritualibus, & hoc in Papali. Item non creditur quem eſſe notarium, niſi probetur, & qui eum dicit notarium, debet probare, cum non naſcatur notarius, ſed creatur cum ſolennitate, nec probat qui negat eum notarium, ut in conſtitutio. inſtrumentorum robur, de fide inſtrumento. & ideo qui portat inſtrumentum de remotis partibus, debet portare literas teſtimoniales, qualiter ille eſt notarius publicus, uide ſupra in uerbo, inſtrumenta.

Notorium. Quando proceditur contra delinquentem ex notorio, qualiter procedatur & quomodo, vide Dom. And in conſt. humanitate, de fideiuſſo. vide ſupra in uerbo, flagranti. & uide gl. magiſtram in cap. ueſtra. extra de cohabit. cler. & mulier.

Nullitas. Cauſa nullitatis poteſt agi etiam pendente appellatione, nec propter hoc præiudicatur appellationi, extra de appellatio. per Inno. in cap. de cætero. alias, dilecto. nam nullitas eſt ſpecies appellationis, argu. ff. de arbitr. l. non diſtinguemus. §. quidam. ſecus ſi ſententia eſſet executioni mandata, quia tunc perpetuo audiretur vſque ad 30 annos. vide Do. And. in conſtitutio. dilationes. de dila. vide ſupra in uerbo, libellus an ſit, &c.

Nuncio etiam ſi ſit iuratus, uel alteri, cui committatur citatio, an credatur quod citauerit? dic quod non, ſed requiritur quod in præſentia publicæ perſonæ, uel duorum teſtium citet ipſe nuntius, & vni perſonæ publicæ tabellioni creditur, & poteſt inde probari contrarium, quod illo die fuit abſens, uide Dom. Andr. in conſtit. de aſſignatione lit. cita.

O

OFFENDI. Si quis timet offendi ab aliquo poteſt petere ab eo ſecuritatem, ne offendatur, & iudex debet facere eum aſſecurare. C. de epiſ. au. l. denunciamus. & ibi per Cyn. Iſta tamen cautio ſecuritatis debet dari cauſa cognita, puta minis, vel inimicitijs præcedentibus, uel ſi perſona ſit talis, quæ conſueuit huiuſmodi facere, & ſi ſit perſona, quæ poſſit veriſimiliter lædi. Iſta omnia habet iudex conſiderare, quæ ueniunt in cauſæ cognitione, ut ibi per Cy. & dic pleniſſime per Gul. de Cu. in l. illicitas. §. veritas. de offic. præſid. qui dicit, ſi præcedunt minæ pro bandæ ſunt, & ſi præcedunt coniecturæ, uel alia argumenta ueriſimilia, tunc in defectum probationis, ſtandum eſt iuramento eius qui timet offendi. Adde Bar. in l. ſed ſi ſuſceperit. §. ſi. ff. de iudic. & Ang. in l. qui bona. §. ſi quis iuſta. de dam. infec. & Spec. in tit. de pigno. §. ſtare. ver. quid ſi timeo.

Officiales fiſci, uel portulani, ſecreti, & procuratores, qui procurant facta Curiæ ſi credunt, quod poſſeſſiones aliquæ ad fiſcum pertinent aſſerendo fore occupatas, detentores veniant coram competenti tribunali, atque ipſius iuris ordine ſeruato procedant. nec ipſos poſſeſſores priuent poſſeſſione, niſi prius fuerint legitime condemnati, ut in c. regni, Item ſtatuimus per procuratorem, in rubr. quod ſi quis tenet. Vide aliud c. prædicti magiſtri, &c. in rubr. quod non procedatur, &c. vbi dicitur quod procedatur per procuratores ad inquiſitionem rerum, & poſſeſſionum occupatorum, ut ſupra, & mittitur proceſſus Curiæ, & uide dictum cap. Item ſtatuimus, &c. quod eſt ultimum, quod puto quod omnia corrigat præterquam in mortuis, de quibus loquitur ibi, & nihil innouatur in dicto cap. Item ſtatuimus. Sed conſtitutio quæ incipit, ab officialibus, de apparito. dicit quod ſeruatis iuribus fiſci proceditur, ut in conſti. inter multas. de offic. procur. curia reuocat ſine libello, & licet Domin. Andreæ. & gloſſa dicunt hoc uerum in paruis rebus, ſed prædicta conſtit. omnia corrigit.

Officiales poſt depoſitum officium debēt remanere in prouincia, ſeu terra in qua officium exercuerunt pro quolibet anno, quo officium exercuerunt per dies quadraginta, ſi minus ſteterint, pro rata ad reſpondendum conquerentibus ſibi ſindicaturis, & inquirentibus de exceſſibus, &c. ut in c. Item ſtatuimus. in rub. pro quanto tempore. Item non debent emere mulos, neque equos in loco ſuæ iuriſdictionis, ut in c. item ſtatuimus quod iuſtitiarij, in rub. quod officialis. ¶ Item Iuſtitiarij & aſſeſſores, & actorum notarij Cameræ quandiu compilatio, ordinatio, & aſſignatio proceſſerit, & affectauerit. in capit. regis Caroli quod incipit, bene ordinatis. Item ſi conuenitur officialis coram Iuſtitiario, ut reddat rationem, cognoſcetur ſummarie & de plano ſine aliquo ordine iudiciario, & oretenus condemnetur, ut not. gloſſa in authen. niſi breuiores. C. de ſentent. ex peric. rec.

Officiales, ut puta Caſtellani, ærarij, Capitanei, & alij officiales pro reparandis & reaptandis rebus fiſcalibus debent capere de prouentibus Curiæ non obſtante, q. aliter habeant mandatum a Curia, ſeu a fiſco, & ſi de bonis eorum expendunt, debent excomputari, & audiri per rationales, quicquid eſt expenſum ad vtilitatem Curiæ non obſtante quod ſine mandato illud fecerit, tex. eſt in conſtitu. ut officialibus. in tit. de prohi. offi. commer.

Officialis non poteſt creari & ordinari cum mero Imperio & iuriſdictione, niſi per principem, uel de eius mandato. Et ſi uniuerſitas creauit officialem nullam iuriſdictionem ſibi tribuit, & tenetur pœna deſolationis. Et omnes homines illius ciuitatis ſunt angarij, & qui tale officium ceperit capite punitur, unde conſtit. id ſatis, de offi. repro. Sed quid ſi tempore guerræ vniuerſitas facit Capitaneum ad guerras, uel officialem ad fidelitatem Regis pro cuſtodia ciuitatis, an teneantur dicta pœna? dic quod non, quia hæc conſtitutio uidetur loqui pro tempore pacis, ſecus ſi tempore guerrarum, ut ibi. & Do. And. hic. Et iſta conſtitutio intelligitur quando uniuerſitas facit officialem cum mero imperio, & iuriſdictione. Sed ſi facit officialem cum mero Imperio, aliter punitur, quia perdit omnia bona, vt in conſtitutio. ea quæ. ut nullus Prælatus.

Officialis. Si aliquis infert iniuriam officiali reſpectu officij propter ſeruitia Regis, non ſolum uidetur illata officiali, ſed Regi, & æſtimatur ſecundum conditionem illius, cui eſt illata ad arbitrium, ſed propter officiales uel faciendo brigam non uidetur facta ut officiali, & licite poteſt reſiſti officiali qui excedit officium ſuum, & alteri infert vim uel iniuriam, & ſi extorqueat a ſubditis tenetur in quadruplo. ſed ſi ſpōte recipit officialis, eſt pœna quadrupli quæ datur fiſco. ¶ Si forte iniuriam infert in perſona ſubiecti, pœna eſt publicationis tertiæ partis bonorũ, & cum infamia remouetur ab officio. unde conſtit. eos. de iniur. curialibus illat. Item gl. eſt in cap. j. extra de calum. quæ dicit, quod is qui præpoſito ſuo manus iniecerit capite punitur, & augetur in crimine dignitatis præpoſitæ, l. omne delictum. §. j. de re mili. Item ſi iniuria ſit officiali non miniſtrando officium, ſi propter odium priuatum uel ſua nepotia exercendo, ipſe non eſt iudex, nec cognoſcit. Dom. And. in conſtitutio. ut participatio. de iniuriis curialibus illatis. Dom. Andr.

Officialis corruptus poteſt ab omnibus de populo accenſari, & ſi probatur, tenetur pœna contenta in conſtit. incorruptibilem. vide quæ ſcripſi in uerbo, iudex.

Officialis. Si apponitur in mandato pœna extraordinarie ad arbitrium, an ſi eſt contrafactum exigat ipſam pœnam ſine alia ſententia, vel condemnatione? dic quod ſic, Do. Andr. in conſti. pręterea. de lit. citat. in ult. colum.

Officialis an poteſt vetare aliquem ne aliquid faciat, quod ſit prohibitum non adiecta cauſa? dic quod poteſt, ſerua tamen conſuetudinem. Do. And. in conſt. j. de liter. citat.

Officialis, Iuſtitiarius, aſſeſſor, & actorum notarius, qui ſubtrahunt bona fiſcalia, in nonuplum puniuntur, ſi a priuatis ſubtraxerũt in quadruplum, & ultra hoc imponitur eis pœna corporalis arbitrio Regis, ut in cap. Regis Caroli, quod incipit, ad hoc uolentes. de dupli candis gagijs. Sed quid in alijs officialibus. conſti. quæ incipit, officiales. de officiali. dicit quod hoc eſt uerum, ſi furatur in magna quantitate. Quid ſi alia bona furentur? puto quod idem eſt quia appellatione

pellatione pecuniæ cætera bona continentur. l. penult. C. de conſtituta pecunia.

Officialis. Vnus officialis debet fauere alteri, & adiuuare, & obedire requiſitus, ut in conſtitutione Regni, regionum. ne filius pro patre.

Officialis. Si officialis, uel eius familia aliquid percipit a litigantibus, vel ab impetrantibus, punitur pœna quadrupli, & cum infamia remouetur ab officio, præterquàm eſculenta & poculenta, quæ conſumuntur infra duos dies. Et ſi per vim extorſit, in quadruplum damnatur læſo. Item nota, quod æquiparatur, ſi eſt datum officiali, uel promiſſum. Dominus Andr. in conſtitutione, apud Iuſtitiarium, & conſtitut. & vniuerſis. Sed an pro ipſis eſculentis, & poculentis poſſit capere pecuniam? dic quód non, vt in conſtitutione, omnes. aliás incipit, Capitaneorum. Domin. Andr. de magiſtro Iuſtit.

Officialis. Si quis intulit iniuriam, uel uiolentiam officialibus Regis, uel rebus, vel familiaribus eorum tam morantibus intra regnum, quam extra, vel cum familiaribus noſtris, tenentur ad duplicatam pœnam, quam circa deſenſas & iniurias, uel alias conſtitutiones, vel iura imponunt: textus eſt in conſtit. ut participatio. de iniuria curialib. illata. Quæro, uiolentia ſeu rapina eſt commiſſa in rebus, ita quod tenetur in duplum, uel quadruplum, ad reſtitutionem rei uel medietatem pretij, vt in conſtit. uiolentias. an iſto caſu duplicetur pœna? vide ibi.

Officialis. Si aliquis occidit officialem habentem merum imperium, dicitur committere crimen læſæ maieſtatis. hoc uerum, quando in exercitio reipublicæ, uel principis, uel ut careat princeps tali milite, uel ut prouincia careat tali rectore, ut de facili perueniret ad aliquod malum rebellionis, occidendo illum officialem, vtputa, Iuſtitiarium, uel Capitaneum regium. Do. And. in conſtit. vt participatio. de iniur. cur. illata.

Officialis nullus poteſt imponere ſubiecto pœnam pecuniariam incidentem, ſeu in pecuniarium bannum, cauendo idonee de ſoluendo pœnam, de perſona capere non præſumat: alias officialis punitur arbitrio Regis, ut in capitulo, ſtatuimus, vt nullus officialis, &c.

Officialis non poteſt mittere aliquem uaſallum Regis pro ſeruitiis Curiæ proprijs expenſis, niſi ad quod de conſuetudine, uel aliter ſit obnoxius. Et ſic etiam de animalibus, ut in cap. grauamina. in tit. quòd nullus officialis, &c.

Officialis Regis non poteſt mittere officiales per vniuerſitatem electos pro ſeruitijs Curiæ, ut ſyndicos, collectores, &c. nec alios ſubrogare, ut in cap. Regni, Item collige quod Iuſtitiarius nihil poteſt recipere ab uniuerſitatibus, uel perſonis ſingularibus per compoſitionem generalium inquiſitionum. ut in cap. item quod prædicta, in tit. quod nihil recipiant. Item Iuſtitiarij, iudices, & aſſeſſores & familiæ ipſorum nihil poſſunt recipere ab uniuerſitatibus etiam eſculenta & poculenta, & ſic etiam Secreti, Ærarij, & omnes alij officiales: aliás incurrunt pœnam pro eſculentis, & poculentis priuationis gagiarum vnius anni: & qui non habet gagia, punitur in quadruplum receptorum eſculentorum & poculentorum: pro alijs muneribus & donis arbitrio iudicis punitur. Et ſi officiales habent officium a Curia in gabella, ſicut ſunt Secreti, magiſtri procuratores, & alij ſimiles officiales, ad rationem prædictam puniuntur: cum Vniuerſitas regni nihil habeat in communi, niſi collectas impoſitas poſſunt ſine ſpeciali mandato exigere, ut in c. prædicto, item quod Iuſtitiarij.

Officialis, ſi ei tempore ſyndicationis opponitur, quòd aliquid extorſit, nec probatur, ei iuramentum purgationis datur etiam illius, ex quo dicitur recepiſſe aliquid ſeu extorſiſſe, & ſi officialis recuſat iurare, ſtatur iuramento læſi, & quantum iurauerit ſoluiſſe officiali, tenetur officialis ei reſtituere, ut in c. item quod in omni caſu, in rub. quod ſtetur iuramento officialis.

Officialis. Quando nouus officialis applicuit prouinciam, officium veteris officialis non ceſſat, nec deſinit recipere gagia, niſi poſtquàm ei fuerint aſſignatæ literę deſiſtentiæ, uel ſi nouus fecit ingreſſum in aliqua parte iuriſdictionis officialis ueteris in longinqua parte, nouus ſtatim ſignificat ueteri ſuum ingreſſum: & de ſignificatione ipſa habeat mentionem, ut in c. Regis Caro. quod incipit, ſuper iniſ officionibus.

Officialis inferior, & magiſter iuratus & Baiulus, uel capitaneus ad guerram, ſi recipit cautionem uel fideiuſſionem ab aliquo accuſato inuento cum armis, uel alio modo ut ſe præſentet Iuſtit. uel coram capitaneo ſub pœna decem vnciarum: iſta pœna tenet, & poteſt exigi per Iuſtitiarium, uel capitaneum, ut in conſtit. Baiulis. de ſer. cap.

Officialis. Si quis dicit ſe officialem, qui non eſt, uel eſt & non habet merum imperium, & cognoſcit de crimine capitali & ſuſpendit aliquem, qua pœna tenetur? dic quod ex quo uſurpat officium tenetur lege Iulia maieſtatis. ſed ſi non occidit aliquem hominem, ſed aliqua leuiora exercuit, ut iudex, qui non eſſet, dic quod punitur extraordinarie & diuerſimode, prout ponit Domin. And. in conſtit. terminum vitæ hominum, de homi.

Officium iudicis, in quibus caſibus habeat locum, ponit pleniſſime Innocent. in capit. iudicis officium, de officio iudicis, in antiquis.

P

PAPA, Si de regno eſt controuerſia, an ſit iudex competens? dic quod quando de regno, ſeu quota parte regni ad ipſum Papam ſpectat cognitio, in ſingulis uero regni curialibus apud eccleſiam nihil remanſit, ſed totum integrum dominium & poſſeſſio ſunt tranſlata in Regem, quia regni ſingula corpora & partes tranſiuerunt ad Regem, hoc no. gl. in procœ. conſtitut. in uerbo, habendo reſpectum, &c.

Paragium. Si frater maritauit ſororem de paragio, quæ portio eſt danda in dote? dic quod tertia pars eius portionis quæ competeret, ſi æqualiter ſuccederet cum maſculo, & reliquæ duæ partes remanent maſculis. hoc dicit glo. & Domin. And. in conſtitutio. in aliquibus, &c. Sed quid ſi illa tertia portio eſt tam modica, quod non poſſet ſoror nubere de paragio? dic, tunc inſpicitur modus facultatum, & numerus filiorum, & dignitas in uiro & in uxore, & ſic etiam in hoc dicitur paragiare, quod ſi non poteſt nubere uiro pari niſi pro tota illa portione, quæ ſibi competeret, ſi communiter ſuccederent cum fratre, tunc frater totam illam portionem debet dare in dotem, quia pari debet nubere, & ultra illam portionem, quam habuiſſet ſi communiter & æqualiter ſucceſſiſſet, non tenetur dare etiam ſi non poſſet nubere. Pone exemplum, moritur pater, dimiſit c. in bonis, & filium, legitima filiæ eſſent 16. & fratris 20. dando ei ipſam in portionem non poſſet nubere uiro pari, quia conditio ſua & patris ſui requirit maiores dotes. Vnde ſi propter pulchritudinem ſororis, uel propter præeminentiam fratres poſſent ſororem nubere pro illa portione legitimæ, bene ſtat, ſi pro maiori tenetur ſupplere ſorori uſque ad legitimam, ſi forte non poſſet pari nubere, niſi dando illam portionem, quam haberet ſoror, ſi ſuccederent æqualiter, vt quia hæreditas eſt opulenta, ſoror ſuccedit in medietate, & tenetur illam portionem dare in dotem, quam habuiſſet ſi æqualiter ſucceſſiſſet, etiam ſi uiro diſpari nubat, fratres tenentur dare uſque ad illam portionem, & vltra non tenentur, quia facta eſt conſti. in fauorem fratris, ideo non debet pati damnum de eo, quod ſibi competeret de iure communi, prædictæ ſunt concluſiones Dom. And. in dicta conſtit. in aliquibus, in vlt. col.

Pars quæ citatur ad teſtificandum, tanquàm legalior poteſt reſpondere cum conſilio aduocati, non tamen aduocatus inſtruet partem: vide tex. in gloſ. in conſtitutio. partes, de interrog. & lit. ¶ Sed an pars quæ debet teſtificari ut ſupra, poſſit petere copiam iurium, ſuper quibus teſtificari debet? puto quod ſic, quia ſi reſpondit cum conſilio aduocati, uidetur ſibi conceſſum aliud, ſine quo id fieri non poteſt. l. ij. ff. de iur. omn. iud. vide ſupra in uerbo, iudex poteſt partem interrogare.

Pater filiam adulteram in actu adulterij deprehenſam nullo alio actu in medio interueniente poteſt occidere in domo ſua, & gener poteſt occidere adulterum, nulla protracta mora, ut in conſtit. ſi maritus, de adult. vide glo. qualiter intelligatur incontinenti, quod nullo actu extraneo in medio interueniente.

Pater & auus paternus, an in feudalibus rebus ſit vſufructuarius? dic ꝙ non, ſicut in aliis caſtrenſibus, quia feudum æquiparatur caſtrenſibus. Dom. Andr. in conſt. in aliquibus, de ſucceſ. Comitum. ¶ Item pater præiudicat filiis in delictis, & in feudis, & in aliis ſucceſſionibus, ut in tit. ſi uaſallus feudo priuetur. cap. j. & in tit. quæ ſit prima cauſa, & in tit. de pace tenenda. §. 1.

Pater ſi filiam ex prima vxore, & dotem habet, filium & filiam ex alia uxore, & ipſe pater non habet aliud unde ſe alat, & filios alios, niſi de uſufructu bonorum illius filiæ, vult eam maritare, & cum proprietate tantum non poteſt eam dotare, an pater teneatur relinquere uſumfructum, & ſic eam maritare? dic quod uſusfructus eſt illius partis obuentæ, de bon. quæ li. l. cum oportet. ſi quidem ubi de ipſo vſufructu alit ſe & filios non tangendo proprietatem, hic non ſolum tenetur alere patrem, ſed etiam fratrem & ſororem. ff. de lib. alen. l. j. vnde pater in tantum tenetur dare de vſufructu pro maritagio filiæ, inquantum tenebatur eidem filię dare pro alimentis in domo ſua, & totum aliud tenet pro alimentis ſibi & ſuorum. Hoc uerum, ſi non habet aliud vnde ſe alat. Do. Andr. in conſtit. Comitibus & Baronib.

Pax. Cultus pacis ab hominibus & uniuerſis partibus regni debet obſeruari, & nullus debet iniuriam ſibi factam uindicare, nec repreſalias facere, tamen per Iuſtitia. vel magiſtrum Iuſtitia. ius ſibi fieri petat. Dudum ideo dicitur, quia incontinenti de iniuria ſibi facta poteſt repellere cum moderamine inculpatæ tutelæ, in conſtitut. pacis cultum, & qui pacem uiolat, confiſcantur omnia bona, & capite punitur. vide gloſ. in conſtitut. Comes. de guerra mouenda ad ſimilitudinem illius qui guerram mouet.

Periurium. Licet periurus ſolum Deum habeat vltorem, hoc eſt verum in ſacramento non vertente in præiudicium alicuius. l.iuriſiurandi, C.de iureiuran. ¶ Sed ſi per ſacramentum fuit negocium deciſum, ſi fuit periurus non retractatur, tamen periurus ipſe ſcienter punitur pœna manus. ff.de crimine Stellio.l.fin. vnde ſpectabitur ad quid agitur in alio actu, & negocio deciſo, nam ſi teſtes ſunt periuri in ciuili puniuntur.l.nullum. C.de teſtib.vide Dom.Andr. in conſtit. eos qui ſcienter.

Periurium. An qui iurat & periurat ſit infamis? Domin. And. dicit quod ſic, in conſtitutio. blaſphemantes, &c. vide eum ibidem.

Periurus qui ſcienter periurat perdit manum, ut in conſtit.eos qui, de periuriis, & hoc tam in iudiciis quàm extra. ¶ Sed quid ſi ignoranter periurat? Dic quòd non perdit manum. uide gloſ. fin. in conſtit. ſummo periculo, de fraude & dolo campionum. Pone exemplum, iuraui tibi ſoluere centum in paſchate, conſtitui procuratorem ad ſoluendum, ego putans procuratorem meum ſoluiſſe in termino, non ſolui, certe uideor ignoranter incidere in periurium, & poſſum redimere manum, ſecus ſi ſcienter periuraui. ¶ Sed an Iudæus iurans per legem ſuam, & deierans teneatur hac pœna? videtur quòd ſic, quia ſtatur ſacramento eorum.C.de Iudæis.l. Iudæus. vide Domin. Andr. in d. conſtitut.

Periurus. An accuſabitur ab eo cuius non intereſt? dic quòd non, ſed tantum ab eo, cuius intereſt, niſi coram iudice periuretur. l.nullam. C.de teſti. ratio, quia crimen Stellionatus quo tenetur periurus, eſt priuatum delictum. Domin. Andr. in d. conſtitut. eos qui ſcienter, &c.

Periurus. Si periurauit defunctus, an hæredes teneantur de periurio? verius tenetur quòd non, quia tales accuſationes ciuiles non tranſeunt in hæredes, uide ſupra in uerbo, hæres. ¶ Et quid ſi Titius iurauit dare patri meo certo die, & moritur pater, peto a Titio decem, qui negat ſoluere, an agere poſſum de periurio? dic ꝙ non. ¶ Et an hæredes teneantur ſtare iuramento defuncti? dic quod ſic, uide ibi pleniſſime per Dom. Andræ. in conſtitut.eos qui, & ſcripſi ſupra in uerbo, hæres.

Pœna. Iudex in actis extraordinariis poteſt imponere pœnam grauem uel leuem ad ſui arbitrium iuxta cognitionem negotij, & exigere ſi eſt contra factum ſine alia ſententia, & condemnatione. Dom. Andr. de literis cita. & ſic citatur quando officialis uocat aliquem extraneum in iudicio in citatione communi non adiecta cauſa, forte quia prohibet ne faciat aliquid prohibitum, uel quod non moueat arma.ff. de vſufru.l.ij.§.j quando peruſitatum eſt, cum hæc conſtitutio loquatur in citationibus, quæ fiunt in iudicio, in eo debet intelligi ſeruata conſuetudine. Et ſi quidem citatio habet certam pœnam, illa exigitur in prima citatione, per ea quæ dicunt Moderni C. de Theſaur.l.1.libro duodecimo. Aliter eſſet pœna ſacrilegij: ſed in officiali eſt crimen ſtellionatus: & in iſtis extraiudicialibus conſueuit poni per iudices pœna grandis, & leuis, & ſicut negotium eſt arduum & ponderoſum, propter quod uocatur, & ſecundum quod eſt poteſtas uocantis habentis merum imperium, tunc imponit pœnam omnium bonorum. Item ſi conſtat de debito, poſſet iudex imponere pœnam, quod ſoluat, per l.ſi debitor. ff.de iudic. Domin. Andræ. Item ſi in prima citatione eſt impoſita certa pœna pecuniaria, & tertia bonorum mobilium. Sed tamen exigitur pœna appoſita in ſententia. Do. And. in d.conſtit. prope finem.

Pœna. Si iudex mandat alicui quòd alicui ſoluat debitum ſub certa pœna, & illud mandatum eſt ſcriptum in actis, ſi tranſit tempus ſolutionis, & iudex reperit in actis illud mandatum, licet alij non accuſent pęnam, quia non ſoluit in tempore, iudex ex ſola ſcriptura poteſt procedere ad ipſam pœnam: & ſi fuit abſens, auditur ueniens, & ex iuſta cauſa reuocatur quod factum eſt per reſtitutionem. ſi uenerit re integra, antequam fiat executio retractabitur. Dom. And. in conſtitutio.edictorum.in fi.de literis citat. Et ſi debitum conſtat, iudex mandat ſub certa pęna, ut ſoluat. Nec obſtat titulus, comminationes uel epiſtol. quia loquitur in debitore negante. vide eundem in dicta conſt. ¶ Pone quod iudex condemnat aliquem ad ſoluendum debitum alicui, & iudex cognoſcit illum debitorem brigoſum & difficilem ſoluere, an poſſit ſibi mandare ſub certa pœna quod ſoluat? Dom. And. dicit ꝙ ſic, quia illa pęna eſt loco intereſſe, uide eum in conſti.pęna in pecuniariis.

Pœna. Si Baiulus, vel magiſter iuratus, uel alius officialis recipit fideiuſſorem, uel cautionem ab aliquo ſub pœna, uel mandat ſub pęna, ut aliquis præſentet ſe coram Iuſtitiario, uel Capitaneo, an poſſit pęna exigi, ſi eſt contrafactum? Dom. And. dicit quòd ſic in conſtit. Baiulus. de fure cap. &c.

Pœna. Si promiſi ſoluere decem in Paſchate ſub pœna, & non ſolui in tempore, non poteſt creditor petere pęnam, niſi ſua interſit fuiſſe ſolutum in tempore: uidetur enim appoſita in fraudem uſurarum. Dom. And. in conſt.uſurariorum. de vſur. allegat l.Iulianus. §.idem. ff.de act.emp. &c.

Pœna ſi ſubdelegata eſt alicui, uel ſi lex imponit pœnam, ſi non pareatur, puta, ſi committitur examinatio teſtium, & pœna contra teſtes non comparentes, eſt tertia bonorum mobilium, an ipſe delegatus poſſit imponere grauiorem pęnam? uide gloſ. in dicta conſtitut. in pecuniarijs.

Pœna poteſt exigi, quando non apponitur in fraudem uſurarum. l cum allegas.C.de uſur.& cap.conqueſtus.extra eodem. & gloſ. in l. Iulianus. §.idem.ff.de act.emp.

Populator manifeſtus, uel alius malefactor an mandetur ad ſupplicium ſine aliqua ſententia? Dominus Andræas in conſtitutione, pœnam eorum. de foriudic. dicebat, quòd non requiritur ſententia, licet ratione delicti ipſo iure dominium rerum & bonorum tranſeat in fiſcum, tamen propter poſſeſſionem bonorum apprehenſam requiritur ſententia: & ſi ille mortuus fuerit, damnatur eius memoria, & ad bona, ut ibi Dominus Andræas in conſtitutione, contingit interdum. de accuſ.coram Iuſtitiar. & ibi eſt gloſ. & Dominus Andræas, qui dicunt, quòd in duobus caſibus perduntur bona ſi contra principem, uel rempublicam quis committat proditionem, & in ipſis duobus caſibus perdit bona: tex. eſt in d.conſtit. ibi, conuictus uitam & bona perdit, & loquitur indiſtincte. Et nota quòd in omni proditione perduntur bona. Sed Dominus Andræas intelligit quando perdit bona in caſibus, in quibus de iure perduntur, ut in prædictis duobus caſibus, quando contra principem, & contra rempublicam. Quæro, an in crimine læſæ maieſtatis quod non eſt manifeſtum, requiratur ſententia? gloſſa in dicta conſtitutione, contingit dicit, quod vt declaretur delictum, & propter poſſeſſionem bonorum, & propter fructus medij temporis, & propter alienationes bonorum factas in eo tempore, licet dominium ipſo iure perdatur a tempore criminis commiſſi. Sed vide cap. Regni, quod incipit, Nuper ſuper. de pęna & vindicta proditorum, & cap. bona proditorum, quæ determinant hanc materiam, & in quolibet capite criminis læſæ maieſtatis bona perduntur, ut ibi.

Portulani in Regno habent inquirere de demaniis & morticiniis, & excadentiis, ut in capitulo Regni, Item tam feudalibus quàm burgenſaticis, quæ ſpectant ad curiam Regiam, faciunt inquiſitionem, & ipſam mittunt ad curiam ſi morticinia, & ſicut de excadentiis tempore eorum officij excadentibus, quas ſtatim ad Curiam reuocant. ¶ Item de theſauris inquirendis non capiant perſonam infamatam ſine mandato Regis, niſi conſtaret de theſauro plene, & per indicia uoriſimilia, quo caſu capiant perſonā ipſam, & cuſtodiant, & ſignificent Regi, & tormentent ipſum ſine mandato Regis, uide cap. Regni, Item quòd prædicti magiſtri, in rubr. quod non procedunt nunc, &c. Item ſtatuimus quod ſi procurator. in rubrica, quod aliquis. quod uidetur prædicta corrigere. uide ſupra in uerbo, officium.

Portulani omittentes ſtatuta ſuper extractionibus uictualium, & aliis tanquam de latrociniis & periuriis puniuntur: vide cap. Regni, quod incipit, ut illorum fraudibus.

Potus. Si quis dedit potum alicui, ut ipſum diligat, ut faciunt mulieres, ſi læditur, qui cepit illud, tenetur dans pœna capitis. Si non publicantur omnia bona, & per annum ſtat in carcere, ut in conſtit. amatoria.de pocul.amat.

Pręlati. De redditibus epiſcopalis eccleſiæ, inter quos eſt quarta decimarum, & aliorum iurium debitorum prælato, ut habetur extra de præſcrip.cap.de quarta. fiunt tres partes, unam habebit pręlatus pro uita ſua & ſeruientium, aliam pauperes, & aliam pro fabrica eccleſiæ, & ſi tunc non indiget fabrica, tunc ſeruetur pro futura fabrica, uel emantur poſſeſſiones, & ſi illa tertia non ſufficit pro fabrica, tenentur clerici ſupplere in bonis eorum. De portione pręlati poteſt prælatus facere ſuum uelle, & id quod ſibi ſupereſt, det pauperibus, aliàs ſi aliis dat, peccat mortaliter. ¶ Item ſi ultra numerum pro vſu ſuo abutitur, peccat mortaliter. Conſanguineis & parentibus dignis poteſt bene dare de portione ſua. Et quicquid prælatus recipit de aliis portionibus, tenetur reddere rationem tanquam de alieno. & hoc intellige niſi prælatus egeat: nam tunc quod debet dare pauperibus, dat ſibiipſi pauperi, & in his qui miniſtrant, & pauper prælatus dicitur, qui non habet uictum & ueſtitum pro ſe & ſeruientibus ſecundum dignitatem perſonæ prælati. Vide pleniſſime Dom. And. in conſtit quanto.de decimis, &c.

Prælatus in terris ſuis non poteſt exercere merum imperium, nec officialis eius, aliàs priuatur terra, & publicatur fiſco, ut in conſtit. omnia. in rub.ut nullus pręlatus.

Præſcriptio. Feudum integrum, uel quota pars feudi, a quocunque teneatur, vel ab alio pręſcribitur ſpatio annorum triginta continuatim ſine iuſto titulo, ſi bona fide, præſente aduerſario in regno, dummodo præſcribens poſſit curiæ addere, uel alteri, a quo tenet, debitum ſeruitium: & acquiritur præſcribenti tanto tempore actio, & exceptio, & per conſequens dominium, niſi fuerit interrupta per citationem, uel litis conteſtationem, uel maiorem ætatem ſuperuenientem: dummodo quod per talem præſcriptionem nullum præiudicium Curiæ Regiæ generetur. Res uero particularis ipſius feudi nullo tempore pręſcribitur: cum his rebus particularibus abſtractis de feudo, dę neceſſitate, & per conſequens ipſum ſeruitium minoraretur:

raretur :

raretur: textus eſt in conſtitutione, conſuetudinem. de præſcriptio. Et hæc conſtitutio loquitur, quando litigatur inter priuatos. Sed quando contra fiſcum, vide conſtitutionem ſequentem. Et not. Dom. Andr. in dicta conſtitutione prope finem dicit, quòd iſta præſcriptio in feudo ſeu quota parte non præiudicat illi feudatario, contra quem incipit. vnde non præiudicat filiis & nepotibus, ad quos vadit feudum rigore conceſſionis, ut quia eſt conceſſum feudatario, & filiis, & hæredibus ſuis, ipſis filiis & hæredibus non præiudicat, etiam ſi feudatarius moritur ſine liberis. Item quod feudum uadat ad fiſcum, præſcriptio non præiudicat fiſco, ſed contra quem incœperat mortuo illo, contra eum currit præſcriptio: & ueniente feudo ad ſucceſſores ſecundum conceſſionem, tunc incipit currere præſcriptio contra ipſos. Domin. Andræ. No. quòd ſeruitium feudi non præſcribitur, vt ſupra in glo. Sed textus dicit, quod per citationem, vel litis conteſt. interrumpitur præſcriptio, ad quid requiritur conteſtatio litis, ſi per citationem rumpitur? glo. dicit **quòd poſſet eſſe, quod** ſine citatione fieret litis conteſtatio: ut quia præſens in iudicio, & ad alia non proceſſit, & ſic interrumpitur. ¶ Item quia hic dicitur, quod per præſcriptionem eſt ſecurus, an requiratur conſenſus Regis? glo. in uerbo, **ſecurum. dicit quòd non: quia ſi fieret alienatio feudi** cum conſenſu Regis, ſtatim eſſet dominus, nec requireretur præſcriptio, quia rem ſuam non præſcribit: quam gloſ. vide, quia uidetur innuere, quod ſolus conſenſus Regis præiudicet uero domino. Quod puto uerum ſecundum conſtit. quam allegat de reuoc. feudi. quando uerus dominus alienat, ſi conſentiente Rege eſt ſecurus emptor & uerus dominus, & non poteſt reuocare iure proprio. Sed ſi alius quam dominus alienat, licet Rex conſentiat, non præiudicat vero domino ignoranti, & ſic credo, quod intelligatur ipſa gloſ. No. ex dicta conſtitutione inſraſcripta, quæ inducuntur de nouo. Primo quod per præſcriptionem triginta annorum acquiritur dominium directum. Secundo quod iſta præſcriptio interrumpitur per minorem ætatem ſuperuenientem. Tertio requiritur, quod aduerſarius toto tempore prædicto ſit præſens in regno. Quartò quod præſens hic dicitur, qui eſt in aliqua parte regni. ¶ Ex fine conſtitutionis nota, quod ideo non currit præſcriptio in re particulari feudi, quia acquireretur ſine ſeruitio: quia ſeruitium ſequitur uniuerſitatem, ſeu feudum, uel partem, & non rem particularem, ut in gloſſa in uerbo, conceſſerimus. Nota etiam ex fine gloſſæ eo ipſo, quod res particularis feudi eſt ſubtracta, feudatarius non poteſt compelli **ad integrum ſeruitium, quam gloſſam vide, quia fauet negligenti in** odium Regis, vide textum & gloſſam in conſtitutione, conſuetudinem, de præſcr. Quid ſi minuantur fructus, an debeat minui ſeruitium? cogita, quia non reperio hoc ſcriptum ab aliquo.

Præſcriptio. Per conſtitutionem iſtam tolluntur certæ præſcriptiones ex conſuetudine inductæ, & confirmantur, uidelicet, decem annorum inter præſentes, & uiginti inter abſentes: præcedente titulo & bona fide ex utroque latere, & ex parte uendentis & ementis in præſcriptione quadraginta annorum inter præſentes, & triginta **inter abſentes, in hypothecaria remanent in ſtatu ſuo. Nota** ꝙ ignoratur per iſtam conſtitutionem, quòd obſeruetur quadriennaria præſcriptio inducta de iure Longobardo, quæ vult quòd fratres, qui diuiſerunt bona, infra triginta annos poſſint petere ut partes adæquentur, ſi ſenſerint ſe grauatos, uel alter eorum: poſt triginta annos obſtat præſcribenti, etiam ſi frater teneret res alienas per triginta annos, & iurat alium habuiſſe, creditur ei. Sed de iure communi, ſi frater uolebat agere, ut partes adæquentur, debebat probare ſe deceptum ultra dimidiam iuſti pretij, dolo uel culpa fratris. l. maioribus. C. communia utriuſque iu. & ſi tenebat frater per decem an**nos pro diuiſo, præſumebatur diuiſio, & non poterat tolli, niſi** prædicto modo uſucaptionis, vt in rebus mobilibus de iure communi ſtat in ſuo robore, nec innouatur aliquid per iſtam conſti**tutionem.**

Aliquæ præſcriptiones ſunt, quas ponit gloſſa in dicta conſtitutione in fine, quæ ſunt inductæ ex conſuetudine, & non tolluntur, vt quando ueniunt ratione delicti, ut in contumace, uel ratione contractus, vt in redhibitoria, & quanto minoris, uel propter negligentiam, ut in debitore, qui non redemit pignus infra triginta dies de iure Longobardo: quia hæ præſcriptiones ſine poſſeſſione inducuntur, & tolluntur per conſtitutionem iſtam. uide conſtitutionem dictam de præſcrip. cum gloſa ſua. Sed quia textus requirit bonam fidem ex utraque parte in præſcriptione decem, uel uiginti annorum: hoc eſt uerum, ſi uerus dominus reuocat ius ſuum, & alienationem factam, & tunc requiritur triginta annorum præſcriptio.

Præſcriptio contra fiſcum in bonis publicis eſt centum annorum, ſublata quadragenaria præſcriptione hactenus conſueta: præſcriptio quadriennij in rebus donatis, & triennij in ſententiis contra fiſcum latis in ſuo robore perdurant. textus eſt in conſtitutione, quadragenalem, de præſcript. Et intellige de præſcriptione centum annorum in rebus publicis, & incorporatis in fiſcum: & in eius patrimonium, ſiue ſint mobilia, ſiue immobilia. Et intellige tam de feudis, quam **in aliis bonis acquiſitis fiſco, vt currat centum annorum præſcriptio,** ſed non in bonis demanialibus, quia demanialia nullo tempore præſcribuntur: in rebus quærendis, & nondum quæſitis, & incorporatis Curiæ remanet ius commune: unde gloſſam in uerbo quadragenaria. Sed quomodo probatur præſcriptio centum annorum? puto, quod ſi homines dicant, quòd non extat memoria, non probatur præſcriptio centum annorum? dic quod probatur per inſtrumentum, in quo continetur, quod ſunt centum anni, quibus incœpit poſſidere, & non apparet contrarium in medio tempore alium poſſediſſe, illo caſu erit probata. Dom. And.

Præſcriptio. An currat in rebus demanialibus? gloſſa dicit, quòd **non, in conſtitutione, ſi dubitatio. de probationibus per inſtrumenta. Sed Dom. Andr. dicit, quòd præſcribitur ſpatio, in cuius contrarium** memoria hominum non exiſtit: quæ præſcriptio habet locum in vim priuilegij principis: vt in c. forum. alias, ſæpe. de uerborum ſignificatio. & in l. hoc iure. §. aquæ ductus. ff. de aqua quotid. & æſtiua. **Domin. Andræ. in dicta conſtitutione, & ibidem tenet in ſuo proœ**mio ibi in prima col. & ideo ſis cautus, ſi non potes probare de feudo per priuilegium, proba per conſuetudinem, in cuius contrarium memoria hominum non exiſtit, quæ habet vim priuilegij: uide de iſta **materia ſupra in uerbo, conſuetudinem.**

Præſens. Si quis eſt præſens in iudicio ſine iuſta cauſa: ſed ex cauſa uoluntaria, & quia vult cum conuenire ſine alia citatione dando ſibi libellum, an poſſit? Do. And. dicit, quòd non in conſtit. de exord. & præpar. iudic. Sed gl. tenet contrarium in conſti. conſtitutionib. in verbo, teſtationem, de reſcript.

Præſens, uel abſens dicitur quatuor modis, quos ponit glo. in l. fi. C. de præſcri. lon. temp. & præſentia alicuius requiritur, ſi de eius incommodo tractatur. l. ille a quo. ff. ad Treb.

Primogenitura habet locum, quando ſucceditur patri inter collaterales, putà, eſt frater uterinus tantum, & frater utrinque coniunctus: moritur frater dimiſſo feudo materno, an ſuccedat frater uterinus primogenitus, an frater utrinque coniunctus, qui eſt potior in tempore, & ſecundogenitus? dic quod utrinque coniunctus: quia hic non primogenitura, ſed uinculum conſanguinitatis inſpicitur. Dominus Andr. in conſti. ut de ſucceſſionibus, in uer. ſed ſi unus. Sed hoc totaliter corrigitur per cap. conſiderantes. vbi dicitur, quòd frater ſuccedit fratri, & maior præfertur minori, & ſic ſi moritur frater, & remanent alij duo fratres, ſuccedit primogenitus. Vide etiam ſuper hoc in conſti. vt de ſucceſſionibus, & uide quæ ſcripſi ſupra in **verbo, feudum, &c.**

Primogenitus ſi moritur uiuente fratre feudatario remanentibus filiis primogeniti, & fratre ipſius primogeniti: Demum moritur ille feudatarius, quis ſuccedat in feudo nobili, an filij primogeniti, & ſic nepotes defuncti, an filius ſecundogenitus illius feudatarij? Dom. And. quod eſt recurrendum ad deciſionem principis, in conſtitutione, Comitibus. de adiutorio. Et in caſu, quòd ſecundogenitus, an maritare teneatur filiam primogeniti, & dare militiam maſculis primogeniti? Domin. And. dicit recurrendum fore ad principem, ut ſupra.

Princeps, quando concedit alicui rem demanialem, an ſufficiat dicere, concedo tibi talem rem demanialem: uel requiritur, quod dicat in priuilegio, ex certa ſcientia? gloſ. dicit quod ſic. Dom. And. dicit, ꝙ ſufficit, quod dicat, Concedimus tibi talem rem demanialem, quia præſumitur principem ſcire demanialia. Sed quid ſi non dicitur in priuilegio rem datam demanialem, ſed concedimus tibi talem rem, an requiratur quod dicat, ex certa ſcientia? Do. Andr. dicit, quod non, quia dicit quod princeps non ſciebat illam rem demanialem per teſtes probari poſſe, & per ſcripturam. Dom. And. in con**ſti. dignum. de iure ſuo.**

Princeps accuſat per ſuum procuratorem conſtitutum per eum, vel per Iuſtitiarium, uel magiſtrum Iuſtitiar. ubi ſua peculiariter in**tereſt, vel quando fit iniuria ſuo officiali, ut in conſtit. ult. de reſtit. reipublicæ.**

Priuilegia facta ſub nomine hoſtis Regis ſunt reuocanda infra annum, alias ſunt nulla, vt in conſti. priuil. de reuo. priuil.

Priuilegia feudorum, quæ tenentur a Rege quaternata, uel non quaternata, ſi debentur, vel ſi tradentur poſſunt reuocari, & in tranſumptum poni ſine conſenſu Regis, & ſic eſt contractus feudalis, ut eſt glo. in conſti. conſtitutionem diuæ memoriæ, de reuo. feud. & ſic etiam feudalia priuilegia & conceſſiones Baronum, quia Baro conceſſit, & conſenſu regis poteſt reuocare ad libitum.

Priuilegia. In priuilegiis forma conſueta apponi præſumitur etiam ſi non exprimatur: idem in contractibus. Dom. And. in conſtitutio. ſi vaſal. de fide. uaſal. & in l. cum quid. ſi certum petatur. Secus eſt de forma clauſulæ, pro ſe & hæredibus ſuis de ſuo corpore legitime deſcendentibus. quia licet ſit ſolita iſta clauſula apponi in priuilegiis, ſi non probetur, non præſumitur. Do. And. in conſtitutione, vt de ſucceſſionibus. de ſucceſſi. Comitum.

Priuilegia. In feudis debent attendi uerba priuilegiorum & conceſſionum, per Dominum Andræam in conſtitutione, ut de ſucceſſionibus. de ſucceſſ. Comitum. in uer. autem. & in uer. hodie, & in uer.

vbi

vbi prædicta dicuntur, quòd verba & forma contenta in priuilegijs, vt damus tibi, & tuis hæredibus, non comprehendunt, ut ſuccedat filius adoptiuus, nec naturalis, nec pater & mater. Et licet iſta clauſula ſit ſolita apponi, tamen non præſumitur, niſi probetur, ut ibi. Et nota, quod iſta clauſula appoſita in priuilegio, Tibi & hæredibus de tuo corpore legitime deſcendentibus, tollit illud, quod dicit gloſſa in iſta conſtitutione, quod in feudis ruſticis ſuccedunt etiam collaterales ad inſtar burgenſaticorum. Illud eſt uerum, quando non apparet forma conceſſionis cum clauſula, pro ſe & filiis de ſuo corpore legitime deſcendētibus, tunc ſeruatur iſta forma, quæ dat eſſe rei. Idem, ſi dicitur, pro te & tuis filiis tantum deſcendentibus, &c. quia tunc excluderentur etiam fratres, vide Domin. And. in conſtitut. in vlt colum.

Priuilegium quod facit Rex alicui ad beneplacitum, & quando concedit merum imperium, & capitaniam alicui, uel aliquod officium, poteſt reuocari per Regem, quando vult, per priuilegia ſpecialia & reuocatoria: ſed per generale non uidetur reuocatum illud ſpeciale. Sed ſi illud priuilegium conceſſum ad beneplacitum ſit cum cauſa: quia fiet propter ſeruitia & merita præſtita Regi: & hoc exprimitur in priuilegio: illo caſu non poteſt reuocari etiam per priuilegium ſpeciale reuocatorium, niſi ex iuſta cauſa, & cum cauſæ cognitione reuocatur: ut quia malè utitur ſua iuriſdictione affligendo uaſallos & ſubditos, ut in conſtitu. itaque nullus Comes. ubi latè per Domin. Andr. ¶ Sed quid ſi conceditur beneficium per Regem, uel Papam vſque ad eorum placitum, an mortuo Rege vel Papa reuocetur? certè ſic: ſecus ſi concederetur ad beneplacitum ſedis Apoſtolicæ, uel Regiæ dignitatis: nam tunc per mortem Regis, vel Papæ non expirat, cum ſedes apoſtolica ſemper viuat, & non moriatur, cap. ſi gratioſè. de reſcrip. in 6.

Priuilegium & uetuſta conſuetudo in cuius contrarium memoria non exiſtit, paria ſunt, & ſic quod dicimus de vno, dicimus de alio, & poſito de uno intelligitur de alio. Domin. Andr. in conſtitu. ſi dubitationem, de proba. inſtrumen. allegat l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua quoti. & æſtiua. & in c. ſæpe, extra de verbo. ſignificat. idem tenet ipſe Dom. And. in proœ. in 3. col. Et ratio, quia in d. conſt. dicitur, quod conceſſio rerum regalium non poteſt probari, niſi per priuilegium: intelligitur niſi per dictam uetuſtatem. ſis tamen cautus in articulando uetuſtatem, unde ſupra in uer. conſuetudinem.

Priuilegium. In priuilegio Regis uel alterius concedentis feudum ſi ponitur clauſula, ſalua fidelitate & mandato noſtro, an tunc ex qualibet leui offenſa reuocet dominus feudum? Dominus And. in conſtitutione, vaſallus, de aſſecurando domino, in §. uaſallus. dicit quòd non, niſi ex magna offenſa. Item ſi in priuilegio continetur, quòd abſtulit feudum, quia fuit proditor, an credatur tali teſtificationi Regis? vide Dom. And. in 10. col. in tit. quo tempore mil inueſti. pete. in §. ſcimus.

Procurator, Tutor uel Curator, licet a principio non fuerit oppoſitum, quòd non habent mandatum, ſi non apparet in proceſſu eorum mandatum proceſſus eſt nullus. Do. And. de Iſer. in conſti. exceptionem. de litis conteſt.

Procurator. Per procuratorem poſſum facere id, quod per me facere poſſum. l. 1. §. uſus, de procur. Fallit ſi ſum deiectus de poſſeſſione, nam incontinenti poſſum per me recuperare, non per procuratorem. l. cum fundum. de vi & vi arma. ¶ Item in emphyteuta ſi nouum in poſſeſſionem inducit alio deiecto, non poteſt per procuratorem. l. ult. C. de iure emphy. & uide in c. poteſt quis. de regulis iur. lib. 6.

Procurator ſi comparet in iudicio pro abſente, & in procuratorio non continetur, quod talis fideiubet pro eo de iudicato ſoluendo ſub hypotheca omnium bonorum ſuorum, habetur ac ſi non comparuiſſet pro conuento, ut Inſti. de ſatiſd. §. hodie ſi actor vult habetur pro contumace, poteſt poni in poſſeſſione rei petitæ propter contumaciam, ſi vult actor admittitur talis ſic comparens, & ſtat in ſuo arbitrio, & habetur conuentus iſto caſu pro contumace pro iure, quod ſpectat ad ipſum actorem. ſed quo ad ius Curiæ, puta pro tertia bonorum mobilium, quæ debetur Curiæ pro contumace non habetur. Dom. And. in conſt. j. de aſſig. lit. cita.

Procurator. Quando agitur, uel defenditur quis per procuratorem ad hoc ut poſſit dare iura probatoria poſt biduum expedit, quòd infra biduum proteſtetur, quod ignorat factum, & reſeruat ſibi perſonam principalis: aliter uidetur fateri ſe ſcire factum pro informatione principalis, & tunc non audiretur poſt biduum. Dom. Andr. in conſti. lite legitimè conteſtata, de iura. cal. ¶ Sed quid ſi dominus eſt præſens in iudicio, & procurator proteſtatur, & reſeruetur cō ſcientia principalis, an poſt biduum poſſit offerre iura? dic quod ſic. Dom. And. ibi. ¶ Sed quid ſi in procuratorio dicitur, quòd procurator eſt plenè inſtructus, an iſto caſu procurator teneatur excipere per uerba affirmatiua, uel negatiua, ſi ſic vel ne, uel poteſt reſpondere per uerbum affirmatiuum, uel negatiuum, & non per uerbum ignorantiæ, nec reſeruat conſcientiam principalis, non poteſt poſt biduum præſentare iura, cogita tamen ſuper hos paſſus.

Procurator. Si abbas dimiſit procuratorem, & procurator citatus comparet in iudicio, poteſt petere a iudice terminum ſecundum diſtantiam loci ad notificandum principali, ſi velit cedere, vel contēdere in quæſtione mota, per c. dilectus, extra de proc. & l. ſi quis inſtituatur. de hæred. inſti. & hoc tenet Dom. And. in conſt. edictorum. de lit. citato.

Proditor Regis, bona eorum, qui principaliter ſunt damnati per ſententiam uel in pretio contra Regem ſuerunt mortui, uel fugerunt, uel qui in locis rebellionum commorantur, vel habitant in regno, appellantur crimina læſæ maieſtatis, & ſi capi poterunt, ſuſpenduntur, & qui occultant ipſos uel receptant, uel dederint auxilium, vel conſilium prædicta pœna tenentur, licet non fuerunt capti in locis rebellium, ſufficit quòd ſit manifeſtum & notorium quòd rebellauerunt. Et ſi quis ex his captus eſt, non liberatur cum fideiuſſore. vide pleniſſimè in c. nuper apud Tranum. de pœna & uindicta proditorum. uide cap. bona proditorum, de pœna proditorum. ubi dicitur, quod dominium bonorum proditorum in Regem ipſo facto tranſit propter perpetrationem tanti criminis, & criminoſus ipſo facto dominium perdit. Sed an emptionem bonorum poſſeſſionis fiſcus contra quemcunque poſſeſſorem infra viginti annos rei uenditæ intentabit, & conuentus contra fiſcum poterit ſe rationabiliter defenſare præſcriptionibus & exceptionibus legitimis? Proditores, eorumque filij nulla præſcriptione temporis muniuntur, ut in dicto cap. bona. quod eſt poſterius, & tollit omnem dubitationem penitorem, ut ibi dixi. ¶ Item licitum eſt occidere proditores Regis, & transfugam ad hoſtes, quia hoſtis & proditor idem ſunt. Dom. And. in conſti. terminum uitæ hominum. Item proditores in quolibet capite ſuſpenduntur publicatis bonis mora prætermiſſa. Receptatores & auxiliatores eadem pœna tenentur, & qui filios receptat grauiter punitur, ut in c. Regis, Nuper apud Tranum, &c.

Proditor eſt qui explorat ſecreta, & hoſtibus refert. l. non omne, §. exploratores. ff. de re mili. quilibet transfuga eſt proditor. l. proditores. eod. tit.

Proiiciens aliquid ab alto, uel ſe ipſum proiiciens, incautè proiecit, & hominem interfecit, ſi in loco habitabili, incarceratur per annum: ſi in campeſtribus, præſtito iuramento, quod tranſeuntem non uidit non tenetur. Si uerò in utroque caſu percuſſus infra centum, & decem dies non moritur, percuſſor ſoluat expenſas factas per percuſſum in medicum, ut in conſti. poſtrema. præceden.

Proprio iure. Quando aliquis dicit, faciam mihi ius proprio iure, intelligitur cum miniſterio Regis, & ſic licite cum authoritate iudicis. glo. in conſti. conſtitutionem. de reuo. feudis, in uerbo, proprio iure.

Pupilli, uiduæ, eccleſiæ, eccleſiaſticæ & miſerabiles perſonæ habent priuilegium declinandi forum, & aliud ſibi eligendi, & ſi eligunt alium iudicem, an iudex recuſatus poſſit ſtatuere terminum recuſanti, infra quem comparcat coram iudice electo? glo. dicit quòd ſic, in conſti. de exor. & præpa. iudi. Sed Dom. Andr. tenet ibi contrarium, uide capitulum Regis Roberti quod incipit, Robertus, &c. Iuſtitia. Terræ Laboris, vbi dicitur quod ubi dictæ perſonæ elegerint in iudicem Iuſti. illo caſu habet cognitionem Iuſtitiarius in ciuilibus propter priuilegium perſonarum.

Pupillorum bona non vſucapiuntur. ff. de acquir. rerum dominio. l. ſi bona fide.

R

RAPINA. Si quis committit rapinam in re, quam vult emere ſine pretio conuento præter paleam, quæ eſt extra domum, pro prima rapina, ſi eſt nobilis, ſoluit triplum Curiæ & damnum paſſo ſimplum, & ſi non poteſt emendare, ſigillatur in fronte, ſi eſt ignobilis ſoluit Curiæ unc. 6. & triplum damnum paſſo, vide pleniſſime in c. Regni, quod incipit, placuit, de pœna illata pretio non ſoluto, &c.

Raptor virginis, & Deo uelatæ, punitur pœna capitis, ut in conſtit. ſi quis rapere, de raptu uirginum. Sed quid ſi præceſſiſſet raptus, & non fuit ſecutus coitus, an puniatur hac pœna? dic quòd ſic, idem ſi mulier rapit uirum. Sed quid ſi non cognouit uiolenter, tamen commiſit uiolentiam intrando domum, vel ſolicitando, non excuſatur a pœna capitis, ſecus ſi ſine ui in aperiendo domum, uel ſolicitando uirginem, eam non deuirginaſſet uiolenter, quia tunc non tenetur pœna capitis, ſed alia pœna poſita Inſti. de publi. iudic. §. ſed eadem. Dom. And. Item ſi ſine ui & raptu coit aliquis cum uirgine, uel uidua, ſi proteſtatur quod uelit eam in concubinam habere, pœnam euitat. Item ſi cognouit eam ſiſtentem in obſcuro loco, & meretricali, ut ff. de concubinis. l. 1. in gl. & in l. ſi fideiuſſor. pro materia vide in l. fi. C. de ſiden flor. quando eſt captus cum uirgine uiolenter. Item de iure canonico licet raptori ducere raptam uirginem in uxorem, & pater tenetur eam dotare. Item ſi quis ceperit ſponſam ſuam per uerba de futuro, tenetur pœna prædicta, ſecus ſi eſt ſponſa per uerba de præſenti. Item mulier uirgo corrupta uiolenter, non dicitur

corrupta

corrupta. Item ſi vir cognoſcit ſuam vxorem immaturam ante duodecimum ſuæ ætatis annum, committit ſtuprum de iure ciuili, ſecus de iure canonico, quia malitia ſupplet. Item in crimine raptus non appellatur ab eo qui ipſum committit, ſecus in ſimplicibus qui appellant, vide prædicta & plura alia per Dominum Andræam in dicta conſtitutio.

Raptor virginis, viduarum, vel ſponſarum, ſi caperet raptam in vxorem non euitabit pœnam capitalem, vt in conſtitu. capitalem. de raptu virginum. Sed de iure cano. ſi mulier vult, poteſt eam capere in vxorem, vt de adulte. c. 1. 36. q. 1. c. 2. per Dominum Andræam ibidem. Nota quòd bona raptoris virginis, complicum, & fautorum applicantur virgini raptæ. l. raptores. C. de raptu virginum, & hoc ſecundum ius canonicum, & per conſequens quantum ad pœnã, &c.

Receptator latronum. & aliorum malefactorum ſcienter, & grauium citatorum & fugientium bannitorum vel foriudicatorum poſt ſemeſtre tempus à tempore banni ex ipſa receptatione, vel ſi victualia præſtant alicui occultato, vel latitanti tenetur eadem pœna, qua tenebantur receptati ſi fuiſſent condemnati. Et ſi vniuerſitas receptat, tenetur pro quolibet foculario in vno Auguſtali, vide capitulum Regis Roberti, quod incipit, contra receptatores. Et ſi in terra vel caſtro fuerint receptati, vel eis præſtent victualia, domini ipſius terræ priuantur poſſeſſione, & receptione fructuum per quadriennium, & applicantur fiſco Si vniuerſitas receptauerit, vel occultauerit delinquentes, uel incolæ patiantur morari cum eis, maiores uniuerſitates pro quolibet foculare vnum Auguſtale fiſco applicatur pro rata collectæ. tex. eſt in c. licet, ſuperius allegato. vide capitulum Regis Caroli, quod incipit, Carolus illuſtris Hieruſalem.

Receptator, Complices, & fautores Patarenorum debent in perpetuum relegari, & bona publicantur: & ſunt infames, & non capiunt dignitates, nec teſtificantur, ut in conſtitutio. Patarenorum. de Patarenorum receptato.

Regnum Siciliȩ eſt exemptum de facto ab Imperio, & ſic regnum Franciæ. Tamen in Regno iſto ſeruantur iura communia Imperatorum, & hoc per plures annos pro conuenientia Regum, qui faciunt iura communia, & ſic ex tacito conſenſu fuerunt, & ſunt obſeruata, vt in glo. prœmij conſtitu. in ver. vnde admodum. cum ſeq. &c.

Releuium dicitur, quia releuat & adiuuat dominum recipientem, aliàs dicitur intratura ſecundum ius commune. Et quando debetur? dic quòd mortuo feudatario, Barone, vel comite, qui tenet caſtrum, vel terram, vel feudum nouum ſecundum vſum Curiæ ſoluitur releuium, quod eſt medietas fructuum vnius anni, & fiet examinatio, & inſpicientur regiſtra in feudo nouo, & ſi inuenitur quantitas, pro qua eſt datum feudum, vt quia valebat quolibet anno vncias viginti, tunc ſoluat pro releuio vncias decem, quia tantum eſt ſeruitium: ſi feudum eſt antiquum, & dubium eſſet, ne feudum ſit diminutum, & ſeruitia occupata, fiat inquiſitio de iuribus feudi, & ſic ſoluat medietatem fructus vnius anni, prout erit repertum, ſed mortuo Barone feudatario hæres eius debet nunciare Regi, vel Baroni a quo feudum tenet infra annum, & diem a tempore mortis numerando aſſecurationem, & iuramentum vaſallorum etiam in feudo Baronis, Dominus Andræas in conſtitutio. iſta. ¶ Sed pone quòd feudum nobile, puta caſtrum, quod eſt ſcriptum in quaternionibus cum Baronia alicuius Baronis, & conſeſſio ſpectet ad Regem: quando moritur feudatarius ſine hærede, & ſecundum conceſſionem Regis ille Baro debet aſſignare poſſeſſionem feudi, cui Rex vult iſto caſu tantum releuium Baroni, de cuius Baronia eſt, vt in conſtitutio. poſt mortem. de morte Baronis, in glo. & in tex. in receptis vnci. 10. & ſic Rex concedit in feudum nobile, quod eſt adiunctum Baroniæ, & Baroni competit Baronia, & recepit releuium: ſi forte feudum tenetur a Comite uel Barone in medietate releuium, tunc ipſi Comiti vel Baroni ſecundum conſuetudinem, & ſic eſt conſuetum, vt debeatur prout eſt conſuetum pro illa quantitate. ¶ Sed an eccleſia ſoluet releuium? dic quod non. Sed an pro noua conceſſione vel inueſtitura, quæ de nouo fiet alicui de aliquo feudo per Regem vel Baronem, vt quando dat ſeruitori propter ſeruitia, an debeat ſoluere releuium? text. in dicta conſtitu. poſt mortem, in fine etiam receptis vnc. decem, videtur quod ſic. Sed Dominus Andræas dicit quod non ¶ Sed quid ſi feudum ſit donatum extraneo, vel eſt datum filio primogenito inter viuos, qui aliàs erat ſucceſſurus, an Rex confirmando debeat habere releuium? Dominus Andræas dicit quod non. prædicta omnia vide per gloſ. Dominus Andr. in d. conſtitutio. poſt mortem, de morte Baronis. ¶ Sed an domina pro feudo quod habet in dotarium ſoluat releuium? dic quòd non. Dominus Andræas ibi. Sed infra quod tempus debet notificari Regi, vel Baroni mors Baronis ſeu feudatarij? vide capitu. Regis Roberti, quod incipit, in nomine domini, &c. vide ſupra in verbo, feudatarius.

Repreſaliæ in regno ſunt prohibitæ, extra regnum conceduntur, vt ſi Romani grauarent ſubiectum Regis, prius ipſorum officiali requiſito vt iuſtitiã faciat, qui ſe negabit tunc conceduntur repreſaliæ. ¶ Item Comes de guerra mouenda.

Reſtitutio in integrum competit minoribus per conſtitutionem regni, prout ſupra ſcripſi in verbo minor, & mulieribus læſis in iudicio vel extra, vt ſupra ſcripſi.

Reſtitutio in integrum datur reipublicæ in iudicio & in contractibus ſecundum iura antiqua. Et licet ad petendum reſtitutionem in integrum per procuratores conſtitutos a minoribus & mulieribus requiratur ſpeciale mandatum, tamen in procuratore conſtituto a magiſtro Iuſtitiario, vel procuratore Regis non requiritur ſpeciale mandatum, ſed ſufficit generale, qui procurator conſtitutus per Regem vel magiſtrum Iuſtitiarium tam in criminalibus, quàm in ciuilibus cauſis poteſt petere, textus eſt in conſtitutio. beneficium. de reſtitutione reipublicæ.

Reſtitutio. Ad petendum reſtitutionem in integrum requiritur ſpeciale mandatum, ff. de mino. l. illud. Hoc verum in muliere & minore, ſecus in republica: quia non requiritur ſpeciale mandatum, ſed ſufficit generale, vt in conſtitutio. beneficium. de reſtitutione reipublicæ. ¶ Sed Bart. in l. ſi minor. §. ait prætor, de iureiurando, dicit, quòd in procuratore reipublicæ, & minoris requiritur ſpeciale mandatum, & hoc verum, ſed fallit in procuratore ad iudicia, qui petit ius reſtitutionis in integrum quantum ad exercitium illius cauſæ, vnde eſt procurator, vide ibi Bart.

Reſtitutio in integrum an poſſit peti poſt renunciationem, & concluſionem in cauſa? Dic ſi vterque petit, admittuntur, ſi alter petit admittitur in vno aduerſario: licet aduerſarius poſſit vti beneficio illius reſtitutionis, etiam ſi eſt maior, non obſtante quod renunciando videtur renunciare iuribus competentibus, &c. Hoc intellige, quòd minor renunciando & concludendo in cauſa videtur renunciare iuribus communibus, ſed non iuribus ſpecialibus, vt puta reſtitutionis beneficio in integrum, non reſtituitur minor aduerſus concluſionem & renunciationem in cauſis, & deinde ad ponendam probationem, vel ad pinguius probandum ſemel tantum nunc reſtituitur: quia vna reſtitutio datur minori & non plures. vide plene in conſtitu. obſcuritatem. de reſt. muli.

Reſtitutio. An minor, vel fiſcus poſſint reſtitui quando agunt ex delicto alterius, vt ſi in ſepulchris violatis, & ſimili? dic non ex delicto alterius minor ſi prætendit damnum peculiare, & perſecutionem rei propriæ, vt quia expoliaſti patrem minoris, & fregiſti monumenta, tunc quantum ad proſecutionem rei propriæ minoris, & in veſtimentis, & alijs ornamentis, minor reſtituitur, non in alijs lucris, ſi forte lucrum venit ex conuentione, quia inter emptorem & venditorem eſt appoſita pœna, ſi non tradatur res certo die: ſi agatur ad iſtam pȩnam reſtituitur minor, vel fiſcus, ſi agatur ad pœnam quæ venit ratione contumaciæ, vt tertia bonorum mobilium, an reſtituatur minor, uel fiſcus? & dicitur quòd non: quia illud non abeſt de re peculiari, ſed ad uindictam. ¶ Sed quid ſi illa pȩna, quæ poteſt uenire ratione contumaciæ, uel alia pȩna promittitur fiſco in iudicio, non comparet, certe non datur reſtitutio, quia ſapit naturam principalis, ex qua deſcendit, ſcilicet, tertia mobilium, ut ſupra. ¶ Item ſi fiſcus non reſtituitur, ſi petit pœnam ſpreta defenſa, quæ propter maleficium uenit, & non ex damno rei familiaris, prædicta omnia not. per Dom. Andr. in conſti. obſcuritatem, de beneficio reſtitutionis reipublicæ.

Reſtitutio datur minori non ultra binas uices, & non mulieri, & ſi denegatur reſtitutio, appellatur, & quoties tenditur ad pinguius probandum, uel offerendo iura, uel exceptiones? dic quod non ultra binas uices, per dictam conſtitutionem, obſcuritatem.

Reſtitutio ſi datur minori conuento, an detur actori maiori? dic ſi actor uult uti illo beneficio, poteſt uti ſicut minor, quia reſtitutio conceſſa minori uidetur conceſſa aduerſario maiori. l. petendæ. C. de in integrum reſtitutione. Sed ſi minor renunciat beneficio reſtitutionis in integrum, præiudicat aduerſario: quia non poteſt uti beneficio reſtitutionis. Dominus Andræas in dicta conſtitutio.

Reſtitutio. Si renunciat minor beneficio reſtitutionis in integrũ, non præiudicat ſibi, quia renunciando ipſo iure eſt deceptus, ideo reſtituitur contra renunciationem. l. interdum, & l. ſi iudex. ff. de min. per Domi. Andr. in dicta conſtitutio. ¶ Sed an iuri prohibitiuo poſſit per pactum renunciari? Dic quòd non, per glo. in l. 1. C. de fideiuſſo. Domi. Andr. quæ allegatur pro ſingulari ad hoc, &c.

Reſtitutio. Si durante dilatione data a iudice ſuperuenerunt feriæ repentinæ currit dilatio, ſed reſtituitur. ff. ex quibus cauſis ma. l. ſed ſi per prætorem. §. feriæ. l. j. C. de fer. & ſi unus dies reſtat de termino tantum, an fiet reſtitutio ei? uide in d. l. ſi per prætorem, in §. quot. & per D. Andr. in conſtit. offic. de reſt. offic.

Reus. Si eſt conuentus reus in iudicio, infra quod tempus debet offerre iura ſua, ſi defendatur per ſeipſum: & quid quando per procuratorem? uide plenè ſcripta in uerbo, actor, &c.

Rex Siciliæ an habeat directum & utile dominium, & poſſeſſionem naturalem & ciuilem in regno, ita quòd totalis cognitio ſpectat ad eum, tam de loco, quàm de partibus regni, ut de Baronijs, &c. Reſp. quòd ſi quæſtio eſt de toto regno, uel quota parte, cognitio ſpectat ad Papam, in ſingulis autem regni corporibus apud eccleſiam nihil remanſit, ſed totum integrũ dominiũ, & poſſeſſio ſunt tranſlata

ad Regem, quia licet in feudatione ipſa facta Regi venerit vniuerſitas regni, ſingula tamen corpora in traditionem venerunt, & ſic per traditionem ab eccleſia tranſiuerant ad Regem ſine aliqua reſeruatione, & ſic in ſingulis corporibus regni Rex eſt ſuperior. Vnde in Comitibus & Baronibus Rex habet vtrunque dominium, & Comites & Barones habent vtilem & naturalem poſſeſſionem: vide gloſſam magnam in proœmio Conſtitutionum: habendo reſpectum ad verſiculum ſequentem. Item legitimare Baſtardos, & hoc eſt principis donum, vt in eadem gloſſa in ver. liquet. Item a Rege non appellatur, vt in eadem gloſſa in verbo, liquet. quia in conceſſione regni Papa reſeruauit appellationem in cauſis eccleſiaſticis, ergo in alijs renunciauit. Sed Dominus Andræas dicit, quod quando aliquis damnatur ad mortem, & eſt in aperto, & eſt notorium & fama, quod male eſt damnatus, tunc appellat ad Papam, vt in proœmio ſuo in §. item. ver. damnati. Item quando agitur de crimine læſæ maieſtatis, & confiſcantur bona, appellatur, quando eſt quæſtio de bonis, vel de vno caſtro, ita quod confiſcantur Regi, appellatur ad Papam, ut in dicto proœmio in ver. quando. Sed vt euitetur & excludatur talis appellatio, Dominus Andræas dicit, quòd Magna Curia cognoſcat, & appelletur ad iudicem appellationum. Tertio committit, ſi non appelletur ad Papam, Papa debet prouidere, & occurrere tanquam Vicarius Chriſti læſis, quando manifeſtum eſt Regem cupidum vel animoſum, tunc prouideat Papa vt Chriſti Vicarius, & inquirat, vt ibi. Item in conceſſione regni tranſiuit regnum totum, & partes, & ſic corona, mitra, & omnia quæ deſignant plenam poteſtatem præter in exceptis. Domi. Andr. in proœmio in vltima col.

Rex an poſſit donare demanialia, & alienare ex certa ſcientia? Et vtrum poſſit donare hominem & vaſallum demanialem? Et an demanialia poſſint præſcribi? Et an Rex poſſit deminuere ſeruitia feudalia? vide conſtitutionem, Imperialem decet, &c. §. præterea. de lege Corra. §. eadé ibi, in decima col. vide in conſtitutione, dignũ, &c.

Rex an poſſit deminuere demanialia? Dic quòd ſic, ſi non deminuatur coronæ honor, tunc Papa prohibet donare demanialia, & tanquam immenſa ab omnibus donatarijs reuocatur: & cauſa prohibitionis eſt, vt non alienentur demanialia in magna quantitate, & non aggrauentur ſubditi Regis, qui tenentur eum ſuſtentare in honore & ſtatu. Et de iſta materia, vtrum Rex poſſit donare demanialia cum ſeruitio vel ſine: & vtrum donet hominem vaſallum Demanij, vel an fructus Demanij donare poſſit: & quæ ſint Demanialia: & vtrum Demania præſcribantur: & an Rex poſſit deminuere ſeruitium in feudum? vide ibi decima collat. in conſtitutione, Imperialem decet. §. præterea. & de lege Corradi. §. ex eadem. Domi. Andr. in conſtitutione, dignum. de iure ſuo. Item ſi Rex facit plures alienationes, & ex vltima apparet imméſa donatio, Rex reuocat ab omnibus, quibus alienauit. Dominus Andræas in dicta conſtitutione. Item tenetur donare fratri ſuo ſecundogenito tantum, quod poſſit viuere in honore & ſtatu regali, & iſta eſt neceſſaria alienatio. Dominus Andr. in dicta conſtitu. &c.

Rex ſi conceſſit excadentialia, & feuda ad Curiam excadentia debet concedere ea cum antiquo ſeruitio: & ſi concedit ſub alio ſeruitio, minuendo pretium, tunc debet ponere ex certa ſcientia, non obſtante lege tali, &c. alias non valet. Dominus Andræas in conſtitu. de reuoc. feud. & ideo ſi in priuilegio ponitur ſeruitium nouum minuendo primum, debet poni clauſula, non obſtante. Item poteſt ſeruitium minuere in totum, vel in partem in extraordinarijs, cum clauſula, non obſtãte, ex certa ſcientia, vt in conſti. dignũ. de iure eorũ, &c.

Rex an poſſit concedere militem, vel Baronem alicuius, qui ſit recommendatus, vel ſit feudatarius ſuus? Dominus Andræas arguit pro & contra, & tenet quod non de iure: ſed alibi dicit quod ſeruatur: uide eum in conſtitutione, perſonas. de iure ſuo. Et quid in alijs hominibus Demanialibus, an princeps concedat? uide ibi eundem.

Rex ſi uadit ad terram Comitum, & Baronum, debet habere Corredum, qui faceret ei expenſas, ut in conſtitu. quamplurium. de adiutorijs Comitum & Baronum.

Rex uel imperator debet habere iſta, ſcilicet, iuſtitiam & fortitudinem. Item pollicetur obſeruare iuſtitiam regnicolis: uide conſtit. cum ſine. de obſeruantia iuſtitiæ.

Rex. Poteſt quis licite reſiſtere Regi, ſi aliquid facit, puta, ſi ſpeciali odio uult aliquem occidere, uel percutere, ille poteſt defendere ſe: ſecus ſi aliquem uellet occidere, uel percutere, uel occidi facere iuſte, quo caſu non poteſt ſe defendere, ut in conſtitutione, ut participatio. de iniur. cum illat. per Domi. Andr.

Rex non poteſt facere per ſuum reſcriptum, quòd procedatur in cauſa abſentibus partibus, ut Dominus Andr. in proœmio in uer. princeps autem per ſuum. etiam ex certa ſcientia. Item ſine iuſta cauſa non poteſt tollere appellationem, ut procedatur appellatione remota, niſi cauſa ſedandi tumultum, uel ſimili, ut in dicto proœmio in uer. quintum exemplum. Item non poteſt tollere ius meum, niſi ex cauſa, ut ibi. Item debet uti poteſtate ordinaria & non abſoluta, ut in uer. & econtra & in uer. princeps niſi ex cauſa. Item ſi mandat per reſcriptum, ut tollatur res aliena, non ualet quantumcunque contineat ex certa ſcientia, multò magis quando læderetur perſona: ut dicto proœmio, uer. reſcripta. Item poteſtas Regis eſt, ut faciat iuſtitiam, & iuſtũ iudiciũ, ut in uer. princeps. Item ſi faciat aliquid cõtra ius, corã eodé Rege põt cõqueri de iniuſtitia, ut in uer idé hominib.

Rex Siciliæ fit a Papa, & alij Reges fiunt a populo, & habet poteſtatem condendi regem: & Rex non reuocatur a Regno, niſi ex cauſa, ut quia eſſet Tyrannus: & ſic abutitur dignitate. ff. de origine iuris. l. ſecunda. §. quibus exactus. Item reuocatur, ſi non eſſet idoneus ad regnum reg. 15. quæſt. 3. cap. Item Rex, qui excedit terminos Regios, non eſt Rex. 2. quæſt. 1. ſcelus. ſi non facit iuſtitiam, ad quod punitur. Domi. Andr. in conſtitu. non ſine. de obſer. iuſtitiæ.

Rex ſuccedit forenſibus, ſi moriuntur ſine teſtamento, & ſine hæredibus legitimis, & per manus Secreti bona confiſcantur. Item forenſes in Regno non poſſunt condere teſtamentum ſine conſenſu Regis: gloſſa & dominus Andræas in conſtit. præſenti, de offic. Secret. Sed an fiſcus præferatur vxori, marito mortuo ab inteſtato ſine hæredibus? gloſſa prædictæ conſtitu. dicit, quòd ſic: Dominus Andr. ibi dicit contrarium, &c.

Rex ſi habet ſuſpectum aliquem prælatũ ordinatum per Papam in aliqua eccleſia cathedrali, an poſſit excipere contra perſonam ipſius? dico quod ſi habet eum ſuſpectum de proditione quòd ſic, ut in ſuo proœmio in §. infra 10. ſed quare ſi, &c.

Rex an poſſit concedere excadentias, uel partem ſine ſeruitio, dicendo in priuilegio, non obſtante, &c? Dominus Andræas dicit quòd ſic, in dicta conſtitutione, dignum. de iure ſuo. Item quando excadentia deuoluitur ad Curiam, & Rex alteri concedit, an debet dicere, ex certa ſcientia. uel quando dat partem unius excadentiæ francham, & alij concedit reſiduum excadentiæ cum antiquo ſeruitio, an teneatur totum ſeruitium præſtare? uide quæ ſcripſi in uerbo, excadentia. & per Dominum Andræam in dicta conſtitutione.

Rex in regno illo eſt liber & monarcha, & omnia iura, quæ pertinent ad Imperatorem, habet, & eſt exemptus totaliter ab Imperatore, uide gloſſam in proœmio Conſtitutionum, in uer. unde amodo, cum ſequenti. & ſeruantur iura Imperatorum in regno, non propter præeminentiam Imperatoris, ſed ex quadam conſuetudine fuerunt, & ſunt obſeruatæ: & ideo in Rege committitur crimen læſæ maieſtatis, & perduellionis, ut in gloſſa dicti proœmij in uerſiculo, hæc ſententia. cum ſequenti. Cum habeat regnum in feudum ab eccleſia, quare dicimus quod ſit liber, & non habeat ſuperiorem. Dic cum Papa honorauit Regem conferendo ſibi regnum, uoluit Comites Regis ſubditos in omnibus regni eſſe ſubiectos, ſecũdum quod eſt præmium regiæ dignitatis, imponendo ſibi inſignia regalia contulit ei plenitudiné Regiæ poteſtatis, ut in dicta gloſſa in uerſiculo, ſed quia forte. cum ſequenti. ſic uidetur contribuiſſe iuriſdictionem temporalem liberam, ſicut erat penes Papam. & ſic Rex habet regnum eo modo, quo habeat eccleſia, ut in eadem gloſſa in uer. Rex. præterquàm in exceptuatis capitulis conceſſionis, ut ibi dicitur, &c.

Ritus Magnæ Curiæ Vicariæ debent obſeruari per totum regnum ab omnibus inferioribus Curijs. Dominus Andræas in conſtitutio. ſi quis in poſterum. & ſic facit, quòd ea quæ ibi ſeruantur, debent in alijs Curijs ſeruari. Vide quia eſt ritus, & ſunt obſeruantiæ in Magna Curia, quæ debent obſeruari in prouincijs Regni.

S

SCRIPTVRA. Si iudex recipit falſam ſcripturam productam per aliquem ex ſuo officio ſine ſententia ex ſolo præcepto per eum, punitur de falſo, uel alia pœna debita, per l. iubemus. C. de probat. & de teſtibus, in l. nullum. Do. Andr. in conſtitutio. pœnam eorum. de forbannitis.

Secreti & alij officiales nil recipere debent pro commiſſionibus, & apodiſſis, nec pro ſigillis, uel pro ſcripturis, prout notatur in cap. Regni, quod incipit, quod prædicti. Item debent uendere gabellas emere uolentibus, facta prius licitatione, ut in cap. in primis. de offic. nec debent ſe intromittere, inquirere demania, uel de morticinijs, uel occupatis, ut in cap. Regni, Item cùm inquirere. Item inquirunt ſuper falſitate ponderum & menſurarum, ut in cap. Regni, Item Secreti non auferant. Item Secreti cognoſcunt contra fiſcum de debitis, & rebus immobilibus, & etiam de ſtabilibus modicis, utputa de una domo, uel uinea, & ſimili, quæ abſtuliſſet fiſcus, unde conſtitutionem, cauſas per magiſtros. quæ eſt noua conſtitutio.

Secreti habẽt cognitioné cauſarum ciuilium, preterquã de feudis. Primò ad requiſitionem Baiulorum. Secundo in defectũ ipſorũ poſſent cognoſcere & diffinire. Item cognoſcũt de cauſis, quæ ſunt inter Baiulos & gabellatos. Tertiò in cauſa appellationis, quando a ſententia Baiulorum, & iudicum appellatur in terris Demanialibus. Quartò, ſi quæſtio eſt inter Baiulos & priuatos, ipſe Secretus cognoſcit, ut in gloſſa: hoc ſi expedit appellari a Secreto, non ad Iuſtitiarium, ſed ad Regem appellatur, ut in conſtitutione, officiorũ. de diſcreta cognitione cauſarum. Sed an a Baiulis Baronũ appelletur ad Secretũ? gloſ. dicit ꝙ non, ſed ad Baroné. D. Andr. ¶ Quid ſi Secretus eſt negligẽ

per duos menſes, poſtquàm fuit requiſitus, & quando Baiuli ſunt negligentes? Vide ſupra in verbo, Baiuli.

Item Secreti dant aſſiſias cum conſilio Baiulorum, ut in conſtitutione ſequenti.

Secretus. Eius officium eſt cognoſcere de theſauris inuentis, de naufragiis. Et cùm quis ſine hærede moritur, & bona ſua in fiſcum annotantur, data tertia parte pro anima defuncti, ut in conſtitutione, præſenti. de officio Secreti. Et quando quis dicatur mori ſine hærede, vide ibi gloſſam. ¶ Sed an fiſcus præferatur uxori defuncti? gloſſa dicit ꝙ ſic, Domin. Andr. contra. Vide glo. quæ tenet, quòd forenſis, qui moritur ſine hærede, non poteſt condere teſtamentum ſine Regis conſenſu. ¶ Succeſſio patris tam nobilium, Comitum, quàm Baronum, quàm Burgenſium, quomodo hodie defertur filiis? Dic, ſi quis moritur ſuperſtitibus filiis tantum, uel filiabus tantùm, ipſi ſuperſtites ſuccedunt tam filij, quàm filiæ, niſi forte relinqueret filios, filias, uel ſorores non maritatas: filij maſculi ſuccedunt, qui debent maritare ſorores, & amitas ſuas de paragio, in hoc corrigitur ius commune, ſecundum quod æqualiter ſuccederent maſculi & fœminæ. In feudalibus vero ſi ſolam filiam reliquerit defunctus, ſi ſunt maiores, & ſuccedunt: ſi minores, & tunc etiam ſuccedunt, ſed recipiunt Balium a Curia: & cum fuerint nubilis ætatis, maritabit eas Curia de paragio, uide conſtitutionem, in aliquibus. de ſucceſ. Comitum & Baronum. Sed an conſtitutio habeat locum, quando ſucceditur ab inteſtato, uel ex teſtamento? dic quòd ſic, quia vbi uiuitur iure Francorum habet locum ſucceſſio ab inteſtato. Domin. Andr. ibi. Sed in quo tempore debet maritare ſororem? Dic in decimoſexto anno, ut in gloſſa. & Dom. Andr. Sed an habeat locum in ſucceſſione materna? alij dicunt quòd non, alij quod ſic. vide infra in uerbo, Soror. Et ſi filia maritatur a patre, habebit portionem de paragio de ſucceſſione materna. vide plene ſcripta in verbo, Soror. Et quia textus dicit hic, quòd filius tenetur maritare amitas, quomodo hic intelligitur? puto de amita, quando frater eius eſt mortuus, & ipſe habuit bona paterna, & ſic tenebatur eam maritare de paragio, quia non fecit, tenentur hoc facere filij, & ſic nepotes huius amitæ. Vel pone, quod ſoror nil habet, nec paterna, nec materna, tunc de iure communi frater dotabit eam de proprio, certe iſtud onus tranſmiſerat in filios ſuos. Sed quæro, quomodo intelligitur de paragio? Vide quod ſcripſi ſupra in uerbo, paragium. & vide ſupra in uerbo, primogeniti.

Sententia diffinitiua debet proferri in ſcriptis, aliàs ſententia non valet, ut in conſtitutione, ab omnibus. de ſententiis in ſcriptis ferendis. Hoc verum in cauſis, in quibus requiritur libellus, quia cauſa excedit duos Auguſtales, vt in conſtitutione, dilationes. de dilationibus. & gloſſa, & Dom. Andr. ibi dicit, quod quælibet ſententia debet ferri. Primò ſecundum Conſtitutiones Regni & Capitula. Secundo ſecundum Conſuetudines approbatas. Tertio ſecundum ius Longobardorum. Quarto ſecundum ius commune, vt in conſtitutione, vt uniuerſis. de ſerua. hono. Comit. Bar. & milit. Sed quis leget ſententiam? Dic quòd iudex ipſe ordinarius, ut in tex. & in cap. fin. de ſenten. excom. in 6. uide gloſſam in l. fin. de ſent. ex breuic. recit.

Sententia iuſta licet iuris ordine non ſeruato feratur. Item ſi eſt iniuſta, valet, & tranſit in rem iudicatam. facit l. iudex poſtquam. de re iud. niſi feratur per pecuniam. l. uenales. C. quando prouo. non eſt neceſ.

Sententia ſiue in Magna Curia, ſiue in Curia Iuſtitiarij, tam in criminali, quàm in ciuili nil ſoluitur de compoſitionibus Iuſtitiario, vel actorum magiſtro pro ſcripturis, nec ſubſcriptionibus, cum Iuſtit. & aſſeſſores debeant eſſe contenti gagiis eorum, ut in capit. Regni, Item ſtatuimus. in rub. quod nil ſoluatur.

Sententia. Si conuentus oſtendit ſententiam ritè latam in cauſa ipſa prædeceſſorum ſuorũ in officio, conuentus eſt liberandus quàm citius poterit officialis ſine fraude, ut in capitulo Regni, Item ſi qua vniuerſitas. in rub. quæ perſonę prod. ad litem.

Sententia. An poſſit iudex contra delinquentem lite non conteſtata proferre ſententiam? dic quod ſic, ſi iudici de cauſæ cognitione conſtaret de crimine, quia fecerat inquiſitionem, & poſt datas dilationes ad ſe defendendum, licet lis non ſit conteſtata, habebitur pro communi contumace. C. vbi in rem actio. l. 2. Et ſic iudex pronuntiat, quare ſtando ſic in iudicio, quaſi obligetur. ff. de pecul. l. uij. §. idem ſcribit. Do. And in conſtit. pœnam. de forban. & foriud.

Serui, & ancillæ poſſunt capi, & dominis aſſignari: & ſi domini ſeruorum ignorantur, aſſignentur Baiulis, qui debent ipſos mittere ad Magnam Curiam, & ſi quis ipſos capere & tenere præſumeret, ipſi & bona omnia Curiæ damnabuntur: & Baiuli, qui ſibi ipſos aſſignent, non deſinant Curiæ ſimili pœna teneri, ut in conſtitutione, ſeruos & ancillas. de ſeruis & ancillis fugitiuis. de acquiren. rer. domin. l. ſeruos.

Sigillum Regis, vel alterius Domini vniuerſalis ſi quis falſificauerit, & qui literis ex ipſis ſigillis falſis vtitur, prædicta pœna tenetur, & publicatione omnium bonorum: ſecus in ſigillis dominorum particularium, & Comitum, & Baronum, ut in cap. Regis Caroli Dei gratia, damna infligentia. vide in uerbo, *Literis*. Secus in ſigillis aliorum dominorum: quia minori pœna puniuntur, ut dicit gloſſa in conſtitutione, ſi quis literas. de falſariis.

Soror ſi remanet cum fratre, excluditur a ſucceſſione paterna, tamen tenetur frater eam maritare de paragio, ut in conſtitutione, in aliquibus. de ſucceſ. Comit. & Baronum & debet maritari in decimo quinto anno, ut in glo. Sed ſi pater uel frater maritat filiam vel ſororem de bonis maternis, an filia excludatur a ſucceſſione matris? glo. dicit quòd ſic, Domin. And. contrà. Sed an ſoror excludatur per fratrem a ſucceſſione matris? multi dicunt ꝙ non, alij quod ſic qui ſubdunt, quòd filia maritata de paternis habebit paragium de maternis. Domin. Andr. Sed quid ſi frater non vult maritare ſororem, quid agendum? dic quòd ſoror iſto caſu poteſt petere portionem ſucceſſionis. Domin. Andr. in conſtit. in aliquibus. Item poſſunt petere ſorores, ut caueat frater eis dare dotes. Domin. Andræas. Item ſi frater non habet aliquid, quàm feudum, tenetur maritare ſororem, facta condemnatione in pecunia, poſteà fiet executio in bonis feudi eodem modo, vt dicit Dom. Andræas. Sed quid ſi frater alienauerit feudum? dic quod proceditur, vt ponit Dom. Andr. Sed quid ſi facta executione in feudo datur ſibi in pignus, an debeat excomputare fructus perceptos? dic quòd fructus percepti, antequàm traderentur in dotem excomputantur, ſi dat in dotem durante matrimonio illud feudum, lucratur fructus, ſi ſoluto matrimonio debet fructus ſibi computare, quos habuit ſoluto matrimonio, ut dicit Dom. Andr. Sed quid ſi ſoror non vult maritari, & vult caſte uiuere, an habebit portionem de paragio? dic quod ſic uſque ad legitimam ſibi competentem. Sed quid ſi fuit dotata per extraneum? dic quod habebit legitimam. Idem ſi per pulchritudinem maritaretur cum modica dote, nam habebit ſupplementum uſque ad legitimam. Sed quid ſi uiuo fratre eam frater maritauit, an mortuo patre habebit paragium? dic quòd ſi frater dotauit de ſuo, quod in dubio prçſumitur, tunc habebit paragium. ſi nomine patris uel faciendo facta patris, non habebit. Sed quid ſi pater maritauit, uel frater nomine patris, & modicum dedit in dotem, an poſt mortem patris habebit ſupplementum uſque ad legitimam? dic quod ſic. Dominus Andræas. Sed quid ſi fuerunt tres fratres & ſoror, & duo non adierunt hæreditatem, an accreſcat portio illorum fratrum ſorori? dic quòd accreſcit ſoli fratri, & ipſa ſoror habebit paragium, prout fuit tempore mortis patris. Sed quid ſi frater aliud non habuit de bonis patris, niſi feudum, an habebit pro æſtimatione paragium, ſecundum quod eſt in burgenſaticis? dic quòd ſic in pecunia, uel fructibus, uel feudo, uel parte feudi cum conſenſu Regis. Dominus Andræas. Sed quid ſi frater habens tantùm feudum dicit ſorori, ſuccedas æqualiter, quia nolo te maritare? dic quod non poteſt hoc dicere, ſed tunc prçciſe tenetur eam maritare in pecunia æſtimando ipſum feudum, & habebit illam portionem, quam habuiſſet, ſi æqualiter ſucceſſiſſet. Item ſi frater ſucceſſit in burgenſaticis, non tenetur de neceſſitate maritare ſororem, ſed poteſt ſibi dare portionem æqualem, & excuſatur a maritagio de paragio. Dom. Andræ. Item frater tenetur alere fratrem: uel ſi moritur, & non habet aliud etiam ſi filij ex alio matrimonio. per Dominum Andræam in conſtitutione, Comitibus & Baronibus. Sed quid ſi frater nil habuit de bonis patris, uel modicum, an tenetur de ſuo maritare ſororem? dic quod ſic, ſi eſt nata ex eodem patre. l. cùm pater. §. penultimo. de adminiſtratione tutorum. Sed an nepos teneatur maritare amitam de ſuo: credo quod non, quia conſtitutio loquitur in fratre.

Speciarius, uel confectionarius debent ſyrupos & alia medicamenta fideliter facere, præſtito prius iuramento. Et ſi non fecerint, publicatione omnium bonorum mulctentur. Et debent cum eis eſſe duo circunſpecti uiri, qui omnia uideant, & ſi interuenerint in eorum officio fraudes, capite puniuntur, ut in conſt. in terra qualibet de fide nume. ſuper lectua. & ſyrup. ſtat.

Spoliare. Nulli de regno, vel in regno licet quoquomodo de poſſeſſione, uel quaſi rei mobilis, uel immobilis authoritate propria ſpoliare, alias tenetur pœna conſtit. comprehenſa & maiori, vel minori ad arbitria Regis. Et ſi expoliatus querelam fecerit Curiæ Regis prius debet iurare, & dare fideiuſſoriam cautionem, & ſi poteſt ibidem ſtat in iudicio tam de poſſeſſione, quàm de proprietate, ac parere mandatis Curiæ, & tunc cum iuramento eſt interrogandus, & ſecundum veritatem examinabitur, quando fuit eiuſdem rei poſſeſsionem adeptus, & qualiter deſtitutionis tempore poſsidebat, & quibus præſentibus interrogetur contra ſpoliantem, deinde uocato tam expoliato quàm illis, quibus præſentibus deſtitutio dicitur fuiſſe facta, & ſi aliquid producere velit expoliatus, & recepto iuramento ab omnibus deinde ſpoliatur accuſatus interrogetur de expoliatione ipſa. ¶ Et qualiter, & quando, & quibus præſentibus, & vtrum cum armis, uel ſine, & delatus debet cauere, aliàs trudetur in carcerem donec fideiuſſorem det, aliàs quouſque iurabit Curię, ſi damnatus erit. Et in omnibus proceditur ſummariè, & ſine

libello, & dilatione, & ſi conuincitur tenetur reſtituere poſſeſſionem, prout fuit tempore expoliationis,& ad ſatisfaciendum de damnis & intereſſe, & expenſis: necnon ad pœnam comprehenſam in conſtitutionibus Regni, vel ad maiorem, &c. prout videbitur Regi, & non auditur appellans. Et ſtatim quòd delatus confeſſus eſt uel conuictus, debet notificari Regi, vt prouideat de pœna. ¶ Item iudex in principio litis debet mandare partibus ſub certa pęna, quæ ſcribatur in actis, quòd cauſa pendente ſe oſtendere non præſumant, nec aliquid innouent, & ſi contrafactum fuerit ſtatim pœna exigatur, & ſi forte ipſi pœnæ aliqua partium obtemperare noluerit, uaſalli eius ſi quos habet, eum non capiant,ſed ſignificent,& officialis qui talem pœnam imponit, ſi ſunt rebelles, & ſi expediens fuerit conuocatis fidelibus Regis, procedat contra omnes manu militari, & ipſos deſtituat omnibus bonis ſuis, & capiet de perſona;, & ipſos non liberet, nec bona ſua ſine conſenſu Regis, eodem modo procedatur in omnibus maleficiis, ut accuſatus & accuſator iurent dicere ueritatem, dicant totum factum, & locum, & nomina illorum, per quos poteſt veritas iudicari, uide pleniſſime capit.quod incipit, ſubditorum noſtrorum. de uiolentiis, per Bar.in d.l.1.ff.ſi quis teſta. li.eſſe iuſ.fuerit. ubi dicit, quòd in ſpoliatione requiratur dolus,& lata culpa,alias abſoluitur.

Spoliatus violenter habet electionem ſi vult agere contra ſpoliatorem, uel eius hæredes, uel ratum habentes ſpoliationem ſuo nomine factam, ut in gloſ.ad intereſſe. Si poſſeſſionem in alium tranſtulit, uel contra ſingularem ſucceſſorem, & detentorem, qui cauſam habet a ſpoliante, ad ipſam rem ad quaſcunque manus ambulauerit poſſeſſio, ſiue ſciens, ſiue ignorans fuit, poſſeſſionem reciperet, ut in conſtitutio.circa uiolentiarum, de reſtitut. poſſe. ¶ Not. quòd hæc conſtitutio eſt contra ius commune, ſecundum quod uidetur quòd tenetur ſingularis ſucceſſor inuaſoris reſtitutorio iudicio. ¶ Et habet locum iſta conſtitutio ſecundum gloſ. generaliter in re mobili, uel ſtabili, vel etiam in corporali, ut in iuribus, actionibus, &c. Et habet locum, ſiue quis ſpolietur a priuato, ſiue a non ſuo iudice iuris ordine non ſeruato, ut in gloſ. magna in fine. & Dominus Andræas ibi Vnde habet locum dicta conſtitutio in omnibus uim paſſis, qui ſunt deſtituti ſine iuris ordine, ita quòd non valet ſententia contra delinquentem, ſecundum Dominum Andræ. ¶ Et ſi fortè faciendo ſibi ius expoliauit quem a poſſeſſione rei immobilis, tenetur ad medietatem precij & reſtitutionem rei, ut in conſtitutio.uiolentias, de uiolent.in poſſeſſ. ¶ Item hæc conſtitutio habet locum in rebus incorporalibus, & in iuribus, ſi fiat uiolentia, datur vtile beneficium huius conſtitutionis, ut in gloſ. Vnde ſi expolias me ſoluendo redditum alicui, quem mihi teneris ſoluere, habeo beneficium huius conſtitutio. Domin.Andræ. ¶ Item ſi res depoſita aufertur, dominus habet beneficium. ¶ Item ſi denegas ſoluere redditum & deſtituis me, habeo beneficium huius conſtitutio. Domin. Andr. Nota quòd ſi fiet cum armis uiolentia, tenetur de ui publica. ¶ Item ſunt certi caſus, in quibus non fiet reſtitutio ſpoliato, ut quando eſt notorium ſpoliatum non habere ius, & alij quos not. Domin. Andr. in dicta conſtitutio. circa.in uerbo linearum. ¶ Nota quòd deſtitutio debet fieri per uiolentiam, ut habeat locum iſta conſtitutio circa, ut in glo. Sed quid ſi detentor non habet cauſam a deiectore, ſed quia hæc fuit habita pro derelicto,& detentor habet rem habitam pro derelicto, utrum habeat locum iſta conſtitutio? Dic ut dicit gloſ.

Spoliatus. Si quis per uim expoliauit aliquem a poſſeſſione rei immobilis reſtituta prius ipſa re cum omnibus obuentionibus, uel eius ſucceſſor uniuerſalis in medietate rei ablatæ, uel occupatæ per violentiam mulctabitur, & ſic non cadit a iure ſuo in totum, quia ad proprietatem rei ſuæ, uel in tota æſtimatione, ſi non erat res propria, raptor rei mobilis tenetur in quadruplum computato ſimplo ſecundum ius commune, uide tex.in conſtit.uiolentias, de uiolent.in poſſeſſione illata. No. quòd corrigitur l. ſi quis in tantam. C. unde ui.& l.extat. quod metus cauſa, quia ſecundum illa uiolentus cadebat a iure ſuo. Et ſi fiet uiolentia cum armis in expoliando an teneatur lege Iulia de ui publica? uide Domin. Andræ.in conſtitutio. intentionis, de illici.porta.armorum. uide in ui publica. Sed ſi rapina, uel uiolentia fit de nocte, & inuenitur malefactor & accuſatur, tenetur pœna capitis, ſed de die tenetur minori pœna. Dom. Andr.in conſtitutio. ſuper inciſionibus. Et iſta conſtitutio, uiolentias, habet locum quando ciuiliter agitur ad recuperandum. Sed ſi agitur criminaliter, uide in dicta conſtitutio. ſuper inciſionibus. An in eodem libello petatur reſtitutio rei immobilis violenter ablatæ, & medietas precij pro pœna? puto quòd ſic. Sicut dicimus in furto, ſi agimus ad duplum uel ad quadruplum ad rem, cui debetur ipſi fiſco, uel expoliato? puto expoliato, per gloſ. primam hic, vbi dicitur, quod corrigitur d.l. ſi quis in tantam. quia non totaliter æſtimationem rei ablatæ habet, ſed tenetur in medietate æſtimationis tantum. ergo iſta medietas ſuccedit in locum illius legis, & pœna debetur ſpoliato. Et in eadem gloſ. etiam dicitur, quod in raptore ſeruatur ius commune, ex quo iure communi pœna quadrupli datur expoliato. Sed quid ſi ſuſcepit pecuniam ſibi debitam propria authoritate ſine iudice, an puniatur in medietate pecuniæ creditæ? & uidetur per iſtum textum in fine, quod tenetur in quadruplum. ſed Domin. Andr. poſt multa dicit, quod iſta conſtitutio eligit mediam uiam, & ideo quia ille creditor non uidebitur habuiſſe uoluntatem rapiendi, ſed debitum ſibi ſoluendi, ideo punitur in medietate pecuniæ debitæ. Domin. Andr. Quæro, an ipſa pœna committatur ipſo iure, uel requiratur ſententia? dic, aut quis committit violentiam in re ſua,& opus eſt ferri ſentẽtia, aliàs non cõmittitur pœna. d.l.ſi quis in tantam. Aut in re non ſua, ut quia debitorem ſuum ſine iudice coegit, uel extirpauit pecuniam, & pœna committitur ipſo iure, & ſic in eodem inſtanti non uetatur agere ad iſtas pœnas, vt dicit Dominus Andræ. Item iſta conſtitut. in caſibus fienda videtur reſtitutio, in multis aliis caſibus, quos numeraui ſupra in uerbo, expoliatus. Sed an & hæres uniuerſalis ſucceſſor, & ſimiles indiſtinctè teneantur ad iſtam? Domin. Andræ. poſt multa concludit, quòd hæres tenetur de eo quod peruenit ad eum, uel factus eſt locupletior, de pœna tenetur hæres uniuerſalis, ſi lis fuit conteſtata contra defunctum uiolentum, & ſic intelligit totam conſtit. Dom. And. ut ibi.

Spoliatus per uiolentiam in quibus caſibus non reſtituatur, & in quibus caſibus ceſſet conſti. violentias? Dic in caſib.notatis in l.extat.ff.quod metus cauſa. Item quando fieret ſcandalum ſi reſtitueretur, in quæſt.1.cap.in ſumma. Item quando eſt notorium facti ſpoliatum non habere ius. exemplum, quando quis poſſidet beneficium in diœceſi aliena, niſi oſtendat ſtatim ius ſuum coram iudice ordinario, ſecus in priuato,ut dicitur de eo quod tenetur, licet uitioſe, fauet ius commune, ut in c.ad decimas, de reſtitutio.ſpoliato. in 6. Item cum fiſcus expoliat de feudo maritum, ſeu debilitatum, uel alium, qui de iure feudum non poteſt retinere, non reſtituitur, & hoc, quando defectus eſt notorius,ſed ſi tempore expoliationis ille poſſeſſor opponit aliquid legitimum, ut diſpenſationem, quam ſtatim ſe offert probare, non eſt expoliandus: & ſi expoliatur eſt reſtituendus, licet ſit notorium non poſſe poſſidere, ut per Innocen. in cap. ueniens. de filiis presbyt. Item ſi feudum eſt nouum conceſſum vni collaterales non ſuccedunt, ſi hoc apparet ex forma priuilegij, expoliatur collateralis, niſi aliquid legitimè, ut ſtatim ſe offerat probaturum. Item ſi dominus malo modo expoliat vaſallum de feudo, vaſallus agit contra eum ad reſtitutionem, ut in tit. de milite uaſallo, per totum. Item ſi laicus poſſidet ſpiritualia beneficia, & decimas ſine licentia prælati, de facto expoliatur & non reſtituitur, niſi aliquid legitime alleget, uide pleniſſimè Dom.And. in d.conſtitut. violentias,&c.

Spoliatus, licet incontinenti recuperare poſſit poſſeſſionem, tamen hoc eſt uerum per ſe, non autem poteſt per procuratorem, ut ff.de ui & ui arma.l.cum interdum. alias l.cum fundum.

Spoliatus. Si quis ſpoliat corpus alicuius mortui, pęna capitalĩ punitur,in conſtitutione,ſi quis aliquem. de his qui ludunt ad dados.

Stipendiarij Regis, uel Iuſtitiarij, qui capiunt homines de perſona faciendo eis iniuriam, & capiunt frumentum, & ligna & alia bona ſine uoluntate Domini, & in locis ubi hoſpitantur moleſtias faciunt, qua pœna puniantur? vide ſupra in uerbo, familiares.

Subſtantiale. Si vnum de ſubſtantialibus deeſt, nil ualet quod agitur.l.cum hi.ff.de tranſactio. & C. de teſta.l.ſi unus.

Subſtantialia iudiciorum ponuntur in l.prolatam.C.de ſen.ut litis conteſta. iuramentum calumniæ. Sed an renuntietur ex conuentione partium? dic quod non: ſed bene remittitur ſtatuto, uel conſuetudine, ut procedatur ſummariè,&c.quo caſu non requiritur litis conteſtatio, ut in cauſa forenſium, & peregrinorum. ¶ Magiſter rationalis in cauſis Dohanæ procedat ſummariè, ſine litis conteſta. aliàs autem ſententia, nec proceſſus non ualeret,ut in c.1.de litis conteſt. & Do.And.in proœmio, in uer.ſecundo caſu.

Summariè,& de plano proceditur,ſine litis conteſt.in cauſis forenſium & peregrinorum.& in cauſis Dohanæ,ut per Do.And.in proœmio.uer. ſecundo caſu, quem uide.

Syndicus. Si ſunt accuſati decem homines in quocunque crimine conſtituant ſyndicum & defendant ſeipſos,ut in c. Regis Roberti, item ſtatuimus, ut quoties.

T

TABERNA. Qui tabernas, vt lares proprios elegerunt, ſunt infames, & repelluntur a teſtimonio. de his qui ludunt ad Azard. & in conſt. mores diſſolutè uiuentium. ¶ Idem in his, qui expendunt ſubſtantias eorum modo predicto, ut in potationibus, &c. ut eſt gl.ibi.

Tallium, vel aliquam herbam uenenoſam, ſi quis in flumine, uel in aquis proiecerit,ut occidat piſces per annum debet manere in ferris, & bona publicantur,ut in conſt.quicunque,de beneficiis.

Tenimentum, ſeu territorium, eorum appellatione continentur Caſtrum, vel ciuitas, unde eſt tenimentum. glo.in conſti. ſi damna. de dam-

de damno clandeſti. dicit quòd ſic. C. de deſun. luni. l. 2. vide gloſ. in verbo, quoruncunque.

Terminus. An partes poſſint conuenire, ut teſtes poſt terminum habeantur pro productis infra terminum? certe non, quia partes non poſſunt mutare formam iuris. l. cerdonem. ff. de operis liber. & infra terminum poſſunt partes prorogare terminum cum conſenſu iudicis, & dicetur unus terminus. ff. de precario. l. ſed ſi manente, Dom. And in conſti. appellationum, de appellatio. ¶ Et certe terminus eſt communis. l. petendæ. C. de tempo. in integr. reſtit. ubi omnino vide Bal. ¶ Sed an poſſit peti prorogatio termini ad probandum? dic quod ſic, ex iuſta cauſa allegata, & proteſtata infra terminum datum prorogatur. uide ſupra in uerbo teſtis. ¶ Item ſi non multum poſt terminum datum lapſum ad producendum, produco teſtes & peto ipſos examinari, certè auditur, aliàs non, præſertim cum malitioſo id facit. gl. eſt in conſti. in pecuniariis.

Terminus dandus ad probandum eſt arbitrio iudicis, ut in conſtit. lite legitime conteſta. & in fine. de ſacramento calumniæ, iudex debet arbitrari tempus, infra quod poſſit ire & ſtare ad examinari faciendum & redire, ut in conſtitutio. exceptiones, de exceptio. maleficij, &c. & ibi gloſ. & ideo aduerte, quia arbitrio iudicis iſto caſu debet limitari, quia ſi dat tempus longum allegat pro ſe, dicit glo. ¶ Item terminus olim & hodie eſt arbitrarius. C. de dilatio. l. ſiue pars. ff. de iudi. l. non quicquid. extra de dilatio. cap. præterea. licet ibi glo. notet contrarium. ¶ Sed an iudex poſſit minuere terminum legalem? dic quod ſic cum cauſę cognitione. ff. de re iudi. l. 2. Idem tamen debet cauſam diſcernere & exprimere, ut per Innocen. in cap. ad præſentiam, extra de accuſa facit gloſ. in conſtitu. prima. de dilatio. Sed an iudex poſſit elongare terminum ſine cauſæ cognitione? dic quòd ſic, ut no. in dicta l. 2. dummodo quod fiat præcedente prima dilatione. ff. de preca. l. ſed ſi manente, uide Bart. in dicta l. 2. ff. de re iudica.

Terminus ſi datur alicui ad aliquid agendum per mare, ſi ſuperuenit tempeſtas, & ſic labitur tempus, debet adhibere cautelam. Bar. ff. ſi quis cau. l. 2. §. quod diximus. uer. dixit An. ꝙ currit tempus, ſed non cum effectu, pro quo uide glo in cap. cupientes §. quid ſi per partes, in uerbo, impedimentum. & in cap. commiſſa, in uerbo, iuſto. vbi clarius, de elec. in 6. adde tex. qui optime facit, in l. fi. §. ſi propter neceſſitatem. ff. de publicia.

Teſtes. Creditur magis notario, quàm teſtibus, ſi dicit non dixiſſe, ut ſcriptum eſt, ſi iudex interfuit examinationi, uel notitiam habeat de dicto teſtis, niſi teſtis de falſo redarguatur, quo caſu crederetur magis ipſi quàm notario, & iudici timore lucri, quod ipſi poſſent conſequi ratione falſitatis. Cyn. in l. ea quidem. C. de accuſ. per Specul. in tit. de inſtrumen edi. §. reſtat, uer. ſi unus ex teſtibus. & in tit. de teſte § fi. uer. ſed pone ecce iudex, ubi optime. Sed quid ſi iterum productus dixit aliter quod primo dixerat? dic quod neutra depoſitio valet, ut extra de appella. c. ſollicitudinem. ff. de teſti. l. qui varie, per Spe. in tit. de teſte. §. fi. uerbo, quid ſi idem teſtis.

Teſtes poſſunt iterum interrogari, cap. cum Ioannes, de fide inſtr. Quod uerum officio iudicis, non ad partis petitionem, ut in gloſ. vide plene Bald. in l fina. C. de teſti. ¶ Item ſi in cauſa ſcientiæ dixit, quod interfuit, ſufficit, quia præſumitur intelligentia. Quod verum ſi deponit de præſentia propria. ſecus ſi de aliena, ut plene per Docto. in l. 1. ff. de autho. tut. & in l. 1. C. de bo. poteſſ. ſecundum tabul. & in l. teſtium. C. de teſti. & per Bar. in tract. de teſti. Sed quæro, an poſt didicita teſtificata admittatur probatio per teſtes ad confirmationem teſtium, qui fuerunt reprobati per aduerſarium? Dic quòd ſic, ut no. in cap. cum clamor, extra de teſti. Sed quot reprobationes teſtium fieri poſſunt? dic duæ tantum, extra de teſti. cap. cum dilectus, ita Bal. in l. ſi quis teſtibus. C. de teſti. uide eundem in auth & qui ſemel. C. de probatio.

Teſtis in criminali propter defectum teſtis qui non uenit in termino, ſi quis non probauit, niſi obſtante lapſu termini in cauſa, proceditur ſolutis expenſis per teſtem, ut eſt tex. in conſtitutio. in pecuniariis. Hoc verum dicit gloſ. ſi producens teſtes fuit ſolicitus, quia ei imputari non poteſt, puta, quia antequam labatur tempus ad probandum fuit proteſtatus, quod propter defectum teſtis, &c. Ideo petit terminum prorogari, ut in gl. &c. Sed Dom. And. dicit, quod ſi tu accuſatus dicis habere teſtes quos ad tui defenſionem inueniſti, qui teſtes noluerunt uenire, Iudex coget eos uenire ad iudicem captis pignoribus, & pœna impoſita. & hoc facto ſi teſtes non ueniunt, non debet iudex plus expectare, & procedit ad ſententiam non obſtante quod illi poſſent iuuare cauſam accuſati, niſi accuſatus probet qualiter illi teſtes, qui uenire nolunt, ſciebant quod accuſatus ad ſui defenſionem illud fecerat, & hoc eſt nouũ quod inducitur per iſtam conſti. in pecuniariis. Dom. And. Quod uerum intellige, antequam fuit facta publicatio in cauſa, per glo.

Teſtis. Si poſt terminum ad probandum ex cauſa peto terminum elongari, puta, quia teſtes ſunt infirmi, uel abſentes in longinquis partibus? dic quod ſi iuſta cauſa ſuperuenit poſt terminum datum ad probandum, eſt audiendus qui petit prorogari: ſecus ſi erit in cauſa ante terminum datum ad probandum, quia tunc uidetur pars renunciare illi cauſæ. Vide Domin. Andr. in conſtitut. in pecuniariis, & reſtituto petente reſtituitur aduerſarius eius, ut in gloſ. dictæ conſtitut.

Teſtis ſi eſt contumax, & pars eſt in Curia, & non vult ipſius accuſare contumaciam, an pro parte Curiæ poſſit accuſare, uel exequi pœnam tertiæ partis bonorum, &c. dic quod non, niſi prius accuſet. Idem ſi pars non compareat. Sed quid ſi pars eſt in iudicio, & nihil dicat uel accuſet, an requiritur, quòd procurator Curiæ accuſet pro tertia parte, quę debetur Curię? dic quod non debet. Sed ſi pars accuſet, & tunc prodeſt fiſco, aliàs fiſcus non habebit tertiam partem. Do. And. in d. conſti. in pecuniariis.

Teſtis ſi uenit ad iudicium, & ſe non præſentauit, & illicentiatus receſſit, an teneatur ad tertiam bonorum mobilium, ac ſi non ueniſſet? dic quod ſic. Domin. And. in d. conſtit. in pecuniariis, & ſic etiam ad alias pœnas poſitas in citatione.

Teſtis iudex ex ſuo officio & non ad petitionem partis, poſt aperturam teſtium, ſi dictum teſtis eſt obſcurum, repetit teſtem, Dom. Andræ. in conſtitutio. terminum uitæ hominum. de homicidio. Item ſi iudex omiſit teſtem interrogare ſuper aliquo articulo, uel puncto, iudex iterum interrogabit ex ſuo officio. Dom. Andr. in conſtit. in pecuniarijs.

Teſtis qui uenire ad iudicium contempſit, damnatur ad tertiam partem bonorum mobilium, ſi maior pœna non ſuit appoſita, & in damnis tenetur & ad intereſſe aduerſario. Quæro infra quod tempus teſtis ueniens euitabit iſtam pœnam? dic uſque ad litis conteſtationem incluſiue. Sed ſi non fuit condemnatus, infra quod tempus iudex poteſt condemnare ad ipſam pęnam? dic uſque ad biennium, vel triennium, quantum durat inſtantia, quia non uenit puniturur, ſed officio mercenario, & tanto minus, quantum erit lapſum de triennio. Si eſt ciuilis cauſa, triennio, ſi criminalis biennio. Dom. And. in conſti. in pecuniariis. in ult. col.

Teſtis infamis infamia facti non repellitur a teſtimonio, minor tamen fides ei adhibetur. ff. ad Car. l. 3. §. duæ, in gloſ. uide glo. in conſut. patarenorum, in uerbo teſtis, de pataren. recep. & Bal. in l. 1. C. de ſumma trinit. & gl. in l. Lucius. ff. de infamib.

Teſtis. Si contra teſtes per accuſantem opponitur exceptio excommunicationis, & poſtea ipſi teſtes ſunt abſoluti legitime per ſententiam, aliàs per ſummum Pontificem, non obſtante quod ſunt didicita teſtificata per ipſos teſtes, accuſator poteſt ſuam intentionem probare, & producere in cauſa ad condemnationem: & ſi accuſatus qui reprobauit teſtes propter excommunicationem eſt abſolutus ab accuſatione per ſententiam: Si poſtea illi teſtes ſunt abſoluti ab excommunicatione, poteſt accuſator manentibus primis actibus, producere ipſos teſtes non obſtante ipſa ſententia, & etiam excommunicatione, de qua ſunt abſoluti. Poteſt tamen accuſatus alias exceptiones contra ipſos teſtes opponere, ſi habet, vide capit. Regis Roberti, Hieruſa. alias Robertus, &c. Ne per exceptionis, &c. ſub rubrica, ꝙ teſtes excommunicati debent abſolui, &c.

Teſtis uno tempore examinatus dixit, non recordor de tempore, & alia uice de tempore depoſuit, non committit falſum, cum memoria ſit labilis. gl. in cap. cum cauſam. de teſti. facit quod dicit Bart. in l. qui bona. § ſi quis ſtipulatus. de dam. infec. &c. Sed pone notabiliter, teſtis non iuratus dixit falſum: an teneatur pœna falſi? Dic, aut nullo modo iurauit, & punitur crimine Stellionatus, Aut iurauit, & non ſolenniter, & tenetur pœna legis Corneliæ. dixit Bal. in l. iureiur. C. de teſtib. Sed pone teſtis iuratus dixit in parte uerum, & in parte falſum? certe in totum dicitur falſarius propter unitatem iuramenti, niſi eſſet falſis in circunſtantiis, ut plenè per Iac. But. l. Lucius. de his qui no. infa. &c.

Teſtis pauper, uel uillanus regulariter non repellitur, niſi aliàs ſit perſona ſuſpecta. ut Inſti. de ſuſpect. tu. §. ſuſpecti. Item teſtis uilis contra uilem teſtificatur. Dominus Andræ. in conſti. proſequentes, de pug. ſubla. & in conſti. in pecuniariis. in quibus cau. audi. teſti. commi. & in cap. Regni, frequens, de teſte publice diffrobato. Item tenet Hoſt. in tit. de teſti. in princ. in uer. fides allegat. Inſti. de ſuſpe. tu. §. fi. uide tex. & glo. in c. ſi quis teſtium. de teſt. ꝙ ratione paupertatis, ſi aliàs eſt bonæ famæ quis a teſtimonio non repellitur.

Teſtes reprobati habentur, ac ſi nil dixiſſent, ut in conſti. uſurariorum, de uſu. Et de teſti. reproban. infra taber.

Teſtes. Si agitur contra Comitem, vel Baronem, uel militem criminaliter ex officio de ſtatu perſonæ, uel de omnib. hominib. uel de aliquo caſtro, excepto tantum de crimine læſæ maieſtatis contra Comitem, debent produci duo Comites, quatuor Barones, uel octo milites, & octo Burgenſes bonæ famæ. Contra Baronem duo Barones, quatuor milites, & octo Burgenſes. Contra militem duo milites & quatuor Burgenſes. Villani ruſtici, & exercentes uiles artes, angarij, & perangarij, qui tenentur de perſona, non teſtificantur contra dictas perſonas, uide conſt. proſequentes. de pugnis ſublatis.

Teſtes producti in cauſa principali, qui non fuerunt reprobati, non poſſunt reprobari in cauſa appellationis, niſi in cauſa falſita-

tis.C.de fide inſtr l.ſi.extra de excep.c.1.in gl.Dom.Andr.in conſti. iuriſperitorum.ſecus videtur de iure Can.c.2.de teſti.in 6. vide in d. c.in ver.teſtes,ne forte loquatur in alio caſu ſpeciali,vt in cauſa falſi, vel cauſa delegata appella.

Teſtes poſſunt produci & examinari ante litis conteſtationem, fortè valitudinarij,de quorum morte timetur,vel eorum peregrinatione, præſente tamen eo, qui futurus reus ſperatur,ſi eius præſentia haberi poteſt de facili, vel eo per contumaciam abſente, ſeruato iure opponendi contra perſonas teſtium ei, qui abſens fuit, quorum depoſitionem infra annum volumus habere vigorem & non vltra, quando lis non fuit conteſtata, nec præſens fuit aduerſarius, vel ipſo abſente ei denunciari non potuit de facili vt intereſſet examinationi, & ſi denunciatum non fuit,tunc durat anno tantum,vt in conſtitutio. probationum.de probatio. Sed an hæc conſtitutio loquatur in actore tantum,vel etiam in reo? gloſſa prima ſentit in reo, & continet id, quod ius commune in quo inducit ius nouum, ſcilicet, quod illa teſtificatio durat in caſu prædicto vno anno. Sed Domi.Andr.dicit ꝙ illa conſti. loquitur in actore. Sed ad hoc vt hæc examinatio duret anno,quæ requiruntur? dic primo, quod lis non ſit conteſtata, quod aduerſarius non fuerit præſens & neſciebatur vbi erat, vel ſciebatur, & non potuit ei denunciari, aliàs ſi fuit præſens in iudicio aduerſarius,vel contumax vere vel ficte, examinatio durat perpetuo,vt dicit glo. & D.Andr. Sed quæro an fiat publicatio illarum examinationum? dic quòd ſic. Domi.Andr. Quæro, actor fecit teſtes examinari in caſibus prædictis, conuentus non fuit præſens, obtulit teſtes ſuos & probauit intentionem ſuam, an ſit abſoluendus lite non conteſtata? dic quòd ſic. Do.Andr.ibi in caſibus per eum notatis. Quæro vltra prædictos caſus, habeo teſtes alios, & dubito ne fiant mei inimici, vel obliuiſcantur de eo quod nunc ſciunt, vel habeo aliter iuſtam cauſam timendi,puto,quia ne forte teſtes,quos nunc habeo,non habeam tempore, quo volo mouere litem, certe poſſunt examinari ante litem conteſtatam.Domi.Andr ibi. Sed an prædicta locum habeant in cauſa criminali? Domi.Andr.dicit quod non,&c. Sed quæro,an iſta examinatio fiet non vocato aduerſario cum potuit citari de facili, nec fuit? dic quod non valet iſta depoſitio, imputet enim ſibi,quare non citari fecit aduerſarium. Domi.Andr.ibi. Sed ſi fortè non potuit haberi præſentia eius de facili,puta, quia Gallicus diſrobauit Neapolitanum, receſſit, volo examinari facere, & aduerſarij copia haberi non poteſt, & ſic deperiret probatio, quia teſtes ſenes, vel ſimiliter deficerent,iſto caſu examinentur,& durat hæc examinatio per annum incipiendo a die,quo potuit experiri contra reum: & iſtis caſibus quando de facili non poterat nunciare,vel quia neſciebat vbi aduerſarius erat,vel ſciebat, & de facili nõ potuit eum citare,debet infra annum a die examinationis teſtium numerando notificare futuro reo,qualiter facta eſt examinatio teſtium, quòd veniat & opponat contra eos. Sed quid ſi fuit præſens aduerſarius, vel contumax verus,an debeat fieri hæc denunciatio infra annum? dic quod non, ſecus ſi fuit fictus, quia tunc ficto contumaci debet notificari. Do. Andr. Nota quòd in iſta materia per illam conſtit. innouatur, quia cum non potuit denunciari facere de facili reo futuro,& ſunt examinati teſtes,eorum examinatio durat anno.

Teſtes. Nota vnum notabile verbum, ꝙ ſi ſunt producti duo teſtes, quorum vnus eſt omni exceptione maior, alius vero eſt ſuſpectus, puta, quia domeſticus, &c. poſito quod non ſit exceptione maior,certè ille,qui eſt omni exceptione maior,comprobat & roborat dictum alterius teſtis,adeo quod plene probant,dixit Bal.in d.l.ſi quis ex argentarijs.§.quoniam,per illum tex. ff.de edendo. & hoc tene menti.

Teſtes qui ſunt in inſtrumentis, debent eſſe omni exceptione maiores,& bonæ opinionis,& literati. Idem in teſtamentis, vbi literati non potuerunt inueniri, alij aſſumantur, qui ſunt omni exceptione maiores. Et inſtrumentum contra prædictam formam confectum non tenet,vt in conſtitutione. inſtrumentorum robur. de fide inſtru. Et ſic nota,quod teſtes ſubſcribuntur in inſtrumentis, & ſi ſe ſubſcribere neſciunt, eorum ſubſcriptionem faciat notarius.

Teſtium audientia committitur in cauſis ciuilibus, præterquàm in quæſtionibus feudorum, & caſtrorum, quæ ſpecialiter in Curia Regis tractantur. In criminalibus vero cauſis,& in quæſtione caſtrorum & feudorum audientia teſtium nõ committitur, niſi teſtes adeo ſint ſenes, & valetudinarij, quòd ſine eorum periculo ſecure ſe præſentare non poſſunt: quo caſu audientia committitur iudicibus electis a partibus,vel datis a Curia, qui eos teſtes recipiant,contra quos auditores per electionem partium vel Curiæ approbatos in contrarium nullatenus admittantur, videlicet,ſi pars receptos teſtes graues inimicos fore cõtẽdant. Si in termino dato ad probãdũ pars defecerit ex defectu teſtiũ,qui venire promiſerant,vel iudicis,vel illius,cui fuit delegata audientia: hæc quidem allegetur, & notificetur alteri parti,& tunc ex iuſta cauſa impetrabit prorogationem termini. Si verò is,cui commiſſa eſt audientia teſtium, inuenitur doloſus, vel negligens,aut fraudulentus, tenetur Curiæ in tertia parte bonorum mobilium,& parti læſæ ad intereſſe,& ad omne damnum. Eadem pœna imponitur teſtibus,qui moniti venire contemnant, niſi maior pœna appoſita fuerit in citatione, quam ſit tertia pars bonorum mobilium, & hoc in ciuilibus cauſis. In criminalibus autem teſtes, vel iudex tenentur Curiæ in tertia parte bonorum mobilium, & parti læſæ in viaticis, & ſumptibus ſuo iuramento declaratis, cum taxatione iudicis, & tamen principalis cauſa peragitur non obſtante lapſu dicti termini.Et ſi iudex,vel teſtes non ſunt ſoluẽdo in ciuilibus,pars læſa per beneficium reſtitutionis reſtituitur ad cauſam: textus eſt in conſtitutione,in pecuniarijs. de audientia teſtium. Sed an audientia teſtium committatur in cauſa repulſæ? dic quòd non, vt in dicta conſtitutione,tam in cauſa criminali quàm feudali,quàm in alia cauſa,vide glo.ſuper verbo, quo quidem caſu.

Teſtes vel iudex, cui eſt commiſſa audientia teſtium, ſi eorum culpa, vel defectu, vt ſi teſtis monitus non vult venire, vel negligentia eius, cui commiſſa fuit, labitur terminus, tenetur parti læſæ ad omne damnum & intereſſe. Hoc verum, ſi pars læſa non petit terminum prorogari: vel petijt, & non fuit audita: quo caſu tenetur ad reſartionem damni. Et tunc auditor teſtium, & teſtes audiuntur contra iudicem ordinarium,qui non prorogauit terminum,& contra eum petent eorum intereſſe, ſecundum glo. in dicta conſtitutio. in pecuniarijs. Si forte pars petit terminum prorogari, & fuit prorogatus,teſtis, vel auditor teſtium, cuius culpa ſtetit, tenetur ad expenſas litis,quas fecit propter prorogationem. Vide glo.in dicta conſtitutione in verbo,omne,& in verbo, æſtimationem.

Teſtes. Si iudex in criminali committit examinationem teſtium, an teneat hæc commiſſio? Dom.Andr.arguit pro & contra in dicta conſtitu.in pecuniarijs, & concludit, ſi fiet publicatio, ita quod plus non poteſt produci, pars agit contra iudicem, qui fecit litem ſuam, qui ſi non eſt ſoluendo, reſtituitur in integrum ad probandum.

Teſtes. Datus eſt terminus peremptorie ad probandum, qui lapſus eſt, nec poteſt allegari aliqua iuſta cauſa impedimenti, vnde modicum poſt lapſum termini ante aperturam proceſſus habeo teſtes paratos,quos produco, & peto ipſos recipi debere ſuper iuribus meis, altera parte contradicente: certe ſum audiendus. Si iudici videtur quod non malitioſe illud petit non multum poſt termini lapſum, poteſt iudex ex bono & æquo admittere teſtes, & eos recipere & examinare, dummodo ſi multum poſt terminum non venirent,hoc vult gloſ. magna in conſti.in pecuniarijs. & Domin.Andr. Si forte allegatur iuſta cauſa & probatur impedimentum, quæ cauſa fuit allegata, & proteſtata infra terminum datum ad probandum, tunc non eſt dubium, quod datur dilatio non vltra metam impoſitam in l.prima. C. de dilatio. & iſto caſu datur dilatio etiam alteri parti,vt in glo.prædicta, vide ſupra in verbo teſtis. Si cauſa non eſt iuſta non eſt audiendus,quia ſine iuſta cauſa non eſt proroganda dilatio,vt eſt glo.ibi.

Teſtes. An partes poſt terminum datum ad probandum, poſſint conſentire, vt teſtes habeantur pro receptis in termino? dic ꝙ non, quia partes non poſſunt mutare formam iuris.l meminiſſe, de operis libe.l.quidam decedens.ff.de admini.tuto. Sed infra terminum poſſunt partes conſentire, vt terminus elongetur cum conſenſu iudicis. l.ſed ſi manente.ff.de preca. vide Dominum Andræam in dicta conſtitutione.

Teſtes ſi iurant infra terminum die non feriata, tunc poſſunt recipi,& poſtea examinari, Dominus Andræas in conſtitutio. lite legitime conteſtata.de ſacramento calumniæ. dic quòd iudex poteſt ſtatuere tempus ad examinari faciendum. l. ſi ea. C. qui accuſare non poſſunt. Sed ſi non ſtatuerit, videtur in modicum tempus poſt ſtabilitum, infra quod recipiat teſtes, quod magis intellectu,&c. ff. ex quibus cauſis maiores. l. ab hoſtibus. §. ſed quod ſint. Si non dicit ipſe quandocunque venient re integra recipiuntur. argumen. ff. de operis liber.l.mancipia.C.de trãſactio.l.nec intentio. Et poſt lapſum terminum ad hoc datum audientur, ſi ius actoris non eſſet factum deterius. Hoc vltimum dicit ipſe, multis non placet, quando ad hoc non habuerit terminum.ff.de re mili.l. 3. §.ad diem,contra quos eſt, quod dicit gloſſa in conſtitutio. in pecuniarijs. Et rem integram dicimus uſque ad aperturam, vt in Auth.de teſti. §.quantum uerò, cum ſequenti, vbi poſt accepta & aperta teſtificata non licet vlterius producere, niſi ex cauſa. Sed pone, teſtes ſunt infra terminum, & non eſt datus terminus ad examinandum, & poſt lapſum termini probatorij per plures requiſita parte, vel iudice vel forte non iudex mandauit teſtes, & eorum dicta haberi pro publicatis recuſante illo,qui debebat producere, & nihil legitime allegante, qualiter iudex debeat expectare poſt publicationem factam,& antequam aperetur copia, uult producere illos teſtes, qui non venerunt, an poſſit? dic quòd debuit eſſe ſollicitus ad producendum, & frequenter inſtare, ut in conſtitu.appellationum.de appellatio. Sic mora modici temporis poſt lapſum termini,cum modicum tempus videtur ineſſe,& quia non fecit,eſt in mora,ſibi imputetur, poſt dictum iuramentum præſtitum infra tempus prodeſt, probato iuſto impedimento etiam ſubuenitur. Vbi vero iudex tenetur recipere teſtes, & non recipit, poteſt quandocunque poſt publicationem ipſos recipere. Dominus

Andræas

Andræas pleniſſimè de iſta materiâ in conſtitutio. Regni, lite legitimè conteſtata.

Teſtes capientes delinquentem in flagranti crimine poſſunt eſſe teſtes contra captum, ſi alij teſtes non ſunt. Dominus Andræas in conſtitu. humanitate, de his qui fide. &c. niſi ex alia cauſa reprobarentur, ut ibi.

Teſtes. Arbitrio iudicis committitur examinatio teſtium in cauſa ciuili, vt in Authen. de teſti. §. multi. & glo. Domi. Andr. in conſtit. de literis citatorijs, &c.

Teſtes. Si iudex examinans teſtem reperit eum variantem, vel falſum dicentem, vel aliquem producentem aliquam falſitatem, vel falſ. m ſcripturam, poteſt ei mandare vt manus amputetur ſine alia licentia. Domin. Andr. in conſtitutio. pœnam eorum, de forbannitis, allegat C. de probatio. l. iubemus. & de teſti. l. nullum, inferendo ei pœnam mutilationis manus, pœnam periurij, vel aliam pœnam debitam, quia in hoc non ſunt partes iudicis, niſi in condemnando. ff. ad legem Aquiliam. l. proinde in fi.

Theſaurus. In theſauris inquirendis non capitur perſona diffamata ſine mandato Regis, niſi conſtaret de theſauro veriſimiliter, quo caſu capitur perſona, & cuſtoditur & ſignificatur Regi, vt in capitu. Regni, prædicti magiſtri Iuſtitiarij in rubr. quòd non procedât, vide ſupra in verbo, portularij. ¶ Item ſi quis inuenit theſaurum in loco proprio, eſt ſuum, niſi in loco publico, vel fiſcali, medietas Domino loci. cap. Regni, quod incipit, non decet de theſaur.

Titulus ſi eſt allegatus, & ſecuta eſt legitima poſſeſſio triginta annorum, an præſumatur contractus rei præceſſiſſe? Domi. Andr. dicit quod non, niſi in præſcriptionibus annuis, & ſeruitutibus, vide tamen in conſtitut. o. ſi contingit. de probatio. per inſtrumenta.

Tormenta adhibenda ſunt iuxta prouiſionem iuris præcedentibus legitimis indicijs & argumentis, & ſuſpicione, cum qualitate, ac conditione perſonæ tormentandæ inſpecta, in criminibus omnibus pœnam vltra relegationem infligentibus. & quod ſint conuicti, vt in capitu. tormenta. de tormentis. Et tormenta ſunt adhibenda in publico, coram aſſeſſore, & notario actorum. Niſi rationabilis cauſa ſubeſſet, quod tortura deberet fieri in occulto, maxime in crimine læſæ maieſtatis, quo caſu iudex & aſſeſſor ſint præſentes. Confeſſio verò coram aſſeſſore. & actorum notario tantum fiet, niſi rationabilis cauſa moueret officialem, vt alij interſint cum aſſeſſore, & notario actorum. Et copia argumentorum, & indiciorum, propter quæ proceditur ad tormenta, detur illi, qui quæſtionibus exponetur, ſuper quibus habeat inquiſitus facultatem ſe defendendi: alias proceſſus, & quicquid inde fit, eſt nullus, nec per indicium aliquid inferri poteſt. Et confeſſio ſubſecuta ex talibus tormentis non tenet, vt in capitu. habebitur, eodem titu.

Tormenta. Si iuſte quis appellauerit a tormentis, recipienda eſt appellatio ante tormenta; & ſi officialis & aſſeſſor appellationem legitimam non recipiunt, aut hominem tormentauerint, qui non debuit tormentari in criminibus non inferentibus pœnam vltra relegationem, aut contra ſupraſcriptam formam aliquem tormentauerunt: Si tortus propter tormenta, aut confeſſionem extortam in tormentis mortuus fuit, vel damnatus ad mortem, & ſententia eſt executa, officiales, qui talia tormenta adhibuerunt vltimo ſupplicio condemnentur. Simili pœna tenentur ſi damnatum diffinitiuè ad mortem non audiuerunt appellantem. Sed ſi tormentatus ex dictis tormentis non fuit mortuus, officiales pœna carceris per biennium incurrant, & tertia pars omnium bonorum acquiratur fiſco ipſo iure. Quid ſi diffinitiuè condemnatur, & non pœnam mortis, ſed aliud ſupplicium eſt paſſus, appellatione reiecta officiales ſuſtineant eandem pœnam, quam inflixerunt. & officialis qui taliter eſt punitus ſemel, eſt inhabilis ad officia exercendum. Et ſi in proceſſu apparet confeſſio torti contra ſupraſcriptam formam, & alia die alia vice confeſſus ſponte eſt de crimine ſine formidine tormentorum, quantumcunque in proceſſu contineatur, quod ſponte, niſi de tali voluntate ſpontanea tormentati conſtet iudici appellationum aliter quàm per acta, & proceſſum prædictum, dicitur confeſſus formidine tormentorum, vt in capitu. Regni, quod incipit, ſi iuſte, quod recip. ſenten. vel appel. a tormen.

Tormenta. In accuſatis de crimine læſæ maieſtatis, hæreſis & publicis latronibus, diſrobatoribus viarum, captis in flagranti crimine, aut in fuga, in teſte vacillante, & in eo qui delinquit iudice ſedente pro tribunali, ius commune ſeruatur, vt præter formam, & modum ſubſcriptorum capitulorum ſubdantur tormentis, ſicut iudici de iure eidem videbitur. Iuſtitiarius & alij officiales ſi de conſilio aſſeſſoris, & iudicis expoſuerunt quem tormentis contra præſcriptam formam & modum, officiales ipſi accuſantur a pœnis prædictis, iudice ſeu aſſeſſore pœnis præmiſſis afflicto, niſi dolus & fraus ipſius Iuſtitiarij, & officialis arguatur, quo caſu punitur vterque, aſſeſſor, & officialis. Et ſi officialis ſine conſilio aſſeſſoris, punitur officialis tantum, ſi modo aſſeſſor fuit inſcius tormentorum, aut ſi ſciuit, & pertinaciter reſiſterit officiali, & reſiſtentiam faciat præſentia notarij actorum, & ipſe notarius ad eandem pœnâ tenetur redigere in actis. Iuſtitiario, & eius Vicario reſeruatur arbitrium, vt circa & contra prædictam formam faciant adhibere torturam, prout facti occulti qualitas exigit, vt in cap. Regni, quod incipit, in accuſatis, in rubrica, quod ſeruetur ius Romanum, & commune.

Tormenta. In tormentis quis non exponitur, niſi in crimine læſæ maieſtatis, vt diſrobatio viarum. ita quod contra ipſos laboret publica fama, & ſufficientia præcedant indicia, niſi ſit homicida, aut alias delinquens, & captus in flagranti crimine, & in tormentis ipſis ius ciuile ſeruetur, tam de criminibus, quam perſonis, & qualitatibus tormentorum, vt in capitu. tormenta, &c.

Tormenta. In grauibus delictis, & malefactoribus, & latronibus publicè diffamatis, & in alijs grauibus delictis notorijs, populi opinione, relinquitur arbitrio iudicis, ſi ei uidebitur relaxare fideiuſſoribus captis, & ſuo arbitrio homines ponit ad torturam, etiam ſi fuerit expediens in die Paſchali, ut in cap. Regis Roberti, prouiſa iuris ſanctio.

Tormenta. An per probationem unius teſtis quis ponatur tormentis? dic quod requiritur probari de leuitate uitæ, argumento eius quod notatur in l. 1. C. ubi de crimine agi opor. & in l. de minore. ff. de quæſtionibus. Sed ſi probatur per unum teſtem non reprobatum, uel non ſuſpectum, qui teſtificetur de uiſu, ſufficit ad torturam etiam non probato de leuitate perſonæ & uitæ. ff. de quæſtionibus. l. maritus. Sed ſi eſt fama, quod occidit hominem, incipiendo a fama, hoc ſolum non ſufficit, ſed requiritur leuitas uitæ. Item ſi probatur, quod Titius aufugit citatus de morte: nam fuga reddit eum ſuſpectum, in Auth. de exhiben. reis §. ſi uerò, & ſic requiruntur plura, ſcilicet, uilitas uitæ, fama, & fuga: & ideo plura indicia, & argumenta requiruntur in talibus. Dominus Andræas in conſtitutione, ſi quis damna. de damnis clandeſt. Item ſi conſtat per unum teſtem, uel per confeſſionem propriam extra iudicium, tormentatur non obſtante fideiuſſione data. Dominus Andræas in conſtitutione, humanitate. de his qui fideiuſſ. &c. & de confeſſione propria extraiudiciali, uide Barto. in l. capite quinto. ff. de adulterijs. Et debet dari copia indiciorum, propter quæ debet tormentari: quia ſi datur copia in quæſtione decem denariorum, multo magis ubi agitur de uita hominis, ut ibi Dominus Andræas. Et quãdo de indicijs agitur quo ad tormenta relinquitur arbitrio iudicis. l. 2. § quæſtioni, & in l. 3. §. eundem. ff. de quæſtionib.

Tormenta. Cum quis per indicia tormentatur ſuper aliquo crimine, & ſuper illo non fatetur, ſed ſuper alio crimine, in quo imponitur pœna mortis: unde non debet quærere ſpecialiter, ſed generaliter, quis fecit homicidium, ubicunque æquitas mouerit iudicem, tunc ſi fatetur de alio crimine, quàm de quo agitur: aut eſt connexum primo, & tunc punitur, ut ff. de adulter. l. ſecunda. aut non, & tunc in illo iudicio non punitur, tamen confeſſato crimine delictum eſt factum notorium iuris, ideo incipit iudex competens ex officio ſuper confeſſato crimine proceſſum ſuum, etiam ſi clericus confeſſus ſit coram ſeculari iudice, & condemnabitur ex illa confeſſione, niſi probet errorem uel confeſſionem ſuam in alio caſu intellexiſſe, ut in cap. cum ſuper extra de elect. quia crimina undique claruerunt iudici, ſunt punienda & idem ſi quis ex abrupto cõfitetur, ut dicit Azo in ſumma de confeſ. quia tunc a confeſſione incipit. Domi. Andr. in conſtit. ſi quis damna. de dam. cland.

Tormenta. Si per teſtes eſt probatum maleficium, non requiritur tortura. ff. de quæſtionib. l. edictum. argumento l. 1. §. quæſtionem. ff. ad Senatuſconſultum Syllanian. in glo. iudices tamen crudeles dicunt uelle torquere propter ſocios. Item ut conuictus per teſtes fateatur, ut non poſſit appellare l. 2. ff. quorum appellationes non recip. l. obſeruare. C. eod. tit. aliàs ſemper peccat in hoc iudex, cum beneficium appellationis non debeat negari. Dominus Andr. in dicta conſti. ſi quis damna. Item ſi tormenta iniuſte dantur, non præcedentibus indicijs, uel ſemiplena probatione, & confitetur crimẽ, & perſeuerat, illa confeſſio & perſeuerantia non tenet, nec præiudicat, ut in c. tormenta. & D. Andr. in d. conſti. uide Bart. in l. de minore. §. plurimum. ff. de quæſtio.

Tormenta. Quando unus teſtis deponit de uiſu, eſt ſufficiens ad torturam, & quando requiritur uilitas uitæ & famæ, & quando quis ſine indicijs confitetur in tormentis & perſeuerat, an ſibi præiudicat, & tortus oportet in eis perſeuerare, iudex debet ponere terrorem in tormentando, quando tortus confitetur de ſe & de alijs, & poſtea corrigit dictum ſuum de alijs, dicendo quòd non eſt uerum, an creditur ſibi? per Dominum Andræam in dicta conſtitut. ſi quis damna.

Tormenta. Si in libello accuſatoris, vel in capitulis non ponitur, quòd ſi delictum conſtat per indicia legitima, quod ponatur ad torturam, an ex legitimis indicijs ſit tormentandus? dic quòd non, vt in cap. 1. uer. in eadem eſt quæſtio, & ſeq. de cont. inter Domi. & vaſal. col. 10.

Tormenta. An liber homo poſſit ſe dare priuato, vt torqueatur ad inueſtigandum crimen? Vide per Bartolum in l. cùm creditor. ff. de furt.

Tormenta. Si quis torquetur & confitetur delictum, poſtea extra torturam negat: an ſit redigendus ad carceres? vide Bal. in l. fina. C. de proba.

Tormenta. Deuenitur ad tormenta cum aliter veritas non poteſt inueniri, vnde ſi conſtat per depoſitionem, vel teſtes, non venitur ad ea, vide per Bart. in l. edictum. ff. de quæſtio.

Tormenta. Si accuſatus ponitur in tormentis, vt ſciatur ab eo veritas, & eſt tortus, quando interrogatur debet dari iuramentum de veritate, vide in Specu. de accuſ. ver. cæterum confeſſio torti. Item ſi quis tortus confitetur, poſtea extra torturam negat, an reducatur ad tormenta? vide Baldum in dicta l. fin. C. de probatio. & eſt dictum ſupra.

Tormentatus ſi poſt tormenta reducitur ad acta, & negat omnia dicta in tormentis, an iterum ex eiſdem actis ſit tormentandus? vide l. ſi quis. C. de cuſtod. reorum. per Barto. & ſi non fatetur an ſit abſoluendus? vide l. ſi quis. C. ad legem Iuliam maieſtatis.

Tranſigere poſt litem conteſtatam in cauſa ciuili non licet ſine licentia Curiæ, & ſi fiet condemnatur reus in tertia parte datorum, ſi negat ſibi nihil datum eſſe, vel promiſſum, ratione mendacij ſoluit duplum tertiæ prædictæ, vide in conſtitutio. ſponte volentibus. Et iſta conſtitutio habet locum in mutuo, depoſito, & commodato, vt in gloſ. In alijs contractibus in 30. parte, vt in conſtitutio. conſtitutionis, in quibus cauſis petatur trig. Sed quid ſi nihil fuit datum, ſed per pactum diſcedunt a lite ſine licentia Curiæ? dic quod in decima parte litis tenentur Curiæ.

Trigeſima. Baiuli recipiunt trigeſimam de omnibus cauſis realibus, & perſonalibus, tam de rebus mobilibus, quam ſtabilibus, præterquàm in commodato, mutuo, & depoſito, & recipiunt a conuento, cum ſententiam dant, & ſi abſoluitur, exigitur ab actore, vt in gl. & ſi tranſigatur ab vtraque parte ſoluitur. Et ſi contra faciunt Baiuli, in duab. libris auri puniuntur, & tenentur de periurio, vt in conſtitutio. conſtitutionis, quib. mod. pet. trige. & hæc debetur Baiulis. Eſt alia, quæ debetur iudicibus, Baiulis, & actorum notario pro ſubſcriptione, & debetur poſt latam ſententiam cauſa finita tranſactione. Sed lite conteſtata faciunt ſe cautos captis pignoribus ad ſuum arbitrium ab vtroque. Sed ſi eſt cauſa poſſeſſoria, tunc debetur ſexageſima, de actione iniuriarum debetur trigeſima, de eo quod eſt deductum in æſtimatione in ſententia, vide ſupra in verbo, iniuria. Hæc ſunt vera in iudicibus non ſalariatis, alias trigeſima debetur fiſco: vide conſtitutio. circa. de ordi. iudic. in qui. rebus petitur trigeſima. Sed ſi reus ante litem conteſtatam fatetur non animo litigandi: iſto caſu non eſt paratus ſoluere, ſed expectat mandatum a iudice, ſoluet trigeſimam propter laborem iudicis in mandato. Sed ſi fatetur ante litem conteſtatam & dicit, volo ſoluere infra decem dies, ita quod eſt paratus ad expeditionem, non debetur trigeſima. Do. Andr. in dicta conſtitu. Et prædicta militant tam in terris Demanialium, quàm Baronum. Et ſi Rex vel Comes cognoſcit de feudis, debetur trigeſima. Domin. Andr. in conſtitutio. cum circa. Sed quia debetur trigeſima vna Baiulis tantum, vt in dicta conſtitu. conſtitutionis, & alia iudicibus Baiulis & actorum notario, an in poſſeſſorio iudicio ſoluetur Baiulis tantum ſexageſima? & puto quod trigeſima debetur Baiulis, & ſexageſima iudicibus, per conſtitut. cum circa, quæ in nullo corrigit conſtitutionem, conſtitutionis. Et ſic puto quòd Baiuli de omnibus petunt trigeſimam: & iudices & alij petunt ſexageſimam, vt in dicta conſti. cum circa. Sed quia in tex. dictæ conſtitu. cum circa, dicitur, quod debetur de compoſitionibus maleficiorum trigeſima: puto, quòd hoc habet locum in minimis furtis, in quibus ſecundum gloſ. Baiulus cognoſcit, ut in conſtitutio. officiorum.

Tutor, vel curator licet a principio ſit curator, vel tutor, ſi tamen in proceſſu non apparet de eorum authoritate, proceſſus eſt nullus. Domi. Andr. in conſtitutio. exceptiones, de excep. vbi vide omnino, & Bal. in l. licet. C. de procurato. Sed an tutor poſſit emere rem pupilli? dic quod ſi ſolus eſt tutor, non poteſt. l. ſi in cautione. §. finali. de contrahen. emptio. Sed ſi habet contutorem poteſt cum authoritate eius. l. pupillus. §. ſed enim, de authorita. tutor.

V

VASALLI Demaniales, vel villani ſi acceſſerunt ad habitandum in terris Baronum, vel Prælatorum ad requiſitionem officialis Regis, infra tres menſes extra prouinciam cum tota familia debent remitti ad Demanium: & Baro, qui ſcienter retinet & non remittit, punitur in libra vna auri. Et econtra vaſalli Baronum, & villani, qui accedunt ad habitandum ad terras Demaniales, vel in terris Comitum, vel aliorum Baronum quorumcunque infra prædicta tempora, qui requiſitione facta officiali Regis, &c. per ipſum Baronem, debent ipſi vaſalli reddire cum familia & bonis eorum, vt in conſtitutio. quiſquis de burgenſibus. Item officiales Regis, qui requiſiti a Barone ut remittat vaſallos ſuos ſtantes in Demanio, & ipſos vaſallos non cogunt redire, puniuntur in media libra auri, vt ibi notatur. ¶ Sed infra quantum tempus dicti vaſalli, vel villani Demaniales, vel Comitum & Baronum, vel aliorum poſſint peti, ita quod vaſallus non poſſit opponere de præſcriptione: glo. in dicta conſtitutione format hanc quæſtionem, & non ſoluit, ideo cogita per te. Sed quia tex. dicit, ſi Baro, vel alij officiales requiſiti, &c. quid ſi Baro ſcit vaſallum Demanialem, vel alterius Domini fore in terra ſua, an teneatur ipſum reſtituere ſine requiſitione? dic quod ſic, alias incidit in pœnam prædictam, quia tunc debet requiri, quando ignorat vaſallum eſſe in terra ſua, vt ſupra, alias ſi ſciens, tenetur ſine requiſitione, ut dicit gloſ. fin. dicta conſtitut.

Vaſalli Demaniales, vel qui ſunt reuocati ad Demanium nullus Baro poteſt retinere recommendatos, ſed ipſos ad ciuitates Demaniales Baiulis, vel alijs officialibus ſine difficultate aſſignent. Et ſi quis Baro fecerit contrarium punitur publicatione omnium bonorum: & dicti vaſalli recommendati ab ipſis Baronibus ſi poſſeſſiones tenent cogentur ipſas vendere, & Barones debent cogere vaſallos ſuos ad emendum eas, vt in conſtitutio. ſubiectorum, de hominibus Baronum. vide quæ ſcripſi in verbo, Barones.

Vaſalli. Dominus non debet vaſallum contra iuſtitiam aggrauare, nec ab eo auferre quid iniuſtè. Et qui hoc fecerit damnatur vaſallo uictori ad expenſas, & tunc ſoluit duplum, ut in conſtitu. præſenti, de ho. Baron.

Vaſalli non tenentur adiuuare Dominũ iniuſte præliantem, ut in decima colla. hic incipit conſuetudo, Barto. in l. ſi quis. ff. ad legem Iul. maieſtatis.

Vaſalli an poſſint habitare in alijs terris inuitis Dominis præſtando eis ſeruitia debita? dic quod non, ſed tenentur habitare in terris ipſius Domini, unde ſunt uaſalli. Ratio, quia Domini & Reges concedunt terras Baronibus & vaſallis hac conditione vt ipſi uaſalli non recedant de terra, unde ſunt. Sed hæc conditio non exprimitur: nam uidetur conſuetum ſic dari tacite, nam uidetur ſub hac conditione datum, niſi contrarium conſtet, unde D. Andr. in dicta conſtitutio. quiſquis de Burgenſibus.

Vaſalli Comitum, & Baronum, & prælatorum, & militum tenentur ſubuenire ipſis tantum in cauſis infraſcriptis, uidelicet, pro redimenda perſona ſua, dum forte in exercitu ab inimicis Regis capitur in ſeruitio Regis. Item pro faciendo filio milite. Item pro maritanda filia, uel ſorore. Item pro emenda terra aliqua, ea tantum uice, cum eam ement. Item pro ſeruitio Regis, uel exercitus ſui, moderate tamen in his, quæ pro Regis corredo dantur. Prælati uerò in his tantum caſibus a uaſallis, quos tenent a Rege, ſubſidium petunt pro conſeruatione ſua. Item cum ad conſilium per Dominum Papam uocantur. Item pro futuro exercitu Regis, ſi in exercitu fuerint, uel ſi promiſerint pro ſeruitijs ſuis eos. Item pro corredo Regis, cum ad terras eorum hoſpitatus fuerit, uel quando contigerit pro corredo ab eis exigunt, in prædictis caſibus moderatum adiutorium exigunt, ut eſt tex. in conſtitutio. quamplurimum, de adiutorio exigendo. Sed an iſta contribuere teneantur uaſalli, tam qui ſunt feudatarij, quam alij Burgenſes? glo. dicit quod feudatarius tenentibus bona de feudo. Domi. Andr. dicit quod tenentur etiam contribuere cæteri Burgenſes. Sed per capit. Regni, quod incipit, Comites. de ſubuentione uaſalli, ſtatuitur, quod uaſalli tenentur ſubuenire Dominis pro medietate ſeruitij, quod præſtant Regi altero anno. ita quod non excedit medietatem collectæ generalis terræ illius anni. pro alijs uero neceſſitatibus ſupraſcriptis, & alijs in conſtitutione comprehenſis tenentur ſubuenire moderate ſecundum facultatem uaſallorum, & qualitatem Domini, pro quo adiutorium petitur. & ſi eſt diſcordia de facultatibus uaſallorum, & de pecunia, quæ eſt neceſſaria Domino pro illo negocio, pro quo petit ſubuentionem, recurritur ad Iuſtitiarium Regionis. Sed an domina, quæ habet dotarium in terra feudali exigat adiutorium a uaſallis in caſibus prædictis? Domi. Andr. concludit quod ſic, quia habetur loco Domini ſua uita durante, licet per cap. Regni, mulier lucretur dotarium. Sed ſi quis eſt uſufructuarius alicuius terræ, an habebit a uaſallis prædicta? Domi. Andr. dicit quod non. Sed an hæc conſtitutio habeat locum in Rege, ut poſſit exigere iſtas ſubuentiones? aliqui dicunt quod non. Sed Do. Andr. dicit quod ſic, & propterea Honorius addidit, quod Rex pro militia ſua & fratris exigit adiutorium, etiam pro fratre & conſanguineo uterino tantum. Vnde Rex pro faciendo fratre milite exigit a toto Regno. 12. millia unciarum, & ſic pro militia ſua. Item quia uaſallus dicitur pro ſeruitio in corredo Regis. Dom. Andr. dicit corredum eſt ſeruitium Regis.

Vaſalli tenentur ſubuenire Baroni, ſi fratrem ſecundogenitum ſuis expenſis militem fieri fecerit. & iſta ſubuentio debet eſſe moderata pro facultatibus hominum, & expenſarum quantitate pro dicta militia, non minus quàm pro maritanda ſorore, occaſione cuius, quæ a communi patre maior frater ſemper habere dignoſcitur, ex debito tenetur, licet frater diſceſſerit a familia fratris ſui, contradicendo rediens, quandocunque militiam ſibi debitam abſque alterius timore repulſat: de bonis patris a fratre petere, & habere poteſt iuxta

iuxta conſuetudinem Baronum & aliorum nobilium in Regno: fratres ſecundogeniti tenentur Regi ſeruire pro ſeudo equis & armis ipſius primogeniti, vt dicit glo. j. & vide prædicta in conſtitutio. Comitibus. de adiuto. pro militia. Sed quis moderabit ipſa alimenta? dic quod prætor aduertendo prout defunctus ſolitus erat facere relationem de his, quæ tempore erogationis habet frater, vt dicit glo. 1. de iſto moderamine, vide cap. Comites. de ſubuentione a vaſall. quod determinat quis moderabit eas, vt proximè ſcripſi, inſtruatur artibus, vt gloſ. hic. vide quæ ſcripſi ſupra in verbo Baro. & in verbo frater.

Vaſalli Demaniales ratione feudi, vel caſtri, quod recipiunt a Baronibus, prælati vel alij non poſſunt obligare perſonas eorum ad aliqua ſeruitia in pecunia, vel rebus, præſtando pro ipſis feudis, cum Rex ſit Dominus perſonarum vaſallorum ſuorum Demanialium, non obſtantibus obligationibus inde appoſitis, & iuramentis vallatis, vt in conſtitutio. quia frequenter. de hominibus non detinen.

Vaſalli alicuius feudi ſi habeant in Demanio, procurator Curiæ dicit quod illi vaſalli ſunt Regis, & feudatarius dicit quod eſt de feudo ſuo, & diſtinguitur, aut Dominus feudi qui poſſidet feudum in terra Demanij, dicit ad ipſum feudum aliquos homines pertinere, aut poſſidet homines, quos dicit eſſe ſuos. Primo caſu ſi contenditur de vero dominio, debet probare ea quæ petuntur, vt ſupra de probatio. in conſtitutio. in cauſis. Sed ſi de communi Dominio vel præfinito, quia poſſeſſio feudi, ad quod dicit dominium pertinere, multum facit pro eo, iſto caſu debet probare. Primo quod tempore Felicium Regum prædeceſſores ſui ipſum feudum tenuerunt, & iurauerunt homines ipſi. Secundo quod de feudo ipſo aliquid tenuerunt. Tertio quod hodie aliquid tenetur. Secundo caſu, quod plus eſt ipſos homines poſſidere, de quibus eſt quæſtio, quàm feudum probando duo tantum. Primo quod prædictis temporibus ipſos homines ipſe vel anteceſſores ſui tenuerunt. Secundo quod eiſdem temporibus ipſi, vel anteceſſores ſui de hæreditate, vel feudo tenuerunt aliquos homines, de quibus eſt quæſtio. Et hoc in probatione quaſi dominij ſupradicti. probationibus autem prædictis oneratur poſſeſſor ratione iuris Dominij, pro Imperatore prima facie faciente, vt in conſtitutio. ſi dubitatio. de prob. per inſtrumenta, &c. Sed an proſit etiam Demanialib. præſcriptio? glo. tenet quod non. Dominus Andræas dicit quod ſic, cuius hominum memoria non exiſtit, quod habet vim priuilegij, vide hic. & de modo agendi per procuratorem Curiæ, vide gloſſam. Et ad probationem prædictorum, dic quod ſi conſtat eſſe Caſtrum, quod non poteſt occultari, vel conſtat feudum petitum eſſe quaternatum, vel quia poſſeſſor hoc fatetur, tunc Dominus ſeu procurator Curiæ vendicabit ratione nudæ proprietatis, poſſeſſor rationabiliter poſſeſſionem probat ad ſe pertinere, ſed ſi non conſtat per probationem agentis, vel confeſſionem conuenti, quod feudum petitum ſit actoris: & actor dicit de facto feudum ſuum, debet hoc probare, & ſi conſtat quod dedit ipſum feudum, oportet quod probet cauſam, quare ad ipſum eſt reuolutum. Dominus Andræas in prædicta conſtitu.

Vaſalli Baronis ſi damnantur ad pœnam pecuniariam, applicatur Baroni vt iudici ordinario, ſi damnatur ad publicationem bonorum Burgenſat. eorum tenet ſententia, exceptis his quæ tenentur a Barone ſine Rege: vnde ſicut perſona eſt Regis, ſic & bona, & ſpecialiter ea, quæ alias non præſumuntur veniſſe a feudo, vide gloſ. & Do. Andr. in conſtit. poſt mortem, de morte Baronis.

Vaſalli Demaniales ſi habendo copiam iudicis competentis ad forum iuriſdictionis alienæ conuolauerint, regia iuriſdictione contempta, de his quæ ad Curiam Regis pertinẽt, pœna confiſcationis bonorum puniuntur, vt in conſtitutio. cum Iuſtitiarij copia &c. de ſacramento a Baiulis, &c.

Vaſalli eccleſiarum non trahuntur ad iudicia ſecularia, niſi in criminalibus, contemptus defenſis, & in portatione armorum, vt in cap. item ſtatuimus. ſub rubr. quod vaſalli, &c.

Vaſalli vel villani, uel angarij Comitum, Baronum, uel Prælatorum in bonis quæ emerunt, uel quolibet titulo habuerunt in terris Demanij de illis poſſeſſionibus, &c. poſſunt facere ad eorum uelle inter uiuos, & in ultima uoluntate, & Barones in nullo penitus tenentur pro ipſis bonis, quæ habent in Demanio. & licet ſunt caſus in quibus uaſalli tenentur iuuare Dominium pro ipſis rebus, non poſſunt tamen cogi per tex. huius conſtitutio. qui dicit, nullo iure tenentur Dominis ſuis. & ſi moriuntur ab inteſtato deſcendentibus, uel aſcendentibus, uel collateralibus non ſuperſtitibus, fiſcus ſuccedit tanquàm ultimus ſucceſſor in feudatarijs defuncti, & qualitercunque quæſitis excluſo Domino, & Barone ſuo in bonis feudalibus, quæ ipſi uaſalli tenent a Barone, ſi non ſuperſunt aſcendentes, uel deſcendentes, uel collaterales, ipſe Baro ſuccedit in ipſis feudalibus tantum, ſi ipſe uaſallus, uel uillanus fuit Baiulus, uel gabellotus Baronis & moritur, ut ſupra, bona quę habebat in Demanio non confiſcantur, niſi reddita ratione Baroni de Baiulatione: & ei ſatisfiet, ſi opus fuerit ſuper ipſis, ut in conſtitutio. ſi contigerit. de bonis Baronum. Nota quia tex. dicit, in hæreditarijs, & quolibet iure quæſitis, ſi fiſco eſt potior, & ſic uidetur tam in bonis quæ uaſallus uel uillanus habet in Demanio, quàm in terris Baronum ſuorum in Burgenſaticis, fiſcus eſt ultimus ſucceſſor. Sed puto quod illud referatur ad principium huius conſtitutio. ubi loquitur de bonis hæreditarijs acquiſitis in terris Demanialibus. Sed cogita, quia tex. loquitur indiſtincte de omnibus. Nota gloſ. qualitercunque, quod tenimenta quæ habet uaſallus a Domino non in feudo non alienat ſine licentia Baronis.

Vaſallus. Quando Baro uult uendicare uaſallum, qui prætendit ſe Demanialem, uel alterius Domini, debet probare plene per priuilegia conceſſionis, uel inſtrumenta emptionalia, uel per teſtes qui interfuerunt conceſſioni, qui in eorum exceptionibus audiuntur, uel qui probent, quod ipſi uaſalli, uel anteceſſores præſtiterint iuramentum fidelitatis ipſi uendicanti, uel anteceſſoribus ſuis, uel in omnibus ut uaſalli ſibi paruerunt, & quòd in Curia eorum, uel eius oſtenderunt in iure, uel tenuerunt, uel tenent terras a Curia eorum, quibus deficientibus, uel aliquo ipſorum nulla eſt probatio, uide tex. & glo. in conſtitutio. probationis defectum. de probatio. Et idem ſi Baro uel miles inquietatur de uaſallagio per Regem, uel alium ſuperiorem, & in omnibus fauetur uaſallis fauore libertatis, ut in libertate ſit. Nota ex glo. quod uaſalli poſſunt uendi nec requiritur conſenſus Regis. Nota quod uaſalli Baronum ſunt in ſeruitute, ut in glo. Sed glo. quærit, ſi uaſallus eſt actor, quia prouocat ſe ad libertatem, an ſeruentur iura iſtius conſtitutio. dic quòd non. Sed quæro, uaſallus confitetur in iudicio, quod eſt uaſallus actoris, an præiudicet Domino, uel alteri, qui prætendit ius in eo? Dominus Andræas dicit quod non. Sed an uaſallus poſſit uendi, uel alius contractus de eo fieri? dic quod ſic ut in glo. Nota ex gloſ. quod filius uaſalli mei eſt uaſallus meus. facit l. nam. ff. pro ſocio.

Vaſallus ſi fideiubet pro Domino in cauſa criminali, ſi non liberatur a fideiuſſione per Dominum ipſo iure liberatur ab homagio. in cauſa uerò ciuili, ſi dominus non liberat uaſallum a fideiuſſione, tenetur uaſallo ad damna & intereſſe, & habet licentiam uaſallus pignorandi propria authoritate Dominum in rebus mobilibus, deinde in hæreditarijs, & in ſubſidium in feudalibus, & propria authoritate uendit mobilia ſtatim, poſtquàm ſoluerit pro Domino, & hæreditaria per annum a die pignorationis & ſolutionis feudalia tamen pignori obligare non poterit, ſed de fructibus ei ſatisfiet, ſi Dominus fideiubet pro uaſallo in ciuilibus eſt, quod ſupra eſt dictum in uaſallis contra Dominum, ſi faciet Dominus contra uaſallum, in criminalibus uaſallus perdit quicquid tenet a Domino, ſi non liberat ipſum Dominum a fideiuſſione, uide conſtitutio. ſi Dominus. de fideiuſ. Domini a uaſallis. Et quid ſi negat ille, qui eſt pignorandus? dic quod iura communia non ſunt correcta. Dominus Andræas. Sed uſque ad quod tempus debet expectare uaſallus dominum, uel dominus uaſallum? glo. dicit quod ſi diu ſteterit, & hoc arbitrio iudicis, uel ſi fideiuſſor ſoluerit, uel ſi fideiuſſor cœperit dilapidare bona ſua. l. ſi pro ea. C. mandati. & ita dicit alia glo. in dicta conſtitutione. Et antequàm uaſallus fideiuſſor pignoret Dominum, uel dominus uaſallum, ut ſupra, debet ei nuntiari tribus uicibus, ut in glo. prædictæ conſtitutio.

Vaſallus, Barones iurant Regi legitimum homagium, Baro dat iuramentum fidelitatis, & homagij, & debet aſſecurare Baronem de uita mulieris, de captione perſonæ, terreno honore, cõſilium quod ei crediderit nulli reuelabit, & ſi quod ſiniſtrum de eis audiuerit per ſe uel per alium reuelet, ſi prius non poterit diſturbare, & non erit in conſilio, uel conſenſu, quod dominus perdat terram, quam habet, & procurabit ipſos defendere pro poſſe, mandato, & ordinatione fidelitatis Regis, & hæredum ſuorum ſemper ſaluo, ut in conſtitutio. domini a uaſallis, de aſſecuratione domini, &c. Et ſi controuerſia eſt inter Regem & Baronem, uaſallus debet pro maiori domino ſcilicet Rege, ut ibi glo. Et ſic dominus tenetur uaſallo in fidelitate, & in omnibus, in quibus non tenetur ei uaſallus, præterquam in iuramento fidelitatis, ita dicit Dominus Andræas in dicta conſtitutio. Sed nunquid uaſallus uaſalli Regis iurat ipſi Regi? dic aut tenet aliquid a feudo, & iurat, aut non, & tunc non iurat. Domi. Andr. ibi. Et differt a ſacramento fidelitatis & homagij, quod præſtatur Regi, nam illud quod datur dominis inferioribus non eſt ligium, id, quod fiet Regi dicitur ligium, quia cum uaſallus iurat, & facit homagium Regi, utitur manu ſua in manus Regis, ſicut quotidie uidemus, uide gl. in d. conſtitutio. Differunt etiam, quia iuramentum quod fit Baroni fit ſalua fidelitate Regis, quod non fit ſic in Barone.

Vaſallus ſi publice fuerit requiſitus a domino ut pro eo fideiubeat, & noluerit, & felloniam contra ipſum, filios, uel uxorem fecerit, uel ſeruitium debitum ter monitus non ſoluit, uel conuentus coram domino facere noluit quod fuit ſibi iniunctum, priuatur & poterit diſſaſiri de feudo, quod tenet a domino, ut in conſtit. ſi uaſallus. de fideiuſ. uaſal. Et iſtis caſibus quis cognoſcit, an ipſe dominus propria authoritate, uide ibi plene per dominum Andræam, & ſupra, in uerbo Baro, ubi plene ſcripſi, quia cognoſcũt compares feudatarij: ſi habet dominus alios feudatarios, aliàs cognoſcit Iuſtitiarius, ut hic

Domi. Andr. Sed quid ſi hic feudatarius conuenitur actione perſonali, uel reali, de quibus poteſt priuari feudo? Domi. Andr. hic. Sed quia text. dicit, poterit diſſaſiri, intelligas, id eſt, poterit petere dominus, vel feudatarius, quod priuetur poſſeſſione per ſententiam. Domi. Andr. Et ſi dominus non fideiubet pro vaſallo in criminali, vel cum acriter verberat, vel ſi cum vxore, vel filia inuita concubuit, perdit vaſſallagium. Domi. Andr. ibi. Sed quia tex. in dicta conſtitut. dicit ter monitus, non requiritur in Rege hæc trina monitio. Domi. Andr. ibi.

Vaſallus. An filius vaſalli mei ſit meus vaſallus? dic quòd non, etiam ſi tenet aliquid de feudo, vt in conſtitutio. domini a vaſallis. de aſſecur. do. a vaſallis. Et intellige ſane de feudatario, ne videatur contradixiſſe in verbo, vaſallus, lo primo, in ſi.

Vaſallus. An vaſallus vaſalli mei mihi debeat iurare homagium? dic quòd ſi tenet aliquid ex illo feudo, quod tenet vaſallus meus, tenetur, aliàs non. Domi. Andr. in conſtitu. domini a vaſallis, de aſſecurando domino a vaſallis.

Vendens hominem liberum debet ipſum redimere ſi poteſt, & ipſe efficitur ſeruus Curiæ, & reſidua bona publicantur, & ſi redimi non poteſt tradendus eſt parentibus venditi pro ſeruo, bonis eius confiſcatis, & ſi venditus redierit vendens remanet ſeruus Curiæ cum filijs ſuis, quos poſtea generauit, vt in conſtitu. qui ſciens hominem liberum, &c.

Vendentes debent vendere cum legitimis ponderibus, & menſuris a Curia receptis. Sed ſi fraudem fecerint, incidunt in pœnam. Et quid de vendentibus pannos, qualiter debent menſurare? vide quæ ſcripſi de iſta materia ſupra in verbo, mercatores.

Vendere an quis cogatur carnes, & alias merces? & ſi aliquibus non vult vendere, an teneatur actione iniuriarum, & ſic in tabernario & ſtabulario? dic ſi vendunt eorum bona, & eorum pecunijs empta, non coguntur vendere niſi cui placuerit: ſed ſi ſunt carnes vniuerſitatis emptæ ex pecunia vniuerſitatis, tunc tenentur vendere omnibus. Et ſi macellator eſſet ſtatutus per communitatem, & promiſit omnibus vendere, non cogitur vendere hominibus odioſis. Domi. Andr. in conſtitutione, omnes. de violent. meretricibus illa. Barto. in l. 1. §. cura. de officio præfe. vrb. Et de materia vide Barto. in l. 1. ff. de fur. aduerſ. nau. & Domi. Andr. in c. 2. §. iniuriæ. de pace iuramen. firman. Bart. in l. non ſolum. §. morte. in quinta col. de noui oper. nunc. & Bal. in l. 1. C. de epiſc. audien. vbi plene ponit.

Venditor prædij ſi non dixit de tributo, ſciens prædium tributarium, tenetur ex empto, ſecus ſi ignorauit, puta, quia hæreditarium. l. ſi ſterilis. §. 1. ff. de actio. emp.

Venenum ſi quis vendiderit, vel alteri dederit, ſecúmque habuit, etiam ſi ſit neceſſarium ad aliquam confectionem, tenetur pœna capitali: & ſic de quolibet poculo & comeſtione amatoria, vt faciunt mulieres viris, vt eas diligant, licet aliàs non læderent, ut in conſti. 1. 2. 3. & 4. de venefic.

Victualia quando conceduntur extrahi de portubus per mercatores ex mandato Regis, quemadmodum tenere debent Portulani & mercatores, qui gratiam habent a Rege. uide cap. ſuper extractione victualium. in rub. aliud ſtatutum ſuper extractione.

Victualia de prouentibus ex maſſarijs, vel ex terragijs poſſunt extrahi ſine aliqua ſolutione emptitia non ſine iure exituræ, dummodo quòd de portubus extrahantur, & licita ſoluantur, & ad portus licitos a centum ſalmis infra, & det fideiuſſorem, &c. vt in cap. item ſtatuimus, in rub. quod quilibet poſſet, &c.

Villani, & angarij, & perangarij, & iſtæ aliæ perſonæ. vide Domi. Andr. in conſtit. proſequentes. de teſti. commit.

Villanus dicitur, qui eſt natus a perſona vili, l. humilem. C. de inceſtis nuptijs. & qui vilia exercet officia: per Domi. Andr. in dicta conſtitut. proſequentes.

Villanus, An dominus poſſit licitè verberare moderate villanum? dic quòd ſic: ſed non acriter. vide glo.

Villanus vel angarij, de bonis quæ habent in terris demanialibus poſſunt facere ſuum velle inter viuos, vel in vltima voluntate, vendendo, donando pro anima, &c. Et in nullo tenentur Baroni domino ſuo, etiam in caſu, quo vaſallus tenetur dominum iuuare. Et ſi moritur inteſtatus, deſcendentibus, aſcendentibus, vel collateralibus non ſuperſtitibus, ſuccedit fiſcus. Item Baro & dominus ipſius villani ſuccedit villano in rebus, quas tenet a feudo ſuo, quando moritur ab inteſtato, & deſcendentibus, vel aſcendentibus, vel collateralibus non ſuperſtitibus: & ſic Baro eſt vltimus ſucceſſor in bonis, quæ tenet a feudo ſuo: quod bene nota. uide textum in conſtitu. ſi quando. de hominibus Baronum. Sed an Baro præferatur uxori ipſius uillani, uel uaſalli? uidetur quod non, quia uxor præfertur fiſco, ut in dicta conſtitu. ſed puto contrarium. Nec obſtat quòd præfertur fiſco, quia id uerum de iure communi per l. ſi uacantia. C. de bo. uacan. lib. 10. & ſi præferatur fiſco in bonis hæreditarijs, ſed in bonis feudalibus iſta conſtitu. extenditur ad ſucceſſionem etiam ad collaterales, ut præferantur Baroni, & non debet extendi ad uxorem, quia conſtitutiones ſunt ſtricti iuris, & iſto caſu iſta conſtitu. eſſet in damnum Baronis, ut collateralis præferatur ei, & in marito non extenditur ad uxorem.

Violentia ſi eſt illata uiduis, pupillis, & miſerabilibus perſonis, uel eccleſiaſticis, & eorum rebus in cauſis non procedatur ordinarie, ſed ſummarie, & de plano ſine libello, & litis conteſtatione & figura iudicij terminabitur, ſed reſtitutio rei per iudicia contra uiolentum, uel cauſa ab eo ſequitur. & pœna infligenda eſt uiolento, ſi iudiciario ordine conuincatur, uide c. de uiolentijs, in rub. de offenſis & uiolētijs.

Violentia. Si quis per uiolentiam deſtituerit aliquem poſſeſſione rei immobilis, reſtituta prius ipſa re cum omnibus obuētionibus, uiolentus uel poſſeſſor uniuerſalis in medietate precij rei ablatæ per uiolētiam mulctabitur, & ſic non cadit totaliter a iure ſuo in totum, quo ad proprietatem rei ſuæ, uel in tota æſtimatione, ſi non propria, raptor rei mobilis tenetur in quadruplum, & emolumētis omnibus, ut in conſti. uiolentias. de uiolentijs.

Vis publica quando dicitur fieri? dic quòd oportet quòd probetur quod portauit arma ad offenſionem accuſantis, uel alterius, uel quod fiat uiolentia in corpore animato uel non animato, uel cum conuocaſſet homines ad hoc, uel ad alium actum proceſſiſſet, licet non perfecerit, tenetur pœna portationis armorum. l. fi. de ui pub. & una per aliam non tollitur, uide Domi. Andr. in conſtit. attentionis, de portatione armorum. Vnde ſi non permitto uti re tua eundo per publicum locum, & inquieto te cum armis perturbando te in poſſeſſione tua, unde oportet uim fieri in perſonam, uel in re, uel quòd conuocem homines ad illud faciendum, licet non faciam, teneor de ui publica & de portatione armorum, unde fundum tuum armatus expoliando tenetur ipſa pœna, ut ibi per Domi. Andr. & intrando fundum & non dando damnum teneor, niſi cauſa ſalutis, & hoc probo, ſi committitur ſine armis & cum hominibus teneor de ui priuata, ut ibi. ¶ Et quæ ſit pœna legis Iuliæ de ui publica, uide, quia eſt publicatio omnium bonorum, & de portatione, & de ui priuata eſt publicatio tertiæ partis bonorum, & relegationis, glo. in l. 2. C. ad l. Iul. de ui pub.

Vniuerſitas hominum ſi eſt contumax in ciuili, uel criminali, & non habet bona, quæ uendantur, pœna quæ debetur Curiæ eſt medium Auguſtale pro foculario, & ſatisfiet parti in collectis, uide conſtitu. 1. de contumacia uniuerſitatis. ¶ Item ſi conuenitur criminaliter per ſyndicum ſufficienter inſtructum defendatur, qui habeat ſpeciale mandatum, & procurator conſtituatur ante litem conteſtatam uel poſt, ut in conſti. generaliter iura, de uniuerſitati. ¶ Sed quid ſi inquiritur ex officio, uel ex denunciatione contra uniuerſitatem, an ſeruentur prædicta? tex. dictæ conſtit. dicit quod ſic, quando accuſatur. puto, quod idem ſit quando inquiritur, quia hæc conſtitu. eſt fauorabilis, quia in fauorem uniuerſitatis, de ſeruando honore, &c. quæ loquitur in accuſato, & idem dicit ipſe ſi inquiritur. ¶ Item ſi decem ſunt accuſati, faciunt ſyndicum, ut in c. Regis Roberti, ſtatuimus, &c.

Vniuerſitas ſi exercet merum Imperium, uel ordinat officiales ad ipſum exercendum, punitur in omnibus bonis, ut in conſtitu. ea quæ, ut nullus Prælatus uel Comes, & hoc uerum quando exercet merum Imperium & mixtum. Sed quando iuriſdictionem? dic quòd grauius punitur, ut in conſtitu. cum ſatis abunde, de officialibus reprobatis, uide quæ ſcripſi in uerbo officiales.

Vniuerſitas nihil dare poteſt officialibus, nec eſculenta, nec poculenta, nec imponit collectas ſine mandato Regis, ut in c. Regni, item quod Iuſtitiarij nihil accipiant, &c. uide ſupra quæ ſcripſi in uer. officiales, &c.

Vſura poteſt peti tanquàm intereſſe, non tanquàm lucrum, ut quia paſſus ſum damnum, & aliquid abeſt mihi, ita tenet glo. in uerbo, appellatione. C. de ſum. Trin. in l. 1. & ita dicit ſeruare Curiam Romanam, & glo. eſt in uerbo ſumptuoſum, in d. conſti. uſurariorum, de hoc uide in dec. 14. q. 1. c. quoniā, &c. ¶ Sed quid ſi fundus, uel uinea traditur marito pro pignore dotis? certe fructus non excomputantur in dotem: ſi conſtante matrimonio percipiuntur, nec dicitur uſura, uide in cap. ſalubriter, extra de uſuris, uide ſupra in uerbo uxor, & in uerbo ſoror, & uide glo. in l. 2. de uſuris, & glo. in c. conqueſtus. eo. titu. ¶ Sed quid ſi uxor recipit pignora pro dotibus reſtituendis? Dic quòd fructus excomputantur in ſortem, dicto cap. ſalubriter, ubi Inno. & in l. Titia, de ſolutionib. ¶ Sed quid ſi datur domus in pignus, in qua habitaui? Dic quod debet excomputari penſio quam dediſſem, ſi a Domino eam locaſſem. Spec. in titu. de pig. §. 1. uer. quid ſi obligaſti. ¶ Sed an eccleſia recipiens feudum in pignus excomputet fructus? uide in c. 1. extra de feudis, & Do. Andr. in conſti. mulier quæ dotarium.

Vſura dicitur cū promittitur pœna ubi non intereſt, & uidetur factum in fraudem uſurarum. ff. de act. emp. l. Iulianus. §. idem reſpondit, & tenet Do. Andr. in conſti. uſurariorum, ut ſi promitto tibi reſtituere pecuniam ſub pœna hinc ad decem dies, niſi in termino non intereſt tua, illa pœna eſt uſura. ¶ Sed glo. in l. rogaſti. §. ſi tibi. ſi certa petita. dicit quòd hoc uerum, quando uenit in modum adiectionis, puta, ſi non dabis mihi decem, ſolues 15.

Vſuræ

Vſuræ ſunt prohibitę & nullus det in Regno ſuas pecunias ſub vſuris magnis vel paruis, ſiue Regnicola, ſiue exterus: quod ſi fecerit, damnabitur ad publicationem omnium bonorum mobilium & ſtabilium, & omnibus eſt licitum accuſare vſurarios, vnde ſequatur proprium damnum ſeu incommodum, & illud crimen per cõſtitutionem iſtam eſt publicũ, ſicut crimen lęſæ maieſtatis omniũ exęquata conditio, ut dicit gl.ibi. Itẽ permittitur Iudæis exercere eas capiendo tres Tarenos pro vnc.in anno, vel vnc.vnã de decem tenebitur, ut in cõſt. uſurariorum.de uſur. Et no. ꝙ bona uſurariorũ non confiſcantur niſi damnetur per ſniam ſicut in quolibet, etiam ſi bona ipſo iure cõfiſcantur, requiritur ſnia propter bona, ut in Auth. de inceſtis nup. ver. gl. in prin. Domi. And. ¶ Sed qualiter probetur vſurarius, pone ꝙ unus teſtis dicit, ꝙ uidit quòd mutuauit Titio decem ſub vſuris: & alius dicit quòd uidit, quòd mutuauit alteri quinque, certe iſti ſunt conteſtes, ſicut in probatione poſſeſſionis, quia aliud non quæritur, niſi an dederit pecuniam ſub vſuris, ut ibi late per Dom. And. ¶ Sed quid ſi debitor ſpontè ſoluit uſuras, quia iurat non repetere, an poſſit repetere? dic quod ſic. Dom. And. ¶ Sed quid ſi mutuo pecunias ad vſuras, & recipio periculum, an ſit uſura? dic quod ſic. Dom. And. & extra de vſuris. c. fin. ſed Bal. dicit contrarium in rubr. C. de conſtit. pecu. ¶ Sed quæro, ſi vſuræ ſunt loco fructuum: quare de alijs rebus, ſcilicet de vinea, fundo, domo, &c. licitum eſt recipere fructus, & de pecunia non? vide glo. in d. conſtit. quæ dat multas rationes. ¶ Et prima ratio eſt, quia fructus dat incrementum ex ipſo corpore ſecũdum naturam rei deſcendens, & ideo dicitur acceſſio naturalis. Sed vſura non eſt ex ipſo corpore pecuniæ, ſed eſt incrementum præter naturam, & accidit ex alia extrinſeca obligatione, quæ debetur ex facto contrahentium, vel ex ſtipulatione, & dicitur ciuilis acceſſio ſemper. ff. de verbo. ſigni. l. uſus pecuniæ de rei vendi. l. ſi nauis. ¶ Item lucrum ſit noſtrum quod eſt ex re noſtra ſeu nobis debita, ita eſt noſtrum, & nobis debitum, ut res ipſa. l. ſolum. ff. de rei vendi. lucrum autem uſurarum, quæ eſt extra corpus, cum res ipſa æque bona eſt eiuſdem, ſcilicet, naturæ & qualitatis nobis redditur. Inſtit. quibus modis re contra. ob. in prin. & ſic nobis nil abſit. Item non debemus cum aliena iactura locupletari, &c. Sed quæro an in hoc crimine poſſit interuenire procurator? Dic quòd non, quia eſt crimen publicum, in quo imponitur pęna pecuniaria. Item iſte contractus omni iure eſt prohibitus, & licet quis voluntariè ſoluerit, repetit etiam ſi iurauit non repetere, ut extra de vſuris. c. cum tua. Sed caue, quia debet petere primo abſolutionem a iuramento, extra de iureiu. c. debitores. Et crimen uſurarum, licet ſit eccleſiaſticum, tamen ſi de eo agatur ad pœnam ciuiliter, iudex ſecularis cognoſcit, & ſic de quolibet alio crimine, ut hic per Dom. And. & per eundem in tit. de hæreticis, conſtitutio prima in uerbo a Rege Regum, & in titu. quæ ſunt regalia, in ver. contrahentium, & ibi plenè uide Bal. in l. omni. C. de ſacroſan. eccle. ¶ Et quid ſit ciuile crimen, & quid eccleſiaſticum, & quando de hoc agatur coram iudice ciuiliter non ad pęnam irrogandam iure canonico, ſed ad pœnam ciuilem. Et vtrum iudex ciuilis ſine eccleſiaſtico cognoſcat, & punire poſſit, & ſi de hæreſi, vel ſi contra uſurarium agatur, & de multis alijs quæſtionibus, uide ibidem per Dom. And.

Vſus ſeu ritus, vel ſtylus iudiciorum ſeruatur pro iure, Do. And. in conſtit. lite legitimè conteſtata. & ibi etiam habetur ꝙ uſus iudicij tacitè poteſt omitti, ubi uide per eundem Dom. And. de Iſer.

Vxor proditoris, vel foriudicati, vel alterius malefactoris, an impunita cohabitet cum viro? dic ex iure canonico ex nullo delicto uxor ſeparatur a viro, excepta cauſa fornicationis, etiam ſi vir eſt hæreticus, niſi quando ob cauſam contumeliæ Saluatoris, ut extra de rapto. c. 2. & c. gaudemus, de diuor. 33. q. 1. c. continuo, & c. omnes accuſati, & in ſumma de diuor. Do. And. in conſti. pęna, de vxori. foriudic. Hoc verum, niſi conſenſerit uxor delicto viri, quia tunc punitur, ut ibidem.

Vxor alicuius banniti, vel foriudicati, vel proditoris ſi cohabitat cum marito, an teneatur notificare Curię vel capere ipſum? dic quòd non. ¶ Sed quid ſi vxor uidit uirum in actu committendi delictũ enorme, an teneatur notificare Curiæ, aliàs incurrat pœnam? dic ꝙ non, quia non debet prodere uirum, tamen conari debet quantum poteſt retrahere eum a peccato. Dom. And in conſti. 1. de vxore foriud.

Vxor. Si maritus eſt foriudicatus, & damnatus de delicto, etiam tunc debet habere dotes, & dotarium, & omnia eorum iura ſolita, dummodo non faciat marito foriudicato expenſas, uide conſtitu. pœnam, de uxore foriud. ¶ Item ſi maritus eſt proditor, uxor non perdit dotes, ut in conſti. pater pro filio, & filius pro patre.

Vxor ſi conuincitur de adulterio, traditur uiro, qui procedit ad naſi truncationem: & ſi non vult hoc facere publicè debet fuſtigari, ut in conſtit. legum aſperitatem, de adulte. ¶ Et ſi inuenerit eam in flagranti crimine, vtrunque occidere poteſt, ut in conſtit. maritus, de repudio, uide ſupra plene in uerbo, adultera.

Vxor ſi habet feudum in pignore pro dote lucratur fructus propter onera matrimonij. l. dotis fructus. ff. de iure dotium, Dom. And. in conſti quamplurium, in quibus cauſis Domini a uaſallis, uide c. ſalubriter, extra de vſuris. Et hoc eſt uerum poſtquam dedit illum feudum pignoratum in dotem. ¶ Sed fructus quos ante matrimoniũ habuit, vel ſoluto matrimonio vxor excomputabit ſibi in debito dotis. Dom. And. in conſtit. in aliquibus, de ſucceſ. uide de ipſis fructibus, in ver. ſoror.

Vxor ſi non contraxit matrimonium legitimum in facie eccleſiæ ſacerdotali benedictione interueniente, filij qui naſcuntur non ſunt legitimi, & ipſa perdit dotem & applicatur fiſco. Sed puto quod illud eſt ſublatum propter illam deſuetudinem: quia iſta executio a tempore, cuius in contrariũ non eſt memoria, non fuit facta. Et per iſtam viam puto quod defendantur uxores, ſi de nouo executio talis per fiſcum fieret, quia hæc antiquitas & deſuetudo habet uim priuilegij: & ipſa uxor, quæ dicit ipſam deſuetudinem, eam probare debet, uide in uerbo, conſuetudinem.

Vxor an præferatur fiſco in ſucceſſione mariti forenſis a regno mortui ab inteſtato? glo. dicit fiſcum præferri. Sed Dom. And. dicit contrarium in conſti præſenti. de offi. Secre.

Vxores, ſi maritus propter ſui delictum fuit damnatus, & regnum debet exire, quæ non fuerunt ſecutę maritum in delinquendo debent habere dotes, & dotarium, ut in conſtit. ſtatuimus quòd ſi, in rubrica, quòd ſi contigerit.

F I N I S.

INDEX LOCVPLETISSIMVS IN OMNES IVRIS NEAPOLITANI COMMENTARIOS, HOC VOLVMINE COMPREHENSOS,

Ex maximo Iuris vtriuſque promptuario D. Gabrielis Saraynæ, I. C. Veronenſis depromptus:

Nouiſſimè præter exactiſſimam fideliſſimamq; caſtigationem ordine alphabetico in ſtudioſorum gratiam ita illuſtratus, vt vnuſquiſque ſingulas quas velit materias, facilè ac breuiter inuenire poſſit.

A

ABBAS pro monacho ſuo, vt ei uiolentia, vel iniuria non fiat in perſonam defenſam imponet, quia ſubditus eſt ei ratione obedientiæ, in commen.col.1.nu.40. fol.29

Abbates Sancti Benedicti ex conceſſione Regiæ curiæ petunt adiutorium a vaſallis, ſicut Epiſcopi conſecrati. in commen. colum. 2. num.30. 248

Abdicare, & transferre aliud eſt, & aliud committere. in commen. colum. 1.num.70. 59

Abeſſe aliud eſt, aliud in fuga eſſe. in glo.col.2.in prin. 153

Abeſſe quis dicatur.in com.col.1.nu.70.& ibi in addit. 58

Abeſſe quis dicatur, & quis in fuga eſſe.in com.col.1.nu.40. 135

Abiuratio. vide, Hæretici.

Abſens a loco iudicij, nõ præſumitur in dubio exiuiſſe prouinciam, & ideo tot dies dãtur excuſatori, infra quos poſſit per prouinciam perquirere.in com.col.1.nu.20. 121

Abſens cauſa reipublicæ in quacunque parte iudicij ſit indefenſus, fit reſtitutio.in comm.col. 1.nu.40. 167

Abſens citatus ex quibus poſſit excuſari.in gl.col.1.in prin. 120

Abſens in ciuilibus citatur, quando peruenitur ad ſecundum decretum.in glo.col.2.nu.10. 138

Abſens in contractibus non ſubducitur tempus, quo fuit miles abſens pro eo, & contra eum, & ipſo iure currit, ſed reſtituitur, & an idem ſit in iudicijs. in com.col.1.num.70. 166

Abſens in criminali, an poſſit diffinitiuè damnari. in glo. colum.1. nume.50. 134

Abſens multum dicitur, quando quis eſt in alia prouincia.in comm. col.1.num.30. 121

Abſens non fugiens non capitur in crimine.col.2.nu.60. 152

Abſens præconizatur antequam fiat miſſio in poſſeſſionem eius bonorum.in glo.col.2.nu.10. 138

Abſens quis multis modis dicitur,in com.col.1.nu.10. 121

Abſens reus poteſt confidere de ſua conſcientia, & non comparere timens iram iudicis, & potentiam inimicorum, in commen. col. 2.num.40. 142

Abſens. Sententia criminalis, quando ferri poſſit in abſentem, in glo.col.2.num.10. 138

Abſens. Sententia lata contra abſentem non citatum non ualet. in glo.col.1.num.20. eo.

Abſens vbicunque poteſt damnari, ibi poteſt per procuratorem defendi. in com.col.1.nu.50. 144

Abſentia accuſati excuſatur. vide, Minor vel fœmina.

Abſentia. Tempus eundi & redeundi computatur pro abſentia neceſſaria,in glo.col.2.nu.50. 117

Abſentibus ex voluntaria cauſa nõ ſubuenitur,in gl.col.2.n.30. eo.

Abſentiæ cauſæ debent legitime probari.in gl.col.1.nu.10. 120

Abſentiæ cauſas allegans non tenetur probare, ſed ſuo ſacramẽto creditur, nec tenetur ſatiſdare de præſentando eum in certo aliquo termino. Et an teneatur ſatiſdare iudicatum ſolui, & an teneatur ſatiſdare de ſoluendis expenſis ſi inutile appareat excuſaſſe, in comm.col.1.num.40. 122

Abſentis citati animus ſubterfugiendi, quomodo probabitur.in commen.colum.1.num.70. 125

Abſoluimus in dubijs potius quàm condemnamus, in commen. colum.1.num.40. 32

Abſoluitur qui ſatisfacit ante ſententiam,in com.col.2.nu.70. 92

Abſolutio rei eſt damnatio in actore, in gl.col.2.nu.30. 94

Abſolutio tantum facere debet, quantum condemnatio cum ſolutione.in glo.col.1.nu.10. 53

Acceptilatio inutilis ratione rei, habet uim pacti nudi. in glo. col. 1.nume.10. 189

Acceſſio ciuilis eſt uſura. in glo.col.2.in prin. 13

Acceſſorium. vide Principale.

Accuſare ante litem conteſtatam quis non dicitur, ſed accuſationem inſtituere. in glo.col.2.nu.40. 159

Accuſare & denuntiare idem eſt. in com.col.1.nu.10. 424

Accuſare infames prohibentur.in gl.col.1.in prin. 185

Accuſari, an quis poſſit a pluribus, de pluribus delictis ſimul & eodem tempore,in gl.col.1.nu.20. 169

Accuſans aliquem de ui publica, quod probare debeat. in commen. colum.1.num.30. 19

Accuſans criminaliter plus oneratur in probatione, quàm qui ciuiliter agit,in gl.col.2.nu.50. 182

Accuſans, ſiue denuntians poteſt deſiſtere ſi inde nihil curiæ acquiritur, nec compellitur tunc iurare, vt non deſiſtat ab accuſatione, ſeu denuntiatione, ſed licitè partes poſſunt paciſci poſtquàm ad citationem peruenit. Si uerò aliquid inde ſit aduentum curiæ, tunc debet iurare, aliàs non admittitur. Et ſi iurauerit, & paciſcatur cum parte, poteſt puniri de periurio. Sed de ritu iudiciorum, denuntians, ſiue accuſans obligat ſe ad certam pœnã: ſed hoc non facto, ex ſola libelli obſatione uidetur ſe aliquis inſcribere in com.col.1.nu.20.& col.2.nu.20. 362

Accuſatio. An in accuſatione ſit neceſſe exprimere locum & tempus de iure regni,in com.col.2.nu.70. 439

Accuſatio. Crimina plura ſi ex eodem facto naſcantur, a diuerſis accuſari poſſunt. in gl.col.2.nu.30. 22

Accuſatio criminalis fit etiam per uerbum, Denuntio. in commen. col.1.in princ. 424

Accuſatio. Deſiſtens ab accuſatione ante litem conteſtatam, an incidat in Turpillianum.in gl.col.1.nu.10. 157

Accuſatio. Iudex poteſt præfigere terminum ei, qui dicit velle accuſare & probare, infra quem accuſet & probet, in glo. colum.2. in princ. 51

Accuſatio. Magiſtri Iuſtitiarij non debent facere mouere accuſationem priuatam per preſonerios, uel officiales eorum contra aliquem: ſed poteſtas bene auditur, & recipitur, in commen. colum.2.num.60. 338

Accuſatio maioris criminis, quando non præferatur minori. in glo. colum.1.num.50. 168

Accuſatione deſiſtens. vide, Deſiſtens.

Accuſatione finita fruſtra de pœna agitur,in com.col.1.nu.70. 134

Accuſatione pendente inſtantia criminalis quanto tempore duret. in glo.col.2.in princ. 79

Accuſatio. Nobilis accuſans non trahit accuſatũ ad ipſius iudicem, in glo.col.2.in princ. 73

Accuſatio non impeditur obiectu præiudicialis exceptionis. in glo. colum.2.num.10. 167

Accuſatio publica datur cuilibet de populo, Chriſtiano, non Iudæo, uel alij ſimili. in comm. col. 1. nu. 40. 34

Accuſatio quæ præferatur. vide, Accuſatus ſi ante.

Accuſatio ſi ſit finita per mortem accuſantis, & abolita, nec non per mortem rei, alius, qui vult, poteſt ex integro accuſare, in comm. col. 2. nu. 70. 138

Accuſator contumax poſt litem conteſtatam plus punitur: quæ pœna mulieri accuſanti remittitur. Sed an hoc caſu mulier condemnetur ad tertiam, in comm. col. 1. nu. 40. 159

Accuſator debet accuſare contumaciam banniti, & petere quòd foriudicetur, in comm. col. 1. nu. 40. 144

Accuſator deſiſtens poſt litem conteſtatam grauius punitur, in glo. col. 1. nu. 40. 157

Accuſator dicitur deſiſtere, ſi citatus ad proſequendũ accuſationem, non ueniret, & tunc eſſet pœna, plusquàm Turpilliani, quia eſt extraordinaria pœna. Ita & ſi non ueniret ad peragendum infra tempus a iudice ſtatutum. In ciuili non inuenitur pœna actori non comparenti, quæ fiſco detur, in comm. col. 2. nu. 60. 157

Accuſatore apparente non proceditur ad inquiſitionem, ſed per libellum debet accuſari, quia nemo ſine accuſatore punitur, in gloſ. col. 1. nu. 20. 82

Accuſatore deficiente regulariter in criminibus non proceditur, in glo. col. 2. in princ. 54

Accuſatore deſiſtente ante ſententiam, uel appellatione pendente, ſententiæ executio impeditur, niſi id per fraudem fiat, tamen ſuppletur ex officio, in com. col. 2. nu. 50. 13

Accuſatore moriente accuſatio aboletur, & nomen accuſati deletur de numero reorum, uel poſt annum foriudicari petetur, in comm. col. 1. nu. 60. 134

Accuſatores calumniantes puniuntur ad ſimilitudinem ſupplicij, in glo. col. 1. nu. 30. 158

Accuſator, & accuſatus præcedentibus indicijs torquentur: nec ij excuſantur a tormentis alicuius priuilegio dignitatis, vel nobilitatis, in glo. col. 1. nu. 30. 185

Accuſator & accuſatus quando poſſint tranſigere in criminibus commiſſis, & an gratuito id facere debeant, in glo. col. 1. nu. 30. 159

Accuſator & reus in omni pugna, quibus uerbis iurent, & quomodo concipiatur iuramentum. in glo. col. 1. nu. 60. 193

Accuſatoris deſiſtentis culpa in priuato crimine: puta, ſtellionatus, expilatæ hæreditatis, furti, vel iniuriarum delicto, an per ſenatuſconſultum Turpillianum, an uero iudicis officio coerceatur, in gl. col. 2. nu. 20. 157

Accuſatoris non comparentis contumacia in termino peremptorio ante litem conteſtatam punitur in ſexta parte bonorũ mobilium, & in expenſis partis accuſatæ. Poſt uero litem conteſtatam punitur in tertia parte bonorum mobilium, quod habet locum in curia magiſtri Iuſtitiarij: & an hoc extendi poſſit ad curiam baiuli, ſi in ea citatus, non compareat actor, quæ tamen habent ſolum locum in criminali: in ciuili enim actor non debet condemnari niſi in expenſis reo, in comm. col. 2. nu. 60. 157

Accuſator non comparens ante litem conteſtatam punitur in ſexta parte bonorum, & ad ſumptus reo comparenti, & quia pœna ſuccedit loco Turpilliani habebit locum ubi & Turpillianum iure Romano, in comm. col. 1. nu. 70. 157

Accuſator non eſt neceſſarius in notoriò delicto, nec in eo caſu teſtis, aut aliquis ordo iudiciarius eſt neceſſarius, ſententia tamen eſt neceſſaria, in comm. col. 1. nu. 40. 156

Accuſator poſt annum poteſt accuſare contumaciam accuſati banniti, & petere, quòd foriudicetur, in glo. col. 2. in princ. 133

Accuſator poſt litem conteſtatam deſiſtens, notatur infamia. in glo. col. 2. nu. 10. 157

Accuſator poteſt accuſationem inſtitutam repetere, ſi eo non citato reus fuerit abſolutus, in glo. col. 2. nu. 10. 119

Accuſator prohibetur dare campionem. in glo. col. 1. nu. 40. 194

Accuſator quando ut debitor puniatur, in glo. col. 1. nu. 10. 152

Accuſator quemadmodum non poteſt ſe concordare cum parte, poſt quàm partes ſunt in iudicio præſentatæ, ita nec denuntiator, in comm. col. 2. nu. 60. 160

Accuſator qui in probatione defecit, ſi ueniat puniendus ſimilitudine ſupplicij, an condemnandus ſit ſimiliter in expenſis, in comm. col. 1. nu. 70. 366

Accuſator quilibet eſt idoneus accuſator hæretici, in glo. colum. 1. num. 50. 7

Accuſator. Quot ſint caſus, in quibus proceditur ex officio ſine accuſatore, in comm. col. 1. nu. 60. 194

Accuſator ſequitur forum rei, in comm. col. 2. nu. 70. 30

Accuſator. Si in criminibus, in quibus proceditur ſine accuſatore aliquis accuſat, an debeat dare libellum, in com. col. 1. nu. 60. 194

Accuſator ſi moriatur infra annum, quo bannitus poteſt uenire, & moram purgare, an lapſu anni perdantur bona annotata: & quid ſi moriatur accuſatus, in com. col. 1. nu. 60. 134

Accuſator ſi nolit proſequi accuſationem, iudex debet finire eam ex ſuo officio, & punire accuſatorem, in commen. columna 1. numero 60. 156

Accuſator ſi poſt citationem factam, & reo in termino comparente ſine abſolutione deſiſtat, qua pœna puniatur, in gloſ. columna 1. num. 10. 157

Accuſator ſuccumbens aliquando non punitur ad ſimilitudinem ſupplicij, in glo. col. 2. nu. 40. 193

Accuſator ubi non apparet, debet iudex eſſe ſollicitus ad inquirendum, & puniendum delinquentes, in gl. col. 1. nu. 30. 81

Cætera uide, in dictione, Bannitus. Et puniri.

Accuſatus an & quando poſſit reaccuſare accuſatorem. Et ſuper qua accuſatione prius procedatur de iure communi. Et quid de iure conſtitutionum, in glo. col. 1. nu. 30. 167

Accuſatus coram iuſtitiarijs de pari, uel minori crimine, uel de quæſtione feudali, ſi citetur coram magiſtro iuſtitiario non poteſt differre litem inchoatam coram iuſtitiarijs, niſi crimen, de quo agitur, apud magiſtrum iuſtitiarium eſſet maius: quæ diſtinctio in crimine læſæ maieſtatis locum non habet, in glo. col. 1. in prin. 169

Accuſatus de quolibet crimine non debet ſuſtinere ſqualorem carceris, ſi poteſt dare fideiuſſores idoneos, fallit in caſibus ibi notatis, in glo. col. 1. in princ. 152

Accuſatus electionem pugnæ habet, in glo. col. 1. nu. 10. 195

Accuſatus non accuſat, intelligitur de aliquo crimine, in quo non poteſt procurator interuenire: & an de iure communi accuſatorem quis reaccuſare poſſit? in comm. col. 1. nu. 70. 424

Accuſatus. Nõ debet dari terminus accuſato de delicto in facto proprio ad deliberate reſpondendum, an ſit ſic, vel non, quia in facto proprio debet eſſe certus: ſecus ſi ex facto alieno conueniatur, vt quia uilla conuenitur de robaria commiſſa in ſuo diſtrictu, quia cùm conueniatur ex delicto alieno, ueriſimiliter poteſt ignorare: ideò debet habere terminum, in comm. col. 1. nu. 50. 407

Accuſatus non poteſt accuſare accuſatorem ſuum poſt litem conteſtatam etiam de maiori crimine, in glo. col. 1. nu. 30. 168

Accuſatus ob crimen, quod ingerit pœnam ſanguinis, an ſemper debeat dare fideiuſſores, in comm. col. 2. in princ. 343

Accuſatus paratus dare idoneam fideiuſſionem pro qualitate delicti & perſonæ, & facilitate conueniendi, de quocunque crimine ſit accuſatus, de iure regni non debet retineri in carcere, exceptis certis caſibus: vt puta, in crimine læſæ maieſtatis, in crimine notorio, in capto in flagranti crimine confitente delictum, uel alias ubi conſtaret de delicto. Verùm hodie ubi proceditur contra aliquem per uiam inquiſitionis, vel accuſationis in his criminibus, in quibus imponitur pœna mortis ciuilis, naturalis, vel membri abciſſionis, ſi conſtaret de delicto ante publicationem; poſſet detineri delatus, uel accuſatus, uerum facta publicatione ſi conſtaret de innocentia delicti datis fideiuſſoribus nouis liberatur, in com. col. 1. in princ. 344

Accuſatus pendente accuſatione accuſatorem regulariter non accuſat. limita niſi eodé die accuſauerit uel denuntiauerit accuſatorem, & niſi ex nouo delicto, uel non accuſat de aliquo delicto, in quo non poſſit interuenire procurator. De iure tamen ciuili accuſatus accuſatorem ſuum reaccuſare poteſt, & retorquere illud crimen in ipſum, uel ſi accuſet de homicidio poteſt illũ reaccuſare de falſo: & debet prima accuſatio differri, quia hæc ſecunda eſt præiudicialis ad primam, in com. col. 1. nu. 20. 344

Accuſatus pendẽte accuſatione an poſſit ſuum accuſatorem de pari crimine accuſare eodem die, vel ſequenti, in comm. colum. 2. num. 70. & 80. 168

Appellator ſi non recedat de curia iudicis, non tamen inſtet proſequendo cauſam appellationis, an habeatur ac ſi non prouocaſſet, in com. col. 2. nu. 50. eo.

Appellator ſi præſentato proceſſu iudici appellationis receſſit de licentia iudicis appellationis, non tamen inſtetit, an habeatur, ac ſi non prouocaſſet, in com. col. 2. nu. 40. eo.

Appellatur ab iniurioſa, ſeu immoderata executione, quando non eſt remedium, ſicuti in homine mortuo ex pœna, in com. colum. 2. nu. 80. 36

Appellatur a dato iudice ad eum qui dedit, in com. col. 2. nu. 50. 86

Appellatur a delegato ad delegantem, in commen. col. 2. num. 50. & num. 70. eo.

Appellatur ad magnam curiam a minoribus iudicibus, uel etiam quod plus eſt delegatis, omiſſis medijs, ſic & omnibus poſtpoſitis appellatur ad Papam, in gl. col. 1. nu. 30. 104

Appellatur ad magnam curiam a quibuſcunque officialibus, uel iudicibus in quacunque parte regni, & dantur 50. dies ad pręſentandum apoſtolos, in gl. col. 1. nu. 30. eo.

Appellatur ad magnam curiam omiſſis medijs, ſicut ad Papam & eccleſiam Romanam, in com. col. 2. nu. 70. 86

Appellatur a Rege Siciliæ ad ſedem Apoſtolicam in caſibus eccleſiaſticis, non in cauſis ciuilibus, gl. in proœ. conſtit. col. 3.

Appellatur a ſententia Baronis ad iuſtitiarium, in gl. col. 1. nu. 20. 87

Appellatur contra fiſcum, ſicut contra quemlibet alium, quia ordine retento fiſcales cauſæ aguntur, in com. col. 2. nu. 70. 19

Appellatur in actione iniuriarum tam a condemnato, quàm a uincente, in gl. col. 2. nu. 10. 283

Appellatur in terris demanij ad magnificum Camerarium, qui eſt hodie ſecretus. In terris baronum ad iuſtitiarium, & ad magnam curiam indiſtinctè, in com. col. 2. nu. 70. 103

Appellatus ſi non compareat ad citationem appellantis, ſed ſine licentia receſſit, tanquàm contumax in principali cauſa ad tertiam mobilium condemnatur: & ſi ambo receſſerint condemnandi ſunt in decima parte litis, in com. col. 1. nu. 40. 204

Appellatur ne a ſententia baiuli, & iudicis terræ Baronis ad Baronem, in com. col. 1. nu. 50. 86

Appelletur ne in crimine læſæ maieſt. in com. col. 1. nu. 50. 30

Appretiatores non facientes appretium infra tempus anni ſtatutum, puniuntur pœna, de qua ibi, in com. col. 2. nu. 60. 352

Appretiatores qualiter puniantur, ſi alleuiant grauanda, & grauant alleuianda, in com. col. 2. nu. 60 eo.

Approbans, facere uidetur, in com. col. 2. nu. 40. 93

Approbatio

Approbatio periti. vide, Peritum.

Apulia. In Apulia ſunt deſerta camporum, & abundantia paſcuorum. Non ſic in Apprutio principatu, & terra laboris, in comm. col.2.nu.60. 289

Aqua non debet corrumpi immiſſione alicuius rei fœtidæ. in com. col.2.nu.70. 286

Arbiter & arbitrator, poſſunt ut ſuſpecti recuſari, in com.colum.1. num.80. 434

Arbiter non cognoſcet de illis, quæ poſtea ſuperuenerunt, in com. col.1.nu.60. 167

Arbitrarijs in actionibus, ueluti in actione quod metus cauſa, duæ feruntur ſententiæ, prima ſuper re, ſecunda ſuper pœna, nec condemnatus in prima, ad ſecundam amplius citatur, quia ſententia ſecunda eſt conſecutiua, & executiua prioris, in glo.colum.1. num.20. 139

Arbitrio iudicantis committitur, quantum tempus ſtatuat appellanti ad præſentandum proceſſum iudici appellationis, dummodo nõ excedat ſpatium 50.dierum. Et ſi iudex non ſtatueret, appellans haberet 50.dies a lege conceſſos, in gl.col.2.in prin. 203

Arbitrio iudicis relinquitur, quod non eſt in iure determinatum, in gl.col.2.in prin. 114

Arbitrio iudicis ſi pœna committatur, is non debet modum excedere, leuiorem, vel grauiorem pœnam, quam debet, irrogando, in gl.col.1.nu.20. 248

Arbitrium boni uiri, uerb. Conſcientia importat, uide Conſcientiæ terminus.

Arbitrium eſt nullum ſuper prohibita diminutione feudorum, & rerum feudalium, in gl.col.2.nu.30. 184

Arbitrium liberum in teſtando quilibet habere debet: nam nec inter uiuos debet interdici alicui rerum ſuarum alienatio, in com. col.1.nu.20. 254

Arbitrium iudicis in pœnis poteſt ſe extendere vſque ad mortem naturalem, in com.col.1.nu.50. 343

Arbitros eligere nulli denegatur, in gl.col.2.in prin. 103

Arbor mala non poteſt bonum fructum facere, in gloſ.colum.1.numero 40. 3

Arbores an contineantur uitis appellatione, in gl.col.2.nu.30. 70

Arborum inciſores capitali pœna puniuntur, in gl.col.1.in prin. 48

Arborum inciſores, & maximè uitium, tanquàm latrones puniuntur, & an id procedat, ſiue id factum fuerit cauſa furandi, ſiue cauſa damnum dandi, ſiue de die, ſiue de nocte, in commen.col.2. num.60. 48

Archiuo in publico reperta, an probent, in additio. ad glo. colum.1. in prin. 147

Arguere non ſolùm eſt accuſare, ſed etiam conuincere, in commen. col.2.nu.30. 141

Argumenta ſumuntur ex legibus abrogatis propter rationes quas continent, in com.col.1.nu.70. 187

Argumentari licet a rubro, in com.col.1.nu.60. 247

Argumentis cognoſcendum eſt, quando res liquidò probari non poteſt, in glo.col.1.nu.10. 40

Argumentum a contrario ſenſu, eſt fortiſſimum in iure, in commen. colum.1.num.20. 216

Argumentum a contrario ſenſu, in iure fortiſſimum eſt, in glo.col. 2.nume.10. 190

Argumentum a contrario ſenſu, in iure fortiſſimum eſt. in commen. colum.2.num.50. 251

Argumentum a contrario ſenſu, non admittitur, quãdo inducitur per illud correctio iuris communis, in com.col.2.nu.60. 148

Argumentum a contrario ſenſu, nõ admittitur quando eſt contra cõmunem intellectum, & ſenſum, in com.col.2.nu.30. eo.

Argumentũ a contrario ſenſu, validum eſt, in com.col.2.nu.20. 35

Argumentum a ſolutis, ualet, in com.col.1.nu.60. 18

Argumentum a ſufficienti partium enumeratione, in commen. col. 1.num.60. 165

Argumentum de alimentis ad dotem, non ſemper procedit, ut in com.colum.1.nu.60. 256

Argumentum de ſimilibus ad ſimilia, bonum eſt, in addit. ad gl.colum.1.num.40. 192

Argumentum de toto ad partem, valet, in com.col.2.nu.70. 256

Argumentum ex vi nominis, in cauſis efficax eſt, in glo. colum.2. nume. 10. 6

Argumentum ex vi nominis, non procedit in nominibus proprijs, ſed appellatiuis, in gl. col.2.nu.40. 6

Argumentum non procedit de conſuetis ad inſolita, in commen.colum.2.num.60. 28

Argumentum ſumere ex ordine rubricæ, an liceat, in addi. ad commen.col.1.num.70. 247

Arguo quid ſignificet, in gl.col.1.in prin.& nu.20. 50

Argutus reus, quis uerè dicatur, in gl.col.1.nu.20. 50

Areopagus Athenis erat, vbi inquirebatur quonam quæſtu quiſque ſuſtentaretur, in commen.colum.1.num.70. 80

Arma an mercator poſſit ponere, in gl.col.1.nu.20. 19

Arma deferre caſtellani poſſunt, donec ſeruitijs curiæ intendunt, in gl.col.1.in prin. 25

Arma deferre itinerando per loca inſidioſa, & non tuta, an ex diſpoſitione conſtitutionum liceat, vel cauſa venationis, aut commercij, in gl.col.1.nu.20.vſque ad col.2.nu.30. 18

Arma deferre nobilibus permittitur, in gl col.1.nu.30. 17

Arma deferre poſſunt curiales, in gl.col.2.nu.30. 18

Arma deferri qui hodie concedant, in com.col.2.nu.60. 25

Arma diuerſis vicibus qui portauit, an diuerſas pœnas ſoluat, in commen.col.2.num.30. 20

Arma exteri in regno portantes puniuntur, in gl.col.1.in prin. 20

Arma extrahere plus eſt, quàm portare, in com.col.1.nu.50. 19

Arma extrahens, an teneatur de ui publica, licet non percuſſerit, in com.col.2.nu.50. 18

Arma extrahens, vt occidat, vel percutiat, debet puniri ac ſi feciſſet quod in animo gerebat, in com.col.1.nu.40. 21

Arma extrahentem ex quibus conſtet uoluiſſe occidere, vel percutere, in com.col.1.nu.50. 21

Arma ferens, an teneatur de ui publica, in com.col.1.nu.60. 18

Arma ferre eſt delictum, in gl.col.1.in prin. 20

Arma in domo habere, an ſit prohibitum, in com.col.2.nu.50. 17

Arma in domo parare, an liceat, in com.col.2. 19

Arma molita portantes, a quibus puniantur, in gl.col.2.nu.10. 19

Arma portari a quibus, & in quibus, & propter quæ poſſint, in com. col.1.num.70. 17

Arma poſſunt deferri, dum timetur inſultus, & aliquando conſueuit concedi a iuſtitiarijs, in gl.col.1.nu.10. 21

Arma prohibita portantibus pecuniaria pœna impoſita, in glo.col.1. nume.30. 17

Arma prohibita portare doctores poſſunt, in additio. ad glo. colum.1.nu.10. 17

Arma prohibita ſecum habens, ſi fuſte uel lapide percutiat, an teneatur ad pœnam manus in com.col.2.nu.70. 21

Arma quibus caſibus licitè iure Romano portentur, in glo.colum.1. in princ. 18

Arma ſi quis teneat domi cauſa aliquem offendendi, etiam ſi non offendat, tenetur: ſatis enim videtur quò ad pœnam, procedere ad actum ſe armando, in com.col.2.nu.70. 17

Arma ſi ruſticus portet, qua pœna puniatur, in gl.col.1.nu.20. 19

Arma tenere reputatur vis publica, in com.col.2.nu.50. 21

Arma. vide, Inſultus.

Armatum ad ſui defenſionem ſtare, & pro ſalute ſua, in dubio quis præſumitur, niſi contrarium conſtet, in com.col.2.nu.60. 17

Armatus cum cultello ſtans in publico, an ſemper puniri debeat. in com.col.2.num.60. 17

Armatus incedens ad iuſtè prohibendum Titium vti re ſua, an teneatur pœna portationis armorum. Et an tantum teneatur l.Iulia de ui publica, in com.col.2.nu.70. 18

Armatus ſi intret fundum meum, nec dãnum aliquod inferat, an puniatur, in com.col.2.nu.60. 17

Armis æqualibus, uel minoribus quis poteſt ſe defendere, & dicitur ſe defendiſſe cum moderamine inculpatæ tutelæ, in glo.colum.2. nume.30. 16

Armis percutiens. vide, Percutiens armis.

Armis ſe quis licitè defendit, ſi cum armis impugnetur, in glo. col. 2.in princ. 16

Armis ſi quis percutiat, manus ei amputatur, in gl.col.2.in prin. 22

Armorum appellatione, fuſtes & lapides intelliguntur. in commen. colum.2.num 60. 283

Armorum appellatione, lapides & fuſtes continentur. in commen. colum.1. num.20. 343

Armorum appellatione, quid contineatur, in additio.ad glo.colum. 2.num.40. 70

Armorum delatio conceditur ſub fideiuſſoria cautione, quod non offendant, ſed defendant ſe: ſed non paſſim hoc conceditur niſi quando eſt iuſtus timor in eo, qui petit, quia ſatiſdatio non immutat maliuolum animum, in com.col.2.nu.60. 25

Armorum de portatione non punitur, niſi qui portat ferreum inſtrumentum non factum ad aliud miniſterium, quàm ad offendendum, in com.col.2.nu.40. 22

Armorum portatio iure Romano ſimpliciter non prohibita, in com. colum.1.num.50. 18

Armorum portatio præbet occaſionem homicidijs, & violentijs. in commen.col.2.num.70. 18

Armorum portationem concedere poſſunt iuſtitiarij ex iuſta cauſa allegata & probata, & quæ ſit iuſta cauſa, in commen. colum. 2. nume.60. 21

Armorum portationis pœna, an teneatur percuſſor ultra pœnam percutientium, in gl.col.2.in princ. 22

Armorum portationis pœna, a quibus exigatur, in gl.col.2.nu.10. 19

Armorum prohibitio facta per poteſtatem, an extendatur ad famulos inquiſitionis hæreticæ prauitatis, in additio. ad glo. colum. 1. num. 20. 17

Armorum qualitas, cauſa prælij, in gl.col.1.nu.40. 193

Armorum timor ſolus ſufficit, vt liceat alicui armis uti, ut in glo. col.1.num.30. 21

Armorum vſus ſanctione canonica eſt expreſſe prohibitus, & officialis debet ſignificare prælatis trina monitione præmiſſa, uel ſuis mandare, ne arma deferant, & ſi poſtea portant poteſt ipſos capere, nam ante annotationem poteſt eis auferre arma abſque perſonarum iniuria. in com.col.1.nu.30. 360

Aromatarij, qui vulgo dicuntur ſpeciali, iurant fideliter ſuũ officium adimplere. in gl.col.2.nu 20. 284

Aromata ventoſa vendentes, an puniantur. in additio. ad gl.colum. 2.num.20. 284

Arreſtatio. Officialis poteſt ratione ſui officii aliqua arreſtare, quod eſt de iure prohibitum. in com.col.2.nu.70. 325

Articuli, an de neceſſe ſint parti dandi, an verò ſufficiat teſtes qualitercunque eſſe productos, dummodo ſuper libello deponant, ſiue ſint facti articuli, ſiue non. in com.col.1.nu.50. 452

Articuli dantur infra biduum, & ſi non dentur, poſſunt teſtes teſtificari ſuper libello, ſeu tenore ipſius. in com.col.1.nu.60. 174

Articuli qui dicantur in regno. in glo.col.1.nu.20. 172

Articuli quomodo, & a quo probentur. in gl.col.1.nu.30. eod.

Articuli quot teſtibus probentur, in gl.col.1.num.30. eod.

Articuli reprobatorij poſt publicationẽ probatorium, infra quot dies ſint offerendi, in com.col.1.nu.50. eod.

Articuli ſi incontinenti non ſint oblati, an valeat proceſſus, in com. col.1.num.50. 174

Articulis clientulus reſpondet cum conſilio aduocati, in glo. colum. 1.num.50. 175

Articulos pro cliẽtulo aduocatus iudici offert, in gl.col.1.n.50. eo.

Articulos, ſeu poſitiones faciens, cauere debet, ne articulum faciat plura continentem, nec ſe obliget ad totum probandum, taliter ꝙ perdat cauſam niſi probet: nam plura narrans in articulo uidetur ſe aſtringere ad omnia probanda, in com.col.1.nu.50. 452

Articulos ſi quis in cauſa principali infra biduum non dederit iuſta de cauſa impeditus, dabit in cauſa appellationis, in commen. colum.2.num.60. 207

Artifices omnes debent ſe fideliter gerere in eorum officio, & maximè bucerij, & piſcatores, quibus ob id præficiuntur duo officiales, in quorum locum hodie ſucceſſerunt baiuli, in glo. colum. 2. num.30. 286

Aruſpex, & ſacrilegus concremantur, quia hæretici dici poſſunt, in glo.col.2.num.40. 8

Aſcendentes, an & quando ſuccedant in feudis nouis, in commen.colum.2.num.70. 263

Aſcendentes, an liberis ſuccedant in feudis nouiter acquiſitis, & an in feudo quaternato auito, ſiue paterno: maxime quãdo tale feudum obueniſſet deſcendenti filio, vel nepoti, de cuius ſucceſſione agitur, ex alia parte, quam unde eſt parens, qui ad ſucceſſionem venire contendit, in gl.col.1.nu.10. 268

Aſcendentes & collaterales in regno ſuccedũt in feudo antiquo etiã ſi non ſint coniuncti ab illo latere, unde feudum prouenerat ad defunctum, hoc eſt, etiam ſi non fuit primo acquiſitum per illum, qui fuit agnationis communis, quod eſt neceſſarium de iure feudorum: & dicunt periti regni, quod conſtitutiones regni non ſequuntur illos uſus, quos ponit liber ille, in commen. colum. 1. nume.50. 149

Aſcendentes, & collaterales quantũcunque remoti, ſuccedunt in feudis de tabula, ſeu planis, tentis ab alio, non in capite: ſecus in feudis quaternatis, & quod ſi non coniungantur ab illo latere, vnde eſt debitum, in com.col.2.nu.40. 269

Aſcendentes in feudo non ſuccedere, tunc verum eſt, quando ſunt aſcendentes illius, cui conceſſio facta eſt, vel etiam illius de cuius ſucceſſione agitur. Secus in aſcendentibus, de quorum linea feudum peruenit, vt ſi auus refutet feudum nepoti, ſuccedet ſibi pater ipſius nepotis, idem quod filius aui refutantis, in commen. colum.2.num.50. 270

Aſcendentes in feudis non ſuccedere, in conflictu ſapientium alias fuit determinatum, in com.col.1.nu.40. 149

Aſcendentes non ſuccedunt in feudo nouo, & an in feudo antiquo, in com.col.1.nu.30. 148

Aſcendentes non ſuccedunt in feudis acquiſitis filijs damnati ex conceſſione damnatæ, vel alio iuſto titulo, in com.col.1.nu 60. 148

Aſcendentes regulariter in feudis non ſuccedunt, in commen.colum. 1.nume.50. 271

Aſcriptitij. Glebæ aſcripti nõ poſſunt clericari ſine uoluntate domini hoc iure, in gl.col.1.nu.40. 209

Aſcriptitius eſt dominus rerum ſuarum, in com.col.2.nu.60. 218

Aſcriptitius quis, quomodo probetur, in gl.col.1.nu.10. 191

Aſinus auribus intumeſceret, ſi ſciret ſe per comparem apprehendi. in com.col.1.num.50. 73

Aſſecuratio quæ fit a vaſallis eſt loco inueſtituræ, quæ facienda eſt a domino vaſallo, in com.col.1.nu.70. 274

Aſſecurationis a vaſallo fiendæ forma, in gl.col.1.nu.10. 233

Aſſecurationis literæ nõ fiunt feudatarijs, niſi ſoluto releuio, in commen.col.2.num.50. 380

Aſſecurationis ſacramentum a vaſallo domino factum alibi uocatur fidelitatis, & homagij, & differt a ſacramento fidelitatis & homagii quod præſtatur regi, in gl.col.2.nu.30. 233

Aſſecurationis ſacramentum, quod præſtatur Comitibus & Baronibus, vocatur fidelitatis, in gl.col.1.in prin. 193

Aſſecurationis ſacramentum, quod præſtant vaſalli dominis ſuis, in gl.col.2.num.20. 88

Aſſecurationis vaſalli litera cui detur, in com.col.2.nu.60. 249

Aſſertiones quæ appellentur, in gl.col.2.nu.30. 170

Aſſeſſor plus punitur quam officialis, ſi officialis de eius conſilio male iudicauit, in com.col.1.nu.30. 325

Aſſeſſor quis eſſe non debet in ſua prouincia, in cõ.col.1.nu.50. 78

Aſſeſſor quis ſit, in glo.col.1.in prin. 104

Aſſeſſor, ſicut nec capitaneus, non poteſt alium ſubſtituere, in com. col.1.nu.50. 78

Aſſeſſor. Si iuſtitiarius, vel capitaneus facit aliquid ſine ſuo aſſeſſore, aſſeſſor non tenetur in fine ſui officij, in com.col.1.nu.70. 347

Aſſeſſores dicuntur officialium conſiliarij, in commen. colum.1.numero 30. 325

Aſſiſiæ per quos & cuius mandato fieri debeant, in gloſ. colum.1. num.10. 287

Aſſiſiarum contemptarum pœnas, ponderum item, & menſurarum iniuſtarum debet baiulus exigere: & poteſt imponere pœnam, non ultra unciam in bannis ſortè factis & contemptis officij ſui tempore, in alijs uſque ad unũ Auguſtalẽ, in com.col.2.n.70. 91

Aſſiſię. vide, Mercimonijs.

Aſſiſtentia. A decreto ſuper aſſiſtentia affirmatiuo non appellatur ad effectum impediẽdi executionem, ſed benè poſt executionem admittitur appellatio ad effectum reuocandi executionem & decretum, ſi fuerit iniuſtè latum. Idem eſt in quocunque alio decreto magnæ curiæ affirmatiuo, ut ſi appelletur, mandetur executioni, præſtita idonea cautione de reſtituendo executionem in caſu retractationis dicti decreti: & facta dicta executione proceditur ad vlteriora in cauſa appellationis, in com.col.1.nu.20. 466

Aſſiſtentia. De materia aſſiſtentiæ: uide, in com.col.2.nu.40. 465

Aſtus quid ſit, in gl.col.2.nu.20. 193

Aſtus quid ſignificet, in com.col.1.nu.70. eo.

Attentans mulierem. vide, Denunciatio.

Atteſtationum publicatio eſt de proceſſu, in gl.col.2.nu.10. 205

Auaritia exactorum. vide, Exactorum illicita.

Audientia teſtium. vide, Teſtium audientia.

Auferens pecuniam, quæ non erat ſua, ſ. debita, amittit creditum ipſo iure, quando non erat ſua, non amittit, niſi per ſententiam, in com.col.2 nu.70. 41

Auia præfertur in baliatu filij, in com.col.2. nu.40. 244

Auocatio feudi. Si conſtat eſſe caſtrum, quod quidem non poteſt occultari, quia eſt locus muris circundatus: uel conſtet quod feudum petitum eſt quaternatum, ut quia poſſeſſor hoc confitetur, dominus uendicabit ratione nudæ proprietatis, & poſſeſſor oneratur probatione, ut probet ad ſe pertinere. Sed ſi non conſtat per probationem agentis, vel confeſſionem conuẽti, & feudum petitum ſit actoris, actor dicẽdo eſſe feudum, dicit illud eſſe extra patrimonium ſuum, quia feudum eſt beniuola actio &c oportet, ꝙ probet feudum eſſe ſuum, & ſic habere directum dominium, ut ratione nudæ proprietatis agat, onus probãdi, & tunc agentis. Et cõſtito quòd dedit in feudum, oportet quòd probet cauſam, quare feudum eſt ad ipſum reuerſum, imò quantum ad ius petitoris, probãdo quod feudum eſt ſuum, & quòd alij feudum dederat, ratione nudæ proprietatis aget, & onerabitur poſſeſſor, vt probet ſe habere vtile. Quantum uerò ad ius conuẽti poſſeſſoris, aut innititur præſcriptioni tantùm, & tunc probando quòd præſcripſit contra illum, cui datum fuit feudum præſentem 30. annis uincet, per regulam, ſi uinco uincentem te &c. Sed ſi dicat ſe habere a fiſco, nõ ſufficerent 30.anni, ſicut quando ſimpliciter dicit, ꝙ eſt feudum, imò centenaria requiritur, aut innititur donationi, quam probat per poſſeſſionem 30.annorum, tunc ſufficit, quia præſumitur contractum præceſſiſſe. aliud enim eſt inniti ſoli poſſeſſioni præſcriptione, aliud donationi cum præſcriptione, ſeu cõſuetudine præſcripta titulo donationis. Hæc autem allegatio longæui temporis in iuribus tantùm, & præſtationibus annuis, & in ſeruitutibus locum habet. Sed ſi dicam te rem uẽdidiſſe, vel donaſſe, nunquàm præſumetur cõtractus rei ex longæua poſſeſſione tricennali, in com.col.1.nu.50. 244

Aureola debetur incontaminatis corpore ſine membro virili: nam ſi palo uel ferro, uel medicamento aliquo uirgo corrupta fuerit, dicunt Canoniſtæ dari aureolam, in com.col.1.nu.60. 37
Aureola eſt quidam flos, qui datur virginibus carnem & mentem habentibus integram: non habentibus integram carnem, licet mentem ſic, non datur, quaſi fulgor ille detur propter ſignaculum integrum non fractum, in com.col.1.nu.40. eo.
Aureus. Quot aurei faciant libram. in com.col.2.nu.50. 58
Author. An de iure communi ſit danda dilatio ad denuntiandum authori. in com.col.1.nu.30. 465
Author laudatus debet facere copiam inſtrumentorum ſuorum ei, cui vendidit pro defenſione poſſeſſionis, & ceſſionis iurium, in com.col.1.nu.10. eo.
Author. Qualiter ſit formandus libellus contra authorem laudatum. in com.col.1.in prin. eo.
Author. vide, Pœna legalis.
Authorem laudari quare dicatur, in com.col.1.nu.30. eo.
Authoris laudatio non habet locum, quando agitur in materia iuris congrui. in com.col.1.nu.30. eo.
Authoritas Romana in ſtatutis omnibus generalis concilij ſemper exceptuatur, ſic & alias Imperatoris factura excipitur. in glo. col. 2.num.10. 234

B

Baculo percutiens non vſque ad ſanguinem, vel barbam expilans tenetur in 10. aureis parti, & in 20. Curiæ. in com.col.2.nu.60. 22
Bagatinos cudens, an teneatur lege de falſante monetam. in addit. ad gl.col.2.nu.60. 292
Baiulatio iuſtitiæ vendi non poteſt. in com.col.1.nu.70. 94
Baiulatione uendita in genere, Baiulus emptor miniſtrat iuſtitiam. in com.col.1.nu.70. 89
Baiulatione uendita in genere tranſit iuriſdictio, quam ipſi Secreti habent. in com.col.1.nu.60. 90
Baiulationes, quo tempore uendi & concedi debeant. in glo.colum. 1.in prin. 94
Baiuli, Camerarij, aut magiſter iuſtitiarius non cognoſcunt de criminibus. in gl.col.1.nu.20. 70
Baiuli citatio qualiter fiat. in gl.col.1.nu.20. 124
Baiuli & Camerarij cognoſcunt de cauſis ciuilibus, & in eorum defectum iuſtitiarij, in gl.col.1. in prin. 70
Baiuli & Camerarij iurant, & forma eorum iuramenti. in gl.colum. 1.nu.60. 88
Baiuli & eorum iudices habent duos menſes ad diffiniendas lites, in com.col.2.nu.60. 101
Baiuli in defectu peruenitur ad Camerarium, in defectu Camerarij ad Iuſtitiarium. in gl.col.2.nu.40. 88
Baiuli minores magiſtratus ſunt. in com.col.1.nu.50. 114
Baiuli non debent eſſe ultra tres. in gl.col.2.nu.40. 93
Baiuli præfecti ſunt omnibus artificibus, vide, Artifices omnes.
Baiuli prohibentur aliquid a partibus accipere. in glo. colum.1.numero 40. 107
Baiuli qualiter iurare debeant, & iudices in ingreſſu officij. in glo. col.2. nu.10. 88
Baiuli ſacramẽtales non recipiẽtes puniuntur, in cõ.col.2.nu.70. 85
Baiuli ſunt loco defenſorum locorum, in com. col.1.nu.60. eo.
Baiuli tres conſtituuntur ad exercenda iura baiulationis, ſeu dohanæ. in com.col 1. nu.60. 94
Baiuli utrum impulſentur, ſi aliqua ſuſpitio præceſſit, vel ſemiplena probatio, aut non aliquis cæpit probare ordinariè deinde impulit ſacramentaliter, an poſſit, in com.col.2.nu.70. 85
Baiulo aſſignandi ſunt ſerui fugitiui capti & contrafacientes puniuntur. in gl. col.1.nu.30. 276
Baiulo regionis, vel iuſtitiario aſſignandum eſt inuentum in uia, alias inueniens furti tenetur, in gl.col.2. nu.20. 276
Baiulo trigeſima ſoluitur in quacunque re, vel contractu. in gl.col. 1.num.10. 94
Baiulorum bona ſunt obligata Baroni & militi, & burgenſatica, quæ tenent in terra Demanij, quia non poſſunt ea uendere, vel alienare, niſi prius ſatisfaciant dominis. in com.col.2.nu.50. 225
Baiulorum defectus, quando pertineat ad iuſtitiarium, in gl.colum. 1.num.30. 71
Baiulorum officio fungi clerici non poſſunt, in gl.col.1.in prin. 94
Baiulorum officium maius eſt, quàm defenſoris ciuitatis, in gloſ.col. 1.num.20. 90
Baiulorum trigeſima. vide, Trigeſima quæ debetur.
Baiulus, an cognoſcat de cauſa ſtatus, in gl.col.2.nu.10. eo.
Baiulus an cognoſcat de ſuſpecto tutore, in com.col.2.nu.50. eo.
Bailus an filio in teſtamento relinqui a patre poſſit, in glo. colum. 1.num.10. 273
Baiulus an habeat mixtum imperium, in com.col.1.nu.60. 90
Baiulus an prohibeatur iudicare præſente magna curia, in commen. col.2. num.50. 64
Baiulus an ſit iudex ordinarius, & an in ſententijs loqui poſſit, an verò tantùm iudices loquantur. in gl.col.2.nu.20. 103
Baiulus. Barones an debeant conueniri coram baiulo, ſi non eſt quæſtio de feudo, & rebus feudalibus, in gl.col.2.nu.30. 90
Baiulus carcerem habere poteſt. in com.col.2.nu.50. 164
Baiulus citat vna die ante comparitionem, & punit in vno Auguſtali tantùm per menſem contumacem, quod habet locum in mulcta infligenda a iudice: ſecus de pœna legis. in comm.colum. 2.nume.50. 124
Baiulus cogere poteſt ſacramentales ad iudicium venire: eos tamen remittere, uel gratiam facere non poteſt in præiudicium alterius partis. in gl.col.2.nu.20. 85
Baiulus cognoſcit de furtis minimis vſque ad duos aureos. in com. col.2.num.70. 89
Baiulus cognoſcit de his quæ ſunt mixti imperij, in commen. colum 1.num.70. 90
Baiulus cognoſcit de minimis delictis, etiam ſi criminaliter agatur. in commen.col.1.num.50. 91
Baiulus cognoſcit de minimis delictis etiam quæ infamãt, non ut puniat, ſed ut informet exinde iuſtitiarium, ad quem habet huiuſmodi malefactores remittere, vel ut habeat in eis modicam coertionem. in com.col.1.nu.60. eo.
Baiulus cognoſcit de omnibus ciuilibus, exceptis feudalibus cauſis, item de criminibus leuibus, quæ non imponunt membri abſciſſionem. in gl.col.1.in prin. 90
Baiulus cognoſcit de paruo furto, non de magno. in glo. colum.2. nume.20. 91
Baiulus cognoſcit de quibuſlibet facultatibus non feudalibus, cuiuſcunque quantitatis ſint. in com.col.1.nu.70. 90
Baiulus Comitũ, Baronum, aut feudatariorum, & eorum iudices, an recipiant trigeſimam. in com.col.1.nu.70. 96
Baiulus contumax, coram baiulo quomodo puniatur. in glo.colum 2.nume.20. 124.
Baiulus criminaliter cognoſcere non poteſt, ſed reum mittit ad magnum iuſtitiarium. in com.col.2.nu.50. 91
Baiulus datur pupillis habentibus feudum a fiſco, qui adueniente pubertate tenetur reddere rationem. in gl col.2. in prin. 272
Baiulus demanij habet trigeſimam. in com.col.1.nu.70. 96
Baiulus de quacunque re, vel contractu, excepto mutuo, commodato, & depoſito, habet trigeſimam a damnato: ſed ſi tranſactũ eſt, ab utroque habet eam. Et an hęc trigeſima ſoluatur baiulo poſt ſententiam, vel ſtatim dato libello in ipſa litis conteſtatione. in com.col.1.num.80. 94
Baiulus, & iudices recipere debent trigeſimam. in commen. colum. 1. nume.50. 96
Baiulus niſi ſit præſens iudicum ſententiæ pronuntiationi, ſententia non ualeret. in glo.col.2.nu.50. 103
Baiulus non cognoſcit de cauſa ſtatus, in com.col.1.nu.60. 90
Baiulus non cognoſcit criminaliter. in com.col.2.nu.50. 164
Baiulus non eſt de maioribus magiſtratibus, & ideò poteſt in ius vocari. in glo.col.2.nu.20. 86
Baiulus nunquid det tutorem. in com.col.1.nu.60. 90
Baiulus poteſt ponere in carcere fures, & alios maleficos, donec mittat eos ad iuſtitiarium, in com.col.1.nu.60. 91
Baiulus. Qualiter puniantur contumaces conuenti coram baiulis. in gl.col.2. nu.20. 127
Baiulus. Trigeſima quæ ſoluitur baiulo, an debeat ſolui ab utraque parte, in glo. col.2.nu.40. 94
Baiulus, vel magiſter iuratus ſi delinquentem non capiat, ſed recipiat cautionem ſub pęna, quod tali die coram iuſtitiario ſe præſentet ad mandatum, & citationem baiuli, an iuſtitiarius condemnet eum ut contumacem, ſicut ſi de mandato iuſtitiarij fuiſſet citatus, & an ex tali citatione illum banniet iuſtitiarius. in commen. colum.2.num.50. 91
Baiulus unus & non plures, debet eſſe in iuſtitia adminiſtranda. in commen.colum.1.nu.70. 94
Baiulus vnus tantùm debet eſſe in quacunque ciuitate. in commen. colum.2.num.70. 116
Baiulus uſque ad unum Auguſtalem poteſt pœnam imponere, & quid ſi excedat, utrùm ualeat in eo quod excedit. in commen.colum.1.num.60. 90
Baiulus. vide, Camerarius.
Baiulus. vide, Camerarij.
Baiulus. vide, Sacramentum quod præſtat.
Balia an poſſit eſſe filio, vel nepoti mater nobilis, & baroniſſa. in gl. colum.2.num.20. 274
Baliaticum. Mulier tranſiens ad ſecunda uota perdit baliaticum, ſicut tutelam, & quid de auia. in com.col.1.nu.60. 350

Baliatus

Baliatus an indiſtinctè regi pertineat, in com.col.2.nu.40. 272

Baliatus diſponitur per patrē morientem, & mater minoris filij præfertur per curiam, quando inteſtatus deceſſerit. Item licet de auia non loquatur. Idem inclitus dominus Rex declarauit an auus maternus uel pater, qui non habet in poteſtate, det balium in feudo, quod dimittunt liberis, & an tunc adminiſtrabunt ſine confirmatione iudicis, in comm.col.2.nu.60. eod.

Baliatus in feudis idem eſt, quod tutela in alijs rebus, in com.col.2. num.50. eodem

Balij poteſtatem, an exeat fœmina in 15.an. vel 25.in comm.col.1. num.70. 196

Balium ad fiſcum pertinet, in gl.col.2.nu.30. 272

Balium dare, ad fiſcum pertinet, pupillis habētibus feudum, in com. col.2.nu.50. 149

Balium an dent non habentes minorem in poteſtate, in com.col.1. num.60. 273

Balium æquiparatur tutelæ, in com.col.2.nu.30. 253

Balium finitur in pubertate incipiente a 15.an.in commen.colum.2. num.50. 272

Balium finitur pubertate, ſicut & tutela, in glo.col.2.in princ. eo.

Balium in feudo ſolus Rex pupillo dat.in com.col.1.nu.70. 90

Balium in quorum filijs habeat locum, & in quibus tutela & mundium, in gl.col.1.nu.10. 273

Balium habere non poteſt, qui eſt in aliena poteſtate. in glo.comm. num.40. eod.

Balium pupilli nobilis ſicut ſpectat ad Regem, ita & balium nobilis furioſi, in gl.col.2.nu.30. 274

Balium quo tempore finiatur, in glo.col.1.nu.50. 273

Balium ſemper ſpectat ad Regem, licet exiſtant conſanguinei, & propinqui eorum, qui balio indigent, in gl.col.1.princ. 273

Balium ſi auus maternus uult relinquere filio, uel nepoti in feudo, quod ei relinquit auus, nunquid poſſit, in comm.columna 1.numero 70. 351

Balius, an debeat habere expenſas de bonis pupilli, licet ſecus ſit in tutore, in glo.col.1.in princ. 273

Balius an magis videatur accedere ad tutorem, uel curatorem, in comm.col.2.nu.40. eod.

Balius eſt tutor, qui non datur niſi capiti libero, in comm.colum.2. num.50. 253

Balius facit inuentarium, in com.col.2.nu.60. 272

Balius nobilibus datus tenetur facere inuentarium ad inſtar tutoris, & curatoris, uel ad inſtar curatoris furioſi, uel prodigi. in glo.col. 1.num.30. 274

Balius non ſemper poteſt eſſe legitimus, ſed debet legitime committi per curiam. Vnde omnis balius aut eſt teſtamentarius, aut datiuus, in comm.col.1.nu.60. 351

Balius quando neceſſario debeat a Rege, vel iudice confirmari, in comm.col.1.nu.70. 273

Balius, uel gubernator ſi ſit datus per matrem, uel alias perſonas, nunquid pater uolens eum repellere ab adminiſtratione audietur, ſi pater ipſe uelit dictum balium adminiſtrare, in comm. colum.2. num.60. eod.

Balius, vide, Minor.

Balius. vide, Tutoris appellatione. & filius nobilis.

Balius. vide, Vaſallus qui fuit.

Baliſtam, manariam, uel loricam portans, an incidat in pœnam portantis arma. in com.col.1.nu.40. 19

Baliſtam tendens ut proijciat, ſi non proiecit, vel proiecit & modicū vulnuſculū intulit, quomodo puniatur, in com.col.1.n.60. 21

Banni pœna inter alia eſt infamia ſaltem de facto, in commen.col.1. num.50. 143

Banni remiſſio retrotrahitur, ſicut repudiatio legatarij, in commen. col.1.nu.60. 134

Banni ſolennitas de qua ibi, ſi fuerit a notario omiſſa, an bannum uitietur, in comm.col.2.nu.70. 146

Banniri, an quis poſſit in cauſis non capitalibus, & an poſſit forindicari, in com.col.1.nu.30. 131

Banniti bona infra annum annotationis, fiſcus occupare non poteſt, in comm.col.1.nu.40. 142

Banniti crudeliter exaſperantur propter maleficia, in glo. colum.1. in princ. 137

Banniti de iure non tenentur ire ad exercitum, tanquàm hoſtes patriæ. in additio. ad gl.col.1.nu.20. 167

Banniti feudatarij ſummoniti coguntur ire ad exercitum, in comm. col.1.nu.50. 167

Banniti militantes habent hoſticam exceptionem, forindicati uero non, in glo.col.2.in princ. 165

Banniti per unum iudicem, an poſſint per alium de banno extrahi. in comm.col.2.nu.70. 145

Banniti qui nolunt ſatiſdare, an audiantur ſi uellent ſe defendere, in glo.col.1.in princ. 154

Banniti qui ſunt per ſententiam alicuius iudicis, perſeuerantes in banno, contumaciæ contumaciam addentes, ſi poſtea delinquant, ſi velint dare fideiuſſoriam cautionem de parendo iuri, & iuſtitiam faciendo de delicto poſterius commiſſo, non admittantur ad fideiuſſoriam cautionem, quin primò carceri mancipentur. Sed ſi tales banniti per iudicem bannientem purgent contumaciam, admittuntur ad fideiuſſoriam cautionem, in comm.col.2.nu.30. eo.

Banniti ſi fuerint a banno extracti, indubitanter ſunt recipiendi ad fideiuſſionem, ſi natura criminis non repugnat, ut in carcerē ſint trahendi tales. Nam extracti a banno pro non bannitis habentur tanquàm reſtituti ex legis poteſtate, in com.col.2.nu.70. 155

Bannito capto, & in manibus curiæ exiſtente debet ei legi bannum & fieri confiteri, quod ille eſt, qui fuit bannitus & condemnatus pro tali crimine tali tempore, ut contra eum poſſit executoriè procedi, in comm.col.1.nu.60. 146

Bannito contumaci interdicitur, ne ſoluatur quod ſuum eſt, ne fuga eius fiat inſtructior, in cōm.col.1.nu.40. 150

Bannito, cum non ſit damnatus, non poteſt capitalis pœna imponi, in glo.col.1.nu.20. 141

Bannito non debet denegari quin infra duos menſes exeat de banno: tamē cum comparuerit ſed carceraretur, ſi eſſet caſus in principio ueniens reus non traderetur fideiuſſoribus, capietur, quia & ſi a principio dediſſet fideiuſſores, cum inciperet conſtare, incarceraretur, non obſtante, quod dediſſet fideiuſſores. idem multo maiori ratione poſt duos menſes, vel in defectu fideiuſſorum, qui poteſt eſſe in facto, & in iure, uel quia non poteſt dare, uel non debent recipi a principio erit in cuſtodia antequam habeat literam ſecuritatis, in comm.col.1.nu.30. 145

Bannito pœna remittitur, ſi capiat bannitum, & an intelligatur de pœna criminis, an uero tantum de pœna banni. in comm.colum. 1.num.50. 143

Bannito ſolui non poteſt a debitore ſuo, ne fuga eius fiat inſtructior, in comm.col.2.nu.50. 133

Bannitorum a banno extractorum, infamatorum per ſententiam, vel ipſo facto, item ſuſpectorum inuentorum per uiam inquiſitionis nomina ſunt a iuſticiario magnæ curiæ nuntianda, in glo. col.1. in principio. 146

Bannitorum filij non poſſunt contrahere matrimonium, donec parentes eorum ſunt in banno. in com.col.2.nu.20. 319

Bannitorum, uel forindicatorum receptatores, an teneantur eos curiæ ultro, & ſponte offerre, in glo.col.2. in prin. 143

Bannitos, uel forindicatos receptans, ſi eos non exhibuerit, quia non fuit requiſitus, an teneatur de receptatione, in comm. colum. 2. num.60. 144

Bannitur aliquando quis iniuſtè, ſed ritè, & quando id eueniat. in comm.col.1.nu.40. 145

Bannitur quis pro contumacia, in comm.col.1.nu.70. 69

Bannitus ab officiali unius ciuitatis regni ob crimen, quia fuit contumax, ſi in alia ciuitate regni de alio crimine accuſetur, non recipientur ab eo fideiuſſores, qui eſt bannitus, & permanet in banno, multo fortius ſi coram banniente, ſecus ſi de illo banno extractus erat, quia non dicitur forbannitus: non enim omnis qui accuſatur reus eſt. Quandocunque tamen bannitus ueniat, recipietur cum fideiuſſoribus, ſecus ſi capiatur in fuga. Item ſi de eodem crimine, de quo fuit bannitus denuo accuſetur coram banniente vel alio, ſi ueniat cum fideiuſſoribus, etiam poſt annum, ante tamen forindicationis ſententiam, recipietur, & non carcerabitur: ſecus ſi in fuga capiatur, in comm.col.1.nu.60. 152

Bannitus ad alicuius inſtantiam, an ad illius petitionem poſſit a banno eximi. in comm.col.1.nu.30. 131

Bannitus ad petitionem creditoris, an extrahatur de banno ad petitionem eiuſdem creditoris, in com.col.1.nu.30. 146

Bannitus, an debeat ſtare tanto tempore in carcere, quanto tempore in contumacia perdurauerit, in comm col.2.nu.40. 349

Bannitus an faciat procuratorem, maxime ſi ſit perpetuo bannitus, in comm.col.2.nu.70. 150

Bannitus, an poſſit alienare de bonis ſuis, in com.col.2.nu.50. 133

Bannitus, an poſſit impune offendi, in glo.col.1.nu.30. 137

Bannitus, an poſt annum ſine noua citatione poſſit ex priſtina contumacia ſententialiter forindicari, in com.col.1 nu.40. 144

Bannitus clericus, uel qui obtinuerat gratiam, non erat tamen cancellatus ab actis, an poſſit occidi. Et quomodo intelligatur ſtatutum permittens occidere bānitum. in additio. ad com.col 2.n.50. 142

Bannitus damnatus ad tertiam partem bonorum mobilium per contumaciam, ſi nō comparet infra menſem perſonaliter ad purgandum cōtumaciam, elapſo menſe ſine citatione capitur de perſona de iure regni, & quid de iure communi, in com.col.2.nu.50. 427

Bannitus datis fideiuſſoribus, ſi infra terminum ſibi præfixum in curia non compareat, accuſatori reſponſurus, quomodo cōtra eum, ita ſecundò contumacem, inſtante accuſatore ſit procedendum, in glo.col.1.in princ. 145

Bannitus extractus a banno reſtituitur ad ſtatum & ad formam, quæ de facto grauatus erat propter banni ſententiam. in comment. col. 2. nu. 40. 154
Bannitus ex una cauſa, an poſſit iterum banniri pro alia cauſa. in commen. co. 1. nu. 20. 146
Bannitus in contumacia per annum perſeuerans, foriudicatur. in glo. col. 1. in prin. 137
Bannitus intra annum non ueniens, bona omnia, quæ habet teneat ab aliquo Comite, uel Barone, nunquid iſta publicentur fiſco, vel redeant ad Comitem uel Baronem, & nunquid in uita banniti ſint & eſſe debeant penes fiſcum. in com. col. 1. nu 80. 135
Bannitus infra duos menſes a banni tempore computandos poteſt ſecure comparere in iure, nec poteſt impune offendi, poſt illud tempus impune offenditur. in gl. col. 1. in princ. 144
Bannitus infra duos menſes a die banni poteſt offendi & capi, & an ſine mandato iudicis priuatus poſt dictos duos menſes bannitum capiet. in com. col. 2. nu. 70. 144
Bannitus infra duos menſes non poteſt capi nec offendi iuris conſtitutionum benignitate, & quare. in com. col. 1. nu. 40. 145
Bannitus infra duos primos menſes capi non debet, poſt cuius temporis interuallum, ſi quis eum receptauerit, punitur pœna receptatorum. in com. col. 2. nu. 50. 349
Bannitus in quibus differat a foriudicato. in gl. col. 1. nu. 10. 144
Bannitus non poteſt capi ante lapſum duorum menſium, niſi ſit in conſpectu curiæ. in com. col. 2. nu. 50. 426
Bannitus non recuperat bona poſt annum, ſi infra annum non exiuit de banno. in gl. col. 1. nu. 30. 134
Bannitus per bannum incurrit infamiam facti, & hæc infamia facti repellit a dignitate. in com. col. 2. nu. 40. 145
Bannitus poſt annum ueniens per ſe, vel per alium, & offerens idoneos fideiuſſores de parendo iuri, & iuſtitia facienda, dummodo ante ſententiam ueniat, auditur, & purgat ſuam contumaciam, & ſic exercetur in magna curia. in gl. col. 2 nu. 10. 139
Bannitus poſt annum ueniens, grauatur infamia facti apud bonos & graues, in gl. col. 2. nu. 20. 139
Bānitus poſt duos menſes non debet ali, nec ſuſtentari a quocunque, nam male meritum ægeſtate laborare publice intereſt, ut alij malefici terreantur exemplo, eorum rigor publicæ diſciplinæ in exē plum plerumq; proponitur, ut pœna unius ſit metus multorum, cum princeps ſit caput Reipublicæ, & pater ſubditorum, abſurdum erit ut filius, id eſt, ſubditus diligat illum, quem pater, id eſt, princeps pro bono publico habet odio, membra debent cum capite conformari, & turpis eſt pars, quæ ſuo non congruit vniuerſo. Quilibet autem homo eſt pars patriæ ſuæ, ſeu reipublicæ. in com. col. 1. nu. 50. 150
Bannitus pro delicto ſi poſſit impunè offendi, nunquid bannitus pro contumacia poterit offendi. in com. col. 2. nu. 30. 144
Bannitus qua forma recte foriudicetur. in gl. col. 2. nu. 40. 138
Bannitus quando teneatur comparere per procuratorem. in addit. ad com. col 1. nu. 80. 134
Bannitus quia aliquem in capite cum baculo percuſſit, ſiquidem id fecit congregatis hominibus ſiue aliter ex cogitato inſultu: & tunc poteſt talis ſententia foriudicationis proferri: quia deportationis pœnam ex tali percuſſione noſcitur incurriſſe. ſed ubi ſine congregatione hominum, ſeu turbæ, & inexcogitato inſultu percuſſerit, ex ipſa percuſſione reus pœna deportationis non punitur, & per conſequens foriudicationis ſententia non grauatur. horum autem diuerſitatis ratio patet in promptu: quia maiori culpa aſtringitur qui alios ſecum ad delinquendum prouocat, quam qui repentinè peccat ſingulariter, & per ſe ipſum. Licet autem ſine commoratione turbæ, uel hominum, aut commiſſione inſultus alteri inſultato uiolenter contra deuicti contumacem foriudicationis pœnam non afferat, eius tamen bona poſt anni circulum fiſci commodis applicantur. in com. col 2. nu. 60. 349
Bannitus qui bona alienauit, & ſic alienatio non tenuit, ſi ueniat infra annum, & extrahat ſe a banno, & recuperet bona, nunquid confirmetur alienatio. in com. col. 2. nu 70. 133
Bannitus qui redit, non uidetur fuiſſe bannitus. in commen. colum. 2. num. 80. 133
Bannitus qui vult purgare ſuam contumaciam, poteſt: uerum debet ſtare in carcere tanto tempore quanto fuit in banno. in com. col. 1. num. 70. 146
Bannitus reſtitutus ad gratiam, an intelligatur reſtitutus ad bona quæ tenet princeps, & etiam ad ea quæ donauit capitaneis. in additio. ad gl. col. 1. nu. 30. 134
Bannitus ſi abſque literis ſeruitutis capiatur poſt duos menſes ex vinculis cauſam dicit, & quid ſi ſtatim poſt bannum capitur, an dicat cauſam ex uinculis, ſicut fugiens, in com. col. 1. nu. 40. 145
Bannitus ſi capiatur ante duos menſes debet liberari cum fideiuſſore, poſt non, quia ſi non auditur qui ignorat uires facultatum ſuarum, multo minus qui cōditionem ſuam per tātum tempus ignorat, in comment. colum. 1. num. 50. 145
Bannitus ſi capitur in fuga, fideiuſſoribus non eſt committendus, in gl. col. 1. num. 10. 153
Bannitus ſi non poſſit dare fideiuſſores, ſed uenit ad iudicem, & ponit ſe in carcere, an iudex debeat ei dare literam extractionis a banno, & remitti annotatio bonorum infra annum, ſicut ſi fideiuſſores dediſſet, & quid ſi capiatur, & ſit in carcere bannientis, an ſit idem, in com. col. 1. nu. 70. 145
Bannitus, vel forbannitus, an poſſit impune occidi, ſicuti foriudicatus, in gl. col. 1. in princ. 141
Bannitus veniens poſt annum, & poſt prolatam ſententiam foriudicationis, iudice adhuc ſedente pro tribunali auditur, in gl. colum. 2. num. 20. 139
Bannitus veniens poſt annum non recuperat bona annotata, licet oſtendat ſe inculpabilem, & hoc ratione contumaciæ, non criminis, in com. col. 2. nu. 20. 144
Bannitus. vide, Accuſator.
Bannitus. vide, Foriudicati.
Bannitus. vide, Foriudicatus.
Bannitum receptans, bannitur: foriudicatum, foriudicatur, & an talis pœna ipſo iure inſligatur, in gl. col. 1. nu. 20. 142
Bannum an infamet, in addi. ad com. col. 1. nu. 60. 143
Bannum an poſſit fieri a iudice, uel capitaneo, quod quicunque ceperit talem malefactorem habeat decem de pecunia fiſcali, in com. col. 1. num. 40. 146
Bannum an poſſit ſine conſenſu patris remitti ei qui bannum ſoluit, in com. col. 2. nu. 20. 131
Bānum, & bonorum annotatio propter contumaciam nō infamant ipſo iure, antequam damnetur de crimine, ſed grauatur infamia facti, in com. col. 1. nu. 60. 133
Bannum, & relegatio ſucceſſit in locum deportationis, in com. col. 2. num. 70. 134
Bannum imponi an poſſit a Comite, vel Barone, in commen. col. 2. num. 30. 29
Bannum iure Romano eſt condemnatio iudicis de delicto, in com. col. 1. nu. 50. 133
Bannum niſi appareat contra aliquem publicatum per publica documenta iudicis magnæ curiæ nunquam foriudicant, nec bona confiſcātur bannitorum, & tunc computant annum, in commen. col. 1. num. 60. 139
Bannum propter fugam, & contumaciam ſemper durat, niſi purgetur, in com. col. 2. nu. 50. 36
Baptizatus quis nō dicitur, ſi caput non ſit baptizatum, & quid de baptizante manum, vel aliud membrum, in comment. colum. 1. num. 50. & ibi in additio. 56
Baro aſſimilatur pupillo inſpecta probatione alienandi, in gl. colum. 2 num. 50. 232
Baro eſt dominus, & iudex ordinarius vaſallorum, in comm. colum. 2. num. 70. 86
Baro & feudatarius inter ſe differunt, in comment. colum. 2. numero 70. 226
Baro in quibus caſibus poſſit exigere adiutorium a villanis, in glo. col. 1. nu. 20. 230
Baro in ſua terra poteſt facere iudicem ad ius reddendum, in com. col. 1. nu. 70. 102
Baro non poteſt recipere ſacramentum aſſecurationis a uaſallo ſine licentia Regis, in com. col. 1. nu. 50. 231
Baro quis dicatur, in com. col. 1 nu. 70. 250
Baro quis ſit, in com. col. 1 nu. 20. fol. 186. Et in commen. colum. 2. num. 70. 226
Baro quomodo probet vaſallagium, in gl col. 1. in prin. 191
Baro. Quomodo puniantur contumaces conuenti coram Baronibus, in gl. col. 2. nu. 20. 127
Baro, ſeu feudatarius hodie pro filia monachanda poteſt ſubuentionem petere a uaſallis, in com. col. 2 nu. 50. 245
Baro ſibi vſurpans merum & mixtum imperium, qua pœna puniatur, in addit. ad gl. col. 2. nu. 40. 98
Baro ſi negligat facere iuſtitiam, deuoluitur cognitio ad iuſtitiariū, in gl. col. 1. nu. 20. 87
Baro ſi vendicet aliquem in ſuum vaſallum probare debet altero de duobus modis, uel per priuilegia, vel per inſtrumenta, qualiter fuit conſtitutum homagium, in commen. col. 1. nu. 70. 191
Baro vel Comes, an petat adiutorium pro militia nepotis ex filio. in com. col. 1. nu. 20. 241
Baro, vel Comes non poteſt ducere vxorem ſine licentia curiæ, in gl. col. 1. nu. 10. 245
Baro, vel dominus, quando vadit de ciuitate in ciuitatem, non debet grauare ſubditos in expenſis, ſed debet facere expenſas de proprio. Idem eſt in præſide, qui viſitat prouinciam, in com. colum. 2. num. 50. 317
Baro, vel feudatarius ſi perſonaliter non vadit ad exercitum, ſed

mittit ſufficientem ſubſtitutum, an poſſit petere adiutorium, vel ſubuentionem a ſuis uaſallis. in com.col.1.nu.20. 245

Et quid ſi nec etiam mittat ſubſtitutum, ſed ſoluit adohamentũ, an poterit adiutorium petere.in commen. col. 1.nu.30. eo.

Et quid ſi feudatario debebit Rex aliquam quãtitatem pecuniæ, quam cum Rege compenſauit propter ſeruitium ab eo debitum, an iſte feudatarius petat illam ſubuentionem, ac ſi præſatum ſeruitium in pecunia præſtitiſſet. in com. col.1.nu.30. eod.

Baro uel miles an petat adiutoriũ pro militia ſua a uaſallis, in com. colum 2.nu.70. 240

Baro. vide, Feudum tenens.

Baro. vide, Honor & priuilegium.

Baro. vide, Secretus.

Barone, uel milite ſine deſcendentibus mortuo, qui ab alio Comite, uel Barone Baroniam, uel feudum tenebat, hoc denũtiandum eſt curiæ vt ad eius mandatum deſignetur perſona, cui feudum iterum concedatur. in gl.col. 1.in prin. 250

Barones & milites in cauſis feudalibus habent iudices ſpeciales, in alijs habent iudices ordinarios, in gl.col.1.in prin. 73

Barone ſubfeudatario mortuo, Baro concedens confert feudum perſonæ idoneæ præſentandæ Regi. quæ præſentabitur, ut uideatur, quòd non ſit ſuſpecta Regi, in com.col.1.nu.60. 250

Barones, an debeant conueniri coram Baiulo, ſi non eſt quæſtio de feudo, & rebus feudalibus, in gl.col.2.nu.20. 90

Barones an poſſint mittere uaſallos & animalia eorum pro ſeruitiis curiæ, & quid de officialibus Baronum. in commen. colum.2. num.40. 317

Barones habentes priuilegium qui ſint. in com. col.1.nu.70. 227

Barones non poſſunt compellere eorum uaſallos ad præſtandum eis ſeruitia perſonalia etiam cum ſalario, in com.col.2.nu.50. 317

Barones qui habent conſuetudinem creandi notarios præſcriptam, poſſunt eos creare in terris eorum, in com.col.2.nu.50. 102

Barones quomodo antiquitus dotarium conſtituerent? vide, Dotarium debet conſtitui.

Barones tota die dant, & locant Caſtra in gabellam, in gl.colum.2. in prin. 218

Barones. vide, Sententia ferenda.

Baronia eſt caſtrum, ſeu caſtra, vel feudum habens ſub ſe feudum quaternatum, quod alius tenet. in com.col.2.nu.70. 226

Baronia ſeu comitatus, licèt unum corpus cenſeatur, tamen ex diſtantibus partibus ſui corporis conſtat, & ſic uni nomini ſubijcitur. in gl.col.1.in prin. 227

Baronia, uel feudum in quaternionibus demanij Baronum ſcripta, an poſſit locari. in gl. col.2.nu.60. 215

Baroniæ dominus, an ſit iudex & cognitor grauaminum, quæ inferuntur vaſallis per dominam Baroniæ dotarij. in commen.col.2. num.10. 231

Baroniæ dominus non habet iuriſdictionem ſuper maleficiis tanquam priuatus, qui cognoſcere non poteſt, imo puniretur grauiter. in com.col.2.in princ. eo.

Baroniæ dominus. vide, Matrimonio ſoluto.

Baroniæ nomen. vide, Feudum in dotem.

Baroniæ, ſeu Comitatus caput magna gaudet prærogatiua, & ab eo denominantur caſtra, ſeu caſalia dependentia, & accidentia ad illam baroniam. in gl.col.2 nu.40. 226

Baronia. vide, Dotarium ſi fuerit.

Baronibus præſtatur ſacramentum aſſecurationis. vide, Aſſecurationis ſacramentum.

Baroni ſi Rex ſeruitium remittat, an Baro nihilominus exigat ſubuentionem a vaſallo. in com.col. 1.nu.70. 240

Baronis a ſentẽtia ad iuſtitiarium appellatur, in gl.col.1.nu.20. 87

Baronis mors denuntiari debet intra annum unum, & diem. in com. col 2.nu 50. 251

Baronis mors eſt denuntianda filio Regi, & infra quantum tempus, in com.colum.1.num.50. fol. 380. Et aliàs qua pœna puniatur, in com col.2. nu.50. 381

Baronis mors eſt denuntianda Imperatori in feudis quaternatis, in alijs denunciabitur mors ei, a quo tenentur. in commen.colum.2. num.50. 251

Baronis tantum conſenſum habere in feudi alienatione, quando ſufficiat, licèt non habeatur conſenſus ſuperioris, in glo. colum.2. num.30. 213

Baronum terræ directè tantum ſunt Regis, vtiliter ſunt Baronum, & tenentium in feudum. utile autem præfertur directo, quamuis tunc poſſit tueri, ubi utiliter dominus eſſet negligens, in com. col.2.nu.50. 276

Baronum, vel militum villanos occupantes puniuntur, in gl.colum. 2.num.40. 218

Baſilicæ quæ ſunt in diœceſi intelliguntur prima facie donec probetur contrarium, eſſe Epiſcopi illius diœceſis, in gloſ. colum. 1. nume.20. 231

Baſtardi, & nati ex illicito coitu, an ſuccedant, & maximè in feudum & emphyteuſim, ſi pater accepit pro ſe, & filijs ſuis, in glo.col.1. num.10. 246

Baſtardi vtrum dicantur de familia? in additio. ad glo. colum.2.numero 10. 27

Bellum gerens ſine iuſſu principis tenetur lege Iulia maieſtatis, etiam ſi proſpere geſtum fuit. in gl.col.2.nu.10. 77

Bellum iuſtum inducitur contra rebelles, in quo bellatur, ut iuſtitia fiat, & pax habeatur. in com.col.1.nu.60. 16

Bellum habet inſtar probationis, imo potius deciſionis, in gl.colum. 1.num.80. 195

Bellum ſemel amittens non admittitur ulterius pro alio ad pugnandum, licet pro ſe ſic, ſi fuerit accuſatus, in gl.col.1.nu.40. 193

Bellum. vide, Vaſallus debet eſſe.

Benedictio ſacerdotalis, an in matrimonio interueniſſe præſumatur? in com. col.1.nu.60. 246

